Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

3-4
7-4
A-6

Universidad de Deusto
Biblioteca

TOMVS VII.

DE PROBATIS SANCTORVM HISTORIIS, IN QVEM ORDINE MENSIVM OBSERVATO RELATÆ SVNT CVM OMNES ILLAE HISTORIAE, QVAE AD SECVNDAM SEX TOMORVM EDITIONEM ACCESSERVNT, tum aliæ quamplurimæ partim ex Tomis Aloysij Lipomani doctissimi Episcopi, partim ex MSS. monumentis à F. LAVRENTIO SVRIO huic operi reseruatis, nunc primùm opera atque studio F. IACOBI MOSANDRI CARTHVSIANI collectæ & in lucem editæ.

Quibus subiunctum deindè est valdè desideratum hactenùs reuerendiss. D. ADONIS Archiepiscopi Treuirensis MARTYROLOGIVM, nunc primùm integrè editum.

Accessit præterea INDEX GENERALIS, nomina omnium Sanctorum, quorum in septem Tomis continentur historiæ, ordine alphabetico complectens, tam priori quàm posteriori editioni conueniens.

Bibliothe: Arnsburg 17227

Bibliotheca Facult Philosophiae Prov Cast Orient S.I.
PROV. BELG. BIBL. SCRIPT. SOC. JESU
PROV. BELG. BIBL. SCRIPT. SOC. JESU

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Geruinum Calenium & hæredes Quentelios, Anno M.D.LXXXI.
Cum priuilegio PII V. Pontificis Maximi, & CAESAREAE Maiestatis in decennium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PIVS PAPA V.

DILECTO FILIO F. LAVRENTIO CARTHVSIANO.

DILECTE fili, salutem & Apostolicam benedictionẽ. Librum, sanctorum Patrum vitas continentem, à te nupèr editum, atq; ad nos missum, libentissimè accepimus: qui quidẽ eo etiam gratior nobis fuit, quòd opus in se cõtinet à nobis semper desideratum, & ad refellẽda hæreticorum in easdem sanctorum Patrum historias maledicta, aptissimum. Laudamus vehementer pium hunc laborem tuũ, teque, quòd coram Domino vacuus apparére nolueris, sed in eius Domum, pro facultate tibi ab eo concessa, quicquid potueris, vltrò obtuleris, debitis in Domino laudibus commendamus: cuius tamen laudabilis laboris tui gloriam in primis ei tribuendam esse memento, à quo accepisti & velle & perficere: quod & à nobis, & ab omnibus pijs & Catholicæ religionis studiosis meritò laudaretur. Hortamur autem te, vt huiusmodi opere prosequendo, & de Ecclesia Dei benè mereri, & tibi apud omnipotentem Deum merita augere nè desistas, securus, te à Redemptore nostro laborum tuorum centuplum esse fructum percepturum. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die 2. Iunij, M.D.LXX. Pontificatûs nostri Anno Quinto.

T. Aldobrandinus.

PIVS PAPA V. DILECTO FILIO GERVINO CALENIO TYPOGRAPHO COLONIEN.

DILECTE Fili Salutem & Apostolicam benedictionem. Cùm tu, sicut accepimus, nonnullos de probatis Sanctorum historijs à dilecto filio Laurentio Surio optima fide collectis, necnon alios Tomos seu libros dilecti filij Petri Canisij presbyteri seu religiosi Societatis IESV, de doctrina siue Institutione Christiana inscriptos, vnà cum certis Annotationibus, nõdùm impressos, tua impensa imprimi facere desideres: Nos tibi, quem in excudendis huiusmodi Tomis seu libris graues impensas subire necesse est, nè ex beneficio omnibus Christi fidelibus collato detrimẽtum aliquod sentias, opportunè prouidere, ac te in tuo laudabili & Reipub. Christianæ perutili proposito confouere volentes, & à quibusuis Excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisq; Ecclesiasticis sententijs, censuris & pœnis à iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectũ præsentium dũtaxàt consequendum, harũ serie absoluentes, & absolutũ fore censentes: Motu proprio nõ ad tuam vel alicuius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia & mera deliberatione nostris tibi Tomos seu libros præfatos per te vel alium seu alios imprimendi, & impressos vendendi licentiam & facultatem plenam & liberam Apostolica authoritate per præsentes concedimus: Necnon omnibus & singulis impressoribus, librarijs, & mercatoribus tam in Italia quàm extra Italiã constitutis, in virtute sanctæ obedientiæ & sub Excõmunicationis sententiæ, necnon in terris sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediatè vel immediatè subiectis, sub amissionis Tomorũ seu librorũ huiusmodi, ac mille ducatorũ auri de Camera, pro vna Cameræ Apostolicæ, & altera medietatibus tibi, tuisq; hæredibus & successoribus irremissibiliter loco dannorũ applicandorum pœnis, per alios absq; tuî & hæredum vel successorum tuorũ expresso mandato aut licentia habita excudentes, seu imprimentes, aut vendentes, totiès quotiès id fecerint, eo ipso incurrendis, nè eosdem Tomos seu libros infra decennium proximè futurum ab illorum impressione computandum, in quibusuis literarum characteribus, aut parua, mediocri, seu magna, vel alia quacunq; forma alicubi imprimere, neq; per alios impressos vendere absq; expressa tuî vel hæredum & successorum præfatorũ licentia vel consensu audeant vel præsumant, & ità per quoscunq; iudices & commissarios quauis authoritate fungentes, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, interpretandi facultate & authoritate, iudicari & diffiniri debere: Ac quicquid secùs super his à quoquam quauis authoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus: Mandantes nihilominùs Motu simili sub interdicti Ecclesiastici & ingressus ecclesiarum Venerabilibus Fratribus nostris Colonien. & quorũuis aliorum ciuitatum & locorum Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filijs illorum vicarijs seu officialibus, legatis, vel Vicelegatis, ac sub primò dictis pœnis, Gubernatoribus, Potestatibus, & alijs quibusuis Iudicibus quibuscũque authoritate & officio fungentibus, quatenùs quotiès pro parte tua, & successorũ tuorum, vel alicuius eorum huiusmodi fuerint requisiti in præmissis, efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant authoritate nostra inhibitionem præfatam inuiolabiliter obseruari: ac te, tuosque hæredes & successores præfatos huiusmodi, illorumque singulos concessione pacificè frui & gaudere: Ac

Universidad de Deusto
Biblioteca

impressores, librarios, mercatores, fautores, scientes & non reuelantes, quos inhibitioni præfatæ contrauenisse eis constiterit, excõmunicationis & alias sententias, censuras & pœnas huiusmodi incurrisse declarent, ac pro talibus publicè nunciari mandent, & faciant contradictores quoslibet & rebelles per easdem censuras & pœnas, appellatione postposita, compescendo: inuocato etiam ad hoc, si opùs fuerit, auxilio brachij secularis: Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, Priuilegijs quoquè, Indultis, & literis Apostolicis super imprimendorum Tomorum facultate quibusuis personis cuiuscunque dignitatis & præeminentiæ existentibus etiam motu & scientia similibus, ac sub quibusuis tenoribus & formis, necnon clausulis & decretis concessis. Quibus omnibus etiamsi de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua: non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis habentes, illis aliâs in suo robore permansuris, hac vice dũtaxàt specialiter & expressè derogamus: Aut si impressoribus, librarijs, & mercatoribus præfatis vel quibusuis alijs, communiter vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbũ de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem & eadem authoritate decernimus præsentium literarum transcripta in ipsis Tomis impressa in iudicio & extra sufficere, & plenam fidem facere, regula contraria non obstante. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXIIII. Septembris, M. D. LXIX. Pontificatus nostri anno quarto.

Cæ. Glorierius.

REVE-

REVERENDISSIMO AC ILLVSTRISSIMO DOMINO, D. ANTONIO CARAFFA NEAPOLITANO, S. R. E. CARDINALI, TIT. SANCTAE MARIAE DE VIA LATA, SIGNATVRAE *gratiæ Præfecto, Domino ac Patrono eximio,* S. P. D.

OPERAE PRECIVM me duxi facturum, Reuerendissime ac Illustrissime Domine Cardinalis, si tres posteriores Tomos de Vitis Sanctorũ charissimi nobis fratris Laurentij Surij, (quod ille morte prẹoccupatus facere non poterat) non mea, sed superiorum voluntate & imperio recognoscerem, Vitarum accessione augerem, ac septimum deindè, quod illi etiam constitutũ erat, adijcerem. Per eorum nanque exempla, in auita quam profitemur, eaque verè catholica doctrina confirmamur, vt neque alio deflectere velimus, neque Sathanæ aut ministrorum eius illecebris nos à susceptæ religione abduci sinamus, sed promissionum Christi haud immemores, quibus vsque ad consummationem seculi nobiscum sese mansurum esse pollicitus est, in ea quẹ nos Christo genuit Ecclesia Dei constanter permanendum nobis esse ducamus. A qua nè Sancti Dei secessionem facerent, ignes, cruces, eculeos, bestiarum morsus, dissipationes ossium, membrorum concisiones, totius corporis commolitiones, diaboli tormenta, ac mille supplicia sustinere potiùs eligebant, rati non aliter se ad Iesum Christum (quem totis amplecti visceribus exoptabãt) peruenturos. Quot eorum agones? quot præclara facinora? quot gesta & monumenta hìc exhibentur, è quibus formam piè & iustè viuendi, rationemque colendi verum Deum sumere procliue est? Hi bellum pertinax & inexpiabile suis vitijs indixêre & peccatis vniuersis, virtutibusq; obtinendis magnam curam perpetuosque conatus adhibuêre. Hi numen iratum, orationibus, votis, ieiunijs, eleemosynis, alijsque piorum operum exercitijs placare, bella sedare, Respub. turbatas componere, pestes, aliámve luem ac tabem auertere, famem & terræ sterilitatem, rerumque penuriam atque angustiam temporum deprecari, morum, hominumque malitiam emendare: denique clades, strages, casus, ærumnas, omnemque mortalium miseriam abercere & prohibere, fategerũt. Hi insuper sunt, qui tam vita, quàm sacratissimis suis scriptis & doctrinis, Ecclesiam Dei illuminârunt, improborum Sectariorum blasphemias & deliria oppugnauerunt, ac simul ostenderunt apud Christi fideles eadem semper fidei dogmata, easdemque traditiones, à sua primæua origine, vsque in hanc diem viguisse, ac Deum semper Ecclesiam suam contra innumerabiles hæreticorum nouas adinuentiones, solicitudine plusquàm paterna in vnitate fidei conseruâsse & protexisse. Studebant quoquè morum compositionem fidei regulẹ accommodare, & per benè institutam vitam, fidei respondere expectationi. Cuius deplorãdo hoc nostro seculo parua admodùm ratio habetur, quod homines nobis magno numero produxit à priscorum patrum moribus tam impudenter quàm infeliciter ac miserè degenerantes, ac nunquàm serìò de meliore vita cogitan- Matth. 28.

 tes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

rtes, qui dum fidem perpetuò quęrũt sine moribus, (sine quibus illa nõ prodest) fit, vt etiam illã amittant. Hinc flagrat in felicissima hæc ætas Sectis planè dissectis: & nisi diuina misericordia rebus humanis clementer opem tulerit, fieri non potest, quin his incendijs orbis conflagret penitùs. Quid enim non malorum in dies existit? Quæ non Sectę priùs incognitę, alię ex alijs emergunt? quę non scelerum portenta, ex cacangelica hac carnalis libertatis buccinatione profecta & aucta comperimus? Impietas iam non alio quàm pietatis loco habetur, & omne malorum genus non alio quàm virtutum nomine colitur & exercetur: templorum & monasteriorũ euersiones, rerum Deo sacratarum direptiones & prophanationes, multaque id genus alia sacrilegia & immania flagitia, in Euangelicis & pręclaris facinoribus numerantur: monachi, contra fidem Deo datã, inceśtis nuptijs se polluentes, non alio quàm piorum & sanctorum virorum loco habentur: qui verò castè, religiosè, & ex monasticæ vitæ præscripto viuere nituntur, miserè irridentur, atque vbi datur opportunitas, etiam crudeliter interimũtur. O cæcas hominum mentes, & cælestium inanes! O communis hostis nostri industriam ad capiendas animas nimis quàm intentam & oculatam! cui cùm mille nocẽdi artes sint, nulla tamen facilior, nulla periculosior hac est, qua melle circumlita venena propinãs nocet, cùm prodesse ac commodare, rebusque nostris consulere velle videtur. Cuius mortifero calice potati nouatores nostri, præsentissima dogmatum venena, per venas in omne corpus longè lateque diffundunt. Sacramenta, quibus tanquàm notis militaribus diuinæ religioni inauctoramur, sub specie recti ne plus tribuamus creaturæ quàm creatori, ablegant penè vniuersa: imagines, formas, statuas, in quibus velut tabulis, figuris & lineamentis, & suis quasi coloribus literati pariter & illiterati legũt historiæ in morem, Dominicę passionis ordinem, Sanctorum agones, temporum, morum, hominum, rerumque deniquè omnium futurarum, præsentium & præteritarũ annales, tollunt atq; euertunt. Deindè in eam curam scelestissimi illi & importunissimi tenebriones tota mente, omniq; animi impetu, & quod dici solet, velis remisq; incumbunt, vt id ab Ecclesia penitùs profligent & auferant, sine quo nulla potest esse Ecclesię salus, quodque si ablatum fuerit, religionem quoquè Christianam funditùs perire necesse sit: videlicet celsissimum ac diuinissimum
In Act. Apostol. cap. 9. Hom. 21. Eucharistię sacramentum, (cui ipsi quoquè Angelici spiritus, vt ait Chrysostomus, maximo cum horrore adstant, immò in quod nec oculis possunt prospicere) in hoc ipsi spurcissima iactant conuicia, in hoc atroces, horrendas, inauditasque iniurias, contumelias, & blasphemias nullo modo ferendas, euomunt. Purgatorium quoquè ignem iamdudùm peccatis nostris accensum, suis imprecationibus dicam an deuotionibus extinctum ferunt, nullisque sacrificiorum oblationibus, eleemosynarum & orationum pijs exercitijs defunctorum animas iuuari. Diuorum quoq; inuocationem nullam, aut certè inanem esse vulgò mentiuntur: sacratissimæque Virginis Deiparæ cultum omnem & venerationem eos ferre molestissimè, nimis quàm manifestum est. Sed quarè tandem, aut quam ob causam? Si Christus
Luc. 2. ipse tantum detulit matri, vt subditus esset illi: cur nouatores nostri indignam arbitrantur, vt eius fidem & suffragia nos miseri imploremus? Si tan-
Ioan. 12. ti fecit Sanctos vt à Deo patre suo honoratum iri profiteatur: (Nam si quis mihi ministrauerit, inquit, honorificabit eum pater meus qui est in cælis) cur

cur non eorũ preces ambiamus, &, vt decet, eos officiosissimè veneremur? Quàm multi, immò innumeri, doctrina quoquè & sanctitate præstantes viri, patrum nostrorum, immò nostra quoquè memoria præcipuo in honore semper eos habuêre? Et qui se sceleribus oppressos nouerant, aduersùs desperationem (quæ plurimos in supremo spiritu constitutos perdit) nullum ferè præsentius remedium adhibẽdum putauêre, quàm vt ad aliquem Sanctorum, & potissimùm Dei clementissimam matrem confugerent, illi quotidianum piarum precũ pensum aliquod persoluerẽt. nec sua eos spes fefellit, vt potest multis grauissimis & certissimis exemplis edoceri. Hinc S. Bernardus, Si criminum, inquit, immanitate turbatus, conscientiæ fœditate confusus, iudicij horrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitiæ, ac desperationis abysso, cogita Mariam. In periculis, in angustijs, in rebus dubijs, Mariam cogita, Mariam inuoca. Hæc ille tantus vir, cui nos multò tutiùs fidem commodamus, quàm istis leuissimis homuncionibus, qui nec sibijpsis vlla in re satis constant: quique, vt demùm semèl dicam, omnes Christi Iesu perpessiones eò duntaxàt spectare dicunt, vt nos viuamus genialiter, & iucundos ac suaues ducamus dies, quòd ille pro nostris sceleribus pœnas luerit, nobisque nihil agendum vel ferendum reliquerit. Quis porrò scopus horum apostatarum spirituum, & erraticorum animorum, quæ tandem est mens atque sententia? quem statuunt finem & malorum suorum & errorum? Equidem summum, nimirùm, vt cùm ad nauseam vsque quisque errauerit, nunc hac nunc illa via, totoque cælo totáque terra, dicat postremò neque cæli neque terræ quenquam Dominum esse, sed fato quopiam agi atque moueri sursùm & deorsùm molem hanc omnem, totámque vniuersitatem. Et quanuis illi, eiusmodi ferè omnia & dicant & scribant, quæ omnibus supplicijs coerceri vindicarique debeant, tamen ad ea stabilienda cumulatim ex scriptis diuinis & sanctorum Patrum monimentis sententias perperàm interpretatas profe-
runt, quibus sua mendacia fucare conantur: atque id plerunquè efficiunt, proh dolor, apud incautos & imperitos, vt omninò verum dicere videantur. Et vt magis efficax eorum oratio videatur, simul illis Catholicorum vitia voce stentoria commemorant, quæ pleraque, proh dolor, ità manifesta sunt vt negari non possint: Sed tamen si ad immanitatem flagitiorum Martini Lutheri & Iohannis Caluini, quorum prior Germaniam, posterior verò Galliam, Angliam, & totum perturbauit Belgium, spectemus: nullũ crimen est, quod eorum execrabili flagitio possit comparari. Ille enim voti castitatis immemor, Catherinam à Borre monialem sibi sumpsit vxorem, sacrilegij næuo, quæ antè Domino consecrauerat, vestimenta commaculans: iste verò (vt in quinto capite funestæ vitæ eius legitur) cùm in ciuitate Noiodunensi parochiale beneficium & aliud sacelli cuiusdam sacerdotium obtineret, pæderastiæ (quam Sodomiam vocant) flagitio conuictus, in tantum vitæ discrimen venit, vt igni, qui huiusmodi sceleris ordinaria & legitima pœna est, concrematus esset, nisi Episcopi vrbis commiseratione, vt cauterio candens eius humero lilium inureretur, pœna moderata fuisset.

Iob 1. Hom. 2 fit per Missus est.

Editæ per Hieronymũ Bolsec medicum.

Et quanuis illos ipsos quidem, qui eorũ dogmata sectantur, nõ lateat, eos non nisi quæ carnis sunt aucupari, at nihilominùs audiuntur à suis cum quadam animi voluptate, quòd videant eos suauissimam carnis libertatem etiam scriptis diuinis confirmare, & quantumuis sceleratè viuentibus,

omnem

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnem vniuersorum scelerum impunitatem promittere, si tamen credere nôrint. Hæc illi hypocritici apostatæ, & pestilentissimæ Sirenes, miseris & imperitis inculcant, his illos perniciosissimi dogmatis exitialibus laqueis tenent implicatos, & quod de eius farinæ hominibus prædixit Apostolus,
2. Tim. 3. Proficiunt in peius, errantes, & in errorem mittentes. Quàm verò est Sanctorum Dei via, horum letifero vitæ instituto contraria & dissimilis? Hi corpora sua multiplici & propè incredibili afflictione & castigatione affecerunt. Hi ob vitandas peccandi occasiones, extra hominum frequentiam, secessus & solitudines elegerûnt, ibique perpetuò, legendi, psallendi, meditandi, contemplandique studio, cui frequêtes adiungebantur lachrymę, insudabant: nihil cum huius mundi vanitatibus & voluptatibus commercij habere volebant, verùm perpetuis ferè ieiunijs, prolixis vigilijs, alijsque duris & asperis laboribus causa amoris Christi libenter susceptis, per omnẽ vitam animas suas afflixerunt. Cùm hi sint igitur, Reuerendissime & Illustrissime Cardinalis, qui non solùm exempla nobis veræ pietatis exhibeant, & iter quo ad regni cęlestis felicẽ patriam perueniatur præeundo commonstrent, verùm qui fidem etiam nostram Catholicam egregiè adstruant, & aduersùs portentosa hęreticorum commenta firmiter stabiliant: totius orbis publico quasi testimonio & applausu pręclarè fecisse iudicatus est primùm Aloysius Lipomanus Episcopus Veronensis, pietatis atque sanctitatis illustre speculũ, deindè multùm dilectus nobis frater quoq; noster Laurentius Surius, qui in lucem proferendis Sanctorum Vitis insignem operam maximumq; studium impenderunt. Atq; hic quidem recognoscendis Tomis quos sex collegerat & in lucem miseratimmortuus, ad septimũ concinnandum copiosam materiam congestam post se reliquerat. quam ego, à superioribus meis iussus, & pijssimi Patris rationem atq; methodum secutus, in ordinẽ redigens, & Vitarũ plurimarũ quæ varijs ex locis ad me transmissæ fuerunt accessione adaugens, septimũ exijs hunc Tomum exhibeo, teque Illustrissime ac Reuerẽdissime Domine patronũ adscisco, cùm propter eximiam tuam in procurandis ac promouendis Ecclesię commodis fidem atque dexteritatem, tum propter raram & reconditam multarũ rerum & inprimis totius antiquitatis Ecclesiasticę cognitionẽ, quę cum grauitate morum & vitæ integritate coniuncta longè lateque sic diffunditur, vt eius fragrantia non solùm Italia, verùm nostra etiam Germania redoleat. Sed & cùm nobilissimæ Italię patrię tuę Sanctorum non paucas Vitas complectatur, earum sicut & cæterorum lectionem non ingratam neque iniucundam I. C. T. fore mihi persuadeo. atque idcircò valdè illa mihi oranda atque obtestanda est, vt quos ego impendi qualescunque labores, pro innata humanitate sua complecti, & authoritate aduersùs maleuolos obtrectatores tueri, ac me Ordinemque nostrum sibi commendatum habere velit. Ego Deum & Dominum nostrum Iesum Christum Sanctorum omnium caput precabor, vt I. C. T. Ecclesiæ suæ multis modis nunc laboranti diù cõseruare dignetur incolumem. Ex Carthusia Agrippinensi pridiè S. Laurentij Archidiaconi & martyris, Anno M. D. LXXXI.

I. C. T. obseruantissimus cliens

F. Iacobus Mosander Carthusianus.

INDEX

INDEX GENERALIS VI-
TARVM, HOC TOMO SEPTIMO COMPREHENSARVM.

IANVARII DIE

I. De Circuncisione Domini. 1
VI. De Epiphania Domini. 3
De S. Ermenoldo Abbate. 8
De S. Gertrude ab Oesten. 14
De S. Melanio Episcopo. 18
XII. De S. Benedicto Anglo Abbate. 18
XIII. De S. Godefrido Comite. 21
XIIII. Sermo beati Petri Damiani de translatione S. Hilarij Episcopi. 26
XVI. De S. Honorato Episcopo Arelatensi. 28
De quinque Minoritis martyribus. 39
XIX. De S. Bassiano Episcopo Laudis Pompeiæ, & confessoris. 43
XX. De S. Mauro Episcopo Cæsennate & confessore. 43
XXI. De SS. Fructuoso Episcopo, Augurio & Eulogio Diaconis. 48
XXII. De S. Vincentio martyre. 51
De S. Epiphanio Episcopo Ticinensi & confessore. 56
XXIII. De Margareta Rauennate. 62
XXVI. De S. Bathilde Regina Franciæ. 64
XXVIII. De Gentili matrona Rauennate. 71
XXIX. De S. Constãtio Episcopo & martyre. 73

FEBRVARII DIE

I. Sermo B. Petri Damiani de S. Seuero Archiepiscopo Rauennate. 81
De S. Sigeberto Francorum Rege. 84
De miraculis eiusdem Regis. 88.
V. De S. Adelheide Abbatissa. 92
VI. De S. Guarino Episcopo Prænestino. 99
De S. Sotere virgine. 102
VII. De S. Richardo Rege Angliæ. 101
XI. De S. Calocero Rauennatũ Archiepiscopo & confessore. 103
De Translatione eiusdẽ cum corporibus SS. Aderiti & Probi. 103
XIII. De Iordano Saxone, generali Ordinis Prædicatorum. 104
De SS. Fusca virgine & Maura nutrice eius, martyribus. 120
XIIII. De SS. Aderito & Eleuchadio Archiepiscopis Rauennatibus. 121
Sermo B. Petri Damiani de codẽ Eleuchadio Archiepiscopo. 122
XVII. De Constabili Abbate Cauensi. 127
XXII. De beato Petro Damiani S. R. E. Cardinale & Episcopo Ostiensi. 133
XXIII. De Inuentione S. Celsi confessoris. 137

MARTII DIE

III. De SS. Hemiterio & Chelidonio martyribus. 141
IIII. De Petro Abbate Cauensi. 141
V. De S. Phoca martyre. 150
VI. De Coleta virgine, Clarissa. 150
VII. De SS. Adriano & Eubulo. 189
IX. De S. Paciano Episcopo. 109
XIII. De Damiano Rauennatum Archiepiscopo. 190
XVIII. De S. Alexandro Hierosolymitano Episcopo & martyre. 191
XX. De Dominica Palmarum Sermo B. Petri Damiani Ostiensis Episcopi. 191
XXI. Eiusdem Petri Damiani Sermo de S. Benedicto Abbate. 193
XXIIII. Eiusdem Sermo de Cœna Domini. 196
De laudibus venerabilis Sacramenti Eucharistiæ Sermo B. Iohannis Damasceni. 199
De SS. Timolao, Dionysio, alijsque sex martyribus. 202
De S. Agapeto Episcopo. 202
XXV. De Passione Domini nostri Iesu Christi, Sermo diui Ephrem. 203.
Eiusdem Sermo de lamentatione Dei genitricis Mariæ. 205
XX. Sermo B. Petri Damiani Ostiensis Episcopi de Annunciatione Mariæ. 207
De S. Disma latrone cum Domino crucifixo. 211. &c.
XXVII. Sermo B. Petri Damiani Episcopi de Resurrectione Domini. 222.
De S. Augusta martyre. 225

Universidad de Deusto
Biblioteca

XXVIII. De SS. Martyribus, Prisco, Malcho & Alexandro. 226
De S. Guntramno Rege. 226
XXIX. De S. Cyrillo diacono & martyre. 226
De SS. Armogaste, Archimino & Saturo confessoribus. 227
De Petro Abbate Portuensi. 228
XXXI. De S. Guidone confessore. 229

APRILIS DIE

VII. De S. Egesippo confessore. 233
De Hermanno, aliâs Ioseph, canonico Steinueldensi. 233
VIII. De S. Dionysio Episcopo Alexandrino. 259
De S. Perpetuo Episcopo Turonensi. 268
X. De Ezechiele Propheta. 268
XI. De S. Godeberta virgine. 270
XII. De Alferio Abbate Cauensi. 273
XIIII. De Lyduuina virgine. 278
XIX. De S. VVernhero puero & martyre. 319
XXIII. De S. Georgio martyre, Sermo B. Petri Damiani Cardinalis. 320
De Aegidio Minorita. 323
XXX. De S. Eutropio Episcopo & martyre. 345

MAII DIE

I. De S. Marculpho Abbate. 346
De S. Amatore Episcopo Antisiodorensi. 352
De S. Sigismundo Rege. 352
De S. Euermaro martyre. 354
De S. VValburga virgine. 356
III. Sermo D. Iohānis Damasceni de sanctæ Crucis inuentione. 360
De S. Iuuenali Episcopo & confessore. 361
IIII. De S. Gothardo Episcopo Hildesemensi & confessore. 362
VIII. De S. Stanislao Episcopo Cracouiensi & martyre. 383
IX. De Translatione S. Nicolai Episcopi & confessoris. 397
X. De obitu venerabilis Bedæ presbyteri. 406
De S. Iob propheta. 409
XIII. De SS. Hilario & Olybrio confessoribus Rauennatibus. 411
XIIII. De S. Pontio martyre. 412
XVI. De S. Vbaldo Episcopo. 414
XIX. De S. Potentiana virgine. 419
XX. De S. Bernardino Senensi. 420
De S. Bandelio martyre. 446
XXII. De S. Martiano Rauennatum Archiepiscopo & Confessore. 447
XXVI. De S. Quadrato Episcopo Athenensi. 447
XXVII. De S. Iohanne Papa. 447
XXIX. De S. Andrea de Chio. 449

IVNII DIE

I. De S. Proculo martyre. 453
De S. Caprasio Abbate. 454
II. De Translatione SS. martyrum Marcellini & Petri. 456
Eorundem passio carmine Iambico. 488
III. De S. Martiale Episcopo Lemouicensi & confessore. 494
VI. De S. Claudio Archiepiscopo Bisuntino. 494
X. De Inuentione S. Maurini Abbatis & martyris. 497
XI. De S. Parisio Bononiensi confessore. 502
XIII. De Gerardo monacho Clareuallensi, fratre S. Bernardi. 503.
XV. De S. Viti Translatione. 508
XVI. De S. Bennone Missnensi Episcopo & confessore. 509
De SS. Ferreolo presbytero & Ferrucione Diacono martyribus. 536
XIX. De S. Deodato Episcopo & confessore. 539
De SS. Vrsicino & Vitale martyribus Rauennatibus. 546
XXIIII. De S. Iuane Eremita. 547
XXVI. De S. Rodulpho Episcopo Eugubino, per B. Petrum Damiani. 548
De S. Vigilio Episcopo Tridentino & martyre. 551
XXVII. De S. Zoylo martyre Cordubensi. 552
XXIX. De SS. Apostolis Petro & Paulo. 552
De ijsdem Sermones B. Petri Damiani Episcopi Ostiensis duo. 553.555.
XXX. De S. Theobaldo confessore. 557

IVLII DIE

I. De S. Rumoldo Archiepiscopo Dublinensi & martyre. 563
IIII. De S. Procopio confessore. 568
VI. De Esaia propheta. 573
VII. De SS. virginibus Earcongota & Edilberga. 574
SI. De S. Hildulpho Archiepiscopo Treuirensi & confessore. 575
De Leone Abbate Cauensi. 577
De VVulmaro confessore. 580

Ser-

XXIII. Sermones 3. beati Petri Damiani Ostiensis Episcopi de S. Apollinare. 585
XXV. De translatione S. Germani Episcopi Parisiensis & confessoris. 594
Item de miraculis eius. 597.
XXXI. De S. Petro iuniore, Rauennatum Archiepiscopo & confessore. 610

AVGVSTI DIE

I. De septem Machabæis martyribus 612
VI. De SS. Iusto & Pastore pueris & martyribus. 627
XII. De S. Porcario Abbate Lirinensi & socijs martyribus. 628
XIII. Sermo B. Petri Damiani Episcopi Ostiensis, de S. Cassiano martyre. 629
XIIII. De S. VVerenfrido confessore. 632
XV. Sermo B. Petri Damiani Episcopi Ostiensis de Assumptione Mariæ virginis. 635
XVIII. De Raynaldo Archiepiscopo Rauennate & confessore. 641
XIX. De S. Mariano Recluso. 643
XXI. De S. Priuato martyre. 644
XXIII. De SS. Timotheo & Apollinare martyribus. 644
XXIIII. Sermo B. Petri Damiani Episcopi Ostiēsis de S. Bartholomæo Apostolo. 644
XXV. De S. Eusebio martyre & socijs eius. 648
XXVI. De S. Victore martyre. 650
XXVIII. De S. Bibiano Episcopo. 650
XXIX. De S. Mederico Abbate. 650
XXX. De S. Fiacrio confessore. 651
De SS. Felice & Audacto. 653
De S. Bononio Abbate. 654
Item de miraculis eius. 656
XXXI. De S. Aidano Episcopo. 660

SEPTEMBRIS DIE

I. De S. Victore Cenomanēsi Episcopo & confessore. 663
Sermo B. Petri Damiani de S. Victore. 663
De duodecim fratribus Beneuētanis & martyribus. 666
II. De SS. Aniceto & Photino fratribus ac martyribus. 681
IIII. De S. Ida vidua. 682
VI. De Zacharia propheta. 693
De S. Humberto confessore. 693
XII. De SS. Syro & Iuentio Episcopis Papiensibus. 695
XVI. De S. Ludmilla martyre. 703
XIX. De S. Goërico Episcopo Metensi. 707
De S. Sequano Abbate. 708
XXII. De S. Iohanne Abbate. 708
XXIII. De S. Sosio Diacono & socijs eius martyribus. 710
XXIIII. De SS. Venerādo & Rustico Episcopis Aruernicis. 721
XXV. De S. Solenni Episcopo. 721
XXVII. De SS. Cosma & Damiano fratribus & martyribus. 722
XXVIII. De S. Venceslao Duce Bohemiæ & martyre. 726
XXIX. Sermo B. Petri Damiani Episcopi Ostiensis de S. Michaële Archangelo. 732
XXX. De SS. martyribus Vrso & Victore cum socijs suis. 736
XXVIII. De S. Exuperio Episcopo Tolosano & confessore. 737

OCTOBRIS DIE

I. De S. Remigio Archiepiscopo Remensi. 739
IIII. De S. Magdalueo Episcopo Virdunensi. 744
V. De S. Thyrso martyre & socijs. 745
De S. Placido, monacho & martyre, cum socijs eius. 746
De S. Marcellino Archiepiscopo Rauennate & confessore. 775.
De S. Attilano Episcopo & confessore. 776
IX. De S. Domnino milite & martyre cum socijs suis. 777
XIII. De SS. Fausto, Ianuario, & Martiali martyribus. 779
XIIII. De S. Calixto Papa. 780
XVIII. De S. Monone martyre. 783
XX. De SS. martyribus Capra sio & Fide. 785
XXI. De S. VVolpho confessore. 788
XXII. De S. Lupentio Abbate & martyre. 790
De SS. Nunilone & Alodia sororibus & martyribus. 790
XXIII. De SS. Seruādo & Germano. 791
XXVI. De S. Luciano martyre. 791
XXVIII. Sermo B. Petri Damiani Ostiensis Episcopi de S. Fidele martyre. 791
De S. Ludouico Morbiolo. 795
XXIX. De S. Ermelende virgine. 795

NOVEMBRIS DIE

I. Sermo B. Ioannis Damasceni de adoratione sanctarum Imaginum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ginum. 797
De S. Austrenomio Episcopo & confessore. 799
II. De omnibus fidelibus defunctis. 799.
VI. De Zacharia patre Iohannis Baptistæ, & martyre. 808
De S. VVinnoco Abbate. 809
VII. De S. Amaranto martyre. 818
VIII. De Sanctorum Reliquijs. 818
IX. De S. Victone Episcopo Virdunensi. 820
XI. Sermo B. Petri Damiani Episcopi de S. Martino Episcopo Turonensi. 820
XII. De S. Liuino Archiepiscopo & martyre, apud Gandenses. 825
De S. Martino Papa. 826
De quinque fratribus Eremitis & martyribus. 838
Sermo B. Radbodi Traiectensis Episcopi, de S. Lebuino presbytero & confessore. 839
XV. De S. Leopoldo marchione Austriæ & confessore. 842
De S. Eugenio Episcopo Toletano & martyre. 851
De S. Sylvestro Episcopo Cauillonensi & confessore. 852
De S. Agapio martyre. 852
De SS. martyribus Octauio, Aduenticio, & Solutore. 853
XXIII. De S. Amphilochio Episcopo. 854
De S. Romano presbytero. 855
De S. Felice Archiepiscopo Rauennate & confessore. 855
XXVII. De SS. Barlaam & Iosaphat. 858
De SS. martyribus Facundo & Primitiuo. 960
De S. Iacobo interciso. 960
XXVIII. De S. Stephano iuniore, martyre Constantinopolitano. 963
Sermo B. Petri Damiani de sancto Andrea Apostolo. 992

DECEMBRIS DIE

I. De S. Proculo Rauennatum Archiepiscopo & cõfessore. 994
III. De S. Petro Chrysologo Archiepiscopo Rauennate & confessore. 995
De S. Eloquio Abbate & confessore. 997
V. De S. Dalmatio Episcopo Papiensi. 998
VI. Sermo B. Petri Damiani de S. Nicolao Myrensi Episcopo. 1001
De S. Asella virgine. 1004
VII. De S. Martino Abbate. 1005
VIII. De SS. martyribus Alexandrinis. 1005
IX. De S. Cypriano Abbate. 1007
De S. Leocadia virgine. 1007
XIII. De S. Iudoco confessore. 1007
XIIII. De SS. Ari, Promo & Elia martyribus. 1011
De SS. Nichasio & Eutropia sorore eius cum socijs. 1011
De S. Vrsicino Rauennatum Archiepiscopo & cõfessore. 1013
XVI. De SS. Valentino, Concordio, Nouali & Agricola martyribus. 1013
XVIII. De S. Gatiano Episcopo Turonensi primo. 1014
XXI. De S. Memmio Episcopo & confessore. 1014
XXV. De Natiuitate Domini. 1015
XXVI. De S. Stephano protomartyre. 1022
XXVII. De S. Iohanne Apostolo. 1025. & 1030
De eodem Hymnus. 1036
XXVIII. De sanctis Infantibus. 1037
De SS. martyribus Euthychio & Florentio. 1039
XXX. De S. Sabino Episcopo & martyre. 1042
XXX. De S. Barbatiano presbytero. 1042
De Dedicatione Ecclesiæ Sermones tres. fol. 1044. & 1047. & 1049
De quibusdam miraculis. 1050
De Contemptu seculi. 1058
Martyrologium Adonis Archiepiscopi Treuirensis, fol. 1083.

INDEX

INDEX GENERALIS
NOMINVM SANCTORVM, IN SEPTEM TOMIS SVRII COMPREHENSORVM, DIES NATALITIOS eorum, & numerum paginarũ exprimens, tam primæ, quàm secundæ editionis. Litera A primam editionem designat: B, secundam: C verò, Tomum hunc septimum.

A

De
ABdon & Senne cum socijs suis Aug. 10. to. 4. A 582 B 609
Abercio Hieropolitano episcopo Oct. 22. to. 5. A 910 B 1008
Abraha abbate Iun. 15. to. 3. A 651 B 763
Abramio confessore, eiusque nepte Maria Mar. 16. to. 2. A 235 B 270
Acacio centurione & martyre Maij 8. to. 3. A 104 B 132
Acepsima & Ioseph martyribus Apr. 22. to. 2. A 718 B 820
Acindyno, Pegasio & socijs martyribus Nou. 2. to. 6. A 37 B 43
Adelheide abbatissa Feb. 5. to. 1. B 886 C 92
Adelberto confessore & Leuita Iun. 25. to. 3. A 818 B 925
Adelberto episcopo & martyre Apr. 23. to. 2. A 826 B 924
Adelhardo abbate Ian. 2. to. 1. A 72 B 72
Aderito archiepiscopo Rauennate Feb. 11. to. septimo, 103. & Feb. 14. 121
Adriano martyre cum socijs Sep. 8. to. 5. A 123 B 147
Adriano & Eubulo martyribus Mar. 7. to. 2. B 120 C 189
Aduenticio martyre cum socijs Nou. 20. tomo septimo, fol. 853
AEcatherina virgine & martyre Nou. 25. to. 6. A 580 B 624
Afra martyre cum sodalibus Aug. 5. to. 4. A 477 B 509
Agape, Chionia & Irene martyribus Apr. 1. to. 2. A 431 B 462
Agapeto episcopo Mar. 24. to. 2. B 377 C 202
Agapio martyre Nou. 20. to. 6. B 517 C 852
Agatha virgine & martyre Feb. 5. to. 1. A 842 B 865
Agerico Virdunensi episcopo Dec. 2. to. 6. A 686 B 766
Agnete virgine & martyre Ian. 21. to. 1. A 488 B 507
Agricola & Vitali martyribus Nou. 4. to. 6. A 59 B 65
Aiberto presbytero Crispiniensi Apr. 7. to. 2. A 588 B 618
Aidano episcopo & confessore Aug. 31. to. 4. B 1020 C 660
Aigulpho martyre cum socijs Sep. 3. to. 5. A 8 B 24
Aichadro abbate Sep. 15. to. 5. A 239 B 263
Albano protomartyre Angliæ Iun. 22. to. 3. A 731 B 843
Alberto Carmelita, Siculo Aug. 7. to. 4. A 568 B 574
Albino Andegauensi episcopo Mar. 1. to. 2. A 1. & 2 B 1. & 2
Aldegunde abbatissa Malbodiensi Nou. 13. to. 6. A 300 B 332
Alexandrinis martyribus Dec. 8. to. 6. B 908 C 1005
Alexandro episcopo Hierosolymitano Mar. 18. to. 2. B 306 C 191
Alexandro & Antonia virgine Maij 3. to. 3. A 68 B 75
Alexandro Papa cum socijs Maij 3. to. 3. A 64 B 70
Alexandro martyre Lugdunensi Apr. 24. to. 2. A 841 B 958
Alexandro martyre quodam altero Maij 13. to. 3. A 238 B 284
Alexio confessore Iul. 17. to. 4. A 220 B 221
Alferio, primo abbate Cauensi Apr. 12. to. 2. B 697 C 273
Alipio Cionita & socijs Nou. 26. to. 6. A 588 B 632
Althelmo episcopo Scireburnensi Maij 25. to. 3. A 401 B 460
Amabili confessore Nou. 1. to. 6. A 19. & Oct. 19. to. 5. B 960
Amando episcopo Traiectensi Feb. 6. to. 1. A 878 B 907
Amantio episcopo Rutenensi Nou. 4. to. 6. A 78 B 83
Amato abbate Sept. 13. to. 5. A 203 B 234
Amato Senonensi episcopo Sept. 13. to. 5. A 207 B 238
Amatore episcopo Antisiodorensi Maij 1. to. 3. B 14 C 352
Amaranto martyre Nou. 7. to. 6. B 138 C 818
Ambrosio episcopo Mediolanensi Apr. 4. to. 2. A 497 B 526
Amelberga vidua Iul. 10. to. 4. A 170 B 167

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amphiano, seu Appiano & AEdesio — Apr.1.to.2. A 454 B 484
Amphilochio episcopo — Nou.23.to.6. B 587 C 854
Anania martyre — Oct.1.to.5. A 472 B 521
Anastasia martyre — Dec.25.to.6. A 961 B 1061
Anastasia virgine & martyre — Oct.28.to.5. A 962 B 1061
Anastasio Persa martyre — Ian.22.to.1. A 510 B 529
Anatolia virgine & martyre — Iul.9.to.4. A 154 B 152
Anatolia altera — Dec.23.to.6. A 941 B 1041
Anatolio episcopo Laodicensi — Iul.3.to.4. A 78 B 75
Anselmo episcopo Cantuariensi — Apr.21.to.2. A 676 B 780
Andrea Apostolo — Nou.30.to.6. A 619 B 702 C 992
Andrea duce exercitus cum socijs — Aug.19.to.4. A 748 B 771
Andrea in Crisi martyre — Oct.17.to.5. A 842 B 928
Andrea de Chio — Maij 29.to.3. B 492 C 449
Andronico & Athanasia coniugibus — Feb.27.to.1. A 1081 B 1111
Aniano episcopo Aurelianensi — Nou.17.to.1. A 377 B 417
Aniceto & Photino martyribus — Sep.1.to.5. B 23 C 681
Anisia martyre — Dec.30.to.6. A 1048 B 1169
Annone archiepiscopo Colonienſi — Dec.4.to.6 A 699 B 783
Annunciatione Mariæ virginis — Mar.25.to.2. A 359 B 390 C 207
Anthelmo episcopo Bellicensi — Iun.26.to.3. A 829 B 935
Anthimo episcopo & martyre — Apr.27.to.2. A 871 B 987
Anthimo presbytero, & Sisinnio martyribus — Maij 11.to.3. A 157 B 206
Antipa episcopo Pergamensi & martyre — Apr.11.to.2. A 621 B 683
Antonio archiepiscopo Florentino — Maij 2.to.3. A 31 B 38
Antonio abbate & eremita — Ian.17.to.1 A 382 B 398
Antonio patriarcha Constantinopolitano — Feb.12.to.1. A 962 B 992
Antonio presbytero, Zebma, Germano & socijs — Nou.13.to.6. A 286 B 319
Antonio Vlisbonensi — Iun.13.to.4. A 611 B 723
Apollinare episcopo & martyre — Iul.23.to.4. A 323 B 329 C 585
Apollinari virgine — Ian.5.to.1. A 115 B 116
Apollonia virgine & martyre — Feb.9.to.1. A 903 B 935
Apollonio senatore & martyre — Apr.18.to.2. A 662 B 766
Apostolis duodecim — Iul.30.to.4. A 403 B 424
Aquilina virgine & martyre — Iun.13.to.3. A 607 B 715
Aquilino episcopo Ebroicensi — Oct.19.to.5. A 864 B 953
Archadio martyre — Ian.12.to.1. A 259 B 263
Aredio abbate & confessore — Aug.25.to.4. A 897 B 918
Aresta martyre — Nou.9.to.6. A 231 B 242
Aretha & socijs martyribus — Oct.24.to.5. A 934 B 1033
Aris, Promo & Elia martyribus — Dec.14.to.6. B 1016 C 1011
Armogaste, Archimino & Saturo martyribus — Mar.29.to.2. B 444 C 227
Arnulpho episcopo Svvessionensi — Aug.15.to.4. A 689 B 714
Arnulpho episcopo Metensi — Aug.16.to.4. A 723 B 747
Arsatio confessore — Aug.16.to.4. A 722 B 746
Arsenio miro confessore & eremita — Iul.19.to.4. A 250 B 248
Artemio martyre — Oct.20.to.5. A 873 B 969
Asella virgine — Dec..6to.6. B 901 C 1004
Assumptione S. Mariæ Deiparæ — Aug.15.to.4. A 652 B 679 C 635
Athanasia abbatissa — Aug.14.to.4. A 645 B 672
Athanasio episcopo Alexandrino — Maij 2.to.3. A 14 B 22
Athenogene martyre — Iul.17.to.4. A 223 B 223
Attala abbate — Mar.10.to.2. A 92. B 134
Attilano episcopo & confessore — Oct.5.to.septimo, fol.776
Ausberto episcopo Rothomagensi — Feb.9.to.1. A 906 B 938
Audoeno Rothomagensi episcopo — Aug.24.to.4. A 879 B 898
Audomaro Morinensi episcopo — Sept.9.to.5. A 150 B 174
Augurio diacono cum socijs martyribus — Ian.21.to.septimo, fol.48.
Augusta virgine & martyre — Mar.27.to.sept.fol.225
Augustino Anglorum apostolo. — Maij 25.to.3. A 402 B 462
Augustino episcopo Hipponensi, Doctore — Aug.28.to.4. A 933 B 953
Auito presbytero — Iun.17.to.3. A 682 B 792
Ausberta virgine — Feb.10.to.1. A 918. B 949
Ausberto Cameracensi episcopo — Dec.13.to.6. A 894 B 989

Austre-

Austregisilo archiepiscopo Bituricensi — Maij 20.to.3. A 59 B 405
Austremonio episcopo & confessore — Nou.1.tomo septimo, fol.799
Autonomo martyre — Sep.12.to.5. A 189 B 211
Auxentio abbate — Feb.14.to.1. A 986 B 1016
Auxibio archiepiscopo Solensi — Feb.19.to.1. A 1018 B 1048

B

Babyla episcopo & martyre — Ian.24.to.1. A 574 B 592
Badeno archimandrita, martyre — Apr.8.to.2. A 596 B 651
Bandelio martyre — Maij 20.tom.septimo, fol.446
Barbara virgine & martyre — Dec.4.to.6. A 690 B 774
Barbatiano presbytero & confessore — Dec.31.to.6. A 1066 B 1188 C 1042
Barlaam martyre — Nou.19.to.6. A 438 B 479
Barlaam & Iosaphat — Nou.27.tom.septimo, fol.858
Barnaba apostolo — Iun.11.to.3. A 581 B 690
Bartholomæo apostolo — Aug.23.to.4. A 875 B 891 C 644
Basileo episcopo & martyre — Apr.26.to.2. A 857 B 974
Basilio magno, confessore & episcopo — Ian.1.to.1. A 4. & 5 B 4.5
Bassiano episcopo & confessore — Ian.19.to.septimo, fol.43
Bathilde regina Franciæ — Ian.26.to.septimo, fol.64
Bauone comite & confessore — Oct.1.to.5. A 478 B 527
Beda presbytero & doctore — Maij 10.to.3. B 204 C 406
Benedicto abbate magno — Mar.21.to.2. A 328 B 359 C 193
Benedicto abbate Anglo — Ian.12.to.1. B 264 C 18
Benigno presbytero & martyre — Nou.1.to.6. A 9 B 9
Bennone episcopo Missnensi & confessore — Iun.16.tomo septimo, folio 509
Berardo Minorita cum quatuor socijs martyr. — Ian.16.to.1. A 372 B 388
Berchardo abbate, al. Berchario — Oct.16.to.5. A 841 B 927
De Bernardino Senensi, Cardinale — Maij 20.to.3. A 365 B 411 C 420
Bernardo abbate Clareuallensi — Aug.20.to.4.A 768 B 791
Bertino abbate & confessore — Sep.5.to.5. A 93. B 116
Bertulpho abbate Bobiensi — Aug.19.to.4.A 752 B 775
Bertulpho confessore — Feb.5.to.1. A 846 B 869
Bervvardo episcopo Hildesiensi — Nou.20.to.6. A 473 B 514
Bibiano episcopo & confessore — Aug.28.tomo septimo, fol.650
Bilhilde vidua & sanctimoniali — Nou.27.to.6. A 612 B 659
Birino episcopo Dorcestriensi — Dec.3.to.6. A 682 B 771
Blasio episcopo & martyre — Feb.3.to.1. A 818 B 841
Blesilla vidua — Ian.22.to.1. A 522 B 540
Bonauentura Cardinale — Iul.13.to.4. A 207 B 208
Bonifacio archiepiscopo Moguntinensi — Iun.5.to.3. A 467 B 573
Bonifacio episcopo Florentino & confessore — Maij 14.to.3. A 294 B 339
Bonifacio martyre — Iun.5.to.3. A 462 B 569
Bonito episcopo Aruernorum — Ian.15.to.1. A 325 B 357
Bononio abbate Bononiensi — Aug.30.to.7.folio 654. & 656
Brictio episcopo Turonensi — Nou.13.to.6. A 288 B 321
Brigida virgine — Feb.1.to.1. A 782 B 806
Brigitta vidua — Iul.23.to.4. A 344 B 352
Brunone Carthusiano patriarcha — Oct.6.to.5. A 588 B 671
Brunone Colonienſi archiepiscopo — Oct.11.to.5. A 701 B 758
Burchardo Herbipolensi episcopo — Oct.14.to.5. A 741 B 827

C

CAEcilia virgine & martyre — Nou.22.to.6. A 505 B 547
Cæsario diacono martyre — Nou.1.to.6. A 12 B 12
Cæsario episcopo Arelatensi — Aug.27.to.4. A 923 B 943
Calicino martyre — Iul.29.to.4. A 381 B 403
Calixto Papa & martyre — Oct.14.to.5. B 822 C 780
Calliopio martyre — Apr.7.to.2. A 586 B 616
Callistrato cum socijs martyribus — Sept.27.to.5. A 369 B 407
Calocero archiepiscopo Rauennate — Feb.6.tomo 7.folio 103
Caluppano recluso — Mar.3.to.2. A 59 B 55
Canto, Cantiano, & Cantianilla — Maij 31.to.3. A 432 B 496
Caprasio abbate — Iun.1.to.3. B 506 C 454
Caprasio & Fide martyribus — Oct.20.to.5. B 906 C 785

Cari-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Carilepho presbytero & monacho — Iul. 1.to. 4. A 34. 35 B 32
Carpo, Papillo, & socijs martyribus — Apr.13. to. 2. A 641 B 705
Cassiano martyre — Aug.13. to.4. A 626 B 650 C 629
Cassio Narniensi episcopo — Iun. 29. to. 3. A 888 B 983
Catherina Syveda vidua — Mar.22. to.2. A 346 B 377
Catherina virgine & martyre — Nou.25.to.6. A 580 B 624
Catharina Senensi, ordinis Prædicatorij — Apr.29.to.2. A 915 B 1028
Ceadda seu Cedda episcopo — Mar.2.to.2 A 46 B 41
Celerino cum socijs — Feb.3.to.1. A 817 B 840
Celsi martyris inuentione — Feb.23.to. sept. folio 137
Cerbonio Populonensi episcopo — Oct.10.to. 5. A 674 B 759
Charitine virgine & martyre — Oct.5.to. 5. A 582 B 665
Charitone confessore — Sept.28. to.5. A 390 B 428
Christi Natiuitate — Dec.25.to.6. A 953 B 1054 C 1015
Christina virgine & martyre — Iul.24.to.4. A 353 B 360
Christina virgine mirabili — Iun.23.to.3. A 778 B 888
Christi transfiguratione — Aug. 6.to.4. A 552 B 577
Christi Imagine non manufacta — Aug.16.to.4. A 714 B 738
Christofero martyre — Iul.25.to.4. A 353 B 361
Chrysantho & Daria martyribus — Oct.25.to.5. A 948 B 1047
Chunegunde Imperatrice & virgine — Mar.3.to.2. A 60 B 56
Circuncisione Domini — Ian.1.to.1. A 1 B 1 C 1
Clara virgine & sanctimoniali — Aug.12.to.4.A 609 B 634
Claro abbate — Ian.1.to.1. A 64 B 63
Claudio episcopo Bisuntino — Iun.6.to.3 B 613 C 494
Claudio, Asterio, & Neone martyribus — Aug.23.to.4. A 873 B 890
Clemente episcopo Ancyrano & martyre — Ian.23.to.1. A 529 B 548
Clemente Papa & martyre — Nou.23.to.6. A 515 B 557
Cœna Domini vltima — Mar.26.to.sept. folio 196
Coleta virgine & sanctimoniali — Mar.6.to.2. B 69 C 150
De Colomanno martyre — Oct.13.to.5. A 736 B 819
Columbano abbate — Nou.21.to.6. A 484 B 526
Concordio martyre — Ian.1.to.1. A 22 B 22
Constabili abbate Cauensi — Feb.17.to.septimo, fol.127
Constantio, mansionario S. Stephani — Sept.23.to.5. A 347 B 390
Constantio episcopo & martyre — Ian.29.to.1. B 751 C 73
Contemptu Seculi — To.septimo, folio 1058.
Corbiniano Frisingensi episcopo — Sept.8.to.5. A 131 B 155
Cornelio centurione — Sept.13.to.5. A 191 B 221
Cornelio Papa & martyre — Sept.14.to.5. A 219 B 249
Coronatis quatuor — Nou.8.to.6. A 165 B 176
Cosma & Damiano martyribus — Sept.27.to.5. A 360 B 403 C 722
Crispino & Crispiniano martyribus — Oct.25.to.5. A 959 B 1057
Crodato, Cypriano, Dionysio, &c. — Mar.10.to.2. A 87 B 129
Crucifixi imagine vulnerata — Nou.9.to.6. A 227 B 237
Crucis inuentione — Maij 3.to.3. A 53 B 61 C 360
Crucis exaltatione — Sept.14.to.5. A 209 B 239
Crucis signo — Maij 7.to.3. A 99 B 127
Cucuphate martyre — Iul.25.to. 4. A 355 B 362
Cuniberto episcopo Colonienſi — Nou.12.to.6. A 273 B 301
Cuthberto episcopo Lindisfarnensi — Mar.20.to.2. A 299 B 331
Cypriano episcopo Carthaginensi & martyre — Sept.14.to.5. A 221 B 251
Cypriano & Iustina martyribus — Sept.26.to.5. A 351 B 394
Cypriano abbate & confessore — Dec.9.to.6. B 912 C 1007
Cyrillo episcopo & martyre — Iul.9.to.4. A 153 B 151
Cyrillo diacono & martyre — Mar.29.to.2. B 443 C 226
Cyrillo episcopo Hierosolymitano — Mar.17.to.2. A 274 B 307
Cyro & Iohanne martyribus — Ian.31.to.1. A 735 B 759

D

DAlmatio episcopo Ticinensi & martyre. — Dec.5.to.6. B 880 C 998
Damiano archiepiscopo Rauennate — Mar.13.to.sept.folio 109
Daniele propheta & tribus pueris — Iul.21.to.4. A 287 B 289
Daniele Stylita — Dec.11.to.6. A 845 B 939
Decem martyribus in Creta passis — Dec.13.to.6. A 943 B 1044

Dedi-

Dedicatione Ecclesiæ — Dec.3?.tomo septimo, folio 1044.&c.
Demetrio martyre — Oct.8.to.5. A 619 B 701
Deodato episcopo & confessore — Iun.19.to.3. B 8?6 C 539
Deogratias Carthaginensi episcopo & socijs — Oct.17.to.5. A 804 B 890
Diodoro, Mariano & socijs martyribus — Ian.17.to.1. A 407 B 414
Dionysia, Datiua, Leontia & socijs — Dec.6.to.6. A 8?0 B 900
Dionysio Areopagita & socijs — Oct.9.to.5. A 628 B 711
Dionysio episcopo Mediolanensi — Aug.1.to.4. A 455 B 488
Dionysio episcopo Alexandrino — Apr.8.to.2. B 653 C 259
Disibodo episcopo & confessore — Iul.8.to.4. A 141 B 139
Disma latrone cum Domino crucifixo — Mar.25.to.septimo, folio 211.&c.
Dominica Palmarum — Mar.20.to.septimo, folio 191
Dominico Loricato, eremita — Oct.14.to.5. A 762 B 849
Dominico patriarcha Prædicatorum — Aug.5.to.4. A 491 B 522
Domnino milite & martyre — Oct.9.to.5. B 744 C 777
Domnolo episcopo Cenomanensi — Maij 16.to.3. A 303 B 347
Donatiano & Rogatiano martyribus — Maij 24.to.3. A 385 B 445
Donatiano Rhemensi archiepiscopo — Oct.14.to.5. A 759 B 846
Dorothea virgine & martyre — Feb.6.to.1. A 866 B 896
Dorotheo & Gorgonia martyribus — Sept.9.to.5. A 144 B 168
Dula martyre — Iun.15.to.3. A 640 B 750
Dunstano archiepiscopo Cantuarienſi — Maij 19.to.3. A 309 B 359
Dympna virgine & martyre in Gheele — Maij 15.to.3. A 299 B 341

E

EAdmundo rege Angliæ & martyre — Nou.20.to.6. A 465 B 506
Earcongota & Edilberga virginibus — Iul.7.to.4. B 115 C 574
Ebrulpho confessore — Dec.29.to.6. A 1045 B 1166
Edeltrude vel Edeldrida regina & virgine — Iun.23.to.3. A 739 B 851
Editha virgine — Sept.16.to.5. A 257 B 287
Edmundo archiepiscopo Cantuarienſi — Nou.16.to.6. A 366 B 407
Eduardo rege — Mar.18.to.2. A 276 B 309
Egesippo confessore — Apr.7.to.septimo, folio 233
Egidio minorita & confessore — Apr.23.to.2. B 938 C 323
Eleuchadio archiepiscopo Rauennate — Feb.14.to.septimo, folio 121.& 122
Eleutherio episcopo, eiusque matre Euanthia — Apr.18.to.2. A 657 B 761
Eleutherio alio — Sept.6.to.5. A 95 B 118
Elia Thesbyte propheta magno — Iul.20.to.4.A 281 B 279
Elia martyre cum socijs — Dec.14.to.6. B 1016 C 1011
Eligio Nouiomensi episcopo — Dec.1.to.6. A 629 B 709
Eliphio martyre — Oct.16.to.5. A 797 B 884
Eliseo propheta & Sunamitide — Iun.14.to.3. A 625 B 737
Elizabeth regis Hungariæ filia — Nou.19.to.6. A 442 B 483
Eloquio abbate & confessore — Dec.3.to.6. B 769 C 997
Elphego archiepiscopo Cantuarienſi & mart. — Apr.19.to.2. A 667 B 770
Elzeario comite & confessore — Sept.27.to.5. A 374 B 412
De Emerico filio regis Hungariæ — Nou.5.to.6. A 81 B 86
Engelberto archiepiscopo Colonienſi — Nou.7.to.6. A 137 B 148
Eparchio abbate & confessore — Iul.1.to.4. A 29 B 28
Ephrem Syro, abbate — Feb.1.to.1. A 769 B 793
Epimacho martyre — Oct.31.to.5. A 980 B 1084
Epiphania Domini — Ian.6.to.7.folio 3.&c.
Epiphanio episcopo Constantiæ Cypri — Maij 12.to.3. A 181 B 229
Epiphanio episcopo Papiensi & confessore — Ian.22.to.1. A 526 B 545 C 56
Epipodio martyre Lugdunensi — Apr.21.to.2. A 715 B 818
Equitio abbate — Mar.7.to.2. A 65 B 107
Eremitis in Syna, martyribus — Ian.14.to.1. A 312 B 318
Ermelende virgine — Oct.29.to.5. B 1078 C 795
Ermenoldo abbate — Ian.6.to.1. B 141 C 8
Ermigildo rege & martyre — Apr.13.to.2. A 649 B 714
Ethbino abbate & confessore — Oct.19.to.5. A 871 B 964
Ethvvaldo episcopo VVintonienſi — Aug.1.to.4. A 459 B 492
Eucharistia Domini nostri Iesu Christi — Mar.24.tomo septimo, folio 199
Eucherio episcopo Lugdunensi — Nou.16.to.6. A 365 B 406

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eucherio episcopo Aurelianensi — Feb.20.to.1. A 1026 B 1055
Esaia propheta — Iul.6.to.4. B 89 C 573
Eudocimo confessore — Iul. 9.to.4. A 385 B 406
Eudoxio,Romulo,Zenone,& socijs — Sept.5.to.5. A 88 B 111
Euergisio archiepiscopo Colonienſi — Oct.24.to.5.A 928 B 1027
Euermaro martyre — Maij 1.to.3. B 15 C 354
Eugendo abbate — Ian.1.to.1. A 57 B 56
Eugenia martyre — Dec.25.to.6. A 973 B 1073
Eugenio Carthaginensi episcopo — Iul.12.to.4.A 191 B 193
Eugenio & eius filia Maria — Feb.8.to.1. A 896 B 928
Eugenio episcopo Toletano — Nou.15.to.septimo,fol.851
Eulalia virgine & martyre — Dec.10.to.6.A 819 B 913
Eulampio & Eulampia martyribus — Oct.10.to.5. A 667 B 751
Eulogio diacono & socijs eius — Ian. 1.to.septimo,folio 48
Euortio Aurelianensi episcopo — Sept.7.to.5. A 98 B 123
Euphemia virgine & martyre — Iul.11.to.4. A 178 B 176
Euphemia alia virgine & martyre — Sept.16.to.5. A 233 B 280
Euphrasia virgine eiusque matre — Mar.13.to.2. A 216 B 252
Euphrosynæ virgine — Ian.1.to.1.A 43 B 43
Euplio martyre Siculo — Aug.12.to.4.A 605 B 632
Eusebia hospita — Ian.25.to.1.A 597 B 615
Eusebio episcopo Vercellensi — Aug.1.to.4. A 451 B 485
Eodem & Dionysio episcopo Mediolanensi — Aug.1.to.4. A 455 B 488
Eusebio martyre & socijs — Aug.25.to.4. B 909 C 648
Eustachio abbate Luxouiensi — Mar.29.to.2. A 421 B 449
Eustachio & Theopiste cum duobus filijs — Nou.2.to.6. A 25 B 30
Eustratio,Auxentio,Eugenio & socijs — Dec.13.to.6. A 880 B 975
Euthymio abbate — Ian.20.to.1.A 453 B 471
Eutropio episcopo & martyre — Apr.30.to.7.folio 345
Eutychio & Florentio — Dec.28.to.6. B 1138 C 1039
Eutychio patriarcha Constantinopolitano — Apr.6.to.2.A 547 B 578
Evvaldis duobus episcopis & martyribus — Oct. .to.5. A 500 B 554
Exuperio confessore,episcopo — Sep.28.to.7.folio 737
Ezechiele propheta — Apr.10.to.7.folio 268

F

Fabio martyre Cæsarienſi — Iul.31.to.4. A 405 B 425
Facundo & Primitiuo martyribus — Nou.27.to.7.folio 960
Farone Meldensi episcopo — Oct.28.to.5. A 972 B 1074
Fausta,Euilasio & Maximino — Feb.6.to.1. A 863 B 893
Fausto,Ianuario &c. — Oct.13.to.septimo,fol.779
Faustino & Iouita fratribus — Feb.15.to.1. A 1003 B 1033
Febronia virgine & martyre — Iun.15.to.3. A 628 B 739
Felice Aphricano episcopo — Oct.24.to.5. A 927 B 1026
Felice martyre Gerundensi — Aug.1.to.4. A 459 B 492
Felice Nolano confessore — Ian.14.to.1. A 307 B 313
Felice presbytero,& Ireneo diacono — Iul. .to.4.A 76 B 74
Felice presbytero, & Fortunato & socijs — Apr.23.to.2. A 822 B 920
Felice episcopo Rauennate — Nou. 5.to.septimo,folio 855
Felice & Adaucto martyribus — Aug.30.to.4. B 1012 C 660
Felicitate cum septem filijs — Iul.10.to.4. A 155 B 153
Ferreolo tribuno & martyre — Sept.18.to.5. A 295 B 325
Ferreolo presbytero & Ferrutione — Iun. 6.to.septimo,folio 536
Ferrutio martyre — Oct.28.to.5. A 967 B 1068
De Fiacrio confessore — Aug.30.to.4. B 1010 C 651
Fideli martyre — Oct.28.to.5. B 1065 C 791
Fidelibus defunctis — Nou.2.to.6. B 21 C 799
Florentio episcopo Argentinensi — Nou.7.to.6. A 136 B 147
Florentio & Eutychio martyribus — Dec.28.to.6. B 1138 C 1039
Floriano martyre — Maij 4.to.3.A 78 B 85
Foca aliàs Phoca martyre — Mar.5.to.2. B 69 C 150
Fortunato Tudertino episcopo — Oct.14.to.5.A 728 B 825
Francisco confessore — Oct. .to.5. A 502 B 576
Francisco Paulensi seu Paulano — Apr.2.to.2. A 462 B 492

Fratribus Machabæis septem & matre — Aug.1.to.4.B 465.&c. C 612.&c.
Fratribus duodecim Beneuentanis martyribus — Sept.1.to.5. B 5 C 666
Frederico episcopo & martyre Traiectensi — Iul.18.to.4.A 233 B 232
Friardo recluso — Aug.1.to.4.A 456 B 489
Fructuoso,Augurio & Eulogio — Ian.21.to.1.A 496 B 514
Fulgentio episcopo Ruspensi — Ian.1.to.1.A 23 B 23.& 24
Furseo confessore — Ian.16.to.1.A 365 B 381
Fusca virgine Rauennate — Feb.13. to.7.folio 120

G

GAlactione & Episteme martyribus — Nou.5.to.6. A 83 B 89
Gallo abbate & confessore — Oct.16.to.5.A. 807 B 894
Gallo Aruernorum episcopo — Iul.1.to.4.A 23 B 22 C 1014
Gangulpho martyre — Dec.18.to.6.B 1031
Gatiano Turonensi episcopo — Maij 11.to.3.A 163 B 212
Gaugerico episcopo Cameracensi — Aug.11.to.4. A 603 B 629
Genesio martyre Arelatensi — Aug.25.to.4.A 891 B 911
Genesio martyre Romano — Aug.25.to.4.A 895 B 917
Genofeua virgine Parisiensi — Ian.3.to.1. A 102 B 102
Gentili matrona Rauennate — Ian.28.to. septimo,fol.71
Georgio martyre magno — Apr.23.to.2.A 798 B 897 C 320
Georgio diacono,Aurelio,Felice,& socijs — Aug.27.to.4.A 916 B 936
Gerardo abbate Bromiensi — Oct.3.to.5. A 502 B 556
Gerardo episcopo & martyre — Sept.24.to.5.A 349 B 391
Gerardo monacho Clareuallensi — Iun.13.to.3.B 719 C 503
Gereone & socijs eius martyribus — Oct.10.to.5.A 671 B 755
Gereonis martyris inuentione & translatione — Nou.24.to.6. A 574 B 618
Germano episcopo Antisiodorensi — Iul.31.to.4.A 405 B 426
Germano episcopo Parisiensi — Maij 28.to.3.A 410 B 471
Germani eiusdem translatione — Iul.25.to.4. B 369 C 594
Germano & Seruando episcopis — Oct.23.to. septimo,folio 791
Gertrude virgine & abbatissa — Mar.17.to.2.A 270 B 302
Gertrude de Oesten — Ian.6.to.septimo,folio 14
Gentulio,Cereali,Amantio — Iun.10.to.3. A 575 B 679
Gildardo Rhotomagensi episcopo — Iun.8.to.3.A 565 B 669
Gisleno confessore — Oct.9.to.5. A 662 B 746
Glodesinde virgine — Iul.25.to.4. A 359 B 366
Glyceria & Laodicio martyribus — Maij 11.to.3.A 152 B 199
Goare presbytero & confessore — Iul.6.to.4.A 92 B 90
Godeberta virgine — Apr.11.to.2.B 692 C 270
Godefrido episcopo Ambianensi — Nou.8.to.6.A 176 B 190
Godefrido comite Cappenbergensi — Ian.13.to.septimo,folio 21
Godeleua virgine & martyre — Iul.6.to.4. A 111 B 109
De Goerico episcopo Metensi — Sep.19.to.5.B 342 C 707
Gordiano martyre — Maij 10.to.3.A 151 B 198
Gordio martyre — Ian.2.to.1.A 97 B 97
Gothardo episcopo & confessore — Maij 4.to.3.B 95 C 362
Gregorio episcopo Argentino — Nou.23.to.6.A 520 B 562
Gregorio Lingonensi episcopo — Ian.3.to.1.A 108 B 109
Gregorio martyre Armeniæ — Sept.30.to.5.A 433 B 480
Gregorio Nazianzeno episcopo — Maij 9.to.3. A 134 B 181
Gregorio magno Papa — Mar.12.to.2. A 95 B 137
Gregorio Spoletano presbytero & martyre — Dec.24.to.6.A 951 B 1051
Gregorio Turonensi archiepiscopo — Nou.17.to.6.A 378 B 419
Gregorio Thaumaturgo episcopo — Iul.3.to.4.A 57 B 55
Guarino episcopo Prænestino — Feb.6.to.1.B 916 C 99
Gudualo archiepiscopo & confessore — Iun.6.to.3. A 509 B 616
Gudula virgine Bruxellensi — Ian.8.to.1.A 162 B 167. & 171
Guiberto confessore — Maij 23.to.3. A 377 B 438
Guidone confessore — Sept.12.to.5.A 186 B 208
Guidone confessore alio — Mar.31.to.2.B 458 C 229
Guilhelmo archiepiscopo Bituricensi — Ian.10.to.1.A 223 B 228
Gummaro confessore — Oct.11.to.5. A 695 B 779
Guntramno rege — Mar.28.to.2.B 441 C 226

Universidad de Deusto
Biblioteca

L Guthlaco anachoreta — Apr.11.to.2.A 625 B 687

H

HEdvvige ducissa Poloniæ — Oct.15.to.5.A 773 B 860
Heimerammo Ratisponensi episcopo — Sep.22.to.5. A 335 B 367
Helena Imperatrice — Aug.18.to.4.A 747 B 768
Hemiterio & Chelidonio martyribus — Mar.3.to.2. A 50 B 47 C 141
Herculano episcopo & martyre — Mar.1.to.2. A 43 B 40
Hereberto archiepiscopo Colonienſi — Mar.16.to.2.A 246 B 279
Hermanno canonico Steinueldenſi — Apr.7.to.2. B 627 C 233
Hermylo & Stratonico martyribus — Ian.13.to.1. A 260 B 267
Hermolando abbate & confessore — Mar.25.to.2.A 373 B 402
Hierone martyre & socijs eius — Nou.7.to.6. A 104 B 135
Hieronymo Ecclesiæ Doctore — Sept.30.to.5. A 448 B 495
Hilario episcopo Pictauiensi — Ian.13.to.1.A 264 B 271
Hilaro & Olybrio confessoribus — Maij 13.to.septimo,fol.411
Hilari episcopi translatione — Ian.14.to.septimo,fol.26
Hilarione abbate — Oct.21.to.5. A 888 B 984
Hildegarde abbatissa — Sept.17.to.5. A 271 B 301
De Hildephonso episcopo Tolosano — Ian.23.to.1. A 572 B 590
Hildulpho archiepiscopo Treuirensi — Iul.11.to.4. B 181 C 575
Homobono ciue Cremonensi — Nou.13.to.6. A 194 B 326
Honofrio eremita — Iun.12.to.3. A 593 B 701
Honorato episcopo Arelatensi — Ian.16.to.1. B 370 C 28
Honorio episcopo & confessore — Sept.30.to.5. A 470 B 517
Hospitio recluso & confessore — Maij 21.to.3.A 375 B 436
Huberto episcopo Leodiensi & confessore — Nou.3.to.6. A 45 B 50
Hugone abbate Cluniacensi — Apr.29.to.2.A 892 B 1007
Hugone episcopo Gratianopolitano — Apr.1.to.2.A 434 B 465
Hugone Lincolniensi episcopo — Nou.17.to.6.A 87 B 427
Humberto confessore — Sep.6.to.5.B 119 C 693
Hunegunde virgine — Aug.25.to.4. A 899 B 919
Hyacintho martyre — Iul.26.to.4.A 362 B 385

I

IAcobo Alemano Dominicano — Oct.11.to.5. A 722 B 806
Iacobo apostolo,fratre Domini — Maij 1.to.3.A 8 B 4.5.&c.
Iacobo episcopo Nisibitano — Iul.15.to.4.A 213 B 214
Iacobo eremita,pœnitente — Ian.28.to.1.A 721 B 737
Iacobo intercisо,martyre — Nou.27.to.6.B 657 C 960
Ianuario,Fausto & socijs martyribus — Oct.13.to.septimo,folio 779
Ida vidua — Sept.4.to.5. B 101 C 682
Ignatio episcopo & martyre — Feb.1.to.1.A 758 B 781
Illidio Aruernensi episcopo — Iul.7.to.4. A 115 B 113
Imaginum sanctarum veneratione — Nou.1.to.septimo,fol.797
Inda & Domna cum socijs martyribus — Dec.26.to.6.A 998 B 1101
Innocentum ab Herode trucidatione — Dec.28.to.6.A 1017 B 1133 C 1037
Iob propheta — Maij 10.to.septimo,folio 409
Iohanne abbate — Sept.22.to.5. A 334 B 365 C 708
Iohanne apostolo & euangelista — Dec.27.to.6.A 1011 B 1114 C 1025
Iohanne archiepiscopo Alexandrino — Ian.23.to.1.A 552 B 570
Iohannis Baptistæ decollatione — Aug.29.to.4. A 962 B 982
Iohannis Baptistæ natiuitate — Iun.24.to.3.A 790 B 899
Iohanne Calybita — Ian.15.to.1.A 331 B 336
Iohanne canonico Regulari — Oct.10.to.5. A 684 B 769
Iohanne Chrysostomo,episcopo — Ian.27.to.1.A 634 B 651
Iohanne Climaco,confessore — Mar.31.to.2.A 428 B 456
Iohanne Syro confessore — Mar.19.to.2.A 281 B 313
Iohanne Damasceno — Maij 6.to.3.A 88 B 115
De Iohanne,Paulo,& Gallicano martyribus — Iun.26.to.3. A 825 B 932
Iohanne Gualberto abbate — Iul.12.to.4.A 184 B 183
Iohanne Hagustaldēsi & Eboracensi episcopo — Maij 7.to.3. A 101 B 128
Iohanne Silentiario — Maij 13.to.3. A 250 B 295
Iohanne Papa,primo — Maij 27.to.3. B 469 C 447
Iohannicio abbate — Nou.4.to.6. A 61 B 67

Iona & Barachisio martyribus — Mar.29.to.2. A 417 B 445
Iordano Dominicano — Feb.13.to.septimo,folio 104
Ioseph patriarchæ laudibus — Dec.11.to.6. A 835 B 930
Ioseph putatiuo Christi patre — Mar.19.to.2. A 279 B 312
Isaac Syro,peregrino Dei — Apr.11.to.2. A 623 B 685
Isacio confessore — Mar.27.to.2. A 409 B 436
Isidoro episcopo Hispalensi — Apr.4.to.2. A 508 B 541
Isidoro martyre — Febr.4.to.1. A 840 B 862
Iuane eremita Bohemico — Iun.24.to.septimo,folio 547
Iudoco confessore — Dec.13.to.6. B 997 C 1007
Iuentio & Syro episcopis Papiensibus — Sept.12.to.5. B 213 C 695
Iuliana virgine & martyre — Feb.16.to.1. A 1011 B 1041
Iuliano martyre Aruernensi — Aug.28.to.4. A 948 B 968
Iuliano martyre & Basilissa — Ian.9.to.1. A 193 B 198
Iuone presbytero & confessore — Maij 19.to.3. A 355 B 401
Iusta & Ruffina Hispalensibus martyribus — Iul.19.to.4. A 249 B 248
Iustino philosopho,Charitone & socijs — Inn.12.to.3. A 605 A 713
Iustino philosopho & martyre — Apr.13.to.2. A 638 B 703
Iusto Lugdunensi episcopo — Sept.2.to.5. A 6 B 21
Iusto siue Iustino martyre — Oct.18.to.5. A 855 B 941
Iusto & Pastore pueris,martyribus — Aug.6.to.4. B 593 C 593
Iuuentino & Maximo martyribus — Ian.25.to.1. A 595 B 612
Iuuenali episcopo & confessore — Maij 3.to.3. B 77 C 361

K

De KAnuto rege Danorum & martyre — Iul.10.to.4. A 171 B 169
Kiliano episcopo, Colomanno presbytero,& Totnano diacono,martyribus — Iul.8.to.4. A 132 B 130

L

LAmberto episcopo & martyre — Sept.17.to.5. A 260 B 289
Lamentatione S.Mariæ sub cruce Domini — Mar.25.to.septimo,folio 205
Landelino abbate — Iun.15.to.3. A 648 B 760
Landoaldo archipresbytero — Mar.19.to.2. A 281 B 314
Landrada virgine — Iul.8.to.4. A 115 B 134
Launomaro abbate — Ian.19.to.1. A 423 B 438
Laurentio archidiacono & martyre — Aug.10.to.4. A 581 B 607.&c.
Laurentio archiepiscopo Dublinensi — Nou.14.to.6. A 310 B 342
Laurentio episcopo Cantuariensi — Feb.2.to.1. A 815 B 839
Laurentio patriarcha Veneto — Ian.8.to.1. A 171 B 176
Lea fœmina religiosissima — Mar.22.to.2. A 345 B 375
Lebuino presbytero & confessore — Nou.12.to.6. A 277 B 306 C 839
Leobardo recluso monacho — Ian.18.to.1. A 421 B 436
Leocadia virgine — Dec.9.to.septimo,folio 1007.
Leodegario episcopo & martyre — Oct.2.to.5. A 491 B 545
Leonardo diacono & confessore — Nou.6.to.6. A 116 B 121
Leone & Paregorio martyribus — Feb.16.to.1. A 1016 B 1043
Leone abbate Cauensi — Iul.12.to.4.B 190 C 577
Leontio martyre & socijs eius — Iun.18.to.3. A 688 B 796
Leopoldo Marchione Austriæ,confessore — Nou.15.to.6.B 383 C 842
Liborio episcopo Cenomanensi — Iul.23.to.4. A 329 B 337
Lioba abbatissa — Sep.28.to.5. A 396 B 433
Liphardo presbytero & abbate — Iun.3.to.3.A 459 B 564
De Liuino archiepiscopo & martyre — Nou.12.to.6.B 288 C 825
Lidvvina virgine — Apr.14.to.2.B 715 C 278
Longino centurione & martyre — Mar.13.to.2. A 232 B 266
Luca euangelista — Oct.18.to.5.A 847 B 933
Lucia & Geminiano martyribus — Sept.16.to.5. A 256 B 288
Lucia virgine & martyre — Dec.13.to.6. A 892 B 987
Luciano martyre — Ian.7.to.1. A 148 B 154
Luciano martyre altero — Oct.26.to.septimo,folio 791
Ludgero primo episcopo Monasterienſi — Mar.26.to.2. A 384 B 412
Ludmilla ducissa Bohemiæ & martyre — Sept.16.to.septimo,folio 703
Ludouico episcopo Tolosano — Aug.19.to.4. A 757 B 780

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ludouico rege Francorum — Aug.25.to.4. A 906 B 926
Eiusdem epistola ad Alexandrum Papam — Dec.29.to.6. A 1045 B 1166
Ludouico Morbiolo confessore — Oct.28.to.5. B 1076 C 795
Lullo episcopo Moguntino & confessore — Oct.16.to.5. A 840 B 926
Lupentio abbate & martyre — Oct.22.to.septimo,fol.790
Lupicino recluso & confessore — Iun.24.to.3. A 811 B 919
Lupicino & Romano abbatibus — Feb.27.to.1. A 1084 B 1114
Lupo episcopo Senonensi — Sept.1.to.5.A 1 B 1
Lupo episcopo Trecensi — Iul.29.to.4. A 390 B 411
Lusore puero & confessore — Nou.4.to.6. A 80 B 26
Lutgarde virgine — Iun.16.to.3. A 657 B 768
Lutrude virgine — Sept.22.to.5. A 345 B 378

M

MAcario patriarcha Antiocheno — Apr.10.to.2. A 612 B 674
Macarijs duobus eremitis & Maro — Ian.2.to.1. A 66 B 72
Maclouio episcopo & confessore — Nou.15.to.6. A 341 B 373
Macrina virgine sanctimoniali — Iul.19.to.4. A 264 B 262
Magdalueo episcopo Virdunensi — Oct.4.to.5. B 635 C 744
Maglorio episcopo Dolensi — Oct.24.to.5. A 931 B 1029
Maiolo abbate & confessore — Maij 11.to.3. A 166 B 215
Malachia episcopo Hyberniæ — Nou.5.to.6.A 88 B 93
Malcho monacho captiuo — Oct.21.to.5.A 899 B 995
Malcho,Alexandro,& Prisco martyribus — Mar.28.to.2.B 441 C 226
Mamante insigni martyre — Aug.17.to.4. A 730 B 754
Mamerto episcopo Viennensi — Maij 11.to.3. A 162 B 211
Manuel,Sabel,& Ismael,martyribus — Iun.17.to.3. A 676 B 786
Marcella vidua — Ian.31.to.1. A 753 B 777
Marcello archimandrita — Dec.29.to.6. A 1010 B 1140
Marcello centurione & martyre — Oct.30.to.5. A 976 B 1080
Marcello martyre — Sept.4.to.5. A 86 B 100
Marcello Papa & martyre — Ian.16.to.1. A 361 B 366
Marcello Parisiensi episcopo & confessore — Nou.1.to.6. A 14 B 14
Marcellino & Petro martyribus — Iun.2.to.3. A 454 B 523 C 456
Marcellino archiepiscopo Rauennate — Oct.5.to.septimo,folio 775
Marciano & Martyrio martyribus — Oct.25.to.5.A 955 B 1053
Marco euangelista — Apr.25.to.2. A 848 B 995
Marco Arethusio episcopo & martyre — Mar.29.to.2. A 415 B 441
Marculpho abbate — Maij 1.to.3.B 8 C 346
Margareta regina Scotiæ — Iun.10.to.3. A 577 B 686
Margareta virgine Rauennate — Ian.23.to.septimo,folio 62
Margareta virgine & martyre — Iul.20.to.4. A 276 B 274
Margareta filia regis Hungariæ — Ian.28.to.1.A 728 B 744
Mariano recluso & confessore — Aug.19.to.4. B 779 C 643
Mariæ Virginis Annunciatione — Mar.25.to.2. A 359 B 390 C 207
Mariæ Virginis Conceptione — Dec.8.to.6. A 811 B 903
Mariæ Virginis exitu siue Assumptione — Nou.21.to.6. A 476. B 518
Mariæ Virginis laudibus,orationes duæ — Nou.1.to.6. A 1.& 2 B 1.& 2
Mariæ Virginis Natiuitate — Sept.8.to.5. A 108 B 133
Mariæ Virginis ortu,vita & obitu — Aug.15.to.4.A 652 B 679 C 635
Mariæ Virginis Purificatione — Feb.2.to.1. A 784 B 818
Mariæ Virginis Præsentatione — Nou.21.to.6. A 476.& 479 B 518.& 521
Mariæ Virginis zona & fascijs — Aug.31.to.4. A 991 B 1013
Maria AEgyptiaca — Apr.9.to.2.A 598 B 661
Maria Magdalena — Iul.22.to.4.A 297 B 298.& 302
Maria Oegniacensi,virgine — Iun.23.to.3. A 741 B 853
Maria virgine & martyre — Nou.1.to.6.A 18 B 15
Mariano lectore & Iacobo diacono — Apr. 30.& Mar.1.to.2. A 952 B 1062
Marino & Asterio martyribus — Mar.3.to.2. A 49 B 46
Martiale episcopo Lemouicensi — Iun.3.to.septimo,folio 494
Martiale,Ianuario,Fausto martyribus — Oct.13.to.septimo,folio 779
De Martiano Rauennatum archiepiscopo — Maij 22.to.septimo,folio 447
Martiano presbytero — Ian.10.to.1. A 215 B 220
Martina virgine & martyre — Ian.1.to.1. A 20 B 20
Martiniano eremita — Feb.13.to.1. A 973 B 1002

Martino,magno,Turonensi episcopo — No.11.to.6. A 248 B 258. C 820
Martino Papa & martyre — Nou.12.to.6. B 290 C 826
Martino abbate Santonico — Dec.7.to.6.B 902 C 1005
Martio abbate Aruernensi — Apr.13.to.2. A 647 B 712
Mathæo apostolo & euangelista — Sep.21.to.5. A 320 B 351
Matrona Pergensi — Nou.8.to.6. A 166 B 177
Mauricio cum socijs martyribus — Sep.22.to.5. A 325 B 356
Mauricio & septuaginta militibus martyribus — Sep.13.to.5. A 196 B 226
Maurilio Andegauensi episcopo — Feb.13.to.septimo,folio 120
Maura nutrice S. Fuscæ — Iun.10.to.3.B 681 C 497
Maurini abbatis inuentione — Ian.20.to.1.B 467 C 43
Mauro episcopo Cesennensi — Ian.15.to.1. A 336 B 341
Mauro abbate & confessore — Nou.13.to.6. A 202 B 324
Maxellende virgine & martyre — Iul.30.to.4. A 402 B 324
Maxima,Donatilla & Secunda martyribus — Iul.18.to.4. A 402 B 423
Maximino archiepiscopo Treuirensi — Maij 29.to.3. A 427 B 487
Maximo,Dada & Quintiliano martyribus — Apr.28.to.2.A 890 B 1001
Maximo episcopo Moguntino — Nou.18.to.6. A 407 B 447
Maximo episcopo Rhegiensi — Nou.26.to.6.A 597 B 643
Maximo martyre — Apr.30.to.2. A 953 B 1066
Medardo episcopo Nouiomensi — Iun.8.to.3. A 557 B 658
Mederico abbate & confessore — Aug.29.to.4.B 1010 C 650
Meinrado eremita & martyre — Ian.21.to.1. A 498 B 516
Memulpho diacono & confessore — Oct.5.to.5. A 584 B 667
Melana Romana — Ian.31.to.1. A 741 B 765
Melanio episcopo & confessore — Ian.6.to.septimo,folio 18
Meletio archiepiscopo Antiocheno — Febr.12.to.1. A 959 B 989
Mellito abbate & episcopo — Apr.24.to.2. A 842 B 960
Memmio Catalaunensi episcopo — Dec.21.to.6.B 1041 C 1014
Mena,Hermogene & Eugenio martyribus — Dec.10.to.6. A 821 B 915
Menna Aegyptio martyre — Nou.10.to.6. A 239 B 250
Menodora,Metrodora,& Nymphodora mart. — Sept.10.to.5. A 158 B 181
Mercurio martyre — Nou.24.to.6. A 569 B 613
Metria martyre — Nou.13.to.6. A 287 B 320
Michaele archangelo — Sep.29.to.5. A 407 B 451 C 732
Mimate milite & martyre — Oct.25.to.5. A 956 B 1055
Minoritis quinque martyribus — Ian.16.to.1. A 372 B 388 C 39
Minoritis septem martyribus — Oct.13.to.5. A 737 B 820
Modoaldo episcopo Treuirensi — Maij 12.to.3. A 209 B 256
Monegunde virgine sanctimoniali — Iul.2.to.4. A 44 B 42
Monica vidua,matre S.Augustini — Maij 4.to.3. A 79 B 86
Monone martyre — Oct.18.to.5.B 944 C 783
Montano,Lucio,Iuliano,& socijs — Feb.24.to.1. A 1031 B 1060
Moyse legifero & propheta — Sep.4.to.5. A 39 B 54

N

NArcisso Hierosolymitano episcopo — Oct.29.to.5.A 975 B 1077
Natiuitate Domini Iesu Christi — Dec.25.to.6. A 953 B 1054 C 1015
Nazario & Celso martyribus — Iun.12.to.3. A 600 B 708
Nazario,Geruasio,Prothasio &c.martyribus — Iun.19.to.3. A 696 B 803
Nemesiano,Felice,Lucio,Litteo,Polliano, Victore,Iadere,Datiuo,episcopis — Sept.10.to.5. A 156 B 179
Nereo,Achilleo,Donatilla &c. — Maij 12.to.3. A 173 B 221
Nestore episcopo & martyre — Febr.26.to.1. A 1055 B 1083
Nicasio episcopo Rhemensi & martyre — Dec.14.to.septimo,folio 1011
Niceni concilij 318.patribus — Iul.10.to.4. A 160 B 158
De Nicephoro martyre — Febr.9.to.1. A 904 B 936
Nicephoro patriarcha Constantinopolitano — Mar.13.to.2. A 227 B 262
Niceta confessore — Apr.3.to.2. A 470 B 500
Niceta martyre — Sep.15.to.5. A 231 B 261
Nicetio Lugdunensi episcopo — Apr.2.to.2. A 456 B 486
Nicetio Treuirensi archiepiscopo — Oct.1.to.5.A 474 B 523
Nicolao Myrensi episcopo — Dec.6.to.6. A 795 B 883 C 1001
Nicolai eiusdem translatione — Maij 9.to.3. B 172 C 397
Nicolao Tolentino,confessore — Sept.10.to.5. A 170 B 193

Universidad de Deusto
Biblioteca

Noitburge virgine — Oct.31.to.5. A 1006 B 1110
Nortberto archiepiscopo Magdeburgensi — Iun.6.to.3. A 517 B 622
Nunilone & Alodia martyribus — Oct.22.to.7.fol.790

O

Octauio, Aduentitio, & Solutore martyr. — Nou.20.to.septimo, fol.853
Octodecim martyribus Cęsaraugustanis — Apr.16.to.2. A 650 B 754
Odilone abbate & confessore — Ian.1.to.1. A 48 B 48
Odone primo abbate Cluniacensi — Nou.18.to.6. A 414 B 455
Odulpho presbytero & confessore — Iun.12.to.3. A 602 B 710
De Onesimo apostolo, discipulo S.Pauli — Feb.16.to.1. A 1008 B 1038
Oportuna virgine — Apr.22.to.2. A 771 B 870
Ositha virgine & martyre — Oct.7.to.5. A 616 B 698
Osvvaldo rege Anglorum — Aug.5.to.4. A 482 B 514
Osvvaldo VVigornien si episcopo — Oct.15.to.5. A 768 B 855
Othmaro abbate — Nou.16.to.6. A 351 B 392
Ottone episcopo Bambergensi — Iul.2.to.4. A 49 B 47

P

PAciano episcopo & confessore — Mar.9.to.septimo, fol.190
Pachomio abbate — Maij 14.to.3. A 260 B 307
Pamphilo, Valente, Paulo, & socijs — Iun.1.to.3. A 434 B 498
Pancratio martyre — Maij 12.to.3. A 180 B 228
Pantaleone martyre — Iul.27.to.4. A 370 B 393
Paphnutio martyre, & 546 socijs — Apr.28.to.2. A 882 B 998
Parisio Bononiensi confessore — Iun.11.to.3. B 701 C 502
Parthemio episcopo Lampsaceno — Feb.7.to.1. A 890 B 922
Passione Domini Iesu Christi — Mar.25.to.septimo, fol.203
Pastore & Iusto martyribus — Aug.6.to.4. B 593 C 627
Patapio confessore — Dec.8.to.6. A 816 B 909
Paterno episcopo Abrincensi — Apr.16.to.2. A 654 B 758
Patiente Lugdunensi episcopo — Sep.11.to.5. A 184 B 206
Patroclo abbate & confessore — Nou.19.to.6. A 440 B 481
Paula vidua abbatissa — Ian.27.to.1. A 707 B 723
Paulino Eboracensi episcopo — Oct.10.to.5. A 675 B 760
Paulino episcopo Nolensi — Iun.22.to.3. A 733 B 846
Paulo archiepiscopo Constantinopolitano — Iun.7.to.3. A 547 B 653
Paulo episcopo Virdunensi — Feb.8.to.1. A 899 B 931
Paulo & Iuliana martyribus — Aug.17.to.4. A 736 B 759
Paulo primo eremita — Ian.10.to.1. A 211 B 216
De Pelagia Antiochena martyre — Iun.9.to.3. A 570 B 674
Pelagia pœnitente — Oct.8.to.5. A 623 B 706
Pelagia Tharsensi virgine & martyre — Maij 4.to.3. A 71 B 78
Pergentino & Laurentino fratribus — Iun.3.to.3. A 457 B 562
Perpetuo episcopo Turonensi & confessore — Apr.8.to.septimo, fol.268
Persicis aliquot martyribus & Polychronio — Aug.10. A 581 B 608
Petri apostoli catenis & Elia propheta — Aug.1.to.4. A 439 B 447.& 458
Petro, Andrea, Paulo, & Dionysia — Maij 14.to.3. A 297 B 342
Petro episcopo Tarentasiæ — Maij 8.to.3. A 117 B 156
Petro Aulano martyre — Ian.2.to.1. A 96 B 96
Petro Damiani R.E. Cardinale — Febr.22.to.septimo, fol.133
Petro Cauensi abbate — Mar.4.to.2. B 61 C 141
Petro abbate Portuensi — Mar.29.to.septimo, fol.228
Petro Cælestino — Maij 19.to.3. A 337 B 384
Petro cubiculario, martyre — Mar.12.to.2. A 205 B 241
Petro episcopo Alexandrino, martyre — Nou.25.to.6. A 577 B 621
Petro & Paulo apostolis — Iun.29.to.3. A 855 B 960 C 552
Petro & Marcellino martyribus — Iun.2.to.3. A 454 B 523
De eorundem translatione — Iun.2.to.3. B 525 C 456
Petro Iuniore Rauennatum archiepiscopo — Iul.21.to.septimo, fol.610
Petro Mediolanensi ordinis Prędicatorij — Apr.29.to.2. A 905 B 1019
Petro Chrysologo episcopo Rauennate — Dec.3.to.6. B 767 C 995
Petronio episcopo Bononiensi — Oct.4.to.5. A 520 B 574
Philastrio episcopo Brixiensi — Iul.18.to.4. A 225 B 226
Philiberto abbate — Aug.20.to.4. A 762 B 785

Phi-

Philippo apostolo — Maij.1.to.3. A 5 B 1
Philogonio episcopo — Dec.20.to.6. A 932 B 1032
Philoromo & Philea martyribus — Febr.4.to.1. A 822 B 845
Phoca hortulano, martyre — Sept.22.to.5. A 332 B 363
Phoca martyre alio — Mar.5.to.2. B 69 C 150
Photino cum socijs martyribus — Iun.2.to.3. A 447 B 516
Pionio martyre presbytero — Feb.1.to.1. A 763 B 787
Pipino Duce & confessore — Feb.21.to.1. A 1030 B 1059
Placido martyre & socijs — Oct.5.to.5. B 637 C 746
Platone magno martyre — Iul.22.to.4. A 306 B 307
Platone, oratio funebris — Dec.16.to.6. A 917 B 1016
Plutarcho, duobus Serenis, Heraclide, Heroe siue Heronex &c. martyribus — Iun.28.to.3. A 854 B 959
Polycarpo episcopo & martyre — Ian.26.to.1.A 629 B 646
Polyeucto martyre — Ian.9.to.1. A 188 B 194
Pontiano martyre — Ian.14.to.1. A 305 B 311
Pontio martyre — Maij 14.to.3. B 302 C 412
Poppone abbate & confessore — Ian.25.to.1. A 609 B 626
Porcario abbate & confessore — Aug.12.to.septimo, fol.628
Porphyrio Gazeorum episcopo — Feb.26.to.1. A 1057 B 1085
Portiano abbate — Nou.24.to. A 572 B 616
Potentiana virgine — Maij 19.to.3.B 358 C 419
Præiecto episcopo & martyre — Ian.25.to.1. A 603 B 621
Præsentatione B. Mariæ Virginis — Nou.21.to.6.A 476.&c. B 518.&c.
Primitiuo & Facundo martyribus — Nou.27.to.septimo, folio 960
Primo & Feliciano martyribus — Iun.9.to.3. A 566 B 670
Prisco, Malcho, & socijs martyribus — Mar.28.to.2.B 441 C 226
Priuato episcopo & martyre — Iul.2.to.4. A 42 B 40
Processo & Martiniano martyribus — Aug.21.to.4. A 867 B 884 C 644
Procopio martyre — Iul.8.to.4. A 117 B 116
Proculo martyre — Iun.1.to.3. B 505 C 453
Proculo Rauennatum archiepiscopo — Dec.1.to.septimo, folio 994
Procopio confessore — Iul.4.to.septimo, folio 568
Promo, Are & socijs martyribus — Dec.14.to.6. B 1016 C 1011
Prospero episcopo Aquitanico — Iun.25.to.1. A 814 B 922
Ptolemęo & Lucio martyribus — Oct.19.to.5.A 854 B 947

Q

QVadraginta martyribus Cappadoc. — Mar.9.to.2. A 79 B 120
Quadrato episcopo Athenien si — Maij 26.to.septimo, folio 447
Quinque fratribus eremitis martyribus — Nou.12.to.6. B 306 C 838
Quinque fratribus Minoritis martyribus — Ian.16.to.1. A 372 B 388
De Quintiano Ruthenæ & Aruernæ episcopo — Nou.13.to.6. A 289 B 322
Quintino martyre — Oct.31.to.5.A 982 B 1086
Quiriaco anachoreta — Sept.29.to.5.A 426 B 474
Quirico & Iulitta martyribus — Iun.16.to.3.A 652 B 764
Quirino episcopo Sciscian o — Iun.3.to.3.A 461 B 566
Quibusdam miraculis — To.septimo, folio 1050

R

RAdbodo Traiectensi episcopo — Nou.29.to.6. A 615 B 692
Radegunde regina — Aug.13.to.4. A 629 B 653
Raymundo confessore — Ian.6.to.1.A 141 B 147
Raynelde virginis & martyre — Iul.16.to.4.A 217 B 217
Reynaldo Rauennate archiepiscopo — Aug.18.to.septimo, folio 641
Reliquijs Sanctorum — Nou.8.to.septimo, folio 818
Remaclo episcopo & confessore — Sept.3.to.5. A 17 B 32
Remberto episcopo Bremensi — Feb.4.to.1. A 830 B 853
Remigio archiepiscopo Rhemensi — Ian.13.to.1.A 271 B 278
Eodem Remigio Rhemensi — Oct.1.to.5. A 489 B 538 C 739
Resurrectione Domini nostri Iesu Christi — Mar.27.to.septimo, fol.222
Richardo episcopo Cicestrensi — Apr.3.to.2.A 486 B 516
Richardo rege Angliæ & confessore — Feb.7.to.1.B 927 C 101
De Richario presbytero & confessore — Apr.26.to.2.A 865 B 981
Rictrude Martianensi — Maij 12.to.3.A 230 B 276

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rigoberto archiepiſcopo Rhemenſi — Ian.4.to.1. A 111 B 111
Roberto primo abbate Caſæ Dei — Apr.25.to.2. A 844 B 962
Roberto primo abbate Moliſmenſi — Apr.29.to.2. A 898 B 1012
Rodulpho epiſcopo Eugubino — Iun.26.to.ſeptimo,folio 548
Rogatiano & Feliciſſimo — Oct.26.to.5. A 961 B 1059
Romano martyre — Nou.18.to.6. A 402 B 442
Romano epiſcopo Burdegalenſi — Nou.24.to.6. B 618 C 855
Romualdo abbate & confeſſore — Iun.19.to.3. A 705 B 812
Romula virgine — Iun.24.to.3. A 809 B 917
Ruberto abbate Anglicano — Iun.7.to.3. A 551 B 656
Rufina & Secunda virginibus & martyribus — Iul.10.to.4. A 158 B 156
Rufino martyre — Iul.30.to.4. A 398 B 419
Rumoldo archiepiſcopo Dublinẽſi & martyre — Iul.1.to.ſeptimo,folio 563
Ruperto Vangionum epiſcopo — Mar.27.to.2. A 412 B 438
Ruſtico & Venerando epiſcopis — Sept.24.to.ſeptimo,folio 721

S

SAba martyre Gottho — Apr.12.to.2. A 635 B 695
Saba alio quodam — Dec.5.to.6. A 754 B 839
Sabina illuſtriſſima matrona — Aug.29.to.4. A 990 B 1090
Sabino epiſcopo cum ſocijs — Dec.30.to.6. A 1051 B 1172 C 1041
Sabino martyre — Mar.13.to.2. A 213 B 249
Sadoch epiſcopo & martyre — Feb.20.to.1. A 1024 B 1054
Saluio epiſcopo Albigenſi — Sept.10.to.5. A 163 B 185
Samona, Guria, Abiba, martyribus — Nou.15.to.6. A 324 B 356
Sampſone hoſpitum exceptore — Iun.27.to.3. A 845 B 950
Sanctis omnibus — Nou.1.to.6. A 3. B 3
Saturnino, Datiuo, & ſocijs martyribus — Feb.11.to.1. A 949 B 981
Saturnino primo epiſcopo Toloſano — Nou.29.to.6. A 612 B 692
Saturo, Armogaſte, & Archimino martyribus — Mar.29.to.2. B 444 C 227
Satyro confeſſore — Sept.18.to.5. A 296 B 326
Sebaſtiano martyre — Ian.20.to.1. A 434 B 449
Secundiano martyre cum ſocijs — Aug.9.to.4. A 578 B 606
Senoch abbate — Oct.24.to.5. A 946 B 1044
Septem dormientibus — Iul.27.to.4. A 363 B 386
Septem martyribus Machabæis — Aug.1.to.4. B 465 C 612
Septem martyribus Carthaginenſibus — Aug.17.to.4. A 744 B 766
Sequano abbate — Sept.19.to.ſeptimo,folio 708
Seraphia virgine & martyre — Sept.3.to.5. A 14 B 30
Sergio & Baccho martyribus — Oct.7.to.5. A 607 B 689
De Seruando & Germano epiſcopis — Oct.23.to.ſeptimo,folio 791
Seruatio epiſcopo Tungrenſi — Maij 13.to.3. A 248 B 293
Seruulo confeſſore — Dec.23.to.6. A 945 B 1046
Seueriano martyre — Sep.9.to.5. A 146 B 170
Seuerino abbate Agauuenſi — Feb.11.to.1. A 957 B 987
Seuerino Colonienſi epiſcopo — Oct.23.to.5. A 920 B 1018
Seuerino Noricorum apoſtolo — Ian.7.to.1. A 153 B 159
Seuero archiepiſcopo Rauennate — Feb.1.to.1. A 786 B 809 C 81
Sidonio epiſcopo Aruernorum — Aug.23.to.4. A 872 B 888
Sigeberto rege Francorum — Feb.1.to.ſeptimo,folio 84
Sigiſmundo rege Burgundionum — Maij 1.to.3. B 14 C 352
Simeone abbate cognomine Salo — Iul.1.to.4. A 1.& 2 B 1.& 2
Simeone epiſcopo & ſocijs eius — Apr.21.to.2. A 673 B 777
Simeone monacho Treuirenſi — Iun.1.to.3. A 439 B 508
Simeone Stylita — Ian.5.to.1. A 119 B 120.& 125
Simeone martyre Tridentino — Mar.24.to.2. A 356 B 387
Simeone Metaphraſte — Nou.27.to.6. A 607 B 652
Simplicio epiſcopo Auguſtudunenſi — Iun.24.to.3. A 812 B 920
Siſinnio, Martyrio, & Alexandro martyribus — Maij 29.to.3. A 424 B 485
Siuiardo abbate Aniſolenſi — Mar.1.to.2. A 44 B 41
Solenne epiſcopo Carnotenſi — Sept.25.to.ſeptimo,folio 721
Solutore, Octauiano, & Aduenticio martyrib. — Nou.20.to.ſeptimo,folio 853
Sophia cũ tribus filiabus, Spe, Fide, Charitate — Aug.1.to.4. A 446 B 480
Sofio diacono, Ianuario & cæteris martyribus — Sept.23.to.5. B 379 C 710
Sotere virgine — Febr.6.to.ſeptimo,folio 102

Sozimo martyre — Iun.19.to.3. A 693 B 800
Sozonte martyre — Sept.7.to.5. A 96 B 121
Speuſippo, Eleuſippo, & Meleuſippo martyrib. — Ian.17.to.1. A 376 B 392
Spiridone archiepiſcopo — Dec.12.to.6. A 865 B 960 (383
Staniſlao epiſcopo & martyre Polono — Apr.11.to.2. A 631. & Maij 8.to.3. B 143. C
Stephano Dienſi epiſcopo, Carthuſiano — Sep.7.to.5. A 103 B 128
Stephano Papa & martyre — Aug.2.to.4. A 464 B 497
Stephano Iuniore martyre ſub Copronymo — Nou.28.to.6. B 660 C 963
Stephano diacono, Protomartyre — Dec.26.to.6. A 985 B 1086 C 1022
Stephani eiuſdem Reliquijs & inuentione — Aug.3.to.4. A 464 B 497
Stephano rege Hungariæ — Aug.20.to.4. A 856 B 873
Sulpitio Pio archiepiſcopo Bituricenſi — Ian.17.to.1. A 411 B 427
Suſanna virgine & martyre Romana — Aug.11.to.4. A 597 B 623
Sviberto epiſcopo & confeſſore — Mar.1.to.2. A 5.& 7 B 5.& 7
Svithuno epiſcopo & confeſſore — Iul.2.to.4. A 47 B 45
Syluano Gazæ epiſcopo & ſocijs eius — Maij 4.to.3. A 77 B 84
Sylueſtro Papa & confeſſore — Dec.31.to.6. A 1052 B 1173
Sylueſtro epiſcopo Cauillonenſi — Nou.20.to.6. B 514 C 852
Symphoriano martyre — Aug.22.to.4. A 869 B 886
Syro & Iuentio epiſcopis Papienſibus — Sep.12.to.5. B 213 C 695

T

TAracho, Probo & Andronico martyribus — Oct.12.to.5. A 691 B 775
Taraſio archiepiſcopo Conſtantinopol. — Feb.25.to.1. A 1036 B 1065
Tecla virgine & martyre — Sep.23.to.5. A 346 B 389
Terentio Aphricano martyre, & ſocijs — Apr.10.to.2. A 610 B 672
Theobaldo eremita & confeſſore — Iun.30.to.3. B 986 C 557
Theoctiſte Lesbia — Nou.10.to.6. A 233 B 244
Theodardo epiſcopo & martyre — Sep.10.to.5. A 164 B 187
Theodora Alexandrina — Sept.11.to.5. A 176 B 199
Theodora & Pherbuta & ſocijs martyribus — Apr.5.to.2. A 512 B 545
Theodora virgine & martyre — Apr.28.to.2. A 880 B 995
Theodora virgine & Didymo martyre — Apr.5.to.2. A 509 B 542
Theodorico abbate, diſcipulo S. Remigij — Iul.1.to.4. A 27 B 26
Theodoro archimandrita — Apr.22.to.2. A 727 B 829
Theodoro Cantuarienſi archiepiſcopo — Sept.19.to.5. A 312 B 343
Theodoro & Theophane martyribus — Dec.26.to.6. A 991 B 1094
Theodoro martyre & ſocijs eius — Nou.9.to.6. A 216 B 226
De Theodoro duce exercitũs & martyre — Feb.7.to.1. A 886 B 918
Theodoſia virgine & martyre — Apr.2.to.2. A 462 B 492
Theodoſio cœnobiarcha — Ian.11.to.1. A 235 B 239
Theodulo & Agathopede martyribus — Apr.4.to.2. A 492 B 521
Theophane aliás Iſaacio monacho — Mar.12.to.2. A 206 B 242
Theophilo œconomo — Feb.4.to.1. A 823 B 849
Timolao, Dionyſio, & ſocijs martyribus — Mar.24.to.2. B 376 C 202
Timotheo & Apollinare martyribus — Aug.23.to.ſeptimo,folio 644
Timotheo apoſtolo, & epiſcopo Epheſino — Ian.22.to.1. A 501 B 520
Thoma archiepiſcopo Cantuarienſi & mart. — Dec.29.to.6. A 1033 B 1152
Thoma Aquinate, Dominicano — Mar.7.to.2. A 68 B 110
Thoma apoſtolo — Dec.22.to.6. A 937 B 1037
Thoma Herefordenſi epiſcopo — Oct.2.to.5. A 499 B 553
Troiano Santonicæ ciuitatis epiſcopo — Nou.30.to.6. A 628 B 708
Trophimo, Sabatio, & Dorymedonte — Sept.19.to.5. A 307 B 337
Trudone presbytero & confeſſore — Nou.23.to.6. A 543 B 588
Tryphone martyre — Feb.1.to.1. A 789 B 813
Thyrſo, Lucio, Callinico & ſocijs — Dec.14.to.6. A 902 B 1000
Thyrſo martyre & ſocijs eius — Oct.5.to.5. B 636 C 745

V

VAlẽtino, Aſterio, Marco, Martha &c. mar. — Feb.14.to.1. A 981 B 1010
Valentino martyre Rauennate — Dec.16.to.6. B 1031 C 1013
Valentino epiſcopo Interamnenſi — Feb.14.to.1. A 984 B 1014
Valerio epiſcopo Treuirenſi — Aug.4.to.4. A 474 B 506
Varo & ſocijs martyribus — Ian.29.to.1. A 734 B 750
Oct.19.to.5. A 859 B 948

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vbaldo episcopo & confessore — Maij 16.to.3.B 353 C 414
Vdalrico episcopo Augustæ Vindelicorum — Iul.4.to.4.A 79 77
Vedasto episcopo Atrebatensi — Febr.6.to.1.A 871 B 900
Venantio abbate — Oct.13.to.5.A 734 B 817
Venceslao duce Bohemiæ & martyre — Sept.28.to.5.A 406 B 444 C 726
Venerando & Rustico episcopis — Sept.24.to.septimo,folio 721
Victorino episcopo & martyre — Sept.5.to.5.A 91 B 115
Victore confessore,Sermo Bernardi — Feb.26.to.1.A 1080 B 1110
Victore episcopo Virdunensi — Nou.9.to.6.B 241 C 820
Victore martyre — Aug.26.to.septimo,folio 650
Victore episcopo & confessore — Sept.1.to.septimo,folio 663
Victore & Corona martyribus — Maij 14.to.3.A 257 B 304
Victore Mauro martyre — Maij 8.to.3.A 111 B 138
Victoria virgine & martyre — Dec.23.to.6.A 941 B 1041
Victoricio episcopo Rhotomagensi — Aug.8.to.4.A 566 B 602
Vigilio episcopo Tridentino & martyre — Iun.26.to.septimo,folio 551
Vigore episcopo Baiocensi — Nou.1.to.6.A 23 B 19
Vincentio martyre,& diacono — Ian.22.to.1.A 504 B 323 C 51
Vincentio ordinis Prædicatorum — Apr.5.to.2.A 514 B 546
Vitale & Valerio martyribus — Apr.28.to.2.A 875 B 991
Viti martyris translatione — Iun.15.to.3B 759 C 508
Vito,Modesto,& Crescentia martyribus — Iun.15.to.3.A 943 B 754
Vrsino primo episcopo Bituricensi — Nou.9.to.6.A 215 B 225
Vrsicino & Vitale Rauennatibus martyribus — Iun.19.to.septimo,folio 546
Vrso & Victore cum socijs Thebæis — Sept.30.to.5.B 519 C 736
De Vrsmaro episcopo — Apr.18.to.2.A 663 B 766
Vrso & Leubutio abbatibus — Iul.28.to.4.A 380 B 402
Vrsula cum sodalibus martyribus — Oct.21.to.5.A 902 B 998
VValburga virgine abbatissa — Maij 1.to.3.B 17 C 356
VValerico abbate — Apr.1.to.2.A 447 B 477
VVandregisilo abbate — Iul.22.to.4.A 313 B 314
VVenefrida virgine & martyre — Nou.3.to.6.A 57 B 62
VVerenfrido presbytero & confessore — Aug.14.to.4.B 669 C 632
VVernhero puero & martyre — Apr.19.to.2.B 775 C 319
VVilfrido Eboracensi episcopo — Oct.12.to.5.A 729 B 813
VVilhelmo abbate Roschildensi — Apr.6.to.2.A 576 B 606
VVilhelmo archiepiscopo Bituricensi — Ian.10.to.1.A 223 B 228
VVilhelmo episcopo Briocensi — Iul.29.to.4.A 392 B 413
VVilhelmo eremita — Feb.10.to.1.A 925 B 955
VVillebrordo Traiectensi episcopo — Nou.7.to.6.A 127 B 138
VVinnoco abbate — Nou.6.to.6.A 121 B 127 C 809
VVinvvaloco abbate — Mar.3.to.2.A 54 B 49
VVilehado Bremensi archiepiscopo — Nou.8.to.6.A 176 B 187
VVirone episcopo Scotiæ — Maij 8.to.3.A 114 B 140
VVolfgango Ratisponensi episcopo — Oct.31.to.5.A 991 B 1095
VVolphelmo abbate Bruvvilerensi — Apr.22.to.2.A 781 B 880
VVolpho laico confessore — Oct.21.to.5.B 1006 C 788
VVolstano episcopo VVigornensi — Ian.19.to.1.A 430 B 445
VVulframno Senonensi archiepiscopo — Mar.20.to.2.A 293 B 325
VVulmaro abbate — Iul.20.to.4.B 285 C 580

Z

Zacharia propheta — Sept.6.to.septimo,folio 693
De Zacharia patre S.Iohannis Baptistæ — Nou.6.to.septimo,folio 808
Zenobio episcopo Florentino — Maij 25.to.3.A 387 B 447
Zenobio & Zenobia martyribus — Oct.30.to.5.A 977 B 1081
Zoërardo confessore & Benedicto martyribus & eremitis — Maij 1.to.3.A 13 B 21

INDEX

INDEX ALIQVOT SANCTORVM, QVORVM RES GESTAE IN ALIORVM SANCTORVM HI-

storijs comprehenduntur, ad quas in suis Tomis piæ memoriæ Surius Lectorem frequenter remittit.

DIE — MENSIS IANVARII.

III. De Inuentione corporis S. Quintini martyris: lege vitam S.Eligij episcopi & confessoris 1. Decemb. vitæ suæ lib.2.cap.6. A 650 B 730

VII. De S.Crispino episcopo & confessore: vide vitam S. Epiphanij episcopi Ticinensis to.1.A 527 B 545 C 57

XIII. De S.Maximo episcopo Nolano & confessore: quęre in vita S.Felicis Nolani in initio,to.1. A 307 B 313

XIX. De S.Mario,Martha,& socijs martyribus: lege gesta S.Valentini presbyteri tomo 1. A 981.&c. B 1010

De S.Malardo episcopo Carnotęsi: vide gesta S.Launomari abbatis to.1.A 428 B 443

XXIII. De S.Valerio episcopo Cæsaraugustano: vide vitam S.Vincentij martyris in initio, to.1.A 505 B 523

De S.Emerentiana martyre: vide gesta S. Agnetis virginis & martyris to.1. A 491 B 510. circa finem historiæ.

De SS.Ascla & Leonide martyribus: vide historiam S. Thyrsi martyris to.6. A 911 B 1009

XXIX. De SS.Papia & Mauro martyribus: quære in gestis S. Marcelli Papæ to.1. A 326 B 367 circa medium historiæ.

De SS.Saturnino & Sisinnio: ibidem A 362 B 366. & 367

DIE — MENSIS FEBRVARII.

II. De S.Apromiano martyre: vide gesta S.Marcelli Papæ 16.Ianuarij to.1. A 361.&c. B 366.& 367

VI. De S.Theophilo martyre: quære in gestis S.Dorotheæ virg. circa finem to.1.A 868 B 898

VII. De S. Iuliana vidua: vide gesta SS.Vitalis & Agricolæ circa finem,to. 6. A 60 B 66

De S. Iuentio episcopo Papiensi: vide gesta S. Syri episcopi Papiensis tomo 5. B 213 C 695

X. De S.Scholastica sanctimoniali: vide historiã S.Benedicti abbatis to.2. cap.33.& 34 A 342 B 373

XIII. De S.Tranquillino martyre: quære in gestis S. Sebastiani martyris to. 1. A 442.&c. B 457

XV. De SS.Cratone,& Philemone filio eius martyribus: vide gesta S. Valentini episcopi Interamnensis to.1. A 984 B 1014

De SS.Proculo,Ephebo,& Apollonio: ibidem A 985 B 015

XVII. De S.Polychronio,Babylonię episcopo & martyre: vide historiam S.Laurętij martyris in initio,to.4. A 581.& 582 B 607

XVIII. De SS.Maximo,Claudio,& Primo martyribus: lege passionem S.Susannæ virginis to.4. A 600.& 602 B 625

XIX. De S.Gabinio presbytero & martyre: ibidem A 597 B 623. &c.

XXI. De S. Concordia nutrice B.Hippolyti martyris: vide gesta eiusdem Hippolyti to. 4. A 589 B 615

XXIII. De S.Polycarpo presbytero & confessore: lege historiam S. Sebastiani martyris to. 1. A 441.&c. B 456. & deinceps.

DIE — MENSIS MARTII.

I. De ducentis & sexaginta martyribus: habetur in gestis S. Valentini presbyteri & martyris to.1. A 981 B 1010. in initio.

II. De S.Villeico presbytero & confessore: lege vitam S. Svviberti episcopi prima Martij cap.25.& 26. A 25 B 23.& 24

VIII. De SS.Philemone & Apollonio martyribus: lege vitam S.Thyrsi 4. Decembris to. 6. A 912 B 1010.&c.

XI. D.S.Gumberto cõfessore: vide vitam S.Burchardi episcopi Herbipolẽsis,14.Octobris to.5. A 753.cap.10.libri secundi B 839

XIIII. De quadragintaseptem martyribus: vide gesta SS.Processi & Martiniani 2. Iulij to. 4. A 42 B 40.& 42

XVI. De S. Eusebia virgine: vide vitam S. Rictrudis Martianensis tomo 3. A 236. & 237 B 282. & 283

De S. Cyriaco martyre & socijs eius: vide gesta S.Marcelli Papæ 16.Ianuarij to. 1. A 361 B 366. &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

XVII. De S. Agricola episcopo & confessore: vide vitam S. Germani episcopi Parisiensis 28. Maij to. 3. A 411. cap. 7 B 472

XVIII. De S. Narcisso episcopo Augustano & martyre: vide gesta S. Afræ martyris Aug. 5. to. 4. A 477. B 509. &c.

De S. Calocero martyre: gesta SS. Faustini & Iouittæ lege, 15. Februarij to. 1. A 1006 B 1035. &c.

XXV. De S. Cirino aliàs Quirino martyre: lege gesta S. Valentini presbyteri 14. Februarij circa initium to. 1. A 981 B 1010

XXVI. De S. Castulo martyre: vide historiam S. Sebastiani martyris 20. Ianuarij to. 1. A 449. & 451 B 466. &c.

XXVII. De SS. Zanita, Lazaro, Marotha, & sex socijs: vide passionem SS. Ionæ & Barachisij 29. Martij to. 2. A 417 B 445

XXX. De S. Quirino tribuno & martyre: vide gesta S. Alexandri Papæ 3. Maij to. 3. A 64. &c. B 64. & deinceps.

De S. Balbina filia eius, & virgine: ibidem A 65. &c. B 65. &c.

DIE MENSIS APRILIS.

I. De S. Theodora sorore S. Hermetis martyris: lege vt suprà historiam S. Alexandri Papæ 3. Maij to. 3. A 67 B 67. item to. 7. fol. 1115

X. De SS. plurimis martyribus in mare mersis, quos S. Alexander baptizauit: vide ibidem in gestis eius to. 3. A 67 B 67. item to. 7. vt suprà.

XIIII. De SS. Tiburtio, Valeriano & Maximo martyribus: vide passionem S. Cæciliæ virginis 22. Nou. to. 6. A 505. &c. B 547. &c.

De S. Lantberto episcopo Lugdunensi: quære in gestis S. Ansberti episcopi Rhotomagensis Feb. 9. to. 1. A 909. &c. B 919. & deinceps.

XV. De SS. Marone, Eutychete, & Victorino: vide gesta SS. Nerei & Achillei 12. Maij to. 3. A 178 B 226

De SS. martyribus Olympiade & Maximo: quære in actis S. Laurentij 10. Augusti A 582 B 609

XX. De SS. martyribus Sulpicio & Seruiliano: vide passionem SS. Nerei & Achillei 12. Maij to. 3. A 179 B 227. & 228

XXII. De S. Caio Papa: vide gesta S. Sebastiani to. 1. A 448 B 463 & actus S. Susannæ virginis & martyris 11. Augusti to. 4. A 597 B 623. &c.

De S. Leonide martyre: vide actus S. Thyrsi martyris 14. Decēb. to. 6. A 911 B 1009

Eodem die, De SS. Parmenio, Helimena, & Chrysotelo presbyteris, Luca & Mutio diaconis: vide gesta S. Laurentij in initio to. 4. A 582 B 608

XXV. De Litania maiore, ipso die S. Marci Euangelistæ: lege vitam S. Gregorij Papæ 12. Martij to. 2. A 106. & 107 B 147. & 148

De SS. Agapio & Secundino martyribus: vide gesta SS. Mariani lectoris, & Iacobi diaconi 30. Apr. to. 2. A 952 B 1462. item to. 7. 1120

DIE MENSIS MAII.

III. De S. VVelberada virgine: vide vitam S. Vdalrici episcopi 4. Iulij tomo 4. A 81 B 78. &c.

IIII. De S. Corcodemo diacono & martyre: vide vitam S. Germani episcopi Antisiodorensis Iul. 31. cap. 16. A 410 B 431

VI. De S. Edilbero, seu Eadberto episcopo: quære in gestis S. Cuthberti episcopi Lindisfar. Martij 20. to. 2. cap. 40. & 42. A 324 B 357

VII. De S. Flauia Domitilla: vide vitam S. Nerei 12. Maij to. 3. A 173. &c. B 222

De SS. Palmachio consule, vxore & liberis: Simplicio Senatore & socijs, Callipodio presbytero & socijs, vide gesta S. Calixti to. 5. B 822 C 780

X. De translatione corporum SS. Nazarij & Celsi: vide vitam S. Ambrosij episcopi Mediolanensis 4. Aprilis to. 2. A 503 B 532

XI. De S. Euellio martyre: vide Adonem 17. Maij in gestis S. Torpetis martyris, tomo 7. folio 1129

XII. De S. Dionysio patruo S. Pancratij: vide vitam eiusdem Pancratij to. 3. Maij A 180 B 228

XVI. De SS. Sisinnio, Diocletiano, & Florentino martyribus: vide acta S. Anthimi & sociorum martyrum Maij 11. to. 3. A 157 B 207. &c.

XVII. De S. Montano & eius translatione: vide vitam S. Remigij episcopi Rhemensis 13. Ianuarij to. 1. A 274. &c. B 280. &c.

XIX. De S. Pudente episcopo: vide gesta S. Potentianæ virginis apud Adonem tomo 7. folio 1130

XX. De S. Basilla virgine & martyre: vide gesta S. Eugeniæ virginis & martyris 25. Decembris to. 6. A 982 B 1082

De translatione corporum SS. Cutvvali, Bertulphi, & Amelbergę: vide vitam S. Bertulphi

tulphi cap. 30. & sequentibus: 5. Febr. to. 1. A 858. &c. B 880. & 881

XXII. De S. Helenâ sponsa S. Amatoris episcopi Antisiodorensis: lege eiusdem S. Amatoris vitam 1. Maij to. 3. B 14 C 352. sub nomine virginis

XXIII. De S. Desiderio episcopo Lugdunensi: vide vitam S. Columbani abbatis Nou. 21. to. 6. cap. 29. A 502 B 544

XXV. De S. Vrbano Papa: vide historiam S. Cæciliæ virginis & martyris Nou. 22. to. 6. A 506 B 548

De translatione S. Francisci: quęre in vita eius 4. Octobris per S. Bonauenturam scripta to. 5. cap. 15. A 564 B 618

XXVI. De S. Symmetrio presbytero & martyre cum socijs: lege vitam S. Praxedis virginis to. 7. fol. 1156

XXXI. De S. Petronella virgine: lege gesta SS. Nere & Achillei 12. Maij to. 3. A 177 B 225 to. 7. fol. 1133

DIE MENSIS IVNII.

VI. De SS. Artemio, Candida & Paulina: lege gesta SS. martyrum Petri & Marcellini 2. Iunij to. 3. A 454 B 523. &c.

XII. De translatione SS. martyrum Nazarij & Celsi: vide vitam S. Ambrosij Doctoris Ecclesiæ, 4. Apr. A 503 B 532 & to. 7. fol. 1141

XIII. De S. Felicula virgine ac martyre: vide gesta SS. Nerei & Achillei 12. Maij to. 3. A 177 B 225. & 226

XVIII. De SS. Marco & Marcelliano: lege acta S. Sebastiani martyris 20. Ianuarij tomo 1. A 434. &c. B 449

XXV. De S. Gallicano martyre: vide gesta SS. Iohannis & Pauli martyrum Iunij 26. to. 3. A 826 B 933 & to. 7. fol. 1145

XXVIII. De S. Irenæo episcopo Lugdunensi & martyre: vide gesta SS. mart. Ferreoli presbyteri & Ferrucionis diaconi & sociorum to. 7. fol. 536

XXX. De S. Lucina matrona: eius fit mentio in gestis SS. Processi & Martiniani 2. Iulij to. 4. A 43 B 41

DIE MENSIS IVLII.

I. De SS. Iulio & Aarone, ac socijs martyribus: vide gesta S. Albani martyris 22. Iunij to. 3. A 732 B 845

II. De SS. martyribus Aristione, Crescentiano, Eutychiano, Vrbano, Vitale, Iusto, Felicissimo, Felice, Martio &c. vide gesta S. Sebastiani martyris 20. Ian. to. 1. A 442 B 457

V. De S. Zoe martyre: vide eiusdem Sebastiani passionem A 439 B 454. &c.

VI. De S. Tranquillino martyre: eiusdem Sebastiani gesta A 442 B 458. &c.

VII. De SS. Nicostrato, Claudio, Castorio & socijs, ibidem A 439 B 454. &c.

VIII. De S. Exuperio martyre & socijs Thebæis: vide gesta S. Mauricij martyris & sociorum 22. Septembris A 328 B 358. &c.

XI. De translatione S. Benedicti: vide vitam S. Aigulphi, 3. Sep. to. 5. cap. 3. A 9 B 25

XVI. De S. Hilarino monacho Ostiensi: lege passionem SS. Iohannis & Pauli Iunij 26. to. 3. A 827 B 934

XX. De S. Seuera virgine: vide vitam S. Modoaldi archiepiscopi Treuirensis, 12. Maij cap. 13. & 14. libri secundi vitæ eius A 218. & 219 B 265. & 266

XXIIII. De SS. martyribus Niceta & Aquilina: vide martyrium S. Christophori Iulij 25. to. 4. A 354 B 361

XXV. De SS. Nemesio & Lucilla martyribus: lege gesta S. Stephani Papæ, 2. Augusti to. 4. A 465. &c. B 497. &c.

XXVI. De SS. Symphronio, Olympio, Theodolo, & socijs: vide eiusdem Stephani historiam A 466 B 498. &c.

XXVII. De SS. Hermolao presbytero, Hermippo & Hermocrate fratribus: habetur in gestis S. Pantaleonis martyris 27. Iul. to. 4. A 371. & 378 B 393 & 400

XXVIII. De S. Sampsone episcopo & confessore: vide vitam S. Maglorij 24. Octobris tomo 5. A 931 B 1029

XXIX. De S. Beatrice martyre: vide gesta S. Anthimi martyris 11. Maij to. 3. A 160 B 209

De S. Callinico martyre: vide gesta S. Thyrsi martyris 14. Decembris to. 6. A 909 B 1007. & 1008. & 1009

XXX. De SS. martyribus Abdone & Senne: lege passionem S. Laurentij martyris 10. Augusti to. 4. A 582 B 609

DIE MENSIS AVGVSTI.

I. De SS. martyribus, Bono presbytero, Fausto, Mauro & socijs: lege gesta S. Stephani Papæ, 2. Augusti to. 4. A 464. &c. B 497. &c.

II. De S. Theodote cum tribus filijs: lege passionem S. Anastasiæ virginis 25. Decembris to. 6. A 965. &c. B 1066

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

IIII. De S. Iustino presbytero: vide gesta S. Laurentij martyris to. 4. 10. Augusti A 588. &c. B 614. &c.
De S. Tertullino presbytero & martyre: lege acta S. Stephani Papæ 2. Augusti to. 4. A 467. &c. B 500
VI. De S. Sixto Papa: quære in gestis S. Laurentij martyris vt̃ suprà A 583. & deincèps, B 609. &c.
VIII. De SS. Cyriaco, Largo, Sisinnio, Smaragdo & eorum socijs martyribus: vide gesta S. Marcelli Papæ 16. Ian. to. 1. A 361 B 366
IX. De S. Romano martyre: quære eius martyrium in gestis S. Laurentij martyris, 10. Augusti to. 4. A 588 B 614 & to. 7. 1168
XI. De S. Tiburtio martyre: vide gesta S. Sebastiani martyris 20. Ian. to. 1. A 449. & 450 B 464 & deincèps, & to. 7. 1169
XII. De S. Hilaria & tribus sodalibus martyribus: lege gesta S. Afræ, 5. Augusti to. 4. A 478 B 510
XIII. De SS. Hippolyto martyre, & Concordia nutrice eius ac 19. socijs: lege passionẽ S. Laurentij 10. Aug. A 586. & 589 B 612. & deincèps.
XV. De S. Tharsitio acolytho, aliàs diacono: quære in actis S. Stephani Papæ 2. Aug. to. 4. A 469 B 501 & to. 7. 1173
XVI. De S. Serena vxore Diocletiani Augusti: lege historiam sanctæ Susannæ virginis & martyris 11. Aug. to. 4. A 602 B 627. &c.
XIX. De S. Iulio senatore & martyre: lege passionem S. Eusebij & sociorum eius in initio, to. 4. 25. Augusti B 910 C 648
XXI. De sancta Cyriaca martyre: vide gesta S. Laurentij martyris 10. Augusti to. 4. A 585 B 611
XXII. De S. Antonino tortore & martyre: lege passionem S. Eusebij & sociorum, 25. Augusti to. 4. B 910 C 649
De S. Timotheo: martyre lege historiam S. Syluestri Papæ in initio, vltima Decembris to. 6. A 1052 B 1174
XXVI. De SS. martyribus Irenęo & Abundio, quære in gestis S. Laurentij martyris, 10. Augusti to. 4. A 590 B 616
XXVII. De S. Rufo episcopo Capuano & martyre: lege historiam S. Apollinaris episcopi Rauennatis & martyris Iulij 23. to. 4. A 325 B 325. cap. 7.
XXVIII. De S. Hermete martyre: lege gesta S. Alexandri Papæ, 3. Maij to. 3. A 64 B 70
XXXI. De S. Paulino archiepiscopo Treuirensi & martyre: lege historiã S. Maximi episcopi Maguntini, Nou. 18. to. 6. cap. 15. A 412 B 452. cap. 15

DIE MENSIS SEPTEMBRIS.

II. De S. Theoctisto abbate: lege vitam S. Euthymij abbatis 20. Ianuarij per Cyrillum editam, to. 1. A 455. &c. B 474. &c.
III. De S. Godegrando martyre: eius passio describitur in vita S. Oportunæ virginis 22. Aprilis to. 2. A 773. &c. B 871. &c.
V. De S. Victorino episcopo & martyre: vide gesta SS. Nerei & Achillei 12. Maij to. 3. A 178 B 226. & 227 & to. 7. 1183
De S. Genebaldo episcopo & confessore: lege vitam S. Remigij episcopi Rhemensis Ianuarij 13. to. 1. A 291 B 298
X. De SS. Sosthene & Victore martyribus: quere in gestis S. Euphemiæ virginis 16. Septembris to. 5. A 235. & 236 B 282. &c.
XI. De SS. Prota & Hyacintho martyribus, eunuchis S. Eugeniæ: lege eiusdem Eugeniæ gesta 25. Decembris to. 6. A 974. vsque ad 984 B 1074
De S. Vinciana virgine: quære in translatione S. Landoaldi archipresbyteri, 19. Martij to. 2. A 289 B 321. &c.
XIII. De S. Philippo episcopo & martyre, eiusdẽ Eugeniæ patre: lege ibidẽm to. 6. A 973. & deincèps, B 1073. &c.
XV. De S. Nicomede presbytero & martyre: quære eius passionem in epistola S. Marcelli, quæ habetur in historia SS. Nerei & Achillei 12. Maij to. 3. A 177 B 225. & 226
XVII. De SS. Narcisso & Crescentione martyribus, quære in gestis S. Laurentij martyris 10. Augusti to. 4. A 585 B 611. cap. 11
De Stigmatibus S. Francisci confessoris: lege vitam eius per S. Bonauenturã editam, 4. Octobris to. 5. cap. 13. A 560 B 613
XIX. De SS. Ianuario, Festo, & socijs martyribus: lege gesta S. Sosij Leuitæ 23. Septembris to. 5. B 379. & to. 7. fol. 710
XX. De S. Gerardo confessore: lege historiam S. Lydvvinæ cap. 7. partis 3. B 748. & to. 7. fol. 312. &c.

De

XXV. De S. Herculano milite & martyre: lege vitam S. Alexandri episcopi & martyris 7. tomo 26. Nouembris fol. 1222

DIE MENSIS OCTOBRIS.

II. De S. Gerino martyre: lege vitam S. Leodegarij episcopi & martyris 2. Octobris cap. 10. & 11. A 494 B 548
III. De SS. martyribus Sanctino & Antonino: lege gesta S. Dionysij Areopagitæ, per Hincmarum episcopum edita, in fine historiæ 9. Octobris, tomo 5. A 660. & 661 B 742. & 743
IIII. De S. Aurea virgine: lege vitam S. Eligij episcopi 1. Decembris to. 6. lib. primi cap. 17. A 637 B 717
XI. De S. Theophane episcopo Niceæ: lege vitã S. Theodori fratris sui 26. Decembris to. 6. A 993 1096
XIIII. De S. Angadrisma virgine, sponsa S. Ansberti episcopi Rhotomagensis: lege eiusdem Ansberti historiam 9. Februarij to. 1. A 907 B 938
De S. Cosma Mememano episcopo, & poeta doctissimo: vide historiam S. Iohannis Damasceni, 6. Maij to. 3. A 91 B 117. & 118
XVIII. De S. Tryphonia Augusta: lege passionem S. Laurentij 10. Augusti to. 4. A 590. & 591 B 616. & 617
XXI. De S. Asterio presbytero & martyre: vide passionem S. Calixti Papæ circa finem, 14. Octobris to. 5. B 824 C 782
De S. Cilinia virgine: lege vitam S. Genofeuæ Parisiensis 3. Ianuarij tomo 1. A 105 B 106
De S. Cilinia altera, matre S. Remigij episcopi Rhemẽsis: lege eiusdem Remigij vitam 13. Ianuarij to. 1. A 274 B 281
XXIIII. De S. Euergisli Colonensis episcopi translatione: quære in vita S. Brunonis archiepiscopi, 11. Octobris cap. 27. A 71. B 797
XXV. De SS. quadraginta sex martyribus: lege historiam passionis S. Laurentij circa finem, 10. Augusti to. 4. A 590. & 591 B 616. &c.
De S. Hildemarcha abbatissa: lege gesta S. VVandregisili abbatis 22. Iulij to. 4. A 319. & 320 B 320
XXVI. De S. Athanasio abbatis & confessore: lege vitam S. Niceræ 3. Aprilis to. 2. A 437. & 477 B 503. vsque 507
XXVII. De S. Nestore martyre: lege vitã S. Demetrij martyris 8. Octobris to. 5. A 621 B 703 & 704
XXVIII. De S. Cyrilla virgine & martyre: quære sub finem passionis S. Laurentij 10. Augusti to. 4. A 590. & 591 B 616. & 617
De SS. martyribus Nemesio & Lucilla: lege historiam passionis S. Stephani Papæ, 2. Augusti to. 4. A 465 B 497. & 498. &c.

DIE MENSIS NOVEMBRIS.

IIII. De S. Modesta abbatissa Treuirensi: lege vitam S. Gertrudis, Martij 17. to. 2. A 273 B 305
V. De SS. Felice & Eusebio martyribus: lege historiam S. Cæsarij diaconi 1. Nouembris to. 6. A 14 B 14
XV. De S. Eugenio episcopo Toletano & eius translatione: vide gesta S. Gerardi abbatis Bromiensis 3. Octobris to. 5. cap. 7. &c. A 505 B 559
Et de eodem, to. septimo, fol. 851
XIX. De S. Maximo presbytero: lege gesta S. Anthimi martyris 11. Maij to. 3. A 157 & 159. B 207. &c.
XXIII. De S. Faustina Augusta & martyre: quære in historia passionis S. Catharinæ 25. Nouembris to. 6. A 585 B 629. &c.
XXIIII. De S. Chrysogono martyre: quære eius passionem in gestis S. Anastasiæ martyris 25. Decembris to. 6. A 961 B 1061. &c.
De S. Crescentiano martyre: lege acta S. Marcelli Papæ 16. Ianuarij tomo 1. A 364 B 369
De S. Porphyrione & ducentis socijs: vide passionem S. Catherinæ vt suprà to. 6. A 585 B 629. & 630. & 631
XXIX. De SS. Saturnino & Sisinnio martyribus: quære in gestis S. Marcelli Papæ 16. Ianuarij to. 1. A 361. & 362 B 366. & 367

DIE MENSIS DECEMBRIS.

I. De S. Natalia vxore S. Adriani martyris: lege eiusdem martyris gesta 8. Septembris to. 5. A 124. &c. B 149
III. De translatione SS. Bertulphi & Guduali confessorum: vide eiusdem Bertulphi historiam, Februarij 5. cap. 30. A 858 B 880. & 881

E De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De SS. Claudio & Hilaria coniugibus, ac filijs eorum: habetur in historia passionis SS. Chrysanthi & Dariæ 25. Octobris to. 5. A 952. &c. B 1051. &c.

IIII. De SS. martyribus Symphronio & Olympio: lege acta S. Stephani Papæ 2. Augusti to. 4. A 466 B 498. & 499. &c.

VIII. De S. Macario martyre: habetur in passione Alexandrinorum martyrum 8. Decembris to. 6. B 908. C 1005

XI. De SS. Tharsone, Pontiano & Prætextato martyribus: lege gesta S. Marcelli Papę in initio, to. 1. A 361 B 366. &c.

XII. De SS. Epimacho & Alexádro: itèm Ammonario, Mercuria, Dionysia & altera Ammonario virginibus & martyribus: lege gesta SS. Alexandrinoũ martyrum 8. Decembris to. 6. B 908 C 1005

XIIII. De S. Dioscoro puero cum Eustratio & Eugenio socijs martyribus: ibidèm tomo 6. B 908 C 1005. & 1006

XV. De S. Maximino abbate: lege vitam S. Auiti abbatis 17. Iunij to. 3. A 685 B 792. Itèm S. Carilephi 1. Iulij to. 4. A 35 B 33. &c. vbi per errorem episcopus nominatur Aurelianensis. Is enim tantùm fuit abbas.

XVII. De translatione S. Ignatij episcopi Antiocheni, quam alij 17. alij 20. Decembris agunt: lege eius vitam 1. Februarij circa finem, A 762 B 785

XIX. De S. Nemesio martyre: lege gesta Alexandrinorum martyrum vt suprà 8. Decembris to. 6. B 908 C 1006

XX. Itèm de SS. Ammone, Ptolomæo & socijs: ibidèm to. 6. B 909 C 1006
De SS. martyribus Eugenio & Macario: lege vitam S. Artemij 20. Octobris to. 5. A 877. &c. B 973. &c.

XXII. De S. Ischyrione & reliquijs socijs: vt suprà in gestis martyrum Alexandrinorum tomo 6. B 909 C 1006

XXV. De S. Adalsende virgine: lege vitam S. Rictrudis matris suæ, Maij 12. to. 3. A 232. & 234 B 287. & 280

XXVI. De S. Euthymio Sardensi episcopo: quære in gestis S. Nicetæ confessoris 3. Aprilis tomo 2. A 482 B 512

Plures multò Sanctorum historiæ in prænominatis Tomis continentur, quorum nomina in Indice non expressimus, quòd eorum dies natalitius ignoretur: quos studioso lectori inuestigandos relinquimus.

INDEX

INDEX COPIOSVS IN SEPTIMVM HVNC, DE SANCTORVM VITIS, REBVS GESTIS AC MARTYRIIS TOMVM, QVI ex diuersis authoribus ac Bibliothecis collectus, duodecim Anni Menses, vnà cum integro Adonis Martyrologio, complectitur.

Aaron primus sacerdos veteris testamenti 1149
SS. Aaron & Iulius martyres Angliæ 1144
SS. Abacuc & Micheæ Prophetarum inuentio 1091
abbas Fuldensis VVideradus sanctissimus 526
abbas Altahensis creatur S. Gothardus 365
abbas Bambergensis Rupertus, Simoniacus 526
abbatissæ munus quàm strenuè executa sit Coletà virgo 153
abbatiæ Breunouiensis fundator S. Adelbertus 838
SS. Abdon & Sennes passionis bre. historia 1159. diuersis pœnis affliguntur: leonibus expositi non lædũtur, ibid. decollantur 1160
abenner Indorum rex 859
S. Abilus secundus Alexandrinus episcopus 1105
abraham ex rebus conditis conditorem agnouit 872
abstinentia, disciplina est castimoniæ 612
abstinentia monachorum quanta olim fuerit 133
abstinentia Damiani 136. S. Gentilis 72. S. Mederici abbatis 650. S. Bononi abbatis 657. D. Ludouici Morbioli 795. itèm S. Ermelendis 796. S. Placidi 764. S. Goerici 708. Hermãni Steinueldensis 239
abstinentia S. VVolfi quanta fuerit 788. Petri abbatis 142
abstinentia mira S. Adriani Recluſi 643. S. Godefridi 24. Asellæ virginis 1004
abstinentia S. Theobaldi eremitæ in victu & amictu 559
abstinentia S. Chrysologi & corporis mortificatio 996
abstinentia Margaretę & vitæ austeritas 62
abstinentijs multis castigat corpus suum S. Ida 684
S. Achillas Alexandrinus episcopus 1213
S. Acisolenus Cordubensis 1217
actiones hominum velut in trutina expendendæ 806
actiones mundi cur molæ comparentur 1073
actus Hermanni Steinueldensis 250
S. Adauctus cur eo nomine vocetur 1180
adelbero Metensis episcopus 93
S. Adelbertus episcopus & martyr 1118
S. Adelbertus secundus Pragensis episcopus
S. Adelheidis regulam S. Benedicti cum suis amplectitur 94
S. Adelheidis insigne præconium 96
adhortatio S. Gothardi ad Clerum 377. 379
adhortationes S. Marculphi ad ciues suos 347
adolescẽs quidam visis Damiani miraculis fit monachus 135
adoratio cur hominibus adhibeatur 797
adorare simulacra hominem docuit dæmon, per quæ ei responsa dedit 674
adorare, pro venerari, in sacra scriptura frequentissimum esse 618
S. Adriani & xxiij. sociorum martyrium 1184. eius conuersio 1185. dirissimè flagellatur, ibid. incisis membris cum socijs enecatur, eius corpus transfertur Romam 1186
aduentum Christi in carne, illuminâsse mundi tenebras 3
aduersa quælibet pro Deo perferenda, & inimicorum iniuriæ 126
aduersa nulla nocere benè animo constitutis 337
adulatores non rarò etiam sanctis viris imponere 375
F. Aegidius quid de S. Francisco senserit 345
ægri omnes totius Siciliæ curati 762
ægrotus vt medico se subijcere debeat 111
ægyptiorum impietas 927
ægyptijs Christus annunciatur 654
SS. Aemilius, Felix, Priamus, & Lucianus martyres 1132
Afflictio Hermanni Steinueldensis dura in solennitatibus, eiusq; confortatio 245
afflictionum vtilitas 173
afflictis quid consuluerit Lydvvina virgo 293
affligentes nos nunquàm incusandi 337
S. Afræ passionis breuis enarratio 1164
SS. Afrigis, Macharij, Decij, Proculi, Neapoli, Modesti & lxxij. sociorum memoria 1207
S. Agabi prophetæ breuis historia 1102
S. Agapetus Papa Anthimum episcopum Constantinopolitanum hæreticum deponit, & Menam eius loco substituit ac consecrat 1117
agapetus Synadorum episcopus 202
agapitus decimus Rauennatũ archiepiscopus 775
SS. Agapis & Chioniæ virginum passio 1113
SS. Agapij & Secundini episcoporum, Aemiliani militis, Tertullæ & Antoniæ virginum, & sociorum breuis memoria 1120
S. Agapiti martyris passio 1173. diuersis cruciatus tormentis gladio cæditur, ibid.
S. Agathæ virginis passio 1100. constans animus eius, ibid. mamillæ abscisæ, à S. Petro apostolo curantur: epitaphium 1101
S. Agathæ passionis tempus 120
S. Agathon martyr cæditur gladio 1227
S. Agericus episcopus Verdunensis 1225
S. Agilolphus archiepiscopus Coloniẽsis mar. 1152.
S. Agnetis virginis passionis historia 1093. desponsatur Christo filio Dei, ibid. ab igne illæsa gladio iugulatur 1094
agnus insula 349
SS. Agratus & Casturus Viennenses episcopi 1205
S. Agritius archiepiscopus Treuirensis 1090
S. Aidanus ad episcopatum Lindisfarnensem ex Huensi monasterio vocatus 660, optimè instruit Anglorum gentem 661
Alaricus VVisigotthorum rex à Francis occiditur 448
alba super sepulcrum S. Adelheidis oblata 99
S. Albani protomartyris Angliæ passio 1144
alberti ducis Saxoniæ præconium 513
S. Alcibiadis in cibo & potu abstinentia, eiusq; ac sociorum martyrium 1136
S. Aldegundis virgo 1097
alferius abbas in spelunca degit 274. futura prædicit 275. fratribus apparet 277
alfridus quartus Hildesemensis episcopus 470
SS. Alexander & Caius martyres 1108
S. Alexander fit episcopus Hierosolymitanus 191

Universidad de Deusto
Biblioteca

S.Alexander alius episcopus & martyr 1192
S.Alexander Alexandrinus episcopus, Arium hæreticum de Ecclesia eijcit 1106
S.Alexãder martyr, ex persecutione Deciano multa patitur 1097
S. Alexander Alexandrinus episcopus viuus crematur 1005
S.Alexander Papa aquam aspersionis cum sale benedici instituit 1124. grauiter torquetur, & cum socijs occiditur, ibid.
S.Alexandri Pergamẽsis passio 1177. oratio ad Imperatorem, ibid. miles quidam eum ferire non valet, ibid. decollatur, ibid.
S.Alexandri Hierosolymitani episcopi breuis historia 1110
S.Alexandri episcopi & martyris passionis breuis historia 1222. Suscitat mortuum, eumq; cum socijs cxxv. baptizat, ibid. grauiter torquetur, ab igne non læditur, gladio cæditur, ibid.
S.Alexandri Constantinopolitani episcopi virtute & oratiõe, Arius effusis visceribus, crepuit 1179
SS.Alexandri, Sosij, Epipodij, & xxxiiij. sociorum passionis breuis memoria 1118
alexandrinorum persecutio in Christianos 260
alleluia vocis virtus quanta 1200
S.Almachij passionis breuis memoria 1086
alphonsus Aragoniæ & Siciliæ rex 438
in Altaribus & Sanctorum imaginibus exornandis, mos Italicus 1000
SS.Amãdus & Vedastus episcopi & cõfessores 1209
S.Amantius episcopus & confessor 1216
S.Amantius episcopus Rotenensis & cõfessor 1212.
amantium Deum ordo, & quatuor oculi 344
S.Amator episc. Augustoduneñ & confessor 1223
S.Amator episcopus Antisiodorensis & confessor 352. 1121
S.Amatus presbyter & abbas eremiticam sectatur vitam 1187
S. Amaranthus martyrio afficitur 1213. miraculis claret, ibid
S.Ambrosius abbas Agaunensis 1212
S.Ambrosij episcopi Mediolanensis studio & industria tota Italia ab Ariana hæresi conuertitur 1113
amicus verus quis dicendns 891
amici Coletæ in hostes mutati 184
SS.Ammonis, Zenonis, Ptolomæi, Ingenui, & Theophili martyrum bre.memoria 1230
SS. Ammonariæ, Mercuriæ, Dionysiæ, & alterius Ammonariæ mulierum, passionis memoria 1228
ammon Bernicensis episcopus 267
amor mutuus S.Heriberti episcopi & S.Adelheidis 96
amor Christi difficultates omnes superat 952
amor Hermanni Steinueldensis erga S.Vrsulam & eins socias 245
amor verus in quo situs sit 967
amoris Dei tres gradus 554
amoris diuini vis ac potentia 954
contra amorem pestiferum remedium 934
S.Amphelicus Campanus 1117
S.Amphianus martyr 1113
amphilochij cũ Theodosio Imperat. παῤῥησία 854
S.Ampronani martyris breuis historia 1090
S.Ananias discipulus S.Paulum baptizat 1095
SS.Ananiæ, Azariæ, & Misaelis memoria 1229
S.Anastasius monachus & septuaginta socij martyres 1095
S.Anastasij Papæ & cõstitutionum eius breuis memoria 1119
S. Anastasij martyris breuis memoria 1174
S. Anastasiæ passionis historia 1232. à marito suo incarceratur, ibid. igne crematur, ibid.
SS. Anatholiæ & Audacis passionis memora 1152
S.Anatholius episcopus & confessor 1150
S.Andeoli subdiaconi passionis memoria 1121
SS.Andochij presbyteri, Thyrsi & Felicis diaconorum passionis breuis memoria 1195 à S.Polycarpo ad conuertendos Gallos mittuntur, ibid.
S.Andreas primus Christum prædicauit 992
S.Andreæ apostoli passionis breuis historia 1224. apud Scythiam prædicat, ibid. crucifigitur, & à Maximilla sepelitur, ibid. transfertur, ibid.
angelus S.Goërico apparuit, monens vt inuisat S. Stephanum Metis 708. martyres soluit, & ducit è custodia 492. liberat martyres in mare præcipitatos 723. cur Iudæis apparuerit nato Christo 3
angeli S. Benedictum comitantur 750
angeli & sancti cur stent 733
angelum S.Marculpho apparuisse 347. & apparuisse in somnis S. Mononi 783. & dissoluisse martyrũ vincula 676. imposuisse Hermanno Steinueldensi Iosephi nomen 243
vt ab angelo peregrè duci consueuerit Lydvvina virgo 287
angelorum atque hominum procreandorum quæ fuerit causa 199
angelos visitâsse Coletam 174. itẽm S. Theobaldum eremitam 560. & martyres 120. cælitùs martyres confortâsse 49. 53. animam S.Bathildis detulisse in cælum 69. similiter S. Constantij episcopi 79. Lydvvinæ virgini apparuisse 286. 287. & ei lignũ mirè odorũ attulisse 287
angelos pugnare, vincere, gaudere, & flere pro nobis 735
angelicæ cantiones auditæ 186
angelicam naturam creatoris Dei gloriam admirari 209
angelico iussu per quendam virum S. VVulmarus pascitur 581
S.Angulus episcopus & martyr 1101
S.Anianus episcopus Aurelianensis 1216
anicetus Pontifex decimus à Petro 233
anima quàm felix meritis 1034
anima quandò sit libera ab omni sollicitudine 195
anima F.Aegidij extra corpus rapta 330
anima iusti sedes est sapientiæ 192
animam è pœnis horrendis Lydvvina virgo liberat 304
animam reprobam secularibus implicari actibus permittit Deus, electam verò à laboribus conseruat liberam 1073
animam S. Eartongotæ lux permagna ad cælum duxit 574
animarum verus zelator Martinus Papa 834. 837
animarum lucrum quantoperè Lydvvina virgo cupiuerit 296. 301
animarum periculis mirè Lydvvina virgo cruciata 294
animarum salutis desiderio Bernardinus ardet 428
animas multi negligunt curantes suã cuticulã 339
animas sanctorum statim post separationem à corpotibus recipi in cælo 186. 589. 679. 773. 794. 1032. & post agones viuere in gloria 818
animalis Ezechielis expositio 734
S. Annæ prophetissæ commemoratio 1181
S.Annæ votum 1018
S.Annam Coletæ virgini apparuisse 162
anno Colonensis archiepiscopus 519. eius præconium 519
annulus cuiusdam martyris nube susceptus 141
S.Anscharus primus Hãburgensis episcopus 1099

SS.Aus-

SS.Austerus, Neapolus, Sustius, Ianuarius, Festus & Desiderius 1206
S.Antheri Papæ passio 1088
S.Anthimus presbyter & martyr 1128
S.Anthimi episcopi & sociorum eius passio 1119
S.Antholianus martyr Auernamensis 1101
antichristi via, nostra scandala 1080
S.Antiochi episcopi Lugdunensis memoria 1205
antonius monasticæ vitæ princeps 888
S.Antonius de Padua 42
antoninus Pius imperator 73
S.Antoninus martyr 1181
S.Antoninus puer & martyr 1182
S.Antoninus confessor Placentinus 1198
S.Antonini carnificis conuersio & passio 1175
antonini Cõmodi imperatoris superbia quãta 648
S.Antonij abbatis vitę memoria 1092
S.Antonina post multos cruciatus exuritur 1125
SS.Apelius & Caius 1218
aphrica quondàm probatorum virorum ferax 666
SS.Aphrodisius, Carilippus, Agapetus, & Eusebius martyres 1120
apocalypsim B.Ioãnis apostoli ab illo esse conscriptam 1032
S.Apollinaris primi episcopi Rauẽnatis vita, eiusq; à S.Petro apostolo ordinatio 1156. cęcũ illuminat, ęgrã sanat, cæditur à paganis 1157. suscitat mortuam, leprosũ curat, cęditur vsq; ad mortem, ibid.
S.Apollinaris Rauẽnatũ apostolus 103. 121. 447. spiritualis Romæ filius 588. multũ patitur Rauennæ 588. auro & adamanti comparatur 589. cælitùs depascitur 590
S. Apollinaris episcopus Valentiæ, vita, signis & virtutibus claret 1202
S.Apollinaris episcopus Aruernensis 1195
S.Apolloniæ virginis passiõis breuis memoria 1101
S.Apollonius senator à seruo proditur 1116. pro fide Christi gladio cæditur, ibid.
apostoli omnes vnius potestatis, sed non officij siue ordinis 922. principes populorum & ianitores cęli dicuntur 647. itẽm regales sedes regni æterni, & patres 647. Ecclesiæ bases & columnæ 645. ferro, æri, & nubibus comparantur 645
apostoli imitandi 994
SS.apostolos solis instàr miraculis in mundo fulsisse 940. Coletæ apparuisse 181
cur apostolos Christus elegerit simplices piscatores 993
apostatæ nefaria vox 981
apostatarum gesta potiùs defienda esse quàm conscribenda 1064
S.Apri Tullensis episcopi breuis memoria 1190
S.Aproniani conuersio, eiusq; martyrium 1223
Aqua sacrata dæmoniacus liberatur 140
aqua in vinum commutata 134. itẽm mediante Crucis signo in vinum mutata 657. ad imperium S.Iuentij amissas pecunias euomuit 701
aqua, qua corpus defũcti ablutũ, morbos curat 258
aquę, qua se Coleta virgo lauit, virtutes 161. 301
aquæ calentis beneficio semimortuus Damianus infans ad vitam reuocatus 132
aquæ benedictæ vis 147
aquas Bernardinus magno miraculo pedibus calcat 434
super aquas D.Bennonẽ ambulâsse 528. & simplicem rusticum quendã cum plaustro fœni eũ sequentem, incolumem transuexisse 528
aquila ciuitas 437
SS.Aquilæ & Priscillæ memoria 1152
SS.Aquilinus & Victorianus martyres 1129
S.Aquilini & sex sociorum passio 1088
SS.Arasonis, Saturnini, Chrysanthi, Mauri, Dariæ & septuaginta duorũmartyrum memoria 1224
S.Arbogastus episcopus & confessor 1156
arbormedia hyeme frondescit 1110
arbor è sepulcro S. Bandelij egrediens, languidorum infirmitates sanat 446
S.Archadius martyr 1090
SS.Archadij, Probi, Paschasij, & Eutychiani passionis breuis memoria 1215
S.Archippus commilito S.Pauli 1119
ardericus Vercellensis episcopus 656
arelatenses Honoratum episcopum expetiuisse 35
argentoratum vrbs 460
argumenta cuiusdam miro modo F.Aegidius soluit 329
ariani impij de pallis altaris camisias sibi & femoralia parant 1229
arianorum furor in corpus & sanguine Christi 227
aribo Moguntinensis episcopus 369
S.Aristarchus discipulus S.Pauli 1163
S.Aristides doctor Athenienſis, oratione declamatoria probat Christum solum Deum 1181
S.Aristeus episcopus & martyr 1182
S.Aristion vnus ex lxxij. discipulis 1205
SS.Ariston, Crescentianus, Eutychianus & socij eorum apud Campaniam occiduntur 1150
arma S. Germani victoriam præfigurâsse 603
SS.Armogastis, Archimini & Satyri passionis breuis memoria 1112
armogastis Comitis diri cruciatus 227
S.Arnulphus episcopus Metẽsis & cõfessor 84. 1173
S.Arnulphus episcopus Turonensis 611
S.Arsenij confessoris breuis memoria 1155
SS.Artemij & Candidæ vxoris eius conuersio 1134. capite plectuntur 1134. & 1139. filia eorum dæmoniaca curatur, ibid.
S.Artemiæ virginis martyrium 1110
Ascalonum vrbs Palęstinæ 226
SS.Ascisclus & Victoria martyres 1216. Rosæ diuinitùs ortæ in eorum festo colliguntur, ibid.
S.Asclepiades Antiochenus episcopus 1206
asellus mortuus resuscitatur 996
ascensio Christi ad cælos, ligni vitæ ramus: & eius fructus 665
ascẽsionis Dominicæ locus vestigia Christi ascendentis in cælum retinet 1123
S.Asterius presbyter S.Calixti Papæ corpus sepelit 1207. per pontem pręcipitatur in aquas, ibid. sepelitur, ibid.
astulphus Longobardorum rex 121
S.Athanasij Alexandr. episcopi, breuis historia 1122
athanasij de mortuis sententia 804
S.Atthali martyris genus & patria 1135. carceri includitur cum multis socijs, ibid. ad bestias condemnatur 1136
attilanus fit episcopus Zamoreusis 776. in sanctos adscribitur 777
Auaritia omnium malorum radix 1079
auaritiam detestatur S.Bathildis regina 65
auaritiam oẽm ab Ecclesia S.Exuperius eijcit 737
auarus creditor diuinitùs punitur 701
auarus omnis dæmoniorum est cultor 1060
auari semper pauperes 902
auari merces, infernus 806
S.Audoënus Rhotomagensis episcopus & confessor 85. 351. 1175
SS.Audomarus, Primus, & Vigor episcopi 1212
S.Augustus presbyter & martyr 1202
S.Augustini episcopi Hippon. & Ecclesię doctoris vita 1178. conuersio eius, ibid. fit presbyter, fit monachus, ordinatur Hipponensis episcopus, obdormit in Domino 1179. catalogus librorum eius, transfertur Papiam, ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

S.Augustini Anglorum apostoli memoria 1132
B.Auitus abbas 354
S.Auitus episcopus Viennensis 1101
S.Auitus presbyter Aurelianensis 1143
aurelianus Rauennatum episcopus 411.
SS.Aureus & Iustina martyres 1143
aureorum magnam summam Bernardinus respuens, ea captiuos redimit 435
austeritas admiranda S.Stephani Iunioris 974
S.Autbertus episcopus & confessor 1229
auxentius mons monasticæ vitæ gymnasium 969
Axona fluuius 789

Babylas episcopus & martyr in carcere moritur 1095. miracula ad sepulcrum eius, ibid.
baccaracum 320
baculo terram aperit S. Fiacrius, ad modum fossæ, cum summo omnium stupore 651
S.Balbinæ virginis breuis historia 112. curatur per S.Alexandrum Papam à struma colli 1113. virgo obit, ibid.
S.Baldomerus confessor Lugdunensis 1106
S.Baldricus episcopus 1116
S.Bandelij martyris breuis memoria 1130
balduinus Flandriæ Comes, cur dictus sit Ferreus 815
baptismus Christianæ fidei radix 874
baptismus Christi, ligni vitæ ramus: & eius fructus 665
baptismus sancti spiritus 1039
baptismus martyrij omnium præstantissimus 886
baptismi aquæ consecratio 1039
per baptismum æger curatur 782
baptismum adolescens Honoratus expetiuit 29
sine baptismo nullam bonam spem esse posse 875
baptismatis fontem benedicere, & exigere fidem, vsus Ecclesiæ antiquissimus 781
baptismate omnia peccata dilui 741. 942
baptizat S.Deodatus prolem Hunni familiaris sui, eiq; valedicit cum lachrymis 540.541
baptizat S. Calixtus domum Felicis & Simplicij 782
baptizatur S.Fusca & Maura eius nutrix 120
baptizantur vno die à S. Constantio episcopo centum & viginti gentiles 76. item quinquaginta gentiles 77. & sui carceris custodes, ibid.
baptizatur rex Abenner, & filius eius eum è sacro fonte suscipit 947
semel baptizatus ritè, non potest iterùm baptizari 883
baptizatos tam corporum quàm animarum sanitatem consequi 944
S.Barbaræ virginis & martyris passionis breuis memoria 1229. à patre Dioscoro diù afflicta traditur præsidi, ibid. post varios cruciatus capite cæditur 1230
bardo abbas Hirsfeldensis, Moguntinensis eligitur episcopus 374
barenses ferio se ad S. Nicolai reliquias auferendas accinxisse 400. exultabundi eas auehunt 402
S. Barlaam persequitur 812. diuino admonitu in Indiam proficiscitur 868
S.Baralas puer vnum solum Deum esse palàm profitetur 1217. post suspensionẽ & verberationem gladio cæditur, ibid.
S.Barnabæ apostoli breuis memoria 1141
bartholomæa egregia fœmina 425
S.Bartholomæus apostolus apud Indos prædicãs, capitis obtruncatione occumbit 1175
bartholomæi nomen quid significet 645
barziorum nobilitas 73
SS.Basilla, Basilissa, Crispolus, & Restitutus martyres 1141
S.Basilla virgo gladio cæditur 1130
SS.Basilides, Cyrinus & Celsus martyres 1141
basilides Pentapolis episcopus 267
SS.Basilidis, Tripodis, Mandalis, & viginti sociorum martyrum breuis memoria 1140
S.Basilij episcopi Cæsariensis fratris Gregorij & Petri breuis memoria 1142
S.Basileus Antiochenus episcopus 1231
S.Bassianus duos à morte liberauit 43
SS.Bassus, Antonius, & Protolicus, pro fide Christiana in mari submerguntur 1102
S.Bauo confessor 1201
S.Beatus confessor Treuirensis 1158
S.Beatrix noctu in carcere præfocatur 1159
beda quandò sit monasterio traditus 408. quanti eum fecerit Sergius Papa, ibid.
venerabilis Bedæ presbyteri memoria 1132
befæ militis martyrium 261
bellum perpetuum carni & vitijs indicendum 37
bella intestina Ecclesiæ magis nociua quàm externa 970
S.Benedictus abbas 1111. à puero Christum secutus 196. in spiritu discit lapsum Placidi in aquam 748
in S. Benedicti disciplinam se multos tradidisse 748
SS. Benedicti abbatis & Scholasticæ sororis eius translationis breuis historia 1153. is videt sororis animam in cælum deferri, ibid.
S.Benedicti abbatis felix obitus 775. à
S.Benedicti Papæ breuis memoria 1126
benedictiones rerum creatarum quid valeant 661
benedicti flores oculis admoti, morbos sanat 375
benedicto pane quidam ab infestatione diaboli eripitur 651
benedictione panes multiplicati 105
beneficia Dei præcipua erga nos 898. sunt diuitibus & pauperibus communia, ibid.
beneficentia episcopalis in pauperes 74
beneuolentia mira Bernardini adhuc pueri erga egenos 420
S.Benigni presbyteri passionis breuis historia 1211. à S.Polycarpo in Gallias ad prædicandum mittitur, ibid. neruis cæditur, lanc ea perforatur, ibid.
benignitas Coletæ virginis in pauperes 153. 172. S. Bathildis reginæ erga captiuos quanta 67. S. Aidani erga pauperes 661. item Petri abbatis in pauperes 143. S. Adelheidis abbatissæ 95. 96. Basilij Magni 807. S. Vulmari abbatis 583. S. Stanislai episcopi & martyris 384
benignitas mira S. Iohannis abbatis in pauperes 709. & singularis Bernardini Senensis in leprosum 440. & S. Leopoldi confessoris in pœnitentes 848. S. Iordanis Dominicani in resumendis apostatis quanta 117
benignitas S. Venceslai ducis Boiemiæ 729
benignitas Dei in sibi confidentes 916
quinam benignitate Dei salutem accipiant 802
benignitati diuinę semper plurimùm sisa Coleta virgo 159
S.Benno puer quàm fuerit docilis, & quibus dotibus ornatus 516. fit monachus, ibid. & Goslariensis ecclesiæ magister & canonicus 517. creatur diaconus & sacerdos 517. vtaugmentauerit bona temporalia suæ ecclesiæ 522. quarè à quibusdam creditus fuerit Sclauus, ibid. diuina virtute in momento raptus ad ecclesiam suã Missnens. 529. apparet post mortẽ Marchioni Missnensi 530. & Hieronymo Emfero 535. quid pro suis ouibus pertulerit 534

S.Ben-

S.Benno verè pauper euangelicus 523. Romæ humaniter à Pontifice excipitur 525. Concilij Romani decretis subscribit 256. suscipit perpetuum suæ Ecclesiæ patrocinium 531
S.Benno sacellanus regius 513. & Osnaburgensis, Oldenburgensis ac Traiectensis episcopus 514 verificaturam didicit 515
S.Benno Missnensis decimus episcopus 509. 511
henno dux Saxoniæ 514
S.Bennonis ortus 523. comprehensio 523. restitutio & benigna susceptio 524. reditus ad suam Ecclesiam 527
Bernardus dux Saxoniæ 365
S.Bernardinus dum strenuè concionatur, omnibus est venerationi 430. defertur apud Pontificem 432. sanctus declaratur 445
de Bernardino cuiusdam magni theologi sententia 434
bernardinum irridens quomodò vindicatus 438
bernvvardus episcopus Bennopolitanus 514
B.Bernvvardi felix obitus 515. epitaphium 516
SS.Beronici, Pelagiæ, & aliorum xlix. martyrum memoria 1206
bertgerus presbyter qualis fuerit 685
berthoaldus rex Germaniæ 84
S.Bertinus 563
S.Bervvardi Hildesemensis episcopi breuis historia 369
bethleem Adonidis fano prophanata 1122
S.Bibianus episcopus Santonensis & confessor 1179
bidens flumen 411
biblia sacra multis mendis adulterata, S. Lucianus correxit & in integrum restituit 791
S. Blandinæ & xlviij. martyrum notabilis historia 1134. & 1135. Blandina post varios cruciatus capite plectitur 1136
blasphemus, corporis Domini reus 220
S.Blasij episcopi passionis breuis historia 1099
Boleslaus rex Poloniæ, ter à Stanislao episcopo correptus 387. 388. 391. rapit nobilis viri vxorem 388. molestè fert episcopi reprehensiones 388. 389. minatur ei cædem 391. plectitur anathemate 392. priuatur regno 395. fugit in Hungariam, & miserè perit 395
boleslaus matrisat 729. sæuit in sacerdotes & Christianos 731. prodigijs territus, de sæuitia remittit 731
boleslai regis Poloniæ intemperãtia & libido 387. implacabile in sacerdotes odium 729
boleslai sicarij crudelitas 731
boleslaum regem multiplex vindicta sequitur 395. multi in eius necem conspirant 396
boleslauia ab Otthonẽ obsidetur 731. conditiones pacis ei propositæ, ibid.
bona multa Ecclesiæ Missnensi oblata 522
bona sua plurimi offerunt S. Benedicto perpetuo iure possidenda 752
bona immobilia fidelium elargitione concessa acceperunt & possederunt antiqui monachi 752
bona monasteriorũ quouis modo non alienãda 66
bona vera quænam sint existimanda 893
S.Bonaventuræ de F.Aegidio testimonium 332
boni electionẽ cum gratia Dei intelligendã esse 904
S.Bonifacius Moguntinensis episcopus 101. 356
S.Bonifacius episcopus cum Eobano & Adelhario coëpiscopis gladio cæditur 1138
S.Bonifacius Papa S. Michaeli Archangelo Romæ extruit ecclesiam 1198
S. Bonifacij Papæ & constitutionum eius breuis memoria 1208
S.Bonifacij Tharsensis & Aglahæ concubinæ eius breuis historia 1138. pœnitentia vtriusque, ibid. martyrio coronatur Bonifacius, & Aglahes monasticam sectatur vitam, ibid.
S. Bononius abbas in Aegypti solitudinem secessit 654. Locedensis abbas fit inuitus 655
SS.Bonosus & Maximianus martyres 1174
bonitas Dei quomodòhominem restaurârit 199
bonum nullum cum Deo conferendum 910
boriuoius dux Boëmiæ fit Christianus 704
boriuoius primus Bohemorũ dux Christianus 548
bosna prouincia 426
boterga Saxoniæ oppidum 104
S.Brictius Turonensis episcopus & confessor 1216
S.Brictij episcopi Martulani breuis historia 1152. post varios cruciatus carceri mancipatur, ibid. liberatus Angelitus, ad prædicandum mittitur, in specie columbæ cælos penetrat, ibid.
S.Brigida virgo Scota 1098
bruno Mindensis episcopus 380
bruno Augustanus episcopus 374
bruno secundus episcopus Missnensis 511
bruta animantia hominum imperio obediuisse 109
Buckhardi præfecti Missnensis interitus 525
burckhardus primus episcopus Missnensis 511
Byzacena prouincia 227

Cacabum insula 402
cadens ab alto loco conseruatur illæsus 130. item in præceps ruens 134
S.Cæciliæ virginis passionis breuis historia 1218. Valerianum sponsum suum cũ Tiburtio fratre eius ad Christum cõuertit, ibid. quadraginta promiscui sexus homines Christo lucratur, ibid. flammis balnearibus non læditur, nec à speculatore eam decollare volente: obdormit in Domino, ibid.
Cæci ad S. Constãtij corpus admoti, illuminãtur 80
cædes horrenda Cyrilli diaconi 227
cæleste iter multo viatico opùs habet 893
cæli regio qualis 1003
S. Cælestini Papæ & constitutionum eius, breuis memoria 1114
S.Cæsarius episcopus Arelatensis 1177
SS.Cęsarij diaconi & Iuliani presbyteri passiõis historia 1212. S. Cæsarij oratiõe fanũ Apollinis corruit, ibid. conuertit Leontiũ consularẽ, ibid. cum Iuliano sacco inclusus præcipitatur in mare, ibid.
cæsenna sub Romanæ Ecclesiæ ditione 44. obsidione cingitur 46
S.Caius Palatinus in mare mergitur 1117
S.Caij Papæ & constitutionum eius breuis memoria 1117
calcei Hermanni Steinueldensis 250
calculum infestissimè hominem vexare 279. 282. 315
S.Calepodij presbyteri & inuentionis eius breuis memoria 1127
SS.Calistus & Carisius cum septem socijs in mare demerguntur 1115
calixtus episcopus fame cruciatur, & fustibus cęditur 782. præcipitatur & submergitur, ibid.
S. Calixti Papæ passionis breuis enarratio 1204. multos baptizat, curat paralyticã & vlcerosum, ibid. præcipitatur in puteum, ibid.
calocerus archiepiscopus Rauennatum 994
SS.Caloceri & Secundi passio 1103
SS.Caloceri & Parthemij eunuchorum breuis memoria 1130
S.Caloceri Palatini conuersio 1103
caluinistarum nostri temporis præcursores 831.
caluinistarũ nostrorũ præcursores iconomachi 970
camelus virtute Dei loquitur 725
ex cãdelę vnius oblatiõe qdã infirmus sanatur 607
cãdelis accẽsis S. Vbaldus ab Eugubinis colitur 419

candor

Universidad de Deusto
Biblioteca

candor F.Aegidij 327
candor mirus in oculis & vultu Hermanni Steinueldensis 235
canonicorum Lateranensium ordo instituitur,& à Paschali II.Pontifice confirmatur 228
canonizatio S. Berardi, Petri, Ottonis, Accursij & Adiuti 42
canonizationem S.Bennonis quid impediuerit 533
canonizatur S.Procopius 572
SS.Cantij, Cantiani, & Cantianillæ fratrum, breuis memoria 1133
cantica canticorum in visione exponi iubentur 254
sub cantico Benedictus, quid Hermannus Steinueldensis senserit 241
cantûs perpetui ordo ac tenor in Ecclesia Missnensi 512
canusia Apuliæ ciuitas 758
capitolium Maximiani in ecclesiam conuersum 746
capitis S.Lupentij miraculosa inuentio 790
cappenberg Germaniæ mons 21
cappenbergense castrum quandò in monasterium mutatum 21
S.Caprasius abbas Lirinensis 1134
S.Caprasius martyr exéplo S.Fidei animatus, Christianum se proclamauit 786. substantiam suam pauperibus distribuit 454
S.Caprasij martyris memoria 1206
captiuis liberandis operam diligentem nauat S. Bononius 655
S.Carilephus confessor 1139
carini Cæsaris cædes 711
carisius Perusiæ præses 76
carnis & spiritûs quotidiana lucta 2
carnem vt F.Aegidius domuerit 327
carnem Christi corruptionem non vidisse 1021
in carne præter carnem viuere, angelicum esse 843
carolus Martellus Franciæ monarcha 594
S.Carolus Magnus adhuc puer translationi S.Germani interfuit 595. quid illi acciderit in hac translatione 597
caroli Magni genealogia 87
carolum Magnum theologiæ studium Parisijs instituisse 517
carpasius iudex deridens fidem Christianam cum xviij.socijs corruens in terram moritur 1166
SS.Carpophorus presbyter & Habundius diaconus post varios cruciatus decollantur 1228
S.Carpus apostoli Pauli discipulus 1204
SS.Carpus episcopus & Papyrius diaconus, cum Agathonica matrona occiduntur 1115
S.Cassianus Iudimagister à discipulis multis pœnis affectus interficitur 630.1172
S.Cassianus martyr Tingitanus 1225
S.Cassianus episcopus Augustodunensis 1164
SS.Cassij, Florentij & septé sociorum breuis memoria 1203
castitas angelis amica 69
castitas eximia S.Epiphanij episcopi 57. itèm Coletæ virginis 160
castitas S.Soteris 102
castitas & mansuetudo S.Constantij episcopi 74
castitatis studio hominum consortia vitanda 279
castitatis zelator S.Bernardinus 438
castitatis proditor, reus corporis Domini 220
castitatem quanti fecerit F.Aegidius 327.339
castitatem Magdalueus episcopus Deo vouet 744
castè viuentes templum Dei sunt 1228
S.Castuli martyris breuis memoria 1112
SS.Castus & Aemilius igne cremantur 1131
casula & vestes S. Bennonis episcopi post longa tempora inueniuntur illæsa 532.534
S.Catherina virgo & martyr 1221
Ceadualla rex Saxonum orientalium Romæ baptizatur 582
S.Cerealis cum vxore Salustia à Cornelio Papa baptizantur 1188. decollantur, ibid
SS.Celerinus diaconus cum Celerina auia eius ac Laurentio & Ignatio martyrizantur 1099
S.Celerina corpus S.Torpetis sepelit, & eidem ecclesiam extruit 1129
cellula F.Aegidij quàm grata bono monacho 341
S.Celsus cum Martionilla matre, ac alijs confodalibus occiditur 1090
S.Celsi filij Martiani præsidis conuersio 1089
centuplum à Christo promissum, quomodò intelligendum 19.196
centû & sexagiuta quinque milites Romæ passi 1168
cerea imago S.Bernardino oblata 444.445
cereus diuinitûs accenditur 471. itèm in manu fœminæ in templo diuinitûs accenditur 485. & ad sepulcrum D.Amaranti diuinitûs accensus 818. & S.Germani meritis spontè est accensus 599. extinctus, cælitûs denuò accenditur 602
cereus sancto oblatus 480
cereum offerens S.Marcellino febricitans, sanatur 478
cerei ad reliquias S.Celsi oblatione cæcus sanatur 140
cerei diuinitûs accensi non deficiunt 272
cerei ardentes ante funus delati vento non extinguuntur 576
cercorum vsus antiquus 692
cereis & facibus corpus S.Bernardini cohonestatur 441.442
cereis & varijs donarijs sanctos honorare, antiquus Ecclesiæ fuit mos 774
cereuisia in vinum mutata 471
ceruia vrbs vndè sic dicta 43
Chæremon episcopus ciuitatis Nili 262
B.Chæremon episcopus pro fide Christi cum vxore in Arabicum montem eremita conscendit 1231
chæremonis episcopi cum vxore fuga 1006
chaldæorum impietas 927
charitas mater virtutum 1030. & omnium virtutum radix 251
charitas Hermanni Steinneldensis sublimis 251
charitas eximia S.Bernardini 424.435
charitas S. Iohannis euangelistæ in proximũ quanta 1029. itèm Stephani protomartyris 1024. quàm sit Deo grata 803
charitas & studium S. Ermenoldi erga peregrinos & inopes 11
charitas summa erga infectos peste 266
charitas summa Lyduuinæ virginis erga defunctos 303. Coletæ virginis erga animas defunctorum 183
charitas & obedientia S.Bathildis reginæ 68
charitas seuera Crispini episcopi erga Epiphanium episcopum 57
charitatis radij quinque 1049
charismatibus cælestibus S.Honoratum abundâsse 38
childebertus Francorum rex 346
chrisma sacro sanctum quid designet 196
chrisma mysticum Ecclesiam sanctificare 197
chrismate sacro nullus inungi debet ante baptismum 197
christus lapis angularis 536.& princeps pacis 1072. & aduocatus noster apud patrem 222
christus in cruce fluuius spiritualis quadripartitus 210

christus Deus vbiquè præsens maiestate 742
christus viti comparatur 961
christus sol, Maria cur stella dicantur 4
christus vermis cur dicatur 124. cur hominem assumpserit, & sit passus 218. omnes humanas affectiones, quæ vitio carent, suscepit 904. propter carnis dissimilitudinem à patre separatur 743. cur sit traditus 203. cur in mundum venerit 993. vt debeat nostrum esse signaculum 631
christus in forma crucifixi visus 236. quomodò sacrificium & sacerdos 213. cur sub aëre, & non sub tecto crucifixus sit 214
christus verus lapis euangelicus, non nisi à mundis corde conspicitur 869. qua ratione resurgentium primitiæ extiterit 877. vt redimeret iniquos, inter eos est reputatus 219
christus Alferio abbati appáret 276.Coletæ virgini adhuc iuueni apparuit 167
christi mors, vita & miracula, à quibusdam philosophis vtcunquè cognita 802
christi imaginem Iob pretuliſſe 410
christi dolores summè Coletæ virgini doluisse 167
christi mors obstinatis peccatoribus nõ prodest 803
christo solis proprietates attributæ 5
christum F.Aegidio apparuisse 330.Coletæ virgini apparuisse 185. præbuisse ei corpus suum 171
christum & Sanctos sæpissimè Lydvvina virgo vidit 306
christus sub hostiæ forma Lydvvinæ virgini adfuisse 299
christum S. Rumoldus archiepiscopus & martyr vbiquè annunciat 564
christum vique ad mortem SS. Facundus & Primitiuus martyres confessi 960
christum sequi maius esse, quàm oĩa relinquere 193
christum per Patrẽ, & nos per Christũ viuere 743
ad Christum multi conuersi 490
christianus Patauiensis episcopus 364
christiani dirissimis afficiuntur supplicijs 768. à Matruco affliguntur 225
christiani nouelli multi capite plectuntur 782
omnes Christiani veri regiæ sunt dignitatis 198
christiani qui veri sint, & qui falsi 1169
christianum nomen vbi & quãdò exortum sit 695
christianorum alacritas 285.doctrina 928.horrenda persecutio 776. deuotio & pius affectus erga martyres 54
christianorum primæuæ Ecclesiæ sancta sitis, subeundę pro fide mortis 859
christianorum exercitia qualia sint 1170
ad Christianos comprehendendos milites missi diuinitûs excæcantur 780
apud Christianos quomodò verbi Dei prędicatio viluerit 1078
christianæ doctrinę summa 908
S.Christianæ virginis martyriũ 1157.toto dilaniata corpore, carnes patri suo in faciẽ.pijcit 1158.torretur ignibus, ab Angelo sanatur, oratiõe Apollinẽ in cineres redigit, ibi.sagittis cõfecta obit, ibi.
S.Christophori passionis breuis memoria 1158
chroci tyranni interitus 644
S.Chrysanthi patria & parentes 1224.ducit xorem Dariam, cum qua in perpetua virginitate viuit, ibid.grauissimè torquetur, conuertit Claudium tribunum 1225. defossus cum Daria, terra & lapidibus obruitur, ibid.
S.Chrysogoni martyris historia 1219. Epistola S. Anastasiæ ad eum scripta, eiusq; responsum, ibid. gladio cæditur, ibid.
S.Chrysologus Tricollim ędificauit 995. diuinitûs in episcopũ Rauennatũ electus 995. & aduersùs Eutychen scripsit doctissimè 996
chrysostomi lucubrationibus S. Stephanus iunior delectatus 964
chrysostomi de eleemosynis pro defunctis faciendis sententia,& de oblationibus Missæ 805
Cibus S. Vbaldi episcopi 416
ciborum delectus & abstinentia à lautioribus antiquis imposita 204
cimela ciuitas 413
cinerum sacrorum vsus olim in Ecclesia 286
circuncisio cur olim data sit patribus 1
circuncisionis spiritualis effectus 3
cur circuncidi Christus voluerit 2
circulus pectoralis S. Rodulphi episcopi 550
S.Cirini martyris breuis memoria 1111
S.Clarentius Viennensis episcopus 1119
clasius flumen 78
claues ecclesiæ Missuensis in Albim coniectæ 525.& sub pennis cuiusdam piscis iterùm repertæ 527
S. Claudius episcopus Bisuntinus 494. qualis in episcopatu fuerit 495. abdicat se episcopatu & fit monachus 496
S.Claudius vndecimus episcopus Viennensis 1134.
SS. Claudius, Crescentius, & Seuerus cum S.Laurentio Archidiacono occiduntur 1168
SS.Claudij tribuni, Hilariæ vxoris ac totius familiæ conuersio 1225. Claudius præcipitatur in mare, cæteri omnes capite plectuntur, ibid.
SS.Claudij, Nicostrati, Symphoriani, Castoris, & Simplicij passio 1213. artem suam crucem muniunt, ibid. scorpionibus cæsi in flumen demerguntur 1214
clauicularij cuiusdam conuersio & passio 1108
S.Claudius cum Præpedigna vxore & filijs ad S. Susannæ orationẽ conuertitur 1170. capite vnà cum Maximo Diocletiani legato, vxore & filijs cæditur, ibid. & 1104
clauorum Dominicæ passionis inuentio 1124
clementia S. Placidi martyris 764
clementia misericordis Dei in pœnitentes 742
SS.Clemens & Symphorianus 1214
S.Clementis Papæ, passionis & constitutionũ memoria 1218. relegatur in exilium, ibid. præcipitatur in mare, ibid.
SS.Clementinus, Theodotus, & Philominus martyres 1216
S.Cleophæ discipuli passionis memoria 1195. in Emaus à Iudęis occiditur, ibid.
cleri amor erga Martinum Pontificem 832
cleri Missnensis laudabilis consuetudo 511
S.Cleri diaconi passionis memoria 1089
clerici superbi pœna 1053
clericum S.Iordanes liberat ab incontinentia 108
S.Cleti Papæ breuis memoria 1154.sub Domitiano interficitur 1119
clodomeris rex Galliæ interimitur 353
S.Clodoaldus confessor 1184 (270
clotarius rex plurima largitur S. Godebertę virg.
clodoueus creatur rex Neustriæ 86
codex Lydvvinæ virginis 292
cœmeteria in via Salaria & xxv.titulos in vrbe Roma S.Marcellus Papa constituit 1092
cogitationes hominis impij spiritu prophetico S. Syrus videt 699
cogitationes hominũ Coleta virgo nouit 176
cogitatiões nostras apud Deũ in numerato esse 904
S.Cointhæ martyris breuis memoria 1101
coleta virgo institutum S. Claræ amplectitur 156. sibi parca, alijs benigna 171
in Coleta post apparitionem Christi quatuor visa memoratu digna 185
colloquia secularium deuitanda 1041
colonia Agrippina, altera Roma 497. Sanctorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

reliquijs egregiè instructa 501
coloniæ felicitas tempore S.Heriberti 96
S.Columba virgo,igne superato,decollatur 1235
columba S.Seueri capiti insidens futurum episcopum designat 81
columbæ indicio S.Calocerus Ecclesiæ Rauennati præficitur 103
S.Columbanus 563
S.Columbani abbatis breuis memoria 1218
cõmiseratio Hermãni Steinueldeñ erga afflictos 251
communio Lydvvinæ, virgini summè eam expetenti, negata 297
compensatio diuina,pro vitę huius laboribus 993
conceptio Christi 1019
concilium Chalcedonense 996. Basileeense 181. Rauennense 610. Romanum cv. episcoporum sub Martino I. coactum 829
concilium Bononiæ habitum, causam Templariorum tractâsse 641
conciliũ sathanicũ Hericus IIII. Impator indicit 525
concilia in sanctis templis esse celebranda 980
cõcilij iudicẽdi ius ad solum Pontificẽ spectare 525
concio vltima S.Bernardini 440
concionator quid esse debeat plebi 342
concionatores debere verbis & factis docere 326
concionum Bernardini feruor & pondus 430.itẽm fructus 431. & scopus 433
super concionantis Bernardini caput stella illustris visa 438
concionatur Bernardinus græcè ad Græcos, cùm græcè nesciret 435
S.Concordij patria, vita & passio 1087
concordiæ studium S.Honorati episcopi 36
in concordiam vt redegerit duas sorores Coleta virgo 176
condolentia Bernardini erga vitam & passionem Christi 427.429
confessio sacramentalis 319.377.437.663
cõfessio est prima salutis spes: secunda, dilectio 741
confessio S.Latronis, 216
confessionis contemptores reprehensi 1056
confessionem olim in vsu fuisse 278
confessario suo obitũs sui diem S.Gentilis matrona prædixit 72
confiteri peccata sua nolentis pœna 146
confirmationem esse sacramentum 1044
coniuges quid Lydvvina virgo monuerit 292
S.Conõis & filij eius passiõis breuis descriptio 1132
conradus Saltzburgensis episcopus 844
conradus II. Imperator 232. Romæ à Pontifice coronatur 373
conscientiæ vermis vt cor Pauli patriarchę Constantinopolitani momorderit 836
consecratio S.Bennonis episcopi 520. & Hervvici episcopi Missnensis 531
consecratio S.Constantij episcopi 74
consecratio episcoporũ 101.369.386.495. abbatum 371.templorum 387.virginum 156
consecrandi episcopos, mos 1045
consilium pestiferum Theudæ magi 932
consilium letiferum hominum impiorum 699
consolationes spiritũs in corpus Lydivvnæ virginis redundasse 306
consolationes sathanę multò deteriores, quàm eius tentationes 334
consolationibus diuinis destituta Lydvvina virgo vt se gesserit 286. cur ijs priuetur 314
cõsolationibus magnis Lydvvina virgo à Deo affecta 306
qui consolantur hîc, æterna consolatione priuantur, & econtrà 878
SS.Consortia & Tullia filiæ S. Eucherij episcopi, virginitatis & signorum gloria clarent 1216
cõstabilis abbas fauores hominũ sprenit 127.captiuo fratri in somnis apparuit, eumq; liberauit 130
cõstans Impator à Paulo Constãtin.episcopo corruptus 828. vocauit episcopos hæreticos,qui ipsius errori consentire noluerunt 829. quos molitus sit dolos aduersùs Ecclesiam 829
S.Constantius episcopus ter captus & vinctus 76. 77.78. à carceris custodibus ab ipso baptizatis, inuitus è carcere educitur 78
S.Constantij episcopi educatio & disciplina 73
ad Constantij episcopi pedes cęca mulier se abijcit,lumen oculorum sua precatione ei restituit, ab eoq; baptizatur 75
constantinus Imperator 121
constantinus Copronymus magis q̃ Leo eius pater in sacras sęuit imagines 970.templũ Dei genitricis imaginibus & reliquijs denudauit 971 973 quid doli moliatur,vt S.Stephanum morte afficiat 976. aulicos omnes imberbes esse voluit 977. vatis famam affectat 978
constantinus Copronymus depictiones Conciliorum eradicari iubet 988
constantini iniquissima dissimulatio 977. edictum crudele 988.impietas quanta 991
S.Constantia filia Constantini Augusti, conuertit ad Christum SS.Atticam & Artemiam 1145
S.Constantia ad sepulcrum S.Agnetis, ab vlceribus curatur 1094
constãtia S.Caprasij martyris 787.S.Dionysij episcopi 263.S.Apollinaris episcopi & martyris 589. Archimini confessoris 227. S. Agapij martyris 853.S.Flauiæ martyris 768. Dioscori adolescentis 1005. cuiusdam Christiani 449
constantia mira S.Honorati episcopi vultũs 35
constantia mira martyrum 491.538.766.914.961
constantia & stabilitas B.Godefridi Comitis 23
constantia & immutabilitas S.Stephani protomartyris 1023
constantia & fortitudo inuicta S.Vincẽtij mart. 52
constantia & fortitudo S.Cassiani martyris 631
constantia Augustę virginis quibus tormentis tentata 226
constantia martyrum muneribus tentata 771.itẽm blanditijs & muneribus tentata 785.973
constantiæ pręclara exempla 40.41
constantiniana basilica à Constantino ędificata, omnium ecclesiarum orbis prima 831
consuetudo bona & mala 343
consuetudo solennis S.Bononij abbatis 657
contemplationis progressus 341
contemplationes mirę S.Gertrudis virginis 15
contemplator bonus quis sit 344
continentia coniugalis quę 843
contritio insignis S.Gertrudis virginis 14
conuentus procerum Aquisgrani 472
conuicia in defunctum Stanislaum episcopum 394
conuiuia precibus inchoanda & finienda 838
cornelius centurio à S.Petro baptizatus, episcopus Cæsarienſis ordinatur 1098
S.Cornelij Papę passionis historia 1187. cũ presbyteris & diaconibus Centumcellis exilio deputatur, ibid. os eius plumbatis cędituꝛ 1188 paralyticam sanat, decollatur cum socijs, quos Christo genuerat, numero xxj. ibid.
S.Corona martyr in duas partes secatur 1128
coronam sanctis dari pro meritis 506
corpus Christi cur terra promissionis dicatur 28. itẽm cur communionis panis dicatur 201
corpus Domini volẽs Iudęus mala intentione suscipere diuinitùs castigatur 698
corpus suum Bernardinus cędit 423
corpus suum q̃ duriter tractârit Coleta virgo 151
corpus suum castigare non neglexit Damianus episcopus, dum diuinis studijs vacauit 132
corpus suum iubet Constabilis abbas leuari 129
corpus S.Euermari martyris è terra leuatur, & mirificè redolet 355
corpus exanime Lydvvinæ virginis vt à Deo cohonestetur, & veneretur à multis 318
corpus S.Vincentij martyris coruus cõseruat intactum 54. vincit tyrannũ eius corpus mortuum 55. proijcitur in mare 55. longè antè ad litus peruolat, quàm ipsi nautæ 55
corpus Moysi cur abscondatur, sanctorũ verò corpora reuelentur 27
corpus S.Germãi epi Parisiensis neq; à rege, neq; ab episcopis & monachis vult eleuari 595.596. defertur in villam Cumbis asseruandum 598. iterùm ad proprium locum reportatur 602.populi deuotio in reportatione sancti corporis 603
corpus S.VVinnoci abbatis non vult aliò trãsferri 813.transfertur Audomaropolim 815. rursùm transfertur in Bergas 815
corpus S.Germani episcopi ad proprium rursùm defertur monasteriũ inita pace cum Nortmannis 608
corpus S.Hilarij episcopi angelico ministerio trãslatum 27
corpus S.Guidonis confessoris Spirã translatũ 232
corpus S.Ludmillæ virginis ad ciuitatem Pragensem translatum 706
corpus SS.Vulmari abbatis nebula obtectum, nè à monialibus videretur 583
corpus S. Stephani iunioris martyris in foueam ethnicorum reorum iniectum 990
corpus Stanislai episcopi & martyris nemo audet sepulturæ mandare 394.transfertur 396
corpus Sigeberti regis inhonorantes diuinitùs castigati 89
corpus Sigeberti regis post cccc. annos integrum conspicitur 89. iterùm post multos inuenitur incorruptum 90
corpus S.Ludouici confessoris mãsit incorruptum Ix. annis post mortem 1010
corpus S.Edilbergę abbatissæ post septennium eleuatum apparuit incorruptum 575
corpus S.Solij martyris integrum apparuisse 719
corpus S.Raynaldi archiepiscopi post multos annos incorruptum apparuit 642
corpus S.Vęceslai mart.post triẽnũ incorruptũ 732
corpus S.Ludmillę martyris,post triennium apparuit incorruptum 729.eius translatio,ibid.
corpus S. Humberti confessoris post cliij. annos incorruptum apparuit 695
corpus S.Constantij episcopi & martyris Perusiæ reddi,diuina voce præcipitur 80. itẽm cęci duo ad eius corpus admoti,illuminantur,ibid.
corpus S. Honorati cp̃i exanime plenum gratia 37
corpus corruptibile aggrauare animã,quid sit 329
corpus non inquinatur,nisi de consensu mẽtis 1229
corporis Domini qui sint rei 220
corporis Hermanni Steinueldeñ è sepulcro incorrupti translatio 258
corporis S.Ermelendis virginis eleuatio 797
corporis B.Sigeberti regis eleuatio 90
ad corporis S.Solij martyris eleuationẽ multi confluxêre populi 719
corporis S.Barbatiani presbyteri translatio 1043
corporis S.Arnulphi episcopi translatio 707. itẽm S.Solij 716
corporis S.Viti translatio 508
corporis S.Zoyli martyris inuentio 552
corporis truncus S.Dalmatij episcopi & martyris post cędẽ longo tempore viuus mansit 1000
corporis Coletę virg.post obitum pulchritudo 186
corporis humani instabilitas 195
corporis imbecillitas vndè aliquandò veniat 244
corporis castigationem domare carnem 934
ex corpore defuncti splendor egressus 61
corpora mortuorum abluendi consuetudo 643
corpora sanctorum contingere,non esse nouum inuentum 81
corporũ sanctorum contactus quantam virtutem habeat 80
corporũ SS. Barlaami & Iosaphat translatio 960
corporibus sanctorum ciuitates sanctificari 588
S.Cortherus martyr & xl.socij eius 1217
cosdroë regis lucifera superbia 1189.lignum Crucis ab Hierosolymis ablatum, in fanum suum collocat, ibid.
SS.Cosmæ & Damiani fratrum passio 1196. eorum patria,ibid. in mare mersi angelitùs liberantur, in ignem coniecti non vruntur 1197. post varios cruciatus decollantur,ibid.
cosmam & Damianum languẽtibus apparuisse 716
Crafft Missnensis episcopus 519
S.Cratonis martyris breuis historia 1102. is votum promissum fideliter reddit,ibid.
S.Crescens discipulus S.Pauli, Viennensibus Christum primus annunciat 1234.eius vita 1147. Zachariam discipulũ sui loco ordinat episcopum, ibid.redit ad Galatas,ibid.
SS.Crescentianus, Victor,Rosula & Generalis, vnà cum S.Cypriano martyrio coronantur 1189
S.Crescentianus martyr 1133
S.Crispina decollatur 1226
SS.Crispini & Crispiniani passionis breuis historia 1208
SS.Crispi & Caij discipulorum memoria 1201
cruciatus quos Coleta virgo sit perpessa 182
cruciatus Coletæ varij & intentissimi 173
cruciatus perpetui Lydvvinæ virginis 280. sub mortem perquàm acerbi 317
crucifigitur Dominus 204
S.Crucis inuentionis breuis historia 1122
S.Crucis exaltationis historia 1189. festum eius instituitur 1190. multa fiunt miracula in eius reductione Hierosolymam 1190
crucis signum in fronte S.Humberti 694
qui crucis signum in corde suo impressum habeant, & qui non 630
erga crucis signum singularis Coletæ virginis reuerentia 168
per crucis signum quot miracula operatus S.Placidus martyr 756
crucis signum dæmonibus terrori esse 937.diabolum timere 905
S.Crucis signum murus inexpugnabilis 1134
S.Crucis vlus antiquissimus 46.73.77.185.350.657. 785
crucis signi virtus quanta 163.169.188.547.754.1009
crucis signi & orationis miri effectus 756
S.Crucis effectus 360
S.Crucis virtute aqua in vinum mutata 528.569. multæ curationes fiunt 755
crucis signo multa miracula fiunt 168.irrisor Bernardini sanatur 438. ęgri sanati 488. dęmones fugati 559.paralyticus sanatur 754.762.itẽm ęger, ibid. & muta & cæca & surda integritati restituitur 755.presbyteri digitus curatur 417. profligantur hostes vrbem Eugubinum obsidentes 418.hydropicus sanatur 755.itẽm febricitãs 756. & dęmoniacus,ibid.& 761.sanatur puella misserima 437.restituitur penè examinis 437.coërcetur imber 437.sanatur puer afflictus regio mor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bo 437.& fœmina contracta 437.cæcus curatur 106.572. morti proximus curatur 1042. ignis extinctus 663. incendium profligatur 271. diabolus fugatur 112.953
crucis signo & oratione, cæci oculi illuminantur 754.761. item ægrotus sanatur 755.& languidus 755. paralyticus sanatur 763. energumenus liberatur 765. dæmoniacus curatur 982
crucis signo muniti vt victores efficiantur 630
S.Crucis arma contra hostem suum assumit S.Venceslaus martyr 728
crucis Christi patibulum, iuris locus 224
cur crucis figura adoranda 361
crucis figuram lignum vitæ in paradiso fuisse 361
crucis ligni adoratio 361
crucis ligni fructus, vita est immortalis 1020
crucis Dominicæ encomium 213. beneficia 360
in crucis honorem ieiunia feriæ sextæ restaurata 135. & altare erectum 11.140
crucis figura, X litera 631
S.Crucis vexillum olim præferri solitum in prælio 629
crucis vexilla in processionibus circumlata 139. & cum sanctorum reliquijs tempore supplicationis circumlata 500
cruci & sacris reliquijs quid antiqtas detulerit 372
ante crucem Christi, multi crucis tormentum experti 615
per crucem fideles ab infidelibus distingui 360
in cruce non materiam, sed signum adorari 361
cruces in templis haberi, antiquitùs mos fuit 10
cruces super suffocatos aqua cœlitùs vise 118
cruces perpetuæ Coletæ virginis 173. item multiplices 184
cum crucibus & cereis reliquiæ allatæ 465
crux ad infirmum delata 548
crux altare Christi 213
crux Christi quantum admirationis habeat 360
S.Crux multorum bonorum est materia 216
crux à sanatis erecta 405
crux Domini in mille partes diuisa, detrimentum non sentit 1124
crux in S.Marcellini martyris memoriam posita in via publica 476
crudelitas Friderici Comitis Arnesbergeñ quãta 23
crudelitas Boleslai regis 391
crudelitas matris Damiani episcopi 132
crudelitatẽ Gisulfi principis Leo abbas increpat 579
crumena Iesu 290
S.Cucuphatis martyris passio 1158. eius ossa Parisios deferuntur, ibid.
cultus diuinus quantùm in ecclesia Missnensi vigeat 534
cultus diuinus, qui fit in ecclesia Missnensi die ac nocte 512. mirè augmentatus à S.Bennone 521
à cultura simulacrorum multi reuocati 667. credunt in Christum & baptizantur 668
cultus multorum deorum ab Aegyptijs fluxit 924
cunibertus archiepiscopus Colonienfis 84.1215
cura perpetua S.Honorati episcopi quæ fuerit 33
cura quanta fuerit S. Adelheidi virginum Vilecensium 97
curationes Cosmas & Damianus gratis adhibent ægris 722
currus & equi Elię quid designent 744
S.Cuthberti episcopi Lindisfarnensis vitæ breuis historia 1111
S.Cyprianus abbas Petragoricus 1227
S.Cyprianus Carthaginensis episcopus ad martyrium xij. fratres animat 669.creat presbyteros & hypodiaconos 669
S.Cypriani episcopi passionis historia 1188. in exilium mittitur, ibid. ducitur vnctus ad Galerium Maximum, damnatur capite, ibid. triplex eius translatio 1189
S.Cypriani magi conuersio 196. baptizatur, confringit idola, fit episcopus, post varios cruciatus vnà cum S.Iustina decollatur 1196
S.Cyriaci diaconi passionis historia 1110
S.Cyriaci martyris & xxj.sociorum passionis breuis memoria 1166
SS.Cyrici & Iulittę matris, ac sociorum passionis memoria 1143
S.Cyrilla filia Decij Cęsaris pro fide Christiana iugulatur 1209
SS.Cyrillus, Aquila, Petrus, Domitianus, Rufus & Menandrus martyres 1161
S.Cyrillus episcopus Alexandrinus 1097
S.Cyrilli episcopi passionis memoria 1152
SS.Cyrion presbyter, Moyses, Bassianus & Agathon igne comburuntur 1102

DAEmon S.Marculpho abbati insidiatur 349.frustrà oppugnat S.Euermarum martyrem 354.non sustinet se in dæmoniaca adduci ad præsentiam S. Gothardi episcopi 372. ejcitur à S. Hilaro 411. humilitate & tolerantia pellitur 109 acerbissimè vexat & persequitur pios 156.157. 163.167.effundit aquam Coletę 172
dæmon Hermanno Steinueldensi infestus 252. hominem docuit adorare simulacra, per quæ responsa ei dedit 674.concionatur, carpens vitia, quorum ipse incentor est 474
dæmonis malignissimi nequitia 286. versutia 112. inuidia erga pios 178. furor 303
dæmonem non ferre sanctorum hominum præsentiam 24. religioni addictos impugnare 9.15. 24.vexâsse S.Theobaldum eremitam 559
dæmonem latuisse incarnationem Verbi Dei 210
dæmonem, rogati xij.fratres, expelluntab obsesso 669.670
cum dæmone non esse fœdus ineundum 111
dæmones lignum ab angelo Lydvvinæ virgini allatum, valdè reformidâsse 287. in muscarum forma Coletam infestâsse 179.vt grauissimè eam afflixerint, cùm voluit orare 17. multùm molestâsse B.Iuanem in eremo 547.sub vitæ finem pios infestare 332. diuinum nomen sibi ex superbia adscribere 941
dæmones nolle, nos scire peccata nostra 147. à S. Procopio confessore ejecti & fugati 570
dæmones S.Epiphanius episcopus profligat 61.zona cilicina Lydvvinæ virginis torquet 317. ab obsessis S. Marculphus abbas expellit 348. ad S.Placidi obtutum cecidêre 757
contra dæmones pugnans, non robore corporali indiget, sed spirituali 621
dæmones vertunni qui dicantur 1074.
dæmonum malignitas 278.procacitas 314. formæ horribiles 330.multi laquei 338
dæmonum inanes conatus vt Coleta virgo contemserit 178
dæmonum species nihil terruisse alios præsente Coleta 180
dęmonum insectationes virtute Dei compesci 548
dęmonũ iacula vertit Deus suis in triumphum 257
à dęmonibus Coleta virgo sæpè cæsa 178
dęmonia S.Marculphi abbatis pstentia torquet 347
dæmoniacus ad S. Fidelis mart. corpus curatur 793
dęmoniaci ad tumbam S.Rumoldi archiepiscopi & martyris curati 568
dęmoniaca Christum confitetur 780
S.Dafrosa vxor S. Fabiani martyris capite cæditur 1088

dago-

dagoberti regis Galliæ encomium 84. graue peccatum 85
S.Dalmatius episcopus & martyr 1226
dalmatius episcopus Ticinensis 1013
S.Dalmatius ecclesiæ Papiẽsis olim episcopus 999. prædicat Albensibus fidem Christianam, ibid. permultos in Italiæ, Germaniæ, & Galliæ finibus conuertit 998. & multa pro Christo patitur aduersa 999. transit flumen per aërem Dei auxilio siccis pedibus 1000. ab infidelibus Papiæ captus & detruncatus, ibid.
S.Damianus miles & martyr 1102
damianus archiepiscopus Rauennatum 190
damianus cur sic cognominetur 132
S.Damasi Papæ & constitutionum eius breuis memoria 1228
damnatio cuiusdam virginem se mentientis reuelata Lydvvinæ virgini 294
damnati cur pœnas sempiternas luant 330
damnatorum fletus horribilis 807
damnatorum grauissima pœna est, visione Dei carere 877
daniæ rex in somnis monetur, templum S. Venceslao construere 730
S.Daniel propheta 1156
SS.Dasius, Zoticus, Caius, & xij. socij martyres 1206
datianus deflet se victum à martyre 53
datiani crudelitas 627
datiani furor in S.Vincentium martyrem 51
Decem martyres à Saracenis passi 1213
decij edictum crudele in Christianos 260
decollationis & inuentionis S. Iohannis Baptistæ breuis enarratio 1179.decollatur in Macherunta 1180. pars corporis eius igne crematur, ibid. ossa eius collecta Romã transferũtur, ibid. caput eius à monachis inuentum Emesam transfertur 1180
dedicatio ecclesiæ Goslarienfis 517
defunctus refuscitatus 611.reuiuiscit, & rursus post triduum decedit 231. rediuiuus reddit Stanislao episcopo testimonium 390. & iterùm moritur post dictum testimonium, ibid.
defunctus infans ad vitam reuocatus 233
defunctus quidam surgit 397
defunctum Lydvvinæ virgini apparuisse 292
pro se defuncto petit V. Beda orari 407
in defunctorum fidelium sepultura psalmos decantare, Christiana est traditio 390
erga defunctos Lydvvinæ virginis charitas 303
defunctos laudare, multis modis vtile 29
defunctos viuorum Missis ac beneficijs iuuari 800 & seq.
pro defunctis S.Iordanes Dominicanus orat 106
delphi obsidentur 17
delubra à S.Venceslao martyre constructa 728
S.Demetrius martyr 1203
SS.Demetrius, Honoratus, & Florus 1231
SS.Demetrij episcopi, Aniani, Eustosij & sociorum martyrum, memoria 1215
S.Demetriæ virginis memoria 1144
S.Deodatus episcopus Niuernensis 539. apparet B. Hildulpho archiepiscopo 545
S.Deodatus episcopus Viennensis 1205
depositio S.Helenæ virginis 1131
descensio Christi ad inferos, ligni vitæ ramus, & eius fructus 665
desiderium occultũ cuiusdam sororis Coleta virgo nouit 178
S.Desiderij episcopi Lugdunẽsis passionis & translationis breuis memoria 1102
S.Desiderij episcopi Lingonensis passio 1131
desidia hominum 338
desperandum nunquàm 334
deuotio & lachrymæ S.Bennonis episcopi 520
deus incomprehensibilis 335. depingi nequit sicuti est 798. vt naturâ est, à nemine videri potest 872. quomodò omnia in omnibus 194. omni volenti bonum administrator est 66. bonitatis, iustitiæ, ac sempiternæ lucis fons est 917. non ornatum lapidum, sed cordis puritatem atque munditiam quęrit 1198. quantùm nos amet 335. talis erga nos erit, quales erga alios fuerimus 651. difficilis ad irascendum, facilis ad miserandum 822. vult rogari, vt parcat 742.tẽporaliter suos castigat, vt ab æterno supplicio conseruet 598.cur sedeat 733. cur non pellem, sed interiora sibi viscera iusserit offerri 1072
deus ori eorum proximus, qui ociosa verba deuitant 1040
deus spretus, spernentem non deserit 849
dei filius de ventre matris in gremiũ Ecclesiæ enixus 664.ad quid in mundum venerit & sit natus 191. triginta tribus annis seruus 732. sed nunc Dominus & Rex regum dicitur 733
dei ignoratio, animæ caligo est 880
deum nunquàm suorum obliuisci 805. reproborum verò nunquàm recordatur, ibid.
deum negare factis, nihil aliud esse q̃ perire 124
deum quonã pacto quispiã maximè imitetur 951
deum parere, & virginem, stupendum planè & admirandum 1030
deo de salute omnium semper cura est 64
cum deo qua ratione quispiam colloquatur 907
deorum gentilium mutua inter se pugna, eos deos non esse ostendit 927
deos gentium adorantes, dignos esse morte 928
detractorum colloquia etiam defunctorum sanie m lingere 289
Diabolus sacrarum literarũ peritissimus 936. per obsessam puellam multa Latinè loquitur 473. quibus tentationum fallacijs Christi militem prosternere conetur 1075. quantùm nitatur impedire homini suam salutem 523. propria machinatione confusus cecidit 624.
diaboli à Deo defectio 871. calliditas 622. astus 464. multæ ac variæ insidiæ 953. in hominem inuidia 872. astutia ad decipiendum hominem quanta 111.725. mẽdacium, & facinus detestandum 107
diabolum olim Domini hæreditatem occupâsse 224. quod suum erat, in Christo quæsiuisse 742
diabolum egregiè irridet S. Iosaphat 953
diaconus & præpositus fit S. Gothardus episc. 365
diaconis in primæua Ecclesia Dominici sanguinis committebatur administratio 1164
dianæ simulacrum S.VVolfus euertit 788
dicta aurea F.Aegidij 334. & seq.
dies octaua, & nominis impositio, quid designârint 1
dies extremi iudicij terribilis 822
dies iudicij, ligni vitæ ramus: & eius fructus 665
dies Rogationum 814
dies resolutionis S.Eartongotæ reuelata 574
dies anniuersarius Alferij abbatis celebrata 277. & S.Godebertæ virginis 272
dies translationis S.Germani 603
dies sanctorũ Machabæorum quàm præclara 620
dies solennis S.Rumoldi cur in Kal. Iulij translatus 568
dies solennis S.Martini episcopi 820
dietmarus Merseborgensis episcopus 521
digitus Dei Spiritus sanctus 699
SS.Digna & Emerita virgines & martyres 1195

Universidad de Deusto
Biblioteca

dignitas Alferij primi abbatis Cauensis 274
dignitates ambire quàm sit nepharium, præcipuè ineptis personis 587
dignitatibus suis se abdicauit Damianus episcopus 135
dij gentium perpetuo igne exurendi 769. quales sint 872. homines fuêre flagitiosissimi 914. & masculorum concubitores 926. sacrilegi fuêre homines 680
dilectio latronis cum Domino crucifixi 212
vt dilexerit Dominum S.Petrus 554
diligere dulciter, quid sit 554. itèm sapienter ac fortiter 555
diluuium 872
diuolitionis insula 349
diocletianus, Apro interfecto, Cæsar acclamatur 711
diocletiani & Maximiani crudelitas 711. in Christianos persecutio 736
diocletiani interitus 962
S.Diodori & martyrum Viennensiũ memoria 1203
SS.Dionysius, AEmilianus, & Sebastianus 1101
SS.Dionysius & Hammonius martyres 1102
S.Dionysius episcopus & confessor à Cappadocia Mediolanum transfertur 1131
S.Dionysius episcopus iubetur negare Christũ 263. itèm exulare cum suis 263. & petere Colluthionem 264. redit Alexandriam 265
S.Dionysij episcopi scripta 266. 267
S.Dionysij Alexandrini vitæ historia 1216. ter in exilium relegatur 1217. multos conuertit ad Christum, ibid. obit in pace, ibid.
S.Dionysij Papæ & constitutionũ eius breuis memoria 1234
SS.Dionysij episcopi, Rustici presbyteri, & Eleutherij diaconi, breuis memoria 1201. & 1203
S.Dionytij patrui S. Pancratij, breuis memoria 1128
de Dionysio testimonia Athanasij 267
SS.Dionysia, Datiua, Leontia cum socijs ab Arianis multis supplicijs excruciatæ, sanctis associantur 1226. & 1227
SS.Diophilus, Matrona, & Tecla virgo 1187
S.Dioscorus puer varijs tormentis afflictus non frangitur 1229. dimittitur, ibid.
S.Dioscori Lectoris passionis memoria 1129
disciplina ordinis, vt olim viguerit 549
discretio, omnium virtutum mater 661
dismas latro, à Christo veniam peccatorum consequitur 211
disputatio Cõstantini Copronymi cum S.Stephano iuniore 984
diuinitatis naturam egregiè S. Barlaam exposuit 881
diuites miseros esse 1002
diuites verè qui sint 902
diuitiæ quæ hîc appetendæ 125
diuitiæ Dei nullis verbis exponi possunt 899
diuitijs & honoribus huius seculi renunciantium merces quanta sit 1010
S.Dius confessor Cæsarienſis 1154
Docere, nec facere, summum periculum est 663
docendi efficacissimum genus 433
doctrina SS.Apostolorũ duodecim lapidibus comparata 1035
doctrina pia quibus prædicanda sit 869
doctrinæ optimum genus, vt talis sit vita, qualis prædicatio 660
doctrinam S.Iohannis euangelistæ hæreticis omnibus silentium imponere 1031
doctoris titulo Stanislaus episcopus non vult ornari 385
doctores sancti stellæ vocantur 632
dodo episcopus Mimigarfordensis 691
dolor fratrũ quantus ob Alferij abbatis obitũ 277
dolor Myrani populi ob ablatas S.Nicolai reliquias 401
dolores dentium immanissimi 281
dominicani fratres quem fructum in Ecclesia fecerint 114
dominus iustus ab iniusto seruo condemnatus 203
dominus cur in præsepio positus sit 1019
dominum Iesum obitui S.Iohannis apostoli interfuisse 1034
S.Domitiani abbatis memoria 1149
S.Domitius martyr Syriæ 1151
S.Domninus episcopus Viennẽsis & cõfessor 1212
S.Domninus Maximiani Imperat.cubicularius capite cæditur 778
S.Domna virgo cum sociabus virginibus 1115
domûs hospitalis de Scala encomium 423
dona eximia Constabilis abbatis 128. S. Bathildis reginæ 64. & Coletæ virginis 161
dona septem Spiritûs sancti 197
dona distribuere Deũ in multas generationes 774. quibus donis fruantur, qui spiritu Dei agũtur 1023
SS.Donatianus, Præsidius, Mansuetus, Germanus & Fuscolus, episcopi, ab Arianis fustibus cæsi, in exilium mittuntur 1184
SS.Donatianus & Rogatianus fratres 1131
SS.Donatus, Paulus, Rogata, Dominanda, & Hilarina martyres Romani 1235
SS. Donatus, Restitutus, Valerianus, & Fructuosa cum xij. socijs martyrio afficiuntur 1175
S.Donati presbyteri & eremitæ breuis historia 1174 miraculis claret, draconem occidit, ibid.
S.Donati martyrium 765
S.Donati episcopi passiõis historia 1165. à S.Pigmenio presbytero in fide & literis instruitur, ibid. mortua ad eius imperiũ loquitur, ibid. restaurat confractũ Dominici sanguinis calicem, vnà cum Hilarino occiditur 1166
dormintem S. Honoratum exhortationis & orationis verba fudisse 38
S.Dorotheæ virginis passio 1101
SS.Dorothei & Gorgonij passionis historia 1186. flagellis vapulãt, ibid. in craticula affantur, ibid. laqueo suspenduntur, ibid.
dotes egregiæ S.Ludmillæ martyris 704
Drahomira sicarios pecunia corruptos ad opprimendam S.Ludmillam destinauit 705
drahomira terræ hiatu absorpta 731
drahomiræ in Christianos persecutio 726
dresda ciuitas 510
SS.Drusus, Sozimus, & Theodorus 1229
Ducenti & viginti martyres Africani 1210
ducenti & sexaginta martyres, arenam fodientes, sagittis militum interimuntur 1107
ducentorum & lxx. martyrum memoria 1205
S.Dula martyr 1111
S.Dulcitius episcopus SS.Fidei & Caprasij martyrum corpora eleuat 787
duo millia martyrum capite cæduntur 1103
dux præsumptuosus diuinitùs punitur 1010
SS.Dydimi monachi & Theodosiæ virginis passionis memoria 1231

EBbo Augustanus episcopus 374
ebroinus episcopus Pictauiensis 597
Ecclesia mater populi Christiani 1027
Ecclesia Catholica vna est 896. vna, catholica, & vniuersalis 197
ecclesia Dei quibus columnis sustineatur 557
cur ecclesia Dei fulciri floribus, & stipari malis appetat 558

ecclesia S.Bẽnonis episcopi in honorem omnium Sanctorum dedicata 529
ecclesia S. Rumoldi archiepiscopi & martyris, omnibus bello conflagrantibus, illæsa permansit 565
ecclesia S.Apollinaris martyris à Saracenis depopulata 103
ecclesiæ varia membra 592
ecclesiæ quandò ornatus restituendus 972
ecclesiæ Romanæ & Pontificum decretis quantum tribuerit F.Aegidius 331
ecclesiæ principes cur frequenter labantur 555
ecclesiæ S.Michaëlis in monte Gargano descriptio 1198
ecclesiæ suæ defensor S.Exuperius episcopus 737
ecclesiæ Missnensis vastatio 523
ecclesiæ S.Germani episcopi deuastatores & violatores diuinitùs puniti 600
ecclesiæ multæ ædificãtur, & fides Christianorum in India floresçit 947
ecclesiæ quomodò antiquitùs consecratæ 764
ecclesiam Christi esse sponsam 1044. & mundi figuram gerere 1049
ecclesiam, Christi sponsam acerbè à dæmone oppugnari 971
ecclesiam esse sine macula & ruga 223
ecclesiam illustrare, radios ex sanctorum martyrũ corporibus profilientes 620
ecclesiam Mediolanensem frequẽter visitat S.Iuentius martyr 703
ecclesiam suam S.Felix archiepiscopus sanctorum reliquijs ac varijs vtensilibus exornat 856
ad ecclesiam S.Bononij abbatis dæmoniacæ perductæ, curantur 659. itèm adolescens pedibus captus, ibid.
ecclesiam S.Aidani episcopi non lædit ignis 662
in ecclesia primitiua sanctos timuisse noua introducere 625
ecclesias à fide lapsas, cum Romana Damianus episcopus conciliat 135
ecclesias multas S.Ludmilla virgo extruxit in Boëmia 704
ecclesias Vrbis multas vetustate collapsas Martinus Papa restaurat 828
ecclesias consecrandi mos & ritus 1046
ecclesiastica instituta ad vnguem esse seruãda 1054
ecclesiastica indumenta indignissimè cõculcata 978
ecclesiasticas res deuastare & abalienare quàm sit nefarium 596
ecstasim toto triduo Coleta virgo patitur 168
S.Edeltrudis reginæ corpus post vndecim annos effossum, apparet incorruptum 1145
edictum crudele Copronymi 988
S.Edistius martyr Rauennas 1204
educationis fructus 729
Egbertus egregius Treuerorum episcopus 137. 138
egbertus præfectus Caroli Magni grauissimè infirmatur, & humanissimè à S. Ida tractatur 683. eã petit in vxorem, ibid.
S.Egdunus cum septem socijs suffocatur 1109
S.Egesippus quot libros ediderit 233
S.Egesippi (qui actuum ecclesiasticorum texuit historias) breuis memoria 1114
Eico Missnensis episcopus 521
S.Eladius Antisiodorensis episcopus 352
electio quid sit 895
in electione opus esse consilio 895
eleemosyna quid sonet 1050
eleemosynæ B.Godefridi Comitis 25
eleemosynæ & oblationes pro defunctis faciendæ 801
eleemosynas ex lucris iniustis respuit Coleta virgo 154
eleocadius archiepiscopus Rauennas 611
S.Eleuchadius archiepiscopus quem fructum fecerit in ecclesia cum S.Apollinari martyre 124
S.Eleuchadij archiepiscopi conuersio 122
S.Eleutherius Romanus 1184
S.Eleutherius Cæsarienſis 1196
S.Eleutherij episcopi & Anthiç matris historia 1116
S.Eleutherij Papæ memoria 1131
S.Eleutherij passionis memoria 1201. innumerabiles Christiani eius temporibus martyrio coronantur, ibid. Eleuth. verò igne crematur, ibid.
S.Eligius episcopus Nouiomensis & cõfessor 85. 1225
S.Eligij encomium 270
S.Eliphius martyr Colonienſis 1205
eloquentia B.Iordanis 106
S.Emerentiana virgo lapidatur, ac in suo sanguine baptizatur 1095
Engelberti archiepis. Coloniẽsis cædes præuisa 247
S.Eoldus episcopus Viennensis transfert corpora SS.martyrum Thebæorum Viennam 1152
S.Epaphra à S.Paulo ordinatur Colossensis episcopus, ibiq; martyrio coronatur 1155
SS.Ephicatus, Eustasius, Victuria & Castula martyres 1132
S.Ephrem Edessenæ ecclesiæ diaconus 1098
SS.Epimachus & Alexander igne exuruntur 1228
S.Epimachus viuus crematur 1005
epimachi & Alexandri martyria 261
S.Epiphanius Salaminæ episcopus 1128
S.Epiphanius episcopus Ticinensis 371. nolẽs creatur episcopus 58. legatus ad Anthemium Imper. mittitur 60. vt à Romanis sit exceptus, ibid.
S.Epiphanij episcopi eximia præconia 59
SS.Epipodius & Alexander martyres 1148
S.Epipodij martyris passionis bre. memoria 1118
episcopus confirmationis minister 1044
episcopus quidam vt sapiẽter à Coleta virgine admonitus 175
episcopi dignitas regiam antecellit 389
episcopi Nicomedienſis impudens facinus 979
episcopi in exilium coacti à Trasamundo Arriano, reuocantur 448
episcopi duo, columbæ indicio è cælo descendentis electi 121
episcopi à B.Remigio ordinati 739
episcopum sibi similem tyrannica potestate Copronymus creat 970
episcoporum quorundam fidelitas erga Christi Vicarium 525
episcoporum est semper alijs benedicere 661
episcopis vt viuendum 386
episcopatum recusantes 100
episcopatum S.Stanislaus inuitus suscipit 386
episcopatum trium ciuitatum Bernardinus recusat 434
episcopatus duos S.Vbaldus recusat 316
episcopalis muneris functo 74
epistola Messalini ad S.Benedictum abbatem 773
epistola Dionysij ad Domitium & Didymum 264 alia ad Hieracem ecclesiarum Aegypti episcopũ 265. aliæ itèm ad diuersos 266. 267
S.Eraclius Leodienſis episcopus & cõfessor 355. 1216
S.Erasmi episcopi passionis breuis historia 1137. in sua passione multos cõuertit, ibi. exitus eius 1138
erckenradus Heystatensis episcopus 357
eremitarum olim studium 1046
S.Erhardus episcopus Ratisponensis 576
erimbertus Frisingensis episcopus 364
ernesti ducis Saxoniæ laus 513
eruditionis quantę fuerit Eleuchadius episcop. 121
Esdras & Iohel prophetæ 1154
SS.Eliehius & Iulius martyrio coronantur 1143

Universidad de Deusto
Biblioteca

S.Etherius episcopus Viennensis 1142
SS.Euagrius & Benignus martyres 1113
SS. Euagrius, Prosyria, & Eustachius presbyter 1204
euangelium Marci, authoritate S.Petri confirmatum 695
euangeliũ suum Iohannes rogatus ab Ecclesia conscripsit 1028
euangelium quid hominibus annunciet 875
euangelij Dominicæ Palmarum expositio 192. itèm, Eccè nos reliquimus omnia 193. & seq.
euangelicæ columnæ & gallinæ duæ S. Deodatus & Hildulphus 544
S.Euaristi Papæ & constitutionum eius memoria 1209
eucharistia nec hæreticis dãda, nec ab ipsis sumenda 201. cur communio dicatur, ibid. quid præstet 297. quo pacto susципienda 201. à morientе sumitur 146. recenti baptizato datur 190. ab Arianis pedibus calcata 227
eucharistiæ eleuatio & adoratio 161. 170. 185. effectus 199. 297. 887. miri effectus in Coleta virgine 170
in eucharistiæ sumptione vt se Coleta gesserit 170
eucharistiæ fides ab alijs miraculis adstruitur 200
eucharistiæ sacramentum quomodò conficiatur 200
eucharistiam percipit S. Adelheidis abbatissa 97
per eucharistiæ susceptionem vnimur cum Christo 743
eucharistiam moribundus puer percipit 379. itèm S. Bernardinus 440. Lydvvina virgo sumens mirè compungitur 283. summè eam expetenti ei denegatur 297
eucharistiam dignè sumentes, vnum cum Christo fieri 744
erga Eucharistiam Coletæ virginis deuotio & reuerentia 169
de eucharistia quid credendum 904
in eucharistia Christus realiter præsens post verba Dominica 1032. 170. 196
in eucharistia Christum realiter esse præsentem, miraculo manifesto declaratur 1050. 1051. & præclaro testimonio adstruitur 830
quærẽtibus, quo pacto in Eucharistia corpus Christi fiat, quid respondendum 200
in eucharistia cur panis & vinum adhibeantur 200
in eucharistia sibi typum fingentium repræhensio 200
S.Eucharius episcopus Treuirensis 1227
SS.Eucharistius, Fortunatus, & Priscianus 1204
eucherius Lugdunensis episcopus 455
S.Eucherij senatoris vita 1216. In spelunca sponte conclusus, sanctissimè viuit, ibid. diuinitùs eligitur Lugdunensis episcopus, ibid. vxor eius Galla mariti speluncam inhabitat, ibiq; vitam sanctissimè finit, ibid.
S.Euentius Viennensis episcopus & cõfessor 1099
S.Euergislus Coloniẽsis episcopus & martyr 1208
euermodus Raceburgensis episcopus 21
S.Eugendus abbas 1088
S.Eugenius archiepiscopus & martyr 1216
SS. Eugenius, Eleutherius, Vrbanus, Cornelius, Traianus, Victor, Castula martyres 1232
SS.Eugenius, Macarius, & Perulinus mart. 1095
S.Eugenij episcopi Carthaginẽsis & Cleri eius passionis memoria 1154
S. Eugenia, oratione simulacrum Dianæ comminuit 1187. in flumen præcipitatur, nec mergitur 1187. & 1233. post varios cruciatus cæditur gladio 1233
eugubij obsidio 417
eugubini magno studio S. Vbaldum episcopum colunt 419
S.Eulaliæ virginis passionis historia 1227. post varios cruciatus igne extincta, in specie columbæ cælos penetrat, ibid. à niue corpus eius obtegitur & sepulturæ conseruatur, ibid.
S.Eulaliæ virginis Barchinonensis passionis breuis memoria 1102
S.Eulogius Constantinopolitanus 1150
eunomij in disputando acumen 854
S.Euodius episcopus Antiochenus 1125
S.Euortius episcopus Aurelianensis & confessor 1184
S.Euphemia virgo & martyr 1115
S.Euphemiæ virginis passionis historia 1190. morsu leonis suffocatur, ibid.
S.Euphrosyna virgo 1102
S.Euphrosyna in habitu virili monasticam vitam agit: in omni sanctitate perdurans, obit 1087
SS.Euplus & Serapion Cathanenses 1187
S.Eupli martyris historia 1171. post varios cruciatus gladio punitur, ibid.
SS.Euras, Quartus, & Pardus martyres 1213
S.Eusebius martyr corpora SS. Cæsarij & Iuliani sepelit 1212. cum Felice presbytero martyrio coronatur 1212. & 1213
S.Eusebius Palatinus martyr cum nouẽ socijs 1107
eusebius Patriarcha Hierosolymitanus 745
S.Eusebius episcopus & confessor 1144
S.Eusebius cum socijs Christum prædicat 648
S.Eusebij presbyteri & confessoris vita 1172. ab Ariano Constantio Augusto, inclusus cubiculo moritur 1172
eusebij diaconi erga martyres studium 265
S.Eusebij episcopi Vercellensis vita 1161
S.Eusebij Papæ & constitutionum eius breuis memoria 1201. eius tempore Crux Domini inuenta est, ibid.
SS.Eusebij, Pontij, Peregrini, atque Vincentj passionis breuis historia 1176. facultates suas pauperibus erogant, ibid. Iulium senatorem ad fidem conuertunt, ibid. fustibus cæduntur, abscisis linguis loquũtur, plumbatis cæsi in Christo obdormiunt, ibid.
SS. Eustachius, Agapitus, Theopistus & Philista martyres 1192
S.Eustachius episcopus à Constantio principe exilio relegatur in Traianopolim 1154
S.Eustachius, vxor & filij eius martyres 1212
S.Eustasius abbas pater sexcentorũ monachorũ 1112
eustochius Turonensis episcopus 268
SS.Eutropius, Sozima ac Bonnosa sorores 1154
S.Eutropius Santonicę vrbis episcopus capite plectitur 345
S.Eutropij martyris apparitio 346
S. Eutropij episcopi & martyris breuis historia 1120
S.Eutychianus & Dcccxxxij.socij martyres 1232
S.Eutychianus cum Anastasia & cc. viris ac septingentis fœminis interficitur 1233
S.Eutychiani Papæ passionis, & constitutionũ eius breuis memoria 1227
S.Eutychius martyr Hispanus 1228
SS.Euthyces & Maro, vnà cum S.Victorino martyrio coronantur 1183
S.Euthymius diaconus in carcere quiescit 1125
SS.Evvaldorum, duorum presbyterorum passionis memoria 1201. Germanis Christum prædicant, ibid.
Excommunicatio Henrici IIII. Imperatoris cum sibi adhærentibus 525. & eius excommunicationis causa 526

excommunicati misericorditer à D.Bennone episcopo absoluti 527
inter excommunicatos & excommunicãdos nulla distantia 1066
cum excommunicatis nullam esse habendam conuersationem & familiaritatem 1078
exemplorum vis quanta 454
exemplis F.Aegidij permoti multi conuersi 326
exequiæ mortuorum in Ecclesia antiquissimæ 231. 355. 379. 380. 442. 545. 1179
exequiæ aniuersariæ, & alia pia exercitia pro defunctis Deo grata 801
exequiarum S.Honorati episcopi mira religio 38
exercitium vtilissimum quod sit 336
exercitia S.Marculphi adolescentis 346
exercitia S.Gertrudis virginis 15
exercitia S.Bernardini 429
exhortationum S. Honorati episcopi vis & efficacia 35
exorcismi vsus 473. 488
extrema vnctio, sacramentum 1045. & eius fructus, ibid.
SS.Exuperius & Marcellus, diaconi S.Sabini episcopi, varijs tormentis affecti interimũtur 1234
S.Ezechiel propheta 1114. interficitur 269
ezechielem fuisse sacerdotem 269

FAbius episcopus Antiochenus 260
S.Fabiani Papæ breuis historia 1093
S.Fabij passionis memoria 1160. capite cęditur, ibid. in mare truncus corporis eius submergitur, sed iterũ capiti aduatur & littori redditur, ibid.
facinora perpulchra S.Hildulphi archiepisc. 575
famem diram totam oppressisse Bauariam 11
familiaritas S.Honorati episcopi cũ Christo quanta 38
S.Faustinus martyr Mediolanensis 1166
SS.Faustinus & Timotheus ac socij martyres 1131
S.Faustinus presbyter, Iouitta verò diaconus ordinatur 1103. oculi eorum eruuntur, sed diuinitùs restituuntur, ibid. capite plectuntur, ibid.
SS.Faustini & Iouittæ passionis historia 1103. feris dilacerandi exponuntur sed non lædunturi, ibid. Ignis eos non vrit, ibid.
S.Faustus martyr cum xxiij. socijs 1145
SS.Faustus, Martialis & Ianuarius martyres 1204. post multos cruciatus igne cremantur 1197
SS.Faustus, Dius & Ammonius, vnà cum S. Petro Alexandrino episcopo trucidantur 1222
S.Faustus diaconus cum Eusebio collega suo, incarceratis fratribus victualia administrat 1217. obtruncatur capite, ibid.
S.Faustæ virginis xiij. annorum & Euilasij passio 1192. eiusdem Euilasij conuersio, ibid. multis tormentis affecti moriuntur, ibid.
Febres omnis generis Lydvvinam virginem cruciant 282. 283
febricitans in visione curatur 457
S.Felicianus martyr cum socijs 1210
SS.Felicianus & Victorinus martyres 1215
SS.Felicula & Felicitas martyres 1138
S.Feliculæ virginis passio 1142. corpus eius à S.Nicomede presbytero sepelitur, ibid.
SS.Felicissimus, Heraclius, & Paulinus 1132
S.Felicitatis & septem filiorum eius historia 1219. eius virilis animus, ibid. filiorum eius ad Publium præfectum responsio, ibid. varijs supplicijs interimuntur, 1219. & 1152
S.Felix Rauennatũ archiepiscopus à Rom.Pontif. sacra infula insignitus 855. in exilium relegatur excæcatus 856. iterùm à Pontifice suæ sedi restituitur 856. sanctorum catalogo adscribitur 857
S.Felix martyr efflatu tres comminuit deorum statuas 653
SS.Felix & Donatus martyres 1187
SS.Felix episcopus Portuensis 1231
S.Felix martyr cuius S.Augustinus meminit 1213
SS.Felix & Constantia martyres 1192
S.Felix episcopus cum xxx. socijs martyrio afficitur, & ab Elpidio presbytero Nolæ sepelitur 1216
SS.Felix & Regula martyres 1187
S.Felicis Nolani vita 1090. is dirè cruciatur 1091. multa signa facit, ibid. resipuit episcopatum: Felix in Pincis cur vocetur: eius sanctus obitus 1091
S.Felicis Papæ passionis, & constitutionum eius breuis memoria 1133
S.Felicis martyris Gerundẽsis historia 1161. quanto studio is affectârit martyrium, ibid. ab Angelo consolatur, ibid. in frusta discerpitur, ibid.
SS.Felicis episcopi Tibiurensis, Audactis, & Ianuarij presbyterorum, Fortunati & Septimij Lectorum, passionis breuis memoria 1208
S.Felicis Papæ passio 1159. ab episcopatu deijcitur, ibid. ab Arianis cæditur, ibid.
SS.Felicis & Adaucti passionis historia 1180.
S.Felix sua exsufflatione, Serapidis, Mercurij & Dianæ simulacra deijcit, ibi. eculeo torquetur, ibi. templum & aras præcepto euertit: decollatur vnà cum Adaucto 1180
S.Felicis cum vxore Blanda martyrium 1127
SS.Felicis & Fortunati fratrum passio 1141. corporum eorum translatio, ibid.
SS.Felicis presbyteri, Fortunati & Achillei diaconorum & martyrum memoria 1118
SS.Ferreoli & Ferrutionis passionis breuis memoria 1143
S.Ferreoli passionis bre. historia 1192. is post multa verbera capite cæditur, ibid. corpus eius Viennam transfertur, ibid.
S.Ferrutius martyr 1209
feruor Coletæ virginis egregius 185
feruor Coletæ in diuinis perfoluẽdis officijs quantus 163
feruor spiritûs S.Honorati episcopi insignis 36
festum solenne Paschatis 500
festum Purificationis Mariæ 106. Natiuitatis Mariæ 297. & Conceptionis 313. Assumptionis Mariæ 483. S.Albani martyris 487. Cathedræ Petri 148. S.Petronillæ virginis 22. S.Zophili 47. S.Fidelis martyris 792. S.Agathæ virginis & martyris 98
festum S.Gereonis 99
festum S.Eleuchadij episcopi 122
festum S.Apollinaris episcopi & martyris 230. 588
festum SS.Cassiani & Hippolyti martyrum 629
festum translationis S.Nicolai episcopi 397
festum omniũ Sanctorum, quandò & à quibus fuerit institutum 1211
festum anniuersarium S.Hermetis 487
festum Machabæorum celebrat Ecclesia 626. itèm Innocentum 626
festum dedicationis ecclesiæ violans punitur 359
festũ S.Vulmari violãtes diuinitùs puniti 583. 584
festum diem violans punitur 47
festi Circuncisionis antiquitas 1
festi S.Celsi institutio 139
festa sanctorum celebrari iussa 46
festa sanctorum Apostolorum colenda 644
festa Brumalia 988
festus dies natalis Domini 1020
festos dies quàm exactè coli voluerit Coleta virgo 154

Universidad de Deusto
Biblioteca

festiuitas solennis apostolorum Petri & Pauli, toti cognita mundo 555
festiuitas S. Iohannis Euangelistæ 1025
festiuitas S. Vincentij martyris 55. S. Georgij martyris 320
festiuitas S. Nicolai episcopi 1001
festiuitas Machabæorum antiqua 615
ad festiuitatem S. Iohannis euangelistæ solennis conuentus 1030
festiuitatibus annuis & panegyribus septem Machabæi honorati 616
S. Fidelis sub secularibus armis militiæ spirituali vacauit 792. & præcedente vitæ merito ad martirij coronam venit 793
S. Fideli decollato cur tempestas sit orta 793
fides quid sit 360
fides in omni re necessaria 360
fides latronis de Christo quanta fuerit 211. eum iustificat 212
fides & pœnitentia S. Latronis 215
fides Machabæorum quanta 617
fidei fructus 333
à fidei aduersarijs multa opprobria Martinus Papa passus 833
fidem cum peccatorum detestatione & operibus bonis peccatorem iustificare 219
S. Fidis virginis & martyris exemplo S. Caprasius ad martyrium animatur 1202
S. Fidolus presbyter, frater Brendani abbatis 1129
filius & pater cum spiritu sancto, nõ vnus, sed vnũ sunt 209
filius quo pacto genitus sit, vel Spiritus processerit, non inquirendum 904
filius Dei cur à dextris patris sui stet 1023
filij S. Iob à dæmone occisi 410
SS. Firmatus diaconus & Flauiana virgo 1202
S. Firminus episcopus Ambianensis & martyr 1195
Flagella de manu Domini suscipienda 1012
flagellorum Dei causæ 114
flandria multis castris munitur 815. à Danorũ milite deuastatur 815
S. Flauia Domitilla in exilium relegatur, ob contemptum sui spõsi 1115. Theodoram & Euphrosynam ad Christum conuertit 1116. earum passionis breue compendium 1125
S. Flauia pedibus in altum erectis suspenditur, & grauiter torquetur 768
S. Flauam stuprare volentes diuinitùs puniuntur 770
SS. Flauius, Augustinus, & Augustinus fratres & martyres 1126
S. Florentinus Arausicensis episcopus 1206
SS. Florentius, Serenus, Paulus, Stephanus, Papianus, & Cletus martyres 1234
S. Florentius martyr 1196. & 1209
S. Florentius episcopus Viennensis & martyr 1088
S. Florentius presbyter & confessor 1209
S. Floriani passionis breuis memoria 1125
S. Flosculus episcopus Aurelianensis 1098
fluuius paradisi quadripartitus quid 208
Fœmina Bernardinum libidinosè amans egregiè coërcetur 429
fœmina quædam periculosissimè tentata à dæmone quomodò liberata 295
fœminæ cuiusdam admiranda curatio 475
fœminæ flagitiosæ supplicium 294
fœminæ mira ingluuies 357
fœminæ cuiusdam fallacia diuinitùs cognoscitur 292
fœminas Bernardinus vitat 422
fœtum insolitum parit quædam serua 690
Folcardus Brandenburgensis episcopus 382
fons miraculosè exoritur ad tactum manûs S. Caprasij abbatis 786
fontem dæmonibus dicatum destruit Bernardinus 436
fontem ad locum baculi S. Bennonis episcopi dulces eiecisse aquas 528
formicæ cur S. Francisco & Coletæ virgini parùm gratæ 179
fornicario contactus reliquiarum subtrahitur 41
fortitudo matris Machabæorum quanta fuerit 615
fortitudo adolescentis sacrum ordinem appetentis quanta 107
fortitudo S. Soteris in passione 102
SS. Fortunatus & Arator presbyteri, cum socijs in carcere obdormiunt 1117
S. Fortunatus martyr 1205
S. Franciscus ad Sulthanum, vt conuerteret, profectus 39
S. Francisci tria instituta 157
Franciæ depopulatio 565
francorum triginta millia à Theodorico cæsa 448
S. Fraternus episcopus Antisiodorensis 1198
fraternitas disciplinatorum 413
fratris cuiusdam temeritas diuinitùs castigata 812
fratri Coleta virgo indicat, quid absens fecisset 175
fratricidæ pœna 710
fridericus Imperator seuerè arguitur à S. Iordane 114
fridericus Imperator S. Vbaldum episcopũ ad genua prouolutus honorificè excipit 418
frisij Romano imperio subiugati 513
S. Fronto abbas & confessor 1115
S. Fronto episcopus Petrocoricus à S. Petro ad prædicandum mittitur 1209. baculo Apostoli Georgium socium à morte resuscitat, ibid.
SS. Fructuosi episcopi, Augurij & Eulogij diaconorum breuis memoria 1094
frumentum præcox, vbi S. Benno episcopus ambulauit 529
Fulda flumen 366
S. Fulgentius episcopus ab Arianis in Sardiniam exilio relegatur, ibiq; obit 1087
funiculus candidus in brachia Coletæ virginis cælitùs delapsus 158
fur quidam proditur diuinitùs 583
fur quidam diuinitùs cogitur restituere ablatas secures 709
fures coacti à S. Procopio ablata restituere 571

GAbinius & Crispolus martyres 1133
S. Gabinus presbyter, pater S. Susannæ, Caius verò Papa eius patruus 1170
Gaditani, Morti diuinos exhibent honores 515
gaibaldus Ratisponensis episcopus 364
gallia post mortem Ludouici Pij in partes diuisa, magnas passa est clades 598
S. Gallicani martyris historia 1145. petit Constantiam filiam Augusti sibi dari vxorem, ibid. fit Christianus, vincit Scythas, vouet castitatem, ibid. manumittit quinq; millia seruorum 1146. extruit multas ecclesias, vacat misericordiq; operibus, visu expellit dæmones, relegatur in exilium, petit eremum, capite cæditur, ibid.
S. Gallus abbas & confessor 1105. & 1205
S. Gamaliel S. Pauli apostoli nutritor 1162. indicat in visione, vbi lateant suũ, S. Stephani & sociorum corpora, iubetq; ea eleuari 1163
de Gandersheimensi territorio disceptatio 370
quandò sit sopita 374

S. Gangulphus martyr 1116
S. Gatianus primus episcopus Turonẽsis 1014. 1230
S. Gaugericus Cameracensis episcopus 1171
gaza vrbs Palæstinæ 228
S. Gelasij Papæ & librorum eius memoria 1217
S. Geminiani conuersio 1191. baptizatur à Prothasio presbytero, ibid. cum S. Lucia decollatur, ibid.
generationem vnam esse, & duas regenerationes 194
S. Genesius Lugdunensis archiepiscopus 65. comitatur funus S. Bathildis virginis 69
S. Genesij mimi conuersio 1175. oratio eius ad Imperatorem 1176. post varios cruciatus capite cẽditur, ibid.
S. Genesij Arelatensis passionis memoria 1176. decollatur, & sanguinis effusione baptizatur 1176
S. Genofeua à S. Germano Antisiodorensi episcopo velatur, Christoq; dicatur 1088
gentes in hac vita præter delicias nihil quærere 914. 916
gentium pertinax error 920. victimæ, dijs suis præstantiores 938. in Christianos sæuitia 226
gentiles duo ob contumelias in S. Constantium iactas, visu priuantur, & rursùm resipiscentes illuminantur 80
gentilium deos falsos esse 925. & seq.
gentilium multorum conuersio 264
genua S. Asellæ virginis in camelorum duritiem obcalluerunt 1004
S. Georgius martyr 1118
S. Georgius martyr dat omnia sua pauperibus 321
S. Georgius episcopus Viennensis & confessor 1212
gerardus Colonienſis eremita vt cælesti esca sit pastus 313
gerardus monachus', pater pauperum 507. alijs largus, sibi parcus 504. quàm fuerit diuinitùs illuminatus 505
gerardi monachi encomia 503. 507
gerbertus Papa 46
S. Gereon & cccxviij. milites socij & martyres 1203
S. Gereonis & militũ eius passionis memoria 1205. Coloniæ cæduntur, ibid.
S. Germanus episcopus Parisiensis 1132. & 1158
germanus archiepiscopus Constantinopolitanus 964. sua episcopali sede exturbatur 965. eius admonitio ad Leonem Imperatorem 965
germanus Altisiodorensis episcopus 996
germanus Capuanæ vrbis episcopus 448. 753
SS. Germanus, Theophilus, Cæsarius, & Eusebius martyres Cæsarienses 1215
S. Germanus episcopus Parisiẽsis locum designat, in quem suum corpus transferatur 595
S. Germani episcopi Antisiodorensis vita 1200. in Britanniam nauigat, vt Pelagianos extirpet, ibid. fluctus marinos opprimit, ibid. cæcam illuminat: ignis hospitium eius non vrit, curatur ab infirmitate, moritur Rauẽnæ, ibid. transfertur Antisiodorum, ibid.
S. Germani episcopi Capuani animam videt S. Benedictus abbas in cælum deferri 1210
S. Germanicus martyr à feris deuoratur 1092
germanorum prisca erga Sanctos deuotio 138. 462
germaniam multis sanctis claruisse 8
S. Gertrudis virgo & abbatissa 1110
S. Gertrudis monasticam vitam amplectitur 14
SS. Gerualij & Prothasij passio 1143. sepeliuntur à Philippo Christiano, ibid. corporum eorum inuentio per S. Ambrosium, ibid.
S. Gerontius confessor 1125
geruntius Phicoclensis episcopus 611
gestus Hermanni Steinueldensis 250
SS. Getulij, Cerealis, Amantij & Primitiui passionis memoria 1140. igne cremantur, ibid.
Gibertus episcopus Rauennatum 135
girbaldus Tullensis ecclesiæ antistes 540
gisulpho principi Salertino suus prædicitur casus 579
S. Glodesindis virgo Metensis 1158
gloria mundi instàr aquæ defluit 860
gloriam mundi quantùm Sancti fuerint detestati 144
gloriam sanctorum debere nos ad iustitiam animare, malorum verò pœnas à peccatis arcere 741
per gloriam vanam nititur diabolus S. Iordanem dare præcipitem 112
contra gloriam vanam remedium 956
gloriam creatoris Dei angelica admiratur natura 209
S. Goaris confessoris depositio 1151
SS. Gordiani & Epimachi martyrũ breuis memoria 1126
S. Gorgonij corpus Romam defertur 1186
S. Godefridum in magna gloria apparuisse 25
goslaria regum sacellum 517
goslariæ templum S. Gothardus episcopus extruit 375
goslariẽsium Præpositorum & Canonicorum nomenclatura, eorumq; promotiones ad loca diuersa 518
S. Gothardus Hildesemensis episcopus 362. ex canonico fit monachus 365. præficitur Hersfeldensi monasterio 366. multum contulit Altahensi monasterio 368. recusat episcopatum 369
S. Gothardi studia in episcopatu 371
S. Gothardi obitus magnum omnibus luctum attulit 380
Gratia celanda 241
gratia precandi 337
gratia diuina Hermannus Steinueldensis cumulatur 234. 240
gratiam fidei maiorem esse, quàm delinquentium culpam 212
grauitas S. Idæ virginis 684
grauitas morum Stanislai episcopi 384
S. Gregorius secundus Papa, & eius decreta 1102
gregorius Papa IIII. auxit & ornauit titulum S. Marci 486
S. Gregorius episcopus Antisiodorensis & confessor 1330
gregorius VII. Pont. Max. 135
S. Gregorius episcopus Ponti & martyr 1217
S. Gregorius Nissenus frater S. Basilij 1108
S. Gregorij primi Papæ breuis historia 1109. sex in Sicilia extruit cœnobia & septimum intra muros vrb. Romæ, ibid. fit monachus, creatur Pontifex, conuertit Anglos, ibid.
S. Gregorij III. Papæ, & constitutionum eius breuis memoria 1223
gregorij septimi electio 524
S. Gregorij Neocæsarienſis passionis historia 1150. discordes placat fratres, ibid. oratione stagnum in terram mutat, ibid. fluuium secedere facit loco, ibid.
S. Gregorij Nazianzeni breuis historia 1126. S. Basilium episcopum secum in monasterium attrahit, ibid. multos hæreticos ad fidem veram reuocat, feliciter obdormit in Domino, ibid.
SS. Gregorij & Orosij presbyterorum memoria 1172
S. Gregorij Spoletani presbyteri, passionis histo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ria 1232. fustibus mactatur, ibid. in craticula assatur, ibid. post varios cruciatus gladio cæditur, ibid.
S. Guddenes virg. passionis breuis memoria 1155
S. Guido it Romam, & fit clericus 230. itèm monachus, & varijs officijs fungitur 230
gunebandus Francorum rex 352
guntheri monachi vita solitaria & dura 367
S. Guntrammi regis Francorum memoria 1112

HAbitus Coletę virginis 158
hæreditatem suam olim à diabolo occupatam, quomodò Christus recuperârit 224
hæresis Boëmica à Iohaune Hus excitata 844
ob hæresin Simoniacam Henricus IIII. Imperator excommunicatus 526
hæresi Nicolaitarum infectam fuisse Mediolanensem ecclesiam 135
hæresum interemptor S. Iohannes apostolus 1036
hæretici Apostolorum tempore qui fuerint 1028
hæretici nostri in quibus non sint dissimiles Sarracenis 772
hæretici omnes regulam auream Achan Israelitæ spiritualiter furantur 994
hæreticorum nostri temporis parentes, qui sint 227
hæreticorum signifer, Paulus Constantinopolitanus episcopus 828
hæreticorum nefanda insania 828
hęreticorum metus S. Eleuchadius archiepiscopus cur sic dictus 121
cum hæreticis nihil commercij habendum 985
heico episcopus Missnensis 511
S. Helena Regina 1101. eius studium in quærenda cruce Dominica 1123. multas basilicas extruit, ibid.
helenopolis vrbs vndè dicta 1089
heliopolis vrbs 227
SS. Heliseus, Abdias, & Iohannes Baptista, in Sebaste sepeliuntur, ad quorum sepulcra dæmoniaci curantur, & multa fiunt signa 1142
S. Helpidius episcopus Lugdunensis 1181
SS. Hemiterij & Chelidonij martyrum breuis memoria
henricus II. Imperator 521
henricus III. Imperator 232. Sclauos tributarios facit 522
henricus IIII. Imperator multa bona S. Bennoni episcopo obtulit 522. eius interitus 530
henricus Auceps Imperator cur coronam abnuerit 510. eius victoria cõtra Vngaros 511. itèm mors, ibid.
henricus filius Cunradi rex coronatur 374
henricus dux Bauariæ 365
henricus Magdeborgensis episcopus 531
henrici Imperatores Missnensem ecclesiam egregiè dotârunt 511
henrici de Balma Franciscani insigne encomium 152. 155
henricum Imperatorem principum conuentũ Ratisbonæ celebrâsse 10
heraclas episcopus Alexandrinus 259
S. Herastus à S. Paulo Philippensis ordinatur episcopus, ibiq; martyrio coronatur 1158
S. Herculanus episcopus & martyr 1213
S. Herculani adolescentis zelus & libertas 1222. gladio pro fide Christiana cæditur, ibid.
SS. Herculanus, Quintus, Arcontius, & Donatus martyres 1183
heribertus Rauennas archiepiscopus 232
heribertus Colonensis episcopus 96
S. Heribertus Colonensis episcopus in Tuicensi monasterio prope Coloniam quiescit 1110
S. Heriberti præclarum testimonium de S. Adelheide abbatissa 98
hermagoras S. Marci discipulus 696
S. Hermagoras S. Marci discipulus Syrum & Iuentiam Papiam dirigit, vt ibi Christum prædicẽt 1187
hermannus Steinueldẽsis vndè cœperit Ioseph nominari 243
hermannus Steinueldensis licèt præsens, tamẽ non visus 254
S. Hermes exorcista 1225
S. Hermetis passionis historia 1177. baptizatur cũ vxore, filijs & Mccl. seruis, ibid. conuertit S. Quirinum tribunum 1178. decollatur, ibid.
S. Hermetis Apostolorum discipuli memoria 1126
S. Hermingildi filij regis Gothorum passionis breuis enarratio 1115
SS. Hermogenes, Caius, Expeditus, & socij martyres 1116
SS. Hermogenes, Donatus & vigintiduo martyres 1228
S. Hermolaus presbyter, S. Panthaleonem ad Christum conuertit, & cęditur capite 1156
herodes Innocentes in Bethleem Iudæ interficit 1038. 1234. à vermibus corrosus perit, ibid.
herodis impium iuramentum 1179
herodis callida simulatio 1037
S. Heron Ignatio in episcopatu Antiocheno succedit 1205
SS. Heronis, Arsenij, & Isidori, passionis memoria 1229. ignibus exuruntur, ibid.
hervvicus episcopus Missnensis 531
hesychius discipulus S. Hilarionis corpus magistri Maiuman transfert 1208
Hieraces ecclesiarum Aegypti episcopus 265
hieremias propheta 1121
hieremias & Ezechiel simul prophetârunt 269
S. Hierij aliâs Pierij presbyteri, & Doctoris ecclesiæ, breuis memoria 1212
S. Hieronymus quàm humiliter de se senserit 738
S. Hieronymi ecclesiæ Doctoris vitæ historia 1193. patria & parens eius, ibid. Romæ literis eruditur, creatur Romanæ Ecclesiæ presbyter, relinquit omnia propter Christum, fit S. Gregorij Nazianzeni discipul. & auditor, ibid. manet in Bethleem iuxta præsepe Domini 1199. longa eius ieiunia, & vitæ austeritas, catalogus librorum eius, ibid. feliciter obit, ibid.
S. Hilaria mater S. Afræ, cum Digna, Eumenia & Euprepia igne exuritur 1171
S. Hilaria vxor Claudij tribuni, corpora suorum filiorum sepelit 1225. percepto Dominici corporis sacramento, obit, ibid.
S. Hilarinus fustibus cæsus moritur 1154
S. Hilarius episcopus, vitam S. Honorati episcopi Arelatensis prædecessoris sui conscripsit 1125
S. Hilarius episcopus Pictauensis impenetrabilis murus 27. mortuum suscitat 1090
S. Hilarius Papa 1187
S. Hilarij episcopi Arelatensis & confessoris, vitæ breuis memoria 1125
hilarij lucrandi gratia quæ Euchatius fecerit 34
S. Hilarionis confessoris vitæ historia 1207. patria eius: studet literis, inuisit S. Antonium abbatẽ, ibid. substantiam suam distribuit pauperibus, degit in solitudine: austeritas vitæ eius, ibid. expirat animam, ibid.
hildulphus archiepiscopus Treuirensis 542. 1154. abdicat sese præsulatu 543. præest conuentui S. Deodati annis viginti octo 545.

SS. Hip-

SS. Hippolytus, Quiriacus & Achilleus martyres Romani 1175
S. Hippolytus Antiochenus Nouatianorum sectæ renuncians, martyrio fungitur 1097
S. Hippolyti Romani passio 1171. à S. Laurentio baptizatur, ibid. corpus eiusdem Laurentij sepelit, apprehenditur, fustibus & cardis mactatur, ibid. ex familia eius xix. decollantur, ibid. ad indomitorum equorum tractũ discerpitur 1172. obit, & à Iustino presbytero sepelitur, ibid.
Hispellani non pauci ad fidem conuersi 79
historię sanctorũ quid vtilitatis lectori adferât 840
historiarum sacrarum scopus 456. & vtilitas 8
in Holthusen templum in honorem S. Benedicti S. Gothardus episcopus extruit 373
homicida, corporis Domini reus 220
homicidium quomodò diuinitùs punitum 359
homo creatus, vt posset diaboli locum 674. ad imaginem Dei quomodò dicatur creatus 637. reficiendæ angelicæ ruinę subrogatus 733
homo inhumanus diuinitùs punitur 281
hominis lapsus per Christum reparatus 674
hominis alæ sex 735. tres hostes 823
hominis lasciui pœna 183
homini quid maximè formidandum 337
hominem Dei imaginem in se portare 735. peccare seductione diaboli 674
in hominem fraudulentum & mendacem horrendum Dei iudicium 376
homine verè pio nihil fortius 971
homine ingrato terra nil peius creauit 890
homines sancti quid de Lydvvina virgine sæpè viderint 307
homines feri quibus vincantur 145
homines malos sæpissimè pijs illudere 324
homines nõ ex habitu externo æstimandos esse 870
homines seculares vt Dei gratiam obtineant 340
cur homines citiùs solito nunc moriantur 1081
hominum ministeria cum angelicis officijs comparantur 739
hominum corda secreta S. Felix archiepiscopus nouit 856
hominum quinq; millia illuminatione cuiusdam conuersa 716
hominum cæcitas 335. malignitas in pios 293
de hominibus reprobis sex prædicari 222
honor nullus sine dolore 1002
honoratus Arelatensis episcopus 455. 1092
hora certa soli Deo & sibi Bernardinus vacat 433
horas B. Virginis quàm diu fuissem vsu 207
horas de Domina restaurat Damianus 135
horas canonicas non esse legendas in lecto 1054
S. Hormisdæ Papæ & constitutionum eius breuis memoria 1165
hospitalitas sedis Apostolicæ 836
hospitalitas matronæ cuiusdam 113
hospitalitatis magnum studium duorũ fratrum 31
hostem non vidisse hostem 281
hostia sanguineis guttis adspersa cui apparuerit 299
S. Hubertus episcopus Leodiensis & confessor 1212
humanitas Christi ab omni peccatorum contagio aliena 1026
humanitas VVilhelmi comitis Hollandiæ erga patrem Lydvvinæ virginis 285
humanitas Lydvvinæ virginis erga quendã debitorem 290. itèm erga pauperes 291
humanitas cuiusdam matronæ erga Martinũ Pontificem 836
humanitas S. Godefridi Comitis in pauperes 24
humanitas & clementia mira cuiusdam matronę erga S. Stephanum Iuniorem 986
humanitas S. Ermenoldi 11
inhumanitas cuiusdam nautæ 434. & iudicis erga S. Dionysium episcopum 263
hunni ab Otthone Imperatore victi 731
humilitas & mansuetudo venerab. Bedæ 408
humilitas & patientia S. Iordanis 108
humilitas profunda Damiani 134
humilitas insignis Lydvvinæ virginis 288. & Coletæ virginis 152. & S. Vulmari 581. itèm S. Bernardini 433. & Hermanni Steinueldensis 239. 250. Constabilis abbatis 128
humilitas Leonis abbatis quanta fuerit 578
humilitas Hester 1069. itèm Iudith 1070. S. Bathildis reginæ 68. & Petri abbatis 148. & S. Ioannis abbatis Reomaensis 708
humilitas, virtutum custos 347. vitia odit 336. superbis odiosa 293. virtutum conseruatrix 152
humilitas vera & ficta quæ 1069
humilitatis encomium 433
humilitatem S. Epiphanij episcopi inter hominum laudes creuisse 61
humiliat se ante Aidanum episcopum Osvvinus rex 661
hunericus Arianus rex, Ecclesię substantiam suis pseudoepiscopis distribuit 1184
SS. Hyacinthus, Alexander, & Tiburtius martyres 1186
S. Hyacinthi martyris memoria 1158. sepelitur à Iulia matrona corpus eius, ibid.
hymnus in laudem S. Germani episcopi decantatus 608
hypocrisis abominabile vitium 1064
hypocritæ vilioribus vestibus vtuntur, vt ab hominibus sancti reputentur 1069
hypocritæ cui luceant 557

IAcobus apostolus cognomento Iustus, & frater Domini dictus, Hierosolymis ordinatur episcopus 1121. & 1234. in Pascha fullonis fuste occiditur, ibid. scripsit vnam de septem canonicis epistolam 1121
S. Iacobus frater Iohannis apostoli xxv. Martij decollatur 1111. eius corpus in Hispaniam transfertur 1158
S. Iacobus Intercisus Persa ex Christiano ethnicus, & denuò Christianus 962
F. Iacobi à Massa præconium 331
S. Iacobi Nisibitani episcopi vita 1154
S. Ianuarius Beneuentanus episcopus Sosio familiaris 712. vterque charitate & spiritu sancto pleni 712
SS. Ianuarius, Marinus, Nabor & Felix decollantur 1152. Mediolanum transferuntur, ibid.
SS. Ianuarius, Magnus, Vincentius & Stephanus subdiaconi cum S. Stephano Papa decollantur 1165
SS. Ianuarius & Eutyches Campani 1206
SS. Ianuarij & Pelagiæ martyrium 1154
S. Ianuarij martyris & liij. sociorum breuis memoria 1126
SS. Ianuarij episcopi, Sosij & Festi diaconorum &, Desiderij lectoris passio 1192. cum ijs decollantur Proculus, Eutyches & Acuto, ibid.
Iconoclastarum furorem Iohannes abbas præuidit 967
iconomachi hereśiarchæ 979. pios viros in Christo defunctos sanctos dici nolunt 980
iconomachorum horrenda vox 972. impietas 984
iconomachorum secta à quatuor præcipuis patriarchis condemnata 973
S. Ida nubit Egberto principi 684. quàm fuerit solitaria 685

Universidad de Deusto
Biblioteca

idola rex Abenner euertit 947
idolorum cultores ac sacerdotes, necnon Chaldęorum sapientes in vnũ conuocati, aduersùs Christianos disputaturi 922. & seq.
idolorum cultores cui similes sint 880
idololatrarum amentia 938. væcordia 881
idololatriæ ritus à quibus institutus 122
Ieiunium quadragesimale 567
ieiunium quartæ & sextæ feriæ antiquissimum 660
ieiunium viginti dierum quorundã martyrum 40
ieiunium S. Fructuosus soluere recusat, 49
ieiunium S. Martini quomodò appelletur 330
ieiunij & Missæ contemptor dæmonibus illudendus permittitur 567
ieiunia feriæ sextæ Damianus restaurat 135
ieiunia, vigiliæ & orationes Nunilonis & Alodiæ sororum 790
ieiunia multa S. Bernardini 427
ieiunia Claudij episcopi 495. 496
ieiunia Coletæ virginis 167. 171. 180
ieiuniorum cruce macerari corpora 61
ieiuniorum effectus 232
ieiunijs & lachrymis acquiri veniã peccatorum 211
ieiunat quadraginta dies perpetuos Coleta 171
iesuati 423
iesus Christus thesaurus noster 1062
iesum Hermanno Steinueldensi apparuisse 255
S. Iginius Papa clerum constituit & distribuit gradus 1090
S. Ignatij episcopi & martyris historia 1098. tertius post S. Petrum apostolum, Antiochenam rexit Ecclesiam 1230. obijcitur leonibus 1098. ossa eius Antiochiam transferuntur, ibid.
ignis phantasticus ex dæmonis præstigijs 751
Imago Crucifixi ipsi Christo persimilis 611
imaginis Christi crucifixio 1214
imaginem suam Dominus Iesus Abagaro misit 798
ad imaginem Christi & matris eius debilis quidam sanatus 983
coram imagine Crucifixi in cubiculo suo S. Gertrudis prostrata 16
coram imagine matris Dei Bernardinus flexis genibus quotidiè orat 422
de imagine S. Mariæ miri quiddam 279
in imagines Leo Isauricus, & Cõstantinus Copronymus eius filius sæuiunt 966. 970
imagines sacras aduersùs omne malum prędidij loco esse 987
imagines domi asseruare, & ante eas genu flectere orando eos quos repræsentãt, opus esse bonum ac pium 945
contra imagines colentes scriptura nõ est, sed contra idololatras 798
imaginum sacrarum vsus 21
cur imaginum vsus sit inductus 798
imaginum vtilitas 971
imaginum pictarum antiquitas 965
imaginum cultum ex traditione nos habere 798
ob imaginum defensionem Theosterictus multa est passus 986. itèm cccxlij. monachi varijs pœnis affecti carceri mancipantur 985. & xxxvij. monachi necantur 986
propter imaginum cultum Petrus quidam occisus 987. itèm Iohannes Monagriæ præfectus, ibid.
imaginibus templũ Dei genitricis impius Copronymus denudat 972. & sanctorum reliquijs 973
de imaginibus honore afficiendis quid sentiendum 904
imaginibus Christi & Sanctorum honor exhibendus 971
imperator Ottho II. 137
imperatrix Placilla orthodoxa 854
impij in iudicio sese minimè agnoscent 807
improborum miseria 922
Incarnatio Christi 873
incarnatio verbi Dei latuit dæmonem 210
incarnatio Christi, ligni vitæ ramus 664. & eius fructus quis 665
infans in medio igne conseruatur illæsus 1010
infans mortuus reuiuiscit 258
SS. Infantes occisi 1019
infantes non sermone, sed passione Christũ professos esse 1038. & in ordine sanctorum, protomartyrum habere locum 1039
cur infernus in amaritudine fuerit Christo moriente 939
ex inferni memoria odium peccati nascitur 1003
infernalis regio qualis 1003
iniuriæ, quibus S. Godefridus Comes affectus 22
iniuriam ferre placidè, quàm gratum Deo 337
iniurias petulantium puerorum Bernardinũ contemplisse 428
innocentius II. quanti S. Leopoldum fecerit 845
SS. Innocentius & Rasus episcopi 1109
SS. Innocentius & Sabbatia cum xxx. socijs 1151
S. Innocentij Papę breuis memoria 1109
innumerabilium martyrum breuis memoria 1104
institutiones optimæ F. Aegidij 341
integritas & probitas Andreæ de Chio 449
integritas Bernardini tentata 435
inuidentia Florentij presbyteri 749. itèm maleuolentia & malignitas 749
inuidia Drahomiræ in S. Ludmillam martyrẽ 727. Boleslai in cadauer Venceslai fratris 732
inuidia Iudæorum, oculos mentis occlusit 1023
inuidia Iudęi perciti Christũ morte affecerunt 873
inuidiosi cuiusdam detestabile facinus 991
inuocatio S. Bernardini 444. S. Andreæ de Chio 453. S. Rumoldi archiepiscopi & martyris 568. S. Placidi martyris 774. S. Dalmatij episcopi & martyris pro patriæ salute 1000
inuocatio sancti, & ad inuocationem auxilij exhibitio 855
inuocatio sanctorum quid conferat 401
per inuocationem sanctorum, Deum miracula facere, siue illos per Deum 1001
ad inuocationẽ Sanctorum illustre miraculũ 476
inuocandos esse sanctos 1029
S. Iob propheta 1126
S. Iob quartus Idumæorũ rex 409. percutitur pessimo vlcere 410. in aduersis Deo benedicit 410
S. Iob encomium 411
S. Iohannes, apostolus, euãgelista, & propheta 1031
S. Iohannes Euangelista organum diuinorum mysteriorum 1025. cur aquilæ volanti sit comparatus 1025. magnus paradisi fluuius 1026. 1036. & iubar cæli, ibid. cur Theologus nominetur 1027. petra dicitur per suum euangelium 1028. ante portam Latinam in feruentis olei dolium mittitur 1125. & 1233. in Pathmum insulam exilio relegatur, ibiq; Apocalypsin conscribit, ibid. redit Ephesum & scribit Euangeliũ 1233. scribit tres epistolas canonicas, ibid. plenus dierum obdormit in Domino 1233
S. Iohannes euangelista cum annulo desponsationis ad Coletam virginem missus 161
SS. Iohannes & Crispus multorum sanctorum corpora sepeliunt 1174
S. Iohannes eremita Theodosio Imperatori victoriam de tyrannis prædicit 1122
S. Iohannes presbyter ab impio Iuliano cæditur 1145

SS. Iohannes & Festus martyres Tusciæ 1230
S. Iohannes monachus & confessor 1217
S. Iohannes Africanus martyr cum xliij socijs martyribus 1109
S. Iohannes presbyter Reomensis 1097
S. Iohãnes Chrysostomus episcopus & doctor 1097
iohannes Agnus Tungrensis episcopus 783. occisus à latronibus, & eius martyrij locus lumine illustratus 784
iohannes Cumanus episcopus ad S. Sosij eleuationem venit 719
iohannes Salisburgensis episcopus 364
iohannes Grammaticus Eugubinus episcopus 414
Iohannes Pot, venerandus Christi sacerdos q̃ optimè instituerit Lydvvinam virginem 282
iohannes Spoletanus 421
iohãnes dux Bauarię Lydvvinã virginẽ inuisit 288
S. Iohannis apostoli migrationis inaudita nouitas 1032. præconia 1035
SS. Iohannis & Pauli passionis historia 1146. distribuunt pauperibus suam substantiam, ibid. eorum in fide constantia: conuertũt S. Gallicanum ad Christum 1145. gladio cæduntur 1147
S. Iohannis Nicomediensis passionis historia 1184. zelus eius pro defensione fidei catholicæ, ibid. eius in pœnis constantia, ibid.
S. Iohannis abbatis natione Syri vita 1110
S. Iohannis pręcursoris & Baptistæ Domini capitis inuentionis breuis historia 1105
S. Iohannis Papæ & sociorum martyrum breuis memoria 1132
S. Iohannæ vxoris Chusæ, procuratoris Herodis, breuis memoria 1131
B. Iordanes S. Lutgardi & cuidam Carmelitæ apparet 118
iordanis aquarum percussio quid designet 744
iordanis, riuus iudicij dicitur 741. qd designet 743
Iosaphat baptizatur 905. multos ad fidem Christi adducit 931. 943. templum ędificat 943. patrem suum in fide instruxit 946. & consolatus est eum 948. quibus diaboli tentationibus fuerit impetitus 953. solitudinis molestias facilius fert, quàm seculo dediti suas voluptates 954. cũ Barlaamo in solitudine angelicam duxit vitam 955. Aethiopum ac Persarum doctrina plenariè imbutus 866. miratur in delicijs enutritus humanas calamitates 867
S. Iosaphat natiuitas 863
S. Ioseph nutritor Domini Iesu 1111
S. Ioseph cognomine Iusti, & discipuli Domini breuis memoria 1155. venenum bibit, sed nihil ei nocet, ibid.
SS. Iouinus & Basileus martyres 1107
S. Iouinianus lector & martyr 1125
Ira & cupiditas à tribunalibus ablegandæ 860
iram Dei auertendi olim mos 500
iram maximo impedimento esse orationi 907
SS. Irenæus, Peregrinus, & Hyrenes ignibus comburuntur 1125
irenæus Lugdunensis episcopus 536. suos discipulos ad prædicandum gentibus misit 537
S. Irenæus episcopus capite cęditur 1111
S. Irenęi episcopi Lugdunensis vita 1148. succedit Photino episcopo, ibid. cum omni ferè populo Lugdunensi martyrio coronatur, ibid.
SS. Irenæi & Abundij martyrum breuis memoria 1176. in cloacam mittũtur, ibid. à Iustino presbytero sepeliuntur, ibid.
S. Irene virgo à Sisinnio Comite sagitta percussa occumbit in Domino 1113
irrisores S. Fiacrij abbatis diuinitùs castigati 652. & rursùs consequuntur misericordiam, & à ciuitate liberantur, ibid.
Isara fluuius 350
ischyrion crudeliter necatus 262
isfridus Raceburgensis episcopus 21
S. Iticius Viennensis episcopus & confessor 1215
S. Isidorus confessor 1091
S. Isidorus in puteum inijcitur ac submergitur 1129. ex aqua putei eiusdẽ emergumeni & ęgri quique curantur 1129
isidorus Hispalensis episcopus 409
israelitæ quàm viriliter olim contra carnem & sanguinem dimicauerint 1078
Italiæ pessimus status 430
S. Iucundanus martyr in mare mergitur 1150
iudas proditor soli Iohanni indicatus 1029
iudæi latronum socij 218. quantis affecerint cruciamentis VVernherum puerum 319
iudicium huius mundi de monachis 428
iudicij dies qualis sit futurus 876. quàm sit futurus terribilis prędertim peccatoribus 880
de iudice Domino sex prædicari 222
iudicia Domini quaternario vehũtur accidẽte 224
iudicia Dei & hominum plurimùm differre 81
qui sint iudicaturi cum Christo 19
S. Iuetio martyri resistẽres diuinitùs castigãtur 702
S. Iulia virgo, vnà cum S. Eulalia martyrio coronatur 1227
S. Iulianus episcopus Viennensis & confessor 1118
S. Iulianus martyr sẽcto gutture necatur 1179
S. Iulianus martyr cum v. militibus sociorum 1104
iulianus apostata 226
iuliani apostatæ interitus 1147
iuliani martyris breuis memoria 261
SS. Iuliani senis, & Euni martyrium 1106. & 1227
SS. Iuliani & Basilissæ vxoris eius passio 1189
S. Iulianę virginis passionis breuis historia 1104. corpus eius in Campaniam transfertur, ibid.
iulius Senator cum omni domo sua credit 648. & sistitur iudici Vitellio 648. apparet SS. martyribus, eos sua visitatione lætificans 149
SS. Iulij & Efitij passionis memoria 1132
S. Iulij Papæ & constitutionum eius breuis memoria 1114
S. Iulij senatoris passio 1174. fustibus cæsus emittit spiritum, ibid.
S. Iuliæ martyris historia 1130. corpus suum affligit, ibid. post varia tormenta crucifigitur, ibid. corporis eius inuentio & translatio 1131
iuramentum impium impij Copronymi 970
iustitia & authoritas Leonis abbatis quanta fuerit 579
iustitia S. Godefridi Comitis Cappenbergensis 22
iustitię Domini bina habent accidentia 223
iustitiã Dei sine resurrectione constare nõ posse 876
iusti post resurrectionem assumpto corpore perfectiùs gaudebunt 740
S. Iustinus presbyter 1164
S. Iustinus Begoracensis 1121
S. Iustini presbyteri historia 1191. S. Laurẽtij & aliorum sanctorum corpora sepelit 1192
S. Iustini philosophi martyrium 1115
S. Iustinæ & Cypriani passionis historia 1193
S. Iustinæ parẽtes, ibid. signo Crucis repellit dęmonem, ibid. fit abbatissa virginũ, post varios cruciatus vnà cum Cypriano decollatur 1196
SS. Iustæ & Rufinę martyrium 1155
S. Iustus episcopus Lugdunẽsis relicto episcopatu, in eremo angelicè viuit 1164. & 1181. moritur & vnà cum S. Viatore Lugdunum trãsfertur, ibid.
S. Iustus episcopus Lugdunensis 1205
S. Iustus episcopus Viennensis 1125
SS. Iustus episcopus, & Viator lector 127

Universidad de Deusto
Biblioteca

S.Iusti eremitæ breuis memoria 1205.episcopatum fugit,ibid.eius prophetia,ibid.
SS.Iusti & Pastoris fratrum & puerorum passio 1165.basilica eis extruitur,ibid.
S.Iuuenalis martyr 1125
S.Iuuenalis Narniensis episcopus 361

Kilianus episcopus Herbipolensis cum socijs 563.1152
Kiouia Russiæ metropolis 391

Lachrymæ & meditationes S.Iordanis 105
lachrymas amore Christi fusas,Lydvvinam virginem suas rosas appellâsse 297
S.Letus episcopus, post carceris squalores,ab Arianis incendio concrematur 1184
S.Lamberti episcopi Leodiensis passionis memoria 1192
lamẽtatio lugubris Perusinorum ciuium ob mortem S.Constantij episcopi 81
lampas apud sepulcrum sancti, diuinitùs accenditur 101
lampas fracta diuinitùs redintegratur 232
lampertus Zula Cracouiensis episcopus 385
lapis quibus pro ceruicali 30
lapsi quidam Ecclesiæ reconciliantur 262
largitas S.Constantij episcopi 74
latro post Christum primus paradisum intrauit 212.vndè sit edoctus confiteri Deum 217
latro alter Domino insultat, & ab altero arguitur 215
latronem solum conseruâsse fidem, discipulis desperantibus 219.de cruce subitò euolâsse ad cælum 215
latrones duo quorum gesserint typum 217
laudare probos viros est vtile 963
laudatur Hermannus Steinueldensis à Deo 252
Flandes hominum declinant Sancti 31. 62. vt declinet S.VVulmarus, petit eremum post sacerdotium 581
laudo Constantiensis episcopus 351
S.Laurentij archidiaconi passionis historia 1167.signo Crucis infirmitates curat & cæcos illuminat, ibid. conuertit Lucillum & Hippolytum, eosq; baptizat,ibid. pauperibus facultates Ecclesiæ distribuit, scorpionibus cæditur, cælitùs ad maiora perferenda animatur, ibid. viuus in crate ferrea assatur,emittit spiritum 1168
SS.Lazari à Domino resuscitati & Marthæ sororis eius breuis memoria 1230
S.Lauriani martyris caput Hispalim fertur 1150
S.Leandri episcopi Hispalensis breuis vita 1106
S.Lebuinus presbyter & confessor Dauentriæ 1215
S.Lebuinus presbyter inter aduersa & prospera semper stabilis & constans 840.agnina innocentia præpollet 841. quanti sit apud diuinitatem meriti 841
lectus S.Rodulphi episcopi 549. & S.Theobaldi eremitæ 559. S.Vbaldi 416.Hermanni Steinueldensis 240
lectus stramineus Coletæ virginis 158
leges viuendi sibi præscripsit S.Epiphanius episcopus 59
legis Mosaicæ effectus 873
legia flumen 482
legio militum quid sit 1192
S.Leochadia virgo in carcere maceratur 1227.ibiq; reddit spiritum,ibid.
S.Leodegarius episcopus & martyr 545
S.Leodegarius Augustodunensis episcopus, pro iustitiæ defensione ab Ebroino interficitur 1201
SS.Leonardus confessor & VVinnocus abbas 1213
S.Leonicius Viennensis miraculis claret 1216
S.Leontius episcopus Augustodunensis 1149
SS.Leontius, Euprepius, & Antimus fratres Cosmæ & Damiani in mare mersi,angelitùs liberãtur 1196. ab igne non læduntur,crucifiguntur,& posteà decollantur 1197
leo Isauricus bellum indicit Imaginibus 966
S.Leo Papa 1114
S.Leonis II.Papæ vita 1147. is sextam synodum in vrbe regia indicit,ibid.
S.Leonis I.constitutiones 1147
leonis Isaurici tyrannis & versutia 965
S.Leopoldus moribus & vita clarus 842. cur Pius sit cognominatus 843.itèm cur beati Peari filius dictus 844
S.Leopoldi multa præclarè gesta incendio perijsse 845
leprosus à pedibus vsque ad genua mirabiliter sanatur 440
S.Leucius,Thyrsus, & Calenicus, capite plectuntur 1097
lex triplex 223
Libentius Hamburgensis episcopus 374
liber Victoris Papæ de miraculis Sanctorum 273
liberalitas S.Stanislai episcopi 386. itèm S.Iordani in pauperes 104.& S.Exuperij in pauperes 737. & S.Bennonis episcopi circa ecclesias 519.in pauperes 534. & Egberti episcopi erga monasteria 137. & Principum Missiæ erga ecclesiam Missnensem 512
liberalitas pauperis in pauperes 290
liberalitas insignis Eugubinorum in pauperes 419
liberalitas S.Honorij eximia,& fiducia in Deum 34
quàm liberalis semper fuerit in pauperes Coleta virgo 159
SS.Liberati & Bonifacij diaconorũ,Seruij & Rustici subdiaconorum,Septimij & Rogati monachorum,& Maximi pueri passio 1173. in ardentem rogum injiciuntur,sed non læduntur, ibid. remorum ictibus interimuntur,ibid.
S.Liberius Papa 1195. eius temporibus sæuiunt Ariani in catholicos 1172
liberum arbitrium non excludit gratiam 895. nihil valet ad bonum meritorium sine diuina gratia 823
liberum arbitrium homini attributum 329
liberum arbitrium quid sit 895
libertate arbitrij homo donatus 199
S.Libertus à Danis occisus 565
libertus puer submersus vitæ restituitur 564
libido cæca omnem subuertit iustitiam, & propriam negligit salutem 524
à libidinis æstu S.Medericus tunica sua monachum liberat 651
S.Liberius episcopus Cenomanensis & confessor 1157
S.Lini Papæ in ordine II.passionis & constitutionis memoria 1221. & 1202
lipara insula 448
lips ciuitas 510
litaniæ mira vis 164
litaniarum vsus 89.163.400.484.501
littorius secundus episcopus Turonensis & confessor 1014.1187
S.Liuinus episcopus & martyr 1215
S.Liuini bina translatio 826
loca sacra visendi gratia S.Narcissus frequentare solitus 191
erga loca sancta Christi præsentia sacrata, Coletæ virginis deuotio 168
ad loca terræ sanctæ Lydvvina virgo sæpè rapta 305

loca palustria quidã siccis plantis obambulauit 817
loco sacro honorẽ non deferentis castigatio 1052
lòdouici Impatoris deuotio erga sacras reliqas 466
SS.Longini militis & Aphrodisij Commentariensis,passionis breuis memoria 1181
lotharingiæ deuastatio 565
lotharius secundus rex Galliæ 84
Lubeca ciuitas 514
SS.Lubulus,Modestus,& Fortunata 1205
luca Italiæ ciuitas 101
S.Lucę euangelistę vitę historia 1206. vitam agit cælibem, ibid. transfertur Constantinopolim, ibid.Euangelium ex ore apostolorum scribit,& Actus Apostolorum,ibid.
SS.Lucianus & Messianus 1089
S.Lucianus martyr 1139
S.Luciani presbyteri Antiocheni & martyris breuis memoria 1089
S.Lucia virgo cum xxij.sodalibus 1146
S.Luciæ virginis passionis historia 1228. facultates suas pauperibus distribuit, ibid. à suo sponso apud iudicem accusatur,traditur lenonibus ad deflorandam eius virginitatem,non potest loco moueri,ibid. ab igne non læditur,gladio iugulata non moritur ante Dominici corporis susceptionem 1229
SS.Luciæ & Geminiani passionis historia 1190. S. Lucia à proprio filio accusata,fustibus cęditur, ibid.in feruẽti & ardenti plumbo manet illæsa, lxxv.homines in eius passione cõuertũtur, ibid. Lucia capite vnà cum Geminiano cæditur,ibid.
lucifer cæsus cum suis adhęrentibus 673
S.Lucinę matronæ historia 1149
S.Lucina corpus S.Cornelij Papę & sociorum sepelit in cœmeterio Calixti 1188. eius rogatu S. Cornelius corpora SS.Petri & Pauli apostolorum transfert,ibid.
S.Lucinus episcopus & confessor 1139
S.Lucius arguit Imperatorem tyrannidis 1206.confitetur palàm se Christianum,ibid. capite cæditur,ibid.
S.Lucius Papa, post exilium, capitis obtruncatione martyrio coronatur 1107
S.Lucius ab apostolis Cyrenensis episcopus creatur 1125
lucis claritas S.Bononium abbatem circumfulsit 657.& cellam eius post obitum 658
luctus hominum mundanorum 505
S.Ludgerus primus episcopus Monasterienſis 21
S.Ludmilla martyr errore gẽtili decepta colit idolum aureum 704.quanto desiderio flagrârit religionis Christianæ suscipiendæ 704.quàm prudenter domui suæ disposuerit 706. peplo capitis sui illaqueata,ibid.in tẽplo necatur 727.& sicarijs diuinitùs inflicta pœna, & eorum posteris 727
ludouicus rex Francorum 328
S.Lullus episcopus Moguntinus & confessor 1205
lumen circa S.Solẽnis episcopi sepulcrũ visum 721
luminarium vsus in templis quàm sit antiquus 130
luminaria accendendi in ecclesia pius vsus 686
luminarium vsus ad sanctorum sepulcra Deo non ingratus 815.818
luminaria super suffocatos aqua cælitùs visa 118
S.Lupicinus abbas 1111
S.Lupicinus octauus Viennensis episcopus 1229
lupulus idolorum sacerdos per fidẽ & baptismum à duplici cęcitate curatur 649
SS.Lupus & Aurelia Cordubeñ 1205
S.Lupus Senonensis episcopus & confessor 1181
S.Lupus episcopus Trecensis & confessor 1159
S.Lupus ex eremita fit Lugdunensis episcopus, & confessor 1195
S.Lupus Trecasenus episcopus cum S. Germano Antisiodorensi episcopo Anglos à Pelagiana hæresi conuertit ad fidem 1200.
S.Lutgerus episcopus & confessor 1112
S.Lutgardi B.Iordanem apparuisse 118
Lycus Augustanus fluuius 731
lydvvina virgo xxxviij.annis ægrotat 282.& non tantum panis comedens,quantus sano sufficeret triduo 284.vtà militibus ad nouem dies curiosissimè obseruata 312. memorabilis eius sententia 289
lydvvinæ virgini Christus suorum vulnerum notas imprimit 298
lysias prędes à dęmonibus cæsus 723

Macarius viuus crematur 1005
macarij martyrium 261
SS.Machabæi ad tẽpus ad inferna descenderunt 625. Christianis martyribus in confessione persimiles & gloria 626
machabæi fratres se mutuò ad ineundum martyrium hortantur 618. propter legis obseruationes sunt passi 618
machabæorum libri commendatio 616
S.Macharius abbas,discipulus S.Antonij 1091
S.Macharius martyr genere Lybicus, viuus exuritur 1227
S.Macharius abbas 1088
SS.Macharius & Iulianus martyres 1171
S.Macedonius Cęsarienſis 1212
S.Macedonius presbyter & martyr, cum Patricia vxore & Modesta filia 1109
S.Macræ virginis breuis memoria 1088
magi tres neoplasto Christo munera obtulerunt 1019. quę munera obtulerint puero Iesu 5. quid de Christo senserint,munere professi 1038
magicos suos libros omnes Theudas exussit 942
S.Magnus aliàs Andreas martyr cum socijs 2597. martyribus 1174
mahometani diuinitùs puniti 40
maiestatis diuinę proprietates 139
maiestra insula 402
maleuolentia quorundam infirmos visitantium 284
SS.Malloſi,Victoris & cccxxx. martyrum, breuis memoria 1203
malmundariense & Stabulense monasteria 87
malum multiplex in vna puella curatur 484
malorum consortia S.Claudius archiepiscopus omnibus modis deuitauit 495
malorum societatem & bonos lędere 1066
S.Mamertus episcopus Viennensis & confessor ante Assensionem Domini solennes Litanias instituit 1118
S.Mamilianus martyr 1109
mamillam Lydvvinæ virgini miro modo lacte abundâsse 308
S.Mammetis martyris memoria 1173
S.Manahen Herodis tetrarchæ collactanei, doctoris & prophetæ memoria 1131
S.Manatus episcopus Viennensis 1216
mandatatria homini insensato proponi 880
manna quid designârit 198
manna scaturire è sepulcro Iohannis apostoli conspicitur 1033
mansuetudo Domini quanta 204
S.Mansuetus episcopus Tullensis 1182
mamucha tyrannus ad Italiam & Siciliam missus ad persequendos Christianos 765
manûs impositione languidus sanatur 753
S.Mappalicus cum socijs martyrio afficitur 1116.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius agones S. Cyprianus breui sermone aperit 1116
marcellinus & Petrus martyres apparent cuidam 472.iubent libellum quendam Ludouico Imperatori offerri 472
S.Marcellinus fit Rauennatum antistes 775
SS. Marcellinus tribunus & Mammea vxor eius, cum filijs martyrio afficiuntur 1177
S.Marcellini pueri & fratrum eius passio 1088
SS.Marcellini,Genuini, & Priminæ memoria 1203
SS.Marcellini presbyteri & Petri exorcistæ passionis breuis historia 1134. decollantur,ibid. eorum animas Dorotheus carnifex videt in cœlum deferri,ibid.
S.Marcellini episcopi Ebredunensis & sociorũ eius Vincẽtij & Domnini breuis memoria 1117.multos conuertit Marcellinus, ibid.fons baptisterij eius singulis annis spontè aquas eijcit,ibid.
S.Marcellini Papæ breuis memoria 1119. lapsus & pœnitentia eius,ibid.passio,ibid.
S.Marcellus martyr cingulo tenus defossus in terra,tertio pòst die obit 1182
SS.Marcellus, Castus,Aemilius,& Saturninus martyres Capuenses 1202
SS. Marcelli & Apulæi conuersio 1203.sub Aureliano consulari martyrio afficiuntur,ibid.
SS.Marcellus Papa ad seruitium animalium deputatur 1091.obitus eius,ibid.
SS.Marci & Marciani fratrum ac innumerabilium sociorum passionis breuis memoria 1201
S. Marci Papæ & constitutionum eius memoria 1202
SS.Marci & Marcelliani passio 1143
S.Marci euangelistæ breuis historia 1118.Romæ suum scripsit Euangelium,ibid.in festo Paschę funę in collum eius immisso per plateas attractus, emittit spiritum 1119
S.Marcus Hierosolymitanus episcopus & martyr 1208
marcus episcopus Prænestinus 842
marchio Missnensis exoculatus 532. eius interitus 530
S.Margareta virgo & martyr 1154
margareta cum dæmone luctatur 62
margaritæ non sunt spargendę porcis 1173
maria Dei mater nascitur 207
S.Maria virga Aaron 638. 640. rubus ardens, fons fontis viuentis, porta templi clausa, deliciarum hortus,& regum filia 640. desperatorum consolatrix 110.desperatorum spes & damnatorum 206. mundi gaudium 639. scala,itèm aula Dei, ibid. ordinis Prædicatorij singularis patrona 110. quid priuilegij eis obtinuerit,ibid.auroræ, cunæ,soli,& virgæ Iesse comparata 637.cur maris stella dicatur 4. à sanctis Patribus rectè Theotocos dicitur 830. cur Theotocos nominetur 1027.præsumptiuè cœlum dicitur 1027.quę dona obtulerit puero Iesu 5
maria virgo in carne sua maculas Adæ non admisit 638. in ventre suo Deum concluſum gestauit 638
maria virgo Deum & hominem genuit 1022
maria virgo & Stephanus præ cæteris pleni gratia 1022
D.Maria à B.Iordane hymnis venerata 105
S. Maria passionis Dominicæ arma honorat 206
S.Maria terribilis dęmonibus 639
à Maria & filio fratres benedicti 110
cum S.Maria Lydvvinæ virgini est magna familiaritas 308
cur maria assumpta, Christus verò ascendisse dicatur 636
ex maria Christus Dei filius incarnatus 208
S.Mariæ Dei genitricis, Natiuitatis, Annunciationis & Dormitionis breuis memoria 1184.& 1172
Mariæ annunciatio,natiuitas, baptismus, & purificatio 640.1018. inuocatio 186. lamentatio prope crucem stantis 205. dolores quanti 206. assumptio 638.encomium 639.640
S.Marię caro S.Spiritûs receptaculum 1019
in marię honorem basilica constructa 542
de S.Mariæ imagine miri quiddam 279
S.Marię Virgini, parentes S.Stephanum Iuniorem offerunt 964
D.Marię votum nuncupatur 228
B.Marię horarias preces Damianus restaurat 135
marię proprietates stellę attributæ 4
S.Mariam post partum virginem permanere 1017. virginem ante partum, in partu, & post partum esse,re admirabili declarata 328.ad cælos assumptam à dextris filij sui residere 635. Coletę virgini apparuisse 174.sæpissimè Hermanno Steinueldensi apparuisse 242. & vocâsse eum suum sacellanum 242. cum multis virginibus Lydvvinę virgini apparuisse 308. Hermanno Steinueldensi in forma vetulæ apparuisse 243
mariam Virginem à Leone abbate visam 578
mariam & Sanctos coluisse S.Bathildim 69
in mariam Virginem Andreæ de Chio deuotio 451. 452
S.Mariam dicit Bernardinus suam amicã 422.eam impensè amat 422
per S.Mariam Iordanis ministerio mulier araneam deglutiens liberatur 113
S.Maria Aegyptiaca 1114
S.Mariæ Magdalenæ commemoratio 1156
S.Marię virginis cuiusdam,passionis memoria 1213
S.Mariani lectoris & Iacobi diaconi passionis breuis memoria 1120
S.Marij abbatis Dinamius Patricius vitam conscripsit 1097
SS.Marina & Balbina virgines 1143
SS.Maronis,Eutychetis & Victorini passionis breuis historia 1115
S.Marsus presbyter & Aurea virgo 1202
S.Martha soror Lazari & Magdalenæ 1205
S.Martialis fit episcopus Lemouicinensis 494
SS.Martialis, Epistetus, Saturninus, Maprilis, Felix,& socij martyres 1175
S. Martialis episcopus Lemouicensis & confessor 1149
S.Martiana virgo & martyr 1089
martianus Rauennatũ archiepiscopus 447. miraculosè creatur,ibid.
SS.Martianus,Nicander & Apollonius 1138
SS.Martianus,Nicanor,&Apollonius martyres 1113
SS.Martiani, Satyriani & sodalium passionis breuis historia 1205. grauissimo supplicio interimuntur,ibid.
S.Martinæ vita & passio 1086
S.Martinus dignus summo episcopatu acclamatur 827. in sede S. Petri collocatur, ibid. è sua sede eijcitur 831.relegatur in exilium 832. multa aduersa patitur 832. 833. maxima contumelia & opprobrio afficitur 835.anathematizatur ab impijs, & detruditur in tetterrimum carcerem 835. multo frigore & vinculorum pondere cruciatur in carcere 835 populo illudendus exhibetur 834.omnibus bonis spoliatur, accusaturq; hæreseos & rebellionis 833.& accusatoribus periuris obruitur 834
S.Martinus Papa à Constantio principe Ariano in exilium relegatur,ibiq; obit 1214. & 1215. Constantinopolim relegatur 832. itèm in Chersonam insulam 837. vt iussus fuerit membratim incidi

incidi 836
S.Martinus Sylvestrum Papam imitatus 828. & lupos multùm infestos suis ouibus,à suo ouili eliminauit 828.ab Olympio tyranno suis ouibus seruatur illæsus 829
S.Martinus tertius episcopus Turonensis & confessor 1014.1215
S.Martinus tertius Viennensis eps & confessor 1149
S.Martinus episcopus & martyr Treuiris 1155
S.Martinus abbas Santonensis,B. Martini episcopi Turonensis discipulus 1227
martini Papę multa diuinarũ humanarumq; literarũ peritia 827. itèm amor erga gregem suũ 833
martini Papę & vrbis Romæ encomium 827
S.Martionilla Martiani prędidis vxor, fidem Christianam amplectitur 1089
martyr calcibus impiorum subijcitur: saxis ac fustibus feritur 990.multis cõtumelijs extinctum eius cadauer afficitur 990.cerebrum capitis eius effusum,ibid.
martyr indicat se velle suas reliquias coniungi 467
martyr verus S.Iohannes Euangelista 1031
martyr spiritualis S.Eleuchadius 124
martyr spiritualis quis dicendus 624
martyris inauditum tormentum 986
martyris membra dissoluuntur in rota 613
martyri lingua abscissa restituitur 825
in martyrem plumbum liquefactum infusum 682
martyrem Christi perpetuum fuisse S.Honoratum episcopum 38
martyrẽ non tantũ sibi pati, sed & suis ciuibus 853
martyrem causa facit non pœna 627
martyres inhumanissimè ab impijs tractati 978.diris supplicijs excruciati 736. magnis & varijs cruciatibus affecti 321. 614. 627. 682. capitali supplicio plectuntur 628.649.ignis supplicium passi 613.rogo cremandi traditi 261.262. in craticula assati & grauiter torti 786.& tamẽ ab igne illęsi 786.plumbatis occisi 650.in eculeo suspensi & grauiter fustigati 649. grauissimè cæsi 713. vapulati & irrisi 714.in fornacem ardentẽ projecti 714.feris obiecti 715.loris cæsi 76.thermis ardentiùs calefactis inclusi 78.fustibus grauissimè cæsi 648.676.766.768.769. crudelissime torti 766. virgis vapulati 769. pręacuta sude per viscera transfossi 1006. in eculeo suspensi 779. ignibus combusti 779.obtruncati 547.in fossas conjecti, obruti terra & lapidibus 547. in eculeo suspensi 413.vrsi in eos immissi 414. à flammis non læsi 414.gladio cæsi 679. neruis taurinis vapulati 681. bestijs discerpendi obiecti 54. 190.426 682.853. camino ignisexpositi 682. grauiter verberati 612. varijs supplicijs affecti 613. ignis supplicium passi 613. plumbatis cæsi 490. lapidibus obruti 493.decollati 493.fortiter torti 723.724.in mare pręcipitati 723. gladijs cæsi, & in flumen pręcipitati 737.flagellati 40. in ignẽ iniecti 49. assati 53. carcere & fame afflicti 120 flagellati 120. gladijs confossi,ibid. fragmentis testarum cruciati 53. membratim intercisi 961. permulti igne concremati 1005.1006. flagellis cæsi 450. vnguibus ferreis lacerati 451. palmis cæsi 102. in ardentem ignem missi 724. in cruce suspensi lapidantur 724
martyres, grauissima sibi inferri tormenta, risisse 52. ad pœnam alacres cucurrisse 52. intrepidè se declarant 189.202
martyres cruciâsse dęmonem, & coẽgisse deserere obsessam 486
martyres psallunt Domino in tormentis 723
martyres lingua præcisa locuti 613.770
martyres præcisa lingua locuti, Deũ laudârunt 649
amputatis linguis locuti 538. lapidibus obruti 551.manibus capita sua deportâsse ad locum sepulturę 737.dũ in ignẽ missi, is extinctus est 737.
cur martyres suos Christos non seruet à pœnis 489
martyres Alexandriæ omnis generis & ætatis 264
martyres ab angelis consolati 49.53.visitati 120.per angelũ soluti,& educti è custodia 492
SS.martyres deuotissimè colendi 853
martyres vbiquè opitulatione præsentes 501
martyres Persæ trecenti & decem 1126
SS.martyres numero viginti 1139
martyres innumeri confessione præhabita, capite plectuntur 1099
SS.martyres ducenti & sexaginta 1143
martyres nongenti in cœmeterio apud S.Cæciliam Romę sepulti 1107
martyres vndè dicantur 507
martyrum immania tormenta 40.atrocissimi cruciatus 451
martyrum latera vruntur 649
martyrum lingua præcisa 681
martyrũ corporibus candẽtes carbones admoti 77
martyrum vulnera diuinitùs curantur 769
martyrum constantia nunc blanditijs nunc tormentis tentata 450.678.nec ferro, nec blanditijs potuit flecti 51.120.
martyrum columbina innocẽtia,& misericors animus 977
martyrum exemplis multi conuertuntur 30.54
erga martyrum pia loca S.Rumoldi deuotio 564
martyrum cineres sacratissimi 467
martyrũ merita,quãti sint põderis apud Deum 854
SS.martyrum Marini militis & Asterij senatoris passionis breuis memoria 1107
SS.martyrũ 4976.passionis breuis memoria 1204
SS.martyrum innumerabilium memoria 1231
martyribus nares & auriculæ pręciduntur 779
martyrium Quintæ 260
martyrium S.Eutropię & sodalium 1012
martyriũ iucundissimũ S.Iacobi Intercisi 962
ad martyriũ S.Ludmilla virgo se pręparat per bona opera 727
ad martyriũ spirituale quomodò perueniatur 588
martyrij cupidus q̃ fuerit S.Honoratus episc. 39
martyrij ardens desiderium in Machabæorũ matre 619.& in duobus fratribus 627. & in S.Stephano Iuniore 974
martyrij obeundi desideri S.Constantij episc. 73
martyrij desiderio Martinus Papa feruet 827
martyrij expectatione se frustrari, Martinus Pontifex dolet 836
martyrij Andreæ de Chio effectus 452
martyrij donum longè optimũ & maximum 628
martyrij genera duo 592
martyrij nobilissimum genus, crux 992
masculina prole carere, idem penè est quod orbum esse 963
maternus affectus erga Machabæorum salutẽ quantus fuerit 616
mater vera quę dicatur 623
mater Machabęorũ cõsolatur & obsecrat iuniorẽ filiũ, vt in fide perseueret 623. propter filiorum salutem,contempsit naturam sexũs sui 623
mater Dei miro modo piorum inopiã subleuat 236
pios consolatur & instituit 238
matri Dei q̃ fuit charus Hermannus Steiueldeſi 242
matrum corporalium & spiritualiũ diuersitas 619
matrimonium esse Ecclesię sacramentum 1047
matrimonij malè contracti pœna 14
matrona fluuius 607
S.Matronę ancillæ cuiusdam martyrium 1109
matricus quidam princeps Christianos affligit 225

Universidad de Deusto
Biblioteca

S.Matthæi Apostoli breuis memoria 1192. euangelium suũ Hebræo sermone conscribit, ibid. apud Aethiopiam martyrio coronatur, ibid.
S.Matthias Hierosolymitanus post Iacobũ fratrẽ Domini, octauus Episcopus 1097
S.Matthias Apostolus in Iudæa prædicat 1105
SS. Maturus, Sanctus, & Atthalus, post carceres, ignes, aliaq; tormenta, ferro cæduntur 1137
S.Maurilion episcopus Andegauen & cõfessor 1187
SS.Mauritij, Exuperij, Candidi, Victoris, Innocentij & Vitalis, ac legionis totius Thebęę, passionis historia 1192. Decimus quisque ex eis trucidatur, ibid. gloriosa eorum constantia, ibid. cæduntur ad vnum omnes 1194
SS.Mauri & Marthæ, Audifax & Abacuc, passionis breuis memoria 1093
S.Maurini loculi inuentio 498
S.Maurus Cæsennæ præficitur episcopus 44
S.Maurus super aquam currit 748
S.Maurus abbas & confessor 1091
S.Maxima virgo 1129. eius cum socijs passio 1205
maximilianus Imperator 62
maximianus Christiãos occidi edicto præcipit 777
maximiani Augusti interitus 1194
S.Maximinus presbyter Aurelianen & cõfessor 1229
S.Maximinus episcopus Treuirensis S.Athanasium hospitio honorificè excipit 1132
S.Maximus martyr 1120
S.Maximus martyr Romanus 1217
S.Maximi Lirinensis abbatis & Regensis epi vitæ breuis historia 1223. tres mortuos resuscitat, ibid.
SS.Maximæ, Donatillę, & Secundæ virginum passionis memoria 1160. potantur felle, ibid. dirè cruciantur, in craticula assantur, ad bestias condemnatur, ibid. capite cæduntur, ibid.
mazabanes episcopus Hierosolymitanus 191
S.Medardus episcopus Suessionensis & cõfessor 1139
melanius Redonicæ vrbis episcopus 18. 1215
S.Melanius episcopus & confessor 1213
S.Melchiadis Papę & constitutionum eius breuis memoria 1227
S.Meletius episcopus Treuirensis & confessor 1192
S.Melitonis pueri & martyris mater, quàm fuerit virilis animi 1108
S.Mellitus episcopus Dorouernensis 1118
S.Mẽmius episcopus Catalaunẽsis & cõfessor 1164. mortuum suscitat 1014. 1230. vita eius, ibid.
S.Mennæ martyris historia 1215. diutissimè flagellatur, ibid. gladio cæditur, ibid. corpus eius ab igne ereptũ Constãtinopolim trãsfertur, ibid.
mensa diuina, altare Dominicum appellatum 975
mensæ tenuitas, asperitas cibi, & potus simplicitas commendantur 824.
mentis crebri excessus E.Aegidij 326. facilè eos patitur, & sunt ei familiares 330
mentis Coletæ crebri excessus 164. 182
mẽtis cõpos iusto Dei iudicio insano reputatur 1052
mentis puritati magnoperè studendum 957
mentiens se virginem quomodò pudefacta 293
mercator quidam in somnis quid admonitus 301
merces renunciantium diuitijs & honoribus huius seculi quanta sit 1010
merces operum asseritur 878
merces operum iusta cuique dabitur 930
merces pauperum Christi duplex 195
merces auari, infernus 806
S.Mercurius martyr 1221
meritum vitæ æternæ inæquale 739
meritis S.Bãdelij martyris quidam archidiaconus vinctus liberatur 446.
meritis B. Sigeberti regis quidam fratricida suis vinculis absolutus 90
meritis S.Syluestri multi sanantur ęgri 852
meritis Iohãnis Agni episcopi multi ęgri sanati 784
meritis S.Iordanis paralytica integritati, & infans mortuus vitæ restituuntur 119
meritis S.Germani episcopi fratres in choro psallentes conseruantur ab incursione Normannorum 607
meritis S. VVinnoci abbatis cęci illuminati, & captiui à vinculis absoluti 816
meritis S. Procopij confessoris multi miraculosè liberati & sanati 571
meritis S.Bathildis reginæ pax redditur Francis 65
meritis S.Sosij martyris marini fluctus sedãtur 719
meritis Iohanne euangelista neminem esse maiorem 1030
meruit rectè latro paradisum 211
messana Siciliæ ciuitas 760
messalini sęuitia in S. Apollinarẽ quanta fuerit 591
messina Calabriæ ciuitas 832
SS. Metellus, Mardonius, Musonius & Eugenius ignibus traduntur exurendi 1095
S.Methrani martyris breuis memoria 1097
S.Methodius episcopus, in Chalcide Grę martyrio afficitur 1192
S.Michael archangelus apparet S.Caprasio abbati ante mortem 455
S.Michaẽlis Archangeli memoria 1197. eius apparitio 1197. & 1126. eius suffragijs Beneuentani ab hostibus liberãtur, eius iussu Missæ celebrantur 1197. eiusdem ecclesiæ descriptio 1198
militiam Christianam, nudos facultatibus expetere bellatores 1060
miles Christi qualis esse debeat 586
miles quidam strenuus, Franciscanus factus 436
militis curati lentitas & perfidia 983
in militare probitatis exemplum 436
militum quorundam facinus improbum 311. & in eos Dei grauissima animaduersio 312
minas Bernardinum contempsisse 435
minoritarum ordo diuinitùs institutus in mũdo in cunctorũ hominum salutem atq; vtilitatem 3423
SS Mineruus & Eleazarus cum octo filijs martyrio coronantur 1175
miraculum haud vulgare 277. 292. & rarum 15. 444. 529. & ingens 652. & stupendum 609. 562. 461. 737. 290. 259. 991. & insigne 160. 164. 166. 168. 172. 611. 98. 99. 139. 41. 45. 399. 296. 301. 231. 245. 185. 32. 439. 448. 454. 500. 501. 502. 272. 275. 286. egregium 845. 846. & seq. 412. 169. & magnum 172
miraculum insigne Coleta virgo edidit 174
miraculum insigne de S.Sabino martyre 1041
miraculum insigne de vestimentis Leonis abbatis & ardente cereo 580
miraculum S.Bernardi 507
miraculum S.Procopij meritis 570
miraculum in translatione corporis Margaretæ virginis 63
miraculum de dęmoniaca, S. Bennonis episcopi meritis curata 532
ad miraculi patrati memoriam ferreus circulus ad altare Sancti suspensus 658.
miraculo præclaro S. VVinnocum abbatẽ Deus illustrat 812
miraculo stupẽdo Aquilẽsis tumultus sedatur 442
miraculo quodam tota ciuitas mota 676
miracula Christi 873. & sanctorum 886. & S. Sequani abbatis 708. B.Bandelij martyris 446. S. Ermenoldi abbatis 13. S.Bennonis episcopi 528. Sigeberti regis 88. & seq. S. Vigilij martyris 551. S.Rumoldi archiepiscopi & martyris 556. Petri Damiani episcopi 134. 135. S. Godebertæ virginis 271. Constabilis abbatis 129. & seq.

miracula non vulgaria 172
miracula S. Guidonis multa 231. 232. & S. Iudoci innumerabilia 1010. & S. Leopoldi 845.
miracula multa Ezechiel operatur 269. item Margareta virgo 63
miracula S. Germani episcopi iussu Caroli regis conscripta 597
miracula multa S.Idæ, literis non mandata 689
miracula S.Bernardini approbantur 443
miracula, quæ Coleta virgo adhuc viuens fecit 186. & seq.
miracula præclara in S.Marculphi abbatis exanimi corpore 351
miracula multa Sigismundus rex post obitũ edit 353
quot miracula per signum Crucis operatus S. Placidus martyr 756
miracula nulla fecisse S.Martinum ante episcopatum, post verò, plurima 84
miracula ad monumenta sanctorum 351. 355. 362. 26. 101. 42. 46. 47. 320. 90. & seq. 98. 70. 772. 787. 797. 818. 820. 838. 531. 535. 547. 561. 659. 235. 383. 960. 998. 1005. 272. 278
miracula ad S. Vulmari confessoris tumulum 583
miracula ad sepulcrum S.Raynaldi archiepiscopi 642. & S.Bibiani episcopi 650. & S. Solennis episcopi 721. S. Remigij episcopi 742. item ad S.Thyrsi martyris sepulcrum 745. & ad corpus S. Eugubini 418. & in translatione corporis Hermanni Steinueldensis 258
miracula ex contactu vestium S. Bernardini 439. 441
miracula ad reliquias S. Celsi confessoris 140. & innumera ad reliquias S. Nicolai episcopi intra paucos dies 405. & multa Gandaui facta ad Marcellini & Petri martyrum reliquias 483. & multa quotidiè ad S. VVerenfridi confess. sepulcrum fieri 635
miracula & virtutes Sanctorum, esse Christianorum gloriam 563
miracula quæ Sancti faciunt, Dei sunt opera 658
miracula maiora Christus per seruos suos exhibet, quàm viuus exhibuerat 658
miraculis Theodorum Suffraganeum D. Bennonis claruisse 526. b & S.Adelheidim abbatissam 97. & Augustam martyrem 226
miraculis multis xij. martyres Beneuentani claruerunt 669. & multis S. Dalmatius claruit 999. & S. Fiacrius abbas 651. 652. & S. Victor martyr 663
miraculis S. Bononius abbas post mortem claret 656
miraculus clarent monachi Breunouienses 839
miraculis corpus VVernheri pueri ostensum 320
miraculis visis, plebs lætabunda laudat Deum 484
miraculosa quædam de Lipsanis circa tumbam D. Bennonis 527
misenate oppidum olim ab Hismahelitis funditùs euersum 716
miseratio Domini erga suos electos quanta 194
misericordia Dei quanta 822
misericordiam Dei iustitiam superare 800. & ipsius seueritatem 802
misericordiæ quantæ fuerit S. Iudocus confessor erga pauperes 1008
misericordia Leonis abbatis in pauperes quanta 578
misericordia & benignitas Margaretæ virginis in peccatores 62
misericordiæ opus cuiusdam pij principis 864
misericordiæ opera exercuisse S. Bathildim reginam 65. & S. Aidamum episcopum 660
misericordiæ operibus S. Iosaphat sedulò dat operam 944
misericordiæ operibus S. Ida vacat 684. & Martinus Papa 828
miserũ esse, alieni reatũs maculis inquinari, & supplicia sustinere 1066
missa, summum Christiani sacrificij genus 512
missa sub dio celebrata 463. 468. & celebrata à S. Marcellino in specu 492. & pro defunctis ab episcopo celebrata 380. 383. & in eleuatione S. Celsi celebrata 139. & in eleuatione S. Sosij martyris 719. & in anniuersario die S. Godebertæ virg. 272. item pro inuento nummo celebrata 132
sub missa homo moribundus conualescit 417. & tres cæci lumen recipiunt 481. surdus & mutus curantur 481. quatuor cæcæ illuminantur 481. 482. surdus & mutus audit & loquitur 584. & cæcus videt 605
sub missa anima cuiusdam sanctæ virginis visa 253
sub missa mirabiles patitur Hermannus Steinueldensis mentis excessus 247
sub missa in translatione reliquiarum celebrata, contractus puer sanatur 463. item cõtracta anus 466
in missa mortuorum memoriam agere, traditio Apostolica 800
missæ & orationes pro defunctis 406. 407
missæ, & cæteræ virtutes defunctos iuuant 801
missæ sacrificio Angelorum militias interesse 830
missæ sacrificium non est nouitium inuentum 145. 1222
missæ officiũ in primitiua Ecclesia cum omni plebe celebratum 702
per missæ sacrificium quidam sanatus 560
missæ & ieiunij contemptor dæmonibus ludificandus permittitur 567
missæ sacrum non audiens die Dominico, ligatus in piscinam à dæmone detrusus 572
missæ officium & preces canonicas Dominicis diebus S. Claudius archiepiscopus audiuit 495
missæ sacrificium quomodò audiendum 297
missam quidam celebrat, & sanatur 13
missam celebrauit Barlaam, imminente morte 957
missam celebrauit S. Iuentius martyr 703. & S. Barlaam 905. & S. Egbertus episcopus 140. Iordanes vulneratus 108
missam quotidiè celebrat S. Vbaldus episcopus 417. & S. Hildulphus 575. & S. Bernardinus 428
missam sibi celebrari curauit S. Adelheidis abbatissa 97
missam Coleta virgo quotidiè audiuit, vbicunquè esset 163. 169. 185
missam celebrare pro defunctis, non est nouitium inuentum 25. 545
post missam defunctus reuiuiscit 231
missam incruentum sacrificium dici 986
missarum solennia ter celebrat Hermannus Steinueldensis 245
in missarum solennijs manus Domnii visibiliter apparuit 1009
missas in oratorijs angustis Coleta virgo audire consueuit 158
missas quàm auidè audire cupierit Coleta virgo 153
missas in grandi ætate Alferius abbas celebrat 376

Universidad de Deusto
Biblioteca

missinæ ciuitatis fundator Henricus Auceps 510. initium, ibid. situs 511
missnensis vrbis encomium 533. libertas 534
missnensis ecclesiæ Cathedralis fundatio 511. item terminus, ibid. priuilegium & exemptio 511
missnensis populi præstantia 509
missnensis agri fertilitas 510
missnensium vrbium quarundam prærogatiua 510
erga mites & elatos vt nos gerere debeamus 147
S. Mitrius martyr Aquensis 1216
Moderatio insignis S. Honorati episcopi 33. & S. Mauri episcopi 45
SS. Modesta & Perpetua virgines 1213
modestia Hermanni Steinueldensis 249. S. Epiphanij episcopi 59. Gerardi monachi 505. Titi 510
modestia singularis S. Berardi 503. & Stanislai episcopi 385
SS. Modestus & Ammonius infantes & martyres 1102
mommolenus Nouiomensis episcopus 272
monasterium Fontinellense, Logiense, Iotrense 66. Curbionense, Gemmeticense 66. Bisontinum 156. Poliniacense, ibid. Bisuntiense 162. Gauionianum 134. S. Seuerini 499. Hirsfeldense 363. 366. Altahense 363. Venusinum 149. Heydenheimense 356. a Monheymense 358. Corbeiense 508. Luxouiense 66. S. Faræ 67. Gandersheimense 94. 370. Steinueldense 237. Cauense 141. 127. Vilecense 93. Quedelenburgense & Asnitense 94. Lemouicense 118. & VVindofderbachium 320. Degerense 366. Cremense 366. Gellingense, ibid. Viuiacense 177. Visontiense 178. Aræ cæli 437. Pomposianum 230
monasterium S. Albani Moguntiæ percelebre 487. & Sithiu apud Audomaropolitanos 815
monasterium à primis statim annis S. Bononius abbas ingressus 654. monasterium in Hetruria restaurat 655
monasterium quanto ardore Damianus expetierit 133
monasterium extruit S. Bernardinus 429
monasterium S. Mauritij Sigismundus rex condit 352
monasterium S. Fiacrius cõstruxit & hospitale 651
monasterium Corbiense & Calense extruit S. Bathildis regina 66
monasterium Portuense extruitur 228
monasterij Lirinensis constructio 32
monasterium Selgenstadiense à quo, & quandò extructum 456
monasterium Altahense quandò conditum 364
monasterium vt extruat S. Marculphus, ei diuinitùs reuelatur 347
monasterium Cauense quorũ fulcris patronorum subsistat 131
monasterium S. Placidi solotenùs euersum 771
monasterium suum Constabilis abbas etiam post mortem custodit 129
monasterium S. Germani bis ab incẽdio liberatum 600. 607
monasterij in VVoromholt constructio 811
monasterij Cauensis religio 273. 577
monasterij sui status Alferio abbati diuinitùs reuelatur 275
monasterio Iurensi multa donantur 496
monasteria S. Humbertus construxit 694. item in valle Galilæa S. Deodatus 543
monasteria multa S. Benedictus construxit 749. 750 duo S. Leopoldus 844. & duo S. Vulmarus 581. 582
monasteria extruxit Coleta virgo 181
monasteria multa condit ac reformat Coleta virgo 157
monasteria multa sub Bernardino extructa 432
monasteria Damianum episc. construxisse 134
monasteria trecenta Franciscanorum in Italia sub Bernardino 431
monasteria multis villis, syluis, & prædijs ditat S. Bathildis regina 67
monasteria, monachos, &c. etiam nunquàm visa, Lydvvinæ nouit 306
monasteria, paradisi terrestres 1002
monasteriorum præfectus debet omnibus virtute præstare 888
in monasterijs construẽdis sumptus diuinitùs suppeditati 158
pro monasterijs construẽdis quantum S. Bathildis regina concesserit diuitiarum 66
monasterijs, multos seculo euocatos, S. Bathildis regina offert 67
monachus à terrenis facultatibus abstinere debet tanquàm proprijs 1059. vt mundo debeat valedicere, & sacræ lectioni vacare 1082
monachus non satisfaciens professioni suæ, acriter obiurgatur 367. & inquietus diuinitùs corrigitur 149
monachus apostata resipiscens vt sit tractatus 148
pseudomonachus quidam populo conspiciendus exhibetur 978
monachi Græci Romæ in monte Palatino 459
monachi fiunt multi relinquentes mundum 764
monachi verum munus in quo situm sit 955
monachi viatoris mala & incommoda 1064
monachi animam exigua pecunia lædit 1061
monachi vagi & instabiles, non possunt spirituales Deo filios gignere 1074
monachi inobedientis pœna 129
monachi temerarij diuinitùs puniti 1011
monachi flagris cæsi 913. & duo igne exusti 866
monachi reprobi hircis similes 116
monachi proprietarij grauiùs peccant, quàm Ananias & Saphira 1058
monachi olim peccatores vocati 229
monacho quàm sit periculosum, sanctum deferre ocium 1078
in monacho quàm sit periculosa inquietudo & instabilitas 1063
monachum non debere se regum negocijs ingerere 1079. item non decere passim per secularium ædes vagari 760
monachum quæ faciant bonũ, & econtrà quę malum 1074
monachorum exercitia & forma viuendi 1002. victus & vestitus 901. olim studium 1046
monachorum antiquorum studium & institutum non difforme à nostris 764
monachorum institutum, primo in Aegypto, deindè in India 859
monachorum patronus singularis Egbertus episcopus 137
monachorum Breunouiẽsium in Poloniam translatio 839
monachorum Hersfeldens. dissoluta vita 366
monachorum esse, aliquandò manualibus operibus vacare 582
monachorum peruagationem in seculo, pereundi occasionem multis præbere 1063
monachorum septemdecim cædes 915
monachis omnibus vt casus Dinæ debeat esse exemplo 1070
monachis multis ruina extitit vagatio 1071
monachis omnia sua relinquenda, nec pro alijs nimium solicitandum 196
de monachis è medio tollendis impium regis Indici edictum 863

monachos antiquos habuisse regulas & constitutiones 9. 20
monachos suos S. Honoratum episcopum præclarè instituisse 32. omnes eum mirè amâsse 33
monachos suos vt Damianus episcopus reformauerit 136
monachos antiquitùs, vigilijs, orationibus, &c. incubuisse, & fugisse mundanos honores 10. 30. 31
monachos non debere conseruare pecunias ab extraneis collatas 1061
monachismum non esse nouitium, sed antiquissimum institutum 8. 9. 14
monastica vita quàm tutior sit seculari 334
monastica vita cur à pijs viris suscipiatur 886. qualis aliquandò fuerit 887. quoddam martyrij genus est 887
monasticæ vitæ ante pubertatis annos quidam addicti 9
monasticæ vitæ Honoratus episcopus se dedit à baptismo 29
monasticæ vitæ descriptio 888. & encomium 343
ad monasticam vitam B. Iordanes multos attrahit 105. 106
monasticam vitam sub Petro abbate Cauensi multi amplectuntur 143
ob monasticam vitam S. Iosaphat regnum deseruit 952
monasticam vitam quidam Indicus princeps suscipit 860
monasticus habitus, abstinentia, vigiliæ, & orationes 765
monialis S. Bathildis regina in suo Calensi monasterio facta 67
monialium ordo S. Claræ 156
S. Monegundis virgo & abbatissa 1149
S. Monitor episcopus Aurelianensis & confessor 1215
mons Mauri 45. & S. Annæ 510
SS. Monulphus & Gondulphus episcopi 1154
S. Montanus presbyter, cum Maxima vxore sua in fluuium præcipitatur 1112
erga monumentum S. Gothardi episcopi studium cuiusdam debilis hominis 381
morbum incurabilem Lydvvina virgo sanat 301
morbi varij Hermãnum Steinueldensem affligunt 251
morbi varij Lydvvinæ virginis 281
mores inueterati vix possunt per vim euelli 942
mores deprauatos multorum S. Honoratum episc. egregiè correxisse 33
morta fluuius 541
mors Christi, est mundi vita 206
mors temporalis, Christianis somnus est 961
mors corporalis, principium vitæ animæ nostræ 590
mors pijs allata, transitus est ad vitam 866
mors celeris Friderico comiti Arnesbergensi prædicitur 23
mors inopinata mercatori à Coleta virg. prædicitur 175
mors mala lasciuo adolescẽti prædicitur 438. item alteri adolescenti 439
mors quibus terrori esse soleat 865
mors quid sit 876
mortis meditatio quid conferat 100
morti omnium vitam Christum moriendo subuenisse 2
mortem hanc temporariam mortem propriè non esse 901
mortem naturale debitum esse 868
mortem præciosam quæ faciant 627
mortem & pericula Stanislaus episcopus contemnit 392
mortem obit S. VVerenfridus cum odoris suauissimi fragantia 633
mortem moniali Coleta virgo prædixit 177
mortem multorum vt Coleta virgo præsciuerit 177
sub mortem vt se Coleta virgo gesserit 186. & quę post eius obitum contigerint, ibid.
mortes Canonicorum S. Bennonem episcopũ prænunciâsse 532
mortuus Cruci Dominicæ superpositus reuiuiscit 1123
mortuus reuiuiscit, vt reddat testimonium 390. & infans, vt baptizetur 443. item puer, ibid.
mortuum Damianus episcopus suscitat 190. & S. Eloquius abbas 997. & B. Hilarius episcopus 27
mortuum S. Syrus martyr apud Veronenses excitat 696
mortui septẽ à Stephano protomartyre resuscitati post mortem 1024
mortuis etiam imperare viuentes 147
morientis mira exultatio 506
SS. Moseus & Ammonius ad metalla effodiẽda deputantur 1092. igne concremantur, ibid.
mos malus regali potentia in Ecclesiam introductus 523
S. Moysetes martyr 1230
S. Moysetis episcopi breuis memoria 1101
Moysi & Iohannis corpora Dominum abscondisse 1033
Mulier temeraria diuinitùs castigatur 652
mulier araneam ex desperatione deglutiuit 113. diaboli instrumentum ad seducendos homines 937
per mulierem nititur diabolus S. Iosaphat subuertere 935
mulierem omnem Bertgerus presbyter à sua domo exclusit 685
mulieres, dæmones denominari 933. electis viris in ministerium Iosaphat assumptæ, ibid.
mundus cum omnibus pompis suis contemnendus 1002. quo pacto cum hominibus agat 892. fallax in promissis 889
mundi amatorum stultitia elegãti parabola ostenditur 889
mundi inconstantia 889. malitia 334
omnes qui mundo addicti sunt, in mortuis sunt habendi 900
in mundo nihil firmum ac stabule 892
in hoc mundo quæ magni æstimantur, pijs contemptui sunt 897
à mundo secedere, quid sit 888
mundum eiusq; gloriam spreuit S. Iordanes 109
mundum gubernatore Deo semper subsistere 899
mundanarum rerum vanitas 894
munera quæ nos offerre debeamus neoplasto 6
Myranus populus quantùm doluerit ob ablatas S. Nicolai reliquias 401
mysteria diuina nudis pedibus tractauit S. Epiphanius episcopus 59

NAchor ariolus vt Barlaami personam dolosè induerit 915
narcissus episcopus Hierosolymitanus 191
SS. Narcisus & Crescentio martyres 1191
S. Narcissi Hierosolymitani episcopi vita 1290. vertit aquam in oleum 1210. falsò criminis accusatur, accusatores diuinitùs puniuntur, ibid. degit in solitudine, feliciter obit, ibid.
S. Nason aliàs Iason Christi discipulus 1154

Universidad de Deusto
Biblioteca

S.Nataliæ virilis animus in consolando Adrianum maritum suum 1185. curat martyrum vulnera & deosculatur vincula, ibid. iuxta mariti sepulcrũ moritur & sepelitur 1186
natalium splendor, dignitas, opes, &c. non magnoperè pensandæ 292
natiuitas Christi secundùm carnem 209
natiuitas Christi 1019. omnium bonorum initium 1021
natiuitates Christi duæ 208
natiuitas Domini, solennis dies etiam antiquitùs habebatur 1015
natiuitas nostra secunda vt spiritualis, ità & cibus 199
natiuitatis S. Iohannis Baptistæ, & vitæ eius breuis enarratio 1145
natiuitatis Domini tempus & annus 1232
natiuitate sua Dominus Iesus Christus sextã mundi ætatem consecrauit 1232
in natiuitate Domini omnia elementa nouo exultâsse lumine 220
naturæ duæ in Christo 939
nautam seruâsse Lydvvinam virginem ab immminentibus periculis 310
naufragium quorũdam Lydvvinam virginem diuinitùs cognouisse 311
nazarius in mare proiectus, incolumis euasit 697. & cum Celso capite plectitur, ibid.
S.Nazarij cruoris virtute dæmoniacus, & multi cæci acægri curantur 698.
SS.Nazarij & Celsi passio 1141. eorum inuentio & translatio per S.Ambrosium episcopum, ibid.
Necis Podiuini conscij omnes diuinitùs puniti 731
negotiandum cum Domino in hac mortali vita 1002
S.Nemesius martyr falsò apud iudicem de latrocinio accusatur 1230. Christianus inuentus, cum latronibus viuus exuritur 1230
nemesij martyrium 262
SS.Nemesij diaconi & Lucillæ filiæ eius passionis historia 1210. multas Christianis elargitur eleemosynas, ibid. filia eius ipso vidente occiditur, ibid. ipse quoquè capite cæditur 1211
SS.Nemesiani, Felicis, Lucij episcoporum, & sociorum eorundem passionis breuis memoria 1186
nepos Aegypti episcopus 266
SS.Nerei & Achillei fratrum passionis breuis hiria 1128
S.Nestor martyr crucifigitur 1106
S.Nicasius Rhemensis episcopus & martyr 1229
SS.Nicasij episcopi, Quirini presbyteri, & Scubiculi diaconi, martyrum memoria 1204
S.Nicanor vnus de septem primis diaconis, apud Cyprum moritur 1090
SS.Nicata & Aquilina capite plectuntur 1158
S.Niceas Romatianæ ciuitatis episcopus 1145
S.Nicetius Viennensis episcopus 1125
S.Nicetius Lugdunensis episcopus 1113
S.Nicetius Treuirensis episcopus & confessor 1200 sepelitur in ecclesia S.Maximini 1226
nicolaus Pont.Max. 135
S.Nicolaus Myreorum episcopus sanctissimus 1226
S.Nicolaus episcopus quàm celebris in ecclesia Dei 397
nicolai Hondepilij laus 17
nicomedia Bithyniæ ciuitas 791
nicomedienses multi martyres 1133
S.Nicomedis martyris breuis memoria 1190. plũbatis cæsus expirat animam, ibid.
S.Nicomedis martyris dedicatio 1133
SS.Nicostrati, Claudij & sociorum passio 1151. in mare præcipitantur, ibid. 1152
SS.Nilus & Peleus episcopi, cum multis clericis ignibus exuruntur 1192
nilus ciuitas 262
nobilitas summa, in filijs Dei numerari 29
nomen Iesu quàm dulce Bartholomææ fœminæ 425
nomen Iesu Bernardinus vbiquè prædicat 430. 439 adoratur 432
nomen sanctissimæ matris Dei in qua reuerentia habendum 241
nomen S.Leopoldi quàm sit celebre 851
nominis Eleuchadij expositio 124
nominis Georgij interpretatio 320
nomini Iesu quæ reuerentia præstanda 429
noricorum apostolus Seuerinus abbas 710
nortbertus Magdeburgensis archiepiscopus 21. fistula cælestis à Bernardo vocatus 24
nortmanni atque Dani Franciam, &c. vastant 565
nortmanni non valent incendere S. Germani episcopi ecclesiam 600
nortmanni iterùm Parisios veniunt spoliandi causa 607
nortmannorum altera incursio 605. tyrannis in Christianos 598
nouatus hæreticus perstringitur 262
S.Nouati confessoris, fratris Timothei presbyteri, vitæ breuis memoria 1144
S.Nouatianus martyr cum nongentis & septuaginta septem socijs 1148
Numerianus à socero suo occisus 711
numerus septenarius olim laudabilis 616
numerus finitus pro indefinito in scriptura sacra frequens 888
nummicolarum in inferno pœna 1060
nuptias etiam diuitum procorum recusâsse Lydvvinam virginem 279

Obedientia insignis F. Aegidij 326. & Coletæ virginis 153
obedientia Damiani episcopi quanta 133. & B. Godefridi Comitis 24
obedientia Ecclesiæ & confessario præstanda 289
obedientiæ præclara laus 343. item meritum 332
obedire alteri, quàm salutare 336
obedire homini, quàm eximium 343
obtrectator à Petro abbate ei apparente virgis cæsus 149
obtrectator temerarius pauperum diuinitùs punitur 850
obtrectatores & æmulos malignos Bernardinus patitur 432
Occisores S.Vrsi diuinitùs elephãtico morbo percussi 1040
ochvvinus decimus Hildesemensis episcopus 371
ocium summoperè vitandum 324
ocium, sentina & nutrimentum vitiorum 292
ocij pernicies 349
ociosus sermo vt sit euitandus 116
octodecim martyres, dicti Saturnini 1115
octo martyrum passio 1086
octogintatres milites & martyres 1158
Odo Caroli Simplicis tutor & regni gubernator 998
odor suauissimus ex corpore S.Euermari martyris funditur 355. & à corpore Coletæ virginis 161, & è corpore Constantij episcopi & martyris 80. & ex corpore S.Iordanis 118. & ex reliquijs S. Celsi 139. & è corpore morbido Lydvvinæ virginis 315. 316. 317. item ex corpore defunctæ 318 & ex sepulcro S. Sosij martyris 718. & ex reliquijs sanctorum 499. 611. 692. 960
odoris Lydvvinæ stupendus effectus 311
odoris mira suauitas è capsa reliquiarum 478
odorem suauissimum ex sudario Margaretæ virginis emanâsse 53
odore mirifico Hermannus Steinueldensis afficitur 257
odores suauissimos Hermannum Stinueldens. percepisse 240
Offertur S. Idæ infans 690
offert se quidam claudus S. Idæ 691
officium diuinum quis instituerit 121
Oleum infirmorum 375. 377
oleum sacrum cur in baptismo adhibeatur 200
olei multum ex reliquijs S. Nicolai episcopi manâsse 400
olei sanctæ vnctionis, quo liniuntur manus, vsus 83
olei quatuor proprietates rectè Apostolis asscribũtur 556
olei sacri vis 789. 997
oleo sacro B. Godefridus Comes inunctus 25
B. Olybrius fit monachus 411. multa veneratione colitur à Theodorico rege 412
SS. Olympiadis & Maximi passionis memoria 1115
olympius tyrannus vt nisus sit dolo S. Martinum Pontif. occidere 829
olympij exarchi interitus 830
S. Onesimi apostoli & secundi Ephesiorum episcopi memoria 1103. Romæ lapidatur 1104
S. Onesiphori discipuli S. Pauli memoria 1183
Opem suam implorãtibus adest S. Rumoldus 566. 567
opera misericordiæ Leonem abbatem exercuisse 578
opera per S. Iordanem edita 120
opera bona & mala quò perducant 339
opera laudis humanæ studio facta, mercede carere 887
opera hæreticorum & Apostatarum, fraude & dolo plena 1169
per operum bonorum profectus ad paradisi gaudia venimus, non per solam fidem 593
operibus iustitiæ S. Palmatius vacat 781
operimentum fratrum Constabilis abbas vocatus 128
opes, si benè vtaris, precium salutis esse 37
opum terrenarum inconstantia 944
S. Opion presbyter & confessor 1104
Opizo archiepiscopus Rauennas 641
optimum quenque acerrimè impugnari 340
optimum quod est, sermone & opere ostendere conuenit 620
Oratio Regis Indici mundo addicti 860
oratio Nachoris arioli 924. item Theudæ Magi 932
oratio prudens S. Iordanis 114
oratio Barlaam morientis 957. S. Martini Pontificis sub mortem 837. & S. Honorati episcopi ad præfectum, &c. sub mortem 37. & S. Marculphi abbatis sub mortem 351. item S. Flauiæ martyris 768. item S. Placidi mart. 771. & S. Iacobi Intercisi 962. & S. Gothardi ad clerũ sub mortem 379. & Iosaphat ad Deum 919. 958. item ad Nachorem ariolum 923. 929. & contra tentationem 934. & ad suos magistros 949. & ad Barachiam, quẽ sui loco regem creat 950. & Crispini episcopi ad Mediolanenses 58. & Theodosij Ephesini episcopi ad S. Stephanum iuniorem 979. & Bernvvardi episcopi ad S. Bennonẽ 515. & S. Bẽnonis episcopi ad populũ & clerum 520. item ad suos Canonicos ante mortem 530. & S. Epiphanij episcopi ad clerum 58. item ad Anthemium Imperator. 60. & S. Benedicti ad discipulos 750. & S. Iordanis ad fratres in capitulo 115. & S. Benedicti ad suos filios 773. S. Domnini ad socios 778. & S. Srephani iunioris ad suos cõmilitones martyres 987. S. Ianuarij pro conuersione populi 716
oratio assidua B. Bathildis cum fletu 68. a & eius oratio sub mortem 69
oratio cum eleuatione oculorum ad cælum 755. & manuum 758. 767
oratio, futuræ beatitudinis præludium 907
oratio Dominica quantùm valeat 117
oratio callida regis Indici ad pium quẽdam principem 864. item ad filium 919
oratio quænam vera sit censenda 907
orationis virtus 142. 670. 751. 754. 789. & mirus effectus 677
orationis cum lachrymis mira virtus 252
orationis Esaiæ prophetæ efficacia 573
orationis transitum nubem impedire, quomodò intelligendum 557
orationi continuæ S. Iosaphat incumbit 911
orationi ira maximo impedimento est 907
oratione fons impetratur 40. & fons impetratur in loco arido 1009. & marini fluctus sedati, & periclitantes liberati 983. & tempestates fugantur 745. item fons impetratur in vertice montis 749. & fluctus maris sedati 145. & vrbs ab hostium expugnatione liberatur 662. & ager sanatur 997. & duo cæci illuminati 763. & dæmones fugati 569. & draco occisus 580. & basiliscus occiditur 709. 710. & statua Herculis & fanum ciuitatis euertitur 682.
oratione serpentes occisos, per aues exportari S. Florentius curat 1040
oratione Iosaphat Theudas ad fidem adductus 941
orationes S. Barlaam ad Iosaphat 869. 903. 910. & pro Iosaphat 910
orationes septem horarũ in primitiua Ecclesia, vt nunc, in vsu fuisse 950
quorum orationes Deus exaudiat 907
orationibus Stephani conuersio S. Pauli asscribenda 1024
orationibus martyrum multi ægri curantur 649
orationibus viuorum defunctos adiuuari 802
orationibus & contemplationibus S. Ida vacat 684
orarium cuiusdam martyris nube susceptum 141
orans cùm non sentit deuotionem, quid faciendum 340
orantes cur dæmon plùs vexet 341
quàm orauerit feruenter pro peccatoribus Coleta virgo 155. & pro morientibus 183
orandum non esse pro infidelibus defunctis 800
orat Stanislaus episcopus multùm pro Boleslao rege 392
orauit S. Iuentius pro salute inimicorum 702
ordo Præmonstratensis vndè dicatur 24
ordo montis Oliueti 423
ordinis Templariorum extinctio 642
ordinem esse sacramentum 1045
ordines sacros olim in Ecclesia fuisse 121
ordinatur subdiaconus & diaconus S. Epiphanius episcopus 57
S. Orientius Tolosanus episcopus 1121
S. Orion cum octo socijs 1149
oris custodia Hermanni Steinueldensis 235
Osculo sanat Coleta virgo leprosum 188
osiacho Hildesemensis episcopus 370
SS. Oseas & Aggæus prophetæ 1150

Universidad de Deusto
Biblioteca

ossa sacra S. VVolfi nec ab igne, nec à pluuia, dum transferuntur, læsa 789
ossium S. Aidani episcopi translatio 662
Otgarius Eystetensis episcopus 357
S. Othilia virgo 1229
S. Othmarus abbas 1216
otho primus Germanorum Imperator 728
S. Otho episcopus Babenbergensis 9. vt se gesserit erga Henricum Imperatorē excommunicatum 10
otho episcopus Rauennaten. 136
otho II. Imperator 365
otho III. Imperator 93
othonis III. coronatio 365
othonis Cæsaris victoria contra Hunnos 731
othonis Regis lamentabilis interitus 1055

PAcianus episcopus Barchinonæ & confessor 190. 1108
S. Pachomij abbatis memoria 1128
paderbornæ Henricus Imperator Natalem Domini celebrat 374
paderbrunnæ Chunegundis coronata 370
padus fluuius 230
pagani sæuiunt in Christianos, multos trucidantes 766
paganorum immolantium victimas Saturno, superstitio 1133
pallæ contactu ægra mulier sanatur 90
pallium Eliæ, corporis Christi figura 743. quid designet 744
palmatius consul cum xj. principibus, & tota ferè ciuitate Treuerensi occiditur 746
S. Palmachij consulis, vxoris, filiorum, xlij. sociorum passionis memoria 1127
S. Pamphili presbyteri & martyris memoria 1133
S. Pancratius Siculus 1113. & martyr 1128
panibus, nisi labore suo acquisitis, E. Aegidius non vult vesci 325
panni mira vis, quo tectum fuit S. Bernardini corpus 444
S. Pantagatus episcopus Viennensis 1116
S. Pantaleon patrem suum Eustorgium ad fidem conuertit 1158. capite cæditur, ibid.
S. Pantæni viri Apostolici breuis historia 1151. plurimas gentes conuertit, ibid.
papia in primæua Ecclesia fidem recepit 695
S. Papias Iohannis Apostoli discipulus 1105
SS. Papiæ & Mauri militum passio 1097. & 1224
SS. Papinij & Mansueti episcoporum ac sociorum passionis memoria 1223
parabolæ de veste nuptiali, & decem virginibus, explicantur 879
parabolas Christi non esse contemnendas 807
paradisi promissionem nullus ante latronem accepit 217
paradisum hodiè reserari 214
S. Paragoda Viennensis episcopus 1088
parentes propter Christum relinquendi 628
parentes legibus Dei resistentes extranei reputandi sunt 1055
parentes filios à Deo abstrahentes, non audiendos, sed relinquendos esse 921
S. Parisius fit monachus Camaldulensis 502
S. Parmenas vnus de septem primis diaconis Philippis interficitur & quiescit 1095
SS. Parmenij, Helimenæ, Chrysoteli, presbyterorum, Lucij & Mutij diaconorum, passio 1117. & 1118
parochi cuiusdam impietas 300
παῤῥησία S. Stephani iunioris 980
parsimonia cibi & potûs S. Gertrudis virginis 16
parsimonia S. Constantij episcopi & martyris 74
S. Paschasius Viennensis episcopus 1105
SS. Passicratis, Valentionis & sociorum breuis memoria 1131
passio Christi, ligni vitæ ramus, & eius fructus 665
passio Domini nobis imitanda 205
passionis dolorum Martini Pontificis catalogus 837
passionem Christi Lydvvina virgo iugiter commemorat 283
erga passionem Christi vt Coleta virgo fuerit affecta 167. 168
in passione Domini iugiter meditandum 204
in passione Domini omnia elementa quatiuntur, in natiuitate verò exultant nouo lumine 220
S. Pastor episcopus Aurelianensis 1112
pastoris sui obitum Lydvvinam virginem prædixisse 310
pastores mali, lupi inter agnos 83
pastorum vigilantia quanta esse debeat, nè hæretici Ecclesiam perturbent 6
pater qualiter gignat Filium, & Filius cum homine in vnam personam conueniat, humanum excedit captum 208
pater appellandus non est, qui filij salute angitur 918
S. Patiens Lugdunensis episcopus & confessor 1187
patientia Stanislai episcopi 384. & Margaretæ virginis 62. S. Stephani iunioris 979
patientia S. Georgij inuicta 322. & admiranda Bernardini 436. & Lydvvinæ virginis eximia 288. item Hermanni Steinueldensis 251. & S. Vbaldi episcopi 416
patientia S. Iob in aduersis 409
patientia Stanislai episcopi in tolerandis iniurijs 387
patientia martyrum in amputatione singulorum membrorum 962
patientiæ magna vis 337
patienter sustinenda curationis dilatio 487
cur patriarchę voluerint sepeliri in terra Chananæorum 27
S. Patricius episcopus, primus Scotis Christum annunciat 1110
S. Patroclus martyr Trecensis 1094
paulus Vegius episcopus Casensis 71
S. Paulus episcopus Trecastinus 1098
S. Paulus episcopus Constantinopolitanus ab Arianis crudeliter strangulatur 1139
paulus Constantinopolitanus episco. hæreticorum signifer 828. cum suis in concilio Romano condemnatus 829
S. Paulinus episcopus Eboracēsis gentem Nordanhymbrorum cum rege suo conuertit 1203
S. Paulillus puer fustibus cæditur, & ad infimam seruitutem damnatur 1215
S. Paulini episcopi Nolani & confessoris vita 1144. claret potentia aduersus dæmones, ibid.
S. Paulini episcopi Treuirensis vitæ compendium 1180
SS. Pauli, Barnabæ, & Sileæ peregrinationis enarratio 1151. Paulus capite plectitur 1148. epistolæ eius xiiij. ibid. compendium vitæ eius 1148. &c.
S. Pauli (quem Sergium vocant) vita 1095
S. Pauli Thebæi & eremitæ animam in cælum deferri, S. Antonius videt 1090
S. Paulæ viduæ dormitio 1097
paupertas euangelica Elisæi prophetæ 1076
paupertas summa est, priuari regno cælorum 1061

paupertas monastica, diuitiæ sunt: terrenæ verò opes, paupertas 902
paupertas voluntaria Asellæ virginis 1004
paupertatis euangelicæ fructus & bona 1062
paupertati F. Aegidius summè studet 326
paupertatem Domini S. Exuperius episcopus imitatur 738
paupertatem euangelicam sectati monachi Breunouienses 839
paupertatem euangelicam duo comitari 195
paupertatem summè amâsse Coletam virginem 158
paupertatem voluntariam amplectitur S. Rumoldus archiepiscopus & martyr, regno fastidito 563
paupertatem simulantes Lydvvina virgo odit 291
paupertate Lydvvina virgo egregiè delectata 289
pauperes multi famis tempore à S. Adelheide fouentur 96
pauperes quotidiè sedisse ante mensam S. Gothardi episcopi 381
erga pauperes & hospites S. Bathildis reginæ affectus 68
pauperes Christi, veri thesauri cælestes 1167
in pauperes S. Iordanis commiseratio 115
in pauperes quidquid confertur, Christus sibi adscisit 894
pauperum curam S. Bononius abbas gessit 655
pauperibus omnia sua dat Stanislaus episcopus 385. ipsis ad mensam ministrat 386
pauperibus & peregrinis quibus modis Deus subueniat 806
pro pauperibus sibi alimenta cælitùs administrantur 709
pax & tranquillitas animorum in rebus duris 266
Peccatum, animæ mors 900. & inferni porta 116
peccatum nullum quod misericordiam Dei superat 947
in peccatum lapsus periculosus est 885
peccati tres recordationes 1048
peccata hominum occulta nouit Coleta virgo 174. item Lydvvina virgo 293. & S. Gentilis 72
peccata confiteri timentem Coleta virgo confirmat 181
peccata hominum Deum dissimulare propter pœnitentiam 821
peccata hominum sub mensuram cadere: Dei autem misericordiam neminem metiri posse 948
peccata quibus exercitijs sint expianda 742
peccata virus sunt, virtutes & bona opera theriaca 335
vt peccata sua Attilanus defleat, subtrahit se ad tēpus ab episcopatu 776. & sibi ea esse dimissa ex inuento annulo cognoscit 777
ob peccata minimè desperandum est 884
peccatorum forma triplex 123
peccatorum suorum consideratio, quid conferat 325
peccatorum contemptus mortem interminat sempiternam 821
peccatorum veniam lachrymis & ieiunijs acquiri 211
peccator quid debeat rogare Deum 340
peccatorem non habere vndè conqueratur, licèt afflictum 335
peccatores post pœnitentiam intrantes cælum, non illud infamare, sed decorare 214
erga peccatores pœnitentes vt se S. Gothardus episcopus gesserit 373
peccandi consuetudo cauenda 906
pecunia quomodò mirabiliter diuinitùs aucta 291
pecunias ab alijs congestas S. Honoratum episcopū liberaliter distribuisse 36. item Epiphanium episcopum 57
S. Peregrinus Antisiodorensis episcopus 1129
S. Peregrinus presbyter, & confessor Lugdunens. 1159
peregrinatio S. Rumoldi archiepiscopi & mart. 563. 564
peregrinationes ad sanctorum visenda sepulcra olim in vsu fuisse 47. 81. 90. 91. 98. 101. 107. 117. 324. 354. 367. 372. 403. 445. 474. 558. 693. 694. 744. 810. 1001
erga peregrinos magnum S. Honorati episcopi studium 33
perfectio magna S. VVinnoci abbatis 810
ad perfectionis culmen vt pertingatur 434
totius perfectionis humanæ summa sub tribus verbis Euangelicis recluditur 821
SS. Pergentini & Laurentini fratrum breuis memoria 1137. gladio cæduntur, ibid.
periculum fœminæ cuiusdam Lydvvina virgo nouit 311
S. Perpetuus Turonensis episcopus duas extruit ecclesias 268
S. Perpetui episcopi Turonensis memoria 1114. & 1234
SS. Perpetuæ & Felicitatis passionis breuis memoria 1108
persecutio Christianorum 859
persecutio Antiochi 612. Diocletiani & Maximiani 653. item Maximini 852. Decij 259. Alexandrinorum 260. Valeriani 262. Theodorici regis 453. & Neroniana Anolino præfide 697
persecutio sæua in Christianos 699
persecutio M. Antonini in Christianos 73. 76. & Diocletiani Imper. 681. 711
persecutionem S. Dionysium non fugisse 259
cur persecutione grassante pij interdùm secedant 866
persecutiones Valeriani & Gallieni Imperatorum 413
persecutores tyrannicos Ecclesiæ Deus per longanimitatem suam sustinet 962
persecutores Coletæ virginis diuinitùs puniti 184
sine perseuerantia non fit quisquam beatus 342
perseuerantiæ magisterium S. Eleazarus 612
perusiæ Bernardinus abusum quendam tollit 439
perusini ciues obuiàm S. Constantij archiepisc. & martyris corpori procedunt 81
pestis sæuissima Alexandriæ 265
pestis sæuissima, eaq; generalis 423
pestis sæuissima sopitur 271
peste contradictores Coletæ virginis correpti 156
S. Petronellæ, filiæ Petri Apostoli, breuis historia 1133. sanctissimè obiit, ibid.
petronillæ virginis obitus 314
SS. Petrus & Iulianus cum xviij. socijs martyribus 1116
SS. Petrus diaconus & Hermogenes 1116
SS. Petrus, Seuerus & Leucius confessores 1090
petrus Vercellensis episcopus ab Aegyptijs captus 655. redit ad suam sedem 655
petrus Gnesnens. archiepiscopus 388. 395
S. Petrus iunior archiepiscopus Rauennas 610
petrus Damianus S. R. E. Cardinalis & episcopus creatur 135
S. Petrus singularis primatûs insignijs nobilitatus 553. primus Apostolorum prædicatur 645. & orbis magister 885. vt Dominum dilexerit 554. cur labi permissus sit 885. Romæ xxv. annis episcopalem cathedram tenuit, ibiq; cruci affigitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

affigitur, ibid. epistolæ eius duæ canonicæ, ibid.
SS. Petrus, Andreas, Paulus & Dionysia martyres 1129
S. Petri apostoli tres præcipui discipuli 122. & primatus 586
S. Petri primatus super omnes 994
ad S. Petri arbitrium orbem vniuersum solui & ligari 553
S. Petri martyris passionis memoria 1109. in craticulâ igne suppositò assatur, ibid. habet Dorotheum & Gorgonium passionis socios, ibid.
SS. Petri & Pauli apostolorum historia 1148
S. Petri Alexandrini episcopi passionis historia breuis 1220. carceri mancipatur, ibid. Arium hæreticum degradatum excommunicat 1221. humilitas eius quanta fuerit: gladio cæditur, ibid.
S. Petrum Romam venisse, ibiq; passum 553
SS. Philææ episcopi & Philoromi tribuni militum passionis memoria 1099
S. Philastrij episcopi Brixiensis vita 1155. multos suâ prædicatione conuertit, ibid.
S. Philippus Apostolus euangeliũ Dei Scythis prædicat 1121. item Asianis, ibid.
SS. Philippus episcopus Adrianopol. Eusebiũs, & Hermes, martyres 1208
SS. Philippus, Catulinus, Ianuarius, Florentius, Iulia & Iusta martyres 1154
SS. Philippus, Zenon, Narseus martyres Alexandrini cum decem infantibus 1154
S. Philippus Viennensis episcopus & confessor 1223
S. Philippi episcopi, patris S. Eugeniæ, passionis breuis memoria 1187
S. Philippi episcopi Cortynensis memoria 1114. & 1203
S. Philippi discipuli & diaconi, breuis historia 1139. eius tres filiæ prophetissæ 1139
philippi Burgundiæ ducis inauguratio 311
SS. Philippi & Iacobi Apostolorum historia 1121
duo Philippi Imperatores conuertuntur 413
S. Phœbes discipulæ commemoratio 1181
S. Phocæ episcopi & martyris memoria 1154. eius reliquiæ Viennæ in Gallijs asseruantur, ibid.
S. Phocæ Antiocheni martyris memoria 1107
S. Photini Lugdunensis episcopi passionis breuis historia 1135
Pietas Stanislai episcopi 384. Lydvvinæ virginis 279. S. Venceslai martyris 727. & parentum Coletæ virginis 151
pietas singularis & rara parentum S. Stanislai episcopi 384
pietas puerilis S. Marculphi abbatis 346. & S. Gertrudis virg. adhuc seruientis 14. & Bernardini adhuc pueri 420. & Hermanni Steinueldẽsis adhuc pueri rara 235. & S. Bennonis erga pauperes 520. & Damiani episcopi 133. 136. & S. Procopij in pauperes & ægros 569
pietatem semper fulgere, impietatem verò semper tenebrescere 216
S. Pigmenij presbyteri & martyris memoria 1111. per pontem in Tyberim mergitur, ibid.
S. Pij Papæ breuis memoria 1154
pillegrinus archiepiscopus Colonienſis 374
pinguedo Gerhardi Colonienſis eremitæ sanctissimi 313
S. Pionij cum xv. socijs, passionis memoria 1098
pipinus minor Francorum rex 594. flet 595. S. Mononem visitauit, multaq; dona eius ecclesiæ contulit 785
Placentium Deo ordo 344
SS. Placidus & Eutychius cum xxx. socijs 1202
S. Placidus primus martyr ordinis Benedictini 772 delicias labentes vt quisquilias spreuit 747. septennis fit monachus 748. 772. castigat corpus suum & in seruitutem redigit 764. quanto affectu desiderârit coniungi Christo 767
S. Placidi os lapide confringitur 770
S. Placidi encomion 763
plagę S. Constantij episcopi diuinitùs per angelum curatæ 78
S. Plato martyr Ancyranus 1156
plato quid de Deo senserit 209
SS. plurimorum martyrum sub Persarum rege Sapore passorum, memoria 1117
SS. plurimorum martyrum breuis historia 1114
SS. plurimorum martyrum sub Alexandro Imperatore passorum memoria 1107
pœna omnis, vilis est his, quibus pura comes est conscientia 1169
pœnis varijs Deus Coletam virg. egregiè exercuit 173
pœnitentia est Ecclesiæ sacramentum, cuius vna pars sacerdotalis confessio 1046
pœnitentia Dagoberti regis Galliæ 85
pœnitentia regis Aldemar 947
pœnitentia Sigismundi regis ob necatum filium 352
pœnitentia septennalis fratricidæ 658
pœnitentia impiorum seca 918
pœnitentia vera omnem vehementem Dei iram mitigat 534
pœnitentiæ digni fructus sunt faciendi 743
pœnitentiæ lachrymæ baptismi nomen obtinent 884
pœnitentiæ baptismo omnia peccata dilui 741
pœnitentiæ radij quatuor 1049
pœnitentiam Sclauis D. Benno episcopus prædicat 528
pœnitentiam sibi iniunctam quàm alacriter impleuerit Damianus episcopus 135
plures innocentiam seruare, quàm pœnitẽtiam veram agere 823
pœnitẽs Sanctorum limina & memorias frequentat, eorumq; pro se preces ambit 658
pœnitẽtes Deus semper recipit, iniuriarum immemor 823
in pœnitentes misericordis Dei clementia 742
pœnitentium non misereri, Deo est impossibile 948
poëtarum deliramenta plena mendacijs 841
SS. Polenus & Linus episcopi, ignibus exuruntur 1104
S. Polioctus Cappadox & martyr 1131
S. Pollion martyr 1120
polonia fit regnum beneficio Othonis tertij 387
S. Polycarpus presbyter cum S. Sebastiano ad fidem multos conuertit 1105
S. Polycarpi episcopi Smyrnensis, S. Iohannis Euangelistæ discipuli, historia 1096. palàm confitetur se Christianum, ibid. visio eius: igni iniectus non læditur, mucrone confoditur, ibid. epistola eius ad Philippenses 1097
S. Polychronij episcopi, passionis breuis memoria 1104
S. Polyeuctus martyr 1102
SS. Potamianæ virg. & Marcellæ matris eius acsodalium passio 1148
S. Pontiani martyris breuis historia 1092. post multa perpessa tormenta, decollatur, ibid.
S. Pontiani Papæ passionis memoria 1218
S. Ponticij pueri martyrium 1137
S. Pontius diaconus S. Cypriani episcopi, eius vitam & passionem conscripsit 1108

pon-

pontifex Rom. vicarius Christi & Petri successor 114 quàm S. Iordanem veneratione coluerit 108. anathemate ferit percussores Stanislai episcopi 395
pontificis summi authoritas 844
pontificis Romani & aliorum triũ Patriarcharum authoritas 980
pontificis Romani anathema iustè timendum 1051. item quàm sit formidandum 1055
pontificem Rom. quomodò S. Iordanes ad suum votum flexerit 115
ad Pontificem spectare ius concilij indicendi 525
pontianus Pontifex S. Pontiũ de fide instituit 413
porcarius fratres hortatur p nomine Christi mortem appetere 629. cum eis ab infidelibus trucidatur 629
porphyrius à dæmonio vexatus, volens cum suis satellitibus S. Iuentium inuadere 702
S. Porphyrius Agapitum martyrem in fide & doctrina Christi erudit 1174
possessor, Constantiensis episcopus 347
S. Potentianæ virginis vita 1130. eius pater, S. Pudens episcopus, soror verò Praxedis, ibid.
Praga Boiemię metropolis 119
pratensis ciuitas 437
præceptum Domini bina habet accidentia 223
præceptũ optimũ ad laborum tędiũ vitandum 956
præceptis superiorum non contradicendũ, sed simpliciter obediendum 592
prędicatio verbi Dei quomodò apud Christianos viluerit 1078
prædicatio sancta quibus subtrahenda 1079
prædicationis S. VVerenfridi vberes fructus 633
prædicatione S. Constantij episcopi multi gentiles ad Christi fidem conuersi 75
prædicatores euangelij, veri Israelitæ 123
prædicatorum sanctiones, quæ 114
prędixit Hermannus Steinueldensis euentura post suum obitum 256
S. Prętectus Auernensis episcopus & martyr 1096
prętatorum se nimiùm immiscentium externis occupationibus reprehensio 44
prętatorum elatorum Ecclesiæ reprehensio 83
prælatis ecclesię quæ sint notanda 128
prælationis sublimitas vt sit euitanda 128
in prælationis functione quę fugienda, queq; appetenda 126
prętium cruentum sopit Coleta virgo 176
præmium habere in cœlis huius vitæ labores 19
ad præsulatum qui sint assumendi 587
S. Praxedis virginis vita 1156. sepelitur iuxta SS. Pudentem patrem, & Potentianam sororem, ibid.
preces S. Vbaldi episcopi 416
preces assiduę S. Iordanis 105
preces matutinas veteres persoluisse 969
preces canonicę à Coleta virgine persolutæ 159. & S. Crucis ac quotidianæ 163
preces solitas de Domina prætermittentis reprehensio 244
preces Bartholomææ fœminæ quid Bernardino contulerint 425
preces Coletæ virginis quantùm cruciârint dæmones 180
preces & vigiliæ Hermanni Steinueldensis 240
precum effectus 231. 232. & virtus quanta 253. 255
precum Coletæ virginis virtus quanta 165. & præclari effectus 183
precũ Lydvvinæ virginis mira vis 291. 301. 302. 303
precibus quàm multiplex obtineatur gratia 345. cæcæ mulieri lumen oculorum restituitur 45. Crescentio pedum sanitas impetratur 46. quidam ab instabilitate liberatur 105. paralyticus curatur 781. Falconilla vitæ restituitur 801. eliduntur conatus dæmonum 166. impetratur aqua 166. fons impetratur 319. in arenoso loco fons excitatur 694
precibus ad Deum fusis tempestas sedata 654. partus vitales mulieri à Deo obtinẽtur 657. vincula captiui dissoluuntur 658
precibus miserrima dæmoniaca sanatur 182. vita functus excitatur 275. homo moribundus sanatur 417. moribunda puella sanatur 357. fugantur hostes 362. puer varijs affectus morbis reualescit 374. plurimi piratæ à paucissimis repulsi 350
precibus S. Gentilis plurimos ægros sanat 72
precibus S. Idæ, ignis extinguitur & hostes fugantur 686
precibus suis multas excitauit Coleta virgo animas à morte peccati 165. 186. & seq.
precibus ingressum monasterij mulieribus S. Fiacrius abbas occlusit 652
precibus & Crucis signo penè exanimis restitutus 437
precibus obtentum, nè flueret sanguis ex vulneribus 16
prĕcibus & humilitate vinci feros homines 145
precibus sacris valdè delectatus S. Gothardus episcopus 379
precibus quãtùm fuerit intẽta Augusta martyr 225
à precibus non cessandum, etiam cùm non sentitur deuotio 333
precibus monachorum, imperium gubernari 137
precibus Lydvvinæ virginis multum tribui 303
presbyteri improbi mira vafricies 376
SS. Primus, Acydias, Passiomonus & alij cliiij. martyres 1132
SS. Primi & Feliciani passionis historia 1139. fortiter vapulant 1140. mille & cccc. ferè homines suâ passione cõuertũt, ibid. gladio cędũtur, ibid.
principes Saxoniæ captiui 523
S. Prisca virgo & martyr 1092
S. Priscus Christi discipulus 1181
SS. Priscus, Crescentius, & Euagrius martyres 1200
SS. Priscus, Priscillianus & Benedicta martyres 1088
SS. Priscus, Malchus & Alexander, bestijs tradũtur deuorandi 1112
S. Priuatus miles per baptismum ab vlceribus curatur 1204. plumbatis cęsus, obit, ibid.
S. Priuatus episcopus sub Valeriano & Gallieno martyrio coronatur 1174. fustibus interimitur 644
processio cum ramis in Dominica Palmarum quid repræsentet 168
processio quotannis facta cum sacro corpore S. VVinnoci abbatis 816
in processione crucis vexillum, cereæ, thuribula circumferuntur 139
processiones olim in vsu fuisse 109. 417
SS. Processi & Martiniani passio 1149. à S. Petro apostolo baptizãtur, ibid. scorpionibus cęsi, capite plectuntur, ibid.
S. Prochorus diaconus, vnus de septem primis, apud Antiochiam martyrio coronatur 1114
S. Procopius capite cæditur 1152
S. Procopium assumpsisse monasticæ vitæ viuendi normam & in specu habitâsse 569. apparuisse cœnobij sui præposito & summo Pontifici 571. item suis 572. & ægris quibusdam, eos sanans 572
S. Proculus episcopus Augustodunensis & confessor 1213
S. Proculus diuinitùs eligitur episcopus 994
S. Proculus martyr 1115

Universidad de Deusto
Biblioteca

SS.Proculus, Ephibus,& Apollonius capite cædũtur 1102
proculus interficit Marinum tyrannum 453
prophetæ paxilli ærei in circuitu tabernaculi, id est Ecclesiæ 645
prophetia Zachariæ prophetæ 693. & S. Gothardi episcopi 378. & S. Vbaldi episcopi 419. & Lydvvinæ virginis 310.& Lieltæ virginis 15. & Ezechielis de extruendo templo 269
prophetia de S.Bernardino 427
prophetia F. Aegidij vt fit impleta 332
prophetię spiritu S. Gertrudem claruisse 16.17
prophetiæ dono Lydvvina virgo prędita 309
prophetiæ Coletæ virginis de quorundam obitu 177.181
prophetico spiritu S.Bennonem episcopũ claruisse 530.531.532
prospera,in eleuationem: aduersa,ad vitę emendationem nos reuocare 606
SS.Prothi & Hyacinthi passionis historia 1187. diriſſimè verberantur,& capite cęduntur,ibid.
proximum quisque suum in resurrectione mortuorum agnoscet 807
prudentia singularis S.Epiphanij episcopi 60
Psalmodia monachos antiquitùs vsos esse etiam de nocte 807
psalmodiæ & cantus antiquis monachis frequentissimus tam de die quàm de nocte 26
SS.Ptolomæi & Lucij passio 1206.palàm se confitetur Ptolomęus Christianum, ibid. capite cum socio plectitur,ibid.
S.Publij,secundi Athenienſis episcopi, passio 1094
pudens discipulus S.Pauli 419
pudicitia author bonorum operum 58
pudicitia Bernardini 421
puella ferè exanimis mirabiliter reualuit 382
pueri quatuor submersi reuiuiscunt 652
pueritia sancta Coletæ virginis 150
in pueritia qualis fuerit S.Ermelendis virgo 795
pugnandum cum carne 339
qui pulchri sunt externè tantùm, quibus sint similes 871
purgatorium 390.186.740.1054
purgatorij immanes cruciatus 304
ad purgatorij loca Lydvvina virgo ducta 303
pro in Purgatorio detentis orandum & sacrificandum 1003
S.Pusinna virgo 1118
S.Pusitij fortitudo & constantia 1117.eiusdem Pusitij,filię ac sociorum passio,ibid.
S.Pynitus episcopus Cretensis 1203

QVadragesimę dies vt appellârit S.Gothardus episcopus 377
quadragesimę antiquitas 142.171.252.349.
quadragesimale ieiunium in principio acceptæ fidei præceptum 574
quadragesimali tempore ieiunijs & orationibus operam dedisse S.Maurum episcopum 45
SS. quadraginta octo martyres gladio cæduntur 1137.eorum nomina,ibid. cinerũ inuentio, ibid.
quadraginta virgines & martyres 1232
quadraginta septem martyrum ab apostolo Petro baptizatorum breuis memoria 1109
quadraginta duo martyres in Perside 1108
quadraginta martyres, in metallo Fanensi, capite cęduntur 1124
quadraginta militũ passionis historia 1108. omnia eorum nomina,ibid.
quadraginta sex milites decollantur 1209
B. Quadratus Athenienſis episcopus 447
S.Quadratus mart.cuius Augustinus meminit 1132
S.Quadrati Apostolorum discipuli memoria 1131. fit Athenienſis episcopus,ibid. claret prophetiæ spiritu 1132.& 1195
Quæstiones fratrum S.Iordanę egregiè soluisse 117
quæstionum capita Tęplarijs militibus obiecta 641
quæstionibus ab alijs propositis quid responderit Lydvvina virgo 309.313
SS.Quartus & Marcellinus 1202
S.Quartus cum S.Sixto Papa decollatur 1165
SS.Quartus & Quintus martyres 1128
S.Quartus discipulus apostolorum 1212
SS.Quatuor coronatorum, Seueri scilicet, Seueriani, Carpophori,& Victorini passio 1214. plumbatis cęduntur, ibid.cur coronati vocẽtur, ibid.
S.Quinidius episcopus Vasionensis 1103
SS.quinquaginta martyres à Saracenis interficiuntur 1230
quinque virgines martyres 1114
SS.Quintus, Quintillus & socij martyres 1111
quintiani proconsulis interitus 1101
S.Quintini martyris inuentio 1211
S.Quiriacus episcopus & martyr 1125
S.Quirini episcopi passionis memoria 1138.reliquię eius Romam transferuntur,ibid.
S.Quirini tribuni & martyris vita 1112. abscisa lingua, in eculeo suspenditur,ibid. amputatis manibus & pedibus decollatur,ibid.

RAdegunda virgo & regina 1172
radislaus quidam aduersùs S. VVenceslaum martyrem insurgit 727
ragenarius diuinitùs castigatus, miserè perit 601
raimarius episcopus Patauiensis 844
ranæ ad imperium S.Bennonis episcopi silent 528
raptoris iniqui vltio 23
raptus mirabilis Lydvvinæ virginis 307.308.316
rauennæ capitur,ac iterùm Pontifici subijcitur 856
rauennæ vrbis subuersionẽ S.Gentilis prædixit 72
rauennates obedientiam & tributum summo Pontifici negant 855
B. Raynaldus archiepiscopus Rauennas, à Papa consecratur 641
in qua regeneratione cũ Christo simus sessuri 194
S.Regensledis virgo 1218
S.Regina virgo 1148
S.Reginsvvinda virgo 1154
regis præcipuum munus quodnam sit 944
reges creandi & inungendi mos 1045
regium, Calabriæ ciuitas 759
regnum cęlorum in qua re potissimũ consistat 875
regni cæleſtis causa nullus dolor recusandus 922
religio prisca quàm feruens 481
religio Christiana nihil habet, quod vtile non sit 800
religionis tria genera in mundo 924
religionis falsæ varia genera 872
cur religionẽ plures Philosophi quàm Theologi seu Iuristæ ingrediantur 115
reliquiæ S.Lamberti 471.Marij, Marthę, Audifacis & Habacuc martyrum 472
reliquiæ S.Stephani Iunioris in vrnam quandã reconditæ 991
reliquiæ S. VValburgæ multa reuerentia translatæ 357.itèm S. VVinniboldi,ibid.
reliquiæ S.Eleuchadij episcopi Ticinũ translatæ 121
reliquiæ S.Eloquij abbatis in monasterium VValciodorense translatæ 998
reliquiæ S. Idæ ad instantiam quorundam monachorum translatæ 692
reliquiæ virginum duarum S.Vrsulæ repertæ 246
reliquiæ Proti & Hyacinthi honorificè exceptę 486
reliquiæ S.VValburgæ sudare videntur 358

reliquiæ sanctorum, fontes salutiferi 819. & cælestis thesaurus 527
reliquiæ sanctorum ab igne non læsæ 41
reliquiæ sacræ quantùm profint obtinentibus eas 404
reliquiæ sanctorum expellunt dęmones à suis templis 601. quo in honore habendæ 41. quo in precio apud veteres fuerint 697
reliquiæ sacrę nocte diligenter custoditæ 464
reliquiarum aliquot S.V Vinnoci abbatis per incuriam priùs deperditarum mirabilis inuentio 814
reliquiarum SS.Geruasij & Protasij virtute multa signa fiunt 698
reliquiarum sacer & desiderabilis thesaurus 459.& sacrosanctus & inæstimabilis thesaurus 462. 465
reliquiarum cultus 464
reliquiarum sacrarum odor mirificus 465
è reliquiarum capsa mira odoris suauitas 478
reliquiarum gemmata capsa 466
reliquiarum capsa,auro & gemmis ornata 481
reliquiarum sacrarum portationem ab antiquo in vsu fuisse 10
reliquiarum sacrarum osculatio 466
reliquiarum sacrarum contemptor diuinitùs punitur 246
reliquiarum violatores miserè pereunt 602
reliquiarum virtus quanta 41
reliquiarum contactu sanitatem acquiri 41
reliquiarum S.Caloceri,Aderiti & Probi archiepiscoporum translatio 104.& Sigeberti regis 89.& S.Berardi, Petri, &c. 41. & S. Fuscæ & Mauræ 120.& S.Eutropij martyris 346. S.Germani episcopi 596
super reliquias S. Germani episcopi lux cęlitùs visa 599
ad reliquias sanctorum multa miracula facta 483. 484
reliquias, vel cineres suos, quinam martyres iusserint vno in loco simul condi 50
reliquias sanctorum basilicas illustrare 788
reliquias sacras visere p visum æger monetur 479
reliquias sanctorum quinque ob causas esse venerandas 914
reliquias sanctorum quanti fecerint olim patres nostri 399.403.461.1009.& quomodò prisci patres honorârint 26. 42. 370. itèm quanti olim fecerint viri graues 465
reliquias S. Barlaam adhuc viuentis quanti fecerit Iosaphat 910
erga reliquias sanctorum, priscorum reuerentia & deuotio 403.458.460.466.480.484.552.& Gũtramni regis 226. & Lodouici Imperatoris deuotio 466
reliquias sacras à Cęsare sibi dari petijt S. Vencesiaus 728
erga reliquias sacras populi deuotio 596
reliquias sacras circũferẽdi vsus antiquissimus 407
reliquias B.Sigeberti regis mulier temeraria osculans,curatur 90
ad reliquias sacras S.Marcellini martyris permulti curantur 465
reliquias S.Martini S. VVolfus visitat cum Aredio suo abbate 788
reliquias S.Nicolai in marmorea vrna faisse 400
ad reliquias S.Nicolai ingẽs ęgrorũ concursus 405
reliquias S. Nicolai multi Imperatores & proceres ad se transferre conati sunt 398
in reliquias Iohannis Baptistę gentilium furor 226
reliquias sanctorum prophanare volentes, arrepti à diabolo 653
à reliquijs S.Nicolai guttulas odoriferas defluxisse 400
de reliqjs sanctorũ qd maiores nostri senserint 500
de reliquijs sanctorum disputatio 913
de reliquijs SS. Marcellini & Petri martyrum rumor falsus astu diaboli sparsus 464
in reliquijs sanctorum recipiendis antiqua populi deuotio 720.& in recondendis,nè aliquã ẽ ab Ecclesię hostibus prophanarentur,antiquorum patrum cura 718
S.Remaclus Tungrensis episcopus & confessor 87. 1182
S.Remigij Rhemensis episcopi breuis vita 1200. conuertit Francos,ibid. regem eorum baptizat, ibid. mortuam resuscitat,obit,ibid.
S.Remigius virgo 741
S.Remigium angelorum, &c.consortium meruisse 379.& seq.
remunerationem ęternam in futuro accipi pro huius vitę certaminibus 753
renatos nouiter debere lineis vestibus indui, quid sit 322
renũciatio suijpsius breuior via ad vitã æternã 154
SS.Reparata & Gocla virgines 1203
S.Restitutus 1132
reprobi vt semper iustos persequantur,animã non valentes lędere 322
reprobi diuinitùs puniti 540
cur reprobis iustos,& contrà iustis reprobos in suis pœnis intueri concessum sit 741
responsum egregium martyris 714
responsum præclarum martyris ad Consulem 76
responsum prudens Augustę martyris 225
responsum pręclarũ S.Placidi & sociorũ ad ducem 765.itèm S.Fidis virginis 786.& S.Caprasij 787
responsum constans S. Vincentij ad Cęsarem. 51
responsa martyrum pręclara 612.675
responsa quędam faceta F.Aegidij,sed sancta 333
in responsis dandis quàm prudens Lydvvina virgo fuerit 304.305
res mundi fluxæ & breui perituræ 882.torrenti similes 892
rerum procreatio humanis rationibus comprehendi nequit 360
resurrectio Christi, ligni vitæ ramus, & eius fructus 665
resurrectio paruis & magnis vna erit 962
resurrectionis fructus 224
de resurrectione Ioannis euangelistæ,opinio 1033
reuelationes S.Bennonis episcopi 529
reuelantur diuinitùs F.Aegidio mira 331
SS.Reuocati,Saturnini & Secundoli passio 1108
SS.Rogatianus & Felicissimus martyres 1209
Rhemensis vrbis patroni 559
Risũ fratrũ S.Iordanes prudentissimè cõpescuit 118
Robertus Siciliæ rex regno priuatur 641
rodoricus Portuensis episcopus 842
S.Rodulphus episcopus Eugubinus 548. nihil deponit de rigore monastico in episcopatu 549
rogeri cuiusdam mira conuersio 302
romanus Curcensis episcopus 844
S.Romanus episcopus Antisiodorẽn & mart. 1202
S.Romanus abbas,multorũ monachorũ pater 1106
S.Romanus miles à S.Laurentio baptizatur 1167.à Decio capite cędituꝛ,ibid.
S.Romani passionis historia 1217. grauissimè torquetur,ibid.laqueo strangulatur,ibid.
romana sedes in Gallias translata 641
romæ plurima martyrum monumenta 456
rotbat fluuius 542
SS.Rufinus & Martia martyres 1144
SS.Rufinus,Siluanus, & Vitalicus pueri & martyres 1182

Universidad de Deusto
Biblioteca

SS.Rufinæ & Secundæ ſororum paſſio 1152.à ſponſis ſuis produntur: flagellantur, & capite plectuntur, ibid.1153
S.Rufus apoſtolorum diſcipulus 1218
S.Rufus martyr à S. Apollinari S. Petri diſcipulo baptizatur & inſtruitur 1177
SS.Rufus epiſcopus & Herculanus presbyter 1213
S.Rufus per S.Chryſogonum cum tota familia ſua ad Chriſtum conuertitur 1223. martyrio coronatur cum ſocijs,ibid.
SS.Rufi & Sozimi paſſionis memoria 1230. quieſcunt Philippis,ibid.
à ruina tria ſeruare 335
S. Rumoldus archiepiſcopus & martyr honeſto ſemper labore ab oratione ceſſans occupatus fuit 566.& à ſuis comitibus auaritia excæcatis occiſus 565
ruſſi nolunt parere Polonis 395
S. Ruſticus presbyter Lugdunenſis & confeſſor 1155

SAbinus, Maximus, Iulianus, Macrobius, Caſſus, Paula, & alij decem martyres 1155
S.Sabini epiſcopi & ſociorum eius paſſio 1234.ſimulacrum Iouis oratione cõfrangit, ibid. manus eius pręciduntur,cæcum illuminat, ibid. Venuſtianum præfidem ſanatũ,cum tota familia baptizat, ibid. ad mortem vſque cęditur,ibid.
S.Sabinę martyris hiſtoria 1179. à S.Seraphia in fide docetur,ibid.gladio cęditur, & iuxta S.Seraphiæ corpus ſepelitur 1179
SS. Sabinianus & Potentianus ad Senonenſes ab apoſtolis directi,ibidẽm Chriſtum prædicant & martyrio coronantur 1235
S. Sacerdos epiſcopus Lugdunenſis & confeſſor 1187
ſacerdoti prædicit Coleta virgo pericula impendentia 175
ſacerdotum maxima vitia quæ 524
de ſacerdotum cæde S. Venceslai martyris præſagia 730
ſacerdotum & eccleſiarum pius amator Dagobertus rex 84
ſacerdotio initiatur Bernardinus 428
ſacerdotio initiatur S.Honoratus 32
ſacramenta quot ſint 1044
ad ſacramenta diuina negligenter accedentium repræhenſio 248
ad ſacramenta diuina percipienda quomodò olim patres noſtri orationibus & ieiunijs ſe præparârint 903
ſacramentorum Eccleſiæ virtus 744
ſacramentis Eccleſiæ ante mortem S.Iuan munitus 548. itẽm S.Claudius archiepiſcopus 496.& ſe muniuit S.Ludmilla, antequàm à ſicarijs oppreſſa 705. & venerab. Beda, & abit in cælum 409. itẽm S.Vbaldus epiſcopus 418
ſacramentis quantam reuerẽtiam exhibuerit Hermannus Steinueldenſis 248
ſacrificium in lege naturæ 410
ſacrificia tria quibus obligamur Deo 1047
in ſacrificijs veteris teſtamenti cur oleũ & ſal, nunquàm verò mel ſit oblatum 1035
cur ſacrificârint Judęi in templo tantùm, Chriſtiani verò omni loco 214
ſacrilega ſui criminis pœnas luit 686
S. Sagaris martyris & epiſcopi, qui fuit S. Pauli apoſtoli diſcipulus,memoria 1202
Sala fluuius 514
S.Saloma circa ſepulturam Domini quàm fuerit ſolicita 1208
S.Salonius epiſcopus Genuenſis 1197
S.Saluius Africanus 1090
ſalus æterna quibus debeatur 193
ſalus ſua quàm cuique debeat eſſe curæ 341
ſalutis ſuæ cauſa à multis Coleta virgo inuiſitur 176
ſalutis dilatio quàm ſit periculoſa 875
in ſalutis negotio omnis abijcienda mora 969
ſaluti ſtudere inter mundi tumultus, eſt difficile 886
ſaluandorum claſſes duæ 805
ſaluiani pręclarum de S.Honorato epiſcopo teſtimonium 33
ſambra fluuius 580
ſammonis regis VVinidorum inſolentia quomodò ſit repreſſa 86
S.Samuelis prophetæ translatio 1174
B.Sancti,diaconi S.Photini, epiſcopi paſſionis memoria 1135. attritum corpus eius diuinitùs reparatur,ibid.
ſancti in cælis,Eccleſiæ propugnatores 497. ſunt noſtri patroni & defenſores 80.129. & totius generis humani ſunt patroni 819. cum Chriſto vnum ſunt 84. cur dij vocentur 818. quomodò coli debeant 1085. ijſdem rebus coluntur, quibus Deus 819. quomodò antiquitùs honorati 494. etſi non corpore, ſpiritu tamen adſunt inuocantibus ſe 951. in membris ſuis defunctis quomodò viuant 817. in quibus ſint imitandi 792.latere cupiunt 275
ſancto Dei honor exhibitus 799
ſanctorum vitas benè viuendi exemplum ſuppeditare 21
ſanctorum vitæ quantum adferant legentibus vtilitatis 454
ſanctorum quædam miranda, non temerè imitanda 240
ſanctorum geſta veneranda ac admiranda potiùs quàm imitanda ſæpiùs eſſe 1077
ſanctorum exempla,frumenta 273.577
ſanctorum meritis paralytica deſperata reualeſcit 474.ſurdus & mutus curatur 475. & mente captus ſanatur 477. homo gibboſus & dentes dolens mirè curatur 481
ſanctorum poteſtate obſeſſa liberatur 474
ſanctorum virtus & poteſtas etiam poſt mortem quanta 141
ſanctorum gloria in cęlis quanta 84
ſanctorum patrocinia 36.38.50. inuocatio 372
ſanctorum inuocationis exemplum 162. itẽm effectus 164
ſanctorum oratio expetita 55
ſanctorum ſuffragia periclitans de vita poposcit 677
ſanctorum limina frequentare, eorumq; preces ambire,non eſt nouum inuentum 658
ad ſanctorum limina infirmi curantur 150
ſanctorum honorem in Deum redundare 270
ſanctorum multa millia, quæ hominum cognitioni ſubtrahuntur 691
ſanctis honor habitus,ad Deum redit 798
ſanctis ſtatuas eſſe erigendas 819
ſanctos poſt mortem recipi in cælo, videre Deũ,& exhibere nobis beneficia 25.50.54.69.79.non eſſe mortuos,ſed in vita plantatos 505.cum Chriſto in cælis eſſe 504. in cælis iam de ſua remuneratione gaudere 591. in cælo pro nobis viuentibus orare 740.742.775. poſt mortem orare pro nobis, & impetrare exhiberi nobis à Deo beneficia 573.& mortalibus ſubuenire Chriſti gratia 568. & adiuuare nos poſſe 130.131. & ciuitatum eſſe patronos 588. & ex facie Dei omnia quæ in

in creaturis aguntur videre 741. & eſſe honorandos vt ſeruos & amicos Dei 818
ſanctos inhonorans, & illis detrahens, grauiter punitus 643
ſanctos viuere cùm fuerint mortui 614
ſanctos cur appellemus dormientes,non autẽ mortuos 819
ſanctos tam vitę exemplo,quàm verbo prædicare 127
ſanctos olim fuiſſe inuocatos 12.61
ſanctos inuocantes, exaudiuntur 130.131
ſanctos non latere quandò inuocantur 817
erga ſanctos priſca Germanorum deuotio 138. 462
ſanctitas eximia S. Guidonis 230. itẽm Martini eremitæ,ibid.
ſanctitas eximia matris Coletæ virginis 151. & S. Eleuchadij quanta 121.& Stephani Iunioris 967. 968
ſanctitas D. Leopoldi multorum ſcriptorum teſtimonijs celebrata 844
ſanctitas VItrogothæ & Radegundis reginæ quanta 70
ſanctitatis quantę fuerit Damianus epiſcopus 190. & S.VVerenfridus 632
ſanctitatis quãtæ fuerit Caprafius, Doctorum ſcripta teſtari 455
ſanctitatis quantæ fuerit S. Ida, effoſſio cuiuſdam pueri declarat 685
ſanctitatis & excellentiæ Hermanni Steinueldenſis pręclara teſtimonia 249
ſanctitatem Leonis abbatis muta elementa prędicâſſe 580
ſanctitate Damiani epiſcopi Iudæus viſa ad Deum conuertitur 190
licèt ſanctiſſimus Hermannus Steinueldenſis apud multos vileſcit 251
ſanctificatum quandò ſit ſeculum 216
ſanctum non verba, ſed bona opera declarare 127
ſanctimonialium olim ſtudium 1046
ſanguis Chriſti Iudæis mors, nobis verò vita 218
ſanguis recens in corpore ſeptem hebdomadibus ſepulto inuenitur 258
ſanguinis S. Ludmillæ veſtigia in ſaxo remanere 706
ſapientia diuina F.Aegidius mirè illuſtratus 328
ſapientia & fortitudo ſeptem Machabæorũ quanta 617
ſapor Perſarum rex 414
ſarcophagus marmoreus mirè repertus, in quo Armogaſtes conditur 227
ſarcophagum B. Celſi temerè perfringentis pœna 138
ſaraceni Gallos expugnant 628.diuina vltione puniti 42
ſaraceni ſexdecim mille octingẽti in mari ſubmerguntur 772
ſaracenorum impium edictum 790
ſathanę fallacia 295
à ſathanæ machinis & tentatione quomodò tres liberati 295.296
ſathanicum concilium ab Henrico IIII.Imperatore indictum 525
S.Saturnina virgo 1130
SS.Saturninus & Neapolis in carcere diù macerati, quieſcunt 1122
SS. Saturnini, Thyrſi & Victoris memoria 1098
S.Saturnini Toloſani epiſcopi paſſionis breuis memoria 1224. colliſo capite, & excuſſo cerebro, moritur,ibid.
S.Saturnini martyris, Sennis & Siſinnij diaconorum paſſionis hiſtoria 1223. retruduntur in carcerem,multos conuertunt gentiles,ibid. ſcorpionibus cęſi, decollantur 1224
ſaturus egregius Chriſti confeſſor 228
ſaturi præclara vox ad vxorem, eum à confeſſione Catholicę fidei auertere molientem 228
S.Satyrus Arabs decollatur 1090
S. Satyrus epiſcopus, Syranæ oculos per baptiſmum illuminat 1163.Aproniani filium à dæmone liberat,ibid. obit 1166
ſauinus Canuſiæ epiſcopus 758
ſaxones à Lotharío rege Galliarum & eius filio Dagoberto deuicti & trucidati 84
ſaxonum orientalium rex Ceadualla Romæ baptizatur 582
Scabies,qua Hermanns Steinueldenſis tinctus, mirabiliter ſanatur 238
ſcala,qua cælum aſcendimus,& deorsùm deſcendimus 335
ſcaldis fluuius 460
ſcandala noſtra Antichriſti via 1080
ſchiedamenſe oppidum in Hollandia 278
S. Schirionis martyris paſſionis memoria 1231. tranſuerberatus per media viſcera enecatur, ibid.
ſchiſmatis mala 430
S.Scholaſtica ſanctimonialis videt animam S. Benedicti, in ſpecie columbæ, cælos penetrare 1101
ſcholaſticæ diſciplinę antiquæ rigor 516
ſcientiam & ſapientiam ſummam vndè S.Iohannes euangeliſta hauſerit 1025
ſcire multa volentes, & nihil aut parum facientes, perſtringuntur 342
ſcit Lydvvina virgo quid de ſe abſente dicatur 302
ſclaui prędicatione S.Bennonis epiſcopi ad Chriſtum conuerſi 522
ſclaui vndè primùm digreſſi 514
pro Sclauis conuertendis ſtudium D. Bennonis epiſcopi 527. conuertuntur, & idola ſua confringunt 528
ſcotiæ archiepiſcopus S. Liuinus creatur 825
ſcoti Chriſtum annunciant 563
ſcribarum horrendum ſacrilegium 1037
ſcripta Bernardini examinata 432. Senis aſſeruata 433
ſcripturę ſacræ egregia expoſitio 646
ſcripturę ſenſus à patribus eſt hauriendus 646
ſcripturę loca, Tu reddes vnicuique, &c.&, Quæ quiſque ſeminauerit, &c.explanata 801
ſcripturę locus de centuplo accipiendo,quomodò intelligendus 195
non ſcripturę omnia loca ſpiritualem habent intelligentiam 1049
in ſcriptura myſticus ſenſus quærendus 644
ſcythę & Dani loca maritima Coloniam vſque vaſtârunt 565
Sebaſte vrbs 226
ſebaſte Paleſtinę olim Samaria dicta eſt 1180
S.Sebaſtiani martyris breuis hiſtoria 1093
ſecta Iconomachorum à quatuor præcipuis Patriarchis condemnata 973
ſeculares homines vt Dei gratiam obtineant 340
ſecularium colloquia deuitanda 1041
ſeculi futuri duæ regiones 893
ſeculi huius diuitijs & honoribus renunciantium quanta ſit merces 1010
S.Secundus,ex legione martyrum Thebęorum,capite cæditur 1177
ſecundus patricius cur diuinitùs caſtigatus 709
ſeditio Alexandriæ 265

Universidad de Deusto
Biblioteca

seditio horrenda Aquilæ 442
seditio calamitosa Gregorij VII. & Henrici IIII. 523
selgenstadiense monasteriũ à quo, & quandò conditum 456
SS.Senator & Luxurius 1195
sensus titillatorij quomodò increpandi 2
sensuum arcta custodia Coletæ virginis 151
sententiæ iniquę recusat subscribere S.Stephanus Iunior,mortem potiùs eligens 980
ad sepeliẽdum sanctorum martyrum corpora mittitur Iuuentius episcopus Mediolanum 697
sepeliuntur clàm martyrum corpora collecta à fidelibus 787
sepelitur S.Ermelendis angelico ministerio 797
sepulcrum Petri abbatis consputens, punitur 148
sepulcrum S.Ermenoldi inhonorans diuinitùs punitur 13
sepulcrum S.Melanij episcopi ab igne non læsum 18
sepulcrum S.Placidi martyris in quanta reuerentia habitum 774
sepulcrum S.VVinnoci ab incendio diuinitùs præseruatum 813
ad sepulcra sanctorum mulieris cuiusdam arida manus sanatur 686. sanatur item hydropica, contracta, curua, & cæca 687.688. & surdus ac dæmoniacus 687.688
ad sepulcrum S. Domnini multa fieri miracula 778. item Iohannis Agni episcopi Tungrensis 784
ad sepulcrum B.Sigeberti regis dęmoniacus liberatur 91.duo ęgri sanati,ibid.
ad sepulcra sanctorum ægri curati 572. dęmoniaci sanati 572
ad sepulcrum S. VVerenfridi paralyticus sanatur 634
ad sepulcrum S. Germani episcopi multi debiles curati 604
ad sepulcrum Ezechielis prophetæ confluitur, vt ibi preces fundantur 268
ad sepulcrum Stanislai episcopi ardent lampades cælestes 395
ad sepulcrum S.Sequani signa 708
ad sepulcrum Constabilis abbatis obdormiens,castigatur 131
sepulcro S.VVinnoci abbatis ignis non audet appropinquare 813
è sepulcro S.Bandelij arbor egrediens, languidorum infirmitates sanat 446
è sepulcro saxea arca S. Idæ spontè sursùm exurgit 691
sepulcra sanctorum visitantium exempla 131
sepulcra martyrum in quanta reuerentia olim habita sint 774
ad sepulcra sanctorum confugientes adiuuari 13. 140
ad sepulcra sanctorum oculi cerei oblati 247
ad sepulcra sanctorum vsum luminarium Deo esse gratum,miraculo declaratur 815.818
sepulcra sanctorum, non esse cœnosis sordibus profananda 690
sepultura magnifica fratrum Machabęorum 618
sepultura Damiani Cardinalis magnifica 136
sepultura S. Constantij episcopi diuinitùs cuidam commissa 79
de sepultura S. VVerenfridi populi altercatio 633. corpus eius in Elste sepelitur 634
sepulturę suæ locum Hermannus Steinueldensis designauit 257
sepulturę tradit S. Chrysologus Germanum episcopum & Barbatianum 996
septa oppidum 41
septem fratrum & viginti militum passio 1089
septem discipulorum S. Iacobi apostoli & nominum eorum breuis memoria 1129
septem dormientes martyres 1147
septem virgines martyres 1114
septemdecim millia hominum intra vnum mensem martyrio coronantur 1119
septem germanorum memoria 1132
septem mulieres capite cęduntur 1099
septuagintanouem martyres occiduntur 1105
sequana fluuius 599
S.Sequanus presbyter & confessor 1192
S.Serapion ab alto in terram prȩcipitatur 1216
S.Serapion episcopus & confessor 1152.& 1210
S.Seraphia illustrissimam Sabinam in fide Christi instruit 1179. diuinitùs castigãtur iuuenes eam deflorare volentes 1182. eos iterùm sanat Seraphia,ibid.post multos cruciatus capite cędituꝛ, ibid.eam sepelit Sabina matrona 1179
S.Sergius martyr Cæsarienſis 1105
Sergius I.Pontifex 190
sergius apostata & proditor 974
SS.Sergij & Bacchi passio 1202. contumelia ab Imperatore afficiuntur, ibid. Bacchus cæsus expiratanimam,Sergius capite plectitur,ibid.
S.Sergij Papę & constitutionũ eius memoria 1186
sermo ociosus vt sit euitandus 116
sermones & gestus sanctissimę Coletę virginis 156
sermonum effectus Coletę virginis 156
serpens ingentis magnitudinis diuina virtute occisus 820
serpentis cũ dracone infernali egregia collatio 1016
à serpente percussi, ad Phocę sepulcrum sanantur 150
serpentibus imperâsse B.Hilarium episcopum 27
S.Seruandi & Germani passionis memoria 1208. post varios cruciatus gladio cædunꝛur,ibid.
S.Seruatij episcopi Tungrensis memoria 1128
seruch statuarum inuentor 941
seruitutis summum genus,licentia iuuentutis 30
seruit Bernardinus in domo hospitali tẽpore periculosissimo 424
S.Seruuli paralytici & confessoris mem oria12 32
sessio filij Dei triplex 733
S.Seuerianus episcopus & confessor 1096
S.Seuerianus cum Aquila vxore ignibus exruuntur 1095
S.Seuerinus monachus Tyburtinus 1212
S.Seuerinus frater S.Victorini confessoris 1059
S.Seuerinus episcopus Coloniẽsis & cõfessor 1208
S.Seuerini monasterium Coloniæ 499
SS.Seuerini, Exuperij & Feliciani inuentio 1217
seueritas vitę S.Honorati episcopi magna 33
S.Seuerus episcopus Rauennæ & confessor 1208
S.Seuerus latere nititur,nè fiat episcopus 82
S.Seueri capiti columba insidens, futurum episcopum designat 81
S.Seuerus presbyter & confessor 1103
S.Seuerus presbyter ingentem paganorũ multitudinem conuertit 1166. Viẽnę in Gallijs prædicat, & in ecclesia S Stephani quiescit,ibid.
sexagintaduo martyres 1105
seya fluuius Hispaniæ 960
Sicarijs Venceslai diuinitùs inflicta pœna, & eorum posteris 727
S.Sicharia virgo 1098
SS.Sidrach,Misach & Abdenago, de camino ignis liberantur 1118
sigebertus creatur Austrasiæ rex 86. corporis eius eleuatio 90
sigeberti regis corpus post quadringentos annos integrum conspicitur 89. illud inhonorantes, diuinitùs castigati, ibid.
sigebrandi episcopi cædes 67
sigismundus Burgundiæ rex 728
sigismundus rex necat filium suum 352.occiditur cum vxore & liberis 353
sigismundi regis ob necatũ filium pœnitentia 352
sigismundus Imperator quanti Bernardinum fecerit 438
sigismundi Imperatoris coronatio 438
S.Sigismundi regis passionis breuis historia 1121
S.Sileæ apostoli breuis memoria 1154
silentium viris sanctis amicum 504
silentium & solitudo S.Asellæ virginis 1004
silentium S.Placidi martyris 764
silentij insolentia magna antiquorum patrum 689
siloë nominis interpretatio 1053
S.Siluanus episcopus Gazę cum clericis suis martyrio afficitur 1124
S.Siluerius Papa in exilio moritur 1144
S. Siluester episcopus Cabilonensis & confessor 1218
S.Siluestri Papę & constitutionum eius breuis memoria 1235. concilium Nicenum trecentorum decem & octo patrum indicit,ibid. sedit annos vigintitres, menses decem, dies vndecim,ibid.
simeon monachus Siculus 1158
S.Simeon Hierosolymitanus episcopus secundus, filius fuit Cleophæ fratris Ioseph nutricij Domini 1104
S.Simeonis episcopi Seleuciæ,& centum sociorum passionis breuis memoria 1117
S.Simeonis in Columna breuis vita 1088
S.Simeonis euangelici memoria 1203
S.Similianus episcopus & confessor 1143
SS.Simonis & Iudæ apostolorum, vitæ, prædicationis,& passionis breuis enarratio 1209
simonię labes quantùm olim detestata à sanctis 9
simoniaca labe infectam fuisse Mediolanensem Ecclesiam 135
simoniacos & Giezitas damnâsse S. Bathildim reginam 65
SS.Simphronij & Olympij passionis historia 1226 S.Simphronius traditur Olympio tribuno cruciandus,ibid.deijcit verbo simulacrum Martis, conuertit Olympium cum domo sua, ibid. simul omnes ignibus exuruntur,ibid.
simplicitas columbina Dagoberti, filij Sigeberti regis 88
simplicitas S.Iordanis à diabolo illusa 111
S. Simplicius Papa, Acatium Constantinopolitanum episcopum, & Petrum Alexandrinum,hæreticos damnat 1107
S.Simplicius episcopus Augustodunensis & confessor 1218
SS.Simplicij,Faustini,& Beatricis martyrum breuis historia 1159
S. Simplicij senatoris, vxoris, filiorum, & sociorum lxviij.passionis memoria 1127
S.Simplides episcopus Viennensis & confessor 1102
à simulacrorum cultura multos reuocârunt duodecim fratres Beneuentani 667
S.Sindulphus episcopus Viennensis 1228
sisinius Regij episcopus 759
SS.Sisinnij,Martyrij,& Alexandri passionis historia 1132.& 1133. mittuntur à S.Vigilio Tridentino ad prędicandum verbum Dei,ibid.
SS.Sisinnij & Smaragdi passio 1110
SS.Sixtus & Sisinnius confessores 1181
S. Sixti I. Papæ passionis & constitutionum eius breuis memoria 1114
S.Sixti II.Papę,& sociorũ eius Felicissimi & Agapeti passio 1164. recluditur cum prȩnominatis in custodia,ibid.prędicit S.Laurentio suos agones,ibid. destruit templum Martis 1165. capite cum socijs cędituꝛ,ibid.
Sobrietas patrum nostrorum quanta olim fuerit 955
sobrietas S.Iuani eremitæ 548
socij primi S.Francisci Assisinatis 323
SS.Socrates & Stephanus 1191
sol in morte Domini obscuratus 204
solis proprietates Christo attributæ 5
solennis dies S.Martini episcopi 820
solennis dies S. Rumoldi cur in Kal.Iulij sit translatus 568
solennibus diebus acrioribus pœnis Coleta torquetur,quàm alijs 173.item Hermannus Steinueldensis 245
solicitudo S.Adelheidis abbatissę erga suas 95
solini de Scotia testimonium 563
solitarij aduersùs cogitationes tantùm habent dimicare 1075
solitariorum merita peccatoribus veniam impetrare 1076
solitudinem delicias reputat S.Asella virgo 1004
somnus S.Marculphi abbatis 349
somni Coletæ virginis mira parcitas 165
in somnis quid mercator quidam admonitus 301
S.Sophia virgo 1120
sororem corrigit Coleta abitum molientem 176
sosatium Saxoniæ ciuitas 688
S.Sosipater B.Pauli apostoli discipulus 1145
S.Sosius Misenatę ciuitatis diaconus 712
S.Sosij diaconi passionis memoria 1194
S.Sosthenes discipulus S.Pauli 1141.& 1223
SS.Sosthenis & Victoris conuersio 1187. post multos cruciatus in cupa concremantur,ibid.
S.Soteris castitas 102
S.Sotheris martyris breuis memoria 1128
S.Sotheris virginis passionis historia 1101
S.Sotheris Papæ & constitutionũ eius,breuis memoria 1117
Spectacula præsentibus Imperatoribus edi solita 852
S.Sperati & sociorum Scillitanorum martyrum memoria 1155. eorum reliquiæ, vnà cum capite S. Pantaleonis Lugdunum transferuntur, ibid.
SS.Speusippi,Eleusippi,& Meleusippi.item SS.Leonillæ,Iouillæ atque Neonis passio 1092
S.Spinnulus quantæ fuerit sanctitatis 576
S.Spiridion episcopus, dextero oculo effosso,ad metalla damnatur 1229.spiritu prophetico claret,ibid.
spiritualis martyr quis dicendus 624
ad spirituale martyrium quomodò perueniatur 588
spiritualium & corporalium matrum diuersitas 619
spiritus sanctus perfecta filij Dei imago 1150
spiritus sanctus aqua viua dicitur 646. rectè oleum dicitur 585.quandò à templo Hierosolymitano recesserit 218
spiritus sanctus,Dei digitus 639
spiritus sanctus quos eligat 82
spiritus duplex Elisei quid designet 744
spiritus fructus 38
spiritus sancti septem dona 197
spiritus & carnis quotidiana lucta 2
spiritu Dei qui aguꝛur,quibus donis fruantur 1025
spitigneꝛ tyrannis 571
sponsa Christi,Ecclesia 1044
Stabulense monasterium 87
SS.Stactæus & Lioba virgo 1197

Universidad de Deusto
Biblioteca

S.Stanislaus episcopus Cracouiensis 383. recusat episcopatum 385.accusatur 389. irridetur 390. flagrat martyrij desiderio 392. machinatur rex ei necem 393. & crudelissimè ad altare interficitur à rege 393.apparet Cardinali 396
S.Stanislai episcopi canonizatio 397
statuta Damiani Cardinalis 136
steinueldense monasterium 237
stella cur gentibus apparuerit 3
stellam gentibus natiuitatem Christi indicâsse 1037
SS.Stephanus & Leontius martyres 1154
SS.Stephanus, Potianus, & Attalus martyres 1235
stephanus Eugubinus episcopus 416
stephanus IX. Pontif.Max.135
B.Stephanus protomartyr præ cæteris plenus gratia 1022
S.Stephanus protomartyr post mortem septẽ mortuos resuscitat 1024
S.Stephani Iunioris, qui propter Imaginum venerationem martyrio functus est, vita 963
S.Stephani Iunioris exilium 981.& ab exilio ad tribunal Imperatoris reductio 983
S.Stephani Papæ & sociorum passio 1161.Lucillam priùs cæcam illuminat, ibid. multos conuertit, Missas celebrat, templum Martis euertit, capite cæditur 1162.constitutiones eius, ibid.
S.Stephani protomartyris passionis memoria 1233. lapidatur, ibid. reliquiarum eius ac sociorum inuentio 1162.translatio, ibid.
stratum durum Hermanni Steinueldensis 240
structurę sumptuosæ à Coletâ odio habitę 158
studium Colete virginis erga peccatores 153.& animas lucrandi 151
studium Theologiæ Parisijs Carolum Magnum instituisse 517
studia & exercitia præcipua Coletę virginis 162
studendi optimus modus 408
stultitia amatorum mũdi, eleganti parabola ostenditur 889
Subdiaconus S.Gothardus ordinatur 364
subditos, principes imitari solere 944
sudario Coletæ infirma curata 189
S.Sulpitius episcopus Bituricensis vita & miraculis claret 1091.& 1097
SS.Sulpitij & Seueriani passionis memoria 1116
superbia Antonini Commodi Imperatoris quanta 648
superbia, omnis perditionis causa 336
supersubstantiale quid significet 201
S.Susannę virginis passio 1170. eius progenies nobilissima, ibid. conuertit Claudium consobrinum suum, ibid. respuit nuptias, fustibus cæditur 1171. capite plectitur, ab Augusta Serena noctu sepelitur, ibid.
Svvanthevvitz Sclauorum deus 522
S.Svvitbertus episcopus & confessor 1107
S.Syagrius episcopus & confessor 1177
SS.Sycus & Palatinus 1133
S.Symmetrij presbyteri & aliorum xxij. martyrum breuis memoria 1132
S.Symporianus capite plectitur 1174
S.Symphorosa B. Getuli martyris vxor cum septem filijs martyrio afficitur 1141. in flumẽ præcipitatur 1147. filij eius diuersis cruciatibus interimuntur, ibid.
synodus Francofordensis 371. Moguntina 372. Salingenstadiensis 373. Ingelheimensis 138
synodus prouincialis Rauennæ 641
S. Syntyches memoria ex apostolo 1156
S.Syreni Syrmiensis monachi passio 1105
S.Syrus martyr apud Veronenses mortuum excitat 696
syrus episcopus basilicam construit in Geruasij & Protasij memoriam 698. apparet S.Iuentio ante mortem 703
syrus & Iuetius episcopi Ticinenses S.Hermagoræ auditores 696. & ab eo Papiam euangelizatum missi 696
SS.Syri & Iuentij episcoporum Ticinẽsium & confessorum breuis memoria 1187

TAciturnitas Lydvvinę virginis 288
SS.Tarachius presbyter, & Andronicus 1196
SS.Tarachi, Probi, & Androni ci passionis compẽdium 1203. neruis cęduntur, alijs q; grauissimis pœnis affecti, gladio iugulantur 1204
tartari cruciatus quanti 304
S.Teclæ virginis vitę historia 1194.accusatur à matre apud iudicem, ibid. in rogum ardentem iecta, non læditur, ibid. necà bestijs, nec à serpentibus attingitur, nec à tauris 1195. obdormit in Domino, ibid.
S.Telesphori Papæ passio 1088. Gloria in excelsis Deo, & tres Missas in natiuitate Domini, & ieiunium quadragesimale obseruari instituit, ibid.
templariorum causa in concilio Bononiæ habito tractata 641
templum parentes Stanislai episcopi ædificant 183
templarijs militibus quæstionum obiectarum capita 641
templum in honorem S.Andreæ ædificatum 996.& S.Martini episcopi 1009. & in Crucis honorem 69
templum in honorem S.Iohannis Baptistę Placidus extruxit 760
templum ex domo S. Gentilis extructum 73. & posteà titulo Boni Iesu & S.Margaretę collegiata ecclesia factum, ibid.
templum Dei genitricis impius Copronymus Imaginibus & sanctorum Reliquijs denudat 972.973
templum Goslariæ S.Gothardus episcopus extruit 375
templum cum magnis opibus S.Constantio episcopo dedicatum 81
templum construere S.Venceslao, rex Daniæ in somnis monetur 731
templum clauso ostio S.Ermenoldum intrâsse 18
templi & altarium dedicationis vsus antiquissimus 698
à templi summitate cadens non læditur 814
tẽpla magnifica & monasteria antiquos principes, episcopos, abbates & reginas in honorẽ Dei ędificâsse 9. 20. 22. 87. 93. atque multis villis, syluis & prędijs ditâsse 66. 67. 143. 348. 542 570
templa & altaria in nomine sanctorum antiquitùs ædificata, & in eorum honorem consecrata 26. 27. 43. 45. 47. 55. 68. 70. 88. 104. 121. 140. 145. 268. 326. 345. 352. 361. 366. 369. 370. 371. 372. 373. 383. 445. 508. 541. 542. 569. 575. 582. 610. 628. 644. 659. 684. 692. 698. 746. 750. 763. 784. 844. 972. 981. 995. 1043
templa multa S. Gothardus episcopus condit 373
templa per Aegyptum & monasteria S.Bononnus abbas restaurat 654
templa antiquitùs consecrata 995
templorum consecratio 387
templorum dedicationem olim fuisse in vsu 370. 387. 1043
templorum & altarium dedicatio quàm antiqua 698
in templis & aris consecrandis primæuę Ecclesiæ mos 1042

in templis Christianorum Augusta virgo est assidua 225
in templis cruces haberi, antiquitùs mos fuit 10
tentatio dura Lydvvinę virginis 297
à tentatione S. Iosaphat per visionem diuinitùs liberatur 937
tentationes cuiusdam monachi Lydvvina virgo optimè diuinitùs nouit 310
tentationes insolitæ Hermanno Steinueldensi sub mortem illatæ 257
aduersùs tentationes carnis remedia 327
tentationum fructus 256
S.Terentiani campiductoris conuersio 1147. conscribit passionem SS. Iohãnis & Pauli quos decollauit, ibid. filij eius à dæmone liberatio, ibid.
ad terræ sanctæ loca sæpè per Angelum ducta Lydvvina 305.& qualis indè ad se redierit 306
terræ hiatu Drahomira absorpta 731
S.Tertullini martyris historia 1163.post varia tormenta decollatur 1164
tertullus patritius S.Benedictum inuisit 750
testis Dei falsus, mendax eius laudator 44
testis falsus non manet impunitus 1169
testimonium Domini bina habere accidentia 223
tetina ciuitas 548
S.Tharsęæ discipuli & episcopi passio 1202
S.Tharsitij acolythi martyrium 1173
S.Tharso per SS. Sisinnium & Marcellum diaconos facultates suas pauperibus distribuit 1228. martyrio vnà cum Prętextato & Pontiano coronatur, ibid.
SS.Thebæorum martyrum corpora à S.Eoldo episcopo Viennam transferuntur 1152
theobaldus Viennensis episcopus 558
S.Theobaldi presbyteri, eremitę & confessoris vita 557
theodofredus primus abbas Corbeiensis 66
S.Theodarius abbas transfertur in vallem Rupianam 1210
SS.Theodorę virginis & Didymi passionis breuis historia 1119.& 1120
S.Theodoræ sororis S.Hermetis memoria 1113
theodoricus Italiæ rex 352
theodoricus Italię rex, Arianus 448. persequitur Catholicos 453
theodoricus Cameracensis episcopus corpora Liuini & Brixij eleuat 826
theodoricus episcopus Treuerensis 137
theodorus episcopus Rauennatum 190
S.Theodorus presbyter & martyr 1111
S.Theodorus martyr, frater S.Georgij 1104
S.Theodorus presbyter Antiochenus 1114
S.Theodorus episcopus cum quatuor sociis martyribus 1112
theodori Caliopę hostilis simulatio 830. 831
S.Theodori militis passio 1214.multis tormẽtis affectus igne conecrematur, ibid.
S.Theodoriti presbyteri passio 1208. militum ac tortorum eius conuersio, & martyrium, ibid. ipse verò gladio cæditur, ibid.
S.Theodosius episcopus Antisiodorensis & confessor 1155
SS.Theodosius, Lucius, Marcus, & Petrus cum sociis martyribus 1209
theodosius episcopus vir sanctissimus 713
theodosius Imperator orthodoxam fidem amplectitur 855
S.Theodosiæ virginis passionis memoria 1113
S.Theodotus episcopus Laodicensis virtutibus & arte medica claret 1212
S.Theodotæ cum tribus filijs, passionis historia 1162. ipsa ignibus conflagratur, ibid.
S.Theogenes cum triginta sex socijs martyribus 1097
S.Theognitus vnà cum Cypriano & Iustina, gladio cędituŕ 1196
theologiæ studium Parisijs à Carolo Magno institutum 517
S. Theonas Alexandrinus episcopus virtutibus claret 1175. S.Petrum Alexandrinum martyrem nutrit, ibid.
S.Theophili scholastici conuersio & passio 1101
S.Theophilus sextus Antiochenus episcopus 1204
thesaurus regius æqua lance diuisus 86
theudas magus oẽs suos libros magicos exurit 942
theudæ magi pestiferum consilium 932
SS.Theugenius, Victor, Vrbanus, Sapargus, Felix, Auponus, & Castus martyres 1201
SS.Theusetas, Horris, Theodora, Nymphodora, Marcus & Arabias igne comburuntur 1109
S.Thomas apostolus, Parthis & Medis Christum prædicat 1230.passus est in India, ibid.eius trãslatio, ibid.& 1150
S.Thomas in Indiam missus 859
Thuringiam Sammon rex VVinidorum vastat 86
thuringos Sigebertus rex domat 87
thuribulorum vsus antiquus 692
thus ad monumenta sanctorum oblatum 89
thyrsus cum socijs venit Treuerim 745
SS.Tiberius, Modestus, & Florentia martyres 1214
S.Tiburtius cum Marcellino & Petro martyre apparet Lucillæ, &c. 493
timentibus Deum non est inopia 159
S.Timonis diaconi passionis memoria 1116
timor duplex 223
timor Dei in B. Godefrido Comite Cappenbergensi quantus 22
timoris Dei magna prędonia 336
SS.Timotheus, Poilius, & Eutychius, diaconi martyrio coronantur 1130
SS.Timotheus & Apollinaris Rhemis martyrio afficiuntur 1175
S.Timotheus à S.Paulo apostolo Ephesiorum ordinatur episcopus 1095. eius ossa transferuntur Constantinopolim, ibid.& 1126
S.Timothei martyris passio 1174.multos ad fidem Christi conuertit, ibid.decollatur, ibid.
tituli Dominici à Pilato scripti inuentio 1123
titus Imperator 121
S.Titi discipuli felix obitus 1088
Tolerantiæ eximia Lydvvinæ virginis 282
torcellum Venetiarum insula 120
tormentum martyris inauditum 986
tormenta quibus constantia Augustæ virginis tentata 226
tormenta quot & quanta superârit S.Apollinaris 590
SS.Torpetis & Euellij passionis memoria 1120
S.Torpetis corpus S.Celerina sepelit, & eidem ecclesiam extruit 1129
traditiones patrum in Ecclesia seruari 587
S.Tranquillinus lapidibus obruitur 1151
transitus quid designet 743
Trasamundus VVandalorum rex, Arrianus 448
trecentorum martyrum Massæ candidæ passionis breuis historia 1175
tres milites cum apostolo Paulo occiduntur 1150
tricollim S.Chrysologus ædificauit 995
triginta martyres sub Diocletiano 1231
S.Trinitas à quibusdam philosophis vtcunquè cognita 802
SS.Trinitatis breuis descriptio 1150
S.Triphena per S.Teclam in fide instruitur 1195

Universidad de Deusto
Biblioteca

S.Triphonię Augustæ conuersio 1206. baptizata, altero die defungitur, ibid.
S. Troianus Santonicus episcopus & confessor 1224
S.Trophimus ad Arelatẽsem vrbem Galliæ prædicationis ergô mittitur, ibiq; obit 1223. Romæ ordinatur episcopus 1234
S.Trudo presbyter & confessor 1219
Tubæ corneę spirituales quæ sint 1015
tumulus S. Mauri episcopi quomodò innotuerit 46
tunica Christi ab hæreticis vt scindatur 1221
tunica S.Euthychij elata aut pluuiã aut solem adducebat 1041
tunica S.Mederici abbatis monachum liberat à libidinis æstu 651
tunicæ sanctorum quantæ fuerint virtutis 546
tunicam S. Deodati episcopi quanti fecerint eius discipuli 545
turris ciuitatis Cremonę totius Italię altissima 999
Tyberis flumen 78
SS.Tyburtij, Valeriani, & Maximi passionis breuis memoria 1115
S.Tyburtij filij Chromatij passio 1169. lapsum de alto & penè mortuum sanitati restituit, ibid. à Torquato pseudochristiano proditur, ibid. ambulat super viuos carbones illæsus 1170. capite cæditur, ibid.
S.Tychicus apostolorum discipulus 1120
SS.Tyrannio & Syluanus episcopi, morsibus ferarum interimuntur 1104
SS.Tyrsus, Leucus, & Galerius martyres 1092

VAgatio quàm periculosa monachis 1071
SS.Valentinus, Solutor, & Victor martyres 1215
S.Valentinus presbyter fustibus cæsus decollatur 1102
S. Valentinus episcopus Interamnensis post varios cruciatus capite cęditur 1102
SS.Valerianus, Macrinus, & Gordianus martyres 1191
S. Valeriani martyris passionis breuis memoria 1190. gladio animaduertitur, ibid.
S.Valeriani episcopi & confessoris in fide constantia 1229. in summa paupertate obit, ibid.
S.Valerius discipulus S. Petri apostoli, & primus Treuirorum episcopus 1097
SS.Valerius & Ruffinus martyres 1142
SS. Valis confessoris, Valentis martyris, Polyeucti, Victorij, Donati & sociorum memoria 1130
vanitas rerum præsentium 862. & rerum huius vitæ 888
vaticinium S.Ianuarij 712
S.Vbaldus Eugubinus episcopus 414
S. Vbaldum episcopum Eugubini magno studio colunt 419
vbal fluuius 565
S.Vdalricus episcopus & confessor 1151
vdalricus Bohemiæ dux ad pedes S.Procopij prouolutus 569
S.Vedastus & Amandus episcopi 1101. & 1201
S.Venantius episcopus & martyr 1113
S.Venantius abbas Turonensis 1204
S.Venceslaus regiam dignitatem abnuit 728. creatur dux Boiemiæ 726. à fratre in templo trucidatur 730
S.Venceslai religiosus animus 730
S.Venceslai translatio 732. manfit immobile corpus eius, donèc vincti è carcere dimissi, ibid.
veneti vt se comparârint ad tollendas S.Nicolai reliquias 399
venustinum monasterium 149
S.Venustiani præsidis conuersio 1234. cum vxore & liberis baptizatur, ibid. capite cum tota familia plectitur, ibid.
S.Veranus Lugdunensis episcopus & confessor 1215
verba B.Iordanis quàntæ fuerint virtutis 107. 108
verborum S.Bernardini vis 430
verecundia mira Coletæ virginis 150
veritas vna est 896
S.Verus episcopus Viennensis 1090
verus episcopus, vitam S.Eutropij episcopi conscripsit 1132
vespasianus Cæsar sæuit in Christianos 702
vespasiani Imperatoris obitus 121
vestimenta electi cuiusdam in mare sicca manssisse 145
vestes Stanislai episcopi 386. S.Claudij episcopi 495. S.Vbaldi 416. S.Marculphi 349. Hermanni Steinueldensis 250
vestium Coletę virginis vilitas 159
vestium Bernardini contactu fœmina sanatur 439
vestium vilitas in Esaia quanta 573
vestibus vestiri preciosis, insania falsa est, & vera rapina 1067
vestibus vilioribus hypocritas vti, vt ab hominibus sancti reputentur 1069
vesuncensis ciuitas 537
S.Vetius Epagatus Christianorum aduocatus 1135
vexillum S.Crucis olim præferri solitum in prælio 629
vexillorum vsus antiquus 692
vexilla Crucis in processionibus, & cum sanctorum reliquijs supplicationis tempore circumlata 139. & 500
via mundi & cæli 344
via lata & arcta 237
via quæ ducit ad vitam, quæ sit 897
via regni cęlestis quàm sit arcta 969
via in cęlum qua ratione sit facilis 905
viam angustam perfectè tenere, quid sit 592
victimæ pecorum, figura Christi in cruce 1085
victimis gentes sua peccata expiâsse 1
victoria illustris S.Maurini martyris 498
victoriam in agone per Christum dari 794
S.Victo Virdunensis episcopus 820
S.Victor, Victorianus, Claudianus & Bassa carceris squallore enecantur 1107
S.Victor episcopus Lugdunensis 1229
SS.Victor, Stercatius & Antigones, fratres & martyres Hispani 1158
S.Victor Thebęus & martyr Ianuensem transfertur ad vrbem 1198
S.Victor confractis digitis & euulsa cute in caminum ignis mittitur nec exuritur, ibid. venenum bibit nec moritur, grauiora tormenta patitur, nec frangitur, ibid. decollatur, ibid.
S.Victor miles capite cæditur 1194
S.Victor martyr apud Mediolanenses 1126. & 1198
victoris Papæ liber de Sanctorum miraculis 273
SS.Victoris & Coronæ passionis historia 1128
SS.Victoris & Vrsi Thebęorum passionis historia 1198. post varios cruciatus & ignes gladio cęduntur, ibid.
S.Victoris militis & sociorum passio 1156
S.Victoris Papę & constitutionũ eius memoria 1116
SS.Victoris Camoris, Felicis, Rustici & quadringentorum quatuor martyrum memoria 1129
S. Victoriæ virginis passionis memoria 1231. à S. Anatholia ad conseruandam virginitatem animatur, ibid. dat suas facultates pauperibus, gladio perfoditur, ibid.

SS.Vi-

SS.Victorianus & Frumentius cum socijs 1111
SS.Victoricus & Fuscianus martyres 1228
S.Victorinus episcopus Pictauiensis & martyr 1212
SS.Victorini, Victoris, Nicephori, Claudiani, Dioscori, Serapionis, & Papiæ passionis memoria 1105
S.Victorini episcopi & martyris passio 1183. distribuit cum S.Seuerino fratre omnes suas facultates pauperibus, ibid. ingreditur eremũ, ibid. cadit per incontinentiam, agit pœnitentiam: fit Amiterninus episcopus, ibid. martyrio coronatur, ibid.
victualia S.Iudoco diuinitùs transmissa 1009
victus S.Epiphanij episcopi 59. & S.Marculphi abbatis 349
victum sibi S.Gertrudim emendicâsse 15
victum tenuem multo labore sibi parat F.Aegidius Minorita 324
viduarum & pupillorum defensor S.Iuetius martyr 701
vigiliæ Coletæ virginis 180. & S.Bernardini 427. & S.Claudij episcopi 495
vigiliarum vsus defunctorum antiquissimus 163. 512
S.Vigilius episcopus Tridentinus & martyr 551. 1098. confringit Saturni simulacrum 551
SS.viginti martyres sub Diocletiani persecutione 1231
vigor mentis S.Honorati episcopi 36
vilecense monasterium 93
vincentia ciuitas 561
S.Vincentius martyr Romanus 1131. & 1158
S.Vincentius Agennensis leuita & martyr 1140
S.Vincentius martyr Cauceliberensis 1116
SS.Vincentius, Orontius, & Victor martyres 1095
S.Vincentius in terra & mari vincit 55. vincit tyrannum in morte & post mortem 54. 55
S.Vincentij martyris constantia & fortitudo inuicta 52
SS.Vincentij, Sabini, & Christetes passionis breuis memoria 1209
S.Vincentij leuitæ, passionis memoria 1094. ab angelis visitatur, ibid. feliciter obit, ibid.
S.Vindemialis episcopus & confessor 1119
vinum ex vacua laguncula hauritur 255
vinum marcidum in optimum mutatur 113
vino ablutionis sacri calicis S.Iordanes sua vulnera curat 108
viperarum natura quæ sit 192
virginitas quàm sit Deo dilecta 50
virginitas eximia Hermanni Steinueldensis 249. & Coletæ virginis 183
virginitas purissima Lydvvinæ virginis 289
virginitas libidinosis molesta 293
virginitatis votum esse præstandum 935
virginitatis egregia commendatio 1030. 1033
virginitati perpetuæ vterum B.virginis Iesus, ex ea natus, consecrauit 210
virginitatem in vsu fuisse etiam antiquæ legis tempore 1018
post virginitatem Deo dicatam S.Vbaldus episcopus vxorem non vult ducere 415
virginitate perpetua S.Venceslaus martyr celebris 730
virgo Deo dicata, si homini iungatur in matrimonio, instàr est sacrilegij 1018
virgo S.Iohannes perpetuò permansit 1028. 1032 1036
virginem Deo deditam non ferre hominum concursus 16
virginem se metiens quomodò pudefacta 293
SS.virgines & sorores Herlinda & Relinda 1111
virgines tantùm in Coletę monasteria admissę 161
virginum velatio 370
viri multi cælestes ac sancti in ecclesia Ticinen. 58
viri sancti mortui plus habent virtutis, quàm viuentes in carne 601
viri illustrium meritorum 28
viros magnos multa pati 36
virtus inuicta Christianorum 261
virtus insignis militum quorundam 262
virtus præclara S.Gothardi episcopi 365
virtus ad habitum perducta vix euelli potest 906
virtus res est illecebrosa 968
virtutis raræ exemplum 417
ad virtutis studium exemplis potiùs quàm præceptis trahimur 858
de virtutis habitu historia notabilis 906
virtutem adipisci, in nobis situm esse, accedente tamen Dei gratia 907. in pace acquiri, approbari in victoria 638. b & sine cura non obtineri 338
virtutes aliorum vt fiant nostræ 335
virtutes fratrum, sub abbate Guidone degentium 231
virtutes sanctorum omnium vt in Coleta virgine reluxerint 180. & seq.
virtutes F. Aegidij Minoritæ 331. S. Bernardini 427. S.Caprasij abbatis 455. S.Cõstantij episcopi 73. Gerardi monachi 505. S.Godebertę virginis 276. S.Gothardi episcopi 364. S.Iob 410. S. Placidi 748. Stanislai episcopi 386. Tobię consobrinę Bernardini 422. S.Vbaldi episcopi 416. S.VVinnoci abbatis 812
virtutum Iohannis Agni episcopi catalogus 783. & S.Bernardini 423
virtutum custos & conseruatrix humilitas 347. & 152
virtutum omnium mater, discretio 661
virtutum S.Leopoldi summa 851
virtutum biga & dyas S.Deodatus & Hildulphus 544
virtutum certamen fratres germanos inijsse 30
de virtutum odore S.Exuperij testimonium S. Hieronymi 738. absque humilitate nomen suum tueri non posse 152
virtutes esse extruendas super fidei fundamentum 882. & velut scalas quasdam cæli esse 883. tentationibus & infirmitatibus perfici 256
virtutibus multis Martinus Papa vacat 837
visio cuiusdam 461. 467. 473
visio S.Bathildis ante mortem 68. S.Bernardini 426. cæci cuiusdam 479. Cantini episcopi 799. S.Caprasij 786. Confessarij Lydvvinæ & aliorum 317. Damiani episcopi 190. Disigij nautæ 402. S.Ermenoldi 12. Esaiæ propheræ 732. famuli cuiusdam 457. fœminæ cuiusdam 594. fratris cuiusdam 232. S.Gentilis 72. S.Gothardi episcopi 368. 369. hominis miserabilis 469. Hubilæ abbatissæ 358. S.Ianuarij 712. a S.Idæ 684. S.Iosaphat 936. 958. Leuiniani cuiusdam 79. Lydvvinæ virginis planè vigilantis 298. monachi morientis 147. mulieris cuiusdam paralyticæ 604. S. Othonis episcopi 10. S.Placidi mart. 748. S.Porcarij abbatis 628. sacerdotis cuiusdam 307. surdi cuiusdam 687. virginis cuiusdam sanctæ 252. & cuiusdam fratris 253. & Zuselini sacerdotis 355
visio cuiusdam apud sacras reliquias 460
visio Coletæ terribilis de cuiuscũque generis hominum peccatis, & pœnis propter ea sustinendis, & quantus eam indè horror & tremor inuaserit 154. & 155
visio Petri cuiusdam reginæ Lusitaniæ confessarij 39

Universidad de Deusto
Biblioteca

visio fratris cuiusdam sub mortem 12
visio terribilis cuiusdam fratris 1052
visio admiranda 148
visiones Lydvvinæ virginis 291. 295. 296. 304. 308. 314. 316. & Hermanni Steinueldensis 237. 242. 243. 245. 246
visiones ad sepulcrum S.Stanislai episcopi 396
visiones crebræ diuersis oblatæ 462
visiones multorum de S.Honorato episcopo 37
visiones quorundam monachorum 136. 599. 603
visontiense monasterium 178
SS.Vitalis,Felicula,& Zeno 1102
SS.Vitalis & Agricola post varia tormenta crucifiguntur 1223. Corpora eorum per S. Ambrosium eleuantur, ibid.
vita angelica S.Placidi martyris 752
vita sanctissima monachorum Breunouiensium 839 & S.Lepoldi inter curas mundanas 842
vita sanctissima S. Potentianæ virginis 419
vita Dagoberti regis quàm sapiens & sancta 87
vita S.Victoris episcopi asperrima 650
vita S. Honorati adhuc catechumeni qualis 29
vita S.Honorati instàr perpetui miraculi 38
vita solitaria D.Bennonis episcopi 529. S.Deodati & suorum discipulorum 539. 540
vita dissoluta quorundam è Clero 415
vita crucifixa piorum, voluptatum sectatoribus permolesta 293
vita nostra cur virtutibus & sancta conuersatione ornanda 221
vita verorum Christianorum irreprehensibilis 928
vita improborum nil veræ iucunditatis habet 921
vita præsens diaboli hamus est 921
vita vera quænam sit existimanda 900
vitæ Sanctorum, Ecclesiæ ornamentum 809
vitæ Sanctorum, incitamenta ad benè operandum 845
vitæ asperitas Coletæ virginis 153. & D. Ludouici Morbioli 795. & S.Stephani Iunioris 969. & Petri abbatis 144. & Esaiæ prophetæ 573. & S. Bononij abbatis 655
vitæ grauiter decumbenti nouem anni adiecti 253
vitæ rectitudo Constabilis abbatis, & euangelica simplicitas 127
vitæ sanctitas S. Adelheidis abbatissæ 94
vitæ sanctitas & innocétia cum recta fide coniungenda 1035
vitæ & conuersationis sanctæ exemplum S.Bathildis virgo omnibus præbet 68. quæ posteris vitæ exempla reliquerit 69
vitæ sanctæ suauitas 893
vitæ actiuæ & contemplatiuæ necessaria coniunctio 520
vitæ emendationem in senium differre, quàm sit periculosum 221
vitæ suę libellum cur rogo commiserit Coleta virgo 152
vitæ & passionis Christi meditatio quàm sit efficax 297
vitam acerbam & asperam filium Mariæ docuisse, gentes verò delicioſam 916
vitam laudabilem vbiquè requiri 587
vitam S.Deodati episcopi multi imitantur, eius sese tradentes disciplinæ 541
vitam actuosam quis benè agat 344
ad vitam biduo submersus reuocatur 1010
ad vitam æternam via breuior quæ sit 154
vitas sanctorum in eorum festis confluentibus populis Ecclesia antiquitùs enarrare consueuit 791
vitia sese diffusiùs dilatabunt in fine mundi 1066
vitia propria gladio spiritûs mortificanda 123
vita palàm seueriter castigat & taxat Bernardinus 433
vitia carnis vt possint vitari 339
S.Vitus totius Saxoniæ patronus 508. vt Roma fuerit translatus in Gallias 508
S.Viti brachium Corbeiam translatum 728
SS.Viti, Modesti, & Crescentiæ passionis historia 1142. & 1143. corpora eorum Florentia sepelita, ibid.
S.Viti translatio 508
S.Viti præclara encomia 509
vitrum fractum, vt miraculosè redintegratum 172
vituli aurei combustio quid designârit 123
viuiacense monasterium 177
S.Viuianæ parentes 1225. plumbatis cæsa emittit spiritum, ibid. à Iohanne presbytero sepelitur, ibid.
Vltio diuina in persecutores Coletæ 184
Vnctionem extremam S.Gothardus episcopus accepit 379. item S.Bernardinus 440
SS.vndecim millium virginũ memoria 1207
vnvvanus archiepiscopus Hamburgensis 374
Voluntas bona in opus conferenda 338
voluntas propria quàm sit nociua homini 193
voluntas omnis in tribus cautis natat 1002
voluntatis propriæ pernicies 154
voluntati diuinæ sese totum in afflictionibus accommodandum 288
voluntatem Dei certis signis cognosci posse 155
voluptates mundi cum amaritudine digeruntur 918
vomitus mirabiles 281
vormatiæ imperialia comitia celebrantur 728
votum S.Annæ 1018. dæmoniaci liberati 91. cuiusdam matronæ, per annum visitaturæ sepulcrum S.Ermenoldi 13
votum Sanctis nuncupatum 474. D. Virgini nuncupatum 228
votum, Ioseph, qui & Hermãnus, nũcupatum 258
votum illuminatæ mulieris S. VVinnoco abbati nuncupatum 817
votum nuncupans S.Bernardino, reualescit 444. 445
votum nuncupans Virgini Mariæ, sanatur 449
votum nuncupans martyri, liberatur à periculis 452
post votum martyribus nuncupatum, homo iam desperatus mirè curatur 468
ob votum Deo promissum, S.Iosaphat deserit regnum 949
votum rediuiuus persoluit 1057
votum S. Amatoris cum sponsa perpetuæ continentiæ 352
vota esse soluenda 849
vota facta Deo reddenda 1048
vota Domino paralyticus soluit, & curatur 634
vota monastica tria 1048
voto nuncupato, infirma conualuit 382
votifragus diuina vltione punitur 46. infirmitate corripitur, vt resipiscat 1056. rursùm incidit in paralysim 634
votifragus Victor præfectus Carthaginẽsis quoddam miraculum adscribit Ioui 678
vouet Deo virginitatem S. Ermelendis 796
vouet Deo castitatẽ S.Magdalueus episcopus 744
Vratislaus S.Ludmillæ filius vxorem ducit infidelem Drahomiram 705
S.Vrbani Papæ breuis memoria 1131
S.Vrsatius, relicta militia, vitam solitariam agit & virtutibus claret 1173

erga S.Vrsulam & socias mirus amor Hermanni Steinueldensis 245
S.Vrsicinus episcopus Bituricensis primus 1214
S.Vrsicini martyris Rauennatis breuis memoria 1144
SS.Vrsicini, Vitalis, & Valeriæ vxoris Vitalis martyrum passionis breuis memoria 1119
S.Vrsmarus episcopus & confessor 1116
vrso Barensis & Canusinæ archiepiscopus 397
vrsus archiepiscopus Rauennatum 43
S.Vrsus episcopus Antisiodorensis & confess. 1161
vulnera martyrum diuinitùs curantur 583. 584
S.VValburga virgo 1122
S.VValburga abbatissa Heydenheimensis monasterij 356. apparet Otgario episcopo 357
S.VValburgæ virginis, abbatissæ Heydenheimensis, vita 356
S.VValburgæ reliquiæ sudare videntur 358
vvalonus Hauelbergensis, episcopus 21
vvandali debellant Rhemenses 1011
S.VVarericus confessor 1113
S.VVenceslaus dux Bohemiæ & martyr 1197
vverboldi viri pijssimi sententia de Lydvvina virgine 285
S.VVerenfridus B.VVilibrordi socius & vitæ sanctæ imitator 632. cura ecclesiæ in VVesteruoert illi concredita 633. apparet leproso in somnis, & iubet eum suum visitare sepulcrum 635
vvernherus Argentinensis episcopus 374
vvernheri pueri, ab impijs Iudæis crudelissimè necati, & multis miraculis clari, historia 319
VVigerus præceptor Bennonis episcopi 514
SS.VVilebaldus episcopus & Maternianus confessor 1152
S.VVilehadus episcopus & confessor 1214
vvilhelmus Argentinensis episcopus 374
vvilhelmi Comitis Hollandiæ erga patrem Lydvvinæ virginis humanitas 285
S.VVilibrordus primus episcopus Vltraiectensis 632
S.VVillebrordus episcopus & confessor 1213
S.VVillibaldus primus Eystetensis episcopus 356
vvilligisus Moguntinensis archiepiscopus 365
S.VVinnocus abbas 563. dormienti cæco apparuit 816
vvissmaria ciuitas 514
vvitgerus Brandenburgensis episcopus 21
vvitigo episcopus Missnensis 511. 531
S.VVolfgangus episcopus Ratisponensis 1211
S.VVolfi quanta fuerit abstinentia 788
S.VVulfrannus episcopus 1118
S.VVulmarus abbas 1143
S.VVulmari corpus nebula obtectum, nè à monialibus videretur 583
SS.VVulmarus & Philibertus abbates 1155
vulnera sanctorum gemmis longè nobiliora 621
vulnera Christi S.Gertrudi diuinitùs impressa 16
vulnerum suorum notas Christus Lydvvinę imprimit 298
vurmius flumen 466
Vxor conatur Saturnum euertere 228
vxores consanguineas non esse ducendas 1055
X litera, figura Crucis 631
Zacheus quartus Hierosolymitanus episcopus 1175
S.Zacharias propheta 1183
S.Zacharias Pontifex caput S. Georgij martyris reperit in patriarchio 1109
zacharias pater Iohannis Baptistæ inter templum & altare occisus 1017
zacharias sacerdos occisus 808. 809
S.Zachariæ presbyteri martyrium 1135
zachariæ prophetia 809
zernebock idolum 522
zelotypus diuinitùs castigatur 1043
zelus S. Stephani protomartyris 1023. & S. Eutropiæ 1012. & Coletæ virg. erga Dei cultum 162
zelus fidei S.Clothildis reginæ quantus 70
zelus quorundam pro fide Christiana 713
S.Zelus cum socijs sex martyribus 1149
zeno Veronensis episcopus 410
S.Zenobius presbyter capite cæditur 1210
S.Zenon martyr cum socijs decies mille, ducentis & tribus martyribus 1152
S.Zenon episcopus Veronẽsis & confessoribus 1227
S.Zepherini Papæ & constitutionum eius breuis memoria 1176
S. Zoæ vxoris Nicostrati, passionis breuis memoria 1151
SS.Zoellus, Seruilius, Syluanus & Diocles martyres 1131
zona cilicina Lydvvinę virginis dæmones torquet 317
zona Coletæ quid memorabile effecerit 183
SS.Zotici, Irenæi, Hyacinthi, & Amantij martyrũ memoria 1101
S.Zoylus martyr cum xix. socijs 1147
S.Zoyli martyris inuentio 552
S.Zozimi Papæ & constitutionum eius breuis memoria 1233

FINIS INDICIS.

F. IACO-

Universidad de Deusto
Biblioteca

F. IACOBVS MOSANDER PIO LECTORI SALVTEM.

SI miratus fueris, candide Lector, quòd eas Sanctorum historias, quæ secundæ editionis Tomis fuerunt adiectæ, huic iterùm Tomo inseruerim, accipe huius rei necessariam rationem. Mens erat prædilecti confratris nostri piæ memoriæ Surij, vt qui primæ editionis Tomos sibi comparâssent, etiam omnibus ijs historijs, quæ secundæ editioni accessêre, in huius Tomi emptione frueretur, nec opùs haberent nouos illos Tomos sibi comparare: nec hunc reijcerent, qui nouos comparâssent, quia permultæ in eo continentur notabiles vitæ, quæ aut nunquàm in lucem prodiërunt, aut in prioribus Tomis nō habetur. Aliquot etiam historias priori in editione mutilas & imperfectas, vt sunt S. Bernardini Senensis, S. Stanislai Episcopi & martyris, S. Vulmari confessoris &c. integritati hic restituimus. Cæterùm nescio quo errore acciderit, vt in Vita S. Stephani Regis Hungariæ, pagina 859. quarti Tomi primæ editionis, & 876. secundæ, Gisela vxor dicti Stephani, Henrici Imperatoris filia nominetur, cùm non filia, sed soror eius fuerit. nam duxit Henricus cum Cunegunde vxore vitam cælibem. Itaque loco filiæ, sororem, lege. In vita quoquè S. Carilephi presbyteri pagina 35. quarti Tomi primæ editionis, & 33. secundæ, loco, S. Maximini Aurelianensis Episcopi, lege, Abbatis. non enim is Episcopus fuit, sed tantùm Abbas.

Vale.

PRAESENS hic septimus DE VITIS SANCTORVM TOMVS, quem partìm ex Aloysio Lipomano, partìm ex Reuerendi P. Laurentij Surij collectaneis, alijsque veteribus monumentis congestum F. IACOBVS MOSANDER CARTHVSIANVS exhibet, nihil continet quod aduersetur Catholicæ & Apostolicæ fidei, aut bonis moribus: quod contestor ego F. Guilhelmus Gennepęus S. Theologię Licentiatus, Inquisitor hæreticæ prauitatis à Sede Apostolica specialiter designatus, propriæ manûs subscriptione.

Fr. Guilhelmus Gennepæus Inquisitor qui suprà, manu propria subscripsi.

SERIES CHARTARVM SEPTIMI HVIVS, DE SANCTORVM VITIS AC HISTORIIS, TOMI.

A, B, C, D, E, F, G, H, I, K. a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p, q, r, f, t, v, x, y, z. aa, bb, cc, dd, ee, ff, gg, hh, ii, kk, ll, mm, nn, oo, pp, qq, rr, ff, tt, vv, xx, yy, zz. aaa, bbb, ccc, ddd, eee, fff, ggg, hhh, iii, kkk, lll, mmm, nnn, ooo, ppp, qqq, rrr, fff, ttt, vvv, xxx, yyy, zzz. aaaa, bbbb, cccc, dddd, eeee, ffff, gggg, hhhh, iiii, kkkk, llll, mmmm, nnnn, oooo, pppp, qqqq, rrrr, ffff, tttt, vvvv, xxxx, yyyy, zzzz. aaaaa, bbbbb, ccccc, ddddd, eeeee, fffff, ggggg, hhhhh, iiiii, kkkkk, lllll.
Omnes sunt terniones, exceptis nouem sequentibus duernionibus: A, B, C, D, E, F, G, H, I.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN IMAGINEM REVERENDI PATRIS LAVRENTII SVRII CARTHVSIANI, OPTIME DE CHRISTIANA REP. MERITI.

EFfigiem SVRII dum cernis, candide Lector,
Quin capiat tanti fructus amorq́, viri!
Qui lucrum duxit, mundo latuisse superbo:
Delicias, casta mente vacasse Deo.
Ecce recedentis sequitur nunc gloria tutam
Virtutem, nullis sat celebranda typis.
Clara LVBECA neci genuit, sed carior illi,
Qua patet ad vitam, sedula cura fuit.
Huius ob eximium quo conflagrabat amorem,
Saluifico triuit commoda vana iugo.
At licet obscuro, sed sacro tecta recessu,
Non potuit soli lux micuisse sibi.
Nanque domi fratres virtutum lampade lustrans,
Edocuit summo reddere vota patri,
Quando erat in SVRIO sacri spectasse laboris
Exemplar, placidam mente referre facem.
Omnibus vt, Pauli iuxta decreta, salutis
Ansa foret, cunctos, omnia factus, obit.
Nec generosa domi Virtus se passa recludi,
Protulit oppleto munera larga sinu.
Quot docet atque monet Stygiam vitare paludem?
Quótve pio mollit pectora dura foco?
Quot dedit afflictis rebus patriæq́, ruinæ
Fulcra! quot hæreſeωn monstra nefanda domat?
Dum sermone colens Latio monimenta piorum,
Eximias sanè suppeditauit opes.
Sanctorum præclara quid est certamina magnis
Sex celebrata Tomis quòd dedit vna manus?
Septimus adiungi dum cœptus, turba beata
Cœlicolûm studijs præmia digna parans,
Sat Superis factum, dixit, donetur Olympo,
Emeritũ nostris insere CHRISTE choris.
Nec mora, præsilès SVRIO mors prompta sedentis
Intrepidum ad Superos cuspide pandit iter:
Liber abi, dicens, celebratis iungere Diuis,
Et cape nunc meritis serta dicata tuis.

IN IMAGINEM ET LIBROS SVRII.

EST aliquid SVRII spectare in imagine vultus,
Quos spatio exiguo scalpta tabella refert.
At SVRII Libros, magna quos texuit arte,
Qui legit, ingenium cum pietate videt.

OBIIT ANNO DOMINI M. D. LXXVIII. DIE XXIII. MAII.

IANVA

IANVARIVS. 1

D. CAECILII CYPRIANI CARTHAGINENSIS EPISCOPI SERMO DE CIRCVNCISIONE DOMINI: QVI HABETUR TERTIO TOMO OPERUM EIUS.

ARGVMENTVM.

Circuncisionem Abrahæ mandatã, non apud solos tamen Hebræos, sed & apud Arabes & Phœnices, filijs etiã Ismael & Esau vsitatam, valuisse docet ad peccati originalis expiationem. Ad quod etsi ab Adam vsque ad Noe, & deinceps ad institutionẽ vsque huius sacramenti, efficacia essent sacrificia vetera: imperatam posteà circuncisionem cùm fidei tempora propinquarent, vt singulorũ sacrificia, singulare Christi præcederent holocaustum. Post quod, iam non aliam circuncisionem requiri quàm cordis, qua titillatorios carnis motus rationis authoritate compescamus. Gen. 17.

Circuncisio olim data est patribus ad peccati originalis expiationẽ.

INTER omnia testamenti veteris sacramenta nihil Circuncisione solennius antiqua celebrauit religio, nec tantùm in Hebræos, sed etiam in Phœnices & Arabes hæc traditio inoleuit. Reliquæ gentes tam mandatum quàm factũ irridենt: & Deo minimè asserunt conuenire, vt Saluatoris benignitas plagis infantium delectetur, & immeritos in ipso vitæ initio periculo mortis addicat. Hoc de bono Domino sentire, qui neminem vult perire, absurdum & irrationabile iudicant. Nec tamen eis omnia reliqua sacrificia sunt horrori, sed in multis naturalem legem sequentes, expiationum retinent instrumenta, & immolant victimas, & incendunt adipes, & cum odoramentis & libaminibus fundunt coram Deo vota & preces. Legimus Iob Dei testimonio approbatum, iugibus sacrificijs occupatum: nec legimus circuncisum: Et poterant esse eo temporum diuersis in locis multi viri insignes, qui iustitiæ Dei subiecti, hoc signo carebant, licèt filios Esau & Ismael putandũ sit huius traditionis non fuisse expertes. Verùm cùm opus istud & antiquitas commẽdet, & iubentis authoritas: inquirẽda est tanti mysterij ratio, quæ Abrahæ specialiter & semini eius tanto pondere mandata est, vt quisquis in illa gente huius signi careret differentia, Ethnicus non Iudæus reputaretur, & à titulo filiorum Israel abraderetur proscriptus. Hoc cùm octaua die iussum sit celebrari, & nomen circunciso aptari: intimatum est his qui digni sanctorum consortio censebantur, quòd eorum nomina scriberentur in cælis, & æternæ beatitudinis, quam post vitæ huius septimanam octaua consequitur, hæredes fierent & consortes, quicunque vitæ innocentia & cælibatûs sanctimonia sese Domino consecrâssent. Tenera itaque infantia huiusmodi erat imbuenda doctrina, & ante concupiscibiles motus, quos peccatum meruerat, miserabili pœnæ, & inceuitabili vindictæ, etiam in paruulis adhibenda erat seueritas: & antè quàm ebulliret sartago libidinum, prouisum est ventilabrum, quo refrigerari posset, & extingui depopulatricis flammæ vagus ardor, & vniuersa perlustrans incendium. Ideoque dolor voluptati, & sanguini delectationis sanguis tormẽti opponebatur: vt in primis elementis discerent paruuli, semper proprię memores sectionis, contraria curare contrarijs, & ad cohibendos refrenandosque turpitudinum appetitus necessarium esse sale corrosorio carnis perfricare pruritus, & semper recrudescentes desiccare putredines. Ad hoc corpus suum mortificabat Apostolus, non tantùm circuncidens illud seminarium membrum, sed totum se crucifigens, & omnibus extraordinarijs motibus opponens cauterium, vsque adeò corpus suum redigens in seruitutem, vt diceret: Viuo autem iam nõ ego, viuit verò in me Christus. Cuius facti æmulatores erubescimus in pudendis: & detecto sectoque confusionis operculo, quanuis conscientia testis semper nobis exponat scaturientes intùs peccati insidias, nec internum vitare possimus iudicium: viriliter tamen

Gentes victimis suis peccata expiabant. Iob 1.

Quid octaua dies, & nominis impositio designent.

Contraria sunt cõtrarijs curãda. 1. Cor. 9.

Galat. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rationis authoritate increpandi sunt titillatorij sensus.

stándum est,& rationis authoritate increpandi sunt titillatorij sensus,& summoperè vigilandum est nè sequatur assensus. Intra nos pudor iste aboleri omninò non potest: quia nec totum hoc membrum, sed anterior eius portio iussa est circuncidi. Res sanè maxima est, si non egrediatur foràs huius contagio corruptelæ: & insaniens bestia corrupti anhelitûs catenis ferreis in vltimis animæ recessibus alligetur, intusq; fractis dentibus seipsam concupiscentia captiua mastiget & corrodat. Manet itaq; erubescentia propter sensum: vt qui in agone contendit, sciens circun-

1.Cor.9.

cisionis mysterium, ab omnibus se abstineat quæ possunt huic flammæ ministrare fomentum. Nec tamen peremptoria est contendentibus, sed probatoria huius sensualitatis collu&atio tam veterna: sed institutum est certamen inter spiritum & carnem, vt victor homo peccati & pœnæ, post triumphos solennes coronetur in gloria, sine infestationibus deincèps, liber à peccato & pœna.

Hanc verecundiam post præuaricationem vanitati subiecta, non volens anima pertulit, & vim sustinet inquietudine perurgente, & inuoluntarijs motibus fatigata infelicitatis suæ deplorat miseriam, liberari de corpore mortis huius desiderãs: & pacifici tranquilliq; statûs à Deo postulat libertatem. Quotidiano sanè cõflictu spiritus & caro luctãtur, & causatur ratio aduersùs domesticum malum: quòd ità intra se exerceat regnum quasi natura sit vitium, & secum traxerit creatio prima peccatum. Hoc vtiq; prima non sentit conditio, sed secutum est transgressorẽ supplicium, & adhæsit indiuidua pœna peccato: de quo erubescent, quicunq; mundo corde Regem in decore suo videre desiderant. Quis in tam assiduis illusionibus non confundatur? Quis non in tantis contumelijs erubescat? Fomes quippè huius mali intùs in tenebrosis recessibus latitans, vt viderit animam aliàs occupatam, & minùs ad suî circunspectionẽ solicitam, irruptionibus vehementibus crumpit, & blanditijs venena supponens, pudicitiæ puritatem inopinatis inuadit assultibus. Ideoq; pudibũdus homo nuditatem suam operit, & fœditatem confusus occultat. His rediuiuis vulneribus semper hac sanie illitis necessaria est per omnẽ huius vitę septimanã iugis resecatio putredinũ, & cõtinua circuncisio cicatricũ. Et in cæteris quidẽ membra omnia imperio rationis obediũt, & arbitrij retinent libertatẽ. Hic verò vbi Babylonię fornax exarserit, & quasi pice & naphtha cõsperśi libidinũ ebullierint appetitus, inflammata caro libertatis priuatur honore: intantùm vt rebellia membra velit nolit in motus nefarios audacter exurgant. Præcedebãt olim integumenta rerum significantia abolitionem peccati, & ad perfectionem inchoata

Rom.7. Gal.5. Quotidiano cõflictu, spiritus & caro luctãtur.

Cur Christus voluerit circuncidi.

tendebant. Nec hoc sacramentũ consuetudini antiquæ subtrahere voluit Christus, & licèt non esset in hoc tempore necessariũ, tamen nè antiqua religio prorsùs reproba videretur, voluit in se circuncisionis aptari signaculũ. Sanè originale peccatum quod à primis patribus in totam generis huius successionem defluxit, omni tempore aliquibus remedijs oportuit expiari: licèt vim plenã significantia nõ habuerint, donèc ad rem ipsam ventum est, quæ figurarum operiebatur velamine. Et licèt sacramentorũ arcana omnibus non paterent, virtus tamen & effectus eorum ignorari non poterat: quia ab Adam vsq; ad Noë sacrificia Deo constat fuisse accepta, quæ vsq; ad illud tempus sine legis distinctione diuinitùs inspirata institutione primi hominis celebrarẽt. Illa verò sacrificia aut in animalium sanguine, aut aliarum oblationum incensionibus agebãtur: non quòd fumo aut mortibus pecudum delectaretur Deus, sed vt intelligeretur immutabile iudiciũ & prolata ab initio sententia in peccatum. Immutabile decretum ab æterna lege exierat, cõcupiscentia affligi, & morte peccatorẽ puniri: nec poterat plagis exterioribus remediũ aliquod subuenire, quin stimulus carnis sine vlla exceptione colaphizaret infirmum, & vsq; ad dissolutionem mors importuna persequeretur captiuũ. Et mors quidem carnis concupiscentiarum intersecabat ludibria, nec poterat vltrà peccare illud quod erat putredini ac dissolutioni prædestinatũ & datum: sed superat post mortem carnis animæ labor, & afflictio spiritûs: nec poterat vlla ratione illa absolui damnatio, nisì morti omniũ vita omniũ subueniret, & pro generali morbo gratia Dei singulare propinaret antidotũ. Hoc antiquum redemptionis nostræ consilium sanctis patribus reuelauit Deus, voluitq; vt paulatim assuescerẽt homines passioni & morti necessariæ, voluntariæ mortis opponerent libamentũ, & pœnam in medelam, & supplicium in remedium commutarent. Huius oblationis doctrinam sacrificia continebant antiqua: & incensiones & mortes huius con-

Pœna peccati mors. 2.Cor.12.

Morti oĩm vita Christi moriendo subuenit.

summa-

summationis gratiam præsignabãt. Propter hoc cùm iam fidei tempora proquinquarent, imperata est circuncisio: & pars illa corporis in qua est voluptatũ seminarium & libidinis officina, iussa etiam in paruulis amputari, vt proprij primitias sanguinis, ei qui totum sanguinem suũ oblaturus erat, offerrent: & communia singulorũ sacrificia singulare præcederent holocaustum. Vbì verò Christus Dominus venit, de quo in capite libri scriptũ est, vt in morte sua patris volũtatem impleret, cessârunt sacrificia: nec iam truncationem præputij Euangeliũ imperauit, sed circuncisionem cordis, & omnem tam membrorũ quàm affectuum petulantiam gladio spiritûs resecari immutabili decreto mandauit. Et tantæ dignitatis illa vna redemptoris nostri fuit oblatio, vt vna ad tollenda mundi peccata sufficeret: qui tanta authoritate in sancta introiuit in sanguine proprio, vt deincèps nulla supplicantium postulatio sanguine indigeret alieno. A diebus igitur visitationis nostræ regnum cælorum vim patitur, nec iam in expoliatione carnis circuncisio agitur, sed Spiritûs sancti virtute vetustatis antiquæ sanies expurgatur.

Gen.17.

Pſal.39.

Finis sacrificiorũ peccorum, & Circuncisionis, Christus.

Iam circũcisione cordis, & Spiritûs sancti virtute, sanies peccati extergitur.

BEATI PETRI DAMIANI SERMO IN EPIPHANIA DOMINI: VT HABETVR OCTAuo Tomo Aloysij.

CVM natus esset Iesus in Bethleem Iudæ in diebus Herodis Regis, eccè Magi ab Oriente venerunt Hierosolymã, dicentes: Vbì est qui natus est Rex Iudæorum? Vidimus enim stellã eius in Oriente, & venimus cum muneribus adorare eum. Laudate Dominum omnes gentes, & collaudate eum omnes populi. Nam cùm omnipotens sermo nondùm à regalibus sedibus descendisset, & nox in suo cursu medium iter ageret, populus gentium ambulabat in tenebris, quia dilexerunt magis tenebras quàm lucem: variosque secuti errores, in circuitu impij ambulabant, euntes vnusquisque, alius ad villã, alius ad negociationem suam: & obscuratum est insipiens cor eorum, quia incuruatus est vnusquisq; ad opus manuum suarum. Patres etiam illi antiqui omnes sub nube fuerũt, eo quòd adspiciebant in visu noctis, nec claritatem vultûs Moysi poterant intueri, quia velamen erat positum super cor eorum, & erat aqua tenebrosa in nubibus aëris: cùm videlicet filij Sion inclyti, conuersi sunt in vasa testea, opus manuũ figuli: dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum: argentum eorũ versum est in scoriam, eo quòd caupones eorum miscebant aquam vino: quandò obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, nec erat de eis, qui faceret bonum, nec etiam vsq; ad vnum. Tunc ergò tenebræ factæ sunt super vniuersam terrã, quia Iudæus & Gentilis in tenebris strauerunt lectum suum, habitantes in tenebrosis & vmbra mortis. Quia igitur tunc nox præcessit, eccè dies appropinquauit, & lumen refulsit in habitaculo carceris nostri, ex eo quòd exortum est in tenebris lumen rectis corde, cùm visitauit nos Oriens ex alto: & ortus est nobis Lucifer matutinus, qui non nouit occasum, quãdò lux illa vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc muudum, in tenebris luxit, & tenebræ eam non compræhenderunt.

6.Ianuarij. Matth.2. Pſal.116. Sap.18. Iohan.3. Matth.22. 1.Cor.10. Thren.4. Christus aduẽtu suo in carne, illuminauit mũdi tenebras. Iohan.1.

Iudæi itaque & Gentiles in tenebris erant vsque ad tempus plenitudinis. At vbì venit plenitudo temporis, emisit Agnum Dominus dominatorem terræ, de petra deserti ad montem filiæ Sion: & lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Et quia ad hoc venerat, vt oues dispersas congregaret in vnum, licèt non fuerit primò missus, nisì ad oues, quæ perierãt domús Israël: quia tamen alias oues habebat, quæ non erant ex hoc ouili, & illas oportebat eum adducere, vt fieret vnum ouile, & vnus pastor: idcircò habitantibus in regione vmbræ mortis tam Iudæis, quàm gentibus, lux orta est eis vtrisque, propter quod & in natiuitate claritas Dei circunfulsit pastores, quia Angelus euangelizauit eis gaudium magnum, & hodierna die stellæ claritas natum denunciat Saluatorem. Iudæis itaque tanquàm ratione vtentibus loquitur vox Angelorum, Gentibus verò quasì brutis, & iumentis in campis syluæ, loquitur lingua siue stella cælorum. Lux itaq;

Esa.16. Pſal.117. Matth.15. Iohan.10. Esa.9. Luc.2. Matth.2. Cur Angelus Iudæis, Stella verò

Universidad de Deusto
Biblioteca

gētibus apparuerit. demonstrat lucem, creatura suum indicat creatorem, suū loquitur factura factorem,& noua stella denunciat verum Solem. Laudate ergò Dominum omnes gentes,& collaudate eum omnes populi. Lætamini gentes simul cum plebe eius. Gaudeant Gentiles, exultent Iudæi: quia eccè Sol de stella enituit,& factor Virginis factus est in Virgine factura sua. Homo enim, qui factus est in ea, ipse fundauit eam

Psal.86. altissimus. Ortus est itaque Sol de stella, sanitas ex ægritudine, ex morticino vita, lux ex tenebris, dulcedo ex amaritudine, ex spina rosa, pater ex filia, Dominus ex ancilla,& de exiguo riuulo fons aquæ salientis in vitam æternam. Oritur ergò Sol de stella,& demonstratur Sol per stellam.

Maria stella, Christus Sol cur dicantur. Erat stella in aëre, stella in terra, Sol in præsepio. Stella in aëre, corpus illud lucidum: stella in terra, Virgo Maria: Sol in præsepio, Christus noster. Stella in aëre,

Matth.2. de qua habuimus in Euangelio: Vidimus enim stellam eius in Oriente,& venimus

Num.24. adorare eum. Stella in terra, de qua Balaam prędixit in Prophetia sua: Orietur stella ex Iacob,& confringet omnes alienigenas. Sol in præsepio, de quo reprobi, se-

Sap.5. cundùm quod in libro Sapiētiæ legitur, dicturi sunt in futuro: Errauimus à via veritatis,& Sol iustitiæ non illuxit nobis. An non ipse est, qui in sole posuit tabernaculū suæ carnis, quandò fuit tanquàm sponsus procedens de thalamo suo? In ste-

Psal.18. la, fratres, quatuor principaliter attenduntur. Stella enim igneæ naturæ est, stella

4. proprietates stellæ Mariæ attribuuntur. in se lucida est & clara, stella ex se radium emittit, stella in nocte lucet. Hæc eadem in stella nostra, id est in Virgine Maria possumus inuenire. Stella, vt diximus, igneę

Exod.3. naturæ est: & ipsa Virgo Maria igneæ naturæ fuit. Ipsa est enim rubus ille igneus, in quo apparuit Dominus Moysi, qui videbatur quippè ardere, sed non comburebatur: quia grauida quidem apparuit Virgo, sed igne libidinis non est cōsumpta.

Cant.6. Ipsa in se splendida est & clara, adeò vt de ea scriptum sit in Canticis canticorum: Quæ est ista, quæ progreditur sicut aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt

Heb.4. sol? Ipsa ex se radium illum emisit, qui penetrat vsque ad cordis secreta. Scrutatur enim corda & renes, eo quòd viuus est sermo Dei, & efficax,& penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritûs: vndè & meritò

S. Maria stella maris dicitur. congruit ei nominis interpretatio. Maria nanque stella maris interpretatur. Ma-

Psal.103. re hic mundus est, sicut scriptū est: Hoc mare magnum,& spatiosum, illic reptilia, quorum non est numerus. Meritò ergò stella maris dicitur, quia ipsa tāquàm sidus singulare refulsit in mundo,& cuius splendor illuminat mundum, & ex se radium

Iohan.1. illum emisit, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et sicut radius processit à stella, stella integra permanente: sic filius ex Virgine, virginitate inuiolabili perdurante, secundùm quod & Propheta Ezechiel inquit:

Ezech.44. Porta, quam vides, semper erit clausa, & nullus transibit per eam, sed Dominus solus introibit per eam. Stella lucet in nocte, & ipsa Virgo in nocte huius seculi

Antiphona. singulariter fulsit, secundùm quod de ea scriptum est: Quæ cunctas hæreses sola interemisti in vniuerso mundo. Talis est stella nostra, fratres, talis est Virgo Maria, talis est stella maris: & quia reliquit nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius, talis etiam debet esse anima nostra.

Luc.12. Simus ergò, fratres, igneæ naturæ, vt sit in nobis ille ignis, quem venit Dominus mittere in terram: & ignis ille, qui erat flammigerans in ossibus Hieremiæ, accēdatur in conflatorio cordis nostri, iuxta quem sedet Dominus purgans & mūdans fi-

Malach.3. lios Leui. Simus etiam & nos clari & fulgidi, vt adspiret nobis dies, & inclinentur

Colos.3. vmbræ,& deponentes veterem hominem cum actibus suis, induamur nouum, qui secundùm Deum creatus est: vt si fuimus aliquādò tenebræ, nunc simus lux in Do-

Rom.13. mino, & induti armis lucis ambulemus honestè, sicut decet ambulare in die. Emit-

Luc.12. tamus etiam ex nobis, fratres, radiū bonæ operationis, quia scriptum est: Sint lumbi vestri præcincti,& lucernæ ardentes in manibus vestris. Lucernas quippè ardentes in manibus portamus, cùm proximis nostris per exempla bonæ operationis lu-

Matth.5. cemus, vt cortina cortinam trahat,& qui audit, dicat, Veni: & sic luceat lux nostra coram hominibus, vt videntes opera nostra bona, glorificent Patrem, qui in cælis est,& currant multi in odorem vnguētorum nostrorū. Stella lucet etiam in nocte,

Philip.2. & nos, fratres, in nocte huius seculi luceamus, secundùm quod scriptum est: Inter quos lucetis, quasi luminaria fixa in firmamēto. Contra hæreticorum tenebras sa-

Cant.2. pientiæ lumine splendeamus, quia scriptum est: Capite nobis vulpeculas, quæ de-

Matth.10. moliūtur vineam Domini. Propter quod Dominus inquit: Estote prudentes sicut serpentes,& simplices sicut columbæ. Sic ergò, fratres, ad verum Solem poterimus peruenire, si Virginis & stellæ nostræ vestigia fuerimus imitati.

Quinque Solis ꝓprietates Christo attribuuntur. In sole autem quinque principaliter attenduntur. Sol incommutabilis est in se, cùm luna singulis mensibus commutetur. In sole est nulla macula, cùm semper macula sit in luna. Sol habet plenitudinem luminis, à quo & alia luminaria lumen accipiunt. Sol licèt sit immutabilis, interdùm tamen patitur eclipsim. Sol semper lucet in die. Sed eadem in vero Sole nostro solicitè inuestigemus. Sol in se incommutabilis est: & ipse Christus secundùm diuinitatis potentiam semper incommutabilis perseuerat. Vndè ipse ait: Ego sum Deus,& non mutor. Apud quem nō est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. In sole nulla est macula: & ipse est, qui singulariter ingressus est mundum sine macula, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Sol habet plenitudinem luminis: & in eo habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter, cui non est datus spiritus ad mensuram, immò de plenitudine eius accepimus omnes gratiam pro gratia, quādò vnguentum à capite descendit vsq; ad barbam,& à barba stillauit in oram vestimenti. Sol interdùm patitur eclipsim: & ipse Christus eclipsim mortis passus est in passione, quandò recessit pastor ouium, ponens animam pro ouibus suis,& inclinato capite emisit spiritum. Sol semper lucet in die: & ipse Dominus, postquàm resurgendo cōsumpsit tenebras nostræ mortalitatis, resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltrà non dominabitur, sed lucem habitat inaccessibilem, & in eo tenebræ non sunt vllæ. Hunc solus aquila Iohannes irreuerberatis luminibus intuitus est in rota sua, quandò adeò altè volauit, quòd si paulò altiùs intonuisset, totus mundus eum capere non potuisset, inquiens: In principio erat Verbum,& Verbum erat apud Deum,& Deus erat Verbum.

Malach.3. Iacob 1. Esa.53. Coloss.2. Psal.132. Iohan 19. Rom.6. 1.Tim.6. Iohan.1.

Magi ergò illuminati à sole veniūt ad Solē, qui illustrati per stellam, quę lumen suum habet à sole, venerunt ad adorandum Solem: quorum gesta diligenter singula attendamus. Venerunt ergò ab Oriente Hierosolymam, & cùm venissent, inquisiuerunt: Vbi est qui natus est Rex ludæorū? Cùm peruenissent ad locum, procciderunt: cùm procidissent, adorauerunt: cùm adorāssent, munera obtulerunt. Venerunt ergò infatigabili labore, inquisiuerunt prouida solicitudine, procciderunt debita humiliatione, adorauerunt mentis deuotione, munera obtulerunt integra fidei religione: & obtulerunt ei aurum, thus, & myrrham. Eccè primitiæ gentium, primò puram & integram fidem offerunt: obtulerunt enim thus Deo, myrrham mortali, aurū Regi: thus per fidem diuinitatis, myrrham per fidem humanitatis siue mortalitatis, aurum per fidem regiæ dignitatis. Fuit enim Deus,& homo, Emmanuel nobiscum Deus, cùm factus est simul in vnum dines & pauper: fuitque ex regia tribu, secundùm quod in eius genealogia describitur: Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham,&c. Vel obtulerunt hæc tria humanitati Christi, aurum Regi, Sacerdoti thus, myrrham mortali. Fuit enim ex regia & sacerdotali tribu. Fuit Rex, quia habuit in vestimēto & in femore suo scriptum, Rex regum,& Dominus dominantium. Fuit & Sacerdos secundùm ordinem Melchisedech Regis Salem, qui sacerdos fuit Dei summi, quia non per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed proprium sanguinem introiuit semèl in sancta, æterna redemptione inuenta. Conuersi enim sumus ad pastorem & Episcopum animarum nostrarum. Fuit etiam mortalis, quia verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit in corpore suo super lignum.

Quæ munera magi obtulerint ne oplasto. Esa.7. Matth.1. Apoc.19. Psal.109. Heb.7.9. Esa.53.

Hæc eadem ipsa Virgo stella maris obtulit soli nato suo in persona sua. Obtulit enim aurum regiæ dignitatis, quia fuit ipsa de regia tribu, secundùm quod in dicta genealogia legitur: Iacob genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Obtulit etiā thus,& myrrham: vndè in Cantico amoris hęc duo in ipsa iunguntur, vbi dicitur: Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ,& thuris,& vniuersi pulueris pigmentarij? Myrrha arcet vermes à corporibus mortuorum, & ipsa corpora conseruat à corruptione, propter quod Nicodemus attulit mixturā myrrhæ & aloës, vt condiret corpus Iesu. Per myrrham ergò carnis integritas designatur, thus verò mentis exprimit deuotionem. Benè ergò hæ duæ species in stella & virga nostra iungūtur, quia in Virgine Maria carnis integritas & mentis deuotio semper indiuisa manserunt. Et meritò additur, Vniuersi pulueris pigmētarij: quia ipsa adeò fuit donis Spiritûs sancti

Quæ dona obtulerit Maria. Cant.3. Matth.2. Iohan.19

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc.1. referta, vt audire meruerit: Aue gratia plena, Dominus tecũ, benedicta tu in mulieribus,& benedictus fructus vẽtris tui. Sic ergò,fratres,obtulerũt Magi,obtulit & Virgo Maria ſtella noſtra.Et quia exẽpla dederunt nobis,ergò & nos ità faciamus.

Quæ nos offeramus dona. Matth.11. Eccli.24. Eſa.55. Pſal.94. Pſal.28. Rom.12. Veneruntmagi,veniamus & nos,quia ſcriptum eſt: Venite ad me omnes,qui laboratis,& onerati eſtis,& ego reficiam vos. Et alibì: Venite ad me, qui concupiſcitis me. Inquiſiuerunt Magi, inquiramus & nos, quia ſcriptum eſt: Quærite Dominum, dum inueniri poteſt. Prociderunt Magi, procidamus & nos, quia ſcriptum eſt: Venite adoremus,& procidamus ante Deum. Adorauerunt Magi, adoremus & nos,quia ſcriptum eſt: Adorate Dominum in aula ſancta eius. Obtulerunt Magi,offeramus & nos,quia ſcriptum eſt: Obſecro vos,fratres, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem,ſanctam,Deo placentẽ,rationabile obſequium veſtrum.

Coloſ.3. Galat.5. Offeramus & nos illa tria,quę obtulerunt Magi,aliter tamen quàm illi.Offeramus myrrham mortificationis,vt mortificantes corpora noſtra,quæ ſunt ſuper terram, carnis curam non faciamus in deſiderijs, crucifigentes corpora noſtra cum vitijs,& concupiſcentijs: & in his tamen omnibus rationabile ſit,vt dictum eſt,obſequium

1.Cor.14. noſtrum. Offeramus thus deuotæ orationis, ſecundùm quod Apoſtolus ait: Orabo ſpiritu, orabo & mente: pſallam ſpiritu, pſallam & mente, vt dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu Domini. Offeramus & aurum, ſplendorem ſapientiæ: aurum nanque ſapientiam deſignat,iuxta illud: Theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore ſapientis. vt ſimus parati omni poſcenti de ea, quæ in nobis eſt, fide

Prou.21. & ſpe reddere rationem,& ſplendore ſapientiæ fulgeamus,& contra hęreticorum

Pſal.118. tenebras intrepidi dimicemus,atque dicere poſſimus: Bonum mihi lex oris tui ſuper millia auri & argenti. Et vtinàm non poſſetis dicere potiùs: Bonum mihi lex oris Iuſtiniani ſuper millia auri & argenti: Narrauerunt mihi iniqui fabulationes,

Hier.17. ſed non ità vt lex tua,Domine: Dereliquerunt venam aquarum viuẽtium Domi-

Hier 2. num: nè meritò ipſa ſapientia conqueratur dicens: Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ. Nam hi,qui in lege Domini debent meditari die ac nocte,à veritate ad

Vt Eccleſiæ paſtores vigilare debeant contra hæreticos, nè Eccleſiã perturbent. Prou 22. Exod.19. fabulas conuertunt auditum. Cuſtodes ergò ſuper muros Eccleſiæ conſtituti,vigilantes ſint, nè vulpes Sampſonis incendant ſegetes noſtras: & ponatur turris David cum propugnaculis contra Damaſcum, ex qua dependeant clypei mille: turris nanque fortiſſima nomen Domini,ad eam confugiet iuſtus,& exaltabitur.Hæc eſt ſcriptura, vbì nomen Domini inuocatur,in qua propugnacula ſunt prælari, atque doctores,qui eius terminos debent cuſtodire, de quibus ſcribitur: Non tranſgredieris terminos, quos tibi patres tui conſtituerunt. Statuit nanque Moyſes terminos contra montem Sinai, quos tranſgredi non licebat. Et vtinàm iſtos terminos nulli tranſgrediantur, alioquìn lapidibus erunt digni. Ex hac pendent clypei mille,perfectio videlicet authoritatum,quæ eſt ad munimentum ipſius.Hęc turris ponitur contra Damaſcum,ſcilicet contra robur hæreticorum. Huius fundamen-

1.Cor.3. tum aliud nemo poteſt ponere, præter id, quod poſitũ eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, id eſt myſterium Chriſti.

Multiplex de Chriſto Saluatore teſtimoniũ. Immobile profectò & immutabile eſt Chriſti myſterium,quia multiplex habuit teſtimonium. Habuit enim teſtimonium hominum, teſtimonium Agelorũ, teſtimonium mulierum,teſtimonium virorum, teſtimonium ſenum, teſtimoniũ parUulorum,teſtimonium terrenorum,teſtimoniũ cælorum, teſtimoniũ Gentilium, teſtimonium Iudęorum, teſtimonium antiquorum, teſtimonium modernorum, teſtimoniũ lucis,teſtimonium tenebrarũ, teſtimoniũ legis, teſtimonium Prophetarum,teſtimoniũ Regum,teſtimonium turbarũ, teſtimonium viuorum, teſtimonium mortuorũ,teſtimoniũ brutorum, teſtimonium Solis,teſtimonium elementorum.Habuit teſtimonium hominum, quia paſtores erant in regione illa, qui ve-

Luc.2. nientes inuenerũt de verbo, ſicut dictũ erat ad eos de puero. Teſtimoniũ Angelo-

Ibidẽm. rum,quia Angelus Domini ſtetit iuxta illos,& dixit eis:Eccè euangelizo vobis gaudium magnũ,quia natus eſt hodiè Saluator mundi,qui eſt Chriſtus Domini in ciuitate Dauid.Et facta eſt cũ Angelo multitudo cęleſtis exercitûs,laudantiũ Deum,& dicentium: Gloria in excelſis Deo,& in terra pax hominibus bonæ voluntatis.Habuit teſtimoniũ mulierum, quia Anna prophetiſſa filia Phanuel confitebatur Domino,& loquebatur de illo omnibus,qui expectabant redemptionẽ Iſraël.Habuit

Act.2.& 4. teſtimoniũ virorum,quia vno die cõuerſi ſunt tria millia,& alio quinq; millia,qui teſtimonium perhibebãt de Ieſu. Habuit teſtimoniũ ſenum,quia antiquus ille die-

rum

rum Simeon,cuius capilli erant ſicut lana alba,qui acceperat reſponſum à Spiritu Luc.2. ſancto, non viſurum ſe mortem, niſì videret Chriſtum Domini,accipiens eum in vlnas ſuas,dixit: Nunc dimittis, Domine,ſeruum tuum ſecundùm verbum tuum in pace,quia viderũt oculi mei ſalutare tuum. Habuit teſtimonium paruulorum, quia Innocentes illi eum,quanuis non loquendo,moriendo tamen confeſſi ſunt. Matth 2. Habuit teſtimonium terrenorum,quia pax facta eſt in terra hominibus bonæ voluntatis, tanta, vt ab vno homine Cæſare Auguſto totus orbis deſcriberetur: de cuius tranquillitate Eſaias inquit: Conflabunt gladios ſuos in vomeres,& lanceas Eſa.12. ſuas in falces. Habuit teſtimonium cælorum, quia cæli miſerunt nouam ſtellam, ſecundùm quod habuimus in Euangelio: Et eccè ſtella, quam viderant Magi in Matth 2. Oriente,antecedebat eos vſque dum veniens ſtaret ſupra vbì erat puer. Habuit teſtimonium Gentilium,quia Magi venientes Hieroſolymam dixerunt: Vbì eſt qui Ibidem. natus eſt Rex Iudæorum? Habuit teſtimonium Iudęorum,quia Herodes principes ſacerdotum,& ſcribas populi conueniens,ſciſcitabatur ab eis,vbì Chriſtus naſcere- Ibidẽm. tur: at illi dixerunt, In Bethleem Iudæ. Habuit teſtimonium antiquorum,quia in Oſeæ 12. manibus Prophetarum aſſimilatus eſt: ipſe enim eſt Agnus occiſus ab origine Apoc.13. mundi. Habuit teſtimonium modernorum, vndè & ipſe Diſcipulis inquit: Eritis Act.1. mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa,& Samaria, & vſque ad vltimum terræ.Habuit teſtimonium lucis,quia claritas Dei circunfulſit paſtores,& claritas ſtel- Luc.2. læ illuſtrauit Magos. Teſtimonium tenebrarum,quia in morte eius tenebræ factæ Matth.2. ſunt ſuper vniuerſam terram.Habuit teſtimonium legis,quia Moyſes dixit in lege: Iohan.19. Prophetam ſuſcitabit vobis Deus de fratribus veſtris: ipſum tanquam me audietis. Deut.18.28. & alibi: Et erit vita tua pendens in ligno: videbis,& non cognoſces. Teſtimonium Prophetarũ, quia Eſaias ait: Egredietur virga de radice Ieſſe,& flos de radice eius Eſa.11. aſſcendet,& requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini. & alibì: Eccè Virgo concipi- Eſa.7. et,& pariet filium,& vocabitur nomen eius Emmanuel. Hieremias autem: Poſt Baruch 3. hæc,inquit,in terris viſus eſt,& cum hominibus conuerſatus eſt. Ezechiel in eius Ezech.2.&c teſtimonio filius hominis appellatus eſt. Daniel ait: Cùm venerit ſanctus ſanctorum,ceſſabit vnctio veſtra. Oſeas in eius teſtimonio accepit vxorem fornicariam. Oſeæ 1. Abacuc dicit: Cornua ſunt in manibus eius. Ionas in ventre ceti eius teſtimoni- Abac.3. um teſtatus eſt. Et quid diſcurram per ſingula? Nullus Prophetarum extitit,qui ei Ionæ 2. teſtimonium non perhiberet. Teſtimonium Regum,vndè Dauid Rex: Terra no- Pſal.84. ſtra dabit fructum ſuum. & alibì: Aperiatur terra,& germinet Saluatorem. Et Sa- Eſa.45. lomon: Oſculetur me oſculo oris ſui, quia meliora ſunt vbera tua vino, fragran- Cant.1. tia vnguentis optimis: &, Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum. Teſtimonium turbarum,vndè dixerunt in Euangelio: Vidimus mira- Luc.5. bilia hodiè: &,Niſi eſſet hicà Deo,non poſſet facere,quod facit: propter quod vo- Iohan.6. luerunt etiam eum rapere,& Regem facere. Teſtimonium viuorum,quia illi duo, qui ibant in Emaus,venerunt,& narrauerunt omnia,quæ eis acciderant. Teſtimo- Luc 24. nium mortuorum, quia multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt, Matth.27. & apparuerunt multis. Teſtimonium brutorum, quia cognouit bos poſſeſſorem Eſa.1. ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui. Teſtimonium Solis,quandò ipſe obſcuratus Luc 23. eſt.Teſtimonium elementorum,quia teſtimonium perhibuit terra,quando terræ- Matth.27. motus magnus factus eſt: teſtimonium perhibuit aqua,quandò ſiccis pedibus am- Mar.6. bulauit ſuper aquas: teſtimonium perhibuit aër, quandò nubes ſuſcepit eum ab Act.1. oculis eorum,ſcilicet diſcipulorum: teſtimonium perhibuit ignis,quandò Ange- Matth.28. lus Domini deſcendit de cælo, & reſplenduit facies eius ſicut fulgur. fulgur enim igneæ naturæ eſt.

Quia ergò,fratres,myſterium Crucis habuit teſti monium omniũ prædictorum, erubeſcat Iudæus infelix, qui negat Chriſtum de Virgine natum, quia paſtores Iu- Luc.2. dæi inuenerunt ſicut dictum erat illis.Confundatur Gentilis,qui dicit ligno: Deus Hier.2. meus es: & lapidi,Tu me genuiſti:quia Magi Gentiles ipſum adorauerunt. Obmu- Matth.2. teſcat hæreticus, qui myſterio contradicit. Et omnis lingua confiteatur,quia Do- Philip.2. minus noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. Ad quam gloriam nos perducat ipſe Dominus noſter Ieſus,qui cùm ſit ſplendor luminum,flos florum,vita morum, ſchola virtutum,& corona ſanctorum, ſuper choros Angelorum regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA B. ERMENOLDI, PRIMI ABBATIS MONASTERII S. GEORGII IN BRVNFENINGEN, SCRIPTA *iussu Vdalrici XVI. Abbatis eiusdem monasterij Anno Christi 1281. Stylum mutauit F. Laur. Surius, & historiam contraxit. est enim plerisque locis verbosior.*

PRAEFATIO AVTHORIS.

Quid cõferant sacræ historiæ.

EXtremis his diebus, quibus proh dolor defecit sanctus, & diminutæ sunt veritates à filijs hominum, eorũ qui nos antecesserũt, sanctitatem & res præclarè gestas literis mandare tam ratio nos impellit, quàm inuitat vtilitas. Cùm enim sanctus sanctorum, à quo ceu fonte in sanctos omnes promanat, quicquid in eis est virtutis & gratiæ, in eorum puritate cognoscitur & laudatur, salutarem suî sitim & desideriũ excitat in eis, qui ab eo deriuatam suauitatem in sanctis eius, dum eorũ legunt historias, degustant & experiũtur: Nos etiam, qui hîc manentẽ non habemus ciuitatẽ, sed futuram inquirimus, dũ eorum & contemplamur & sectamur vestigia, qui tam aduersantis mundi siniſtram, quàm malè blandientis dexterã contemnentes, via regia ingressi sunt, nõ abducimur ad uia & tortuosa multorũ itinera, quæ perducũt ad dolores sempiternos. Hucaccedit, q̃ sanctorũ commemorãdis & conscribẽdis virtutibus, eorũ nobis patrocinia cõciliamus, dũ gratiæ & gloriæ cõgratulamur, & lectores ad virtutis studiũ eorum exemplis incitamus, atq; à Domino certã expectamus remunerationẽ. Atq; his nos permoti, animũ adiungimus ad conscribendã B. Ermenoldi primi Brũfeningensis Abbatis vitã, qui nos, vt aries insignis & pastor fidissimus, ad caulas summi pastoris anteceſſit. Nec id facimus nostris freti viribus, quę nullę sunt: sed eius subnixi ope, sine quo nec inchoari aliquid boni potest, nec absolui. Animat etiã nos volũtas &

Vdalricus Abbas XVI. Brunfeningensis.

iussio venerabilis patris Vdalrici, decimisexti Abbatis Brũfeningẽsis, qui tãti decessoris sui gratulãs virtutibus, atq; eoipso se declarãs haudquaq̃ virtutis inopẽ, anno salutis millesimo ducẽtesimo octogesimoprimo, sui aũt regiminis primo, hoc nobis onus imposuit: qui etiã authoritate sua aduersùs obtrectatores tueri nos poterit. Nihil aũt rebus gestis beati viri vel addituri, vel adẽpturi sumus, cùm Deus nostro mẽdacio nõ egeat: sed vt à patribus fideli narratione accepimus, historiã bona fide conscribemus, porrò stylum adhibebimus aliquanto comptiorem, nè res ipsæ ob incultum sermonem contemnantur. Sæpè enim crater tornatilis & elegans potum efficit bibenti gratiorem: deformis verò, etiam nectaris parit fastidium.

HISTORIA.

Ianuarij 6. Cap. 1.

POstquàm Apostolicę prędicationis sonus in omnẽ terram exiuit, & ex omni natione, quę sub cęlo est, cęli horrea fideliũ fertili messe cõpleri cœperũt, etiã Germaniæ deserta multos habuêre viros illustres: Augusta Vindelicorũ sanctum Vdalricũ, Conradum Constãtia, alium Vdalricũ Brisgauia, Henricũ & Cunegundẽ atq; Othonem Babẽberga: aliaq; Germanię loca permulta tãmultis ornata sunt egregijs viris, vt taceamus eos, qui vel hominũ incuria, vel tẽporis longa intercapedine in oblivionẽ abiêre, licèt eos habeat vitæ liber asscriptos, vt fi

Multi sancti in Germania.

eos omnes cõmemorare velimus, quorum videmus res gestas scripto cõpræhensas, vel solis eorũ pertexẽdis nominibus magnos possimus codices efficere. Quod idcircò dixerim, vt sciamus terrã nostrã, olim incredulitate sterilẽ, multos nobis peperisse germanos Samueles: qui tãetsi diuersis extitêre locis, at tamẽ vno spiritu, singulis prout vult sua dona diuidente, vt quõdàm Samuel,

1. Cor. 12.

Domino seruiêrunt in iustitia & sanctitate. In quibus numerari debet etiã beatissimus Ermenoldus, primus Abbas Brunfeningensis, qui nõ mediocriter Brunfeningensem illustrat ecclesiam, præcipuis Germaniæ monasterijs comparandam,

Cap. 2. Patria & parentes S. Ermenoldi.

Is autem beatus vir in Sueuia habuit parentes genere claros: qui cùm eum sibi à Domino datum accepissent, eius gratiæ non ingrati, in Hirsaugiense monasterium

ùm Domino seruiturum adduxerunt, quemadmodùm olim Anna suum Samuelem Heli sacerdoti obtulit. Erat autẽ puer magno ingenio, & optima indole, quorum altero multam sibi parauit eruditionem, altera virtutes eximias. Non deerãt autem Christi tyroni malignorum dæmonũ infestæ tentationes, sed ille Christo capiti inhærens, & eius armis se communiens, vicit tẽtationes, vt coronam victoribus promissam adipisceretur. Porrò beati Benedicti regulã, ceu regiã amplectens viam, tam exactè viuẽdo sectari conatus est, vt ex discipulo magister, ex monacho Abbas fieri promeruerit. Erat tũ Hirsaugiæ Abbas beatus Vuilhelmus, cuius vitam & mores egregiè in se exprimere studuit, vt illũ planè repræsentare videretur, nec ambigi posset Eliæ spiritũ in Eliseo requieuisse. Fuerat is venerabilis Vuilhelmus in monasterio S. Emmerammi martyris, quod est Ratisponæ, sub Ramuuoldo sancto Abbate Prior, atq; illic nõ fama fallaci, sed vera sanctitate longè lateque clarescens, dignus visus est, qui Hirsaugiẽsi monasterio præficeretur. Sub eo aũt intãtùm excreuit fama virtutũ beati Ermenoldi, vt & monachorũ electione, & Henrici Imperatoris eius nominis V. consensu & fauore, creatus sit * Laurishaimensis monasterij Abbas: quæ quidẽ est Abbatia regalis, & per id tempus abundabat rebus temporarijs, & multis dignitatum prærogatiuis. Vbi sanè B. Ermenoldus fratribus illis non tã præesse studuit, quàm prodesse, nihil illis faciendũ imponẽs, quod ipse præbendi exẽpli causa nõ priùs effecisset. Portauerat enim iugũ Dominià teneris annis, & Maiorum exequendis mandatis, didicerat quemadmodùm sua ipse minoribus iussa temperaret: longè alienus ab illa pharisæorum & scribarum nota, qui al-

1. Reg. 1. Fit monachus.

De hoc Vuilhelmo multa præclarè scribit Abbas Spanhemensis in Chronico Hirsaugien.

*Lorsacẽsis

Creatur Abbas Laurisshaimensis.

Matth. 23.

ligant onera importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Non sic, inquam, Ermenoldus, sed forma factus gregi suo ex animo, creditas sibi ouiculas pauit verbo, pauit exemplo, pauit etiã subsidio temporali. Vndè factum est, vt non parùm grex ille excreuerit & numero & merito: nec tamen animum sancti viri vel subditorum multitudo, vel copia facultatum, vel honoris culmen inflare potuit: quandoquidem plùs ille delectabatur sanctitate & profectu discipulorum, quàm magisterij & officij dignitate.

Erat autem beato virò frater & nobilitate generis, & diuitijs pollens: qui cùm aliquandò cum alijs venisset ad Imperatorem Henricum, ille subridens ait ioco fortasis ad eũ: Fratrem tuũ regali Abbatiæ præfecimus, vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat inter illos. Quid tu huic maiestatis nostræ munificẽtiæ rependes? Respondit ille: Scio vera dicere serenitatem tuam, planeq; dignum reor, vt tantæ benignitati gratum me declarem. nec diù pòst munera non contemnenda dedit Imperatori, Ermenoldo interim prorsùs nesciẽte quid vel dictum, vel factum esset tum ab Imperatore, tum à fratre suo. Vbi autem percepit rem gestam, Abbatiam illam resignauit, nè vel leuissimã Simoniacæ labis in ipso nota hęreret. Quæ res abundè testari potest, quàm ille ab hoc crimine valdè abhorruerit, cuius nec tenuissimum opinionem ferre sustinuit, vltrò se abdicans Abbatis dignitate, quam tamen sine vllo munere gratis erat adeptus, & frater eius cùm iam collata ei esset, gratitudinis ergô munera quædam Imperatori dedisset.

Cap. 3.

Abdicat se Abbatis fuit ctione.

Cap. 4.

Ea igitur relicta administratione, tanquàm bonæ famæ & existimationis diluuio, ad arcam suam, id est, Hirsaugiense monasterium, & ad suum Noëbeatum Vuilhelmum instàr illius columbæ se recepit, non tamen sine ramo virentibus foliijs vestito. Sequebantur enim illum discipuli eius ampliùs quadraginta, quos vno illo anno, quo fuit Abbas, Deo collegerat: ità vt qui solus ad illud monasterium Laurishaimense profectus fuerat, iam cum turmis discipulorum Hirsaugiami rediret, veræ illius vitis, quæ Christus est, valdè fœcundum palmitem se ostendens. Non enim sustinebant isti ab illo separari: itaque ad Hirsaugiam vsque eum secuti sunt. Vbi ille sanè, tanquàm angelus Domini honorificè exceptus, humanissimè tractatus est, vtpotè cuius sanctitas illos minimè lateret. Factum est autem hoc propter salutem nostram, qui hunc locum incolimus, vt hæc oliua fructifera indè ablata, hîc transplantaretur in hac vinea Domini Sabaoth, quam Deus præpotens per sanctum Othonem Babenbergensem Episcopum tunc plantauerat, vt sub tam industrio cultore mitteret altiùs radices, rigante beato Ermenoldo, quod sanctus Otho plantârat, & Domino propter vtriusque preces & merita dante incrementum. Ea enim tempestate Otho Deo dignus Episcopus Babenbergensis monasterium Brunfeningense recèns fundauerat, eius fundo iusto precio com-

Iohan. 15.

S Othonis Episcopus Babenbergẽsis cõdit Brunfeningense monasteriũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

comparato. Vt id autem faceret, diuina reuelatione permotus fuit.

Cap.5. Indixerat enim conuentum principum omnium Ratisbonæ Henricus Imperator, quem diximus. Cumque principes eò properarent, venit cum illis etiam Otho venerabilis antistes ecclesiæ Babenbergensis: cui tamen intra vrbem commodum non erat diuersorium ob innumeram hominum, qui eò confluxerant, frequentiam. Itaque ille turbas vitans, in agro vrbis fixit tentorium, vbi nunc nostrũ est monasterium, idque inter duas nucum arbores, è quibus etiam longè antè tinnitus & clangor campanarũ crebrò auditus fuit, non sine multa vicinorum admiratione, futuri illic quandoquè cultûs diuini celebritatem præsignificans. Ibi ille tunc ceteris dormientibus, quieti se tradens, vidit visionem admodùm consimilem illi, quæ olim oblata fuit patriarchæ Iacob. A lecto enim suo visa illi est scala ad cælũ vsque se porrigere, per quam angeli descenderent & ascenderent: quod nos sic possumus interpretari, non defuturos huic loco, qui ad subleuandos proximos cũ Martha pia commiseratione descendãt, & cum Maria ad contemplandam diuinæ maiestatis celsitudinem ascendant. Indè vir Dei euigilans, & prudenter intelligens, quæ viderat, ad construendum hoc monasterium animum adiecit.

Nota rem miram.

Gen.28.

Cap.6. Cumq; illud iam exædificatũ esset, virum idoneum ardenti desiderio expetebat, qui ei præesset, & fratres illic Christo seruituros doceret ascendere de virtute in virtutem, donèc viderent Deũ deorum in Sion. Non est autem quisquam illi visus magis idoneus beato Ermenoldo, qui huius cœnobij nouitiam ruditatem, intellectu etiamnùm cæcutientem & affectu torpentem, sanctitate vitæ accenderet, exemplorumq; & doctrinæ splẽdoribus illustraret. Misit igitur literas tum ad Abbatem Hirsaugiensem, tum ad ipsum Ermenoldum, & quod voluit, ab vtroque impetrauit. Itaque missus est huc beatus Ermenoldus, primus huius cœnobij Abbas, & ad eius introitum benedixit nobis Dominus, multis cum eo fratribus pariter huc se conferentibus. Cura aũt regiminis susceptа, studuit seipsum omnibus exẽplum exhibere, nè alios docens, ipse reprobus inueniretur. Valdè ei familiare fuit, vigilijs, precibus & ieiunijs incũbere, verbũ Dei prędicare, regnũ Dei & iustitiã eius ferуẽter ingrere, temporariã gloriã fugere, expetere sempiternã. Qua aũt animi constãtia fuerit in cõtẽnendis mũdi huius fauoribus, id quod dicturi sumus, declarabit.

S. Ermenoldus præficitur monasterio Brunfeningensi.

Cap.7. Henricus Imperator ob culpas suas à Romano Põtifice anathemate plexus aliquandò fuit. Interìm tamen non infimi Ecclesiæ proceres & quidam alij ob Imperatoriam dignitatem, solitam ei præstabãt reuerentiam. Porrò is honoris & amoris causa, quo non mediocri prosequebatur S. Othonem Episcopum fundatorem nostrũ, cum eodẽ venit ad nouellam eius plantationem inuisendam, multa nobilium & magnatũ turba vallatus. Putabant omnes S. Ermenoldũ Abbatẽ loci, tum ob Imperatoriæ celsitudinis maiestatẽ, tum ob B. Othonis reuerentiam, obuiàm ei processurũ cum fratrũ collegio, cũ canticis & hymnis, cãpanarumq; clangoribus, cũ vexillis & sacris reliquijs. At ille multùm diuersus ab eis, qui consuunt puluillos sub omni cubitu manûs, & peccati parietẽ suis liniunt adulationibus, atq; ea causa in domibus regũ mollibus vestiũtur: tanquàm columna immobilis nec metu impellebatur, nec flectebatur gratia aut fauore, vt illi honorificè obuiàm veniret, aut blanditer illum salutaret, quem sciebat à Pontifice Maximo Ecclesiastica communione priuatũ. Sed cùm per nuncios didicisset aduentare Imperatorẽ, iussit omnia monasterij ostia obserari, seuereque prohibuit, nè quis eum salutandi aut excipiendi causa foràs exiret. Interìm ipse tamen exijt ad Imperatorem, nè putaret id fastu quodam aut contemptu fieri, aitque ad eum: Equidem libens tibi, ô Imperator, ità vt par esset, honorificè & reuerenter occurrissem, nisi te scirem anathematis nexibus implicatum. Tum Imperator ira inflammatus, existimans eum non iustitiæ zelo, sed odio permotum, quòd à fratre eius munera accepisset, ità se erga ipsum gerere: Inconsultè ac temerè, inquit, tanto te honore priuâsti, qui tibi à nobis delatus fuit. At vir Dei, Nouit, inquit, omnipotens Deus, me illius iniuriæ memorem non esse, sed quod facio, eò me facere, vt Pontificis maximi præcepto morem geram. Tum beatus Otho Episcopus sequestrum se interponens, ait ad Abbatem: Non est, ait, necesse eum vitare, quem nos ignoramus communione priuatum. Sed contrà vir sanctus fortitudinis spiritu roboratus, Non possum, inquit, eam ignorare sententiam, quam me scio ore meo pronunciâsse. Cernens igitur Imperator non nisi bono animo id feciſſe Abbatem, reuerenter cum suis abscessit,

Ezech.13.

Vide vt se gesserit erga Henricum Imperatorẽ excommunicatum.

cessit, nec læsæ maiestatis, vt quidam è suis interpretabantur, vltus iniuriam, licèt Pontifici Maximo non pepercisset: sed magis etiam venerãs eius iam sibi compertam sanctitatem.

Cùm autem non multò pòst idem Imperator monasterium beati viri cum multa militum frequentia præteriret, & fratres in horto laborarent, qui tunc infirma sepe munitus erat, quidam eum odio Abbatis in illos incitârunt verbis aculeatis, vt vlcisceretursuî contemptum, ab illis cucullatis, vt aiebant, eius maiestati irrogatum. Nec longè abesse videbatur, quin in eos impetum facerent: sed mandauit Imperator, nè fratres illos quisquam vel verbo vel facto lædere ausus esset. Colligi indè potest, meritis beati Ermenoldi quanuis absentis corpore, at spiritu præsentis, protectos fuisse filios eius. Dixerat enim tunc Imperator militibus suis: Nolite contingere fratres istos. Nóui enim, apud Deum qua sit dignitate Abbas eorum: qui etsi mihi non detulit zelo iustitiæ, at tamen permultùm cõfido me eius sanctis precibus adiutum iri.

Cap.8. Imperator vetat, ne quisquam lædat fratres eius monasterij.

Cùm recèns adhuc extructum esset Brunfeningense monasterium, multas molestias fratres illic degentes patiebantur ab illis, qui erant in beati Emmerammi monasterio. Excreuit autem vsqueadeò illa æmulatio, vt per quosdam suos operarios fossa quadam excitata, angustiorem fratribus nostris è monasterio egressum efficere molirentur. Exijt interim beatus Ermenoldus, vt videret illorum conatus. Iam verò prandendi hora aderat, & illi sub opere desudabant. Id ille vir pius conspicatus, orabat eos, vt sumpturi cibum, in monasterium venirent. Non recusabant illi: tamque benignè & hilariter accepti sunt à fratribus, vt Abbatis & illorum charitate magis delectarentur, quàm epulis quæ apponebantur. Vndè factum est, vt dimissi, sic inter se loquerẽtur, vt tam fratrum, à quibus missi erant, inuidiã & rancorem detestari, quàm sancti Abbatis & fratrum eius benignitatẽ & mansuetudinem eos admirari satis appareret. Præclarè igitur præstitit vir Dei, quod Dominus admonet: Diligite, inquiens, inimicos vestros, benefacite his, qui vos oderunt: itemque illud Apostoli, Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. hoc enim faciens, carbones ignis congerres super caput eius. Et habuit ea charitas effectum suum. Terram enim, quã egesserant illi, in locũ suum reposuerunt, nec deindè quippiã nobis molestiæ attulerũt.

Obserua sancti viri humanitatem.

Matth.5.

Rom.12.

Cap.9.

Inter alias virtutes, quibus ornatus erat vir Dei, præcipua illi cura inerat & studium recipiendorum peregrinorum & pauperum, quibus adeò benignum & humanum se præbuit, vt inopes, vsu & consuetudine adducti, tam securè & fidẽter ab eo poscerent opem, vt nõ tam beneficium petere, quàm debitum reposcere viderentur, perindè àc si ab œconomo suo exigerent res, quibus habebant opùs. Videbant enim eum instàr Apostoli, cùm esset liber ex omnibus, omnium se seruum fecisse inopia laborantium. Vt autem eius liberalitas omnibus innotesceret, fames dira totam oppressit Bauariã, ità vt non pauci pauperes inedia interirent. Confluebant verò omnes ad beatum Ermenoldum, isque iussit è granarijs omne frumentum expromi, atque distribui in pauperes: nec priùs cessatum est elargiri, quàm compertum est nihil prorsùs relictum esse monasterio. Cumque ministri dicerent nec tantillum superesse, quod ad vnum prandium posset sufficere, ille nihil de Dei benignitate hæsitans, totum se contulit ad deprecandum Dominum, & sanctum Georgium martyrem eius, monasterij sui patronum. Et ecce altera luce adest vir quidam nobilis & diues, honoransque Dominum de substantia sua, abundè fratrum supplet inopiam.

Cap.10. Studiũ eius & charitas erga peregrinos & inopes.

1.Cor.9.

Obserua liberalitatẽ.

Huic id subiungere visum est, quod quidam narrauit senex fide dignissimus, tanti miraculi testis & cõscius. Stabat aliquandò beatus Abbas ad fores ecclesiæ clausas. Erat tum res quædã necessaria, ob quam vellet in templũ ingredi. Aderat ei custos templi, abijtque properè, vt fores reseraret. Sed cùm esset intrò ingressus, videt Abbatem, quem foris reliquerat, iam intrâsse, stareque coram altari sanctæ Crucis, obnixeque deprecari Dominum, nõ tamen aperto ostio. Valdè igitur ea re obstupefactus, stat attonitus. At vir Dei postquàm preces absoluit suas, seuerissimè illi interdixit, nè cuiquam, dum ipse esset in viuis, id quod viderat, indicaret.

Cap.11.

Clausoostiõ intrat in tẽplum.

Veniendũ nunc est ad beati viri decessum, illi quidẽ optatũ, quippè qui semper cupierat dissolui & esse cum Christo, nobis verò luctuosum. Solebat ille, vt verus pater & pastor, solicitè inuigilare commisso sibi gregi, diligenterque in id incumbere,

Cap.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bere,nè quid maneret incorrectum,quod contra monasticæ vitæ leges ac instituta admissum esset. Etsì autem in spiritu lenitatis corriperet delinquentes, at tamen

Quidam ei necem moliuntur.

improbi quidam(semper enim ferè bonis admixti sunt mali) videntes sibi non licere suis indulgere voluptatibus, acerbissimo illum odio persequi cœperunt,atque eò amentiæ progressi sunt,vt iam cultris acutis armati,necem ei ad certum diem molirentur, idque loco illo,quo eum sciebant transiturum. Indicauit autem

Contemnit mortem.

hoc quidam viro Dei,sed ille nihil territus,Absit,inquit,vt perdam mihi paratam à Domino coronã.Immò verò proficiscar obuius.Et planè sic fecit. Tum illi conspicati eius constantiam,timore & terrore correpti,nihil ausi sunt facere.Volebat Dominus fidelem seruum suum adhuc manere in corpore in bonorum consolationem,& meritorum eius augmentationem.

Cap.13.

Vbi autem venit tempus,quo Dominus illum ad se accitum,felicissimè in cælis coronare statuerat, filij nequam & tanto patre prorsùs indigni,in eius rursùs conspirârunt necem, atque ex ijs vnus (Aaron is dicebatur) locum occupauit, qui ne-

Cæditur à quodam in capite.

cessariò erat beato viro adeundus,tenensque vtraque manu fustem,tanta vi in illius caput illisit, vt mox humi sterneretur.Indè verò mox cœpit viribus destitui, atque pridiè Epiphaniæ Domini lecto decumbens,aliquandiù sine voce fuit. Paulò

Visio eius.

pòst ad se reuersus,cõiectis in discipulos oculis,hilariter eos intuebatur,at sermone iucundiori omnes, qui tum aderant,exhilarabat. Sciscitantibus autem fratribus,vbi fuisset,respondit: ad thronum Dei raptum se fuisse,bonaque verba & promissiones consolationis plenas illic accepisse: putà quòd nunquàm diu inus cultus illo in loco defuturus esset. Ait etiam ostensum ipsi librum vitæ,& in eo se vidisse scripta aureis literis nomina fratrum præsentium & futurorum. Vt autẽ non ambigerent vera ipsum dicere,addidit se die crastino,cùm in summo Missæ sacrificio illi canituri essent,Gloria in excelsis Deo,se à corpore discessurum. Videte autem, inquit,cùm signum obitûs mei dabitur,nè quis ea causa error aut negligentia admittatur in officio diuino: sed paucis egredientibus,cæteri cum omni deuotione sacra Missarum solennia peragant. Dixit,& vera eum dixisse, res ipsa postridiè declarauit. Nam in sacra Epiphania hora, qua dixerat,abijt in domum illam non

Ad Christũ profiscitur.

manufactam & æternam,quæ in cælis est.Erat tum annus Christi millesimus centesimus vicesimusprimus,septimus autem electionis eius,qua creatus est mense Augusto Abbas Brunfeningensis: quartus verò ab eo tempore, quo, rogãte Hartuico Episcopo Ratisponensi,ab Vdalrico Patauiensi Ptæsule solenniter consecratus est.Nemo ausus facilè erit dubitare, alienum eum esse à martyrum gloria,quandò propter iustitiam occisus est, idque tanta animi patientia pertulit,vt nihil durum percussori imprecatus sit. Quanta autem conscientiæ puritate fuerit, satìs indè liquet,quòd cùm prædixisset horam obitûs sui,magis solicitus fuit curare ea, quæ ad diuinum officium,quàm quæ ad illius sepulturam pertinerent.

Cap.14. Precatio ad S.Ermenoldum.

Tu nunc igitur Ermenolde pater, memor esto congregationis tuæ, quam posse-

disti ab initio fundationis eius,& in qua felicẽ cursum præsentis stadij consummasti. Supplices te rogamus,vt gregem tuum pastor bone non deseras, sed apud beatos ciues tuos continua protectione custodias ouiculas tuas, quas primus in hoc loco pastor pascendas à Domino accepisti,cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Cap.15.

Scripsimus iam succinctè vitam beati patris nostri Ermenoldi, iubente venerabili patre Vdalrico,qui, vt iam antè diximus,anno salutis millesimo ducentesimo octogesimoprimo creatus Abbas Brunfeningensis,id quod diù optârat,in rẽ contulit,suo studio efficiens, vt vita beati Ermenoldi à nobis,quanuls parùm idoneis, conscriberetur. Ea enim re existimabat se non mediocrem illi reuerentiam præstaturum. Iussit igitur, vt quæ de tanto viro iam anteà rudi stylo conscripta erant, nos aliquanto elegantiori calamo pingeremus,vt comptior sermo lectorem alliceret,& qui eius didicissent sanctitatem,incitarentur ad honorandum eum,atque ità cum illo æternos mererentur honores adipisci.

Cap.16.

Post obitum beati Ermenoldi quidam ex nostris monachus,prouecta ætate,mi-

raque sanctitate & simplicitate, iam morti proximus,perquirebat ex ministro,qui

Visio fratris cuiusdã sub mortem.

decumbenti aderat, num quis illic esset. Illo dicente, nullum adesse, Eccè,inquit, ægrotus, video cælos apertos,& beatum patrem nostrum Ermenoldum corã Deo in maxima gloria assistentem. Eius rei certum hoc erit testimonium, quòd iam eccè

eccè recedo ab hac vita. Quod vt dixit,confestim desijt esse in humanis.

Alius quidam ex nostris in vindemijs missus in Austriam,in monasteriũ quod- Cap.17.

dam cum alio monacho ingressus est. Vbi cùm pariter mensæ assiderent, cœna absoluta, varios inter se contulêre sermones.Inter cætera quæsiuit ille monachus ex fratre nostro,fuisset ne quandoquè apud nos Abbas,Ermenoldus nomine. Fratre dicente & fuisse,& quidem primum fuisse nostri monasterij Abbatem, ille subiunxit:Tametsi nulla mihi eius nominis notitia fuit,at tamen nupèr comperi maximi eum apud Deum meriti esse. Cùm enim adeò laborarem ex fluxu sanguinis, vt de vita desperarem,multosque inuocarem sanctos,nimiùm debilitato mihi somnus obrepsit. Et eccè videbar mihi rapi ad tribunal Christi,& ob culpas meas seueriter Alterius

castigari: Cumque me aspectante, permultæ animæ pro diuersitate meritorũ vel cuiusdam

damnarentur,vel in cælo collocarentur à iudice,videbam quendam exhiberi mo- visio.

nachum Benedictinum,quamprimùm in tartara relegandum: sed tamẽ magnum quendam sanctum,mihi quidem ignotum,pro illo deprecari iudicem hũc in modum: Etsì frater iste, Domine Deus,vitam suam satìs egit negligenter, non tamen sinat,oro,tua bonitas abire irremuneratum, quòd nunquàm deseruit locum professionis suæ,nec ad extremum transgressus est votum obedientiæ. Illo sic orante, Iudex absoluit reum, sancti illius meritis placatus. Tum ego scire cupiens, quis esset hic sanctus,didici à quodam, eum esse Ermenoldum Brunfeningensem Abbatem. Sub his expergefactus, totum me contuli ad illum deprecandum: optabamque Missæ facere officium,sed verebar imbecillitate virium me prepeditum iri.In- Sanatur idẽ

terim adeò me sentio confortari,vt sacris indutus vestibus, Missam de Confessore dicta Missa.

celebrârim: eaque absoluta,prorsùs incolumem me sensi.

Multa autem post beati viri obitum diuinitùs sunt miracula declarata, nec ho- Cap.18.

diè cessat Dominus ijs illustrare sanctum suum. Honesta quædam matrona Ratisponensis præ foribus monasterij eius orans, miram sensit odoris suauitatem. Obstupefacta,petijt sibi templum aperiri: ingressaque,comperit è sancti viri sepulcro eam proficiscì.Itaque vouit Deo,se toto anno nudis pedibus illud visitaturam: idque ità præstitit,vt nullis vnquàm neque pluuijs, neque niuibus se passa sit inde reuocari. Cœpêre tum multi alij, eius exemplo prouocati, inuisere beati viri monumentum, & eius in quibuscunque aduersis rebus opem implorare, & feliciter experiri.

Inter alios contigit aliquandò cæcum illuminari ad sepulcrum eius. Aderant Cap.19.

complures eius miraculi inspectores & testes,qui vno ore gratulabantur homini, Cæcus recipit lumen.

Deum & sanctum Ermenoldum pro tanto beneficio laudanti. Eccè autem frater quidã ex ijs,quos barbatos dicimus,malo dæmone impellente,cœpit hominẽ contumeliosè increpitare,impostorẽ & mendacẽ dicere. Ille verò pernegans,recessit Diuinitùs

indè.Mox importunus frater è virgis confecto flagello, tèr monumentum beati punitur cuiusdam per-

Abbatis verberauit,atque ore sacrilego in hæc prorupit verba:Quiescas Ermenol- uicacitas.

de,& nobis desine molestus esse. Vix ea finierat, cùm eccè sentit faciem suam tanquàm feruenti perfusam aqua, æstu incredibili ardere.Ilicò è templo se proripiens, abit ad cubiculum suum, & in lecto iacens, expectat aliquod mali eius leuamentum.Sequebatur autem eum famulus eius,qui blasphemas quidem eius voces audierat,sed prorsùs quid accidisset illi,ignorabat: blandè verò obiurgabat eum, quòd tam malè locutus esset. At ille surdis auribus id accipiens, cum illo ad fontem venit,vbi iumentis monasterij potus dabatur. Indè hausta aqua faciem perfudit, sed frustrà, ardore potiùs augmenta capiente. Redit ad lectulum, hortantur multi vt agat pœnitentiam, ille prorsùs cum Pharaone induratur: nec dormitat vltio cælestis. Percutitur lepra horribili, separatur ab hominibus, nec tamen vult culpam fateri suam. Accidit indè die quodam,vt illo ad mensam sedente, cui iam panis & potus impositus erat,minister iret cibos allatum. Reuersus autem,videt miserum illum facie in prunas collapsum,planeque extinctum.

Permulta alia recitat miracula author historiæ huius, quæ operis magnitudo huc adscribere non potuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA GERTRVDIS DE OESTEN, INCERTO QVIDEM AVTHORE, SED BONA FIDE CONscripta. *Nos capita margini adiecimus, & stylum nonnihil in gratiam Lectoris contraximus. Hæc virgo necdùm est in Sanctos relata.*

Ianuarij 6. Cap. 1.

VIRGO venerabilis Gertrudis de Oesten anno salutis milleſimo trecẽteſimo quadrageſimo ipſa ſancta Paraſceue vulnera Chriſti ſuo corpori ſenſit impreſſa, vndè multis diebus quotidiè ſeptiès manauit ſanguis, populo ad tam illuſtre miraculũ obſtupeſcẽte. Quod idcircò primo loco commemoratũ voluimus, vt vitæ eius hiſtoria lectori ſit gratior. Eſt apud Batauos pagus Voerburg, medius inter Hagam Comitis & Delphos. In eo nata eſt hęc Gertrudis parentibus ruricolis, atq; ab ijſdẽ ſimpliciter educata. Vbi autem nõnihil adoleuit, cœpit non ſolùm apud Deũ, ſed etiam apud homines ſingularis in ea prudẽtia elucere. Venit igitur Delphos, ſeruitura illic, vbi poſſet, propter inopiã. Nulla tunc in ea vrbe erant monaſteria, ſed ſolùm templa duo, quorum vnum erat parœciæ, in quo tria tum altaria inerant: alterum domus hoſpitalis pauperũ, in qua altare erat propter ægrotos. Multæ quoquè domus vacuæ habitatoribus tum illic cernebantur: at tamen feſtis diebus multis vtriuſq; ſexũs hominibus cò confluentibus, non ob audiendã concionem, ſed ob ducendas choreas, hæc Chriſti ancilla tam piè & religioſè in hoſpitijs ſeruiebat, adeoq; vitæ internæ dedita fuit, vt haud rarò non minorẽ in illis turbis ſenſerit diuinæ bonitatis ſuauitatẽ, quàm poſteà inter Beghinas degens. Sed hãc gratiã illa cautè celauit, nec quiſquam eam cognitam habuit, donèc cum Beghinis habitans eam honeſtæ cuidam perſonæ reuelaret, ex ea percunctanti, vt ſe inter illos hominum ſtrepitus geſſiſſet. Ità igitur animus virginis in ſeculo procùl à rebus ſecularibus & temporarijs ſeparatus, Deo intendebat: ſicque fiebat, vt mente placida, hilaris facie, humilis corde cunctis grata eſſet & amabilis. Quòd autem ab Oeſten cognominatur, id accidit ex carmine quodam, cui id nominis inſertum erat. Quod illa quidem cecinit, ſed ſpiritu referebat ad dilectum ſuum Dominum Ieſum Chriſtum.

Patria Gertrudis.

Pietas eius adhuc ſeruientis.

Cap. 2.

Per id tempus duæ ancillæ, Lielta & Dieuuera, crebrò ad eam venientes, idem carmen cum illa concinebant in pontibus vrbis, vel alijs locis opportunis. Sed ea poſteà, vt & Gertrudis, à vana ſeculi conuerſatione ad Dominum ſunt conuerſæ, & Dieuuera Gertrudi in Beghinagio, vt vocant, cohabitauit: quod quidem hac occaſione accidit. Quo tempore Gertrudis diligentẽ nauabat operam ijs, qui ad hoſpitia veniebant, animo quidem conſtituit ſoli ſeruire Deo, & vni placere ſponſo cæleſti: ſed interim tamen priùs experta eſt mundi fallaciam, contempta à ſpõſo terreno. Fuerat enim deſponſata cuidam adoleſcenti, qui deſpexit eam, & alteri ſe iungere voluit. Eam verò admonuit Gertrudis, nè ſuum ſibi ſponſum præriperet: ſed id fruſtrà fuit. nupſit enim illa adoleſcenti. Cernens igitur Gertrudis tam fallacem huius mundi fidem, decreuit integram ſe Domino conſeruare, cuius eſt conſtans fides, vtpotè Regis cæleſtis & immortalis. Indè ſuccedente tempore cùm altera illa ex ſponſo Gertrudis aliquot concepiſſet proles, poſtquàm ad partum ventum eſt, vltra modum cruciabatur parturiens, nec priùs vel dolore, vel partu abſolui potuit, quàm à Gertrude petijſſet veniam: qua pro illa miſera orante, tandèm liberabatur.

Contẽnitur à ſpõſo ſuo.

Pœna malè cõtracti matrimonij.

Cap. 3.

Porrò Gertrudis omnibus huius mundi curis exonerari volens, vt abſque impedimento vacaret ſponſo cæleſti, Domino Ieſu Chriſto, qui hactenùs corporis eius integritatem ſeruauerat, admitti ſe petijt in Beghinagium Delphenſe: quodq; humiliter & ardẽti deſiderio petijt, etiam impetrauit. Admiſſa igitur à Beghinis, cum multa deuotione & ſummo ſtudio totam ſe Chriſto obtulit, dabatque operam, vt eſſet humilis ſermone, factis, habitu & tota conuerſatione, patienterq; ferret, quicquid moleſtiæ accideret, ità & Deo & hominibus amabilem ſe exhibens. Crebrò confitebatur peccata ſua Deo & ſacerdoti cum lachrymis, atq; in ipſo conuerſionis

Fit Beghina Gertrudis.

Inſignis ei contritio.

nis ſuæ exordio diebus & noctibus quatuordecim, lachrymari non deſtitit. Itaque tum peccatorum ſuorum ſe veniam impetrâſſe diuina reuelatione cognouit. Toto autem illo luctûs tempore, quo lachrymæ eius factæ illi erant panes die ac nocte, ſi quid alimenti corporei percepit, id quidem exiguum fuit, nec tamen abſque lachrymis & planctu id ſumpſit. Deindè verò vitam viuens immaculatam, in ſemita mandatorum Dei contendebat progredi, & pro viribus nihil eorum negligere, quæ ſciret grata eſſe ſponſo ſuo. Ita fiebat, vt magìs magisque proficeret in vera humilitate, voluntaria paupertate, in amore Dei, in ſuijpſius & omnium rerum labentium contemptu, alijsque virtutibus, quibus pro ſuo iudicio placere poſſet Chriſto, & ab eo impetrare veniam, gratiam & gloriam.

Cap. 4. Victum ſibi emendicat. 2. Cor. 8.

In conuerſionis ſuæ initio victum ſibi emendicabat, quippè pauper & inops: ſed in hocipſo delectabatur amore illius, qui cùm diues eſſet, propter nos egenus factus eſt. Si ab aliquo inuitata eſſet ad ſumendum cibum, cum gratiarum actione eum percipiebat cibum, quem mendicando ſibi parauerat. Non rarò tum ancillas, tum alios quoſcunque admonebat, vt vitam moresque corrigerent. Sciſcitantibus autem ancillis, vndè alimenta compararent, illa breuiſſimè reſpondit: Ancillis Deo ſeruire cupientibus ſufficit, ſi fuſos torqueant, & bona ſint præditæ voluntate. Inuitata aliquandò à matrona Aleide Vuillemanni, vt ederet apud ipſam, per poſticum ingreſſa, ſedit immobilis in cæſpitibus, mentis exceſſum patiens. Quod cùm aduerterent, qui illam nòrant, eam interturbare noluerũt. Sæpiùs intra cubiculũ ſuũ ad ſex vel eo ampliùs hærebat hebdomadas, Deo intenta, qui tum ei manifeſtabat occulta ſapientiæ ſuæ. Deindè è cubiculo exiens, comedit panem mucidum aut induratum, pro potu autem hauſit coagulum, vel alium liquorem. Septennio toto de neceſſario ſibi ſomno ſubtraxit: quo ſpatio multas dæmonis tentationes & moleſtias pertulit: corripientis brachia eius vel manicas cum fremitu quodam, eique pelliceam veſtem detrahere cupientis. Sub his vexationibus illa ſæpè dicebat, Apage miſer ſatan: vel etiam obijciebat ei è ſublimi cælo ruinam in tartarum. Quod ille ferre non ſuſtinens, crebrò illam è locis alijs ad alia tranſtulit, nonnunquàm in aëra ſuſtulit, ſed illæſam depoſuit, Chriſto non ferente, vt ei noceret malignus. Poſt tentationes illa in Domino exultabat, ſciens beatum, qui ſuffert tentationem: quòd poſt probationem, ſi ſit inuentus fidelis, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe: ſciens etiam non coronandum, nisì qui legitimè certauerit. Amabat verò pueros & infantes: idque non ignorans cacodæmon, transfigurabat ſe identidèm, non in angelum lucis, ſed in formam pueri plangentis & lugentis, vt ſic virginis animum à rebus diuinis auocaret. Sed illa id non ignorans, aiebat ei: Abſcede maligne dæmon: non es tu ille, quem diligit anima mea.

Victum ſibi emendicat.

Mitæ eius contemplationes.

Dæmon eã impugnat. Iacob. 1. 2. Tim. 2.

Cap. 5. Exercitia eius.

Solebat illa quotidiè exercere ſe in vita & paſſione Chriſti meditanda & commemoranda: ſed interim tamen accommodabat ſe temporibus itemque officijs Eccleſiaſticis. Itaque in Aduentu Domini animo voluebat antiquorum patrum ardentiſſima deſideria, mirabaturque incredibilem Dei erga nos beneuolentiam, quòd voluerit venire ad nos, & ex virgine naſci: immò etiam quotidiè venire in animas noſtras, & manſionem ſibi in illis facere, modò ſermones eius ſeruemus, & fidelem ei exhibeamus ſeruitutem. Cogitabat etiam beneficia ipſi ſpecialiter diuinitùs collata gratuitò, quòd à Chriſto in ſponſam & filiam delecta eſſet. Atque pro his omnibus ingentes Deo gratias agebat, & admirans lætabatur. In Chriſti natiuitate verſabat animo eius ſummam humilitatem, extremam paupertatem & id genus alia: quorum cogitatio maximam ei afferebat mentis dulcedinem, excitabatque ad laudandum Deum & gratias medullitùs agendas. Contigit quandoquè, ea in eiuſmodi meditationibus cum multa cordis deuotione & ſuauitate verſante, ſeque paruulo Ieſu oblectante, vt eius virginea vbera tumeſcerent, lacteque manarent quotidiè à Chriſti die natali vſque ad Purificationis feſtum.

Iohan. 14.

Rarum miraculum.

Cap. 6. Prophetia Lieltæ virginis.

Erat in Delphenſi Beghinagio etiam Lielta illa, cuius ſuprà meminimus, virgo Deo deuota. Ea plena ſpiritu ſancto prædixit Gertrudi, anno elapſo fore, vt vulnera Chriſti eius manibus, pedibus & lateri imprimerentur. Sed illa verè humilis, tanta ſe gratia indignam cenſens, ſic reſpondit: Vndè hoc mihi, vt tanto Dei munere afficiar? Agnoſco me magnam peccatricem, & omni virtute vacuam. Itaque

Universidad de Deusto
Biblioteca

oro te, soror mea, nè eiusmodi sermonibus occupes os tuum & aures meas. Sum iam tot affecta Dei beneficijs, vt ei nunquàm possim pro dignitate gratias agere.

Diuinitùs ei imprimuntur vulnera Christi.

At tamen anno euoluto, nocte Parasceues aduentante, cùm se Gertrudis in cubiculo suo coram Crucifixi imagine corde attentissimo prostrauisset,& prolixiùs orans,immensam illam Christi charitatem cogitaret,qua voluit propter nos crudelissimum teterrimumque Crucis perferre supplicium: totisque viribus eum laudaret,eique gratias ageret, mirifica animi deuotione & pietate perfusa: singulari eaque stupenda gratia in manibus & pedibus & latere sibi sensit vulnerum Christi notas siue stigmata impressa. A diuina igitur contemplatione ad se reuersa,inclamauit voce magna Dieuueram beghinam: ¡Veni, & vide, inquiens, quantam gratiam præstitit Deus mihi indignæ, non meritis meis, sed abundanti benignitate sua. Aduolat Dieuuera,videt & obstupescit, Deum laudat & prædicat. Neque solùm illa nocte, sed etiam clara iam die, atque deincèps diebus non paucis, vt minimùm vsque ad Ascensionem Domini,ex illis vulneribus profluxit sanguis gratissimi coloris,idque quotidiè septiès ad singulas horas Canonicas. Eum verò sanguinem excepit Gertrudis linteolis,in eum vsum ab ipsa præparatis. Non potuit autem tam insigne miraculum latere diù.Itaque non solùm Delphenses,sed

Nõ fert hominum cõcursus virgo Deo dedita. Eccli.27.

& vicini circunquaquè aduolârunt, rei visendæ valdè cupidi: verùm id Gertrudi molestum fuit, quòd illi hominum concursus nimiùm impedirent eam à spiritalibus exercitijs & pijs meditationib-is,quibus rapiebatur in Deum,& mentis excessum patiebatur. Sciens igitur omni homini necessarium esse timorem Dei, & nisi contineat se quisque in timore Dei, citò subuersum iri domum illius,domum,inquam,conscientiæ,idque vel à carne propria,vel à mundo, vel à satana: simulque reformidans, nè fortè placeret sibi, & hoc ipso Deo iam displiceret: necnon animaduertens turbas ipsam visitantium medium quoddam inter Deum & ipsam

Precibꝰ obtinet,nè fluat sanguis ex vulneribus eius.

efficere, sic Dominum deprecata est: Si placet tibi, bone Iesu, oro vt hæc vulnerum stigmata aboleantur in corpore meo,nè fortè separer à te si incipiam indè placere mihi,aut alijs inimici insidijs appetar.Exaudiuit verò eam Dominus,ità vt sanguis quidem ex vulneribus non manaret, sed tamen vulnerum notæ remanerent vsque ad supremum eius vitæ diem.

Cap.7.

At verò posteà circa cor ex omni parte magnos sensit dolores.Cogebatur enim iam carere suauitate illa, quam senserat cùm sanguis ex eius vulneribus efflueret. Magno igitur cœpit ardere desiderio illa vulnera recuperandi, prorupitque in eiusmodi voces: O si mihi dulcissimus sponsus meus Iesus Christus velit restituere vulnera sua. O si contingat mihi cruenta eius vulnera visibiliter ferre in corpore meo,non rogabo, vt ea tollat à me. Mallem enim in sublimi loco ab omnibus conspicienda reponi, vt cuncti ea vulnera cernerent,& præpotentem Deum collaudarent. Acceperat autem hæc vulnera Gertrudis anno millesimo trecentesimo quadragesimo, vt iam suprà dictum est, & posteà annis ferè decem & octo superuixit, sed imbecillo corpore: ità vt templum aditura, bis térve in itinere quiescere cogeretur. Etsi autem corpulenta erat,at tamen in cibo potuque sumendo

Cibi & potûs parsimonia.

parca fuit. Accidit, vt quodam tempore valdè cuperet edere caseum cum pane: & ecce Deus permouet rusticum quendam, qui sumpto pane & caseo, iuit Delphos, nesciens quò ea ferret. Sed cùm venisset iuxta Beghinagium, Gertrudis in spiritu id cognoscens, licèt hominem non nósset, nec ei cognita esset, acciuit Dieuueram, dixitque vt panem & caseum à ruricola acciperet. Exit illa continuò, cernit ad fores Beghinagij hominem ferentem caseum & panem, aitque illi: Amice,noueris te iam eò peruenisse,quò Deo volente tendebas. Confestim rusticus tradit ei caseum & panem,& abscedit.Gertrudis autem comedit ex illo pane & caseo,gratias agens Deo.

Cap.8.

Habuit verò Gertrudis etiam prophetiæ donum. Anno salutis millesimo trecentesimo quinquagesimoprimo Imperatrix cum filio suo duce Vuilhelmo in

Claret prophetiæ spiritu.

Mosa prælium commisit. Sentiens autem Gertrudis in spiritu periculum, quod tum imminebat, (Erat verò per id tempus cum sororibus in vrbis templo) toto corpore se prosternens, hortabatur sorores vt orarent: Iam enim, inquit, prælium ad Mosam committitur, & orandi tempus est. Paulò pòst commisso prælio, ait ad beghinas: Laudemus Dominum, sorores meæ: nostris enim cessit victoria. Beghinæ quædam recèns conuersæ, quodam tempore in templo cum mul-

multa contritione lugebant peccata sua.Nouerat hoc Gertrudis in spiritu,easque domum reuertentes hunc in modum consolata est: Etsi, sorores meæ, mala vita vestra Dominum grauiter offendistis, sed peccata vestra lachrymis diluite, & ad breue tempus nunc vos detis angoribus.Ego verbis omnipotentis Dei affirmo vobis,nunquàm vos damnatum iri. Sedens quandoquè in cubiculo suo, sensit commune patriæ impendére exitium ex nimia Rheni inundatione.Itaque cum beghinis ad Dominum deprecandum se conferens, crucis in modum humi prostrata,

Consolatur sorores pœnitentes.

periculum illud auertit. Venit quandoquè ad eam visendam fœmina quædam, Elizabeth nomine, quæ alioqui frequenter eam adire consueuerat,vestibus cultioribus induta,& vita ac moribus secularis. Ei ergò scisciranti,quo pacto posset cælorum obtinere regnum,sic Gertrudis respõdit: Crede mihi,veniet ille dies,quandò & tu mundo crux eris,& ille tibi. Nec fefellit, posteà vsqueadeò ea paralysi diuexata,vt claudicans & scipionibus innixa incederet.

Cap.9.

Nouerat illa etiam occulta pòst futura,vti eius confessarius dominus Nicolaus Hondepilius re ipsa expertus est. Erat is sacerdos singulari pietate, veteris ecclesiæ sacellanus, adeò paupertatis amans, vt cùm esset extra notos & cognatos, ostiatim panis fragmenta emendicaret: dignus planè, cuius consilijs & institutione Gertrudis ad virtutes capessendas informaretur. Cùm igitur aliquandò cum ipsa virgine Gertrude loqueretur de magistro Theodorico de Renen, per id tempus hostibus reconciliato, sub finem sermonis Gertrudis ait, eum ab hostibus trucidatum iri. Admirante domino Nicolao,& dicente eum cum hostibus in gratiam reductum,illa repetijt,sic omninò futurum esse,idque propedièm. Et ecce Theodoricus paulò pòst extra portas vrbis Delphensis egrediens, hostium insidijs intercipitur,tantaque immanitate ab illis perimitur,vt membra eius collecta in sportulis domum relata sint. Quod vbi comperit Nicolaus, deinceps maiori in precio habuit,quæ à Gertrude dicerentur. Volebat ille posteà in Delphensi oppido domum sibi comparare, sed cùm id Gertrudi indicâsset, illa dissuasit, dicens fore, vt breuì vili precio domos venales offenderet. Id quod factum est, cùm posteà ea vrbs obsidione premeretur: quo quidem tempore virgo Gertrudis iam excesserat è viuis. Aleidis Vuillemanni, matrona nobilis,cuius suprà mentio habita est,valdèmetuens extremum illud horrendumque Christi iudicium,pœnasq; sempiternas,sæpè veniebat ad Gertrudem, orabatque vt precibus suis impetraret ipsi à Domino gratiam,& nè cum impijs damnaretur.Ea ipsa aliquandò ingressa est cubiculum, vbi Gertrudis erat in contemplatione suspensa: cumque tandèm ad se redijsset,magna voce ait ad Aleidem: En ego tibi affirmo per Dei gratiam & misericordiam, te ab æterna damnatione immunẽ fore. Quibus verbis Aleidis non immeritò magna se sensit consolatione affectam, egitque gratias Deo pro singulari eius misericordia. Petijt autem eius maritus idem sibi quoquè diuinitùs impetrari, sed Gertrudis sapienter respondit, se id promittere ei non posse, nisi priùs diuina reuelatione esset edocta.

Nicolai hõ depilij laus.

Prædicit cędem cuiusdam.

Delphi obsidentur.

Prædicit cuidã Gertrudis,quòd nõ fit damnanda.

Cùm iam annos non paucos inter Beghinas egisset Gertrudis in feruore & vitæ duritia atque seueritate haud vulgari,ad eam peruenit diem, qua erat itura ad sponsum cælestem,de quo solebat & loqui suauiter,& piè meditari,& etiam canere dulciter. Itaque sacrosanctis Christi munita mysterijs,ad beghinas ait: Sorores meæ,ego domum proficiscor. Illis existimantibus præ morbi dolore sic eam loqui,dicentibusque ipsam domi esse, rursum ait sana mente: Nequaquàm sum domi,sed illic volo esse,vbi plateæ sternuntur auro mundo. His dictis,paulò pòst spiritum suum Deo commendans, in pace obdormiuit, videbanturque in manibus eius defunctæ tanquàm eburnei digiti. Obijt anno à Christo nato millesimo trecentesimo quinquagesimooctauo, ipso sancto Epiphaniæ die, humatumque est corpus eius extra ostium turris antiquæ Delphensis ecclesiæ, parte ea quæ vergit ad Austrum. nondùm enim habebant tum Beghinæ Delphenses proprium templum atque cœmeterium. Ea tempestate, & multis deinceps annis in eodem Beghinagio multæ fuêre fœminæ admiranda pietate & deuotione,quæ ex hac vita abiêre feliciter, virtutum amictæ varietate. In ijs fuit alia quædam Gertrudis, in conuentuali, vt vocant, domo habitans, puritatis & humilitatis valdè studiosa. Quæ cùm diem clausisset extremum,mox in Flandria apparuit monacho cuidam, duobus angelis vtrinquè eam comitantibus: è quibus percontabatur is monachus

Cap.10.

Obdormit in Domino.

Alia quædã Gertrudis, beghĩa Delphensis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

chus, quò illam monacham deducerent. Reſponderunt illi, non ſe monacham ducere, ſed beghinam Delphenſem. Monachus verò diligenter annotans horam illam, venit Delphos, putans eam fuiſſe ſororem ſuam, quæ in eo degebat Beghinagio piè & religiosè. Sed cùm ſororem ſuam viuam cerneret, comperit aliam ſibi apparuiſſe. Præſtet nobis Chriſtus virginum ſponſus, vt in ſanctorum eius numerum adſcribi digni ſimus, Amen.

VITA BREVIS S. MELANII REDONENSIS EPISCOPI, EX D. GREGORII TVRONEN. DE *gloria Confeſſorum cap. 55.*

6. Ianuarij. MELANIVS autem Redonicæ vrbis Epiſcopus, poſt innumerabilium ſigna virtutum iugiter intentus cælo, emicuit ſeculo: ſuper cuius ſepulcrum mira Chriſtiani fabricam celſitudine leuauerunt. Sed inſtinctu maligni, qui ſemper bonis aduerſatur operibus, quodam tempore ab igne comprænditur. Palla verò erat lignea, quæ ſanctum Confeſſoris tegebat ſepulcrum. Illicò igitur vbi tignorum congeries flamma dominante truncatur, ruunt tegulæ cum ligaturis, & reliquo tecti apparatu, vnáque è trabibus flammato capite impetu ruinæ præpulſa, ſuper tumulum ſancti ruit. Quæ non modò ſuccendere

S. Melanij ſepulcrum ab igne non læditur.

pallam, verumetiam conterere inter ſe & lapidem ſepulcri potuerat. Ruit in ſuperiorem & immenſa multitudo carbonum. Alia quoquè vela, quæ vel parietibus, vel oſtijs dependebant, ad primum flammæ flatum exuſta ſunt. Hæc verò palla non ſolùm non vſta, verumetiam nec in ſuperficie ab igne dedecorata eſt. Igitur expleto incendio, ingrediuntur populi cum eiulatu magno, & vſque ad ſepulcrum Antiſtitis properant, interfletus & lachrymas noua gaudia percepturi. Remouent à tumulo ligna cum flammis, appræhenſumque tumuli velum, excuſſis prunis, miranter omnes illæſum.

DE S. BENEDICTO ANGLO, ABBATE MONASTERII SS. PETRI ET PAVLI, HOMILIA PARTIM HISTORICA *venerabilis Bedæ presbyteri. Extat Tomo 7. Operum eius in Homilijs hyemalibus de Sanctis.*

In illo tempore, dixit Simon Petrus ad Ieſum: Eccè nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, &c. Matt. 19.

12. Ianuarij. AVDIENS à Domino Petrus, quia diues difficilè intraret in regnum cælorum, ſciensque ſe cum ſuis contra diſcipulis ad integrum mundi fallentis ſpreuiſſe delicias, voluit agnoſcere, quid vel ipſi, vel cæteri mundi contemptores, pro maiore mentis virtute, maioris præmij ſperare deberent, & reſpondens Domino, ait: Eccè nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Vbi ſolerter intuendum, quòd non ſolùm ſe omnia reliquiſſe, ſed & Dominũ ſequi gloriatur: quia ſtultum profectò eſt, iuxta

Matth. 19.

Platonem & Diogenem, & quoſdam alios philoſophos, vitæ quidem huius diuitias calcare, & hæc non pro æterna adipiſcenda vita, ſed pro inani agere mortalium laude captanda: ſtultum, præſentes labores vltrò, abſque ſpe futuræ ſubire quietis & pacis. Perfectus autem ille eſt, qui abiens vẽdit omnia quæ habet, & dat pauperibus, ac veniens ſequatur Chriſtum. Habebit enim theſaurum non deficientem in cælis. Vndè benè interroganti Petro, dixit talibus Ieſus:

Amen dico vobis, quòd vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſraël. In hac quippè vita pro eius nomine laborantes, in alia præmium ſperare docuit: id eſt, in regeneratione, cùm videlicet in vitam immortalem fuerimus reſurgendo regenerati, qui in vitam caducam mortaliter eramus geniti. Et iuſta prorsùs retributio, vt qui hîc pro Chriſto humanæ gloriam celſitudinis neglexerunt, illic à Chriſto glorificati, iudices ſingulariter cum eo humanæ conuerſationis aſſideant: & quia à ſequendis veſtigijs eius nulla ratione poterant auelli. Nemo autem putet duodecim tantùm Apoſtolos, quia pro Iuda præuaricante Matthias electus eſt, tunc eſſe iudicaturos: ſicut nec duodecim ſolæ ſunt tribus Iſraël iudicandæ. Alioquin tribus Leui, quæ tertiadecima eſt, iniudicata recedit: & Paulus, qui tertiuſdecimus eſt Apoſtolus, quia pro Iuda præuaricante Matthias electus eſt, iudicandi ſorte priuabitur, cùm ipſe dicat, Neſcitis quoniam angelos iudicabimus, quanto magis ſecularia?

Labores huius vitæ, præmium habent in cælis.

Act. 1.

1 Cor. 6.

Sciendum nanque eſt, omnes qui ad exemplum Apoſtolorum ſua reliquerunt omnia, & ſecuti ſunt Chriſtum, iudices cum eo venturos, ſicut etiam omne mortalium genus eſſe iudicãdum. Quia enim duodenario ſæpè numero ſolet in ſcripturis vniuerſitas deſignari, per duodecim ſedes Apoſtolorum, omnium numeroſitas iudicantium: & per duodecim tribus Iſraël, vniuerſitas eorum, qui iudicandi ſunt, oſtenditur. Vndè notandum, quòd duo ſunt ordines electorum in iudicio futuri: vnus iudicantium cum Domino, de quibus hoc loco memorat, qui reliquerunt omnia, & ſecuti ſunt illum. Alius iudicãdorum à Domino, qui non quidẽ omnia ſua pariter reliquerunt, ſed de ijs tamen, quæ habebant, quotidianas dare eleemoſynas Chriſti pauperibus curabant. Vndè & audituri ſunt in iudicio: Venite benedicti patris mei, poſſidete præparatum vobis regnũ à conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere, & cætera, quorum & in ſuperioribus huius lectionis Dominus meminit, cùm principe quodã interrogante, quid boni faciendo vitam poſſideret æternam, Si vis, inquit, ad vitam ingredi, ſerua mandata. Non homicidium facies, non furtum, non falſum teſtimonium dices: vel, honora patrem & matrem, & diliges proximũ tuum ſicut teipſum.

Cum Chriſto qui ſint iudicaturi.

12 Sedes Apoſtolorũ, & 12. tribus Iſrael.

Matth. 25.

Matth. 19.

Exod. 20.

Ergò qui mandata Domini ſeruat, ad vitam ingreditur æternam: qui autem non ſolùm mandata ſeruat, verumetiam conſilium Domini, quod pro contemnendis diuitijs mundi & luxibus tribuit, ſequitur, non tantùm vitam ipſe percipiet, ſed etiam de vita aliorum cum Domino iudicabit. Atque ità fit, vt in iudicio, vt diximus, duo ſint ordines bonorum. Sed & reproborum duos ibi futuros ordines, Domino narrante, comperimus: vnum eorum, qui Chriſtianæ fidei myſterijs initiati, opera fidei exercere contemnunt, quibus in iudicio teſtatur: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim, & nõ dediſtis mihi manducare, &c. Alterum eorum, qui fidem & myſteria Chriſti vel nunquàm ſuſcepêre, vel ſuſceptam per apoſtaſiam deſeruêre, de quibus ait: Qui autem non credit, iam iudicatus eſt, quia nõ credit in nomine vnigeniti filij Dei. Qui quoniam nec verbotenùs Chriſtum colere voluërunt, nec verba ſaltem eius, quibus coarguantur in iudicio, merentur audire: ſed ad hoc tantùm veniunt in iudicium, vt cum eis, qui iudicantur, peccatoribus, in damnationem mittantur æternam. Verùm his cum timore & pauore debito pauliſpèr commemoratis, ad lætiſſima potiùs Domini & Saluatoris noſtri promiſſa cõuertamus auditum. Videamus quæ tantæ gratia pietatis, non æternæ tantummodò vitæ præmia ſuis ſequacibus, ſed & præſentis munera pollicetur eximia.

Iohan. 3.

Et omnis, inquit, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplũ accipiet, & vitam æternã poſſidebit. Qui enim terrenis affectibus ſiue poſſeſſionibus pro Chriſti diſcipulatu renunciauerit, quo plùs in eius amorem profecerit, eo plures inueniet, qui ſe interno ſuſcipere affectu, & ſuis gaudeãt ſuſtentare ſubſtantijs: eius nimirùm profeſſionis vitæque conſortes, qui ſe pro Chriſto pauperem factum in ſuis domibus agriſque ſuſcipere, & maiori prorsùs quàm vxor, parens, frater aut filius carnalis deuotione charitatis refouere delectentur. Cẽtuplum nanque, quod ait, non numerum amantium in Chriſto, & ſeruientium pro Chriſto fidelibus, ſed vniuerſitatem perfectionemque, qua per charitatem inuicèm ſeruiunt, oſtendit.

Centuplũ à Chriſto ꝓmiſſum.

Cuius rei & in nobiſipſis, fratres chariſſimi, ſæpè exemplum ſumpſimus, cùm ali-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cubì pro rerum neceſſitate digredientes,cuncta nobis monaſteriorum habitacula quasì propria patére cognouimus, cunctos in noſtrum obſequium ſyncerisſima deuotione pronos adſpeximus: & maximè in beatæ memoriæ patre noſtro beato Benedicto, cuius hodiè venerandam aſſumptionis diem debita ſolennitate recolimus,totum lectionis huius tenorem videmus perfectisſimè compleri. Derelictis enim omnibus, ſecutus eſt Chriſtum, quandò ſpretis ijs, quæ in miniſterio regali acquiſiërat, vel acquirere valebat, cùm eſſet nobilis natu, ad beatorum Apoſtolorum limina peregrinaturus aduolauit: vt quia rudis adhuc in gente Anglorum fides & eccleſiarum inſtitutio florebat, ibì potiùs perfectam viuendi formam ſumeret, vbì per ſummos Chriſti Apoſtolos totius Eccleſiæ caput eminet eximium. Ibì ergò eruditus in Chriſto, illis in partibus attonſus, ibì eſt monaſterialibus imbutus inſtitutis: ibidèm totum vitæ ſuæ tempus erat exacturus, ſi non Apoſtolica domini Papæ prohiberet authoritas: qui cum propter ducendum in Britanniam ſanctæ recordationis Archiepiſcopum Theodorum, in patriam redire præcepit.

Hiſtoriola S. Benedicti Angli.

S Benedictus fit Romæ monachus.

Nec longo pòſt tempore etiam reges ſeculi, cognito virtutum eius ſtudio, locum ei conſtruendi monaſterij, non ab aliqua minorum perſonarum oblatum, ſed de ſuis proprijs donatum dare curabant. Quem ille acceptum, mox perfectiſſimè iuxta regularem diſciplinam interiùs exteriusque conſtituit, nō pro ſuo capru decreta nobis ſtatuens, ſed antiquorum ſtatuta certiſſima monaſteriorum, quæ peregrè didicerat, ſibi ſuisque obſeruanda proponens. Nec cuilibet veſtrùm, fratres, graue debet videri, ſi nota loquamur: ſed delectabile potiùs æſtimare, quia vera loquimur, quandò patris noſtri ſpiritalia geſta narramus, cui manifeſto miraculo Dominus, quod fidelibus ſuis promiſit, adimpleuit: quia omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet in hoc tempore, & in ſeculo futuro vitam æternam.

Conſtruit monaſteriũ in Anglia.

Reliquit quippè cognatos, quandò patriam deſeruit: accepit verò centuplum, quia non ſolùm à cunctis in hac terra, pro virtutum induſtria merita veneratione habitus eſt, ſed & in Gallia atque Italia, Romæ atque in maris inſulis, ab omnibus qui eum nôſſe potuerunt, dilectus: adeò vt ipſe Papa Apoſtolicus ad profectum monaſterij huius, quod illum nupèr fundâſſe gaudebat, Iohannem illi Abbatem atque archicantorem Romanę Eccleſiæ, ſicut charitas veſtra benè meminit, in Britanniam Roma deducendum præſtaret, per quem idem monaſterium morem canendi ac miniſtrandi canonicum, iuxta ritum ſanctæ Romanæ atque Apoſtolicæ Eccleſiæ perciperet. Reliquit domos & agros, quos habuerat, pro Chriſto, de quo agrum ſemper virentis paradiſi, & domum non manufactam, ſed æternam in cælis accipere ſperabat. Reliquit vxorem & filios, non quidem vxorem acceptam, & filios ex carne natos: ſed vxorem prorsùs accipere, ex qua filios habere poſſet, caſtitatis amore contempſit, mâlens ad illa centum quadragintaquatuor millia electorum pertinere, qui cantant canticum nouum ante ſedem Dei & agni, quod nemo poteſt dicere, niſi illi: Hi enim ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, & ſequuntur agnum quocunquè abierit. Et accepit centuplum, quandò non in his ſolummodò, ſed & in * marinis eum partibus plurimi in domos ſuas recipere viantem, ſuorum fructibus agrorum reficere deſiderabant, quandò * patronum perplures illi, quandò viri Deo deuoti pro animi conſtantis excellentia, non minori quàm coniugibus aut parentibus proprijs, dilectionis inſtantia ſeruiebant.

Apoc. 14.

*tranſmarinis, legendũ videtur. for. * vt patrono

Accepit centuplum domos & agros, quandò hæc, in quibus monaſteria conſtrueret, adeptus eſt. Vxorem nanque dimittere pro Chriſto, & in hoc centuplum accipere eſt: quia animarum centuplum, maius eſſet tunc meritum charitatis inter continentes propter fructum ſpiritûs, quàm inter laſciuientes quondàm propter deſiderium carnis: filios, quos carnaliter habere deſpexit, centuplùm accipere meruit ſpiritales. Cẽtenarius quippè numerus, vt ſæpè dictum eſt, perfectionem figuratè ſignificat. Nos nanque ſumus filij eius, quos in hanc monachiam demùm pius prouiſor induxit: nos ſumus filij eius, ſi iter virtutum eius imitando tenemus, ſi non à ſemita regulari, quam docuit, torpẽdo deflectimus. Meminimus nanque fratres, qui illum nôſſe potuimus, dicere crebro auditu, quos poſt obitum illius in noſtræ fraternitatis conſortium pietas ſuperna congregauit, quia quandiù ſoſpes

Locus deprauatus.

ſoſpes erat corpore, pro gloria ſanctę Dei Eccleſiæ, & maximè pro huius monaſterij pace, honore & quiete ſemper laborare perſtabat: totiès mare tranſijt, nunquàm, vt eſt conſuetudinis quibuſdam, vacuus & inutilis redijt: ſed nunc librorum copiam ſanctorum, nunc reliquiarum beatorum martyrum Chriſti munus venerabile detulit, nunc architectos eccleſiæ fabricandæ, nunc vitrifactores ad feneſtras eius decorandas ac muniendas, nunc cantandi & in eccleſia per totum annum miniſtrandi ſecum magiſtros adduxit, nunc epiſtolam priuilegij à domino Papa miſſam, qua noſtra libertas ab omni extrinſeca incurſione tutaretur, apportauit, nunc picturas ſanctarum hiſtoriarum, quæ non ad ornatum ſolummodò eccleſiæ, verumetiam ad inſtructionem intuentium proponerentur, aduexit, videlicet vt qui literarum lectione non poſſent, opera Domini & Saluatoris noſtri per ipſarum contuitum diſcerent imaginum.

Multis bõnis auxit monaſteriũ ſuum.

Vide vſum ſacrarum imaginum.

Qui in his & huiuſmodi rebus ideò tam plura laborare ſtuduit, nè nobis ſic laborandi remaneret neceſſitas: ideò totiès tranſmarina loca adijt, vt nos omnibus ſcientiæ ſalutaris dapibus abundantes, intra monaſterij clauſtra quieſcere, & cum ſecura libertate Chriſto ſeruire queamus. Qui etiam cùm corporis infirmitate corriperetur, premereturque acerbiùs, ſemper interìm debitas gratiarum actiones, de monaſteriorum, quas didicerat, docueratque, regulis ſeruandis, ſemper de Eccleſiaſticis obſeruationibus, quas per omnes ciuitates & maximè Romæ viderat, ſemper de locis ſanctis, quæ ſe luſtrâſſe cuuenem meminit, loqui & iterare, delectabile habebat. Sic longis virtutum ſtudijs exercitatus, longo inſupèr anno ſemper infirmitatis martyrio excoctus, poſt centupla gratiæ præſentis munera ad vitam tranſiuit æternam.

Feliciter exit ex hac vita.

Vndè neceſsè eſt, fratres chariſſimi, vt tanquàm boni filij, & tanto parente digni, exempla ac præcepta illius in omnibus ſeruare curemus, neque vlla nos à veſtigijs tanti ductoris ſequendis animæ vel carnis illecebra reuocet: quatenùs & ipſi, qui carnales affectus ſubſtantiamque reliquimus terrenam, qui vxores ducere ac filios procreare, angelicæ conuerſationis amore faſtidiuimus, augente ſpiritalium virtutum merito, & in præſenti centuplum accipere de ſocietate ſanctorum, & in ſeculo venturo vitam poſſidere mereamur æternam: Præſtante gratia redemptoris noſtri, qui viuit & regnat cum patre in vnitate ſpirituſſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

VITA GODEFRIDI COMITIS CAPPENBERGENSIS, NECDVM QVOD SCIAM IN SANCTOS RELATI, *à quodam monacho Præmonſtratenſi eius contemporaneo edita, ſed per nos mutato ſtylo nonnihil contracta. Videat Lector de eodem Comite in vita S. Norberti, quæ eſt 3. Tomo 6. Iulij, cap. 30.*

TEmporibus beati Ludgeri primi Epiſcopi Monaſterij, & Caroli Magni Regis, mons, quem Germani Cappenberg vocant, inhabitabatur: ſed quòd aliquandò in monaſterium mutandus eſſet, longè antè diuinitùs reuelatum eſt. Itaque anno Chriſti milleſimo centeſimo viceſimoſecundo caſtrum Cappenbergenſe monaſterium effectum eſt: atque ab eo tempore multi è fratribus noſtris diuerſis in locis Epiſcopi, Abbates, Præpoſiti, Prælati inſtituti ſunt, non ſine Eccleſiarum, quibus præfuêre, in bonis temporarijs incremento. Epiſcopi è noſtra eccleſia aſſumpti, hi ſunt: Nortbertus Magdeburgenſis Archiepiſcopus, Euermodus & Isfridus Raceburgenſes Epiſcopi, Vualonus Hauelbergenſis & Vuitgerus Brandeburgenſis Epiſcopi, Flogerus Sagienſis in Polonia præſul. Quod quidem cùm nos Comitum noſtrorum Godefridi & Othonis, quorum ſæpè in anguſtijs experti ſumus opem, meritis factum exiſtimemus, vitam eorum partim annotare voluimus, vt ea & nobis rectè viuendi exempla ſuppeditet, & alios ad ſimilia inuitet.

Sanctorum vitæ benè viuendi exemplũ ſuppeditant.

HISTORIA.

COMI-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ianuarij 13. Cap. 1.

OMITES nobilissimi Godefridus & Otho, fundatores cœnobij nostri, à regia feruntur stirpe traxisse originem. Patrem habuêre Godefridum, in Vuestphalia natum: matrem Beatricem, natione Sueuam. Auus eius fuit Hermannus Comes, cui coniunx erat admodùm religiosa, Gerbergis ab Hunenberg. Ipse verò Hermanus Dei fuit cultor eximius, & in præstādis eleemosynis valdè liberalis. Sustentabatur ab eo pauper quidam. Is sibi diuinitùs ait indicatū, fore vt visum reciperet, si aquam suis admoueret oculis, qua Comes Hermannus suas abluisset manus. Accepit aquam, admouit oculis, & confestim ab oculis caligo depulsa est. Tāti viri nepos fuit Godefridus noster, vir summa māsuetudine, singulari comitate & gratia, multa benignitate, sermone facundus, consilio prudens, in militia strenuus, sed militandi Regi immortali, & cum illo ferendæ Crucis cupientissimus. Cùm aliquandò suos videret aliena diripere, & prædas agere, sic Dominum deprecatus est: Obsecro immensam bonitatē tuā, bone Iesu, vt me è medio iniquitatis huius eripias, & in die iudicij paratū & immaculatū me tibi exhibeas. Scio enim, æquissime iudex, in meū redundare caput, quicquid à meis delinquitur, & si quid à me dissimulatū erit, te id seueriter vindicaturū.

Beati Godefridi parentes.

Cæcus videt.

Timor Dei in eo quantus.

Cap. 2.

Cùm adhuc seculari tegeretur habitu, bellū ei fecêre ciues Monasterienses. Itaq; quidam ex ministris eius cum multis alijs multa pecora abegit, & cum illa prædā stante in porta Comite, gloriabundus aduentabat. Sed vir pius, iustitiæ tenax, vbi cognouit quid actum ab illo esset, animo commotus, ait ad seruos suos: Ite ad nefarium illum raptorem, diciteque illi nè sit ausus vnquàm in meum venire conspectum, nisi priùs satisfaciat eis, quos præter ius fasque læsit, restituatque prædam vniuersam. Etsi enim ciues Monasterienses in præsens nobis, fortasis non absque culpa nostra, infesti sunt, non tamen debuit temerarius ille homines ruricolas & innocentes sub nostri nominis prætextu vexare & affligere. Hæc postquàm ille resciuit, valdè territus, singulis quibusque res ablatas anxiè restituit.

Item iustitia, quæ reddit vnicuique quod suum est.

Cap. 3.

Erat autem Comiti Godefrido frater Otho, ipso iunior, sed instàr leonis fæuiēs. Eum Godefridus ad idem sanctitatis propositum induxit: eiusq; coniugē prorsùs renitentem (quæ vnica fuit filia Comiti Friderico de Arnesberg, per quam totam illius ditionem, quòd sola esset hæres, si mansisset in mundo, adepturus erat) salutaribus adhortationibus eò permouit, vt sacrū velamē acceperit. Porrò castrū suum Cappenberg & omnia sua ipsis ferijs S. Petronillę virginis, Deo obtulit, in vsus paterū Christi cessura: præterq; plura monacharū cœnobia, ab ipso constructa, tria monachorū monasteria, in Cappenbergo, in *Varbar & in Eluenstat condidit: in quibus voluit monachis esu carnium interdictū. Sed propter hęc ministri eius murè eum conuicijs prosciderunt, cogebaturq; audire ab illis, ipsum è potestate exijsse & mente captum esse, quòd auscultaret impostori illi & fallacioso Nortberto: quo suadente, tam sublimem mundi huius gloriā stultè cōtemneret, ipsosq; miserè destitutos relinqueret. Verùm ijs inter alia etiam ità dicere solebat: Si diligeretis me, gauderetis vtiquè, quia vado ad patrem. Etsi autē à suis ea quæ diximus, ijsq; cōsimilia ferret, at tamen principes eius facta admirantes, summè eum venerabantur. Et ipse Imperator Henricus, consanguineus eius, ad quem ante conuersionē cum magno comitatu venire solebat: sed à conuersione, cùm posceret fratrū vtilitas, pauper & capillis deformis cum paucis se conferre nō erubescebat, simulatquè in conspectū suū venit, omnibus quę in manu erant, reiectis, eum humanissimè accepit, in eiusq; complexū ruens, sic exclamauit: Gratias ingentes ago Deo, cognate charissime, quòd te hodiè mihi videre licuit. nec enim hac die talis & tam singularis viri me conspectu fruiturum existimaui.

Multa condit monasteria.

*Varlar Hmstatt.

Iohan. 14.

Vt ab Imperatore exceptus sit

Cap. 4.

At verò Fridericus Comes Arnesbergius, homo profanus & auaritię cęstro percitus, valdè infremuit, & arte veteratoria vsus, ait filiā suam astutè in fraudem impulsam, & iustæ hæreditatis portione malo dolo priuatā. Atq; sub hoc prætextu multis iniurijs beatum virum affecit, multasque ei irrogauit contumelias: airque Cappenbergensi castro, quod filiæ suæ dotem asserebat, cuique totius Vuestphaliæ regio paruerat, eamipsam filiam suam priuari non debere. Ea tempestate principum & nobilium conuentus fuit Traiecti apud Henricum Imperatorem. Erat ibi etiam

Multis iniurijs afficitur ab æmulo.

etiam Fridericus Comes Arnesbergius. Aderat etiam quidam Sueuiæ princeps, qui se simulans prorsùs non nôsse Comitem Fridericum, in illo procerum consessu falsè admodùm perstrinxit illum, ità dicens: Celebri apud nos sermone vulgatum est insigne præpotētis Dei beneficium, duos Cappenbergenses Comites, diuina inspiratione compunctos, omnia sua, immò verò etiam seipsos Deo obtulisse. Quos ego viros planè felices dixerim, vt qui nostris temporibus eximium sanctitatis & volūtariæ paupertatis de se exemplum præbeant. Sed interim, proh nefas, quidam vicinus, satanæ administer, Fridericus Comes Arnesbergius tam præclarum facinus, vt aiunt, impedire conatur, & cupiditatis atra nube cęcatus, ipsi Deo, quod nemo Christianus ambigit, bellum facere non veretur. Quòd si verò scelestus ille aduersùs Deum præualuerit, equidem fateor, me non admodùm libenter illi deincèps seruiturum, vt qui tantam sui nominis iniuriam ferre sustinuerit. Hæc cùm princeps ille irridiculè diceret, Comes Fridericus incredibili pudore affectus, oculos huc illucque vertebat. Neque enim vel principis illius vultum ferre potuit, neque in illo conuentu, conscientiæ stimulis eum exagitantibus, vel mutire ausus fuit. Erat autem Fridericus ille homo crudelis, semper apud se multos detinens captiuos, vinculis & carceribus implicatos, quibus tamen nec in extremis, quantuncunquè alijs deprecantibus, parcere voluit: nec ea, quam diximus, ignominia permoueri potuit, vt se corrigeret. Nam & ipsi patri Nortberto comminatus est, si posset eum comprehendere, vnà cum asino ipsius se eum suspensurum, visurum vter maiori pondere sit. Omnes etiam fratres, nunc intentando minas, nunc ad eorum fines cum militari manu accedendo vsque adeò nonnunquàm exterruit, vt cum patre Nortberto & Godefrido vno animo tāquàm oues ad cædem excipiendam suas pararēt ceruices, cùm priùs inuicèm confessi essent peccata sua, portisque vltrò apertis, martyrium & indubitanter & alacriter expectarent. Sed eum Deus omnipotens, non quidem voluntate mutata, sed tamen re infecta, & omni conatu frustratum, qua venerat via redire compulit. Eius mentum quandoquè vir Dei Godefridus in magna hominum frequentia, multis vltrò citroque habitis sermonibus, apprehendit, aitque illi: Cur adeò caducis & vilibus hisce rebus inhias miser? Velis nolis, iam tempus aduentat, quo in puluerem redigeris. Idem autem vir Dei pro Christo mori iucūdissimum putabat, dicebatque: Quemadmodùm scopæ, multo vsu detritæ, randèm in ignem inijciuntur: ità ego cupio corpus meum Christi seruitio confectum & exhaustum, vexationum & afflictionum igne demùm consumi.

Eius æmulus Fridericus Comes egregiè cōfunditur & irridetur.

Crudelitas Friderici Comitis quanta.

Prædicit ei beatus Godefridus suā celerē mortem.

Cùm autem impius ille Fridericus, vt erat à viro Dei prædictum, celerem seque dignū vitæ exitum habuisset, (Quidam enim frater priusquàm nunciata esset mors eius, in visu adspexit eum ab immani quodam leone deuorari) Francus quidā impurus coniugem beati Godefridi, quę iam sacrum velamen acceperat, dæmone instigante rapuit. Occurrit autem ei vir Dei prorsùs inermis, repetens vxorem suam. Ille verò correpto gladio occidere eum voluit. Cernens id vir beatus, tanquàm agnus tacitus ceruicem ei protinùs obiecit: sed nequam homo terrore fractus, ferire non potuit. Tandèm vir Dei coniugem, post multos eius reducendæ causa exantlatos labores, cellæ restituit, & Francus ille non diù pòst lancea confossus perijt. Sparsus autem hac occasione rumor est, & ad Mosam vsque perlatus, Godefridum pœnitere accepti monastici habitūs: itaque & vitam monasticam & fratres deseruisse, vxoremque repetijsse suam.

Cap. 5.

Iusta Dei vltio in raptorem iniquum.

In assumptæ beatissimæ Virginis solennitate, quandò monasterij nostri ambitus consecratus est, quis satis explicare queat, quos tentationum impetus, quos fluctus quàsve tempestates pertulerit, alijs atque alijs in diuersa eum trahentibus, miraque improbitate ei persuadere conantibus, nè tam præclarum & egregium locum deseret: ipso etiam antistite, ea quæ carnis sunt sapiente, & pro castro illo cum alium locum ei offerente? Sed ille nec terroribus frangi, nec vlla tempestate euerti potuit: aitque constanter: Nulla ego deincèps ratione feram, vt in hoc castro mundanæ vanitati seruiatur. Itaque si quadruplò plura offeratis, quàm valeat hoc castrum, nunquàm ego patiar illud negocijs mundi huius occupari. Centum & quinque ministros suos cum eorum vxoribus & liberis magnis affectos beneficijs cum alijs egregijs muneribus Monasterienſi donauit Ecclesiæ: præter alia multa, quæ Ecclesię Colonienſi alijsve locis, prout eorū prouisores petière, elargitus est.

Cap. 6.

Stabilitas viri sancti & constantia quanta.

Eleemosynæ eius.

Postquàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.7. Postquàm autem ab eiusmodi molestis infestationibus data illi pax est &
tranquillitas, licuitque in monasterio quietè & pacificè vitam degere, quàm
In mona-sterio vt vixerit. tum ille purgatissimis vixerit moribus, equidem sanctè affirmare ausim, nul-
lius id hominis sermone posse explicari. Mira eius erat abstinentia, ità vt crebrò
non nisì pane & aqua victitaret. Cumque mensæ cum alijs assideret, aut in preces
incumberet, aut Dei verbum audiret, ob desiderium æternorum, vbertim ab eius
oculis manabant riuuli lachrymarum. Studebat in omnibus appetere contem-
ptum suî. Indigna quæque & extrema seruitia nunquàm fastidiuit, etiam ad vilissi-
ma paratus. Oblatam à fratribus venerationem humiliter vitauit: leprosos, aut
Humanitas eius in pau-peres. morbidos, aut alios quosuis non contempsit: immò de cuiusdam ægroti sordi-
dissimo vase potum hausit. Tantum verò ei charitatis & eleemosynæ studium fu-
it, vt domum hospitalem suis impendijs construxerit, atque in ea pedes paupe-
rum abluerit, nummos & eleemosynam distribuerit. Erga omnes paterna quadam
animi benevolentia ferebatur, Comitemque se appellari tulit molestissimè,
haud secùs atquè virus quoddam Comitis nomen refugiens. Inimicos omnes di-
lexit propter Deum, obtrectatorum linguas maledicas tulit patientissimè, ipsum-
que Comitem Fridericum cum magno putore animam exhalantem ità plan-
2.Reg.18. Matth.7. xit, vt Dauid Absolonem filium suum. fundatus enim erat supra firmam pe-
tram.

Cap.8. Cùm fratres quidam remissi ac tepidi de rigore monasticæ disciplinæ & vitæ
paululùm relaxando ei suggererent, ille spiritu Dei plenus sic respondit: Qui in-
gentem fluuium naui transmittere volunt, longè supra illum locum, quem è re-
gione alterius ripæ attingere cupiunt, nauim soluunt propter impetum fluminis,
Vt suos cõfratres ex-hortatus fu-erit. semper eam secum ad inferiora rapientis. Ità ergò & nos fratres, qui hoc mare
magnum traijcere contendimus, in quo sunt reptilia, quorum non est numerus,
semper debemus confirmare animum ad ascendendum nitendumque superiùs.
semper enim humana imbecillitas & quidam negligentiæ torpor ad descenden-
dum propensior est: multumque vereor (Qui enim spernit modica, paulatim
defluit) nè in posterum Ordo noster sensim descendendo, ad teporem pristinum
relabatur. Tanta illi inerat facultas & gratia exhortandi, vt pater Nortbertus de
illo gratulabundus diceret: Postquàm ego in prædicationis cursu delassatus sub-
stitero, Godefridum filium meum loco meo, vt solent cerui, excitabo. Ceruos
enim aiunt, cùm se sentiunt supra vires instantia venatorum exagitari, alios pro
S. Nortber-tus à Bernar-do cælestis fistula nun-cupatur. se excitare ceruos. Hunc patrem Nortbertum, vt id obitèr dicamus, beatus Ber-
nardus Abbas ob prædicationis suauitatem, cælestem fistulam appellat.

Cap.9. Vir quidam magnæ sanctitatis & grauitatis eo anno, quo nostrum institutum
complexus est, multas hostis maligni, easque infestas sensit tentationes, nequis-
simo dæmone eius humeris insidente, & ab omni deuotione eum perpetuò re-
tardare conante. Cumque orando se coram altari prosterneret, diuinam implo-
raturus opem, non rarò vidit dæmonem deformi habitu & vultu teterrimo.
Cùm sic autem affligeretur, beati Godefridi præsentiam expetens, ad eum se con-
Nõ fert be-ati Godefri-di præsenti-am dæmon. ferebat. Illo verò conspecto, mox ab eo fugit dæmon, mirumque sensit tum cor-
poris, tum animi refrigerium. Quòd si Comitem illum videre non posset, simul-
atquè audiuit vocem eius, eandem persentiebat gratiam. Nouerat autem san-
ctus Comes ex diuina reuelatione, nullo mortalium id ei indicante, quan-
dò ille frater ciusmodi molestijs afficeretur. Itaque solebat crebrò illum tum
inuisere, & anno illo sic decertantem egregiè consolando corrobare.

Cap.10. Denique vt cum summo Patriarcha non deesset illi obedientiæ meritum, di-
Gen.12. ctum est ei à patre Nortberto: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo
patris tui, & veni in terram, quam monstrauero tibi. Quod quidem ille cum mul-
Obedientia eius quãta. ta alacritate facere non distulit: abiturusque cum Othone fratre suo, Si quid,
inquit, mi frater, hactenùs reliquum fuit, cui necdùm perfectè nuncium remis-
mus, id iam totum in Christi nomine abijciamus, & ad obedientiæ iter impigri
nos accingamus. Tandèm venit ad locum, reuerà à Domino, iuxta nomen suum,
Ordo Præ-monstraten vndè dica-tur. Præmonstratum, vbì noster Ordo sumpsit exordium: atque illic cum fratre suo
acolythus ordinatus est, & ambo sanè angelicæ vitæ suæ exemplis plurimos ro-
borârant. Studebant enim humilitate fratres omnes anteuertere, quemadmodùm
etiam mundi huius claritudine & dignitate antecellebant.

Porrò

Porrò autem vir Dei Godefridus incredibili ad Christum proficiscendi & ex Cap.11.
hac vita emigrandi flagrabat desiderio. Sæpè enim socijs eius in itinere quiescen-
tibus, vtì soler funus componi, dum celebrantur exequiæ, sic ipse supinus iacens,
manus & brachia componebat, magno cordis clamore dicens ad Dominum: O
Cupit dissol-ui & esse cũ Christo. vtinàm veniat hora illa, qua hinc discessuri sumus. Vtinàm illi horæ me præpara-
re digneris Domine Deus meus. Nec Deus distulit preces eius, sed maturè eum è
medio iniquitatis eduxit. Cùm enim annum vnum egisset Præmonstrati, à Nort-
berto iam Magdeburgensi Archiepiscopo reuocatus est. Quòd autem mundi
pompam & strepitum ægrè ferret, Dominus eum ad illa cælestia euocaturus præ-
mia, lenta pulsauit ægritudine. Percepta igitur patris Nortberti benedictione, ad
Infirmatur. Eluenstadense monasterium se contulit, vbì morbus in dies maioribus est auctus
incrementis. Aderat ei Otho frater eius germanus cum alijs fratribus, quibus ille
aiebat se magno teneri è vita abeundi desiderio: dicentique vni ex ijs, qui aderant,
Absit Domine, vt ità nos desolatos relinquas: ille tanquàm indignabundo vultu
respondit: Quid est, frater, quod loqueris? Quamobrèm, oro, pœnitentię habitum
accepimus? Quarè autem etiam pro Christo nitimur mortificari tota die, si non
hisce laboribus id spectamus, vt quamprimùm liceat euolare ad Christum? Optan-
dum profectò mihi est, vt breuiori possim via ire ad eum, & ad conspectum vultûs
eius, quem semper concupiui, celeriùs pertingere. Hæc illo dicente, Otho frater
eius magno animi dolore cruciabatur, multumque lugebat: sed cum consolans
vir beatus, inter alia multa sic ait: Ea causa, mi frater, omnia propter Deum reli-
quimus, quòd nos morituros certissimè sciremus: nec possumus optatam operum
nostrorum mercedem recipere, nisì corpus hoc morti succumbat.

Sacro deindè vnctus oleo, pacis osculum cunctis præbuit fratribus, aitque ad Cap.12.
illos: Scio me diuini honoris & Ordinis nostri zelo permotũ, interdùm quosdam Sacro oleo inungitur.
seueriùs allocutum. Si quem igitur ex vobis ea re offendi, quæso id vt mihi condo-
netur. Sed ad hæc ei non verbis vllis, sed lachrymis responsum est. Omnes enim
valdè dolebant. Paulò pòst ait ad fratrẽ suum: Frater mi, audio vocem dicentem,
Exite obuiàm ei. Frater autem, qui sedulus ei assidebat, breui interiecto spatio sci-
scitanti, quid haberet spei, Latino sermone respondit: Spe magna ego sum, nec
si mihi liceat toto potiri orbe terrarum, vel paululùm in hoc velim degere exilio.
His dictis, parùm conquieuit, apertisque mentis oculis, subitò cum ingenti exul-
tatione dixit: Veniunt nuncij Domini & creatoris mei: moxque Idibus Ianuarij Reddit spi-ritum. spiritum reddidit anno à Christo nato millesimo centesimo vicesimosexto, ætatis
suæ ferè tricesimo.

Impensè autem amabat illum Gerbergis Abbatissa, patrui eius filia: eaq; sæpiùs Cap.13.
rogauerat eum ab ipsa discedentem, vt vel viuus, vel mortuus breui eam rursùs in-
uiseret. Ei ergò vita functus statim apparuit in eius monasterio, miro decore con-
Appáret Gerbergi Abbatissæ in magna gloria. spicuus, & aureo diademate coronatus. Illa verò nesciens eum è vita decessisse,
Quid est, inquit, dilectissime Godefride, quòd sic coronatus ingrederis? Tum ille:
Noueris, ait, me modò sine vlla dilatione, aut vllo seuerioris examinis periculo
ad summi Regis palatium commigrâsse, atque tanquàm Regis immortalis filium
beata immortalitate vestitum. Et nè fortassis dubites, lege quod inscriptum cernis
diademati meo. Legit igitur hæc verba: Induit me Dominus vestimento salutis, Esa.61.
& indumento lætitiæ circundedit me, & tanquàm sponsàm decorauit me corona.
Sensit autem diuinitùs id fieri, moxque fratribus Cappenbergensibus indicauit be-
ati viri obitum, & pro eo Missæ sacrificium offerendum curauit. Post dies decem
venit eò dominus Otho Comes, felicem fratris sui è vita excessum annuncians:
compertumque est ea hora eum defunctum, qua Gerbergi Abbatissę apparuerat.

Fœmina quædam sanctimonialis eius loci, qui Elcene dicitur, diro vexabatur Cap.14.
dentium cruciatu: cumque nullum suppeteret remedium, in memoriam redijt
beati Godefridi, quem viuentem cognouerat. Eum igitur toto animi desiderio
cœpit implorare, vt suis precibus apud Deũ tam immani subueniret dolori. Mira Duo dolore dentiũ libe-rantur. res. cuestigiò dolor ille omnis euanuit. Eodem morbo dentium quidam è fratri-
bus nostris, qui sancto viro, cùm esset in humanis, familiaris fuit, laborabat. Post-
quàm igitur preces illi obtulit, etiam ipse protinùs curatus est.

Fuit apud Cappenbergum pastor quidam religiosa vita. Is aliquãdò grauissimè Cap.15.
laborans, ità vt moriturus videretur, multas malignorũ dæmonum infestationes

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aeger curatur. pertulit. Vbi autē de vita eius desperatum fuit, nocte Supprior admonuit eum, vt sepulcrum beati Godefridi viseret, atque ex eius eleemosyna reficeretur. Fecit ille, vt fuit admonitus, moxque toto se sensit corpore sanum, & omnia dæmonum phantasmata euanuerunt.

Cap.16. Quidam ex fratribus nostris sacerdos fistulæ morbo dies non paucos adeò afflictus fuit, vt vix mouere se posset. Itaque alienis manibus ad templū adducebatur. Interim aduenit anniuersarius Comitis Godefridi dies, & ecce frater iste non sine multa difficultate ad templum reptans, vt illic viro Dei Vigilias celebraret, ad adytum siue chorum eius peruenit. Tum verò ab imo pectore, cum multis lachrymis depromens preces, salutis rogabat authorem Deum, vt intercessione viri Dei sospes & incolumis effici mereretur. Preces illas repentinus effectus consecutus est. Cœpit enim sensim mox euanescere morbus. Proijcitur baculus, subsequiturque salus.

Item alius.

Cap.17. Accidit quidam ex nostris fratribus, ad nocturnas preces maturiùs surgenti, vt paululùm in lectulo residens, rursùs obdormiret. Interim fratres procedebant ad templum. Igitur vir Dei Godefridus lumine illustris ei adest dormitanti, nomineque eum compellans, Frater mi, ait, surge ocyùs: iam enim fratres in Chorum ingrediuntur. Surgit ilicò frater, & celeri gradu sequitur præcedentes.

Cōpellit surgere somnolentum virum sanctus.

BEATI PETRI ĐAMIANI SERMO DE TRANSLATIONE SANCTI HILARII *Episcopi.*

14. Ianuarij GAVDEAMVS & exultemus, dilectissimi, dum ad recolēda beati Hilarij sublimia merita solenniter conuenimus. Ipsa quippè nos insignis vocabuli dignitas prouocat, vt mens nostra spirituali lætitia affecta, plausibiliter hilarescat. Nihilominùs & hoc dignum est, vt dum beati viri trāslationem colimus, ipsi quoquè mentes nostras à terrenis desiderijs ad cęlestia trāsferamus: vt dum glebam corporis eius tenuemque puluisculum tanto præferri apud homines honore conspicimus, quantum gloriæ pondus in cælestibus possideat, vbi verus & incōparabilis honor est, mens nostra perpendat. Sed libet iam trāslationis huius historiam succinctè transcurrere, vt nulli deinceps de præclara solennitatis huius origine prorsùs expediat dubitare.

Ecce quomodò prisci patres sanctorum reliquias honorabant.

Porrò autē dum Confessor Christi Tredelinus beati Hilarij monasterium, quod in Pictauensi suburbio situm est, laudabiliter regeret, ibique sanctę conuersationis insignibus disciplinis & præclara morum honestate polleret, beatus Hilarius illi per visionem manifestus apparuit, & inter alia nonnulla hoc illi quadam vicibus imperij authoritate mandauit, vt videlicet ipse, simul & Pictauensis Episcopus ad Regem Francorum, qui tunc rērum moderabatur habenis, incunctanter accederent, & sumptus impendia, quibus ampliari & augustius fieri monasterium posset, fidutialiter postularent. Quibus verbis insupèr addidit, vt instaurato nouiter monasterio, locum sibi sanctus Abbas congruum prouideret, in quo corpus eius, facta translatione, recōderent. Quos nimirùm felicis oraculi legatione perfunctos, Rex clementer ac benignè susceptit, eisq; magnifica regię liberalitatis munera contulit.

S. Hilarij monasteriū è fundamētis instauratur.

A fundamentis ergò monasterium per latomos ac cæmētarios denuò construentes, & pollucibiliter instaurantes, ministri Domini tandiù cœptis indefessi laboribus institerunt, donèc non modò surgentis structuræ machinam ad consummationem vsque perducerēt, sed etiam vtrinquè parietes, hoc est, intùs & extrinsecùs, radiātis musiui decore vestirent. In quo videlicet opere, vbi regij muneris summa defecit, Episcopus ex Ecclesiasticis facultatibus supplere quod deerat non cessauit. Tandèm itaque monasterio non modò consummatæ fabricæ structura perfecto, verumetiam sacerdotalis officij benedictionibus dedicato, mox demoliti sunt tumulum, in quo sanctum fuerat corpus humatum. Constituto igitur die, in quo sancta membra transferrent, præcedente nocte dum Episcopus, simul & Abbas in vigilijs & orationibus iugiter pernoctarent, repentè conspiciunt, quòd beati Angeli de

de tumulo, qui iam terebratus fuerat, sanctum corpus educunt, & in locum, qui sibi præparatus fuerat, proprijs manibus inferunt. His itaque peractis, beatus Hilarius sanctum Tredelinum per visionem admonuit, vt Scotigenam quendam sibi cognatione propinquum in cœnobij regimine substitueret, ipse verò ad Gallinariam insulam in honorē eiusdem beati Hilarij ædificaturus ecclesiam properaret. Qui beati sacerdotis imperio mox humiliter paruit, & non solùm illud, quod iussum fuerat, sed & alia quatuor monasteria in eius honorem cōstruxit. Quānquàm beati Tredelini vita, in qua hęc referri perhibetur historia, in manus nostras nequàm deuenerit. Sed quod hìc scriptum est, indicio fraternæ relationis innotuit.

S. Hilarij corpus Angelico ministerio in id transfertur.

Alia quatuor monasteria sibi extruentur.

Hæc igitur huius sacræ solennitatis est causa: Hæc venerāda celebritatis hodiernæ materia, vt in trāslatione sacri corporis meritò gaudeat plebs deuota fidelium, cui dependit exequias exercitus Angelorum. Porrò autem ex occasione venerandæ translationis huius, & cætera beati viri gesta nobis in memoriam redeūt, vt quæ longis antè temporibus sunt peracta, vestris nunc reducta conspectibus quodāmodò recentia videantur & noua. Mox enim vt disputare de venerabilis viri gestis incipimus, protinùs occurrit memoriæ, quàm impenetrabilis Ecclesiæ murus hæreticorū telis obstiterit, quàm insuperabilis pręliator peruersum Arrianorū dogma gratia catholicæ veritatis obtriuerit. Nec illud vacat, quòd cùm aduersùs hæreticorum perfidiam pugnaturus, Seleuciam Isauriæ oppidum peteret, puella gentilis diuinitùs edocta, tanti sacerdotis denunciauit aduentum, atque ideò cum patre Florentio, totaque familia diuini baptismatis meruit susscipere sacramentum. Nec illud excidit insigne miraculum, quòd in Gallinaria insula immanium serpētium venenata rabies virtutem tam præclari Pontificis ferre non potuit, sed tanquàm fulmineo fragore perterrita, vilis etiam baculi metam, quam ipse præfixerat, transcendere non præsumpsit. Sed & illud memoriæ cōsequenter occurrit, quòd idem egregius Pontifex puerum sine gratia regenerationis extinctum, non modò matri resuscitatum & incolumem reddidit, sed & veræ fidei rudimentis instructum sanctæ Ecclesiæ filijs aggregauit.

S. Hilarius impenetrabilis murus.

Serpētibus imperat.

Suscitat mortuum.

Hæc igitur, & alia multa virtutum eius insignia nobis ex occasione venerandæ huius translationis occurrunt, quæ nos ad amorem Dei & deuotionem præclari huius sacerdotis accendunt. Planè cùm multorum translationes iustorum sancta veneretur Ecclesia, quæ diligentia procuratæ sunt hominum, quanto deuotionis studio hæc est solenniter recolenda, quæ facta est manibus Angelorum? Sed quid est, quòd Moysi corpus ipse per se Dominus sepeliuit, & tamen sepulcrum eius hominibus innotescere noluit: beati verò Hilarij corpus non modò coram hominibus per Angelos trāstulit, sed & tanti honoris gloriam ad totius Ecclesiæ reuerentiam sublimauit? De Moyse quippè scriptum est: Mortuus est ibi Moyses seruus Domini in terra Moab, iubente Domino: & sepeliuit eum in valle terræ Moab contra Phogor: & non cognouit homo sepulcrum eius vsque in præsentem diem. Quid est ergò, quòd ille nescitur, iste verò quotidiè cum tanta gloria Christianæ deuotionis inuisitur? Quid est, inquàm, quòd Moyses ab hominum notitia remonetur, nisì vt tollatur occasio, nè qui tam Deo charus & familiaris extitisse cognoscitur, diuinus honor illi ab Israēliticæ plebis perfidia præbeatur? Reliquorum verò sanctorum corpora non celantur, vt dum Christianæ deuotionis frequētantur accessu, & per illos fiant rutilantia signa virtutum, & istis accrescat felicium cumulus meritorum. Præterea nōnulli fideles idcircò post mortem tumulis editioribus includuntur, vt suì memoriam viuentibus ingerant, quatenùs eis impendere pietatis opera non omittant. Hinc est quòd sepultura vocatur ex more memoria, scilicet vt per eam memorentur viui, & percipiant refrigerium mortui.

Deut. 34.

Ibidēm.

Cur Moysi corpus abscondatur, sanctorum verò corpora reuelentur.

Sed quid est, quòd nonnulli sanctorum tantopere studuerunt suis prouidere sepulcra corporibus? Abraham nempe quadringentis argenti siclis à filijs Heth speluncam duplicem comparat. Iacob & Ioseph ad eādem speluncā totum iam animi desiderium tendunt, & corpora sua post obitum illò perferenda deposcunt. Quid ergò est, quòd sancti Patriarchæ, qui se puluerē & cinerem esse perspicuè perhibēt, qui certè corpora & corporalia quæque cęlestium contemplatione despicuunt, in Chananæorū terra corpora sua quiescere tanto desiderio cōcupiscunt? Cur illum præ cæteris mundi partibus quieti suæ præuident locum, nisì quòd humanę salutis authorem illic nouerant de suo semine nasciturum? Hinc est, quòd Iacob filium

Gen. 23. Gen. 49. & 50.

Cur Patriarchę voluerint sepeliri in terra Chananæorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suum Ioseph obsecrat, dicens: Si inueni gratiam in conspectu tuo, pone manum sub femore meo, & facies mihi misericordiam & veritatem, vt non sepelias me in Aegypto, sed dormiam cum patribus meis, & auferas me de hac terra, condasque in sepulcro maiorum. Cur autem ad confirmandæ sponsionis indicium, Iacob manum filij supponi suis femoribus petijt, nisi quia illum, qui summa veritas est, de proprio semine propagandum esse cognouit? Illis igitur terræ finibus beati viri iam medullitùs aggliscebant, quam per spiritum iam cernebāt Saluatoris vestigijs atteri, quam in interioribus oculis iam videbant precioso Dominici corporis sanguine purpurari, vt illic eorum corpora suam expectarent resurrectionem, vbi resurrecturum esse cognoscebant ipsum beatæ resurrectionis authorem.

Ad hunc & nos, dilectissimi, perspicuā nostræ mentis aciem dirigamus. Ad hunc dum pedum progressione non possumus, æstuantis desiderij festinatione tēdamus, & dum sanctorum quorumlibet reliquijs dignæ deuotionis reuerentiam exhibemus, ad illud vnum & singulare corpus nostræ mentis dirigamus obtutum, quod in paternæ maiestatis gloria credimus ineffabiliter sublimatum. Illa nimirùm est terra, cui tunc beati Patriarchæ atque Prophetæ suspirabant, lactè scilicet & melle mananti. Lac siquidē de carnis vberibus profluit, mel verò de superioribus venit. Et quia substantia Dominici corporis ex Virginis visceribus prodijt, diuinitas aūt ex paterna maiestate descēdit, rectè corpus Saluatoris terra dicitur repromissiōis. Quæ nimirùm terra lacte simul ac melle fluere dicitur, quia in Redemptoris nostri corpore, & substantia veræ, & dulcedo est ineffabilis deitatis. In ipso enim (sicut Apostolus ait) habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et alibi: Deus erat in Christo reconcilians mundum sibi. Ad hanc viuentium terram ille nos dignetur inducere, qui terræ nostræ mortalia non dedignatus est tolerare, quatenus sic ibi lacte & melle vescamur, vt Saluatoris nostri præsentia, & melliflua diuinitatis eius dulcedine satiemur: Qui cum Deo Patre & Spiritu sancto viuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

Cur Christi corpus terra promissionis dicatur.

Colos. 2. 2. Cor. 5.

SERMO SANCTI HILARII EPISCOPI ARELATENSIS, DE VITA ET MORTE BEATISSIMI *Honorati, Patris præcipui monachorum Lirinensium, & Episcopi Arelatensis.*

16. Ianuarij * memorijs Cap. 1.

AGNOSCITIS, dilectissimi, diem publicis fidelium * mœroribus consecratum: Qui mihi quandiù caducos vitæ huius dies Dominus indulserit, semper quidē acerbitatibus grauis, plenus tamen * consolatoria laude aduenier. Hodiè enim ille sanctæ recordationis, Ecclesiæ huius Antistes, virtute, sacerdotio, nomine Honoratus, corpore exutus: quicquid ad clausulam elocutionis adiecero, absurdū poterit iudicari: Si enim dixero, Ad astra migrauit: ille etiā dum in terris moraretur, inter splendidissima regni Dei astra numeratus est: Addam, Christo adstat? Quandò aūt ei in vita sua ille non adstitit, cui omnis vita illam Eliæ vocem habuit, Viuit Dominus, cui adsto hodiè? Dicam, Terrena deseruit, cuius, vt Apostolus ait, conuersatio semper in cælis fuit? Similiter itaque, quantum certò animus meus habet, quicquid de tali viro dicendum occurrerit, ipsa suî magnitudine congruo exitu caret. Compugnant mœroribus gaudia: Talem reminisci, dulce est: Tali carere, supplicium.

* & dignitatis

3 Reg. 18. Philip 3.

Cap. 2. Duplex itaque materia me prouocat: illic me laudū suarum gratia ad sermonē trahit, hinc ad singultus retrahūt damna cōmunia. Ignoscite itaque, si diripiētibus sibi duobus his affectibus mentem meam, oris mei officium, tanq̄ duobus dominis famulatū congruum negat. Quicquid recordatio in laudis partibus suggerit, totū hoc sibi inter damna numerans dolor vendicat: Quanquàm, etsi adesset mihi serenitas mentis, & famulatu idoneo mēti lingua seruiret, num abundantiùs laus eius proferri sermonibus meis poterat, quàm in vestris sensibus manet? Nemo est, vt puto, cui non illius viri gratia maior occurrat, quàm possit opulentissima cuiuslibet proferre facundia. Quia ergò, vt scriptura loquitur, Iustorum memoria cum laudibus semper est, nec potest quisquam meritorum illustrium viros non cum laude memorare: proferam, vt facultas datur, aliqua ex his, quę de illo dilectionis vestrę corda meditātur. Adiuuabūt vtiquè sensus vestri conatus meos, & quod sermone meo

Prou. 10. Viri illustrium meritorum.

meo expediri difficile est, vestra sibi pectora proprijs cogitationibus eloquentur.

Scriptura quodam loco continet: Sapientia in exitu canitur. hoc est dicere: Sapientis conuersatio in conuersationis fine laudatur. vndè & in alio loco: Nè laudes, inquit, hominē in vita sua. & iterùm: Ante mortem nè laudaueris quenquam, tanquàm si diceret: Lauda post mortem. in viuentis enim laudibus, & laudato locus vanæ exultationis offertur, & laudatori maximè nota assentationis affigitur. Multis autem modis vtile est laudare defunctum: primùm, quia dum abest, cui gratificari laudatione possimus, necesse est, vt ad largitorem gratiæ Deum laus tota referatur: deindè, quia sola virtutis admiratio residet, vbi suspicio assentationis aufertur. Defuncti itaque laus in sancta fidelium congregatione prolata, plena est ædificationis, vacua iactantiæ: merita quoquè eius, qui laudatur, in hoc accrescūt, quia plures sua laude proficiunt. Nec verebor, nè nimis forsitan fauorabiliter de meo loqui credar: quia prēterquàm quòd nihil non inferius dici suis virtutibus potest, nemo est qui non illum suum cōputet, suum senserit, suumq; crediderit. Non tamen ego ingenij fidutia, neque fretus eloquio ad attingendam tanti viri vitam manum mitto: quam si quis priscæ eloquentiæ author attingeret, non solùm facundia non ornaret, sed victus materiæ mole succumberet. Vester me amor prouocat, vester affectus de illo loquendi fidutiam subministrat. Animabitur ipsius, vt credimus, merito sermo, quanuis * tepētis ingenij, & quod iacet verbis, eleuabitur rebus, & effusa in illum charitate vestrorum pectorum condietur.

Laudare defunctos, multis modis vtile.

* repentis

Cap. 3.

Ecclı. 11.

Est illud notum omnibus oratoriæ disciplinæ, quorum laudandam receperint vitam, patriam priùs & originem prædicare: vt quod in proprijs virtutibus deest, in patrum gloria præcessisse videatur. Nos autem in Christo vnum sumus omnes, & fastigium est nobilitatis, inter filios Dei computari: nec addere nobis quicquam ad dignitatem terrenæ originis decus, nisi contemptus suî potest. Nemo est in cælestibus glorioſior, quàm qui repudiato parentum stemmate, elegit sola Christi paternitate censeri. Prætermitto itaque commemorare auita illius secularium honorum insignia, & quod cōcupiscibile, ac penè summum mundus habet, vsque ad consulatūs prouectā familiæ suæ nobilitatem, maiore generositate pectoris fastiditam, nec placuisse illum sibi de superuacuis suorum honoribus, qui pro amore veritatis iam non suos optabat. Ad illud potiùs meus sermo festinat, qua fide baptismum, in adolescentiæ annis proprio cōcupierit arbitratu, quàm maturo consilio sanus mortem expauerit, qui eam ante baptismum vita carituram esse perspexerat: Qua siti vitam suam desiderauerit vitali fonte renouari, quàm dulcis ei infantia, quàm modesta pueritia, quàm grauis adolescētia fuerit, quàm omnes etiam ætatum gradus, gratia semper & virtute transcenderit, maiorque se semper inuentus sit, vt prorsùs diuino quodam pędagogio educatum putes. Eruditur sine aliqua suorum instantia, seruat, iuuante Deo, baptismū præter vllam hominum solicitudinem, &, quod his maius est, recenti adhuc & illibato nitore fontis, sine admonitore cōuertitur: sine admonitore dixi? & vbi est illud, quòd patria obstabat? quòd obluctabatur pater? quòd propinquitas tota renitebatur? Intrauerat enim gratia sua omnium sensus, & cùm eum sibi Christus assumeret, certatim in suis omnibus mundus tenebat. alios dulcedo ipsius obligauerat, alios collegij blandimenta deuinxerāt, alios in varijs iuuenum exercitijs admiratio secularium virtutū tenebat. Quot illi vitæ prioris gratiæ fuerant, tot à cōuersione vinculis retrahebatur. Commune quoddā familiæ decus præripi omnes timebant: Et verè quis vnquàm illum habitus non quasi proprius accepit? quos aliquandò amictus non ornauit? Itaque velut splendidissimam gemmam, & commune omnium decus eripi sibi simul patria, simul familiares, simul parentes putabant. Neq; enim immutanda hæc omnia, & reformanda in melius, vt vidimus, sed quasi moritura esse credebant.

A baptismo dat se vitæ religiosæ.

Et indè illud erat, quòd quia omnia, quæ adorsus erat, strenuè eum pater agere perspexerat, à baptismate, quādiù potuit, auertit: timens, nè totus simul, sicut consecutum est, religionis amore raperetur. Inualuit tamen desideriū & amor Christi, & baptismum, discussis patris dissimulationibus, pueritia fidelis inuasit: ità enim adhuc se catechumenus inter prima fidei rudimenta formauerat, lasciuiam pro reuerentia accipiendi quandoquè baptismatis respuens, clericos vt patres honorans, & puerili interdùm censu pauperem iuuans. quicquid habere adhuc illa ętas, & plus vtiquè pro nouitate habendi amare poterat, miseratione prodigus offerebat, iamtunc in paruo præmeditans cuncta contemnere, & sua simul vniuersa largiri.

Cap. 5.

Expetit baptismū adolescens Honoratus.

Catechume nus adhuc, vinit admodùm piè.

Universidad de Deusto
Biblioteca

giri. His itaque & talibus exercitijs ad baptiſmum ſe fides catechumeni robuſta

Parens eum nititur mundi vanitatibus implicare. proripuit: hinc iam prouidus pater, & teneræ pietatis ſuſpicione ſolicitus, varijs eum oblectationibus prouocare, ſtudijs iuuentutis illicere, diuerſis voluptatibus mundi irretire,& quasi in collegium cum filio adoleſcẽte iuuenescere: venatibus, ludorumque varietatibus occupari, & tota ad ſubiugandam illam ætatem, ſeculi huius dulcedine armari. Nec immeritò eum ſecularis pater ſibi à Chriſto præripi timebat,quem inter reliquos ornatiſſimos iuuenes velut vnicũ complectebatur.

Cap. 6. Verùm illi maior inter hæc omnia erat cuſtodiẽdi baptiſmatis cura: faſtidiebat adoleſcens, quo grandæuus oblectabatur pater, tali ſe ſemper adhortatione com-

Ille omnia contemnit. pellans: Delectat hæc vita,ſed decipit: alia in eccleſijs præcepta recitãtur: alia ibi in auribus meis mandata ſonuerunt: illic modeſtia, cõtinentia,& pudor traditur, hîc effrænata luxuria nutritur: ibi pietas viget,hîc exercitatio corporalis: illic ad

1.Iohan.2. æternũ Chriſtus inuitat,hîc diabolus ad temporale ſolicitat: Omne quod in mundo eſt,vanitas eſt,& concupiſcentia oculorum: & mundus tranſit,& concupiſcentia eius: Qui autem fecerit voluntatẽ Dei,manet in æternum, ſicut & Deus manet in æternum. Feſtinemus ergò ẽrui ab his laqueis,dum adhuc minùs tenemur: difficilè diù illigata ſoluuntur: faciliùs eſt tenera euellere,quàm robuſta ſuccidere: In

Alludit ad id,quod eſt Gen.19. monte ſaluam fac animã tuam, nè fortè apprehendant te malæ cogitationes: citò ſerpit voluptatis venenum. Seruanda eſt Chriſto per Chriſti gratiam ſumpta libertas: alij aurum,argentumque mirentur: dominantur, vt video,meralla dominantibus. Alij prædia atque mancipia non ſine animi ſui captiuitate poſſideant, & honorem diuinæ in ſe imaginis premant: Mihi ſatis eſt,mancipiũ non eſſe vitiorum: mihi ſalus,gaudium: mihi coniunx, ſapientia: mihi in virtutibus, voluptas: mihi Chriſtus theſaurus ſit. Qui penſabit gaudia caduca melioribus: dabit & in hac vita ſtudijs diſciplinæ me oblectari & ornari,& inter hæc dignũ fieri cæleſtibus regnis.

Cap.7. Nec longas talis meditatio moras pertulit,ſed ilicò in flamma conuerſionis nutrita huiuſmodi fomentis ſcintilla prorupit. Iugum Dominicæ ſeruitutis ſubdita

Summum ſeruitutis genus,licẽtia iuuentutis. ceruice ſuſcipiens, iugum libertatis excuſſit, intelligens ſummum eſſe captiuitatis genus licentiam iuuentutis. Rediguntur ad breues capillos luxuriantes comæ, transfertur ad nitorem mentis veſtium ſplẽdor, ceruicis lacteæ decus pallijs rigentibus occupatur,tranſit lætitia in grauitatem: membrorũ vigor, animi vigore mutatur: virtus corporis,in virtutem ſpiritûs migrat, palleſcit ieiunio ſpecioſa facies, & priùs ſucci plena,fit plena grauitatis. Et quid plura? ità repẽtè totus alius ex alio oſtenditur,vt non aliter genitor ipſius, quàm orbatus filio pater lamentaretur. Et verè plena mortificatio corporis,ſed vita illic ſpiritûs erat. Tota hinc parentum perſecutio inſinuatur, & ſuſcitatur: tunc ſolùm & primùm patri contumax fuit, cùm Dei patris filius eſſe contendit,ordinata iam tunc in Deo, ſicut Salomon præ-

Gant.2. cepit,charitate. Ità enim propheta memoratus ſub Dei voce pronũciat: Ordinate in me charitatem. Ordinauit planè eam ille, & ſub charitatis diſpoſitione, perſpexit primò Deum,tum proximum diligendum. Condemnari itaque ſe ſenectus patris,ætatis illius conuerſatione credebat: occurrit, renitur, comminatur: nec tamen vllo horum pueritia Deo freta, concutitur.

Cap.8. Adſiſtit tyroni ſuo Dominus cõſolator,nec diſtulit vnum ei ex germanis in collegium ſuſcitare: qui exemplo ipſius ad conuerſionẽ vocatus, & ſenior iuniorem

Frater S.Honorati, eius exẽplo conuertitur. ſecutus,in ipſo breui quo vixit tempore, ſicut collegio illum, ità etiam virtute comitatus eſt. Hinc iam inter illos certamina grata propoſiti, cuius mẽs ad pietatem

Certamen virtutum. mollior,cuius cibus durior,cuius ſermo blandior,cuius amictus aſperior: Quis loqui rariùs quis orare crebriùs poſſet: Quẽ minùs detineret lectus,quẽ magìs lectio: quem minùs moueret inuidia, quem magìs miſericordia: Quis daret promptiùs,

Lapis illis pro ceruicali. quod ſibi detraxiſſet, quis libentiùs hoſpiti ſtratũ cilicij,& ceruical illud conſueri lapidis offerret. Quis peregrinum promptiùs ante eleemoſynæ diſpenſationem lachrymis foueret, & affectu priùs Chriſtum,quàm aduenam cõuiuio paſceret: cui in ore rarior mundus,cui frequentior Chriſtus. Quis in illa ſublimitate virtutum ſibimetipſi minor videretur, & quo magìs merito aſſcenderet, eo magìs cõpunctione deſcenderet. Priuatus quidam tunc iam in conuerſatione eorum epiſcopatus gerebatur. Mentior,nisì plurimi epiſcoporum didicêre ab illis, dum excipiuntur, excipere: nam ſi qui rigorem illum propoſiti non expauerũt, plus illinc humanitatis animo, quàm refectionis corpore ſecum tulerunt. Ornabant itaque omnem patriam, & quantum apud animos multorum manet, cuſtodiebantur aliorum ab illis

illis corpora, aliorum ſpiritus: prout quiſq; indigens erat aut veſtimentis,aut doctrina,aut ſumptibus,veſtiebantur,inſtruebantur,alebantur. Nullus illuc peregri- Magnum hoſpitalitatis ſtudium.
nationis labore defeſſus,non tanquàm ad patriam & patrimonij ſui rura peruenit. Nullus illinc ad vlteriora diſcedens,non tanquàm iterùm à domo ſua pedem moueret,& iterùm ſibi relinquere ciues ſuos viſus eſt,iterùm propinquos.

Interea amor in illos omnium creſcebat,multiplicabatur,diſſeminabatur,& fa- Cap.9.
ma in vlteriora quæq; ferebatur: Totaque iam erga illos patria, obſequijs & amore ac honore certabat: peruenire illis ad ignobilitatem & paupertatem non liceCreſcit fama eorum, dum latére cupiunt.
bat.Quanto magis eorum vita abſcondebatur,tanto magis fama emicabat,& alter alterum laudi obijcere,& glorię exponere,& ad vnum communem virtutum apicem referre. Sed dum vnuſquiſque ſub vmbra alterius obſcurari volebat,tanquàm repercuſſa claritas vtrinquè radiabat. Iam quæ illorum grauitas, quàm ſenilis maturitas,quàm rara fœminarum viſitatio, etiam proximarum,& quæ inter tot virtutes totius vanitatis fuga,quàm blanda conſolatio,& quàm ſolicita cuſtodia erga eorum ſalutem, qui ſe eorum doctrinæ mancipauerant? Angelica ab illis vita in terris ducebatur,in multa patientia,in vigilijs,in ieiunijs, in caſtitate, in ſcientia,in longanimitate,in ſuauitate,in ſpiritu ſancto,in charitate non ficta, in virtute Dei. Dolent ſe ab alijs laudari.
Pauebant interea illi gloriã ſuam,& odorem bonæ conuerſationis longè lateque diffuſum, licèt ad Dei laudem referrent, ſibi tamen vanitatis periculum inferre metuebant: Percepiſſe ſe in vita ſua mercedem ſuam reputabant: humanam conuerſationem & gratiam faſtidientes,eremi amore flagrabant.

Inito itaque conſilio,& quodammodò paſſi honoris ſui perſecutionem, ad pe- Cap.10.
regrina contendunt. Iterùm patria conſurgit,iterùm propinqui reluctantur: Spoliari ſeſe hoc ſimul lumine metuunt omnes. Quod illic,Ieſu bone, certamen fidei atque amoris fuit? qui tunc conſiliorum,qui precum,qui lachrymarum ambitus? quis non illic ſibi officium propinqui vendicauit? aut cuius lachrymæ, non cum lachrymis patris certauerunt? Amittere enim ſe omnis patria in iuuenibus illis patres ſentiebat: & verè erat in illis ſenectus,non annis cana,ſed gratijs: non carioſa artubus,ſed moribus vetuſta. O quanta,Domine,diſpenſatio procurationis tuę,qui lampadas tuas,fidei igne fulgentes,non loco fixas ſtare pateris, ſed præfers eas illuminationi diuerſorum locorum,inſpirans migrandi voluntatem,& fugiendi gloriam: quæ vtiquè multiplicanda erat ipſo per ſuſceptam peregrinationem virtutis augmento. Diripitur itaque dudùm quidem vario miſericordiarum opere ve- Diſtrahunt res & facultates ſuas.
xata,adhuc tamen larga ſubſtantia, & æqualiter ad patrimonium propinquus atque extraneus auctionator admittitur. Ità nullus in lucris duntaxàt parentum reſpectus eſt,àc ſi rem non ſuam vendant: Poſſeſſio quæ pauperibus, ex quo ab ipſis fuerat poſſeſſa,ſeruierat,pauperibus nunc diſtribuenda diſtrahitur. Excepit patria Dant pauperibus.
effuſam miſericordiam,& fletibus effuſis repenſat.

Cap.11. Exeuntes de terra,& de domo,& de cognatione ſua, exemplo pares,verè Abra- Gen.12.
hæ filij demonſtrantur. Nè quid tamen iuuenili auſu temerè ab ipſis inceptum putaretur,aſſumunt ſenem perfectæ conſummateq; grauitatis,quem ſemper in Chriſto patrem computantes,patrem nominârunt, Sanctum Capraſium, angelica ad- Capraſium ſibi patrem adſciſcunt.
huc in inſulis conuerſatione degentem: Cuius quanquàm dilectio veſtra nomen hactenùs ignorauerit,& adhuc neſciat vitã,amicis cum ſuis Chriſtus annumerat: hunc tanquàm ordinatorem in Domino atq; cuſtodem ſuæ ætatis aſſumunt, quos iam cuſtodes ſibi plurima iuuentus elegerat. Quæritur ergò peregrinationis latebra,fugitur fama virtutis: at vbicũquè itur,ibi alia, velint nolint, fama pariebatur. Felices terrę,& portus beati,quos cęleſtem patriam ſitiens peregrinus illuſtrat. Alij Orientis oras,& quæcunque alia plena ſanctis loca,accipiẽdi exempli gratia, accedunt: hi quicquid adeunt,exemplis bonis ſuſcitant: Spargitur vbiquè ſubſtãtia,& in omni acceſſu eorũ bonus Chriſti odor fragrat: expetunt litora, quibus barbara eſſet etiam illa,quę plurima in ipſis erat,Romana eloquentia. Longum eſt percurrere, quem ab illis profectum vnuſquiſq; locus traxerit, quam ſalubritatem eccleſijs,ſine vllo clericatûs actu inuexerint,quot magiſtris magiſtri in ſilentio fuerint. Illud cõmemorâſſe ſufficiat, intrepidè ab illis, pro Chriſti deſiderio, maris reuma toleratum,ſqualloręac ſterilitatem Achaici litoris expetitam,& tam delicatè,tam molliter educatos,contra tãtas aquarũ & aurarũ varietates decertâſſe. Quod quàm graue,q̃ intolerabile illi teneritudini fuerit,exceſſus illic germani ſui beatiſſimi in Chriſto viri Venantij,& infirmitatis ſuę,ſuorumq; proteſtabantur. Iam quid in illo Venantius frater S.Honorati.

Universidad de Deusto
Biblioteca

norari, Metona decedit.

funere Metona aut extulisse se, aut percepisse crediderit, multiplicibus psallẽtium
indicauit agminibus: hinc Hebræus, hinc Græcus, hinc Latinus exultant: Iudęus ipse
Christum respuẽs, fidelem Christi seruũ admiratur. Astra ipsa feruentes chori pul-
sant, &, vt credimus, cum humanis vocibus angelici chori cõcinunt: fideli famulo

Matth. 25.

suo Christus occurrit: Eugè Venanti, serue bone & fidelis: & dum audis, Intra in
gaudium Domini tui, memento nostrî, quos adhuc seculi gaudia impugnant. Ac-
cipiunt finem carnis animæq; certamina, sumit principium vitæ perennis gloria.

Cap 12. S. Honoratus redit in Italiam.

Hinc iam vobis Honoratum vestrum Christus reducit, & occulta manu salubri-
tatem regressûs sui temperat. Nam quicquid præterfluens tangit, illuminat: huius
Italia benedici gaudet introitu, hunc Tuscia veneratur, complectitur, & blandissi-
mas per sacerdotes suos moras nectit. Porrò Dei prouidentia nobis prospiciens,
cuncta disrumpit, & quem è patria eremi desideria prouocârant, hunc in eremum
huic vrbi propinquam, Christus inuitat. Vacantem itaque insulam ob nimietatem
squalloris, & inaccessam venenatorũ animalium metu, Alpino haud longè iugo
subditam petijt præter secreti opportunitatem, sancti ac beatissimi in Christo viri

Leontius Episcopus.

Leontij Episcopi oblectatus vicinia, & charitate constrictus, plurimis à nouo ausu
retrahere illum conantibus. Nam circuniecti accolæ terribilem illam vastitatem
ferebant, & suis illum occupare finibus fidei ambitione certabant. Verùm ille hu-
manæ conuersationis impatiens, & circuncidi à mundo, vel obiectu freti concupi-

Psal. 90.

scens, illud corde & ore gestabat, nunc sibi, nunc suis proferens: Super aspidem &
basiliscum ambulabis, & cõculcabis leonem & draconem. Et in euangelijs Christi

Luc 10.

ad discipulos factã promissionem: Eccè dedi vobis potestatem calcandi super ser-

S. Honoratus ingreditur in Lirinen. insulã

pentes & scorpiones. Ingreditur itaq; impauidus, & pauorem cæterorũ securitate
sua discutit. Fugit horror solitudinis, cedit turba serpentium. At quę non tenebræ
illud lumen refugerunt? quę non illi medicamento venena cesserunt? Inauditum

Insigne miraculum.

verè illud, & planè inter miracula ac merita illius mirandum reor, quòd tam fre-
quens, vt vidimus, in illis ariditatibus serpentium occursus, marinis præsertim ęsti-
bus excitatus, nulli vnquàm non solùm periculo, sed nec pauori fuit.

Cap. 13.

Quid longiùs morer? Cooperante, vt ità dicam, Christo, omni quæ priùs deter-
uerat aduersitate superata, Honoratus vester castra illic quædam Dei collocat, &
qui locus dudùm homines à sua commoratione repulerat, angelicis illustratur of-
ficijs: Illuminatur latibulum, dum ibì lumen occulitur: Cedit ignoti priùs exilij

*Quid ergò emendatio illa

obscuritas, voluntarij exulis claritati. * Quis ergò mendacio illud conferat? Quo-
cunquè Honoratus accesserit, adesse illic etiam honorem necesse est. Hic primùm
illigatur, diù cuitans, clericatûs officio: hic refugam suum sacerdotalis insula ne-

Initiatur sacerdotio.

ctit, & qui venire ad dignitatem detrectauerat, ad ipsum dignitas venit. Apparuit
illic presbyter, non duplici tantùm, sed multiplici honore dignissimus, coram quo
nullam sacerdotij distantiam, nullũ nominis priuilegium episcopatus agnosceret.
Nemo vnquàm episcoporum sibi tãtum vsurpauit, vt se presbyteri illius collegam
computaret. Verùm ille tam integram in sacerdotio monachi humilitatem con-

*illicò Constituitur Lirinense monasterium.

seruabat, quàm plenè monachus sacerdotij merita possederat. Industria * illic sua
sufficiens electis Dei Ecclesiæ templum excitatur, apta monachorum habitaculis
tecta consurgunt, negatæ à seculis aquæ largiter fluunt, in vno ortu suo duo veteris
testamenti miracula præ se ferentes. Nam cùm è saxo erumperent, in media maris
amaritudine dulces profluebant. Certatìm iam illuc omnis regio quærentes De-
um dirigebat: Honoratum expetijt, quisquis Christum desiderauit: & planè Chri-
stum, quisquis Honoratum expetijt, inuénit. Ille enim illic totus vigebat, pectus
eius, quasi præcelsam arcem, & splendidissimum templum insederat: Illic castitas,
fides, sapientia, & virtus habitauit: Ibì iustitia fulsit & veritas. Itaque velut vlnis ef-

*patentibusque

fusis, * protensisque brachijs, in amplexum suum omnes, hoc est, in amorem Chri-
sti inuitabat: Omnes vndiquè ad illum certatìm confluebant.

Cap. 14. Monachos suos præclarè instituit.

Etenim quæ adhuc terra, quæ natio in monasterio illius ciues suos non haber?
quam ille barbariem non mitigauit? quotiès de immanibus belluis quàm mitis fe-
cit columbas? quàm amaros interdùm mores Christi dulcedine asperfit? & quo-
rum prauitas sibimetipsis priùs pœnalis fuerat, eorum postmodùm gratia oble-
ctamento omnibus erat: degustata deindè boni suauitate, non potuerunt non
magis odisse quod fuerant. Nam velut educti in nouam lucem, antiquum il-
lum diù insidentium errorum carcerem detestabantur. Pulsa est per exhorta-
tiones ipsius varia pestis animorum: amaritudo, asperitas, rabies locum dabant

libertati,

libertati, quam Christus obtulerat, & delectabat requies post longam & grauem
Pharaonicam seruitutem. Stupenda & admirabilis permutatio: non Circéo, vt
aiunt, poculo ex hominibus feras, sed ex feris homines, Christi verbum tanquàm

Beprauatos multorum mores egregiè corrigit.

dulcissimum poculum, Honorato ministrante, faciebat. Quid enim non extunde-
ret illa instantia cum alacritate coniuncta? Aut qui lapides non in Abrahæ filios
verterentur, vbi tanta erat in expoliendis mentibus officina virtutum? Quòd si mi-
nùs hominem ad salutem suam viuidis exhortationibus permoueret, Deum ora-
tione constringeret. Omniũ ille passiones, suas credidit, & tãquàm suas fleuit: pro-
fectus laboresque omniũ, suos computauit, sciens gaudere cum gaudentibus, flere
cum flentibus, simul & vitia & virtutes omnium, in meriti sui cumulũ tranferebat.
Sicut enim virtus ad virtutem excitat, ità miseratio miseris impẽsa, fructificat. Me-

*singulo

tet enim in singulis plus, quàm sibi * singuli. singulorum enim salus vnam illiglo-
riam instruit. Impiger, festinus, infatigabilis perseuérat: prout cuiusque naturam,
moresque perspexerat, hunc secretò, illum palàm: hunc seuerus, illum blandus
aggreditur, & ad castigandi immutationem, ipsam plerunquè faciem castigationis
immutat. Indè illud erat, quòd non facilè quenquam tantum vel amari vidimus,
vel timeri. Ità enim duos hos affectus suî, in vnoquoque suorum collocabat, vt &
amor suus delicti metum, & timor disciplinæ amorem introduceret.

Cap. 15. Insignis ei moderatio.

Incredibile est, quantę illi curę fuerit, nè quem tristitia affligeret, nè cogitatio se-
cularis vrgeret: Quàm facilè perspexerit, quid quenque vetaret, tanquàm singulo-
rum mentes mẽte gestaret: Quanta præterea pietatis dispensatione prouiderit, nè
quem nimius labor grauaret, nè quis nimia quiete torperet: Ipsos, si dici potest, sin-
gulorum somnos pio pensauit affectu: valentes corpore, à desidia semper excuti-
ens: feruentes spiritu, cogebat ad requiem. Omnium vires, omniũ animos, omni-
um stomachos instinctu, credo, Dei nouerat: verè seruus omnium factus propter
Christum Iesum. Mirandum est, quomodò vnus tot simul officia compleuerit, tam

Magna virę eius seueritas.

varia pręsertim infirmitate vexatus: fortissimos quosque & recenti adhuc conuer-
satione prævalidos, in ieiunijs vigilijsque, impar viribus, pari lege comitatus est.
Infirmos ipse infirmior visitauit: Refrigeria animarum simul prouidit & corpo-
rum, & nè quid cuiquam minùs fuisset impensum, animo semper recurrebat: hic
alget, hic ægrotat: illi hic labor grauis est, huic hæc esca non conuenit: ille ab alio
læsus est: graue quòd hic intulit, nec minùs graue, quòd hic sensit iniurias: Orandi
instantia opùs est, vt offensi gratiam hic consequatur, & hic sibi illatam contumeli-
am aut leuem, aut nullam computet: hic autem se grauissimam intulisse suspiret.

Quæ illius cura perpetua.

Hæc illius iugis opera, iugis intentio erat, leuigare omnibus iugum Christi, & quic-
quid diabolus iniecisset, auertere: discusso culparum nubilo, virtutum serena re-
uocare, amorem Christi & proximorum amando inserere, & mentes omnium,
tanquàm pectus suum excolere, innouare gaudia, & ad Christi semper desiderium
tanquàm primo conuersionis die inardescere.

Cap. 16. Monachi eius omnes mirè eum amant.

Hinc illud erat, quòd omnis congregatio illa, diuinæ cupida seruitutis, ad no-
men ipsius ex diuersis terrarum partibus collecta, tam moribus quàm linguis disso-
na, in amore illius conspirabat: Omnes dominum, omnes patrem vocabant, in il-
lo sibi patriam, propinquos & omnia simul reddita computantes. Didicerant
omnes, ipso sibi compatiente, dolores illius, suos computare, vt non immeritò
egregius, & in Christo beatissimus vir Saluianus presbyter, charorum ipsius vnus,

Saluiani p̃ clarũ de eo testimonium.

in scriptis suis dixerit, quòd sicut cæli faciem pro sua sol aut obscuritate, aut sereni-
tate mutaret: ità congregatio illa cælum sitiens, & cælestibus studijs mancipata, ab
ipso vel nubila, vel serenitatem mentium quasi à peculiari in Christo sole suscipe-
ret, ipso quoquè & afflicto afflictaretur, & respirante reualesceret. Hinc illa, erat &
adhuc orationibus eius permanet diffusa in monasterio ipsius sancti spiritûs gra-
tia, tanti doctoris & exemplo & admonitione firmata, in varijs charismatum do-
nis, in humilitate & mansuetudine, & in charitate non ficta, & vna capitis gloria, in
diuersitate membrorum.

Cap. 17. Magnũ eius erga peregrinos studium.

Magna illi inter hæc omnia erga aduenas & hospites cura. Quis enim illum
aliquandò præteriret? quis non quanlibèt prosperam nauigationem, & quantun-
libèt secundos ventos, pro tanti viri desiderio, commodi sui contemptor, abrupit?
Aut si insulam tenere non licuit, violentum secundæ nauigationis obsequium,
acerbissimam tempestatem computauit? Nemo illuc non festinus accessit, nemo

illic

Universidad de Deusto
Biblioteca

illic moras suas sensit, nemo illinc non securissimus soluit, prosequente ipso amore vota illorum. Et tunc primùm agnitis, tanquàm dudùm suis, enitentes in squalore eremi delicias conspectu suo ministrabat, cum tanto omnes gaudio & alacritate susciperent, tanquàm expectâsset. Aderat prætereà munificenti animo par substantia, pari fide ministrata. Nam qui libenter audiërat, Vende omnia tua, & da pauperibus: & veni, sequere me: huic libentissimè vnusquisque, si quid munificentiæ animo deuouerat, dispensandum ingerebat: securus illi sua committens, cuius in relinquendis omnibus secutus fuerat exemplum. Hinc ad eum frequens illec diuersarum regionum vastitate concursus: & verè is ille erat, qui non vt parcus dispensator aut timidus, respectu sibi creditæ & crescentis quotidiè congregationis aliqua tribueret, plura seruaret: sed quid quotidiè in alieno non faceret, quod in suo semèl fecerat? hoc est, nihil sibi, nihil suis, præter præsentium dierum victum & vestimentum reseruaret. Exhausta est aliquandò dispensationis substantia, fides nunquàm.

Matth. 19.

Cap. 18. Eximia eius liberalitas & fiducia in Deum.

Quadam enim vice, cùm vnum iam ex multis millibus aureũ nummum profluæ ad munificentiam arca retineret, hunc etiam ipsum in multarum rerum defectu constantissimè pauperi prætereunti dedit, & mihi atq; alijs adstantibus dixit: Certum est iam appropinquare qui deferat, si iam non habet munificẽtia nostra quod proferat. Vix trium aut quatuor horarum spatium, die fluente transiërat, & continuò qui verbis suis fidem faceret, occurrit. O felix munificentia, cui fides ministrauit: ô felix fides, cui munificentia nunquàm moram fecit. Et verè quantum fides sua suppetebat, dispensare sua tantum manu non occurrit: Plurimos multis locis probatissimos viros habuit, quorum semper manibus, quod sibi deferebatur, expénderet. Sic vnius dispensatoris gratia dispensatores multos habebat, & fides sua quasi communis quidam fons, & dantibus & accipientibus plurimis profluebat. Nullius penè angustiæ ad ipsum peruenerunt, quæ non vltra ipsum protenderentur, aut non in ipso metam reperirent. Hinc iam certatim ad illum, vt putabat, aut certè vt optabat, latentem vndiquè literarum officia perlata sunt: Quibus ille quàm nouis affectibus variata reddebat, quàm grauia, quàm blanda, quàm dulcia? Vndè pulcherrimè splendidus mundo, splendidior Christo, æmulus virtutis eius,

Multos habet dispensatores.

Is Eucherius fuit Episcopus Lugdunensis.

beatus Eucherius, cùm in eremo in tabulis, vt assolet, cera illitis in proxima ab ipso degens insula literas eius susciperet, Mel, inquit, suum ceris reddidisti. Quis itaque non beatũ se, beatam domum, beata scrinia sua credidit, in paruo ex ore ipsius munere, magna benedictione ditatus? Et sanè tãtum in scriptis illius salis, tantum dulcedinis erat, vt non scrinijs aut armarijs, sed arca pectoris cõdi merercrẽtur. Indè eliquòd plurimi ea inscripta mentibus ferunt, & libentissimè ad testimoniũ amoris ipsius proferunt. Denique quis vnquàm tantos sibi amicos præsentibus illigauit officijs, quantos ille qui se diligerent, & auidissimè desiderarent, habuit ignotos?

Cap. 19.

Hilarij lucrandi gratia quæ fecerit.

Intereà ego dum multimodam eius in omnes gratiã memoro, in me infinitam curam prętermitto, cùm ipsius vtiquè mihi cura non minùs in Christo salutis attulerit, quàm amor inter vos ornamẽti & honoris reliquit. Meî enim gratia, quod ad meritũ eius, & iudicium meũ pertinet, patriam quam fastidierat, non dedignatus accedere, nec refugit laborẽ tanti itineris, suis præcipuè multis iamdudùm infirmatibus grauem: Venit, meq; in illis iam annis nimis amicũ seculo, & contumacem Deo, vt seductor, & verax, ad amorem Christi blanda manu tentat. Longum est intromittere illam in exhortationibus ingenij sui violentiam, quibus cùm iam antè propositum acerrimos sibimetipsi ad conuersionẽ stimulos admouere potuisset, hausti diù sapiẽtię fontibus multipliciter diffundebatur: sed cùm parùm in aures nostras pietatis illius verba descenderent, ad solita orationis præsidia conuertitur, & affectûs sui clamor repulsus duritia mea, pijssimas Dei vsq; ad misericordiã pulsauit & penetrauit aures. Et verè obluctanti mihi, & per secularem illam nimis periculosam consuetudinem, obstinationem interdùm meam sacramento obstringenti, prophetico (vt ità dicam) spiritu antè iam præmiserat, Hoc (inquiens) quod mihi tu non præstas, Deus præstabit. Et ô, quàm diù mollire duritiam meam nexus est imbre lachrymarum? quàm pijs mecum pro salute mea amplexibus oscula lisque certauit? Ad præsens tamen, vt ille ait, vici pessimam victoriam. Exagitandum me illinc & edomandum dextera Dei susceperat: illi enim me orationi tradiderat. Qui tunc in corde meo fluctus, quæ tempestates diuersarum, &

Quas in animo suo pugnas sentiat Hilarius, illi non acquiescẽs.

se compugnantium voluntatum excitatæ sunt? Quotiès sibi in animo meo velle & nolle successit? Et quid plura? Absente illo, partes in me suas Christus exequitur, & post biduum orationibus illius per misericordiã Dei mea contumacia subiugatur: fugauerat enim somniũ cogitatio, & inuitante me pio Domino, totus eminùs cum voluptatibus suis mundus adstabat: Quid expetendum, quid relinquendum suaderet animus mecum meus, tanquàm collatis apud amicum tractatibus ventilabat. Gratias tibi, bone Iesu, gratias tibi, qui dirupisti vincula mea, famuli tui Honorati pia supplicatione permotus, & iniecisti mihi vincula amoris tui, quibus si tenear, nunquàm peccati vincula recalescent. Occurro itaque subditus, qui superbus abscesseram, & omni contradictione deposita, nouus precator accedo. Sic sic sancti oratio fugitiuos suos reducit, sic contumaces subiugat, sic expugnat rebelles.

Tãdèm obtemperat eius adhortationibus.

Cap. 20.

Iam quibus ille tunc lachrymis aridi tatem meam irrorauit? quàm pio fletu me quoquè traxit in lachrymas? Tali me humilitate & blandimento, tanquàm si ipse à me exciperetur, excepit: ablata est ilicò causa remorandi: Tum primùm illam patriam, quam fugiendam dudùm erediderat, agnouit. Educit me secum suam prædam: gaudet, triumphat, exultat. Eremo me iam * tamen exemplo suo secreti cupidum festinat includere. Alit primùm lacte, & postmodùm cibo. Potat me profluo illo, qui in se erat, cælestis fonte sapientiæ. Atque vtinàm tantum angustia spiritûs mei recepisset, quantum ille studebat infundere: præparâsset me profectò vobis, & desiderio vestro dignum dedisset, & successorem sibi idoneum nescientes erudisset. Iam verò proflua illius in omnes charitas, quod sine inuidia dixerim, quantum in me adiecerat, & leue illud Christi iugum quantùm mihi leuius blandimentis suis fecerat? Quotiès mentem meam, quotiès animum, quotiès linguam nominabat? Quàm impatiens absentiæ? quàm semper indignissimi conspectûs mei cupidus erat? Quid de his omnibus dicam, nisi propheticum illud, quòd Dominus retribuat pro me?

* for. tum

Cap. 21.

Expetunt Arelatẽses Honoratũ Episcopũ.

Intereà ego, dilectissimi, strictìm contingens potiùs cuncta, quàm referens, de sollertissimo pastore vestro ea, quæ alijs potiùs quàm vobis erãt nota, refricaui. Sacerdotium quippè illius in ecclesia hac nomine auctum vidimus: sanctimonia verò & actibus iam priùs summum. Sed vndè illud, quæso, quòd tam è longinquo, tam ignotus expetitur? Quis illam absentis, nec priùs visi gratiam vestris pectoribus affixit? quis illud desiderium suscitauit, vt orbatis ijs, quibus à Domino apud eremum indultus erat, vobis nasceretur? Ille vtiquè, qui cuncta dispensat: ille qui eum & patrię suę quandiù congruum videbat, indulsit, & per maria & per terras ad vtilitatem videntium, hanc tantam cultoris sui gratiam circumegit. In summa verò ex illo breui, quo vobis indultus est tempore, facilè metiri datur, quid plus de illo in his, quid minus dixero. Vidistis enim, dilectissimi, illam solicitudinis vigilantiam, illud disciplinæ studium, illas pietatis lachrymas, illam iugem ac perpetuam mentis serenitatem, cuius testimonium vultus immutabilis erat. Audistis quoquè os illud congruẽs vitę, in quo erat cõsentanea puritati pectoris, sermonis luculentia. Vidistis illam latitudinem charitatis, quæ tanta in illo fuit, vt non immeritò de illo sanctus, cuius proximam sententiã proposui, dixerit: Quòd si arbitrio hominum charitas exprimẽda esset, Honorati potissimũ pingi vultu debere videretur. Quis itaque illum vnquàm sufficiẽter vidisse sibi visus est? Cui non loco omnium affectuum fuit? Quis ità blandimentũ cum seueritate coniunxit? Quis ità mixtam lætitiæ disciplinam propinauit? Quem non cum ipsius gaudio, qui corrigebatur, correxit? Quandò lætitia eius quicquam lasciuiæ redolens? Quandò tristitia non salubris? Quandò gemitus, nisi de peccati alieni mœrore descendens? Quis eum non * auctiorem inuénit, quàm priùs viderat? Semper in summitate virtutum positus, semper quo crescere posset, inuénit.

Mira vultûs eius constãtia.

* altiorem

Cap. 22. Vis & efficacia exhortationum eius.

Iam verò sub exhortatione ipsius quis anxius non dolorem suum spreuit? Quis feris moribus, non insaniam suam execratus est? Quis arrogans, non plùs quàm omnes, superbiam suã ipse abominatus est? Quis lasciuus luxuriã non detestatus? Et quid plura? Omnibus omnia, vt Apostolus ait, factus, communis omniũ medicina erat. Nullam penè gratiam non in se tam plenam habuit, vt ipsam specialiter excolere & possidere tanquàm vnicam putaretur. In nullo vitæ ordine non ità viguit, vt ipsi specialiter aptus videretur. Denique vt primùm sanctæ huius Ecclesiæ regimen

1. Cor. 9.

Abũdat cælestibus charismatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Studium concordiæ. regimen accepit, prima ei cura concordiæ fuit, & præcipuus labor fraternitatem calentibus adhuc de assumẽdo episcopatu studijs, dissidentem mutuo amore connectere. Tanquàm probatus Israëlis agitator probè nouerat, non facilè quicquam discordantibus imperari. Studebat præterea amore potiùs regere, quàm terrore dominari: vt voluntaria magìs, quàm coacta correctio hunc quoquè subditis adiceret ornatum, nè ad officium suum compulsi putarentur. Confestim itaque excluſa discordia, illi, quæ virtutum omnium mater, charitati locum præbuit. Floruit igitur sub illo Christi Ecclesia, sicut monasterium antè floruerat: creuit gratijs,

Liberaliter distribuit pecunias congestas ab alijs. decreuit metallis. Ingressa videlicet disciplina, tanquàm domum suam domina, mammona iniquitatis exclusit, & quæ ociosè diù congesta fuerant, dignis tandèm vsibus deputauit: dudùm defunctis thesauros suos misit: iterumque qui obtulerant, oblationum suarum refrigeria senserunt. Hoc solum quod ministerio sufficiens erat, reseruauit: sed si exegisset vsus, nec ministerio, vt reor, pepercisset. Alieni temporis vota dispensationem suam fecit.

Cap. 23. Operari etiam inter extrema non destitit: multos in lectulo suo verbi dispensatione ditauit. Sed quandiù illum lectulus tenuit, cui etiam superare vicinas morti lassitudines iam in consuetudinem venerat? Vltimum, doloribus iam relu-

Insignis feruor spiritus eius. ctantibus, Epiphaniorum die in ecclesia sermonem habuit, nescius vnquàm, colluctante cum infirmitatibus fide, dolori magìs corporis, quàm spiritus feruori acquiescere, seruiuit desiderijs vestris, super vires suas. Non illum siquidem aliqua extrinsecùs superueniens ægritudo, non subitus febrium æstus absorbuit: sed diu dilata infirmitas, nimio dudùm propositi rigore contracta, & adhuc remissioni parùm acquiescendo ingraue scens, octauo eum vel nono die solẽnitate à prædicta paulatìm extenuando confecit. Vix quatriduò tamen nobis suam in officijs charitatis debitis præsentiam denegauit, timens vtiquè, nè suos vicinia transitùs sui contristaret. Nulli vnquàm grauis inter grauissimas ægritudines fuit: nulli, vt assolet, vllum infirmitates eius horrorem intulerunt. Et quidem hoc ordine illud sancti spiritus receptaculum conquieuit.

Cap. 24. Mentis eius vigor. Cæterùm impollutæ illius mẽtis vigorem incredibile est quàm integrum vsque in extrema seruauerit: Ac primùm semper vberrimè suos consolatus est, ac nihil magìs timuit, quàm nè diutina nos desperatione conficeret, intelligens pene facilius ferri extrema, quàm dubia. Absterfit semper sermone condito circunstantium lachrymas: quas tamen quo magis abstergit, iritat. Indè grauiorem suo, dolorem nostrum computabat. Non facilè quisquam tam forti pectore inter quælibet aspera, & diù tolerata, nec optauit aliquandò mortem, nec expauit. Nam is, quem viuere inter quælibet grauia in Christi seruitute non piguit, ad nouam vitam per communem illam nouæ vitæ ianuam transire non timuit. Præmeditata enim illi vltima omnium necessitas, non repentina aduenerat. Itaque sub ipso iam fine

Sub mortẽ quàm fuerit religiosè solicitus. adspectu, tanquàm emigraret, tanquàm valediceret, nè quid imperfectum deserret, nè quid minùs plenè quàm proposuerat, ordinaret: interrogare singulos nostrùm, & ad suggerendum, si quid memoriam suam subterfugisset, hortari: omnia interim subscriptione firmare, & parcentes nos fatigationi suæ, ad omnia quæ agenda erant, cogere: cogere autem blando illo, sicut semper, imperio. Quadam autem vice, cùm comprimere lachrymarum mearum tempestatem, & abrumpere riuos fletuum laboraret, Quid, inquit, fles ineuitabilem humani generis necessitatem? Imparatum ergò te inuenire meus transitus debuit, cùm me non inuenerit imparatum? Cumque ego impedita singultibus vtcunque

Patrocinia sanctorum. poteram verbis ipsius verba subnecterem, quòd iam non destitutionem eius dolerem, quippè qui mihi orationum suarum patrocinia nunquàm defutura confiderem, quin & post transitum suum validiora præsumerem: vno me dolorum suorum vulnere, & difficilium inter extrema luctaminum grauiter affligi. Et quid ego, inquit, minimus omniũ fero ad ea, quæ sanctorum plurimi in supremis suis acerbissima pertulerunt? & commemoratis aliquot, adiecit, quod credo alicubi legerat: Magni, inquit, viri multa patiuntur, & vt alios pati doceant, nati sunt in exemplum.

Magni viri multa patiuntur.

Cap. 25. Confluentibus autem ad se potestatibus, prefecto, & prefectorijs viris, quàm seuentia sub mortali iam frigore mandata deprompsit, ab ipso exitu suo sumens acerrimum exhortationis exordium? & dignum planè erat, vt qui vitæ semper exemplo

exempla præbuerat, etiam mortem suam in exemplum aduocaret: Videris, inquit, quàm fragile habitamus hospitium: Quantunlibèt vinculo affcenderimus, illinc morte detrahemur: ab hac necessitate neminem honores, neminem diuitiæ liberant: hæc iustis & iniustis, hæc potentibus humilibusque communis est. Magnas Christo debemus gratias, qui morte & resurrectione propria, mortem nostram spe resurrectionis animauit, æternam vitam offerens, discusso æternæ mortis horrore. Sic ergò vitam agite, nè vitæ extrema timeatis, & hoc quod mortem appellamus, quasi cõmigrationem expectetis. Mors pœna non est, si non ad supplicia deducit. Dura quidem est carnis animæq; diuisio: sed multo durius in gehennæ flãmis erit carnis animæq; consortium, nisi in omni vita generositatem suã spiritus recogno-

Oratio eius ad præfectũ &c.

Bellum perpetuum carni & vitijs indicendũ. scens, bellũ corpori, & corporalibus vitijs certamen indixerit: & felici discretus à carnis colluuione diuortio, æternę paci impollutam seruet vtranq; substantiam, illic feliciter copulandam, vbi exultabunt sancti in gloria & lætabuntur in cubilibus, hoc est, in corporibus, tanquàm in receptaculis suis, cùm ea quę iustitię dedicauerant membra, socialia, tanquàm consueta hospitia recognoscent. Hoc itaq; agite: hanc vobis Honoratus vester hęreditatem relinquit, supremo halitu suo ad hęreditatem vos regni cęlestis inuitat. Nullus nimiùm mundi huius amore tencatur: optimum est, vt voluntate fastidias, quo te vides necessitate cariturum. Nemo opibus * defluat, nullus pecuniæ deseruiat, neminem diuitiarum pompa corrumpat: Scelus est, precium salutis in materiam perditionis assumere, & illo capi quenque, quo redimi potest. Plùs intereà vultu, plùs oculis emicante in cælum sensu monebat. Impar est quidem ignito sermoni eius, sermo referentis, sed non minùs impatia spiritui suo verba erãt morientis. Tali itaque exhortatione, & insolita quodam motu oratione perfusa, inusitatum quoddam munus benedictionis impendit.

Præclara sententia.

*defluat,

Opes, si benè vtaris, precium salutis sunt.

Cap. 26. Deficiente membrorum ministerio, noua semper mentis gratia pullulabat. Ordinatis itaque omnibus, (neque enim multa in actibus suis minùs plena restabant) cùm omnes charos suos mente percurreret, quantos nominatim proferre lassitudo non vetuit, missa per eos qui adstabant salutatione ditauit: Mihi verò in aurem, Excusa, inquit. Sic sancto illi fieri non potuisse quod voluit, cognoui. Magna & admiranda solertia, inter graues illas mortis angustias prouidisse, nè cuius tristitiam non, quantùm in se erat, abstergeret, nè quid certè inexcusatum relinqueret. Quid illud, quæso, quòd cùm omnes suos, quos ad hanc vrbem amor suus traxerat, vtiquè inter peregrina desereret, nullũ vlli reditum, nullam societatem commendauit, non loca viuendi certa distribuit, tanquàm verè præscius, nullam suorum dispersionem futuram, nisi eorum, qui iam & se superstite animi diffinitione nigrâssent? Et verè non facilè quenquam à societate nostra abesse nouimus, nisi quem abfuturum ipse præmonuit: qui aut chariorẽ conspectu suo patriam, aut grauiorem serat disciplinam. Intereà grauior illum somnus vrgebat: quem cùm interdùm pauidi interpellaremus, Miror, inquit, in tam graui mea lassitudine, post tam longa insomnia, quæ præcesserunt, grauem vobis meum somnum videri. Et cùm suspectis omnibus sedere cum in vltimo prohiberemus, ioculari, vt erat solitus, blandimento, & consuetudinaria mentis serenitate, respondit, quòd molestos nos in hac solicitudinis parte pateretur. Ità penè antè vita eius, quàm dulcedo, consumpta est.

Sub mortem graui somno premitur.

Cap. 27. Somno deindè vltimo exceptus, in mortis quietè dormiens transijt, sine vllo, vt sese habẽt extrema, luctamine, nullas difficiles obitús moras sensit. Angelicis choris anima illa sancta, generosa, sincera, & ab omni contactu mundi incontaminata suscipitur. Multorum intereà varijs visionibus somnus incutitur, quarũ tamen vna omnium facies erat, quòd scilicet sancto illi occurrerent officia sanctorũ. Et verè ilicò in eodẽ medię noctis puncto ecclesiam in occursum sancti corporis conuentus compleuit, vt non nisi angelicis nuncijs susciratus putaretur. Relinquitur vegetatum semper spiritu, plenum gratiæ corpus exanime: integrum siquidem vultûs decorem facies omnibus grata seruabat. Probè vos ista nôstis, & multo plenius vos vobis, quàm sermo sufficit is: qui animorum meditatione describitis. Neque vllus quenque aut reuerẽtia, aut amor suaserat, osculum aut ori, aut quibuscunq; membris ipsius impressit, aut feretro, in quo sanctum illud corpus, magna fidei ambitione vestitum, maiore postmodùm sepulcro admouetur penè nudatum. Nec enim pepercit sanctitatis amictu eius pallijs fides, quæ precioſissimi muneris loco habuit,

Suauiter & feliciter obdormit in Domino.

Multorum visiones de illo.

Corpus eius exanime plenum gratia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Auidissimè decerpuntur fimbriæ velaminum eius.

buit,aliquam de velaminibus illius fimbriam decerpsisse. Certauit in exequijs illius vester affectus: refecistis in funere suo latentem adhuc inter vos peregrinationem meam: pauistis me tam effusa in ipsum animi charitate. Quem enim illo die sua tecta tenuerunt? Aut quem non tanquàm peculiari luctu obrutum basilicæ huic mœnia vrbis huius dederunt? Pro magno munere habitum est, lecticæ manum admouisse,aut ceruicem subiecisse. Vidistis non sine gloria vestra, gloriam eius. Nam & illa exequiarum religio,fidei deuotio erat,& tam lætum erat habuisse talem,quàm graue,talem amisisse: nec parùm fiduciæ dat sepulcri sui gratia. nam cuius hic ossa condidimus,in cælo vtiquè patrocinia * præmisimus. Prælata tunc ante feretrum ipsius aromata & incensum vidimus: sed maiora de vestris mentibus Deus in tanto erga tantum pastorem affectu vestro odoramenta suscepit. Exultauit in gloria illius Dei gloria, & in dissonis diuersarum linguarum choris amor consonus.

Exequiarũ eius mira religio.

Patrocinia sanctorum. * præsumimus.

Cap.28. In eius locũ substitutus. Hilarius.

Pius Dominus,qui stimulãdo animos vestros ad electionẽ paruitatis meę dedit, nè à sepulcro illius longè abessem,illud etiam vobis orantibus dabit,nè à vijs illius lõgè recedam: sed vt quicquid illũ egisse cognouero,id sine expostulatione aliqua aut disceptatione factorum agere festinem. Vobis enim me,vt video,iam tunc per illum Deus genuit: vobis,licèt indignum præparauit: vobis ille me nescientem tanto labore quæsiuit: vobis tam propensa solicitudine & cura vtcunquè erudiuit, quærens in me fidei sicut sanguinis sui veram: vobis me tanto labore per literas,tanto per excursum suum ambitu ab insula,cui me,derelictis episcopatûs eius principijs, secreti amore reddideram,non audeo dicere nescientes,fortassè præscius amouere satagebat,vt mihi iuxta sepulcri sui sedem in amore vestro patriam collocarer. Sed quid agimus,quòd immaturũ me maturo excessu tradidit? Non est nostrum, secretum æterni regis in vllo vel leuiter culpare iudicio. Non facilè sentiretis,quantum amisissetis boni, si redintegratum vobis bonũ vestrum fuisset. O magna & inclyta, Honorate, tua gloria: non indiguit meritum tuum signis probari. Ipsa enim conuersatio tua plena virtutibus & admirationis nouitate præcelsa,perpetuum quoddam signum ministrauit. Multam quidem tibi diuinitùs signorum speciem indultam nouimus, quicunque propiùs assistebamus: sed in his tu minimam partem tuam computabas,maiusque tibi gaudium erat,quòd merita & virtutes tuas Christus scriberet,quàm quòd signa homines notarent. Et tamen quod maius signum virtutis esse potest, quàm signa fugere, & occultare virtutes? Et verè tam familiaris quodammodò oratio tua Christi auribus erat, vt efficacissimis precibus impetratum putem,nè virtutem tuam signa clamarent. Habet & pax martyres suos: Christi enim perpetuus,quàm diù in corpore moratus es,testis fuisti. Illud enim stupendum quondàm adolescentiæ tuæ robur,perpetuo abstinentiæ rigore tenuatum, & in illam quam vidimus,adspectûs licèt decore seruato, exilitatem redactum, cruxvtiquè quotidiana consumpsit: quam tamen sine vlla semper notabili superstitione seruâsti,omnes semper nimietates,& cognatum nimietatibus gloriæ fugiens appetitum. Nunquàm in tuo ore,nisi pax,nisi castitas,nisi pietas,nisi charitas: nunquàm in corde,nisi horum omnium fons Christus habitauit. Qui tibi,& per te plerimis charitatis, gaudij, pacis, longanimitatis, bonitatis, benignitatis, fidei, modestiæ,continentiæ fructus ministrauit exuberantes,in multiplicem copiam, & multorum salutẽ & gaudia: vt non immeritò illi cantaueris: Qui timent te, videbunt me,& lætabuntur: Cui semper omne conuersationis tuæ bonum asscripsisti, illud assiduè tibi ac tuis ingerens: Quid enim habes, quod non accepisti? Aut si accepisti,quid gloriaris,quasi non acceperis? Sed hoc magis tuum erat vitæ tuæ bonum, quo magis tuum negabas.

Vita eius sanctissima, perpetui instar miraculi fuit.

Fructus spiritûs.

Psal.118.

1.Cor.3.

Cap.29. In te commune omnium Deum desiderantium solamen fuit. Quidam gloriatur in huius vitæ prosperis: tu econtrà in Deo exultare suadebas, resonantem affectum tuum voce blandæ modulationis immurmurans: Lætetur cor quærentium Dominum. Nulla tibi maior, quàm in orationibus & psalmis, voluptas. Tuis intantùm medullis Christus insederat, vt interdùm,quod expertus loquor, membris tuis placido sopore deunctis,illum etiam in somnis officio solito tua lingua resonaret. Sæpè dormiens sanissimæ exhortationis,sæpè orationis affectu officiosissimo verba fudisti. Agebaturquippè in lectulo corporis requies mentis in Christo. Et quidẽ, prout quiq; affuimus, experti sumus: tu verò vnica semper omnium requies,

Psal.104.

Quanta ei cum Christo familiaritas.

Etiam dormiens, sæpè exhortationis & orationis verba fudit.

Fuit martyr Christi perpetuus.

requies,quàm alacer sæpè referebas somnia, non aliquid præsagientia, neque aliqua in futurum anxietate solicita,sed inquietis animæ desiderijs excitata, martyrium scilicet,quod semper meditatione gestabas,credo,interdùm alludente, & prouocante cupiditatem tuam Domino,tanquàm excitata in fidem tuam persecutione peragebas. Et verè puto neminem diffiteri,tibi ad martyrium tempus, non animum,defuisse. Quotidiana siquidem in sincerissimis tractatibus confessione patris & filij & spiritûs sancti testis fuisti: nec facilè tam exertè,tam lucidè quisquam de diuinitatis trinitate disseruit,cùm eam in personis distingueres,& gloriæ æternitate ac maiestate sociares. Memento itaque amice Dei, memento iugiter nostrî: Deo incoinquinatus assistis, canens illud canticum nouum,& sequens agnum quocunquè vadit. Tu illi pedisequus,tu pro nobis patronus, orationum nostrarum interpres acceptabilis,& fortis assertor. Profusas ad sepulcrum tuum alumni gregis preces perfer: Impetra, vt conspiratione communi Sacerdos & populus, quæ iussisti,quæ docuisti,aliquatenùs obtinere mereatur: Per Dominum nostrum Iesum Christum,qui te in gloriam suam assumpsit, atque cum patre suo sanctoque spiritu,viuit & regnat Deus per omnia secula seculorum,Amen.

Quàm fuerit martyrij cupidus.

Apoc.14.

PASSIO BEATORVM MARTYRVM, BERARDI, PETRI, ACCVRSII, ADIVTI ET OTTONIS,

discipulorum beatissimi patris Francisci.

16. Ianuarij

SANCTORVM martyrum Berardi, Petri, Accursij, Adiuti & Ottonis festiua gaudia nobis, fratres charissimi, celebrantibus, ipsorum quoquè ordinem martyrij breuis sermo perstringat: vt quò illi per lucis vitæque contemptum, terrena quæque calcauerunt, eò mens nostra ad sublimiorem virtutum palmam se erigat. Beatus nanque Franciscus, Minorum pater & fundator inclytus, cùm diuina cerneret reuelatione se& suos pro aliorum salute vocatos, etiam impiæ Mahometicæ legis obseruatores pro posse deducere ad lucem fidei cupiebat. Vndè anno à sua conuersione vndecimo multis cum periculis iter aggressus,vt Sulthani adiret præsentiam, ad Miramolini regnum præsentes destinauit sanctos,vt ipse Orientis,illi Occidentis populis Mahometicis salubre Christi prædicantes euangelium, quasi totum ad Christum conuerterent mundum. Hos autem potissimè pater beatus diuinitùs reuelatos elegit, in quibus diuina virtus,rerum gestarum gloria, & splendidissimis actionibus illustrata clarebat. Quibus vt itineris laborem cum obedientiæ merito susciperent, fratrem Vitalem,virum vtiquè omni sanctitate & discretione præcipuum, in prælatum præfecit.

S Fräciscus proficiscitur ad Sulthanum.

At illi omnem spem & cogitatum in Dominum iacientes, & beati Patris pijs sermonibus & orationibus confortati,iter aggressi,tandem in Aragoniam peruenerunt. Vbi pater eorum Vitalis, diutini languoris morbo præuentus, diuina putans voluntate suum iter impediri,cæteros abire permisit. Haud multo pòst iniecto tempore, Colimbriam Portugaliæ regni vrbem deuenientes, ad reginam Oracham nomine se contulerunt. Apud quam per aliquot dies commorati, ipsius precibus deuotissimis victi,vt ipsius vitæ terminum demonstraret,suppliciter Dominum rogauerunt. Factumque est, vt primò martyrij sui ordinem, & deferendas suas Colimbriam reliquias,ac ab ea honorificè suscipiendas,& pòst vitæ ipsius exitum reuelarent: quod & rei demonstrauit euentus. Siquidem post eorum sacra ossa,ab eádem regina in monasterio sanctę Crucis de Colimbria condita,paucis euolutis diebus,matutinali hora iuxta sanctorum vaticinium,deuota regina debitum humanæ carnis exoluit. Hora verò eádem Petrus, ordinis Canonicorum monasterij sacrista,& reginæ confessor,vir omni sanctitate præclarus, præfatos quinque martyres indicibili claritate circundatos,& Minorum fratrum multitudinem numerosam matutinales Horas in ipso sanctæ Crucis templo decantantes vidit. intellexitque quòd ibi conuenerant,vt exequiarum cultum debito honore præfatæ

Veniunt in Lusitaniã.

Visio Petri reginæ Lusitanię confessarij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

reginæ impénderent. Et miranti de reginæ transitu, vnus eorum dixit: De reginæ transitu nihil dubites. nobis enim egredientibus, nuncius tibi aderit. Quod & statim factum est: vt in hoc vno simul appareret, quòd prælibati sancti prophetię spiritu pleni fuerant, & præmonstrata visio authentica redderetur.

Igitur apostolici viri ab ipsa regina recedētes, Alanquearium ad Sanctiam, Sanctij regis filiam, reginam vtiquè Deo deuotam, peruenerunt. At illa secularibus vestibus superindutos, quia aliter non erat ipsis transeundi facultas, Hispalim quæ nunc * Sibilia dicitur, transmisit. Vbi secularibus abiectis indumentis, ad infidelium Mesquitam, vt prædicarent, accesserunt. Impetu autem facto, repulsi & verberibus pluribus laniati, non à concepto spiritûs feruore deficientes, aulam ingressi, fidem Mahometicam damnantes, Christum coram rege prædicauerunt. Rex verò in furorem versus, eos decapitari præcepit. Filius autem regis naturali quadam pietate illis compatiens, paterni furoris ardore compresso, vt maturiùs in his ageretur obtinuit. At rex seniorum habito consilio, post publicam Christiani nominis ex alta turri, vbi primò retrusi sunt, prędicationem, post etiam squalidi carceris oppressionem, ad se vocatos, misericordiam pollicens, auertere nitebatur à Christo. Cui illi: Vtinàm tibi rex misericordiam, quam nobis præstare niteris, maturi ori vsus consilio ipse tibi præstares. Age, quod malueris. Corpora eripere potes, sederea loca animas detinebunt. Stat nobis firma promissio, & pro præsenti morte immortalitatis dono fouebimur. Tunc rex eorum immobilem animum cernens, Marochium cum quibusdam Christianis destinauit.

* Sibiglia Cócionantur ad Mahometanos.

Inter cæteros verò, qui Marochij morabantur, Christianos erat dominus Pertus Infans Portugaliæ regis frater, & regis Marochiorum ductor exercitûs. Hic siquidem in sua fratres recipiens domo, pio venerabatur affectu. At illi quod facturi venerant cogitātes, omni sublato timore, vbicunquè collectos Saracenos videbant, Christum prædicabant. Contigit autem semèl regem Miramolinum ipsos in legis suæ authorem conuicia iactantes audire. Qui nimio furore succensus, iussit cum impetu eos expelli, & ad Christianorum terras, datis à domino Petro Infante comitibus, deduci. Verùm illi martyrij desiderio flagrantes, dimissis in via comitibus, iterùm Marochium reuertuntur. Quo audito, rex ira vehementer efferbuit, præcepitque vt teterrimo carcere concluſi, fame sitique interficerentur. Stant igitur beati vinculis innodati, & diuina super infideles manus aggrauatur. Nam intēsi vltrà, quàm humana patitur natura, calores & aëris intemperies sic infirmos affecit, vt iam clarè cernerēt, quòd pro sanctis suis sit diuina vltio insecuta. Ex quorex perterritus, à vinculis absolutos, illęsos abire permisit. Mirabile dictu: Cùm per viginti dies fuerint sine aliquo corporali cibo carceribus inclusi, sola diuina virtute refecti, sic inuēti sunt fortes & alacres, vt meritò in stuporē conuerterent sè videntes.

Diuina vltio in Mahometanos.

20. diebus manent ieiuni.

Iterumque ad Christianorum plagas missi, relictis comitibus, secundò Marochium rediērunt. Interìm contra sibi rebelles rex exercitum mittit, & dominus Pertrus Infans secum fratres adducit. Redeuntes autem cum victoria Marochium Saraceni simul & Christiani, per triduum aquam non reperientes, nimio sitis ardore cruciabantur. At Berardus, sanctæ Trinitatis cultor, tanto compatiens hominum labori, oratione cum cęteris præuia, breui paxillo terram fodiens, aqua à Domino impetrata, iumentorum sitim extinguit & hominum. In ipso verò loco nec fons antè visus fuerat, nec pòst. Reuersi autē Marochium, seruabantur nè prædicarent, sed illi quadam sexta feria in publicum proruperunt. At iussu regis cuidam principi, qui aquæ miraculum viderat, decapitandi traditi sunt. Quos præcepit carcere mancipari. Ad locū igitur carceris adducti, alapis à ministris & varijs sunt opprobrijs saturati. Post triduum verò de carcere tracti, nudi & manibus post terga ligatis, durissimis flagellis afflicti, tandèm impio iudici sunt præsentati. At ille cernens eorum in fide constantiam nulla posse ratione mutari, iterùm iussit durissimè tam diù virgis & fustibus cædi, donèc penè viscera apparerent & ossa. A ministris etiam feruente oleo & aceto vulneribus infusis, per totam sequentem noctem super restas volutati sunt, & à pluribus sibi inuicèm succedentibus acerbissimè afflicti. Nocte verò illa custodes magnam de cælo lapsam lucem videntes, & præfatos sanctos cum innumerabili multitudine sublimari, putauerunt diuinitùs fuisse liberatos: sed in carcere inuentos, suis fecit rex tribunalibus præsentari.

Impetrant diuinitùs aquam.

Immaniter flagellātur.

Horrendis afficiuntur pœnis.

Ministri verò illos nudos trahentes, continuis flagris terga eorum & corpora nouiter

nouiter flagellabant. Occurrit autem illis quidam princeps, Mahometicam suadens fidem. Otto verò illius persuasionem confutans, etiam in contemptum prophanæ legis in terram spuens, graui ab ipso alapa percussus est. At ille verborum Domini non immemor, alteram præbuit maxillam, dicens: Ignoscat tibi Deus, quia nescis quid facis. Ad impij demùm regis conspectum adductis, sicad eos exorsus est: Estisne vos impij illi, qui fidem veram vituperantes, ad tantam etiam insaniam adducti estis, vt Dei nuncium blasphemetis? At illi: O rex, fidem veram minimè spernimus: tuam autem falsam, & eius iniquum conditorem, omninò abhorremus: pro vera autem & pati & mori parati sumus. Tunc rex eos delicijs & voluptatibus à Christiana veritate existimans posse reuocari, pecunias & formosarum mulierum, quæ aderant, delicias repromittit, si Mahometi perfidiam recipe-rent, aliâs suo gladio trucidandi. Sed viri Dei immobiles animo, conuersi ad regem: Sint tibi, inquiunt, mulieres & pecuniæ: nobis autem sit Iesus Christus. Adhibe vincula, carceres, ignes, tormenta & mortem: omnis nobis leuis est pœna, cùm de cæleſti gloria cogitamus.

Matth. 5.

Dei nunciū, vocat impurum Mahometem.

Tunc rex tantam cernens in sanctis constantiam & immobile propositum, arrepto gladio, minister iniquitatis effectus, capita eorum per medium frontis amputauit. Et illi quidem optato iam potiti, post maximos persecutionum aculeos, post ingentissimas ærumnarum moles, æternæ vitæ adepti brauium, martyrij corona dotati sunt. Passi sunt verò beati martyres anno Domini 1220. decimoseptimo Calendas Februarij, ante mortem beati Francisci anno sexto. Qui illorum vt audiuit martyrium, tanto gestiuit gaudio, tanta perfusus est lætitia, quòd facilè exprimi non posset. Corpora autem eorum iussu regis extra palatium proiecta, à Saracenis ligatis pedibus extra vrbem variis ludibrijs circa mœnia tracta, tandem penitùs in partes conscissa, in campo relicta sunt, vt bestijs essent in cibum. Christiani verò nocte sequenti ad colligendas sacras reliquias exeuntes, lapidibus à Saracenis sunt repulsi. Sequenti verò die, quorundam consilio, nè reliquiæ venerarentur à Christianis vt sanctæ, rex igni comburendas decreuit. Sed igne copioso accēso, cùm in eum sanctorum corpora iactarentur, hincindè flamma declinans reliquit intacta: immò (quod dictu mirabile est) cùm vnum de capitibus in ignem pluriès proiectum esset, diuina faciente virtute, de igne semper exiliens, nec in capillis est læsum: & nunc cum pelle & capillis integrum demonstratur. Posteà verò Saraceni precio sumpto sanctorum Christi martyrum reliquias Christianis vendiderunt. Dominus autem Petrus Infans Capellano suo & quibusdam iuuenibus tradidit eas deficcandas, aromatibusque condiendas. Cùm autem quidam fornicarius eò vellet accedere, immobilis factus, in medio scalæ vt sibi succurreretur, exclamauit. Qui confessione præmissa de scala descendens loquelam amisit, nec priùs recuperauit, quàm voto facto, super pectus eius vnum de sanctorum capitibus positum est.

Trucidantur sancti viri.

Illustre miraculum.

Sanctorum autem reliquiæ dum sic exiccarentur, quodam appropinquante, vt eas solito more contingeret, sic in aëre cum vmbone sunt elevatæ, vt non possent humano subsidio contingi. Qui stupefactus, & de fornicatione contritus & confessus, statìm valuit de sublimi demissas reliquias contingere. Vndè factum est, vt in maiori reuerentia habitis, nonnullià facinoribus abstinerent, nè deprehenderentur. Demùm eorum capitibus cum carnibus in quadam theca argentea depositis, ossibus verò in alia, in sua capella collocatis, præfatus Petrus Infans anxiè sanctos precabatur, vt redeundi in Portugalliam aditus Christianis concederetur. Quorum meritis factum est, vt rex ei ad Portugalliam redeundi cum vniuersa familia licentiam daret, tametsi consultrius illi fuisset, vt cum occiderēt. Ipse verò reliquias, super mulos positas, læto gradu insequens, liberè ac sine periculo de Saracenorum terra exiuit. In itinere autem positus ad quendam locum peruenit, vbi immani atrocitate leonibus auditis, non paruus cunctis terror ingeritur: sed sacris reliquijs interpositis, omnis profectò mugitus & timor abscessit. Indè solitaria & pen itùs inuia loca peragrantes, quà sibi pergendum foret, ignorabant. Nec defuit diuina pietas humiliter supplicantibus, qui errantibus, sanctorum meritis viæ ducatum præbuit. Siquidem iumentum, cui sacræ insidebant reliquiæ, Infans præire, & alios sequi iussit: nulloque ductore præcedente, Saracenorum insidias per inuia & aspera euadentes, ad Septam vrbem, vbi ad transfretandum parata erant nauigia, peruenerunt. Igitur naues

Nota hîc reuerenter habendas sanctorum reliquias.

Reliquiæ corū transferuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

conscendentes, cùm sequenti nocte sanctorum patrocinio, lumine de cælo delapso, naufragium euasissent, Hispalim deuenerunt. Et vix ventis vela commiserant, cùm eccè regis nuncij, vt eos captiuos reducerent, ad litus applicuerunt: sed his euasis, secundis ventis Colimbriam tandèm appulerunt. Ad sacras autem reliquias suscipiendas regina Orocha & populus vniuersus cum iubilo exeuntes, in monasterio S. Crucis Regularium Canonicorum, cum maximis, quæ longum foret narrare, solennijs sepeliêrunt: vbi multis coruscant miraculis. Ad eorum enim mirificam inuocationem cæci vident, claudi ambulant, muti loquuntur, leprosi mundantur, paralytici curantur, obsessi à dæmonibus liberantur, & varijs infirmitatibus detenti, desideratam obtinent sanitatem. Ex ipsis quoquè reliquijs vsque hodiè liquor sanguineus & odoriferus manans, multis confert integram sanitatem.

Miracula ad eorum sacras reliquias.

Nec tacendum puto grauem super Saracenos diuini iudicij vindictam. Nam ab eo anno, quo sancti palmam meruêre perennem, omnium penè rerum sterilitas & sæua pestis per quinquennium sic in eos debacchata est, vt morbo incurabili ingrauescente, maxima pars gentis illius fuerit crudeli morte deleta. Ipsius quoquè impij regis brachium dextrum & dextrum latus totum vsque ad pedes, eo anno, quo sanctos interemerat, aridum sic factum est & siccum, vt nulli deincèps vsui fuerit. Horum sanctorum felici audito martyrio & visis reliquijs, inclytus Christi confessor Antonius, tunc quidem illius monasterij canonicus, fidei feruore succensus & amore martyrij, ad Ordinem se transtulit Minorum. Gaudeat igitur Ecclesia, cælestium militum illustrata natali. Gaudeat & sacra Minorum religio, sanctorum martyrum virtutibus laureata, & nouis micans sanctorum splendoribus, gratiarum Christo referat actiones, & sanctorum martyrum sectetur vestigia: ad laudem & gloriam Domini nostri Iesu Christi.

Diuina vltio in Saracenos.

S. Antonius de Padua.

Bulla Sixti 4. Pontificis Maximi, de illorum Canonizatione: quæ etiam facit ad historiæ huius confirmandam veritatem.

SIXTVS, seruus seruorum Dei, vniuersis fratribus Ordinis Minorum, dilectis filijs vbicunquè morantibus seu commoraturis, salutem & Apostolicam benedictionem. Cùm aliâs animo reuolueremus merita beatorum martyrum Berardi, Petri, Ottonis, Accursij & Adiuti, qui ex Ordine fratrum Minorum, sub quo & nos coaluimus, fuerunt: qui post multa tormenta sub rege Marrochiorum pro Christo mortem subiêrunt, & martyrij palmam gloriosè promerentes, plurimis miraculis in ipsâ morte & pòst claruêrunt. Ex quo incensus beatus Antonius de Padua, ex Ordine Canonicorum Regularium in quo tunc erat, ad Ordinem ipsum fratrum Minorum se legitur transtulisse: Concessimus ex Apostolica dignitate viuæ vocis oraculo, vt fratres prædicti Ordinis Minorum possent publicè & solenniter celebrare in suis ecclesijs Missæ & Horarum officium de siprà memoratis sanctis martyribus. Verùm cùm frequenter aduersarius humani generis nitatur bona & sancta opera perturbare, nè tam diuinum & pium opus posset aliquis in posterum impedire: tenore præsentium, ex certa nostra scientia, Authoritate Apostolica concedimus, quòd prædicti fratres Minores vbiquè solenniter & publicè officium plurimorum martyrum pro ipsis Berardo, Petro, Accursio, Adiuto & Ottone, sub officio duplici maiori, ac etiam 16. Ianuarij, qua die ab hoc seculo per martyrium decesserunt, liberè ac cum sana & serena conscientia dicere & celebrare *: Inhibentes præfata Apostolica authoritate, nè quis huic nostræ concessioni audeat se opponere: non obstantibus in contrarium facientibus quibuscunque. Præterea quia difficile esset, præsens Breue ad omnia loca deferri, volumus * vt illius transsumpti, alicuius publici notarij subscripto, & sigillo generalis dicti Ordinis, vel vicarij generalis fratrum Minorum de Obseruantia, non immeritò ea prorsùs fides adhibeatur, quę adhiberetur, si idem præsens Breue originaliter ostenderetur. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die 7. Augusti, Anno Domini 1481. Pontificatûs nostri anno XI.

* deesse videtur, queant, aut aliquid eiusmodi.

* legendum apparet, vt illius transsumpto, alicuius publici notarij manu subscripto.

VITA

VITA BREVIS SANCTISSIMI CONFESSORIS BASSIANI EPISCOPI LAVDIS POMPEIAE, EX *Hieronymi Rubei viri doctissimi libro secundo historiæ Rauennatum.*

TEMPORIBVS Vrsi Archiepiscopi Rauennatis, natione Siculi, qui Liberio tertio (quem & Liuerium seu Oliuerium appellant) successit, Bassianus Syracusanus eius affinis, Romæ cælitùs monitus, ad Archiepiscopum Vrsum suum affinẽ aufugit: cùm enim eum decennem pater, vt instrueretur studijs liberalibus, Romam misisset: ipse verò, Gordiano sacerdote instituente, Christianus esset factus, Sergius pater qui deos impios venerabatur, re accepta, vehementer commotus, legatos misit, qui aut captum ad se adducerent, aut, si aliter fieri non posset, interficerent. Itaque Bassianus Rauennam se, ad Vrsum Archiepiscopum affinem suum, contulit. Cùm verò iam Rauenna quindecim passuum millia abesset, quo loco est Phycocle, vrbs peruetusta, ceruam cum duobus catulis, quam venatores fuerant persecuti, conspicatus, naturali motus misericordia, ad se in nomine Domini accedere eam iussit: quamobrèm cerua ad pedes iuuenis sancti prouoluta, eos lingebat. Aduenientibus autem interea venatoribus, & assiduè ceruam præberi sibi flagitantibus, cùm eorum vnus, viro sancto negante, in eum irruens, abstrahere ceruam conaretur, eumque impelleret: repentè à dæmone ictus, cæcusque factus, parùm omninò abfuit, quin animam exhalaret. Cæteri ob id sibi metuentes, ad pedes sancti iuuenis proiecti, veniam postulabant. Verùm eos Bassianus oratione benigna consolatus, Deumque pro eo precatus quem dæmon arripuerat, cacodæmone abire iusso, statim incolumem socijs illum restituit, cerua latibulum suum repetente. Ob hoc miraculum, vrbem Phycoclem, appellatam deindè Ceruiam ferunt.

19. Ianuarij

S. Bassianus fit Christian*

Fugit Rauẽnam ad Vrsum Archiepiscopum.

Liberat ceruã à morte.

Item dæmoniacum.

Ceruia vrbs vndè dicta.

Vrsus benignè atque amanter Bassianum complexus, eo sic, vt delitesceret obsecrante, in templo satis exiguo & ignobili D. Apollinaris in classe illum constituit. Vbi maiores quotidiè progressus in via Domini faciens, enituit vel eo maximè prodigio, cùm mãdauit Cæsar Bythimnium, vrbis Rauennæ iudicem, maiestatis reum capite mulctari: Bassiani enim precibus apud Deum factum est, vt carnifice ictum in ceruicem Bythimnij intendente, ex eius manibus securis, non semèl modò, verùm bis aut ter, desiluerit. Quamobrèm territus Præses, saluum abire Bythimnium atque integrum voluit. Tandèm verò Bassianus ab Exuperantio Rauennatum Archiepiscopo, siue ab hoc Vrso vt alij arbitrantur, Laudis Pompeiæ Episcopus factus, quartodecimo Calendas Februarij ad Christum migrauit.

Sanctus liberat Bythimniũ à morte.

Moritur Laudis Põpeiç Episcopus.

VITA S. MAVRI EPISCOPI CÆSENNATIS, AVTHORE D. PETRO DAMIANI, *Episcopo Ostiensi.*

PRAEFATIO.

CVpientes aliquid scribere ad gloriam Dei nostri de beato Mauro Põtifice, sic auditorum desiderio satisfacere cupimus, vt iuxta digestæ relationis modum, veritati per omnia consulamus. Contemnẽdus quippè pincerna est, qui dum vini copiam iactat, fæcem quoquè punienda temeritate propinat. Improbus opipator est, qui tanta ambitione alijs conuiuium præparat, vt in semetipsum æstuantis famis incendium sæuire permittat. Temerarius nihilominùs narrator est, qui dum laudũ præconijs alios extollere nititur, ipse mergi in falsitatis barathrum non veretur. Nonnulli enim Deo se deferre existimant, si ad deferenda laudis eius insignia, falsitatis argumenta componant. Qui nimirùm si egregij prædicatoris verba diligenter attenderent, talia non sentirent. Ait enim Corinthijs: Si autem Christus non resurrexit, inanis ergò est prædicatio nostra, vana est fides vestra. Inuenimur autem & falsi testes Dei, quoniam testimo-

1. Cor. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nium diximus aduersùs Deum, quòd suscitauerit Christum, quem non suscitauit. Secundùm hæc ergò Apostolica verba falsus testis Dei meritò dicitur, qui indiscretè eum cupiens laudare, mentitur: & aduersùs Deum proculdubiò perhibet testimonium, quisquis in eius laude peruersa molitur arte commentum. Propheta quoquè terribiliter intonat, dicens: Odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes eos qui loquuntur mẽdacium: nimirùm manifestè declarans, quia sicut leuius est odire, quàm perdere: ità etiam tolerabilius est, iniquitatem ex infirmitate perficere, quàm ex studio mendacia fabricare. Hinc est quòd per Ieremiam demendacibus dicitur: Docuerunt linguas suas loqui mendacium: vt iniquè agerent, laborauerunt. Qui enim simplicem veritatem vltrò oblatam proferre poterant, satagunt vt mendacia cum labore confingant. Hìc si quis nos longæ præfationis fortè redarguat, atque id, quod in Machabæorum libro scriptum est, austerus censor opponat, Stultum est, inquiens, ante historiam profluere, in ipsa autem historia succingi: Hanc reddimus rationem, quia vbi materiæ abundantia supperit, ipsa styli prolixitas prohibet in talibus immorari. Hìc autem, vbi de beati viri virtutibus pauca quæ scribi debeant, præstò sunt, vtilius arbitramur ad ædificationem audientium, ad quam omnis ecclesiastica intendit scriptura, in proœmio cõtra mendacium scribere, quàm pro narrationis inopia ipsam historiam mendaciorum sinibus protelare. Igitur quæ de vita vel miraculis beati Mauri ad nostram notitiam peruenire potuerũt, secundùm quod iuxta quorundam monachorum non omninò contemptibilium, conijcere narrationem potuimos, fidelibus Christi fideliter intimamus.

Falsus Dei testis, laudator eius mendax.

Psal. 5.

Ierem. 9.

2. Macha. 2.

HISTORIA.

Ianuarij 20. Cæsenna sub ditione Romanæ Ecclesiæ.

IN quo itaque tempore, cùm adhuc Romana Ecclesia spatiosiùs multo iura protenderet, & inter cætera Cæsenate etiam oppidum possideret, contigit vt eadem Cęsenna suo priuaretur Episcopo. Cumque Romanus Pontifex cerneret nepotem suum, beatum videlicet Maurum, virtutum gradibus ad alta conscendere, & in sanctæ cõuersationis studio non segniter vigilare, congruum duxit, vt talem virũ ad sacerdotalis officij apicem promoueret, quatenùs lucerna spiritussancti non sub modio delitesceret, sed super candelabrum posita, omnes qui in domo Dei sunt, sacræ doctrinæ radijs illustraret. Quid perplura? Tandèm beatus Maurus Cęsennatis ecclesiæ cathedram, diuina prouidentia disponente, suscepit. Idcircò autem vel Regis qui tunc imperabat, aut ipsius Apostolici præsulis hìc interponere nomina prætermisimus, quia cum ipsis, qui nobis reliqua dictant, hæc pariter ignoramus. Eorum nanque vocabula in antiquis quidem codicibus se vidisse commemorant, sed cùm ciuitas antè hæc flammis fuisset exusta, monumẽta quoquè perhibent simul fuisse consumpta. Cùm igitur vir Dei Maurus tam arduæ curæ sibi cospexisset onus impositum, sicut de beato Paulo legitur, nequaquàm acquieuit carni & sanguini, sed cœpit se in diuinis obsequijs tanto vigilantiorẽ reddere, quanto sibi nouerat & tot subditorum custodiam imminere. Perpendens nanq; quia ars est artium, regimen animarum congruum iudicabat, nec internorum curam, exteriorum occupatione minuere, nec rursùs exteriorum prouidẽtiam, internorum solicitudine funditùs declinare, nè videlicet aut exterioribus deditus, ab intimis omninò corrueret, aut solis interioribus occupatus, quæ foris debebat proximis, negligentiùs exhiberet.

S. Maurus Cæsennæ præficitur Episcopus.

Galat. 1.

In quosdam nimium deditos exteriorum occupationibus.

Sæpè nanque nõnulli velut obliti, quòd fratribus animarum causa prælati sunt, tanto cordis annisu secularibus curis inseruiunt, quòd has, cùm adsunt, se agere exulrant: ad has etiam cùm desunt, turbulentis cogitationum æstibus anhelant. Cumque ab his, cessante forsitan opportunitate, quieti sunt, ipsa deteriùs sua quæque fatigantur. Voluptatem nanque decernunt, si actionibus deprimãtur: laborem putant, si in terrenis negocijs non laborant. At contrà nonnulli gregis quidem curam susciuiunt, sed sic sibimet vacare ad spiritualia appetunt, vt rebus exterioribus nullatenùs occupentur. Qui cùm curare corporalia funditùs negligunt, subditorum necessitatibus minimè occurrunt. Quorum nimirùm prædicatio plerumquè

què despicitur: quia dum delinquentium facta corripiunt, sed tamen eius necessaria præsentis vitæ non tribuunt, nequaquàm libenter audiuntur. Egentis etenim mentem doctrinæ sermo non penetrat, si hunc apud eius animum manus misericordiæ non commendat. Tunc autem verbi semen facilè germinat, quandò hoc in audientis pectore pietas prædicantis rigat. Hæc autem ideircò de diuersis pastorum moribus loquimur, vt, quàm prudens, quàm moderata in beato Mauro fuerit discretio, demonstremus. Qui nimirùm dum neque contemplatiuæ vitæ ocium sectando, actiuam omninò deseruit, neque per actiuæ latitudinem liberè discurrendo, à contemplatione recessit, vt ità dixerim, per auream viam cælestis regni celsitudinem penetrauit.

Magna beati Mauri moderatio.

Deniquè dum in Episcopio suo degeret, & cõmissam sibi ecclesiam strenuè gubernaret, cœpit talem locũ solicita mentis indagatione perquirere, vbi ad tempus & à secularium turba secedere, & soli Deo posset specialiùs adhærere: Domini sui non segnis imitator, qui per diem in vrbibus prædicabat, noctù verò, in monte orationibus insistebat. Dumque in dies huius anxietatis magis ac magis cura succresceret, tandèm adiecit oculum ad breue quoddam promõtorium, quatuor ferè stadijs ab exigua vrbe semotum. Vocabatur autẽ saltus Spatiani, locus scilicet nec præruptis cacuminibus sublimis ad alta porrectus, nec omninò depressus in ima, ad arualem videbatur planitiẽ coæquatus. Sed ità erat congruo tenore in quodam meditullio constitutus, vt & super se positis liberam visendæ totius penè diœcesis facultatem tribueret, se autem ascendẽtes nequaquàm excellentior decliuis processibus fatigaret. Erat enim mons illè nemorosa diuersarum arborum densitate vestitus. Hìc itaque mons beati viri adspectibus placuit, àc si montem Oliueti adiacere vrbi Hierusalem cerneret, atq; hunc Psalmum non immeritò cum Prophetа concinere potuisset: Memor, inquit, ero tui Domine de terra Iordanis, & Hermonij à monte modico: quem videlicet montem priùs à Romano Pontifice, sub cuius iure detinebatur, petijt: deindè cellulam sibi illic cum exigua ecclesia fabricauit, vbi quadragesimali tempore perseuérans, iciunijs & orationibus operam dabat. Et si quandò de ecclesiasticis negocijs furari poterat, ad eandem cellulam velut ad dulcium epularum conuiuium recurrebat. Illic deniquè fluentũ diuinæ contemplationis auidis mentis suæ faucibus hauriebat, vndè postmodùm arentia proximorũ pectora sanctæ prædicationis poculo recreabat. Illo planè loco quasi pro balneo vtebatur: ibi enim curabat abluere, si quam ex secularium hominum collocutione aut verbi aut cogitationis maculam contraxisset, & puluerem mundanæ conuersationis, sine quo hæc humanæ mortalitatis via non carpitur, crebris illic lachrymarum fontibus expiabat. Ille igitur locus, qui sancto viro in vita tam dilectus & familiaris extitit, post mortem quoquè eius sepultura meruit insigniri. Nam corpus eius in saxea arca recõditum, iuxta paruam basilicam, quam ipse construxerat, est collocatum.

Psal. 41.

Construit sibi cellulã & ædiculã in colle.

In ea conditũ est corpus eius.

Hæc igitur sunt, quæ de vita beati viri ad nostrã potuerunt peruenire notitiam, non quòd sunt à nostris relatoribus visa, sed succedentium generationum celebri memoria diuulgata. Quidam autẽ antiquus admodùm senex, & corpore marcescẽte iam tremulus, nostris nupèr tẽporibus extitit, qui se vidisse huius beati Mauri nepotem, Constantium videlicet nomine, Episcopum Cęsennatis ecclesiæ testabatur. Sed quoniam de vita beati Mauri ea, quæ nobis audire contigit, stylo currente digessimus, nunc qualiter omnipotens Deus ad gloriam sui nominis eius merita reuelauerit, breuiter explicemus. Est autem nunc celebre monasteriũ in prædicto monte, in quo vir Dei orare consueuerat, ad honorem beatæ Dei genitricis & virginis constitutum, vbi mons Mauri ex antiqua populi consuetudine dicitur, quia locus ille non immeritò sancti viri vocabulo decoratur.

Mõs Mauri.

Cùm igitur arca illa, vbi beati viri corpusculum claudebatur, iuxta prefatam ecclesiam, terræ vndiquè crescente congerie, diliteſceret, & vix saxi ipsius summitas solotenùs emineret, contigit vt homo quidam cum litanijs aduenięs, soluta caligę ligula, repentè illic pedem poneret, & nil tale existimãs, securè ligaret. Vincto igitur talo, cùm iam vellet abscedere, pedem nullo modo potuit amouere. Cumque diù conaretur, & omnia tentans, huc illucque se verteret, pes nihilominùs stabat immotus, & velut quibusdam clauis saxo tenebatur affixus. Stabat miser ignoti criminis reus, & qui sibi corrigiam ligare voluerat, semetipsum potiùs saxo ligãsse dolebat.

Vide miraculum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dolebat. Volebat ſtare, ſed vna innixus planta, non poterat. Optabat iacêre, ſed à ſuo pede corruere non valebat. Tandèm repentino populi aduentante concurſu, alij malleis, alij ſecuribus geſtientes, partem lapis præciderunt, & poſt multa vix hominem de ſaxo exculpere potuerunt. Mox lætantis turbæ clamor exoritur, mira Dei virtus attollitur, & beati Mauri tumulus dignus reuerentia indicatur.

Tumulus ſancti viri innoteſcit.

Itèm prædicti cœnobij monachus, Tenzo videlicet nomine, grandæuus iam & ipſa canitie venerandus, cuius hoc relatione didicimus, aliud miraculum retulit, quod nequaquàm ſilentio præterimus. Aliquandò ipſe prædictus frater acerrima vi febrium vrgebatur. Cumque nulla medicinali cura, nullo prorsùs humano ſtudio ad incolumitatis ſtatum redire potuiſſet, cuidam ſuæ materteræ, religioſæ videlicet ſanctimoniali, nocturno ſilentio beatus Maurus apparuit, eique dixit: Si vis, inquit, nepotem tuum ex ea, quam patitur, ægritudine cõualeſcere, denuncia ei, vt ſuper ſepulturam meam ſignum ſanctæ crucis infigat, omnique anno ſolennitatem mihi celebrare deuoueat. Cumque ille beati viri oraculum, quod ſanctimoniali referente cognouit, gratanter impleret, mox ferream crucem ſuper tumulum fixit, deindè cõmotis viſceribus præcipitanter euomuit, atque ità protinùs omnem ignei languoris moleſtiam velut ipſo vomitu egerente proiecit. Iamque priſtinæ ſanitati integriter reſtitutus, dignas Saluatori Deo gratias retulit, & beati Mauri miraculum, quod in ſe expertus fuerat, ad gloriam nominis Dei multis indicare curauit. Iam igitur celebri vtriuſque ſigni fama volitante per populum, cœperunt multi ad ſacras beati viri reliquias deuotè concurrere, pijsque eius meritis ſuas animas attentiùs commendare. Nonnulli etiam diuerſis valetudinum incommoditatibus laborãtes, dum vel detritam ſepulcralis marmoris limaturam biberent, vel beati confeſſoris miſericordiam fuſis tantummodò precibus implorarent, ſani & incolumes ad propria ſunt reuerſi, quocunque fuiſſent vinculo ęgritudinis obligati. Videres miſerabilium languidorũ ſoluta cadauera alieno priùs adminiculo ſuſtentante deferri, qui mox cum magna exultatione atque tripudio remeabant, ſaluti priſtinæ reparati.

Liberatur febricitans miro modo.

Multi curãtur morbidi

Cumque tot miraculis corũſcantibus magìs ac magìs præclara beati Mauri fama crebreſceret, & virtutes, quas per eum Dominus oſtendebat, non ſolùm contiguaque, ſed & remotiora locorum ſpatia perſonarent, tandèm cõuocatis Epiſcopis vicinarum vrbium, multisque populorum turbis vndiquè confluentibus, ceſtatim arca illa, in qua beati viri patrocinia reconduntur, effoditur, & terebrato parietè eccleſiæ, inter abſidam & altare cum hymnis & laudibus ſumma diligentia collocatur. Proceſſu verò temporis eadem baſilica maior facta eſt, atque vt inpræſentiarùm cernitur, feſtiuiùs decorata, vbì ad declaranda beati confeſſoris merita, multa fiunt, vſque in præſentem diem, Domino operãte, miracula. Ex quibus nos pauca perſtringimus, quæ nimirùm hi, qui nobis referunt, ſe vidiſſe teſtantur. Papa Gerbertus iuxta Cæſennam caſtrametatus erat, eiusque oppidum circunfuſi exercitûs obſidione vallabat. Tunc temporis ad beati Mauri tumulum delatus eſt quidam ruſticus, gemina morborũ paſſione depreſſus, contractus videlicet ac cæcus, ſed poſtquàm eſſet oratum, & lux amiſſa ad oculos redijt, & rigida membra fugatus languor abſoluit. Protinùs videns ſe homo ſanitati tam mirabiliter redditum, vtpotè quas valebat gratias agens, beato ſe in eius ſeruum perpetuo iure contradidit, manſurumque ſe in eius obſequio, donèc aduiueret, deuotauit. Qui percepto ſalutis munere penè per decennium fruens, poſtmodùm fragilitati carnis euertit, vxoremque ſibi non fausto cõiugio copulauit. Mox enim vt luxuriandi voluptate potitus eſt, oculorum lumen funditùs perdidit, & quàm diù vixit, in eadem cæcitate permanſit. Et certè dignum fuerat, vt quia iuri beati Mauri, cui ſe mancipauerat, † libidinis iugo turpiter colla ſuppoſuit, dono, quo ab vno Domino fuerat ditatus, amitteret, & qui interiores ſpontè inciderat, inuitus exteriores tenebras incurriſſet.

Sanatur cõtractus, idẽque cæcus.

Vide vltionem in votifragum.

Videtur deeſſe, † ſe ſubtrahens, aut aliqd ſimile

Alio quoquè tempore dæmoniaca quædã ad altare beati viri deducta eſt, quam tanto peſtifer ſpiritus furore repleuerat, vt eam ſibi quasi organum faciens, multa per os eius ſacrilega inſania proferret, diras voces emitteret, & velut canis rabidis crebris naubatibus elatraret. Triduo autem poſtquàm illuc perducta eſt, vehementi quodam impetu ſanguinem vomuit, & ità malignum ſpiritum, à quo tenebatur, eiecit. Alia quædam mulier neceſſitati rei familiaris pluſquàm deberet, intenta, pro

Liberatur dęmoniaca

feſtiuitate ſancti Zophili triticum purgare non timuit: ſed dum beato Confeſſori digni honoris reuerentiam non exhibuit, dignę animaduerſionis ſententiam non euaſit. Nam ilicò diuino percuſſa iudicio, brachijs attractis obriguit, & eodẽ modo àc ſi capiſtrum adhuc vẽtilare videretur, tremere infeliciter cœpit. Hæc itaque ante beati Mauri altare deducitur, & in prædicta ſolennitate nunquàm ſe vlteriùs quippiam tale facturam inſtantiſſimè pollicetur. Mox largiſſima omnipotentis Dei miſericordia clementer adfuit, & ſtupidæ mulieris brachia ad libertatem proprij vigoris pleniter reformauit. Rursùs alia mulier profluuium ſanguinis patiebatur: quæ cùm inſanabili plaga iugiter vexaretur, & hæc atque illa tentans, nullum ſalutis potuiſſet inuenire remedium, tandèm in extremis anguſtijs conſtituta, reperit neceſſitas ipſa conſilium. Nitido itaque iuxta poſſibilitatem ſuam linteo beati Mauri mauſoleum cooperuit, & ità diuinitùs liberata, omnem prorsùs moleſtiam luridi languoris euaſit. Enimuerò cùm Apoſtolus dicat, fide mũdans corda eorum, quia mundo corde, vtpotè, plena fide beati viri tumulum tetigit, dignè promeruit à profluentis ſanguinis immunditia liberari.

Punitur feſtum diem violans.

Sanatur.

Itèm alia morbida.

Act. 15.

Itèm alia mulier ità erat violentiſſimi languoris immanitate cõtorta, vt ſoluto naturæ ordine, ora teneret poſt ſe, ceruicem faceret ante ſe. Quæ ſimiliter ſuper beati Mauri memoria linteum poſuit, & protinùs ſanitate recepta, quibuſque membris ius ſuum natura reſtituit, & ad tenendum vigorem proprium arteriarum organa temperauit. Alia quoquè mulier, amiſſo lumine, de Aquitaniæ finibus deducta eſt, quæ Gallicæ animoſitatis genium ſeruans, & ex more patriæ verba violenter infringẽs, obſtinatiſſimè teſtabatur, quòd nunquàm indè recederet, niſi per beati Mauri merita lumen, quod amiſerat, recepiſſet. Sicque magno fidei feruore ſuccenſa, breue tuguriolum iuxta eccleſiæ parietem compilauit, vt quodammodò potiùs habitaculum, quàm præparare videretur hoſpitium. Cumque per octo dies inſtantiſſimè fuiſſet oratum, lumen quod quærebat, diuina gratia largiente recepit, & dignas illuminatori ſuo Deo & Mauro eius famulo gratias retulit. Popilienſis diœceſis turba ad beati Arduini limina orationis cauſa tendebat, cumque per oratorium beati Mauri tranſitum habuiſſent, contigit vt quædam ex illis fœmina, genu Abbatis ipſius monaſterij humiliter oſculata, commeandi licentiam peteret: Quæ vix vnius ſagittæ emiſſione progreſſa, arrepta mox à dæmonio, in terram proijcitur, concutitur, volutatur, & multa conuicia aduersùs eundem Abbatem inordinatè euomebat. Hæc itaque ante beati Mauri altare deducta, † multò pòſt diuinæ virtutis eſt imperio liberata, ità vt redeuntibus ſocijs, iam ſibimet reddita, ſimul cum eis ſana & incolumis reuerteretur ad propria.

Cæca reſtituitur lumẽ.

† nõ multò, legendum puto.

Hæc igitur fratres chariſſimi de virtutibus, quas omnipotens Dominus per beatum confeſſorem ſuum Maurum operari dignatus eſt, pauca perſcripſimus, vt ad glorificandam diuinæ maieſtatis potentiam veſtræ charitatis ſtudium incitemus. Qui dum nobis adhuc in via poſitis miraculorum ſuorum dignatur exhibere virtutem, per hæc nos ad capeſſendam cæleſtis patriæ inuitat & prouocat hæreditatem, teſtante Pſalmiſta, qui ait: Virtutem, inquit, operum ſuorum annunciauit populo ſuo, vt det illis hæreditatem gentium: quatenùs dum ipſa ſanctorum ſepulcra tot miraculis radiare conſpicimus, de immenſa eorum gloria qua iam cum Chriſto regnant, minimè dubitemus: vt deſpectis terrenis, illuc ſe noſter animus iam per deſiderium transferat, vbì ſe gaudere in perpetuum ſperat: illuc ſe liberè ſpiritus dirigat, vbi imperator cæli Chriſtus cum ſupernæ curiæ ſenatoribus ineffabiliter regnat: Cui ſit gloria & imperium cum coæterno patre & ſancto ſpiritu per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Pſal. 110.

VITA

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA BEATISSIMORVM MARTYRVM FRVCTVOSI EPISCOPI ECCLESIAE TARRACONENSIS, & Augurij, & Eulogij diaconorum, per Aurelium Prudentium virum consularem conscripta. Habetur in eius Peristephano.

Ianuarij 21. Sanctorum patria.

FELIX Tarraco, Fructuose, vestris
Attollit caput ignibus coruscum,
Leuitis geminis procùl relucens.
Hispanos Deus adspicit benignus,
Arcem quandoquidem potens Iberam
Trino martyre Trinitas coronat.
Ardens Augurius capessit æthram:
Nec non Eulogius simul supernum
Christi lucidus ad sedile tendit.
Dux & præuius, & magister illis
Ad tantum decus, ex Episcopali
Clarus nomine Fructuosus ibat.

S. Fructuosus cũ socijs sistitur Iudici & carceri includitur.

Accitus quia Præsidis repentè
Iussu, venerat ad forum sacerdos
Leuitis comitantibus duobus.
Inde ad carceream viros catenam
Pastus sanguine carnifex trahebat:
Gaudet currere Fructuosus vltrò.
Ac nè quis socios timor feriret,
Præceptor vehemens eundo firmat,
Incenditque fidem calore Christi.
Mecum state viri, vocat cruentus
Ad pœnam coluber, Dei ministros:
Nec mors terreat, est parata palma.
Carcer Christicolis gradus coronæ est,
Carcer prouehit ad superna cæli,
Carcer conciliat Deum beatis.
His dictis, adeunt specum reorum,
Exercent ibi mysticum lauacrum,
Et purgamen aquæ stupent tenebræ.

In carcere multos baptizat.

Sex hìc continuis latent diebus,
Tandèm stant trucis ad tribunal hostis,
Fratres tergeminos tremunt catastæ.
Iudex Aemilianus imminebat,
Atrox, turbidus, insolens, profanus,
Aras dæmoniacas coli iubebat.
Tu, qui doctor, ait, seris nouellum
Commenti genus, vt leues puellæ
Lucos destituant, Iouem relinquant,
Damnes, si sapias, anile dogma.
Iussum est Cæsaris ore Gallieni:
Quod Princeps colit, vt colamus omnes.

Non vult sacrificare idolis.

Hæc sancti placidus refert sacerdos.
Aeternum colo Principem, dierum
Factorem, Dominumque Gallieni:
Et Christum Patre prosatum perenni,
Cuius sum famulus, gregisque pastor.
Subridens ait ille. iam fuisti.
Nec differt furor, aut refrenat iram,
Sæuis destinat ignibus cremandos:
Exultant, prohibentque flere vulgum.

Quosdam de populo videt sacerdos
Libandum sibi poculum offerentes:
Ieiunamus, ait, recuso potum.

Recusat soluere ieiunium.

Nondùm nona diem resignat hora:
Nunquàm conuiolabo ius dicatum,
Nec mors ipsa meum sacrum resoluet.
Sic Christus sitiens crucis sub hora
Oblatum sibi poculum recusans,
Nec libare volens, sitim peregit.

Matth. 27. Iohan. 19.

Intrant interea locum rotunda
Concluſum cauea: madens ferarum
Multo sanguine quem furor frequentat,
Cùm spectacula perstrepunt cruenta,
Ac vilis gladiator ense duro
Percussus cadit, & fremit voluptas.
Hìc flammante pyra, niger minister
Ardens supplicium parare iussus,
Construxit facibus rogum supremis.

Sancti martyres ducũtur ad rogũ, exurendi.

Qui, cùm corpora cremanda soluit,
Feruentes animas amore lucis
Fracto carceris expediret antro.
Certant officijs pij sodales:
Plantis calceamenta dissolutis,
Pronus detrahere studebat vnus:
Sed sanctus vetat ora Fructuosus
Inclinata premi. facessite, inquit,
Nè nostram grauet obsequela mortem.
At quin ipse meos pedes resoluam,
Nè vestigia præpedita vinclis
Tardis gressibus irruant in ignem.
Cur lamenta rigant genas madentes?
Cur vestrî memor vt fiam rogatis?
Cunctis pro populis rogabo Christum.
Vix hæc ediderat, relaxat ipse
Indumenta pedum: velut Moyses
Quondàm fecerat ad rubum propinquans.

Exod. 3.

Non calcare sacram crematìonem,
Aut adstare Deo priùs licebat,
Quàm vestigia pura figerentur.
Stabat calce mero, resultat eccè
Cælo spiritus, & serit loquelam,

Cælitùs ab angelo confortantur.

Quæ cunctos tremefecit audientes.
Non est, credite, pœna, quam videtis,
Quæ puncto tenui citata transit:
Nec vitam rapit illa, sed reformat.
Felices animæ: quibus per ignem
Celsa scandere contigit Tonantis:
Quas olìm fugiet perennis ignis
Hæc inter, rapidis focos crepantes
Intrant passibus, & minantur ipsi
Flammarum * trepidantibus caminis.

Martyres rogum intrant. * crepitantibus.

Nexus deniquè, qui manus retrorsùs
In tergum reuocauerant reuinctas,
Intacta cute decidunt adusti.
Non ausa est cohibere pœna palmas,
In morem crucis ad Patrem leuandas:
Soluit brachia, quæ Deum precentur.
Priscorum specimen trium putares:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dan.3.

Quos olim Babylonicum per ignem
Cantantes ſtupuit tremens tyrannus.
Illis ſed pia flamma tum pepercit,
Nondùm tempore paſſionis apto,
Nec mortis decus inchoante Chriſto.
Hos, cùm defugeret vaporus ardor,
Orant, vt celer ignis aduolaret,
Et finem daret anxijs periclis.
Exorata ſuos obire tandèm
Maieſtas famulos iubet, caducis
*Miſſos corporibus, ſibique reddi.
Vidit Præſidis ex domo ſatelles
Cælum martyribus patére apertum,
Inſignesque viros per aſtra ferri.
Quin & filiolæ monens herili
Oſtendit ſceleris notam paterni,
Cælo viuere, quos forum peremit.
Hæc tum virginitas palàm videre
Per ſudum meruit, patente cælo,
Vt crimen domini domus timeret.
Tum de corporibus ſacris fauillæ,
Et perfuſa mero leguntur oſſa,
Quæ raptìm ſibi quiſque vindicabat.
Fratrum tantus amor domum referre
Sanctorum cinerum dicata dona,
Aut geſtare ſinu fidele pignus.
Sed nè reliquias reſuſcitandas,
Et mox cum Domino ſimul futuras,
Diſcretis loca diuidant ſepulcris:
Cernuntur niueis ſtolis amicti,
Mandant reſtitui, cauoque claudi
Miſtìm marmore, puluerem ſacrandum.
O triplex honor, ô triforme culmen,
Quo noſtræ caput excitatur vrbis,
Cunctis vrbibus eminens Iberis.
Exultare tribus libet patronis:
Quorum præſidio fouemur omnes
Terrarum populi Pyrenearum.
Circunſtet chorus ex vtroque ſexu,
Heros, virgo, puer, ſenex, anicla:
Veſtrum pſallite ritè Fructuoſum.
Laudans Augurium reſultet hymnus,
Miſtis Eulogium modis coæquans,
Reddamus paribus pares Camœnas.
Hinc aurata ſonent in arce tecta,
Blandum litoris exret indè murmur,
Et carmen freta feriata pangant.
Olim tempus erit ruente mundo,
Cùm te, Tarraco, Fructuoſus acri
Soluet ſupplicio regens ab igni.
Fors dignabitur & meis medelam
Tormentis dare, proſperante Chriſto,
Dulces hendecaſyllabos reuoluens.

*Miſſis

Animæ ſanctorum ex hoc mundo ſtatim volãt ad cælum.

Ecce quàm ſit Deo dilecta virginitas.

Iubẽt martyres ſuos cinere suo in loco ſimul condi.

Nota, patrocinium Sanctorum.

VITA ET PASSIO S. VINCENTII MARTYRIS, PER AVRELIVM PRVDENTIVM VIRVM *conſularem ſcripta. Habetur in eius Periſtephano.*

Ianuarij 22.

BEATE martyr proſpera
Diem triumphalẽ tuum,
Quo ſãguinis merces tibi
Corona Vincenti datur.
Hic te ex tenebris ſeculi
Tortore victo & iudice,
Euexit ad cælum dies,
Chriſtoque ouantem reddidit.
Nunc Angelorum particeps,
Luces in inſigni ſtola:
Quam teſtis indomabilis
Riuis cruoris laueras.
Cùm te ſatelles idoli
Præcinctus atris legibus,
Litare diuis Gentium
Ferro & catenis cogeret.
Non flectitur martyr ferro, nec blanditijs.
Ac verba primùm mollia
Suadendo blandè effuderat
Captator: vt vitulum lupus
Rapturus, alludit priùs.
Rex, inquit, orbis maximus,
Qui ſceptra geſtat Romula,
Seruire ſanxit omnia
Priſcis deorum cultibus.
Vos Nazareni aſſiſtite,
Rudemque ritum ſpernite,
Hæc ſacra, quæ Princeps colit,
Placate fumo & victima.
Exclamat hîc Vincentius,
Leuita de tribu ſacra,
Miniſter altaris Dei,
Septem è columnis lacteis.
Tibi iſta præſint numina:
Tu ſaxa, tu lignum colas:
Dij gentiũ mortui. Tu mortuorum mortuus
Fias deorum pontifex.
Deus noſter viuus. Nos lucis authorem Patrem,
Eiusque Chriſtum filium,
Qui ſolus, ac verus Deus,
Datiane, confitebimur.
Hîc ille iam commotior:
Audésne non felix, ait,
Ius hoc deorum, & Principum,
Violare verbis aſperis?
Ius & ſacratum, & publicum,
Cui cedit humanum genus,
Nec te iuuentæ feruidæ
Inſtans periclum permouet?
Hoc nanque decretum cape:
Aut ara thure & ceſpite
Precanda iam nunc eſt tibi,
Aut mors luenda eſt ſanguine.
Reſpondet ille altrinſecùs.
Age ergò quicquid virium,
Quicquid poteſtatis tibi eſt,
Palàm reluctor, exere.
Vox noſtra quæ ſit, accipe.
Eſt Chriſtus, & pater Deus:
Serui huius ac teſtes ſumus.
Extorque, ſi potes, fidem.
Tormenta, carcer, vngulæ,
Stridensque flammis lamina,
Atque ipſa pœnarum vltima,
Mors Chriſtianis ludus eſt.
O veſtra inanis vanitas,
Scitumque brutum Cæſaris,
Condigna veſtris ſenſibus
Coli * iubentis numina.
Exciſa fabrili manu,
Cauis recocta & follibus:
Quæ voce, quæ greſſu carent,
Immota, cæca, elinguia.
His ſumptuoſa ſplendido
Delubra creſcunt marmore:
His colla mugientium
Percuſſa taurorum cadunt.
Adſunt & illic ſpiritus:
Sed ſunt magiſtri criminum,
Veſtræ & ſalutis aucupes,
Vagi, importentes, ſordidi:
Qui vos latenter incitos
In omne compellunt nefas,
Vaſtare iuſtos cædibus,
Plebem piorum carpere.
Nôrunt & ipſi, ac ſentiunt
Pollere Chriſtum, & viuere,
Eiusque iam * mox affore
Regnum tremendum perfidis.
Clamant fatentes deniquè
Pulſi è latebris corporum,
Virtute Chriſti, & nomine,
Diuique, & ijdem dæmones.
His intonantem martyrem
Iudex profanus non tulit,
Conclamat. os obtrudite,
Nè plura iactet improbus.
Vocem loquentis claudite,
Raptimque lictores date,
Illos reorum carnibus
Paſtos, manuque exercitos.
Iam ſaxo ius prætorium
Conuiciator ſentiat,
Impunè nè noſtris ſibi
Dijs deſtruendis luſerit.
Tibi ergò ſoli contumax
Tarpeia calcentur ſacra?

S. Vincentij conſtans reſponſum.

Cæſaris brutale decretum.

*iubetis

Pſal. 113.

Dij gentiũ dæmonia.

*iamque

Matth. 8.

Datiani furor in ſanctum Vincentium.

Biblioteca
Facultatis Philosophiae
Provincia Cast. Ordenbelli

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tu porrò ſolus obteras
Romam, Senatum, Cæſarem?
Vinctum retortis brachijs,
Sursùm ac deorsùm extendite,
Compago donèc oſſium
Diuulſa, membratìm crepet.
Pòſt hinc hiulcis ictibus
Nudate coſtarum abdita,
Vt per lacunas vulnerum
Iecur retectum palpitet.
Ridet martyr, grauiſſima ſibi inferri tormenta. Ridebat hæc miles Dei,
Manus cruentas increpans,
Quòd fixa non profundiùs
Intraret artus vngula.
Ac iam omne robur fortium
Euiſcerando ceſſerat,
Niſuſque anhelus ſoluerat
Feſſos lacertorum toros.
Aſt ille tanto lætior,
Omni vacantem nubilo
Frontem ſerenam illuminat,
Te Chriſte præſentem videns.
Quis vultus iſte, prô pudor?
Datianus aiebat furens.
Gaudet, renidet, prouocat,
Tortore tortus acrior.
Nil illa vis exercita
Tot noxiorum mortibus
Agone in iſto proficit,
Ars & dolorum vincitur.
Sed vos alumni carceris,
Par ſemper inuictum mihi
Cohibete paulùm dexteras,
Reſpiret vt laſſus vigor.
Præſicca rursùs vlcera,
Dum ſe cicatrix colligit
Refrigerati ſanguinis,
Manus reſulcans diruet.
His contrà Leuites refert.
Martyris fortitudo & conſtantia inuicta. Si iam tuorum perſpicis
Languere virtutem canum:
Age ipſe, maior carnifex.
Oſtende, quo pacto queant
Imos receſſus ſcindere,
Manus & ipſe interſere,
Riuosque feruentes bibe.
Erras, cruente, ſi meam
Te rêre pœnam ſumere,
Cùm membra morti obnoxia
Dilancinata interficis.
Eſt alter, eſt intrinſecùs,
Violare quem nullus poteſt:
Liber, quietus, integer,
Exors dolorum triſtium.
Hoc, quod laboras perdere
Tantis furoris viribus,
Vas eſt ſolutum, ac fictile,
Quocunque frangêdum modo.

Quinimmò nunc enitere
Illum ſecare, ac plectere:
Qui perſtat intùs, qui tuam
Calcat, tyranne, inſaniam
Hunc hunc laceſſe, hunc diſcute
Inuictum * & inſuperabilem, *inexpugnabilem.
Nullis procellis ſubditum,
Solique ſubiectum Deo.
Hæc fatur, & ſtridentibus
Laniatur vncis denuò:
Cui Prætor ore ſubdolo
Anguina verba exſibilat.
Si tanta callum pectoris
Prædurat obſtinatio, Abominatur puluinaria quæ ſuppoſuerunt ſibi ſuppliciantiùs ſubſternebãtur ante altare idolorum.
Puluinar vt noſtrum manu
Abomineris tangere:
Saltem latentes paginas,
Librosque opertos detege,
Quò ſecta prauum ſeminans
Iuſtis cremetur ignibus.
His martyr auditis, ait.
Quem, tu maligne, myſticis
Minitaris ignem litteris,
Flagrabis ipſe hoc iuſtiùs. *iam
Romphæa * nam cæleſtium
Vindex erit voluminum,
Tanti veneni interpretem
Linguam perurens fulmine.
Vides fauillas indices Terret iudicem pœna Sodomitica in inferno plectendum.
Gomorrhæorum criminum:
Sodomita nec latet cinis,
Teſtis perennis funeris.
Exemplar hoc, ſerpens, tuum eſt:
Fuligo quem mox ſulfuris,
Bitumen & miſtum pice
Imo implicabunt Tartaro.
His perſecutor ſaucius
Pallet, rubeſcit, æſtuat,
Inſana torquens lumina,
Spumasque frendens egerit.
Tunc deindè cunctatus diù,
Decernit extrema omnium:
Igni, grabato, & laminis
Exerceatur quæſtio.
Hæc ille ſeſe ad munera Ala cer ad pœnam curtit.
Gradu citato proripit,
Ipſosque pernix gaudio
Pœnæ miniſtros præuenit.
Ventum ad palæſtram gloriæ:
Spes certat & crudelitas:
Luctamen anceps conſerunt
Hinc martyr, illinc carnifex.
Serrata lectum regula
Dente infrequenti exaſperat:
Cui multa carbonum ſtrues
Viuum vaporat halitum.
Hunc ſponte conſcendit rogum
Vir ſanctus ore interrito:

Ceu

Ceu iam coronæ conſcius
Celſum tribunal ſcanderet.
Subter crepante adſpergine
Scintillat excuſſus cinis,
Punctisque feruens ſtridulis
Sparsìm per artus figitur.
Aruina poſthinc igneum
Impreſſa cauterem lauit,
Vis vndè roris fumidi
In membra ſensim liquitur.
Hæc inter immotus manet
Vincit ignẽ. Tanquàm dolorum neſcius,
Tenditque in altum lumina:
Nam vincla palmas preſſerant.
Sublatus indè fortior,
Iterùm mittitur in carcerem tetrimum. Lugubre in antrum truditur:
Nè liber vſus luminis
Animaret altum ſpiritum.
Eſt intùs imo ergaſtulo
Locus tenebris nigrior:
Quem ſaxa merſi fornicis
Anguſta clauſum ſtrangulant.
Aeterna nox illic latet,
Expers diurni ſideris:
Hic carcer horrendus ſuos
Habere fertur Inferos.
In hoc barathrum conijcit
Truculentus hoſtis martyrem,
Cippo pedes eius includuntur. Lignoque plantas inſerit,
Diuaricatis cruribus.
Quin addit & pœnam nouam
Crucis peritus artifex,
Nulli tyranno cognitam,
Nec fando compertam retrò.
Fragmentis teſtarũ cruciatur. Fragmenta teſtarum iubet
Hirta impolitis angulis
Acuminata, informia
*ſternere. Tergo iacentis * ſternerent.
Totum cubile ſpiculis
Armant dolores anxij:
Inſomne qui ſubter latus
Mucrone pulſent obuio.
Hæc ille verſutus, vafra
Meditatus arte ſtruxerat:
Sed Belzebulis callida
Commenta Chriſtus deſtruit.
Nam carceralis cæcitas
Diuinitùs liberatur à cippo & reſtulis, in flores commutatis. Splendore lucis fulgurat,
Duplexque morſus ſtipitis
Ruptis * cauernis diſſilit.
*catenis Agnoſcit hîc Vincentius
Adeſſe, quod ſperauerat,
Tanti laboris præmium,
Chriſtum datorem luminis.
Cernit deindè fragmina
Iam teſtularum, mollibus
Veſtire ſemet floribus,
Redolente nectar carcere.

Quin & frequentes Angeli
Stant, ac loquuntur cominùs:
Quorum vnus ore auguſtior
Compellat his dictis virum. Conſolatur ab angelis.
Exurge martyr inclyte,
Exurge ſecurus tuî,
Exurge, & almis cœtibus
Noſter ſodalis addere.
Decurſa iam ſatìs tibi
Pœnæ minacis munia,
Pulchroque mortis exitu
Omnis peracta eſt paſſio.
O miles inuictiſſime,
Fortiſſimorum fortior,
Iam te ipſa ſæua & aſpera
Tormenta victorem tremunt.
Spectator hæc Chriſtus Deus
Compenſat æuo intermino,
Propriæque collegam crucis
Larga coronat dextera.
Pone hoc caducum vaſculum
Compage textum terrea,
Quod diſſipatum ſoluitur,
Et liber in cælum veni.
Hæc ille. ſed clauſas fores
Interna rumpunt lumina,
Tenuisque per rimas nitor
Lucis latentis proditur.
Hoc cùm ſtuperet territus
Obſeſſor atri liminis, Cuſtodes carceris exterrẽtur, viſo lumine cæleſti.
Quem cura pernox manſerat
Seruare feralem domum:
Pſallentes audit inſuper
Prædulce carmen martyris,
Cui vocis inſtar æmulæ
Conclaue reddit concauum.
Pauens deindè introſpicit,
Admota quantùm poſtibus
Acies per arctas cardinum
Intrare iuncturas poteſt.
Vernare multis floribus
Stramenta teſtarum videt,
Ipſumque vulſis nexibus
Obambulantem pangere.
Implentur aures turbidi
Prætoris hoc miraculo:
Flet victus, & voluit gemens Defiet ſe victum à martyre Datianus.
Iram, dolorem, dedecus.
Exemptus, inquit, carcere,
Paulùm benignis fotibus
Recreetur, vt paſtum nouum
Pœnis refectus præbeat.
Coire toto ex oppido
Turbam fidelem cerneres,
Mollire * perfultum torum, *præſultũ
Siccare cruda vulnera.
Ille vngularum duplices
Sulcos pererrat oſculis:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deuotio Christianorum, & pius affectus erga martyrē.

Custos carceris credit.

*eiusmodi

Spiritū Vincentij victor cælum capessit.

Gen.4.

Matth.14. Mar.6.

Obijcitur corpus eius feris ad deuorandum, nè pro martyre colatur

Hic purpurantem corporis
Gaudet cruorem lambere.
Plerique vestem lineam
Stillante tingunt sanguine,
Tutamen vt sacrum suis
Domi reseruent posteris.
Tunc ipse manceps carceris,
Et vinculorum ianitor,
Vt fert vetustas conscia,
Repentè Christum credidit.
Hic obseratis vectibus
Densæ specum caliginis
Splendore lucis aduenæ
Micuisse clausum viderat.
At verò postquàm lectuli
Martyr quietem contigit:
Aeger morarum tædio,
Est mortis incensus siti.
Si mors habenda * huiusmodi est,
Quæ corporali ergastulo
Mentem resoluit liberam,
Et reddit authori Deo:
Mentem piatam sanguine,
Mortis lauacris inclytam,
Quæ semet ac vitam suam
Christo immolandam præbuit:
Ergò, vt recline mollibus
Reiecit auleis caput,
Victor relictis artubus
Cælum capessit spiritus:
Cui recta celso tramite
Reseratur ad Patrem via,
Quam fratre cæsus impio
Abel beatus scanderat.
Stipant euntem candidi
Hinc indè sanctorum chori,
Parique missus carcere
Baptista Iohannes vocat.
At Christiani nominis
Hostem coquebant irrita
Fellis venena, & liuidum
Cor efferata exusserant.
Sæuire inermem crederes
Fractis draconem dentibus.
Euasit exultans, ait,
Rebellis & palmam tulit.
Sed restat illud vltimum,
Inferre pœnam mortuo,
Feris cadauer tradere,
Canibúsve carpendum dare.
Iam nunc & ossa extinxero,
Nè sit sepulcrum funeris,
Quod plebs gregalis excolat.
Titulumque figat martyris.
Sic frendit, & corpus sacrum
Profanus, ah, dirum nefas,
Nudum, negato tegmine,
Exponit inter carices.

Sed nulla dirarum fames
Aut bestiarum, aut alitum
Audet trophæum gloriæ
Fœdare tactu squalido.
Quin si qua clangens improbè
Circunuolaret eminùs,
Trucis volucris impetu
Depulsa vertebat fugam.
Nam coruus Eliæ datus
Olim, ciborum portitor,
Hoc munus implet sedulò,
Et irremotus excubat.
Hic ex frutectis proximis
Infestus alarum sono,
Oculosque pennis verberans,
Exegit immanem lupum.
Quis perfidorum credere
Ausit, rapacem belluam
Tauris paratam congredi,
Cessisse plumis mollibus?
Ibat malignùm murmurans
Leui volatu exterritus:
Prædamque visam fugerat
Custodis imbellis minis.
Quis audienti talia
Datiane tunc sensus tibi?
Quantis gementem spiculis
Figebat occultus dolor?
Cùm te perempti corporis
Virtute victum cerneres,
Ipsis & impar ossibus,
Vacuisque iam membris minor?
Sed quis, tyranne pertinax,
Hunc imporentem spiritum
Determinabit exitus?
Nullus'ne franget modus?
Nullus, nec vnquàm desinam.
Nam, si ferina immanitas
Mansuescit, & clementia
Coruos voraces mitigat,
Mergam cadauer fluctibus:
Insana nunquàm naufragis
Ignoscit vnda, & spumeum
Nescit profundum parcere.
Aut semper illic mobilis
Incerta per ludibria
Vagis feretur * fluctibus,
Squamosa pascens agmina:
Aut sub fragosis rupibus
Scabri petrarum murices
Inter recessus scrupeos
Discissa rumpent viscera.
Ecquis virorum strenuè
Cymbam peritus pellere:
Remo, rudente, & carbaso,
Secare qui Pontum queas?
Rapias palustri è cespite
Corpus, quod intactum iacet.

9. Reg. 17. Coruus corpus eius custodiuit intactum.

* flatibus

Vincit tyrannum corpus mortuum sancti martyris.

Leui-

Sacrū corpus proijcitur in profundū mare.

Matt.8.& 14

Exod.14.

*erit

Vbique vincit S. Vincentius in terra & mari.

Longè antè ad litus sacrū corpus peruoluat, quàm ipsi nautæ.

Sepultura eius.

Templū siue altare eidem extruitur.

1. Mach.7.

2. Mach.9.

* Ruptāve

Vincit tyrannum in morte & post mortem.

Author S. martyris oratiōes apud Deū imprecat.

Festiuitas S. Vincentij martyris.

Leuique vectum lembulo
Amplum per æquor auferas.
Sed complicatum sparteus
Claudat cadauer culleus:
Quem fune connexus lapis
Præceps in altum deprimat.
At tu per vndas emices
Rorante præceps palmula,
Donèc relictum longior
Abscondat adspectus solum.
Hæc iussa quidam militum,
Eumorphio nomen fuit,
Violentus, audax, barbarus,
Furore feruens arripit.
Funale textum conserit,
Suto quod implet corpore,
Emensus & multum freti
Inter procellas excutit.
O præpotens virtus Dei,
Virtus creatrix omnium:
Quæ turgidum quondàm mare
Gradiente Christo strauerat,
Vt terga calcans æquoris
Siccis mearet passibus,
Plantas nec vndis tingeret
Vasti viator gurgitis.
Hæc ipsa virtus iusserat
Rubrum salum dehiscere,
Patento dum fundo aridum
Secura plebs iter * legit.
Necnon & ipsa nunc iubet
Seruire sancto corpori
Pontum quietis lapsibus
Ad curua pronum litora.
Saxum molaris ponderis
Vt spuma candens innatat,
Tantique custos pignoris
Fiscella fertur fluctibus.
Cernunt stupentes nauitæ
Vectam remenso marmore,
Labi retrorsùm leniter
Aestu secundo, & flamine.
Certant & ipsi concito
Pontum phaselo scindere:
Longè sed artus præuolant
Telluris ad mollem sinum.
Priùs relatos deniquè
Humus quieta suscipit,
Quàm pulsa summis nisibus,
Carina portum tangeret.
Felix amœni litoris
Recessus ille: qui sacra
Fouens arenis viscera
Vicem sepulcri præbuit:
Dum cura sanctorum pia
Defluens adornat aggerem,
Tumuloque corpus creditum
Vitæ reseruat posteræ.

Sed mox subactis hostibus,
Iam pace iustis reddita,
Altar' quietem debitam
Præstat beatis ossibus.
Subiecta nam sacrario,
Imamque ad aram condita,
Cælestis auram muneris
Perfusa subter hauriunt.
Sic corpus: ast ipsum Dei
Sedes receptum continet,
Cum Machabæis fratribus,
Secto Isaiæ proximum.
Simplex sed illis contigit
Corona pœnarum: quibus
Finem malorum præstitit
Mortis supremus exitus.
Quid tale sector ausus est?
Truncata nunquid corporis
Segmenta post serram feris
Obiecit, aut vndis dedit?
Num Machabæi martyris
Linguam tyrannus erutam,
*Raptámve pellem verticis,
Auibus cruentis obtulit?
Tu solus ô bis inclyte,
Solus, brabeij duplicis
Palmam tulisti: tu duas
Simul parâsti laureas.
In morte victor aspera,
Tum deindè post mortem pari
Victor triumpho proteris
Solo latronem corpore.
Adesto nunc, & percipe
Voces precantum supplices,
Nostri reatûs efficax
Orator ad thronum Patris.
Per te, per illum carcerem,
Honoris augmentum tui,
Per vincla, flammas, vngulas,
Per carceralem stipitem,
Per fragmen illud testeum,
Quo parta creuit gloria,
Per quem trementes posteri
Exosculamur lectulum:
Miserere nostrarum precum,
Placatus vt Christus suis
Inclinet aurem prosperam,
Noxas nec omnes imputet.
Si ritè solennem diem
Veneramur ore, & pectore:
Si sub tuorum gaudio
Vestigiorum sternimur:
Paulisper huc tu illabere,
Christi fauorem deferens,
Sensus grauati vt sentiant
Leuamen indulgentiæ.
Sic nulla iam restet mora,
Quin excitatam nobilis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Carnem resumat spiritus, Commune discrimen tulit,
Virtute perfunctam pari. Sit & cohæres gloriæ
Vt quæ laborum particeps Cunctis in æuum seculis.

VITA S. EPIPHANII TICINENSIS EPISCOPI, EDITA AB ILLIVS SVCCESSORE B. EVODIO

vel Enodio Episcopo. Descripta est ex mendoso codice, omissis quibusdam, quæ ob scripturam deprauatam intelligi non possent.

21. Ianuarij. Cap. 1.

VITAM beati Epiphanij Ticinēsis antistitis narraturus, inuoco spiritum sanctum, testem actuum eius & comitem, vt ipsius auxilio gloriam serenissimæ conscientiæ, quam eidem cessit, tradam chartis victuris in seculo: vt exemplum præbitura virtutum, nunquàm fama moriatur. Igitur vir insignis Epiphanius oriendo Ticinēsis oppidi indigena fuit, patre Mauro generatus, & matre Fo-

S. Epiphanij patria. Parentes.

caria editus, quæ sancti etiam Mirocletis confessoris & Episcopi tangebat prosapiam, hominibus ex liquido immaculatæ genuitatis fonte venientibus. Porrò sub decessore huius viro integerrimo Crispino pontifice cælestis militiæ gratiæ

Fit Lector.

ro cinium sortitus, annorum fermè octo Lectoris ecclesiastici suscipit officium, quo antè cælitùs demōstrato. Nam dum esset in crepundijs lactentis infantiæ, fuisse eius cunabula superno lumine vidêre quamplurimi, vt futuræ mentis claritatem lustrans eum & præcedens fulgor ostenderet, secuturumque splendorem in moribus iam tunc typica luce signaret.

Cap. 2. Item Notarius.

Notarum in scribendo compendia, & figuras varias, verborum multitudinem comprehendentes breui assecutus, in exceptorum numero dedicatus emicuit, cor-

Vt sese gesserit in iuuentute sua.

pitque iam talis excipere, qualis possit sine bonorum oblocutione dictare. Igitur processu temporis & laboris ad sextumdecimum ætatis annum diuino fauore perductus, cana consilia in annis puerilibus meditabatur, & vernabat in illo prudentia cæteris mater bonorum operum verecundia. Ità famulabatur antistiti liberaliter, vt si quid operis gereretur ab altero, grauiter ferret subreptum sibi fuisse officium. Accipiebat senes grauiter, iuuenes comiter, & coërcebat iamtunc facinorosos audacter. Erat primis subiectus, prioribus sancta iniungentibus obsecundans, æqualibus blandus atque officiosus, sequentibus mera charitate communis: nulli se præferens, cùm religioso cursu per cælestem tramitem omnibus anteiret. Laudationis amore vacuus, cùm quotidiè in eo laudandi adolescerent. Cumque res gloriæ dignas per horarum momenta consummaret, perire gloriæ fructum opinabatur atque mercedem, si prætulissent homines, quod soli Deo exhibebat absconditè. Apostolici memor oraculi, assentiones respuens, in semetipso, teste conscientia, pro boni operis recognitione plaudebat.

Gal. 6.

Cap. 3. Forma corporis eius.

Ridebant genæ, etiam cùm animus mœstitudine torpuisset: nitida simul labia commendabant dupliciter mella sermonum, nec non quocunque verteret oculos, serenitatem mentis nunciabat adspectus. Frons cereæ pulchritudinis & candoris illius, quæ solis passa radios, colorem traxit ab æthere. Nares in tanto naturaliter splendore formatæ, vt illas nequiret imaginibus corpora repræsentans pictor æmulari. Manus teretes, prolixi digiti, de quibus alienigena aliquid gauderet accipere. Staturæ proceritas decens, quæ eminentiam secuturæ dignitatis præfiguraret in membris, nec tamen modum ornatissimæ prolixiratis excederet. Erat in eodem sermo ad doctrinam compositus, fabricatus ad blanditias. Ad intercessiones iamtunc pontifex, ad corripiendos singulos authoritate plenus, ad exhortandos quosque necessario pore dulcissimus. Vox sonora, succo virilis eloquentiæ condita: nec tam

agrestis, nec rustica, nec infracta, gradatimque à mascula soliditate deposita. Talis iam ad octauumdecimum ætatis suæ peruenit annum, in quo in secundo à Leuitis numero dedicatus, senum cœtibus adiunctus est. Stupuêre quamplurimi, sed externi, qui mores illius cum ætatis immaturitate iungebant. Seram credebant dignitatem hanc redditam esse, qui nouerant. At ille venerabilis Crispinus episcopus, fauoris nescius, pertinaci tenens districtione censuram, & quem nunquàm nisi bona conscientia duxit ad gratiam, sic eum mulcebat sensibus, vt morderet obtutu: & sub specie frontis rigidæ, clandestinum circa discipulum nutriebat affectum. Pascebatur alumni sui optabili conuersatione pater, & in omnibus eius actibus oculos amœnabat. In quo tamen ille Subdiaconi ordine nihil ampliùs quàm biennio commoratus, meritorum suorum saltibus euectus exiliuit. Nec se diù intra angustias modici honoris anima est diues passa refrenari.

Ordinatur subdiaconus

Crispini Episcopi erga eum seuera charitas.

Festinabat ad Leuiticam dignitatem conscientia, quam nunquàm vota præsumpserant: exigebat conuersatio, quod desideria penitùs ignorabant. Breui pòst ad Diaconij euectus insulas, vicesimum ætatis suę asscendit annū, facie non benè barbata. Turbatur suscepti honoris tyrocinio homo, qui iam ducem poterat implere Christianum. Singulorum pro pudore declinabat adspectus, quē vniuersa ciuitas quasi salutis signū aliquod attendebat. Interea supradictus antistes omnem ecclesiasticæ cōuersationis substantiam & diuitias pauperum suorum in eius potestate committit, volēs ante episcopatum cognoscere, qualem futuris temporibus præpararet episcopum: & cùm fit, vix vt ab eorum personis, de quibus successionis seritur quātulacunque suspicio, inuidia temperetur, in istius gratia sibi credebat perire sanctus papa, quicquid minùs fuisset exhibitum. Quædam in illo sua, quædā volebat esse maiora. At ille quotidianis profectibus etiam cupidissimi in oratione genitoris vota transcendebat. Erat enim genitor eius, cùm per euangelium, conceptum verbi cælestis semine, fœta aluus effuderat. De pudicitia iuuenis mei quid loquar? In eo domum suam constituerat castitas, & continentia radices fixerat in profundis. Virum se esse, nisi per patientiam laboris, ignorabat. Carnem habere, nisi cùm moriturum se meminerat, nesciebat. Quotiès tamen illum corporeus appetitus, sicut ab illo didici, ludebat imaginibus somniorum, ilicò ad vigilias sanctas, continuata iciunia, stándi diutissimè necessitatem plena auiditate currebat: talemque bellatrix dextera animæ suis certaminibus reddebat carnem, vt illi opùs esset posteà pro necessitate succurri. Nec tamen refecto corpusculo, vtebatur ocio.

Dispensat ecclesiæ facultates.

Eius eximia castitas.

Vtebatur lectione pro requie, librorum venerabilium pro blandimētis instrumenta suscipiens: & nè crederetur tramitem verborū celeritate transuolâsse, pingebat actibus suis paginam, quā legisset. Si propheta fuisset in manibus, prophetantem vidisses amisso codice lectorē. Si testamēti veteris recēsuisset volumina, Moysi dignus æmulator incedebat taliter, acsì illum Israëlitica per desertum agmina sequerentur. Si Apostolicorum lac verborum, & mel Dominicæ passionis, seueritatem legis condiens, scriptura index reuelâsset, continuò ex ore ipsius dulciora fauis verba fluxerunt. Postremò quod libri docuissent, vita signabatur. Domum taliter regebat ecclesię, vt nec profusione immoderata commissam * penum exhauriret, nec odia sordium pietate contraheret. Intercessionum etiam tunc certamina præludebat. Nam vbicunque pro remedijs miserorum Episcopi mittebatur imperio, tanta exigebat beneficium arte supplicandi, vt sentiret sibi in causis profuisse quamplurimùm, ipsum per se Episcopum non venisse. Augebatur circa eum per singulos dies popularis affectus, & magnis successibus cumulabatur amor, qui ex iudicio descendebat. Desiderabatur in eo sacerdotium, cùm nemo nutritoris eius optaret interitum. Postquàm tamen inualida senectus, & semper de infirmitatibus querula, venerabilem virum Crispinum pontificem occupauit, istius sustentabatur manibus, in huius nitens erigebatur amplexus, cuius ministerio quicquid optâsset fieri, ante iussionem videbat impletum. Præsentiunt enim bonæ mentes eorum desideria, quibus cum integritate famulantur.

* pecuniam

Officiosè seruit Episcopo senio grauato.

Talis in Diaconatu, à vigesimo incipiens, octo annos impleuit. Et quidem tunc status ecclesiæ Ticinensis bona clericorum fruge pollebat. Erant cælestes viri, quos iste à perfectione incipiens amabat. Fuit Syluester Archidiaconus

Cap. 5. Lectio eius.

Cap. 6.

ea

Universidad de Deusto
Biblioteca

Multi in ecclesia Ticinen. viri cælestes ac sancti.

ea tempestate, homo in vetusta disciplinarum institutione probatissimus: fuit vir insignissimus Bonosus presbyter, tam nobilis sanctitate, quàm sanguine: Gallus quidem prosapia, sed cælestis indigena. Fuerunt alij & numero plures, & virtute præstantes. Circa finem tamen vitæ, quem spiritu prævidebat sanctus antistes, Mediolanum vicinam expetijt ciuitatem, vbi nobilium germina messe quadam mundæ ingenuitatis excreuerant: quos visitationis gratia requisitos, talibus vir Dei

Crispini Episcopi oratio ad Mediolanenses.

sermonibus appellauit: Eccè filij, iam me ætas compellit ad transitum, iam originariam ad ius suum reuocat terra particulam. Commendo Ecclesiam, commendo hunc, cuius labori & gratiæ debeo, quòd vsque ad hoc tempus vixi & grandæuus & debilis. Corporea soliditas & virtus animæ, imbecillitatem meam portauit sine fastidio: cuius ambulaui pedibus, tenui aliquid manibus, vidi oculis, ordinaui sermone. Duo videbamur intuentibus, cùm vnus per concordiam fieret ex duobus. Hæc Rustico viro illustri dicta penitùs insederunt: qui in omni dicendi genere exercitatissimus, tali est exorsus eloquio: Scimus, sancte pater, scimus, & profunda consideratione perspeximus, iuuenem istum non oportere pro ætatis immaturitate censeri, nec debere grauis cõsilij hominibus teneros pro quadam obice afferri annos. Vir nanque cana morum integritate probabilis, geminata laude dignus est, si illi ad bonæ mentis imperium puerile corpus obtemperet. Viue tu tamen, viue exemplum & forma bonorum operum, & vberiores in eo, si adhuc possunt crescere, conuersationis fructus adiunge.

Cap 7.

His dictis, conticuit: at ille pijssimus pontifex, beneuolentiæ eius impendens gratias, quòd secum pari de discipulo existimatione sentiret, dicto vale discessit, atque Ticinum, quasi ad sepulcrum, festinans regressus est. Aliquantis verò diebus

Crispinus Episcopus moritur.

emensis, morbo regio perfusus, lucem seculi nostri superna habitatione commutauit. Extemplò in istum bonorum omnium consensus adducitur, magnus illicò in tota vrbe concursus: rapitur à lamentatione funebri in gaudium populi consecrandus antistes. Flebat iste intemperanter dolore mortis paternæ, cui reddi

Creatur S. Epiphanius, licèt nolẽs, Episcopus. 1. Cor. 15.

debitas aliquas lachrymas, promiscuæ multitudinis lætitia non sinebat. Resistebat inquantùm poterat, & indignum se iam Apostolica imitatione clamitabat: sed tantùm magis surgebat in eo dilectio cunctorum, quantùm in multitudine magna solus erat, qui se vocitaret indignum. Nunc quid pluribus vtar, qui omnia explicare non valeo? Finitimarum ciuitatum iunguntur studia, & attrahitur tanta collectio, acsì initiandus esset totius orbis Episcopus. Ducitur Mediolanum adhuc reluctans, & magna si dimitteretur munera promittens, qui vt fieret, noluit spondere vel minima. Consecratur cum omni celebritate cunctorum: exultat mundus de tam sanctæ ordinationis insignibus. Extrancarum habitatores vrbium tanto se tripudio iactabant, quasi ipsis propriè profuturum insula sacerdotalis exciperet.

Cap. 8. Oratio eius ad Clerum.

Exacto ergò dedicationis suæ tempore, conuocatisque vniuersis presbyteris ac ministris, talibus eos instruxit ac confortauit alloquijs: Quanuis me, fratres charissimi, inter primordia immatura titubantem, iudicij vestri & susceptæ dignitatis oppresserit pondus, memini tamen quàm magna vestræ gratiæ debeam, cui maxima contuliſtis: & licèt vobis parendi magis quàm iubendi habuerim voluntatem, mutaui tamen per officium personam, seruiendi animum non omisi. Estote pacifici, estote vnanimes, onus meum mecum diuidite. Fit enim ad portandum facilis sarcina, quam multorum colla sufferant. Meam vobis communionem seruandam cum omni humilitate polliceor, neque futurum esse quenquam, qui me nisì cum Deo meo possit offendere. Author rem bonorum operum seruate pudicitiam. Et nè iniuriosum putetis, quòd grauæuos & presbyteros de continentia & integritate seruanda puer appellat: conuersationis itinera, & si indignum aliquid cognoscitis, coërcete. Nemo ecclesiæ principem admonere timeat, si probat errantem. His ità dictis, conticuit. Surrexerunt omnes, & consona quique ex meditatione pristina, sub momentanea tamen voce dixerũt: Aue pater probatissime. Aue pontifex singularis. Bonum re quidem vniuersorum sensit electio, sed optimum re tua attestantur alloquia. Crescis sanctis meritis apud conscientiam nostram, & aperiris luce operũ suprà quàm poterat opinio. Quibus breuiter perstrictis, susceptо omnes munere discesserunt.

Pudicitia author bonorum operum.

Mox

Mox sibi beatus antistes proprio ore leges, quibus se posset tenere, dictauit. Primùm statuit non lauandum, nè nitorem animæ & interioris hominis fortitudinem, balnea magis sordibus amica confringerent. Demùm decreuerat nunquàm esse prandendum: sed nè propositi sententiam superuenientium vis illa temeraret, & aut iactantiæ nebulis, aut auaritiæ fama læderetur, definiuit nunquàm sibi cœnandum: vt commutatio horarum, ac per hoc semèl in die reficiendi tempus afferret. Cibos iussit sibi placere viliores, nihilque in apparatione ciborum nares saporemque suum posse offendere, nisì aromatibus condiretur. Holerum & leguminis pascebatur epulis, sed neutrum horum vsque ad satietatem capiens. Vini quiddam parum: quam tamen exiguitatem, Apostolicæ admonitionis memor, sumebat ob stomachi cauendam debilitatem. Procedendum censuit omnibus, in quolibet aëris terrore maturiùs, ità vt vigiliarum formam lectoribus antecedens ad ecclesiam præberet Episcopus. Postquàm verò ad altaris confinia peruenisset, nullam deliberauit futuram esse necessitatem, qua indè nisì impletis solennibus posset abduci. * Iunctis pedibus vsque ad consummationem mystici operis stare se debere constituit, ità vt humore vestigiorum locum suum depingeret, & longè adspiciẽtibus indicaret. Intercessionum sibi tantam proposuit curam, vt ipsam se miseris inferre crederet molestiam, quam per negligentiam à quibuscunque permississet inferri. Ad patientiam laboris tempore ocij vt necessitati sufficeret, corpus aptauit. Hoc sibi viuendi pragmaticum vel disciplinæ dogma proposuit, aggressus est, seruauit, impleuit.

Cap. 9. Leges viuẽdi ipse sibi præscribit.

Victus eius.

1. Tim. 5.

for.* Nudis Nudis pedibus diuina tractat mysteria.

Mox verò per vniuersum mundum sanctam illius conuersationem illa, quæ licèt in gloriosis tardior esse solet, fama non tacuit, sed ad aures Recimeris, qui tunc secundis ab Anthemio principe habenis Rempublicam gubernabat, detulit. Nam Imperatore Romæ posito, seminarium inter eos iecit scandali illa, quæ dominantes sequestrat, inuidia, & par dignitas, causa discordiæ: Surrexerat enim tanta rabies atque dissensio, vt mutuò tela præpararent, & præterquàm origo irarum proprios suggerebat stimulos, lis ipsa circunstantium consilio nutriebatur. Nutabat status periclitantis Italiæ, & affligebatur ipsis discriminibus grauiùs, dum expectabat futura discrimina. Interea apud Reciměrem patritium, Mediolani ea tempestate residentem, fit collectio Ligurum nobilitatis: qui flexis genibus, solóque prostrati pacem orabant principum, & vt à scandalo vtræque partes desinerent, occasiones gratiæ ab vna precabantur offerri. Quid plura contexam? Mulcetur Reciměr, & velle se reparare concordiam, permotus multorum flectibus pollicetur. Sed quis, ait, potissimùm huius legationis pondus accipiet, quem tantæ molis cura maneat? Quis est, qui Galatam concitatum reuocare possit, & principem? Nam semper cùm rogatur exuberat, qui iram naturali moderatione non terminat. Tum vno omnes ore respondẽrunt: Vester tantummodò ad pacem declinet assensus. Est nobis persona, nupèr ad sacerdotium Ticinensis vrbis adscita, cui & beluæ rabidæ colla submittnnt: cui ante preces offeratur beneficium, quod à quolibet petiturus aduenerit. Cui est vultus vitæ similis, quem venerari possit. quicunque, si est catholicus & Romanus: amare cerè, si videre mereatur, & Græculus. Iam si ad sermonem eius veniamus, nunquàm sic diras aspides verborum digitis incantator Thessalus violentis poterit euocare carminibus, quomodò ille effectum petitionis suæ etiam à negaturis extorquet. Pendet in arbitrio eius cùm loqui cœperit, sententia audientis.

Egregia S. Epiphanij præconia.

Cap. 10. Vide Nicephor. Hist. Eccles. lib. 15. cap. 11.

Tunc patritius Reciměr ità respondit: Detulit ad me hunc hominem, quem exponitis, fama gloriosum, & in hoc admirationi magis mihi est, quòd omnes habeat laudatores. Ite ergò, & rogate hominem Dei, vt ambulet: iungite etiam meas preces. Egressi de concilio, statim Ticinum petunt, causam narrant, fusis, vt istum laborem susciperet, beatus Epiphanius rogatur lachrymis. Qui nè extenuaret beneficium, si filios diutina supplicatione torqueret, antecessit desideria postulantium: quos tamen taliter allocutus est: Quanuis tantæ rei necessitas probatissimæ personæ pondus inquirat, & titubet sub graui fasce portitor immaturus: affectum tamen, quem debeo, patriæ non negabo. Quibus breuiter narratis, quomodò erat loquendi parcus, ad Reciměrem patritium perrexit: à quo simul visus & electus est. Mandato igitur sibi legationis

Modestia eius.

Cap. 11.

ordi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mittitur legatus ad Anthemiũ Imperat.

ordine, Romam petijt. In quo itinere quid molestiarum sustinuerit, quídve virtutum gesserit, festinans ad maiora prætereo. Mox tamen vt supradictæ vrbis portas ingressus est, fama quæ illum absentem notum fecerat, digito cœpit ostendere. Conuersi ilicò omnium oculi, stupuêre mentes attonitæ: quòd tantam sibi exhiberi reuerentiam imago eius index sanctitatis requireret, inexpiabilis se culpæ reum fatebatur. Quilibet potentum genua eius amplexus est: tollebatur clamor in cælum: nemo illum mortalium numero computabat, cui omnia cælestis gratiæ videbant bona constare.

Vt à Romanis exceptꝰ sit.

Cap. 12.

Perfertur ad principem Anthemium, studio legationis episcopum veni sse Liguriæ, hominem quem nullus possit, etiam diues eloquio, sufficienter exponere. At ille: Callida, inquit, mecum Recimer & in legationibus suis arte decertat. Tales dirigit, qui supplicatione expugnent, quos ille lacessit iniurijs. Perducite tamen ad me hominem Dei: qui si possibilia precatur, admittam: si difficilia, supplicabo nè excusationem meam grauetur accipere. Dubito tamen, an Recimer apud me quod poscit obtineat: quem scio in conditionibus proponendis rationis terminum non tenere. Sed veniat directus antistes, & laudatam iampridèm præsenter effigiem. At venerabilis & seculis omnibus probatus pontifex, posteaquàm introgressus est, sermonis proferendi donatus licentia, quanuis fugitiuæ potestatis insignia, ostrum gemmasque rutilantes reuerendæ imaginis fulgore compresserit, (Etenim quasi absente Imperatore, ità in se oculos traxerat singulorum) tali tamen narratione incipiens, ianuam oris reserauit: Summa cælestis Domini, venerande princeps, est ordinatione dispositum, vt cui tantæ Reipublicæ cura mandabatur, per catholicæ fidei dogma Deum & authorem & amatorem pietatis agnosceret, per quem bellorum furorem pacis arma confringunt, & calcans colla superbiæ concordia superat, quod fortitudo non prævalet. Sic nanque Dauid prædicabilem parcendi magìs inimico animus reddidit, quàm intentio vindicandi. Sic perfecti seculorum Reges & domini supplicantibus indulgere cælesti arte didicerunt. Supernæ nanque dominationis instàr possidet, qui imperium suum pietate sublimat. Hoc itaque Italia vestra freta iudicio, vel Recimer patritius, paruitatem meam oratum direxit, indubitanter conijciens, quòd pacem Romanus Deo munus tribuat, quam precatur & Barbarus. Erit enim vestris propriè profuturus triumphus annalibus, si sine sanguine viceritis. Simul nescio, quæ species fortior possit esse bellorum, quàm dimicare contra iracundiam, & fortissimi Getæ pudorem onerare beneficijs. Grauiùs enim percellitur, si postulata impetret, quem puduit hactenùs supplicare. Tractandus demùm anceps belli euentus: in quo tamen si ità prævaluerint peccata certamine, vestro regno defraudabitur, quod partes vtræque perdiderint. Nam quæcunque apud Recimerem, si amicus est, salua sunt cum ipso à vobis patritio possidentur. Cogitate pariter, quia benè causæ suæ ordinem dirigit, qui pacem priùs obtulerit. Hactenùs admirandus pontifex prosecutus, loquendi finem fecit.

Oratio eius ad Anthemium Imper.

2. Reg. 24.

Attende singularẽ eius prudẽtiam.

Cap. 13. Imperatòr ei respõdet.

Tunc alto trahens verba suspirio, princeps erigens oculos, ità orsus est: Quantùs inexplicabilis mihi, sancte antistes, aduersùs Recimerem causa doloris sit, quòd nihil profuerit maximis cum à nobis donatum fuisse beneficijs, quem etiam (quod non sine pudore & regni & sanguinis nostri dicendum est) in familiæ stemma copulauimus, dum indulsimus amori Reipublicæ, quod videretur ad nostrorum odium pertinere. Quis hoc nanque veterum retrò principum fecit vnquàm, vt inter munera, quæ pellito Getæ dari necesse erat, pro quiete communi filia poneretur? Nesciuimus parcere sanguini nostro, dum seruamus alienum. Nemo tamen hoc credat propriæ causa factum esse formidinis. nam in tanta circunspectione salutis omnium, solùm pro nobis timere non nouimus. Benè tamen apud nos compertum est, perire Imperatori laudem suæ virtutis, qui pro aliorum cautela non metuit. Sed vt tuæ venerationi ad liquidum conatus illius aperiamus, quotiès à nobis maioribus donis cumulatus est Recimer, totiès grauior inimicus apparuit. Quanta contra Rempublicam præparauit? Quantas externarum gentium per illum vires furor accepit? Postremò etiam vbi nocere non potuit, nocendi tamen fomenta suggessit. Huic nos pacem dabimus, hunc interitum sub indumento amicitiarum inimicum sustinebimus, quem ad fœdus concordiæ nec affinitatis vincula tenuerunt? Grandis cautio est, aduersarij animum

Filia Anthemij Imper. nupsit Recimeri.

mum cognouisse, & eum hostem protinùs sensisse, superâsse est. Perdunt semper deprehensa odia stimulos, quos occultata conceperant. Postremò si solitæ calliditatis astutia etiam te fefellerit, certamenque iam vulneratus assumat, me tamen statumque Reipublicæ tuis committo & commendo manibus, & gratiam, quam supplicãti & profuso per se Recimeri negare disposueram, per te primus exhibeo. Quis tibi enim excusare præsumat beneficium postulanti, cui oportuerat antè preces offerri? Hæc Imperator.

Imperator pacem facit ad sãcti antistitis supplicationẽ.

Cap. 14.

At venerabilis sacerdos: Gratias, inquit, omnipotenti Deo, qui pacem suam principis menti inseruit, quem adinstàr superni dominatûs vicarium potestatis suæ voluit esse mortalibus. Quibus breuiter narratis, discessit, festinans ad Liguriam reuerti, quoniam resurrectionis Dominicæ tempus instabat, per quod macerationis ieiuniorum cruce corporibus, carne frigida, spiritus hilaris recalesceret, dum à redemptore nostro moriendo mors vincitur, & fidelis spei cibis anima saginatur.

Ieiuniorum cruce macerãtur corpora.

Cap. 15.

De Tholosanis partibus aliquandò regrediens, singula sanctarum habitationum loca visitabat, vndè singulos vitæ flosculos decerpsit ex omnibus, quos in se boni germinis fomes insereret, & ad maturitatis tempus grauida pomis cœlestibus arbor adduceret. Crescente laudum cumulo, in eo humilitas pariter sentiebat augmentum. Igitur dum talibus se disciplinis & laboribus Christi & Dei nostri operarius exerceret, eccè ille quietis nescius, & scelerũ patrator inimicus magna dolorum incrementa conglutinat, & inquirit quibus virum integerrimum passionibus lacesseret. In eiusdem anni peribolo summa dæmonum turba de obsessis cœperunt clamare corporibus, flagris se & cruciatibus nimijs vt fugerent, sacerdote Epiphanio imperante, compelli. Quos ille, modica cum fletu oratione profusa, ad extima terrarum confinia transmittebat, ac diuersis vocibus eiulantes, meritorum suorum vrgebat imperio. Sed cùm talia iugiter per Christi gratiam faceret, nihil sibi de præsumptionum flatibus assumebat. Tollit enim illisboni meriti potentiam, quibus supercilium fidutia benignitatis attulerit. Sed quid frustrà gestio singulorum species laborum eius vel formas eloqui, dum quod non explicat possibilitas, præsumit affectus, datque terminum latiora opinantibus sermonis angustia?

Crescit inter laudes hominum eius humilitas.

S. Epiphanius profligat dæmones.

Cap. 16.

Cùm autem beatissimus cerneret pontifex, sarcina carnis abiecta, maturiùs se ad purum ætheris cubicularẽ fulgorem, læto animo ac vultu sereno, hymnis & canticis resonans, ad sedem suam cælestis anima remeabat. Illud itaque silentio præterire non debeo, quòd eius sanctæ reliquiæ vsque in diem tertium, quo cum summa veneratione reconditæ dinoscuntur, tanto lumine ac decore vestitæ cunctorum visæ sunt oculis, vt splendorem vitæ vultus signaret defuncti, & * depositam gloriam iamtunc percepisse gloriosum vas crederetur, in quo verè fuit thesaurus magni Regis inclusus. Quæ fuerunt ibi flumina lachrymarum, qui planctus silebo, nè post annosa curricula nouellum dolorem scriptor incutiam. Sed quæso iam temperemus à luctibus, contractam tristitia resoluamus frontem. Excelsa cum Deo possidet, cuius obitum mœremus in terris. Intelligo quòd nunquàm ad flentem flens benè veniat consolator. Hæc sancto patri & doctori peritissimo, idoneus affectu, non scientia impendi, vt aliquos de conuersatione eius flosculos relegerem, vt est longum iter agentibus in vsu positum, qui non omnes obuios consalutant. Tu mihi anima præpotens apud redemptorem tribue, vt pectore liber & cura vacuus, munda tibi sicut debentur præconia mundus exoluam.

Feliciter migrat é vita.

for. *repositam

Splendor ex defuncti corpore egreditur.

Author eum inuocat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA MARGARETÆ VIRGINIS SANCTISSIMAE APVD RAVENNATES, EX LIBRO OCTAVO *Hieronymi Rubei viri doctißimi de geſtis Rauennatum. quæ an in Sanctos ſit relata, compertum non habeo.*

Ianuarij 23.

PRAESIDENTE Eccleſiæ Dei Iulio ſecundo, ac imperante Maximiliano Cæſare, Rauennæ Margarita virgo ſanctitate vitæ & innocentia celebris deceſſit. Quæ in oppido Ruſſio, quod eſt Rauennatis ditionis, Lungipreſſum olim vocatum, ab vrbeque abeſt fermè millia paſſuum decem, ex Mollum familia orta, ab ipſis incunabulis, ſanctitatis ſpecimen præbuerat. Tres menſes nata, cæca facta eſt: cumque ad ſeptimum annum peruenisſet, carne & ouis abſtinens, extra dies Dominicos feſtos, in die ſemèl comedebat: quem viuendi modum per totum vitæ ſpatium non modò ſeruauit, ſed maximam partem confecit pane ſolùm & aqua. Quod eo durius videri poteſt, cùm nudatis ſemper inceſſerit pedibus: & nunquàm in lecto, ſed vel humi, aut in ſarmentorum faſcibus cubauerit: & ſæpiùs nocte, vt Deum ingeniculata precaretur, atque etiam vt cum dæmone, qui illi erat moleſtus, eamque aliquandò capillis trahebat, dimicaret: è lecto, ſi erat is lectus appellandus, perpetuò ſurrexerit. Cùm autem aliquot annos eo in oppido vixiſſet, in agrum, ad villam D. Pancratij ſe contulit, puellarum virginum conſuetudine plurimùm delectata, quas aſſiduè præcepta diuina, rectumque viuendi morem docebat. Indè Rauennam profecta, primùm apud D. Stephani ſacras virgines, deindè in domo, quam illi Laurentius Oriolus, agricola prædiues, eius diſcipulus, emerat, habitauit. Vbi per annos quatuordecim aſſiduè grauiſſimis morbis miſerè afflicta, præſertim cùm etiam à pleriſque eius ſanctitas & morbus irrideretur, multisque calumnijs nomen proſcinderetur, illuſtre fuit patientiæ exemplum: quos tamen ipſa irriſores & maledicos, vel, ſi poterat, amanter, vti deſiſterent, monebat, congerere enim ſibi peccata: vel, ſi id non dabatur, ſummis aſſiduisque precibus apud Deum veniam illis orabat: illudque admirabile omninò videbatur, eam inter tot morbos, calumnias, egeſtatem, quæ ſemper oppreſſa plurimùm fuit, hilari ſemper vultu, tranquilloque animo extitiſſe, ab omnique indignatione ſic alienam, vt qui perturbatam illam vnquàm viderit, repertus ſit nemo.

Patria Margaretæ virginis.

Abſtinentia eius & vitæ auſteritas.

Luctatur cum dæmone.

Grauiſſimis morbis quotidiè affligitur.

Patientia eius.

Non potuit tamen hæc tetra tot miſeriarũ procella, ſanctitatis lucẽ, quin emicaret, opprimere: nã cõplures, ex illius ore præceptisq; pendentes, Magiſtrã illam appellabãt, quòd eos ſanctiſſimæ vitæ exẽplis potiùs, quàm verbis excitaret ad pietatẽ & verũ Dei cultũ. In ea maximè, inter cæteras virtutes, miſericordia in eos qui peccabant, & benignitas illuxit: neque fuit vllus vnquàm, qui admirabili virtute, illius verbis atq; hortatu in miſerijs conſolatũ ſe, ac penè recreatũ, hilaremq; factũ non ſenſerit, & à peccatis viaq; perdita reuocatũ: quod cùm ſæpiſſimè accidiſſet, maximè tamen in nobili fœmina eſt viſum, quæ permota fama ſanctitatis, ad eã cùm veniſſet, multo auro, & veſtiũ elegantiũ ornamentis inſignis, eam vim Margaritæ ſermoni Deus tribuit, vt depoſito omni ornatu nobilis mulier, antequàm ab ea diſcederet, ſeſe Deo totam addixerit. Cùm verò illi Ariminũ proficiſcẽti, vniuerſus populus, ſacratiq; viri obuiàm proceſſiſſent, & mulierẽ ſanctã appellarent, & venerarentur, facile dictu nõ eſt, quàm illa id ægrè tulerit: cumq; aſſiduis illorũ precibus coacta, illis benedixiſſet, confeſtim abſoluto, ob quod venerat, diuino negocio, mortales honores fugiẽs, Rauennã cõuolauit. Vbi multa diuinitùs vaticinata eſt, ipſamq; præſertim vrbis depopulationẽ, quam Galli inſequentibus annis fecerunt, &, vt reliqua omittã, id vnũ conſcripſerim, quòd cùm Gentilis, mulier ſibi chariſſima, ad eã quandoque conſulendi cauſa acceſſiſſet, neq; tamen poſſet, quòd de Deo offendiſſet loquentẽ, ex verbis attamen illius, quę ad Gentilem in eodem ſermone conuerterat, Gentilis nouit, Margaritã animi ſui ſenſum ac voluntatem, propter quam venerat, Deo indicante, perſpectam habuiſſe: &, ijs qui aderant nequaquam ſentientibus, occulta verborum ſignificatione, conſilium præbuiſſe.

Nõ fert laudes hominũ

Prædicit futura.

Facie quandoq; ab eadẽ Gentili ità fulgere viſa eſt, vt eam intueri aduerſam non poſſet.

poſſet. Tãto ſenſũs ſtupore prædita, vt multorũ annorũ ſpatio ſuauitatem cibi non ſentiens, ingẽti moleſtia, tantùm nè moreretur, cibo vſa ſit. Cacodæmone agitatos, quos decẽ vix homines retinere & cõpeſcere poterãt, ipſa manu appræhẽſos, & nequaquàm obſiſtẽtes, diuina virtute, abire cacodæmone iuſſo, liberauit. Hydrope laborãtem puerũ ſolo manũs contactu, cùm Deũ eſſet pro ſanitate illius precata, incolumem remiſit. Leonẽ Gentilis filium, pedibus cõtortis, ſic vt ambulare nequiret, natum, ſanauit. Sed talia ſi narrare velim, nimiùm lõga traheretur oratio: ipſorum enim relatu latiùs patẽt, qui teſtes, iuſſu Pauli tertij Pont. Max. poſtulãte Friderico Gonzaga, Duce Mãtuano, Rauennæ, his de rebus, ab Iohanne Franciſco Petitto, vrbis Moderatore, quæſtione habita, hæc, quæ modò nemorauimus, multaq; prætereà, anno ſeſquimilleſimo trigeſimo ſeptimo iurati narrauerunt: id curantibus Petro Andriolo, Roberto Aldrouãdino, Vbertello Gordio, Iohanne Franco, Marco Antonio à Portu, & Aloyſio Pritello, qui tum Rauennatẽ ſapientum Magiſtratum gerebant. Verùm illud ſilentio non inuoluerim, quod Antonius Blanchinus Ruſſianus refert, vxorem ſuam tenuioris inteſtini morbo, in quo ſtercus ſuperiora petebat, quique à medicis exitialis putatur, octauum iam diem laborantem, cùm pro illius ſanitate Deum hæc virgo precata eſſet, ſanitati protinùs reſtitutam: Barnabam quoquè, Paſquæ Rauennatis, quæ vxor Aloyſij Merlini fuerat, patruum, cæcum factum, viſui reſtituit.

Multa operatur miracula.

Aegra curatur.

Item cæcus.

Cùm verò tandèm tres & ſexaginta annos nata, in febriculã incidiſſet, ipſa mortem præſentiens, plurimùm de rebus diuinis lõcuta: cumq; ad extremũ eſſet, aſſurgẽs, animã exhalauit: feruntq; Gentilẽ teſtari ſolitam, tunc ſe cælites vidiſſe, qui ad magiſtræ migrantẽ ex corpore animam accipiendam, acceſſerãt: Ob idq; in extremo ipſam venerabundam aſſurrexiſſe. Fuit is annus ab ortu Chriſti quintus ſupra milleſimũ quingẽteſimum, decimo Calẽd. Febr. Per duos dies cadauer ſanctũ inſepultum ſeruatũ eſt, quo tempore, cùm ſudore facies tãquàm rore madeſceret, Gentilisq; aſſidua magiſtræ comes, linteolo, quo ad emũgendas nares vtimur, deterſiſſet, linteolum ad ignem exiccatum, violarũ ſuauiſſimum odorẽ afflauit, qui multis etiam deindè annis in eodem linteolo permãſit. Sepulta eſt Rauennæ in D. Apollinaris noui, ſepulcro ſatis ignobili: quod cùm poſterioribus annis dirutum eſſet, Laurẽtius Oriolus, qui illius conſuetudine ac monitis plurimùm profecerat, maximeq; eam venerabatur, id putans propterea contigiſſe, quòd alibi ſepulcrum ſibi virgo delegiſſet, venia ab eius loci ædituis impetrata, oſſa, ſumma veneratione in ſacco collocata, aſello impoſuit, Deũ precatus, eamq; virginẽ, vt quo ſepeliri vellet, ire aſellũ iuberent. Aſellus, nullo ſtrepitu, ſignóve impulſus, rectà per eum vicum, cui Plateæ maiori nomen eſt, ad vrbis muros progreſſus, dextrorſùm flectẽs, per Vrſianam portam, occidente iam ſole, egreſſus eſt: indè per ſuburbium, ſecundùm Vitim amnem, cùm aliquãtulùm proceſſiſſet, ſecundo ab vrbe lapide amnẽ traijcit, ſemperq; obſtrepẽte nihil Laurentio, ſed ingenti religione ac veneratione myſteriũ cõſiderante, progrediens, ad Montonem amnem cùm peruenisſet, illum etiam haud procùl ab D. Marci tranſmittẽs, viam ſecundùm flumen arripit: cuius cœpti itineris, non mediocris ad virum pium, qui rem tacitus cõſiderabat, lætitia peruenit, quòd putabat fore, vt ad ſuæ gentis ædiculam, quorsùm ibat, indè haud procùl, deferendum cadauer eſſet. Sed ibi cùm peruenisſent, non perſtitit aſellus, at progreſſus ad D. Pancratij ſe contulit. Iamq; multum noctis tranſierat, & ſub arbore ſatis ingenti, quòd non procùl aberat ab eius templi valuis, magnus niteduларum numerus conuenerat, quæ tantum afferebant lucis, vt miraculum iudicari facilè potuiſſet. Ad hunc ſe locum aſellus contulit, ibique cùm perſtitiſſet, pedem ampliùs non extulit. Vir pius ob id intelligens, virginem ſanctam decreuiſſe cum ſibi ſepulturæ locum, foſſa facta, tumulo oſſa compoſuit, humoque obruit: & confeſtim nitedulis cuaneſcentibus, nox intempeſta tenebras ſuas offudit. Multa poſterioribus temporibus, ad hanc diem, illi nuncupatis votis mirabilia impetrata ſunt, quæ noſtri inſtituti non eſt referre: cùm hęc, Seraphinus Firmanus, Canonicus Lateranenſis idem & Portuenſis, vir eloquentia & doctrina, vitæque integritate pręſtans, in commentariolo, quem ſcripſit de huius virginis & Gentilis vita, latiùs expreſſerit.

Odor ſuauiſſimus emanat ex ſudario eius.

Miraculum in tranſlatione corporis eius.

Item ſigna ad ſepulcrũ eius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA S. BATHILDIS FRANCORVM REGINAE, SCRIPTA AB EIVS AEQVALI, QVI TAMEN nomen suum subticuit, nisi fortè librariorum incuria suppressum est. ex MS. codice monasterij Rubeæ Vallis.

PROLOGVS

REligiosa vita viduarum quanto est meritis clarior, tãto est voce celebriori populorũ laudabilis: quia dum illæ bonæ cõuersationis exemplum cæteris tribuũt, in laude sua linguas excitant singulorum. Gloriosæ igitur viduæ & religiosæ fœminę atque optimæ reginæ, dominæ Bathildis vxoris quondàm domini Clodouei Francorũ regis inclyti, virtutes & merita recolentes, redemptorem nostrum Iesum collaudemus, qui in sanctis suis semper mirabilis esse dinoscitur: & non solùm per viros viam iustitiæ nobis patefecit, verumetiam per fœminas exempla nobis religionis atque cunctis se amãtibus ostendit. Deo enim nostro semper cura est de omnibus, & neminem horum vult perire, quos redemit proprio sanguine. Nam sanctos in sanctitate hortatur permanere, & peccatores à malis operibus discedere, ac bonis actibus inhærere, vt ad cælestem patriam possint peruenire. Quod intelligens venerabilis domina, solicitè adimplere studuit: erat enim religiosæ & Deo multùm deuota, & ecclesiarũ pauperumq; curam gerens, cum magno vigore animi viriliter gubernauit palatiũ, & irrepræhensibiliter regnũ moderabatur Francorum, adeò vt ab omnibus pontificibus ac proceribus cunctoque populo regni sui, meritis ipsius exigentibus, miro diligeretur affecto. Cuius præconium, tam pro suî sanctitate, quàm pro sanctorum de eadem * cognatione descendentium affinitate, huic paginæ sub brevitate inserere dignum duxi.

Psal. 67.

Deo de salute omnium semper cura est.

al.* ppagine

VITÆ HISTORIA.

CAPVT I.

Ianuarij 26. secundùm martyrologia, aliàs verò 30. Ian.

BEATA siquidem Bathildis nupèr in puellari ætate de partibus transmarinis diuina prouidentia deprædata, & vili precio sed incomparabili commercio venundata, huc aduenit ipsa preciosa & optima Dei margarita, atq; à principe quodam Francorum viroq; clarissimo Erchinoaldo, qui tunc palatium gubernabat, dinoscitur esse recepta. In cuius ministerio ipsa adolescens ità decentissimè conuersata est, vt eius honesta conuersatio & admirabilis conditio tam principi quàm & omnibus eius ministris complaceret. Erat enim animo benigna & moribus omnibus pudica, sobria, prudens & amicabilis, nulli machinans malum. Non leuis in eloquio, non præsumptuosa in verbo: sed cuncta opera sua honestissimo moderabatur ingenio. Claro nanque sanguine, licèt alterius gentis seruiret obsequijs, progenita Saxonum demonstrabatur. Erat prorsùs forma corporis grata, & omni adspectu decora, vultu hilaris & incessu grauis. Talemq; se in omnibus, vt eã decebat, exhibuit, quo prædicto iudici principum gratissimè placeret, & gratiam in oculis eius inueniret: cui instituit, vt sibi pocula porrigeret, & vt pincerna honestissima sæpiùs præsens eius ministerio adstaret. De cuius dignitatis gratia nullam habuit extollentiam: sed potiùs in humilitate fundata, omnibus erat suis consodalibus obediens & amabilis, honore congruo ministrans senioribus, ità vt de earum pedibus calceamenta detraheret, & ipsa detergeret manibus atque diligeret, aquam quoquè ad lauandũ afferret, & vestimenta earum festinanter pararet: & hoc absque murmure, bono & * proprio animo exercebat. Ex qua eius nobili conuersatione, maxima ei inter socias laus atque amor accreuit, & intantùm felicem famam promeruit, vt pro matrona quam suprad. eidem principi Bathildem honestissimam virginem in toro maritali sibi sociare. Quam rem apertè (iam illustrata diuina gratia) virgo beata intelligens, latenter & studiosè ab eius se subtraxit adspectibus. Cùm itaque vocaretur ad principis culum-

Egregia dona, genus, & patria S. Bathildis Reginæ.

for.* pròpto

Ab Erchinoaldo in coniugẽ adoptatur.

culũ, secretò se vt sagax puella abscondit in angulo domatis, & subiecit se vilibus panniculis, vt nemo putaret illic aliquem latere potuisse: atq; vt prudens virgo & astuta iamtunc honores vanos fugiens, & humilitatem ac castitatẽ diligens, tentabat, vt poterat, humanũ deuitare torum, quatenùs mereretur ad spiritalem cælestemq; peruenire spõsum. Sed & illud proculdubiò agebatur diuina prouidẽtia, vt princeps eãdem tũc quæsitam minimè inueniret, quatenùs ad cõiugium sibi aliam sociaret. At postquàm idẽ dux alteri nupsit, tandèm Bathildis puella quæsita & inuenta, sed à prædicto principe minimè est cõtacta. Nutu diuino factum esse creditur, vt, quæ principis nuptias deuitauerat, posteà Clodoueum Dagoberti quõdàm regis filiũ in * coniugium acciperet, & merito humilitatis ad altiorẽ gradum eam attolleret. In quo diuina dispẽsatio eandẽ honorare decreuerat, vt, dum regis ministrũ contẽpserat, ad regis copulã peruenire, atq; ex ipsa regalis progenies procederet. Quod ideò peractũ est, sicut omnibus patet, vt ipsa, quę erat ex regali progenie, regiã sumeret copulã, regalẽq; gigneret sobolẽ. At ipsa, collata sibi à Deo prudẽtiæ gratia, vigilãti studio & regi obtẽperabat vt domino, & principibus se ostendebat vt matrẽ, sacerdotibus vt filiã, iuuenibus siue adolescẽtibus vt piã nutricem: eratq; amabilis omnibus, diligẽs sacerdotes, vt patres, monachos, vt fratres, pauperes, vt domesticos: peregrinos, vt filios (quia & ipsa peregrina fuerat) amplectebatur. Viduis, orphanis & pupillis subsidia vitę ministrabat, & omnibus omninò debilibus opẽ ferebat. Iuuenes quoq; ad religiosa studia exercẽda semper commonebat, ac regi humiliter assidueque pro ecclesijs & pauperibus suggerebat. Iam enim sub seculari habitu Christo militare cupiẽs, frequentabat orationẽ, quotidiè commendans se cum lachrymis Christo Regi cælesti. Cui ipse rex pius consulens iuxta fidem & deuotionem eius, vt pleniùs hæc, quæ mente conceperat, perficeret: venerabilem virum Genesium Abbatem ad subleuamen ac supplementum adiutorij contulit. Per cuius manus ministrãs ipsa sacerdotibus & pauperibus, pascebat ipsa egenos, & induebat vestibus nudos, studioseque sepeliri ordinabat mortuos. Dirigebat quoquè per ipsum ad cœnobia virorum & sacrarum virginum auri vel argenti non modica pondera. Quæ omnia isdem Dei famulus Genesius, qui posteà Christo largiente Lugduno Galliæ est ordinatus Episcopus, suscipiebat: tũc enim in palatio Francorum erat assiduus. Per ipsum siquidem, vt diximus, ipsa beata mater Bathildis vnà cum regis Clodouei imperio, de cuius prosperitate & sanitate indeficienter solicita erat, suggerente etiam prædicto Dei famulo, multis pauperibus loca per diuersa pro vita regis largissimam distribuebat eleemosynam.

Abscondit sese, nè fiat eius vxor.

al.* coniugem Clodoueus 2. Rex eam ducit vxorẽ.

S. Genesius Lugdunen. Archiepiscopus.

CAP. II.

INterea dominus rex Clodoueus vir eius, gratia euocãte diuina, xvij. regni sui anno rebus exẽptus humanis migrauit à seculo: relictaq; sobole filiorũ cum matre, susceptit ilicò filius eius Lotharius rex, Francorũ regimen. Et suffragantibus præcellẽtissimis principibus Chrodoberto Episcopo Parisiaco, & domino Audoẽno Rothomagẽsi, seu Ebroino maiore domûs cum reliquis senioribus vel cæteris quamplurimis regni honorem quærentibus, ad regimen Francorũ in pace constituitur. Austrasij quoquè pacifico ordine, faciente domina Bathilda, (per consiliũ quidem seniorum) receperunt filium eius Childericum regem in Austrasiam, factiq́ue sunt Burgundiones & Franci ex illo tempore vniti. Et credimus quia, Deo gubernante, iuxta dominæ Bathildis magnam fidem accidit, vt ipsa tria regna, quæ anteà dissidebant discordia, tunc inter se tenerent pacis concordiam.

Istius S. Audoẽni vita habetur 4. Tomo, 24. Augusti.

Meritis S. Bathildis pax redditur Francis.

CAP. III.

FActũ est prętereà per eã nutu Dei, exhortãtibus sacerdotibus, vt hęresis Simoniaca, quę prauo vsu maculabat tũc Ecclesiã Dei, (dando scilicet contra instituta Canonũ pro adipiscẽdis & cõferendis episcopatũs vel presbyteratũs seu reliquorũ ordinũ gradibus præmiorũ munera) à catholicis viris pelleretur penitùs, & hoc impiũ nefas prohiberetur, nè vllus præsul pro percipiẽdis vel dãdis sacris gradibus daret aliquid aut acciperet. Ordinauit etiã, immò per eã Dominus, vt & alia pessima cõsuetudo cessaret, pro qua multo plures homines filios suos magìs mori quàm nutrire optabãt, dum de eis videbãt exactiones fieri, publicaq;, ex antiqua cõsuetudine, mala vrgebãtur accipere, vndè grauissimũ rerum suarũ patiebãtur damnum. Quam nequissimę cupiditatis auaritiã ipsa pietate plena pro mercede ęternę retributionis prohibuit, & vt in perpetuũ seruaretur legibus tradidit: ex quo facto co-

Damnat Simoniacos & Giezitas.

Odit oẽm auaritiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quantũ pro construendis monasterijs concesserit diuitiarum.

piosa merces valdè à Domino reddita ei manet. Quis enim valet enarrare, quãta & quàm magna cõmoda per religiosorũ cœnobia virorũ & sacrarũ virginũ largiẽdo integra prædia, & syluarum aditus ad cellulas seu monasteria construẽda cõcessit? Cui etiã non videbatur liberalitas magnarũ rerũ quas per diuersa cœnobia conferebat ad votũ sui desiderij esse sufficiens, si nõ & ipsa inter cæteras & peculiares Dei casas monasteriũ construeret, quod cælũ esset adspiciens. Pro qua re iam quasi pelagus seculi calcans, cœnobiũ Kalense sanctimonialiũ virginũ in pago Parisiaco, vnda circunfluente Matronæ fluminis decẽtissimè ædificauit. Quẽ locum villis affluentissimis & quampluribus cum earũ redditibus amplificauit & exornauit, & in potestate sub religione ibidèm viuentiũ sacrarũ virginum tradidit: quarũ quidem vocabula propter tædiũ quorundã legentiũ reticui. Illud verò inferere curaui, quod rectoribus eiusdẽ loci valdè timendũ est. Nam præceptũ super ijs constituit, & manibus proprijs ac filiorũ consignauit, ac regum sigillo roborauit: In quo testamento interminata est per inuocationẽ sanctæ Trinitatis & diẽ tremendi iudicij, vt nemo per succedẽtia tẽpora rector quilibet eiusdem loci quicquã de ijs villis, quas in vsus diuersos eiusdẽ cœnobij habitantiũ contulerat, subtraheret, aut beneficiarios exindè haberet: quod si fecisset, pœnis infernalibus cũ Iuda traditore nequissimo & cupidissimo afflictus sine fine puniretur. Ipsumq; testamentũ, qui quæsierit, in archiuo eiusdem ecclesiæ reperiet. In hoc etiam cœnobio venerabilẽ religiosamq; valdè Dei famulam Bertiliã, quam ex monasterio Iodro euocauerat, in locũ matris primã constituit. Vbì & ipsa acceptabilis Deo & electa margarita Bathildis deindè conuersari sub integræ religionis regula, & in pace quiescere decreuit, quod in veritate, prout tempus posteà permisit, deuota voluntate compleuit.

Construit Calẽse monasterium.

Non vult vt bona monasterij quouis modo alienentur.

CAP. IIII.

Psal. 67.

PRætereundum quoq; non est, quia ad laudem Dei pertinet quicquid in sanctis suis & electis mirabiliter operatur, sicut scriptura dicit: Mirabilis Deus in sanctis suis. Cuius quidem Spiritus paracletus est cooperator interiùs per bonam voluntatem, dando præcepta vitæ æternæ, vt scriptum est: Omni volenti bonum Deus cooperator est & administrator. Quod vtiquè in ista sacra & clarissima, vndè sermo agitur, domina Bathilde veraciter ac liquidò claret ostensum. Vt enim vera loquamur, neque nostra neque cuiuslibet, vt arbitror, lingua, omnia eius, quæ operata est, bona, in consolationibus pauperum, in ædificijs & adiutorijs ecclesiarum Dei, in opportunitatibus omnium indigentium, vel qualia aut quanta in incommoditatibus commoda exhibuerit, enarrare valet.

Omni volẽti bonũ Deus administrator est.

CAP. V.

Extruit Corbiense monasterium.

NEc illud etiam est reticendum inter præcipua quæ fecit, quòd monasterium, cuius vocabulum est Corbeya in pago Ambianensi suo opere fundorenùs struxit, ac deuotum gregem monachorum inibì esse constituit. Vbì & venerabilis vir dominus Theodofredus nunc Episcopus, tunc verò Abbas magno gregi fratrum præfuit, quem de Luxouio monasterio præfata domina Bathildis à reuerendissimo viro Vualberto Abbate expetiuit, & ad prædictum fratrum cœnobium condirexit. Ipsum autem monasterium sicut à fundamento, ità villis & prædijs omnibusq; sumptuum necessitatibus fundauit & ornauit. Quo in loco eius memoria, vt decet, venerabiliter recolitur, atque laus eius, quandiù in hac valle plorationis spiritus humanos rexerit artus, canetur. Domino etiam Philiberto Gemmeticẽsis monasterij Abbati, magno & religioso viro, syluam magnam exfisco, vbì ipsum cœnobium fratrum situm est, magnaq; munera & pastus de fisco dominico ad ipsum monasterium construendum concessit. Multa quoquè talenta argenti vel auri domino Laygoberto Curbionensis monasterij Abbati cum villa quadam, cuius vocabulum à memoria recessit, ad opus seruorum Dei illic habitantium contulit. Sed & ipsum regale, quo cingebatur, cingulum à sacris lumbis abstulit, fratribusq; in eleemosynam dedit, totum hocagens & dispensans benigno animo & hilari, sciens scriptum: Quia hilarem datorem diligit Deus. Talìter ipsa beata anima thesaurizabat sibi ex terrenis pecunijs thesaurum in cælo, vbì fur non appropiat, nec tinea demolitur. Similiter & ad Fontinellam & Logium plura concessit beneficiorum compendia. Ad Luxouium etiam & ad reliqua Burgundiæ monasteria villas perplures ad integrum concessit, & pecuniam innumerabilẽ direxit. Ad Iotrũ quoq; monasterium, vndè sacras virgines cum præfa-

Theodofredus primus Abbas Corbiensis.

2. Cor. 9.

Matth. 6.

præfata domina Bertilia Abbatissa ad cœnobiũ Kalense direxit & accersiuit, villã nouãm sitam in pago * Vermadẽsi cum pluribus alijs muneribus, quibus ipsum locum honorauit & ditauit, deuotè contulit. Monasterij quoq; sanctæ Faræ non immemor fuit: quia villã quandam cum sæpè datis muneribus ac largissimis donis eidem delegauit. Ad basilicas, necnõ & ecclesias, seu ad monasteria sanctorũ virorum sacrarumq; virginũ Parisiacæ vrbis villas laudabiles ac multas condonauit, & muneribus plurimis amplificauit. Sed, vt diximus, enarrare nõ valemus vel media dicere per singula, quæ ipsa Dei cultrix & amatrix in omnibus, put potuit, perfecit bona. Nunq; ab ea defuit bonũ, quia Deũ amabat ac summo studio diligebat illum.

for. * Viromandensi

Multas villas, syluas, & prædia monasterijs confert.

CAP VI.

PRæterire verò non debemus, quòd per præcipuas sanctorum basilicas, almi scilicet Dionysij, & diui Germani, beati Medardi, sancti Petri, ac domini Aniani, & sancti Martini, vel vbicunquè eius potuit dinosci notitia, pontificibus seu abbatibus suadẽdo pro zelo Dei præcepit, & epistolas eis direxit, vt sub sancto Regulari ordine fratres in ipsis sanctis locis cõsistentes castè & sobriè viuere facerent. Et vt in hoc libẽtiùs acquiescerent, priuilegium eis religionis firmari à filijs fecit, & immunitates concessit, vt meliùs eos delectaret pro rege, & pace, summi Regis Christi clementiam exorare.

Præcipit vt regularis disciplina in monasterijs seruetur.

CAP. VII.

ILlud etiam cõmemorandum est, quod ad mercedis eius cumulũ pertinet: quia captiuos homines Christianos vẽdere prohibuit. Deditq; præceptiones per singularũ vrbium regiones, vt nullus in regno Francorũ captiuum hominẽ Christianum penitùs in aliud regnũ transmitteret. Dato etiã iustæ remunerationis precio plurimos captiuos redimi præcepit, & quosdã liberos relaxauit, quosdã verò cum religionis habitu sub regula in monasteria transmisit. Præcipuè aũt de gente sua viros & puellas, quas ipsa nutrierat, sicut semetipsam Deo commendauit, & cœnobialem vitam ducere instituit. Quantos autem; maximè domesticos, de vtroque sexu blandiendo inducere potuit, eos per sancta monasteria commendauit, & vt pro se, viroque defuncto, ac filiorum salute, necnon & regni pace, pium Dominũ exorarent, præcepit. Tantam enim gratiam diuina clementia eidem concessit, vt suasione proficua, & eruditione magnifica multos à seculi vanitate depressos abstraheret & sub iugo Christi, quod leue est, supponeret. Et verè adoptabat illa claritate frui, quam angelus Danieli de iustitiæ eruditoribus dixit: Quoniam qui eruditi multos ad prudentiam, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates.

Benignitas eius erga captiuos.

Multos seculo euocatos, monasterijs offert

Matth. 11.

Dan. 12.

CAP. VIII.

BAsilicas quinetiã sanctorũ Apostolorũ Petri & Pauli Romæ positas, propter eorum amorẽ, decentissimè muneribus honorauit: sed & Romanis reclusis & pauperibus sæpiùs largissima dona direxit. Crescebat enim quotidiè eius sancta deuotio, & omnimodis satagebat vt cœnobialẽ vitã in monasterio, quod ipsa ædificauerat, duceret: &, vt animo, ità & corpore ibidèm subsistere potuisset. Sed primores & proceres Francorũ differebant, maximè quia eius sapientia palatium regebatur, & pro sua sancta conuersatione ab omnibus amabatur. Quodq; votũ minimè adimplere permisissent, nisi cõmotio quædã accidisset de misero Sigebrãdo Episcopo, cuius superbia inter Frãcos meruit mortis ruinã. Exindè ergò orta cõtentione, dum ipsum contra volũtatem eius indiscussum, & cõtra legem interfecerunt, meruentes nè hoc ipsa beata regina contra eos grauiter feriret, ac tale malum tãtumq; nefas vindicare vellet, quod anteà amore temporali fieri non permittebant, iam timore legis iudicialis perculsi, vt desiderium optatum perficeret, suadebant. Et fortassè dubium non est, quòd hoc callidè & nõ bono animo ipsi principes permiserunt: attamen ipsa domina, Dei gratia illustrata, considerabat quòd hoc non tam eorum consilijs, quàm Dei fuisset dispensatione factum, quatenùs eius sancta deuotio per quamlibet occasionem Christo gubernante esset adimpleta. Deducta igitur ab aliquibus seniorum principibus, venit ad præfatum monasterium diù desideratum Kalam, ibique ab ipsis sanctimonialibus, vt decebat, honorificè & satìs admirabiliter in congregatione recepta, gratias egit Deo omnipotenti, qui eam sub vmbra protectionis suæ susceperat, & ad portum suæ voluntatis perduxerat. Habuit intereà non modicam contra eas querelam quas ipsa dulciter enutrierat: qua pro causa, falsò ipsę eam habebant suspectam, vel etiam pro bonis mala ei re-

Sigebrandi Episcopi cædes.

S. Bathildis fit monialis in suo Calẽsi monasterio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pendere tentabant. Sed & hoc conferens cũ sacerdotibus, citiùs eis clementer cuncta indulsit, & vt ei econtrà ipsę eandem commotionem indulgerent supplicauit. Atq; hic postmodùm pacis amor inter ipsas, Domino largiente, plenissimè restitutus fuit & permansit. At verò ipsa beata mater, pijssimo affectu diligebat sorores vt proprias filias, & sanctæ, quam sibi præfecerat, Abbatissæ obediebat vt matri, omnibusque, vt non dicam domina, sed sicut sagax ancillula, sancta deuotione ministerium obsequij exhibuit. Ità autem humilitatis magnæ forti animo omnibus ministrabat exemplũ, vt ipsa quoq; in officio coquinæ ministraret sororibus, ipsa munditias omnes faceret, &, quod maius dicam, ipsa purissima margarita inquinamenta stercorum proprijs manibus mũdaret. Quæ quidem cum gaudio, & lęto perficiebat animo tam humile seruitutis obsequiũ pro Domino, quem nouerat dixisse: Non veni ministrari, sed ministrare. Quis enim crederet quòd sublimitas tantę potẽtię ità vilissimis administraret rebus, nisi ei hoc magnus Christi omnimodò concessisset amor? Insistebat itaq; assiduè orationi deuotæ, cum lachrymis: & diuinam lectionem sæpiùs frequentabat: consolationem continuã per sanctam exhortationem & frequentem visitationẽ infirmis impendebat. Studio enim charitatis cum dolentibus dolebat, & cum gaudentibus gaudebat, ac pro debilibus & infirmis, vt consolationis subsidium animę & corporis eis administraretur, sępissimè domino Abbatissæ humiliter suggerebat. Cuius petitioni ipsa, vt pia mater, admirabiliter cuncta præstabat: quia reuerà erat eis secũdùm Apostolicã institutionẽ cor vnum & anima vna. diligebant enim se inuicèm tenerè & plenissimo in Christo amore.

Charitas & obedientia eius.

Humilitas.

Matth. 20.

Oratio.

Rom. 12.

Act. 4.

CAP. IX.

COepit intereà ipsa domina Bathildis corpore infirmari, & viscerũ incisione, pessimo infirmitatis vitio (quod medici Ileos vocãt) grauiter laborare. Et nisi medicorum peritia ad studium subuenisset, penè defecisset. Attamẽ, licèt per tenera membra vi doloris torqueretur, semper cælesti medico, qui subuenit in tribulatione laborantibus, sancta & pura conscientia gratias non cessabat agere, à quo fidenti animo credebat præmia æterna percipere. Atq; semetipsam præbens omnibus humilitatis magnę exemplum, studebat sororibus formã pietatis, subiectionis & humilitatis ostendere, conferens sæpè cum matre monasterij, vt regẽ & reginam siue proceres cum digno honore eulogiorũ obsequijs visitaret: quatenùs, sicut decentissimũ erat, ipsa domus Dei, bonam famam, quam acceperat, nõ amitteret, sed ampliùs semper in affectu charitatis cũ omnibus amicis, ac validiùs in Dei nomine & proximi dilectione permaneret, vt scriptum est: Oportet & testimonium habere bonum ab his qui forìs sunt. Præcipuè autem pauperum curam & hospitum summo studio, pro misericordia & dilectione prædictam matrem cõmonebat habere. Pro Christi verò nomine salutis monita ipsa suscipiebat, & alacri & bono animo, quęcunq; ei iniungebantur, omnia adimplebat. Sicq; in talibus, secũdùm quod ei à sępè memorãda domina Bathilde suasum est, quandiù prefata domina Bertilia Abbatissa vixit, adimplere nõ cessauit, relinquens posteris exemplum, vt memoria eius maneret in seculum seculi, & nomen eius exaltaretur in gloria.

Omnibus præbet sanctæ vitæ & conuersationis exemplum.

1. Tim. 3.

Affect⁹ eius erga pauperes & hospites.

CAP. X.

IGitur appropinquante dominę Bathildis obitu, visio præclara, & ei conueniens fuit ostẽsa. Scala siquidem recta videbatur adstare ante altare sanctæ Mariæ, cuius culmen cælos cõtingebat, & quasi Angelos Dei benignè comitantes, cum ipsis eadem sancta Bathildis secreta cælestia sese penetrare conspexit. Verè beata, cuius itineri Angeli comites erant. Eccè scala, quam (dum viueret) erexit in cælum: eccè socij angeli, quos, bonis operibus inhærendo, acquisiuit amicos: eccè gradus scalæ, quibus transcẽsis, peruenit ad Christũ diù desideratũ, qui assc̃endit super omnes cælos. Ex hac ergò reuelatione patẽter datur intelligi, cp̃ sublimia eius merita, videlicet patiẽtia & humilitas, cæteræque, quas toto animo dilexerat, virtutes eã ad celsitudinẽ ęterni Regis, & ad præmij coronã citiùs remunerandam perductæ erant. Qua ipsa sancta mater comperta visione, cognouit se quantocyùs à corpore esse migraturam, & illuc, vbì iam olim thesaurum recõdiderat optimum, esse peruenturam. Hoc verò sileri à sororibus, quæ conscię huius mirabilis visionis fuerant, præcepit, nec matri monasterij vel cuique sorori hæc visio manifestaretur, nè materia tristitia deficerent, donèc euocatio diuina animam eius sanctam à corpore susciperet. Inter hæc itaque gaudia posita, pia & alacri mente magis ac magis

Visio eius ante mortẽ.

Non vult vt visio cæteris sororib⁹ manifestetur.

insistere precibus cœpit, & semetipsam cum cordis contritione humiliter cælesti regi Domino Iesu Christo commendare attentiùs nõ destitit. Occultabat autem, inquantùm poterat, vim doloris, sed exhortabatur & cõsolabatur dominam Bertiliam reliquasque sorores, edocens se aliquantulùm ab infirmitate, qua nimiùm grauabatur, conualescere, dissimulans futuram, vt poterat, tristitiam, quæ posteà ijs, quæ de vita eius confortabantur, subitò & insperatè aduenit. Cumque iam ipsa felix & sancta mater corporis sui sensisset finẽ esse soluendum, ilicò mentem sanctam (sicut semper solita) cum manibus & oculis ad cælũ erigens, conditorẽ suum animã, quã creauit, vt ipse reciperet, orauit: nè de ea gauderet inimicus, qui omnibus bona volentibus semper est infestus. Gregem quoquè eiusdem sancti cœnobij vt ipse æternus pater à faucibus rugientis leonis eruet deprecabatur, & vt fluxus & fluctus labentis seculi impolluto calle transiret, exorauit: quatenùs vasa, quæ sibi sacrauerat, à sordidissimis draconis squamis erepta, mũda & immaculata mundis Angelis, quibus castitas semper amica est, coaptaret. Certa deniquè facta de beatæ retributionis præmijs, virtute qua potuit prohibuit sibi assistentes nè alijs sororibus foris degentibus hæc innotescerent, sed neque dominæ Abbatissæ, quæ valdè infirmitate grauabatur, nè fortè mole magnitudinis tristitiæ absorpta, vita simul & corpore periclitaretur.

Oratio eius sub mortẽ.

Castitas Angelis amica.

CAP. XI.

HAbebat prętereà ipsa domina Bathildis quandam infantulam, quam ex fonte sacri baptismatis susceperat: supra quam apud misericordiam altissimi fudit preces, quatenùs eandem ipse ante se reciperet, ipsaque eam infantulam tumulari cerneret. Quod & celeriter obtinuit. Nam eadem hora anima infantulæ à corpore exijt, &, vt beata Bathildis postulauerat, ad tumulum præcessit. Post hęc consignans se confidenter, & pios oculos ac sanctas manus ad cælum eleuans, sanctã illam animam à corporis vinculo in pace resoluit. Statim autem diuinus splendor in ipso cubiculo clarissimè coruscauit, & cum ipso lumine ab angelorum choro (obuiante sibi fidelissimo amico Genesio scilicet Episcopo, qui visus est adstantibus inter agmina angelorum) glorioſa & sancta illa anima accepta, atque, vt magnum eius exigebat meritum, remigio alarum eorundem Angelorum ac manibus in cælum eleuata, gaudet sine fine, cum electis & sanctis omnibus mansura. Paulisper autem sorores quæ aderant, quæque talibus diuinis mysterijs intererant, doloris gemitum cum repressione lachrymarum, vt ipsa iusserat, silentio conticuerunt, & tantùm sacerdotibus, qui eius beatissimam animam, licèt eam haberet receptam, Domino commendarent, secretò denunciauerunt. Cuius sanctum obitum continuò venerabilis Abbatissa Bertilia & cuncta congregatio cognoscẽtes cum magno fletu requirere cœperunt, redarguendo quòd eis cognitus non fuisset exitus tantę matris, tamque beatæ animæ hora, vt & ipsæ ijs mysterijs interessent, quibus illæ se dicebãt cum participatione luminis & claritate Angelorum præsentes fuisse. Dolebant quoquè grauatę gemitu, quòd non quasi immutata, sed tanquàm rapta fuisset ab eis desiderabilis gemma omnibusque gratissima. Omnesq; obstupefactæ, pariter sunt prostratę super humũ ilicò, & multis ibì profusis lachrymis cum immenso doloris gemitu, Domino gratias agentes & eum collaudãtes, commẽdauerunt eius sanctam animam ipsi Regi Christo: quatenùs isdem quem deotè dilexerat, in consortio suæ matris sanctæ Virginis Mariæ, cui corde & opere ea seruierat, ac in collegio sanctorum omniũ, quos honorauerat, sociaret. Sicque, vt decentissimum erat, excubias condignas agentes, in ecclesia sanctæ Crucis, quam ipsa à fundamentis extruxerat, corpus beatissimũ posuerunt, & merito honore summaq; reuerentia ibidẽm sepelierunt. Tunc venerabilis Bertilia Abbatissa studio pietatis solicita, mãdauit sanctis sacerdotibus vndiq; vicinis, vt eius sancta memoria in sacris orationibus siue oblationibus esset assiduè facienda, quæ nuncvsque locis in diuersis condignè celebratur. Reliquit ergò sanctũ sequentibus exemplũ humilitatis & patientiæ, mansuetudinis & plenissimæ dilectionis studiũ, immoq; infinitę charitatis & misericordiæ bonũ, astutiam vigiliamq; prudentiæ, confessionẽ puritatis & cordis contritionẽ. Docuit quoq; vt nullus temerè vel præsumptuosè aliquid definiret, sed omnia cum cõsilio esse facienda, temperato & rationabili sermone discretionis, sciens scriptũ: Omnia fac cum consilio, & post factũ nõ pœnitebis. Hanc bonitatis regulã confodalibus, & exemplum beatis reliquit matribus, pro quibus exempli

Sanctã eſt. flat animã.

Ab Angelis in cælũ defertur comitante S. Genesio Lugdunens. Episcopo.

Sepelitur in ecclesia S. Crucis, quã viuens extruxerat.

Quæ posteris vitæ exẽpla reliquerit.

Eccli. 32.

Universidad de Deusto
Biblioteca

empli sancti virtutibus, recepit magni præmijà Domino sibi repositam coronam.

CAP. XII.

Miracula ad sacrũ sepulcrum eius.

IGitur ad celebranda fidelibus sublimia eius, ad sacrum (vbi eius membra quiescunt) sepulcrum, plura per suam famulam efficit Deus miracula, ità vt quisquis inibi febre correptus, aut à dæmone vexatus, vel dolore dentium contritus, seu aliarum infirmitatum laqueo depressus, cum fide accesserit, ilicò per diuinam virtutem & eius sanctam intercessionem, depulsa qualibet morbi peste, sanus & incolumis in Dei nomine exindè redeat: quod nupèr in quodam puero manifestum esse constat. Veniens nanque ex partibus Prouinciæ quidam venerabilis vir Leudegangus Episcopus, amicus familiarissimus monasterij Calensis, eius puerum ità sæuissimus dæmon arripuit, vt contineri à socijs nullatenùs posset, nisi eius pedes manusque nodis tenacissimis colligarẽtur: quia ob nimiam sæuitiæ duritiam omnes, quos contingere poterat, dentibus & vngulis dilaniabat. Qui dum ad locum sacri sepulcri, sociorum manibus fuisset delatus, atque in pauimentum proiectus quasi semiuiuus, conterritus ilicò pauore diuino sæuissimus dæmon obDæmoniacus curatur. riguit, atque conticuit, ac Dei virtute per intercessionem beatæ Bathildis protinùs fugatus ab eo discessit. Et erigens se statim puer atque consignans, & Deo gratias agens, incolumis ad dominum suum sociosq; reuertitur. Et quem anteà verebantur, nè eos morsibus attrectaret, iam amplexibus adstringunt dulcibus, & vitæ restitutum gaudent.

Comparatio ipsius ad alias sanctas reginas eiusdem cognationis.

CAP XIII.

REcolimus quidem in Francorum regno nobiles & Dei cultrices quasdam fuisse reginas, *Clothildem scilicet neptem Gundebaldi Regis, atq; magni & antiqui Clodouei Regis coniugem, quæ ità eundem paganissimum verisinstruxit exhortationibus, vt tota mentis intentione ad cultũ se Christianę religionis, feruente fidei calore, conuerteret. Et nõ solùm ipsum, sed etiam diuina gratia adiuta, plurimos Francorum proceres traxit ad Christi cognitionem & ad catholicæ fidei dilectionem. Ecclesiam quoquè in honorem sancti Petri, vbi religio monastici ordinis vigeret, Parisius fecit: necnon cœnobium in honore sancti Georgij, sacrarum virginũ in Kala prima cõstruxit. Quod postea (quia ambitus ecclesiolę strictior erat ad capiendum plurimum gregem sanctimonialium) à sæpè memoranda domina Bathildę euersum est, & basilica pergrãdi spatio amplitudinis cõstructa. Cuius medium altare in honore sanctæ Crucis, atque illud in parte dextera in honore sancti Georgij, quod verò ad lęuam est, in veneratione sancti Stephani protomartyris titulatur consecratum. Alia etiam quamplurima pro mercede æternæ remunerationis in honore sanctorum condidit loca, & muneribus plurimis ditauit. Pariquemodo de Vltrogotha fertur regina, Childeberti videlicet Christianissimi regis cõiuge, eo quòd nutrix fuisset orphanorum, consolatrix pupillorum, fusteratrix pauperum & Dei seruorum atque adiutrix fidelium monachorum. Rectè quoquè & illud prædicatur memorabile factũ sanctæ & venerabilis Radegundis reginæ, Lotharij quondàm anterioris regis, quam tanta sancti Spiritũs succẽderat gratia, vt relinqueret coniugem, & se Christo Domino sub sacro velamine consecraret, multaque alia, quæ in actibus eius legũtur, perageret. Sed quanquàm illud considerare libeat, quod ab ipsis fœminis sanctis actum est, summoperè tamẽ nobis ad sanctam matrem dominam Bathildem, quæ nostris effulsit temporibus, necnon & ad eius merita gloriosa, quæ ipsi ab ea gesta nouimus & vidimus, recurrendum est. De quibus hîc quidem pauca de pluribus commemorauimus, per quæ nos putamus eam inferiorem meritis fuisse illis prioribus, sed multo magis in sanctis studijs & bonis operibus eas præcessisse cognouimus, quæ post multa memoranda quæ gessit opera, euangelicæ perfectionis adimpleuit mãdata. Despexit mundum & concupiscentias eius, contriuit diabolum & pompas eius, sequuta est Christum & præcepta eius. Sicq; verè monacha sub integra religione beatam vitam felicitercõsummauit, atque * tertio Calendas Februarias terrena deserens & cælestia appetens, animam beatã benigno Iesu, qui eam dederat, mũdam & immaculatam reconsignauit, humataq; in pace requiescit in Kala monasterio, & regnat in perpetua iucunditate cum Domino, non immemor, vt credimus, suorum fidelium, qui eius cupiunt veraciter attollere præconiũ. Nos verò & si non ità vt debuimus, tamen

Vltrogotha regina quãtę fuerit sanctitatis.

Itẽm S. Radegundis sanctimonialis, cuius vita est To. 4. Augusti. 13

Hîc habes, authorem, huius Sãctæ fuisse contemporaneum.

Obijt 3. Calendas Februarias.

tem vt potuimus, vestrum imperiũ adimplere curauimus. Imperitiæ sermonis indulgentiam date, & pro culpis negligentiarum cum charitate Deum exorate. Nos ergo, qui adhuc mole ergastuli carnis pressi, ac multiplici scelerum pondere prægrauati, & in huius seculi labentis fluctibus vagamur ambigui, eius suffragia pia deuotione poscamus assidui, vt pro nobis apud misericordem Dominum intercedere dignetur: quatenùs absolutos omni labe criminum perducat pro sua pietate ad cæleste regnum, vbi est gloria indeficiens, perpetua pax, lumen sempiternum cum Patre & filio & Spiritu sancto, quæ præparauit ijs qui diligunt eum, Amen.

VITA GENTILIS SANCTISSIMÆ MVLIERIS RAVENNATIS, EX HIERONYMI RVBEI VIRI DOctissimi de gestis Rauennatum libro nono. quæ vtrum à Paulo tertio, catalogo Sanctorum sit adscripta, compertum non habeo.

28. Ianuarij S. Gentilis parentes & Patria.

SVB id tempus, quo ab Clemente septimo Cæsar insigni pompa coronã Bononiæ accepit Augustalem, Rauennę Gentilis decessit, Thomę Iusti aurificis Veronensis filia, Rauennæ, ex Rauennati muliere nata: quæ cùm admodùm familiariter & frequenter Margaritæ, de qua suprà docuimus, consuetudine fuisset vsa, maximam sanctitatis opinionem contraxerat, auctam in dies vita innocenter sancteque agenda. Maritum habuit Iacobum Pianellam Venetum, sutorem: ex quo genuit filios aliquot, Leonemque præsertim, qui sacerdos fuit. Eo autem persancto genere viuendi, mariti odium ità vehemens sibi conflauit, vt ab illo non modò verbis asperis, contumeliæque plenissimis, sed factis acerbis, publicisque calumnijs, ac verberibus multis, sæpissimè in ingentes calamitates præcipitaretur: quas tamẽ ea animi moderatione, itaque tranquillè semper tulit, vt Margaritæ magistræ, omnia diuinitùs cognoscenti, atque quo modo se haberet scisciranti, responderet, habere se multo meliùs, quàm mereretur. Quo factum est, vt assiduis à Deo precibus tandèm aliquandò mariti in melius cõmutatos mores impetrauerit. Tanta fuit in eos, qui illam iniurijs ignominijsque afficientes, multi semper fuêre, bonitate & beneficentia, vt prima illos ad iram odiumque deponendum, conciliandamque inter se concordiam, blandis verbis inuitaret. Egentes maxima semper misericordia prosequens, cùm postulantibus præbere non posset, (paupertatem enim amabat & sectabatur) illachrymans mirifico simul afficiebatur dolore. Plurimis sanitatem corporis, admirabili euentu, precibus à Deo impetrauit: animique curas & molestias sermone leuauit. Cogitationes, intimosque animi sensus, Deo indicante, cognoscebat: vti locupletissimi testes accessêre Antonius Monuetulus, & Zacharias Pedercinus: dum iussu Pauli tertij Pontificis, anno sesquimillesimo trigesimo septimo, mense Maio, Iohannes Franciscus Petittus, Rauennæ Moderator, de huius & Margaritæ vita, miraculisque (vti suprà memorauimus) quæstionem habuit: in qua Paulus Vegius Rauennas, Episcopus Casensis, se Margaritæ & Gentilis precibus, cùm iam ad cælestis vitæ præmia vocatæ essent, animi tranquillitatem, corporisque sanitatem, ex grauissimis morbis sæpiùs obtinuisse, scribit. Plures etiam ex Canonicis regularibus Lateranensibus, vt Seraphinus Acetus Firmanus, (qui de harum sanctissimarum mulierum vita libellum, typis excusum, edidit) Michael Foro Cornelianus, & Marcus Antonius Venetus, Gentilis rogatu ac precibus, summas à Deo virtutes, ipsamque præsertim castitatem se fuisse adeptos testantur: adduntque multos se nouisse, Venetijs, Ferrariæ, Lucæ, alijsque ciuitatibus atque oppidis, quibus, cùm Margaritæ & Gentilis suffragium flagitâssent, munera à Deo mirabilia accidderint.

Ianuarij scilicet 23.

Multis affligitur à malitio iniurijs

Plurimos ægros precibus sanat:

Scribit Monuetulus, vir doctissimus ac grauissimus, iuratusque in hac quęstione testis, cùm nocte quadam acriter à dæmone illius oppugnaretur castitas, se protinùs

Hunc librũ necdùm vidimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nùs è lecto surgentem, ad Deiq́ue opem confugientem, fuisse liberatum: postridieq́ue manè, cùm ad Gentilem adijsset, illam, vniuersam oppugnationem narrâsse, affirmâsseq́ue, precatam se fuisse Deum, vt illi victoriam præberet. Sæpiùs itèm, cùm multi adessent, cuiuslibet peccata diuinitùs ab eadē cognita & castigata sunt, quod ipse sępiùs sensit. Monuetulus. Multa insupèr vaticinata est, tametsi id ægrè admodùm faceret, nec affirmanter: neque enim visis, quæ sibi frequenter diuinitùs obijciebantur, facilè credebat. Vt autem multa, quæ prædixit, omittam, illud non inuoluerim silentio, quòd Rauennate prælium, vrbisq́; direptionem sigillatim prænouit, asserens, è remotis locis multos ad diripiendam Rauennam accedentes, se intueri: cùm verò Hieronymus Malusellus eam hortaretur, vt saluti fuga consuleret, id ipsa renuens, si erant aduersa ob peccata ferenda, se quoquè multa peccâsse, & in dies peccare affirmabat. Pridiè verò quàm ob factiones, magna cædes Rauennæ committeretur, sibi è D. Iohannis Euangelistæ redeunti, vas plenum sanguinis ostensum cælitùs est, audijtq́ue vocem, quæ illud acetarium futurum asseruit: Cùm etiam Borbonius per Aemiliam vagaret, Romam contendens, ipsa in cubiculo, nonnullis comitata, cùm esset statìm pallida facta, & tanquàm territa, passis crinibus mulieres sibi ostensas, hominum neces, cruoris magnam effusionem, atque huiusmodi multa, quæ in vrbium direptionibus solent contingere, affirmauit: quod non diù pòst verum fecit ipsa Romæ miserabilis clades.

Nouit, Deo inspirante, occulta hominum peccata.

Prædicit subuersionē Rauennæ vrbis.

Visio eius.

Hoc loco Hieronymi Malusselli testificationem libenter posuerim, viri sanctissimi, atque illius contubernalis, quiq́ue illi à confessione ad expianda peccata, quam quotidiè ferè faciebat, adfuit. Hic igitur cùm admodùm adolescēs multa de Gentilis sanctitate acciperet, &, vt iuuenes solent, sperneret, hortante sorore ac penè impellente, ad Gentilem se, non absq́ue ingenti metu, contulit: iam enim quartum annum abstinuerat confessione de peccatis. Domum ingressus, statim maximum percipit odorem, ad eamq́ue accedēs, breui ità eius præceptis & admonitionibus iustitiam & pietatem est edoctus, acieq́ue mentis illustratus, vt aliam statìm vitæ conditionem, alios mores ingressus fuerit. Tres interìm effluxēre anni, quibus frequenter ad eam venire consueuerat, audiebatq́ue illam Deum precatem, vt sibi sacerdotem concederet, quo cum arcana cordis cōmunicaret: necdùm pòst Hieronymus in animum induxit, sacerdotem fieri: sed quò magìs ad eum sacrosanctum ordinem accedebat, eò cordis dolore quodam penè intolerabili magìs afficiebatur: quo tamen Gentili patefacto, statìm exhilaratus est animus, & inanis timor ac solicitudo pulsa. Sacerdos iam factus, cùm Cæsenæ in cubiculo sedens mysteriorum arcana verba recitaret, & cubito supra sacrum librum innixus, manu ad genam admota, ea consideraret, statìm ex sublimi in faciem adeò vehementer ictus est, vt suî vix esset compos, nullum tamen dolorem sensit: confestimq́ue erectis oculis, iuxta se mulierē nigris indutam vestibus conspexit: quam Gentilem, aut Margaritam suspicans, Rauēnam, inquit, proficisci animus est: aut enim Iacobus Gentilis maritus est mortuus, aut supremam agit animam. Itaque Rauennam cùm venisset, postridiè eius diei Iacobus vita decessit: ipseq́ue Hieronymus, haud ità multò pòst, Gentilis, Leonis, & mulieris cognatæ, quartus accessit comes. Gentilis bernalis, vbì decem & nouem annos, vita sanctè degēda, perpetuò vixit. Gentilis siduè multos dolores, eosdemq́ue magnos, patienter atque hilari semper vultu ferente: cùm tamen corpus etiam castigans, diebus Mercurij, Veneris, & Saturni, mèl tantùm, sacræ inedię causa, comederet, omnibusq́ue Dominicis diebus felicis Hieronymus illi diuinam ac sacrosanctam corporis Christi Dei hostiam communicaret.

Vir suus vita fungitur.

Abstinentia eius.

Antequàm diem obiret suū, illum sępè Hieronymo Malusello prędixerat. Tandèm verò hærede illo facto ex asse, erat enim Leo filius præmortuus, iussit, vt domum suam in templum erigeret: iaceret fundamenta, reliqua Deo committeret, futurum enim, vtì non Rauennates, sed exteri opus iuuarent. Itaque ad quintū Calendas Februarias nocte insequenti, ad extremum sacro oleo vncta, morte minimè dissimili ab ea, quam innocenter egerat, vita, nono & quinquagesimo ætatis anno, diem supremum clausit.

Prædicit suo confessario diem obitûs sui.

Feliciter obit.

Quoniam verò nimis longa sumeretur oratio, si, quæ pòst mortem admirabilia munera sunt, eius apud Deum rogatu, impetrata, narrauerim, hæc omittens, ad Hieronymum Malusellum venio, qui cùm neque aureos nummos decem, haberet, verba

verbis tamen Gentilis magistræ impulsus, fundamenta templi iacit: &, quod mirum est dictu, plurimi accurrentes, ità rem iuuêre, vt breui fuerit templum extructum, in quod quingenti ampliùs nummi aurei impensi sunt: quorum trecentos Carolus in Neapolitano Regulus, quem nos virum nouimus, fuimusq́ue superioribus annis allocuti, donauit. Is enim cùm in Gallia, quò se amisso imperio receperat, de quodam sacerdote accepisset, Rauennæ sacerdotem planè sanctè viuere, & templum exædificare, diuino spiritu impulsus, Rauennam è Gallia venit, diuæ Mariæ Lauretanæ templum, toto orbe ingentibus miraculis celeberrimum, inuisurus: inuentoq́ue Hieronymo, aureum tradidit torquem, vt, quod iam angustum ædificârat templum, amplificaret, & sacellis additis, exornaret: quod & factum est. Quibus peractis, aliquot sacratis viris probis ac religiosis, in quibus Simon Crespolus Rauennas maximè enituit, secum iunctis, collegium instituit, titulo Boni Iesu, ac diuæ Margaritæ adiecto, anno à partu Virginis trigesimo secundo supra millesimum quingentesimum: quod posteà Paulus tertius Pontifex Maximus insequentibus approbauit. Iulia etiam Sfondrata, nobilis ac religiosa mulier, vidua, Mediolanensis, quæ Mantuæ ex Piccinarda familia maritum habuerat, annuam certam pensionem pecuniæ illi consociationi cùm tribuisset, multùm rem ipsam iuuit, magnificasq́ue ædes proximas templo, & nonnullos etiam fundos comparauit.

Ex domo S. Gētilis templum extruitur.

Eius ecclesia fit collegiata, titulo Boni Iesu, & S. Margaritæ.

S. CONSTANTII EPISCOPI ET MARTYRIS VITA, EX VETVSTISSIMIS EXEMPLARIBVS, QVAE *Perusiæ, partim in Ecclesia Cathedrali, partim in ædibus S. Petri asseruantur, collecta, nulla planè re addita, quibusdam verò ob niniam longitudinem detractis: stylo quidē certè, vt eleganti pioq́ue lectori gratificemur, prorsùs immutato opera Iohannis Andreæ Palatij, Eugubini.*

SANCTVS Constantius Perusinus ciuis, simul & Episcopus, è nobilissima Barziorum familia ortum duxit. Vir autem fuit tanta animi constantia, fide, ac pietate præditus, vt eius sanctitas quasi quædam gemma inter cæteros homines eluceret. amabat humilitatem, fugiebat gloriam, respuebat honores, Christū Iesum, eiusq́ue Crucem cūctis viscеribus amplexabatur, nec quicquam habebat antiquius, quàm vt Deo placeret, proximumq́ue iuuaret. Quamobrèm multas pecunias erogabat in pauperes, & semetipsum per singulos dies immolabat hostiam viuentem. nam & carnem per se ipse assiduè coërcebat, & pro fide Christi, prędicationeq́; veritatis multas iniurias non solùm patienti, sed etiam gaudenti animo sustinebat, cupiens pro nomine Dei sui mortem quoquè oppetere, & martyrio consummari: quod & factum est. Siquidem, diuino numine ipsius votis annuente, in persecutione, quam in Christianos Marcus exercuit Imperator, pòst verbera & carceres, pòst ignes, variosq́ue cruciatus, quos pro fide libenter excipiens superauerat, capite à ceruicibus abscisso, in cęlum euolauit. Huius beati viri actiones, multiplices pœnas, & ipsum deniquè martyrium, quantum feret ingenij mei imbecillitas, scribere instituì, quò faciliùs religiosus populus in tanta solēnitate sui Antistitis inueniat, quibus opportunè laudibus possit cum celebrare: nec tamē vniuersa tanti Patris decora, virtutes ac miracula, totiusq́ue vitæ sanctitatem stylo nostro persequemur, sed quædam duntaxàt percurremus, quæcunque posse putabimus pij lectoris tum animum ad ipsius virtutes imitandas impellere, tum ingenium ad conjecturam de cæteris eius præclaris faciendam excitare.

Ianuarij 29. Capu.

S. Constantij patria & genus.

Virtutes.

Desiderium obeūdi martyrij.

Imperante igitur Antonino, cui Pio cognomen erat, florebat Perusię Barziorum familia, & opibus affluens, & generis nobilitate admodùm clara, sed multò eo quidem insignior, quòd erat Christi nobilitata insignibus. Ex hac beatus Constantius velutì odorifera cedrus è regali viridario nascitur. Natum autē infantem parentes eius curant omni studio ac diligentia educandum, ad idq́ue potissimum

Cap. 2. Barziorum nobilitas.

S. Cōstantij educatio & disciplina.

Universidad de Deusto
Biblioteca

incumbunt, vt cum sana Christi fide imbuant, & assuefaciant, humilem esse, patientem, misericordem, castum in omni timore Domini, ab omni gentilium puerorum, quorum quidem plena erat ciuitas, consuetudine ipsum reuocantes, nè diabolica gentilium zizania, triticum pietatis & fidei in agro Dominico satum, pueri videlicet sacro pectore, suffocarẽt. Literis post hæc tum humanis, tum verò sacris erudiendum doctissimis præceptoribus tradunt.

Cap.3. Sed cùm iam adoleuisset, & parentes eius ex hac vita excessissent, cœpit, vt erat benè institutus, militare Domino optimam militiam. affligebat nimirùm & domabat carnem suam quotidianis ieiunijs, longis vigilijs, & omnibus veræ pietatis officijs. Non illi frequentia pocula, non lauti apponebantur cibi, & delicati: sed vix post longa tandèm ieiunia cum pauperibus frugalissimæ mensæ vilissimum cibum sumpturus assidebat. Fidem sanctam, quam totis visceribus hauserat puer sanctus, pijs ac religiosis operibus & perfectæ charitatis muneribus excitabat quotidiè, & augebat. Diuitiarum à parentibus sibi per manus traditarum, maluit dispensationẽ quàm possessionem suscipere: siquidẽ eas Christi pauperibus prompтè largiebatur, esurientes pascendo, nudos vestiendo, & cuilibet indigenti adimentum præstando. Crescebat itaque indiès vir beatus sicut ætate, ità magis ac magis constantia animi & virtute. Castus erat tum copore, tum mẽte, dulcis in sermone, mitis atq; humilis corde, amabilibus moribus ac suauissimis exornatus, & iam tum boni pastoris bonam indolem præ se ferens, & perfecti Christiani specimen exhibens, suspiciebatur ab omnibus, singulariq; studio à cunctis fidelibus colebatur.

S. Constãtij parsimonia.

Largitas.

Castitas, & mãsuetudo.

Cap.4. Eccè autem moritur interìm patriæ suæ Episcopus, & cùm non deessẽt alij fortassè digni, quibus munus illud committeretur, populus tamẽ & Clerus vniuersus vnum spectant Constantium, cuncti vno ore Constantiũ conclamant Episcopum: nemo enim non videbat eius generis fore beatum Constantium, qualem describit Apostolus oportere Episcopum esse, sine crimine videlicet, sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracũdum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: sed hospitalem, benignum, prudentem, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum, qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit exhortari doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere. His itaque & huiusmodi diuinis donis insignitus beatus Cõstantius Perusinę ciuitatis eligitur & cõsecratur Episcopus, annos natus circiter triginta, vt videlicet eo suæ ætatis anno auspicaretur muneris Episcopalis functionem, quo & diuinus propheta Ezechiel auspicatus est prophetiam, & Christus ipse Iesus cœpit docere ac prędicare, vt in ipso annorũ quoquè numero, qui tribus denarijs cõstat, innueretur fore, vt vir sanctus præceptorum Dei simul & indiuiduæ Trinitatis prędicator existeret, & cultor eximius. Ad id autem munus peragendũ aggreditur homo Dei, non velutì arrogans quidam atque insolens, sed quasì mansuetissimus agnus. Omnibus exhibebat eam veræ humilitatis speciem, eamq; morũ mansuetudinem, quam & priuatus præstare consueuerat: vigilantior omninò in precando erat, ieiunijs, ac cęteris rebus, quæ carni frenandæ expediunt, maiori assiduitate vacabat, pascebat gregem suum trino illo ferculo, de quo Pastoribus Ecclesiarũ præcipit Iesus in Apostolo Petro, cùm dicit illi semèl, iterũ, ac tertiò, Pasce oues meas, cibo videlicet corporali, prędicatione verbi Dei, & saluberrimo vitæ, omni prorsùs culpa carentis, exẽplo.

Tit.1.

Epiſcopus consecratur annos natus triginta.

Ezech.1.

Luc.3.

Epiſcopalis muneris functio.

Iohan.21.

Cap.5. Erat enim primò in dandis eleemosynis profusior, quàm ante Episcopatum adeptum, vsqueadeò vt domus eius refugiũ esset pauperum, ac velutì penu quòddam inopum videretur. Deindè fidelissimus Pastor, cùm optimè cognosceret, non in solo pane viuere Christianum hominem, sed in auditione potiùs doctrinę cęlestis, & in omni verbo quod procedit de ore Dei, instituebat populũ suum in his omnibus, quæ ad euangelicam spectant pietatem, docens illos salutaria Ecclesiæ sacramenta frequentare, beneficia Dei crebrò meditari, æmulari charitatem, possidere pacem: atque illud in primis monens cum Apostolo, vt omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tolleretur ab eis cum omni malitia: esse autem inuicèm benigni, misericordes, donantes inuicèm. Tertium denique illud ferculum, quo suum pascebat populum sanctus Constantius, bonus erat odor suæ vitæ, quæ, quasì speculum quoddam perfectionis, elucebat omnibus. Prædicos siquidem erat sacerdos sanctus tãta integritate, fide, & sanctimonia, vt admirabilis vita illius, quam ante Episcopatum agebat, flos fuerit lectissimus: hæc verò posterior fructus extiterit vberrimus. Ad hæc autem vir beatus, tanto mentis feruore, tantaq; vi & scientia verbum fidei prædicabat gentilibus, quorum ciuitas plena erat, vt multi eius opera ad Christi fidem sese conuerterent, ac salutari abluti baptismatis vnda, relictis idolis, viuum & verum Deum colerent.

Cap.6. Dum autem populum sibi commissum, multo consilio, multaq; sapientia gubernat, & ipse quotidiè virtute crescit in gratia apud Deum & homines, nomen eius in omnes finitimas regiones perfertur ac celebratur: mirari omnes doctrinã hominis, suspicere virtutes, obstupescere miracula, quæ per beatum Pontificem fiebant quotidiè: quæ cùm multa sint & præclara, decreui tamen, nè longior sim, vnum tantùm & alterum attingere, ex quibus possis, quæ & quanta fuerint reliqua, facilè conijcere. Erat id temporis mulier quædam Attasia nomine. hæc cùm multos iam annos charissimo oculorum sensu careret, audita sancti Constantij & vitæ integritate, & miraculorum edendorum virtute planè diuina, non dubitauit, ardenti fide, ac spe impulsa, ad eum accedere. Adit, ad pedes hominis sanctissimi sese proijcit, verbum sanè nullum, sed lachrymarum vim magnam cum singultu profundens. Hanc intuitus Episcopus, qua erat benignitate, iubet statìm assurgere, flectum comprimere, & animi sui sensum fidenter aperire. Vndè illa recreata, cùm se collegisset, Calamitatis meæ, inquit, Domine, miserere. nam mulier infelicissima ego sum: plures iam annos vsum oculorũ amisi, nec possum vllam partem huius suauissimę lucis adspicere. neque verò queo vllum tanto malo remedium inuenire: non carmina, non medicorum solertia, non ipsi deniquè dij, deæq; omnes, quibus sæpè vota feci, opitulati sunt. Te autem nunc adij, spei meæ extremum solatium, vt per te merear tandèm aliquandò reportare salutem. Rogo te primùm per illa admirabilia rerum signa, quæ passìm efficis, quibus & ipsa confisa huc ad te veni, rogo deindè per Dominum Deum tuum, & obtestor, vt velis me tuarum virtutum participem facere, nè graueris & in me miraculum promere, lumen oculorum cæcæ restituens.

Sua ꝑdicatione multos gentiles ad Christi fidẽ conuertit.

Cæca mulier ad eius pedes abijcit, opẽ poscens.

Attasiæ S. Constantij precatione oculorum sensus restituitur.

Cap.7. Tum sanctus Constantius, qui cerneret, mulierem non solùm oculorum, sed etiam mentis lumine esse priuatam, quippè quę gentilis esset, & idololatra, cupiens vtriq; malo vno & eodem tempore mederi, sic eam affatus est: O mulier, si, spretis idolis, quorum vis ac virtus (quod in teipsa experiris) nulla planè est, inducas animum, credere in Dominũ meum Iesum Christum, is tibi verè possit, pulsis tenebris, simul & corporis & mentis oculos aperire, aditumq; ad vitam æternam patefacere. Illa verò, Fac, inquit, domine, vt videam: iam credo Deum tuum, Deum esse verum. Hic demùm vir sanctus flexis genibus hunc in modum non sine lachrymis precatus est: O fons omnis lucis, Domine Iesu Christe, lux vera quæ illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mundum, aperi, obsecro, huius mulieris oculos tum mentis, tum corporis, vt, dum viderit creaturas, te magìs ac magìs celebret creatorem, simul & sentiat redemptorem. Peracta huiusmodi precatione, confestim restituta est mulieri lux optatissima. Quo illa exultans, prostrata ad pedes viri Dei, hæc dicitur verba protulisse: Benedictus Deus tuus, ô Constanti, qui mihi desideratum lumen reddidit: benedictus & tu dignus ipsius minister, per quem tantum mihi boni contigit. valeant iam dij gentium, opera manuũ hominum. Vnum iam ego quidem Deum viuum ac verum agnosco, hunc humiliter adoro, huic me totam trado, atque addico. licet iam me, vir Dei, huius militiæ adscribas, salutifero obsignans signo. Tum verò beatus Constantius nullam moram interponendam putauit, quin eam baptizaret, itaq; duplici morbo liberatam dimisit.

Mar.10.

Iohan.1.

Attasia à S. Constantio baptizatur.

Sap.13.

Cap.8. Sed iam tempus est, vt ad alterum non minùs insigne miraculum explicandum aggrediamur. Fuit per idem tempus Perusiæ vir, cui nomen erat Crescentius. hic erat vtroque pede ità contractus, vt ad poplitem sursùm vtraque planta retorta verteretur: quam ob rem non modò ambulare, sed ne baculo quidẽ innixus stare poterat. Quòd si quandò vellet domo egredi, & vsquàm discedere, grabato ei aut lectica vtendum erat. Is igitur cùm accepisset fama, sanctum Constantium varios morbos, nullis carminibus, nullis' ve adhibitis medicinis, protinùs curare, sperans posse eum, si vellet, sibi quoquè opem ferre, curat se ad illum deportandum. Quò perductus, hominem Dei multa cum prece, multis cum lachrymis precatur, nè grauetur, vt alios quamplurimos sanârat, item sibi suorum pedum rectitudinem ac firmitatẽ restituere. Huius calamitatis misertus vir benignus & sanctus, oculos pariter

Universidad de Deusto
Biblioteca

pariter ac manus in cælum cùm sustulisset, hunc in modum precatus est: Domine Iesu Christe, qui viuificas omnia, & vniuersa restauras, cõfracta alligans, & infirma cõsolidans, redde, quæso, huic tuæ creaturæ rectum membrorũ situm atque vsum, vt cognoscat, te solum Deum esse verum, qui mirabilia facis. Vix erat pater sanctus talia fatus, cùm eccè super infirmum lux magna è cælo delabitur: qua ille perterritus, contremuit, & quàm potest maxima voce clamat: Constanti, Constanti, succurre misero. Cui ille, Res benè habet, frater: nè timeas, bono animo esto. Deniquè abeunte luce, apparuit vtrunque hominis pedem suum in locum reductum esse, & robur obtinuisse firmissimum. quo factum est, vt nullo iam vsus adminiculo, Crescentius, continuò exiliret è lectica, & ad pedes beati Constantij summa religione prostratus, aquam afferendam curaret, baptismum magna pietate flagitans. Hic vir sanctus præ nimia cordis lætitia lachrymas continere non potuit, nec vllam interposuit moram, quin hominem ex ritu Ecclesiæ baptizaret. Hoc sanè admirabili facto commoti Gentiles, ad Christi fidem passim confluebant, vt eoipso die ad centum viginti baptismatis sacramentum à beato Constantio acceperint.

Crescentio S. Constantij precibus, pedum sanitas restituitur.

120. Gẽtiles, vno die à S. Constantio baptizãtur.

Quo rumore magna fortasse ex parte concitatus Marcus Antoninus, qui Antonino itidẽ, sed pio impius successerat, statuit Christianos acerrimè persequi. Cùm igitur alios aliò, tum verò etiam Perusiam Lucium Consulem cum hoc mandato mittit, vt quoscunque intelligat Christi fidem profiteri, hos cogat gentium deos colere: qui id facere recusent, eos omni supplicio excruciatos, necet. Lucius ergo illuc profectus, Cæsaris edictum cum Carisio, qui erat illius ciuitatis Præses, statim communicat. Is verò cupiens Imperatoris voluntati obsequi, suos iubet milites per vrbem, & per agrum totum discurrere, & in quoscunque Christianæ sectæ homines incidant, hos vinctos ad se, & ad Cõsulem quam primùm adducere. Hęc generatim, separatim verò contra B. Constantium, cuius opera ac virtute sciret multos quotidiè Christianos fieri, præcipuè exardescẽs, mãdat eisdem, vt in primis Episcopum ipsum diligenter perquirant, & vinculis cõstrictum, ad se pertrahant. Illi igitur mali Præsidis pessimi ministri, cùm cęteros, tum potissimùm S. Constãtium omni studio inuestigant: demùm cùm audissent, solere eũ apud Crescentium, quę sanitate donârat, frequenter esse, domũ illius adeunt, fores perfringunt, inuadũt, atque ibi sanctissimum virum vnà cum Crescentio pias effundentẽ preces, inueniunt, cõprehendunt, vinciunt, vinctos ad Consulẽ & Carisium statim perducunt.

Cap. 9. M. Antonini pśecutio in Christianos.

Carisius Perusię Præses.

Quos cùm vidisset Lucius Consul, Bonorum, ait, ciuium officium est, suorum Principum mãdatis parere cùm cæteris in rebus, tum præsertim in his, quæ ad deorum cultum pertinent. Cùm igitur Romani Imperatoris pietas, & Senatûs integritas iampridèm decreuerit, vt ab omnibus, quicunque sui sint imperij, honos debitus dijs immortalibus habeatur, satis mirari non possumus, cur vos, vt audimus, spretis gentiliũ dijs, ludæum nescio quem colatis, quem nemo ignorat obscurum fuisse hominem, & quòd diuinum sibi nomen arrogaret, à suis crucifixum esse, itaque vitam cum morte non sine ignominia commutâsse. Cupimus igitur à vobis ipsis, quęnam sit vitæ vestrę conditio, audire, & an parati sitis ex Imperatoris decreto crucifixi cultum deserere, & his, qui verè sunt dij, offerre libamina. Huic beatus Constantius audacter, Deo confisus, hunc in modum respondit: Vitæ nostræ conditio, ó Consul, hæc est, vt omni tempore seruiamus ei, cui seruire regnare est, Domino nostro Iesu Christo. Imperatoris autem decretis hac quidem in re obtemperare nec possumus, nec volumus: neque enim rationi consentaneum est, vt posthabito creatore nostro ac redemptore, Deo viuo & vero, sequamur eos, qui non sunt dij, sed verè dæmonia. Tunc Lucius Consul iratus, Ergò vos, ait, adeò impudentes estis ac dementes, vt nec præsentiam nostram, nec deos ipsos vereamini? Ite iam, dijs nostris sine mora sacrificia facite. Nos verò, beatus respondit Constantius, elementa huius mundi, quæ hominum causa condidit Deus, non adoramus, nec illis vnquàm in animum induxerimus immolare: sed certum est nobis ac deliberatum, omnem cultum & honorem ei tribuere, qui & elementa, & cælum, terramque, & omnia quæ in eis sunt, inexplicabili sua sapientia creauit è nihilo. His illi auditis, iracundia magis magisque accẽsi, iubent sanctissimi viri corpus, videbant glorificare Dominũ, & vnà cum diuino vate psallere: Confitebor Domino nimis in ore meo, & in medio multorũ laudabo eum, qui adstitit à dextris pauperis, vt

Cap. 10. S. Constantius vinctus ad Lucium Consulem deducitur.

Præclarè respondet Consuli.

Psal. 95.

S. Cõstantio loris cæditur.

Psal. 108.

ris, vt saluam faciat à cædentibus & flagellantibus animã meam. Hîc eum interpellans Lucius, Missa isthæc facito, miser, ait, abnega Christum, & magicas artes deponens, sacrifica dijs. Cui vir sanctus, Artes magicas ego quidẽ ignoro, inquit, nec illas vllo modo probo: meum verò Christum, cùm sit verus Deus, non negabo in æternum. At Consul simulacrum Iouis afferendum curat, & ad Episcopum conuersus, Respice iam, inquit, & sacrifica magno deo Ioui. Beatus verò Cõstantius subridens, ó Luci, ait, cùm te prudentem virum & eruditum celebrent plerique, tamen non erubescis, diuinitatem tribuere ligno, quod certè formam hanc non haberet, nisi manus eam effecissent artificis, qui & scamnũ, si libuisset, ex eodem facere potuisset.

Hic visus est Consul pudore quodam perfundi: quod cernens Carisius, simul & intelligens, Episcopum nec minis posse, nec verberibus flecti, iubet hominem abduci, & vnà cum Crescentio cæterisque Christianis in thermas multò, quàm mos esset, ardentiùs calefactas includi. At illi signo crucis cùm se munissent, nulla sunt penitùs molestia caloris affecti, sed læti gaudentesque Deum glorificabant concinentes, Benedictus Dominus Deus Israël, qui facit mirabilia solus, qui sicut olim tribus pueris mitigauit flammas ignium, irà nobis hodiè famulis suis balnei huius feruorem mitem reddidit. Dum autem illic asseruãtur, eccè quadam nocte splendor magnus, totum locum illuminans, in eos è cęlo effunditur: quem cùm milites loci custodes viderent, stupentes dicebant inter se: Certè fides, quam tenent homines isti, vera est, & verus Deus Christus, quem prædicant. ac statim intûs ruentes, ad pedes beati Constantij sese proijciunt, & sanctum ab eo baptismum postulant: quo impetrato, domum quisque suam profectus, id, quod factum erat, suis significant. Deniquè vxores & filios eodẽ deducunt, numero ferè quinquaginta: quos omnes pius Episcopus ritè baptizatos, suo restituit creatori ac redemptori.

Cap. 11. In thermas includitur cum alijs.

Carceris custodes conuersi baptismum à S. Constantio impetrant.

50. Gentiles baptizãtur.

His peractis, milites beatum Constantiũ rogant, vt velit vnà cum suis è thermis egredi, & commodiorem aliquem in locum se conferre, quô meliùs possit ipsos, in fide adhuc rudes, Christianis institutis imbuere. At ille, Pugnam, aiebat, quam iamdiù desideratam, nunc tandèm nactus sum, subterfugiam? Non equidem id faciam: hîc statui pro fide, & pro Deo mori. Milites contrà, idem ab eo etiam atque etiam cum lachrymis expostulabant, dicentes, posse eum de seipso securo animo esse, quippè cui certa reposita sit corona iustitię: debere autẽ ipsis tanquàm nouis Christi militibus, omni ratione consulere, nè fidei semina, quæ nupèr in ipsorum corda sparsisset, perirẽt. His demùm, & huiusmodi precibus permotus Episcopus, è balneis, atque etiam ex vrbe cum alijs omnibus egressus, venit Monticellum, ibique aliquot dies apud Anastasium virum sanè humanum ac pium commoratus, quos baptismatis insignibus ornârat, eosdem, omnia quæcunque ad veram Christi militiam pertinent, diligenter edocuit.

Cap. 12.

S. Constantius è balneis egressus, Monticellũ venit.

Cap. 13.

Interea Lucius & Carisius omnium, quæ acciderant, certiores facti, alios milites, quos fideliores putant, huc illuc dimittunt, hoc iussu, vt Episcopum ciuitatis & omnes eius sectatores inuestigent, & ad se quacunque possint ratione perducãt. Illi duce quodam vsi à fide Christi alieno, ad Anastasij ędes cùm peruenissent, facto impetu, primò quidem Episcopum, tum reliquos compræhendunt: in his ipsum hospitem Anastasium, & Carpophorum clarissimum virum. compræhensos ligant, & ad Carisium statim perducunt, qui, vt erat impius & crudelis, animum & linguam aduersùs sanctum Constantium exacuens, O sacrilege, ait, vt meritas effugeres pœnas, non es veritus, tuis pessimis artibus meos subuertere milites, & fugam cum illis arripere? Quanto meliùs saluti consuluisses tuæ, si in animum induxisses, à Christo descisscere, & ad verum deorum cultum transire. His beatus Constantius pro sua mãsuetudine sic respõdit: Milites ego tuos, ó Præses, non subuerti, sed illos ad se conuertit Christus: saluti verò meæ, vt alijs quibuscunque in locis, ità & in balneo optimè consului. Salus enim mea Christus est: huic me totum deuoui, hunc veneror, huic statui perpetuò inseruire.

Iterùm captus & vinctus ad Carisium ducitur.

Cap. 14.

Tum Carisius furore incitatus, iubet prunas afferri, cogitque sanctissimũ virum nudis pedibus super eas inambulare: quin etiam toti ipsius corpori nudato, mandat cãdentes carbones admoueri. Ille verò diuini amoris feruore ignis ardorem facilè superans, psallebat: Probâsti cor meum, Domine, & visitâsti nocte, igne me examinâsti, & non est inuenta in me iniquitas. Tunc Carisius videns, Episcopum nullis terroribus aut cruciatibus posse à sententia abduci, iussit illum in carcerem

Eius corpori candẽtes carbones admouẽtur.

Psal. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

contrudi, cupiens eum Consuli ante tribunal statuto die sistere. Beatus interim Constantius non cessabat orare, perseuerans in vigilijs, psalmis, & hymnis spiritualibus, & licèt corpus in custodia teneretur, virtus tamen illius alligata non erat.

Carcere inclusus, multos curat ægrotos.

Nam cùm multi ex fidelibus, atque etiam ex paganis noctù venirent ad carcerem, portantes ægros varijs morbis, hos omnes sanctissimi huius hominis precatione curatos, recipiebāt incolumes. Cuius rei fama adducti non pauci, quotidiè relictis idolis, ad veri Dei cultum transibant. atque etiam ipsi carceris custodes crebra spectantes beati Constantij miracula, Christi fidem amplectuntur, & in ipso carcere

Carceris custodes baptizati, eũ inuitũ è carcere eãcunt.

baptismum suscipiunt. Nec multò pòst indignum iudicantes tantam virtutem vilissimo in carcere iacere, re inter se deliberata, Episcopum licèt inuitum educunt è custodia, atque etiam è ciuitate, cupiētes illum tutiore aliquo in loco collocare. Sed cùm ad flumen Tyberim peruenissent, ibique beatus Constantius cognouisset Concordium & Pontianum sanctissimos viros, quibuscum maxima ei intercedebat necessitudo, Assisij in vinculis teneri, incredibili accensus est desiderio eos inuisendi, & martyrij coronam, si Deo placeret, vnà cum ipsis reportandi. Hac igitur impulsus cupiditate, furtim se à comitatu subtrahens, Assisium pergit, & cùm ad

Danabum peruenit S. Cõstantius.

locum quendam, quem Danabum dicunt, peruenisset, hîc ei obuiàm fit manus militum, qui ab ipso Imperatore, Spoleti tunc degente, ad Christianos persequendos missi fuerant. Hos vir sanctissimus atque humanissimus cùm vidisset, benignè salutauit. At illi id quod erat suspicati, cum videlicet è Christianorum numero esset, subsistunt, & quærunt ab eo, quis sit, vndè veniat, & quò sic abeat solitarius. Quibus vir sanctus & simplex, nihil dissimulans, in hunc modum respondit: Ego sum Constantius indignus Perusinæ ciuitatis Episcopus, Perusia venio, Assisium contendo, non solus, vt vos putatis, sed benè comitatus, gratia videlicet Domini mei Iesu Christi. Causa verò huius meæ profectionis est, vt visam duos humilimos seruos Dei, Concordium & Pontianum, qui quidem ibi pro nomine Iesu vinculis atque omni supplicio excruciantur. Tum illi subridentes, Nos ipsi, inquiunt, curabimus, vt hodiè sis vnà cum illis in carcere, vbi grauioribus etiam, quàm ipsi, tormentis excrucieris, nisi saniori consilio vsus, animum inducas, Christum tuum abnegare.

S. Constantius tertiò capitur.

Atque indè vinctum, domum cuiusdam Duritij deducunt, nec quicquam praetermittunt, quod putent posse eius mẽtem ac sensum permouere: sed cùm nihil proficerent, demùm ad Clasium flumen perueniunt, atq; ibi etiam blanditijs primùm, deindè minis & terroribus student hominem à proposito deducere. Sed cùm ille adeò constans, vt verè à constantia nomen inuenisse videretur, firmè in semèl proposito susceptoque consilio permaneret, iracundia milites magis ac magis exar-

Clasius fluuius.

descentes, tot tantisque cruciatibus sanctissimum virum affecerunt, vt seminium redderent. Cùm igitur beatum Constantium vires iam deficerent, ad Deum toto corde cõuersus, Suscipe iam, orabat, spiritum meum, Domine, requiescat in te, qui pro te, te ipso iuuante, omni tempore laborauit.

Semiuiuus relinquitur S. Constantius.

Cap. 15.

Vixdùm pias hasce voces emiserat, cùm eccè præstò est ei Angelus Domini, afflictum his verbis confortans: Noli timere, Constanti, ego sum angelus Dei: misericordiam me Christus, vt plagis tuis curationem adhibeam, ac deincèps tibi adsim in omnibus vijs tuis. & ilicò omnis plaga curata est. Tunc ille Angelico solatio recreatus, Gratias tibi ago, ait, Domine Iesu Christe, qui per Angelum tuum, me in angustijs positum confortâsti, & curâsti vulnera mea: nunc verè scio, te quidem nunquàm deserere sperantes in te. Milites verò audientes eum cum altero loquentem, & neminem tamen videntes, atque etiam plagas, quas castissimo eius corpori infixerant, cicatrices repentè obduxisse conspicientes, timore perterriti, Assisium cum festinanter abducunt, & includunt in carcere, in quo cùm alij permulti asseruabantur Christiani, tum duo illi præcipui, quos suprà diximus, Concordius & Pontianus. Hi verò, vt alter alterum conspexit, statim in mutuos complexus, mutuaque oscula certatim ruunt, immortales Deo gratias agentes, cuius munere simul essent, vt sperabant, gloriosum pro Christo certamen subituri. ad quod etiam alios piè incitabant, Magna Deo, dicentes, gratia habenda est, fratres, quòd digni habiti sumus pro nomine Iesu contumeliam pati & cruciatus. Atqui milites, exoptantes, quoscunque ceperant Christianos, ipsi Imperatori quasi optatissimam aliquam prædam deferre, beatum Constantium & reliquos è carcere extractos, Hispellum adducunt, atque ibi vsque ad alterum diem statuentes consistere, nocte

Plagæ S. Cõstantij diuinitùs p Angelum curãtur.

S. Constãtij congressus cũ SS. Concordio & Pontiano.

Act. 5.

Hispellum ducitur S. Constãtius.

tota Christianos, vinculis adstrictos, sub dio tenent.

Cap. 16.

Hic verò Angelus Domini S. Constantio, magno circunfusus splendore, iterùm apparuit, prædicens ei, instare iam tempus, quo consummata pugna, Martyrij coronam acciperet. Splendorem autem illum multi ex Hispellanis intuiti, accurrunt ad locum, atque ibi audientes etiam vocem Angeli, conclamare cœperunt, Vnus est profectò, & verus Deus, quem hic homo adorat, potens in cælo & in terra. Hanc vir sanctus occasionem minimè dimisit, sed aperiens os suum, & incipiens à scriptura, euangelizauit illis Iesum, nec paucos ad veram fidem conuertit. Hæc ægrè admodùm cùm ferrent milites, quærebant, arti magicæ omnia tribuentes, populum ab eo auertere: sed cùm parùm proficerent, S. Constantium vnà cum socijs Hispello eductum, Fulgineum versùs vinctum trahunt, atque inter eundum cogitantes fore, vt, si diutiùs vir sanctus viueret, magnã Gentilium multitudinem, non sine ipsorum discrimine, ad se alliceret, consilium capiunt hominis quamprimùm occidendi, nisi velit suorum deorum cultum ac religionem amplecti. Cùm igitur ad triuium quoddam Fulgineatum quod vocãt, non procùl ab ipsa vrbe Fulgineo positum, noctù peruenissent, quibuscunq; rationibus possunt, contendunt B. Constantium à vera Christi fide ad falsas atq; inanes deorũ fabulas traducere. Sed cùm ille nihilo minùs, quàm anteà, constanter id facere recusaret, affirmans vitã suam ipsum esse Christũ, hũc solũ amplecti, in hoc vno omnes suas spes repositas habere, milites furore inflammati, strictis gladijs in hominis iugulum inuadunt. Ille verò magno animo & erecto, Susceptor meus, canebat, & refugium meum Domine, suscipe spiritum meum, & nè permittas me vnquàm separari à te, vita mea, lumen meum, salus mea, te amaui, te concupisco, te inueniam, Domine Iesu Christe. Inter has pias, sanctasque voces sæui milites à ceruicibus caput abscindunt, ac statim abeunt.

Act. 5. Hispellani non pauci ad fidẽ conuersi.

Fulgineato triuio mar tyriũ subit S. Constantius.

Caput à ceruicibus abscinditur.

Cap. 17.

Erat autem Fulginei Leuianus quidam, vir inter cæteros Christianos fide & bonis operibus præstans. Huic visus est in quiete Angelus ità dicere: Non reiecit, Leuiane, Dominus opera bona, quæ facis, quin occasionem tibi offert hodiè meritorum tuorum cumulandorum. Iacet in triuio, quod Fulgineatum dicunt, sanctissimi viri corpus, qui ob Christi nomen martyrium passus est: huius sepeliendi munus à Deo tibi præcipuè committitur. Experrectus Leuianus, surrexit è lectulo. Sed cùm, vera ne illa fuisset visio, videretur addubitare, eccè Angelus eximia specie rursùs apparet, ac iubet abiecta omni cunctatione, Dei mandatum diligenter curare. Tum verò ille, nulla interposita mora, ad præmonstratum locum accurrit: quò cum iam appropinquaret, insolitum sibi visus est videre splendorem, ac propiùs accedens, sanctum ibidèm B. Constantij corpus adspicit, simul & magnum circa illud tripudiantium cælestium spirituum chorum. His admirabilibus visis deterritus Leuianus, nec tantum sibi tribuens, vt satis dignè posset angelicis sese immiscere spiritibus, & sanctum corpus attingere, cui cerneret ipsos angelos ministrare, cœpit pedem referre. At Angeli conclamantes, Siste gradum, aiunt, Leuiane, nihil est, quòd timeas. tua hęc est sepulturę curatio. nobis id est mandatum, vt huius sanctissimi viri corpore vsque ad aduentum tuum custodito, tum demùm beatissimam eius animam deduceremus in cælum, quod & statim summa cum gratulatione, lætitiaque præstiterunt. O verè felix anima, quæ & dum fuit in his corporis compagibus inclusa, meruit pro sua eximia pietate ac puritate, Angelorum ministerio frui, & iam soluta ac libera, digna habita est, quæ, Angelicis stipata choris, ad æternam requiem perduceretur.

Anima S. Constantij, angelicis stipata choris, in cælũ ascendit.

Cap. 18.

Leuianus igitur ad sanctissimum corpus propiùs se cùm admouisset, genibus flexis, in hunc modum orauit: Domine Deus omnipotens, qui hunc precìosum thesaurum non diuitibus seculi, sed mihi humili seruo tuo indicâsti, suppedita, obsecro, vires ad illum deportandum, & ostende locum, vbi sint tantæ reliquiæ recondendæ. Tum corpus ea, qua decebat, religione complexus & osculatus, de terra tollit, sanctissimo oneri collum subijciens. At ei, iam iter ingresso, obuiàm fiunt viri duo, pecuniarum causa inter se altercantes. Hi Leuianum agnoscentes, videntesq; eum cadauer humeris ferre, quid hoc rei esset, interrogant. Quibus vir probus rem, vt erat, fideliter narrat. At illi incredduli, cœperunt hominem deludere, simul & Christi martyrem irridere, atq; adeò maledictis insectari. Quod non tulerunt impunè. nam Deus volens serui sui iniurias contumeliasq; vlcisci, simul &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Duo gentiles ob contumelias in S. Constantium iactas, visu priuantur. Deindè resipiscentes, illuminantur.

miraculo eius gloriã clariorem reddere, vtrunq; oculorũ sensu ilicò priuauit. Sed tamen & ipsis ira Dei misericordia efficitur. mox enim pœna omnis oculorum ad clarissimũ mentis lumen conuersa est: siquidem illi diuina manu tacti, quem anteà irridebant, huius iam opem & misericordiã supplices implorãt, confitentes meritò se quidẽ pro sua temeritate atq; impietate plecti, quòd sanctum Dei illusissent, atq; etiam à Leuiano venia petita, rogant hominem, vt velit sanctũ corpus deponere, auxiliũq; ipsis quamprimùm ferre. Tum ille, vt erat pius ac mitis, Si volueritis, inquit, credere in Dominũ nostrum Iesum Christum, confido fore, vt, hoc eius martyre deprecatore, augustũ ipsius corpus, qua decet religione tangentes, lucem, quam amisistis, omninò recuperetis. Quid ni credamus, responderunt, in cũ, cuius tantam in nobisipsis experti sumus potentiã? Apertè iam fatemur, quẽ vos colitis, hunc vnum Deum esse verum. Hic eos Leuianus manu prehendens, duxit ad corpus sanctissimi martyris, quod quidem illi summa religione venerantes atq; osculantes, Sancte Constanti, orabant, quanuis erratum nostrum nullam mereatur veniam, tuæ tamen erit gloriæ, opem nobis iam resipiscentibus, misericordiamq; benignè præstare: lumen, quod nostra culpa te contempto perdidimus, tua, quæsumus, benignitate, te intercedente, recipiamus. Hæc ex animo precati, in pristinum statum confestim sunt restituti.

Cap. 19.

Odor è S. Constantij corpore afflatur suauissimus.

Iam verò illucescente die, alterum huic non dissimile consecutũ est miraculum. Duo quippè iuuenes iam indè ab infantia cæci, pueri ductum subsequentes, eadem via iter faciebant, & cùm iam loco appropinquarent, miram quandam odoris suauitatem sentiẽtes, O quàm diuinus est, dicebant inter se, odoris, qui ad nares fertur meas: certè aut Deus aliquis hîc est, aut quidpiam planè diuinum. Horum verba cùm audisset Leuianus, Odor is, inquit, quem percipitis, fratres charissimi, afflatur è corpore B. Constantij Perusini Episcopi, qui ob Christi fidem hac nocte hoc ipso in loco morte affectus est. Huius ego corpus humandi gratia, à Deo secundùm quietem monitus, huc accessi. Tum illi, O nos beati, inquiunt, si cuius præsentiã ex odore percipimus, huius & adspectu frui cõtingeret. Vos verò, dixerunt hi, quibus fuerat paulò antè oculorum sensus restitutus, haud difficulter poteritis id, quod optatis, impetrare, modò animũ inducatis, huius, qui vos alloquutus est, monitis parere; siquidem & nos idẽ sumus hoc puncto temporis, Deo iuuante, consequuti. Id illi audientes, in spem veniunt & ipsi oculorũ sensûs, omnium gratissimi, eadem ratione recuperandi, & pollicentur omninò, se, quicquid eis fuerit à Leuiano mandatum, promptè executuros. A quo cùm fuissent sanctissimo corpori admoti, terræ motus fit adeò horribilis, vt cæci magno concurerẽtur terrore. Hos verò confirmans Leuianus, Nolite, ait, fratres, timere: bono animo estote. signum hoc fauoris est, non furoris. credite in Iesum, debitumq; huic glorioso ipsius martyri honorẽ præstare, & videbitis mirabilia hodiè. Tum illi, Credimus, inquiunt, vnum esse verũ Deum Iesum Christum, ac debitum nos glorioso huic ipsius martyri honorem præstituros, planè profitemur. ac protinùs humi prostrati, S. Constantij corpus religiosè osculantur, summis precibus contendentes, vt liceat eis iamdiù desiderata huius suauissimæ lucis vsura, ipso intercedente, frui. quod & statim obtinent.

Cæci duo, ad S. Constantij corpus admoti, illuminantur.

Cap. 20.

Corpus S. Constantij Perusiæ redditi, diuina voce præcipitur.

O verè venerandum corpus, cuius contactu quatuor viri paucarum horarum spatio tum oculorum, tum mentis cæcitate sunt liberati. Cuius illi beneficij vt memores se, & gratos ex aliqua parte præstarent, petunt à Leuiano, vt corporis ad sepulturam deferendi munus sibi concedat, ipse tantùm viæ ducem se præbeat. Hic ille precari Deum, orare, obtestari, vt, quemadmodùm adiutores sibi ad portandum corpus modo planè diuino suppeditâsset, sic velit locum, in quo sit condendum, demõstrare. Hæc precatus, subitò exaudiuit vocem è cælo, ità præcipientem: Perusiæ patriæ suæ beati viri corpus reddite, vt quem habuit in hac vita Pastorem & parentem, eundem post mortem Patronum & defensorem obtineat. Quod quidem illi Dei mandatum exhaurire cupientes, quæ primùm sese obtulerunt arbores, ex his ligna incidunt, in eaq; ue, in feretri formam constructa, corporis prius mò truncum imponunt, deindè huic caput sanctissimum, quàm maximè politum accommodatè annectunt. His ità constitutis, quatuor illi, quibus fuerat oculorum simul & mentis sanitas restituta, feretrum ferentes præcunt, Leuianus in hymnis & psalmis Deum benedicens, subsequitur. Interìm nonnulli, qui & ipsi per eandem viam Perusiam petebant, acerbum de Episcopi morte nuncium suis ciuibus cùm detulis-

sent, complures eorum, non modò ex sua, frequenti illa quidem, Barziorum gente, verùm etiam ex reliquis, quæ Christi fidem profiterentur, obuiàm ei vsque ad Tyberim processerunt. Hos cùm procùl vidisset Leuianus, id, quod erat, suspicatus, accurrit ad illos, & cùm se turbæ adiunxisset, cùm alia, quę acciderant, breuiter exponit, tum præcipuè miracula, quæ fuerant per beatum Constantium etiam post mortem edita, explicat diligenter.

Perusini ciues obuiàm S. Constantij corpori procedunt.

Hæc illo referente, attingunt ripam fluminis: quò cùm nec multò pòst peruenissent hi, qui feretrum portabant, rogati deposuerunt. Vidisses tum omnes certatim ad sanctissimum corpus venerandum atque osculandum currere, flere, angi, lamentari, eundem parentem, pastorem, vitæ magistrum, sapientiæ doctorem appellare. Huic pietatis officio cùm satisfecissent, iubet eos Leuianus à feretro recedere, vt iter reliquum conficere pergat. Tum verò certat quisque humeros sanctissimo oneri supponere, quod tamen hi, qui vsque ad eum locum detulerant, nè viderentur munus humanum, assignatum à Deo, defugisse, minimè permiserunt: sed rursùs sanctissimum sustulerunt corpus, è quo quidem tanta odoris suauitas continenter afflabatur, vt omnes, qui circùm erant, colles cum summa hominum admiratione repleret. Cùm igitur cuncti simul mœnibus vrbis appropinquâssent, vrbem ipsam, Deo ità inspirãte, non sunt ingressi, sed locum sepulturæ extra portam S. Petri delegerunt eum, quem etiam nunc Areolæ dicunt, ibique funus religiosissimo martyri satis amplum faciendũ curãrunt. His peractis, quicunque aderant Christiani, genua ad sepulcrum flectentes, suppliciter sese & patriam vniuersam S. Constantio commendârunt, precati, vt cuius fuisset in terra Pastor bonus, & pater optimus, eiusdem in cælo patronus & intercessor benignus existeret.

Lugubris Perusinorũ ciuium lamentatio.

Cap. 21.

Sepulcrum S. Constantij extra portam S. Petri in Areola positum.

Postremò tumulum piè osculati, domum quisque suam redijt, excepto Leuiano, & quatuor illis, quibus fuerat modò, beato Constantio intercedente, lux restituta: hi enim paruo ibi extructo tugurio, perseuerantes in orationibus, ieiunijs, & alijs bonis operibus, totũ reliquæ vitæ tempus apud sancti martyris monumẽtum traduxerunt. cuius quidem fama & gloria ob multa, & maxima miracula, quæ ibi quotidiè fiebant, adeò in dies magis magisque creuit, vt magna piorum hominum multitudo ad eius sepulcrum visendum ac venerandum, ex diuersis locis confluret. Neque verò non etiam hodiè magno in honore est & veneratione gloriosus Christi martyr, tum alibi, tum maximè Perusiæ, vbi quidem eius nomine festus dies anniuersarius in templo, ibidèm ei cum magnis opibus iampridèm dicato, summa religionis pompa celebratur, 4. Kalend. Februarij. Tulit autem S. Constantius martyrij palmam, Marco Antonino, vt initio diximus, Imperatore, qui quidem imperare cœpit clxiij. anno ab ortu Christi Domini nostri, cui honor, gloria, & imperium in sempiterna secula, Amen.

Vndiquè visitur.

Templum cũ magnis opibus ei dicatum.

FEBRVARIVS

SEMO BEATI PETRI DAMIANI DE SANCTO SEVERO EPISCOPO,

vt habetur octauo Tomo Aloysij.

1 Februarij.

AVDISTIS, fratres charissimi, ex beati Seueri, dum legeretur, historia, qualiter illum Deus de lanificij ergodocio sustulit, quàm mirabiliter illum non solùm præter opinionem omniũ ciuium, sed etiam suũ, ad aream Pontificatûs elegit. Audistis, paupereculum hominem à Deo mundi diuitibus anteferri. Audistis, abiectũ & humilem super potentatus nobilium cum gloria sublimari. Audistis Spiritum sanctum sapientes seculi contemnentem, simplicem hominem eligentem, ornatos vestibus transuolantem, in pannosum & squalidum, quasi in amicum familiarem, & olim sibi notissimum, descendentem.

Alia Dei atque hominum iudicia.

Libet

Universidad de Deusto
Biblioteca

Libet autem, dilectissimi, ad illud pulchrum spectaculum totos interiorum luminum radios diligenter expandere,& omnipotens Deus quàm diuerso modo ab hominibus iudicet,inquantùm mihi possibile est, studiosè pensare. Conueniunt vniuersi ciues ad oratorium,descendit Spiritus sanctus in columbæ specie super populum congregatum. Multa inferiùs corda, vnus desupèr inspector. Præstolantur isti, magnum aliquem ex diuitibus eligi: considerat ille, quis ex omnibus maximè valeat diues virtutibus inueniri. Isti apud se præferunt eruditam linguam, luculentum sermonem: ille autem animum simplicem & cordis humilis puritatem. Hinc populus visu plebeios præterit, ad primates verò, quis eorum maximè eligatur, attendit: indè autem excelsus Dominus humilia respicit, & alta à longè cognoscit. Hinc multi sibimetipsis illud sacrę dignitatis culmen exoptant, & garrulo silentio intra conscientiam clamant: O si columba veniat super me, ô si Deus eligat me. Putas ego ero electus? Putas mihi dabitur Episcopatus? Indè autem ille scrutatur renes & corda, qui finxit singulatìm corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum. Et quidem aderant ibì multi,vtpotè in egregia ciuitate,alij quidem frementium equorum glomeratis gressibus incedere soliti, alij clarìs natalium titulis insigniti,alij preciosarum vestium nitore conspicui,alij crebris obsequentium militum cuneis constipati, alij omnibus his mundi muneribus multipliciter prædìti, alij alijs rebus pro sua possibilitate dotati. Sed omnipotens Deus, qui corda hominum subtiliter intendebat, quod olìm per Prophetam dixerat,sine aliquo vocis strepitu iterùm repetebat: Super quem requiescet Spiritus meus, nisì super humilem,& quietum, & trementem sermones meos? Videbat populus in aperto loco columbam cælitùs expectantem. Adspiciebat illa Seuerum pauperculum, post ianuam latitantem. Qui enim se hominibus abscondebat, diuinæ maiestatis intuitum declinare non poterat. Quid est hoc beate Seuere, tam pauper, tam diues, tam humilis, tam sublimis, tam pannosus, tam gloriosus, apud iudicia humana deiectus, ex diuina prouidentia inuisibiliter sublimatus? Cur te abscondere niteris, qui ad hoc proueheris, vt ad virtutis exemplum omnium oculis proponaris? Cur vultus hominum erubescis, qui diuinæ maiestatis conspectui præ omnibus placuisti? Videlicet idcircò absconderis, vt videas, & non videaris: videas scilicet columbam pro admiratione, non videaris autem pro vestium fœditate. Agè iam manifestare in publicum, procede ad medium, & Christianæ familiæ suscipe villicatum. Exeat margarita de sterquilinio, vt in summi Regis fulgeat ornamento. Non lateat vlteriùs lucerna sub modio,sed super candelabrum posita,omnes qui in domo sunt, splendoris sui jacę perfundat. Pasce igitur Dominicum gregem,& super ouile Christi curam exhibe pastoralem. Tibi Christus Ecclesiam suam committere iam decreuit, quam inæstimabili sui sanguinis precio comparauit. Suscipe egregiæ administrationis officium, vt de commissi talenti fœnore auctum referas lucrum. Nec expauescas ignorantiam literarum,non dubites de incompositorum enormitate sermonum, quia ille,qui promouet te, sine legendi labore instruet te: qui tibi doctrinæ committit officium, docendi etiam suggeret incrementum. Summum quippe est verbum, quod tibi seminandi verbi exhibet ministerium. Hoc Verbum tibi, tuisque similibus per semetipsum dicit: Cùm steteritis ante reges, &c. Et rursùm: Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.

Spiritus sanctus quos eligat.

Psal.137.

Psal.7.32.

Esa.66.

Latere nititur S. Seuerus, sed non potest.

Matth.5.

Matth.10.

Ibidem.

Columba insidet capiti eius.

Quid plura? Tandèm venit columba,& mirantibus cunctis, dilectum sibi caput inuisit. Et certè iam olìm in eius pectore inuisibiliter erat, in cuius nunc vertice corporaliter descendebat. Sed quid iam fugitiuus Dei faceret? Quò se verteret? Quod sibi latibulum tutius inueniret? A conspectu omninm fugit, valuas opposuit, ad videndum sibi solas postium rimulas dereliquit. Sed qui humanos adspectus auertere potuit, columbini acumen intuitûs non euasit. Videt se deprehensum,conqueritur intra se, nil sibi profuisse confugium. Veruntamen adhuc suspicatur deceptam errare columbam,nec posse in tanta hominum multitudine certam eligendi notare personam. Tertiò igitur ad se volitantem agitatis manibus repulit: & sic in nomine sanctissimæ Trinitatis benedictionem sue consecrationis accepit.

O no-

O nouum & inauditum promotionis ordinem. O admirabilem egregij Pontificis dignitatem. Nam quid aliud fuit,in caput beatissimi viri columbam tertia vice descendere,nisì patenter illum in Patris,& Filij,& Spiritûs sancti nomine consecrare? Et quid aliud fuit,eandem columbam à se exturbando, manibus tangere, nisì ex Ecclesiasticæ institutionis ordine,in ipsis manibus oleum sanctæ vnctionis accipere? Nam quòd columba in sanctissimi viri caput illapsa descendit, officium manûs impositionis implcuit. Quòd autem sacris se manibus tangi permisit, ipsas manus sancti Spiritûs vnctione signauit.

Oleũ sanctę vnctiõis ritu Ecclesiastico,quo liniuntur manus.

Suscepto igitur Pontificatûs officio, beatus ille Seuerus, non magis ex ordine Ecclesiasticæ dignitatis asscendit,quàm in arcem quoquè summæ sanctitatis excreuit. Nonnulli enim cùm regiminis curam suscipiunt,ad lacerandos subditos protinùs inardescunt. Terrorem potestatis exhibent, & quibus prodesse debuerant, magis nocent: & quia charitatis viscera in filios non habent, domini videri appetunt,patres se esse non recognoscunt. Humilitatis locum in elationem dominationis immutant,& semetipsos quasì quidam tyranni in superbiæ cornibus exaltant: & si quandò extrinsecùs blandiuntur,interiùs sæuiunt. De quibus per semetipsam veritas dicit: Veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecùs autem sunt lupi rapaces. In vestimentis quippè ouium veniunt,quia vellus quidem innocentiæ in superficie prętendunt: sed lupi rapaces sunt,quia malitiæ morsus in occulto cordis exacuunt,non attendentes illud,quod Dominus discipulis suis dicit: Eccè, inquit,ego mitto vos,sicut agnos inter lupos. Qui enim locum prædicationis suscipit, mala inferre non debet,sed tolerare: vt ex ipsa sua mansuetudine iram sæuientium mitiget, & peccatorum vulnera in alijs, ipse afflictionibus vulneratus sanet. Quem & si quando zelus rectitudinis cogit,vt erga subiectos sæuiat,furor ipse de amorę sit,non de crudelitate: quatenùs & iura disciplinæ exhibeat, & intùs paterna pietate diligat,quos foris quasì sæuiendo castigat. Mali autem pastores,non sicut agni inter lupos,sed potiùs sicut lupi inter agnos sunt: quia dum à subditis sibi nullum plerunquè morsum læsionis excipiunt, ipsi in eos rapinæ suæ dentes crudeliter figunt.

Attendant quæso hæc, elati Ecclesiæ prælati. Matth.7.

Luc.10.

Mali pastores lupi inter agnos.

Nonnulli verò antequàm officij sacerdotalis culmen attingant, mites se & humiles in omnibus exhibent, excrescere in virtutibus studeut, bonis moribus polient,& in omni se honestate sanctæ conuersationis exercent, mala nulla aliquandò inferunt,illata verò patienter ferunt,carnem suam assiduè ieiunijs & orationibus edomant, & cunctos in se vitiorum motus censura rigidæ seueritatis frenant. Sed cùm pastoralis custodiæ iura suscipiunt,quicquid sanctitatis habuerant (proh dolor) miserè permutant: omne quod piè vixerant,obliuiscuntur: & discurrentium more fluminum,ad ima absq; vllo retentionis obstaculo deuoluuntur: & velut mali remiges,cùm ad alta pelagi vento impellente deueniunt, quandò scilicet maiori conamine opùs est,in somnũ se mortifera securitate resoluunt: vel potiùs cùm gubernandæ nauis clauum suscipiunt, qui priùs cum cæteris strenuè nauigauerant,iam in magisterio positi,in negligentiæ se torpore deijciunt,& non solùm alios non custodiunt,sed semetipsos etiam infeliciter perdunt.

Sed quid ista de reprobis pastoribus loquimur, cùm & ipsi summæ sanctitatis viri,suscepto curæ pastoralis officio, etsì ad mala (quod absit) nullatenùs prorumpunt, sæpè tamen ex ipsa perfectione bòni, necessitate cogente, aliquantulùm minuuntur? Hinc est, quòd beatus Papa Gregorius in prioris vitæ conuersatione visibilia quoquè se transcendisse gloriatur, postmodùm verò curis exterioribus implicari pia lamentatione conqueritur. Hinc est etiam, quod de beato Martino Turonense Episcopo legitur, quia maior ei virtus ante Episcopatum fuerat, quàm post Episcopatum. Quanquàm proculdubiò credendum sit, quia sanctis prædicatoribus quicquid de prima perfectione pro aliorum custodia subtrahitur,multò largiùs,multoquè vberiùs,in acquirendis subditorum lucris augetur.

In præfatione lib. 1. dialog. eius. Lege vitam eius Tom. 6 ex Dialogo 2. Sulpitij cap. 5.

Perpendite ergò, fratres charissimi, quàm mirabilis vir fuerit beatus Seuerus, cui sanctitatis meritum susceptì cura regiminis addidit, quod alijs excellentissimis etiam viris minuere consueuit. Nam quod alijs sæpè descensionis est causa,hoc illi prouectionis probatur extitisse materia: & indè sibi perfectionis culmen est auctum, vndè & perfectissimis viris quandoquè non ambigitur immutum. Eccè enim ante commissæ prælationis officium, virtutum quidem vitam

duxisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ante Episcopatum, nulla fecit miracula, póst verò, plurima.

duxisse cognoscitur, vi rrutum tamen signa nequaquàm feciſſe perhibetur: post ordinationem verò facta per illum miraculorum signa, apertis vocibus clamant, quantùm priorem vitam merita posteriora transcendant.

Aliqua deesse videntur.

Hæc igitur tot & tanta præclara miracula, fratres charissimi, ad veræ vtilitatis lucra conuertite,& per exteriora diuini muneris beneficia,ad interiora quoquè medullitùs anhelate. Quid enim prodest, caduca hæc & transitoria bona temporaliter ex diuina benignitate percipere, si non contingat ad æterni quoquè boni susciпienda præmia peruenire? Mementote quid Iudæis de antiquis eorum patribus veritas dicat: Patres,inquit,vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Perpendite etiam,quanta sit in cælis sanctorum gloria,quibus contra naturæ suæ ordinem ipsa in terris famulantur & obediunt elementa. Quid enim sanctorum animæ siue in cælo,siue in terra,siue etiam in abysso non possunt, qui cum ipso,qui omnibus præsidet,vnum sunt? Ad illam igitur, dilectissimi, tantæ gloriæ dignitatem totis nisibus tendite,ad illam quotidiè sanctarum virtutum & piæ conuersationis gressibus properate. Contemnenda quippè sunt vobis cuncta,quæ cernitis,si ad ea vultis pertingere,quæ speratis. Attestante etenim beato Paulo,non possumus hîc gaudere de seculo,& illic regnare cum Deo. Qui iterùm dicit: Non contemplantibus nobis,quæ videntur,sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt,quæ autem non videntur,æterna sunt. Fluxa igitur & seductoria immundi huius blandimenta mundi despicite, minas eius cum fortitudine superate,surgentia carnis incendia reprimite,mentes vestras,auxiliante Deo, in virtutibus dilatate,torporis & negligentiæ frigus de cordibus vestris expellite, ad illud ineffabile supernæ beatitudinis gaudium flammato mentis desiderio iugiter suspirate.Nam spectator ille,qui corda vestra ad se directa delectabiliter inspicit,liberter etiam vobis suæ societatis ianuam pandit Iesus Christus Deus noster, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Iohan.6.

Sancti cum Christo vnũ sunt.

Rom.12. 2.Cor.4.

VITA B. SIGEBERTI FRANCORVM REGIS, AVTHORE SIGEBERTO MONACHO GEMBLACEN.

Vtrùm hic catalogo Sanctorum adscriptus sit, ignoro: multis tamen claret miraculis.

1. Februarij. Cap.1.

ANNO Dominicæ incarnationis quingentesimo octogesimosexto Lotharius secundus, Chilperici Regis & Fredegundis filius, in Francia admodùm puer regnare cœpit. Qui postquàm ad intelligibilẽ ætatem venit, honestati morum studere cœpit. Vndè à Deo exaltatus,eò vsque processit, vt monarchiam regni Francorũ meretur accipere solus. Hic anno regni sui tricesimonono Dagobertum filium suum in cõsortium regni adsciuit: & nè regiæ potestatis licentia,& iuuenilis ætatis intemperantia exorbitaret à via rectitudinis,ei viros potentia & sanctitate claros substituit, sanctum scilicet Arnulphum,ex Maiore domũs Metẽsem Episcopum,& Pipinum Maiorem domũs,tunc temporis cunctis aulicis præminentem potentia & prudentia. Istis Dagobertus vtens tutoribus,regnum Francorum propagauit latiùs,& maximè ad debellandos Saxones laborabat intentiùs,qui fines regni sui crebris fatigabant excursibus. Quos auxilio patris sui Lotharij ità deuicit,vt & Regem eorum Berthoaldum perimeret,& omnes Saxones,mensuram gladij sui excedentes,gladio trucidaret.

Cap.2. S. Cuniberti vita, habetur 12. Nouembris Tomo 6. *discessum

Tam bonis Dagobertus Rex vsus principijs,post mortem patris sui cœpit paulatìm resilire à proposito æquitatis,& consilijs Pipini principis,& Cuniberti Archiepiscopi Colonien sis, quem idem Pipinus post * decessum sancti Arnulphi vnanimem sibi amicum,& intimum suis elegerat consilijs. Nam quanuis Dagobertus Rex esset egregius bellator, sacerdotum Dei & ecclesiarum pius amator, pauperum Christi largus subleuator,& multarum bonarũ artium executor: tamen canalis incontinentiæ morbo nimis laborabat, vndè & claritudini nominis sui fe-

dam infamiæ notam contraxerat,& (quod grauius erat) Regis regum iram contra se accenderat.Reginas enim suas fictis ex causis alias pro alijs repudiabat,ipsis quoquè desponsatis pellicum amores superducebat.Et quanuis adeò deditus esset carnali commercio,nullam tamen spem propagandæ posteritatis habebat, ex nulla tot vxorum filio suscepto. Permaximè ergò Rex dolebat,quia se Dei offensam incurrisse sentiebat: præsertim quòd ex regio patrum suorum semine nullum sciebat superesse,præter se & fratrem suum Charibertum: qui Charibertus propter simplicitatem nimiam minùs idoneus erat ad regni gubernaculum. Sed quanuis de prolis prosperitate,non tamen desperans de Dei miseratione, præcordialiter eum deprecabatur,vt sibi ex eius nutu filius daretur,qui sibi in regimine regni subrogaretur.

Grauiter peccat S. Dauidis Regis more.

Pœnitentia eius.

Iustus & pius Dominus, qui hominum erratibus ad iram attrahitur, precibus etiam humiliũ ad misericordiam reducitur. Rex siquidem Dagobertus, dum circuiret Austrasiam nono anno regni sui, puellam quandam Ragnetrudem nomine,vultûs elegantia laudabilem,genere etiam inter Austrasios non ignobilem, cum regij cultûs honore sibi vxorem iunxit: quæ, Deo volente, eodem anno ei genuit filium.Rex hoc lætificatus nuncio,voluere cœpit animo,cui sanctorum virorum potiùs hunc puerũ traderet,qui eum sacro baptismate regenerare deberet. Erant eo tempore in Francorum regno multi apud Deum & homines sanctitate prædicabiles & virtutibus. Inter quos sanctus Amandus Elnonensis clarebat gloriosiùs: qui ex Aquitania oriundus, Christum relictis omnibus sequebatur, & labores voluntariæ peregrinationis instantia diuinæ prædicationis consolabatur, & eius cultu seges vberrima per Franciam in horrea Christi congregabatur. Ad hunc perquirendum per diuersa discurrunt nuncij, ad festinantis Regis edictum. Is Amandus iam dudùm, quia solus omnium sacerdotum non timuerat Regem redarguere pro capitalibus criminibus,iubente eo,cum iniuria de regno eius fuerat expulsus, & in remotioribus Franciæ locis verbum Dei prædicabat gentibus. Tandèm reperitur, & vt Regem adeat quantocyùs admonetur. Ille memorans præceptum Apostoli, quòd omnis anima potestatibus sublimioribus debeat subijci, venit ad Regem, in villa Clypiaco morantem. Viso Rex beatissimo Amando,magno repletus est gaudio: prostratusque pedibus eius,deprecabatur vt tanto sceleri,quod in eum perpetrauerat,veniam largiri dignaretur. At ille,vt erat mitissimus, citiùs eum eleuauit à terra, atque clementissimè indulsit. Tunc Rex ad sanctum ait: 'Pœnitet me, quòd stultè aduersùm te egerim. Precor ergò, vt nè memineris iniuriæ,quam tibi irrogaui, atque precem meam, quam à te postulo,non dedigneris annuere. Dedit Deus mihi filium,non meis præcedentibus meritis,precorque vt eum sacro digneris abluere baptismate, atque in filium tibi spiritualem accipere. Quod vir Domini vehementer renuit, scilicet sciens scriptum esse,militantem Deo non oportere implicari secularibus negocijs: & quietum atque remotum,non debere regia frequentare palatia. & è conspectu Regis abscessit. Rursùm Rex misit ad eum viros illustres,tũc in laicali habitu palatio deseruientes,Audoënum scilicet,pòst Rothomagi Episcopum, & Eligium pòst Noiomi Episcopum. Hi humiliter virũ Dei petiẽrunt,vt precibus Regis daret assensum,atque filium ipsius sacro dignaretur diluere fonte, & vt eum enutrire, atq; lege imbuere diuina quantocyùs assentiret:dicentes,quòd si hoc vir Domini non renueret,per hanc familiaritatem liberiùs in regno illius,vel vbicunquè eligeret, licentiam prædicandi haberet,seu nationes quamplures per hanc gratiam se posse conquirere fatebantur. Tandèm ergò fatigatus precibus amborum,facturum se esse promisit. Audiens autem Rex,quòd vir sanctus precibus eius annueret, puerum adduci præcepit: ipse verò Aurelianis contendit: vbi ei frater suus Charibertus ad hoc ipsum,vt filium eius de sacro lauacro susciperet,occurrit.Ibi puer affertur, qui non plusquàm quadraginta dies ab ortu suo habere ferebatur. Quem accipiens vir sanctus,sacris mysterijs initiandum, cum benedictione solenni eum fecit catechumenum.Cumq; finita benedictione nemo ex circunstantibus respondisset,Amen: aperuit Deus os infantis,atq; cunctis audientibus clara voce respondit, Amen. Statimq; eum regenerans sacro baptismate,Sigebertum eum nominauit,cumque ipse cum Chariberto fratre Regis de sacro fonte suscepit.Super hoc Rex cum omni exercitu magno tripudians gaudio,dehinc sanctum virum habitum in magnæ vene-

Cap.3.

Nascitur ei filius.

Vita huius est Tom.1. die 6.Februarij.

Horum vitę suis habentur locis.

S.Amandus eius filium baptizat,Sigebertum. Aimonius lib.4.cap.20

Rom.13.

S.Amandũ veniam rogat.

2.Tim.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rationis loco, non multò pòst inthronizauit eum in Traiectensis ecclesiæ solio. O miram Dei gratiam: ô prædicabilem eius potentiam. Quis non in eius laudem ex-
Ierem.1. clamet? quis non super diuitijs bonitatis eius exultet? Qui olim Ieremiam prophe-
Luc.1. tam in vtero matris sanctificauit, cuius spiritu afflatus cum matre sua, plusquàm propheta Iohannes exultauit, & nondùm natus præco, nasciturum Regem præuidens, gratulando salutauit: ipse etiam modò recèns nato puero per os sancti præsulis charisma spiritualis benedictionis infudit, & quòd sibi vas electionis esset fu-
for.* euidẽs turus, per * eiusdem ostendit miraculum: quem mox vt originalis peccati ablutus est macula, spiritu sancti perfudit gratia. Verè benedictus per omnia, per quem no men Domini adhuc benedicitur in Ecclesia, & benedicetur in secula.

Cap.4. S. Pipini Ducis vita habetur Tomo 1. Februarij 21. Aut vix, aut nunquàm inuidiam effugit gloria. Pipinus Maior domûs, qui cautè & prudenter se agebat in cunctis regni vel palatij negocijs, bonus in consilijs, fortitudine terribilis, cultu iustitiæ & fidei proposito per omnia laudabilis: quò magìs omnes gloria anteibat, eò omnium maiorem penè Austrasiorum contra se inuidiam conflauerat, obseruantibus æmulis, vt amouerent eum à latere Regis: vt aut disiungerent eum à Regis corde, aut facerent eum plecti morte. Sed ille
Rom.12. callens moderari animo suo, noluit vinci à malo, sed vicit malum in bono. Nam vt se & omne regnum absolueret discordię scandalo, arrepto ad nutriendum Sigeberto Regis filio, inuidorum factioni cessit, & ad Charibertum Regis fratrem in Aquitania morantem contendit. Non multò pòst transeunte nubecula huius tempestatis, lætior redijt per concordiam aura serenitatis.

Cap.5. * Samon * Sammon quidam Francus genere, negociator arte, cùm ad gentem Vuinidorum se contulisset, & per fortitudinem & industriam suã ab eis in Regem promotus fuisset, inter se & Dagobertum Regem orta simultate, sępè regni sui transgressio limite, Thuringiam & reliquos sibi vicinos Francorum pagos vastabat acerrimè. Hac de causa Rex Dagobertus anno regni sui vndecimo Metis adijt, ibique procerum & pontificum conuentum adesse iussit, eorumque consilio & consensu filium
Sigebertus creatur Austrasiæ Rex suum Sigebertum in regnum Austrasiorum sublimauit, sedemque Regis Metis vebem habere permisit: partem etiam thesaurorum sufficientem tradidit, & hoctum edicto regali & procerum attestatione authorizauit. Tutelam verò Regis, cuius pueritiæ timebat, cõmisit Cuniberto Archiepiscopo Colonienśi, & Adelgiso duci: curam verò regni Austrasiorum & prouidentiam omnium imposuit Pipino principi. Ex illo die repressa est insolentia Vuinidorũ, obuiante eis fortiter & feliciter fortitudine Austrasiorũ, & frequentibus prędijs reprimenti excursus illorum.

Cap.6. Secundus ei nascitur filius Clodoueus nomine. Post annum nascitur Regi Dagoberto filius, qui Clodoueus est nominatus. Qui iterùm cunctis primatibus Austrasię & Neustrię in generali conuentu cõgregatis, iterùm diuisionem regni inter duos filios ordinauit coram eis, eorũ assensu & consilio, & confirmauit, datis & acceptis inuicèm pactis & sacramẽtis, vt scilicet determinato vtriusq; regni arcto limite, Sigebertus regnaret super Austrasiam, Clodo-
Is creatur Rex Neustriæ. ueus verò regeret Neustriam. Eam partem Franciæ, quę spectat ad meridiem & orientem, vocabant Austrasiam: eam quæ vergit ad Aquilonem & occidentem, vocabant Neustriam. Rex Dagobertus tam iustè & prudenter regno vtroque ordinato, nè aliquandò aliquo modo vel fratres inter se fraterno dissiderent odio, vel regnum in seipso diuisum, ciuilis belli desolaretur scandalo: anno regni sui decimo-
* Parisius septimo mortuus, & * Parisijs in basilica S. Dionysij sepultus, regnum dimisit, ab ea tempestate pacatum gentibus, & in nullo diminutũ à suis finibus. Post cuius obitum duo Reges & fratres, Sigebertus & Clodoueus, se quisq; in regno suo agebat prudenter, & inter suos valebãt potenter, subiectis se exhibendo placabiles, aduersantibus terribiles. Et cùm in omnibus inter se Deo placita vigeret concordia, pro vno tamen negocio penè voluit introrepere discordia. Sigeberto enim Rege repetente sibi debitam partem paterni thesauri, nitebantur ei contraire proceres, qui erant ex parte Clodouei. Sed Pipino principe, & Cuniberto Archiepiscopo fortiter & rationabiliter instantibus, pro suî potentia ab inuitis Neustriæ primatibus extorserunt, mediante iustitia, vt ex condicto ad villam Compendium veniretur, ibique
Thesaurus regius æqua lance diuiditur. thesaurus Regis æqua lance diuid cretur, suaque cuique pars competẽter daretur. Ventum est illò: thesaurus diuiditur ex æquo, pars debita repræsentatur Metis regi Sigeberto.

Cap.7. Sequens annus luctum maximum intulit Regi Sigeberto, eiusque regno, Pipino maiore

maiore domûs ex hac luce subtracto, qui ipsum Sigebertum paternè nutrierat à puero, & imbecillitatẽ pueritię & adolescentię eius validi sui auxilij sustentauerat brachio. Hic omnimodis regno vtilis, genere, potentia, prudentia & fortitudine super omnes nominabilis, Grimoaldum filium suum rerum suarum hæredem fecit, duas quoquè filias, Gertrudem & Beggham, ad laudem & gloriam generis sui post se reliquit. Quarum vna Gertrudis Christo, quàm sponso carnali, malens nu-
S. Gertrudis vita est 17. Martij, Tomo 2. bere, sanctæ religionis proposito inseruiens in Niuellensi cœnobio, à sua fundato matre, spiritualem prolem adhuc non desinit Deo gignere. Soror eius Beggha nupta Ansigiso, sancti Arnulphi Metensis Episcopi filio, regiæ dignitatis decus, quod penitùs deperierat per Regum Francorum inauditam desidiam, per suam reparauit prosapiam. Ipsa siquidem genuit Pipinum, Pipinus Carolum, qui Tudetes, id
S. Caroli Magni genealogia. est, Martellus est agnominatus: Carolus Pipinum Regem: Pipinus Carolum, cognomento Magnum, Francorum Regem & Imperatorem Romanorum: qui eò honoris & potentiæ processit, vt nullus de Regibus Francorum, vel ante eum, vel post eum, ei comparari potuerit. Quia aliquantulùm excurrimus, citò vndè digressi sumus redeamus.

Cap.8. Grimoaldus pro patre suo Pipino constitutus Maior domûs, potenter in aula Sigeberti Regis principabatur, & domi militięq; viriliter tutabatur. Omnia in tuto esse putabantur, & compressis vicinarum gentium motibus, nihil metuebatur. Inuenit tamen nouerca bonorum inuidia, quomodò in ipsis regni visceribus sereret discordiæ zizania. Otho Vronis domestici filius, qui Sigeberti Regis ab adolescentia fuerat baiulus, zelo inuidiæ ducebatur contra Grimoaldum Maiorem domûs, & traductis ad se procerũ aliquibus, arrepebat in spem inuadendi principatûs eius. Radulphus quoquè dux Thuringiæ, vir bellicosus, prosperis intumescens euentibus, cùm Vuinidos crebris vicisset congressibus, contra Sigebertum dominũ suum & Regem agebat insolentiùs, eiusq; despiciens adolescentiam, magnam intulit regno molestiam: & eò vecordię processit, vt exercitu Sigeberti insidijs excepto, non minimam de Francis stragem facere præsumpserit. Quod infortunium nimium Si-
Sigebertus Rex Thuringos domat. geberto Regi intulit luctum, tunc agenti annum regni nonum, ætatis verò duodecimũ. Sed quia cum ætate ei robur & industria accreuit, non antèà ab inimicorum insectione destitit, quàm superbiam eorum domuit, & Thuringos, qui instinctu Radulphi rebelles erant, sub iugo dominij sui victos & confusos reflexit. Otho etiam, qui potentiam Grimoaldi obliquo oculo limans, eam ad se trahere nitebatur, factione Grimoaldi à Leutherio Alamannorum duce in gratiam ipsius trucidatur, atque ita Grimoaldus in principatu corroboratur.

Cap.9. Pax alta & quies erat in cunctis Austrasiorum terminis, sedatis vndiquè exteris & domesticis aduersarijs, virtute Dei promouente virtutem Sigeberti Regis, quem sibi placiturum monstrauit à primo rudimento ætatis. Qui enim Salomoni in tenera ętate dedit sapientiam, diuitias & potentiam, dedit etiam huic sapientiam, diuitias & potentiam. Ego quidem, si verbis Domini vti audeam, fidenter dicam, quia
3 Reg.3. 3.Reg.11. plusquàm Salomon hic. Salomon enim sapiẽtiam, quam in nocte & per somnium accepit, transgrediendo Dei cultum perdidit: diuitias & potentiam, quas plus cũctis habuit, in perniciem animæ suę vertit, & vt in posteris suis minueretur, peccando meruit. Hic verò pacificus noster Salomon, quicquid sapuit, quicquid habuit, quicquid potuit, ad animæ suæ commodum conuertit, & vt in posteris suis spiritualiter multiplicaretur, benè agendo meruit. Solet enim fieri in pacatis regnis, vt per ocium & desidiam moribus corruptis, abutantur securitate pacis. Hic contrà gaudens diuturnitate temporalis pacis, laborabat obuiàm ire aëreis cateruis: & colluctaturus contra spiritualia nequitiæ in cælestibus, conducere sibi spirituales, qui secum bellarent, exercitus. Duodecim enim monasteria in diuersis regni sui partibus ædificauit, eisque ex suis redditibus regia liberalitate necessaria suppedi-
Quàm sapienter & sanctè vixerit. Duodecim monasteria extruit & redditibus donat. tauit: vt illic sub Apostolicæ vitæ viuentes regula, dum sua meterent carnalia, sua sibi seminarent spiritualia. Inter quæ eminent in nostra vicinia Stabulaus & Malmundarium cœnobia, infra syluam Ardennam sita: quæ idem Rex, cooperante sibi Maiore domûs Grimoaldo, constructa, sancto Remaclo Tungrensi Episcopo tradidit ordinanda. Illius enim & Cuniberti Colonienśis Episcopi præcipuè inni-
S Remacli vita habetur 3 Septẽbris, Tom.5 tebatur consilio, & ad talia facienda sanctorum virorum animabatur exemplo. Et vt ab vno plura discamus, quanta pij Regis liberalitas fuerit in sanctorum locis di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tandis, ex his duobus colligamus. Audiens in locis, sancto Remaclo delegatis, fer-
uere cultũ sanctæ religionis, præsertim quòd idẽ præsul, abiecta Episcopali sarcina,
se ibi mancipauerat arctiori vitæ, tradidit ei ex ipsa foresta duodecim leucas in la-
*affirmauit, legendum videtur. titudine, & totidem in longitudine: In quo spatio nullus ei vel sibi succedentibus
contradiceret: * affirmaueruntq; illud testamẽto cum adstipulatione Imperiali.
Cap.9. Rex Sigebertus, reuerà Regis nomine dignus, quia seipsum benè regere nórat,
magnoperè terrena bona minimis Christi distribuere curabat, vt ad summum bo-
num tandèm pertingere posset, quod non constare nisi in æterna beatitudine cla-
ret. Expertus enim erat, quia terrena felicitas in aliquo semper curtatur, nè ad per-
fectionem boni perueniat. Cùm enim sibi opes, honores, potentia, gloria affatim
pro regia affluerent magnificentia, multũ tamen felicitati suæ deesse dolebat, pro
eo quòd liberorum dulci affectu carebat. Et ideò in ædificandis ad ædificationem
animarum cœnobijs instabat liberiùs, & sua Christo distribuebat liberaliùs: quia
præter Christum, cui hæc cederent, non erat ei hæres legitimus. Quia verò Grimo-
aldum Maiorem domûs sibi in omnibus fidelem, morigerum & cooperatorem
eatenùs expertus erat, filium eius Childebertum regni Austrasiorum hęredem de-
legat: hoc tamen proposito conditionis tenore, si ipsum contingeret sine liberis
obire. Rex quidem, vtpotè futurorum nescius, quod tunc sibi videbatur, ex tempo-
ris conuenientia fecit: postcà verò filium genuit, quem nomine patris sui Dago-
Sigeberto filius succedit Dagobertus. bertum vocauit: & priori testamento ad irritum redacto, hunc nutriendum com-
Cap.10. misit Maiori domûs Grimoaldo, vt eius potentia contra omnes tutus sublimare-
tur in Austrasiorum regno.

Talis erat Sigeberti Regis vita, quam apud homines & temporalis magnificabat
potentia, & grata Deo in omnibus commendabat iustitia: apud Deum verò eam
Columbina simplicitas eius. acceptabilem faciebat columbina simplicitas, cùm tamen ei adesset etiam serpen-
Prou.25. tina calliditas. Quia verò dicit sapientia ex ore Salomonis, Auferrubiginem de ar-
gento, & egredietur vas purissimum: auferiniquitatem de vultu Regis, & firma-
bitur iustitia thronus eius: Rex ille, in cuius manu sunt corda Regum, de famulo
suo Sigeberto, qui per vitę puritatem & sapientiæ venustatem splendebat vt argen-
tum, abstulit in præsenti seculo rubiginem peccatorum, & fecit sibi vas misericor-
Luc.11. diæ purissimum. Et cùm Deus dicat nobis, Date eleemosynam, & eccè omnia mun-
da sunt vobis: quis discredat peccata huius Regis, ex terrena contagione & regni
occupatione ei adhærentia vice pulueris, Deũ eluisse tot eleemosynis, quæ ad lau-
dem & gloriã nominis Christi expensæ sunt per eum, & adhuc quotidiè expendun-
tur in tot ab eo structis cœnobijs? Abstulit nimirùm iniquitatem de vultu Regis, vt
Hebr.10. firmaretur iustitia thronus eius: vt quia iustus ex fide viuens, vilipenderat terrena
regni fastus, coronatus corona iustitiæ, & ornatus palma victoriæ, conregnaret
Psal.75. Christo in cælestibus. Rex ergò terribilis apud omnes Reges terræ, qui auferit spiri-
tum principum, nè malitia mundi mutaret militis sui intellectum, in flore iuuen-
Felix obitus eius. lis ætatis eum acerba morte rapuit de præsenti seculo nequam, & in cælesti curia ei
contulit veræ dignitatis gloriam. Obijt autem Calendis Februarij, ætatis suæ anno
ferè tricesimoprimo, regni vicesimooctauo, ab incarnatione Domini anno sex-
centesimo sexagesimosecundo: à transitu sancti Martini anno ducentesimo sep-
Sepelitur Metis. tuagesimotertio. Et qui in multis locis insignia suî monimẽta reliquerat, sepelitur
git in vrbe Metis, quæ regni sui sedes fuerat, in basilica, quam ad gloriam & laudem
Dei in honore S. Martini glorioſi confessoris regia liberalitate construxerat.

MIRACVLA QVAEDAM EIVSDEM SIGEBERTI REGIS, AB EODEM SIGEBBRTO MONACHO CONscripta, sed redacta in compendium. Testatur autẽ author, se ea scribere, quæ aut recenti tempore facta sint, aut ab ijs relata, qui ijs interfuerint.

Sigebertus Rex monasterium S. Martini Metis exstruxit.

ANno Christi 1063. quiescente corpore Sigeberti Regis in mona-
sterio S. Martini, quod ipse apud Metenses ad Mosellam à funda-
mentis construxerat, presbyterium supra cryptam, vbi condi-
erat eius corpus, propter antiquitatem ruinam minabatur, ita vt
non absq; ingenti timore illic monachi diuina peragerent. Ap-
paruit igitur manifestè sanctus Rex cuidam Vuilãdo, in Mercen
suburbio

suburbio degenti, cunctis penè ciuibus notissimo. Is verò præ splendore eximio
obstupuit, nec quicquam loqui ausus fuit. Tum Rex blandè eum appellans, iussit
eum ocyùs indicare fratribus eius monasterij, vt si Deum & beatũ Martinum vel-
lent habere propitios, quam primùm ad locum alium transferrent corpus eius, nè
ruina loci eius quassaretur. Fecit Vuilandus, vt erat iussus, & monachi de verissima
Sigeberti Regis & patroni sui sanctitate nihil hæsitantes, statuerunt id ad effectum
perducere. Tanta autem facilitate sarcophagus eius aliò deportatus est, vt non ab Translatio corporis eius.
hominibus, sed ab angelis ferri videretur. Plurima verò deincèps edita eo loco,
quò translatum est corpus eius, sunt miracula

Ad laudem Domini, retinet qui culmina cæli, Carminà Authoris.
Reddere qui sanctos vult per miracula claros,
Cuius virtute valuerunt viuere iustè.

Nec multò pòst, ea quæ casura erant monasterij ædificia corruerunt, sic tamen vt
ob merita beatissimi Martini & Sigeberti Regis, neminem læserint, tametsi non
pauci adessent. Porrò nocte diei illius, qua erat hęc peragenda translatio, à quibus-
dam in oratorio quiescentibus tanta audita est melodia toto monasterio, vt præ
nimio timore penè exanimes, huc atq; illuc diffugerent, & visa auditaque vix alijs
indicare possent. Sed tamen aliquanto pòst non absque summo metu in oratori-
um ingressi, cantum suauissimum, & tanquàm apum permulta examina, gratissi- Miraculũ.
mum exprimentia suo stridore melodiam, sibi audire visi sunt.

Aliud subiungimus miraculum, vndè & pijs, de muneribus huic sanctissimo vi-
ro cælitùs collatis nihil hæsitantibus, fidei, spei & charitatis accedant incrementa,
& duris atque incredulis cælestis vindictæ metus incutiatur. Cùm adhuc priori
loco quiesceret verabilis Regis Sigeberti corpus, & à fidelibus fratribus, de eius
sanctitate nihil dubitantibus, debitus ei honor & reuerentia præstaretur, ità vt in
litanijs, & diuini cultûs officijs eius nominatìm mentio haberetur: quidam frater
Hugo, quem etiam nosipsi vidimus, magna temeritate eius nomen in litania-
rum codice expunxit, licèt ab alijs quotidiè exprimeretur. Eccè autem post dies
paucos sub precibus vespertinis cuiusdam solennitatis eo solito more ad aras in-
censum offerente, cùm ad huius sancti Regis tumulum pro consuetudine acce-
deret, adeò corpus eius subitò diriguit, vt loco illo se mouere non posset. Agno- Diuinitùs castigatur temerarius frater, sancto Regi derogans.
uit ergò culpam suam, & fratres pariter cum illo egêre pœnitentiam, rogârunt-
que sanctum, vt ignosceret fratris temeritati. Interìm affertur litaniarum codex,
& frater sua manu nomen expunctum denuò inscribit, atque eadem nocte sine vl-
lo impedimento in nocturnis laudibus ad idem monumentum thus obtulit. Po-
test autem ex hoc miraculo colligi, superioribus temporibus multa alia ab illo
edita miracula, sed quæ hominum incuria in scripta relata non sint.

Translato, vt diximus, sacri corporis sarcophago, & à dextris aræ beati Martini
reuerenter reposito, quidam religiosi & diuino amore feruentes fratres, pia fidu-
cia animati, sacrum aperuêre sarcophagum, videruntque sanctum illud corpus, Corpus eius post 400. annos apparet integrum.
non tanquàm mortui, sed vt dormientis hominis planè integrum, & omnis macu-
læ expers. Tum verò illi in Dei præpotentis prorupêre laudes, admirabundique
ad sua reuersi sunt.

Erat per id tempus in eo monasterio quidam iuuenis monachus, valdè leuis
& lubricus moribus, verbis futilis & iocosus. Ex hoc quandoquè sciscitabantur
quidam seculares, quid sentiret de ijs, quæ nupèr gesta essent, vel quidnam beatus
Sigebertus vel per reuelationes, vel per miracula apud ipsos efficeret. Respondit
ille irridiculè, sanctum Sigebertum, vt solent vita functi, iacere in tumulo aper-
to ore, & nudatis dentibus: nec se compertum habere, num quid vnquàm miracu-
li perpetrâsset. Eadem hora ineptus ille tanquàm mentis inops cœpit per hu-
mum & saxa se volutare, & cum magnis vocibus exilire, rursumque humi se abijce-
re atque volutare. Cumque id diù fieret, fratres eius miserti, tandèm ægrè cum è Alius frater castigatus, postea curatur.
terra sublatum, ad beati Sigeberti sepulcrum adduxerunt. Ibi ille sancto Regi &
fratribus culpam suam confessus, mox sanatus est.

Quidam alius eiusdem monasterij frater morbo quodam grauissimè laborans,
ità vt nihil cibi potionisve aliquot diebus admitteret, & interdùm supremum vi-
tæ periculum adire videretur. Is aliquandò ad beati Sigeberti se monumentum
contulit, & cùm precatus esset, operimento vel palla, qua sacrum corpus tegeba-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aeger ad eius tumulum curatur.

tur, pectori, ventri & cęteris membris fideliter admouit, moxque sic omnem sensit abijsse dolorem, vt nunquàm posteà eo correptus sit.

Eodem ferè tempore mulier quædam in pago Casellensi acri vexabatur morbo, hulcere in eius gutture existente, adeoque in dies excrescente, vt plerique vitæ eius spem omnem abijcerent, non paucis remedijs frustrà illi adhibitis. Tandèm à

Itèm ægra mulier.

parentibus ad beati Sigeberti adducta monumentum, postquàm palla eius morbidum tetigit locum, ilicò curata est.

Anno à Christo nato millesimo sexagesimooctauo quidam fratricida ferreis constrictus vinculis, multa inuisit sanctorum loca, vt per eos Deum sibi propitium efficeret. Cùm autem aliquot dies Parisijs apud sanctum Dionysium in precibus & ieiunijs moratus esset, vnius brachij vinculis diuinitùs absolutus est. Tum verò etiam pro alterius brachij solutione instantiùs orans, beato Dionysio ipsi apparente, in somnis admonitus est petere monasterium sancti Martini, apud Metenses condirum, illic meritis sancti Sigeberti impetraturus quod petebat. Asserente illo, se nescire iter, vel locum illum, beatus Dionysius de omnibus copiosè eum edocuit. Abijt igitur lætus, & ad locum indicatum perueniens, aliquandiù permansit in precibus, sanctorum inplorans suffragia, inprimis autem sancti Sigeberti. Interim quodam die, iam noctis sese intendentibus tenebris, custos templi iussit eum exire foràs. At ille obnixè rogauit eum, vt vel ante fores permitteret ipsum nocte illa hærere: dicens sperare se id consecuturum propediem, quod diuinitùs sibi promissum esset. Annuente tandèm fratre præ commiseratione,

Quidã fratricida, meritis B. Sigeberti, suis vinculis absoluitur.

ille multo etiam fidentiùs in preces assiduas incubuit: cùm eccè in oratione prostrato illi repentè ferrum alterius brachij tanta vi diffractum est, vt vna pars in fores monasterij insiliens, magnum excitârit sonum: altera verò longè aliò excussa sit. Vtraque autem pars in rei testimonium & beati Sigeberti venerationem ante oratorij altare suspensa est.

Accidit quandoquè, vt quidam Metenses ciues dubitarent corpus sanctissimi Sigeberti in monumento haberi. Itaque anno Dominicæ incarnationis millesimo centesimo septuagesimo collecti sunt Abbates, itemque clerus cum multa populi frequentia, idque in æde illa, qua conditum erat beati Regis corpus. Postquàm ad Deum preces fusæ sunt, lapis à sepulcro amotus est, & corpus sanctissimum ità rursùs integrum inuentum est, acsi dormiens illic iaceret. Iam autem quingentos & septuaginta duos propemodum annos iacuerat in sepulcro. Tanta igitur re obstupefacti, qui aderant, incredibili animi hilaritate perfusi, in Dei laudes proruperunt, qui mirabilis est in sanctis suis. Porrò eius monasterij Abbas Lætandus cum fratribus argenteam thecam, in qua corpus beati Regis conderetur, efficiendam curârunt. Erat tum illic monasterij Præpositus Hugo, bonæ existimationis & inculpatæ vitæ vir, sancto Regi valdè deuotus, & assiduus monumenti eius visitator. Ei quadam nocte in visu apparuit Sigebertus Rex, aitque illi: Veni, iace mecum. Illo cum tremore respondente, sepulcrum non posse ambos capere, sanctus Rex dixit: Veni securus: sufficit enim vtrique. Excitatur interim præ timore, visionem exponit nobis: sed cùm de ea ambigeret, rursùs apparet ei beatus Sigebertus, aitque: Porrige mihi manum tuam, vt osculer eam. Id verò facere non ausus, præ pauore expergiscitur, manumque confert ad eius monumentum, manumque illius cum summa pietate & compunctione osculatur. Indè Abbas Lætandus conuocatis Abbatibus, cum illis tractare cœpit de sacro corpore in thecam argenteam transferendo, & eleuando, populoque ostendendo.

Corpus eius post multos annos iterùm inuenitur incorruptum.

Elcuatio eius.

Matrona quædam in suburbio sancti Iuliani apud Metim, rebus locuples, virtutum inops, vt audiuit prædicari à quibusdam sancti Sigeberti miracula, non solùm credere noluit, sed etiam contumeliosè proscidit. Et eccè confestim os blasphemum ad aures contorquetur, horridum adspectantibus exhibens spectaculum. Redit igitur ad se, plangit peccatum suum, orat parentes & cognatos vt ad templum, in quo conditum erat corpus sancti Regis, perferatur. Vbi eò ventum est, prosternit sese, rogat loci illius custodem, vt liceat sibi osculari beati Sigeberti reliquias. Quod dum facit, videre sibi videtur sanctum Regem admoto sua manu, os ipsius in suum reuocare locum. Deindè sospes & incolumis redit ad suos.

mulier temeraria post castigationem curatur.

Io

In eodem suburbio iuuenis quidam, vineas noctù custodiens, vidit multos dæmones ardentibus facibus inter se dimicantes. Accedit propiùs, sed temerè tamen, scire volens, quid rei sit. Tanto verò terrore correptus est, agente maligno dæmone, vt amens humi collapsus sit tanquàm mortuus. Mirantur cognati, cur tardiùs reuertatur: eunt ad vineam, reperiunt miserum non solùm mentis inopem, sed etiam adeò à dæmone occupatum, vt quodam furoris œstro percitus, morsus illis intentaret. Ligant itaque furiosum, sed rumpit vincula, non suis viribus, sed impetu satanæ: irruitque in cognatos suos ore hianti. Rursùs multò etiam arctiùs cum colligant, imponunt grabato, per multa Metensis vrbis templa circũferunt, orant lachrymabundi ad sanctorum sepulcra, sed non exaudiuntur. Redeunt in memoriam innumerabilium miraculorum, quæ Dominus per confessorem suum Sigebertum ederet: adducunt hominem ad eius sepulcrum, orant Deum, vt meritis eius sanet miserum. Post aliquot dies iuuenis apertis oculis dicit ad illos: Soluite me, meritis sanctissimi confessoris Sigeberti iam liberatum. Hilarescunt illi, soluunt hominem, Deo & beato Sigeberto gratias agunt. Promittit iuuenis se quotannis daturum loco illi quatuor nummos. Et biennio quidem facit id bona fide: anno tertio non seruat datã fidem. Redit satan, occupat rursùs miserum, vt priùs. Parentes adducunt eum iterùm ad beati Regis monumẽtum, fundunt nouas preces, iuuenis ocyùs restituitur sibi, domum suam lætus repetit, & quoàd vixit quod promiserat Sigeberto Regi, etiam religiosè persoluit.

Dæmoniac⁹ ad eius sepulcrũ à dæmone liberatur.

Cùm id genus & alia permulta fierent miracula, magnus fiebat hominum concursus ad sepulcrum beati Sigeberti, qui eius meritis curabãtur. In ijs duo quidam nostræ ætatis, Constantius & Iozelinus, & mente & corpore laborantes, ad eius monumentum sanati sunt. Hæc & alia multa nosipsi vidimus diuinitùs declarari miracula: quibus aliud addam.

Duo ægri sanantur.

Accidit aliquandò, vt vespillones & prædones quidam nostros fines præter opinionem inuaderent, domosque tum diuitum tum tenuium repentè expilarent. non enim ausi erant longas moras nectere. Porrò vbi in vallem Gorgiensem incurrerunt, multa illic degentibus damna attulerunt. Mox eius rei fama longè propagata, etiam Metenses peruasit. Ij collecta forti armatorum manu, raptores illos persecuti sunt, comprehensosque magna ex parte trucidârunt, plerosque duxêre captiuos: pauci tamen fuga sibi consuluêre. Ex captiuis autem Rodulphus quidam, cùm iam multo tempore cum complice sceleris in carcere detentus fuisset, recordatus est beatum Sigebertum Regem permultis clarere miraculis, quod crebra auditione acceperat. Itaque ad socium suum ait: Ambo quæso prostrati, imploremus beatũ Sigebertum Regem. Ambo igitur se dant precibus, nec vllam sentiunt in impetrando difficultatem. Soluuntur spontè vincula, surgunt ferreis nexibus expediti, tollunt secum catenas, veniunt ad sacram ædem, in qua sancti Regis corpus quiescit, gratias agunt Deo & beatissimo confessori Sigeberto, referunt nobis quantam erga se ob beati Sigeberti commemorationem experti sint misericordiam Dei.

Duo prædones captiui, suis catenis absoluũtur.

Miles quidam Masiriẽsis captus ab hostibus, in carcerem cõiectus fuit, & ferreis vinculis implicatus. Ibi ille non immemor, quàm multa Deus conferret beneficia in captiuos & ægrotos propter sanctum suum Sigebertum: cœpit deprecari eumipsum Sigebertum, vt ipsius misereretur. Exauditur captiuus, laxantur vincula, absceditque è carcere, venit ad templum, vbi asseruabatur sancti Regis corpus, immensas depromit laudes Christo saluatori, & eius sanctissimo confessori: nos hortatur in eius perseuerare cultu, & laudibus celebrare eum, qui viuit & regnat per infinita secula seculorum, Amen.

Itèm alius miles.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA SANCTÆ ADELHEIDIS SIVE ALEIDIS, PRIMAE ABBATISSAE VILECENSIS, A BERTRADA, *quam alij Bertam vocant, sorore sancti Vuolphelmi Abbatis Bruvvilerensis sanctimoniali conscripta, sed stylo per F. Laur. Surium passim mutato, & quibusdam nonnihil contractis.*

PROLOGVS AVTHORIS.

DOmino N. Archipræsuli venerando, cunctis Christi cultoribus pro merito bonitatis amando, pauper, vilis & peccatrix illa indigna vocari suî ancilla, præsentis vitæ post tædia, æternæ beatitudinis præmia. Cõfortata exemplo Abrahæ patriarchæ, Deum familiari allocutione sæpiùs conuenire audentis, adijciam adhuc loqui ad te dominum meum, fidum imitatorem ipsius Dei omnipotentis, humilimè clementiam tuam implorans, vt pro
Luc.21. eius nomine, qui innumeris diuitum donarijs prætulit duo ærea minuta viduæ, æneum hoc opusculũ gratum tuæ dominationi sit munusculum: hocque admonearis, vt meî pauperculæ orata implere non obliuiscaris: quatenùs pro te intercedente sancta virgine, cuius merita hîc habentur descripta, omnia tuæ humanæ fragilitatis deleantur delicta. Nos qui de te, Præsulum dignissime, patrem & dominum appellantes, & loco Christi pro nostrarum virium modulo venerantes: sicut illi dicimus, cuius erga nos vices geris, Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam: ità post illum ad tuum honorem referimus, quicquid geserimus laude dignum. Cùm enim tum ob nostra, tum aliorum subditorum, vel corrigenda vel etiam propulsanda mala labores susci pias, iure quoquè ex ijs, quæ Deo adiuuante rectè gerimus, honor ad te redit. Sic pius ille magister, cuius esvi-
Luc.24. carius, seorsìm quidem discipulos suos stultos & tardos corde ad credendum, vel
Matth.12. alijs id genus modis appellabat: at coram reprehensoribus, qui eos spicas vellentes, vel alia similia facientes carpebant, inuicta ratione tuendos suscipiebat. Itaque hinc ego animata, exiguum hoc tuæ Dominationi offero munusculum, vt si quæ in eo corrigenda sint, ea piorum virorum opera emendes. Si quis verò inuidentia stimulante illud calumniari velit, instàr eius, quem iam diximus, magistri defendere nè dubites: vt cuius geris vicem, in eius quoquè vestigijs gnauiter insistas. Porrò si quis opus emendatione indigens putet esse indignum, quòd tantæ dignitatis viro munus offeratur, nouerit is, tametsì calami magna est rusticitas, non paruam tamen in ipsa materia vtilitatem inesse: atque ità quod stylus impolitus videretur efficere contemptibile, id insigni precio materiæ munus effici gratissimum. Iciunquidem sermone multa præclarè gesta prosequimur, putà beatæ matris Adelheidis Vitam: quam cùm Dominus admiserit in beatorum cõsortium, qui nunquàm non pro populo Dominum deprecantur, idque signis euidentissimis declarârit, quibus meritis ad hoc honoris culmen euecta sit, tibi in primis, deindè etiam Christianis omnibus nôsse profuerit. Vndè etiam curandum est prudentiæ tuæ, vt scriptum hoc nostro, siue quouis alio stylo isthæc ad omniũ notitiam perferantur, vt scientes omnes absque meritis nostris Dei benignitate factum esse, nè hæc in oblitionem venirent. Pro qua re tu quoquè gratias agere debebis Domino Saluatori, qui cum esset Deus, homo fieri dignatus est, viuens & regnans cum Deo patre in vnitate spiritus sancti per omnia secula seculorum, Amen.

Hucusquè non est mutata phrasis Psal.113.

Sequebatur hîc alius eiusdem prologus ad Deo sacratas virgines: quem vitandæ prolixitatis causa omisimus. Testatur in eo, se ea quæ scribit, habere ex earum relatione, quæ S. Adelheidis adhuc viuentis doctrina & exemplis institutæ fuêre: tum etiam se libellum examinandum obtulisse viris doctis, & ab eis approbatum esse. Hæc alterius prologi summa est.

HISTO-

HISTORIA.

INCHOANDO huic operi adsit gratia Spiritus sancti, qui author est bonorũ omnium, quæ quisquam vnquàm ab ipso mundi exordio facienda suscepit & perfecit: vt ab illo quoquè nostrũ absoluatur opus suppeditatione donorum eius, in quibus omnis boni initium atq; finis consistit. Et nos quidem contemplatione imperitię nostræ adeò deijcimur, vt tantum opus vel auspicari formidemus: sed verò diuini muneris consideranda largitate intantùm animis confirmamur, vt facessat timor omnis, maximè cùm scriptura teste, spiritus vbi vult spi- Iohan.3.
ret. Quem etiam nostris conatibus adspiraturum confidimus, freti meritis sanctæ matris nostræ Adelheidis: cuius vitam laudabilẽ literis mandare instituimus nos humiles eius ancillæ. Operæprecium autem facturæ videmur, si primò nobilissimum eius stemma vel genus indicemus, ac deindè vitæ sanctitatem commemoremus, Deique in ea virtutem suspicientes, illi gloriam tribuamus, qui, vt Apostolus ait, operatur omnia in omnibus. Patrem habuit Me- 1.Cor.12.
gengorem, illustrem Comitem, qui suo tempore magnus inter principes & per- S. Adelheiquàm celebris habebatur. Mater Gerbirga dicta est, non minùs generis nobilitate dis parẽtes.
insignis, quippè filia Ducis Godefridi, ea tempestate magni & incomparabilis viri. Habuit verò eadem Gerbirga quatuor fratres, inter proceres eius temporis præ- Auunculi
stantissimos, è quibus Godefridus Dux, eiusdem cum patre nominis & dignitatis, eius.
obijt absque coniuge & liberis: secundus atauus fuit Henrici nupèr defuncti Imperatoris: ad reliquos duos primariæ nobilitatis viri Franciæ orientalis, quam Franconiã vocant, suum genus referunt. Porrò duo illi, quos diximus, cùm essent mũdi huius amplissimis aucti honoribus, etiam coram Deo conati sunt se virtutum studiosos exhibere: fuitque illis mascula proles, cui aui nomen impositum, & princi- Frater vnus
patus attributus est: natę etiam sunt eis quatuor filiæ, è quibus duę iunctę sunt viris & tres sorores.
præpotentibus & valdè opulentis. Harum altera Irmentrudis auia fuit Henrici clarissimi Ducis, & Adelberonis Metensis Episcopi, Friderici Ducis, fratrumq; eius inprimis illustriũ huius temporis virorum. Altera Aluerada itidèm spectata prole aucta fuit. Aliæ duæ apud Coloniam Agrippinam Christi seruitio mancipatæ sunt, vna quidem in monasterio beatissimæ matris Dei, vbì tam religiosè vixit, vt ei posteà præfecta sit: altera Adelheidis, de qua nobis sermo est, in cœnobio sanctarum Virginum complexa est monasticum vitæ institutum ad diui Hieronymi præscriptũ siue regulam: atque in tenera ætate ità se comparauit, vt futuræ probitatis & sanctitatis haud obscura iamtum specimina præberet. Quoddã religiosæ vitæ genus amplectitur S. Adelheidis. Cap.2.

In ipsis pueritiæ annis literarum studijs sese applicans, magnos habuit in vera sapientia progressus, Deo id ità dispensante, quòd sciret eam posteà multis profuturam. Cœpit tum vsqueadeò virtutum & probitatis augeri incrementis, vt adolescentiæ annos morum grauitate transcenderet, posset què iam in illam competere illud Sapientiæ: Senectus venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero Sap.4.
computata. Cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Accidit interìm, vt Imperatore aduersùm Boëmos cum exercitu proficiscente, frater harum sororum Godefridus strenuam ei nauaret operam, omni bellico apparatu & multo milite stipatus. Qui tamen illic occubuit, & cadauer in patriam difficulter quidem, sed honorificè reportatum est. Eo casu consternati parentes eius, & animo voluentes Apostoli sententiam, præterire figuram huius mundi, ità de- 1.Cor.7.
incèps vtebantur mundo tanquàm non vtentes, toto pectore cælestem patriam suspirantes, quam non ignorabant fore sempiternam: bonorumq; omnium, quæ erant Godefridi filij, Deum hæredem instituerunt, vt eius anima cælestis paradisi hæreditate potiretur. Enimuerò è fundamentis excitârunt in Vilika templum Monasteriũ
venerabile, prædijsq; & mancipijs illud ditârunt: atque inter se sani & incolumes Vilecense
mutuo consensu decreuerunt continenter viuere, & pro Christi amore commu- extruitur.
nistori nescire commercia: cùm interìm meliori spiritûs & animorum coniunctione, pariq ue in cœpto promouendo opere cura colligatis, vnum illis cor esset & anima vna in Domino.

Et alter quidem, putà maritus, propter frequentes tum suorum, tum exterorum Cap.3.
con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

concursus,quos, vtpotè princeps, vitare non potuit, specietenùs mundo inseruiebat, prædia sua inuisebat,& Christi adiutus ope, omnia prudenter & iustè disponebat. Cùm autem aliquid dabatur ab hominum strepitu ocij, in honestũ negocium id conuertebat, curabatque vt sacerdotes, quos Capellanos vocant, scripta diuina Germanicè ipsi exponerent, quæ ardenti desiderio audire solebat, vt quemadmo-
Iacob.1. dùm Iacobus hortatur Apostolus,factor esset verbi,& non auditor tantùm. Porrò eius illustris coniunx, ab hominum turbis prorsùs semota, perpetuò mansit eo loco, vbi construebatur monasterium, structuræ accelerandæ prudenti magisterio insistens, atque etiam Deo fideliter seruiens, nocte ac die vacans precibus & orationibus: ità vt non immeritò possit anteponi illis viduis, quas ob continentiæme-
1.Tim.5. ritum Apostolus veras appellat viduas, quæ post maritorum obitum faciunt ex necessitate virtutem, quam etiam hæc illustris matrona fecit, non vlla adacta necessitate, sed vi diuini amoris impulsa. Consummata indè monasterij structura,
Multę virgines ibi congregantur. multæ collectæ sunt virgines, quæ diuino vacarent cultui, quibus filiã suam Adelheidem, è sanctarum Virginum monasterio, cui prædia contulerunt,accitam præ-
Illis S. Adelheidis præst. esse voluërunt. Illa igitur ceu prudens dispensatrix constituta in magni patrisfamiliâs domo, omni studio & opere bono aucta est, maternamque subditis curam adhibens, in tempore illis tritici mensuram fideliter erogauit. Exultabant itaque in Domino pij parentes, tantum filiæ suæ eique subditarum virginum profectum cernentes: sed cùm eas cuperent excellentiorem arripere viam, rogabant vt mutato habitu,monasticum institutum consectarentur. Adelheidis verò, vt ipsa assecuta fuit,cultu vestium professioni ipsius congruentium delectata, illis sese verecundè opposuit, ait Deum non expetere coacta seruitia, sed quæ volũtarij cordis simplex munditia offerat. Eo responso accepto, parentes eius, salua pietate, ab eo proposito animum suum reuocârunt.

Cap.4. Porrò aũt omnibus benè compositis & ornatis, locum illũ Imperatori Othoni tertio,regia defensione perpetuò tuendum tradiderunt: qui motus singulari erga eos beneuolẽtia, locum absoluit & immunẽ esse voluit ab omni seculari seruitio, ea illum libertate donans,qua fruuntur monasteria Gandersheimense,Quedelenburgense,& * Asnitense: putà,nè quis iudex aut aduocatus vllam ab eo seruiturem exigat,aut in eius confinijs lites agat, nisi quatenùs Abbatissæ & monasterio visum sit: vtque perpetuò illis virginibus maneat libera potestas Abbatissam è sua sodalitate eligendi. Vtque ea libertatis donatio rata & firma semper sit, adhibita sunt instrumenta, summi Pontificis & duorum Imperatorum Othonis & Henrici priæ manûs scriptura & sigillis munita, quę etiamnùm apud nos accuratè asseruan-
Mater eius decedit è vita. tur,nè posteros lateat huius rei veritas. Nec diù pòst domina Gerbirga,in pericu-
Luc.12. ranti catholicę fidei & bonorum operum studio vigilans,Domino vocante,rebus humanis exempta est,illo donanda beatitudinis præmio,quod Dominus in Euangelio vigilanti seruo promittit. Matre autem orbata Adelheidis, ad Deum, quem à primis ætatis initijs dilexerat, ardentiori animi studio se conuertit, & quod prius vtrique parenti de habitu mutando negauerat,tunc ad animum reuocans,salubriter compuncta est,& quemadmodùm monasticum viuendi institutum susciperet, anxiè horis omnibus cogitauit. Interim tamen sapienti vsa consilio, noluit subito
Luc.14. si quid supra vires temerè tentâsset: Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare. Itaque vescendi hora,spretis carnibus & lautioribus epulis, monachis cibis contenta fuit,neque id tamen sentientibus alijs,quæ illic aderant, dempratore vna, quam ob vitæ integritatem secretorum suorum consciam esse voluit. Vtebatur extrinsecùs vestibus lineis,sed ad nudum corpus laneis, nobile & delicatum corpusculum edomans, vt posset regulæ perferre iugum.

Cap.5. Cùm sic autẽ anno vno necessarios virium corporis sumptus computâsset, eosque sibi ad tolerandos monasticæ regulæ labores sufficere posse confideret, non quidẽ suis præsidens meritis,sed nitens gratia Dei,id quod animo diù concepierat,
Regulam S. Benedicti cũ suis amplectitur. re ipsa complcuit. Accita enim venerabili Abbatissa & quibusdã alijs è monasterio beatissimæ matris Dei,humili deuotione illarũ se subdidit magisterio,vt per illius doctrinam disceret monasticæ vitæ instituta,simul etiam exhortans subiectas filias virgines, vt vnà cum ipsa hæc amplecti minimè dubitarent. Quibusdam autem id re-

id recusantibus, & ad mundum reuertentibus illa vehementer condoluit,cupiens cum Apostolo, omnes esse sicut seipsam. Quæ verò tum Dei, tum ipsius amore 1. Cor.7.
retentę abscedere noluerunt, ijs tam admiranda virtutis exempla de se præbuit, vt quamuis illis præesset magisterij nomine & dignitate, omnibus tamen exactiùs & studiosiùs difficilima quæque regularis obseruantiæ instituta seruaret, aliasque nè corruerent, iciunijs & precibus sustentaret, & si qua extitissent vitia, ea zelo iu-
stitiæ in ipsis comprimeret exordijs, nè crescentis sanctæ religionis initia suffocarent. Enimuerò maternam animo retinens charitatem & beneuolentiam,& foris Castigat
exerens iudicij seueritatem,materno affectu flagella exteriori adhibebat homini, virgines
vt spiritus saluus fieret in die Domini. Ipsum autẽ rectitudinis zelum spiritu man- suas.
suetudinis temperare solebat, non ignorãs summum ius summam esse iniuriam, & iustitiam,si modum excedat,verti in crudelitatem. Itaque post castigationes sæpè miserata vicem illarum,quas flagellauerat, ceu mater clementissima prouectæ ætatis sorores, quas religiosa vita & benè compositi mores commendabant, ità compellauit: Valdè me miseret filiarum mearum, quę duris sunt à me flagellis afflictæ. Itaque oro & hortor vos, vt eis quædam piarum consolationum fomenta adhibeatis,nè fortè abundantiori tristitia absorbeãtur: sed iam à culpis suis emendatæ, & Deo & mihi amabiles sese filias exhibeant. Sic illa prudenti moderamine blandimenta terroribus miscens, apud duriores & obstinatiores, quemadmodùm Apostolus monet, tandiù arguendo, obsecrando, increpando instabat, donèc vi-2. Tim.4.
tiorum pestes ab earum animis depelleret.

Pater autem eius dominus Megengor post obitum coniugis triẽnio superuixit, Cap.6.
cunctisque bonis ex Dei gratia auctus, ad cælestia tendens duce sapientia & iusti- Obitus patris eius.
tia, in loco, qui * Gellere dicitur, migrauit è vita, ab eo coronandus proculdubiò, for. * Gel-
pro cuius amore legitimè hîc decertauit. Qua verò nocte obijt, eaipsa filiæ suæ dria. Appá-
Adelheidi in lecto quiescenti, & vt ipsa asseruit, nec planè vigilanti, nec omninò ret aũt Gel-
dormienti, quidam adstare visus est, & ad eius aures suaui modulatione ea prophe- driæ Comitæ fuisse: nõ
tæ verba depromere, Eccè quomodò moritur iustus, & nemo percipit corde: viri enim tunc
iusti tolluntur,&c. Cumque manè hanc visionem sororibus indicare vellet, nec- duces erãt,
dùm completo sermone nuncius aduenit,qui patrem eius defunctũ retulit. Quem Esa.57.
illa curauit in monasterio ab ipso fundato religiosè & honorificè tumulandum vnà cum coniuge. Idem autem ipse posteà apparuit in somnis cuidam eius monasterij sorori, regio cultu & decore conspicuus. Illa autem diù eum contemplans, nec sine admiratione an ipsus esset Megengor percunctans, ab eo hilariter hunc in modum compellata est: Megengor ego dictus sum, cùm me corporis grauaret moles: at nunc vocabulo in melius commutato Megengaudius vocor: quandoquidem peccatorũ absolutus nexibus, gaudijs fruor sempiternis in patriarcharum & beatorum omnium iucundissima societate.

Porrò autem defuncto patre, virgo nobilissima, libera rerum suarum potita fa- Cap.7.
cultate, summoperè in eam incumbebat curam, nè sorores aliqua rei necessariæ
inopia impeditæ, non satis possent exactè tenere viam rectitudinis: memorque S. Adelheidis erga suas solicitudo.
præceptorum S.Benedicti, re ipsa se matrem declarauit, victum vestitumque necessarium vltrò eis tribuens. Hyberno tempore post nocturnas preces cum sororibus dormitoriũ repetebat,diligenterq; inspiciens puellarum lectulos,singularum pedes donèc incalescerent, suis confricabat manibus. Infirmas quoquè sorores, vt habet regula,non solùm prudentibus & solicitis commendabat sororibus,sed ipsa quoquè eas quotidiè inuisebat, & ante earũ lectulos humiliter in genua se submittens,capita blãdissimè erigebat, cibum & potum ori comiter admouebat, tamque largis generosam faciẽ rigabat lachrymis,acsi eas omnes ipsa peperisset. Eiusmodi ergò Abbatissę vigilantia sorores à curis secularibus expeditæ,in regularis vitę obseruantia excrescebant,vt exemplo essent etiã ijs, à quibus monasticæ vitæ institutа didicerant. Cùm sic autem Domino adiuuante rectè composuisset interiora, ad exteriora quoquè necessariò se contulit, memorque illius Dominicæ sententiæ, Matth.6.
Quærite primùm regnum Dei,& iustitiam eius,& hęc omnia adijcientur vobis: re-
gnum Dei etiam per ipsa exteriora quæsiuit, bona spe freta, se maiora à Domino Benignitas
recepturam. Ex ipsis enim monasterij possessionibus cortem vnam Domino dele- eius in pauperes.
gauit,vt ex eius annuis fructibus & prouentibus quindecim pauperes perpetuò ve-
stirentur & alerentur,iubens eisdẽ quotannis circa Christi natalẽ diem quindecim

solidos

Universidad de Deusto
Biblioteca

solidos numerari. Alios etiam quindecim pascendos instituit ex interioribus monasterij sumptibus, ijsque voluit annuis Quadragesimæ temporibus totidem dari solidos, atque in Apostolorum ferijs solidos duodecim, diebus quoque singulis iciuniorum, quæ vocant quatuor temporum, nummos tres cum plena aliarum rerum erogatione. Sæpè verò admonuit sorores, nè hanc constitutionem vllo vnquàm tempore aboleri paterentur, certò illis prædicens, si eam contingeret infirmari, & spiritualium & temporalium eas rerum detrimenta facturas. Id quod literis annotatum voluimus, nè vnquàm in obliuionem abeat.

Cap. 8. Cùm aliquādò totus penè orbis acerba fame affligeretur, eius liberalitate comperta, homines egentes vndiquè ad eam tanquàm ad matrem confluebant, atque in plateis & compitis multi iacētes semiuiui, solitam eleemosynarum eius dispensationem expectabant. Tum illa erga omnes commiseratione permota, studuit singulis consulere prompta animi deuotione: sanis quidem & valētibus solidum cibum, nempe panem & lardum porrigens: non benè autem habentibus holera & legumina cum carnibus accuratè decocta: qui verò iam intumuerant, & quorum propemodùm desperata erat vita, eos sorbitiunculis aqua mixtis & modicæ farinula vel sagina refocillabat: id summoperè curans, nè cibo auidiùs sumpto, in vitæ discrimen cōijcerentur homines diuturna fame confecti. Et hæc quidem illa fecit coram hominibus in gloriam cælestis patris: in abscondito verò, nescientes sinistra, tam ad præstandam miseris eleemosynam porrecta erat dextera, vt sæpè nummis carens, quos pauperibus petentibus largiretur, clàm sibi detraheret cibos, easque miseris donaret. Atque hæc & pleraque alia, quæ in abscondito, patre suo cælesti vidente, faciebat, magno studio alios celabat: quæ si nos singulatim persequi velimus, nullus erit dicendi finis. Confirmauit igitur Dominus hoc in Matth. 25. ea, quod ipse ait: Omni habenti dabitur, & abundabit. Cùm enim Dei & proximi charitate ferueret, tanta vtriusque hominis felicitate potita est, vt foris diuitijs intùs virtutum donis spiritalibus polleret, quibus instituit, promouit & firmauit sanctam religionem, itemque diuini seruitij scholas, quæ ei semper non mediocri curæ fuēre: quas etiam crebrò ingrediens, & ex arte Grammatica quæstiunculas mouens, si quam cerneret commodè respondentem, humaniter osculabatur eam, & quodam afficiebat munusculo, spe profectùs illius in Domino exultans.

Cap. 9. S. Heribert Episcopus Coloniēsis. Interim verò sorore eius Bertrada in Christo feliciter obdormiente, beatus Heribertus Archiepiscopus sciens hanc matrem nostram cūctis ornatam virtutibus, voluit eam defunctæ sorori succedere in regimine, licèt illa modis omnibus recusaret, indignam tanto honore se clamitans. Cùm autem Imperatori apud Aquisgrani tunc commoranti nunciatum esset, eam neque petenti neque iubenti Episcopo consentire velle, accersiuit eam, & sororis honore sublimauit. Tum verò Præficitur S. Adelheidis monasterio S. Mariæ. in metropolitana Colonienſi ciuitate declaratum est, quid priùs illa operata esset in obscuro Iuliacensium tugurio: idque adeò, vt idem sanctus Archiepiscopus staretur eam cunctis sui ordinis sapientia, religione & sanctitate esse incomparabilem. Vndè etiam factum est, vt tanto is eam amore prosequeretur, vt in rebus uinis constituendis eius libenter vteretur consilijs, eamque admodùm reuerenter haberet. Erat enim inter illos magna charitas, & Deo grata familiaritas, ità vt rebus bonis vnius sententiæ & consuetudinis esse viderentur: quo fit etiam, vt bium non sit eos nūc in vna æternitatis domo pariter commorari. Felicem illis temporibus Coloniam Agrippinensem, in rebus omnibus benè constitutam, quandò & iste studiosissimus beati Petri imitator, Cleri & populi rector atque ctor extitit, & hæc tam excellēs virgo virgineis choris singulari religione præfuit.

Cap. 10. Etsi autem Colonienſi monasterio præfecta erat, at tamen vtrique & Colonienſi & Vilecensi strenuè inuigilabat momentis omnibus, boni pastoris exemplum Luc. 12. quens, & illud Euangelicum sæpè commemorans, Cui multum donatum est, mul tum quæretur ab eo. Illis verò virginibus, quas in cœnobio Vilecensi lacte salutaris doctrinæ Domino nutrierat, singularem quandam materni animi beneuolentiam exhibebat: neq; id mirum, quandò id plerunquè cariùs complectimur, quod cariùs acquisitum est. Neque splendor omnis Colonienſis gloriæ harum ei memoriam auferre potuit, quin semper doleret corpore se illis interdùm abesse, quibus spiritu nunquàm non præsens erat. Cumque ad eas quandoquè accederet, non modò nori eam excipiebant gaudio, quàm si ipsum Dominum viderēt. Vt enim gallinæ pullos colligit sub alas, sic illa omnes mira charitate ac benignitate ad se attrahebant, vultum, habitum, constitutionem singularum accuratè inspiciens, & num quem rerum necessariarum ipsa absente defectum passæ essent inquirēs. Non enim ferre potuit, vt gregi suo deessent corpori & animæ necessaria. Itaque nonnunquàm nulla sorore sciente in cellarium siue promptuarium ingrediens, vinum, carnes, pisces aliaque multa sibijpsi suffurabatur, eaque imbecillioris ætatis puellis & sororibus malè valentibus distribuebat: vt si quid de constitutura annonæ portione subtractum esset, hoc furti genere ipsa compensaret. Māluit autem clàm id facere, vt & patris cælestis in abscondito videntis promereretur retributionem, & eorum vitaret reprehensionem, qui eam sæpè prodigæ rerum suarum dispensationis insimulabant.

Quanta ei cura fuerit virginū Vilecensium.

Cap. 11. Claret miraculis. Nec defuit huic preciosæ virginum gemmæ, omniū virtutum splendore nitenti, miraculorum gloria. Si qua enim soror reliquis in templo cantantibus, sonoræ vocis modulatione non cōgrueret, à pia illa matre obiurgata, vel etiā in facie manibus cæsa, toto reliquæ vitæ spatio clara fuit & delectabili voce. Eundem in modum si quas longa ægritudine laborantes, tanquàm ociosas & tēpus inutiliter consumentes reprehenderet, confestim à Domino curatæ sunt. Contigit aliquandò accersiri ab ea cellariam vinum è dolio promentem. Ea verò nullas nectens moras, nè quam inobedientiæ notam incurreret, epistomij vertibulum manu retinens velociter accurrit, sed vbi ad se reuersa id animaduertit, valdè timuit ob effusum, vt suspicabatur, vinum. Eam verò consolans pia mater, Nolo, inquit, soror vt huius rei causa vllum animi dolorē susципias: poterit enim facilè hoc præstari damnum virtute & gratia Dei. Interim eamus visum, quid factum sit, & siue benè, siue malè ceciderit, gratias agamus Deo. Eunt igitur pari solicitudine, sed cùm nec guttam vnam è vase excidisse cernerent, cellaria ad beatæ Adelheidis pedes corruens, factum hoc memorabile eius sanctitati adscribebat: illa contrà diuinæ potentiæ & fororis obedientiæ tribuendum asserebat, simul interdicens, nè cui id aperiret, donèc ipsa esset in humanis. At illa nefas existimans tantum diuinæ virtutis miraculum silētio tegere, quibusdam sororibus id secretiùs in laudē Dei indicauit. Adelheidis enim in omnibus, quæ per illam diuinitùs fiebant, semper fugit hominum applausus & fauores, prudenter animo cōsiderans periculosum esse laudare prospero cursu nauigātem hoc mare magnum & procellosum, donèc feliciter in portum perductus sit.

Res sanè admirationē digna.

Cap. 12. Rom. 2. 2. Cor. 12. Cùm iam autem Dominus pro meritis illam remunerare vellet: reddit enim ille vnicuique, teste scriptura, iuxta opera eius: cœpit paulatìm viribus corporis destitui, sed solitis virtutum studijs increscere & augeri. Virtus enim, vt ad Paulum Christus ait, in infirmitate perficitur. Appropinquante igitur die, quo erat abitura ad superos, cura debitæ prouisionis monasterium beatissimæ Dei genitricis Mariæ reuisit, vbi in ipsis ferijs sancti Blasij post cœnam periculoso gutturis dolore correpta est, idque post Completorij preces sorori cuidam, quam in suo monasterio educatam, semper apud se habere voluit, signis quibusdam indicauit. At illa sperans nihil fore periculi, lectulum repetijt. Sed beata mater sciens se illo dolore viuendi finem accepturam, noctem peruigilem duxit timore mortis, quam natura hominis reformidat: neque id mirum, cùm ipse Christus morte appropinquante triſtatus sit. Cumque in lectulo ferre non posset noctis moras, monasterium petijt, & nocturnas preces orando anteuertit: atque ità qua potuit virtute seruitio Dei insistens, primo crepusculo Missam sibi celebrandam curauit, corporisque & sanguinis Dominici sacramento se communiuit: ac deindè ad B. Heribertum se conferens, egit cum illo de suis & suarum rebus. Is verò vbi didicit mortem ei impendere, incredibili dolore affectus est, videns se ab illa separari, cui indissolubili charitate deuinctus erat.

Incidit in morbū periculosum.

Matth. 26.

Cap. 13. Feliciter ad cælos proficiscitur. At illa maternum erga suas Vilecenses filias amorem retinens, eis per nuncium significauit se non nisi leuiter ægrotare, nè eas dolor immodicus perturbaret: simul orans vt quamprimùm ipsam inuiserent, quod tamen illæ imminentis miseriæ prorsùs insciæ, in crastinum distulerunt. Interim sancta illa anima carnis ergastulo absoluta, gaudia paradisi, ad quæ vinens infatigabili animi studio suspirauit, æternum cum Christo regnatura felicissimè petijt. Quod vbi ad Vilecenses perlatum est, quales illic gemitus, qui luctus extiterit, piget referre, cū magis flere libeat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm tantæ miseriæ & calamitatis meminisse. Cuius tamen desolationis illæ vel maximum credebant fore remedium, si defunctam possent in suum reciperemonasterium. Atq; ea causa Archiepiscopum adeũtes, & ad eius vestigia se crebrò aduoluentes, cum lachrymis implorabãt clementiam eius, vt iuberet corpus defunctæ apud ipsas sepeliri, à quibus illa nunquàm separari voluisset. Sed ille spiritu præuidens, quid per illã Dominus propediem esset operaturus, aliquandiù durum se præbuit & inexorabilem: tandèm tamen lachrymis earum victus, monente Domino, misericordia erga afflictas mouebatur, corpusque illis reddẽs, sic lachrymabundus ait: Equidem si corpus sanctæ Agathæ virginis, cuius hodiè festus dies agitur, hîc iam coram me haberem, vt mihi Deus testis est, haudquaquàm illud huic corpori anteferrem, cùm dubium non sit huius animam multi precij esse apud Deum. Atque ità facta Vilecensibus corporis absportandi potestate, ipse Dẽo dignus Episcopus cum vtriusque sexûs ordinibus & totius vrbani populi frequentia subsecutus est. Postquàm autem sacrum corpus in naui repositum fuit cum sacri apparatûs honore, necdùm dispositis remis, contra fluminis impetum sursùm rendebat nauis, idque ea velocitate, vt facilè indè posset virtus diuina agnosci, necdifficulter intelligerent Colonienses, Dominum noluisse Vilecenses virgines orbari talis matris sacrato corpore. Deindè celebratis exequijs, & anima in cælis exultante, neptis eius ex sorore, quam illa educauerat, Deo volente in eius locum subrogata est: quæ quidem multa vitæ integritate, & vultûs atque staturæ elegantia, generis nobilitatem præ se ferebat.

Præclarum sané S. Heriberti de S. Adelheide testimoniũ

Insigne miraculum.

Cap. 14. Veniamus nunc ad miracula, quæ Dominus per illam declarauit, eique laudum officia persoluamns, cuius munere promeruit, si quid Deo dignũ operata est. Ante tricesimum obitûs eius diem pauperibus ob eleemosynam impetrãdam ad monasterium confluentibus, quidam inter alios cæcus aduenit: qui sui ductoris negligentia incautè impingens in saxum, quo tumulus eius claudebatur, totus humi corruit, sed mox sanctæ virginis meritis surrexit visu donatus. Quo quidem miraculo mœror ex eius obitu sorores occupans profligatus est, & in omnibus domicilijs nostris lætitia personuit. Successit verò aliud miraculum maius, quòd hæsitationem omnem penitùs absterserit ab animis quorundam, de priori signo dubitantium.

Cæcus recipit visum.

Cap. 15. Aliud miraculum. Mulier quædam vlcere in cruribus dirè vexata, non nisi scipioni innixa ingredi potuit. Ea igitur in visu admonita, venit ad beatæ Adelheidis monumẽtum, atque illic eius precibus curata est. Quod cùm illa in Dei laudẽ propalaret, alia quædam mulier eam dixit id fingere & cõminisci: sed ea non multò pòst à diabolo arrepta est. Cùm autẽ multis ille exorcismis exire cogeretur, virtutes Christi, quas per beatam Adelheidem effecisset & effecturus esset, tandèm confiteri compulius est. Itaque ad eius sepulcrum pertractus, cum multo vomitu è fœmina discessit. His verò atque alijs diuulgatis miraculis, ingens hominum concursus factus est tam ex longinquis quàm propinquis regionibus, ità vt monasterij ambitus propemodùm pre uius videretur, & sororum quies non mediocriter interturbaretur. Nam cùm ad huc in corpore degeret virgo sanctissima, orauit vt postquàm è vita abijsset, non in sacratis locis, sed intra monasterij ambitum sepeliretur. Sed Dominus respiciens humilitatem ancillæ suæ, tanquàm diceret, Amica, ascende superiùs, eam honorificè intra muros monasterij receptam, cum cæteris sanctis suis memoria perenni curauit celebrandam.

Dæmon expellitur.

Cap. 16. Aliud miraculum. Nobilis quidam ob admissum flagitium à summo Pontifice vinculis ferreis ligatus, cùm multa Sanctorum visisset loca, ad huius virginis tumulum tanta vi liberatus est, vt procùl dissilientium vinculorum sonus ab omnibus, qui in monasterio erant, audiretur. Eum verò Abbatissa veneranda, materteræ suæ humanitatẽ imitari volens, aliquandiù humanissimè tractauit vnà cum fratre eius germano, quibẽcèt à culpa eius immunis esset, tamen communicato cum illo labore, demptis viculis, eam culpam expiare contendit. Postquàm autem adhibitis fomentis, manus emortuæ restitutæ sunt pristino vigori, lætos & iucundos, equis & vestibus instructos eos à se dimisit. Sanatus est etiam quidam paralyticus, aurium & oculorum officio priuatus. Porrò si quis inops ei non tam de facultate, quàm prompta voluntate quippiam obtulisset, per eius intercessionem deincèps res necessarias sibi sensit suppetere. Quod nè cui dubium videatur, certo exemplo id verum com-

probabi-

probabimus. Mulieri cuidam pauperculæ nocturna visione sancta virgo appãrẽs, iussit vt ex suo labore vestem sacram, quam albam vocant, ipsi offerret. Illa respondente id se præ inopia non posse, Adelheidis iussit eam suo nomine manè petere subsidium à vicinis. Quod cùm impigrè fecisset, tanta ei lini copia data est, vt non modò albam, sed etiam sibijpsi vestem necessariam indè cõficeret. Alba deindè ad sepulcrum virginis allata, tanta cœpit per omnem vitam rerum copia abundare, vt quotannis eò vel bouem, vel porcum, vel alia quædam munera adduceret. Sed cùm omnia beatæ virginis miracula singulatim referre non possimus, quædam ex ijs cõmemorabimus, quæ nostris temporibus facta vel visu vel auditu didicimus.

Appãret cuidã pauperi fœminæ.

Fœminæ cuiusdam filius octennis, totidem annis membrorum omnium, præterquàm linguæ & oculorum, officio destitutus fuit. Ei verò sancta virgo quadam nocte in somnis visa est omnes ipsius neruos relaxâsse. Itaque alta voce eo exclamante, excitati sunt omnes qui in domo erant, ad eiusque lectulum properantes, viderunt illum sanatis membris omnibus ceu exanimem iacére. Sed post horæ interuallum ad se reuersus, narrauit visionem, petijtque multa instantia à parentibus se deduci cum oblatione ad sepulcrum virginis. Mox ergò iumento imponitur, sed in ipso itinere, vt maior Dei virtus appareret, cùm per pontem cuiusdam fluminis transirent, iumentum cum puero in aquas décidit, & tota ferè hora ab omnium conspectu subductum fuit. Eo casu vltra modum afflicti parentes pueri, præ nimio dolore sanctam Adelheidem non solùm nullius apud Deum meriti, sed etiã crudelem & inhumanam appellabant: cùm eccè subitò vident iumentum cum puero illæsum ad litus peruenisse. Tum verò summa hilaritate perfusi, in ferijs sancti Gereonis, cùm ad preces nocturnas primo signo excitarentur sorores, Vilikam ingressi sunt, & quæ gesta essent, omnibus exposuerunt. Liberatus est præter hunc etiam quidam dæmoniacus, qui posteà quotannis censum illic obtulit. Sed nè lõgiores simus, nouerit Lector nullo non genere miraculorum, dempta mortuorũ excitatione, eam ornatam esse à præpotente Deo, cui laus est & gloria per infinita sæcula sæculorum, Amen.

Cap. 17. Puer cõtractus ab ea sanatur.

Præclarum miraculum.

VITA S. GVARINI EPISCOPI PRÆNESTINI ET CARDINALIS, CANONICI REGVLARIS OLIM IN CANONICA S. Crucis Mortarien. descripta ex Libro, qui dicitur Regula sanctissimi Patris Augustini &c. per venerabilem Dei præconem Augustinum Ticinensem Canonicum regularem elucidata. Habetur in monasterio Canonicorum regularium Bononiæ.

Februarij 6. Lectio 1.

BEATVS igitur Guarinus Christi confessor, genere præclarus, Bononię oriundus, ad huius mundi caliginem illustrandam velut splendidissimum sidus emicuit. * Ex suæ prosapiæ stirpe fuit quidam septimus Episcopus, qui doctrina & religione miraculorũ patrator, catholicam illustrauit Ecclesiam. Cùm autem Hierusalem proficisci decreuisset, vt indè apud Aegyptum eremiticam duceret vitam: & Romæ parumpèr esset immoratus, ab Apostolico detentus, in Reatina ecclesia Episcopus ordinatur. Vbi verò paruo tempore admirandæ religionis vitam duxit, iterùm in priori perseuerans proposito, in Aegypti partibus eremitica austeritate in vasta & optata solitudine potitus est. Præclarus itaque vir Guarinus parentum diligentia ab incunte ætate nutritus, & moribus educatus, nõ lasciuijs, sicut assolet puerorum ætas, sed sacris literis intentus, sicut assiduè, ità strenuè quoquè ieiunijs, orationibus ac diuinæ contemplationi inhærebat.

* Hęc in exemplari, qđ vnicum habui, obscura sũt valdè eoq; nonnihil illustrare conatus sum, haud scio quàm bene, sed bona tamen fide.

Lectio 2.

Itaque in dies excrescens nouella plantatio, cælesti irrigata doctrina, sub sancti spiritus disciplina ad religionis & vitæ Canonicæ perfectionem tendens, informis adhuc & tenera ætas formabatur. Spiritus nanq; pietatis deuotiõnẽ pueri subarauit, & in cordis eius tabula timoris Dei pariter & amoris rudimenta depingens, ad humilitatis & obedientiæ culmen mentis eius aciem instruxit, & diuinæ gratiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

concessum sibi talentum, bonorum operum meritis continuè augere promeruit. Factus deindè iuuenis B. Guarinus, inuitis consanguineis, qui de ipso posteritatem peroptabant, totis visceribus Christi vestigia complectens, maiori in ecclesia Bononiensi clericus honorifice fuit ordinatus.

Lectio 3. Verùm cùm ingenuæ indolis & probatæ virtutis iuuenis socios mollibus vestitos cerneret, non quæ Iesu Christi erant, sed propria quæq; sequentes, ipse pauper spiritu cœpit arctiùs se diuinis mancipare obsequijs, & puro ac sincero Dei famulatu, despectis calcatisq; terrenis illecebris, forti animo cælestia quærens, ad amabilem diuini amoris perfectionem venire satagebat. Vtque omnipotẽti Deo ad huiusce modi confirmandum propositum preces assiduas ardentesq; effunderet, solitaria loca frequentabat, tantoque sublimiùs transeuntis mũdi gloriam despexit, quantum in culmine mentis agnouit nil esse in Dei amore, quod possit auferri.

Lectio 4. Mortaria, locus est inter Papiã & Nouariam, sic dictus, propter eos, q cæsi sunt in pslio, quod cõmisit Carolus Magnus cũ Desiderio rege Longobardorum.

His igitur sanctissimis instructus studijs, ad Canonicam S. Crucis de Mortaria aduolans, ibique secundùm D. Augustini Regulam Canonicorum habitum ingenti desiderio indutus, breui tempore perfectionis culmẽ attingere meruit. Virtutum siquidem studijs annis plurimis intentus, ad vlteriora progressus est: elegitq; optimam partem cum Maria, & sedens in speluncæ ostio, diuinis suspensus desiderijs ad æterna, sibilum sensit auræ tenuis suo cordi sine sono insonantem. Ad solatium peregrinationis, & ad ærumnas temporalis exilij demulcẽdas, accuratissimè fodit scripturarum puteos, in quibus viuam aquam indefinẽter hauriret: & nocte mortalitatis huius tres ab amico panes exegit: quò sic refectionis aqua potatus, & panis soliditate cibatus, ad montem denique Dei Oreb, sicut viriliter, ità feliciter diuinæ contemplationis secreta penetraret.

Lectio 5. Meditatio mortis qd conferat. Eccli. 7.

Destinatus autem ad S. Figdriani ecclesiam, in ea à Concanonicis perbenignè & reuerenter excipitur. Erat enim inter fratres humilitate & obsequenti famulatu vti minister, doctor verbo, magister exemplo. Mortem sibi quasi quotidiè imminentem intentus meditabatur: quæ quidem meditatio est peccatorum omnium peremptoria, iuxta quod scriptum est, In omnibus operibus tuis meditare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Vbi enim non est timor mortis, ibi dissolutio vitæ: vbi verò dissolutio vitæ, ibi peccatorum abũdantia. Vbi denique peccatorum abundãtia, ibi & perditio animæ. Timor enim semper emẽdat, tollit securitatem, parit solicitudinem, fugat torporem, animum excitat, superbiam dejcit, humilitatem nutrit, charitatem auget, & virtutes multiplicat. Timens Deum abdicat peccata in verbo, facto, cogitatione, & in omnibus motibus suis: peccatorum occasiones euitans, se, corpus totamque animæ suæ vitam à malo custodire studet illæsa.

Lectio 6. Hæc S. Guarinus assiduè mente reuoluens, ad Dei seruitutem se præparabat, & contra carnis concupiscentias indesinenter pugnabat. Postremò sanctæ obedientiæ iugo spontè & humiliter colla subijciens, cælesti Domino in sanctitate & iustitia seruire studebat. Contigit autem, cùm post paucos annos ad Canonicam Mortariensem reuerteretur, ibique aliquãdiù moratus, comperta iamdiù antè eius fama, in dies coram Deo & hominibus clarissimis polleret virtutibus, vt nutu diuino Papiensis ecclesia proprio priuaretur Pontifice: sicque, inspirante Deo, communi omnium voto, tam Clerus, quàm populus vniuersus beatum Guarinum Episcopum elegerunt. Cumque factus esset Cleri & populi concursus, vt eum lequentes manifestarẽt electionem, cœpit beatus Guarinus totis reluctari viribus, dicens indignum esse eum fieri Episcopum, qui priùs non fuerit doctrina & virtutum meribus probatus.

S. Guarinus recusat episcopatũ Papiensem.

Lectio 7. Cumque nulla ratione acquiescere vellet, cuiusdam Archidiaconi occasione præstita, qui ad eum anhelabat Episcopatũ, deceptis custodibus, vir sanctus, qui antè fuerat in arcto loco detentus, per fenestram dimittitur: sicque tandiù latuit, donèc alter ibi cõsecratus fuit Episcopus. Atq; ità denique beatus Guarinus suo potius desiderio, ad fratres suos cõcanonicos rediens, velutì simplex animal inter eos conuersabatur. Domini nanque Iesu Christi beatus Guarinus fidelis imitator fuit, qui cùm eum turbæ facere regem voluissent, noluit: etiam ipse per hoc imitationis exemplum præbuit, nè sub prælationis occasione, elationis tumore mentis eius cymba periclitaretur.

Iohan. 6.

Lectio 8. Post aliquantulum verò temporis, felicis memoriæ Papa Lucius secundus, natione

tione Bononiensis, fama eius crescente, quãta potuit instantia egit, vt beatus Guarinus ad se veniret. Dei verò amicus in humilitatis custodia persistens, piè renuit Pontificis instantiam, asserẽs supra meritum suum esse, quod ab illo petebat: & qui in monasterio quadraginta annos egerat, reuerti ad temporalẽ solicitudinem timebat. Victus tandèm Pontificis instãtia, & Prælati sui hortatu, Romam profectus in Prænestinum Episcopum est consecratus. Cumque equitatum preciosum, aliosque episcopales apparatus à Pontifice dono recepisset, mox vẽditis omnibus, pauperibus precium erogauit. Fit intereà exultatio & plausus generalis in populo, Christi fauor & gloria tollitur in immensum, & sancti Guarini nomen summis in vrbe præconijs celebratur. Clerum insuper & populum salubri reficiebat pabulo, pauperibus alimenta & indumẽta proprijs manibus erogabat. Conuersabatur autem in loco apud ecclesiam Prænestinam, ieiunijs & orationibus plenè vacans, & cæteris omninò studijs pietatis insistens, Euangelicus negociator vitæ perpetuæ margaritam preciosis opibus præponebat.

Cõsecratur Episcopus Prænestinus.

Lectio 9. Deniquè iam senectute grauatus, cupiens dissolui & esse cum Christo, depositionem quoquè sui tabernaculi præuidens, vniuersum ad se clerum cõuocauit. Quàm autem semper ei fuerit temporalis vita fastidio, tunc tamen ardentiori mentis incessu ad Christi pulchritudinem contemplandam rapiebatur. Tandèm post salubria monita voluit eum Deus iter vniuersæ carnis ingredi communi mortalium lege. Sequenti nanque nocte totus aër immenso refulsit lumine: tanta postremò emicuit claritas, vt sereno aëre iubar solis appareret. Appropinquante verò solis aurora, sanctus Guarinus cum claritate carnis vinculis expeditus, ad vitam, quæ fine claudi non potest, cum gaudio migrauit sexto Februarij die. Tunc Christi confessor omnibus charus, virtutum signis coruscans in terris, & meritis in cælis viuens, in sepulcro & ecclesia beati martyris Agapiti sacerdotum manibus debita veneratione reconditur. Gloria sancti viri & solennitas vicinas circunquaquè regiones, longè lateque dispersæ, confestim ad suî deuotionẽ attraxêre. Eádem autem die mulier quædam dæmonio vexata, Albanensem vrbem circuiuit, loquebaturq; per eam diabolus sic dicens: Hodiè præsul migrauit ad cælum, cuius precibus ego miser expellar. Statim obsessa muliere beati viri sepulcrum attingente, cœpit per os eius in sanctum virum contumelias dæmon euomere: sed precibus eius erepta mulier, confessoris sepulcrum festina amplexa est, & ei, cuius ministerio sic sanata erat, gratiarum vota persoluit. Vndè factum est, vt viso miraculo, suspensis ante sepulcrum lampadibus, confestim sine ignis appositione, cernentibus omnibus, luminaria accenderentur: Præstante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Nocte immẽso splendente lumine, Christo spiritũ reddit sub auctoram.

Dæmoniaca tangens eius sepulcrũ, curatur

Diuinitùs ardent lampades sepulcri.

EPITAPHIVM RICHARDI REGIS ANGLIAE, SCVLPTVM IN CIVITATE LVca Italiæ, vbi requiescit.

SOROR Offonis regis, fuit mater beati Richardi. Beatus Richardus rex Angliæ, exul patriæ, spretor mundi, contemptor suî, pater sanctorum fratrum Vuillebaldi & Vuinnibaldi, & beatæ Vualburgis virginis, terrenum regnum in cæleste mutauit. Deposuit coronam regiam pro vita perpetua. Exuit purpuram, & vilem induit tunicam. Regionum reliquit tribunal, & sanctorum quæsiuit limina. Dimisit sceptrum, & accepit baculum. Dimisitque filiam suam in regno beatam Vualburgam, atque simul cum filijs peregrè profectus est. Et eis relictis apud sanctum Bonifacium martyrem gloriosum, tunc Archiepiscopum Moguntinẽsem, virum miræ sanctitatis, eò quòd Anglicus esset, de regno suo natus, idem sanctus rex exilio se vlteriori *, limina sanctorum trans alpes adijt, & loca deinceps magis deuia petijt solitudinum, Deo soli idem solus liberè vacaturus. Deindè post longa exilia, post multa certamina, post famis, sitis & frigoris multimodas ærumnas, in prouincia Italiæ, ciuitate Luca finitur pugna, dantur prẽmia, cœlo recipitur anima, & in beati Frigdiani basilica iuxta corpus eius

7. Februarij

Suscipit rex pius cũ filijs longinquã peregrinationẽ religionis ergò.

Moritur in Italia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ponuntur pia membra, vbi & miraculis coruscat. Cuius festiuitas septimo Idus Februarij celebratur. Locus etiam, in quo requieuit, his versibus adornatur:

Hîc rex Richardus requieuit sceptrifer almus.
Rex fuit Anglorum, regnum tenet iste Polorum.
Regnum dimisit, pro Christo cuncta reliquit.
Ergò Richardum nobis dedit Anglia sanctum.
Hic genitor sanctæ Vualburgæ virginis almæ,
Et Vuillebaldi sancti simul & Vuinibaldi.
Suffragium quorum det nobis regna Polorum. Amen.

VITA ET PASSIO SANCTÆ SOTERIS VIRGINIS ET MARTYRIS, PER DIVVM AMBROSIVM SCRIPTA.

Habetur libro tertio eiusdem de Virginibus.

6. Februarij.

S. Soteris castitas.

SED quid alienigenis apud te soror vtor exemplis, quam hæreditariæ castitatis inspirata successio, parentis infusione martyris erudiuit? Vndè enim didicisti, quæ non habuisti? vndè discères constituta in agro, nulla socia virginè, nullo informata doctore? Non ergò discipulam, quod fieri sine magistro nõ potest, sed hæredem virtutis egisti. Quî enim fieri posset, vt sancta Soteris tibi non esset mentis author, cui author est generis? quæ persecutionis ætate seruilibus quoquè contumelijs ad fastigium passionis euecta, etiam vultum ipsum qui inter cruciatus totius corporis liber esse consuecuit iniuriæ, & spectare potiùs tormenta quàm perpeti, carnifici dedit.

S. Soteris in passione fortitudo.

Tam fortis & patiens, vt cùm teneras pœnæ offerret genas, priùs carnifex cederet, quàm martyr iniuriæ cederet. Non vultum inflexit, non ora contorsit: non gemitum, non lachrymam dedit. Deniquè cùm cætera pœnarum genera vicisset, gladium quem quærebat inuenit.

ITEM DE EADEM SANCTA SOTERE, PER EVNDEM D. AMBROSIVM, IN EXHORTATIONE EIUS AD VIRGINES.

AT non sancta Soteris, vt domesticum piæ parẽtis proferamus exemplum. Habemus enim nos sacerdotes nostram nobilitatem præfecturis & consulatibus præferendam. Habemus (in quam) dei dignitates, quę perire non nõrunt. At nõ, vt dixi, Soteris vultûs sui curam gerebat: quę cùm esset decora facie valdè, & nobilis virgo, maiorum prosapia, cõsulatus & præfecturas parẽtum sacra posthabuit fide, & immolare iussa non acquieuit. Quam

Palmis cæditur.

persecutor immanis palmis cædi præcepit, vt tenera virgo dolori cederet, aut pudori.

At illa vbi audiuit hãc vocem, vultum aperuit, soli inuelata atque intacta martyrio, & volens iniuriæ occurrit, vultum offerens, vt ibi martyrij fieret sacrificium, vbi solet esse tentamentum pudoris. Gaudebat enim dispendio pulchritudinis, periculum integritatis auferri. Sed illi potuerunt quidem vultum eius vibicibus vulnerum exarare, faciem tamen virtutis eius & gratiam decoris interni nequaquàm exarare potuerunt.

Hetruscum iuuenem veteres fabulæ ferunt, cùm propter admirandã oris pulchritudinem in amorem accẽderet fœminas, stigmatibus inarâsse vultum suum, nè qua eum adamare posset. Videro, vtrùm castus fuerit eius animus, affectus tamen non innocens, propter quem in se ipse animaduerteret. Ille tamen sola excepit vulnera nè noceret: hæc triumphales retulit cicatrices martyrij, vt imaginem Dei quam acceperat, reseruaret.

Martyrum eius.

Seruate

Seruate & vos hanc imaginem filiæ, seruate scripturæ præcepta diuinę, vt omne os iniqui obstruatur. Scriptum est enim: Beatus quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum. Bonus Dominus erudit & docet, & plerunquè arguit. Sed etiam quem arguit, beatum facit. Beatus enim homo, quem arguit Dominus. Et ideo increpationes eius non refugias, quia charitatis & gratiæ sunt. Ipse enim percutit, & quasi bonus medicus manibus suis sanat. Psal. 93.

De S. Sotere hac, plura habentur circa finem passionis S. Pancratij, quære Tomo 3. Surij, 12. die Maij.

VITA BREVIS SANCTI CALOCERI RAVENNATIS ARCHIEPISCOPI ET CONFESSORIS, VT HABETUR PRIMO LIBRO HISTORIARUM RAVENNATUM HIERONYMI RUBEI VIRI SANÈ PERDOCTISSIMI.

SANCTVS Apollinaris Rauennatum Apostolus, diuinitùs factus certior, fore, vt breui Rauenna exularet, ac subita opprimeretur calamitate, capiteque oppugnaretur: nè Rauennatem Ecclesiam absque pastore relinqueret, duodecimo postquàm accesserat anno, sacerdotes binos instituit, Aderitum & Calocerum. Cæterùm Apollinarem post varia illata tormenta, idolorum sacerdotes, Rauennatique vrbe, & Classensi oppido eijciunt, acri edicto cauentes, nè reuertatur, néve illum quis excipiat. Ille apud oppidum, cùm nollet, quoàd eius fieri posset, gregem deserere, in tugurio latens, Christianis se illuc recipientibus, & Christi inuulgabat religionem, & optimi Archiepiscopi munere fungebatur: vniuersamque Aemiliam peragrans, Christianam vbiquè religionem prædicabat, cùm intereà Rauennati Ecclesiæ Calocerus, Apollinaris Vicarius, præesset. Cæso igitur Apollinare, paucisque succedentibus Archiepiscopis intermedijs, Calocerus in Martiani locum Rauennatum Archiepiscopus, à Deo dimissa columba electus, suffectus est. Qui cùm rerum omnium sub Hadriano quietem fuisset nactus, assiduo hortatu, Deo verbis efficaciam ac robur tribuente, omnes fermè Rauennates relictis falsis dijs, religioni sanctæ adhærere sic persuasit, vt admodùm pauci fuerint, qui non acceperint cultum & cognitionem veri Dei. Paulò post idem Rauennatum Archiepiscopus Calocerus, cùm annum ætatis centesimum viridi senecta superâsset, mortem cum vita commutauit, tertio Idus Februarias. Sepelitur haud procùl ab Aderito.

Februarij 11. S. Apollinaris vita habetur 4. Tomo 23. Iulij.

S. Calocerus à Deo dimissę columbæ indicio Ecclesiæ Rauennati præficitur.

Feliciter obit.

De translatione eius cum SS. Aderiti & Probi corporibus.

CÙm Agareni vniuersa Adriatici maris litora deprædarentur, diuique Apollinaris templi ornamenta omnia, quæ summa & maxima erant, suffurati essent, & plerique prætereà sanctissima hæc cadauera suffurari tentassent, Petrus Bononiensis Rauennatum Archiepiscopus, huius nominis quartus, nè quid accideret mali timens, sanctissimo consilio optimum fore iudicauit, in vrbem illa comportari. Cæterùm cùm incertum esset, vbi reconderentur: & pridiè Calendas Februarij, ad D. Apollinaris primò, mox ad D. Iacobi, Deum suppliciter esset precatus, vt sibi, quo essent loco sanctissima illa cadauera, commonstraret: ab eo defodi cœptum, tametsi suspenso atque incerto animo, quò cõiectura eos maximè deduxit: reliqui omnes sacerdotes, summa veneratione fodientes, Archiepiscopi incœptum persequuntur: nec multùm foderunt, cùm sacerdos ligone lateritium lapidem percutiens, arcæ latentis aditum sub ara patefecit. Quapropter sublata mensa ex marmore, quæ aram conflabat, detectoque ob id sepulcro, vas ligneum carie ob vetustatem corrosum, inuentum est: in quo loculi seiuncti visebantur. In altero bina erant cadauera: in altero, vnum: nullo scripto, quod nomina significaret. Veniunt tamen in coniecturam, gemina cadauera illa, esse Aderiti & Caloceri: rertium Probi. Nonnihil itaque reliquiarum, ob diuorum memoriam ibi relicto, cadauerS. Apollinaris ecclesia à Saracenis depopulatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ribus in Antistitis sede positis, continuò cùm magno imbri fœdum esset cælum, inclaruit, & serenum factum est. Moyses prætereà quidam ex monachis Classensibus Diui Apollinaris, cùm febri multos iam dies laboraret, tacta sede, restitutus est sanitati. Itaque delata primùm summa omnium veneratione, nec sine lachrymis sancta cadauera ad Diui Apollinaris, mox ad Diui Seueri, cuius postridiè dies festus erat, tandèm hymnis & lachrymis, ingentique gaudio, in Vrsianam æd em transferuntur. Vbi miraculis compluribus Deus eorum sanctitatis esse testis voluit: tertioque Nonas Martias Petrus Archiepiscopus eis aram dicauit.

S. Caloceri, Aderiti, & Probi Archiepiscoporũ translatio.

VITA IORDANI SAXONIS, ORDINIS PRÆDICATORVM GENERALIS MAGISTRI SECVNDI,

authore Leandro Alberto Bononiensi. De eius relatione in Sanctos nihil comperti habeo. Nos ad marginem capita adscripsimus.

Februarij 13. Cap. 1. Beati Iordani patria.

IORDANES vir sanctissimus, oppido Botergæ prouinciæ Saxoniæ originem duxit: quibus parentibus, non proùnt scriptores. Constat enim vitam, antequàm religionis togam indueret, mitem, sanctissimam atque iustissimam eum egisse, & huiusmodi consuetudinis fuisse, vt egeno, qui primus occurrisset cùm illucesceret, largissimè donaret etiam non petenti. Consuerat intempestæ noctis silentio, cùm Parisijs literis sacris operam daret, conuenire in ecclesiam, atque ibidèm sacra audire. Dum autem pro more aliquandò falsò ratus iam signum ad sacra peragenda datum, iter arriperet, egenum offendit munera petentem: (Venerat Iordanes, fortè vsus celeritate, absque pecunia, vnica veste indutus, & balteo cinctus argenteo) balteo illum donauit. Tandèm reserato templo (Aliquantulùm enim pro foribus expectauerat) ingreditur, & vidit Christi optimi maximi simulacrum cruci affixum, balteo donato paulò antè egeno, præcinctum. Cuius spectaculo plurimùm motus, togam religionis extunc assumere deliberauit. Differebat tamen, tempus opportunum expectans, quo liberè quod animo conceperat expediret.

Liberalitas eius in pauperes.

Miraculum.

Cap. 2. Institutum S. Dominici amplectitur.

Tandèm valedicens amicis, Prædicatorum ordinem ingredi cupiens, vestem sanctæ conuersationis ab Reginaldo viro optimo impetrauit & accepit. Verùm de Reginaldo suo loco dicemus: cuius in exitu nescio cui viro sacris initiato fons est in templo Parisino, Iacobo Apostolo dicato, mox oriri, & tam subitò exiccari, & in eo loco alter maior suboriri, cuius riuulis triuia & quadriuia & plateæ, & exindè tota prouincia irrigabatur, vsque ad mare decurrens. Hoc enim præsagium fuit, quod euentu postmodùm comprobatum est, videlicet Iordanem loco Reginaldi insurrecturum, cuius & doctrina & moribus atque sanctitate, cùm docendo, tum disputando, tota Dei Ecclesia irrigaretur.

Visionis cuiusdam interpretatio.

Cap. 3. Ordini Prædicatorum præficitur. Matth. 5.

Comniuni igitur patrum suffragio anno Domini 1222. in Conuentu generali tertiò Parisijs acto, quod Capitulum generale appellant, tunc præfecturam agens prouinciæ Lombardiæ, quẽ dicunt Prouincialem, post biennium & sex menses, ex quo togam Prædicatorum acceperat, post diuum Dominicum toti ordini Prædicatorum primus præficitur: quem circa annos quindecim æquè sanctéque moderatus est. Lucæ Euangeliũ Parisijs in frequenti auditorũ numero mirificè declaruit. Cœpit velutì lucerna super candelabrum crebris radijs doctrinæ suæ lucescere. Omnibus erat gratus, tã vulgaribus, quàm famigeratis. Formæ præstãtis, facie iucunda, vultu spectabili, mitis ac lenis, cibi somniq; parcissimi, & in cultu corporis abiectus. Delinquentes licèt seuerè corrigeret, tali tamen ac tanto vtebatur temperamẽto, vt potiùs illos humanitate deuinceret, quàm seueritate, & incõstantes in bono proposito, suo confirmaret dulcissimo hortatu. Tyrunculos religionis sæpè con-

suẽuerat secum ad sumendum cibum habere inuitatos, vt ad sanctum cohortaretur tyrocinium, nec sinerent se ab hoste humani generis seduci, priscorum exempla commemorans. Sic vehemens in verbis fuit, vt vltra mille viros ad tyrocinium religionis Prædicatorum verbis suis * auxerit. id quod miraculo adscribi dignum videtur.

Multos ad sui instituti tyrocinium attrahit. * euexerit,

Veniens Iordanes aliquandò Bononiam, quam vrbem miro amore prosequebatur, Tedaldum quendam toga ordinis nostri nupèr indutum offendit: qui fortè sua inscitia aliquandò pertęsus vitam nouam (Fuerat enim delicatissimè priùs educatus) togam Prædicatorum exuere omninò decreuerat, affirmans se gustum & somnum amisisse. Admonitus Iordanes, hominem ad se acciri iussit: cœpitq; eum verbis blandis & suauiusculis alloqui, nomine vocitans, asserens ex interpretatione nominis, videlicet Tedaldi, velutì ad alta tendentis, in sancto proposito non solùm permanere, sed passìm proficere. Demùm post nonnulla verba vltrò citroque habita, ante aram diui Nicolai positis genibus stare præcepit, & vt Dominicam persolueret orationem. Is verò oculos in altum attollens, manibus priùs super eius capite positis, cordis affectu ad Deum preces effudit. Ipse autem sic orans, videbatur Tedaldo (vt is postmodùm affirmare solebat) ex alto miram quandam instillare passìm dulcedinem, ex qua nouitas cordis sequeretur: & patre reducente manus, videbatur quòd eius cor ilicò à duabus manibus pressum extra se educeretur & eleuaretur, missumque fieret in magna tranquillitate deinceps ac dulcedine. Qui priùs togam Prædicatorum fastidiêrat, postmodùm perseueranter & retinuit & laudauit.

Cap. 4. Beati Iordanis precibus Tedaldꝰ ab instabilitate liberatur.

Tantam promeruerat Iordanes à Deo orandi gratiã, vt nũquàm flecti à quacunque posset occupatione, quin assuetas perageret Deo gratias. Quandoq; preces in terra procumbens emittebat, quandoq; iunctis manibus stans, nonnunquàm sedẽs, & aliquãdò oculos extollens. Nec lachrymarũ in his dulcedinis expers fuerat. Pro his enim creditur eum in oculorũ ægritudinẽ aliquandò incidisse. Meditationibus setorũ & vbiquè dederat, quibus miram eliciebat suauitatem. In itineribus varius. Nonnunquàm sermocinabatur de re aliqua vtili cũ sodalibus: nonnunquàm permeabat solus, sed nõ minùs solus, quàm anteà, cò quòd varijs ac multijugis meditationibus associaretur, sodales ad id facere adhortans. Demùm agitatus calore illo diuino, quãta valebat voce, hymnos in laudẽ Dei Saluatoris, ac Mariæ cæli reginæ præcinebat cum tanto mentis iubilo, lachrymis id exprimentibus, vt res mira esset. His igitur occupatus, nonnunquàm à socijs aberrabat, nec propter hoc contristatus, sed æquo animo ad cæteros perueniebat, & quos aliquãdò contristatos ob ipsius absentiam inueniebat, lætè confortabat, affirmans omnia esse sub cælo.

Cap. 5. Assiduę preces eius. Lachrymæ & meditationes.

Contigit aliquãdò ipsum cũ duobus fratribus, & laico sacris initiato, dũ ex Italia in Germaniã contẽderet, ad hospitiũ diuertere in vico, cui nomẽ Vrsatia, in medio Alpium sito, vt cibũ sumeret. iam enim hora & labor diù protractus itineris montiũ, illos subinuitauerat: sed caupone dicẽte, non esse quod apponeretur prẽter panes duos, iussit mẽsam apponi. Demùm cœpit ex dictis panibus (priùs benedictione peracta) egenis, quibus plurimùm ea loca abũdant, partes multas elargiri. At caupo & fratres illi succensentes, priùs clauso ostio, ne ampliùs egeni ingrederentur, prẽmonuẽre, affirmãtes eo in loco dũtaxàt panes illos inueniri posse, nec esse pro se ac socijs sufficientes: quarè ne sic erogaret illos, nè mox ipse cum suis penuria cibi laboraret. Sed viri Dei iussũ, nec moti cauponis verbis, nec à fide, quam in Deum reposuerat, ianua reseratur, introducunturque egeni, & vt priùs benedictionem accipientes, ità vt triginta partes viritim diuideret adeò pingues, vt vnicuique abundè sufficerent: nec propter hoc virum Dei & socios panis defecit. Quinimmò & caupo cum vxore & familia ex eo, qui residuus fuerat, abundè epulatus est. Quo viso, perterritus caupo, & virum Dei admiratus est ac veneratus, & fine prandij solutione abire permisit. Quinetiam eum donauit vini laguncula, quam socij secum deferre consueuerant.

Ad benedictionem panes multiplicantur.

Cap. 6.

Cap. 7. Sanat sanguifluum. Item febricitantem.

Exindè Turingiam iter dirigens, ad vicum peruenit nomine Susium, in quo fabrum ferrarium adinuenit, è naribus trigesiès per diem & noctem emittentem sanguinem: quem oratione ad Deum habita, tactu manûs mox incolumem reddidit. Et in vico Vren sacerdotem quartana diù laborantem, cui ferè vires defecerant, priùs peccatorum eius confessione audita, precibus ipse suis

Universidad de Deusto
Biblioteca

suis pristinæ sanitati restituit. Transiens per Alpes, ex vi ignis fabrum ferrarium

Item cæcũ. oculis captum, signo Crucis saluberrimo, donauit oculorũ solatio. Inerat ei tanta in dicendo gratia, vt siue in frequenti populo, siue priuatim loqueretur, remitteret vnumquenque domum plenè compotem. Quippè videbatur in ipso quędam

Eloquentia eius. esse dulcedo atque affabilitas, qua omnes ad sese alliceret. Quapropter hostis antiquus, animaduertens tantam in populis per ipsum commotionem fieri, nõ omisit quicquam, quod illi impedimento foret, nè verba in frequenti populo pro concione haberet, de qua re paulò pòst dicam.

Cap. 8. Consuecuerat vir Dei vrbes incolere, quibus literarum vigebant studia. Quarè nonnunquàm succedebat dies, quos Quadragesimales vocant, Parisijs agebat, alios Bononiæ. Quamprimùm aduenisse in his nũciabatur, tantus erat ad illum concursus virorum, vt vix illi sumendi cibi daretur spatium. Iubebat mox, dum ad has vrbes applicuerat, plurimas vestes præparari, pro nouis tyronibus induendis ad sanctam religionem, minimè addubitãs, quin plures ad religionis tyrocinium adiungeret. Id quod eueniebat, vt vix tot vestes præpararentur, quot necessariæ forent. Accidit res, quæ omnibus non paruam admirationem allatura est. In festo Purificationis beatissimæ Mariæ semper virginis, cùm in maximo scholasticorum cœtu

Viginti & vnus sacri instituti recipiunt habitum. (fortè ad mille erant) viginti ex eis sacræ religionis toga vestire occœpisset, animaduertit quendam Germanum, sæpè ab eo pulsum velutì nimìs iuuenem, & virgibus pro tanto tyrocinio imbecillem, inter illos viginti se immiscuisse, vt sancto conuersationis habitu & ipse indueretur. Tunc subridens vir Dei, Est vnus vestrũm, inquit, qui nostræ religionis tunicam sancto futto aufert. Et mox, quia non nisì viginti vestimenta fuerant allata, & exindè minimè egredi ex frequentia scholasticorum poterat, vt fieret sat omnibus, ex adstantibus fratribus quidam pallium, aliàs bardocucullum, & tunicam alius se exuens, patriq́ue porrigens, cum Dei laude omnes viginti & vnum induêre. Cœperunt adstantes omnes in fletum prorumpere, alij quidem præ gaudio ob auctam familiam: & alij ob sociorum amicabilissimorum amissionem. Qui omnes sic in sancta conuersatione profecêre, vt in viros illustres breui admodùm tempore euaserint, vnà cum adolescentiori illo priùs pulso. Porrò is euasit in maximum doctorem, & concionatorem optimum.

Cap. 9. Nonnũquàm pater Iordanes Bibliã dedit, vt reciperet pecuniã pro togis conficendis eorũ, qui ad sanctã conuersationem euolare cupiebãt. Cùm quadam die in frequenti populo vnũ è scholasticis habitu nostri ordinis induere vellet, ferè contristatus, quòd vnum præter suã consuetudinem dũtaxàt vestiret, adstãtibus inquit: Nemo vestrũm inhumanitatis, vt reor, argui vellet. Quis socium ex vobis ad epulas opiparè præparatas solum ire permitteret, cùm posset secum plures ducere? Videte, quæso, istum in medio stãtem, ad Dei nuptias inuitatum, & si vobis placeat, vnumquenque vestrũm secum valẽtem adducere, solum, quæso, ire permittite. Quis hisce nuptijs frui? Quid tot fletus, suspiria, lachrymæ? Verùm si eum, vt par est, diligeretis, prout videntur suspiria ista & lachrymæ præ se ferre, nunquàm ingressi sanctam conuersationem solum permitteretis. Eià quis ei se comitem præbebit?

Horratur quidã adolescentẽ togã religionis assumit. Necdùm verba finierat, & eccè quidam ex illis, qui à sancto proposito lõgè aberant, in medium prosiliens velut insaniens, In verbo, inquit, tuo & in Dei nomine, magister, eccè me ei socium præbeo. Sicque ambo toga religionis induti sunt, cunctis genti omnium gaudio & admiratione.

Cap. 10. Aliquandò accidit, vt quidam in sancto tyrocinio ab hoste humani generis diuersis artibus agitaretur, quò fieret, vt quò se verteret, quòve pacto recrearetur minimè cerneret. Tãdèm virum Dei adire decreuit, vt in sancto cõfirmaretur proposito. Fortè ità tulerat casus, vt illum orantem pro mortuis inueniret. Quapropter

Orat pro fidelibus defunctis. tanti viri dignitatẽ verẽns, è regione cõstitutus, se ei adiutorem præbuit, vt tãdem precibus ad Deum ab eo missis fine imposito, rem suam aperiret. Sed dum sinul preces prosequerentur, ad illum Dauidis vatis egregij versiculum ventum est, quo

Psal. 26. is vates alloquitur, dicens: Credo videre bona Domini in terra viuentium: & per eum sibijpsi respondetur: Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Quæ verba responsionis videbantur à venerabili viro tanto cordis affectũ proferri, nõ secùs acsì dedita opera, & cognito tyronis animo ac mentis turbatione, respondere videretur. Verba hæc frater ille accepit pro

Consolatur secretò fluctuantẽ fratrem.

pro bono omine, & non secùs, quàm si à Deo tunc prolata fuissent: peractisque precibus, ac exolutis supplicationibus, En magister, inquit, benè & optimè perte mihi, animoque meo labanti sat factũ est, cùm responderes, Expecta Dominũ &c. Posthàc aduersùs colluctationes hostiles fortior & constantior ero. Sicque in sancto tyrocinio confirmatus, vale dicens abscessit.

Cùm Paduæ concionaretur, diuino afflatus spiritu Germanus quidam, parentibus suis vnicus & charissimus, nobilis genere, mente concepit, verbisq́; expressit se sanctæ conuersationis habitu velle vestiri, & illecebras ac carnis voluptates dimittere. Fortè minùs cautè, quod deliberauerat, doctori ac socijs reuelauerat. Quo factum est, vt furijs agitati ac diabolico spiritu, cogitauerint tanquàm rete concludere, cùm fortè minis terreri, ac precibus flecti non posset. Obseruârunt quo tempore cubiculum ingrederetur, & scortum nobilissimũ intromiserunt, plura promittentes dona, si adolescẽtis animũ emolliret. Quid plura? Ex nõ tyrone fortis athleta, milesque veteranus factus, tandèm priùs se superato, & nefandissimã mulierem vicit, & artem sociorum profanam. Nec multùm immoratus, ad virum Dei currẽs, habitum sanctæ conuersationis accepit: nec diù pòst præceptorẽ, qui anteà ipsum auertere à sancto proposito conatus fuerat, ad secum Deo militandum perduxit.

Cap. 11. Eximia fortitudo adolescentis sacrum ordinem appetentis.

Pater verò audiens filium induisse religionis vestimenta, ilicò velutì percussus telo, penè defecit. Tandèm reassumpto spiritu, multitudine satellitũ stipatus, animo indignabundo Italiam ingreditur, vt vbicunq; filium inueniret, vi Prædicatorum habitu exueret, vel occideret Iordanem. Fortè primò (ità tulerat casus) virum Dei his furialibus exagitatus spiritibus offendit, & voce penè exhausta interrogauit, dicens: Vbi est ille Iordanes? porrò ignorabat eum esse. Verùm vir sanctus, Christi ad Iudæos data protulit responsa, dicens facie læta visuq́; iucundo: Sum ille Iordanes. Mox vt is ipsius verba audiuit, ceu sancti viri præsentiens virtutem, ex equo defiliens, & ad eius prouolutus pedes, totus lachrymis profusus, quod animo concepérat, & ad perpetrandum venerat, detestabile facinus confessus est. Tandèm postquàm à lachrymis tẽperatum est, Vir sancte, inquit, ex hinc pro filij mei ad sanctissimam religionem euolatu lætus recedo, qui amaro animo veneram. Quarè antequàm lares proprios repetam, Hierosolymam pro sanctissimis nostræ redemptionis locis visendis hoc cum meo equitatu commigrabo. quod & plenè perfecit. Habuerat enim secum equites centum.

Cap. 12. Quantæ fuerint virtutis verba viri Dei.

Iordanes vir Dei aliquandò Romam visendi fratres gratia petijt. Igitur benedictione percepta pro ordinis nostri more, sacrisq́; peractis, quam Missam vocant, vt

It Romam. ægrotos visitaret, ingreditur infirmitoriũ, & vidit conuersum quẽdam (Conuersos appellamus eos, qui literarum expertes sunt, vel si sciunt, sacris non initiantur) in vincula coniectum: & interrogans quid subesset causæ, vt in vinculis teneretur, se aliquandò mente captum asserebat, tunc tamen ob eius aduentum conualuisse, & plenè sanitati restitutum. Vt erat bonæ mentis beatus pater, mendaci diabolo citiùs, àc debuerat, aurem præbuit. quamobrèm solui iussit. Honorius verò Pontifex maximus, audito Iordanis aduentu Romam, per nuncium iussit cum in meridie petere curiam, vt ad Clerum faceret verba. Annuit vir sanctus. Prandio deindè parato, cùm ad mensam veniisset atq; discumberet, mandat conuersum nouiter è vinculis solutum, ad se deduci. Sic enim compositè honesteque se in omnibus coram discumbentibus gessit, vt illum plenè liberatum dixisses. Latebat mendaciorum parens, vt capta opportunitate id, quod postmodùm egit, perpetraret. Pransis omnibus, & Deo gratijs redditis, obdormienti viro Dei, arrepto cultro tonsorio conuersus ille, guttur eius penè totum incidit. Euigilans venerabilis pater, manumque obijciens, tres digitos penè amisit. Porrò sanctum virum is iugulare adnitebatur, sed cùm manu obstantem animaduertit, digitos truncare obiectos conatus est. Sublato ingenti clamore per domum, fratres accurrunt, indignitatem rei ignorantes. Tandèm visus est Iordanes ferè semianimis iacens, cruore vnà cum cubiculo conspersus, gutture recisus, ac digitis penè truncatus. Hinc fletus, hinc suspiria, hinc voces in altum tolli exaudiuntur. Omnes ferè patres, præ nouitate ac indignitate rei, alienatæ mentis videbantur. Ast præsidens domûs silentio tegendum facinus tam graue fore animaduertens, rogat patres, vt supprimerent voces, nè malo malum accumularetur. Verebatur enim, nè si res cæteris innotesceret, scandalo esset, priusquàm ordo rei cognosceretur. Igitur termino appropin-

Diaboli mãdacium.

Detestandũ eius facinus.

quan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quante,quo vir venerãdus verba in curia facturus erat,præsidens domûs hanc pro-
uinciam sibi sumpsit pro Iordane.Cùm autem pro suggesto verba facere cœpisset,
ilicò in fletũ prorumpẽs, ingentem vocem cum eiulatu emisit,demùm conticuit.
Stupentibus,ac rem nouam admirãtibus Cardinalibus & cæteris, qui aderant,qui-
dam Cardinalis præsidẽtem seducens,causam tãtæ nouitatis exquirit. Qui vbi rem
intellexit,eum introducit ad Honorium Pontificem,reiq; seriẽ iubet aperiri. Ho-
norius verò exaudiens facinus detestandum,in fletum & ipse prorupit,dicẽs:Deus
optime maxime,vndè is bonus pater ista promeruit? Accedunt chirurgi,perspici-
unt,vulnus pertractant,diuinum potiùs quàm humanum persuadẽt cum omni in-
stantia precum auxilium postulandum. Tertia autem illucescẽte die,vir venerã-
dus seruienti sibi tyrunculo nostræ religionis adolescenti innuit,vt aram ad sacra
peragenda latenter ponat.Quo stupescente,domûs præsidentẽ de petitione sanctæ
Missam vul- viri admonet.At præsidẽs stupore perculsus,Iordanẽ adit,quæritq; quid subsit cau-
neratus cele- sæ,vt ara ponatur,cùm in discrimine vitæ habeatur: an potiùs deliret,vel insaniat,
brat. an velit ab alio sacra fieri. Iordanes his auditis, auersis oculis illi innuit,vt exeat.
Quo parente & expectante rei exitum, è grabato vir Dei prout valuit surgens,in-
Vino ablu- duit se sacerdotalia vestimenta,ac sacra fecit.Prælibato sanctissimo Christi corpo-
tionis sacri re & sanguine,ex ablutione vltima calicis,vultum,manus & guttur recisum perun-
calicis sua xit.Quo factum est,vt vulnera statim curata fuerint,plenèq; consolidata,omnibus
vulnera cu- admirantibus,vt eaipsa die egregiè valideque concionans,verba faceret corã Ho-
rat. norio Pontifice ac Cardinalibus,totaque curia. Quamobrèm Pontifex cum tota
curia nimio posthàc Prædicatoriã familiã dilexit amore, amplissimisq; diploma-
tibus ornauit.Peractis verò,quę peragenda in vrbe Roma erant,profectionem pa-
rantem Pontifex ad secum sumendum cibum subinuitauit.Quo dicto audiente,in
mensa in modum lunæ corniculata ambo pransi sunt præter consuetudiuẽ. quip-
Quanta eũ pè non consueuêre Pontifices maximi in eadem mensa nisi Cardinales habere se-
veneratio- cum:sed tanti viri sanctimoniam veritus,hoc egit.Cùm verò naturæ sat factum es-
ne coluerit set cibo potuque,valedicens Pontifici,priùs benedictione accepta, iter cepit, nec vl-
Pontifex. tra passuum millia eaipsa die sex peragere potuit, eò quòd intendentibus se rene-
bris,vltrà progredi non valuit. Verùm cùm hospitari vellent, ad domum cuiusdam sacerdotis diuerterunt: à quo reiectus est cum socijs.Nec ob hoc in vllo con-
tristatus,apud quendam pauperem rusticum hospitatus est,sicque sine cibo ea no-
Humilitas cte capere somnum ob rustici inopiam est coactus : & ad socios læta facie con-
ac patientia uersus, Benedictus, inquit, ille sacerdos, qui nos reiecit, eò quòd mihi abstulit
eius. gloriam,qua hodiè cum summo Pontifice orbis ad eandem consedi mensam.

Cap.13. Quidam frater in quodam cœnobio prope Bononiam ex nimia rerum altissi-
marum meditatione (Porrò sunt aliqui,qui se altiora quærere audent,contra scri-
pturæ monita) in tantam prolapsus est inscitiam, vt affirmaret Deum haudquà-
quàm esse. At vbi animaduertit præsidens domûs tantam fratris dementiam,ad-
noniam adijt,seriatimque fratris tentationem sancto viro Iordani aperuit, asse-
rens nec posse animum illius conuinci suasionibus, nec rationibus aut scripturis,ip-
minis.Cui vir Dei ait: Prior (Hos præsidentes domorum,Priores vocamus)ipse
fratrem conuenias,illique me iubente dicas, vt is sic firmiter & æquè benè credat,
vt ego. Reuersus Prior domum,fratri Iordanis mandatum exposuit, iussitque illi
Ecce vim fidem tenere. Vt verò verbum viri Dei audiuit,velut ex graui somno euigilans,&
verborum à quadam rediens ecstasi,ait : Certè verum dixit vir Dei Iordanes : ego quidẽ opto
viri Dei. mè credo Deum esse,statimque ab omni tentatione ille resipuit. Clericus quidam
Xantensis semèl Iordani crimina sua cum lachrymis confitens, negabat se vitam
Clericum li- cœlibem posse ducere.Cui pater ex intimo cordis meditullio compatiens,plenus
berat ab in- de Deo fiducia,Tibi prædico,inquit,quòd non ampliùs ab hac carnis incontinen-
continentia tia superaberis. Quod rei euentus optimè confirmauit, prout is clericus sæpè prædi-
rare consueuerat.

Cap.14. Ex Lausana exiens, vt antistitem vrbis, qui cominùs fortè animi laxandi gratia
residebat,quem apprimè diù dilexerat,visitaret,præcedentibus pluribus fratribus,
& eo cum ædituo subsequente, & de his quæ faciunt ad salutem nostram collo-
quentibus, eccè mustela coram fratribus pertransiens,foramen ingressa Ec. Illa
verò super foramen manentibus, curiositate deuicti visendi,ac eam mulcendi,si
superueniente patre interrogantur,quæ causa moræ.Illis verò respondentibus,se
vidisse

vidisse animal pulcherrimum foramen ingressum,& se teneri maxima cupiditate illud videndi : pater verò ad foraminis os se inclinans, Egredere, inquit,animal, egredere,vt à nobis videaris.Continuò egressa est mustela,& subsistens in ore foraminis,fixo intuitu in eum respiciebat.Tunc vir Dei cœpit eam manibus contrectare,& demulcere caput & dorsum. demum dixit : Modò reuertere ad locũ tuum. & : Benedictus Deus creator omnium.Statimq; animal in foramen se recepit. Mustela ab eo vocata, venit,eique obedit.

Fuerat is pater non solùm pro nouis tyronibus Ordini nostro acquirendis soli- Cap.15.
citus,sed etiam in conseruandis discretus. Porrò in eo refulgebat quædam gratia
specialis,vt nunquàm sua incuria aut negligentia aliquem amiserit, vt cum Chri-
sto Saluatore nostro dicere posset: Pater, quos dedisti mihi, non perdidi ex eis Iohan.17.
quenquam. Vndè accidit Parisijs,quòd quidam tyrunculus tentaretur de exitu or-
dinis. Quarè dulcis pater omni qua poterat recreatione cum fouebat.' Cumque il-
le nulla posset recreatione subleuari, ad seculum regredi omninò deliberans, ve-
stimenta secularia sedulò reposcebat: sed viri Dei iussu vsque in crastinum distu-
lit. Fortè dies crastinus fuerat Pentecostes, & conuentus generalis (quod Capi-
tulum generale vocant) habendus erat. Supplicationibns habitis, quas vulgò Pro-
cessiones dicunt,à patribus in cuculla sine pallio,omnibusque ritè peractis,coram
conuentu generali tyrunculum animo labantem iussit acciri. Quo stante,dulciter
blandeque ac suppliciter suadere cœpit animi constantiam, & vt cognosceret se
deludi ab hoste humani generis ac seduci,nec dimittere tantorum virorum socie-
tatem vellet, quibus tota fulgebat Ecclesia. Verùm illum obstinatum in sua opi-
nione,cùm non posset à suo proposito auerti, iussit in vestiarium secedere,ibique
vestimenta secularia reassumere. Exeunte autem illo,ad patres inquit : Eià fratres Nouitium
prouocemus pro infelici isto Dei misericordiam,& positis genibus, Veni creator omninò fluctuantem &
spiritus,legendo dicamus. Mira res. Necdùm hymnum compleuêre,& eccè mi- seculum ap-
sellus totus imbre lachrymarum perfusus,in medio patrum se prostrauit, petens petentẽ,vir-
veniam,& promittens ordinis perseuerantiam. Agũtur Deo gratiæ, patribus cum tute Dei re-
tremore exultantibus de ab ipsa fauce tartari liberato. Is verò tyrunculus postmo- uocat.
dùm tam in moribus quàm in scientia sic profecit,vt docuerit vtiliter,gratioseque
concionatus multo tempore fuerit.

Pompas mundi & eius gloriam aspernatus est vir Dei,malens apud se vilis esse, Cap.16.
vt magnus foret in illa diuina ac cælesti domo, quàm magnum & gloria fulgen-
tem,& postmodùm humilem & depressum post obitum suum. Honores aliquan- Mundum &
dò sibi oblatos discretè & sapienter renuit. Vndè aliquandò veniens Bononiam, gloriã eius
intelligens totam ciuitatem agminatim sibi occurrere,velut ei,quem sanctum vi- contemnit.
rum esse autumabant,concito gradu diuertens ab cœpto itinere, gyrans per semi-
tas,alia via ignorante populo vrbem ingressus est.quæ res non modicè eius præcla-
rissimam famam adauxit.Tolerantissimus etiam fuit in aduersis.Porrò aliquandò
à dæmoniaco fratre in cœnobio Bononiensi vola in faciem percussus, alteram illi Humilitate
maxillam exemplo Saluatoris præbuit.Igitur tantam humilitatem diabolus non sua & tole-
ferens, mox inclinato capite, velut cæsus ipse verecundè abscessit. Quandoquè à rantia pellit
patribus conuentûs generalis correctus (Eos diffinitores nominant) cùm ei dice- dæmonem.
retur,quòd excusare si vellet se posset,humili voce dicebat: Nunquid latroni ex-
cusanti se creditur? quo verbo multi ædificati fuêre. Aliquandò in oculorũ egro-
tationem incidit,qua captus est altero : conuocatisque fratribus in capitulum,Eià
fratres,inquit,agite Deo gratias,eò quòd hostem vnum amiserim: sed & Deum ro-
gate,vt alterum, si sibi placuerit,mihique expediens fuerit,conseruare dignetur.

Sic ab interioribus distinebatur meditationibus, vt nonnunquàm quæ exterio- Cap.17.
ra erant, haud aduerteret. Fortè ità tulerat casus,vt quædam matrona nobilita- Interioribꝰ
te prædita, viri Dei capta deuotione, multijugis precibus zona ab ipso dona- intẽtus,non
ri se obtinuerit, qua cingebatur, illique suam tradiderit, fibula ac pendulo ar- curat exte-
genteo ornatam, qua mox vir sanctus se cinxit. Post non multum temporis riora.
cùm inter fratres sederet, animaduertens quidam ex adstantibus patribus pen-
dulum argenteum,prænhendens,En(ex ioco tamen)inquit Magister (Tali nomine
ferè ab omnibus vocabatur) zonam argento ornatam defers? At Iordanes velut
rem mirans,inquit: Bone Deus,quis argentum zonæ apposuit? Profiteor me ante-
hàc non aduertisse.

Miro quodam cordis affectu beatissimam Mariam cæli Reginam, velut opti- Cap.18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

S.Maria dei genitrix ordinis Prædicatorij singularis patrona.

mam Ordinis Prædicatorum patronã,colebat,quam fuerat expertus ipsam suis curam suscepisse. Aliquandò cautè obseruatus in templo ante aram Virginis à Bertholdo orans,sed oscitatione proditus,atque accitus à sancto viro,& interrogatus quid quæreret,& à Bertholdo responsum nil aliud,nisi vt orandi modum ab ipso ad beatissimam Virginem specularetur,Magister verò precibus ipsius ductus,voti compotem reddere cupiens,Sic fili,inquit,ante misericordiæ parentẽ preces porrigo.In hoc Mariæ nomine,quinque continentur elementa,cui psalmum singulo vel canticum adiungo,ex quo quinque conficio orationes,cum salutatione Angelica,hoc modo: Prœmitto hymnum Aue maris stella: Pro primo elemento,quod est M.Magnificat &c. pro secundo,A. Ad te leuaui oculos meos &c. Retribue,pro R. & I. In conuertendo. & Ad te leuaui, pro vltimo, A. addita genuflexione pro

Discipulum do cetorandi modum.

quolibet psalmo. Et narrauit exemplum,vt conijci posset,quàm vtile sit ipsam beatissimam matrem laudare. Frater quidam ante lectulum suum stans orabat,& vidit beatissimam Virginem quibusdam comitatam puellis per dormitorium euntem,& fratres ac eorum adspergẽtem cubicula,vna puellarum aquam benedictam deferente.Verùm dum sic procederet,pertransijt ante fratris cuiusdã cubiculum, quod nõ adsperſit.At qui hoc viderat,prouolutus ad pedes sanctissimæ matris,eam suppliciter rogabat, vt quænam esset diceret, & cur ab adspersione illius cubiculi abstinuerit.Cui illa: Sum,inquit,Dei mater,& veni hos visitare fratres. Illum non adspersi, quia non est paratus. Igitur illi dicito,vt se præparet. Apprimè Ordinem istum tuum diligo, eò quòd omnia officia,quæ Deo per vos redduntur,à laudibus

Quid priuilegij Dei mater Prædicatoribus obtinuerit.

meis incipiuntur,in ijsque terminantur.Quapropter obtinui à filio meo,vt nemo fratrum tuorum diù cum mortalis labe criminis isto in tuo ordine cõmorari possit, quin illum aut citò pœniteat, aut extrà proijciatur, nè tam insignem fœdet ordinem.

Cap.19.

In nocte Circuncisionis Domini nostri Iesu Christi, dum pro more in Matutinis nonam legeret lectionem, visum est cuidam fratri parumper obdormienti ſtere super suggestum matrona ingẽs,corona capite ornato,insigni amicta pallio,

Visio cuiusdam fratris.

in ipsum venerandum patrem intendens,& lecta lectione de manu ipsius accipiens librum.Quo accepto,ante ipsum per gradus cœpit maturè incedere,hinc inde assistentibus cælestis curiæ ciuibus: inter quos vnus aliquantulùm caluus præstantior cæteris præcedebat,scipionem tenens,veluti viã inter multitudinẽ præparans ante ipsam venerãdam matronam.Frater qui hæc viderat, matronã illam Mariam cæli Reginã autumauit: illum cæteris præcedentem virũ, vel diuum Paulũ Apostolum, vel parentem Dominicum, qui ad extremum vitæ suæ aliquantulùm caluus fuerat.Frater verò ad venerandũ patrem Iordanem accedẽs,rem detulit quam viderat.Porrò vir sanctus ad eius verba subridens,nihil prolocutus est. Retulit ad quandò pater Iordanes in conuentu fratrum,quod Capitulum dicunt, vt putabat capitibus ibi in vnum coadunatis,de quodam fratre,(licèt patres de se loquentes ipsum putarent) qui in cœnobio Parisiensi existens,in festo Purificationis beatæ Virginis Mariæ,dum in nocte ad Matutinas Inuitatorium à patribus inciperetur, Eccè venit &c.viderat sanctissimam matrem procedentem cum filiolo ad maiorem aram,quod altare maius vulgò dicitur: supra quam paratus thronus erat,

Fratres à S. Maria & filio benedicuntur.

quo resedit cum filio,in fratres dulciter ad arã pro more conuersos intuens. Cum verò ad Gloria patri &c. fratres inclinarent, ipsa filij dextera appræhensa, eos cum toto choro signauit.

Cap.20.

Nobilis quædam & elegantis formæ puella,à patre sub patrui custodia relicta, dum ab eo tutelam speraret,in corruptelam incidit.Porrò vir improbus bis ipsam grauidam fecit,& eo suadente,misella abortum procurauit.& tertiò,dum non audet patruo resistere, prægnans facta est. Igitur misella in se reuersa, opus nefandum detestãs, cùm nulli facinus manifestare auderet,se ferro occidere annixa est. Porrò gladium defixit in ventrem tam validè,vt ipsum proscinderet: non tamen mox vita,vt volebat,excessit. Diro igitur vulnere sauciata,à Dei misericordia visitatur. Cœpit crimen tam enorme miro cordis dolore detestari, & ad pietatis matrem conuersa, lachrymis supplicique voce orabat, vt solita benignitate sibi occurreret, nè saltem anima cum corpore periret. Mox benignissima misericordiæ parens ei adstans,& corporis conferens sanitatem, iussit vt se totam Iordanis confilijs, qui paulò pòst venturus erat, subijceret. id quod ipsa deuotissimè expleuit, quippè

S.Maria desperatorum consolatrix.

quippè sancto viro suadente, ordinem Cistertiensem ingressa est,atque vsque in finem in sancto proposito perseuerauit.

Tentauit eum hostis antiquus aliquãdò Parisijs ægrotãtem sub mira sanctitatis fraude. Porrò accessit ad ianuã ædium,speciem viri probi præ se ferens, efflagitans se ad virum Dei Iordanẽ deduci. Voti igitur factus cõpos,post datã redditamq́; salutem,iussit indè cæteros abire, velutì cum eo locuturus semotis arbitris, ingentis ponderis arcanum. Quo nomine,Magister, inquit,es tam insignis Ordinis caput. Ex te enim omnium ora pẽdent,esque vtì constitutus in specula. Quarè vt simulacrum omnium virtutum,abstinẽtiarum,cæremoniarumq́; te exhibeas necesse est. Quòd si aliquid à te magni vel minimi momẽti contra religionis feruorẽ,vel relaxationis vestigiũ exierit, cùm suapte natura ingenia humana prona sint ad declinãdum,tu exindè pœnas lues iussu iusti iudicis,ex eo quòd dimiseris semina dissolutionũ,& turbationis materiã.Aegrotas enim,sed non adeò grauiter, quin à plumis & àcarnibus possis abstinere. Quòd si in posterũ non concedetur huiusmodi vsura talium rerũ alicui magìs vel æquè ægrotanti, orientur mussitationes, turbationes & præsumptuosa iudicia. Vndè te quãtis possum precibus rogo,vt sicut hactenùs benè rectèque viuendi, & religionis norma fuisti in cæteris, sicque & in istis te præbeas. In hunc modum verba sua versipellis hostis fucans, valedicens, ceu psalmos ruminando submisè, recessit. Vir Dei, vtpotè vir simplex,verbis hostis antiqui fidem præstans, pluribus diebus ab his abstinuit. Quapropter ad tantam corporis virium imbecillitatẽ deuenit,vt penè deficeret. Nec passus est Deus colluctatoris astutiam latere,nec sancti viri simplicitatem deludi.Quarè reuelauit diabolum illum fuisse,eius sanctissimis cõcionibus inuidentem, & sanctissimis moribus,qui hæc suaserat.Sicque in Domino confortatus,quæ videbantur necessaria, cum gratiarum actione susciebat.

Astutia diaboli ad decipiendum hominem quanta.

Cap.21.

Cùm in Pedemõtium aliquandò vir sanctus deuenisset, diutino itineris labore defatigatus, acutissimis febribus captus est. Diabolus verò non ferens sancti viri opera insignia, callidè ei est insidiatus. Audiens vrbis,qua ægrotabat, antistes, tanti patris aduentum, hospitio eum recepit,& in cubiculum induxit, ac proprio cubili locauit,se ratus felicem,si tantum hospitem apud se haberet. Fortè cum venerando patre erat quidam cœnobij cuiusdã præsidens,quem Priorem appellant,ordinis nostri,vir discretus, solers,prouidus,literis callens,& moribus cõpositus,qui aliquãdò medicinæ operam dederat. Is igitur Iordanis patris animum haud ignorans,& sciens eum in ægrotatione sibijpsi rigidissimum,dixit: Pater,oportet ægrotum in omnibus medico se subijcere,si pristinam nancisci cupiat sospitatem. Quapropter licèt sis nostræ religionis præfectus & caput,ægrotus præfecturæ authoritatem dimittas, mihique te subdas & obedias necesse est. Quod si feceris,haud vereor, quin in breui incolumis hinc exeas. Annuit venerandus pater humiliter. Præter ergò consuetudinem Ordinis nostri super plumas ægroto quiescenti (Sic enim Prior prudens iusserat) nocte diabolus,formam præ se ferens angelicam,apparuit,dicens velutì admirabundus: Est'ne hic Iordanes, fama & opinione apud omnes tam præclarus ? præfectus & pater tam insignis Prædicatorum Ordinis ? Essem anceps, ni antehàc te diù nouissem. O quàm vilis & impudens factus es, qui quasì vnus ex dominis orbis terræ, in strato plumeo & sericis ornato quiescis. O infelix, quale Ordini tuo ac fratribus exemplum præbes ? Sed non est tuî Deus in finem oblitus, qui ad te corrigendum me misit. Surge igitur è grabato, terræque protinùs supplex inhæreas. Statimque diabolo euanescente, perterritus Iordanes in terram corruit, & sic iacens, postquàm illuxit,à Priore & fratribus inuenitur. Quem Prior seuerè corripiens, coëgit ex merito obedientiæ in strato præparato decumbere. Sequenti nocte iterùm diabolus pristina forma assumpta adstitit, & duriùs quàm anteà redarguit velut sibi inobedientem, moxque ipsum in solum desilire præcepit. Quem cùm manè eius diei Prior iteratò supper solum iacere conspexisset, apprimè indignatus, dixit: Miror tuam simplicitatem, nè dicam insciti am, qui non solùm in corporis, sed & animæ præiudicium, contra obedientiam hoc facere præsumpseris. Ego enim Deum cæli terræque Dominum testor,quòd noluissem pro toto terrarum orbe sic grauiter contra Deum & ordinem deliquisse. & hæc dicens,in fletum maximum prorupit. Quod cernens venerabilis pater,& ipse lachrymans procidit ad pedes eius, narrans ei visiones,

Vt ægrotus medico se subijcere debeat.

2.Cor.11.

A diabolo illuditur ei> simplicitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

siones, sed magis illusiones, & qualiter vt conijcere poterat, diabolum illum fuisse,

2. Cor. 11. quadam commiseratione illius, aliquantulùm lenitus, iussit ipsum stratum ascendere. Ex hoc enim tantam membrorum debilitatem contraxerat, sicque humores indurati fuerant, vt vix spiritum ad quiescendum haberet. Tertia nocte diabolus, vt prioribus, adfuit: quem vt conspexit vir sanctus, (Iam in increpationes prorumperat) ait: O nequissime generis humani hostis, ô impudice canis, ô immunda belua, quomodò meam ausus es simplicitatem deludere, ceu zelum qualemcunque erga Ordinem præ te ferens? Et ego quidem, nisi hoc omnipotentis Dei dispensatio permisisset, sapientiùs aduertissem, quòd multo melior est obedientia, quàm stultorum victimæ. & in eius faciem expuens, cum fugauit. Post paucos autem dies conualescens, iter cœptum perfecit.

Fugat à se diabolum.

Conualescit

Cap. 23. Quodam verò tempore contigit eum Bisuntij graui premi ęgrotatione. Forte enim iter tũc faciebat: & cùm ædes illic nostri nõ haberent, oportuit eũ ad tabernam meritoriam diuertere. Igitur aliquãdò exæstuanti maxima vi febrium, adfuit adolescens mappam candidam ad ceruicem pendẽtem habens, altera manu vnã vas ferens, altera verò argenteam crateram, & obtulit viro sancto, dicẽs: Magister, eccè tibi potum porto suauissimum, quem securè bibas, quia in nullo te læder. At venerandus pater rem suspectam habens, & iam in dolis antiqui hostis expertus, signo se sanctissimæ Crucis communiuit, ac mox diabolus euanuit. Ipsum ægrotantem, visa hominis modestia & sanctimonia, antistes vrbis cum tota ciuitate miro amore complexus est. Quarè petijt, & multijugis precibus à patre Iordane obtinuit illic cœnobium construi, quod Prædicatorij patres incolerent.

Signo S. Crucis diabolũ iterùm repellit.

Cap. 24. Aliquandò diabolus cum eo fœdus inire cupiens, per os obsessi dixit: Magister, tibi polliceor me nunquàm fratribus tuis illaturum molestiam neque animi, neque corporis, dum modò à concionibus abstineas. his enim ex omni loco mecum inferno. Fuerat aliquãdò Bononiæ quidam ex fratribus à dæmone obsessus, tantæ fortitudinis, quòd sæpè funes & vincula, quibus ligatus erat, veluti textum fila rũperet. Qui quotquot fratres offenderet, lædebat. Accidit vt Iordanes semèl ad cubiculũ miseri obsessi diuerteret, quem robustissimis funibus ligatum super stratũ tenebant. Et viso illo, diabolus dixit ad eum: O si modò mihi daretur facultas, te totum conciderem in frusta. Quo audito, iussit eum pater venerabilis solui, dicens: Agedùm, me si valueris laniato. Porrò solutus, immobilis permansit. Iterùm ad virum Dei: O si inter dentes tenerem nares tuas. At ille in oscitantes impositi. Sed is velutì vires amisisset, lambere illum leui tactu cœpit. Alijs minores dis, vt sanctum virum deciperet, & ijs quidem pluribus vsus est. Porrò quandoquidem contigit virum venerandum superuenire, cùm iniquus hostis, de quo verba fecimus, fratres cæteros grauibus iniurijs, & contumeliosis verbis afficeret: sed ipse sancto viro, assurgens omni cum honore, cœpit eius conciones approbare, & blandiri pro eius sanctissimis moribus, religionisque feruore, vt eiusmodi laudibus in gloriam vanam impingeret. At verò non ignorans vir Dei, versutias, illas ac eius vafricias sua humilitate confudit.

Non valet diabolus lędere virum Dei.

Versutia eius

Cap. 25. Nec his contentus, alio eum aggressus est modo. Quippè in cœnobio Bononiensi tanto illum odore profudit, vt celaret manus, nè alijs redolerent, veritus eam, de qua nondùm sibi consçius erat, prodere sanctitatem. Si ad sacra peragenda, quam Missam vocant, calicem deferret, tanta ex ipso suauitas odoris exibat, vt totus populus immensa dulcedine tactus obstupesceret. Sed non est passus veritatis spiritus, vafri diù durare fallacias. Nam aliquandò volens ad sacra puluinaria (cra facturus accedere, totoque corde dicere illud Dauidis vatis egregij eulogium, Iudica Domine nocentes me, & expugna impugnantes me &c. & ad illum verò culum deuenisset, Omnia ossa mea dicent, Domine quis similis tibi? tãta ducedine perfusus est, vt sensim ei viderentur omniũ ossiũ medullæ Dei spiritu irrigari. Mox verò Deum precibus rogauit, vt si diabolicis prædictus odor fraudibus ageretur, sua benignitate ostenderet. Ilicò Dei nutu animaduerrit hoc antiqui hostis figmentum, vt cum daret præcipitem per gloriam inanem.

Nititur eũ dare præcipitẽ per vanam gloriã, nec valet.

Cap. 26. Aliquandò ad generalem conuentum Parisijs celebrandum plurium fratrum septus multitudine pergens, circa horã cibi sumendi fratres iussit hincinde cibum

ostiatim per villas exquirere, certum locum iuxta fontem quendam designans, quò cõuenirent. Igitur fratres iussa patris diligẽter perficiẽtes, tandẽ ad locũ destinatũ, vbi venerãdus pater cõsedebat, cum pane modico deuenêre. vix enim tãtum panis detulerant, qui viris quatuor satisfaceret. Erat autem cum patre Iordane fratrum maxima caterua. Viso igitur pane modico, & eo quidem grossissimo, hilari facie & spiritu in laudes amplissimas Saluatoris, voce ingentì prorupit, cæteros ad se sequendum adhortans. Exaudiens quædam mulier cantantium voces, nouitate rei capta, currens ad locum, videnscque illos, cœpit arguere, dictitans se plurimùm mirari, quod tali hora præcinerent velutì insani, cùm sacris initiati essent, & toga induti religionis. Fortè paulò antè orto sole hæc fiebant à patribus (Porrò ante solis exortũ diù in itinere laborauerant, quòd ea hora eis peropportuna visa est pro sumendo cibo) Sed mulier cognita causa, propter quam hoc fieret, videlicet propter victũs penuriam, quam patiebantur pro Christi Iesu amore, ilicò domum se referens, panes, vinum & caseum in maxima copia ad illos detulit, nil aliud effla-gitans, nisi se eorum precum participem fieri.

In maxima victũs penuria fratres Deo laudes decantant.

A muliere pascuntur.

Cap. 27. Matrona Gallica, visis fratrũ Prædicatorũ honestissimis moribus, ægrè ferente viro suo, ipsis hospitium præbebat. quippè ibi fratres nõdùm ædes extruxerãt. Forte aliquãdò viro Dei Iordani hospiti ad se diuertẽti prandiũ apposuerat, eiusq; socijs. Et eccè prãdentibus illis, vir eius superuenit. Quo viso, iram dissimulans (Porrò in eam plurimùm excãduerat) cum sancto viro cõsedit, pariterq; sumere cibũ cœpit. Dum verò vinum appositũ libauit, mancipio voce ingenti iussit, vt alterius dolij vinum hauriret, ceu dignius decentiusque, licèt dererius & penè corruptũ. Nempe veneranda matrona optimũ obtulerat, ex quo doluerat iste plurimùm. Itaque iussit corruptũ coràm afferri, vt vxorem molestia afficeret. Delatum per mancipium vinum, prout iusserat, primus omniũ gustat, & quod penè marcidum nouerat, optimum prælibat. Igitur se à seruo deceptum ratus, truci facie minaciq; voce itemum iubet ex illo certo dolio vinũ afferri. Iterùm ex vino allato prælibat, & optimum inuenit: & in increpationes prorumpens, seruumq; abire in malã rem malumq; cruciatum iubens, ipse furijs inuectus, surgens accessit ad dolium, vinũ hausit, gustauitque. Quo hausto, id optimum & gustui gratissimum sic inuenit, vt melius fortè iam multo tempore non gustâsset. Qua re perterritus, penè factus elinguis, quid vltrà diceret, nõ habebat: simulàc in tantã Prædicatorum patrum admirationem deuenit, vt eos apprimè diligeret obseruaretque. Et deincèps vxorem alacri animo liberè omnibus ijs & hospitium & cibum subministrare permisit.

Matrõæ cuiusdã hospitalitas.

Vinũ marcidũ in optimum mutatur.

Cap. 28. Mulier pudicitiæ suæ nihil vel parùm cõsulens, sæpiùs se prostituit: sed aliquandò in se reuersa, diabolico suasu, cùm multotiès propositũ abstinentiæ perfregisset, vt se veneno interimeret, deliberauerat. Igitur captata opportunitate, araneã ingentẽ deglutiuit. Morti itaq; appropinquãs, (Fortè haudquaquàm huiusmodi antehàc fuerat experta dolorẽ) calamitatem vtranque, videlicet animæ corporisque, quantocyùs probandã mente agitans, cæli Reginã supplicibus lamẽtis, supplicibusque lachrymis rogabat, nè se in tãta calamitate desereret, sed potiùs opẽm sibi ferret. At regina cæli Maria virgo, miserorũ dulce refrigeriũ, turamen & portus naufragantiũ, voces misellæ exaudiuit: & eccè vocẽ audiuit illa dicentem: Ad Iordanem, Ordinis Prædicatorũ generalem Magistrum in proximo venturum propera, ipsumque interpella, illique dicito, te à me missam, & crimina abs te commissa, coram eo fatere, & salua eris. Properè igitur iussa perficiens, fortè vtroque dolore impulsa, sanctumque virum adiens, probra confessa est, nec exindè dimota est, donèc cum criminum vomitu, simul & aranearn & venenum euomuit: Deo genitricique sanctæ eius gratias agens, pristinæ sanitati reddita est.

Mulier araneam ex desperatione glutit.

Per S. Mariã Iordanis ministerio liberatur.

Cap. 29. Interrogatus aliquandò à fratre laico (Huiu smodi enim viros, toga nostræ religionis indutos, qui sacris non initiantur, vt suprà dixi, atra cuculla vtentes, scapulare vulgò dicto, Conuersos appellamus, & à priscis patribus laici nuncupati) si ea vi eaque virtute forent deprecationes præditæ, prolatæ per earum vigorem experti, vtì per eos, qui ea, quæ proferunt, apprimè intelligunt, vimque earum sciunt, prout clerici, (Eos Clericos nominamus, qui ad sacra peragenda admittuntur) respondit: Tanta virtute, tantoque precio dignus est precios us lapillus in manu virtutem ipsius ac preciositatem ignorãtis, quanta in manu non ignorantis, sed optimè cognoscentis.

Prudẽs eius ad interrogata responsum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.30. Est Fridericō Imperatori familiaris.

Accessit aliquandò ad Fridericū Imperatorē, visendi eum gratia. Apprimè Fridericus virū Dei diligebat, colebat, venerabaturque. Data redditaq; salute, tandem cōsedēre ambo: verùm post multa verba familiarissima, diù conticuēre. At Iordanes facto silētio, ad Cæsarē dixit: Plurimùm Cæsar miratus sum, quòd absque mimè de his, quæ dicūtur per diuersas prouincias, fuerim interrogatus, cùm sciasnos continuè per omnē ferè Christianitatē diuagari, & qui rumores audiuntur, quæque fama percurrat. Respondente Cæsare, se habere cursores, veredarios, nūciosque per orbem terrarum, & in curijs principum, ex quibus cognoscere, intelligere ac omnia, quæ fiunt, adamussim scire posset, dixit Iordanes: Christus orbis terrarum Dominus, licèt omnia adhuc in humanis agens sciret, tamen à discipulis de se quærebat, dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis? Tu quidem Imperator homo es, & multa, quæ de te dicunt, ignoras: quorum scientia tibi Imperioque tuo plurimùm conduceret. Fertur enim per prouincias, quòd bona Ecclesiarum velutì tua temeritè exigis, cùm sint sacris initiatorum & pauperum, contrectas ac pro libito exponis. Iustas ac rectas sententias contemnis, procuras auguria, Iudaicis ac Saracenis plurimùm faues, optima tuorum consiliariorum aspernaris consilia, Pontificem maximum, Christi Vicarium, Petri Apostoli legitimum successorem, totius Reipublicæ Christianæ moderatorē, omniumque nostrî parentem, tibiac omnibus principibus in spiritualibus &c. presidentem contemnis. Hæc certè Cæsar plurimum de tua dignitate detrahunt. Sicque eum in multis familiariter corripiens, valedicens æquè vt anteà charus Cæsari, indè abijt.

Matth.16.

Seuerè eum arguit vir Dei.

Rom. Pontifex Vicarius Christi & Petri successor.

Cap.31. Prædicatorum sanctiones, quæ. Psal.118.

Quæsiuit ab eo quidam, quem Canonē, quas've institutiones obseruaret. Prædicatorū sanctiones, respondit: quæ huiusmodi sunt: Honestè viuere, discere, & docere. Quæ tria efflagitabat Dauid à Domino, dicens: Bonitatē & disciplinam & scientiam doce me. A quodā scholastico interrogatus, quid subesset causæ, quòd ex quo Prædicatorum & Minoritarum ordines per orbem discurrere occeperat, non sic lætè & alacriter visi sunt homines inter se cōuersari, vt anteà. Hoc se negare posse dixit, & oppositum videri & esse: tamen volens satisfacere illi, sic respōdit: Postquàm nos in mundo venimus, homines docuimus acta sua perperàm facta cognoscere, & alia multa, quæ ignorabant. Quæ vt cognouēre, nec ab illis abstinere volentes, conscij de proprijs reatibus, & grauiùs peccant, grauiusque punientur. Grauius est enim crimen, quod ex certa scientia committitur, quàm quod ex ignorantia.

Flagellorū Dei quę causę exsterint

Deus verò malitiā hominum videns, & in peccatis illos perstare, vt anteà, seueriùs illos punit, & deincèps mittit in ipsos pestilentiam, terræmotus, annonæ, vim aliarum rerum, quæ homini sunt vsui & solatio, caritatem. huic adstipulante vatis elogio, Posuit terram fructiferam in salsuginem, à malitia inhabitantium in ea. Iusteque his omnibus, cæterisque angustijs homines excruciat plùs retroactis temporibus, eò quòd magis delinquunt. Cæterùm vobis dico, nisi in melius mores vestros reformaueritis, ex quo noscitis viam, qua permeare debeatis auspicio Prædicatorum ac Minoritarum patrum, & à qua declinare: in posterum seueriùs duriusque puniemini, ipso Domino in Euangelio attestante, cùm dicit: Seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens, plagis vapulabit multis.

Psal.106.

Luc.12.

Cap.32

Ea tempestate, qua venerādus vir Iohannes Vicētinus, vita, doctrina & sanctitate conspicuus, Bononiæ concionans, in melius hominū mores reformauit, prout in eius Vita dicemus, timentes ciues nostri Bononiēses tanto patre orbari, communi voto aliquot viros doctrina claros Parisios ad conuentū generalē, seu Capitulum, vt ipsi vocant, Ordinis nostri legatos miserunt, vt efficerent, nè tantus vir à Bononiensi ciuitate auferretur, coràm plurimas adducentes rationes, inter quas etiā hanc protulēre: Totam fuisse ciuitatem verbis eius in melius reformatā, & iam iactum semen fructificare, in breui coalescendum, vt in optimam frugem euasurum fuerit. Quòd si modò Iohannes abiret, fortassis omnē segetē arefieri, nōdùm benè firmatam. Quarè rogabant patres, vt ciuitati Bononiensi morē gereret. Quibus per Iordanem responsum est ferè in huiusce modi verba, priùs tamen collaudata ciuitate beneuolentia & deuotione: Oratores egregij, causa quam coràm protulistis, ita dens vt amoueri pater Iohannes à vestra ciuitate non debeat, non cogit nos vestris facere satis. Porrò vos scitis, agros serentes, iactis seminibus in agro, exinde abire, nec ibidèm permanere, vt videant quomodò semen producat, quòve modo

Ecce quem fructū in Ecclesia fratres Dominicani fecerint.

Prudēs viri Dei oratio.

coalescat, fructumque proferat: sed iactis in vno loco seminibus, relicto illo, ad alium serendum vadunt. Inscitiæ illum argueremus, qui iactis seminibus, in agrum comportaret stratum, vt incrementum vel decrementum frugum obseruaret. Iohannes iecit in vestra ciuitate semen: oportet vt vadat in aliam ad id faciendum; iuxta monita Saluatoris dicentis, Quia & alijs ciuitatibus oportet me prædicare verbum Dei. Veruntamen cognita vestræ ciuitatis ad Ordinem nostrum dilectione, nè videamur tantorum preces ciuium aspernari, colloquio inter nos habito, adnitemur vestris sat facere petitionibus.

Luc.4.

Cap.33.

Accidit vt pius pater tunicam dono daret cuidam petenti, egenum ac debilem se simulanti. Qua is accepta, ad tabernam meritoriam diuertens, eam vendidit, & in epulis precium consumpsit. Frater quidam hoc videns, Iordani dixit: Eccè pater, cui vestem tribuisti, iam is in taberna meritoria eam liguriuit. Ad quem venerandus pater, Malo me amisisse, inquit, tunicam, quàm pietatem. Quod enim egi, id pietas suasit, putans eum illa indigere, cùm crediderim illum inopem & ægrotum. Quapropter eius inopiæ & miseriæ occurrere volebam.

Cōmiseratio eius in pauperes.

Cap.34.

Instituerat aliquandò Gregorius Pontifex maximus quorundā monasteriorum fratres aliquot nostri Ordinis censores. Qui accepta authoritate censoria, non seruatis iurium ordinibus, licèt id iustè fecerint, sententiam mox protulēre, & quosdam Abbates suis officijs ac dignitatibus priuauēre. Quod cùm intellexisset Pontifex cum Cardinalibus, indignati cò quòd secūdùm iuris ordinem processum, vt diximus, non fuerat, rescindere latam per fratres sententiā constituerant. Rebus hoc modo pendentibus, fortè superuenit Iordanes, & ei facultate loquendi data, sic facetè dixit: Pater sancte, mihi hoc sæpè accidit, quòd dum vellem ad aliquod Cisterciensis Ordinis monasterium declinare, animaduertens cum socijs cōsuetam viam in longum protrahi, per tramites inter prata iter faciens citiùs perueni, pertæsus prioris viæ longitudinem, præ oculis monasterium videns. Verùm si tunc ianitor me interrogaret, qua venissem via, & intelligeret per tramites, nónne seuerior videretur, si remitteret nos ad consuetam viam, vt per eam veniremus, nolens nos aliter in monasterium introducere? Sic igitur Pater sancte, licèt per iuris viam fratres non incesserint, quæ fortè nimis longa illis videbatur ad istorum Abbatum depositionem, cùm deponi fuerint digni, prout vestra sanctitas de facili dignoscere poterit, sustineatis rogo quod factum est, licèt per quancunque viam eò deuētum fuerit.

Optima ac prudenti similitudine Rom. Pontificē ad suū votū flectit.

Cap.35.

Nonnunquàm causam reddebat, quarè citiùs scholastici philosophiæ inseruientes, ad sanctissimam religionē aduolarent, quàm theologi & iuristæ. Dicebat enim: Facilius bono rustici inebriātur vino, velutì insueti, qui aquam libare solent, quàm nobiles, qui vina optima & fortia non timent, eò quòd in vsu habeant. Philosophi quidem tota hebdomada Aristotelis & aliorum philosophorum aquam epotant. Vndè cùm in dici Dominicæ sermone, vel festi, Christi Iesu verba, & seruorum eius dulcia & vehementia hauriunt, mox inebriati mero sancti spiritûs capiuntur, & non tantùm sua, sed & seipsos Deo elargiuntur. Isti verò theologi sæpè huiusmodi verba audierunt, & ideò eis sicut rustico & æditui contingit, qui ex assiduo ante aram Dei transitu irreuerenter se habet, & ad illam nōnunquàm terga vertit, cæteris reuerenter inclinantibus.

Cur plures philosophi quàm Theologi seu Iuristæ religionem ingrediantur.

Cap.35.

Aliquandò in conuentu generali, seu Capitulo, vt dicunt, faciundo, haud leuiter ægrotans, cùm pro more in festo Pentecostes ad fratres verba facere non posset, tandèm rogatus, Capitulum ingressus dixit: Hac hebdomada, patres, crebrò dicemus: Repleti sunt omnes spiritu sancto. Non ignoratis, quòd si vas oppleri aliqua recenti re debeat, oportet id euacuatum reddi, quo anteà erat oppletum. Sancti igitur Apostoli repleti sunt à sancto spiritu, quia euacuati erant à spiritu suo. Et hoc etiam in Psalmo cantamus: Auferes spiritum eorum, & deficient, à se scilicet, vt proficiant in te: & in pulueremsuum reuertentur. & sic emitte spiritum tuum, & creabuntur &c. quasi diceret Dauid: Si tua gratia voluntatem propriam, & singularem ac priuatum à se euacuauerint amorem, tuo replebuntur sancto spiritu. Quo verbo fratres apprimè ædificati recessêre. Semèl fratres admonens, vt à leuitatibus abstinerent, dixit: Mihi & alijs præsidentibus sicut opinioni accidit, qui magis vnius hirci custodia affligitur, quàm centum ouium. Sic vnus insolens magis præsidentem grauat, & domum exturbat, quàm alij centum

Oratio eius ad fratres in Capitulo.

Psal.103.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum fratres, qui oues sunt, quæ pastorem sequuntur. Porrò sibilum eius noscunt, nec eum relinquunt: sed simul vadunt, sistunt, accubant, comedunt, bibũt, capire inclinato herbas legunt, in omnibus fructuosæ, in paucis tædiosæ. Sed nonnulli, vt hirci, turbantes pastorem & gregem, discurrunt, perstrepũt, in socios capita impingunt, & altè saliunt, viam non retinent, aliorum sata lædunt, neq; virga opilionis, neque clamore arcentur: & ad vltimum, breuẽ caudam, id est, arctam patientiam habent, & ideò quandoquè fœda sua ostendunt. Pro Deo, fratres amantissimi, fugite huiusmodi hircinos mores, & estote oues Dei.

Monachi reprobi hircis similes.

Cap. 37. Itèm vt ab ociosis sermonibus cauerent semèl admonens fratres, ait: Videtis fratres, q̃ inperceptibiliter, quãtumcunq; in psalmodia altè incipiatur, paulatim vox cantantiũ defluit & cadit. Sic quantumcunq; bona verba dicere incipiamus, vel ad alterutrùm cõferre, paulatim ex humana corruptione ad vana plabimur. Sed qui bonus est, & hoc percipit, debet facere sicut in choro cantor, qui locis aptis eleuat vocem. Sic bonus vir casum ociosorũ aduertẽs verborũ, aliqua verba interponere debet, vel exempla grata, vt interrumpat nociua. Eodem modo cùm ex carnis corruptione paulatìm nõ solùm à verbis, sed & à solito religionis feruore repescimus, nos inuicèm excitare debemus.

Ociosus sermo vt sit euitandus.

Itèm ptælationis sublimitas. Aliquandò sermo coram venerabili viro factus fuit de quodam patre, viro probo & virtutibus prædito, q̃ antistes iure optimo fieri deberet. at vir Dei respondit: Mallem eum feretro mortuũ ad sepulturã sociare, quàm in cathedra antistitem videre sedẽtem. Quidam vir nobilis Germanus, potentia maxima fretus, vi bouem fœminam à matre viri sancti Iordanis abstulerat: post paucos dies verbis suis Iordanes eiusdem filium ad ordinẽ traxit. Quo audito, pater quosdam ad eum de filio ablato querens, præmisit. Quibus Iordanes sic facètè respondit, vt eorum furorẽ leniret: Haud ignoratis Germaniæ consuetudinem, quæ huiusmodi est, quòd si quispiam alicui iniuriam intulerit muleri, nemo ægrè ferre debeat, si fuerit à filio vindicata. Cùm ergò ciuis ille matrem meam boue priuauerit, non iniquo animo vos, nec ille ferre debet, si vitulum abstulerim.

Cap. 38. Aliquandò in partibus transmarinis rogatus à Templarijs, vt sermonem faceret Gallicè, (Fortè ij Galli erant, nec eorum idioma plurimùm callebat) votis eorum libenter annuit. Accidit autem, vt in quadam platea omnes essent, quodam muro ab vno latere ad hominis staturam cincta. Volens ergò initiò eos admonere, quòd licèt Gallicè parùm loqui sciret, tamen fideret ex vno verbo modico Gallico magnam aliquã sententiam colligerent, dixit: Si quispiam asinus, honore dato, vltra murũ consisteret, eleuaretq; caput, vt saltem eius auriculã videremus, iam omnes intelligeremus, quòd ibi asinus totus esset, ità vt per modicum partis totum intelligeremus. Sic nonnunquàm accidit, vt magna sententia dicta, vno breui verbo intelligatur, quanuis tota sit Germanica, & modicum Gallicum.

Ex vno verbo aliquandò sententia intelligitur integra.

Cap. 39. Accidit vt vir Dei plures tyrunculos nostræ religionis, per ipsum sanctæ cõuersationis toga indutos, ad quoddam cœnobium secum duceret: fortè illos ad habitum receperat in loco, vbi fratres nõ habebant ædes. Igitur cum his ad meritorium, tabernam diuertens, & pro consuetudine, hora id petente, officium persoluens, quod Completorium dicunt, accidit vt quidã ex ijs in risum prorumperet. Cæteris verò id cernentibus, vehementer & ipsi ridere cœperunt. Animaduertens autem quidam ex sodalibus viri Dei, nutibus admitebatur eos compescere. at illi magis ac magis ridebant. Tunc Iordanes dimisso Completorio, & dicto Benedicite, ad socium conuersus, Frater, inquit, quis horum tyrunculorum tibi curam demandauit? Quid ad te attinet de eorum risu? Et ad illos conuersus, Filij, ait, vehementer ridete, nec inceptum omittatis, quia hoc vobis concedo. Et verè ridere, beneque vos gaudere oportet, eò quòd è diaboli carceribus exîstis, fractis vinculis illius, quibus multo tempore vos ligatos tenuerat. Ridete igitur, filij, ridete. Porrò illi hoc in sermone consolati in animo, deincèps ridere ore effuso nequiuêre.

Risum fratrũ prudentissimè cõpescit.

Cap. 40. Semèl Parisijs concionans, & adhortans sceleribus obnoxios ad Deum properare, & acta improba rescindere, diluereque illa per sanctissimam confessionem, nec diutiùs in eis persistere: & occurreret sibi, quòd in scriptura peccatum infernum porta diceretur, ait: Si quispiam hodiè, cràs & post cràs, & pluribus diebus ad cœnobium veniens, præ foribus aliquem continuè sedere adolescentem animaduerteret, nónne de facili ipsum ordinem ingredi velle putaret? Quomodò igitur non est credibile, quòd intrent in infernum, qui tandiù sedent in porta? Iudicet.

Peccatũ inferni porta. Matth. 16.

dicebat, sicut cæmẽtarius, qui murum obtortum reparare satagit, quosdam lapides retrahit absconditos, & prominentes repercutit: sic in emissione claustraliũ præfectum facere oportet, vt videlicet illos, qui nimìs latitare cupiunt, ad actionem dirigat: & illos, qui nimìs exponi volunt, intùs contineat.

Consueuerat idem venerandus pater eundem sermonem aliquotiès in concionibus iterare. Quod cùm ei obijceretur, respondit: Si quispiam bonas herbas legisset, illasque ad pulmentum faciendum accuratè præparâsset, esset´ne conueniens illas proijcere, & pro alijs colligendis laborare? Dicebat etiam: Si alicui facultati tantùm studuissem, quantùm huic Apostoli verbo, Omnibus omnia factus sum: iam doctior in illa poteram extitisse. semper enim studui, qualiter me alijs conformarem, & me non formarem: nunc videlicet conformando me militibus, nunc clericis, nunc tentatis. Is venerandus pater quendam apostatam (Illos apostatas vocamus, qui ausu temerario religionis vestimenta exuunt) ad ordinem resumere adnitebatur. Cumque conuentu edito, fratrum sententias exigeret, vnusque præteris non assentiret, dixit: Etsi hic modò crimina multa commiserit, forsitan multò plura his adijciet. Sed cùm ille se de hoc nõ curare assereret, respondit: Certè frater, si tu pro isto tantillo viro vnam duntaxàt sanguinis guttam fudisses, sicut Christus Dominus noster pro ipso sanguinem suum, aliter responderes. At ille in se reuersus & cõfusus, se humì prosternẽs, opinioni cæterorũ æquo animo cessit.

Cap. 41. 1. Cor. 9.

Quàm fuerit vir Dei benignus in resumendis apostatis.

Cap. 42. Quidam frater subtimens, nè possint tot orationibus & deprecationibus factis à fratribus eleemosynæ persolui, quibus viuebant fratres, aliquandò suam sanctò viro narrans opinionem, efflagitabat se ad plenum de his instrui. Cui venerabilis pater respondit: Cùm sint spiritualia precij inæstimabilis respectu temporaliũ, constat illa in infinitum hæc præcellere, & esse incomparabiliter meliora. Vndè te scire volo, & hoc inconcussè tenere, quòd si pro omnibus eleemosynis, quas comedisti, dixisti semèl orationem Dominicam deuotè, ad plenum persoluisti. Procurator quidam (Procuratores huiusmodi viri apud nos dicuntur, qui pro diuturno victu res monasteriorum necessarias procurant) pertæsus hoc onus, aliquandò rogauerat instãter Iordanẽ ab eo se absolui. Cui vir Dei respondit: Officia creberrimè ferè ista quatuor comitãtur: Negligẽtia videlicet, impatiẽtia, labor & meritũ. A primis duobus te absoluo: duo verò reliqua in peccatorũ remissionẽ tibi iniũgo.

Dominica oratio quã cũ valeat.

Cap. 43. Aliquandò in conuentu fratrum, quod Capitulum appellamus, quidam frater delatus est, quòd dedisset mulieri dexteram. Cùm delatus diceret mulierem illam sanctam esse, tunc præsidens ait: Pluuia bona est, & bona terra: tamen ex eorum commixtione fit lutum, quo fœdantur cæteræ res. Sic & manus viri licèt bona fuerit, similiter & mulieris, ex mixtione tamen illarum nõnunquàm cogitatio vel affectio mala consurgit. Quæsiuit aliquandò à sancto viro quidam frater, vtrùm vtilius foret sibi semper orationibus insistere, an scripturarũ se studijs occupare. Qui ait: Quid melius est, Semper bibere, an semper comedere? Et vtiq; sicut ista competit alternatìm fieri, sic & illa. Itèm alius rogauit, vt ostenderet quid orandũ sibi melius expediret. Cui dixit: Bone frater, quicquid tibi maiorem ingenerat deuotionem, huic insistere non omittas. Nam ad orandum id salubrius tibi erit, quod affectum tuum fructuosiùs irrigabit. Plura quidem alia verba, digna quæ scriptis mandentur, & opera præclara edidit, ex quibus ingens conficeretur volumen: quæ nè tandèm lectori tædio sim, missa facio: fortasis ea alio loco describam.

Egregiè soluit fratrum quæstiones.

Cap. 44. Tandèm anno Domini millesimo ducentesimo trigesimosexto, conuentu decimoseptimo edito Parisijs, quem generalissimum secundum dicunt, in mentem subijit Hierosolymam petere, visendi gratia sanctæ redemptionis nostræ loca, ac fratrum cœnobia. Ad hoc enim peragendum antehàc nutrierat barbam. Itaque valedicens patribus, pelago se credidit: sed cùm prope Acon peruenisset, ingenti oborta tempestate, cum duobus socijs, & nouem & * triginta hominibus, naui fracta, in fluctibus perijt Idibus Februarij. Porrò eius felicem obitum per literas subsequentes Gotifredus & Reginaldus, Ordinis nostri fratres, Præsidenti Parisiensi denunciârunt: Gotifredus & Reginaldus Ordinis Prædicatorum, Pontificis Maximi Pœnitentiarij, Præsidenti ac fratribus cœnobij Parisiensis salutem. Noueritis, quòd inundantis maris sæuitia, ac suo impetu propellente ad litus trirem, in qua dulcis pater noster Magister Iordanes cum duobus fratribus erat, ipse & nonagintanouem homines liberati sunt ab hoc seculo nequam. Super hoc tamen,

It Hierosolymam.

*nonaginta

Obitus viri Dei.

Literæ de obitu eius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen,chariſſimi,non paueat cor veſtrum,quia nobis orphanis pius pater & Deus totius conſolationis remedium & poſt tempeſtatem prouidit tranquillum. Nam dum iacerent corpora inhumata(vt teſtantur,qui de illo naufragio euaſerunt, qui eos tradiderunt proprijs manibus ſepulturæ) luminaria de cælo ſuper eos ſingulis noctibus effulſerunt: ſed & cruces multæ ſuper eos viſæ ſunt,& à multis. Ad quod miraculum loci incolæ confluentes, tanti odoris fragrantiam hauſerunt, quòd iuxta teſtimonium eorũ, qui poſt viſa miracula eos tres ſepeliêre, vſq; poſt decem dies odor nimius ab eorum manibus non receſſit. Sed & per circuitum ſepulturæ eiuſdem,odoris ſuauitas latiùs emanauit, vſquequò fratres de Acon venerũt cum nauigio,& eos in ſuam eccleſiam tranſtulerunt. Vbi dictus pater quieſcit, & multa multis beneficia præſtat, per omnia benedictus Deus, Amen.

Luminaria cælitùs videntur, & odor ſuauiſſimus ex corpore eius emanat.

Cap.45. Beati viri obitus hoc modo in cœnobio Lemouicenſi, quod de primis Ordinis cœnobijs fuerat,reuelatus fuit.Erat quidam frater,qui præcipuo affectu Dei virum Iordanem colebat & venerabatur: qui anteq̃ citra Alpes deceſſus eius innoteſceret,in eccleſia poſt matutinas ad Deũ preces emittens permanſerat.Cumque Deus rore cæli cor eius illuſtrâſſet, mox obdormiuit, cùm anteà orâſſet,p venerabilipatre deuotè,quẽ in tranſmarinas partes ſeceſſiſſe intellexerat. Et eccè videbatur ei, quòd erat in ripa quarundam aquarũ admodùm immẽſæ latitudinis ac profunditatis,quibus videbat multorũ hominum cadauera ceu ex aquis recenter educta. Et cùm hoc plurimũ admiraretur,videbat Iordanẽ quasi ab interioribus aquarũ illico emergẽtem,fixum in cruce,ſolito iucundiorẽ,manibus ac pedibus extenſis,quẽadmodùm ſolet beatus Andreas Apoſtolus pingi, & alacrẽ abſq; vllo adminiculo in cælum ſcandentem.Quæ cùm frater intueretur,ſtupore perculſus,beatus pater illi ſermone blando ſic locutus eſt: Nisi ego abiero, paracletus nõ veniet ad vos. Quo dicto,manibus eleuatis,cũ ipſa cruce ferebatur in cęlũ. Porrò eo diſparẽte,is videbat ſigillũ eius in terra iacere.'Cùm igitur poſthàc vulgatus fuiſſet viri Dei obitus & modus,quo vita defunctus fuerat,quid ea prætenderet viſio, pleniùs cognouit.

Visio Fratris cuiuſdã

Iohan.16.

Cap.50. In monaſterio Aquiriæ Ordinis Ciſtertienſis in Brabantia, fuit quædã ſanctimonialis virgo,grauis annis, Lutgardis nomine, per quã Deus multa operatus eſt miracula,dum in humanis ageret,& poſt eius felicem exitum. Porrò hæc miro amore,miraq; deuotione virum Dei Iordanem complectebatur.Huic cùm quadragesta annis in ſancta conuerſatione Domino deſeruiſſet, iamq́ue præ ſenio & lachrymis,quas ſedulò fuderat,nõ videret: in ipſa vigilia Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti beatus pater apparuit in hunc modum: Cùm enim ipſa ab hora diei primæ vſque in ſextam orâſſet, nec ſolitam perſentiret deuotionem, tædere cœpit, & in hæc prorupit verba: Prô bone Deus,vndè hæc patior? Certè ſi aliquem in cælo vel in terra amicum pro me nunc orantem haberem, hac cordis modò carerem dolentia. Hæc illa dicente cum lachrymis,è veſtigio ante mentis oculos quidam frater tam lucidus,tam glorioſus apparuit,vt illum ob claritatis magnitudinẽ nõ agnouerit. Vndè ipſa ſtupeſcens, ait: Quis es tu? Et ille: Sum Iordanes, quondàm ordinis dicatoriæ familiæ moderator. Exiui enim ex hoc ſeculo ad gloriam beatorum, & inter Apoſtolorum choros & Prophetarum eu ectus ſum, miſſusq́ue ad te, vt in feſto iſto lætiſſimo te conſolarer. Tu ergò iam ſecura eſto: quia in proximo eſt, vt à Deo coroneris. deindè ſubiunxit: Deus miſereatur noſtrî &c. cum Collecta de Spiritu ſancto, quem, me rogante,pro meo Ordine dicere promiſeras,vſque in tuum finem nè omittas. Moxque euanuit, eam in tanta animi lætitia, quantam nunquàm habuerat,dimittens. Hæc eadem ferè, etsi alio modo, beatus pater cuidam fratri Ordinis noſtri reuelans,quòd in ordine ſublimium præſidentium,& in cælo locatus eſſet, honorabili ſchemate demonſtrauit.

Huius Vitã quærat Lector Tomo 3. die 16. Iunij.

Apparet S. Lutgardi beatus Iordanes.

Cap.47. Quidam ex Ordine Carmelitarum frater, diabolica ſuaſione tentatus de Ordinis exceſſu,exaudiens Iordanem aquis obrutum, magìs ac magis intra ſe turbatus, dicebat apud ſe: Incaſſum qui Deo ſeruit, vt video laborat. Aut Iordanes ille ſic via Dei non inceſſit,qui ſic miſerabiliter perijt: aut Deus non æquè retribuit iis, qui ſibi ſeruiunt. Inualeſcente animi ægritudine & mœrore,exire ordinem in animo inſtituerat. Hæc illo deliberante,præcedenti nocte,qua die poſtero firmauerat eundi propoſitum,eccè apparuit ei inſignis vir,luce immenſa prædituſ, ipſum cuiens.At ille tremens ac ſtupens,orabat dicens: Domine Ieſu Chriſte, mihi præſidio,& oſtende quid ſit hoc. Extemplò vir ille inſignis reſpondit: Nè turberis

Itém cuidã Carmelitæ,

frater: quià ſum Iordanes ille,de quo hæſitabas. Hoc firmiter teneas, nec dubites, quia ſaluus erit omnis, qui vſque in finem Domino noſtro Ieſu Chriſto ſeruierit. Illicoq́ue diſparuit,ipſo ad plenum in omnibus dimiſſo læto.Hæc vtì geſta fuerant, is frater cum præſidente cœnobij eius,ac Simone fratre viro religioſo, Patribus noſtris narrare conſueuerat.

eundẽ ad ſanioriẽ mentem vocus.

Non inutile,reor,erit aliqua referre miracula,poſt eius felicem exitum ad eius nominis inuocationem per Deum facta.Præfecerat is venerandus Pater,adhuc in humanis agens,quandam inſignis vitæ ſanctimonialem fœminam monaſterio cuidam fœminarum,ſub cura & habitu ordinis noſtri. Quæ poſt multum temporis, cùm in eo officio omni modeſtia,grauitate ac religioſitate præfuiſſet,incidit in paralyſim, ità vt è grabato abſque miniſtrantium adminiculo nullatenùs ſe mouere poſſet. Quapropter ſæpiſſimè enixè efflagitauerat ſe eo munere abſolui: ſed omnibus ſanctimonialibus reclamantibus,nunquàm potuit voti compos fieri, eò quòd vtilior videretur monaſterio ipſa ſic ægrotans, quàm alia quæcunque ſoſpes. Contigit verò die quadam poſt beati viri obitum, cùm multa miracula à plurimis referrentur ad eius nominis inuocationem facta, vt ſanctimonialibus cibum ſumentibus, iuberet ſe in geſtatorio à duabus ſororibus in eccleſiam deferri, & ante aram ibidèm ſe poni. Et emiſſis ſororibus, deuotè ac iugiter beatum virum Dei Iordanem rogauit,quem firmiter credebat in cæleſti ac illa diuina domò glorificatum,vt impetraret à Domino,quatenùs vel citò vita excederet, vt ſic hac moleſtia liberarentur ſorores: vel quòd obtinere ſaltẽ poſſet à præſidentibus ordinis ab ipſo onere abſolutionem,vel priſtina ſanitate donaretur, qua habilis fieret ad monaſterij munera obeunda.Simulàc emiſit preces, ſenſit ſibi quandam virtutem diuinitus infundi. Deindè cœpit pedem alterũ plena fiducia, & alterũ extra geſtatorium ponere: poſteà ſurgere,& hac illacq; per chorum meare,velutì tentatura, ſi verè ſanitatẽ eſſet adepta.Interìm dum hęc ab ipſa aguntur,ſignum nola refectorij datur,vt ſorores è menſa ſurgerent, poſtq̃ cibo potuq́ue ſatisfactum erat. Igitur ſororibus pro gratijs reddendis ſecundùm conſuetudinẽ ad eccleſiam veniẽtibus, obuiàm ſana fit. Quam cùm iuniores primò ex refectorio exeũtes viderent, ſubdubitabãt an Prioriſſa illa eſſet, quam præter conſuetudinẽ deambulantẽ cernebant. Cantoriſſa verò cum antiquioribus vltimò refectorium exiens,cùm animaduerteret eam rectè ambulantem,quam paulò antè in geſtatorio ſine viriũ vſura relinquebant)quanta poterat voce,Te Deum laudamus, cantare occepit, & proſequẽtibus ea voce cæteris ſororibus,à cõuicinis inſolitæ voces exaudiuntur. Quibus permoti,verentes nè illis aliquid mali accidiſſet, vtpotè monaſteriũ occupatũ à prædonibus,armis ſulti,vt ſuccurrerent,ſi neceſſe foret,accurrunt.Sed re mox intellecta per feneſtrã à Prioriſſa, indè Deũ laudãtes cum ſancto viro Iordane abiêrunt.

Paralytica meritis viri Dei Iordani integritati reſtituitur,

Cap.48.

Cap.49. In Praga Boëmiæ metropoli erat Curſitius,cognomento Albus,vxorem habens nomine Eliſabeth prægnantẽ.Hæc igitur partui vicina,ante triduum q̃ pareret,fœtum in ventre moueri haud perſenſerat,vt anteà.Cœpit plurimùm ſubdubitare ac timere,nè interiſſet. Cùm nocte,qua fœtum poſteà excluſit,graui dolore premeretur,filiũ pariendum deuouit,ſi maſculus foret,viro ſancto Iordani, affirmans cum impoſſibile non eſſe ſanctũ, cuius vitã & doctrinã ingentem tam crebrò audierat: ſi autẽ fœmina,diuæ Eliſabeth, quę paulò antè inter diuos relata fuerat.Educto fœtu de vtero,ab obſtetricibus requiſiuit, vtrùm eſſet maſculus vel fœmina: à quibus maſculũ eſſe ſine vita reſponſum eſt. At illa vt exaudiuit mortuũ ſe enixam, cœpit maximis vocibus,ingenti cum ploratu Iordanis auxilium implorare,efflagitans ſibi filium viuum reddi. Hos ploratus, has voces vſque ad noctis medietatem protrahens, plena fiducia ſæpè mulieres adhortabatur, vt tentarent an filius viueret. Quæ vt morem ei gererent,ac experimento cognoſcere poſſet, in fœtu nihil prorſus vitæ eſſe,hyemali tempore in balneum aquæ frigidiſſimæ immerſêre. Sed cùm penitùs immotus perſiſteret,abſque vitali ſpiritu cum eſſe omnes affirmârũt. Certæ igitur mulieres circunſtantes factæ de fœtu mortuo, adnitebantur Eliſabethæ aliquid ſolatij multis verbis afferre. Quæ earum verba non exaudiens, inceſſanter flens, Iordanem inclamabat, & vt præſtò eſſet ſibi apprimè rogabat. Demùm plena fiduția iubet illas ad infantem accedere, diligenterq́ue perquirere an viueret. Et eccè ipſo dicto exaudiẽtes,viuere infantem, quem mortuum totiès expertæ fuerant,

S. Elizabeth hiſtoriã habes 19. Nouẽbris Tomo 6.

Meritis viri pei Iordani infans mortui

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuus vitę re- rant,inueniunt.Vndè mater gratias Deo agens, & beato patri Iordani, filio Iordā-
stituitur. nis nomen in miraculi memoriam imposuit,quod per ipsum Deus optimus maxi-
mus fecerat.Postquàm illuxit,dato signo ad reddendum Deo officium pro more
in ecclesia Prædicatorum,prudens ac proba mulier pro fratribus misit,reique seriē
em narrauit,verba sua plurium matronarum confirmans testimonio.

Cap.50. Plura describenda miranda forent,per Deum perpetrata ad inuocationem no-
minis viri Dei Iordanis,& præcipuè in Aron, vbi eius sanctissimum ac venerādum
corpus quiescit: sed nè lectoribus tædio essem, permisi in calamo illa quiescere.
Scripsit super Apocalypsim commentaria: super Priscanum minorem. Itèm quæ-
Opera per ipsum edita. dam grammaticalia delicata.Scripsit prætercà libellum de Ordinis nostri initio.

MARTYRIVM SANCTÆ FVSCÆ VIRGINIS, ET MAVRAE NVTRICIS EIVS, EX PRIMO LIBRO *historiarum Rauennatum Hieronymi Rubei viri doctissimi.*

13.Februarij

S.Fuscæ parentes.

FVSCA virgo nobilis, sub Quintiano Præside, qui in Sicilia Agatham trucidauit,ob Christi religionem Ra-
uennæ per idem tempus Idibus Februarij interfecta est.
Hęc enim Syroo patre orta viro nobili,annos nata quin-
decim,audiens Christianam religionē, eius amore in-
nitum in modum inflammata, cum Maura nutrice id
negocij communicauerat. Nutrix putans tantum fac-
nus,inscijs parentibus,minimè perpetrandum, occulta
omnia matri patefacit, quæ, quòd diù Christianæ mili-
tiæ nomen dare optauisset, non solùm filiæ assensit, sed
laudauit vehementer consilium: ad Hermolaumq; si

Cum sua nutrice baptizatur. cerdotem Rauennatum, virum sanctissimum, profectæ, ab eo edoctæ sunt,quæ ad
cienda Christianis essent, & sacra vnda ablutæ. Hæc cùm pater resciuisset, qui ex
omni nobilitate Rauennati eminebat,id sibi, multis de causis, dedecori & calami-
tosum ducens,sæpiùs tentauit,irrito tamen labore,ab Christi fide auertere filiam.

Carcere & fame affligitur. tandèm verò in carcerem contrusam, triduo absq; cibo esse voluit. Quibus tamen
diebus non destitit pater,quin per matronas nobiles, eiusq; familiares adolescen-
tulas,hortaretur ab Christiana religione deficere. Quibus tandèm cùm nihil effi-
ceretur,ipseque met pater omnibus blanditijs,ac speciosis verbis,atque etiam la-
chrymis filiam demulcēs,immotam filiam conspiceret,in tantam iram exarsit, vt
nisi mater interfuisset, è carcere eductam filiam ense omninò confossurus vide-
retur. Iubet tamen adigi ad sacrificandum dijs.

Ab Angelo visitatur. Sub id tempus Quintianus Rauennam ingressus, his acceptis, mandat ad se Fu-
scam,Mauramque &,parētes vinctos adduci. Sed cùm apparitores eam deprehen-
dissent orantem, cælitemque iuxta eam summo splendore fulgentem conspexis-
sent,adeò territi sunt, vt nihil ausi,inanes ad Quintianum redierint. Interea Fusca
& Maura,quæ hæc acceperant,adeunt ad Quintianum, seque Christianas profite-
tur. Adductum Syroum patrem cùm Quintianus interrogaret,cur filiam Christia-
nam esse sit passus: ipseque id se inuito ab ea factum respondisset, adiectis rebus,

Flagellatur. qui referrent,quibus eam,ob id,pœnis affecisset: Fuscam & Mauram,deorum reli-
gionem falsam spernentes, verberibus affectas innumeris, iubet in teterrimū car-
cerē contrudi. Vbi cùm dies aliquot acerbè vixissent, Quintiani iussu, extra vrbem

Gladio cōfoditur. Fusca,gladio in latus infixo,cùm anteà cælitùs emissa vox illam esset ad necem for-
titer ferendam hortata,confoditur,

Itèm S. Maura. Maura nutrix,cadaueri, quod assiduè amplexabatur, illachrymans, rogata ean-
dem ratione gladio confoderet,illā insecuta est.Cadauera ab Chri-
stianis nautis noctù rapta,ad Sabratam prouinciæ Tripolitanæ vrbem importata,
pulcherrimo sepulcro condita. Multis deindè pòst annis, cùm eam ciuitatem pi-
ratæ deprædati essent,Vitalis ciuis Venetus ad vrbem desertam, diuino afflatus
Translatio earum. ritu, adnauigans,ad Torcellum Venetiarum insulam, ea inuexit: vbi nunc ho-
rificentissimo tēplo ac sepulcro, religione summa ab incolis venerantur. Hæc
Passionis tempus. lierum sanctissimarum neces contigerunt non antè multò,quàm Decius tot fœ-
rum daturus pœnas, vnà cum filio,quem Cæsarem designauerat, trucidatur.

VITA

VITA SANCTORVM ADERITI ET ELEVCHADII ARCHIEPISCOPORVM RAVENNATVM, EX *primo libro historiæ Rauennatium Hieronymi Rubei viri doctissimi.*

SANCTVS Apollinaris Rauennatum Apostolus, di- 14. Februar.
uinitùs factus certior, fore, vt breui Rauenna exularet,
ac subita opprimeretur calamitate, capiteq; oppugna-
retur: nè Rauennatem Ecclesiam absque pastore relin-
queret,duodecimo postquàm accesserat anno,sacerdo- S. Aderitus ordinatur sacerdos.
tes binos instituit, Aderitum & Calocerum: Diacones
verò,Martianū virum nobilissimum,& * Eleuchadium al. * Eloca-
summum philosophum. Cæso igitur Apollinare, per- dium
actisque in funere sacris, cùm Christiani omnes succes-
sorem electuri conuenissent, ignaris, incertisque illis
quem tanto viro sufficerent,omnibus fermè id renuen-
tibus,quòd se tanto muneri impares faterentur,è cælo columba descendens, Ade- Per columbā eligitur à Deo Archiepiscopus Rauennas.
riti sacerdotis sanctissimi capiti incubuit: quapropter continuò clamare omnes,
Deum commonstrâsse quem eligerent Archiepiscopum. Itaque omniū consensu
prouinciam Archiepiscopatūs suscepit Aderitus, vir Græcus, sub id ferè tempus,
quo Titus, Vespasiano patre in villa circa Sabinos, ventris profluuio, nono anno
Imperij mortuo, solus Imperium administrauit.

Aderitus igitur, perfunctus absoluti optimique Antistitis omnibus muneribus,
cùm multos ad verum Dei cultum ab falsa deorum religione auocâsset, moritur
* quinto Calendas Octobris: sepulturæ traditus in oppido Classense, eo loco,quo Sanctè obit
deindè non multo pòst diuo Probo templum est exædificatum, circiter annum
Domini centesimum.

Aderito mortuo cùm Rauennates conuenissent de Antistite eligendo tracta-
turi, Deumque precarentur, vellet eum eligi, qui populo ex diuina sententia præ-
esset,statim, vti in Aderito cōtigerat,descendens columba de cælo,capiti incubuit S. Eleuchadius in locū Aderiti, Dei electione, substituitur
Eleuchadij viri Græci, summique philosophi, quem iam Apollinaris sacris initiā-
rat. Hic Græcè Latineq; doctus, interpretatus est grauissimè ex diuinis libris com- Quantæ fuerit sanctitatis.
plures: elegantissimeque conscripsit de Christi conceptu atque ortu ex Virgine,
deque ipsius nece: quæ omnia iniuria temporum exhausit. Petrus Damianus, qui Obiit.
hunc miris extollit laudibus, scribit summa fuisse pietate, atque ità virtutibus flo-
ruisse, vt in humano corpore vitam cælestem ac diuinam imitaretur. Anno duo-
decimo supra centesimum ab Christi ortu, sexto decimo Calendas Martias obijt.
Sepultus extra muros Classis: vbi non multo pòst ædificatum est eius nomini tem-
plum, quod Petri Damiani tempore adhuc extabat, in eoque anniuersaria sacra Translatio eius.
fiebant. Eius ossa deindè ab Astulpho Longobardorum Rege Ticinum translata
sunt, & in diui Michaëlis posita. In cuius templi libro quodam, vbi de reliquijs Quædam eruditionis fuerit.
Diuorum, quæ ibidem locatæ sunt, sit mentio, hæc de Eleuchadio leguntur: A
parte dextra,in cornu ipsius templi est corpus sancti Eleuchadij Archiepiscopi Ra-
uennatis, qui dum ob philosophiam, cuius erat peritissimus, fidem Christi studio-
sissimè impugnaret, tandèm superatus & conuersus est à beato Apollinari,disci- Hæreticorū metus vocitatur, ac diuinum officium instituit.
pulo Principis Apostolorū,& cęlestis clauigeri Petri: qui pòst eiusdem conuersio-
nem de fide Christi mirabiliter scripsit & disputauit, adeò vt tempore suo appel-
laretur hæreticorum metus, & primus in Italia ordinauit officium nocturnum
pariter & diurnum, solenniter distinguendo libros noui & veteris testamenti, vt
hodiè per totam Ecclesiam leguntur in matutinis: & Rauenna huc translatum
fuit per Christianissimum Imperatorem Constantinum, natum sanctæ Helenæ,
qui hanc Basilicam fundauit, anno natiuitatis Domini CCCXXV. pro-
pter glorioſum triumphum, quem tunc obtinuit contra
Gallicos, Imperium non verentes, precibus
signiferi sancti Michaëlis.
Hæc ibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SERMO BEATI PETRI DAMIANI OSTIEN. SIS EPISCOPI, IN FESTIVITATE EIVSDEM *sancti Eleuchadij Episcopi.*

14. Februar. HODIERNA festiuitas, fratres charissimi, geminum sanctæ deuotioni vestræ, immò nostrum gaudium cumulat: quia dum venerandi Confessoris Eleuchadij solēnia celebramus, necessariò Apollinaris ad memoriam præclara gesta reducimus. Quia enim, vt Salomon ait, Gloria patris est filius sapiēs: sic alterius causa pendet ex altero, vt quisquis vnius laudes diguè retulerit, Prou.10.15. alterius etiā insigne præconium tacere non possit. Et quia Veritas dicit, Non potest filius facere, nisi quod Iohan.5. viderit patrem facientem: sic iste beatus alumnus subsecutus est paterna vestigia, ità veræ fidei prædicando rectam tenuit lineam, sic religiosè viuendo sancto præceptori consonam exhibuit clientelam, vt ei meritò succederet in regimen, cuius imitator extiterat sanctitate.

Tres præcipui S. Petri discipuli. Sicut enim beatus Petrus princeps Apostolici senatūs, tres inter cæteros eminentiores cognoscitur habuisse discipulos, primum videlicet Linum, secūdum Clerum, tertium Clemētem, qui sibi postmodùm in Pontificatūs arce per ordinem successerunt: ità nihilominùs & beatus Apollinaris, quatuor egregios discipulos habuit, post felicem martyrij sui gloriam sibimet in Ecclesiastico regimine succedentes, Aderitum scilicet, & beatum hunc, cui præsens sermo famulaturus est, Eleuchadium, subindè Martianum, postremò Calocerum.

S. Eleuchadius per S. Apollinarē conuertitur ad Christū. Erat autē Eleuchadius iste philosophus, sicut in ipsa beati magistri eius narratur historia. Superata est ergò sapiētia Platonis à discipulo piscatoris. Misit rete verbi in profundam salsuginē maris Rauennatis, & magnam auratā ad fidei litus traxit. Porrò cuius magister olim nouerat tanta per stagna nauiculā regere, discipulum docuit cum arguta dialecticorum versutia disputare: docuit, inquam, discipulum, postquàm nauicularius pelagi clauicularius cōstitutus est cæli, discipuli piscatorum magistri facti sunt oratorū, & sapientia mundi victa est à simplicitate Christi. Quæ 1.Cor.1. enim, vt ait Apostolus, non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Hac simplicitate Paulus, quo- 1 Cor.2. se indicat inter Corinthios nihil scire, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum, de- Act.17. perauit Dionysium Areopagitam apud Athenas. Hac simplicitate cōclusit beatus Apollinaris Eleuchadium philosophum in vrbe Rauenna: qui & ipse consultus de curationum peritia, respondit nihil se scire sine nomine Iesu. Veruntamē vtque huic prudenter simplici beatus Petrus sapientiæ testimonium perhibet, 2.Pet 3. de Paulo ait: Sicut charissimus frater noster Paulus secundùm datam sibi sapiēti- am scripsit vobis. Apollinari verò dicit: Eccè eruditus es de omnibus, quæ fecisti, 1 Cor.2. sus. Nam qui Deo sapientes erant, mundo se velut fatuos exhibebant. Stulta sīgidem mundi elegit Deus, vt confunderet sapientes.

Atque vt magis stupeas, ipsos imperitè sapientes à vano superbæ sapientiæ tumore deiecit, ac deincèps in authoritatē liberæ prædicationis erexit, vt id ipsum postmodùm constanter adstruerent, quod anxiabātur antè crudeliter impugnare. Exod.32. Quod Moyses tūc mysticè figurauit, cùm arripiens vitulum aureū igne combussit, ad puluerem vsque cōtriuit, fluctibusq; conspergens Israëliticum ex eo populum propitiauit. Quid est enim per figuram vitulus ille conflatilis, nisi corpus diabolicæ, Homines scilicet in omnibus gētibus perfidiæ simul & idololatriæ errore decepti, ac sub ipso suo pestifero capite tanquàm diuersa membra, sacrilega conspiratione coniuncti, super quos nimirùm ille nequitiæ spiritus, velut author, præsidens insolenter erigitur, & tanquàm caput per tyrannidem suo corpori dominatur? Aureus autem vitulus fuisse describitur, quia videtur idololatriæ ritus velut à sapientibus Idololatriæ ritus à sapientibus seculi huius instituti. instructus. Auro quippè sapientia designatur, sicut per Salomonē dicitur: Thesaurus desiderabilis in ore sapientis. Aureus itaque fuit vitulus, quia mundi sapientes ante nouæ gratiam fidei dæmoniacæ culturæ fuisse probātur authores. Dequibus nimi-

nimirùm dicit Apostolus: Quia cùm cognouissent Deum, non sicut Deum glori- Rom.1. ficauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratū est insipiens cor eorum: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinē imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium. Per hanc itaque vesanæ sapientiæ vanitatem poëtæ, philosophi, magi, siderum rimatores, omniumq; disciplinarum liberalium instructi peritia, prodigiosa dæmoniorum solebant adorare figmenta.

In vitulo igitur significatum est totum corpus, id est omnis societas gentilium idololatriæ deditorum. Moyses itaq; vitulū igne combussit, quia Redemptor noster, quem ille signauerat, malè conspirata corda gentilium flamma suæ charitatis accendit. Vndè & ipse dicit: Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ac- Luc.12. cendatur? Et Propheta, Non est, inquit, qui se abscōdat à calore eius. In mente ergò Psal.18. gentilium repentè diuinus ignis accenditur, vt in eis irrationabilis idololatriæ bestialis forma soluatur. Totum deindè corpus vituli huius in puluerem cōminuitur, quia gentilis illa societas diabolicæ conspirationis arte in vnum conflata, ad aduentum Christi quodam velut malleo salutiferæ correptionis extunsa, atque à rigoris sui duritia diuini verbi est virtute contrita. Ad verbum siquidem veritatis salubriter cōminuitur, quæ malè integra in superbiæ suæ forma insensibiliter stare videbatur. Deindè in aquam spargitur, vt Israëliticus ex eo populus bibat. Cōminutus deniquè vitulus in aquam mittitur, quia humiliatus gētilis populus lauacro salutiferi fontis necesse est vt abluatur. Quem protinùs Israëlitę bibunt, quia sancti Prædicationes Euāgelij, veri Israëlitæ. prædicatores Euangelij, qui verè Israëlitæ sunt, quos ad Dominicum corpus, quod est Ecclesia, transferunt, in sua membra suscipiendo, quasi bibendo conuertunt: quorum videlicet Israëlitarum primo dictū est: Macta, & manduca: quod tantundem est, ac si diceretur: Preme, & bibe. Sic sic ille vitulus per ignē zeli, & aciē verbi, aquamque baptismatis ab eis potiùs absorptus est, quos conatus est absorbere: in eos ipse transfusus est, quos in sua, hoc est diabolica tentauerat membra trāsferre.

Veruntamen quia Moyses non in hoc metam vltionis fixit, vt idolum duntaxàt infringeret, sed insuper addidit vt & vigintitria millia hominū trucidaret: mysticè docuit, nequaquàm sufficere, si ab idololatrię cultu, vel prauitate vitę quisque conuertitur, nisi & propria vitia gladio spiritūs mortificare conetur. Vndè & prædicator egregius: Mortificate, inquit, membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, luxuriam, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est Coloss.3. idolorum seruitus. Et notandum, quia sicut hîc vitia membra nostra esse dicuntur, ità & illic qui perēpti sunt, cum interfectoribus suis propinquitatis necessitudine iungebantur, sicut per Moysem dictum est: Hæc dicit Dominus Deus Israël, Ponat Exod.32. vir gladium super femur suum, ite, & redite de porta vsque in portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximū suum. Si quem ergò delectat in arma consurgere, quisquis anhelat aduersùs hostium cuneos dimicare, vertat manus in se, & illic plures inueniet aduersarios obtruncādos. Vndè videlicet post victoriam non homicidæ fœdum nomen incurrat, sed glorioſus potiùs triumphator appareat: vndè certè non sanctuarij mereatur excludi liminibus, sed cōsecrans semetipsum Domino, diuinæ gratiæ benedictionibus augeatur, sicut & illis dictum est: Consecrâstis, inquit, manus vestras hodiè Domino vnusquisque Ibidem. in filio, & fratre suo, vt detur vobis benedictio. Quòd autem ij, qui cæsi sunt, viginti tria millia fuisse referuntur, numerus trium millium peremptorum, triplicem formam indicat peccatorum. Omne quippè peccatū aut facto, aut verbo, aut cogi- Peccatorū forma triplex. tatione cōmittimus. Sed quoniā illic & denarius numerus geminatur, datur intelligi, quia sicut decalogum præceptorū culpa carnis simul & animæ seruare cōtemplimus, sic etiam vtriusque vitia, virtutum armis atterere & mortificare debemus.

Beatus igitur Eleuchadius tunc philosophus magnus, tanquàm aureus vitulus S. Eleuchadius vitulus Moysi contritus cur dicatur. contritus est malleo prædicationis, & transfusus est in membra corporis Christi. Tunc doctor terrenæ sapientiæ, nunc magister effectus est Ecclesiasticæ disciplinæ. Tunc naturalium causarum rimabatur indaginem, nunc omniū naturarum ipsum perspicuè contēplatur authorem. Et qui tunc sidera radio fortasse notauerat, nunc sub se cæli machinam cum sideribus volui gratulabundus adspectat. Nimirùm qui priùs fuerat philosophus vanitatis, conuersus ad Dominum, prædicator factus est veritatis, tertius scilicet à beato Petro Apostolo in ordine discipulatûs, tertius etiā

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihilominùs à beato Apollinari in arce Pontificatûs. Et personarum quidẽ ordo productus, sed eadem fidei puritas, quæ ex ipso summo & originali fonte processerat, per deuexam aluei seriem decurrebat. Nam à Christo in Petrum, à Petro in Apollinarem, ab Apollinari in Eleuchadium cælestis eloquij fluuius emanauit, vt illud Psalmistæ præconium impleretur: Qui emittit eloquium suum terræ, velociter currit sermo eius. Beati deniquè cultores & adiutores Christi, Apollinaris & Eleuchadius, pater videlicet & filius, magister atque discipulus, vnius operis ministerium, vnius (vt ità loquar) agri fundum, vnius susceperũt vineæ colonatum. Ille nimirùm, vt obscura syluarum condensa succideret: iste verò, vt residuos arbustorum truncos, & horrescentium veprium dumeta radicitùs extirparet. Ille, vt acuto verbi vomere dura squalẽtis deserti rura proscinderet: iste, vt nihilominùs sanctæ prædicationis sarculo tumentium vitiorum post eum glebas effringeret, & bonorum operum frugibus noualia diligenter exculta vestiret. Ille, vt cum Paulo plantaret: iste, vt cum Apollo rigaret. Atque vt altiùs repetam, ille cum Moyse populum Domini diuiso mari rubro in deserta trãsposuit: iste cum Iosue, magistro succedens, eundem populũ in terram repromissionis primus introduxit. Ille docuit, qualiter Aegyptum Israël accola sperneret: iste verò, qualiter terram lacte melle-que irriguam, distributis inuicèm sortibus, possideret. Vnus nimirùm colla deferoo iugo Pharaonis excutere: alter admonuit triumphatricibus plantis deuictas hostium calcare ceruices. Vnus edocuit seruitutis opprobrium quàm celeriter fugerent: alter autem ipsos libertatis titulos quàm cautissimè custodirent.

Psal.147. Quẽ in Ecclesia fructũ cum S. Apollinari, vir sanctus fecerit. 1. Cor. 3. Exod. 14. Ios. 4.

Neque verò credendum est, fratres mei, beatum Eleuchadium, dum adhuc viueret, martyrij caruisse laboribus, & si non fuerit martyrio consummatus. Videbat nimirùm gentilitatis nuperè extinctæ nonnullas adhuc supereſſe reliquias, dolebat in populo sibi cõmisso vel extrema superstitiosi ritûs vestigia remansisse: atq; ideò licèt persequentium manus gladios non exerceret, cruciabatur anima sancta pro zeli ac paternæ cõpassionis incendio concremata. Quid enim prodest, si quisquam catholicè credat, & gentiliter viuat? Aut quomodò credulitas recta cum vita concordat hæretica? Quid enim iuuat si fides adsit Apostolica, vbi cõuersatio ducitur Arriana? De ijs etenim, qui catholicè credũt, & hæreticè viuunt, cõqueritur beatus Apostolus, dicens: Confitentur se nôsse Deum, factis aũt negant: cùm siue credendo, siue viuendo, Deũ negare nihil sit aliud absq; dubio, quàm perire. Quapropter beatus Põtifex Eleuchadius, non contemnendũ pertulit in ipsa Ecclesiæ pace martyrium, quandoquidem etsi non cum perfidè credentibus, sed peruersè viuentibus infœderabilem probatur habuisse conflictum, quanq; & in fidei doctrina desudãs cum non sine ratione colligimus, cùm omniũ Rauennati Metropoli adiacentium diœcesion ciuitates & oppida, nullos penè recondere martyres agnoscamus.

S. Eleuchadius spiritualis martyr. Tit. 1. Deũ negare factis, nihil aliud est q̃ perire.

Vndè beati Apollinaris quanta gloria, quanta sit excellentia, mirari dignè non possumus, cuius martyriũ cùm per viginti & nouem annorũ spatium per innumerabilia fuerit tormẽta productum, tantùm solus elaborauit, quòd quispiam vbique totis ferè illis partibus pro testimonio fidei potuisset occumbere, non inuenit. Sed si quid fortè superfuit, discipulorum eius successio venerãda suppleuit, inter quos nimirùm beatus Eleuchadius, velut aureum sidus emicuit, & iuxta nominis sui etymologiam, paterni candoris atque splendoris insignia, vt reuerà filius reportaret. Eleuchadius quippè Græcè, Latinè intelligitur candidus. nec immeritò. ex eorum nempe fuerat numero, de quibus dicitur: Candidi facti sunt Nazarei eius, splenduerunt Deo dederunt, & sicut lac coagulati sunt. Et Iacob de Christo ad filium: Pulchriores sunt, inquit, oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. Oculi nempe Christi, Apostoli, & Euangelistæ sunt, qui vniuerso corpori sanctæ Ecclesiæ lumen sapientiæ præstiterunt: quorum doctrina dum rigorem atque duritiã priscæ legis emollit, quodammodò austeritatem vini veteris eorum pulchritudo præcellit. Euangelica quippè præcepta mandatis veteris testamẽti longè sunt clariora. Doctes verò, sancti prædicatores sunt, qui conuersos homines à prauorum societate præcidunt, eosque in Christi corpus, sicut superiùs dictum est, quasi mandendo recipiunt. Porrò nomine lactis doctrina legis innuitur, quę carnalem populum lacte poculo tanquàm paruulos alere videbatur, quorũ nimirùm lacte candidiores sunt Doctores Ecclesiæ, quia forrem & solidum verbi cibum, & ipsi comedunt, & alios tradunt, de quibus ad Hebræos dicit Apostolus: Perfectorum aũt est solidus cibus.

Nominis Eleuchadij expositio. Thren. 4. Gen. 49. Hebr. 5.

Et bene

Et benè candidi esse dicũtur Doctores Ecclesiæ: quia & à prauitatis macula liberi, & conspicuæ conuersationis videntur operibus clari. Quapropter cauendum est, fratres mei, nè nos Iudæorum nigredo dedecoret, qui candidos in Christi militia duces habemus. periculosè nimirùm rerum species fluctuat, vbi cum ducibus subsequentis exercitûs insignia non concordant. Beati siquidẽ patres nostri promptos se exhibebant ad perferẽda supplicia, nos dum à proximo lædimur, compescamus saltem animos à vindicta. Moyses nempe ad vltionis iudicium descẽdens de monte cornutus apparuit, super Dominum autem in mansuetudinis spiritu columba descendit. Illi decreuerunt pro Christo propria cuncta contemnere, nos autem discamus saltem quæ aliena sunt non ambire. Præsenti necessitati hodierna cura sufficiat, neque de crastino solicitudinis rancor anticiper. Exod. 34. Matth. 3.

Israëliticus sanè populus, sicut sacra testatur historia, cùm manna colligerent, scaturiebat vermibus, atque computrescebat, si quis infideliter agens, ex eo in crastinum reseruaret. Sic nimirùm quisquis ardore cupiditatis accensus, vt tanquàm corpori suo alimenta prouideat, terrenam sibi substantiam thesaurizat, huic ille vermis ebullit, qui conscientiam fodiat, & arcana pectoris rodat. Enimuerò ij solicitudinum vermes, quos auaritia generat, illos denuò vermes parant, de quibus scriptum est: Ignis eorũ non extinguetur, & vermis non morietur: vt ignem ignis cupiditatis accendat, & vermis ex verme procedat. Quanquàm & sic valeat non inconuenienter intelligi, quia sicut ipse Christus, qui dicit, Ego sum vermis & non homo: prouenit alijs in ruinam, alijs in resurrectionẽ: ità nihilominùs verbũ eius fit manna, mellisque dulcedo fidelibus, infidelibus autem & prauè viuentibus vermis sit, non videlicet quia ruinam reficiens alat, sed quia conscientiam terendo ac ruminando remordeat. Sexto autem die duplex mensura colligi iubebatur, vt ex eo in sabbatum medietas seruaretur. Porrò autem sexta dies, sexta mundi ætas intelligitur, in qua nunc sumus. In hac ergò die duplum pro vẽturo sabbato colligit, qui pro gloriæ cælestis intuitu, vbi perpetuũ sabbatum & vera est requies, verbum Dei & audit, & facit. In hoc duplum recondit, qui & benè viuit, & alijs exemplum salutis ostendit: siue quod expeditius est, duplicem mensuram colligit, qui tantùm in bona operatione desudat, vndè & hîc conditori suo eius anima placeat, & cum eo postmodũ perpetualiter viuat. Quod ergò reponebatur pro sabbato, corrumpi non poterat: quia bona opera, quæ pro desiderio supernæ quietis fiũt, perpetuò permanebunt. Non ergò illæ sunt cumulandæ diuitiæ, quas ærugo demoliatur, quas tineæ comedant, & quæ vermium scaturigine computrescant: quarũ scilicet non liberos possessores beatus Iacobus increpans: Diuitię, inquit, vestrę putrefactę sunt, vestimenta vestra à tineis comesta sunt, aurum & argentum vestrum ærugināuit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras, sicut ignis. Illas igitur, fratres, diuitias appetamus, quæ nos gẽmis ac margaritis valeant adornare virtutum, quæ ad cælestium nos prouehant titulos dignitatum: quas profectò diuitias insinuat Propheta, cùm dicit: Diuitiæ salutis sapiẽtia, & scientia: timor Domini ipse est thesaurus eius. Luc. 12. Iacob. 5. Quæ hîc appetendę diuitiæ Esa. 33.

Has nimirùm diuitias beatus Eleuchadius concupiuit, cùm de cathedra philosophicæ doctrinæ se deposuit, cùm ferulam præceptoris abiecit, cùm de magisterij principatu Christi se discipulatui humiliter subdidit. Quicquid sanè illic anteà superfluum didicit, in huius scholæ longè nobilioribus studijs amputauit. Quicquid illic mendacij, quicquid superstitionis edocuit, in Ecclesiasticæ puritatis disciplina correxit. Vndè per Moysem lege decernitur, vt mulieri in bello captæ, & in coniugium victoris electæ, corporis superfluitas abscindatur: Quæ radet, inquit, cæsariem, & circuncidet vngues, & deponet vestem, in qua capta est, sedensque in domo tua flebit patrem & matrem suam vno mense: & posteà intrabis ad eam, dormiesque cum illa, & erit vxor tua. Mulieri quippè cæsariem radimus, cùm rationabilis disciplinæ sensus superfluos amputamus. Vngues etiam circuncidimus, cùm ab ea mortua quęque superstitionum opera desecamus: quæ etiam vestem deponere, in qua est capta, præcipitur, vt superductam fabularum, & quorumlibet figmentorum exuat superficiem, ac solidam veræ rationis exhibeat veritatem. Patrem verò & matrem deflet, quia liberalium authores artium inter mortuos deputat, & eos in errore perijsse compatiendo deplorat. Consuetudo autem fœminarum est, per vnumquenque mensem se sui sanguinis effusione purgare. Post mensem itaque ad Deut. 21. Esa. vltimo. Psal. 21. Christus vermis cur dicatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hanc mulierem intrare præcipimur, vt artem cuiuslibet disciplinę omnium superstitionum contagio defæcatam velut in coniugium sortiamur, quatenùs iam Israëlitica facta, consequenter in Israëlitæ coniugium transeat, & benè fœcunda spiritualium operum sobolem reddat.

Exod.11. Cui etiam non dissimile est, quòd idem Moyses Israëlitico populo aurum & argentum cum vestibus ab Aegyptijs mutuari præcepit: in quo videlicet vt non diutiùs immorer, mysticè aurum & argẽtum cum vestibus ab Aegyptijs petimus, vndè Domino tabernaculũ fabricemus, cùm mũdanos poëtas ac philosophos legimus, vt in diuinis eloquijs luculentiùs proficere valeamus. Siue etiam, quod accommodatius est, aurum & argentum, animæ sunt preciosæ, quæ cum vestibus simul, id est suis corporibus, populo Dei se copulant, vt tenebrosum hoc seculum velut Aegyptum deserant, & terram promissam perpetuæ felicitatis acquirant. Quod ergo

S. Eleuchadius ex gentili philosopho, Ecclesiæ doctor. beatus Eleuchadius mutuatus est ab Aegyptijs, profecit Israëlitis, & thesaurum, quem gentilitati surripuit, sanctæ dispensator Ecclesiæ fideliter erogauit. Cuius quidem gesta non reperiuntur apicibus tradita, sed non sine causa vetustas vel basilicam in eius honore construxit, vel eius obitum annuæ solennitatis honoribus dedicauit: nam & nonnulla super veteri ac nouo testamento, siue etiam de incarnatione, vel passione Domini, perhibetur exarâsse volumina, quę tamen scriptorũ arbitramur obliuione deleta. Quanquàm & hoc ad cumulum meritorũ eius pertinere non immeritò videatur, quòd tunc se fieri consensit Episcopum, cùm Ecclesiam egestas opprimeret, & rudis adhuc fidei, nouiterque plantatę labor difficilior vrgeret, cùm deniquè ille ad pristini ritûs pullulantia germina radicitùs euellenda incumberet, grauesque fastigium, & temporalis subsidij deesset emolumentum. Licèt enim Ecclesia iamtũc fuerit in fide fundata, Christiana tamen religio necdũm erat viuendi moribus expolita.

In prælationis functione, quæ fugiẽda, quæque appetẽda. Et nos itaque, fratres charissimi, huius sancti feruoris imitemur exẽplum. Nunquàm timeamus illud negocium cõstanter ac fidutialiter aggredi, in quo nos speremus siue pro diuinis obsequijs, siue pro salute fraterna, pressuris atque aduersitatibus fatigari. Fugiatur honor, gloria, diuitiæ, omnisq; dignitas temporalis. Labor obedientiæ, paupertatis angustia, & inquietudo charitatis, quæ nos exerceat, appetatur. Redemptorem quippè nostrum plebs Iudaica, cùm esset satiata de panibus,

Iohan.6. Regem voluit constituere: sed testante Iohãne, nè reperiri posset, effugit in montem. Cùm autem quæreretur ad Crucem, vltrò se non cognoscentibus obtulit, dicens: Quem quęritis?

Iohan.18. Quibus vtiquè perhibentibus, Iesum Nazarenum se quęrere, illicò respondit: Ego sum. Quid est enim, quòd mediator Dei & hominum promoueundus ad regnum effugit, ad mortem verò se vltroneum quæsitus ingessit, nisi vt nos admoneret mundi huius gloriam deuitare, tribulationes autem pro Deo, & laborum dolorumque pressuras gratulanter expetere? Paulus quoquè cùm esset Mileti, & omnes sibimet obsequentes, seseque affectuosissimè diligẽtes adspicerent,

Act.20. ità vt Lucas in Actorum Apostolicorum libro perhibeat, quia discedente Paulo magnus fletus factus est omnium, & procumbentes super collum eius, osculabantur eum: ipse tamen Hierosolymam passurus, tanquàm epulaturus, anidiliter festinabat, dicens: Eccè alligatus spiritu vado in Hierusalem, quæ in ea vẽturа sint mihi ignorans, nisi quòd spiritus per omnes ciuitates protestatur mihi dicens. Quoniam vincula & tribulationes me manent: sed nihil horum vereor, nec facio animam meam preciosiorem, quàm me, dummodò consummem cursum meum, & ministerium, quod accepi à Domino, testificari Euangelium gratiæ Dei. Et vallatus turba flentium, minimè flectitur, delinitus osculis, blanditus obsequijs, sui misericordiam non modò non mouetur, sed lætus ad vincula & tormenta festinat, tanquàm si ad nuptiale conuiuium pransurus accedat. Nos etiam, dilectissimi, imitatorum Christi sequentes exempla, fugiamus blanditias seculi, ad aduersa quælibet pro Deo perferenda lumbos mentis nostræ viriliter accingamus: & ad hęreditatem filiorum in patriam tendimus, in exilio positi, conseruorum iniurias æquanimiter toleremus, quatenùs supernus inspector & arbiter noster contemplans nos pro suæ iussionis imperio minimè reluctantes, quanto nunc conspicimur oppressiores in pœna, tãto postmodùm remuneret feliciores in gloria, Iesus Christus Dominus noster, qui cum Deo patre & Spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Aduersa quilibet p Deo perferenda, & inimicorũ iniurias.

VITA CONSTABILIS, QVARTI ABBATIS MONASTERII SANCTISSIMAE TRINITATIS DE CAVA,

prope Neapolim, conscripta ab eo, qui se testatur ea scribere, quæ ex seniorum monasterij narratione acceperat. Vtrùm autem hic Abbas Constabilis in Sanctis numeretur, necdùm constat mihi. Obijt anno 1138.

Nos Vitam in capita distinximus.

QVIA viri valdè venerabilis Abbatis Constabilis mentionem feci, ea etiam debemus scripturæ tradere, quæ de eiusdem vita atque miraculis venerabiles monasterij sui senes soliti sunt cum magna deuotione narrare. Hic itáque Lucania prouincia exortus, ab ipso pueritię suę tempore viro Dei Leoni Abbati erudiendus à parentibus traditus fuerat: qui licèt sub venerabilis senis huius institutione proficeret, tamen à viro æquè laudabili Petro Abbate monasterij, ordinis disciplina pleniùs instructus, ea perfectione claruit, vt conuersationis fulgorem non simplicem gereret, sed honestæ suę vitę gloriam spiritualis doctrinæ radijs illustraret. Nam quod valdè sublime Christianę simplicitatis est, ferè ab ipso vitæ suæ initio iugum Domini leue suscepit, & carnis suæ integritatem, cum immaculatæ mentis splendore coniunctam, vsque ad vitæ suæ exitum duxit. Februarij 17 Cap.1. Is Leo fuit 2. Abbas monasterij Cauensis, & Petrus 3.

Quòd verò doctrinæ nobilitatem, decus, euangelicam simplicitatem, in vitæ suę rectitudine omninò puram & simplicem tenuit, sed rectæ intentionis & pij operis bonum & tam decenter exhibuit, vt per simplicitatẽ optimè viueret, & per operis honestatem, quę faciebat, contubernalibus suaderet. Hinc ergò, vt palàm cernitur, quia magnus in regno cælorum sit, colligere facilè poterit, qui Euãgelio repugnare non nouit, in eo quippè veritas dicit: Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Quę profectò doctrina non tãtùm verbo impenditur, sed exemplo: quia nõnulli perfecti viri in sancta Ecclesia etsi verba prędicationis non exhibent, cæteris fidelibus per exempla eximiæ conuersationis placent, tacendo loquuntur, quia ad imitationis suæ studium electos alios voce exemplorum trahunt. Nec mirum, si suggerere efficaciùs possunt: quia etsi vna lingua tacẽt, quam habent carnis, tot linguis docent, quot proferunt exempla virtutum. Cap.2. Constabilis vitę rectitudo, & Euangelica simplicitas. Matth.5. Sancti tam vitæ exemplo, quàm verbo prædicant.

Hinc nanque est, quòd primis sanctæ Ecclesiæ doctoribus scientia omnium linguarum datur, vt succedaneum suum subsecutiua Ecclesia sortiretur: vt si linguas non habet omnium nationum, nulla vitæ eiusdem desint exempla virtutum. Sic nimirùm summus pontifex sancta sanctorũ ingredi, Domino iubente, præcipitur, cùm docetur, vt in pulchritudinem vestis, extrema tintinnabulorũ exhibeat magnitudo soni. Sancta quippè sanctorum secreta vita est noui testamenti: quia dum redemptoris exemplo mundus perfectè despicitur, interiora tabernaculi per fermentis pontifex solus intrat, quicunque redemptorem feruenter diligit: quia dum singulariter in eius amore sustollitur, virtutum fulgore, velut pontificali veste interioribus exornatur. Quæ si in exemplo aliorum prodeant, quia fidelium mentes ad piæ æmulationis studium prouocant, quasi in vestis pulchritudine tintinnabula multa sonant: quia torporem nostrũ tot voces excitant, quot coram nostris oculis exempla virtutum clamant. Magnum ergò in regno cælorum verba non aliquem, sed opera faciunt: quia qui summa doceant, multi sunt: qui autem summa, quæ sciunt, viuendo teneant, pauci. Et quia nonnulli sunt, qui bona, quæ faciunt, pro humilitatis teneritudine abscondunt, magni in regno cælorum, qui faciunt & docent, dignè prædicantur: quia profectò ex immensa virtute habent, vt fortia agant: & perfecta charitate, vt acta ad exemplum proferant: ex solida humilitate, vt ea, quæ proferunt, nulla humanæ laudis aurâ corrumpat. Exod.28. Sanctũ non verba, sed bona opera declarãt.

Hæc autẽ latiùs diximus, quæ licèt venerãdo patri cõueniant, quia videlicet sublimi cõuersatione enituit, laudabilibus exemplis effulsit, fauores hominũ mirabili mentis sublimitate contempsit, tamen meritorũ excellentiã non explemus. Nam Cap.4. Vir Dei, fauores hominum contemnit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſumma perfectionis ſummorum virorum qualitercunquè dici poteſt, ex toto deſcribi non poteſt. Suam quippè & eorum altitudinem egregius prædicator exponit, dicens: Noſtra conuerſatio in cælis eſt. Qui ergò Paulum, & eos, quos ſecum poſuit, cupit exponere, ad cælũ conſcendat, & eiuſdem ſecreta, adhuc licèt in terra poſitus, quàm acutè peruiderit, eiuſdẽ gaudia quàm ardenter amauerit, inueniat. Philip 3.

Qui autem Conſtabilis Abbatis noſtri perfectionem nouerunt, nullatenùs ambigunt, quia cum Paulo & pefectis omnibus ex ſententia dicere poterat: Noſtra conuerſatio in cælis eſt. Corpore ergò deſpectus, mente maior mundo eſſe probatur: quo quasi paruo includi non poterat, quem altitudine ſuperabat: vt quod de eo eminebat, in cælum ſublimis poneret, ibique ſuæ conuerſationis ſitum locaret.

Cap. 5. Eximia humilitas eius ac alia dona.

Sed vt quædam iam ſpecialia eiuſdẽ ediſſeram, ità omnibus ambitionibus ſeculi atq; delicijs vſque ad mortem extitit inimicus, vt illas oblatas, iſtas appoſitas non parùm doleret, atq; à ſe magna cum indignatione repelleret. In inſtantia verò vigiliarum & orationis fratribus ſuis omnibus incomparabilis fuit. Sed cùm tantus eſſet ac ſummus, illa tamen virtutum eiuſdẽ celſitudo, humilitatis atq; manſuetudinis excellẽtia vincebatur: qua venerabilibus patribus ſuis ità ſe ſubdidit, vt agere nulla præſumeret, nisi quæ eorum voluntati placita, aut iniuncta imperio cognouiſſet. Quem nimirùm cùm non ſolùm magnis pollere virtutibus, verumetiam iucarum affectu ſolidum animæ habitum fixiſſe vir venerabilis Petrus Abbas cognoſceret, ſenio iam defectus, æuo maturus, conſenſu communi omnium fratrum, laCreatur Abbas Cauenſis.

bores ſuos ei credidit, atque eum eiſdem fratribus loco ſuí præpoſuit.

Cap. 6. Vt ſeſe in prælatione geſſerit.

In eodem verò prælationis ſuę culmine, tantæ virtutis ſplendore claruit, vt cùm ſuperior eſſet ordine, geſtu & officio minor omnibus appareret. Sed & miſericordiæ viſcera illa habuit, quibus pro voto aliquem nunquàm læſit, nullum contriſtauit: & vt illud inſigne virtutis eius extollam, iuſtorum cultor, & peccatorum amicus fuit. Tanta quidẽ negligentibus fratribus benecuolentia iungebatur, vt ferè nullus ei conſciẽtiæ reatus, nullus ſuas negligẽtias occultaret. Hunc quippè venerabilem patrem pro mirabili illo ſuæ charitatis affectu, quo tegere culpas delinquentium ſolebat, operimentum fratrũ vocare conſueuerant. Reuerà occultãs noxios Operimentum fratrũ vocatur.

erat, & eclans reos, vt eos, quos pœnitendo purgaret, ſine alicuius famę obſcuritate, ſemper venerabiles alijs monſtrare potuiſſet. Sic nimirùm piæ matres filiarum næuos ſuperductis coloribus occultare ſolent, vt earum, quas diligunt, fœda latent, pulchra non lateãt. In ſe quidem Apoſtolicæ illius affectionis virtutem tranſ. Cor. 9. fuderat, qua etsi lingua taceret, miniſterij obſequio diceret: Omnibus omnia factus ſum. Cum fortibus quidem valebat, ſed fortitudinis ſuæ rigorem ad infirmorum roboranda membra ſoluebat. Cum feruentibus ad æterna currebat, ſed vtrosdos & tepidos traheret, ſæpè à curſûs ſui velocitate torpebat.

Cap. 7. Notatu digna pro Eccleſiæ prælatis.

Sed inter tot & tanta virtutum dona, priſtinæ humilitatis & manſuetudinis ardor ità durauit, vt antè ſubditus, & poſteà tantæ multitudini prælatus idem videtur. Nam gradu tantùm ſuperior, geſtu æqualis alijs apparebat. Illam quippè, quæ ei ex ordine monaſterij reuerentia debebatur, ità renuit, vt magis ſibi indignaretur exhibitã, quàm ſuperbi & arrogantes dolere ſolent ſibi penitùs abnegatam. Quos profectò virtutem tanto dilectionis ſapore condiuerat, vt nunquàm ſe prælatum doleret, niſi obſtinatorum valdè nimia improbitas compuliſſet. Et nè videamur virum verbis maiorem facere, multi adhuc in monaſterio ſuperſunt, qui dum eiuſdem conuerſationem recolunt, in eiuſdem deſcriptione pauca omninò atque ionis obitum, vix anno integro monaſterium rexit, & conſummato laborioſæ huius vitæ curſu, ad gaudia æterna migrauit. Quo certè ad æmulationẽ virtutũ eiuſdem, Felix obitus eius.

pluribus atq; apertis indicijs oſtenſum eſt, quia nimirùm debita carnis morte ſolutus, tractus eſt, ſed virtute ſpiritûs diſcipulorum neceſſitatibus frequenter exhibitus.

Cap. 8. Is fuit 5. Abbas monaſterij Cauenſis.

Nam à quibuſdam perfidæ mentis hominibus aſſerebatur, quia monaſterij non paruas opes repoſitas habuiſſet, quas vi mortis præuẽtus, indicare nequaquàm poſſet. Locum quoquè ſe poſſe oſtendere mentientes, non ſolùm locum, ſed loca plurima cellulæ eiuſdem fodere cœperunt. Cumque iam ſatis defoſſum eſſet, & inuenire nihil poſſent, quadam nocte venerando viro Abbati Simeoni apparuit, eique dixit: Deo teſte, nihil ampliùs in cella fuit, nisi quantũ inueniſtis. Poſt hæc autem verba eum vehementer redarguens, quòd ſtultis hominibus perperàm credidiſſet, quærere

quærere in vanum cum vltrà prohibuit. Sicque ſatis oſtenſum eſt, quia pro ſoluendo carnis debito obijt, ſed promiſſo munere redemptoris viuit.

Sequuntur miracula.

Cap. 9. Pœna inobedientis monachi.

Iohannes etiam Genuſia magnum de eo ſolet narrare miraculum. Nam quadam die, cùm extra monaſterium in quadam cella manere iuberetur, deuotionis feruore, quo in clauſtro manere cupiebat, patris monaſterij præceptũ moleſtè tulit, atque iter arripere murmurando cœpit. Non longè verò à monaſterio, cùm deſcendere de caballo voluiſſet, cecidit & coſtas fregit. Quod ergò plurimùm voluit, ad monaſterium relatus eſt: ſed quia nimis obſtinatè voluit, non vt voluit, ſanus, ſed vt valdè doluit, atritus. Ex more autem monaſterij in infirmorum domo receptus, magnis doloribus cruciabatur. In ſequenti verò nocte merita beati viri Conſtabilis retractanti, in ſomnis apparuit, cumque de inobedientia atque murmuratione vehementer increpauit. Videbatur autem ei, quia ad ſe venientem venerabilem virum à ſuperiori domo, Stephanus vir bonæ memoriæ, eiuſdem nuper capellanus, cum vnguenti vaſculo ſequebatur: cuius vir ſanctus operculum releuans, vnguentum eduxit, fractas fratris illius coſtas liniuit, eique dixit: Eccè ſanus factus es, vade & deincèps humiliter viuas, & te præceptis maiorum in omnibus ſubdas. Mira dicturus ſum: euigilauit monachus, non ſolùm ſalubri admonitione inſtructus, ſed fugatis cunctis doloribus ſanus. Tunc is, qui nisi alienis manibus ferri non poterat, cunctis ſtupentibus exiliuit, & iniunctam ſibi obedientiam perficere feſtinauit. Pia enim Dei diſpenſatione actum in eo eſt, vt & à paruis culpæ maculis purgaretur, & beati viri merita proderentur. Nam prædictus Iohannes monachus aliter vir bonus & religioſus erat, pſalmiſtaque præcipuus, ſed vincere iram, ac linguam perfectè cohibere non poterat. Itaque percuſſus à Domino, ſed curatus eſt à magiſtro: vt caſtigatio auſtera purgaret, & ſalus reddita virtutem & gloriam curantis oſtenderet. Conſtabilis olei vnctione, confricatas coſtas eius reparat

Cap. 10. Aliud miraculum.

Illud quoquè ſilendum non arbitror, quod vir venerandus Roſſemandus, tunc monaſterij Prior, poſteà verò Pauſitanenſis Abbas referre ſolitus eſt. Quodã nanq; tempore, cùm petenti pauperi femoralẽ lineam tribuiſſet, ſequenti die, vt propoſuerat, pro veneratione eiuſdem patris Miſſas celebrare non potuit. Subitò tunc adfuit, qui ei ſuta femoralia detulit, atque tanti patris obſequio actum fecit.

Cap. 11. Amiſſam lucem itinerantibus reſtituit. *for. remouerent.

In territorio Cilentino in monte, qui Licoſæ præeminet, dum quidam Salernitani iudices poſſeſſionum quarundam terminos quærerent, ſubitò tanta caligo nebulæ diffuſa eſt, vt per nemus eiuſdem montis errarent, & viam qua redirent, nuſquàm inuenire potuiſſent. Cumque diù erratum eſſet, vnus eorum Vrſus iudex, viri venerabilis Conſtabilis merita ſibi adeſſe flagitauit: cùm ad verba precis eius lux ſolita loco reſtituta eſt, vt viam cernerent, & ad hoſpitium non tam de inuentione itineris, quàm de lucis miraculo læti * remanerent.

Cap. 12. Suum monaſterij, etiã poſt mortẽ cuſtodit.

Pro neceſſitatibus fratrum nauis monaſterij nauigabat in Africam, cui Iohannes tunc monachus, nunc etiam Abbas S. Benedicti præerat, atque in eiuſdem obſequio Petrus quidam famulus deputatus erat. Quæ profectò nauis inter Siciliam & Africam grauiſſima tempeſtate correpta, & vicinam ſuí reſolutionem, & omnium interitum minabatur. Iam quippè nautæ collaborando defecerant, & ingredientem aquam prohibere nè intraret, aut quæ intrauerat eijcere præ laſſitudine non valebant. Cumque iam omnis ſpes ſalutis abeſſet, præ tædio dormitanti monacho vir ſanctus apparuit, & qui Saluatoris exemplo mundum vicerat, ipſius etiam verba exhortationis protulit, dicens: Confidite, & nolite timere. Quem cùm monachus cerneret, rogare videbatur, vt nauem ſui monaſterij & nautas de inſtantis naufragij periculo liberaret. Cui ille, vt erat benigni vultûs & habitûs, reſpondit, dicens: Ego nauem eripio, & monaſterium cuſtodire non ceſſo. Eccè iam tranquillitas temporis refundetur, venti ſilebunt, freta quieſcent. Sed vade, dic Simeoni Abbati, vt corpus meum leuet, atque in ſepulcro meo, quod in eccleſia mihi parauerant, collocent. Eadem hora etiam prædicto Petro monaſterij famulo, in prora nauis nec plenè dormienti, nec ex toto vigilanti apparuit, & eadem dixit. Cumque ad ſe pariter rediſſent, mutuò quod viderant enarrabant: cùm eccè quod facilè audiri poterat, credi difficilè, paruum illud tranſeuntibus æquoris ſpatium, contrarius ventus ſiluit, mare quicuit, & nauis monaſterij ſecundis impulſa flatibus, ad optatum Africæ portum venit. Iubet corpus ſuum leuari.

In

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.13. In eadem verò Africana ciuitate res æquè mirabilis acta est, quæ quia beati viri præconio conuenit, silentio comprimi nequaquàm debet. Rex quidam eiusdem ciuitatis comperto, quòd ad Africam expugnandam naualis exercitus mitteretur, omnes Christianos, qui illic erant, retinuit, nec redire ad propria sinebantur. Præfatus igitur frater monasterij in magna angustia positus, quia vt volebat, cum emptis mercibus redire non poterat, memorati patris non dissimile auxilium sensit.

Captiuo fratri in somnis apparet, eúmque liberat. Videbatur etenim sibi in somnis, quia in vinculis positus esset, à quibus venerabilis pater Constabilis veniens eum absolueret: cui etiã soluto præcipiebat, vt sine cunctatione nauem solueret, ad monasterium rediret, quia impedire eum nullus potuisset. Euigilans autem monachus, de patris præsentia securus, licèt magnę viderétur quòd tentabat audaciæ, nauem soluit, atque in ea secum nautas recepit. Quem profectò ausum pro solita feritate barbari regis mira benignitas subsecuta est. Nam vt Cauensem nauẽ solutam audiuit, patienter tulit, ablata carbasa & omnia

Cor Regis mutat. ei armamenta restituit, atq; ad propria redeundi liberã facultatẽ dedit. Sicq; sancto viro parum fuit nauem eripere, nisi maiori virtute barbarorum corda mutâsset.

Cap.14. Circa finem verò operis huius, illud etiam memorandum puto, quod in eadem via maris, cùm ad Africam nauigaret, Petrus monachus sibi accidisse testatur. Ait enim, quòd in magno sole æstatis, omnibus quiescentibus ventis, ità alto pelago deprehensus cum nauigio fuerat, vt non minùs perlaboriosum putaret sic torreri, quàm tempestate circunferri. Tunc memor illius miraculi, quo vir Dei Constabilis monasterij nauem eripuerat, eiusdem meritis nauiculæ suæ auram infundi

Fratribus in Africam nauigantibus, secundas ventos subministrat. postulauit, quæ & solis feruorem mitigaret, & ad desideratum portum perduceret. Cuius nimirùm verba precis, mira virtus rogati patris secuta est. Nam statim suauis aura flare cœpit, quæ tandèm nauem cum alijs pluribus vsque ad Africę portum duxit: cumque ex illis nauibus transire locum aliæ cuperent, atque ad Italiam nauigare, aura illa protinùs siluit: vt apertè cognosceret monachus, quia viri Dei meritis naui suæ aura influeret, quam post illius portum habere naues reliquæ nequiuissent.

Cap.15. Illud quoquè silendũ non arbitror, quod eidem miraculo idem monachus addere solitus est. Ait enim, quia in eodem itinere duas piratarum naues offenderint, qui primo impetu contra nauem monasterij concitatis æquoribus venientes, vbi

Deterret piratas, né nauem sui monasterij capiant. parùm processerunt, eadem festinatione, qua irruere cœperant, retrò fugerunt. Et quibus profectò piratis quendam posteà idem frater cognouit: à quo etiam cum quæreret, qua causa redissent illo die, cùm monasterij nauiculam facilè capere potuissent, respondit, dicens: Nos non ità vos vidimus: sed tanti ac tales à nobis visi estis, vt si accederemus, dubium non esset, quòd redire nobis sine ingenti cæde minimè liceret. Quod nimirùm viri Dei Constabilis meritis actum esse quis dubitet? vt cælitùs terrerẽtur, nè seruorum Dei sumptus inuaderent, si nauis * emptitias

for. *res cas raperent, quam præsidia hominis non tutarent.

Cap.16. Nec hoc quoquè silentio prætereundum est, quod quidam frater Petrus de arce, cùm Sacristæ officium gereret, & funem fractum vellet ligare, vbi lucerna

Ab alto loco cadẽtem fratrem cõseruat illæsum. ante Crucem solent ardere, posuit scalam, & cùm esset in summitate scalæ, excidit: sed cùm caderet, clamabat, dicens: Sancte Constabilis adiuua me. Sicque meritis beati viri, de tanto præcipitio cadens, nullam in suo corpore passus est lesionem.

Cap.17. Item cùm beatæ recordationis Arborius, huius monasterij Prior venerabilis, iacens in domo infirmorum, instantissimè & sine intermissione dolore lateris cruciaretur, nec alicuius consilij, vel suæ salutis remedium inuenire potuisset, ad

Sanat Priorem à dolore lateris. beati viri sepulcrum se deportari fecit, & cùm aliquantisper ibi orâsset, meritis beati viri dolor lateris continuò ità ab eo discessit, ac si ipsum dolor ille nullatenùs tetigisset. Alius quoquè frater, cùm quartanas febres pateretur, nec vllo modo

Item monachum à febribus. aliquo consilio liberari posset, ad beati viri tumulũ deuotissimis precibus accessit, & paucis diebus interpositis, beati viri meritis liberatus est. Candela quoque, quæ

Alia miracula. ante Crucem, & venerabile beati viri corpus quotidiè ardet, de summo cecidit, nec vitrũ fractum est, nec oleum diffusum. Item vrceo vitreo vino pleno, sæpè & sæpiùs de sepulcro eiusdẽ in pauimentum cadente, nec vitrum fractum, nec vinũ sparsum est. Duo insuper huius monasterij seruientes, cùm in vigilia anniuersarij beati viri duas lagenas vino plenas à loco, qui dicitur Tracondia, pro charitate fratrum deferrent, altera earum in terram decidit, nec tamen lagena fracta, nec vinum sparsum est.

Nullo modo etiam prætereundum est, quòd meritis sanctissimi viri senex quidam, Vrsus nomine, qui de more & debito, totius monasterij officinas mundare consueuerat, ad montem iuit, vt scopas incideret. Qui casu de quadam rupe cùm corrueret, brachium eius fractũ est: cumq; dolore brachij nimiùm cruciaretur, ad sepulcrũ sancti viri veniens, prostratus iacuit, clamans & dicens: Pater beate Constabilis & domine, pro anima patris & matris tuæ adiuua me, & libera me de cruciatu isto. Qui cùm tertiò eadẽ repeteret, non solùm à dolore, verumetiam à brachij fractione liberatus est. Iohannes quoquè cognomẽto Cirusinus, gutta de capite ad oculũ descẽdente, cùm grauissimo cruciaretur dolore, ad sepulcrum eiusdem venit, rogãs & suppliciter obsecrans, vt consueta misericordia à tanto cruciatus dolore ipsum eriperet. Qui statim exauditus est, & gutta simul, & dolor recessit. Quidã quoquè faber, Petrus de Mari nomine, cùm simili dolore grauissimè torqueretur, ad sepulcrum eius venit, & de quodam foramine sepulcri eius puluere accepto, oculum fricuit: & statim liberatus est.

Cap.18. Confractũ brachium cuiusdã visi sanat. Alium ab oculorum dolore liberat. Item alium.

Cap.19. Quidam insuper diaconus, Dauferius nomine, cùm frequenter ad sepulcrum beati viri se appodians obdormiret, idem sanctus in somnis apparuit ei, dicens: Quare frater de sepulcro meo * gambuttam facis? moneo te, vt ampliùs non facias, & ab hoc facto desistas. Qui timore correptus, aliquantis diebus beato viro obediuit. Verùm eiusdem correptionis immemor existens, in idipsum redijt, & iterùm se appodians, obdormiuit. Cui sanctus iterùm apparuit, eique dixit: Nónne tibi prohibui, vt de sepulcro meo non faceres tibi gambuttam? Qui timore perterritus, à somno surgens, brachium suum adeo contractũ sensit, vt nullo modo ipsum nec plicare, nec extendere posset. Qui effusis precibus, beatum virum deuota mente suppliciter rogauit, vt ipsum liberare dignaretur. Qui mox exauditus, meritis beati viri liberatus est.

for. * graba-tum. Castigatur obdormiẽs ad eius sepulcrum. Iterùm liberatur.

Cap.20. In sancta prætereà die parasceues, cùm de diuersis partibus multitudo virorum & mulierum, sicut mos est Christianæ religionis, sanctum diem illum discalceatis pedibus, & cum lachrymis sacra loca visitando celebraret, contigit quòd multi ad hunc sanctum locum venerunt: inter quos & quædam puella similiter venit. & cùm nonnulli pulpitum, vbi lectiones leguntur, ascenderent, puella similiter fortuitù cum eis ascendit, & de eodem pulpito cecidit. Et cùm omnes clamarent, Mortua est puella: nutu Dei, & beati viri meritis super pedes suas se erigens, nihil mali habuit.

Puella cadens seruatur illæsa.

Cap.21. Hæc de tanto viro, suisque prædecessoribus ad præsens dicta sufficiant, licèt per eos multa & præclara mirabilia Deus frequenter operetur. Quorum etiam precibus & meritis honestatem & præclaram religionem cum sanctitate in hoc sancto monasterio credimus hactenùs conseruatam, & ab omnium hostium incursione & offensione, Domino authore, vsque ad finem mundi liberam fore atque munitam. Ergò beatum virum Constabilem humilimis precibus suppliciter exoremus, vt iuxta nominis sui etymologiam, tam præsentibus, quàm futuris huius monasterij fratribus impetret à Domino suis orationibus constantiam in quotidiano labore certaminis, tribuatque stabilitatem in bonis moribus: vt per hæc, aliaque opera charitatis & misericordiæ, ad beatam & æternam gloriam, vbi ipse cum Deo regnat, peruenire mereamur: ipso Domino nostro Iesu Christo donante, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus in secula seculorum, Amen.

Cauẽse monasterium quorũ fulcris patrocinorum subsistat.

VITA

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA BEATI PETRI DAMIANI, S. R. E. CARDINALIS ET EPISCOPI OSTIENSIS, VIRI SANE

tam sanctitate quàm eruditione celeberrimi: vt habetur in Hieronymi Rauenna-tis historiographi libro quinto. Vtrùm hic in Sanctos relatus sit, compertum non habeo, nisi quòd Aloysius octauo suo Tomo de Sanctis, eum beatum Petrum Damiani semper intitulet.

22 Februarij Cap. 1. Petri Damiani patria.

PETRVS Damianus Rauennæ, satis obscuro loco, sed ingenuo natus, (sunt tamen qui ex nobili Honestorũ familia ortum putant, sed falluntur, cùm id Petro peccatori conueniat) diligenter omnibus charitatis officijs à Damiano fratre natu maiore sic nutritus, ac bonis literis imbutus est, vt ab eo sibi cognomentum adscripserit, vocarique voluerit & scribi Petrus Damiani: quod contigisse in Eusebio Cæsariensi legimus, qui à Pamphilo amico, Eusebius Pamphili & vocari & esse perpetuò voluit: quanquàm in Petro Damiani id obseruari potest, quòd ipse se tantùm Petrũ appellat, reliqui, Damiani, adiungunt. Antequàm cucullũ sumeret, bonas artes plurimos publicè docuit, stylo, vt illa ferebant tempora barbariei plenissima, satis eleganti: quod & ex illius epistolis quas ad multos misit, & ex libris quos scripsit, & ex ijs quas ad populum habuit concionibus, cognoscere difficillimum non est. Ab ineunte ætate agitatus aduersis cœpit: cùm enim mater post plurimos filios, hunc postremum genuisset, quadamque die natu maior, patre demortuo, multitudinem fratrum, & hæreditatem paruam conquereretur, adeò mater (quam iamdiù egestatis dolor cruciabat) est indignata, ac dolore percita, vt se miseram exclamans, atque ampliùs vt viueret, indignam, Petro vix dum nato lac negauerit, & nihil assiduo infantis ploratu commota, expetere eius necem videretur: quæ planè erat consecutura nequaquàm serò, nisi fame simul & vi frigoris iam nigrescentem, & voce ferè destitutum, sacerdotis cuiusdam pellex adueniens, iuuisset. Hęc siquidem crudelitatem matris acriter arguens, & lachrymas infantis calamitatemque deplorãs, immanitate summa efferatum animum lenijt, & sociam se matri iungens, calentis aquæ beneficio alijsque remedijs semiuiuum infantem reuocauit ad vitam.

Cur Damianus cognominetur.

Matris sæ in eum crudelitas.

Semimortuus calentis aquæ beneficio ad vitã reuocatur infans. Cap. 2.

Haud ità diù pòst, mater diem suum obijt, & frater natu maior duxit vxorem. Hi coniuges cùm gerere curam pueri velle simularent, tam dura illum acriquè premebant seruitute, vt is non modò pane, cibisque ac vino vitiosis & corruptis alieretur, sed perpetuò nudatis pedibus, pannosus incederet, & multis verberibus multaretur: paulòque grandior factus, alendis suibus præficeretur. In quo vili famulatu, cùm die quadam argenteum numnium reperisset, & perindè àc dies reparet factus, gratulabundus, quid eo posset aptiùs mercari, dulci appetitu, puerilem animum, suauium rerum omnium expertem, per mollia trahente, diutiùs cogitaret, tandèm cælitùs afflatus, Quid hæc, inquit, mente reuoluo? Horum certè voluptas nequaquàm fuerit diuturna. Præstabit tradere hoc sacerdoti, qui sacra Deo faciat. Redijt interea alius eius frater, cui erat nomen Damiano, Rauennaque aliquot annos abfuerat. Is fratris ęrumnas miseratus, eum in fidem & clientelam accipiens, amanter ac paternè fouit, literisque instruendũ curauit. Quod cùm Rauennæ aliquandiù fecisset, optima pueri cognita indole, Fauentiam primò mittit, mox Parmam, vt ibi doctos viros audiret. quod Petrus suis literis testatur.

Præficitur alendis suibus.

Inuentum numum sacerdoti tradit, vt Missas celebret.

Literas discit. Cap. 3.

Breuì autè liberales artes omnes edoctus, tantum nominis ac famæ apud omnes adeptus est, vt summa vtilitate atque auditorum frequentia eas cæteris deinde explicans, facilè primus omni Italia haberetur. Cumq; in dies fauoribus, gratia principum, diuitijs & authoritate cresceret, seipsum increpans, Nunquid, dicebat, his perpetuò caducis atque interituris bonis inhæserim? An non potiùs his vacans, cælestia consecter? Quæ cùm repeteret sæpiùs, tandèm paulatim cœpit diuinis studijs & obsequijs nauare operam: itaque sub preciosa veste, induit cilicium, inediæque & vigilijs, ac diuinis hymnis frequens studium exhibet: cumque libidinis æstu, pro ætatis natura iactaretur, medijs noctibus è cubili surgens, aquis se immergebat, dum totus frigesceret: indeque egressus, in lectum minimè regredi, sed psalmis atque hymnis Deum venerari consueuerat. Mirum fuerit dictu, quam præstiterit egentibus liberalitatem & munificentiam, quamque benignè & piè prandio illos acciperet. Quo loco illud nequaquàm silentio videtur præteriendum, cùm quadam die, vnà cum sodali suo, cuius opera vtebatur, pranderet, neque extra vnicum ex similagine tritici panem quicquam haberet, sodalique qui eodem cibo vti consueuerat, cibarius & secundarius panis esset appositus, secum loqui cœpisse: Christus ad mensam meam, inferior mihi est. iamque his atque alijs animo repetitis, cùm panem cum illo commutare decreuisset, pudore tamen retractus est. Itaque comedentem pauor sensim arripit, & horror concutit viscerum, tandemque piscis, quæ transuersa in gutture inhæserat, spina, nullis cedens remedijs strangulabat, cùm id sibi ob panem ex similagine sodali minimè tributum accidisse existimans, commutato pane, primo eius bolo conualuit: quamobrèm, supra quàm dici potest lætus, aperuit cunctis miraculum.

Pietas eius in pauperes

Miraculũ.

His atque alijs ad Dei famulatum in dies magis accensus, cùm omninò his caducis rebus abduci, monachusque fieri decreuisset, id tamen in patrijs finibus ob affines, aliquotque alia impedimenta, minùs tutum arbitraretur, hæc cogitantem, assiduisque precibus contendentem à Deo, vt ad salutem sempiternam aditum pararet, à solitudine sanctæ Crucis fontis Auellanæ, quæ est in Eugubina diœcesi, monachi duo, de quibus iam multa præclara acceperat, diuinitùs impulsi conueniunt. His Petrus, postquàm de Deo multa locutus cum illis fuisset, animi sui sensum aperit, petitque, num ab eorum Abbate, si monachus vellet fieri, reciperetur. ipsis affirmantibus, lætus spondet se illuc quàm primùm profecturum. Donat interea scyphum argenteum abeuntibus, verùm cùm instanter illud, nullis precibus locum relinquentes, renuissent, atque ob id conceptam in animo Petri religionem, & opinionem eorum sanctitatis, magis confirmâssent, fecerunt vti maius adhuc caducarum harum rerum fastidium Petrus incurrerit, nec quicquam aliud, nisi cælestia, cogitaret.

Cap. 4.

Ecce quanto ardore monasterium expetierit.

Post monachorum discessum, vt vsu tractando cognosceret, vtrùm eius vitæ laborem esset laturus, coniecit se in cellulam satis arctam, vbi per quadraginta dies vitam, iuxta leges eremitarum S. Crucis, traduxit: quo genere viuendi plurimùm roboratus, nihil iam difficultates, & durum vitæ illius modum timens, suis omnibus inscijs, clàm ad eam montis Catriæ solitudinem profectus est. Excipit eum libenter Abbas, cucullo q; indutum, vni ex monachis in custodiam ac disciplinam, tyronũ more, tradit. Quantùm autem profecerit, quamq; obedientiam magistro, reuerentiamque præstiterit, ex eo facilè cognosci potest, quòd iter cum præceptore eques ingressurus, iussusque ab eo vt indueret molliorem vestem ac pulchriorem, magistrum supplex obsecrauit, nè, quod minùs decere ipse arbitrabatur, præciperet. cærerùm magister, qui eum ob perspectas virtutes vnicè diligebat, propterea que nè in publicum prodiret adeò incultus optabat, nequaquàm assiduis repetitisque eius precibus assentiri. Igitur Petrus, nè nimis perfractè pertinax, obediętiæ repugnaret, (quanquàm maximo pudore ac rubore suffusus, quòd, quæ reiecerat ornamenta, recepisse videretur) nullum præ pudore intueri audens, pulchriore indutus cucullo, magistro comes abijt: cernere autem (quemadmodum ipse met retulit) omnes cum digito commonstrantes, & sponsi nomine, non monachi appellitantes, quacunque incederet, videbatur.

Fit monachus.

Obedientia eius quãta.

Ad cœnobium regressus, maiori in dies abstinentia, ac vigilijs, ad sanctitatem, & ad summum bonum adipiscendum incumbere. Per id temporis monachi illi, quatuor diebus hebdomadæ pane & aqua traductis, tertia & quinta ferijs, parum leguminis, à singulis, suis seorsùm cubiculis, cocti, sumebant: diebusque sacræ inediæ, panis, non quantum quisque vellet, sed certa quantitate ac mensura præbebatur. Vinum rei tantùm diuinæ faciendæ, & ægrotis notum, nulli prætereà. Cùm verò is esset in vigilijs mos, vt signo dato, matutinis precibus expletis, omnes hymnos Dauidis recitarent, præueniens hoc commune signum Petrus, quicquid erat noctis reliquum, continentibus excubijs ducebat: vndè in eum incidit morbum, vt dies noctesque insomnes ageret: sed temperatior factus, conualuit. Cumque breuì in summam sanctitatis famam creuisset, summis tandèm precibus,

Cap. 6.

Monachorum abstinentia quanta olim fuerit.

Dum diuinis studijs vacat, corpus suũ castigare non negligit.

Cap. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Guidone Strambiato Rauennate, Abbate Pomposiano, id ab sanctæ Crucis Præfecto impetrante, Pomposiam mittitur, vt monachos illos præceptis diuinis sacrisq; literis instrueret: ibi transegit biennium, quo elapso, ab sanctę Crucis Prefecto, qui eum illuc miserat, à suisque monachis reuocatur. Ibi Præfecto paulò pòst demortuo, renuens ac diligenter recusans, tamen cœnobio præficitur. Quod cùm instituisset, in Camertibus primùm, mox ad montem Regium, quod est in Perusino, vbi cellam reperit, quam D. Romoaldum incoluisse ferebant: deindè in Fauentino, tum ad Aceretem, tum ad Gauiunium, (nunc Cauinam appellant) posteà in Arminensi ad Murcianum cœnobia excitauit.

Petrus creatur monachorũ Præfectus.

Constituit monasteria

Cap. 7. Cùm verò esset in Gauiuniano cœnobio, iubet die quadam monachum, qui sibi ministrare consueuerat, potum sibi afferre ex fonte. Fecit imperata minister, sed aqua in vinum mutata, alius denuò ab assidentibus monachis mittitur, qui aquam adferat: qua itidèm in vinum conuersa, mandauit Petrus, id nè cuiquam patefaceret: quod & factum: nec id quisquam nisi ab eius interitu vnquàm resciuit. Illud etiam fuit satis celebre, quòd, cùm iuxta sacellum suum, plenum vini dolium haberet, transeuntibus illac militibus, & à sacerdote sacelli custode potum arroganter petentibus, cùm sacerdos vegetem indicâsset, & omnia eius foramina ipsi aperuissent, vinum nequaquàm prodijt. Suspicati sunt primò se à sacerdote decepros: itaque superiori aperto foramine, cernunt parum deesse vini: cęterùm quanquàm inijciebant virgas in foramina, nihil tamen vini vsquàm exijt, cùm alioquì virgæ ipsæ vino maderent. Quod miraculum eo etiam maius est visum, quòd peregrino paucis pòst horis eadem transeunte, ac sibi Dei causa atque nomine pręberi potum postulante, cùm sacerdotis sermone, quæ militibus accidissent, narrantis, ipse detectę, quæ diem natalem Christi Dei proximè anteceſſit, quòd habere anteà pisces non poterat, seruum cum pisce grandi misit. Erat fœdum ea nocte cælum, nullis aut Lunæ, aut aliorum syderum radijs illustre, & ad perpetuam viæ difficultatem, niues altæ accedebant. Itaque dum seruus ad excelsam ripam peruenisset, eius extrema nimiùm persequens, lapso pede, præceps inferiùs agitur: & cùm is fuerit casus, vt totus discerpi facilè, affringique potuisset, meritis tamen viri sanctę vi diuina, incolumis ac illæsus euasit: validusque & alacer excussum onus, seruulo resumpsit: cumque venisset ad Petrum, & domini munus obtulisset, quòd eius meritis euasisset mortem, ingentes gratias egit: cui Petrus, Nè, inquit, fili miseranti homini, ac criminum labe conspurcato, velis adscribere, quod Deus ipsa sua misericordia tibi elargiri non est dedignatus: gratiæ illi absq; te agantur, qui quàm deest ijs, qui in calamitatibus periculisque existentes, eius opem supplices exorant.

Commutat aquam in vinum.

Duo continua miracula.

Seruum cuiusdã ruentem in præceps seruat illæsum.

Petri profunda humilitas.

Cap. 8. Nec minori fuit admirationi, cùm vir magnus quidam, opibusque ac copijs affluens, qui diebus festis solennioribus Petro pisces dono mittere consueuerat, nocte, quæ diem natalem Christi Dei proximè anteceſſit, quòd habere anteà pisces non poterat, seruum cum pisce grandi misit. Erat fœdum ea nocte cælum, nullis aut Lunæ, aut aliorum syderum radijs illustre, & ad perpetuam viæ difficultatem, niues altæ accedebant. Itaque dum seruus ad excelsam ripam peruenisset, eius extrema nimiùm persequens, lapso pede, præceps inferiùs agitur: & cùm is fuerit casus, vt totus discerpi facilè, affringique potuisset, meritis tamen viri sanctę vi diuina, incolumis ac illæsus euasit: validusque & alacer excussum onus, seruulo resumpsit: cumque venisset ad Petrum, & domini munus obtulisset, quòd eius meritis euasisset mortem, ingentes gratias egit: cui Petrus, Nè, inquit, fili miseranti homini, ac criminum labe conspurcato, velis adscribere, quod Deus ipsa sua misericordia tibi elargiri non est dedignatus: gratiæ illi absq; te agantur, quàm deest ijs, qui in calamitatibus periculisque existentes, eius opem supplices exorant.

Cap. 9. Cùm itèm haud ità multos pòst dies, vnum ex suis monachis ad Abbatem quendam misisset, monacho autem diutiùs Abbatem, qui aberat, expectare, & randem eo, quo aberat, adhibere fuisset opùs, intelligens, nisi iter noctù faceret, ad præstitutam sibi à Petro diem, non esse reuersurum, duce viæ capto, iter vesperi ingreditur: nec diù processum est, cùm sese dux ex oculis furtìm subtraxit. Itaque ignarus viæ, vehementer anxius, & incertus quò tenderet, petere à Deo suppliciter, vt proiret itineris dux, meritis eius, cui obedire satagebat: nec diù pòst peruenit, quo via scindebat in duas partes: vbi dum hæsisset paululùm, quam caperet ambigens, elegit tandèm quam magis tritam vidit, aprioremque existimauit. Cærùm dum conatur in eam iumentum dirigere, illud non modò renuit, sed aliam ingredi victur. timens autem monachus, nè iumentum id faceret, quia aliàs eam ingredi am consuêsset, calcibus ac verberibus in aliam impellere conabatur, iumento minimè assentiente: ad extremum cùm irrito nixu diù certâsset, iam demùm suspicans, nè fortè brutum illud animal sibi contra morem diuino instinctu resisteret, laxauit habenas, & quidem vano nequicquàm euentu: inalbescente enim cælo, recta

Cap. 9.

Deuiantem monachum in viam reducit.

recta se ingressum agnouit: paulòque pòst cùm peruenisset ad cœnobium, quę sibi contigissent, omnia Petro narrat, & Deo atque illi gratias egit immortales.

Cap. 10. Pari meritorum virtute, dante Deo, adolescentulum, quem ad Episcopum quendam in negocium mittebat, traiecto flumine in limo altè hærentem, cùm illum supplex adolescens inuocâsset, incolumem eduxit: cumq; adolescens indè longiùs ad vrbem prouectus, non reperisset Episcopum, ab iuuene tamen, Episcopi patruele, benignè exceptus est. In hoc tamen defuisse patruelis Episcopi visus est, quòd cunctis abeuntibus, adolescentẽ solum in cubiculo grandi reliquit. quamobrẽm adolescens magno arreptus timore, noctem illam totam insomnem duxit. Itaque patrueli Episcopi dormienti Petrus Damiani adesse est visus, qui acri vultu minitans & obiurgans, quòd negligentia nuncium suum adeò malè affecerit, perterruit eum quàm maximè: somno igitur solutus, expectare dum illuceat, vt inuisat hospitem, quæratque ea sibi quid velint: quod cùm esset factum, & suum vterque incommodum enarrâsset, viri sancti potentiam admirati, extollere Dei gloriam, qui sit in ijs, qui illi ex animo seruiunt, mirabilis. Adeò autem hac re adolescens, quem Petrus miserat, est commotus, vt reuersus ad Petrum, illi se totum commiserit, breuique pòst ibidèm cucullum induerit.

Aliud miraculum.

Adolescens quidam visis eius miraculis fit monachus.

Cap. 11. Adeò verò in dies doctrinæ ac sanctitatis eius fama increbuit, vt à Stephano nono Pont. Max. ad Galerum non vocaretur, sed, vt ille ipse scribit, traheretur: neque hoc satis Stephanus pro hominis probitate ac doctrina esse putans, Episcopatum Hostiensem addiderit, sacrique Cardinalium Collegij principem (Decanum appellant) fecerit. Plurimas legationes summa fide & diligentia obiuit. Cumque eo tempore sacrati viri publicè scortis & omni libidinum generi indulgerent, vxorumque loco meretrices haberent, & appellarent, dici vix potest, quàm acriter, quàm intrepidè semper illos repræhenderit, atque ad rectè sanctèque viuendum omni studio fuerit adhortatus. Verùm vt se Deo totum traderet, & in rerum diuinarum meditatione dies noctesque consumeret, sacro Galero & Episcopatu se abdicauit: cumque ab Nicolao Pont. Max. ad eas iterùm dignitates & honores ipsa & Pontificis maiestas ferret, pertinaciùs renueret, Pontifex assensit quidem eius perseuerantiæ, sed tamen pœnam in eum centenariam constituit: qua pœna tenebatur ad recitandum, per centum annos, quotidiè centiès, verberibus adiunctis, psalmum quinquagesimum, quo vsus est Dauid, cùm stuprum Bersabeæ, & marito eius mortem obtulisset, illumque Nathan vehementer accusâsset, ac minaretur, Deum tam grauia scelera nequaquàm impunita atque inulta relicturum. Subiuit hanc pœnam libenter Petrus, tantusque in eo fuit ardor pœnitendi, vt eam annuo spatio exhauserit. Itaque pœna persoluta, elegantes ad Nicolaum Pontificem, & officij, ac pietatis, religionisque plenas literas dedit, quibus & purgauit se diligenter, & non minùs rationibus, quàm virorum sanctorum exemplo id fecisse testatus est. Hæ literæ quoniam extant, non est cur à nobis explicentur.

Abdicat se suis dignitatibus.

2. Reg. 12.

Pœnitentiã sibi iniunctam quàm alacriter impleuerit.

Cap. 12. Abdidit igitur se in Catrianam solitudinem optatissimam, vbi nec semper ociosus vixit: nam Mediolanensem Ecclesiam malè sentientem, & à Romana abductam ac discrepantem, Simoniacaque labe, & Nicolaitarum hæresi infectam, Nicolao iubente (tametsi id Stephani noni iussu factum plerique velint) cum Romana conciliauit, & in rectam sententiam deduxit. Idem etiam in Rauennati Ecclesia nixus est, Gibertumque Archiepiscopum sæpiùs fuit hortatus, vt meliora sentiret. Sic autem ad eum inscribere literas consueuerat. Domino Giberto, secundæ per Italiam sedis, Antistiti, Petrus vltimus eremitarum, seruus, deuotissimæ seruitutis obsequium. Gregorio deindè septimo hortante, per omnem Italiam, sacram inediam, & ciborum iciunitatem, die Veneris in honorem Crucis instituit, ac potiùs antiquitùs institutum, & iam ferè obliteratum reuocauit: quod & de horarijs precibus, quibus quotidiè diuæ Mariæ Virgini Christiparæ debitum cultum exhibetur, factum est: iussitque Pontifex ab omnibus, qui sacris essent initiati, piè ac sanctè quotidiè recitandas. Quòd autem ad sacram diei Veneris, in honorem Crucis institutam, ac potiùs reuocatam, inediam spectat, quædam de ipsa, quæ contigerunt, minimè omittenda duximus.

Ecclesias à fide lapsas, cum Romana cõciliat.

Horas de Domina, ac feria 6. iciunia ferè obliterata restaurat.

Cap. 13. In cubiculo dicato ægrotis senex erat monachus, Leo nomine, qui precibus assiduis, vigilijs, atque abstinentiæ à cibo, iuuenili penè ardore intentus, nocte quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Visio cuiusdam monachi.

diem præcessit, quo die hæc in honorem Crucis sacra inedia instituenda erat, per quietem vidit frequentem conuentum monachorum in templo, qui albis indutivestibus, suauissimis vocibus & dulci admodùm concentu cantabant, Dulce lignum, dulces clauos, & quæ deindè sequuntur. Quo etiam loco comedere consuêssent, panes mensis appositos esse nitidissimos, dulcissimos & sapidissimos: atque inter monachos vndiquè discumbentes, virum maximè speciosum ac venerabilem, qui vndè eiusmodi panes, nusquàm ad eam diem visi, venissent, interrogatus, Hi sunt, inquit, panes, quibus filij Israel manna percipientes, è cælo alti sunt in

Exod. 16.

solitudine. Vir idem mensam Abbatis, quæ erat ad occidentem, transtulit ad orientem solem, vbi in pariete Christi crucifixi imago picta aderat. Paulò etiam pòst

Item alterius monachi visio.

alius monachus, cui Petro erat nomen, ad cœnobium die Iouis regressus, cùm nihil adhuc nósset de hac in edia, nocte per quietem Petrum Damiani vidit, qui illum ad prandium inuitabat, secumque accumbebat. Itaque postridiè accipiens nouitûs disciplinam, lætus atque alacer, En, inquit, Dei gratia, prãdium, ad quod me Petrus Damiani vocauerat. His autem visis monachi sui omnes commoti, qui ob id cernere oculis, planè diuinum institutum illud esse, videbantur: ab eo perunt & flagitant, vt, si quid prætereà in reliquo victu ac vestitu commutandum, corrigendum, detrahendum putet, detrahat, corrigat, commutet: quamobrèm magis ad huc vili ac demisso vestium atque habitûs genere instituto, non minùs sermonibus assiduis, quàm vitæ exemplis, eos ad cælestis vitæ præmia euehebat.

Monachos suos vt vir Dei reformauerit. Cap. 14.

Quo verò tempore Episcopatũ tenuit, quicquid supererat, in egentes affluenter effundebat, & ex illis duodecim pedes perpetuò abluebat, epulumque præbebat, & tota vrbe pupillos ac viduas perquirere & iuuare. In cœnobio per quadraginta quandoquè dies comedebat nihil, quod esset igni coctum, sed tantùm pomis crudis, absque vllo potu, vescebatur: cuius rei discipulus eius, qui conscripsit hanc vitam, testis est. Consueuerat etiam diurnis horarijs precibus atque hymnis recitandis nulli podio subsellióve hærere: & initio vtriusq; quadragesimæ, per triduum penitùs abstinere cibo: ad quod institutum licèt ipse neminem verbis allexerit, quibusdam tamen cœnobijs, id eius exemplo deindè seruantibus, vehementer laudauit, quo diligentiùs toto eo triduo intra claustra cœnobij silentium seruaretur: instituens, vt nè quis, extra summam necessitatem, calceamenta indueret, autequàm singulis diebus Dauidis omnes psalmos communiter absoluissent.

Pietas eius in Christi pauperes.

Abstinentia eius.

Statuta.

Cap. 15.

Rauenna tandèm discedens ad Pontificem aditurus, nè iter esset omninò inane, monachos inuisit, quos Fauentiæ constituerat extra vrbis portam, in ædem D. Mariæ, quàm nunc intra vrbem adductam conspicimus. Ibi febre correptus, octauo, postquàm ægrotare cœperat, die, ex hac vita migrauit, ea nocte, quæ diem octauum Calend. Mart. antecessit, anno ab ortu Christi millesimo octuagesimo, Gregorio septimo adhuc Pontifice, & Othone (si Gibertum malè sentientem reijcimus) Reuennatum Archiepiscopo. Quj Otho vir profectò summa religione fuit atque innocentia. Petri Damiani morte ab ijs, qui excubabant iuxta cœnobium, nèfactum cadauer posset à suis monachis, qui è propinquis locis aduenerant, furtim exportari, nunciata, repentè ciues omnes ad eius parentalia accurrunt, breuique templum tanta populi multitudine refertum est, vt vndarum modo sese intrà cèm impellerent, beatusque ille diceretur, cui dabatur viri sancti loculum attingere, & illi munera prębere, pedesque osculari. Sepulcrum intereà ex cãdidissimo marmore, summa facilitate, ipsis, qui adducebant, admirantibus, ex aliò satis distanti cœnobio deuehitur, atque in eo, è regione chori, iuxta gradus, quibus ascenditur ad aram, locato, omnibus hymnos ac psalmos concinentibus, Deumque laudantibus, viri sancti corpus reponitur.

Obitus eius

Sepultura.

HISTO-

dorico monacho doctissimo, qui claruit anno salutis 1005. Verùm hanc mutato passim stylo in compendium redegimus ob vitandam nimiam prolixitatem propterea quòd author quædam satis verbosè prosequutus sit. Numerum quoquè capitum margini adiecimus.

ANNO salutis noningẽtesimo septuagesimooctauo, Otthone secũdo, maximi Otthonis Augusti filio, Romani Imperij sceptra tenente, Treuirorũ ecclesiæ præfuit Egbertus Archiepiscopus, clarus quidem genere, sed virtutum splẽdore longè clarior. Erat statura procerus, & insigni vultûs elegãtia, ità vt inter eius temporis primates nullus eo esset formosior. Monachorũ singularis erat & patronus & enutritor, disciplinæque regularis amator præcipuus: quippè qui sub Episcopi habitu pectus deuotissimi monachi circũferret: sicq; cum Martha foris occuparetur explendo frequens ministerium Domini, vt tamen totum se conferret ad vacandũ studio verbi Dei: gratam se hostiam Deo offerens, & in actione columbam, in contemplatione turturẽ exhibens. Tanta autem eius liberalitas fuit, vt nouum quẽdam Iohannem eleemosynarium repręsentaret, ambabus manibus amplas facultates suas in pauperes profundẽs. Monasteria Treuericæ ditionis ante eius tempora, præter vsitatũ Deo seruientium modum, nimia premebantur inopia, eratq; in illis & victûs & vtensilium admodũ curta supellex. Ea re fiebat, vt monastica religio nõ mediocriter illic deficeret, & ignis diuini amoris, quem Dominus Iesus misit in terram, & voluit vehementer accendi, non modò frigesceret, sed etiam planè extingui inciperet.

Egbertus, egregius Treuirorũ Archiepiscopus.

Huius Vita est Tomo 1. in Ianuario

Luc. 12.

Etsi enim venerãdę memoriæ decessor eius Theodoricus doctor fuit facundissimus, & Dominicę familię procurator industrius: at tamen ob multiplices Reipublicæ exactiones sæpè non parũ impeditus, monasteriorũ necessitudinibus minùs cõsulit, quippè cui nec suppeteret, vndè posset. Egbertus verò, honorificè semper appellandus, regia incedens via, militũ cupiditatem fregit, prouincialium tyrannidem suã authoritate cõpressit, & quæcunq; per vim ablata erãt monasterijs, potenter vndecunq; recuperauit, ijsque restituit, neglectaq; & vetustate consumpta summoperè instauranda curauit. Cernens autẽ fratres monasterij B. Eucharij premi inopia, non mediocriter illorũ doluit vicem. Itaq; sapienti vsus cõsilio, Abbatẽ illis præfecit Gotheriũ, in Gandauensi cœnobio disciplina monastica præclarè institutum: eiq; tãtum contulit agrorũ & vinearum, præter alia dona plurima, ad monasterij ornamentũ facientia, vt eius perenne meritum ad supremũ vsq; mundi diem suã capiat incrementa. Quanta verò etiã alijs suę diœcesis monasterijs, propter paupertatẽ penè collapsis, elargitus sit, vt instaurarentur: quibus etiã modis, tanquàm insignis languentium animarum medicus, monasticę religioni, quę per id tempus vbiquè pessundari videbatur, suã authoritate opitulatus sit, nos verbis nullis explicare valemus, quòd modum numerumque excedant. Deniquè virtutum magistra charitas adeò sibi pectus illius vendicârat, vt cum beato Iob non immeritò dicere posset: Ex vtero matris meæ egressa est charitas mecum.

Egberti Episcopi liberalitas erga monasteria

Iob 31.

Sæpè enim valdè doluit, non sine lachrymis & altis suspirijs testãs dolorẽ suum, quòd sacellũ, in quo beatissimus pręsul Eucharius cum sanctissimis socijs suis quiescit, tam multis annis ex nimiũ abiecta & vili materia constructũ cerneretur. Atq; ea causa meditabatur structurã nouæ basilicæ, quę tam insignibus patronis pro humana existimatione digna foret, vetus illud sacellũ redituum repositoriũ non sine obliqua reprehẽsione appellans. Cumq; in ea cogitatione crebrò versaretur, cõtigit cum aliquãdò Otthoni Imperatori, quẽ diximus, familiariter præ cæteris ecclesiarum antistibus adesse, eiq; inter alia, quæ ad Ecclesiasticã vtilitatem pertinerent, colloquia, hanc suam aperire voluntatem. Imperator verò, vtpotè cum primis catholicus, votis illius impensè congratulans, præ nimia animi alacritate in hæc prorupit verba: Benedictus Deus in throno æternę maiestatis suæ, qui hãc tam gratam sibi, animo tuo adspirauit voluntatem: & benedicta monachorũ S. Eucharij cohors sodalitas, quorum precibus nostrum imperium à Domino gubernatur. Quòd

Cap. 3.

Studiũ eius erga nouã nouę ædis S. Eucharij structuram.

Item Otthonis Imperatoris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

si me superstite opus hoc erit absolutum, hilarior exibo ab hac vita, modò apud Christum æquissimum iudicem beatus Eucharius vrbis Treuericæ primus doctor, mihi patronus adsit. Tu verò ocyùs hinc abito, & in templi huius structuram modis omnibus incumbe. Ego vbi comperero eousque eam processisse, vt cubito vno supra terram emineat, è fisco meo tales tibi suppetias feram, vt intra paucos annos facilè suprema manus ei possit imponi. Hac Cæsaris pollicitatione animatus Episcopus, mox accersit fossores & cæmentarios permultos: qui cùm aliquot dies fuissent in opere, præter omnium opinionem in beati Celsi sarcophagum impegerūt, diuina id proculdubiò agente prouidentia. Erat is sarcophagus ex miri candoris petra, quam vulgus cretam vocat: impositaque ei visebatur tabula, cui boc erat inscriptum epitaphium:

Gasu inuenitur sarcophagus beati Celsi confessoris.

Sollicitus quicunque cupis cognoscere tumbam:
Præclarus iacet hic nomine, vel meritis,
Celsus, quem Dominus vero insigniuit honore:
Non segnis patriæ semper vbique vigens.
Qui genus atque ortum claro de stemmate traxit,
Affectuque pio conditur hoc tumulo:
Depositus pridiè nonarum Ianuariarum.

Cap.4. Operarius autem, qui primus in hunc impegit sarcophagum, rusticus fuit planè rudis & crudus, vt solent plerique tales. Cumque ad rem inopinatam cunctantibus eum agere oporteret, ille rustica temeritate tabulam bidente perfregit, ità vt vix à doctis viris titulus expeditè legi posset. Obiurgatus verò ab alijs, quòd scripturæ parcere noluisset, ità fertur respondisse: Ecquidnam cōmerui. Petra hęc, quàm perfregi, non pluris apud me est, quàm humus, quæ calcatur pedibus meis, nec vllum inter hęc meo iudicio discrimē est. Sed non cessit impunè homini temerario, quòd margaritam, in summi Regis diademate reponendam, tam negligenter attrectare ausus fuit. Tertio indè die subitanea morte extinctus est, & suo exēplo docuit mortales, beatū Celsum cum Apostolo fidelibus esse odorem vitæ in vitam, infidelibus autem & obstinatis odorē mortis in mortem. Et multis sanè ille hominis repentinus interitus, non vulgarem metū incussit. Postquàm verò tam lętus reperti sarcophagi nuncius ad aures Episcopi Egberti perlatus est, ille mirificè laudauit Deū, & absq; mora eò properauit, quibusdā è Clero illum comitantibus: visoq; epitaphio, certior factus est, in diebus suis vrbem Treuericam diuinitùs respectam. Nec tamen ausus fuit, multa adhibita deliberatione, sarcophagum illū suo mouere loco: sed cùm sigillo suo illū communijsset, monachos illic constituit, qui sine intermissione ob merita tanti viri collaudarent Deum, donèc ipse cum alijs Episcopis communicato consilio, quid in re tanta faciendum esset, statueret.

Pœna temerè hunc sarcophagum perfringentis. 2. Cor. 2.

Cap.5. Interìm die ac nocte monachis illis nunc sub diuo, nunc sub tecto diuinum obseruantibus officium, non multò pòst solēnis synodus permultorū tum Episcoporum, tum Abbatum, apud Ingelheim regale palatium coacta est, in qua nonnulla Ecclesiæ Dei profutura promulgata sunt, à posteris piè inuiolateque obseruanda. Aderat illic etiā Egbertus Treuirorū Episcopus benè meritus, cuius pijs studijs factū est, vt eius ecclesiæ Clerus sciētia & religione conspicuus sit. Postquàm autem multa illic pertractata fuēre, quę ad Synodum pertinerent, vt vidit is loquendi sibi offerri opportunitatē, cùm inter omnes vel maximè præcelleret, ordine, quo parerat, & Tulliana facundia, ea quę apud eius vrbē euenerant, enarrauit, ipsumq; epitaphiū legit. Quibus auditis, valdè exhilaratus Imperator, sic ad synodū locutus est: Gaudete fratres & patres in Domino, & ex intimis viscęribus laudate Deū nostrū, qui mira æternæ bonitatis suę gratia dignatus est respicere ad tēpora nostra, dandō Ecclesiæ suæ apud Treuirorum vrbem nouum patronum beatū Celsum, quem vtutibus illustrem plenumq; dierū educens è corpore, hactenùs cæli, ciuibus adiunxit. Iterùm rogo gaudete. nam, vt verū fatear, nō solùm indè nobis salus aucta est, sed etiā pij pastoris eiusdē vrbis, quē hìc præsentem cernitis, integritas restatior facta est. Hęc cùm dixisset Imperator, antistites omnes, qui in synodo illa aderāt, sublatis in cælum manibus, pias præ gaudio fuderunt lachrymas, immēsas præporentes Deo agentes gratias, qui talē thesaurum non esset passus diutiùs latere sub terra.

Sinodus Ingelheimensis.

Obseruat priscá Germanorum erga sāctos deuotionē.

Cap.6. Placuit indè vniuerso Concilio, vt Treuirorū Archiepiscopus rediret domū, & cum Clero suo reliquas beati Celsi leuaret è tumulo, atq; in arcula quadā conditas sub-

sublimes in altari perq̄ honorificè collocaret. Ille verò hoc accepto mandato & cōsilio, Treuiros profectus est, atq; post dies paucos cōuocauit suæ diœcesis Abbates, monachos, presbyteros, aliosq; è Clero eruditione & sapiētia conspicuos, ijsq; rem totā expositurus. Qui cùm sententiæ Concilij subscriberent, mox processionē instituit cum crucibus, cereis, thuribulis, omniq; ecclesiastico apparatu, & lachrymis infusus, ad beati Eucharij ædē accessit: cōmendansque se votumq; suū beatissimis confessoribus, tremebundus adijt locum (toto interim collegio altissimis vocibus Deum collaudante) in quo S. Celsi reliquiæ asseruabantur. Ibi priùs fusis ad Deum precibus sarcophagum, ablato sigillo, iussit aperiri. Eo aperto, tāta miri odoris vis & copia erupit, vt omnes illic præsentes, in paradisi delicijs se versari existimarent. Porrò autē Egbertus Episcopus è sarcophago reuerenter extulit ossa candida, posuitque ea in munda sindone, cantans cum omni Clero, Exultabūt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. id enim illi loco erat congruentissimum. Quis verò pro dignitate explicarē queat, quos illic lachrymarū imbres ab oculis præsentium expresserit lætitia spiritalis, quandò etiam ipse pontifex à lachrymis abstinere non potuit? Audiebantur autem etiam commixtim vulgi voces, hoc solùm crebrò iterantis: Kyrie eleison, &, Gloria tibi Domine.

Proceſſio cum Crucibus &c.

Odor suauissimus ex reliquijs S. Celsi. Psal. 149.

Cap.7. Deindè impositis in arcā sacris reliquijs, à viris pijs arca in ædē S. Eucharij summa reuerētia importata est. Vbì aūt ad monasteriū illud ventū est, ipse reuerēdissimus præsul Egbertus alta voce inchoauit canticū, Te Deum laudamus, cęteris ad finem vsq; cum illo id prosequētibus. Simul aūt ardebant lampades, campanæ crepitabāt, à thuribulis incensorū aromatum fundebātur ardores & suffitus: vt nulli esset ambiguum, in tam iucūda processione, angelorū pariter atq; hominū cōcentus summæ diuinirati in odorē suauitatis offerri. Vbì verò iam illatæ fuēre in templū sacræ reliquiæ, Episcopus eas reuerenter admodùm in sublimi reposuit loco, in ipsa B. Eucharij ara, omnibus cōmuniter gaudentibus, dulcesq; lachrymas vbertim pfundētibus. Et reuerà magna & ineffabilis erat causa gaudēdi, accedēte Treuirorū populo tā insigni parrono. Porrò ad Missarū solennia, pcedente Episcopo, in omniū, qui illic aderant, pectoribus auctus est timor & reuerētia erga B. Celsum, orāruntq; obnixè Deū, vt aliquo signo, eius sanctitas ipso die declararetur: quod & factū est.

S. Celsi elevatio.

Cap.8. Postq̄ enim Euangelium recitatū fuit, Episcopus pro more concionē habuit ad populum, expositq; vt reperta essent sacra pignora, hortabaturque, vt crebrò beatum Celsum viserent, mandās authoritate Apostolica, vt deincęps singulis annis diem eius natalitiū summo honore celebrarent. Finita concione, redijt ad altare, in honorē S. Celsi & pro totius populi Christiani salute nostræ redēptionis hostiā oblaturus. Vbi ad Præfationem post Offertorium ferè vētum est, toto Clero insp̄ecante, panni linei admodùm subtilis particulā accipiens, inuoluit illi articulum digiti beati Celsi, imposuitq; prunis ardentibus thuribuli, quibus thymiamata crebrabantur, totoq; illo tempore, quo Canonē mysticum persoluit, nihil pannus ille ab igne lęsus est. De purgatorio igne ab Apostolo dictū est, Vniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Declaratū hoc est per ignē materialē in B. Celsi digito. Vt eius præclara innotescerēt merita, non potuēre panniculum adurere carbones ardentes, illo id præstāte, qui nunq̄ non fuit, nunq̄ non erit, nunq̄ aliter fuit, nec vnquàm aliter erit: quo nihil est secretius, nihil præsentius: qui difficilè inuenitur vbì sit, difficiliùs vbi non sit: cuius vnius bonitate facti sumus, iustitia pœnas luimus, clementia liberamur: in cuius simplici substantia vel natura nihil est violabile, nihil fictum, compositū nihil: nec terræ particula regnum eius est: qui nulla probat flagitia, nunq̄ mentitur: cuius imperij ordinem nullū cuiusquam peccatūm vel perturbare potest, vel lædere. Quam verò beatū Celsum vrendi potestatē habuit ignis ille purgatorius in die furoris Domini, clementis ardentibus, quandò nec tenuem pannum adurere potuit ignis materialis, eius sublimibus meritis id impedictibus? quippè qui super fundamentū, quod Paulus architectus posuit, argentum, aurū & lapides pręciosos ædificare non desijt, quoàd in carne præter carnē vixit. Absoluta deindè Missa, Episcopus articulū illū, gratū Deo munus, reliqs ossibus rursùs adiūxit: dimisitq; populū, cùm eis benè precatus esset, laudantē Deū atq; dicentem: Nūc cognouimus, quidnā habeamus: quoniā bonus, quoniā in sęculū misericordia eius.

Diuinę maiestatis pro. Prietates.

Illustre sanè miraculum. 1. Cor. 3.

Ibidem.

Psal. 117.

MIRACVLA S. CELSI.

Cap.9. Expeditis tandèm illis, quæ ad inuentionem S. Celsi confessoris egregij pertinēt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

iam ad miracula veniendũ est,quæ per eius præclara merita declarauit Christus: vt
totum ad eius cedat laudẽ,sine quo nemo sanctorũ quicquam efficere potuit. Quis
enim habet quicquã,quod non ab illo acceperit? Pręuenit electos suos,vt benè ve-
lint: sed nisi etiã subsequatur eos & præstet vt possint, inanes sunt conatus eorum.
Rom.9. non enim volentis est,neq; currentis,sed miserentis Dei. Ità ergò & beatũ Celsum
spiritus sanctus sua gratia & pręuenit & subsecutus est: cuius sacrę reliqæ cùm men-
sem vnũ ab inuentione seruatæ fuissent super altari S.Eucharij, visum fuit Abbati
Gunderado & cæteris fratribus,vt indè ad altare S.Crucis trãsferrentur. Quod cùm
Multa fiunt miracula ad reliquias S. Celsi. factum fuisset, paucis pòst diebus, multis atque miris declarauit modis præpotens
Deus,quantum apud ipsum valeat beatus Celsus confessor eius.

Cap.10. Fuit enim in illo monasterio Richolphus quidã, ab ipso primo ortu contractus
miserandũ in modũ,vt vix hominis aliquã præ se ferre speciẽ videretur. Pedes mõ-
stroſi adhęrebãt natibus, reptabat miser humi. Admonebãt eum fratres, vt sæpè se
conferret ad arã S.Crucis,fore pollicẽtes,vt S.Celsi intercessione curaretur. Paruit
ille,& quadã nocte incumbens in preces apud aram illam,ab vna corporis parte sa-
natus est. Indè se ad suum lectulum recepit. Posteà,hoc tanto beneficio animatus,
rursùs eodẽ loco supplices preces beato Celso adhibuit. Nocte aũt ferè media cœ-
pit æstuare, præ nimio dolore exclamare, & membris omnibus ingentẽ quendam
edere fragorem. Expergefacti fratres accurrunt ad hominẽ,vident iam integra fru-
Sanatur cõtractus. entẽ valetudine, veteris morbi nullis in eo vestigijs apparentibus. Aguntur gratiæ
Deo, pulsantur campanæ, vt ciues quoq; excitentur ad laudandũ Deum. Aduolat
rei fama ocyùs ad Archiepiscopũ Egbertũ, venit is cum Clero & monachis ad S.Eu-
charij cœnobiũ, discit rem gestam enucleatiùs, Missarũ solennia celebrat, pro con-
Is post curationẽ fit monachus. cione explicat plebi quid gestum sit, hominẽ sanatũ monastico induit habitu, qui
Cap.11. posteà fortis & incolumis vtilẽ sanè operã illi mõasterio, charus omnibus, nauauit.

Ante paucos annos me præsente contigit, quod iam narraturus sum. Puer quo-
dam ab ipso penè matris vtero beato Eucharo oblatus, in eius monasterio dege-
bat cum alijs pueris,& ad Regulæ præscriptum instituebatur. Accidit aũt, vt quan-
doquè ex refectorio accepto poculo,ad hauriendam aquam solus exiret: sed cùm
è puteo eam attrahere nõ posset,abijt ad S.Materni oratoriũ,ad cuius fores ex mul-
ta pluuia, magna aquarum colluuies constiterat. Interim deliberanti aliquandiu
vtrum ne biberet ex illa aqua,nec ne, malus dęmon sumpta effigie hominis, appa-
ret, aquã ex illa colluuione hausta offert: bibit puer auidè non cõsignato potu,re-
dit ad cœnam fratrũ. Ea peracta,cùm extemplò post dictas gratias fratres redirent,
puer idem huc illuc cõijcit oculos, & tremebũdo pectusculo quendam grũnitum
edit,animaduertunt fratres dæmonem sibi illum vendicâsse. Vinctum igitur addu-
cunt ad altare beati Eucharij,orant pro illo,tandèm aquam sacrant,eamque in ho-
Dęmoniac⁹ liberatur. norem S.Celsi bibendam ei porrigunt. Hausta aqua,ilicò recessit terrimus fanta-
Puer autem iam sanæ mentis,cum iureiurando affirmabat se ea hora,qua fuit ad-
monе liberatus, perspicuè vidisse beatum Celsum stomachabundum vinculis alli-
gantem dæmonem ad fores, diuque repagulis portæ eum excruciantem, denique
interdicentem ei, nè deincèps locum illum violare ausus esset.

Cap.12. Sanatus est etiã puer cæcus, cùm eius cognati ad sacras beati Celsi reliquias cum
Videt cęcus adduxissent, oblatisq; cereis, pro eo Dominũ & eius confessorẽ Celsum deprecati
Contractus fit incolumis. essent. Curatus est quoquè subulcus quidã miserrimè contractus: itemq; puer toto
corpore mirabiliter inflatus, & vltimũ penè trahens spiritũ. Anno salutis millesi-
mo septimo, me præsente,dæmoniaca quædã allata est in beati Materni ædem,im-
Dæmõ pellitur ex fœmina. positaq; ei est arca,qua beati Celsi ossa continebantur. Cumq; illic triduò mãsisset,
quarto die integrè restituta est. Adolescens præclara indole, Burchardus nomine,
in beati Eucharij cœnobio manebat, ab ipsis penè incunabulis Deo illic nutrẽdus
à parentibus oblatus. Is hodieq; supereſt,& Diaconi fungens ministerio, non parũ
vtilis est illi monasterio. In eius aliquandò dormiẽtis auriculã irrepsit araneus,qui
adeò ei infestus fuit, vt toto triduo mirè affligeretur. Adhibebãtur ei etiã medico-
rum remedia, sed nihil ei cõtulerunt. Iam vita eius à plerisq; desperabatur, cùm ec-
cè subitò diuinitùs permotus,humi se ,psternit,&prolixè orãs,meritis se beati Celsi
Aliud miraculum. cõmendat. Absolutis precibus, araneus ab aure in volã dextræ manus eius decidit.
Illę immenso affectus gaudio,gratias agit Deo,& beato Celso famulo eius fideli.

Cap.13. Est apud Treuiros monasterium virginum, beatissimæ matri Dei consecratum, in quo

in quo à Dagoberti Regis temporibus sanctimoniales Deo religiosè famulantur.
Habet autem Horrei vocabulum. In eo tres nobiles monachæ vel sanctimoniales Alia mira-
à diuersis morbis,cùm beatum Celsum inuocâssent,curatę sunt. Hęc ex multis nos cula.
miracula literis mandare voluimus in laudem præpotentis Dei, cui est honor &
gloria in secula seculorum, Amen.

MARTIVS.

VITA SANCTORVM HEMITERII ET CHELIDONII MARTYRVM, PER D. GREGORIVM ARCHIEPISCOPVM TVRONENSEM scripta. *Habetur in libro eiusdem in gloriam plurimorum martyrum edito, cap. 93.*

ALAGVRRIS vrbs Hispaniæ Hemiterium, Cheli- Martij 3.
doniumque martyres gestat, sæpeq; ab eorum virtute Ecce sãcto-
miracula cernendo, diuersarum ægritudinum medi- rum virtus
camina capit. Hi etenim martyres à persecutore com- & potestas
prehensi,atque ad suppliciũ rapti,dum diuersis pœnis etiam post
afficerẽtur, ob diuini nominis confessionem, excepta mortem.
vltimæ damnationis sententia, deducuntur ad decol-
landum.

Cumque eorum capita lictor incideret,miraculum SS. Marty-
populis magnum apparuit. Nam vnius annulus, ora- res capite
riumq; alterius, nube susceptũ est, & in cælis euectum cæduntur.
viderũt. Hæc omnes qui aderant,vsquequò acies ocu-
lorum intendere potuit, fulgorem scilicet auri, candoremque lintei, suspectu se-
quebantur attoniti.

Præbet huius rei testimonium Aurelius Clemẽs in libro Coronarum his versi- Quære Tõ,
bus, dicens: Illa laus occulta non est, nec senescit tempore, Missa quòd sursùm per 2. Martij 3.
auras euolârunt munera, Quæ viam patere cæli præmicando ostenderent. Illius
fidem figurãs,nube fertur annulus: Hic sui dat pignus oris,vt ferunt,orarium: Quæ
superno rapta flatu lucis intrant intimum. Per poli liquentis axem fulgor auri abs-
conditur, Ac diù visum sequacẽ textilis candor fugit: Subuehuntur vsque in astra,
nec videntur amplius.

VITA PETRI ABBATIS CAVENSIS, EDITA A QVODAM EIVS AEQVALI, QVI SE TESTATVR SCRIPSISSE *ea, quæ ab antiquis eius monasterij senibus perceperit. Obijt hic Abbas anno Christi* 1137. *Nondùm comperi,vtrùm in Sanctos relatus sit. Numerum capitum nos ad marginem annotauimus.*

Monasteriũ S.Trinitatis à Caua,siue Cauense,est prope Neapolim.

CAVENSE cœnobium vt apertè claresceret quia pro- Martij 4.
fectus sui incrementa ex diuina dispositione meruisset, Cap.1.
hoc omnipotens Deus per viros venerabiles semper
rexit,atque ad eiusdem administrationem accedere pa-
stores reprobos non permisit. Nam reuerendissimo
valdè viro Alferio virum æquè venerabilem Leonem
substituit: huic autem Petrum subrogauit, qui patres
eximios sanctitate redderet, lucro superaret. Sed quia
illorum quædam de virtutibus atque vita descripsimus, Hęc Lector
ordo exigit, vt ea etiam, quæ de hoc venerabili patre suis locis
desideriorum igneo curru cælum penetrare meruerunt: iste dum ascendentes offendet.
sunt nobis dicta,narremus. Illi quidem,beati Eliç typo,

obser-

Universidad de Deusto
Biblioteca

obſeruare ardenter ſtuduit, habere illorum ſpiritum duplicem meruit: videlicet
for. deeſt, † cælestia fortiter amans, mirabiliter terrena diſponens, cælum diues intraret. Illi
† vt quidem rebus pauperes, virtutibus diuites, ad æterna gaudia peruenerunt: hic &
laborum ſuorum meritis diues fuit, & velut alter Ioſeph, mundi huius diuitias ad
Domini ſui ſeruitium ſapienter traxit.

Cap. 2. Fuit autem Salernitanus genere, viri venerabilis Alferij nepos carne, hęres con-
ſuetudine: ex qua nimirùm ſibi conſuetudine accidit, vt adoleſcens illius conuer-
Petrꝰ ſe dat vitæ monaſticæ. ſationē memoraret, atque hanc totis affectibus imitari ſatageret. Ad virum itaque
venerabilem Abbatem Leonem veniens, ſanctæ conuerſationis habitum ſuſcepit:
mox autem religioſæ vitæ ſtudium tam feruenter arripuit, vt rigoris propoſito
antiquis etiam patribus æquari videretur. Nam tantæ abſtinentiæ fuiſſe dicitur, vt
quinque aut ſex panum refectione, toto ſanctæ Quadrageſimę tempore contentus
eſſe videretur. Sed & remotioris vitæ ſtudium gerens, eiuſdem ſacræ Quadrageſi-
mæ dies in monte ſancti Eliæ, qui Cauenſi monaſterio altiùs præminet, obſeruare
conſueuerat: vt tanto ſe arctiùs diuinę contemplationi inſereret, quanto eum ab
hominum conſortio vaſtior ſolitudo ſepararet. Vbi etiam oratorium ſancti Eliæ,
& cellulam ſibi poſteà ædificari fecit, & magna æternæ vitæ gaudia magnis illic
laboribus ſæpè comparauit.

Cap. 3. Per idem tempus, cùm cœnobij Cluniacenſis religionē celebrem comperiſſet,
odore tantæ famæ illectus, quanquàm longè poſitus, illius congregationis ordi-
nem æmulari ardenter cœpit. Aſſumptis ergò ſecum quibuſdam de monaſterio
fratribus, cùm iam nauigio Genuam veniſſet, cenſus ferè omnis Dei pauperibus
defecit. Cumque in eodem defectu ſumptuum, ſpes etiam itineris deficere cœpiſ-
ſet, pius adoleſcens in orationem ſe proſtrauit, vt ſibi omnipotens Deus dignare-
tur tribuere, vndè id, quod eiuſdem amore cœperat, conſummare potuiſſet. Cum-
que ab oratione ſurgeret, & per oram maris deambularet, aureum annulum in-
uenit, cuius precium ad totius viæ ſumptus ſufficiens habuit. Cluniacum ergò pe-
Huius Hugonis vita eſt Tomo 2. die 29. Aprilis. ueniens, à viro venerabili Hugone Abbate mira charitate ſuſceptus eſt, vel quia
adoleſcens magnæ religionis ardore flagrabat, vel quia æmulandæ perfectionis
cauſa de tam longinquis Italiæ partibus venerat. Seniores autem monaſterij Ab-
bati ſuggerebant, vt eum in puerorum ſchola ponere erudiendum debuiſſet: quí-
bus pater monaſterij magnæ diſcretionis verba reſpondit, dicens: Hic niſi magna
deuotione ferueret, tam lōgè trahi opinione religionis nequaquàm poſſet. Virile
ergò opus deuotionis à debilitate eum aſſumpſit ætatis. Ex illo autem iam die re-
ceptus in conuentu fratrum, tanta obedientiæ virtute enituit, vt ſeptem ſimul,
ſicut alij dicunt: vt alij verò aſſerunt, plura diuerſarum officinarum miniſteria ſtre-
nuè & honeſtè perficeret.

Cap. 4. Et quia longum eſt cuncta ſtylo percurrere, cùm in claustro Cluniacenſi quin-
quennium, atque in capella Abbatis triennium compleuiſſet, atque intùs obedien-
& iuſſa exequi, foris verò diſponere & ordinare didiciſſet, liberalitati ſancti Hugo-
nis ſuo, id eſt, Cauēſi monaſterio reſtitutus eſt: vbi iam cùm doctus ſcriba in regno
cælorum, magnæ opinionis haberetur, petentibus Clero & populo vnà cum Gil-
ſulfo Salerni principe, in eccleſia Policaſtrenſi in Epiſcopum electus eſt. Qui cum
parùm illic temporis expendiſſet, exterioris vitæ ſtrepitum non ferens, ad mona-
ſterium rediit, ac ſe in interioris vitæ ſtudiū more ſolito totum dedit. Tunc pater
venerabilis Leo vehementer timens, nè monaſterium tanto viro priuarerur, ſimul
onus regiminis ſe iam præ ſenectute ferre non poſſe conſiderans, conuocatis fra-
tribus, eum ſibi ſucceſſorem conſtituit, & ipſe vt Deo per quietem vacaret, ad ec-
cleſiam ſancti Leonis de veteri, quam ipſe conſtruxerat, receſſit.

Cap. 5. Petrus autem venerabilis Abbas, monaſterij curam ſuſcipiens, tanta maligno-
Petrus præficitur Cauenſi monaſterio. rum ſpirituum tentamēta inuenit, vt tum primùm diabolus inſurgere cōtra eius-
dem acta videretur. Nam fratres, quos in Cella reperit, cùm Cluniacenſis ordinis
norma perſtringeret, tam duros & obſtinatos inuénit, vt murmurationis ſuę ſuſur-
ria ad virum venerabilem Leonem deferrent, atque eiuſdem mentem ſimplicem
ad iram traherent. Quod cùm Petrus Abbas comperit, ea quæ ſunt concordiæ &
pacis prouidens, ad monaſterium ſancti Archangeli, quod in territorio Cileni
ſitum eſt, deceſſit: ibique collectis fratribus, primùm normam eiuſdem, quem de-
dicerat, ordinis poſuit. Qui etiam non multo pòſt tempore, à patre Leone & fra-
tribus

tribus rogatus, redijt, atque inſtitutionem, quam priùs velut grauem contempſe-
rant, cum magna deuotione ſuſceperunt.

Cumque fama ſanctitatis eiuſdem ſe vehementer extenderet, cœperunt multi Cap. 6.
viri nobiles, multi ſeculi diuites ac potentes ſeculum deſerere, atque ei ſe in ſuper-
næ conuerſationis magiſterio ſubiugare. Sed ſapientium atque ſimplicium tanta
ad eum multitudo conuenit, vt ei promiſſio illa diuina facta videretur, qua dici-
tur, Faciam te in gentem magnam. Nam vt quidam religioſus paterfamiliâs ab Gen. 12.
eiuſdem ore ſe audiſſe teſtatur, quadam die cùm venerabilis pater eſſet hilarior, Pe multi ſub eo fiunt monachi.
quadam dilectionis neceſſitate coactus, pluſquàm tribus millibus virorum habi-
tum ſanctæ conuerſationis ſe impoſuiſſe teſtatus eſt, licèt poſteà ſuperuixerit, &
plures in monaſterio receperit. Tunc in huius viri monaſterio etiam pij patris Al-
ferij prophetia claruit, qua dixerat, quia de eadem Cella maxima ad æternā vitam
conuerſorum lucra eſſent colligenda. Viri quoquè ſeculi potentes cœperunt ma- Multa dantur monaſterio eius.
gnâ liberalitate, ad ſuſtentandos Dei famulos, prædia & poſſeſſiones abundanter
offerre. Omnipotens enim Deus ità eorum corda ad opus pietatis aperuit, vt tanta
monaſterio ferrent, vt non ſolùm collecta illuc fratrum multitudo viueret, ſed
etiam ex eorum plenitudine effundi pauperibus multa potuiſſent. Quod & pater
venerabilis nobiliter exhibuit: quia ex datis ſibi ęopijs non ſolùm fratres mona-
ſterij regulariter procurauit, ſed etiam innumerabilē cenſum inopibus erogauit.
Sed quid cum erogâſſe tātùm dicimus, cùm etiam ſtatuerit, vndè ſemper erogetur?
Nam noſtris temporibus inuenire difficile eſt, qui in cura egenorum ei ſimilis aut Benignitas eius in inopes.
æqualis habeatur: quos nimirùm cateruatim paſcere ac veſtire conſueuerat, ac ve-
ſticndos & alendos tanto ſtudio quærere, vt etiam pro inueniendis eis ciuitates
exploraret. Reuerà, vt ſcripturæ cum laudibus proſequamur, pater orphanorum,
& viduarum non iudex, ſed procurator fuit: quorū curam ità ſapienter diſpoſuit,
vt clàm eis vndè ſuſtentarentur tranſmitteret: quatenùs & illi ſine rubore perci-
perent, & quod pro æterua vita impendebat, occultaret. Quarè & diuinæ miſeri-
cordiæ largitatem ità promeruit, vt cùm in ſuſtentatione pauperum tanta effun-
deret, ſemper ſibi ſuppereret, vndè ſemper dare abundāter potuiſſet. Propoſitum
namque ſancti viri, licèt omninò niteretur, occultari non potuit: atque vt tantæ
gratiæ mererentur eſſe participes, non ſolùm viri, ſed etiam mulieres, vt valebant
manus, auxilium miniſtrabant.

Tunc vir Domini, vt ſe neceſſarijs ſumptibus ad perficiendum paratum vidit, di- Cap. 7.
latare monaſterium, atque tantæ multitudini aptum habitaculū parare diſpoſuit:
quod nimirùm, diuina gratia cooperante, inquantùm loci anguſtia paſſa eſt, tam Auctius red dit monaſterium.
decenter expleuit, vt mirari eiuſdem operis diſpoſitio poſſit, verè extimari non
poſſit. Nam cùm ex vno latere ſcrupea rupe, ex alio pendula fluminis ripa clauda-
tur, intercluſo illo medio paruo ſpatio ædificia tanta fundata ſunt, vt cùm foris lo-
cus cernitur, mirabile omninò ſit perſcrutātibus, quòd tanta intùs ſpatia continen-
tur. In quo etiam opere ſi illud, quod ad Moiſen dictum eſt, librare volumus, quo-
dam modo inuenimus. Nam cùm tabernaculum Deo conſtruere vellet, audiuit: Exod. 25.
Omnia fac, ſicut oſtenſum eſt tibi in monte. Volebat quidem omnipotens Domi-
nus, vt terrena domus fieret, ſed quam forma cælestium illuſtraret. Pater igitur ve-
nerandus omnem illum tabernaculi decorem, ad mentium diſcipulorū ornatum
traxit. Perfecta enim forma cælestium illa eſt, de qua dicitur: Non nubent, neque Matth. 22.
nubentur, ſed ſunt ſicut angeli Dei in cælo. Illa etiam forma cælestium eſt, quam Matth. 5.
nobis imprimit, vbi dicit: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cæ-
lorum. Tanta quippè pudoris ſpecie, tanta virtutum decore ibi illam diuinitùs
collectam multitudinem omnipotēti Deo ſeruire fecit, vt dubitare nemo poſſet,
quin cæleſti conuerſatione fulgerent. Sed quia nunc de ædificij ordine agimus, il-
lud ei, quod de æterna ciuitate legitur, conuenire videmus, Per omnes vicos eiuſ- Tob. 13.
dem Alleluia cantabitur. Nam Cellæ illius cuncta veſtibula ità diſpoſita ſunt, vt
ſingula ferè orationis, lectionis, pſalmodiæ proprijs officijs deputētur, & quocun-
què pergitur, orantes, pſallentes, canentes aut legentes occurrunt.

Perfecto igitur opere monaſterij, illic collecti fratres cœperunt tanto liberiùs Cap. 8.
diuina miniſteria exhibere, quanto ad hæc eos non ſolùm feruor charitatis accen-
derat, ſed etiam locus inuitabat. Pater etiam venerabilis Petrus in tanta ſe con-
uerſationis diſtrictione cohibuit, vt in tanta ſubditorum multitudine, cùm multi

magna

Universidad de Deusto
Biblioteca

Asperitas vitæ Petri.

magna conuersatione fulgerent, illius rigorem vitæ nullus ferre potuisset. Nam nec orationis eiusdem instantiam, nec vigiliarū prolixitatem, nec genuflexionum numerum, nec frigoris tolerantiam aliquis ferre potuit. Iuxta dormitorij quidem sui cellam aquæ piscinulam condere sibi fecit: vbi cùm hyemali tempore frequenter intraret, de nuditatis & frigoris tolerantia gloriari cū Paulo potuisset. Vinum ità omninò spreuit, vt etiā debilitato stomacho, & voce iam ferè amissa, vix à bonæ memorię Papa Vrbano ad eius quanuis modicum vsum reduci potuisset. Loricam subtùs ad carnem occultam induit, quousquè putresceret, & ab eius corpore rupta cecidisset.

Cap. 9.

Sed quia longum est, si singulis immoremur, hoc solum adhuc de eiusdem fama subiungamus, quia in omni ferè orbe venerabilis habebatur. Sed vt secularis au-

Contemnit mundi gloriam.

thoris verbis vtar, rigidi, honesti tātus obseruator fuit, vt cùm videri ab ipsis etiam Imperatoribus, & huius seculi potentibus longè positis optaretur, multaque ex hoc monasterio bona promitterēt, vir sanctus renuit, nec pro temporalibus rebus à Deo procedendum esse iudicauit. Et quia à nonnullis, qualis coram Deo sit, non creditur, qualis sit ab eo ostensus, ad detractorum eiusdem confusionem proferamus. Nam vt Euangelistæ Iohannis verbis vtar, *Si non esset ex Deo, non posset facere quicquam.* Et quia, vt dixi, æmulos sancti viri confundere cupimus, ferè omnium miraculorum eius testes optimos, viros scilicet sanctos ac venerabiles producamus: quanquàm necesse non esset eiusdem sanctitatem probare miraculis, cùm tantam operum eiusdem magnitudinem teneamus. Opera nanque mira atque ingentia sunt, quæ testimonium perhibent de eo, tanti cōstructio monasterij, tanta elegantia ab eo fundatæ religionis. Nam si is, qui aliquem peccatorem conuertit, multitudinem operit peccatorum, & qui calicem aquæ frigidæ sitienti dederit, mercedem in cælis habet: quanta lucra huius, quantos meritorum cumulos cēdicimus, qui tam largus in pauperes, tam diues in misericordia, tam studiosus ad feruens ad lucrandas animas declaratur, vt quandiù vixerit, nihil aliud egerit: & quandiù mundus voluitur, quia in eo conuerti peccatores non desinit, eiusdem meritum semper augeatur?

Iohan. 9.

Iacob. 5.

Matth. 10.

Cap. 10.

Sed eiusdem studia quanto vigore feruerint, quàm etiam fuerit prauis rigidus, quàm mitibus humilitate subiectus, quia explicare longum est, omittentes, quàm mirabilis ab omnipotente Deo potiùs ostensus sit, videamus. Senex nanque venerabilis Petrus Spoletinus, & Petrus Troianus, cuius religionis atque veritatis fuerint, nullus qui eorum tempore in monasterio mansit, ignorauit. Ij mihi narrare consueuerant, quia quadam die, dum monasteria circuiret, Teresinum cum eo venerunt. Ibi verò cùm in ecclesia S. Iohannis Missas celebraret, & quidam flabellum ministerium negligenter exhiberet, lampadem impulit, & oleum super altare fudit: cumque brandeum sparsus liquor infudisset, vir Domini valdè contristari cepit, & hoc quod contigit, non negligentiæ ministri adscribere, sed suis meritis imputare. Post aliquantos verò dies, cùm ad sancti Archangeli ecclesiam venissent prædicti fratres & cæteri, qui sancto viro ministrabant, brandeum illud curauerunt producere, vt indè oleū educere lauando debuissent: sed, quod valdè stupendum est, ità candidum & mundum inuentum est, acsi oleum in eo nunquàm cecidisset.

Miraculum.

Quod fratres cognoscentes, omnipotenti Deo gratias retulerunt: qui quosdam electos suos tam tenerè diligit, vt nec ad modicum patiatur contristari.

Cap. 11.

*Aut hîc, aut superiùs, mendū esse videtur.

In eodem quoquè monasterio res æquè mirabilis accidit, sicut eodem viro bonę memoriæ Petro * Arelano narrante cognoui. Nam cùm froccum domini Abbatis à capellanis negligenter fuisset repositum, mustela hoc iuxta cauernulæ suæ foramen reperit, corrosit ac scidit. Cumq; venerabili viro fuisset oblatum, vt corrosum vidit, indignans repulit, atque ait: Ite, & ei quæ scindere præsumpsit, hoc ijcite. Quod fratres ità vt iusserat, vndè tulerant, posuerunt. Alia verò die, cùm per locum transirent, mustelam, quæ illud vestimentum corroserat, super illud iacentem mortuam inuenerunt. Tunc nimis admirantes, quantæ virtutis pater eorum esset, colligere cœperunt, contra cuius voluntatem viuere animalia brutae nequiuissent.

Vide rem miram.

Cap. 12.

Sed diuinum effectum erga venerabilem patrem cur in animalium brutorum interfectione adstruimus, cùm eum sæpè nec rationalibus peperciſſe sentiamus? Rogerius nanque, castri S. Seuerini dominus, cùm rusticos monasterij frequenter

affligeret, & venerabilis viri mentem ad iracundiam prouocaret, quadam die prauitatis suæ vsum excessit, & hunc vltrà, quàm consueuerat, contristauit. Tunc quasi in præsentia summi illius nuncij assisteret, dixit: Eià sancte Michaël Archangele sic nos protegis? & baculo terram percutiens, commotus ait: Recedimus, quia hîc tanta ferre non possumus. Erat tūc Cilenti in prefato monasterio sancti Michaëlis Archangeli. Cuius nimirùm afflictionē mira & terribilis vltio diuina secuta est: ga

Vltio diuina in aduersarium viri Dei.

cùm longè ab eodem monasterio prefatus Rogerius maneret, solariū domûs eiusdem cecidit, atq; eiusdem filium paruulū extinxit. Et fortasis talis vltio pro seruorum Dei iniuria ab interno iudice infligi debuit, vt ille moreretur, qui patrem dolore puniret, atque ad reprobam eiusdem imitationem non crescceret. Extinctus quidem puer innocens, paradiso receptus est, sed peremptus compunxit patrem. Nam idem Rogerius his & huiusmodi plagis sæpè percussus, tandèm resipuit, & in fine conuersus, in monasterio habitum religionis accepit. Cui tamen adhuc sæuienti non vno semper modo restitit. nam eū quandoquè terroribus imperiji, quandoquè humilitate superauit.

Cap. 13.

Agrum nanque monasterij quēdam vberem concupierat, atque suis vsibus vendicare disponebat. Cumque ab eiusdem agri opere seminantes rusticos violenter expellere minaretur, venerando patri innotuit. Sequenti verò die ad agrum operarios secutus, aliquantos fratres secum duxit, cum quibus psallere instāter cœpit. Ille etiam minas suas prauitate vincere gestiens, cum armatorum manu in locum venit, cogitans quia is, qui minas suas seminando contemneret, ad eundem agrum sine armatorum præsidio non venisset. Sed cùm propiùs accederet, contra se non mucrones ensium, sed missile orationum vidit. Tunc illud saxeum pectus à feritatis suæ duritia emollitum est. sola enim religionis contemplatione superatus, arma proiecit, de caballo descendit, atque ad sancti viri vestigia proiectus, suæ temeritatis veniam postulauit. Quod vtiquè non minùs mirabile fuit, quàm si ab eiusdem corpore magni languoris molestiam orando depulisset: quia cordis vulnera ad curandum valdè sunt difficiliora, quàm carnis. In quo nimirùm opere, psalmodiæ dignitas exhibetur, quæ malignorum spirituum feritatem potenter effugare cognoscitur.

Precibus & humilitate vincit ferū hominem.

Cap. 14.

Et quia hæc Cilenti facta fuisse comperimus, debemus alia, quæ similiter illic sunt ostensa, narrare. Vir nanque idem venerabilis cùm Calabres fratres vellet inuisere, ad ecclesiam beati Apostoli & Euangelistæ Matthæi, quæ in Lucano litore circa vetus eiusdem sepulcrum sita est, declinare, & Missarum solennia celebrare proposuit: cumque propè id nauigando venisset, videns optimum ad nauigādum tempus, nautas procedere iussit, & deuotionis suæ munus in reditu suo eidē Apostolo exhibere deliberauit. quod quidem ità factum est, non tam veritatis deuotione, quàm virtute Apostoli. Nam cùm in reditu de fide maris dubitaret, & transire velut insalutato Apostolo voluisset, vbi ante eiusdem ecclesiam venit, subuersa nauicula, in mare cecidit, & quod promiserat, reddere compulsus est. Sed & mirabile spectaculum in hac Apostoli coactione subsecutum est: quia pater sanctus in mare deiectus, ad terram per aquas venit: sed vestimenta eiusdem ità sicca reperta sunt, acsi hæc aqua nulla tetigisset. Quod miraculum fratres plures nouerunt, atque addere soliti sunt, quia capellæ mantica, libri & panni, atque omnia vasa altaris ità inuenta sunt omnia aquæ humore libera, acsi non in mari natâssent, sed delata per terram forent. Quo nimirùm facto quàm familiaris Apostolo esset inotuit, quē ad sui ministerij vsum tenens, & in mare labi pertulit, & illæsum quasi per terram traxit. Sicque factum est, vt vir sanctus, qui manere sponte in loco nollet, maneret inuitus, & votum suum in memoria Apostoli tanto deuotiùs redderet, quanto in se eius voluntatem apertiùs didicisset.

Res admiratione digna.

Cap. 15.

Sed aquis præualuisse quietis eum cur miremur, cùm inuocatione meritorum eiusdem, maris tumentes ac sæuientes cumulos quieuisse coram secularibus hominibus teneamus? Nam quidam nobiles viri Neapolis, cùm per mare Caietam pergerent, vt nobilis cuiusdam iuuenis delatam illuc à parentibus sponsam deferrent, vehementibus ventis turbato mari, nimiùm pauere cœperunt. Cumque fluctus vehementer insurgerent, & euadendi spes iam defectis deficere cœpisset, quidam illorum nobilium, Abbatis familiaris, orationem ad Dominum fudit, atque se cum socijs, illius & fratrum eiusdem meritis de tanto periculo liberari postula-

uit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Miraculum

uit. Post cuius nimirùm vocem, mirabiles elationes maris mirabiliter quieue-
runt,& quanta essent sancti viri merita,ostendere visæ sunt,cui exemplo Saluatoris
Matth.14. se obediendo submiserunt.
Cap.16. Et quia non solùm extraneis & indoctis, verùm etiam quibusdam negligentio-
ribus monachis pro feruore Ordinis homo austerus visus est, illud narrando sub-
sequar, vndè quàm acceptus Deo fuerit de omni illa sua districtione, apertiùs
videatur: quos etsi sanctæ scripturæ authoritatibus facilè refellere possumus, ta-
men splendore miraculorum ostenso meliùs confutamus. Quidam nanque frater
Abscns ca-
stigat negli
gentem fra-
trem in spi-
ritu.
erat in obedientia sancti Fabiani martyris: qui cùm se negligêter ageret,in somnis
dominum Abbatem vidit: à quo regulariter verberatus, decæterò studiosus fuit.
Huic autem omninò simile aliquid in alio loco gestum, fratres venerabiles retu-
lerunt. Quodam nanque tempore cùm frater quidam de Cella quadam Calabriæ
ad monasterium veniret, cuiusdam secularis hominis hospitio susceptus est. In ea-
dem verò domo pro quadam solennitate conuiuium parabatur, & cùm plures ad
eiusdem conuiuij epulas vocarentur, fratrem etiam illum rogare cœperunt, vt re-
spectu charitatis eo die cibis communibus vteretur. Quod vtiquè frater ille pri-
mùm renuit,dicens,Non possum,fratres,quod dicitis,facere: quia regula monache-
rij talis est,vt cibos carnium nullus edere præsumat. Cumque secundò & tertiò re-
garent, & suis precibus vehementer insisterent, flexus est homo, & eorum cibos fe-
sumere promisit. Sed dum prandium pararetur, monachus de labore itineris pa-
rùm pausare volês, obdormiuit: cui venerabilis Abbas Petrus in somnis apparuit,
Item alium dicens: Quid est,frater,quòd seductori tuo tam citò assensum præbuisti? Talis ne
est ordo Cauêsis,vt in via directi fratres carnibus vescantur? Cumque ille culpam
agnosceret,& veniam precaretur,corporali indusio spoliari iussus est,atque flagel-
latus euigilauit. Tunc instantibus inuitatoribus suis, respondit dicês: Ego, frater,
cibos vestros nondùm sumpsi,& flagella promerui: iam si comedero, quid mihi
erit? Cumque rei gestæ ordinem audirent, vltrà ei molesti pro prandio non fue-
runt. Quibus nimirùm indicijs claret, quia affectum dilectionis, quem impendere
præsentibus consueuerat, absentibus spiritu impendere videbatur: vt aperte ea
resceret,quia omnis ille rigor disciplinæ ex magnæ dilectionis fonte defluebat: &
quod sæpè videbatur à negligentiũ pace discedere,cum summę pacis bono conue-
niret: quod meliùs ostendimus,si non solùm correpta corpora, sed etiam purga-
tarum animarum indicia disciplinæ illius vigore videamus.

Cap.17. Cioffus nanque monachus nobilis referre solitus est, quia Frederisius quidam
monachus fuit, Amalphitanus genere: qui extra monasterium in Cella quadam
manere iussus,negligenter vixit,atque religionis splẽdorem, quem susceperat, in
felicibus actibus deturpauit. Post aliquãta verò temporum spatia hic in monaste-
Pœna mo-
nachi nolẽ-
tis confite-
ri peccata
sua.
rio languore graui correptus est,atque ad extrema perductus. Cumque & monache
videret, & culpas suas confiteri erubesceret, mirabili pietate actum cum eo est, vt
magnis cruciatibus hunc languor in mortem traheret,& tamen mori non posset,
quatenùs & pœnæ constringerent,& mors terreret, vt peccata sua viuendo expe-
nere potuisset. Corpus etiam Dominicum,quo se indignum negligenter viuendo,
atque indigniorem valdè culpas occultãdo fecerat,sæpè sibi oblatum sumere non
valebat. Cumque cum fratres sæpiùs admonerẽt, & ille se excusando regeret, tan-
dèm præfatus monachus consilijs acquieuit, culpas confitendo aperuit, atque ex
more monasterij,domino Abbati, qualem se vidit, ostendit. Cui vir Dei nullum
ad agendam pœnitentiam vitæ spatium superesse considerans, nè impurgatus ab-
ret,faciem Domini præuenire disposuit. Nam prædictum fratrem moriẽtem cor-
porali vindictæ subdi constituit, vt carnis compunctione purgaret, quem delecta-
tione sordidum cognouisset. Sed & paternę illius dilectionis verbera,mira diuina
clementiæ signa subsecuta sunt. Statim enim vt meritorum suorum iudicium pa-
tienter excepit,oblatum sibi corpus Dominicũ sumpsit,& tanta pace statim obiit,
Ezech.18. vt in eo nõ solùm patris sui affectus,sed etiam Domini promissio firmaretur, Quia
hora,qua peccator conuertitur,vita viuet,& non morietur.

Cap.18. Frater quoquè alius erat in monasterio,qui Petrus,cognomento Piramius dice-
batur: vir sanè aliâs bonus,sed quodam næuulo auaritiæ infectus: qui cùm iam ad
exitum languore tentus appropinquaret,eiusdem vitij dæmonem sibi vidit assis-
re: quem cùm quid illic expeteret exprobrando inquireret, malignus spiritus re-
spon-

spondit: Pro tareno illo,quem habes, mihi hodiè tradendus es. Tunc monachus
aliorum bonorum operum suorum labore confisus,cùm dæmoni exprobraret,ac
pro simplicitate eum percutere baculo minaretur,dæmon abscessit, & non modi-
co terrore monachum turbatum reliquit. Fortè tunc senior quidam ex more mo-
nasterij cùm circà faceret,monachum illum alongè quasi cum alio loquentem au-
diuit, & solum inueniens,cum quo fuisset locutus, ab eo inquirere studuit. Cui si-
gno æger monachus dixit: Manè dicam tibi. Diluculò igitur circà redeunti ille
omnia per ordinem enarrauit, veniamque sui delicti postulans, vt domino Abba-
ti suggereret, rogauit. Quod vt pater venerabilis agnouit,eum,sicut alium,corpo-
rali vindicta expiatum soluit, atque eo die mori iam liberum dimisit. De quo ni-
mirùm constat, quia vir bonus merito virtutis obtinuit, vt parui, quod putabat,
peccati meritum viuendo prænosceret, vt eius pœnam post mortem sentire mini-
mè debuisset. Sed & cùm luce clarius sit, quia maligni spiritus merita peccatorum Dæmones nolunt scire nos peccata nostra.
nobis in hoc seculo semper occulta esse velint, nè ea euadere pœnitẽdo curemus,
dæmon, qui peccati meritum morienti exposuit, patet nimirùm, quia hoc non
sponte, sed coactus dixit. Quod etiam patris monasterij studijs adscribi debet: quia
illi est ad purgandum expositus, cuius erga filios pia correctio probabatur. Vidit
ergò malignum spiritum, nè videret, & illius fœuitiam studio reuerendi patris
euaderet.

Sed fugare dæmonia in discipulorum transitu, ei nouum nõ erat. Hugo etenim Cap.19.
monachus,boni viri Raineri fabri filius,cum patre & fratre suo alio,Mauro nomi-
ne,in monasterio conuersus est: quorum alter frater, velut eruditus & prudens,
Prior monasterij fuit: hic autem in communi ordine simpliciter viuendo, vsque
ad mortem mansit. Cumque iam recipiendæ mercedis suæ tempus venisset,ægritu-
dinem corporeæ mortis incurrit. Ad quem pater venerabilis iam transeuntem ve-
nit, eiusque animam omnipotenti Deo commendare studuit: cui & moriens fra-
ter dixit: In fenestra illa, pater, duæ aues sunt, vna valdè pulcherrima,alia horribi- Visio mona chi morien-tis.
lis valdè & nigra. Rogo igitur, vt horribilem illam eijcias. Tunc admirari fratres,
qui aderant, cœperunt, quòd attentè monstraret, & quod monstrabat, ipsi videre
non poterant. Pius autem pater intelligens, quòd moriens frater videre aliud,
quàm viuentes, posset, aquam exorcizatam sibi afferri iussit: qua profectò dum Vis aquæ benedictæ.
orando adspergẽs fenestram tãgeret, nigram illam auem protinùs discedere idem
moriens vidit: cumq; Deo gratias ageret,sancta eius anima carne soluta est. Tunc
fratres colligere cœperunt,quia ministerio venerandi patris in horrida aue malus
angelus recessit,bonus in pulchra ad ducatum præbendum electæ animæ reman-
sit: qui,alio recedente,eam statim vt de corpore est egressa,ad æterna gaudia dedu-
cendam suscepit. Nam idem frater post aliquantos dies in veste fulgenti cuidam
dormienti apparuit,& iam dubium non fuit,quòd à bono duce susceptus,ad æter-
na gaudia ab hoc exilio assumptus ascendit.

Sed neque illud silendum puto,quòd quidam secularis,in cœmeterio veteri iux- Cap.20.
ta cameram venerabilis viri huius sepultus, per noctes plurimas clamores atque
eiulatus emiserit: cumque sæpiùs fieret,& venerando patri non parùm molestus
esset,nocte quadam, cùm idẽ clamor & eiulatus circa miseri hominis illius sepul-
crum fieret,pater ab oratione surrexit, foràs exiuit, non sine magna indignatione
clamanti comminans: & ità ille obmutuit, vt penitùs clamare desineret, & virum
Dei molestare vlteriùs non auderet. Sicq; apertè claruit, quia vir venerabilis cùm
voluit,etiam mortuis imperauit. Quòd si clamor ille nõ mortui hominis, sed ma-
ligni spiritus extitit, sancti viri authoritas in hoc etiam magna fuit, quo iubente,
malignus spiritus siluit.

Sed quia mira facta eiusdem ostendimus,quædam etiam vitæ eiusdem exempla Cap.21.
producere debemus: quãquàm de forma ministerij sui dictum sufficere credimus,
quia leo superbis & irreligiosis, religiosis & mitibus agnus fuit. Nemo enim vn- Erga mites & elatos vt se gesserit vir Dei.
quàm immites & contumaces subditos fortiùs domuit, nemo humiles & subiectos
benigniùs honorauit. In istis nanque magisterij sui vigorem nesciebat, quos sæpè
quasi minor patronos suos, pro se vt Dominum rogarent, rogare consueuerat: il-
los verò & verbis & regularibus correctionibus comprimebat, vt negligentiarum
suarum torporem defererent, atque in cælesti conuersatione feruentes deincèps
esse debuissent. Obstinatis & improbis, post disciplinæ regularis morsus, mitigato-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ria illa suæ consuetudinis ingerere solebat, quibus & operis & intentionis suæ bonum luce clariùs ostendebat, Cum catena, inquiens, nolentem te ducam ad cœlum. Quo verbo sapientibus satìs indicabat, districtionis suæ seueritatem qua intentione sua, quo corrigendorum fructu, qua internæ pietatis dulcedine exhibebat. Verè medicus animarum fuit, quarum lucris nulla præposuit. Sed hoc meliùs ostendimus, si velut in luce positum, quoddam eius factum memorabile prædicetur.

Cap.22. Miles enim quidam, Gallus genere, in monasterio conuersus est: qui cùm plurimùm temporis communi ordine religiosè vixisset, tandèm post tergum respiciés,
Exod.16. mundi delicias, quas contemnendo fugerat, velut Aegyptij ollas carnium desiderauit. Relicto igitur monasterio, se à culmine religionis in præcipitium dedit, arma resumpsit, & viuere secularitèr cœpit. Qui cùm tam dementer erraret, & sedignum morte faceret, quandoquè diuina gratia, patris sui meritis, respectus, ad monasterium redijt, & multa quæ conquisierat, quasi gratissima munera secum portauit. Pater autem venerabilis cùm hũc redîsse cognosceret, cum magno gaudio re-
Apostatam monachum recipiẽtẽ vt tractarit. cepit: ea verò omnia, quæ attulit, contempsit, ingentem foueam fieri iussit, in qua delata omnia igne concremauit. Quod nimirùm vir sanctus faciens, exemplum posteris dedit, vt fratrum personas diligant, & animarum damna fieri nullius lucri dispensatione permittant.

Cap.23. In Synodo ei more suo nudo capite residenti, sanctæ memoriæ Papa Vrbanus pontificalem infulam misit: quam vtiquè vir Domini & pro summi Pontificis re-
Humilitas eius. uerentia venerabiliter recepit, & officiosissimè salutauit, & tamen eiusdem sacerdotalis mitræ vsum etiam rogante Papa cõtempsit. Quod non ob aliud fecisse creditur, nisi vt quorundam arrogantiam humilitatis exemplo damnaret, qui dum ea inaniter extollunt, indebitos sibi sanctæ Ecclesiæ honores non metuunt vsurpare. Multa sunt prætereà, quæ de hoc venerabili patre monasterij senes narrare cõsueuerant, sed mihi de his, quæ relata sunt, hæc retulisse sufficiat. Vt autem ad eius felicem exitum veniamus, eodem anno, quo de hoc mundo erat profecturus ad Dominum, Iohannes de Diano eiusdem Capellanus, huiusmodi visionem vidit.

Visio cuiusdam. Videbat siquidem, quia de loco suo montes tres maximi mouebantur, qui motu suo non paruam mundo collisionem minabantur: à quorum motu clamor tantus fiebat, acsì mundus destrui videretur. Cumque & ipse eodem terrore compulsus, ad ecclesiam vellet fugere, & quid esset quod videbat inquirere, audiuit quia illi tres montes, tres Cluniacenses Abbates essent, videlicet S. Odo, S. Maiolus, & S. Odilo, qui dominum Petrum Abbatem vt secum tollerẽt venissent. Sed cùm tempus, quo tollẽdus erat, inquireret, itèm audiuit, quia iuxta principis Apostolorum festum venirent, & eum de monasterio tollerent. Euigilans autem frater ille, de
Migrat ad Dominum. Abbatis sui vicino obitu nimìs contristari cœpit: quod tamen non eo festo accedit, quo putabat. Nam pater sanctus vicinũ Apostolorum festum viuendo transgressus est, sed circa festum, quod Cathedra beati Petri Apostoli dicitur, ad gaudia æterna migrauit. Obijt ergò senex venerabilis, maturus æuo, sed probitate maturior, sepultusque est in spelunca, quæ de Cella venerandi patris Alferij in oratorium beati Michaëlis Archangeli mutata est.

Cap.24. In quo loco quæ meritis eiusdem reuerẽtia debeatur, sæpiùs demonstrauit. Gregius nanque monachus, & monasterij armarius, pro negligẽtijs suis sæpè à viro Dei argutus fuerat. Quadam verò die, maligno spiritu instigante, cùm non sua merita, sed correptionis suæ amaritudinem memoraret, cõtra viri Dei sepulcrum expuit, & quem fratres monasterij quasì viuentem pronis ceruicibus in eodem loco laborare consueuerant, ludæorum more conspuere non expauit. Mos autem, cùm adhuc viueret, viri venerabilis fuit, vt subditorum culpas puniret, nè futuræ vindictæ
Punitur monachus, cõspuens eius sepulcrum. eos negligendo seruaret. Consuetudinis ergò suæ dignitatem post mortem etiam seruans, eundem monachum grauiter percussit. Nam vbi contra sepulcrũ expuit, facies eiusdem intumuit, & os ità torsit, vt in maxilla depositũ ex latere videretur. Percussus itaque, tũc primùm cognoscere Abbatis sui magnitudinem cœpit, cum eum, cui quasì mortuo exprobrauit, viuere meliùs post mortem, & dignitatis suæ vigorem tenere altiùs didicit. Sed cùm magnis doloribus ingratus paternis beneficijs torqueretur, liuenti facie, tumẽtibus labijs, cinctus doloribus, ad venerabilem
Is Simeon successit huic Petro post virum Abbatem meum Simeonem venit, reatum suum confitendo aperuit, & meriti sui dari sibi pœnam tantæ audaciæ dignam postulauit. Cui venerabilis Abbas respon-

respondit: Si ab illo percussus es, curare te nullus alius potest. Iussus ergò monachus redijt, & ante sepulcrum venerabilis viri in oratione prostratus, faciei & oris incolumitatem promeruit. Os nanque, quod ad derogationem sancti sputum ele-
Constabilis, qui nõ integro anno fuit Abbas. xit, percussum doluit, atque eo verba proferente pœnitẽtiæ, salutem recepit, vt patris sui iustitiam & pietatem contra detractorũ fallaciam probaret. Quia nimirùm vt magister bonus errantem percussit, & vt pius pater, quem percusserat, sanauit. Felix vtiquè, qui vtrunque potuit, videlicet & percutiendo corrigere, & sanãdo mulcere. Hoc autem, idem Sergius monachus senex retulit, sed me petentem relationis suæ miraculum, domini Abbatis Simeonis testimonio confirmauit.

Cap.25. Vrsinus etiam monachus non valdè huic dissimile solet narrare miraculũ. Ait enim, quòd quadam die Tusciam apud ecclesiam S. Michaëlis Archangeli plures monasterij fratres conuenerãt: inter quos erat Leo Barisanus, & Vrsus Ramarius. Tunc, vt fieri solet, confabulantibus sermo incidit, vt Abbatum monasterij opera & religio conferrentur. Sed cùm ad Abbatem Petrum omnem monasterij tam religionem, quàm exteriorum rerum collationem referrent, idem Vrsinus monachus laudatoribus patris sui resistere vehementer cœpit: cumque iam nec detre-
Apparet obtrectatori suo vir Dei, eúque virgis cædit. ctationibus parceret, fratres eum monere cœperunt, vt à talibus verbis silere deberet. Ille autem silere noluit, sed quantùm sibi placuit, nequiter loquendo processit. Eadem verò nocte ille, quem spreuerat, ei in somnis apparuit, atq; ab eo inquirere instanter cœpit, dicens: Sic, Vrsine, sic debet monachus loqui de Abbate suo? Qui cùm ea, quæ vigilans dixerat, memoraret, & illum, cui quasì absenti detraxerat, non solùm præsentem, sed etiam pristina authoritate præstantem cerneret, cum magno timore sui reatús sibi dari veniam precabatur. Vir autem sanctus ei indulgere noluit, sed ante altare oratorij eum ducens, regulari disciplinæ subdidit, atque tam acriter verberare cœpit, vt inter dolores exclamaret, & quid dormiens pateretur, patenter vocibus indicaret. Cumque fratres accederent, & clamantem excitarent, ordinem flagellorum exposuit, atque ad eorum veritatem & vltoris præsentiam cõfirmandam, scapularum liuores testes produxit. Quod profectò miraculum mihi Vrsinus idem dixit: sed certiùs rem scire volẽs, cùm ab Vrso Ramario quærerem, se clamãtem inter verbera Vrsinum audîsse dixit, & in euigilante verberum signa vidisse. Quibus nimirùm signis ostenditur, quo vir sanctus æternæ dignitatis honore potiatur, qui eos, quos in hoc seculo nutrierat, & corrigere docendo possit, & castigationibus emendare.

Cap.26. Nam vir vitæ venerabilis Odo Vestararius, quia magnæ veritatis & sanctitatis fuerit, nemo qui eum benè nouit, ignorat. Hic sæpiùs narrare cõsueuerat, quia frequenter sibi appareret, & eiusdem, si in aliquo erraret, facta repræhenderet. Præterèà memorato Sergio monacho cuiusdam malæ consuetudinis vsus inoleuerat, vt in vno loco diù fixus permanere non posset. Quadam verò nocte venerabilis
Corrigitur diuinitùs monachus inquietus. pater ei apparuit, & de mobilitate sua terribiliter obiurgans, se eum in proximo correcturum minatus est. Post non multos verò dies idem Sergius de solario ecidit, & costam fregit: atque ex illa iam die monasterium circuncursare non potuit. Hæc autem & huiusmodi, vt iam dixi, pater venerabilis in discipulorum correctione fecisse cognoscitur, vt ad horam suę vocationis eorum nullus imparatus inueniretur. Quorum profectò nonnullos sæpè præmonuit, & vt se ad vicinum exitum præpararent, imperauit.

Cap.27. Iohãnes quidam Romanus, monachus eiusdem nostri monasterij, qui etiam ad hoc Venusinum monasterium mecum venit, quantæ simplicitatis & religionis vir fuerit, à multis cognoscitur. Hic autem in castro S. Adiutoris cum cæteris fratribus manere iussus fuerat. Quadam verò die ad monasterium veniẽs, id quod apud memoratum castrum nouiter gestum nouerat, retulit dicens: Domino Leoni Barensi, magistro eiusdem castri, hesterna nocte dominus Abbas Petrus in somnis appa-
Apparet vir Dei Leoni Barensi. ruit, eique dixit: Frater Leo, quarè tam negligenter agis, & debitam psalmodiam defunctis fratribus nequaquàm reddis? Festina & præpara te, quia sub magna eris celeritate moriturus. Euigilans autem, timore prænunciati sibi obitús pauere mirabiliter cœpit. Cui etiam sequenti nocte venerabilis Abbas Constabilis apparuit, & eadem dixit. Ex qua nimirùm geminata visione ità territus est, vt in ecclesia psallens, bis quotidiè ex ordine Psalterium repeteret, & ab omni illa ociositate sua quiesceret. Post aliquantos verò dies idem Leo monachus languore correptus obijt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

atque quòd veritatem viuendo dixerit, moriẽdo firmauit. Hæc autem mihi Iohannes venerabilis monachus, adhuc viuente eo, qui visionem suę mortis viderat, narnauit. Quæ cùm in eiusdem obitu impleta didici, credere ea etiam cœpi, quæ per memetipsum non vidi.

DE S. PHOCA MARTYRE, EX S. GREGORIO TVRONEN. DE GLORIA MARTYRUM *cap. 99.*

Martij 5.

PHOCAS quoquè martyr, & ipse his martyribus regione coniunctus, apud Syriam requiescit: qui post multas quas pro nomine redemptoris est passus iniurias, qualiter de antiquo illo serpente triumphauerit, hodieq; populis declaratur. Deniquè si in quempiã in his locis coluber morsum stringẽs venena diffuderit, extemplò qui percussus est, vt ianuam atrij, quo martyr quiescit, attigerit, compresso tumore, euacuata virtute veneni, liberatur. Ex quibus nonnulli, vt celebre vulgatum est, iam tumidi malæ bestiæ ictu, iam toto corpore incrassante veneno, in hoc perflati vt spiritum exhalarẽt, inter manus delati, & in atrio positi, sunt sanati: nec vnquàm ob hoc virus obire hominem fas est, si sacrum limen fide plenus attigerit.

VITA SANCTÆ MEMORIÆ COLETÆ VIRGINIS, PER QVAM REFORMATVS EST ORDO S. CLARÆ

Authore Stephano Iuliaco, eius contemporaneo. Eam verò obnimiã prolixitatem detrimẽto. Laur. Surius mutato stylo in cõpendium redegit, sed absque historiæ detrimẽto. Non est sanctarum adscripta catalogo, quod equidem sciam.

Martij 6. Cap. 1.

MIRABILEM diuinæ cognitionis gratiam cõtulit spiritus sanctus, largitor liberalissimus, fideli ancillæ suæ Coletæ, apud Corbeiã in Picardia patre Roberto & matre Margareta, fœmina valdè religiosa, editę: idq; etiam in ætate tenerrima. Cùm enim quadrima esset, præter communem naturæ vsum, cœpit ità mentem habere ad cognoscendum Deum perpetim eleuatam, vt nullus vspiam prudens aliqua ratione posset ambigere, diuinitùs id illi esse inspiratum. Sicut autem de beatissimo Iohanne, cui mini præcursore leginus, eum teneris sub annis, cum fugisse turmas, & antra petijsse deserti: ità etiam hæc cilla Christi diuinæ cognitionis multiplici percepta gratia in annis puerilibus, gere cœpit ludos omnes & leuitates atq; curiositates puellarum, cõtemnere mundi vanitates & applausus. Etsi autem, sexus infirmitate prohibente, non sese abdidit in cremum, at tamen in paternis ædibus, quoàd eius fieri potuit, planè se gessit solitariam: quendam sibi paruum deligens locum, ab alijs seperatum, vbi tanquàm in oratorio accuratè sese exercebat in pijs meditationibus, in timore & amore Dei, eiusq; cultu ac famulatu, crebris quoquè orationibus deuotis: nec vnquàm ab illo nisi rarò, idque compulsa & inuita egrediebatur. Porrò coram seculi hominibus mirum in modum verecunda fuit, eisq; planè extranea toto vitæ suę tempore. Vnde quoties aliqua religionis necessitas, vel alia quæuis causa extra monasterij, vel sua priuata oratoria eam coëgit exire, coram quibuslibet etiam priuatis personis adeò erubescebat, adeò sibi contemptibilis & reprehensione digna videbatur, vt suo ipsius iudicio nunquàm vel dicendo vel faciendo publicè quippiam boni, tantum se profectum fecisse existimaret, quantum fecisset, si secum permansisset deus apud Deum & Dominum suum. Solebant interdùm puellæ coætaneæ eam inuitare, & in eam curam diligentissimè incumbere, vt secum eam educerent: sed nihil efficere poterant: immò verò sentiens illa plerunquè in spiritu illas venturas, diuinitùs sese occultabat vel sub lecto, vel alibi, donèc cognouisset eas abijsse. Ita

Coletæ patria & parentes.

Luc. 1.

Sancta puertitia.

Mira verecundia.

Erat quidem corpore parua, ætate iuuenis, sed grandæua ingenti desiderio perfectè diligendi Deum creatorem suum, illumq; timendi, illi seruiendi fideliter, & sedulò obsequendi, efficiendi vt ab omnibus similiter & cognosceretur, & timeretur, & super omnia amaretur. Erat vita & cõuersatione honesta, matura bonis moribus, sensuũ perfecta domitrix, ità vt sensus planè clausos haberet ad omnia, quæ conscientiæ purissimæ aliquã possent adferre labem. Conuersatio eius nõ tam terrena, quàm cælestis videbatur, & angelica potiùs quàm humana, optimè morata & religiosè cõposita, nec vlla poterat in ea vel vanitas, vel leuitas deprehẽdi. Omnes eius cogitationes, dicta & facta omnia, pura & fideli conscientia cò planè intenta erant, vt pro viribus exequeretur id, quod gratũ esset Deo, & proximos ædificaret & ad pietatẽ inuitaret. Ità fiebat, vt pleriq; admodùm religiosi homines nõ temerè colligerent, precioſum virtutis & gratię thesaurũ in ea latére, quẽ Deus mitteret in mundũ, ob exhortãdos & excitandos miseros peccatores, vt vitæ in melius cõmutandę sedulam nauarent operam. In eo enim, quẽ diximus, loco solitario cõtinuè macerabat & mortificabat tenerrimũ corpusculũ suum, sobriè & parcè ac duriter illud habendo, in duris cubando asseribus: vnico contenta eoq; vili operimẽto, & carnem nudam nodosis stringens chordulis. Fuit verò eleganti corporis forma, venusta facie, & inprimis grata atq; amabilis, tametsi illa semper, dũ fuit in corpore, & intùs & foris turpissimã & vilissimã se existimauit. Apparebat in eius facie albedo rubore permixta, sed multo tempore id illa ignorauit. Vbi autem id ei indicatum est, valdè doluit, orauitque Deum, vt eam pulchritudinem tolleret. Exaudita est à Domino, & rubedo abscessit: at tamen cunctorum oculis grata fuit, & quam omnes videre & audire cuperent. Mirabantur autem multi insignes homines tantum corporis decorem cum tam excellenti virtute in tantilla puella apparere.

Arcta sensitium custodia.

Corpus suũ duriter habet.

Cap. 2.

Parentes quidem eius, valdè studiosi pietatis & operum misericordiæ, cùm filiam vnicam didicêre tam sanctam ducere vitam, atq; in ea perseuerare, non mediocriter obstupuére, nec tamen ingrati fuêre Deo, sed pro tanto eius beneficio laudes ei & gratias medullitùs egerunt: atq; illius crebris exhortationibus incitati, vno animo constituerunt diligenter vitare quicquid offenderet Deum, animęque conseruare puritatem, ac de virtute in virtutem progredi. Singularibus autem quibusdã charismatis suis donauit illos Deus. Patri enim eius, qui erat natura comis, humanus atque amicabilis, id præstitit, vt posset redigere in gratiam eos, qui inter se dissiderent. Quod ità studiosè ille conatus est, vt vbicunquè audiret quosdam inter se discordare, alijs omissis, eò se conferret, nec laborem remitteret, donèc eos in certam concordiam redegisset. Valdè etiam afficiebatur ille misericordia erga pauperes, & fœminas à vitæ honestare in turpitudinem prolapsas. Ex ijs cùm quædam conuersæ essent meritis & exhortationibus filiæ eius Coletæ, vnam è suis domibus vltrò eis, itemque pauperibus alendis & fouendis attribuit. Porrò mater eius insigni fuit deuotione in Deum, illum perfectissimè & timens & amans, magnæ dedita vitæ parsimoniæ, multisque modis sese affligens & excrucians: atque vt minimum semèl hebdomadatim aut sæpiùs confessa peccata sua, accedebat deuotissimè ad sumẽdum corpus Christi. Ambo autem isti comiter permittebãt parulæ filiæ Coletæ, vt faceret, quicquid cælitùs ipsi esset inspiratum. Sed cùm multi, satana eos instigãte, carperent hoc nomine parentes virginis, dicerentque tantillæ puellæ id permittendũ non esse, pater eius non semèl constanter respondit: Planè mihi persuadeo, filiam meam nihil facturam, nisi quod bonũ sit. Coleta verò debebat tam multam patri suo ob staturæ suæ paruitatem exhiberi molestiam. Itaque in peregrinatione quadam orãs in templo, inter alia sic dixit: Vis ne Domine Deus, semper me tam manere corpore pusillam? Finitis precibus, confestim sensit aliquid sibi ad corporis magnitudinẽ accessisse, maioremq; redijsse domum, quàm fuisset ante susceptam peregrinationem. Facta verò est indè etiam animo robustior, ità vt planè statueret gratiam diuinitùs sibi collatam eriam ad aliorum vtilitatem conferre. Permisit igitur liberum ad se accessum permultis bonæ indolis puellis & virginibus atque etiam spectatis mulieribus, cum quibus loquebatur de rebus salutaribus, de perfectissimo erga nos Dei amore, de profundissima beniguissimi Saluatoris humilitate, de ineffabili passionis & mortis eius acerbitate: horrabaturque eas accuratè & efficaciter, seruire Deo animis promptis atque deuotis, eius præcepta seruare, mortiferas culpas omnes prorsùs vitare, fugere vana

Cap. 3.

Pietas parẽtum eius.

Matris eximia sanctitas.

Studet Coleta alijs lucrandis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mundi gaudia, à carnalibus oblectamentis abhorrere, eaque execrari & abominari. Quantus autem ex eiusmodi sermonibus consecutus sit fructus, vel indè satis liquet, quòd multæ virgines & viduæ, contemptis facultatibus, monasticam vitam complexæ sunt. Pleræque etiam iunctæ matrimonio, ad meliorem sese frugem receperunt, in eo statu fideliter & salubriter sese deincèps gerentes.

Effectus sermonū eius.

Cap.4. Humilitas eius egregia

Virtutes absque humilitate nomen suum tueri non possunt, nec aliquam animę coram Deo afferunt dignitatem, si sint humilitate destitutæ. Hanc igitur virtutem & altissimè habuit in suo corde defixam Coleta virgo, & in eius dictis atque factis per omnem vitam ea reluxit. Nam tametsi ab infantia mirabili fuit conscientiæ puritate, at tamen semper, dum vixit, se coram Deo & hominibus vilem, sordidam & abominabilem, etiam quibusuis peccatoribus deteriorem & sensit & affirmauit. Cumque interdùm fieret apud eam mentio quorundam immanium flagitiorum, quæ tum perpetrata fuerant, illa aiebat nihil ea esse, si cum suis culpis & peccatis conferrentur, quibus dignè puniendis nec ipsi possent inferorum cruciatus sufficere. Sentiebatque propter eiusmodi culpas & defectus suos indignam se esse vitæ monasticæ professione: Interìm verò pro Christi amore, qui ineffabili humilitate voluit esse minister noster, valdè cupiebat inseruire quibusdam religiosis fœminis, Deo purè & fideliter famulantibus. Atque ea causa, cùm adhuc seculari vestitur habitu, ad quoddam abijt monasterium eiusmodi fœminarum, eisque suam obtulit operam & officia. Sed Dominus, qui ad sublimius vitæ genus eam elegerat, non permisit eam in ea seruitute diù permanere. Nec tamen illud seruiendi desiderium hac ratione in ea extinctum est, sed auctum potiùs: adeò vt cùm non ignoraret diuinitùs se destinatam esse, beatissimo patre Francisco id impetrante, reformandis monasterijs illius, planè constituerit ob suam, vt putabat, indignitatem & inhabilitatem, ipsum adire summum Pontificem, eumque rogare, vt monasterium S. Francisci reformandorum curam susciperet, sibique suo diplomate potestatem faceret inseruiendi religiosis atque reformatis virginibus Clarissis. Et impetrauit illa quidem diploma Pontificis, sed longè diuersum, quàm putârat. In eo nanque appellata & instituta fuit domina mater & Abbatissa totius huius reformationis, tametsi id ipsa ignoraret. At nihilo minùs illa toto vitæ suæ spatio seruitam & ancillam totius Ordinis illius nominauit.

Seruit in quodā monasterio.

Cap.5. Vt se ipsa appellārit.

In literis quidem suis ità subscribere solebat: Inutilis seruitrix, & indigna ortrix. In constitutionibus verò ab ipsa, pro accuratiori obseruatione monastici nonis, collectis, semper se dicit sororem Coletam paruam, & ancillam, & indignam seruitricem Domini nostri, pauperem & inutilem religiosam Ordinis Claræ: nec vnquàm permisit quicquam vel dici vel scribi, quod in ipsius laudem vel commendationem cederet. In principio enim reformationis monasteriorum siue Ordinum beatissimi Francisci, in quibusdam precibus, quas pro illa fundebant ad Dominum, tum fratres, tum sorores eam, vt par erat, matrem appellabant. Quod vbi illa percepit, nullo pacto tolerare voluit, sed vt simpliciter sororis nomine appellaretur edixit. Inter alios adiutores, virtute consp icuos, quos Dominus in reformationis huius initio ei adiunxit, fuit etiam pater venerabilis

Henricus de Balma eius adiutor.

Henricus de Balma, vir magnæ religionis & integerrimæ vitæ. Is cùm multa scirepræ cæteris de occultis eius donis & charismatibus specialibus, clàm ea in scripta redegit, nè obliuione perirent. Sed id ea spiritu Dei reuelante non ignorans, nec se laudari sustinens, accitum illum acriter repræhendit, asserens se planè & esse & existimari debere magnam peccatricem, quouis etiam opprobrio & ignominia dignam. Itaque libellum sibi exhiberi iubet, totumque flammis exurit. Immò verò etiam ipsi Deo, multa ei secreta reuelare volenti, sic ipsa respondit: Domine Deus, sufficit mihi te solum cognoscere, & peccata mea, eorumque abs te veniam obtinere. Porrò totius instituti Franciscani reuerendissimus pater generalis, ab ea admonitus, quasdam pro toto illo Ordine constitutiones præclaras & vtiles composuit, vtque accuratiùs seruarentur, quasdam Coletæ laudes admiscuit. Quæ licèt non modò vtiliter, sed etiam necessariò adiunctæ essent pro totius Ordinis salute, at illa tamen, quotiès eas ipsa præsente recitari oportebat pro communi omnium fratrum & sororum salute, non potuit sine animi multo dolore eas audire, Christum Saluatorem perfectissimè imitari volens: qui cùm lepram nâsset leprosum, ait illi: Vide, nemini dixeris: & alibì non sinebat dæmones lo-

Comburit libellum vitæ suæ.

Matth.8. Luc.4.

qui, quia sciebant ipsum esse Christum. Sicut autem ille humanum & familiarem se præbuit miseris peccatoribus: ità & Coleta, quanuis summè abominaretur peccata omnia in Deum admissa, nunquàm tamen abominata est peccatores, cuiuscunque illi vel sexûs, vel professionis essent, commemorans propter illorum salutem Christum descendisse de cælis, seque in eorum numero reponens. Itaque semper illos in Domino confortabat, humanissimè adiuuabat, ingenti beneuolentia prosequebatur. Quo fiebat, vt multi peccatis implicati ad eam fidenter accederent, eique permulta sua immania flagitia referrent, quæ nulli vnquàm exposuerant. Illa verò tam comiter eos audiebat, tam efficaciter admonebat, vt & Deum & peccata sua agnoscerent, & ex animo vellent agere pœnitentiam, à diaboli nexibus expediti.

Studium erga peccatores.

Cap.6.

Vbi verò comperit summum Pontificem velle, vt Abbatissæ obiret munus, tametsi initiò non habuit cœnobia, & postquàm ea habuit, non tamen ità vt paratum erat, clausa fuêre, & multa in eis visebantur offendicula, quæ labendi occasionem præberent: his tamen non absterrita, ea sedulitate & industria illud coluit Abbatissæ munus, vt ad Dei gloriam, & Ordinis sui profectum omnia prosperè succederent absque confusione & perturbatione. Interìm semper illa aiebat se nihil vnquàm fecisse boni, sed potiùs religionis dissipâsse bonum. Porrò vbicunquè eam præsidere oportuit, siue in Capitulo, vt vocant, siue in refectorio, vel alibì, tanto correpiebatur timore ac tremore, ac si summus ille coràm adesset iudex, cuius & præsentia se iudicabat indignam, & absente illo prorsùs non dignam, quæ quouis modo alijs præsideret. Semper igitur tam publicè quàm priuatìm vltimum sibi delegit locum, & cùm sola esset, no n ferè nisi aut flexis genibus, aut humi residere videretur. Aliquotiès ob incidentem morbum solebat vti cuiusdam sanctimonialis opera ad dicendas preces horarias, & alia quædam pietatis exercitia absoluenda: sed tum omnibus se inferiorem censens, potiùs nouitiam quandam sibi adhibebat & simplicem, quàm professam & doctam: eamque voluit & inchoare diuina officia, & etiam concludere, se indignam arbitrans, quæ id faceret. Priùs autem, quàm monasticum indueret habitum, cum multa humilitate conferebat subsidia in pauperes, variasque suis manibus præstabat egenis eleemosynis. Sedens in paterna domo ad mensam, si audiuisset mendicos, surgebat à mensa, porrigebat eis ex optimis cibis perquàm familiariter & benignè, edebatque libēter & bibebat cum eis, omni horrore contempto & proculcato. Si adesset opportunitas, alacriter etiam pedes illis abluebat, tergebat & purgabat hulcera, maximè si esset sola cum eis, non dubitans se Christo facere, quicquid illis fecisset.

Abbatissæ munus strenuè exequitur.

Benignitas eius in pauperes.

Cap.7.

Fuit verò etiam obedientiæ virtus eximia in ea. Nam quemadmodùm Apostoli Christum vocantem promptè secuti fuêre, ità & illa ad primum sancti spiritûs instinctum libenti animo se obtulit ad complectendam vitam monasticam. Et primò quidem assumpsit tertium beati Francisci ordinem, includens seipsam vltrò in quodam angusto habitaculo, quod inclusorium vocant, coniuncto cuidamædi sacræ, ità vt posset audire Missas, & percipere sacratissimum Eucharistiæ sacramentum. Vtque commodiùs his potiri posset, quidam Franciscanus ad eam à Deo missus est, vir sanè bonus & præclarè eruditus, regulæ monasticæ strenuus cultor, quales tunc aut nulli aut rari erant illis in locis, quòd tunc non haberentur illic monasteria Minorum benè reformata, quemadmodùm posteà fuisse constat. Ille ergò introduxit eam solenni ritu in illud inclusorium, cùm priùs benè & diligenter instruxisset eam de omnibus agendis, multasque ei adhibuisset consolationes & consilia saluberrima, optimasque institutiones, quæ nunquàm deinceps ab eius memoria exciderunt. Huic venerabili viro Dominus reuelauit immanes dolores & labores, quos Coleta pro eius amore & animarum salute ferebat, maximè pro reformando statu monastico, cui tota vita sua cōtinuis exercitijs valdè intenta fuit. Illa verò prædixit in inclusorio obitum huius viri, qui posteà ei quotannis semèl apparere solebat specie elegantissima, & in multa gloria. In illo inclusorio māsit ea annis quatuor, vixitque in eo sobriè, valdè duriter & asperè se habens, horrido vtens cilicio, tribus catenis ferreis stringens corpus tenerum, quæ mirè cruciabant carnem eius, humi cubans, capiti supponens pro puluinari truncum ligneum. Id genus exercitijs adeò edomuit corpus suum, vt ad omnia prom.

Insignis obedientia.

Degit inclusa.

Asperitas vitæ eius.

ptissi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptissimè spiritui obedire videretur, prauis cupiditatibus planè extinctis & mortificatis. Præter hæc autem certis horis in preces & meditationes incumbebat, officiaque charitatis, miseros peccatores exhortando, & è teterrimo vitiorum carcere satanæque laqueis educendo, atque ad Deum reducendo. In omnibus autem exhortationibus suis primò agebat de Dei & sanctæ Ecclesiæ præceptis accuratè obseruandis. Porrò etiam ante susceptum monasticum habitum superiorum iussa & dictis & factis exequenda declarauit. Quid verò post monasticæ vitæ professionem senserit, ex his, quas subijcimus, eius constitutionibus facilè poterit animaduerti: Sorores meæ, inquit, multùm diligenter aduertere deberis, quatenùs quandocunquè per superiores aliquid mandatum siue prohibitum fuerit, nullatenùs vtamini vestro proprio sensu, seu propria voluntate, nec proprijs consilijs: sed magis promptè & voluntariè pro amore Domini nostri Iesu Christi, (qui permanens inter nos inferiùs in terra, cuncta fecit conformiter ad voluntatem patris cælestis) debetis obedire, vosque submittere voluntati & determinationi vestræ præsidentis. Nam melius est, proprios sensus, & propriam voluntatem, ac propria consilia pro Dei amore relinquere, quàm omnes mundi diuitias acquirere, sensu proprio cum sua voluntate retentis. Nec credo aliquam viam fore latiorem, nec quæ faciliùs ducat in æternam damnationem, quàm sit propria voluntas: nec aliquam ex opposito breuiorem ad vitam sempiternam, quàm sponte renunciare illi. Quapropter exhortor & moneo vos ob reuerentiam Domini nostri Iesu Christi, qui in hac valle miseriæ à principio vitæ suæ, vsque ad finem suæ amarissimæ, dolorosæ seu acerbissimæ passionis obedire voluit indeclinenter patri suo, quatenùs vestris superioribus promptè & liberè velitis obedire, prætermissa qualibet ostensione rebellionis, contradictionis seu excusationis cuiuscunque. Hæc illa.

Hic nihil mutatũ est in stylo.

Pernicies propriæ voluntatis.

Cap. 8.

Maximè autem inculcare solebat monasticam vitam complecti volentibus vt præcepta Dei, tanquàm inprimis necessaria, præcipuè cognita haberent: summopereque studebat, vt dies Dominici & festi nedùm à sororibus eius, sed etiam à cunctis Catholicis exactè colerentur. Itaque nunquàm permittere voluit, vt pro sustentatione fratrum vel sororum instituti Franciscani Dominicis & festis diebus etiam necessaria alimenta emerentur: & quanuis liberè consentiret, vt ijs debus eleemosynæ peterentur, vel oblatæ reciperentur, ferre tamen non potuit, vt tales eleemosynæ de loco in loca quouis modo transferrentur: vti etiam admittere non voluit, vt ad necessaria reparanda vel construenda suorum monasteriorum ædificia res necessariæ ijs diebus conuecherentur. Accidit tamen quandoquè vt ob instaurandum quoddam templum Ordinis sui die festo, sed non solenni, incogitantia vel imprudentia eorum, quibus eius rei cura mandata erat, quædam necessaria studio humanitatis procurarentur. At vbi id illa resciuit, adeò fuit animi dolore non mediocri correpta, vt metus esset, nè locus destrueretur, vel festis minis ictu euerteretur propter eximium zelum illius. Vt autem dies solemnes summo studio celebrarentur, voluit vt diebus illis, qui festos proximè antecederent, res necessariæ compararentur. Obtinuerat tum vsus, vel potiùs abusus in multis vrbibus & pagis, vt Dominicis & solennibus diebus nundinæ fierent. Quod cùm illi summoperè doleret, egit multa instantia tum per concionatores, tum per preces supplices, quas ipsa magistratibus eiusmodi locorum offerebat, vt ad dies non festos illæ nundinæ transferrentur. Ipsa quoquè cùm esset in itinere, libenter solebat Dominicis & festis diebus hærere in illis locis, ad quæ tum fortè peruenisset, atque illic deuotissimè vacare rebus diuinis. Accidit quandoquè venire illam, à quadam visitatione redeuntem, in pagum quendam sanè exiguum. Immanebat verò dies Dominicus, & post eum alia solennitas. Etsi autem multus eum ibi esset militum discursus, tamen manente illic Coleta, & ferias agente, nullus ei pago molestus fuit, nec quisquam accessit propiùs, Deo locum protegente propter ancillam suam. Magni quidam mercatores planè constituerant, vt lucrum omne, quod Dominicis & festis diebus fecissent, pauperibus erogarent. Sed tamen quanuis multa eiusmodi, & sibi & suis valdè necessaria, Coletæ offerrentur, addu-ci non potuit, vt ea pro eleemosyna acciperet. Aiebat enim, talia sibi non bene parta videri.

Dies festos quàm voluerit exactè coli.

Respuit eleemosynas ex lucris iniustis.

Cap. 9. Visio eius.

Oblata ei quandoquè fuit visio terribilis, in qua omnium cuiuscunque generis homi-

hominum peccata, & quas propter ea luerent, & luituri essent, pœnæ, itemque multa alia ei perspicuè reuelata fuêre. Ex earum autem sanè horribilium pœnarum contemplatione tantus eam inuasit tremor & horror, vt continuis octo diebus semper sibi videretur præceps ruitura in illas immanissimas pœnas & cruciamenta. Tandèm post visionem illam sibi restituta, in media fenestella habitationis suæ conspexit ferrum transuersum, idque tanta vi manu comprehendit, vt ægrè post longum spatium indè eam amouere potuerit. vsqueadeò eam perseuerat ille eadendi timor. Manfit autem hæc visio animo eius penitùs impressa vsquead supremum vitæ diem. Quòd autem viderat tam multa in diuinæ maiestatis iniuriam admitti peccata, indè longo tempore dolorem concepit vehementissimum & penè intolerabilem, fundebatque nocte ac die preces feruentes atque speciales omnipotenti Deo, vt miseros peccatores ad se conuerteret: nec est fraudata desiderio suo, Domino ei reuelante, quòd randèm fieret id quod petebat. Vidit enim in visu beatissimum Franciscum ipsam exhibere Christo coram eius sanctissima matre & beatissimis Angelicis spiritibus, rogareq; vt ipsam donaret sibi reformatricem Ordinis sui, & cuius opera potissimùm conuerterentur miseri peccatores, quos iam antè in visione conspexerat. Porrò Christum libentissimè annuere S. Francisco. Ex ea autem visione etsi mirificè lætata est ob peccatorum conuersionem, at tamen valdè doluit, se primariam à Deo & beata Virgine ad id negocij designatam. Putabat enim se prorsùs indignam & inidoneam, nec facilè potuit suum ad hoc accommodare assensum. Domino autem suam ei voluntatem indicanti objiciebat suam ruditatem & ignorantiam, tum quòd vouisset se non exituram de incluforio suo, tum etiam quòd vereretur dæmonis illusionem eiusmodi visionibus sese admiscere. Cumque perplexa foret hac in parte, statuit ad preces se conferre & consilia sanctorum hominum, quos nouerat & vitæ sanctimonia & multa doctrina pollentes. Quod cùm fecisset, ij omnes vno ore hortati sunt eam, vt intrepidè consentiret. Vt autem certior esset Deum prorsùs velle ipsa tanquàm instrumento in hac reformatione Ordinis & peccatorum conuersione vti, primùm omni loquendi facultate triduò priuata est, & rursùs triduò oculorum lumine orbata, donèc diuinæ consentiret voluntati. Quod vbi fecit, & loqui & videre potuit. Additum est etiam aliud signum. In eius incluforio sanè angusto derepentè creuit arbor quædam valdè speciosa, foliis optimè compositis, & floribus instar auri rutilantibus, è quibus odor fundebatur gratissimus mireque conforrans. Sub hac autem arbore compluresaliæ admodùm formosæ sed parum, nec primæ illi comparandæ arbores excrescebant. Hæc vbi illa vidit, suspicata fuit dæmonem sibi illudere, qui multis modis ipsam impedire & infestare nitebatur. Itaque arborem illam cum alijs minoribus funditùs extirpatam, foràs eiecit. Sed post dies paucos, Deo volente, rursùs similes illic enatæ sunt arbores, & quædam etiam in alia loca transferri videbantur. Intellexit ergò ex tot signis, quid ijs significaret Deus: puta arborem magnam, ipsam esse: minores arbores, homines vtriusque sexûs, qui per eam venturi essent ad vitam perfectam: translatas verò id innuere, etiam in exteras regiones eam; quam molitura esset, reformationem propagatum iri. Cœpit igitur vereri, nè Deum offenderet, si pergeret esse difficilis ad consensum. Quamobrèm totam se in suis precibus diuinæ permisit voluntati, at tamen id orans, nè primæ partes ipsi attribuerentur. Simul autē atquè assensit, cælitùs ei infusa est perfecta cognitio eorum omnium, quę illi reformationi essent necessaria, quæ illa breuiter in chartula quadam annotauit. Adiunxerunt autē se illi paulò post non pauci strenui adiutores, in quibus fuit etiam is, quē suprà diximus, Henricus de Balma, professione Franciscanus, qui eius fuit confessarius, vir magnæ perfectionis, à teneris annis timens & amans Deum, rudis quidem & imperitus rerum temporalium, sed in diuinis & spiritalibus benè versatus, erga peccatores humanus & misericors. Sæpè de illo testari solebat Coleta, nunquàm ad eum accessisse quantumuis impium peccatorē, qui non esset consolatione affectus. Quàm multos autē vtriusque sexûs peccatores ille ad Deum & monasticæ religionis professionem adduxerit, soli Deo notum putamus. Os illius penè semper diuinis affluebat sermonibus. Permultos ægros, varijs affectos morbis, solo crucis signo curauit. Et vt paucis multa complectar, vita eius cælestis potiùs, quàm terrena videbatur, ità vt posset dicere & ipse cum Apostolo: Nostra conuersatio in cælis est.

Orat efficaciter p peccatoribus.

Certis signis cognoscit Dei voluntatem.

Henrici de Balma insignę præconium.

Philip. 3.

Cùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.10. Cum hoc autem venerabili viro decreuit Coleta conferre se ad Benedictum, qui tum in Gallijs pro summo Pōtifice se gerebat. Vt verò id fieret expeditiùs, quædam illustris matrona diuinitùs permota venit ad Coletam, Corbeiæ in suo incluſorio degentem : eiusque ſermonibus adeò incensa & animata est, vt promptiſſimam offerret operam ſuam ad impetranda ea, quæ Coleta petebat. Itaque breui id effecit, vt liceret ei ex incluſorio egredi, quod tam multis modis diabolus conatus erat impedire. Deindè obtulit se ad deducendam eam ad Benedictum Pontificem, atque indè reducendam. Quam eius inſignem liberalitatem & beneuolentiam Coleta gratiſſimam habuit, mirificè lætante illa nobili matrona, quòd ſperaret se ſingularem à Domino gratiam conſecuturam. Duxit ergò eam ad Pontificem non ſine multis eximiæ humanitatis officijs. Qui autem ex familia illius comites se itineri adiunxerant, multùm delectabantur præſentia Coletæ virginis, ſentiebantque se diuinitùs & vires & conſolationes accipere. Erat enim inter illos Coleta tanquàm totius ſanctitatis exemplar, ſacrisque inſtitutionibus ſuis inflammabat animos eorum, incitabatque ad feruenter amandum & piè timendum Deum, ad illi humiliter ſeruiendum, ad vitanda peccata, ad obſeruanda præcepta Dei. Quibus verbis magnam vim addebant geſtus eius honeſtiſſimi & conuerſatio ceſtis : qua fiebat, vt non tam hominis, quàm angeli ſpeciem referre videretur. Cogebant autem illam interdùm, miſerati eius teneram iuuentutem, equo inſidere. Sed illa ſimulatquè inſedit iumento, adeò ſe dabat ſanctis meditationibus, vt mentis ecſtaſim pateretur, nec quicquam aduerteret ex his, quæ vel dicerent vel fierent ab alijs. Nec tamen corpore vacillabat, ſed ità ſedebat erecta & immota, acsi ab angelis, quod nos non ambigimus, ſuſtentaretur. Porrò nonnunquàm pedibus ire agens, ſi via eſſet aſpera, videbatur alijs non attingere terram, ſed tanquàm in aere volitans, breui magna tranſmittere ſpatia, vt facilè alij etiam fortiter gradientes eam non fuerint aſſecuturi. Voluit autem egregiam quandam fœminam ſeſe antecedere diebus aliquot, & Pontifici indicare aduentum ſuum. Ibi tum videre licuit crudeliſſimorum dæmonum inſanum furorem atque liuorem. Illi enim adeò eam infeſtârunt fœminam, vt mente capta, prorsùs nuda incederet, tamque inhoneſtè & ferociter ſe gereret, vt nemo auſus eſſet ad eam propiùs accedere. Postquàm autem Niceam venit, vbi tum Pontifex morabatur, celeriter eius aduentus Pontifici innotuit. Ille verò iuſſit eam benè veſtitam ad ſe introduci. Venit igitur ad Pontificem, & eccè repentè ſibi reſtituitur, datumque ſibi negocium tam prudenter & diſertè exequitur, vt Pontifex ad omnia annueret, aduerteretque Coletæ inſtitutum diuinitùs agi, quandò ea fœmina à tanta inſania tam cito ad ſanam reuertiſſet mentem. Ità tum cluſa eſt maligni dæmonis machinatio.

Coletæ ſermōes & geſtus ſanctiſſimi.

Miri quidam.

Venit ad Benedictum, pro Pontifice ſe gerentem in Gallijs.

Non multò pòſt venit eò etiam Coleta : quam vt vidit Pontifex, clementer eam intuitus, acceſſit propiùs, & crumenulam ab eius zona pendentem ſua manu abſtulit, in qua erat chartula, cui inſcripſerat Pontifici proponenda. Eam ille legit, cognouitque totum eius negocium. At nihilo minùs illa quoquè ore ſuo expoſuit ei cauſam itineris ſui, & quid expetteret. Duo autem potiſſimùm ab illo petebat, vt liceret ei S. Claræ amplecti inſtitutum, & vt reformaretur Ordo S. Franciſci. Viſa ſunt ea Pontifici rationi conſentanea, ſed quòd non deeſſent, qui contradicerent, diſtulit aſſenſum in aliud tempus. Et eccè peſtis ſæuiſſima inuadit eam urbem, moriunturque ſubitò inter alios quidam ex ijs, qui vel maximè negocium illud differendum cenſuerant. Quæ res apud homines non ſtupidos id effecit, vt exiſtimarent id accidiſſe propter iniectas ancillæ Dei moras, ciusque preces nonnullis longum tempus reiectas. Et Pontifex ſanè ijs, quæ quotidiè fiebant, permotus, noluit eam protrahere diutiùs : ſed ad ſe accitam, coram multis & eccleſiaſticis & laicis, cùm priùs prolixè commendâſſet vitam Euangelicam, quam illa profiteri volebat, eam recepit ad profeſſionem inſtituti S. Claræ, eiusque capiti ſuis manibus velum impoſuit, & eam fune cingens, atque etiam conſecrans, Abbatiſſamque conſtituens earum omnium ſanctimonialium, quas ipſa reformatura eſſet, vel quæ ſub ea ſe darent vitæ monaſticæ, quam Clariſſarum vocant. Ad extremum hortatus eſt eam, vt prudenter ageret, vota Deo nuncupata fideliter præſtaret, atque ſemper ſeipſa melior fieri conaretur. Obtulit quoquè ei liberaliter ad omnia opem ſuam, & confeſſario eius eam commendans, iuſſit nè vnquàm illam deſereret : deniquè ſuam ei & omnibus itineris ſocijs benedictionem impertijt. Maior deinceps à pleriſque ei reuerentia præſtita eſt, maximè quòd à multis mater appellaretur. Illa verò ſcire volens, quid hoc ſibi vellet, vt audiuit Pontificem eam Abbatiſſam creâſſe, mirè doluit, nec aliud ſibi perſuadere potuit, quàm ſe nihil differre à cæteris monialibus, nec Abbatiſſæ munus habere. Sed tamen tandèm ea de re certior facta, humiliter & inſtanter petijt à Pontifice, vt ab eo officio ipſam abſolueret. Ille verò reſpondit : Quod factum eſt, factum ſit, & factum erit, & factum remanebit.

Coram illo profitetur inſtitutum S. Claræ.

Cap.11. Poſtquàm autem à Pontifice receſſit, cœpit diligenter in eam curam & cogitationem incumbere, vt quod ab eo iuſſa erat, executioni mandaret. Sed teterrimus dæmon tam præclaros conatus ferre non ſuſtinens, vndè colligebat copioſiſſimos animarum prodituros fructus, moleſtiſſimas & propè intolerabiles tum per ſe, tum per adminiſtros ſuos ei perſecutiones intulit, ità vt omnis generis mortales, etiam illi, qui priùs ei fauerant, eam totis viribus oppugnarent, vocarentque eam veneficam, & dæmonum cultricem : eoque rem perducerent teterrimis obtrectationibus ſuis, vt nemo eam auderet hoſpitio recipere : atque ità cogeretur illa, relicto natali ſolo, aliò commigrare. Sed non deerat ancillæ ſuæ Chriſtus. Humaniſſimè enim excepta est à Blancha Comitiſſa Gebennenſi, quæ vt eius aduentu impensè lætabatur, ità exhortationibus illius multùm profecit in cognitione Dei, & propriæ conſcientiæ expurgatione : nec facilè deincèps cum ſuis ab ea voluit ſeparari. Vtque eam poſſet ſibi coniunctiorem habere, permiſit ei & comitibus eius dimidiam caſtri ſui Balmenſis partem, in quo ipſa morabatur. Vbi tum humilis ancilla Chriſti primùm cœpit exercere munus ſuum, diligenter obſeruans & ab alijs curans obſeruandum S. Claræ inſtitutum. Manſit autem ibi, donèc monaſterium Biſontinum collatum eſt ei à Pontifice. Ad quod quidem monaſterium honorificè deduxit eam Blancha Comitiſſa cum nepte ſua, quæ poſteà nupſit Comiti Palatino & Bauariæ duci. Erat tum ibi vir quidam nobilis, timens & amans Deum, qui conſtanter affirmabat, ſe circa Coletam vidiſſe mirificum quendam ſplendorem, quoties eam intuitus eſſet. Porrò Comitiſſa Blancha etsi coram poſtea receſſit à Coleta, vt tamen oſtenderet ſuum erga eam ſtudium & amorem, voluit vt poſtquàm è viuis exceſſiſſet, in aliquo Coletano monaſterio corpus ſuum humaretur. quod etiam factum eſt. condita est enim in ſacello, à fundamentis extructo ab eius ſuprà dicta nepte, Bauariæ ducissa, in monaſterio S. Claræ Poliniacenſi.

Blācha Comitiſſa eam fouet.

Venit Biſōtiū, ſiue Viſontium.

Cap.12. Coleta verò poſt illius abitum ſtrenuè perrexit in Euangelica obſeruanda regula, vti iam in eius caſtro inchoauerat. Erant tum adhuc paucæ ſorores cum ea, ſed agente ſpiritu Dei, breui permultæ nobiles, perfectæ & Deo deuotæ fœminæ vndiquè ad eam confluxerunt, ſanctæ religionis habitum ab ea petentes. Quas illa examinans, admiſit eas, quas putauit idoneas. Ità paruo ſpatio multæ ſe illi adiunxerunt, coactaque est propter ingentem multitudinem tam virorum, quàm fœminarum, S. Franciſci canonem ſectari cupientium, augere cœnobia tum fratrum, tum ſororum. Vt enim in ſuprà memorata viſione terribili oſtenſum ei erat, ex omni ferè hominum genere, à quibus grauiſſimè offenſus erat Deus, ad S. Franciſci ordines tres ſeu tria inſtituta ſe multi contulerunt, acturi pœnitentiam, & Deum ſibi conciliaturi. Quod vtiquè fiebat opera Coletæ virginis, quemadmodùm ſatis teſtantur monaſteria in diuerſis regionibus, Germania, Francia, Burgundia, Sabaudia & alijs ea agente extructa, vel reformata, non modò fœminarum, ſed etiam virorum. Si qui verò eſſent, qui iuſtis rationibus impediti, tale viuendi genus ſuſcipere non poſſent, animo tamen valdè coniuncti fuêre Coletæ, atque eius reformationi non ſolùm egregium fauorem, ſed etiam non mediocre ſtudium & opem attulerunt, hodieque afferunt : quales ſunt non pauci reges, reginæ, duces, comites, barones, nobiles, ciues, mercatores, alijque plurimi ſexûs vtriuſque : è quibus nonnulli è fundamentis excitârunt monaſteria, ſiue ex parte, ſiue ex toto, in quibus quædam inſignia fuêre : alij multis modis Coletam ad huiuſmodi perficienda adiutârunt, vt faciliùs ſibi propitium efficerent Dominum. Complures ſanè ſpectata nobilitate fœminæ, diuitijs, honoribus & ſtemmatibus contemptis, S. Claræ inſtitutum vltrò amplexæ ſunt. Et quod his maius eſt, multi ſexûs vtriuſque ex omnibus monaſticis ordinibus, puta, Benedictini, Bernardini, Carthuſienſes, Cæleſtini, Canonici regulares, permiſſu ſuperio-

Multæ ad eam confluunt.

Multa condit & reformat monaſteria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

periorum suorum,ad Coletana monasteria sub perfectioris vitæ prætextu se transtulerunt.

Cap.13. Quàm autem grata fuerit Deo Coletana reformatio, quamque eius sectatoribus salutaris,quodam ille signo euidenti ostendit Coletæ ancillæ suæ. Cùm enim aliquandò conferret cum quodam è confessarijs suis de ijs rebus, quæ huic reformationi accommodæ, opportunæ & necessariæ videbantur, cernente patre illo, cælitùs in eius brachia delapsus est funiculus quidam,miro confectus artificio, instar niuis candidus.Quem illa reuerenter accipiens,explicauit,nihil tamen neque verbo,neque signo cuiquam indicans.Potest autem per eum funiculum accipi status ille reformatorum, funiculis se cingentium: per candorem,munditia corporis & animæ atque conscientiæ,qua debent esse præditi: per id, quòd cælitùs lapsus est, gratum esse Deo hunc statum,eiusque professores, inprimis verò ipsius reformatricem. Estque sanè notatu dignum,eos omnes,qui in illo statu ex hac vita migrârunt,quoàd vixit Coleta,siue in propinquis,siue in longinquis degerent regionibus,illi in obitu suo apparuisse,non pauca,nec mediocria ab ea, si indigerent, salutis subsidia accipientes. Neque minùs memorabile est, si in construendis monasterijs necessarij sumptus deessent,qui ab hominibus sperari vix possent, diuinitùs mirabiliter eam fuisse non semèl adiutam,ità vt crebrò ad quingentos aureos, ex auro purissimo, singulari pondere,magnitudine & elegantia, ei mitteret sponsus suus Christus Iesus, quibus plus etiam efficere potuit,quàm si duplo plures ab hominibus aurei ei oblati fuissent. Et ij quidem aurei,quandiù mansere ab alijs segregati,seruabant elegantiam & præstantiam suam: si autem essent admixti alijs, illis planè similes visebantur.

Permulti ei apparent post obitũ.

Diuinitùs ei suppeditantur sumptus.

Cap.14. Sanctæ paupertatis virtus quàm chara fuerit filio Dei, propter nos incarnato, ex Euangelio potest animaduerti. Eam etiam sui instituti fundamentum esse voluit beatissimus pater Franciscus,Christi & Apostolorum eius sectator ardentissimus. Coleta quoquè virgo prudentissima ab initio vsque ad finem impensè eam amauit, eius studio facultates omnes pauperibus clargita est, tantoque zelo eam semper coluit,vt ab eo tempore, quo ad Euangelica consilia sectanda vocata fuit, nunquàm deincèps, quantumuis magnum vrgeret gelu, alias habere vestes voluerit, præter habitum vilem, eumque refectum, tunicam vnam non suffultam sed simplicem, palliumque simplex. Atque hoc habitu vti voluit non prorsùs nouo, sed vel partim, vel ex toto è panno veteri consuto,& crebrò ab alijs vsurpato,partim consumpto vel lacero. Accidit quandoquè, vt propter frigoris nimiam acerbitatem, sorores præ commiseratione tunicæ eius manicas ipsa ignorante duplicarent. Id ea sentiens,abhorruit,nec ea tunica porrò vti voluit, donec esset ablatum id, quo suffulta erat. Calceis neque sana, neque ægra, neque vel admì vel foris vnquàm vsa est, semper & vbiquè nudis ingrediens pedibus: immò nec igni eos admouit vnquàm, quantumuis sæuiret hyemis asperitas, nec ignem præterquàm candelam,ferre potuit, vel adspicere. Vela & capitis tegumenta erant humilia, simplicia & abiecta: plusque delectabatur ijs, quæ essent plurimis locis resarciata. Modico stramine pro lecto vtebatur,simplici quodam tecto operimento, ad caput posito sacculo paleis pleno. Et tamen in hisipsis aut parum aut nihil quiescere videbatur. Quantumuis autem vel necessitas, vel aduersa valetudo vrgeret, nunquàm in lecto cubare voluit, nec vti puluinari : immò vero cùm in extrema decumbenti ægritudine, qua Domino spiritum reddidit,pro allo quo laborisintolerabilis leuamento appositum fuisset ad caput puluinar exigum, & illa id sensisset in spiritu, (oculos enim penitùs clausos habebat) innuit eum, & illa id sensisset in spiritu, (oculos enim penitùs clausos habebat) innuit euidenter,vt id amouerent. Oratoria,quibus vti solebat Missas auditura, & Eucharistiam sumptura,volebat esse angusta,vilia & exigua. In plerisque autem monasterijs eiusmodi erant extructa oratoria,vt in ijs vix se posset erigere, ità vt anserum potiùs caueæ quàm hominum habitacula viderentur : atque in ijs illa libentius morabatur,& maioribus fruebatur consolationibus. Structuræ grandes & ampli multùm ei displicebant: paruæ & exiles vsqueadeò non fuêre molestæ, vt pene existimaret nimiùm esse insignes. Hortabatur autem sorores, vt instar Domini Iesu,qui non habuit vbi caput reclinaret suum, simplicibus essent contentæ habitationibus, quæ necessitati sufficerent, curiositatem nullam præ se ferrent, & ipsa quoquè libentiùs manebat in paruis monasterijs & in pagis, quàm in am-

Sũmè amat paupertatẽ.

Eius habitus.

Lectus.

Odit structuras sumptuosas.

Matth.8.

plis cœnobijs & vrbibus. Si esset in itinere, molestum ei erat recipi in cubiculo sublimi & lato : immò præ terrore vix ausa erat sustollere oculos. Ad nouum veniens monasterium si quid vidisset paupertati cõtrarium, ferre non potuit, donèc destrueretur.

Cap.15. Ab ipsa infantia misericors & benigna fuit erga pauperes, & ea creuit cum illa, donèc abiret è vita. In pueritia scholas visitans, ientaculum à parentibus ipsi datum, cæteris paruulis distribuebat. In paterna domo si qua esculenta clàm reperisset, quoàd licuit, pauperibus erogabat. Postquàm patrimonium & matrimonium suum satìs lautum & copiosum distribuit, nihil vnquàm indè sibi vsurpare voluit, nisì quantùm planè necessarium esset vel tegendo simpliciter corpori, vel diuino officio deotè persoluendo. Si vidissent fratres aut sorores re necessaria indigere, ex ijs, quæ ei donata erant, libentissimè eis impertiebat, putà, vestes, libros & id genus alia : ità vt crebrò etiam manicas à suis vestibus resectas, alijs daret: reponens illarum loco alias alterius coloris. Adeò autem solis necessarijs volebat contentos esse & fratres & sorores, vt quoàd fieri posset, ipsa interesse vellet, cùm scinderentur panni, è quibus vestes illorum conficiendæ erant, nè vel longitudine vel latitudine à paupertate discreparent. Et exiguas etiam panni particulas, quæ supererant, diligenter colligebat, & ab alijs colligi volebat, vt vbì necessitas posceret, adhiberi possent. Videre sanè licuit in eius vestibus interdùm vel centum eiusmodi particulas insutas. Etsì autem vel maximè cuperet habere libros, cultui diuino necessarios, eosque etiam ex diuersis regionibus conquireret, vt diuina officia perfectiùs persoluerentur: attamen cùm ei crebrò à potentibus & opulentis hominibus pro ipsius vsu darentur, quanuis necessarij ei essent, libenter eos & liberaliter alijs impertiebat, atque etiam donabat, ità vt ipsa cogeretur ab alijs libros accommodatò accipere,vndè preces Canonicas persolueret. Compertum est id in extremo vitæ eius tempore.

Semper fuit liberalis in pauperes.

Vestiũ eius vtilitas.

Permulti spectabiles homines diuersorum ordinum vel statuum, cùm viderent quàm ardua illa moliretur, pro Dei honore,& suarum salute animarum, ad extruenda monasteria permulta ei largiebantur, quisque pro facultatibus suis : è quibus illa in suos vsus nihil penitùs retinebat : & certè mortem oppetijsset potiùs, quàm eleemosynas vltrò oblatas aliò conuerteret, quàm quò collatæ erant. Si quæ verò propter eam speciatìm præstitæ essent eleemosynæ, eas vt perfecta sanctissimæ paupertatis amatrix in communes conferebat vsus, id est, ad ornatum & instaurationem ecclesiæ Dei, nihil sibi retinens. Huius enim preciosissimæ margaritæ, nempe sanctæ paupertatis, longè illa fuit appetentior, quàm quiuis auarus opum terrenarum : quod etiam de beatissimo Francisco legitur. Cùm autem expendisset omnia, præpotens Deus eius misertus, mittebat ei subsidia, interdùm quingentos, vt diximus, ducatos, quos iuxta se reperire solebat reuertens ab oratione, eosque diligentissimè seruabat, vt non nisi sanctè & iustè expenderentur. Nihil autem prorsùs ex ijs vel alijs sibi vendicabat, nec quicquam indè in suos vsus conuertebat, sed tanquàm nihil habens, hocipsum nihil habere pro magno putabat dominio, nihil sibi tribuens, præter fatigationem, dispensationem, solicitudinem, pœnam conseruandi vel administrandi pro sancti spiritûs instinctu ac voluntate. Nec verò vnquàm vel extrema paupertate eò potuit adigi, vt vel tantillum diuinæ benignitati diffideret. Nihil enim hæsitabat illam abundè tum sibi tum suis res necessarias suppeditaturam, si fideliter starent promissis monasticis. id quod etiam mira sæpè experientia probatum est. Accidit quandoquè, vt quibusdam locis ingens hominum armatorum copia sic omnia terrore compleret,intolerabili illata vi, vt nullus vel è castris, vel ex vrbibus, vel è pagis aut posset aut auderet egredi. Itaque fratres, qui curam gerebant pauperum Clarissarum, vt vocant, in ijs locis degentium, tametsi summè indigebant rebus necessarijs, non tamen propter illos milites ausi erant egredi ad petendas eleemosynas. At nihilo minùs confidebant tum fratres tum sorores, quemadmodùm Coleta docebat, non defutura necessaria ijs,qui pro viribus soluerent vota sua. Et eccè adest confestìm vir albis indutus, ignotus omnibus, afferens saccum panibus candidissimis & elegantissimis refertum, quorum erat sapor gratissimus, quique toti sufficerent monasterio, do-

Diuinæ benignitati semper plurimùm fisa est.

Non est inopia timentibus Deũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nèc aliter Dominus eis prouidit. Vir autem, qui eos attulit, mox ab eorum oculis euanuit.

Cap.17. Fuit aliquandò Coleta in territorio Murnensi, vbi tum magna erat annonæ caritas. Habebat autem secum moniales, quæ duobus monasterijs incolendis sufficerent. Itaque propter nimiam, intùs & extra monasterium illud manentium multitudinem, ad tantam inopiam redactæ sunt, vt è furfure sibi panes conficere

Miraculum. cogerentur. Etsi autem ciusmodi cibum prorsùs respuat humana natura, at fuit illis tamen dulcis & gratus, senseruntque se meliùs illo, quàm pane triticeo refectas. Porrò quædam ex eis colligebant sub arcis grana frumenti, sparsa illic tempestate, dèm, cùm mundarentur legumina, aut alia quauis occasione. Ex ijs verò aqua mixtis & sale exiguo coquebant sibi panes, quorum tanta erat suauitas, vt se puta-

Aliud. rent nunquàm tam delicatè comedisse, etiam lautissimis appositis epulis. Immò quædam ex eis in seculo valdè delicatè nutritæ, pro certo affirmabant, se nunquàm tam lautos sumpsisse cibos. Contigit quandoquè dispensatricem monasterij, sororem Iohannam Rebardellam, quibusdam indigentibus vinum haurire, interìm vocatur signo tintinnabuli à Coleta matre. Currit igitur celeriter, non claso epistomio. Interìm vinum omne è vase effluit. Illa sentiens se non clausisse epistomij, postquàm locuta est Coletæ, redit properè ad dolium, illudque plane vacuum comperit. Magno igitur mœrore affecta, cùm nihil iam superesset vini, adit Coletam, edicitque culpam suam. Coleta cernens eam summè afflictam, Vade, inquit, filia, & nihil hæsitans hauri mihi vinum. Illa dicente, nihil reliqui

Aliud insigne. est vini in vase, rursùs ait: Abi in nomine Iesu Christi, abi fidenter. Paret illa, & ecce vas reperit vino præstantissimi saporis redundans. Iubere aliquandò Coleta voluit pro fratre quodam satìs indigo scindi pannum, vndè ei vestis pararetur. Sed cùm ea causa accersijsset fratrem Andream, bonum sartorem, ostendissetque illi pannum, respondit ille, pannum non posse sufficere ad conficiendæ, etiamsi ei integra vlna addatur. At illa subridens, fidenter ait: Abi frater, & ora Deum. Indè redibis ad me, & vtrinquè extrahemus pannum, si fortè possit fieri longior. Orat frater, redit ad Coletam, ea præsente leuidense pannus, & nedùm satis multus est, sed & intantùm excedit, vt oportuerit de vsite indè confecta aliquid auferre, quòd & longior & latior esset, quàm ferret fracta paupertas.

Cap.18. Excellens Coletæ castitas. Castitas virtus gratissima est, mirè animum exhilarans, eumque Deo proximum efficiens. Ea non mediocriter ornata fuit Christi ancilla Coleta toto vitæ tempore. Nam etsi valdè oderat omne vitiorum genus, speciatim tamen abominabatur peccata carnalia: vtque ea facilius vitaret, arctissimè cernebat sensus corporis, tanquàm ianuas vel fenestras, per quas facilè irrepit mors, nec vnquàm tota vita sua vel vanæ delectationi, vel carnali concupiscentiæ sensum præbuit, sed ab ipsa infantia cor suum omninò castitatis studio obstrinxit & dedicauit, adeò vt nunquàm quisquam in ea percipere potuerit signum illius, quod impuræ cogitationis: nec vnquàm verbum aliquod leue aut inhonestum protulit ore suo, sed semper verba planè honesta & sancta, quæ cæleste eius declararent conuersationem, & proximis salubrem afferrent ædificationem. Potest sanè illa numerari inter purissimas virgines. Nam & corpus eius tam eximiè formosum & omnis maculæ expers, quoàd superuixit, vt integerrima virginitas cum puerili innocentia & simplicitate ex illo mirificè reluceret. Et si enim aliquibus, quæ ad Dei honorem & animarum salutem pertinebant, esset prudentissima, at tamen in carnalibus & mundanis rebus instar paruuli simplex & innocens exhibebit. Quo fiebat, vt libenter adesset paruulis, eisque se blandam & affabilem exhiberet: contrà abhorrebat plurimùm ab adspectu immundorum animantium, vt sunt muscæ, limaces, formicæ &c. quæ sine terrore & multa abominatione videre vix potuit. Delectabatur autem mirum in modum agnellis, turturibus, & id genus alijs castis animalibus. Solebant etiam crebrò ad eam aduolare castæ auiculæ, quæ uiter cantillare coram illa, comedere & bibere absque vlla formidine apud eam. Mittebantur illæ auiculæ à Domino pro illius cõsolatione. erant enim ei gratissimæ propter puritatem & castitatem, qua ipsa præclarè pollebat. Oblatus ei quandoquè ex deuotione fuit agnellus quidam, quem illa tam ob munditiam, quàm ob agnum illum sine macula, libenter accepit. Erat verò is illi multis modis non pro-

uo solatio, maximè quòd soleret, à nullo prorsùs vel edoctus vel compulsus, cùm Christi corpus in Missa eleuabatur, se submittere in genua, nec surgere, donèc eleuatio illa peracta esset.

Vtinàm vel ab agnello discat hæreticus adorare Eucharistiam. Cap.19.

Alio tempore venit ad eam bestiola quædam, miri candoris & elegantiæ. Incertum erat, vndè venisset. Nec erat alijs similis, nec vnquàm ab aliquo conspecta fuit: nec semper ei aderat, vt agnellus: sed per vices modò apparebat ei conspicua, modò euanescebat. Erat adspectu gratissima & valdè delectabilis. Itaque multæ sorores eam summoperè cupiebant appræhensam manu contrectare, sed frustrà nitebantur, illa vel disparente, vel alicubi latitante. Coleta ipsa quandoquè cum filiabus suis eam cursu insequebatur: sed ipsa Coleta præcedens, vnà cum bestiola ab aliarum oculis euanuit, nescientibus illis, quò translatæ essent. Nulli verò dubium esse debet, bestiolam illam significâsse arcani quiddam, eiusque & internam & externam repræsentâsse puritatem eximiam. Quam sanè etiam illud egregiè declarabat, quòd ab eius corpore fundebatur odor longè suauissimus, cibusque ab ea sumptus non rarò absque mirabili odore egerebatur: & (quod summam habet admirationem) ab illa naturali infirmitate fœminis omnibus communi, semper omninò libera fuit, atque à multis immunditijs prorsùs aliena. Quanuis autem aliorum fœtores & immunditiæ ei essent molestissimæ, at tamen comiter ferebat eas propter illum, qui libenter tulit fœtores scelerum nostrorum. Duo verò specialia Dei dona, quibus eius puritas adstruebatur, in ea exitère: Primum est, quòd nunquàm vllus fœtor ab eius corpore sentiri potuit: sed nec ex loco, in quo erat: sentiebatur verò iugiter & ex corpore, & ex loco, vbi erat, odor gratissimus, confortans eos omnes, qui se illi adiunxissent. Lauit aliquandò manus suas, ministrante illi sorore Margareta Bolhonensi. Eam aquam, qua se lauerat, seruauit illa soror annis septem in vasculo quodam, mansitque purissima: atque etiam crebrò illam bibens eadem soror, multa indè remedia accepit aduersùs corporis & animæ infirmitates. Quædam nouitia monialis, miserè è stomacho laborans, cùm timeret ea causa se à professione optata impeditum iri, bibit clàm ex aqua, qua suas manus, ipsa ministrante, Coleta abluerat, perfectèque curata est. Alterum donum est, quòd, vt fertur, licèt à permultis visitaretur, bonis & malis, essetque formosa valdè, sicut ipsa nullum inhonestè concupiuit, ità nec sciri potuit quenquam illam inhonestè concupiuisse: immò verò si qui libidine inflammati ad eam accessissent, eos, illa conspecta, castos abijsse.

A corpore Coletę fundebatur odor suauissimus.

Nota lector

Miraculum.

Præclarum Dei munus.

Sentiebat autem illa, virginitatem, & ea tempora, quibus illa culta esset, speciali reuerentia prosequenda: eosque, qui virginitatem vouerent & conseruarent, non vulgari amore complectendos, honoreque afficiendos. Itaque tempora noui testamenti hoc nomine prætulit illis, quæ sub veteri fuêre, quòd in ijs viguisset castitatis studium, eamque Christus ipse, & eius sanctissima mater, permultique præcipui amici eius complexi essent & extulissent: in quibus beatissimum Iohannem Euangelistam impensiùs amabat præ multis, eumque sibi singularem adhibuit intercessorem apud Deum, vt posset tutiùs pretiosum virginitatis conseruare thesaurum. Cuius etiam seruandi causa, cùm adhuc iuuencula esset, statuit vitam degere apud virgines puras & innocentes, vt solatia omnia, nedùm turpia & inhonesta, sed etiam quæ à matrimonio offeruntur, euitaret. Obtinuit verò etiam à Pontifice diploma plumbeum, quo prohibitum fuit, nè qua fœmina, quæ virgo non esset, admitteretur in cœnobia, ab ipsa Coleta reformanda. Et id sanè etiam executioni mandatum est, reiectis omnibus viduis, aut finistra fama laborantibus. Etsi verò dispensatum fuit cum quibusdam nobilibus & virtutũ studiosis viduis, vt possent admitti, nunquàm tamen illas Coleta tam familiares habere voluit, atquè virgines: nec tam propenso eas ad monasticam professionem recipiebat animo, vt virgines. Et vt Deus purissimæ virginitati eius singulare perhiberet testimonium, misit beatum Iohannem Euangelistam, qui ei annulum aureum attulit nomine summi regis, quo digito illius infixo, eam sibi despondit sponsam charissimam. Quem annulum cum multo timore & humilitate illa accepit, accurateque custodiuit & venerata est: vtque eum meliùs conseruaret, voluit eum auro alio vel argẽto vestiri, sed nullus aurifex id efficere potuit. Multi sanè patres & fratres

Cap.20.

Non admittere, nisi virgines, in sua monasteria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

confessarij,alijque plurimi hunc annulum viderunt, manibusq; suis contrectauerunt,non mediocri indè consolatione affecti.Cùm aũt fratres illos ad expedienda celeriter negocia procùl ablegare voluit, vt itinerum vitarent pericula,fidenter, clàm tamen, dabat illis secum ferendum hunc annulum, sicque citra periculum totum illud conficiebant iter. Porrò noui testamenti sanctos illos charioresbebat,qui virgines permansissent: in matrimonio iunctis illi magis placebant,qui vnico coniugio contenti fuissent. Ipsi quoquè matri suæ,quæ ad secundas nuptias accesserat, quandoquè sic fertur dixisse: Mallem te semèl tantùm, mea mater,nupsisse.Illa blanditer respõdente, Si ego ad alteras me nuptias non transtulissem, tu hodiè in mundo non esses: isthæc subiunxisse: Tum verò Deus ex aliquo è propinquis nostris me fecisset nasci.

Cap.21. In reformationis suprà dictæ exordio,sæpè inuocabat sanctos, cùm ardua negocia inciderent. Eos autem præcipuè implorabat,qui virgines fuissent. Ad sanctissimam matrem Annam eo nomine vix vnquàm confugiebat,quòd tres subindè habuisse maritos legatur.Sed ea sanctissima matrona ei quandoquè feruenter oranti S. Anna ei apparet. apparuit, insigni ornatu prædita, ducens secum honorificè totam sobolem suam, puta tres eximias filias suas,& eorum filios cumprimis generosos. E quibus prima fuit beatissima Christi parens, regina cælorum, & domina angelorum, creaturarumque omnium, manu tenens dulcissimum filium suum, mundi redemptorem Christum Iesum. Altera fuit Maria Iacobi,secum ducens quatuor illustres filios, Iacobum minorem,Simonem,Iudam & Ioseph iustum. Tertia Maria Salome,habens apud se duos clarissimos filios,Iacobum maiorem & Iohannem Euangelistã. Ait autem ad Coletam beatissima Anna: Etsi ego tribus nupsi viris, ar tamen & triumphans & militans Ecclesia ex mea progenie maximis est aucta ornamentis. Post hanc apparitionem Coleta singularem concepit animi deuotionem erga sanctam Annam, rogabatque eam, vt pro excellenti gratia sua pro ipsa intercederet cum sanctis omnibus, adesseteque ipsi in inchoata reformatione, quó ad optatum posset eam exitum perducere. Atque vt huic eius apparitioni gratam fidem clararet, in quibusdam monasterijs suis ex ingenti deuotione templa in eius honorem extruxit : maximè verò in cœnobio Bisuntiensi, quod ei Pontifex conferat, præclarum sacellum ei condidit: in quo multi tumulati sunt speciales amici eius.

Cap.22. Præcipua Coletæ studia & exercitia. Præcipua quidem occupatio beatæ Coletæ per omnem eius vitam maximè versabatur in feruenter laudando, honorando & obsecrando Deo. Semper enim vbicunquè esset, aut mente, aut ore precabatur Dominum, animum suum ad lum erigens : aut certè quippiam boni operis efficiebat. Inter alia Dei charitate etiam illud animo eius penitùs impressum erat, vt feruenti desiderio cuperet accuratè persolui ea, quæ ad Dei cultum pertinent,diuinaque officia puro corde, Zelus erga cultum Dei. & cum tremore & reuerentia peragi. Nec sinebat vllam sanctimonialem à diuinis abesse officijs, immò etiam priùs quàm illa inchoarentur, adesse volebat omnes,vt suas præpararent animas, quò possent Deo gratum exhibere ministerium. Quòd si aliqua ex illis animo in aliam infenso aut commoto esset, volebat eam priùs illi reconciliari, humiliter ab ea petendo veniam. Quanuis autem ipsa supra modum grauata esset doloribus perpetuis,qui eam facilè excusarent, si nolet diuinis interesse laudibus, at nihilo minùs voluit die ac nocte semper & prima adesse, & postrema recedere, donèc coacta est diuinitùs aliter se comparare, propter dolores penè intolerabiles: qui tamen si remissiores fierent, rursùs hilariter & alacriter properabat ad communem Dei cultum,acsi nunquàm eos sensisset cruciatus. Visus est crebrò à sororibus agnellus quidam elegans expectare eam ad nocturnas preces ituram in sede illa,in qua ipsa residere solebat. In ipsis autem diuinis officijs studebat corde,corpore totisque viribus gratum Deo offerre seruitium,vocem cum cordis iubilo exaltans,ità vt præ alijs suauiter & mirabiliter concinens audiretur.

Cap.23. In reformationis initio nõ parùm perplexa fuit,quemadmodùm diuinum persoluendum esset officium.Continebat enim Regula,à sororibus non cantãdo,sed legendo id persolui debere. Consuluit igitur ea de re confessarium suum Henricum de Balma,& cùm multùm inter se contulissent,ambo statuerunt ad preces recurrendum. Illis igitur orãtibus, subitò audita est in medio illorum vox quædam valdè

valdè grata,modulata & musica,& quasi prorsùs angelica.Ex ea igitur modulatione,quæ suauiter & tractim fiebat,constituerunt modum, quo sorores Dei cultum peragerent. Accidit quandoquè manente illa in quodam monasterio,grassari illic pestem, & multas auferre sorores, plerasque diù manere malè affecta valetudine. Mirabilis feruor eius in diuinis persoluendis officijs. Cùm autem etiam ipsa non mediocriter laboraret ex morbo, non tamen à diuinis voluit se laudibus subducere,nec propter sororum paucitatem aliquid de illis diminui: sed cum duabus aut tribus sororibus preces omnes Canonicas ipsa persoluebat integrè, solenniter & deuotè. Vbi sanè verisimilis non deerat coniectura, angelicos spiritus ei venisse subsidio, vt audientium deuotio & admiratio augeretur. Nunquàm illa, quod sanè admirabile est, in diuinis persoluendis officijs vllum vel tædium, vel laborem sensit: immò quanto ea prolixiora essent, tanto gratiora quoquè erant. Quòd si interdùm aliquam sentiret desolationem, mox inchoato officio confortabatur & tranquillabatur, psallens suauiter in feruore spiritus, perindè acsi faciem summi regis coràm intueretur. Visa est tum plerunquè facies eius luculenta & splendida, ità vt non rarò sororum oculi sic perstringerentur eo splendore, vt in eam intendere non possent. Cùm autem immodicis doloribus adeò occuparetur, vt diuinis non posset adesse ministerijs, suspirans suauiter exclamabat: O beatas illas,quæ possunt iugiter diuinis interesse laudibus. Nota lector plusque dolebat, quòd ab illis cogeretur abesse, quàm quòd grauissimos sentiret dolores.

Cùm aliquãdò visitaret monasterium quoddam,offendit illic sanctimonialem, Cap.24. quæ propter grauem morbum annis octo à diuinis officijs abfuerat non absq; multo animi dolore. Ei ad se accitæ, comiter ait: Quid est, dulcissima filia, quòd tam longo tempore abes à laudibus Dei ? Respondit illa: Nihil, mea mater, illic vel dicere vel facere possum, morbo impedita. Tum Coleta, Abi, inquit, hac nocte in Christi nomine ad preces nocturnas, & fac ibi pro viribus. Fecit ea sic, & eccè vocem sentit sibi restitutam longè meliorem, quàm vnquàm habuisset antèa, cecinitque non minùs benè, vel etiam meliùs, quàm aliæ incolumes. Porrò præter Miraculum preces Canonicas, quotidiè legebat omnes orationes Dominicas, quibus laicæ Quotidianæ sorores diuinum persoluunt officium: tum quoquè preces horarias S. Crucis, & Preces eius. duplices defunctorum, vt vocant, Vigilias, vtplurimùm nouem lectionum, integrum trium. Signa illa Dominicæ orationis habebat charissima, eaque nocte ac die circunferens, absque numero preces ad illa recitabat. Inter eas autem preces, quæ tum ore, tum mente funduntur, singulariter eam afficiebant Psalterium & septem Psalmi cum Litanijs, quæ à iuuentute vsque in senectam nunquàm, ob quaicunque etiam occupationes, dicere prætermisit. Absoluto autem Psalterio, flexis genibus, humiliter & reuerenter munus illud exiguum Deo offerebat,orans instanter, vt gratum illud haberet. Valdè autem infestus ei erat dæmon, dicenti Psalterium.Nam sæpè noctibus extinguebat candelam,effundebat oleum.Accidit quodam tempore, vt & identidèm dæmon extingueret lampadem, & illa rursùs eam accenderet. Tandèm igitur, vt eã perturbaret, importunissimus satan effudit oleum totum in codicem, vndè legebat Psalterium, quæ res non parùm eam afflixit,tum quòd codex esset perditus, tum quòd necdùm complêsset preces. Altera luce tradidit codicem confessario suo, conquesta ei quid accidisset, scisceitansque Miraculum num qua posset ratione reparari. At confessarius acceptum librũ comperit ex Dei munere penitùs illæsum : quæ res maximam Coletæ consolationem attulit. Alio tempore cùm absolutum Psalterium vellet suo more offerre Deo, duo terrimi & immanissimi dæmones horrenda specie apparuerunt ei, suis terriculamẽtis impedire eam volentes,nè offerret munus suum Domino. Illa verò fidenter se com- Vis signi S. muniens Crucis signo, obtulit Deo Psalterium : & vilissimi dæmones confestim Crucis. euanuerunt.

In omnibus rebus duris & aduersis,in negocijs arduis semper confugiendũ cen- Cap.25. sebat ad preces humiles,dicebatq; tum per seipsam, tũ per sorores litanias, quibus Litanias libenter vtitur. fidebat plurimùm,& singulari deuotione afficiebatur. Ea enim tempestate, qua in Francię regno tot sæuiebant bellorum tumultus, vt vix quisquã auderet extra loca munita progredi,tametsi illa pro conditione sexûs multùm meticulosa fuit, at tamen constituit,pro Dei amore & animarum salute per longinquas proficisci regiones : vtque id tutiùs posset,quotidiè audire Missam de Epiphania Domini.Itaque

Universidad de Deusto
Biblioteca

simul atquè ingressa est iter, litanias dicere cœpit, & Dei benignitate, sanctorumque, qui illic inuocantur, meritis euasit pericula omnia, in quibus multa fuêre sanè horrenda. Proficiscens enim aliquandò cum multis sororibus per regionem, cuius idioma ignorabat, vbi peruenit ad nemus quoddam latrocinijs infestissimum, obuiàm ei venerunt homines truculenti, arcubus & sagittis instructi, qui ei & comitibus eius insidias comparabant, eosque spoliare volebant. Curribus enim propter itineris prolixitatem, & viarum asperitatem vehebantur, quæ res quendam non vulgarem apparatum præ se ferre videbatur. Illi ergò crudeles homines in verba prorsùs barbara & inhonesta cœpêre prorumpere, ad mala omnia parati. Coleta tum compleuerat litanias, & ex Dei gratia intellexit quid dicerent, (Potuerat enim cum Apostolis quæuis capere idiomata) locutaque est ad illos blandè, placidè atque prudenter. Illi mox eius audita voce mutati mirabiliter, non solùm ei & comitibus pepercerunt, sed etiam promptos se obtulerũt ad securè deducendas eas, quocunquè vellent iter intendere. Coleta verò gratias eis egit, & illi sine vllo maleficio recesserunt.

Incidit cum suis in latrones.

Mutantur illi mirabiliter.

Cap. 26. Alio tempore cùm duceret moniales aliquot ad nouum monasterium, & ad locum quendam periculosum venisset, sentiès in spiritu se in discrimine versari, monuit sorores, vt litanias promerent. Quidam verò nobilis, sæuus & immanis, sancta Coletæ opera & conatus magnis viribus impedire cupiens, per ministros suos iter eius diù explorari iussit. Illi verò Coletam & comites eius curauerunt illic detinendas, donèc nobilis ille cum suis eò adueniret. Is vbi venit, euomuit confestim è cœnoso pectore lutulenta & turpia verba. Ei autem humiliter & religiosè Coleta respondit: & eccè equi malignorum hominum manserunt immoti, nec ad currum propiùs accedere potuerunt, quanuis possent facilè retrocedere. Aliis reuertens illa à quibusdam monasterijs nouis, in quo moniales introduxerat, etiam se putaret tutiori itinere ingredi, in longè crudeliores & deteriores incidit, qui iam ità propè aderant, vt currum eius facilè possent inspicere. Ex ijs sceleratiores quidam alios præcesserunt, vt eam rebus omnibus spoliarent. Illa spiritu id cognoscens, ilicò ad litanias se confert. Mox scelesti illi incredibili acti timore, properè ad suos se recipiunt, haudquaquàm ad eam redituri. Visitatura quandoquè monasteria sua, per eas regiones proficisci cogebatur, in quibus tum ingens erat armatorum militum strepitus. Sentiens se nõ sine multo discrimine id facturam, iubet dici litanias. Paulopòst venit obuiàm procacissimis militibus, qui petulantissimè minabantur se quosdam ex comitibus eius iugulaturos, alijs aures præcisuros, ab alijs equos & cæteras res ablaturos. At Coleta planè confidens Deo & sanctis, quos inuocabat, iussit comites suos præcedere: mansit autem sola cum sororibus, libenter oppetitura mortem, vt alij euaderent. Et eccè tantam ei Dominus contulit animi fortitudinem & constantiam, tantamque oris facundiam, vt non solùm nihil mali ei vel sororibus illi nequam homines inferrẽt, sed etiam veniam ab ea peterent, ablatosque equos & alia integrè restituerent. At tamen Deus iustus iudex, qui non sinit impunè abire, si quis vexet fideles amicos eius, ità in eos animaduertit, vt intra octo dies ob quædam perpetrata maleficia in patibulo suspenderentur, palàm cõfitentes, se vel maximè angi animis, præcipueque dolere, quod molestiam illam ancillæ Christi attulissent: seque existimare illa causa se sic diutiùs puniri.

Illustre sanè diuinæ virturis miraculum.

Obserua effectum inuocationis Sanctorum.

Itẽm aliud.

Cap. 27. Mansit quandoquè in quodam monasterio suo, quod erat situm in pago quodam regni Franciæ. Illum pagum crebrò viri militares multa vi & forti manu clam capere moliebantur. Coleta spiritu id cognoscens, ad litanias se conferebat. Quibus inchoatis, videbatur illis militibus alios ipsis fortissimè occurrere pro tuendo pago. Itaque fuga sibi consulentes, meritis Coletæ repulsi, nihil pago nocere potuerunt. Et est sanè hodieque illo in loco fama celebris, incolumitatem & conuationem pagi illius à Coletæ meritis proficisci. Solebat autem illa post oris preces etiam ad eas, quæ mente fiunt, se conferre: atque ità ex precibus magnam capiebat consolationem: aiebatque sine precibus neminem posse proficere: atque ea causa hortabatur sorores ad perpetuæ orationis studium. Porrò in mentalibus orationibus, quibus crebrò vtebatur, curas omnes superuacaneas abigebat, omnesque sensus & vires corporis ac naturæ colligebat, vt perfectè cogitaret de Deo, & affectu ardentissimo preces illi offerret, ità vt tota raperetur in illum, nihil

Mira vis Litaniæ.

Coletæ mẽtis excessus.

nihil corpore sentiens, perindè vt mortua, nec percipiens quicquam eorum, quæ tum extrinsecùs circa illam gerebantur. Et sic nonnunquàm permansit sex horis, interdùm decem vel duodecim. Tandèm ad se reuersa, breui spatio se sic fuisse putabat, tametsi interdùm tota die sic perdurârit, sæpissimè etiam maiori noctis parte. Somnus autem eius incredibilis parcitatis fuit, sic vt aliquotiès octo diebus vix vna dormierit hora. Postquàm enim Psalterium & preces Canonicas absoluerat, reliquum tempus in preces mentales conferebat. In itinere ad hospitia veniens, cæteris corpora quieti dantibus, vigilabat plorans & gemens, Deumque feruenter orans, somno contempto.

Mira somni parcitas.

Quantæ autem efficaciæ fuerint preces eius, Deus quibusdam sororibus euidentibus signis declarauit. Videre enim illæ sibi videbãtur facem igneam ex eius procedentem ore, planè luculentam, adeoque sursùm tendentem, vt cælos contingere videretur. Nonnunquàm illa feruentissimè orante, videbatur eis oratorium illius ceu flammis incensum ardere. Si quis autem propiùs accessisset ignem illum extincturus, repentè disparebat: quanquàm semèl repertũ est velum eius exustum, licet nullus ibi fuisset ignis. Quædam ex illis soror aliquandò imprudens intrauit in eius oratorium, illa Dominum ardenter orante, viditque tanta eam nitere pulchritudine & splendore, vt velut exanimis statim humi collaberetur. Eam videns Coleta in eo versari discrimine, accessit ad illam, & cùm obiurgâsset quòd ausa fuisset eò ingredi, mox consolatione refouit & recreauit eam, ità vt vires recuperaret suas. Soror Coleta de plano cubito (sic enim vocabatur) vidit quandoquè, illa feruenter orante, quendam magnum solem, totum illustrãtem oratorium, ab eius ore prodeuntem. Sæpè etiam in precibus feruentissimis, spiritu in Deum subleuato, visa est à sororibus etiam corpore tam sublimiter erecta in aëra, vt penitùs videream non possent. Sed & ipsa, certas ob causas compulsa à Deo, fatebatur se non raro sub precibus intantùm fuisse corpore sublatam, vt sibi videretur cælum posse tangere, si manus extendere voluisset.

Visio cuiusdam sororis.

Res stupenda.

Præcipuè verò Deum deprecari solebat pro miseris peccatoribus, vt illos ad se conuerteret. Porrò inter multas reuelationes, quas diuinitùs habuit pater celeberrimus, professione Dominicanus, magister Vincẽtius, etiam illa fuit, qua Coletam vidit in spiritu, genua flectentem humiliter, & feruenter rogantem Deum pro peccatis miserrimæ plebis suæ. Cui ille sic respondere videbatur: Quid me vis facere, filia? Ego quotidianis illorum iniurijs & contumelijs afficior. Quotidiè illi me lacerant & discerpunt, contemnentes præcepta mea, meque blasphemant & abnegantes. Propter hanc visionem idem egregius Doctor, ex Hispanijs venit in Gallias, vt ipsam Coletam inuiseret. Cumque inter se colloquerentur, multis sunt affecti diuinis consolationibus. Alio tempore orante feruenter Coleta beatissimam Dei genitricem, vt apud filium suum pro miserrimo populo Christiano intercederet: oblatus ei fuit discus quidam, plenus particulis carnis, tanquàm infantis in frusta concisi: dictumque est illi: Quo pacto ego deprecabor filium meum pro his, qui quotidiè peccatis & horrendis sceleribus suis, quantùm quidem in eis est, etiam in minores eum discindunt & dilaniant particulas, quàm sint hæ, quas cernis?

Huius Vincentij Vita est Tom. 2. 5. Aprilis.

Cap. 29.

Cap. 30.

Quantùm verò preces eius permultis profuerint, ex ijs quę dicturi sumus, licebit intelligi. In pago quodam Auernensi vir cum vxore fuit vitæ execrabilis. Vterque igitur ob flagitia sua suspendi iussus est. Etsi verò pleri que omnes dicerent dignos esse, qui sic perirent, at nihilo minùs multi illorum dolebat vicem, maximè q; videbant enim ex impijs pectoribus verba detestanda, prorsusque satanica, quæ rentur rectà proficisci in tartarum, quòd satis ostenderent, se neque Deum, neque peccata sua agnoscere, nec vllis adhortationibus eò posse adduci, vt agnoscerent. Vomebant nihil aliud, quàm æternas gehennæ flammas mererentur. Vidit hoc horrendum spectaculum quidam sanctus eremita, qui ex deuotione Coletam inuiserat, hominumque miserrimorum ex animo misertus, flexis genibus rogabat carnifices, vt differerent suspendium, donèc ipse rediret. Annuerunt illi, abijt ille ad Coletam, commendauit ei deploratos illos & perditos homines: mox ea sublatis in cælum manibus, cum lachrymis dicere cœpit Psalmum, Miserere meî Deus. Necdum ro finierat Psalmum, & eccè concipiunt illi cæci mirabilem Dei notitiam, agnoscunt immania maleficia sua, valdè se peccâsse dolent, fatentur illo se supplicio dignos,

Hoc plus fuit, quàm eorum corpora extincta excitasse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dignos, patientissimeque morte se affici sustinent, ità vt illi, qui aderãt, plurimum indè ædificationis, magnamque salutis suæ spem conciperent.

Cap.31. Fœmina quædam religiosa, bonæ vitæ & sanctæ conuersationis, enormia quædam peccata commiserat, quæ summoperè quidem cupiebat dicere in cõfessione, sed cùm ventum esset ad sacerdotem, impurissimus satan tantam ei ingerebat verecundiam, vt dicere ea non auderet. Durauit hoc annos sex, & interim illa viuebat in summo animi dolore & afflictione. Tandèm feruenter petijt commendari se precibus Coletæ virginis. Quod cùm feciſſet, mox abijt ad confessarium, calcatoque rubore, integrè confessa est peccata sua, multumque indè percepit conscientiæ suæ leuamen & consolationem. Cùm in reformationis exordio Coleta in castro Balmensi maneret, in pago illo domus cuiusdam nobilis erat, cuius habitatores liberaliter & se & res suas impertiebant Coletæ & eius professionis hominibus: ità vt non immeritò illa quoquè in suis precibus eos sibi haberet specialiter commendatos. Sed maligni & teterrimi dæmones mutuam illam charitatem molestissimè ferentes, multas illi domui persecutiones excitârunt, damnaque grauissima intulerunt. Sed meritis & precibus Coletæ seruati sunt amici illi, & eorum ædes atque facultates, nè quid incommodi eis accideret. Visi enim sunt Angeli è cælis descendere, vt eos à periculis tuerentur, & hostibus resisterent, eis sæuissima malignitate nocere nitẽtibus. Vidit Coleta circa noctis medium domum illam cingi luce clarissima, & in ea luce permultos Angelos, habitatores eius aduersùm omnes tartareas infestationes seruantes atque defendentes. Vidit porrò etiam scalam auream ab illa domo vsque in cælum se porrigentem, Angelos per eam ascendentes & descendentes, Deoque preces Coletæ offerentes, tum quoquè egregias eleemosynas, aliaque charitatis officia & beneficia hominũ illorum, pro quibus ipsa orabat, quæ ab illis quotidiè in Coletã & sorores conferebantur. Vocauit autem Coleta vnam è sororibus, eique indicauit visionem & claritatem illam: sed ea videre eam non potuit, donèc pro illa Coleta rogaret.

Precib⁹ elidit conatus dæmonum.

Cap.32. In monasterio eius Poliniacensi initiò quidem sanctimoniales magna premebantur aquæ penuria, cogebanturq; eam aliundè inferre, quòd nullus esset in monasterio locus, fodiendo puteo oppprtunus. Itaque sexta feria post Dominicam Lætare, qua recitatur Euangelium de muliere Samaritana, à qua Christus apud puteum sedens aquam perijt, Coleta post fusas ad Dominum preces, iussit humũ certo quodam loco fodi. Id cùm factum esset, prodijt mox aqua pulcherrima, & quæ non esset alia melior in tota regione illa. In quodam Albigensi pago iuuencula iuncta viro, vita erat sic satis honesta & integra, pepereratq; marito filium: at permittente Deo, adeò fuit mente capta, vt neque Deum, nec creaturas vllas, nec proprium filiolum suum agnosceret: citraque vllam verecundiam nuda incederet, & non nisi satanica verba è suo ore proferret. Eam sacerdos quidã venerabilis, commiseratione permotus, commendauit precibus Coletæ, ac deindè reuersus ad eã, denuò hanc miseram studio humanitatis inuisit, eiusque caput quodam Coletæ velo tetigit. Tum illa loqui cœpit verba rationi consentanea, ante omnia petens sibi copiã fieri cõfitendi peccata sua, celerrimeque plenè restituta est. Mercator quidam celebris iter suscepturus valdè periculosum, obnixè commendauit se Coletæ precibus. Deindè dans se itineri, per denssissimas niues, aquasque agros operientes ingrediebatur, penitùs ignorans, vbinam esset. Nocte autẽ incidit in locum, vbi si paululùm processisset, hauddubiè in præsentissimũ mortis discrimen se conieciſſet. Ibi recordatus pijssimæ matris Coletæ, iterùm se commendauit precibus eius. Erat enim illic abyssus profundissima. Et eccè statim videt Coletã adesse, manuque indicare, vt retrocedat. Quod cùm feciſſet, cognouit se Coletæ meritis & precibus mortem euasisse.

Precibus impetrat aquas.

Insigne miraculum.

Itẽm aliud.

Cap.33. Vir quidam magni nominis, Coletæ familiariter notus, filiam habuit vnicè charam, quam volebat monasticæ vitæ tradere, Deo illic seruituram. Obtulit ergò eam Coletæ, quæ libenter eam accepit, vtpotè benè constitutam & aptam ad eam vitam consectandam. Sed paulò pòst dolens vir ille se filiam suam Coletæ tradidisse, eamque perditam existimans, acriter & seuerè eam repetijt. Doluit ea res non mediocriter Coletæ, quòd sic ablatam sibi videret puellam: sed ad preces confugiens, Deo gemitus & lachrymas obtulit. Iam verò pater puellæ, vt ab eius animo omnem monasticæ vitæ memoriam aboleret, in longinquam eam regionem ducebat: sed cùm iam fortè medium absoluisset iter, ter equus corruit, cui puella insidebat: & in ipso tertio casu vtroque orbatus est oculo. Id cernens puellę pater, ad se redijt, agnoscensque culpam suam, venit ad Coletam matrem, veniam petijt, puellam vt ad se reciperet obsecrauit. Id verò Coleta libenter præstitit. Comitissa Valentinensis, præpotens domina, diù multumque desiderauit monasticam S. Claræ vitam siue regulam profiteri. Vt autem vires exploraret suas, possent'ne illi institutо pares esse, non breui tempore, duriter & asperè vixit. Tandèm humiliter petijt à Coleta, vt ipsam admitteret inter suas. Assentit Coleta, præfigit certum diem, ad quem eius desiderio velit satisfacere. Sentiẽs interìm draco pestifer, omnis boni hostis diabolus, eum appropinquare diem, cuidens quoddam ei rei obiecit impedimentum. Adeò enim equi omnes subitò debilitati sunt, vt nullo pacto à terra surgere posse viderentur. Id verò dolorem non mediocrem attulit Comitissæ illi, quippè cui non occurreret remedium vllum, quod posset huic malo adhiberi. Statuit autem & se & rem totam commendare precibus Coletæ. Quod vbi fecit, mox adfuit mira consolatio. Equi enim omnes ad iter valdè expediti reperti sunt. Tum illa mirificè exhilarata, profecta est, & propositum suum perduxit ad effectum. Coleta autem recepit eam in suam sodalitatem propensissima animi deuotione, & illa sanè perseuerauit in suscepto illo vitæ instituto, ad mortẽ vsque Deo cum multa perfectione seruiens.

Impurus dæmon ferre non potest, vt Comitissa se det vitæ monasticæ.

Cap.34. Dicturi iam sumus, quàm feruenti deuotione & amore, Christi passionem Coleta prosecuta sit. Cœpit id ætate adhuc tenera, à matre sua sic instituta, quæ profectò & timebat & amabat Deum: quotidieque cum lachrymis & gemitibus dicebat precem de Saluatoris passione, multùm condolens iniurijs & pœnis, quæ ille pro humani generis redemptione libentissimè toleravit. Eam autem precem Coleta puella diligenter attendens, adeò totam memoriæ commẽdauit, vt deinceps nunquam eius potuerit obliuiſci. Itaque quotidiè hora meridiana, qua Christus cruci affixus est, angores cordis sentiebat vehementissimos cum Christo acerbissimè patiente: vtque eos secretiùs & deuotiùs perferret, libenter ea hora ab alijs se subducebat hominibus, atque ità sola manens, omnes animi vires intendebat ad cogitandas iniurias, persecutiones, conuicia, opprobria, horrendam & ignominiosam mortem, quæ Christus desiderio salutis nostræ patienter & cupidè perpessus est. Porrò in eiusmodi meditationibus sæpissimè extra se rapiebatur, & in Deum transformabatur ardentissimo desiderio & amore: at præcipuè tamen sextis feriis ab hora sexta matutina, vsque ad horam sextam vespertinam, manè audita Missa, nihil interim manducans aut bibens, tam erat feruenter & efficaciter Dominicæ commemorandæ passioni intenta, vt sæpenumerò præ doloris vehementia in manibus, pedibus & latere suo sibi re vera videretur clauis & lancea configra. Ecquis verò pro dignitate possit explicare imbres lachrymarum, anxios gemitus, quibus occupabatur illa tota hebdomada, quam sanctam vocamus? quis satis commemoret dolores acerbissimos atque vehementissimos, quos tunc illa perferebat? In ipsa enim eius virtutum studiosa iuuentute specialis quædam ei collata erat gratia circa Domini passionem. Cùm enim aliquandò feruenter & profundè eam meditata fuisset, Christus ei apparuit, indicauitque familiariter modum, quo passus esset, & vt in singulis membris suis singulares pertulerit cruciatus humanæ salutis amore. Indè verò Coleta vehementissimum quendam concepit cordis dolorem & angustiam: ac nihilo minùs ardore quodam amoris & deuotionis erga Christi passionem intantùm incensa fuit, vt sæpiùs reminiscens huius visionis & crudelium pœnarum, quibus affectum viderat corpus innocentissimum Saluatoris, planè destitueretur viribus, nihilque prorsùs exteriùs sentiret, in statum alium transformata. Atque ità in sancta hebdomada multa ei diuinitùs præstabantur sanè memorabilia. Cùm enim recitabantur passiones Christi in Missis coram ipsa, vtì fieri solet, dolores, quos passus est Dominus in corpore suo, adeò renouabantur in corde & corpore illius, vt nunquàm sic visa fuerit multier laborare parturiendo, quantùm ipsa videbatur condolendo. Cuius rei id euidens documentum fuit, quòd horis illis incredibili animi angore lamentabatur, fandebatq; lachrymas & gemitus ineffabiles, vt nemo quanuis ferreo pectore, si id vidisset, pietate & cõmiseratione potuerit non permoueri & emolliri. Fuit autem non breui tẽpore iugiter sic charitatis inflãmata ardore, & intimo confecta animi dolore

Etga passionem Christi vt Coleta affecta fuerit.

Christus ei adhuc iuueni apparet.

Christi dolores summè ei dolẽt.

Item aliud.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dolore erga passionem Christi,siue legendo, sine quouis alio modo ea illi esset redacta in memoriam,vt toto intellectu & cunctis viribus illa contemplanda occupatis,interdùm sex aut eo ampliùs horis nihil neque cogitaret aliud,neque exteriùs sentiret.

Cap.35. Toto triduo patitur ecstasim.

Manens aliquandò in monasterio Bisuntiensi, in sancta hebdomada tam se totam applicuit ad cõmemorandam Christi passionẽ, vt toto triduo nocte ac die in ecstasi permanserit,nihil interim neque loquens, neque comedens, neque bibens. Alio tempore in sacra parasceue ab hora illa noctis, qua cantantur Matutinæ, vt vocant, ad eam vsque, qua sorores è domo capitulari reuertebantur, tam attentè versata est in meditandis Christi cruciamẽtis,vt grauissimis affecta pœnis etiam in

Res mira. corpore,sororibus ei obuiàm venientibus stupore afferret. Adeò enim facies eius videbatur fustibus cæsa, vt nihil in ea nisi pellis & ossa fracta & comminuta, nasusque complicatus cerneretur. At tamen ijsipsis inspectantibus, paulatim pristina ei forma restituebatur. Verita autẽ illa, nè quid fortasis in ipsa sorores animaduertissent,ocyùs ad oratorium redijt, moxq; rapta in spiritu, sic ad noctem vsque permansit. Dominica Palmarum aliquandò cum multa humilitate & deuotione in processione,quę tum fit cum ramis,incedẽs,ac studiosissimè cogitans Christi illum in Hierusalem aduentum, quem illa processio repræsentat, adeò sibi videbatur Christo etiam corpore propinqua, vt tangeret illum, itemque asinum, cui insidebat: qui sanè asinus ramum illum ex eius manibus morsu abstulit, nec vnquàm posteà ramus ille visus aut repertus est.

Cap.36. Loca sancta, quæ Christus sua præsentia, olim in terris degens, mirificè sacrauit & ornauit,cum multa reuerentia & deuotione habebat impressa cordi suo: speciatim verò locum & vrbem,in qua passus est. Et quanuis corpore debilis & renera esset,multaque in mari occurrerent pericula,at tamen summo ardebat desiderio aripiendi iter illud, locaque illa deuotè visitandi, atque illic moriendi propter Deum: & certè eò profecta fuisset, si id ei permissum esset. Inter alias autem reliquias,

Singularis eius reuerẽtia erga signum S. Crucis. quæ sancta Ecclesia ità vt par est veneratur, singulari reuerentia prosequebatur lignum sanctæ Crucis,ad quam Christus affigi voluit: cupiebatque vehementissimè particulam aliquam eius crucis sibi præberi. Itaque nè suo fraudaretur desiderio, cælitùs ei missa fuit crux aurea,sed parua,cui inclusa fuit portio quædam vere Crucis Christi: quam illa deuotè & reuerenter seruauit,multique eam viderunt & manibus tenuerunt. Asserebat autem Coleta pro certo, crucem illam auream humano opere minimè confectam. Sicut autem veram Christi Crucem pijssimè venerabatur & colebat, ità etiam erga eius signum peculiari animi deuotione afficiebatur. Cuius etiam virtute signi, meritis eius, plurima Dominus parrauit miracula &

Multa miracula efficit signo Crucis. quibus nonnulla hîc subijciemus. In exordio enim eius,quam sæpè diximus, reformationis permulti paruuli ei oblati fuêre,diuersis afflicti morbis: conabantaque parentes vel amici eorum obscuris quibusdam & Coletæ ignotis modis eam permouere, vt manibus illos tangeret,& signum crucis in eos exprimeret. quod cùm illa fecisset,curabantur.

Cap.37. In monasterio quodam Coletano quædam soror tanto vexabatur capitis dolore,vt se putaret morituram. Adijt ergò Coletam matrem, explicauit ei molestiam suam,petijt suo capiti imprimi signum Crucis. Illa valdè dolens vicem eius,fecit vt petijt soror: & eccè fugit morbus,soror fit omninò sana & incolumus. Abijt quandoquè Coleta ad expedienda quædam negocia religionis suæ. Venit cum paucis comitibus ad ripam cuiusdam profundi fluminis: vbi cùm nulla esset nauis, nautæ nulli, confidens illa diuinæ bonitati, signum Crucis edidit, confessàrium suum rogans, vt idem faceret. Deindè securè tentauit periculosum iter ingredi, id-

Præclarum miraculum. que cum omnibus suis partim peditibus, partim equitibus sine periculo confecit. Paulò pòst multi equites, robustis freti equis, eodem loco flumen tranmittere volentes, petulanter dicebant: Si Begardi & hypocritæ illi tranfière licuri, quid nos transire dubitamus? Ingressi igitur flumen confidenter, miserè submersi periêrunt. Aliquandò proficiscente Coleta à quodam monasterio ad alud, currus eius prolapsus est in profundam foueam, aquis plenam. Habuit tunc soror quædam ex comitibus eius partem quandam vnicornis, Coletæ charam. Ea quoquè lapsa fuit in foueam illam. Non parùm autem ea re perturbata soror, commisit se animo precibus Coletæ, editoque fidenter signo Crucis in foueam illam,

illam absque vllo adminiculo,dempto ramusculo quodam, qui instar palmitis teneri erat, submisit se in foueam,quæsiuit particulam vnicornis,reperit natantem in medijs aquis, extraxit & reportauit, nihil penitùs madefacta, nisi modicè admodùm in ipsa planta pedis. Item aliud.

Erat in quodam monasterio soror quędam vita honesta,fama laudabili. Ea,Deo permittente,quinquẽnio laborauit morbo comitiali,quotidiè vt minimùm semèl Cap.38. numi corruens,multamque ab ore spumam instar apri venatione exagitati egerẽs: deindè instar dæmoniacæ rabie quadam insaniens. Ligabant illam quidem & fortiter detinebant homines fortes,at illa inuitis ijs exiliebat turpiter vsque ad trabes, ab ore vomens calorem teterrimum, fornacis instar: itemque ventum validum, tanquàm fulguris. sicque diù permanebat,non sine multa aliarum sororum molestia, ignorantium quid remedij adhiberent. Tandèm recordatæ virtutum Coletæ matris,eius precibus obnixè illam cõmendârunt. Illa misit ad eam quendam confessàrium suum,qui fidens Coletę meritis,signo crucis muniuit eam,illaq; repentè omninò conualuit. Soror Ioanna de Lasarre diras patiebatur in manu dolores. Eximia vis signi Crucis

Nesciens verò quid ageret, tandèm constituit se ad Coletam matrẽ conferre, eamque rogare,vt tam malè affectæ manu signum Crucis imprimeret. Venit igitur ad eam,Coletà id fert indignè,dolens & mœrens tale quippiam à se exigi,repellit manu agrotam,eam extrinsecùs tantùm sua tangens manu. Et tamen tali contactu, quasi ab indignante exhibitio,ægra illa incolumis subitò euasit. Alia quædam soror triduò nihil ferè neque cibi neque potûs sumpsit, grauiter laborans morbo quodam. Eius recordata Coleta, quærebat quînam valeret. Respondentibus illis, miłsę eam vexari,& existimari propediem morituram, Coleta sumpto pane rudi, signo Crucis eum cõmunijt, mittensque ægrotæ, iussit vt cum quamprimùm edoret. Fecit illa sic,& postridiè sana exijt è valetudinario. Egregium miraculum.

Morabatur quandoquè Coleta in monasterio quodam, quod erat in regione, vini & frumenti inopia laborante. Cumque non nisi parum in monasterio esset vini, eiusque valdè mali, ità vt nauseam afferret gustantibus, iussit Coleta parum aliquid eius vini in vasculo sibi apportari: & cùm signum Crucis pinxisset manu, fœtor omnis & corruptio abijt non solùm è vase ipsi oblato, sed etiam ex dolio, vndè illud impletum fuerat: ità vt quotiescunquè vinum indè promeretur ad sotores reficiendas, ante mensæ benedictionem malè oleret & insipidum esset, post eam verò vi signi sanctæ Crucis & gratum odorem, & suauem bibentibus gustum exhiberet. Data aliquãdò fuit Coletæ elegans quædam, sed parua tabula eburnea, quam illa valdè diligebat propter pias imagines passi Saluatoris, in illa expressas. Accidit autem, vt maligni dæmonis opera frangeretur. Id illa conquesta fuit suo confessario,qui eam cõsolabatur, dicens se curaturum, vt redintegraretur. Atque vt id fieret,abijt cum tabula ad artificem quendam, eius rei peritum. In ipsa autem via curiosè eam volens intueri, cùm priùs signum Crucis fecisset, aperuit eam, & vidit prorsùs integram & illæsam. Observa hæc. Cap.39.

Missa sanè deuotione & ingenti reuerentia afficiebatur Coleta virgo erga præsanctissimum Eucharistię sacramentum.neq; id mirum. Indè enim hauritur omnis contemplatio, in illo reperitur spiritualis consolatio, ibi suauiter sapit feruens meditatio, per illud donatur æterna beatitudo. Itaque vbicunquè esset, quotidiè Missam sanctissimam,in qua Christi corpus consecratur,cum multis lachrymis deuotissimè audiebat: & vt eam maiori animi deuotione audiret,sæpenumerò conscientiam suam humili confessione expurgabat. Cùm autem ob res necessarias confitendas extra monasterium degeret, cum cæteris quidem publicè eam audiebat: aliàs priuatim & secretè,neminem tum admittens præter sacrificantem & ministri eius,qui sacrificio interesset,nè diuinitùs ei collata dona specialia,alijs fortè innotescerent. Etsi autem publicè cum multa pietate interesset sacrificio, maiori tamen affecta videbatur,cùm priuatim ei adesset. Cùm autem ventum fuit ad sacrę hostiæ eleuationem,profundissima humilitate, ingentiq; tremore adorabat eam, seipsam deprimens & vilipendens, plorans & gemens adeò, vt prorsùs in lachrymas resoluta videretur: in eiusmodi quoquè clamores erumpẽs,ab intimis cordis angoribus expressos, vt omnes mirabili commiseratione simul & admiratione afficeret. De ipsius autem sacramenti excellentia, virtute, sublimitate & magnitudine, de Christi in eo præsentia, & de mysterijs eius, tam perspicuam habuit notio- Cap.40. Deuotio & reuerentia ei' erga Eucharistiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nota hæc Lector.

nem,vt qui aderant,certò existimarent Christum ei re vera apparere forma aliqua ipsi soli nota. Post hanc autem adorationem Eucharistiæ, sæpissimè permansit diuini amoris accensa flammis, sublata sublimiùs in spiritu, Deoque perfectè coniuncta, ità vt sibi videretur tota transformata in Deum, & supra naturam rapta, sensibus corporeis planè cessantibus ab officijs suis.

Cap.41.

Non rarò autem sub hac Eucharistiæ eleuatione perspicuè cernebat eius, qui faciebat sacrificium, conscientiam, & quo in statu ille esset. At tamen nè proderetur alijs dona Dei, ipsi specialiter collata, clàm & prudenter indicabat sacrificanti vitia eius, vt ea corrigeret, prorsùs reticens modum, quo ea ipsi innotuerant. Habuit autem hoc ex speciali Dei gratia, vt quantunuis breui spatio Eucharistia ei ostenderetur, nunquàm hæsitare potuerit, quin illic verum esset corpus Christi, planeque cognosceret eius magnitudinem, præstantiam & veram præsentiam; statimque illud cum multis lachrymis & gemitibus adoraret. Fuit aliquando in monasterio,sito in ea regione,qua solent vsitatiùs album quàm rubrum vinum sacrificio adhibere. Ibi tum sacrificanti sacerdoti obtulit minister aquam, putans esse vinum. Quandò autem ventum est ad eleuationem, corpus quidem Christi adorauit Coleta ea, qua solebat, humilitate, reuerentia,lachrymarum & suspiriorum copia. Cùm autem calix eleuaretur, noluit adorare, sentiens in spiritu, non esse ibi verum Christi sanguinem. Porrò complures tum religiosi, tum seculares summoperè conati sunt,aut saltem expetierunt esse iuxta vel intra oratorium,vbi Missam illa audiebat, vt reipsa comperirent feruentem eius & humilimam Eucharistiæ adorationem, audirentque suspiria & clamores, quos Christo illic præsente edebat. Sed illa id permittere haudquaquàm voluit, nisi vel admodùm religiosi essent, vel ipsi valdè familiares. Quòd si aliqui clàm latitâssent in locis occultis oratorio propinquis,non latebat spiritum eius, Christo id ei reuelante, itaque de talibus mœrenti animo conquerebatur patribus & fratribus suis; quòd non permitteretur pro suî consolatione adorare Dominum Deum suum, propter homines, insidiosè ipsius arcana scrutari volentes. Interrogata verò, cur tam alta ederet suspiria & ciulatus sub eleuatione, blanditer respondebat, se plerunquè aliter facere non posse, etiamsì totus adesset mundus. Sentiebat enim immensam maiestatem & potentiã Regis regum, cuius comparatione nihil est mundus vniuersus. At tamen si interesset sacrificio publico domi vel foris, licèt eodem modo affecta esset, Deo mirabiliter in hoc dispensante,non eam foris ostendebat d euotionem, quam solebat in priuatis sacrificijs.

Verũ Christi corpus in Eucharistia

Obserua.

Cap.42.

Qua autem animi deuotione Eucharistiam sumpserit, neminem arbitror vel satis admirari posse: sed & illi, qui ministrare ei solebant, pro dignitate id explicare vix possent. Nam tametsi multa ei inerat conscientiæ puritas, gratiæ exuberans copia & vitutes plurimæ, at nihilo minùs coram hoc sanctissimo sacramento, alta voce clamans, seipsam suprà quàm dici queat deijciebat, vilem, immundam, abominabilem, indignam quæ cum alijs quantunuis etiã impijs versaretur dictitans, idque propter culpas innumeras, quas se in Dei bonitatem & maiestatem perpetrâsse fatebatur. Vndè tanto cruciabatur dolore, adeoque sibi displicebat,& lugebat, vt cor eius scindi videretur, oculique instar fontium essent, non guttas,sed riuulos lachrymarum iugiter fundentes, quibus tota ipsa madefacta cernebatur, gemens & dolens & anxia valdè, perindè vt mulier dum parit, aut aliquis mortis adiudicatus. Quæ res magnum sæpè stuporem & terrorẽ ingerebat ijs, qui aderant.

Vt se gesserit sacrosanctam Eucharistiã sumptura.

Miri in ea Eucharistiæ effectus.

Postquàm autem Eucharistiam sumpsit, mox rapiebatur in Deum, manebatque immota & mortuæ non absimilis ad horas duodecim, nonnunquàm decem, vt minimùm sex, nihil intereà sentiens extrinsecùs. Ad se autem reuersa, vultu erat prorsùs angelico, luculento, pulchro, amabili, cælesti,& à terrenis omnibus abhorrente: sermones verò erant suaues, profundi, cælestes, perfectissimum Dei commendantes amorem, auditores ad Dei perfectam cognitionem inuitantes,ad feruens bonorum spiritualium & æternorum desiderium, ad mundi & inconstantis ac labilis vitæ huius, omniumque vanitatum & noxiarum cupiditatum contemptum incitantes. Porrò quotiès ardua, difficilia & obscura negocia (id quod sæpè accidit) occurrerent, ad hoc sanctissimum sacramentum tota confugiebat, interdùm quadraginta, nonnunquàm triginta diebus continuis illud eo, quo ximus, modo percipiens, nec tamen omittens ea, quæ sunt suprà memorata. Si

Si quid arduum & insigne Dominus per eam conficere vellet, & ipsa præ multa animi humilitate non auderet assentiri,timens nè præclarè propterea de ea homines sentirent,putarentque in ea aliquid latere virtutis & gratiæ,Dominus per hoc præstantissimum sacramẽtum compellebat eam facere vel inuitam. Neque enim priùs deglutire potuit sacram hostiam, quàm diuinæ inspirationi pareret. Ea res nonnunquàm eò adegit illam,vt cùm assentire formidaret, nec tamen sacram hostiam deglutire posset,consilij capiendi causa suum adiret confessarium. Illo verò consulente, vt Domino suam permitteret voluntatem,& illa id faciente,cõfestim hostia se deglutiendam permisit. Voluit quandoquè solenni quodam die sacrosanctam Eucharistiam cum magna deuotione percipere. Itaque dixit confessario, vt pro ipsa hostiam consecraret. At ille vel non intelligens,vel non satis aduertẽs, quid diceret, non fecit sic. Etsi autem dubitaret de eius voluntate, non tamen fuit ausus accedere eam, nè fortè eius sanctas preces interturbaret. Cùm igitur vẽtum est ad horam sumendæ Eucharistiæ, sensit confessarius eam more suo in fletus & gemitus erumpere, vt solebat cõmunicatura. Quamobrèm non parùm admirans, eam se iderat non consecrâsse pro ea hostiam, senticbat magno id mysterio non vacare. Posteà absolutis precibus percunctatus est ex ea, quid sibi vellent lachrymæ & suspiria, quæ ipse audijsset. Respondit illa humiliter, Dominum Iesum suis manibus ipsi preciosissimum corpus suum obtulisse.

Res admiratione digna

Christus præbet ei corpus suum.

Cap.43.

Quandoquidem vitæ asperitas & carnis mortificatio, corpus purum & castum conseruat, Coleta ab ipsa prima iuuentute vsque ad supremum vitæ tempus corpusculum cum Apostolo studuit in seruitutem spiritus redigere: illudque valdè duriter & asperè habuit, continuis illud ieiunijs macerans,à pueritia ipsa semper abstinens à carnibus, nec ob quanlibet aduersam valetudinem ieiunium soluens, aut largius alimentũ sibi impertiens. In tenera ætate scholas adiens, aut nunquàm aut rarò ante vesperam domum redijt, nè cogeretur suum frangere ieiunium. Si quis in oppido, quo orta est, de eius parco victu perquirere velit, angelicam planè vitam eam duxisse comperiet. Stupeo ego ipse ad id, quod dicturus sum. Constat eam exemplo Saluatoris quadraginta diebus & noctibus continuis ieiunam permansisse. Crebro sanctam Quadragesimam solo pane & aqua exegit, licèt id corpus eius valdè debilitaret.Si interdùm aliquid parùm vini aquæ admisceret,id tam exiguum fuit, vt potiùs in aquam verteretur. Quandò Deo disponente grauis aliquis cruciatus perferendus ei erat, id quod frequens fuit,eo durante, nihil prorsùs sciebat. Quòd si pro natura sustentanda aliquid sumere cogeretur,auiculæ potiùs quàm hominis alimoniam dixisses. Aliquotiès nihil ipsa edens & bibens,ea re sustentabatur, quòd alios coram se edere cerneret. Liberata autem ab eiusmodi cruciatu,non nisi frustum panis petebat,qui esset colore medio inter album & atrum, quo tam suauiter vescebatur prandens, vt delectationem afferret intuẽtibus: perinde quem diximus. solebatque tunc comiter & facetè dicere, respuẽdas esse carnes & pisces grandes,aliaque id genus esculenta, quippè qui pani puritate compararj non possent. At tamen piscium olorum adspectu delectabatur.

Ieiunat 40. dies perpetuos.

Cap.44.

1.Cor.9.

Eius ieiunia

Cap.45.

Cum aliquandò à Palmarum die vsque ad Cœnam Domini ab omni cibo abstinuisset, itemque à Cœna illa vsque ad Pascha,ipso die Paschæ venit ad eam gallina, diminutus, vt piè creditur, missa, posuitque iuxta eam ouum exiguum, vndè ea tam opiparè & abundè refecta fuit,vt triduo toto posteà nihil comederit. Quanuis autem rem in seipsam tam esset rigida & parca, at tamen erga alios fuit perhumana & liberalis, ex animo cupiens & volens,vt sorores, & fratres illis inseruiẽtes haberent victum qui sufficeret, excluſa tamen superfluitate, nè sanctæ paupertati iniuria fieret, nec vnquàm de diuina benignitate diffidendum sibi putauit,quin ea res necessarias illis suppeditaret, modò fideliter soluerent vota sua. In multis vrbibus & insignioribus pagis, vbi erant monasteria eius, quidam propter Deum & contemplationem reuerendæ præsentiæ eius mittebant illi speciatim panem & vinum, vel alias delicatiores escas: sed ex ijs nihil vnquàm gustare voluit, mittens ea statim aegrotis, aut indigis,aut certè in commune omnibus distribuens. Quòd si nimium malæ valetudo cogeret aliquid eam indè sumere, essetque id tam exiguum, vt alijs impertire non posset, id mœrens & lachrymabunda planeque inuita sumebat.

Sibi parca, alijs benigna.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Miracula non vulgaria

Vtplurimùm enim esculenta omnia ipsi oblata tam largiter & copiosè fratribus & fororibus distribuebat, vt euidēter in eius manibus augeri viderentur, paucaque ab alijs ei data, & ab ipsa rursùs distributa, multis abundè sufficerent. Fratribus monasterijs inseruientibus, si vel ex deuotione ipsam inuiserent, vel à petendis electmosynis aut aliundè redirent, atque etiam alijs ad ipsam diuertentibus, qui vel alimentis, vel consolatione indigere viderentur, humanissimè cibum & potum affe-rebat. Si verò comperisset quempiam indigum & egenum, nec haberet, vndè ei opitularetur, dolebat sanè, optabatque sibi præberi facultatem illum iuuandi. Id cernens præpotens Deus, non rarò permouebat alicuius pij hominis animum, vt Coletæ eleemosynam præstaret. Indè verò ipsa dabat indigenti. Erat quandoquè in monasterio, ea regione sito, vbi annonæ magna fuit caritas, vixque ea obtineri poterat. Affligebatur ea re populus miserandum in modum: & Coleta quoquè tam pro suis, quàm pro alijs non mediocriter angebatur. Et eccè ab inexpectato

Nota miraculum.

oblatus est ei saccus elegans, purissimo frumento plenus. Id ergò secretò in peres erogandum curauit, ità vt multorum inopiam eo releuaret. Durauit autem frumentum diutiùs, quàm quisquam sperâsset.

Cap.46.

Ex illis autem rebus, quæ sic diuinitùs ei transmittebantur, nihil penitùs sibi retinuit: sed pauperibus & egenis eas elargiens, si quid superesset, in vsus inopum seruabat: sæpiusque re ipsa compertum est, etiamsi in pauperes collatæ essent, tamen sine diminutione diù eas perdurâsse. Data ei aliquandò fuit propter Deum ouorum certa portio, idque in ea regione, vbi eorum rara erat copia. Ea libenter accipiens, in arca condidit, impertijtque libens omnibus petentibus, tum sanis,

Illustre miraculum.

tum ægrotis, nec tamen numerus eorum imminuebatur. Et illa quidem id perfecit, sed apud se tacitum habuit. Vinum quoquè ei plerunquè datum, diù asseruabat pauperibus distribuēdum: sed etiam longo tempore distributum, nihil neque de quantitate, neque de gustu & bonitate amississe videbatur. Duobus fratribus ob negocia religionis conficienda proficiscentibus tempore incommodo & perico-

Item aliud.

loso itinere, aliquid vini dedit, quo in via vterentur. Ibant illi & redibant, & cùm esset opportunum, bibebāt in itinere ex illo vino sanèbono, nec quicquam tamen diminutum fuit. Ipsa quidem si in locis esset vini copia abundantibus, nihilo plus indè sumebat in vsus suos, & id, quod sumebat, vsqueadeò diluebat aqua, vt in eam mutatum videri posset: Si autem ibì versaretur, vbì vini esset penuria, nihil prorsùs vini bibere voluit, nisì cogeret morbus: maximè autem aquæ potu refrigerabatur & quemadmodùm potatores dant operam internoscendis vinis, ità ipsa aquarum discernendarum erat benè perita: quanquàm & ab illis pro desiderio gustandis-pè sese refrenabat. Si esset in locis, vbì crassiores erant aquæ, minusque puræ, vitreis vasculis eas sanitatis causa ad ignem apponebat, vt bullirent. At impurus cacodæmon vitæ eius asperitatem, & fructum quem afferebat, ferre non sustinens,

Inuidus dæmon effundit aquam eius.

cùm illa quandoquè acerrima cruciaretur siti, & aqua eius ad ignem bullirentur-tro, arrepto baculo, percussit vitrum, & in centum atque eo amplìus frusta comminuit. Id verò illa tulit patientissimè, laudans Deum. euenit autem indè resuscitatio miratione digna. Collegit enim illa fragmenta vitri, & sublatis in cælum oculis,

Magnum miraculum

Deum orans, mox vidit illud sanum & integrum, vt antè fuerat. Bìs quidem ità fractum fuit à satana vitrum, & bìs Coletæ precibus redintegratum.

Cap.47.

Quædam ex eius sanctimonialibus, cùm aliquandò iuissēt allatum in eius vsus aquam, secum tulit codicem, quo Coleta vti solebat. Is verò imprudente illa lapsus in aquam, vsqueadeò corruptus & madefactus est, vt prorsùs inutilis putaretur. Doluit igitur non mediocriter soror illa, & quid ageret, prorsùs animi dubia erat. Tandèm abijcit se ad pedes matris Coletæ, dicit quid acciderit, ostendit codicem madefactum. At illa videns eam tam miserè dolentem, pio affectu consolatur eam, Noli, inquiens, timere filia. non enim perditus est codex. mox-

Aliud miraculum.

que eum accepit in manus suas prorsùs inutilem: sed simulatquè retigit eum, restitutus siccus, pulcher, & illæsus apparuit, à latere duntaxàt quodam remanente vestigio, in tanti miraculi memoriam. Quidam etiam frater necessariam Coletæ aliquandò aquam attulit, sed fenestra, per quam vas aquarij fictile intromitti oportuit, breuior erat, quàm vt posset illud recipere. Mira res. postquàm admotum

Item aliud.

vas fenestræ, ad eam quantitatem subitò redactum est, vt haud difficulter per fenestram inferretur.

Nihil

Nihil quidem in hac vita Deo gratius esse potest, & homini cōducibilius, quàm pro eius amore libenter pati dolores & cruciatus. Ea enim re verè eius amicis vel maximè fit conformis & consimilis. Certè ipse Dominus Iesus Christus tota vita sua graues & labores & dolores nostrî amore perpeti voluit. Itaque & Coleta virgoad eius similitudinem pro suo modulo hac in parte accedere diligēter studuit. Nam quoàd vixit, perpetuis affecta fuit doloribus & cruciamentis, alijs post alia succedentibus, & sæpenumerò duplicatis, quæ tamen omnia tulit patientissimè. Inter alia magnam ei molestiam afferebat inflatio quædam cōtinua, sine intermissione modò crescens, modò se remittens, quam tamen suauiter tolerabat. Præterhanc multis alijs affligebatur modis, interdùm in solo corpore, nonnunquàm in anima, plerunquè in vtroque, idque sanè grauissimè. Morbos, ex naturali aliqua causa existentes, placidè ferebat: qui verò præter naturæ ordinem diuinitùs ei infligebantur, eos necessariò perpeti oportebat, nec potuit illis pro suo arbitrio abfolui. Ad inflationem illam, quam diximus, aliæ penè continuæ vexationes & infirmitates se adiungebant, quibus interdùm tam miserè discruciabatur, vt octo dierum spatio vix vna hora integra respirare posset: quodque miserabile & miseratione dignū est, cùm soleant alij tum sani, tum ægroti in lectulis suis captare requiem & leuamentum, illa potiùs & deteriùs vexabatur. Nam etsi ob labores diuinos cuperet nonnunquàm dare se nocturnæ quieti, & corpusculum in lecto reponere, at nunquàm tamen requie illic potiri potuit: immò verò mox vt eò se recepit, nouis & laboribus & angoribus cruciabatur, idq; nocte tota, & interdùm ad meridiem vsque. Neque eiusmodi angustijs premebatur semèl atque iterùm per hebdomadam, sed cunctis noctibus. Porrò diebus Dominicis & festis & in magnis solennitatibus, quibus alij omnes cessant à laboribus, longè acrioribus illa torquebatur pœnis, quàm diebus alijs: quantoque erant celebriores dies, tanto cruciatus erant acerbiores. inchoabantur autem vtplurimùm à primis vesperis vsque post Completorium, vt vocant, sequentis diei: In præcipuis autem solēnitatibus à meridiei præcedentis sumebant initium, & durabant vsque ad illarū finem. Cùm autem visum fuit Domino his etiam alias addere molestias, longè infestiores ijs, quæ necessariò ferendæ illi erant, si quis superueniret, cui non posset suam negare præsentiam, mox vt statuit ei loqui, cessabant dolores illi, nec sentiebat quicquam, quantisper illic hærebat: sed simulatquè ille recessit, mirabiliter dolores eius incrudebantur & augebantur pro ratione temporis, quo cessârant illo præsente. Tum verò vsqueadeò cruciabatur, vt sæpissimè ex ore sanguinē vomeret. Signum autem cuidens est, pœnas has & molestias non naturales fuisse, sed diuinitùs ei irrogatas, quòd & subitò accidérent, & repentè desinerent, nullo prorsùs earum vestigio remanente, acsi nihil omninò passa esset. Itaque aliquandò dicebat: Nescio quicquam sensisse mali: cùm paulò antè præ doloris vehementia omninò inanimata fuisset, & lingua penitùs perforata.

Caput quidem eius, durantibus his pœnis, simile ollæ feruenti videbatur: illis abeuntibus, confestim redibat in pristinum statum cum lingua & membris cęteris. Fuitque id admirabile: si calore cruciaretur, nulla re frigida cum potuisse extinguit: si frigore, nullis mundi huius caloribus potuisse depelli. Et vt multa paucis complectar, potest id de illa affirmari, salua tamen omnium pace, si quis in hac vita tolerandis pœnis horribilibus, immanibusque cruciamētis verus Christi imitator fuit, eique conformis, eam talem fuisse. Vt enim cognoui è virisfide dignis, & eiusmodi rerum peritis, cuncta sanctorum martyrum tormenta, sanè horrenda, ipsa in se experta est vel simul, vel successiuè: quorum acerbitatem augebat temporis diuturnitas. Alij enim martyres vix vltra decem, aut viginti, vel triginta & quadraginta dies cruciari fuêre: Coleta verò annis amplìus quinquaginta tam dirè perpessa est. Nec vlla labebatur hebdomada, qua non vnum vel duo martyrum supplicia re vera experiretur. Interdùm enim vrebatur igne cum beato Laurētio: non quòd ibi vlla adesset ignis substantia, sed Deo id mirabiliter agente, ignis vis & efficacia, atque id genus cruciamenti plerunquè tota nocte durabat. Interdùm torquebatur instar sancti Vincentij, nonnunquàm cruci affigebatur & excoriabatur: aliquoriès minutatim conterebatur, aliquandò in bullienti aqua cruciabatur. Plerunquè videbatur ei cor eius aperiri, & sale consperfum occludi. Interdùm re ipsa sentiebat sub corpore suo titionem ardentem, totum corpus inflammantem:

Cap.48. Afflictionū vtilitas.

Coletæ perpetuæ cruces.

In lectulo suo vel maximè cruciata fuit.

Item diebus solennibus.

Mira sunt hæc.

Admiranda etiam hæc.

Cap.49.

Deus eam egregiè exercet variis pœnis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliâs oculorum radicibus admotum carbonem ignitum, illos penitùs consumentem: aliâs per membra omnia ferra acutissima adigi, eisque totam se configi. Hæc autem & id genus alia dira & immania non ei extrinsecùs à persecutore inferebantur, sed Deo intùs dispensante: quibus nonnunquàm atrociùs affligebatur, quàm sancti martyres, quòd nullum sentiret leuamen aut refrigerium, quo illi vel à Deo vel ab Angelis afficiebantur: eo tamen dempto, quòd cùm sorores, quæ ei familiariter adesse solebant, noctù captandæ quietis causa, pœnis cessantibus, ab ea recederent, Angeli sancti blanditer eam inuisebant, officiosissimè illi inseruientes, tanquàm summi regis ancillæ vel sponsæ. Præter hæc verò etiã in singulis membris peculiares sentiebat afflictiones, maximè in oculis, quibus præcipuè solebat remedia opportuna adhibere, vt posset videre preciosissimũ Christi corpus in Eucharistia, & ex libris diuina officia deuotiùs persoluere. Nec tamen deerant oculis suæ molestiæ & vexationes perpetuæ. Aliquandò visitante ea quoddã monasterium sum, adeò lingua in guttur medium depressa fuit, vt nec loqui, nec orare vocaliter, immò vix respirare posset. Occurrit tum ei quædã iuuẽcula speciosissima & humanissima, hilariter eam salutans, & tandèm etiã amplexibus stringens & deosculans. Indè lingua redijt in locũ suum, & mox virgo illa euanuit. Testabatur autẽ Coletæ confessarius Henricus de Balma, fuisse illã beatissimam Christi matrem Mariam.

Angeli eam visitant.

S. Maria ei apparet.

Cap. 50.] Fuit quidem Coleta rerum mundanarum parùm perita, sed sagax valdè & admodùm prudens & gnara cælestium ac diuinorum. Propè nulla ei inerat doctrina humanitùs acquisita, sed abundabat sciẽtia diuinitùs infusa, quæ est præcellens Dei gratia, qua freta clarissimè cognoscebat & præterita, & præsentia, lieèt occulta, itemque futura. Quod vt certiùs eluceat, exemplis declarabimus. Fuit quidam insignis sacræ Theologiæ Doctor Parisiensis, professione Franciscanus. Is ab exordio reformationis, cuius sæpè meminimus, multùm Coletæ deditus fuit. Accidit autem, vt in letalem incideret morbum. Visitabat tum quædam monasteria sua Coleta, & cùm in spiritu didicisset Doctorem hunc non solùm corpore, sed etiam animo periculosissimè laborare, vt in tanto discrimine ei succurreret, accessit monasterium, in quo ille decubuit, inuenitque illum iam animam agentem, & vtpote postèa retulit, rectà euntem in tartarum. Itaque proprio cum compellãs nomine, signo Crucis humiliter & reuerenter edito, ait: Esto bono animo, & firmiter spera in Dei infinita bonitate. adiunctisque breuibus quibusdã exhortationibus, statim recessit. Aeger autem ille attentè percepit quid diceret, eamque probè cognouit, & multùm confirmatus, breui surrexit sanus & incolumis corpore. Deindè contulit se ad Coletam, obtulitque se seruiturum ei toto vitæ suæ spatio, quam peralam se fatebatur retinere. Libenter illa annuit, non quòd vllum eius expeteret seruitium, sed vt eius animæ consuleret, cuius salutem ardenter desiderabat, quæque ille non mediocriter indigebat. Comiter igitur hortabatur eum, vt omnia peccata sua integrè confiteretur, nec celaret quicquam: idoneumque ei confessarium designauit. Cui ille vtcunquè confitens, vel obliuione, vel verecũdia peccata quædam grauiora reticuit. Tandèm reuertens ad Coletam, ait se plenè confessum. Illa verò id pernegans, multa ei grandia commemorauit peccata, ab illo perpetrata quidem, sed non dicta in confessione. Stupebat ille, sentiens non nisi vera ab illa dici, quæ tamen mortalium nullus sciret. Redit ad confessarium, denuò cõfitetur facta confessione, rursùs se ad Coletam confert, asserens se iam omnia edixisse. Illa negat, iterumq; quædam enormia facinora ei enumerat, quæ necdùm esset confessus. Atque sic tertiò ab illa remissus est ad confessarium, donèc integrè omnia explicaret. Quamobrèm palàm ille deincèps testabatur, se per eam & corporis & animæ vita potiri: multumque eius erga illam amor auctus est, adeoque eam verebatur, vt nihil neque cogitaret, neque diceret, neque faceret, quin illam semper omnia coràm intueri existimaret.

Infigne edit miraculum.

Nouit occulta hominũ peccata.

Cap. 51. Venerunt quandoquè ad Coletam duo præpotentes principes, pia erga illam animi affectione ducti. Quibus illa post multas salutares institutiones, à Confessario suo quasdam scripturas memorabiles curauit prælegendas. Sed alter eorum eas non attẽdens, voluebat animo turpes cogitationes, nihil interim foris quouis modo indicans, vndè id posset animaduerti. Cumque iam etiam ijs pernicioſissimè delectari inciperet, Coleta id sentiens spiritu, vertit se ad illum, clamorem edens vehementissimum & vocem admirandam contra illum. Isque clamor adeò penetrauit cor illius, vt & tum videretur & etiamnùm videatur ei, perspicuè nõsse & intueri Coletam cordis sui cogitationes turpes: quas etiam ilicò à se reiecit, & animum aduertit ad sacra verba, quæ illic recitabantur.

Quidam etiam Episcopus, vir prudẽs & spectabilis, in vrbe sua inuisit Coletam, ibi tum manentem, cum illa conferens de multis rebus bonis, ad Dei honorem & animarum salutem pertinentibus. At illa de duobus eum admonuit: Primò caueret sibi, nè propter dignitates terrenas æterna se dignitate & honore priuaret. Cognouerat enim, Domino eam docente, Episcopum illum non contentum honestio, sed ad maiorem adspirare. Secundò, vt cogitaret vitæ huius breuitatem, studeretque semper esse paratus, quandocunquè Domino visum esset eum ex hac vita euocare. His Episcopus auditis, valdè mirabatur. Clàm enim dabat operam, vt posset effici Cardinalis, nemine id sciente. At tamen paulò pòst Romam profectus est, vt posset voto potiri suo: breui autem, vt Coleta præuiderat, è vita decessit.

Cap. 52. Episcopum quendã sapienter admonet.

Cap. 53. Sacerdoti prædicit periculum impendentia.

Marchio princeps nobilissimus, singulari studio & amore prosequens Coletam, misit quandoquè ad inuisendum eam sacerdotem suum Iohannem de Molis. Is tandem recessurus, prænonitus est ab ea, vt purè & fideliter confiteretur peccata sua, propter pericula paulò pòst ipsi euentura. Fecit ille sic, & cùm post dies paucos ad vrbem Antisiodorensem ferè peruenisset, obuios habuit scelestos quosdam & crudeles viros, qui eius latus lancea confoderunt, caput sauciârunt, multasque ei plagas imposuerunt. Perductus indè est in eam vrbem, sed nullus ex chirurgis auderet manum admouere curandis eius vulneribus, quòd omnes putarent fieri non posse vt vnquàm sanaretur. Tum ille adeò se destitutum videns, precibus Coletæ virginis humiliter se commendauit. Deindè constanter & securè dixit chirurgis, trabisque vlla hæsitatione apponerent manus suas. Quod cùm illi fecissent, intra quadraginta dies meritis Coletæ integrè curatus est.

Cap. 54. Mercatori prædicit inopinatam mortẽ eius.

Visontij ciuis nobilis fuit, Iohannes à Colonia, mercator celebris, Deum ferueramans. Putabat is se valentem viribus, & in magna victurum prosperitate. Accersitus autem à Coleta, audiuit vitæ finem sibi propediem impendére: itaque deberese componere res suas, & Domino venienti conscientiam mundam exhibere. Assensit ille prompto animo, nec quicquam omninò procrastinans, fecit vt erat admonitus. moxque correptus morbo, morte sua docuit vera prædixisse Coletam. Alius quidam in Burgundia fuit vir nobilis, potens & eruditus, iustitia quoque conspicuus. Ei & cognatis eius notæ erant res gestæ Coletæ, eamque non mediocriter amabat cum suis, & permultùm fidebat ei in rebus & negocijs suis, multisque eam beneficijs afficiebat. Existimante autem illo quoquè se firma esse valetudine, & simul tamen de animæ suæ salute cogitante, Coleta tum in longinquis agens regionibus, Domino reuelante didicit eum non diù superuicturũ, & in eius igitur ad illum quosdam sui instituti fratres, qui ei secretò hæc impedimenta indicerent. Quibus ille fidem adhibens, ea diligenter amouit, sanoque munitus Coletæ consilio, diem clausit extremum. Ciuis quædam Cabilonensis haud vulgaris, Colnacensi familiariter, præ deuotione se contulit ad eam visendam in monasterio Polinacensi. Illa verò sciens propinquũ esse vitæ eius terminum, admonuit eam, vt sua peccata integrè confiteretur. Fecit sic, & indè ab ea recedens, commendauit se obnixè precibus eius tam viuam, quàm vita functam. Reuersa Cabilonem, incidit in morbum, & Christo spiritum reddidit.

Cap. 55.

Facilè autem nouit Coleta ea, quæ absente ipsa fiebant, perindè vt quæ ipsa præsente, maximè si ea scire cuperet. Quidam ex fratribus eius Franciscanis ob quędam expedienda negocia Romam profectus fuit, vbi clàm egit nonnulla, quæ non nisì Deo & sibi nota existimabat: interim tamen putans se benè facere. At vbi rediit in conspectum Coletæ, ait ad eum: Quamobrèm isthuc ea ratione fecisti? Ille rubere suffusus, certissimè didicit, nihil eam posse celari. Si quid autem de administratione monasteriorum suorum voluisset habere comperti, tam facilè nouerat quæ agerentur in ijs, quæ essent procùl sita, quàm in quibus ipsa coràm aderat. Significabat autem illis secretò admissas culpas, vt remedium adhiberetur. Itaque, quod admirabile est, nihil vnquàm in ijs monasterijs indecens accidere potuisset, quin ipsa aliquid præsciret, tametsì non speciatìm semper nósset, quid vel vbì accideret. Indè verò magnus eius animo accedebat dolor: postquàm autem iam factum erat,

Fratri indicat, quid ab sens fecisset.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Multi eam inuisunt salutis suæ causa.

dolor ille leniebatur. Multi ad eam crebrò aduentârũt tam sublimis quàm abiectæ conditionis & statûs, tum pro deuotione, tum ob reportanda salutaria consilia, vel ob adhortationes egregias accipiendas, de quibus omnibus, maximè qui profectûs sui causa veniebant, vt plurimùm ea præsciebat, antequàm ipsius intrarent oratorium, quinam essent, quid vellent, quid responsi dandum illis foret. Quamobrèm confessarij eius & fratres, planè compertum habentes, quanta esset diuinitùs ei collata rerum occultarum cognitio, vsqueadeò eam verebantur, vbicunquè essent, etiam in locis remotissimis, acsi coràm ei assisterent. Si quid enim admitterent reprehensione dignum, postquàm ad eam reuertissent, comiter & placidè id eis obijciebat.

Cap. 56.

Sorores occulto quodam animi mœrore vel afflictione laborantes, crebrò ad se vocabat, blanditer exponebat causam mœroris vel afflictionis, earumque animos erigebat. Non potuit igitur ambiguum esse apud illas, Coletam matrem certò nôsse arcanas ipsarum cogitationes. Nouitia quædam aliquandò tentata fuit à terrerimo satana, vt exiret è monasterio, nec id tamen cuiquam aperire ausa erat.

Nouitiam corrigit, abitum meditantem.

Eam Coleta acciuit ad se, dixit ei quid cogitâsset: illa verò mox agnouit culpam suam, magnaque animi concepta deuotione, statuit planè professionem facere. Alia quædam soror, cum Coleta in eodem degens monasterio, adeò premebatur quodam conscientiæ pondere, vt in desperationem ruitura videretur. Sensit id Coleta in spiritu, vocatamque ad se tam suauiter & amanter allocuta est, tamque apertè & perspicuè ei demonstrauit periculum tentationis suæ, adeoque eius animum aduersùs eam tentationem confirmauit, vt nunquàm deinceps eam pertessa sit. Excitauit quandoquè malus dæmon inter duas sanctimoniales discordiam quandam, quam tamen neutra prodebat foris. Eas singulatim Coleta ad se

In concordiam redigit duas sorores.

venire iussit, & tam egregiè exhortata est, vt omni posita simultate, integrabilibus conciliarentur, & reipsa perciperent, Coletam non ignorâsse, quid animo versârent. Indè verò non parùm perterritæ, eam deinceps valdè timuerunt. Sorores quædam, Coleta in templo cum alijs diuinum officium peragente, vagis occupabatur cogitationibus. Aduertit hoc in spiritu Coleta, mandauit ei per aliam quandam, vt cessaret, donèc essent preces absolutæ. Illa ad se rediens, statuit nullo pacto eiusmodi cogitationibus assentiri. Alia quædam soror itidèm sub diuino officio,

Nouit cogitationes hominum.

manu librum tenens, res vanas & pernicioſas animo voluebat. Id clarè intelligens Coleta, sæpè innuebat ei, vt easà se repelleret. Sed cùm non aduerteret, abstulit ei librum non sine asperitate quadam. Sentiens illa Coletæ patere cogitationes suas, transtulit se ad cogitanda diuina. Mox Coleta humaniter ad eam se conuertens, subridensque librum ei restituit.

Cap. 57.

Interdùm quidam è Clero, doctoresque Theologi, & alij mundi huius sapientes difficiles ei de rebus subtilibus proponebant quæstiones. Etsi autem studio humanitatis inuita admodùm responderet, quandò tamen in spiritu sentiebat absque curiositatis vitio id fieri, tam profundè respondebat, tamque dilucidè explanabat, vt omnes admirarentur, multumque indè ædificati, dicerent secreta diuina diuinitùs ei reuelari. Ea tempestate, qua in Gallijs cruentissimum inter duas partes immineb at prælium, Coleta præuidit non solùm humanum sanguinem crudeliter fluendum iri, sed etiam multas animas miserè perituras. Multo igitur animi conceptò dolore, cum profusis lachrymis contulit se ad deprecandum Dominum, scripsitque literas ad vtriusque factionis capita, hortabaturq; nè prælium committerent: mallet etiam ad eos quosdã è fratribus suis, per eos significans corporum & animorum

Sopit cruentum prælium.

certam perniciem, ex eo conflictu secuturam, effecitque vt vtrinquè discederetur ab armis. Cognouit etiam quandoquè futurum quoddam pernicioſum incendium in pago quodam, in quo erat Clarissarum monasterium. Itaque mandauit illis, vt diligentem adhiberent operam rebus suis ab igni seruandis. Mox erupit eximium illud incendium, adeoque propè ad monasterium illud accessit, vt sorores valdè sibi metuerent: quæ tamen Coletæ meritis seruatæ sunt.

Cap. 58.

Prepotens quidam dominus piè afficiebatur erga Coletam, cupiebatque ei condere monasterium in ditione sua. Ea causa misit ad eam quendam è Clero, qui indicaret ei votum ipsius, & eius assensum expeteret. Assensit illa, sed postridiè præuidit magnam illi pago, in qua construendum erat monasterum, cladem immineere. Rogauit ergò dominum illum per nuncios, vt aliquandiù eam monasterij structuram

structuram differret. Non diù pòst tota illa regio hominibus armatis plena fuit, à quibus innumera fuêre mala perpetrata, atque etiam pagus, in quo monasterium dominus ille extruere voluit, penitùs destructus. Cùm primùm conditum fuit monasterium Poliniacense, nouitia quædam illic letaliter decumbebat. Iussit autem Coleta, vt quædam ex sororibus sedula ei adesset, nè sola moreretur, ipsamque accersiret, cùm cerneret morituram. volebat enim omninò adesse migranti è vita. Accidit autem, vt soror illa vel fessa labore, vel ex quadam negligentia somno opprimeretur, atque interìm nouitia efflaret animam. Quæ res vehementer afflixit Coletam, quòd non adfuisset decedenti. Obiurgauit igitur sororem illam, quòd id ei non indicâsset, aitque illi: Quandoquidem ausa es negligere præceptum meum, noueris te breui nulla præsente morituram. Vix parum intercessit temporis, cùm illa in grauissimum morbum incidens, sex horis loqui non potuit, nec ipes erat deincèps locuturam, cùm tamen non esset ecclesiasticis munita sacramentis. Eam autem more suo inuisit Coleta, vicemque eius dolens, obnixè rogabat Dominum, vt restitueret ei loquendi facultatem, quò posset sacramenta percipere. Postquàm illa suas absoluit preces, soror muta ilicò loqui cœpit, & diligenter confessa peccata sua, omnibus est munita sacramentis, sed tamen obijt sola, nulla præsente sorore.

Prædicit monialì mortem.

Cùm esset aliquandò in monasterio Viuiacensi, reuelatus ei fuit obitus propediem adfuturus cuiusdam nobilis & piæ matronæ, in pago Poliniacensi commorantis: Dicebatur ea Iohanna de Vannato eratque benè sospes, & multa fruens prosperitate. Nunciauit ergò ei Coleta, se quidem eius visendæ teneri desiderio, sed tamen non visuram se ipsam, nec ei locuturam in hac vita. Post paululum illa cœpit vexari mala valetudine, & vita functa est. Quidam religiosus presbyter Franciscanus ob monastica curanda negocia peregrè profectus fuit, cogebaturque ire per loca peste non mediocriter infecta. Correptus igitur peste, priùs obrutus fuit morte, quàm posset congruè sacrosanctam Eucharistiam sumere. Id Coletam, licèt procùl agentem, non latuit, statuitque in tanta necessitate fratri illi succurrere. Antè igitur, quàm ille exhalaret spiritum, ipsa accito confessario, peccata sua confessa est, & pro illo decedente percepit sanctissimum altaris sacramentum, nè absque eius munimine tam arctum ingrederetur iter, in quo illi pernicioſas insidias tetri dæmones tendebant: quod gratia Dei & meritis ancillæ suæ morienti non parùm contulisse videtur. Quidam alius sacerdos Franciscanus, qui cùm primùm professus esset vitam monasticam, vtilem sanè operam Coletæ monasterijs peramanter impenderat, tandèm hortante dracone tartareo, non imperrata copia discessit, & in longinquam abiens regionem, alijs religiosis se adiunxit. Sed parùm illic proficiens, mortifera ægritudine laborare cœpit. Diuinitùs id cognoscens Coleta, licèt ab eo longè semota, totis viribus orauit Dominum, vt illius miserrimæ animæ ferret opem. Mox ille tantam concepit cordis contritionem & dolorem ob admissa peccata sua, maximè quòd à monasterijs Coletæ seruitio se temerè subduxisset, vt spes sit illum reductum in viam salutis æternæ. Apparuit enim defunctus Coletæ matri, sicut solebant, qui ex eius erant familia.

Absentis peregrè fratris mortẽ diuinitùs nouit.

Cap. 59. Reuelatur ei obitus cuiusdam matronæ.

Nobilis quædam & potens domina, multùm in ea erat cura & cogitatione, vt neptem suam homini locupleti & honorato collocaret: videbatur autem ei, quòd nimiùm animæ suæ salutem negligeret. Itaque dixit ei Coleta: Multa quidem solicitudine in id incumbis domina, vt generosa neptis tua iungatur viro: sed præstaret hanc solicitudinem adhibere te saluti tuæ. non enim videbis vnquam eam marito copulatam. & id res ipsa comprobauit. mortua est enim antequàm nuptias neptis suæ. Sæpiùs quoquè perspectum habuit Coleta, quo in statu è vita plerique tum religiosi, tum seculares abituri essent. Aderat quandoquè cuidam religiosæ morienti, sed mortis cruciatus valdè extimescenti. dixit autem ad eam: Abi fidenter ad Dominum, nec quicquam timeas. Dixit illa, & anima confestim exijt è corpore. Ait autem ad adstantes Coleta: Multa quidem patietur, sed tandèm non priuabitur vita sempiterna. Puella quædam cumprimis formosa, & optimè morata extrinsecùs, perijt à Coleta recipi in monasterijũ. Sed quòd secreto nósset quædam in illa, noluit assentire. Rogante autem pro illa instantissimè patre Coletam, licèt puellæ, itemq; Coletæ confessario & alijs, illa respondit: Vos quidẽ cogitis me admittere

Cap. 60. Prophetia de morte nobilis matronæ.

Alia eius prophetia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mittere illam : sed tamen noueritis nunquàm eam ad professionem peruenturam. Fuit hoc verissimum. Primo enim exacto anno, ob diuini ignorationem officij, nec potuit nec debuit admitti. Altero anno tot ei occurrerunt infestissimę tentationes, præsertim de deferendo monastico instituto, vt quadam laborans amentia, diceret se nulla ratione posse illud profiteri. Eiecta igitur è monasterio, ad professionem admissa non est. Alia quędam nouitia, sub Missę sacrificio dicebat preces suas prope Coleram, vt illa cogitaret piam & religiosam i psam esse. Sacrificio peracto, Coleta acciuit nouitiæ illius magistram, aitque ei : Equidem putaui nouitiam hanc piam & Deo deuotam esse, sed nihil in ea deuotionis comperio. Audiens id nouitia, multùm erubuit, sentiens non latere Coletam cogitationes suas. Alia soror magno tenebatur desiderio petẽdi imaginem quandam à Coleta. Itaq; acceßit eam, sed non fuit tamen ausa indicare ei votum suum. At Coleta non ignorans quid vellet, subridens ait illi : Vade, vade. Illa abeunte, statim misit ei Coleta pulcherrimam imaginem, mandans vt eam mitteret matri suæ, quod illa summoperè desiderabat. Eadem soror aliquandò magna animi desolatione afflicta, ità vt se putaret Deo prorsùs inuisam, nec vllo pacto posse saluam fieri : statuit adire Coletam, & si illa placidum ipsi exhiberet vultum, existimare se non esse alienam à gratia Dei. Cumque hæc animo agitaret, Coleta mater vocauit eam ad se, eamque blandè & peramanter appellans, ait se non minùs eam amare, quàm vllam aliarum, quæ sint eius instituti. Deniquè commendauit eam monasterij Abbatißę, præsente illa, asserens eam esse filiam suam inprimis charam. Vndè illa magnam accepit consolationem, certoque sibi persuasit, Coletam perspicuè nôsse arcanas pectorum cogitationes.

Nouit sororis cuiusdã occultũ desiderium.

Cap. 61. Impurissimorum dæmonum ea est malignitas, vt quanto magis sentiunt, queniam appropinquare Deo, tanto eum acriùs infestent, & multis affligant modis. qui enim eis obsecundant, illis non magnam molestiam exhibent. Cernens igitur inuidus dæmon Coletam perfectissima charitate Deo coniunctissimam, modis omnibus conabatur impedire illam, & diuexare atque persequi toto vitæ eius spatio. Cùm enim in ipsa iuuentute statuisset Deum medullitùs amare, eique studiosè seruire, multis annis singulis noctibus, cùm inchoaret preces suas, quidam malignus satan ei se adiungebat, & miras quasdam voces & quasi pias querimonias edens, conabatur eius interturbare preces. At licèt illa annis esset iuuenis, animo tamen iam perfecta erat, & fide prouecta. Adeò enim confidebat Domino, vt nihil externum reformidaret. Itaque dæmoni illi nec signo, nec verbo quicquam respondit. vndè miser victus tædio, se subduxit. Porrò vbi ad mediocrem peruenit ætatem, & iam monasticam sectabatur vitam, sæpè in eam incurrerunt dæmones, fustibus eam diù & atrociter cædentes, vt membra eius tenerrima & imbecilla prorsùs fracta viderentur, & atri liuores in eius corpore remanerent non nonnisi tempore. Verberârunt eam aliquandò tam immaniter, vt tibiæ eius inflatæ, medio corpori crassitudine æquarentur.

Torquetur inuidia Satan, semperque infestus est Coletæ.

Sæpè à dæmonibus cędit.

Cap. 62. Voluit quandoquè Domino speciales quasdam preces feruenti spiritu offere, & eccè adsunt frequentes dæmones, vulpina specie, eam impedire & crudeliter verberare conantes. Sed Dominus illi contulit vires, ità vt certaret & contenderet cum eis, victosque cum dedecore in fugam compelleret. Post eam purgnam sorores eam inuenerunt valdè delassatam. Cùm enim experirentur dæmones eius orationes multùm prodesse hominibus, Deoque gratissimas esse, inter se permulti conspirâsse videbantur, vt multis modis, fraudulentrisque machinis quoàd possent eius sanctos & pios conatus retardarent ac impedirent. Nitebatur etiam ea causa metum & terrorem ei incutere, tametsi inanes eorum fuere machinationes, quandoquidem vbicunquè illa siue sola, siue cum alijs esset, semper forti & magno animo fuit, illos planè floccipendens. Induebant illi varias formas, easque terribiles, interdùm hominum prorsùs rubentium, nonnunquàm statuæ immanis & turpissimæ, cælum propè attingentis. Apparuit ei quandoquè satan in specie draconis horrendi, qui deindè recedens, in cœnobij mearo gradiebatur. Molestus admodùm Coletæ erat aspectus serpentium, bufonum, arancarum &c. id genus venenatorum animantium : quod non ignorantes dæmones, eorum sibi figuras sumebant, eique apparebant. Initio reformationis eius sæpè mentio habita est, quæ in Visontiensi monasterio susceptа fuit, non raro illa

Contemnit inanes dæmonum conatus.

illa orante, locus in quo erat, plenus videbatur turpissimis bufonibus. Sed illa facilè depræhendens figmentum satanæ, ad Dominum confugiebat, & repentè cuncta illa ludibria euanescebant. Sæpè impuri dæmones in eius oratorium inferebant cadauera hominum in patibulis suspensorum : sed cogebantur licèt inuiti, iubente illa, reportare ea ad locum vndè abstulerant. Loquebatur aliquandò Coleta cuidam è fororibus, vltrà quàm dici queat ciusmodi dæmonum ludibria reformidanti, aitq; ad eam : Si videres dæmones, valdè ne metueres tibi ? Illa respondere, se non posse adspicere eos, quin animam efflaret : Coleta subiunxit : Et ego si vel vniuersos tartari dæmones conspicerem, prorsùs nihil timerem, certa nihil eos posse in vllam creaturam, nisi permittat Deus. Quibus verbis soror illa mirabiliter confirmata fuit.

In eodem Visontiensi monasterio multifariè eam in extrema ætate persecuti sunt damnati illi spiritus. De beato patre nostro Francisco legimus, non libenter eum vidisse formicas, quòd contra paupertatem Euangelicam viuant de congesta sibi annona. Eãdem ob causam earum adspectus etiam Coletæ parùm gratus erat. Itaque immundi dæmones in eas se transformantes, sæpè eam infestabant, ità vt crebro vel in libros, vel in oratorium eius, res videlicet ei inprimis charas, tanta copia confluerent, vt ampliùs centum millia adesse viderentur : quibus visis, illa mirum in modum affligebatur, sed statim disparebant. Vt autem ciusmodi exercitationes eius alios laterent, causam in loca, in quibus tum degebat, conferens, iussit ea mundari, auferrique omnia, quæ possent ciusmodi animantia inuitare. Sed nihil proficiebat. mox enim vna apparente, plus quàm centum millia adesse videbantur, simulque omnes euanescebant. In quibusdam locis persequebantur eam dæmones in muscarum forma, quæ innumeræ inuolabant in oratoriũ eius, & incredibili eam afficiebant mplestia tum pungendo eam, tum volitando celerimè in libros & manus eius, & miris eam impediendo modis. Erat autem hoc ei permolestum, quòd cùm curâsset eas foràs expellendas, ilicò reuerterentur. Fuit quandoquè vna inter eas cæteris crassior & infestior, ingens ei tædium afferens oranti, adeoque eam perturbans, vt per se non auderet præcipere ei, vt abscederet : sed tamen virtute sanctæ obedientiæ iussit eam auolare. Et illa quidem fecit sic, quæiam nouerat, quid ipsi accidisset. In Picardia apparebant ei dæmones vt limacem, ad eius oratorium & super cubiculum irrepentes : quantoque illa plùs eos repellebat, tanto augebantur magis. Cùm autem vellet flectere genua, quinque vel sex, vel plures eriam illic visebantur : tantoq; crebriùs illi se visendos ingerebant, quanto ei molestior erat illorum adspectus.

Dæmones in muscarũ forma eam infestant.

Formicæ cur S. Francisco & Coletæ parùm gratæ.

Cap. 63.

Vix quisquam è sanctis reperiri possit, quantùm quidem illorum historiæ produnt, qui tam molestas dæmonum infestationes pertulerit, atquè ancilla Christi Coleta. Vndè colligi potest excellentissima vitæ eius sanctitas, & summa perfectio, maximè si attẽdas persecutiones omnes, à tetris spiritibus illatas veris amicis Dei, Deo permittente fieri : qui electos suos, quo sunt perfectiores, eo plerunquè finit & crebriùs & acriùs tentari atque probari. In ijs autem, quas diximus, Coletæ persecutionibus illa fuit immanissima, quam septennio ante obitum suum pertulit. Cùm enim vellet siue ore, siue mente Deo preces fundere, mox aderat frequens dæmonum turba, varias præ se formas ferentium, putà, luporum, leopardorum, leonum, colubrorum, serpentium, bufonum : volitabantque instar muscarum in aëre : nec deerant etiam virorum & fœminarum figuræ, quæ cæteris turpiùs & atrociùs se gerebant. Erant inter eas paruæ quædam effigies vtriusque sexûs, sic satis formosæ, capillo prolixo beneque composito. Porrò cæ tam dinersæ animantium formæ pariter se illi visendas ingerebant, nec vel patium potuit attollere oculos, quin eas cerneret. Ex earum autem adspectu tantus eius animum inuasit dolor & angor, vt maiorem ferre non posset : adeoque ijs visis cruciabatur & desolabatur, vt intra decem aut duodecim horas ad se redire nequiret. Atque id sanè admiratione dignum est, quòd si, Deo dispẽsante, ab alijs eædem formę vitæ essent, nullum cuiquam afferebat dolorem vel terrorem, prꝛterquàm Coletæ soli : nec videbantur tamen ab omnibus, quandò eas videbat Coleta, nisi quibus id à Domino prꝛstabatur. Interim tamẽ certò id sibi persuadebãt, si absente Coleta eas viderent, se præ terrore & horrore, mẽtis inopes planeq; rabiosos fore.

Cap. 64.

Grauissimẽ, dum orate vult, affligunt eam dæmones.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et cõplures quidẽ sui instituti homines illas viderunt, sed speciatim soror quędam, Coletæ familiaris & à secretis, cui res eius notissimæ erant, non rarò eas conspexit, certissimeq; cognouit intolerabilẽ animi dolorem, quo illis visis torquebatur Coleta. Itaque solebat se inter Coletam & illas interponere, interdùm etiam ramulo eas abigere, nè molestiam Coletæ exhiberent: sed id illa haudquaquàm auisa

Præsente Coleta, nihil dęmonũ species terrent alios.

fuisset, nisi adfuisset Coleta. Solebat interdùm Coleta eas horridas species quibusdam è suis confessarijs ostendere: sed illi neque timore, neque dolore indè afficiebantur, efficiente id proculdubiò Coletæ præsentia. Nam alioquì si illa absente eas vidissent, existimabant se in insaniæ periculum venturos fuisse. Eæ autem terribiles formę in solis parietibus oratorij vel cubiculi Coletæ apparebant. Deindè ad ima loca se submittebant: ad extremum etiam ad vestes, ad librum, ad manus & ad alias corporis eius partes accedebant, ità vt etiam oculum, qui ei charissimus erat propter vocales preces & sacrosanctæ Eucharistiæ conspectum, dirè lacerarent, vt illa putaret se eo orbatum iri. Multas alias oranti illi molestias & vexationes attu-

Colligi hìc potest, quàtùm eius preces cruciârint dæmones.

lerũt nequissimi dæmones, quas enarrare nimìs longum sit. Excitabant in eius oratorijs, ipsa attentissimè Dominum deprecante, magnos strepitus & tempestates, & crassis fustibus cædebant eam: nonnunquàm etiam in aëra eam sustollebant. Sed illa nequaquàm se patiebatur eiusmodi terroribus auocari à precibus suis: tamersi paucæ sorores ausæ erant manere tum apud illam, præter eam, cuius paulò antè meminimus, quæ eius meritis & precibus fidens, crebrò solebat eò accedere, visura quid illic gereretur: sed nihil tamen reperiebat præter fustes, dęmonibus se subducentibus, & eos ibi relinquentibus.

Cap. 65. Omni quidem tempore misit omnipotens Deus quosdam, qui miseros peccatores ad ipsum reducerent. Sed hisce nostris diebus fœminam misit, sibi præcipuè charam, Coletam virginem, quæ illuminaret & perfectè dirigeret ambulantes in vitiorum tenebris & vmbra mortis, reuocaretque illos in viam mandatorum suorum, atque omnibus, cuiuscunque illi vel statûs vel conditionis sint, lumen & exemplum de se præberet totius perfectionis, sanctitatis, deuotionis, mortificationis

Sanctorum omniũ virtutes vt in ea reluxerint.

& virtutum omnium. Et vt id præstaret efficaciùs, ornauit eam eximijs gratiæ suæ donis & vitæ excellenti sanctimonia, quibus olim speciales amicos & sanctos suos illustrârat. Vixit enim solitaria & in multa abstinentia cum priscis illis Eremitis, claram autem cognitionem cum Prophetis, paupertatem voluntariam aliasque eximias virtutes sectata est cum Apostolis, non ei defuit Martyrum tolerantia, non feruens Confessorum charitas, non Virginum nitida puritas. Quòd ad solitariam vitam attinet, in ea colenda vix pauci antiqui patres ei possint comparari.

Nota de ei' cellulis.

Totis enim quinquaginta annis penè semper vixit inclusa. In singulis enim monasterijs suis singulas habuit cellulas valdè arctas, quæ carceres veriùs vel sepulcra dicerentur, cùm se vix posset intra illas erigere, aut aliò vertere: quemadmodum in multis licet videre cœnobijs illius, maximè Viuiacensi, vbi Cellam habuit sexpedes longam, quatuor latam. Et illi quidem veteres eremitæ poterant expatiari per solitudines & relaxare animum post preces, labores & dolores, idque eos fecisse constat: at Coleta nunquàm de suo prodijt oratorio animi remittendi causâ, quantuncunquè horrendis esset affecta pœnis & doloribus: idque adeò, vt etiam si non nisi passus vnus interesset inter oratorium & propinquum hortum, vel stabulum, eò se conferre recusaret. Quandò autem cogebatur exire ad visitanda monasteria, aut alias ob causas, postquàm ad hospitia peruenit, in angustum se recipiebat angulum, pannis appensis conclusum, nec indè prodibat, donèc esset recedendum. Magna quoquè legimus sanctorum patrum ieiunia, prolixas vigilias, diuturnas preces. Sed Colera cum Christo ieiunauit perpetuis quadraginta diebus & noctibus, nihil prorsùs cibi aut potûs accipiens: quod tamen humanæ infirmitati esse impossibile, nisi quòd apud Deum nihil est impossibile. De vigilijs eius constat

Eius ieiunia.

Vigiliæ.

Ioſio.

eam toto anno ex singulari Dei gratia omni prorsùs somno abstinuisse. De lotio legimus, ad eius iussum steriſse solem spatio vnius diei: sed fortassis non minùs admirandũ est, ad preces Coletæ solem quandoquè præcipitâsse cursum suum, & ante tempus ortum esse. Sæpè illa vitam suam in mortis discrimen coniecit, & existimationem ignominiæ obiecit pro honore Dei & animarum salute. Cùm enim sequalibus in Gallijs bella feruerent, de quibus suprà dictum est, ità vt nemo ex oppidis aut castris egredi auderet, illa intrepida per vtriusque partis regiones proficiscebatur

tur visitatum monasteria sua, cùm interim, malo instigante dæmone, ab vtraque parte suspicarentur eam stare ab hostibus suis: tametsi illa pro vtrisque multas lachrymas & innumeras Deo preces offerret, & in suis monasterijs offerendas curaret. Accidit autem, vt tum in pagum quendam veniret, ab alterius partis exercitu occupatum & benè munitum, in quo erat monasterium virginum suarum. Illicò ortum ibi murmur fuit, eam fauere aduersarijs. Eam suspicionem periculosissimè auxit casus improuisus. Custos enim monasterij per errorem pulsauit campanam nocte inter nonam & decimam, cùm deberet media nocte pulsare. Id audientes excubitores, autumabant eo intempestiuo signo hostibus prodi pagum, Casus sanè periculosus.

Itaque inter se conspirant de trucidandis sororibus monasterij illius: iamque armati eo properant: sed eccè ob Coletæ matris merita res euenit sanè stupenda. Illustre miraculum.

Non solùm enim horologium ipsum monasterij primam horam clarissimè & gnomone & sono indicauit & expressit, cùm tamen deberet decimam, sed etiam noctis spatia contracta sunt, & sol ante tempus oriri visus est. Audientes autem milites primæ horæ signum, accurrunt ad monasterium, fatentur facinus animo conceptum, reprehendunt sese, aiunt se temerè malum suspicatas de sororibus Deo humiliter seruientibus, earumque precibus se munitiores esse, quàm suis vigilijs & armis.

Quàm autem multa prophetice cognouerit Coleta, iam superiùs copiosè dictum est. Obitũ Martini, eius nominis V. Pontificis Maximi, exactè prædixit, etiam mortis horam exprimens: schisma quoquè in Ecclesia futurum, finemque Concilij Basilecensis longè antè pronunciauit. Suprà diximus eam multùm amâsse paruulos propter puritatem & innocentiam, qua ipsa nitebat. Oblatus ei quandoque fuit paruulus, ex nobilibus parentibus ortus. Illa autem, præsentiens, si diù viueret, eum condemnatum iri, rogauit Dominum, vt breui eum tolleret è medio. Reportatus puer domum, non diù pòst mala affectus valetudine, desijt esse in humanis. Ea res summo dolore affecit parentes eius, qui etiam ad monasterium venere, perquirentes quid puero accidisset. Vt autem cognouerunt quid dixisset Coleta, suam voluntarem libenter diuinæ conformârunt. Vidua quædam nobilis & potens, paruulos habens filios, aliquot Coletæ monasteria fundârat. Eius verò rorum patrimonium vastabant prædones & raptores: neque illam formidantes, quòd esset mulier: neque filios, quòd essent paruuli. Petita autem à quodam in coniugem, statuit consentire: sed tamen voluit priùs consulere Coletam. Ea verò sic fertur ei respondisse: Fac quod tibi visum est, sed noueris tamen te ex nouo marito nullam habituram prolem. Nupsit illa, sed mors breui consecuta, vetuit nè prolem relinqueret. Quædam ex sororibus eius angebatur ob confessionem peccatorum integrè faciendam. Eam Coleta iussit venire ad se, dixitque ei peramanter: Debes, filia, securè confiteri, nec dubitare quicqnam: Deus enim misericors & benignus est. Dices autem hunc in modum peccata tua. Illa hoc audiens, erubuit, sentiens Coletam matrem nôsse cogitationes eius & peccata. Sedit aliquandò ad meridiem Coleta cum multis alijs sororibus instituti sui. Adeò autem cælesti quadam meditatione sursùm rapiebatur, vt cogeretur à mensa surgere. Abijt autem ad oratorium suum, eam illic meditationem prosecutura. interim dixit sorori, cum ipsa eunti: Quid tu diceres, si videres ad vnam mensam assidentes nouem Abbatissas? Reuelatum enim ei erat, nouem ex illis, quæ cum ipsa fuerant in mensa, Abbatissas posteà creatum iri: quod etiam factum est.

Confitmat sororẽ, sua peccata cõfiteri timẽtem.

Cap. 67.

Apostolis quoquè vt in multis similis fuerit, satis perspicuum est. Fuerunt illi à Deo electi & missi, vt mundũ conuerterent: fuit & ipsa electa & missa, vt miseros peccatores reduceret ad Deum. Eius missionis potest hoc non obscurum videri argumentum, quòd concepta fuit à matre, quę iam excesserat tempus vtplurimùm aptũ proli concipiendę. Apostoli quoquè in diuersas dispersi regiones, Christi fidẽ propagârunt: & Coleta annis quadraginta longè lateq; non sine magnis periculis discurrendo, constituẽda curauit monasteria Ordinis sui, vt Dei nomen celebraretur, animarũ augeretur salus, peccatores è dęmonũ potestate eriperentur, & Saluatori suo restituerẽtur. In paupertate Apostolos quàm sit imitata, potest ex eo liquere, quem ipsa quãdoquè habuit ad sorores suas in multo feruore spiritus, loquęs de summa humilitate & paupertate Domini Iesu & sanctissimæ matris eius Mariæ & Apostolorum: vbi tum manifestè apparuêre duodecim Apostoli, humi

Sermonem ea habente, apparent Apostoli.

Universidad de Deusto
Biblioteca

residentes prope Coletam,multa in eis relucente humilitate,simplicitate,pauper-
tate: omnes induti vestibus albis,& illic permanentes, donèc illa cessaret loqui.
Sermone finito,multis visi sunt assendere in cęlum,& vnà cum illis Coleta in tan-
tam altitudinem subleuari visa est,vt ampliùs conspici non posset. Habuit & alia
Apostolorum charismata. Sanabant illi dæmoniacos : curabat & Coleta, atque
etiam rabiosos sanabat, virtute nominis Christi. Monialis quædã furiosa, dæmo-
niaca,& morbo caduco laborans,intolerabili molestia afficiebat sorores alias no-
cte dieque, licèt multæ essent. Sæpè enim oportebat eam à sex & eo ampliùs soro-
ribus, interdùm ab omnibus teneri, alioqui & sibi & alijs grauissimè nocituram.
Eum autem furorem toto anno patiebatur eo tempore,quo diuina officia & Missę
sacrificium fiebant,quod fuit alijs molestissimum. Si enim fortassis à Completorio
vsque ad nocturnas preces quieuisset,adeò tum se discerpebat,vt multæ eius com-
primendæ gratia cogerentur à diuinis laudibus abesse : quod itidèm fieri oporte-
bat à primo signo Primæ vsque ad sacrificij finem, & ad omnes preces Canonicas.
Aliquotiès verò biduo triduoque permansit tacita, iacens in lecto planè rigida
membris omnibus,ore horrendum in modum hianti,oculis fœdè apertis & gran-
dibus. Atque ità visa fuit absque sermone & cognitione, nihil neque manducans,
neque bibens,neque vllum edens signum,prętер planctum lugubrem & funestum,
in quo gemina videbatur vti voce.Interdùm autem adeò illa vexabatur insania,vt
nullo pacto neque teneri,neque vinciri posset,ederetque & biberet obuia quęque,
putà,ouа integra,magna lignorum & lapidũ fragmenta, cortices cum nucleis pru-
norum,cerasorum & id genus aliorum grandi numero : Ferrum complicaret per-
indè vt arborum ramusculos,alta clamaret voce,quę tamen non videretur esse hu-
mana : nec posset vel signi crucis impressione,vel aquæ sacratæ aspersione,nec vllis
precibus compesci vt taceret.Nonnũquàm ità excrescebat furor,vt prętер hę-
quàm bestia rationis expers ex oculis, ex genis, ex auribus, ex capitis cranio,& ex
membris omnibus sanguinẽ emitteret,quod sine horrore adspici non potuit.Tan-
dèm moniales illæ recordatæ procùl tunc absentis Coleræ, scripto indicărunt ei
calamitatem sororis suæ,orantes,vt suis precibus ei opitularetur. Et eccè simul at-
què literæ missæ fuêre,cœpit misera habere aliquanto mitiùs : magisque diminuta
est tam dira vexatio,cùm literę venêre in manus Coletę: postquàm autem illa Do-
minum rogare cœpit,non diù dilata est integra eius curatio. Loquebantur Apo-
stoli varijs linguis, & idiomata omnia callebant: nec hæc gratia Coleræ defuit.
Apostolis non nocebant hausta venena : & Coleta bis sumpsit potionem morti-
feram,diro infectam toxico,nec quicquam læsa fuit: immò etiam libenter ignoua
illis,qui ei illam obtulerant.

Sanat precibus suis dæmoniacam miserrimã.

Cap.68. Quos sit perpessa cruciatus.

At verò si de Martyrum velimus agere tolerãtia,ea quoquè Coletam non carui-
isse videbimus.Nam si vel centiès illa immissa fuisset in dolium feruentis aquæ vel
olei, aut totiès ignibus inflammata esset, aut tosta,aut excoriata,vel capite punita,
non possent eæ pœnę cõparari cum illis,quas illa annis quinquaginta toleranit.Et
certè libenter illa corpusculum suũ pro amore Domini Iesu morti obtulisset:atq;
fuit re ipsa martyr, quãdò pro honore Dei promouendo non parum fudit sangui-
nis,fracto brachio nõ sine magno dolore,ità vt illo tota vita sua vti non posset: ca-
pite etiã adeò cõtrito & quassato,vt cùm se verteret,sentiret ossium collisionem.

Cap.69.

Solebant Christi Confessores fide syncera, perspicua cognitione & feruẽti cha-
ritate ferri in Deum, prorsùs subducentes sese ab hoc mundo, atq; à rebus munda-
nis,totosque se occupantes ijs,quę ad Dei perfectissimũ amorem pertinent.Et Co-
leta quoquè ardentissima Dei charitate vsque adeò accẽsa fuit, vt per aliquod tem-
pus,quotiès eius diuinũ mellitissimumq; audiuisset nomẽ,mox tota à se deficeret,
& raperetur in Deum.Itaq; si qui ei loqui vellent,summoperè cauere debebant,ne
quid dicerent ex ijs, quæ ad Dei summam dilectionem pertinerent. mox enim sic,
auditis illis, extra se discedebat,vt lõgo temporis interuallo nemo posset ei loqui.
Interim tamen etiam mirè diligebat proximos,adeoque promouere cupiebat cu-
iusliber bona spiritalia,vt quiete potiri non posset in spiritu, nisi ei pro sua vocatio-
one & facultate subueniret. Et libenter illa etiam seipsam obligâsset,vt posset opi-
tulari proximis, sicut & re ipsa fecit. Cùm enim nobilis quidam in eam igno-
miniam incidisset, vt sine magno discrimine non posset satisfacere creditoribus
suis, illa charitate feruenti effecit per bona quædam ipsi commendata, vt ablique

Crebri eius mentis excessus.

detrimento euaderet.Etsi verò ingens eius erat charitas erga viuentes,at tamen si-
ne vlla comparatione magis cupiebat pia benignitate succurrere vita functis. Mi-
ro quippè tenebatur desiderio alleuandi cruciatus grauissimos animarum,in locis
purgatorijs degentium,quibus adeò condolebat, vt diceret se libenter illarum lo-
co pœnas illas perpeti velle. Itaque volebat,vt demptis tribus ante Pascha diebus,
sorores quotidiè dicerent officium defunctorum.

Charitas erga animas defunctorum.

Fuit religiosus quidam siue monachus, genere nobilis, dignitate haud vulgari, Cap.70.
sed cõscientia sic satis dissoluta,& exigua animi deuotione.Is tantum fidebat Cole-
æ precibus,vt nullius magis fideret,spemque salutis suæ in ijs plurimùm colloca-
ret. Cùm autem Coleta in longinqua versaretur regione, spiritu præsensit illum
monachum non diù superuicturum:cognouit etiam horrendas pœnas & dira tor-
menta,quæ ob peccata sua esset perpessurus : sed ità tamen,vt tandèm fieret saluus.
Multùm igitur diuque rogauit Dominum pro illo, vt pœnas illas minueret, nec
orare destitit,donèc certò didicit eius futuram beatitudinem. Si quis frater aut so-
ror in monasterijs, in quibus ipsa degebat, morti propinquaret, sororem quidem
ferri, vbi posset ipsa præsens esse morienti : totisque viribus pro eiusmodi Domi-
num deprecabatur,ipsosque hortabatur ad fidei constantiam & spem veram con-
cipiendam aduersus illusiones omnes & fraudes dæmonum, quæ illis possent oc-
currere: atque etiam malignos dæmones abigebat ab illis.

Feruenter orat p morientibus.

De puritate Virginum,in Coleta pręclarè relucente, hoc dicere possumus, eam Cap.71.
tam excellentem fuisse in Coleta, vt nunquàm verbũ vllum leue aut inhonestum
vel dicere vel audire potuerit quouis modo absque animi dolore & afflictione.
Quamobrèm etiam Christus Dei filius eam sibi sponsam & amicam charissimam
elegit. Accidit autem aliquandò,cùm adhuc secularis esset Coleta, vt vir quidam
lasciuus & impurus eam in quodam monasterio cerneret precibus vacantem, fœ-
disque & spurcis sermonibus eam appellaret.Cui illa dolenter respondit: Vtinàm
præstet tibi Deus notitiam eorum,quæ dicis. Mox ille cœpit videre scelus suum :
cumque vellet è monasterio egredi per portam, quæ omnibus patebat, nullo mo-
do potuit: sed quotiès conabatur exire,totiès se retrò repelli sentiebat. Non im-
meritò igitur terrefactus,nesciebat quid ageret,multumque formidabat se mente
captum iri. Tandèm recolens quid dixisset Coletæ purissimæ virgini,& existimans
ea causa se tam miserè affligi,ocyùs ad eam accessit,culpam coram illa edixit suam,
veniam petijt humiliter & deuotè. Tum Coleta,Deus, inquit, per sanctam miseri-
cordiam suam ignoscat tibi.& quamprimùm ille sine difficultate foràs egressus est.
Tanta erat Coletæ puritas,vt multi eam inuisentes,anteà leues & ad turpia valdè
propensi,ex eius præsentia prorsùs liberarentur, animisque corroborarentur ad
constanter sectandam corporis castitatem. In ijs quidam religiosi familiariter ei
indicărunt quasdam tentationes suas valdè periculosas, moxque se senserunt pla-
nè impotentes ad eas exequendas: atque ità & facultate & voluntate peccandi li-
berabantur. In Francia princeps quidam præpotens,priusquàm vidisset Coletam,
mundo huic deditus,fastuosus,delicatus & lubricus fuit. At postea, Coleta inter-
cedente,ex mũdano factus est religiosus,ex fastuoso humilis, ex lubrico spiritalis,
ex delicato erga se rigidus & seuerus. Testabatur ille crebrò coram multis non
vulgaribus hominibus,idque sumpta sacrosancta Eucharistia,se posteaquàm vidis-
set Coletæ faciem,nunquàm carnis tẽtationem sensisse. In eodem regno fuit quę-
dam nobilissima matrona,vita laudabili,fama celebri,multa pietate & misericor-
dia,vtriusque sexũs liberis abundans. Vnus autem ex filijs eius, qui ferè semper hæ-
rebat domi, spurcissimo incitante dæmone, miserè cœpit amare fœminam quan-
dam,& tãdem post multos lasciuos sermones, adspectus & tactus, ventũ est ad mu-
tuum consensum operis nefarij perpetrandi : sola deerat temporis & loci oppor-
tunitas.Illis verò in hoc detestando proposito permanentibus,quidam religiosus,
quem illa matrona miserat ad inuisendam Coletam, erga quam singulari erat ani-
mi deuotione & amore, attulit ad eamipsam matronam à Coleta missam zonam
vel funem,quo solebat illa stringere habitum suum,eumque obtulit matronæ pre-
sente filio eius,tam turpi tentatione vexato. Qui cùm illum funem vidisset,repen-
tè totus mutatus est, adeò vt semper fugeret loca, in quibus erat illa puella,quam
tam perditè amauerat: quòd si non posset subterfugere, quin videret illam, pro-

Eius prœcellens virginitas.

Pœna hominis lasciui.

Hoc sanè eximiũ est.

Præclari effectus præcum eius.

Res profectò memorabilis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptereà quòd esset cum matre sua, non sine dolore & abominatione id faciebat. Tandèm meritis Coletæ vtroque ab ea tentatione liberato, puella iuncta matrimonio est, corpore integra, & familia nobilis fœdam ignominiæ notam euasit.

Cap. 72. De patientia Coletæ multa iam antè dicta sunt. Quas illa & quantas ægritudines

Multiplices Coletæ cruces. corporis, quos cruciatus & angores internos & externos non solùm patienter, sed & hilariter pro Dei nomine perpessa sit, commemorari vix queat. A principio deuotionis suæ afflictiones, si deessent, appetijt: si adessent, amanter sustinuit. Quæres eam Christo sponso effecit similem, qui in hac valle miseriæ nunquàm pœnarum & afflictionum expers fuit. Si quis interdùm miseratus eius dolores internos & externos, diceret ei, Heu mater, quàm dirè passa es: illa respondebat: Ego facilè soleo etiam de paruis conqueri. Omnibus ei persecutionem, damnum, afflictionem inferentibus, pro malis libenter voluit bona reddere, ità vt nonnunquàm diceret se prouisuram illis de rebus necessarijs, quoàd essent in vita. Ab ipsis quoquè familiaribus amicis nō parùm vexata fuit: quos vt ab ingratitudine reuocaret, eos ad se accitos, in suis collocauit monasterijs, & tum corporalia, tum spiritalia eis adhibuit solatia, tantamque salutis eorum curam gessit, vt multi eius precibus ab animæ & corporis periculis extracti sint: Illi autē plùs dolebat Dei iniuria & perditio animarum ipsam persequentium, quàm mala omnia, quæ ei vndecunquè accidere potuissent. Ad extremum tamen tales redibant ad sanitatem, & dolebant

Quidā amicus in summum mutatur hostem. se tam malitiosos in eam fuisse. Inter alios quidam ei familiaris fuit, qui diabolo instigante, aliquandiù grauissimè eam persecutus est, ab amico in tam crudelem mutatus hostem, vt nec audire quicquam de illa boni, nec propè ad eam accedere vellet: diceretque non esse in ea spiritûs sancti gratiam, sed quæ illa faceret, per alium fieri debere, quam putabat magni esse meriti apud Deum, cùm tamen planèm dis & imperita foret: Tum prætereà etiam inhumaniter eam virgis cædi iubebat, interdùm vsq; ad effusionem sanguinis, & crudeles ei persecutiones inferri. Quod etsi valdè eam excruciaret propter eos, qui talium authores erant, at tamen fecebat suauiter & patientissimè, ità vt ne minima quidem impatientiæ vox ab ea exprimeretur. Sicut autem Saluator orans pro hostibus suis, exauditus est pro sua reuerentia: ità & ipsa humiliter & efficaciter deprecans pro suis persecutoribus Dominum, non est voto fraudata suo. Agnouerunt enim illi tentatione diabolica se instigatos fecisse quæ fecerunt, totoque vitæ suæ tempore multùm ea causa doluerunt.

Cap. 73. Vir quidam celebris ei est infestissimus. Multa etiam tulit ab extrancis non paucis, præsertìm à quodam magni nominis viro, cuius facta cum nomine non consentiebant, qui & clàm & palàm obrectabat ei, mirabiliter eam impediens, multisque vexans modis, & planè affirmans se & illam & omnes conatus & opera eius prorsùs euersurum. Illa verò sic ei respondit: Spero fidenter in bonitate Dei conseruaturum eum, quæ per eum facta sunt.

Itēm duo è Clero. Duo è Clero præcipui eius persecutores fuêre in ea vrbe, in qua permulti non mediocriter eam infestârunt & impediuerunt. Ij multos confinxêr articulos incredibili malitia, asserentes eam Hussitarum hæresi laborare, & multa alia sanè abominanda, ab illis sceleratè conficta, quæ tamen non dubitabant palàm omnibus proponere & euulgare, vt efficaciùs sancta eius opera retardarent. Sed illa his omnibus & quibuscunque alijs iniurijs opponebat silentium, ferens omnia sedato & tranquillo animo. Quanuis autem sancti homines sileant, dum ferunt persecutiones, non minùs tamen formidanda sunt iudicia Dei. Eccè enim alter horum, vt fe

Vltio diuina in eius persecutores. vidit frustratum conatu suo, elato animo aliò commigrauit, sed paulò pòst extinctus est: alter mansit quidem, sed graui correptus morbo, valdè cruciabatur, ereb brò appellans Coleram, tanquàm indicaturus ea causa se sic torqueri, quòd iniustè eam esset persecutus: atque in ijs doloribus clausit diem extremum. Quidam etiam laici opulenti, sanctitatem eius & vim sanctæ paupertatis ignorantes, non parùm eius detraxêre existimationi & famæ, dicentes eam esse fœminam cumprimis opulentam, quæ mutuas daret pecunias propter vsuras, & quæ cambia vel colybos Parisijs, Brugis & Gandaui manuteneret. Sed hæc illi inepissimè, quandò eius adeò feruebat sanctæ paupertatis amore, vt multo libentiùs passura fuerit se viuam excoriari, quàm quicquam eiusmodi admitteret. Multi etiam nobiles & potentes intolerabili quadam vexatione illam appetere conati sunt propter ædes quasdam, quas ipsi volebant ad alios, quàm oporteret, vsus applicari: sed Dominus

nus Iesus præcipuos eius vexationis authores breui abstulit è vita. Illa verò & has & alias propè innumeras persecutiones instar agni suauiter & patienter tulit amore illius agni innocentis, qui vno die plus nostra causa perpessus est, quàm nos pro illo ferre possemus cunctis diebus vitæ nostræ.

Cùm iam sexagesimum sextum ætatis complêsset annum, vt perfectissimæ perfectæ coronam posset adipisci, tametsi corpore valdè esset debilis & exhaustum propter senium & incommodam valetudinem, tum propter graues dolores, quos tulerat, & quotidiè patiebatur pro voluntate Dei: at tamen ità se comparabat, tanquàm iam ab integro vellet inchoare benè agendi studium, perindè acsi robusto esset corpore, nec quicquam vnquàm rectè & præclarè gessisset. Itaque nunquàm recusauit laborem, nec desijt se promptam offerre ad colligendas vires, quantumuis esset & laboribus & varijs defessa pœnis, & ad totā sese impendendam, vbi id Dei amor & salus animarum poscere videretur. Sæpenumerò ab aliquo professura monasterio ad exequenda opera pietatis, tam cernebatur imbecillis, vt vix sustinere se posset, nec breue spatium viua confectura putaretur: at nihilo minùs suscipiebat illa labores & dolores propter amorem Dei, aiebatque se paratam esse mori, prout Domino visum esset, siue in agris, siue in pagis. Cumque eius comitates plerunquè adeò delassarentur ob nimios labores, vt ægrè respirare possent, illa tota permansit alacris, viuax, constans & infatigabilis, non aliter laborans Christi causa, quàm si esset planè recens & firma valetudine, nec quoàd vixit, vinea Domini colere cessauit, grauiterque & perseueranter multos exantlauit labores, donec ad optatum cumque clarissimum peruenit finem.

Cap. 74. Egregius feruor illius. Cap. 75. Prædicit obitū suum. Nihil sibi parcit. Mirè diuinitùs confortatur.

Eum autem vitæ suæ finem illa prædixit, dicens se biennio non superuicturam, quod etiam sic accidit. Tandèm tribus ferè ante obitum suum septimanis expressè ait se migraturam ad Dominum, & cùm ad se accersiuissent sorores, hortabatur eas singulari animi affectione & studio, vt essent veræ & perfectæ monastici instituti sectrices, Deum timerent & amarent præ omnibus, Canonem siue regulam obseruarent, itemque declarationes illius, redderentque fideliter Domino, quicquid ei vouissent. Cumque hæc & multa alia salutaria dixisset, subiunxit: Non est, quòd putetis me in decessu meo quicquam dicturam vobis: nihil enim tum ex me audietis. Deindè ait confessario suo: Pater, quicquid ego in reformando S. Francisci instituto feci, Dei nomine id feci: & licèt magna ego sim peccatrix, & tota vitijs oblonga, attamen si denuò mihi facienda essent ea quæ feci, non video, quemadmodum ea aliter facerem, atquè feci. Indè mensis Februarij die vicesimosexto, qui fuit Dominicus, manè confessione facta, sub sacrificio corpus Christi summa denotione percepit. Sequenti nocte venit ad eam singulari quadam beneuolentia Dominus Iesus: post quam apparitionem illa instar infantis nihil iam vllas curabat res mundanas, soli Deo vacans, ore vel mente illum deprecans. Pòst accidit ei insolita quædam debilitas, quæ confessarium eius, timentem nè morere-

Christus ei apparet.

tur, eò permouit, vt extremam vnctionem ei adhiberet. Deindè legit apud illam Christi passiones, quibus absolutis aduerrit nondùm adesse supremum vitæ tempus, itaque recessit ab ea. Altera die ad eius venit oratorium, sacrificium pro more coram illa facturus, reperitque illam optimè constitutam, perindèacsi esset incolumis. Mirabatur autem, vndè tam citò esset restituta, sciens absque speciali gratia Dei id fieri non potuisse. Tum verò sacrificium illa cumprimis reuerenter audiuit, & Christi corpus cum multis lachrymis adorauit: idem faciens etiam reliquis eius hebdomadæ diebus. Est autem notatu dignum, post eam, quam dixi-

Post eā apparitionem quatuor in ea visa memoratu digna.

mus, apparitionem quatuor in ea visa esse sanè memorabilia. Primum est, pœna quædam grauis & insolens, quæ vsque ad supremum spiritum perdurauit. Alterum, quod non nisi solis precibus deinceps voluit occupari. Tertium, quòd diebus singulis Missam sanctissimam cum multa deuotione & reuerentia auscultauit. Quartum, quòd licèt ex oratorio non exiret, tamen perspicuè nouit omnia, quæ in monasterio gererentur. Confessarius cum socio, nolens eam se absente reddere spiritum, venit ad monasterium, quod illa nemine indicante ilicò cognouit. Ad vesperam sextæ feriæ comiter & consolatoriè loquebatur ad fratres. Sabbato post sacrificium, petita ab eis copia, & peractis precibus, celeriter abijt ad cubile. Crucis signo se consignans, aitque: En extremum cubile. deindè in illo se reposuit, vestita more suo, sibijpsi imponens nigrum velamen, quod à Pontifice

Universidad de Deusto
Biblioteca

acceperat, cùm primùm professionem fecit. Mox clausit os & oculos, deinceps
Sub mortẽ vt se gesserit. non aperiendos, licèt interim omnia nósset, quæ foris agerentur. Pro quodam enim leuamento attulerunt ei puluinar, quod illa reiecit. Quadragintaocto horis sic mansit in lectulo, nihil neque loquens neque videns, neque vllum vel gestum vel signum vlla corporis parte edens, sed summam præ se ferens honestatem & sanctitatem, nihil mutato colore in illo dolore, quo tunc cruciabatur. Indè sexta Martij die, hora octaua ante meridiem, cunctis Gandauensis monasterij sororibus præsentibus, itemque eius confessario & socio fratre, clausit
Felicissimè abit è vita. extremum vitæ tempus, anima sanctissima à corpore suauiter recedente, & recta ad Deum creatorem suum proficiscente. Color autem, qui fuit in ea decedente, perdurauit horis duodecim: indè subitò corpus eius mutarum est in pulchritudinem admirandam. Erat enim instar niuis candidissimum, venis colore
Corporis exanimis pulchritudo. cæruleo elegantissimo passim apparentibus: membra omnia formosissima visebantur, & quæ possent facilè inflecti, odorem mirificum ex se diffundentia, ità vt planè in eis innocentiæ status & omnimoda puritas reluceret. Ijs adeò permoti fuêre plurimi, vt supra triginta hominum millia ad eam visendam confluxerint. Tertio ab obitu suo die humatum est virgineum illud corpusculum, sed, vt ipsa iusserat, in summa paupertate, & absque vllo operimento, sicuti Christus nudus in cruce pependit.

Cap. 76. Post obitũ eius quę cõtigerint. Ea hora, qua migrauit, in quibusdam monasterijs, quæ ea speciali erat amore prosecuta propter maius sanctæ paupertatis studium, auditæ sunt voces longè suauissimæ cantantium Angelorum, è quibus vna sic à nonnullis dicere audita est: Venerabilis religiosa soror Coleta migrauit ad Dominum. In quodam monasterio eius soror quædam præ cæteris amabat Coletam. Ei illa moriens ante mediam noctem apparuit in regione longinqua moranti in forma pulcherrima & splendidissima, sed ob nimiam claritatem faciem eius videre non potuit. In alio monasterio procùl remoto soror quædam summoperè cupiebat videre eam, multasque fundebat ad beatissimã Mariam preces, vt per eam posset compos fieri voti sui. Putabat enim, si vel vna hora vidisset eam, id sibi semper profuturum. Eagitur nocte, post quam obijt Coleta, vidit speciosissimam quandam & venerabilem dominam, cuius pulchritudo nullis posset verbis explicari. Eius facies prorsùs luculenta fuit, instar crystalli soli oppositæ. Porrò ter per oratorium deambulabat, sequebaturque eam puer elegantissimus, facie æquè lucida, semèl atque iterùm ille dicens: Eccè soror Coleta, eccè soror Coleta. Tum verò soror hæc videns & audiens, miro fuit perfusa gaudio, quòd eerneret eam, cuius visendæ summo flagrasset desiderio: cumque vellet cæteras inclamare sorores, non potuit votem exprimere. Putabat autem velle eam visitare monasterium. dictum enim erat ei ad-
Ea decedẽte, soror quædam quid audierit & viderit. huc nouitiæ, quòd etiam in spiritu visitaret monasteria. Postquàm verò ad dormitorij fores venit, illa euanuit. Eodem die, eopioso tempore, quo Coleta decessit, soror hæc sola ingressa est in oratorium, Domino preces oblatura: cumque se submississet in genua, mox audiuit voces altas & claras grandis multitudinis, quibus suauiores in hoc mundo percipi non possent: sublatisque in cælum oculis, vidit faciem luculentam, quam nocte viderat, in medio tam dulciter canentium. Etsi autem nihil horum tum intelligeret, piè tamen credidit esse eam Coletam lucidissimam animam, quam Angeli in cælos deducerent. Alijs quoquè duabus per visum ostensa est anima Coletæ cum multa gloria & reuerentia à sanctis & Angelis frequentissimis duci in cælum, multis eam sequentibus animabus, quas, vt altera ex ijs vidit, illa suis meritis & precibus è purgatorijs pœnis liberârat, hactenùs ibi detentas.

MIRACVLA QVAEDAM EX IIS, QVAE COLETA *fecit adhuc viuens.*

Cap. 77. Multas Coleta animas suis precibus excitauit à morte peccati, multos corpore mortuos reuocauit ad vitam. Vtrunq; diuinę virtutis opus est, sed præstantius illud, quo reuiuiscunt animæ. Possent commemorari plurimi, etiam non vulgares, quos Coleta reduxit suis intercessionibus à morte culpæ ad vitam gratiæ: sed nos iam de illis agemus, quos corpore mortuos excitauit. Filia cuiusdam Visontiensis mortua ante baptismum, allata fuit in templum à parentibus, quòd sperarent eam vitæ reddi-

restitutum iri. Sed cùm cernerent verè mortuam, ilicò reportârunt eam absque
Infantula mortua reuiuiscit. baptismo, & Coletæ precibus obnixè commendatam, quandoquè eius velo fidenter inuoluerunt, & in templum attulerunt. Et eccè reuixit infantula, & salutari expiata lauacro, Coleta appellata est, & postea Coletæ matri oblata, vitam monasticam professa est, in qua vsque in præsens laudabiliter perseuerat, diciturque soror Coleta de Prucero. Iuuenis quidam, Iohannes Burseti, qui nunc est Visontij ciuis
Item iuuenis quidam. insignis, affirmat se meritis & precibus Coletæ vitæ redditum. Idem affirmant propinqui eius, & qui cum nouerunt. Neque id ignotum est fratribus & sororibus nostris, sed cùm mihi de modo, quo id factum est, non constet, non audeo eum certò exprimere. Item infante quodam sine baptismo defuncto, cumprimis dolente Coleta, iussitque eum in prophano loco sepultum, è monumento extrahi, & ad
Atque etiã infans. se apportari. Factum est, vt voluit, & illa pro infantulo orãte, anima rediit in corpus, & baptizatus, dimidio anno superuixit. Franciscanus quidã frater Franciscus Clareti, annos ampliùs triginta fuit cum Coleta, multa ei & monasterijs eius humanitatis, beneuolentiæ & charitatis officia ex animo præstans. Is in morbum in-
Item Franciscanus quidam. cidit, & iam planè mortuus putabatur, & ille postea se mortuum fuisse affirmabat. Cum autem sic esset vita functus, visus sibi fuit duci ad tribunal Christi pro captanda gratia & misericordia: indè verò etiã duci ad beatissimam Dei matrem Mariam, tum ad Apostolos, ad martyres, ad confessores & virgines. Omnium autẽ horum vna sententia fuit, restituendum illum Coletæ: cuius precibus corpus eius reuixit & surrexit. Ex his quatuor tres hodieque viuunt, & testantur vera nos dicere.

Cap. 78. Permulti verò Coletæ precibus à mortis periculo sunt liberati. Aegrotabat periculosè quidam reuerendus pater, nec id ignorabat Coleta, in alio monasterio procul ab illo seiuncta. Vt autem ei in extremo illo periculo subuenire faciliùs posset, ad monasterium se contulit, vbi ille decumbebat: cumque eò peruenisset, reperit eum iam animam agentem. Mox ad supremum medicum ardentissimis precibus confugiens, ab illo obtinuit, vt primo die iam meliusculus esse inciperet,
Quidã iam moriens reualescit. & paulò post adeò firmaretur viribus, vt cum Coleta ad monasterium, vndè illa venerat, incolumis profectus sit, ab ipsis mortis faucibus eius precibus ereptus. Monachus quidam, cuius opera Coleta vtebatur, ex peste laborauit, ità vt vita eius planè desperaretur etiam à duobus peritissimis medicis, qui certum etiam indicãrunt tempus, intra quod necessariò esset animam redditurus. Coleta autem dicente, Deum esse natura superiorem, responderunt illi, verum id esse: sed nisi ille seIterm alius à medicis desperatus. cius velit, fieri non posse, vt vltra tempus ab ipsis expressum huius lucis vsura fruatur. Orante verò Coleta, ille breui euasit incolumis, altero ex illis medicis moriente, altero diù ægrorante.

Cap. 79. Comitissa Gebennensis aliquandò iter habuit, propter aquarum inundationem sane periculosum. Et ipsa tum equo insidens, in profundam ingressa aquam, cum equo adeò ab oculis aliorum abrepta fuit, vt cum illo pariter submersa putaretur: sed Coleta Dominum pro illa deprecante, ad terram absque detrimẽto peruenit.
Miraculum. Alios quoquè duos, virum honestum, & fœminam religiosam à tergo eius equo insidentem, in quodam flumine miserè iactatos & iam pro submersis habitos, itidem suis precibus ad litus incolumes eduxit.
Aliud. Quidã doctor Theologus ingressus aquam cum equo, venit ad foucam altissimam, vndè quanto plus nitebatur se expedire, tanto mergebatur profundiùs. Videns ergò in summum vitæ discrimen se
Item aliud. conijcctum, nec vllum apparere modum euadendi, in Coletæ memoriam redijt, eiusque suffragia fideliter implorauit. & eccè repentè se cum equo sentit litus attigisse. Nobilis quidam Burgundus, Coletę ex animo addictus, ab improuisò lapsus
Rursùs aliud. est cum equo in profundam foucam, omni spe salutis erepta. Deo igitur se commendans & precibus ac meritis Coletæ, itidem cõfestim se vidit ex aqua in terram translatum. His aliud adijcimus, quod ea defuncta contigit. Marchio, princeps cumprimis generosus & potens, misit Gandauum sacerdotem quendam Iohãnem Moulines, qui crebrò eius nomine inuiserat Coletam viuentem. Venit autem is sacerdos ad aquã valdè profundam, quam nemo sine presentis periculi metu transire auderet. Id verò nesciens ille, ingressus est aquam, sperans se facilè ad pontem perueniturum. Sed raptus impetu inundantis aquæ, laxauit equo habenas, moxque vnà cum equo se sensit in ima demersum. Ocyùs igitur his ferè verbis inuocauit Coletam: Cùm ego nunc veniam ad te visendam post decessum tuum, mater glo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vide rem stupendam.

rioſa, itáne hîc moriendum eſt mihi? Dixit, & res ſtupenda cõſecuta eſt. Mox enim ſub pedibus ſuis ſenſit colliculum extare, nunquàm illic anteà repertum, qui ſufficeret ipſum & res eius omnes ſeruare à ſubmerſione. In illo ergò perſtitit, donec nauta quidam cum naui ad illum peruenit, qui conſtanter aſſeuerabat, nunquàm eo loco colliculum fuiſſe.

Cap. 80.

Multas etiam liberauit parturiẽtes, multos mente captos ſanauit precibus ſuis, in quibus fuit Stephana quædam amens & furioſa: quæ cùm à marito ad Coletam perducta eſſet, Coleta eam obiurgauit, aitque ea cauſa tam diro correptã morbo, quòd peccata ſua confeſſa non eſſet: accitoque confeſſario ſuo Henrico à Balma, voluit, vt ei confiteretur, ipſa interim feruenter orante pro illa: ſicque plenè conualuit. Quidãpuer nobilis ex leuitate percuſſus eſt in oculo, & adeò vulneratus,

Miraculum

vt illo deincèps nihil viſurus putaretur. Adductus verò ad Coletam, cùm ea crucis ſignum oculo eius impreſſiſſet, ſanus abſceſſit. Coleta ipſa dolores oculorum innumeros perpeſſa eſt, & ſæpè in eis grauiter læſa. Accidit aliquandò, vt quodam veſpere tã malè affectus eſſet alter eius oculus, vt impoſſibile videretur poſſe eam quandoquè illo vti. Doluit ea res non mediocriter fratribus & ſororibus. & eccè manè alterius diei oculus ille adeò ſanus & integer apparuit, vt vnquàm aliâs. Mulier quædam nobilis, valdè addicta Coletæ & monaſterijs eius, filium habuit morbo comitiali horrendum in modum laborantem. Fuit id matri eius moleſtiſſimum, neſcienti quid remedij adhiberet. Fortè tum illàc tranſibant Franciſcani quidam, ituri ad Coletam. Per eos igitur commendauit filium ſuum ſanctiſſimis Coletæ matris precibus, & confeſtim ſenſit miram animi conſolationem, ſpemque ſanandi propediẽm filij ſui: nec diù pueri ſalus dilata eſt. Vir quidam nobiliſſimus, & vita integer & honeſtus, eodem morbo miſerè vexabatur annis decem, nec vllum poterat inueniri remedium. Commendatus eſt eadem precibus Coletæ, & ea pro illo orante, nunquàm deincèps vllam ſenſit eius morbi infeſtationem. Soror quædam vel monialis incidit in tantam amentiam, vt vinculis colligatam diligenter oportuerit cuſtodire. Quod cùm non mediocriter affligeret reliquas ſorores, rogârunt Coletam, vt pro illa Dominum deprecaretur. Proxima nocte apparuit Coleta illi ſorori, obtulitque ei pomum exiguum, ſed valdè elegans, perſuaſitque vt illud comederet. Comedit illa, & guſtu mirabili refecta, quamprimùm ſanata eſt. Altera die quæſiuit ex illis, quæ eam cuſtodiebant, num Coleta ad monaſterium illud veniſſet. Illis reſpondentibus eam Viſontij morari, ait ſibi ab ea exhibitum pomum pulcherrimum, cuius guſtu mox curata eſſet.

Aliud mirac-ulum.

Aliud.

Aliud.

Cap. 81.

Duxit aliquandò Coleta ſorores quaſdam ad monaſterium recèns ædificatum: venerunt autem ei ex deuotione obuiàm moniales quædam alterius inſtituti. In ijs vna fuit excellens, ſed leproſa: quæ propter faciem morbo fœdiſſimo exoſa, non audebat propiùs ad Coletam accedere, & eam cum cæteris oſculari. Sentiens id Coleta, humaniſſimè pertraxit eam ad ſe, eique oſculum impreſſit: & illa confeſtim ſanitati reſtituta eſt. Soror quędam monaſterij Coletani, in quo tum Coleta degebat, à planta pedis vſque ad verticem capitis inflata erat, & olebat peſtilẽ, nec quicquam videre poterat. Eius vicem dolens Coleta, cœpit eam crebrò viſitare. Etsì autem nihil illa videret, ſenſit tamen Coletam ingredi propter odorem ſuauiſſimum, quo totum valetudinarium ea veniẽte complebatur, alioqui ægrotæ illius fœtoribus abundans. Ea autem odoris ſuauitate incredibilem percepit conſolationem miſera illa, & breui integerrimè curata eſt. Frater Petrus Golerij in monaſterio Viſontienſi tam grauiter ex apoſtemate guttur opprimente decumbebat, vt poſtridiè manè omninò moriturus putaretur. Superuenit autem frater Petrus de Oſiaco Viſitator, qui apud ſe habebat capillos Coletæ, quos vnà cum Regula ſanctiſſimi patris Franciſci impoſuit illi ſic cum morte colluctanti, ſignum ſanctæ Crucis cum eis exprimens, & ſtatim apoſtema crepuit, & ille ſanus euaſit. Soror quędam Coletana laborabat non mediocriter aduerſa valetudine. Eam Coleta, alijs ſororibus indè euocatis, in valetudinario clàm inuiſit, atque illi: Nihil hæſites, ſed ſpera in Domino. ego enim nolo, vt iam moriaris. ruſtaque clàm receſſit, & illa repentè ſe ſenſit morbo liberatam. Aliæ duæ ſorores ita ægrotabant, vt nullum eis poſſet reperiri remedium. Nihil prorsùs edebant, & pro debilitate ſe ſuſtinere non poterant. Aduenit eò Coleta, accepit panis fragmentum,

Vide rem stupendam.

Cap. 80.

Miraculum

Aliud mirac-ulum.

Aliud.

Aliud.

Cap. 81.

Oſculo ſanat leproſam.

Alia morbida ſanatur.

Itẽm quidã moribũdus cum pleriſque alijs.

tum, mandebat illud dentibus ſuis, & indè ingerebat ori vtriuſque. Quod cùm illæ deglutiſſent, ilicò ſanatæ ſunt. Alia ſoror morbo contagioſo vexabatur in gena, nec quicquam ſumere poterat alimenti, nec vllo modo ſubueniri ei poſſe videbatur. Viſitabat tum illud monaſterium Coleta, & cùm ex poculo quodam biberet, illud hęc ſoror admouit genę ſuę, & eueſtigiò morbus abſceſſit. Alia quædam è familia Coletæ ſoror tantis cruciabatur capitis & cuiuſdam morbi doloribus, vt quasi furibunda videretur: cumque nulla ratione mederi ſibi poſſet, fidenti deuotione impoſuit capiti ſuo ſudarium Coletę, lachrymis eius madidum, & actum dolor euanuit. Item alia ex eius ſororibus quicquid percipiebat alimenti, rursùs ſanguinis ſpecie per os reijciebat, acsi alij meatus corporis obſtructi eſſent. Id Coleta vbi reſciuit, eius miſerta, ait ad illam: Quid eſt hoc, quod tu facis? Ego vero nolo, vt deincèps ſic facias. Eadem hora ſic illa reſtituta eſt, vt nullum ægritudinis illius veſtigium remaneret. Quidam vir nobilis quartana febre totum annum laborauit. Cùm autem Coleta veniret ad pagum, vbi ille degebat, ſui inſtituti illic monaſteriũ fundatura, illic honoris & deuotionis cauſa ei proceſſit obuiàm, moxque ſenſit febre ſe omninò abſolutum. Cùm aliquandò Coleta, grauiſſimo compellente morbo, ſe lauari permiſiſſet, aqua eius loturæ clàm ſeruata fuit: quæ poſtea à multis, diuerſis morbis laborantibus hauſta, integram eis attulit ſoſpitatem, in quodam monaſterio Coletæ fuit fœmina quædam, eius monaſterij admiſtra & familiaris, extrinſecùs honeſta morũ ſpecie: quæ tanta vi morbi correpta fuit, vt exanimis putaretur: ſed interim peior erat animæ, quàm corporis cõditio. Latebant enim in cõſcientia eius enormia quædam peccata, quæ nunquàm voluit cõfiteri. At ea perſpicuè nórat Coleta, & dolebat propterea vehementiſſimè, Donũnumque ſine intermiſſione deprecabatur, donèc & anima & corpore reuiuificaret. Poſteà verò omnem vitam ſuam religiosè & piè tranſegit, fugiens omne malum, & bona quæque ſtudioſè conſectans.

Sudario eius curatur quædam.

Nota hæc.

Quidam eximius vir repentè horrendo liberatur dolore capitis.

Inter fratres, Coletæ familiares, inſignis quidam pater fuit, Petrus de Oſiaco, Viſitator monaſteriorũ Coletanorum. Is ad ſedecim mẽſes magno dolore capitis adeò afflictus fuit, vt cibum capere non poſſet abſque cruciatu horrendo & ineffabili ſarpuso; à menſa ſurgens, ambularet in horto, miſerè clamitans & eiulans: nec poſſet reſpondere, ſi quis ei loqui vellet. Cruciatus autem ille noctibus duplo maior erat, quàm aliâs, cogebaturque ſurgere è lecto, & per domum, per virgulta, per alia exſitare loca, licèt id nihil ei conferret. Interim tamen ferebat omnia patienter, & ardenti animo implorabat Dei opem, & beatiſſimam Chriſti matrẽ rogabat, vt per Coletæ merita aliquod leuamentum obtineret. Cùm autem nocte quadam eſſet in monaſterio Viſontienſi, vidit in viſione, ſe eſſe in ſacello oratorij Gandauenſis, ibique vocari ſe blãditer à Coleta ea voce, forma & habitu, qua ſolebat eſſe dum viueret, ſed ità tamen, vt iam luculenta & cumprimis ſpecioſa & iucunda videretur, ipſumq; conſolaretur peramãter & humaniter. Vndè ipſe expergefactus, cognouerit ſe planè ſoſpitem, ſanum & iucundum: nec illum dolorẽ poſteà experiri eſt. Multa alia præclara miracula edidit Dominus Ieſus Chriſtus, per humilẽ ancillam & fidelem ſponſam ſuam Coletam, quæ nè nimij ſumus, omittimus.

DE SS. MARTYRIBVS ADRIANO ET EVBVLO, EX LIB. VIII. HISTOR. ECCLESIAST. EVSEBII, *cap. 21. interprete Iohanne Chriſtophorſono.*

Martij 7.

PORRO dum ſequitia aduersùm iſtos vſurpata, in omnium ore & ſermone verſabatur, Adrianus & Eubulus ex regione, quæ Manganæa dicitur, ad reliquos confeſſores Cæſaream versùs accedentes, ad portas vrbis cauſam ſui itineris eò ſuſcepti rogantur. Deindè rei veritatem ingenuè confeſſi, deducuntur ad Firmilianum. Iſte, nulla dilatione aut mora interpoſita, poſt multa tormenta, quæ in eorum latera impegerat, beſtijs dilaniandos condemnat. Biduo autem interiecto, Adrianus quinto die menſis Dyſtri, hoc eſt, ad tertium Nonas Martij, die feſto quo natalitia Fortunæ Cæſareenſium (ſic enim puta-

Adrianus & Eubulus intrepidè ſe declarant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

putabatur) celebrari solent, leoni primùm ad discerpendum proiectus fuit: deinde gladio iugulatus, obijt mortem. Eubulus autem perēdino die ad meridiem ipsis Nonis Martij, qui est septimus dies Dystri, cùm iudex illum admodùm rogaret, vt hostias immolaret idolis, quò libertate eorum legibus decreta potiretur, gloriosam mortem pro pietate susceptam, huic vitæ breui & caducæ præposuit: & post bestiarum laniatus, gladio vt socius ante illum, trucidatus fuit, omniaque martyrum certamina Cæsareę confecta, suo sanguine postremus obsignauit.

Octauo die Martij habent Martyrologia Philemonis & Apollonij martyrium: sed de illis copiosè agitur in Passione Thyrsi, Lucij &c. die 14. Decembris, quò Lectorem remittimus.

DE S. PACIANO EPISCOPO, EX CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM

S. Hieronymi presbyteri.

9. Martij. PACIANVS in Pyrenæi iugis, Barcilonæ Episcopus, castitate & eloquentia, & tam vita quàm sermone clarus, scripsit varia opuscula: de quibus est κήρυσσ, & contra Nouatianos. Sub Theodosio principe iam vltima senectute mortuus est.

VITA DAMIANI SANCTISSIMI RAVENNATIS ARCHIEPISCOPI, VT HABETVR QVARTO

libro historiarum Rauennatum Hieronymi Rubei viri doctissimi.

13. Martij. MORTVO Theodoro Rauennatum Archiepiscopo, ab Sergio primo, Romanorum Pontifice, qui Cononi successerat, in Rauennatum Archiepiscopatum Damianus Dalmata sufficitur, & Romæ sacra insula decoratur.

Huius Archiepiscopi patria. Huius parentes, qui Dalmatia venerant, ecclesię Rauennati illum adhuc puerum obtulerunt: quo loco ad summum sacrarum literarum apicem peruenerat. Archiepiscopus factus, sanctissimo instituto, summaque sacerdotum & populi tranquillitate & concordia præfuit.

Suscitat mortuum. hominemque vita iam functum ad vitam reuocauisse, fusis ad Deum precibus, ferunt. Bellicos mores, furoresque truces, qui, diebus festis, in ea regione vrbis, cui Latronum olim erat nomen, nunc diui Seuerini titulo appellatur, à perditis hominibus, & minimùm religiosis celebrari consueuerant, indictis priùs triduanis populo ieiunijs, aboleuit, sumpto de hominibus impijs supplicio: tametsi eadem pars vrbis, Regio Latronum, multis deindè insequentibus annis dicta sit. Tanta fuit sanctitate, vt Rauennas quidam

Quantæ fuerit sanctitatis. ciuis, religione præstans, in Vrsiana æde, dum sacra haberentur, iuxta altiorem columnam cùm esset, post Damiani terga splendidissimum virum conspexerit, qui faciem illius admirabili luce illustrabat. Id cùm ipse, fixo in Damianum intuitu, immotisque oculis admiraretur, & Archiepiscopus assiduè hærentes in se viri oculos itidem miratus, quid esset causæ, sciscitaretur, rem omnem ordine expositi. Ad hæc, ipsum de se fateri solitum aiunt, dum nocte in templo, quo maximè tempore viri sancti in rerum diuinarum meditatione, atq; in Dei laudibus versantur, sacrum illud carmen caneret: Montes & colles cantabant coram Deo laudes: vi-

Visio eius. sos sibi ipsos etiam lapides templi, columnasque & parietes in Dei laudes exilire. Iudæus tum ex eo loco, vbi se occultauerat, hunc Archiepiscopum tanta veneratione torque obortis lachrymis, quanta & quot semper consueuerat, hostiam in-

Iudæus visus eius sanctitate ad Christum conuertitur. cram effringentem cùm vidisset, diuino spiritu commotus, accurrens obnixe petijt, illius partem exhiberi sibi: à quo, cum, ab Damiano monitus, non defiteret, sacra tandèm expiatus vnda baptismatis, sacratissimę Eucharistię hostiam sumpsit. Huius Archiepiscopatu, bibliotheca Rauennatis ecclesiæ igni absumpta est. Tan-

Tandèm Damianus Archiepiscopus Rauennatum cùm sexdecim annis, mensibus duobus, dies verò sexdecim Rauennati ecclesiæ præfuisset, vitam cum morte commutauit tertio Idus Martias. Sepultus in diui Apollinaris Classensis, ab ara sanctæ Feliculæ haud procùl. Feliciter obit.

DE S. ALEXANDRO EPISCOPO HIEROSOLYMITANO ET MARTYRE, EX ECCLESIASTICA *Historia Eusebij lib. 6. cap. 9. interprete Iohanne Christophorsono Anglo.*

CVM Narcissus non ampliùs propter ingraueſcentem ætatem ministerio præesse posset, Alexander alterius ecclesiæ Episcopus, diuina prouidentia per reuelationem, quæ noctù ipsi secundùm quietem apparuisset, vt cum Narcisso in ministerio ecclesiæ fungendo coniungeretur, accersitus est. Vndè Alexādrum, cùm tanquàm diuino quodam oracvlo ex Cappadocum regione, vbi primùm in Episcopatûs gradu fuisset locatus, Hierosolymam tum voti, tum locorum visendorum causa contenderet, illius ecclesiæ fratres eum excipiunt benignissimè, & non ampliùs domum reuerti permittūt: idque propter aliam reuelationem, ipsis itidèm noctù visam: quæ quidem, voce euidentissima profusa, eis, qui erant inter illos ob virtutem spectatissimi, perspicuè significauit, vt extra portas ciuitatis egressi, eum episcopum admitterēt, qui ipsis à Deo anteà designatus erat. Quo ad hunc modum gesto, Hierosolymitani communi episcoporum consensu, qui finitimas ecclesias procurabant, necessariò illum apud se manere coëgerunt. Idem ipse Alexander in suis epistolis, quas ad Antinoitas scripsit, quæque adhuc apud nos extant, Narcissi collegæ sui in præfectura ecclesiæ Hierosolymitanæ gerenda mentionē facit, ista in extrema illa epistola ad verbum scribens: Salutat vos Narcissus, qui hîc ante me episcopatûs locum occupauit, & centum iam & sedecim annos prætergressus, mecum in eodem ministerio quondam precibus coniunctus fuit: qui obsecrat vos, vt idem mecum sentiatis, eademque sitis voluntate.

De hoc Narcisso vide Eccl. Hist. Eusebij lib. 6. cap. 8. & 9. Martij 18. S. Alexãder fit Hierosolymę episcopus.

Alexander Hierosolymitanæ ecclesiæ episcopus in Palæstina rursùs, vbi Cæsareæ propter Christum præsidis tribunali stetisset, & magnā fuisset ex secunda fidei suæ confessione commendationem adeptus, iam extrema senectute, & veneranda planè canicie eximius, carceris cruciatu denuò afflictatus est. Quo quidem, post præclarum & illustre testimonium fidei Christianę præsulis tribunali datum, mortem in carcere consopito, Mazabanes successor eius in episcopatu Hierosolymitano declaratur. Lib. 6. c. 32.

BEATI PETRI DAMIANI OSTIENSIS EPISCOPI SERMO IN DOMINICA *Palmarum.*

VM appropinquâsset Iesus Hierisolymis, & venisset Betphage ad montem Oliueti, tunc misit duos de discipulis suis, dicens eis: Ite in castellum, quod contra vos est, & reliqua. Passurus spontè Dominus pro salute humana, spontaneus ad locum passionis accedit. Ad hoc venit in mundum, ad hoc natus est, vt sua passione nos liberaret. Scienter Hierosolymam venit, scienter magna populorum comitatus caterua pomposè ciuitatem intrauit, in qua tradendus, in qua crucifigendus erat. Hæc est Hierusalem, quæ occidit Prophetas, & lapidat eos, qui ad eam missi sunt.

20. Martij. Matth. 21. Ad quid filius Dei in mũdum venerit & natus sit. Matth. 23.

O infelix ciuitas, quàm glorioſa de te dicerentur, si venientem Dominum agnouisses, sici cognito debitam reuerentiam exhibuisses.

O mi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

O misera, ô malitiæ errore cæcata, venit ad te Saluator tuus, & non potes, nec vis cognoscere eum. Venit ipse ad saluandum, tu recedendo accedis ad perdendum. Ipse parat tibi vt ægroto salutem, & tu paras ei veluti furi Crucem. Cur te tanta tenebrarum caligo contexit? Cur non recolis quod dictum est per Zachariam Pro-
Zach.9. pheram: Noli timere, filia Sion, eccè Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super pullum subiugalis? Eccè tanta es, perdita consilio es, times Regem tuũ, suscipere, nè regnum terrenum amittas. Sed dum ipsum non recipis, regnum perdis & gentem. Vis vnum interficere, nè tota gens pereat. Sed dum vnum interficis, tui pereunt vniuersi. Proindè de te benè dicendum est: Væ genti peccatrici, populo graui
Esa.1. iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis. Genimen es viperarum, quæ non nisi
Natura viperarũ est, in partu occidere parẽtem. effossis maternis lateribus oriuntur: sic tu non putas euadere, nisi Patris tui, qui fecit te, latus cruentes. Crudelis partus est, & enecandus, qui enecat parientem. Sed
Matth 13. quid attinet ad propositum cæcitas Iudæorum? Cæci fuerunt, duces cæcorum, & ideò vtrique, id est principes eorum & iuniores, in foueam ceciderunt.

De te autem, Domine Iesu, admiratio & compassio crescit. Cur ad Iudæos vadis, qui animæ tuę insidiantur? Proditores & homicidæ quidem sunt, nè credas te ipsis, quia non te diligunt, non tui miserebuntur, crudeli & turpissima morte te condemnabunt. Cur tot illusiones, tot flagella, tot opprobria acceleras sustinere, spinis coronari, cõspui, aceto potari, lancea perforari, mori, & in sepulcro collocari? In hac tua deliberatione, in hoc tuo consilio deficit spiritus meus. Compatior,
Matth.16. Domine Iesu, super passionis tuæ angustias. Consiliũ Petri amici tui videtur mihi sedere, qui ait: Absit à te, Domine, nequaquàm fiet hoc. Non decet filium Dei mortem gustare. Sed differt hoc consilium à tuo, qui disponis mortem subire. Quid ergò? Petri, an Iesu consilium est tenendum? Serui, an Domini? Discipuli, an Magistri? Sed non est seruus maior domino suo, nec discipulus doctior magi-
Ibidem. stro. Acquiescendum est itaque Domini & Magistri consilio, qui consilio nullo egeret, nè dicatur mihi cum Petro: Vade retrò, satana, non sapis quæ Dei sunt. Nesciebat enim Petrus Christum dispositum fuisse ab initio, vt mortem nostram moriendo destrueret, & vitam resurgendo repararet.

Quod igitur diuina sapientia disposuerat, sapienter voluit adimplere. Voluit
Zach.9. secũdum prophetica verba, humilis & pauper sedere super asinam, & Hierusalem
Matth 21. venire, sicut Euãgelista narrat, dicens: Cùm appropinquâsset Iesus Hierosolymam, & venisset Bethphage ad montem Oliueti, tunc misit duos ex discipulus suis, dicens eis: Ite in castellum, quod cõtra vos est, & cætera. Castellum istud mundus est, qui
Iohan.15. cõtra Dominum & discipulos eius fuit, non solùm opprobrijs & flagellis eos persequendo, sed etiam crudelissimã mortem inferendo. Vndè Dominus: Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret: quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Per asinam & pullum, qui erant in castello ligati, Iudæorum significatur populus & gentilis, quorum vterque peccatorum vinculis subiacebat. Asina subiugalis Iudaicum populum signat iugo legis subiectum. Pullus lasciuiens & effrenis, gentilem populum notat secundùm desiderium carnis ambulantem. Duo discipuli missi in castellum, duorũ sunt testamentorum prædicatores, gemina præditi charitate, Dei scilicet, & proximi dilectione. Siue Petrus & Paulus, quorum vnus gentium, alter fuit Apostolus Iudæorum. Vndè
Gal.2. ipse Paulus: Qui operatus est Petro, inquit, in Apostolatu, operatus est & mihi inter gentes. Isti soluerunt vtrunque populum ab infidelitatis errore, & verbo praAnima iusti sedes est sapientiæ. Prou.9. dicationis duxerunt ad fidem Iesu Christi. Dominus sedit super eos, quia exsiua iustificauit illos, sicut scriptũ est: Anima iusti sedes est sapientiæ. De vtrisque
Rom.3. iustificatione dixit Apostolus: An Iudæorum tantùm Deus? Nónne & gentium? Immò & gentium, quoniam quidem vnus Deus, qui iustificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem.

Moralis Euangelij huius expositio. Possunt etiam hæc moraliter intelligi. Bethphage interpretatur domus buccæ, (& est intellectus sacerdotum) per quam designatur confessio. Ad hanc Dominus venit, quia ad confitendũ corda accendit. Castellum, quod est contra Dominum, & eius discipulos, est animus obstinatus, propriæ deditus voluntati. Duo discipuli ad eum missi, sunt spes & timor: asiina & pullus alligati, humilitas & simplicitas. Huiusmodi enim animus aliquandò nouit quid sit humilitas, quid simplicitas, & quòd

quòd simpliciter & humiliter sit viuendum: sed quasi eas alligat, & reponit, dum non vult eas opere exercere. Terret hunc timor, vbi à malo resipuerit, minans ei tormenta. Confortat eum spes, si pœnituerit, præmia pollicendo. Compungitur his duobus animus. Soluitur asina & pullus, cùm obuiàm Domino eundo Bethphage confitetur se peccâsse, & promittit se deinceps humiliter & simpliciter victurum. Et sic qui priùs erat castellum diaboli, efficitur vrbs fortitudinis nostræ Sion: Saluator ponitur in ea murus, & antemurale. Murus humilitas est, antemurale pa- Esa.26.
tientia.

Egrediamur igitur, charissimi, obuiàm Domino Bethphage, compuncti timore pœnæ, & spe cælestis vitæ firmati, confitendo peccata humiliter, & simpliciter ambulando, substratis vestibus nostræ carnalitatis, vt in nobis dignetur sedere Dominus, & nos secum in cælestem Hierusalem introducere, Amen.

SERMO BEATI PETRI DAMIANI S. R. E. CARDINALIS ET EPISCOPI OSTIENSIS, DE *sancto Benedicto Abbate, qui habetur octauo Tomo Aloysij.*

DIXIT Simon Petrus ad Iesum: Eccè nos reliquimus omnia. In huius patris nostri præcipua solennitate toris esset viribus incumbendum, nisi nobilis lingua Gregorij totum eius itinerariũ sermone magnifico collegisset. Ità enim actus eius & vitam vndantis eloquij claritate depinxit, vt & stylus sententiarum maiestate scintillet, & sententię stylo reluceant clariori. Ex abundanti igitur est, post vocem tanti viri aliquid addere, in cuius comparatione nos non solùm ineloquentes, sed & mutos esse non ignoramus. Hoc tamen solùm dixisse sufficiat, quia solus iste militarem manum excelso principi cæteris abundantiùs præsentabit, & monachorum turmis, Angelorum more Matth.19. 21.Martij. Matth.19. 2. lib. Dialogorum.
viuentibus, cælorum adimplebit palatia. Quàm igitur refulgens & splendidus miles assistet Imperatorio tribunali, plenus infinitis virtutibus, agminibus innumeris comitatus, consiliarius Regis, Iudicis amicus, vnicus hostis hostis antiqui?

De eo planè, eumque sequentibus, dixit Simon Petrus ad Iesum: Eccè nos reliquimus omnia. Amica prorsùs confabulatio Simonis ad Iesum, & sermo omni oratorio flore venustior: dignusque Simon, qui cum Saluatore pleniùs proloquatur. Simon nanque obediens, Iesus Saluator. Loquitur ergò obedientia cum saluMatth.19.
te, quia solis obedientibus æterna salus hæreditario iure debetur, si tamen ibi sit Solis obedientib⁹ æternа salus debetur.
perseuerans, id est, si obedientia non vacillet, aut tituber, sed fundata sit supra firmam petram. Et quid ait? Eccè nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Solenne verbum, magna promissio, opus sanctum, dignum benedictione, relinquere omnia & sequi Christum. Hæc sunt verba voluntariæ persuasoria paupertatis, quæ monasteria genuerunt, quæ claustra monachis, anachoretis syluas copiosiùs repleuerũt.
Pſal.16. Hæc enim sunt, de quibus psallit Ecclesia: Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras, perceptura requiem pro labore, pro paupertate diuitias, pro tribulatione mercedem. Magnum reuerà est, relinquere omnia, sed maius Christum sequi, cùm multos omnia reliquisse, nec Christum secutos fuisse legamus. Maius est sequi Christum, quàm omnia relinquere. Hoc opus, hic labor est, hic salutis humanæ summa consistit: nec Christum possumus sequi, nisi omnia relinquamus, quia exultat vt gigas ad currendam viam, & onoratus eum sequi non potest. Nemo cum sarcinis enatat, ait ille disciplinæ scilaris orator, quem linguæ nobilitas & profunditas sensûs paupertatis amicum constituit. Meritò relinquit omnia, qui sequitur eum, qui est super omnia: quoniam sufficientia nostra ex eo est, & erit Deus omnia in omnibus.

Eccè, inquit, nos reliquimus omnia, non solùm facultates mundi, sed & animi quoquè cupiditates: neque enim reliquit omnia, qui retinuit vel seipsum: immò verò nihil prodest, sine seipso cætera reliquisse, quandoquidem nullum aliud onus est grauius homini, quàm homo ipse. Quis enim tyrannus crudelior, quæ sæuior potestas homini, quàm hominis ipsius voluntas? Nunquàm sub ea requiesce-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Propria vo-lúntas quàm sit homini nociua.

re, nunquàm sedere licet: & quo ampliùs te ad obediendum sibi nouerit fatigari, eo magis vrget, instigat, & onerat, pietatis immemor, misericordiam nesciens. Hoc enim proprium voluntas propria habet, vt quo obediens obedientior fuerit sibi, eo ampliùs eum crudelioribus vinculis internecet. Sola diligitur, cùm sola digna sit odio, principium iniquitatis, mortis infusio, destructio magna vir-

Matth.11. tutum. Venite ergò qui laboratis & onerati estis, ad onerum leuatorem, & ei vo-
ce & opere respondete: Eccè nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Attende

Iohan.1. quia olim, priusquàm Verbum caro fieret, & habitaret in nobis, sequebantur pa-
tres antiqui temporis Deum, soli spiritui solo spiritu adhærentes. Nunc verò se-

Luc.14. quendus etiam corpore est, adeò, vt cùm prædicti patres terrenis leganturabun-
dasse diuitijs, decæterò nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non possit

Luc.9. esse discipulus eius, qui cùm diues esset, pro nobis factus est pauper. Relinquenda igitur sunt possessiones & propriæ voluntates, si volumus illum sequi, qui non ha-

Iohan.6. buit vbi caput suum reclinaret, & qui non venit facere voluntatem suam, sed eius qui misit illum.

Sequitur: Quid ergò erit nobis? Iam omnia reliquit Petrus, iam non solùm sequitur, sed & diù secutus est, & nunc primùm interrogat, quidnam sit accepturus. Quid est Petre? Nónne obedientiam promisisti in auris auditione, non in pacti conuentione? Sed audite iam quid loquatur Dominus Deus, & attendite spem, in qua, mundo fluctuante, sperare debemus. Amen dico vobis, quòd vos, qui reliquistis omnia, & secuti estis me, in regeneratione, cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos iudicantes. Infinita prorsùs dulcedo miserationum

Miseratio Domini erga suos electos quàta.

Domini circa pauperes suos: nec illos relinquit in morte, pro quibus morti se ipsum exposuit & tormentis. Vos, inquit, qui secuti estis me, in regeneratione cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos iudicantes. Quid est hoc aliud dicere, nisi consequemini, quem sequimini, si tamen persequimini,

Psal.33. sicut scriptum est: Inquire pacem, & persequere eam. Sic ergò currite, vt comprehendatis: nec priùs residere velitis, quàm sedentem apprehendatis, & mercami-

Psal.18. ni consedere. Exultauit vt gigas ad currendam viam, toto vtriquè tempore, quo in terris visus est & cum hominibus conuersatus: nec resedit, donèc ad cum perue-

Matth.26. niret, quem ipse constituit laboris & tristitiæ finem: Tristis est, inquiens, anima mea vsque ad mortem. Ergò cùm sederit filius hominis in sede maiestatis, qui prius stetit in ignominiosissimo supplicio Crucis, interrogatus contumelijs, pariter & tormento, sedebitis & vos iudicantes, à quibus nunc iudicium incipit, qui mi-

Iohan.3. nimè datis requiem vobismetipsis: sicut & ille non iudicare, sed iudicari, nec ministrari venit, sed ministrare. Illic verè sedebunt sedes in iudicio: filius enim Dei, Sanctuator, indiuisibili naturarum vnitate, secundùm quod Deus est, sedet à dextera Dei: secundùm quod homo, assistit nunc vultui Dei pro nobis: nec erit ei dextera, sio triumphalis, donèc sit Deus omnia in omnibus, id est, corpus capiti tanto pa-
ce iungatur, vt simus ei similes, etsi non pares. Adhuc enim negatur à Iudæis, gentibus subsannatur, laceratur ab hæreticis, à falsis Christianis grauiter impugnatur, & tu eum putas residere quietum, nec attendere superborum oculos, ma-

In quà regeneratione cũ Christo simus sessuri.

lignãtium impetus, repugnantium voluntates? Sed in regeneratione sedebit cum sedentibus, cùm nos in syncerissimum nitorem in vtraque substantia repurgabimur, & ipse, deuictis inimicis, cum amicis intrabit in gloriam, Angelos hominibus vnitate sempiterna couniens, & damna beatæ resarciens ciuitatis. Hocautem totum erit in regeneratione. Beata ista regeneratio, quæ terrã renouabit & cælum, terrigenas cælicolis fœderabit, & perpetuæ pacis fontem indefessa profluxione refundet.

Vna est generatio, & duæ regenerationes. Gen.4. Iohan.3.

Notandum autem, quòd vna est generatio, & duæ regenerationes. Et in generatione quidem, quam ex radice vitiata contrahimus, corpus mortalitate, animam autem iniquitate repletur. In regeneratione verò baptismatis, vbi nos oportet naici denuò, animæ quidem purgatur iniquitas, sed corporis mortalitas non aufertur. Necessaria est ergò alia regeneratio, siue resurrectio, in qua reperiente etiam corpora configurata corpori claritatis Christi, si tamen corda priùs fuerint reformata ad mansuetudinem & humilitatem ipsius cordis Christi. Vnde

Apoc.20. beatus, qui habet partem in resurrectione prima: pro eo vtiquè, quoniam futurus est particeps & secundæ. In hac ergò regeneratione cùm sederit filius hominis, & cæte-

& cætera. Hoc est quod alio in loco scriptura loquẽs, Pro cõfusione, inquit, duplici, & rubore, laudabunt partem suam. Duo enim habet paupertas sequentiũ Do-

Esa.61.

minum, afflictionem scilicet, & vilitatem. Vndè Propheta: Vide, inquit, humilitatem meam, & laborem meum. Propterea igitur in terra sua duplicia possidebunt, vt pro vilitate sit honor iudiciariæ potestatis, pro afflictione refrigeriũ pla-

Psal.24.

cidissimæ sessionis. Quandò igitur sedebimus nos, quorum modò nec corpus nec anima sedet, in quibus sedatum nihil, nihil quietum, nihil in eodem statu permanet? Quandò liberabimur ab inquietudine mobilitatis huius? Corpus enim nostrum sedere non permittitur, cùm illud impediat & præsentis sensus doloris, & futurã mortis anxietas, quoniam passibile est & mortale. Sed & spiritus ipse nullam habet requiem, ob expectationem spei, & timoris solicitudinem. Erit autem cùm anima requiescet, in spe singulariter constituta, libera quidem à solicitudine, sed non ab expectatione. Fiet autem hoc post mortem carnis, sed ante diem iudicij. In die autem illa cùm sederit filius hominis, perfectè & ex omni parte sedebimus: quia nec corpus doloris sensu turbabitur, nec anxiabitur timore mortis, impassibilitatis & immortalitatis duplici stola glorificatum, liberique erimus, quòd animam pertinet, ab expectatione & solicitudine vniuersa, nihil minus habentes, nihil deincèps periculi metuentes, in perfectissima securitate, & securissima perfectione. Sedebitis, ait Dominus, ait Veritas. Solennis sessio, grata quies, plena sufficientia. Filij hominum vsquequò graui corde, vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium? Gloriam enim, quæ abinuicèm est, quæritis, vanamque & mendacem, quoniam vani filij hominum, mendaces filij hominum: & gloriam, quæ à solo Deo est, non vultis, gloriam sine dubio manentem & veram. Miseri & miserabiles, qui pro breui voluptate torrentem perditis voluptatis, & diuinam vobis interrumpitis misericordiam, vt nunquàm satiemini ab vberibus consolationis eius.

Post mortẽ carnis, anima libera est ab omni solicitudine

Pfal.4.

Sed nè magnæ promissionis dulcedinem longanimis expectatio contorqueret, mentis nostræ mobilitatem sermone temperat dulciori. Nouit enim ipse figmentum nostrum, quoniam dilationis moras pusillanimitas nostra non sustinet, idque benignitate sua huic quoquè obuiat cogitationi, & occurrit etiã ex hac parte, dicens: Et omnis qui reliquerit domum, aut patrem, aut matrem, aut fratrem, aut vxorem, aut agros, aut filios propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Obstructum est certè os loquẽtium iniqua. Iamque confundantur omnes iniqua agentes superuacuè. Habemus enim promissionem vitæ huius, quæ nunc est, pariter & futuræ, manifestumque est præsentis temporis esse centupli promissionem, ex eo nimirùm, quod sequitur: Et vitam æternam possidebit, sed nè quis obstinatis dissimulandi locus remaneat, vado ad Euangelium secundùm Marcum, vbi apertè declaratur, temporis huius esse centupli promissionem. Ait enim Dominus: Nemo est, qui reliquerit patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Euangelium, qui non accipiat centiès tantum, nunc in hoc tempore domos, & fratres, & cætera quæ sequuntur. Et vt magis mireris, nec promissionem hanc, licèt huius sit temporis, exhiberi de temporalibus æstimetis, additũ est, cum persecutionibus. Quid enim in persecutione positi terrenæ substantiæ sancti martyres acceperunt, quandò & ipsa quoquè terra beatorum corporum data est in manus hominum impiorum? Quòd ergò dicit centiès tantum domos, aut fratres, & cætera, minimè secundùm carnem intelligi posse, vel ex eo manifestum est, quòd centum matres accipit nemo. Iam verò si pro communicatione possessionum, & animorum affectione, quæ inter electos est, promissionem hanc volumus intelligere, aliquibus quidem, sed non omnibus poterit conuenire. Nonnullos enim sanctorum terrena hac & humana consolatione nouimus caruisse. In corde ergò, & in homine interiori centuplum istud quæras necesse est, vt habeas nunc quidem fructum tuum in sanctificationem, finem verò vitam æternam.

Psal.62. & 24.

Matt.10.

Locus scripturæ istius spiritualiter intelligendus.

Qui ergò nondùm centuplum acceperunt, scrutentur corda sua, & vniuersa manuum suarum studia diligenter examinent: nec dubium quin inueniant anguium & diuersorium, quod Saluator non nouit. Sed vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos. Magis autem perfectiùs relinquant omnia, non quærant quæ sua sunt, nihil sibi retineant, nihil alijs. Sunt enim plerique, qui licèt propriam exalta-

Alia paupertum Christi merces.

Luc.9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Monachi debẽt omnia sua relinquere, nec pro alijs nimiũ solicitari. Matth.19.

tionem,voluptatemque satis despiciant,propinquis tamen suis quodammodò retinent, quod debuerant reliquisse, incongrua solicitudine, & religioni contraria, pro eis vtiquè laborantes. Quanti enim monachorum dum parentibus suis plus iusto consulunt, suas animas perdiderunt? Ergò relinquant omnia,solùm sequantur Christum,soli Christo placere contendant,& beneplacito voluntatis eius peruigili adhæreant solicitudine: haud dubium quin experiantur ilicò, quod relinquentibus omnia,& sequentibus se, Veritas pollicetur. Centuplum,inquit,accipiet, & vitam æternam possidebit. Illud enim in via accipitur ad solatium, illa verò ad beatitudinem in patria possidebitur in æternum. Sed quid est centuplum illud, nisi consolationes, visitationesque, & primitiæ spiritùs,qui super mel dulcis est: nisi testimonium conscientiæ nostræ, nisi læta & iucundissima iustorum expectatio, nisi memoria abundantiæ suauitatis Dei,& magna verè multitudo dulcedinis eius,quã nec expertis necesse est dicere, nec inexpertis vllis verbis exprimere quiquam potest? Non pater, non mater, non domus, non ager, non cibus, aut vestis, non denique terrenum aliquid aut corporale: sed planè his omnibus delectabilius, super hæc omnia dulcius atque iucundius est. Cui verò sic specialiter totus Euangelicæ lectionis excursus assignari potest, quemadmodùm patri & magistro nostro beato Benedicto?

S. Benedictus à puero est Christũ secutus.

Hic à pueritia mundum cum flore reliquit, & currentem Christum cursu rapidissimo secutus est: nec destitit, donec consequeretur. Quis inter iudicantes sublimiùs iudicabit? Quis ità centuplum in hac vita percepit? Quis vitam æternam gloriosiùs possidebit? Eius igitur intercessione suæ gratiæ largitatem ad præsentis vitæ consolationem,& æternæ possessionem,nobis administrare dignetur, qui venit vt vitam habeamus, & vt abundantiùs habeamus, Iesus Christus Dominus noster, qui est benedictus in secula,Amen.

BEATI PETRI DAMIANI EPISCOPI OSTIENSIS SERMO IN COENA DOMINI, VT HABETUR octauo Tomo Aloysij.

24. Martij.

HODIE, fratres charissimi, dum cœnæ Dominicæ solennia celebramus,plurima virtutum cælestium sacramenta recolimus. Hodiè nanque Saluator noster, qui caput est Angelorum, dum suis discipulis vestigia reposuit: vt quod impendit Dominus famulis,seruis non dedignentur exhibere conseruis: & puluis non dedignetur pulueri, quod sibi congruere tantæ visum est maiestati. Vbi cùm Petrus obsequium susc̃ipere tanti Preceptoris abnueret, & ille minas repulsionis, nisi lauari permitteret, intentaret,tremefactus randèm& insistentis imperio protinùs acquiescens, ait: Domine, non tantùm pedes meos, sed & manus,& caput.In quibus vtiquè verbis beatus Apostolus opera nostra,simul & cogitationes, vt à Domino purificentur atque mundentur, indigere signauit. Si quidem manibus operamur, cogitationes autem ex mente, quæ caput est interioris hominis, proferuntur. Vera ergò ac perfecta purgatio est, cùm Deus omnipotens non solùm opera nostra munda & immaculata custodit, sed etiam prauas cogitationes à cordibus nostris sancti Spiritũs infusione repellit.Hodiè Saluator noster panis ac vini speciem in sui corporis & sanguinis sacramenta conuertit, quibus discipulis vitalis alimoniæ pabulũ ministrauit. Cibus enim ille veritus, quem primus homo, intumescente superbia, & gula pruriente, percepit, per vniuersa eius viscera vitiorum omnium ac mortalis corruptionis venena diffudit. Contra hoc igitur letale virus antidotum à Christiano populo sumitur, per quod spiritualis morbi pestilentia salubriter euomatur. Huius noui sacramẽti virtute fermentum ilicò condemnatæ vetustatis expellimus, vt de seruitute ad libertatem spiritũs,& ad noua regenerationis azyma transeamus.

Iohan.13.

Est igitur re ipsa & veraciter Christi corpꝰ in hostia, & sanguis in calice.

Chrisma sacrosanctum quid designet.

Hodiè sacrum chrisma conficitur, per quod in nobis omnium cælestium charismatum sanctificatio designatur. Hoc videlicet illud esse sacrosanctum chrisma cognoscitur,quod non modò Sacerdotes,Reges, atque Prophetas vnxit in veteri testamento,sed etiam sanctos Apostolos,Martyres,& Confessores sanctificauit in nouo. Hodiè etiam nos oleo diuinæ virtutis inungimur, vt in spiritualis palæstræ certamine colluctantes,de subactis atque conuictis hostibus triumphemus.

De quo nimirùm oleo Propheta dicit: Computrescit iugum à facie olei. Nam cum per hoc diuini chrismatis sacramentum libertatis nobis spiritus redditur,seruitutis antiquæ iugum in putredinem necesse est redigatur. Hoc mysterium chrismatis Propheta Dauid indubitanter agnouit, cùm vultus nostros in oleo exhilarandos esse cantauit.Enimuerò cùm mundi crimina Deus diluuio quondàm expiaret effuso, futuri muneris columba similitudinem prætulit, cùm oliuæ ramo pacem terris redditam nunciauit. Ait enim scriptura: Expectatis autem vltrà septem diebus alijs, rursùm dimisit Noë columbam ex arca. At illa venit ad eum ad vesperam portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore suo.In remissione ac reuersione columbæ septenarius numerus ponitur,quia septem esse procul dubiò sancti Spiritus dona noscuntur. Vespertina verò hora ad arcam columba reuertitur,quia Spiritus sanctus, qui in mundi principio ferebatur super aquas, iam vesperascente seculo sanctam repleuit Ecclesiam.

Ad hoc etiam diuini chrismatis pertinet sacramentum, quòd omnipotens Deus Moysi famulo suo mandatum dedit, vt Aaron fratrem suum aqua priùs ablueret, deindè per infusionem huius vnguenti constitueret sacerdotem. Aaron, inquit,& filios eius vnges, sanctificabisque eos, vt sacerdotio fungantur mihi. Filijs quoque Israël dices: Hoc oleum vnctionis sanctum erit in generationes vestras. Porrò autem sicut iam abluto per diluuiũ mundo, cum oliuæ ramo ad arcam columba reuertitur: sic etiam Aaron aqua priùs ablutus est,deindè chrismate perunctus,& sacerdotium promoueretur. Sic etiam nunc quilibet ad regenerationis gratiam veniens priùs sacri baptismatis vndis immergitur, vt postmodùm diuini chrismatis mysterio cõsignetur. Illud præterea oleum, quod & tabernaculum fœderis,& cuncta eius vtensilia consecrauit,hoc diuini chrismatis sacramentum perspicuè figurauit. Ait enim Dominus Moysi: Tolles oleum de oliuetis, mensura Hin,faciesque vnctionis oleum sanctum,vnguẽtum compositum opere vnguentarij,& vnges ex eo tabernaculum testimonij,& arcam testamenti, mensamq; cum basibus suis, candelabrum, & vtensilia eius, altaria thimiamatis,& holocausti, & vniuersam supellectilem,quæ ad cultum eorum pertinet, sanctificabisque omnia, & erũt sancta sanctorum: qui tetigerit ea, sanctificabitur. Mysticum itaq; chrisma, quod tunc consecrabat tabernaculum in deserto, nunc Ecclesiam in nouo sanctificat testamento. Quod etiam sacramentum tunc vberiùs,& copiosiùs videtur impletum,cùm Redemptor noster de Iordani vndis baptizatus exijt, & apertis cælis protinùs in eum Spiritus sanctus in columbæ specie manifesta visione descendit, moxque vox Patris intonans ait: Hic est Filius meus dilectus,in quo mihi complacui: hunc esse perspicuè comprobans,cui Dauid olim eodem Spiritu edoctus ait: Vnxit te Dominus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Ex illo sanè tunc Spiritu,qui nostrum quoquè chrisma nunc confecrat,tantam virtutem aquarum omnium natura concepit,vt in quibuscunque fluentibus sub professione deificæ Trinitatis abluendus immergatur,plenum atque perfectum nouæ regenerationis mysterium diuinitùs impleatur.

Hoc nostrum chrisma illud etiam oleum typicè designabat,quo Dominus in tabernaculo septem lucernas impleri,ac iugiter ardere præcepit: Præcipe,inquit, filijs Israël, vt afferant tibi oleum de oliuis purissimum,ac lucidum, ad concinnandas lucernas iugiter extra velum testimonij in tabernaculo fœderis, ponetque eas Aaron à vespere vsque in manè coram Domino, cultu'rituque perpetuo in generationibus vestris,super candelabrum purissimum ponetur semper in conspectu Domini. Quid autem per septem lucernas in tabernaculo, nisi septem significantur Ecclesiæ in vno populo Christiano? In quibus nimirùm oleum iubetur indesinenter ardere,quia in ijs syncera charitas, quæ per Spiritum sanctum datur, geminiti debet amoris igne feruescere,& claris atque conspicuis semper operibus coruscare. Sed cùm vna sit procul dubiò catholica & vniuersalis Ecclesia, sicut per Salomonem dicitur: Vna est columba mea, vna genitricis suæ: quid est, quòd in sacris eloquijs septem esse referuntur Ecclesiæ, nisi quia vna est per vnitatem fidei,

Exod.30.

Mysticum chrisma Ecclesiam sanctificat.

Psal.103.

Esa.10.

Gen.7.& 8.

Septẽ dona spiritus sancti.

Non debet quis ante baptismum sacro chrismate inungi aut confirmari.

Exod.27. Num.8.

Vna est catholica & vniuersalis Ecclesia. Cant.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esa.4. septiformis est per totidem dona Spiritûs sancti? Hæ sunt enim septem mulieres, quæ iuxta Prophetæ vaticinium, accepêre virum vnum. Vir autem Ecclesiæ, Christus. Hoc planè sancti Spiritûs oleo cuncta sacrarum scripturarum pabula condiuntur, vt animarum nostrarum viscera saginêtur. Hoc oleum vitalibus epulis eloquij cælestis infusum sapit in faucibus animæ, cuius & stomachũ recreat, & gustum

1.Cor.3. percipientis obdulcat. Nam scriptum est: Litera occidit, Spiritus autem viuificat. Vndè sciendum est, quia omnes sacrorum voluminum paginæ sancti Spiritûs oleo

Num.11. sunt conditæ. Quamobrèm & in libro Numerorum legitur: Quia circuibat populus, & colligens manna, frangebat mola, siue terebat in mortario, coquensin olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati.

Porrò autem quasi per multa in cancellario Domini dolia transitũ habuimus, vt ad solum oleatum, velut olei vasculum, peruenire possemus. Manna deniquè,

Mãna quid designârit. quo plebs viuebat Israëlitica, sacrum designabat eloquium, quo nutritur & vegetatur religio Christiana. Quod vtiquè veraciter oleatum est, quia mystica sancti Spiritûs est vnctione conspersum. Notandum verò, quia idem manna, quod in libro Numerorum dicitur oleatum, in Exodo legitur non olei, sed mellis potius

Exod.16. habuisse saporem. Gustus, inquit, eius erat quasi similæ cum melle. Quidnam est, quòd Angelicus ille cibus priùs dicitur mellis exhibuisse dulcedinem, & postmodùm non mellis, sed olei præbuisse suauitatem, nisi quòd Redemptor noster sacrarum omnium author & cõditor scripturarum, quem videlicet illud manna principaliter figurabat, & ante passionem velut mel dulcedinem exhibuit miracu-

Act.1.& 2. rum, & post Ascensionem suam, tanquàm oleum, in discipulos suos effudit Spiritum sanctum? Nam quasi mellis videtur propinâsse dulcedinem, dum signis augvirtutibus coruscauit: olei verò tunc suauitatem dedisse, cùm in Apostolos suos sancti Spiritûs paracliti dona diffudit. Quem videlicet ordinem Moyses congrue tenuit, cùm in Deuteronomio de petra, quæ & nihilominùs manna erat, typicè de-

Deut.32. cantauit: Vt sugeret, inquit, mel de petra, & oleum de firma petra. De hoc mystica

Cant.1. vnctionis oleo sponsa ad sponsum dicit in Canticis: Vnguentum effusum nomen tuum. Vnguentum quidem effusum sponsi nomen asseritur, quia sicut à Christe Christus, ità consequenter à Christo dicitur Christianus.

Quia igitur, dilectissimi, per gratiam Saluatoris nostri iam huius Chrismatis percepimus sacramentum, quia iam regiæ dignitatis expressum præferimus in fronte signaculum, studeamus ità nobiliter viuere, vt conuersatio nostra tam diuinis, tamque magnificis mysterijs valeat concordare. Nos enim sumus, quibus

1.Pet.2. per primum Apostolorum dicitur: Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutem annuncietis eius, qui de tenebris vos

Omnes veri Christiani regiæ sũt dignitatis. vocauit in admirabile lumen suum. Et certè satis ignobile est sub vitiorum carnalium viuere seruitute, qui, Deo nos adoptante, regij obtinemus generis dignitatem. Nimis turpe est, vt terrenæ simus concupiscentiæ dediti, qui & Dei vocemur filij, & ad obtinendam cælestem hæreditatem per Christi gratiam meremur admi-

bi. Planè quia Crucifixi præceptoris nos constat esse discipulos, dignum est vt eam nosmetipsos huic nequam seculo præbeamus extinctos. A portanda igitur Cruce post Magistrũ nostrum & Dominũ nulla nos negocij temporalis cura prapediat, nullus amor terrenæ substantiæ vel illecebræ carnalis auertat. Dirigamus fidei ac deuotionis nostræ oculos perstratam iam, nobisq; propositam viam Crucis, vt per eam inoffensis gressibus incedentes, ad eum mereamur attingere, qui

author est & prouocator ad gloriam resurrectionis, cum Deo Patre & Spiritu sancto viuens & regnans in secula seculorum, Amen.

IN

IN LAVDEM VENERABILIS SACRAMENTI EVCHARISTIAE SERMO BEATI IOHANNIS DAMASCENI. *Habetur libro quarto cap. quartodecimo de Orthodoxa fide, Iacobo Billio Abbate interprete.*

BONVS ille, atque vndequaquè bonus, immò bonitate omni sublimior Deus, quique totus bonitas est, pro eximijs bonitatis suæ opibus bonum solum esse, hoc est naturam suam, qua nulla res frueretur, minimè passus est: verùm & eam ob causam primùm intellectuales illas & cælestes virtutes, ac deindè mundum hunc visibilem & insensum cadentem, atque itademùm ex intellectuali & sub sensum cadẽte hominem procreauit. Ac res quidem omnes ab eo condiræ, essentiæ ratione, bonitatis ipsius participes sunt. Ipse enim rebus omnibus esse est, quandoquidem in ipso omnia sunt: non eo tantùm nomine, quòd ipse ea ex nihilo in ortum protulit, verùm ob id etiam, quòd ipsius vis ac facultas res à se conditas tuetur atque conseruat. Vberiùs autem animantia. Nam & quatenùs sunt, & quatenùs vita prædita sunt, bonum ipsis impertitur. At verò ea, quæ ratione vtuntur, tum ob ea, quæ antè diximus, tum ob rationem etiam boni participatione copiosiùs adhuc fruuntur. Arctiori etenim quodammodò necessitudine cum eo coniuncta sunt: tametsi alioquì ille incomparabili magnitudine omnia superet. Et verò homo, vtpotè ità conditus, vt & ratione vteretur, & arbitrij libertate præditus esset, hanc potestatem acceperat, vt per suam voluntatem, animique inductionem sine vlla intermissione Deo coniungeretur, si quidem in bono, hoc est in Creatoris obedientia, perstitisset.

Martij 24. Dei bonitas Angelorum atque hominum procreandorũ causa fuit.

Rom.11.

Homo arbitrij libertate donatus.

Quoniam autem Creatoris sui præceptum violauit, ac sub mortẽ & corruptionem cecidit, ideircò generis nostri parens & effector ob viscera misericordiæ suæ notræ vnitus. Nam quia ipsius imaginẽ ac spiritũ, quem nobis tribuerat, minimè seruauimus, ipse pauperis & imbecillæ naturæ nostræ particeps factus est: quò nos sustraret, atque in incorruptionem vindicaret, diuinitatisque suæ rursùs participes redderet. Oportebat porrò non primitias tantùm nostræ naturæ, sed & quemlibet hominem in participationem summi illius boni venire, ac denuò nasci, nouoque alimento ac natiuitati consentaneo vesci, sicque ad plenam ac perfectam mensuram peruenire. Ac proindè Christus per natiuitatem suam, hoc est, incarnationem & baptismum, ac passionem & resurrectionem, naturam nostram à primi parentis peccato & morte ac corruptione liberauit, resurrectionemque auspicatus est, ac ipsum viam & normam atque exemplar constituit, vt nos quoquè ipsius vestigijs insistentes, quod ipse naturâ est, hoc adoptionis beneficio simus, filij nimirùm & hæredes Dei, ipsiusque cohæredes. Nobis itaque secundum, vt iam dixi, ortum dedit: vt quemadmodùm ex Adamo progeniti, similitudinem ipsius cõtraximus, ac mancipium ex ipso progeniti, similes ei efficiamur, atque immortalitatis & beneditionis, ipsiusque gloriæ hęreditatem percipiamus. Quoniam autem spiritualis hic Adamus est, par scilicet erat, vt natiuitas quoquè spiritualis, atque itèm cibus esset. Verum quia ex duplici natura compositi atque concreti sumus, duplicem quoquè proindè natiuitatem, atque itèm compositum cibum esse necesse erat. Quocirca natiuitas quidem nobis per aquam & Spiritum, hoc est per sanctum Baptismum, data est: cibus autem panis ipse vitæ, hoc est Dominus noster Iesus Christus, qui de cælo descendit. Nam cùm voluntariam mortem nostra causa susceptarus esset, ea nocte, qua seipsum tradebat, Testamentum nouum sanctis suis discipulis & Apostolis, ac per eos omnibus qui in eum credũt instituit. Itaque in sanctæ & illustris Sion cœnaculo, cùm vetus pascha cum discipulis suis edisset, ac vetus Testamẽtum explcuisset, discipulorum pedes lauit, per id videlicet sanctum Baptismũ designãs. Ac tum fractum panem porrexit eis, dicens, Accipite & manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum. Consimiliquè modo acceptum calicem, ex vino & aqua constantem, impertiuit eis, dicens: Bibite ex

Heb.2. Deibonitas per hominẽ Christũ Dei filium, nos restaurauit.

Rom.8. Vt secũdam natiuitatem nobis dedit Christus, ità & cibũ hunc congruentẽ.

Iohan.3. Iohan.6. Iohan.13. Matth.26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc omnes. Hic est sanguis meus noui Testamenti, qui pro vobis effundit̃ur in remissionem peccatorum: hoc facite in meam commemorationem. Quotiescunq; enim manducabitis panem hunc, & calicem hunc bibetis, mortem filij hominis annunciabitis, resurrectionemq; ipsius confitebimini, donèc veniat. 1.Cor.11.

Quamobrèm si sermo Dei viuus est & efficax, ac Dominus omnia quæcunque voluit fecit: si dixit, Fiat lux, & facta est, Fiat firmamentum, & factum est: si verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum: si cælum & terra, aqua itèm & ignis & aër, & omne eorum ornamentum, Domini verbo completum & absolutum est, atque hoc etiam nobilissimum animal, quod homo nuncupatur: si ipsemet Deus Verbum, posteaquàm ità voluntas ipsius tulit, homo factus est, atque ex puris & immaculatis sanctæ ac semper Virginis sanguinibus carnem sibijpsi sine semine cõdidit, quid tandèm afferri potest, quin ex pane corpus suum, ex vino & aqua sanguinem suum, efficere queat? Dixit antiquitùs, Producat terra herbam virentem: atque ea etiamnùm orto imbre fœtus suos producit, diuino præcepto impulsa ac roborata. Dixit Deus, Hoc est corpus meum, & hic sanguis meus, &, Hoc facite in meam commemorationem: atque omnipotenti ipsius precepto, donèc ipse veniat, hoc efficitur: (His enim verbis vsus est, Donèc veniat) ac pluuia huic nouæ segeti per consecrationem existit sancti Spiritûs vis inumbrans. Quemadmodùm enim quicquid Deus fecit, id sancti Spiritûs opera fecit: eodem modo nunc quoquè Spiritus operatio, ea quæ naturã superant, efficit, quæque nisi sola fide capi atque intelligi nequeunt. Quo tandèm modo mihi fiet istud? aiebat sancta Virgo: quoniam virum non cognosco. Respondet Archangelus Gabriel: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Tu quoquè nunc quæris quomodò panis corpus Christi, & vinum cum aqua coniunctum sanguis Christi fiat? Tibi itèm respondeo: Spiritus sanctus superuenit, eaque efficit, quæ orationis facultatem ac mentis intelligentiam excedunt. Panis porrò & vinum ob eam causam adhibentur, quia Deo nota & explorata est humana imbecillitas, quippè quæ vtplurimùm ea quæ vsu & consuetudine minimè trita sunt, graviter ferat, & auersetur. Quo fit, vt ille, pro ea, qua vti solet, erga nos indulgentia, per ea quæ naturæ vsitata ac familiaria sunt, ea quæ naturam superant, efficiat. Et quemadmodùm ipse, quoniam in hominum more positum est, vt aqua lauentur, & oleo vngantur, idcircò in Baptismo gratiam Spiritûs cum oleo & aqua coniunxit, fecitque illud lauacrum regenerationis: eodem modo quoniam ità fert hominum vsus atque consuetudo, vt panem edant, vinumque & aquam bibant, idcircò diuinitatem suam cum ipsis coniunxit, eaque corpus & sanguinem suum fecit: vt per vsitata naturæque consentanea, ad ea, quæ supra naturam sunt, assurgamus. Sanè corpus diuinitati verè vnitum est illud corpus, quod ex sancta Virgine ortum est: non quòd assumptum illud corpus è cælo descenderit: sed quia panis ipse & vinum in corpus & sanguinem Dei immutantur. Quòd si, quo pacto id fiat, requiris, sat tibi sit audire, quòd per sanctum Spiritum id fiat, quemadmodùm & ex sancta Dei matre per Spiritum sanctum Dominus sibijpsi & in seipso carnem cõdidit. Nec quicquam ampliùs nobis perspectum & exploratum est, quàm quòd verbum Dei verum est & efficax, atque omnipotens: nam modus eiusmodi est, vt nulla ratione indagari queat. Quin ne hoc quoquè alienum fuerit dicere, quòd quemadmodùm naturaliter panis per cibum & vinum, & aqua per potum, in comedentis ac bibentis corpus & sanguinem immutantur, corpusque alterum fiunt, atque à priori ipsius corpore diuersum: sic propositionis panis ac vinum & aqua per sanctificationem Spiritûs inuocationem & aduẽtum mirabili modo in Christi corpus & sanguinem vertuntur, nec sunt duo, sed vnum & idem. Quocircà ijs, qui sacramentũ illud per fidem dignè percipiunt, in peccatorum remissionem & vitam æternam, animæque & corporis præsidium cedit: ijs contrà, qui perfidè indigneque suscipiunt, pœnam ac supplicium: haud secùs videlicet, ac Domini mors credẽtibus quidem vita & incorruptio extitit ad sempiternæ beatitudinis oblectationem, incredulis autem, Dominique carnificibus, in pœnam ac cruciatum sempiternum.

Heb.4. Psal.134. Gen.1. Psal.32. Ab alijs christi miraculis eucharistiæ fidẽ adstruit

Gen.1.

Matth.26.

Luc.1.

Cur panis & vinũ in Eucharistia adhibeantur.

Cur in baptismo sacrũ oleum adhibeatur.

Quid respõdendũ quærentib⁹, quo pacto corpus Christi fiat in eucharistia.

Sancti spiritûs operatione, sacramentũ Eucharistię cõficitur.

1.Cor.11.

Nec verò panis & vinum corporis Christi figura sunt, (absit enim hoc) verùm ipsummet Domini corpus diuinitate affectum: quippè cùm Dominus ipse dixerit, Hoc est, non corporis signum, sed corpus, nec sanguinis signum, sed sanguis. Et priùs adhuc, ad Iudæos sermonem habens, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nõ habebitis vitã in vobis. Caro enim mea verus est cibus, & sanguis meus verus est potus. Ac rursùs, Qui manducat me, viuet. Ac promus: ac profectò sic nobis fiet, quẽadmodùm firme ac constanter credimus. Ipsum indè summo cum metu & pura conscientia, fideq; haudquaquàm dubia accedamus: ac profectò sic nobis fiet, quẽadmodùm firme ac constanter credimus. Ipsum porrò omni puritate colamus, hoc est, & spirituali, & corporea: siquidem duplex ipse est. Ardenti cupiditate ad eum adeamus, manibusque in crucis formam compositis crucifixi corpus suscipiamus, atque & oculis, & labijs, & frontibus impositis, diuini carbonis participes efficiamur, vt ignis desiderij in nobis insiti, assumpta ea, quæ ex carbone oritur, inflammatione, peccata nostra exurat, ac pectora nostra collustret: demusque operam, vt per diuini ignis perceptionem inardescamus, Dijque efficiamur. Vidit quippè carbonẽ Esaias. Carbo porrò non simplex lignum est, sed igni vnitum. Sic panis quoquè communionis, non simplex panis est, sed diuinitati vnitus. Corpus autem, quod diuinitati vnitum est, non vna natura est: sed vna quidem corporis, altera autem diuinitatis cum ipso coniunctæ. Quo fit, vt vtrunque, non vna natura sit, sed duæ. Abrahamum ex alienigenarum strage reuertentem ille summi Dei sacerdos Melchisedech pane ac vino excepit. Mensa illa mysticam hanc adumbrabat, quemadmodùm & sacerdos ille veri pontificis Christi figuram & imaginem præ se ferebat. Tu enim, inquit, es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech. Panem hunc panes propositionis adumbrabant. Hoc videlicet illud est purum & incruentum sacrificium quod Dominus à solis ortu vsque ad occasum oblatum iri per prophetam prædixit. Corpus ac sanguis Christi est, ad animæ & corporis nostri incolumitatem tendens, quod nec consumitur, nec corrumpitur, nec in secessum abit (auertat hoc Deus) verùm ad nostram substantiam & conseruationem tendit, atque omne incommodum propulsat, eamque vim habet, vt spurcitiem omnem abstergat. Si adulterinum aurum nancisceatur, per explorantem inflammationem purgat, nè in futurum cum mundo condemnemur. Omnes enim morbos, immissasque calamitates purgat: quemadmodùm ait Apostolus, Si enim nosipsos dijudicaremus, non vtique iudicaremur. Cùm iudicamur autem à Domino, corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Atque hoc est quod ait, Itaque qui percipit corpus & sanguinem Domini indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Per illud porrò purgati, corpori Domini, ipsiusque spiritui vnimur, ac Christi corpus efficimur. Panis hic delibatio est futuri panis, qui supersubstantialis est. Siquidem supersubstantiale, vel futurum significat, hoc est panem futuri seculi, vel eum qui ad tuendam substantiam nostram adhibetur. Quamobrèm siue hoc, siue illo modo accipiatur, corpus Domini aprè dicetur. Viuificus etenim spiritus est caro Domini: quandoquidem ex viuifico spiritu concepta est. Quod enim ex spiritu natum est, spiritus est. Quæ tamen non cò à me commemorantur, vt corporis naturam labefactem, ac de medio tollam, verùm vt illud viuificum esse ac diuinum ostendam.

Quod si nonnulli panem ac vinum corporis ac sanguinis Domini figuram esse dixerunt, quemadmodùm ille diuinitùs afflatus Basilius, non hoc post consecrationem dixerunt, sed antequàm oblatio ea consecraretur, hoc vocabulum vsurpárunt. Participatio autem etiam hoc sacramentum dicitur: quia per illud diuinitatis Iesu participes efficimur. Communio itèm optimo iure appellatur: quia per illud cum Christo commercium habemus, ac carnem ipsius & diuinitatem percipimus, atque adcò nos inter nos communicamus atque copulamur. Quoniam enim ex vno pane participamus, omnes vnum Christi corpus, & vnus sanguis, & alij aliorum membra efficimur, Christiique concorporei existimus. Cæterùm illud pro viribus caueamus, nè sacramentũ hoc vel ab hæreticis accipiamus, vel illis demus. (Nolite enim sanctũ dare canibus, inquit Dominus, nec proijciatis margaritas vestras ante porcos:) nè alioqui & eorũ errorẽ, & condemnationẽ, nobis cõtrahamus. Nã si omninò hoc affert istud sacramentũ, vt & Christo, & alij alijs vniamur, nõ est dubiũ quin omnibus, qui nobiscum illud percipiũt, animo ac voluntate copulemur. Ex volũtate quippè cõiunctio hæc existit, non autem citra animi nostri sententiam. Omnes enim, vt Apostoli verbis vtar, vnum corpus sumus, quoniam ex vno pane participamus. Figuræ porrò rerum futurarum idcircò dicuntur, non quòd non verè corpus ac sanguis Christi sint, sed quòd nunc quidem diui-

Quo pacto suscipienda Eucharistia.

Esa.6.

Panẽ cõmunionis corpus Domini nicũ intelligi quod panis dicitur propter figura & speciẽ. Gen.4. Psal.109. Leuit.24. Mal.1.

Basil. in Liturg.

Panis ante consecrationem dicitur, post verò corpus Domini.

1.Cor.10.

Hæreticis nec danda Eucharistia nec ab ipsis sumenda. Matth.7.

1.Cor.10.

Supersubstantiale quid significet.

Iohan.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuinitatis Christi per ea participes efficiamur, tunc autem intellectuali modo, ac per solum adspectum.

DE SS. TIMOLAO, DIONYSIO ALIISQVE SEX MARTYRIBVS, EX HISTOR. ECCLESIAST. *Eusebij lib.8.cap.13. interprete Iohanne Christophorsono.*

Martij 24.

DVM gentiles publica inter se festa celebrabant, & consueta agebant spectacula, inter alia, quæ magnoperè ipsis in optatis erant ad contemplandum, crebro hominum sermone ferebatur, Christianos qui dudùm erant ad bestias damnati, certamen confecturos. Cùm verò huius rei fama latiùs manaret, & apud omnes passim vagaretur, adolescentes numero sex, quorum vnus genere Ponticus, nomine Timolaus: alter ex Tripoli vrbe Phœniciæ, qui Dionysius nuncupatus fuit: tertius ecclesiæ Diospolis subdiaconus, qui Romulus dictus est: quartus Pausis, & quintus Alexander, vterque Aegyptius: sextus huius gentilis Alexander ex vrbe Gaza, proprias manus, quò ardentem martyrij cupiditatem significarent, antè colligantes, ad Vrbanum, qui iam bestias ad Christianos dilaniandos emissurus esset, curriculo currunt, seque Christianos liberè confitentur: atque ipsa sua propensione tanquàm ad aciem instructa, & ad quodque discrimen admodùm parata liquidò declarârunt eos, qui in vero Dei, omnium rerum fabricatoris cultu gloriantur, violentas immanium ferarum incursiones nequaquàm formidaturos. Vndè profectò tum ipsum Præsidem, tum illos, qui cum eo erant, in repentinam admirationem traducentes, extemplò in carcerem contruduntur.

Sex egregij adolescentes.

Vrbanus præfectus prouinciæ.

Non multis diebus pòst, alij duo fuêre in eorum numerum adscripti: vnus, qui acerba & varia tormenta propter fidei suæ confessionem, varijs temporibus ostentatam, anteà exhausisset, Agapius nomine: alter qui res, ad corporis vsum necessarias, illis martyribus subministrâsset, Dionysius appellatus. Omnes isti, octo numero, vno die, nempe vigesimoquarto mensis Dystri, hoc est, ad nonum Calendas Aprilis, in ipsa Cæsarea securi percussi obeunt. Per idem tempus duo ex Imperatoribus, quorum alter primum ac summum Imperij gradum, alter secundum possidebat, illum obtinebat, ad priuatam quandam vitæ rationem se transtulerunt, atque ea publica languescere & ægra esse cœpit. Paulò pòst Imperio Romano contra sentiente, bellum graue & acerbum inter ipsos Imperatores mutuò excitatur, neque seditio ac tumultus in ea commotus priùs sedatus fuit, quàm pax aduersum nos in vniuersis orbis partibus, quæ Romano paruêre Imperio, firma constituerentur. Nam simul àc illa omnibus instàr lucis cuiusdam ex tenebricosa & obscura nocte exorta fuit, communis Imperij Romani status iterùm ad stabilitatem, amicitiam & pacem restituitur, mutuamque concordiam, quam à maioribus acceperat, recuperauit.

Octo martyres vno die iugulãtur.

HISTORIA S. AGAPETI EPISCOPI, AVTHORE SVIDA.

Martij 24.

AGAPETVS Synadorum Episcopus fuit, quem quidem Eusebius Pamphili magnoperè commendat, eximiaque per ipsum edita miracula commemorat, montes videlicet, fluuiosque è prioribus sedibus in alias translatos, necnon mortuos ad vitam reuocatos. Ad hæc, quòd Maximinus eum, dum rei militari operam daret, vt Christianum voluit de medio tollere, quippe quòd multos eius præclara facinora demirari intelligeret.

SERMO

SERMO DIVI EPHRÆM VIRI SANCTISSIMI ET ILLVMINATISSIMI, ECCLESIAE EDISSENAE *Diaconi, de Passione Domini Saluatoris, Ambrosio Camaldulensi interprete.*

LOQVI timeo, & narrationem plenam horroris linguæ officio aggredi. Est enim reuerà metus ingens de passione Domini Saluatoris verba facere, & tentare tantæ rei indignitatem explicare. Hodiè nanque Dominus noster traditus est in manus peccatorum. Sed cuius rei gratia est traditus sanctus, innocens, cælestis Dominus, ac sine peccato? Qui nihil peccauerat, hodiè traditus est. Venite, fratres, discamus quarè traditus sit Christus Saluator noster. Propter nos impios Dominus traditur. Quis non admiretur? quis non obstupescat? Peccantibus seruis Dominus traditur, vt liberet à morte proprios seruos, qui antè peccauerant. Perditionis ac tenebrarum filij in tenebris exierunt eum comprehendere, qui in ictu oculi poterat omnes exurere. Vidit illorum audaciam Dominus & vesanam iracundiam, seque ipsum cum omni mansuetudine sponte sua impiorum tradidit manibus. Vinxerunt perditi immaculatum Dominum, illuseruntque ei, qui alligauerat fortem insolubilibus nexibus, nosque à peccatorum nostrorum vinculis soluerat. Texuerunt & coronam spinarum, quas pro fructu tulerat vinea Iudæorum. Illuserunt ei, Regem appellantes, & conspuerunt in faciem eius, cuius adspectum omnes cælorum virtutes contremiscunt. En rursùs angustia, dolor & lachrymæ cor meum occupant, dum considero Dominum contumelias, probra, verbera, sputa tanta lenitate tolerantem. Venite, discamus miserationum ipsius magnitudinem, Dulcis Dominus seruum inutilem & incontinentem habuit in paradiso voluptatis, qui vbi peccauit, tortoribus traditus est. Vidit pius Dominus deficientem inter flagella, & misericordia motus, vt seruum eximeret à pœna, semetipsum pro illo flagris exposuit.

Martij 25.

Pro peccatoribus traditus est Dominus.

Gen.3.

Volebam hìc finem facere ob nimij stuporis magnitudinem, sed rursùm verus sum, nè per meum silentium irritarem Spiritus gratiam. Paueo tamen, fratres, non leuiter, dum ista pronuncio, tremuntque omnia ossa mea, cùm ea diligenti admota consideratione discutio. Ipse omnium conditor Deus noster & Dominus ante Caipham hodiè sistitur, quasi vnus ex reis, vnusque ministrorum ei alapam dedit. Tremit cor meum, hæc omnia cogitans. Sedet Seruus, Dominus stat, & qui plenus erat sceleribus, contra insontem atque ab omni peccati labe alienum, sententiam dictat. Contremuerunt cæli, fundamenta orbis terræ concussa sunt, expauerunt Angeli omnes atque Archangeli, Gabriel & Michaël facies suas alis contexerunt, Cherubin trementia sub rotis se abdiderunt, Seraphin illa hora alas ad inuicèm collisisse visa sunt, cùm daret minister iniquitatis alapam Domino maiestatis. Quomodò igitur non protulerunt fundamenta terræ monum atque tremorem, cùm hora illa contumelijs affici creatorem suum cernerent? Cogito, ac tremore concutior, rursusque compungor, intuens lenissimam tolerantiam benignissimi Domini. Tremunt eccè renes mei, dum loquor. Creator, qui de puluere terræ hominem per gratiam finxerat, à manibus, quas ipse formauerat, alapam accipit.

Iustus Dominus ab iniusto seruo condemnatur.

Alapã accipit.

Caueamus solicitè, fratres, nè ista omnia simpliciter audiamus, quæ pro nobis Dominus pertulit, sed ea solicitè ruminemus, & iugi meditatione voluamus. Dic, minister infelix, dic serue nequam: Cuius rei gratia Dominum alapis cædis? Serui quidem omnes cùm liberi efficiuntur, accipiunt alapam, vt mortali libertate potiantur. At ipse, ô infelix, cùm sit omnium liberator, iustè alapa cæditur. Quid putas mercedis accipere à Caipha pro huiusmodi alapa? Ergòne non audisti? Ergòne non didicisti, quoniam filius est omnium Domini? Alapam quidem dedisti omnium Domino, sed seruus seruorum factus es in æternum, Dulcis Dominus seruum inutilem & incontinentem habuit in paradiso voluptatis, qui vbi peccauit, tortoribus traditus est. Vidit pius Dominus deficientem inter flagella, & misericordia motus, vt seruum eximeret à pœna, semetipsum pro illo flagris exposuit.

Gen.3.

Ergòne non opprobrium & abominatio omnium, æterno damnatus incendio. Grande mira-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Māsuetudo eius quāta.

miraculum,fratres,ſtuporis pleniſſimum eſt,cernere Chriſti Regis ac Domini noſtri manſuetudinem. Palma cæſus à ſeruo,rationabiliter prudenterque reſpondit cum omni manſuetudine ac reuerentia. Seruus furit, Dominus patitur. Iraſcitur ſeruus,Dominus in ſua benignitate perſiſtit. Indignationis aculeos, rixamque tumultuantis animi,iræ maximè tēpore,quis continet? Dominus noſter hæc omnia pertulit benignitate ſua.Quis tuam,ô mitiſſime Domine,patientiam,aut ferre,aut explicare poſſit.

Huc accedite, chariſſimi, dilecti Chriſti,compunctione ſimul & affectu ſummo Redemptoris illecti. Venite conſideremus pariter,quid hodiè contigit in Sion ciuitate Dauid.Semen Abrahæ charum atque electum,quid hodiè geſſit.Immaculatum nempe Dominum tradidit morti. Hac die Chriſtus Saluator noſter per iniquorum manus iniuſtiſſimè ligno Crucis affixus eſt. Venite omnes,& corpus noſtrum abluamus lachrymis atque gemitibus, quia Dominus noſter & Rex gloriæ pro nobis impijs morti eſt traditus.Si quis fortè noſtrûm dilectiſſimi cuiuſpiam atque chariſſimi audiat ſubitò mortem,vel ipſum dilectum mortuum ante oculos ſuos iacere repentè conſpiciat,immutatur facie,eiusque ſerenitas adſpectûs obnubilatur.Ità & lucidus ſol ex alto cæli axe contumeliam Domini pendentis in Cruce conſpiciens,immutatus eſt facie,contraxit lucis ſuę igneos radios,iniuriamque Domini videre non ſuſtinens,mœrore ſe veſtiuit & tenebris.Ità & Spiritus ſanctus ex templo conſiderans dilectum Ieſum appenſum in ligno Crucis,rupto honeſto illo templi velo à ſummo vſque deorsùm,continuò exiuit de templo. Creatura omnis in metu ac tremore fuit,quandò mortuus eſt Saluator noſter, cæleſtis Rex, Dominus maieſtatis.Nos autem peccatores etiam contemnimus ſemper,propter quos ille traditus eſt,qui ſolus ſine peccato fuit.Ridemus quotidiè audiētes paſſiones & cōtumelias Domini& Saluatoris noſtri,diebuſq; ſingulis delicias quærimus, ac omni ſtudio veſtis curamus ornatum. Sol eccè propter contumeliam Domini, ſplendorem lucis ſuæ conuertit in tenebras,vt nos videntes ipſum imitemur.Dominus tuus,ô infelix,pro te in Cruce contumelijs afficitur,& tu veſtis molliciem & ornamenta ſectaris ? Non tremit cor tuum, non mens tua exhorreſcit hæc audiens? Qui ſolus ſine peccato eſt,propter te impiæ traditur morti, iniurias, opprobria,verbera patitur: ipſe verò ſuperbia tumidus audis hæc omnia?

Crucifigitur

Sol in morte eius obſcuratur.

Mat.15.

At verò congruum ac decens eſt, vt grex rationalis vniuerſus paſtorem ſuum iugiter ambiat, eumque ſemper videre deſideret. Ità obſecro,reuereminiillum. Nolite cibis lautioribus & delicijs ſeculi contra propoſitum religionis aſſuefieri, ſed in omni exercitatione veſtra in paſtorem veſtrum ſemper intendite,vt ab eius veſtigijs nuſquàm aberretis. Nè, quæſo,imitatores Iudæorum ſimus, vt populus durus,perfidus,inobediens, & bona Dei,Saluatorisque beneficia irritans iugiter. Altiſſimus propter Abraham fidelem famulum ſuum,pronumque ipſius deſiderij onis affectum, tulit ab initio duritiam ac perfidiam populi, manna de cælo ad manducandum dedit eis: verùm ipſi cæleſti cibo indigni, allia concupiērunt, ebos planè malè olentes. Aquam rurſùs ex petra in deſerto eis produxit,ſed ipſi horum vice ſibi acetum dederunt, ſuſpendentes in ligno.Curemus,fratres,nè Iudæorum participes inueniamur,crucifigentes Dominum creatorem noſtrum. Meminerimus ſemper,habentes ante oculos paſſionem Redemptoris noſtri. Meditemur aſiduè pœnas ipſius atque ſupplicia. Propter nos enim paſſus eſt impaſſibilis Dominus,pro nobis crucifixus eſt,qui ſolus ſine peccato fuit. Quid nos,fratres,ei reddere, quid tantis eius beneficijs retribuere vnquàm poterimus? Attendamus ergò nobis ipſis,nè paſſiones eius irritemus. Huc omnes, Eccleſiæ filij, accedite,qui ſanguine immaculati agni redempti eſtis. Venite, meditemur paſſiones Chriſti cum gemitu & lachrymis, atque inter meditandum contremiſcamus, dicentes ad inuicèm : Chriſtus Saluator noſter pro nobis peccatoribus mortuus eſt. Perpende,frater,quidnam ſit quod audiſti.Deus ſine peccato, Altiſſimi filius, pro te traditus eſt. Aperi cor tuum,conſidera ipſius paſſiones diligenter, & ità tecum tacitus volue. Deus,in quem peccatum cadere non poteſt, houie traditus eſt,hodiè illuſus,hodiè conſputus,hodiè flagris cæſus,hodiè percuſſus alapis eſt,hodiè coronam ſpineam tulit,hodiè crucifixus eſt cæleſtis agnus. Contremiſcat cor tuum, horreat anima tua, in hac iugi meditatione paſſionum Domini tui quotidiè lachrymas funde.Dulces quippè nimiùm ſunt eiuſmodi lachrymæ, iuſtiſ-

Videhic imponi delectũ ciborũ, & à lautioribus abſtinentiam.

Exod.16.

Matth.27.

In paſſione Domini iugiter meditandum.

Eius itẽm paſſio nobis imitanda.

Luc.21.

ſtraturque anima paſſiones Chriſti iugiter verſans. Huiuſmodi ſit ſemper meditatio tua. Lachrymare quotidiè,gratias referens Domino pro his, quæ pro te paſſus eſt,vt in die aduentûs eius ſint tibi lachrymæ tuæ gloria,& exultatio ante tribunal illud terribile iudicis. Affligere tu quoquè,dum intentè cogitas, quæ pro te pertulit pius ac mitiſſimus Dominus. Tolera tentationes,gratias ex animo referens. Beatus ſanè,qui ſemper ante oculos habet cæleſtem Dominum, & paſſiones eius, quique ſeipſum crucifixit mundo, qui omnibus vitijs, terrenisque negocijs mortuus eſt, qui imitator factus eſt Domini ſui. Hæc ſapientia,hæc prudentia,hic affectus eſt fidelium omninò famulorum,cùm ſemper imitatores fiunt Domini ſui in operibus bonis. Adſpicis,ô homo,immaculatum Dominum in Cruce pendentem, & audes infelix in delicijs & riſu peragere curſum,quo viuis in terra? An ignoras,miſer,quòd is,qui crucifixus eſt,Dominus, de his omnibus abs te exiget rationem? Tu quidem nunc negligis,& contemnens rides, & paſſim delicijs ſolueris: ſed veniet profectò dies illa terribilis, dies vltionis, cùm ſine fine lugebis, ac præ doloribus tuis in igne perpetuo cum eiulatu proclamabis, neque erit omninò qui reſpondeat & miſereatur animæ tuæ.

Adorote, Domine,benedico te,pie,precor te,ſancte, tibi procido, amator hominum Domine, te, immaculate, glorifico, quoniam tu vnigenitus Dominus omnium,qui ſolus ſine peccato es,pro me indigno & peccatore morti traditus es, & morti Crucis,vt peccatoris animam liberares, & à peccati nexibus ſolueres. Quidtibi pro his omnibus retribuam, Domine? Gloria tibi, pijſſime, gloria tibi, miſericordiſſime,gloria tibi longanimis,gloria tibi, qui omnia peccata remittis, gloria tibi,qui deſcendiſti ſaluare animas noſtras.Gloria tibi,qui te in vtero Virginis noſtra carne veſtiſti,gloria tibi,qui pro nobis es natus. Gloria tibi,qui propter nos tentus es,gloria tibi,qui vinctus es,gloria tibi,qui flagris cæſus es. Gloria tibi, qui conſputus es,gloria tibi,qui crucifixus es,gloria tibi,qui ſepultus es,gloria tibi, qui reſurrexiſti die tertia. Gloria tibi,qui prædicatus es,gloria tibi, qui creditus es, gloria tibi, qui aſſumptus es in cælum, gloria tibi, qui cum gloria ingenti ſedes ad dexteram patris. Gloria tibi, qui iterùm venturus es in gloria Patris & ſanctorum Angelorum, ad iudicandum omnem animam,quæ irritas facit ſanctas paſſiones tuas,in hora illa horrenda atque terribili,quandò virtutes cælorum mouebuntur, cum ſimul venient Angeli, Archangeli, Cherubin & Seraphin cum tremore magno in conſpectum gloriæ tuæ, cùm tremefacta quatientur fundamenta terræ, & ſpiritus omnis exhorrebit præ inæſtimabili gloria immenſæ maieſtatis tuæ. In illa hora,quæſo, operiat me manus tua ſub alis ſuis, & liberet animam meam à ſempiterno igne, & ſtridore dentium, & exterioribus tenebris,& perpetuo gemitu,vt ego te ſanctum Dominum & Redemptorem noſtrum benedicens, dicam: Gloria tibi, Domine, qui me peccatorem per immenſas miſerationes benigniſſimæ pietatis tuæ ſaluare dignatus es: Qui cum Patre & Spiritu ſancto viuis & regnas per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Grates agit author Deo pro ſuis beneficijs.

LAMENTATIO SANCTISSIMÆ DEI GENITRICIS PROPE CRVCEM STANTIS, PER *eundem diuum Ephræm.*

STANS apud Crucem puriſſima Virgo, Saluatorem- Matth.25.
que in ligno ſuſpenſum ſuſpiciens,plagas reputans, in- Iohan.19.
tuens & clauos, querelas,colaphos, ac flagellationem,
cum grauibus ſuſpirijs,cum fletu ingenti,cum lamentis
doloroſiſſimis exclamauit, dicens: Mi fili dulciſſime,
dilectiſſime fili,quomodò Crucē ſuſtines? Mi fili, & mi
Deus, quomodò ſputa, clauos, & lanceam, quomodò
pateris alapas,riſus,iniurias,ſpineam coronam, purpu-
ream veſtem, ſpongiam, arundinem, fel, & acetum?
Quomodò pendes in Cruce denudatus, mi fili, qui cæ-
lum nubibus contegis? Quomodò ſitim fers,qui es opifex,quique mare & aquas omnes creâſti? Quomodò moreris inſons in medio ſce- Pſal.136. Pſal.88.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lestorum? Quidnam commisisti? Qua in re,fili mi,Hebræos offendisti? Et cur ergò te isti simul iniqui, simul ingrati, Cruci suffigunt? Quorum claudos & permultos valetudinarios sanâsti, mortuos viuificâsti, paralyticum, id est membris omnibus laxatum, consolidâsti, mi fili pientissime: qui ab vtero cæcum illuminâsti, mi fili: uator,viduæ filium suscitâsti, ô omnium vita: qui filiam Chananææ seruâsti, Centurionis filium à morte liberâsti. Arena, quantumuis numerosa, mensuram habere potest,at tua miracula,fili,omnem prorsùs modum excedunt. Lazarum à monumento suscitâsti: Mi Lazare,inquiens,exi de sepulcro: & vox tua eum traxit ab inferis,& ad vitales auras reuocauit. Tu verò quomodò interis, mi fili dulcissime, magnanime Deus? Deficio te suspiciens in ligno suspensum,conclauatum,plagaque plenum,mi fili.

Luc.5. Iohan.9. Luc.7. Matth.8. Iohan.11.

O Iudęi illeges,& Christi interfectores,iniqui in Deum,& in creatorem vestrum ingrati,nónne mãna vos aluit in eremo? Nónne mare per Moysem diremit? Nónne traduxit in terram promissionis? At tu, populе nequam, & Christi abnegator, pro commodis & bonis contraria reponis,pro manna fel,pro aqua acetũ. Amarissima te potione potârunt impij,mi fili. Quinq; panibus aluisti quinq; hominũ millia: Iudæam tuis concionibus implêsti,mi fili. Vbi nunc pulchritudo tua, fili? Vbi tuus modò decor? Quomodò in Cruce extinctus es,mi fili,& Deus meus? Solis men suum obscurauit,& alius factus est,splendida luna in tenebras euanuit, petræ sunt perfractæ,& monumenta aperta,templique velum in duo est discissum. Creaturæ conditorẽ suum & opificem cognouerunt: & hi peruersi & miseri Hebræi aures obstruxerunt, oculos clauserunt, nè solem nunquàm occidentem suspectarent,fili mi.

Exod.16.14. Iosu.4. Iohan.6. Iohan.19. Luc.23.

O Gabriel Archangele, & minister Domini, ô Gabriel Archangele, agè cautum tuere. Vbi nunc illud Aue? Vbi benedictum Aue,quod mihi dixisti, Angele? Vbi nunc lætitia ac benedictio,qua dixisti ad me: Benedicta tu in mulieribus? Ad quid verò mœrorem & victimam filij mei,quam eram acceptura,nõ denunciasti? Semper tribulationes, gemitus,ludæorum immensam inuidiam, ingratitudinem peruersorum, & transgressorum. O Simeon admirande, en nunc gladius,quo mihi prædixisti cor meum traijciendum. Ecce gladium, ecce vulnus, fili, & Deus mi. Tua mors meum cor subijt, viscera mea sunt disrupta, meum lumen obtenebratum est,& pectus meum grauis pertransijt gladius. Horrẽdam cerno passionem tuam,mi fili,& Deus mi. Video immeritam cædem tuam,nec ferre opem possum. Vbi tua nunc forma,mi fili? Miserere deiectæ & orbatæ,mi fili. Miserere,ô suauissime,abiectæ Mariæ. Miserere,clementissime,& me solare. Prospice,fili mi,lassas,attende meos gemitus, & aperi os tuum. Da mihi solatium. Non habeo quòsùs,mi fili,quo caput reclinem. Non alium cognatum,patrem,aut matrem, vel fratrem,vel sororem,qui mihi animum reddat. Tu mihi pater,tu mater,tu frater,tu solius. Tu mihi vita & spiritus,spes mea & protectio. Tu mea consolatio,tu mea tio,tu Deus meus,tu creator meus,tu opifex meus. Lugete mecum omnes dilectæ Domini,dolorem meum,& vulnus profundum cordis mei contuentes.

Luc.2. Dolores Mariæ Virginis quanti.

Decumbe, Crux sanctissima, lignum benedictum, vt plagas filij mei, & Deiexosculer,ad consolandum proprium filium meum,vt amplectar filij mei corpus, vt os suauissimum deosculer,oculos,faciem,manus,& cædem iniquam. Decumbe, Crux mea,decumbe. Magna, ô Crux,gloria tua,magna tua gratia, magna porrò tua. O lignum benedictum,quoniam innocens Deus & creator tuus, tanquàm latro & nocens super te expansus est. Fili mi charissime,veneror tuas afflictiones, colo & adoro tuam misericordiam & magnanimitatem. Honoro lanceam,vulnus, arundinem,clauos, spongiam, alapas, opprobria, & acetum,colaphos, & spuras, & verbera,fili mi,quandoquidem tuę creaturæ causa ista ferre sustinuisti. Dedecorum,fili mi,decus cunctis factum est. Mors tua facta est mundi totius vita. Cæcorum resurgito quamprimùm,fili mi & Deus,quemadmodùm prædixisti mihi, vt lutum fiat mundus. Mortem conculcâsti & interitum,vt gaudeam ego humilis mater tua, & mecum lætentur dilecti tui. In verecundiam autem & confusionem tui iuimici omnes deueniant.

S. Maria arma passiõis Dominicæ honorat. Christi mors est mundi vita.

At verò nos te, ô immaculata & benedicta, filij tui, Deique omnium mater, inculpata, pura, integra, sacrosanctissima, desperatorum spes & damnatorum, collaudamus, benedicimus tibi, vt gratia plenæ, quæ Christum genuisti, omnes tibi adsumimur, omnes te imploramus. Erue nos, ô intemerata, ab omni necessitate, à cunctis diaboli tentationibus. Esto nostra conciliatrix & aduocata in hora iudicij. Libera nos à futuro igne & tenebris. Et tui filij gloria, Virgo, nos dignare. Tu nanque es spes apud Deum Christianorum sanctissima, cui honor in secula seculorum, Amen.

S. Maria desperatorum spes & damnatorum.

BEATI PETRI DAMIANI OSTIENSIS EPI SCOPI, SERMO DE ANNVNCIATIONE BEA-tissimæ Virginis Mariæ.

Martij 25.

EXVLTATE, fratres, in Domino, quia de Domina illa sermo succedit, quæ singularem in cordibus nostris sibi vendicat principatum. Hæc est, ad cuius nomen corpus humiliter inclinatis, cuius horis reuerenter assistitis, cuius memoriam iugiter frequentatis. Hæc est, quæ vestris affectibus suauiter indulcescit, quia magna multitudo dulcedinis eius. Spiritus enim eius super mel dulcis, in qua dulcis Dominus cum omni sua dulcedine superuenit. Cùm enim fecerit Deus omnia opera sua valdè bona, hoc melius fecit, consecrans sibi in ea reclinatorium aureum, in qua sola se post tumularum Angelorum & hominum reclinaret, & requiem inueniret. Hoc est quod natura miratur, reueretur Angelus, veretur homo, stupescit cælum, extremit terra, infernus exhorret. In huius vtero maiestas Altissimi mirabiliter liquefacta sicut adipe & pinguedine, repleuit terras, infudit cælos, inferna respersit. Hîc exinaniuit semetipsum excelsus & immensus, mensuram bonam, & confertam, & coagitatam mittens in sinum nostrum. Hîc diuinis manibus vnctus est oleo lætitiæ, & sicut ad altare in summum Pontificem consecratus. De hoc altari ad aram Crucis ascendens, proprio cruore tanquàm alterius generis oleo perfusus, iam non solùm consecratus, sed & consecrans, totum corpus machinæ mundialis largiori ligamine copulauit. Facessat igitur mœror, tristitia fugiat, eliminetur dolor, rancor abscedat, vt liceat vacare, & videre cum Moyse visionem hanc grandem, qualiter Deus in hoc ventre concipiatur, decipiatur diabolus, recipiatur perditum, indebitum accipiatur. Totum me trahit affectio, sed oratio deficit, & diues cogitatio vocis pauperiate confunditur. Feruent interiora, & in vndosam ebulliunt altitudinem, sed frigiditas linguæ cumulos refrigerat exundantes.

Nota horas beatæ Virginis etiã tũc fuisse in vsu.

Exod.3.

Quid est, beatissima? Nunquid ità sensim taciturnus obdormiam, vt ibi mutus nec egrediatur vt splendor vultus tuus, & sermo de te conceptus, si non vt lampas, sit, vbi omnis loquitur creatura? Veruntamen non tacebo, & non quiescam, donec vt scintilla accendatur. Mouet me, fateor, quòd permittente Deo peccant rationabiles creaturæ, & multis annorum millibus tam cælestia, quàm terrestria incassum stare videantur, seruituris istis, illis dirutis. Stat illa magna ciuitas, ciuium suorum numerositate fraudata, & à stellantibus palatijs multiplex habitantium multitudo propellitur, obscurantur stellarij ignes, solem loquor, lunam, & stellas, & multa sibi detracta luminis claritate mulctantur: terra maledicitur, cõdemnatur hominum successio, & omnis creatura, iuxta Apostolum, ingemiscit, & partuit. Tacet Deus omnipotens, & ordinans eius omnipotentia tantam dissimulat confusionem. Tandèm nascitur Maria, & ad nubiles annos egrediens, speciem induit speciosam, quæ ipsum alliciat Deum, & diuinitatis oculos in se conuertat. Vide quid indè dicat ille non minimus explorator secretorum Dei: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Et concupiuit Rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus. Germinat igitur virga lesse de tortuosa radice generis humani, & de Patriarcharum arbore in altitudinem & rectitudinem erumpens, omnem ignorat nodositatem, filiorum tenebras nescit, fructuosa quæque non habet. Videt, & ardet ille vehemens amator, & totum epithalamium in laudibus eius decantat, vbi manifestè sponsus inducitur spirans amorem syncerissimum, nec vltrà valens dissimulare quod patitur. Euocatur statim cælestis ille conuentus, & iuxta Prophetam, init Deus consilium,

Rom.8.

Nascitur Maria Dei mater. Psal.44.

Esa.16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

um, cogit concilium, facit sermonem cum Angelis de restauratione eorum, de redemptione hominum, de elementorum renouatione, ac illis stupentibus, & mirantibus præ gaudio, de modo redemptionis. Et statim de thesauro diuinitatis Marię nomẽ euoluitur, & per ipsam, & in ipsa, & de ipsa, & cum ipsa totum hoc faciendum decernitur, vt sicut sine illo nihil factum, ità sine illa nihil refectum sit. Traditur epistola Gabrieli, in qua salutatio Virginis, incarnatio Redemptoris, modus redemptionis, plenitudo gratiæ, gloriæ magnitudo, multitudo lætitiæ contineatur. Missus est ergò Angelus Gabriel à Deo ad Virginem, quæ, postquàm ei locutus est, sensit Deum suis illapsum visceribus, maiestatemq; illius virginalis ventris breuitate conclusam. O venter diffusior cælis, terris amplior, capacior elementis, qui totum claudit omnia concludentem, in quo Deus gloriæ reclinatur. Denique & Archangelus ait: Aue gratia plena, Dominus tecum: quia à Deo electam, & prælectam, totam eam rapturus erat sibi Spiritus sanctus, & cælestibus insignirus ornamentis. Iam consecranda erat in locum voluptatis, de quo fons ille debebat ascendere, qui vniuersam terræ superficiem irrigaret.

Luc.1. Incarnatur ex ea Christus Dei filius.

Satìs hucusquè sparsimus verba, & volaticis sermonibus diuersa præseminauimus: nunc insistamus hîc, si fortè aliquid dignum elicere valeamus. Fluuius (ait scriptura) egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandam vniuersam superficiem terræ: qui indè diuiditur in quatuor capita. Fluuius iste est Deus meus Iesus, quia duobus locis voluptatis egreditur, ex vtero Patris, ex vtero Virginis. Vndè Propheta: Dominus Deus noster fluuius gloriosus, exiliens in terram sitientem. Sed ineffabilibus differẽtijs longè aliter à Patre, quàm à Matre egreditur: quia & æterna, & temporalis natiuitas gloriosa est, multò gloriosior est æterna. Orantibus igitur vobis, de vtraque generatione volo aperire quod sentio, non quòd aliquid exponere præsumam, cùm hoc vltra omnium vires (quanto magis meas?) sit, & extremæ dementiæ sit, velle fari ineffabilia, maximè hominem imperitum. Non enim obstat sum Salomonem dicentem: Sicut qui nimiùm comedit mel, euomit illud: ità qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. De vtraque enim per Prophetam dici puto: Generationem eius quis enarrabit? quia sanè illa Patris ineffabilis & inaccessibilis est, & nulli creaturæ peruia. Hoc sensu credo Apostolum dixisse Deo: Qui solus habitat lucem inaccessibilem, cùm etiam puriores naturæ tantò reuerberentur intuitu, nec possint irrũpere tantæ claritatis abyssum. Ipse etiam Filius protestatur: Nemo nouit Filiũ, nisi Pater, neq; Patrem quis nouit, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare: nõ sicut est, sed sicut capere potest, cui tãta dignatio reuelatur. Vndè & illa sublimis anima, quę vsque ad tertiũ cælum in diuitias gloriæ rapta fuerat, dicit: Ego me non arbitror compræhendisse. Verissima igitur distinctio est, quia illam Gignentis & Geniti generationem nullus omninò penetrat intellectus. Hanc etiam de Matre omni humanæ creaturæ reor inextricabilem: nescio vtrùm ab illa excellentiori natura valeat compræhendi. Quis enim cognoscat, vel quis non solùm tu vita, sed & Filius tuus fons vitæ est. Et vt patenter quid sentiebat ostenderet, subiunxit: In lumine tuo videbimus lumen.

Gen.2. Fluuius paradisi quadripartitus.

Esa.59.

Duæ Christi natiuitates, æterna & temporalis.

Prou.25.

Esa.53.

1.Tim.6.

Matth.11.

4.Cor.12.

Qualiter pater gignat filium: & filius cum homine in vnã personã conueniat, nullus capit intellectus.

Ad irrigandam vniuersam superficiem terræ. Quænam terra est in illa cælorum summitate repositа, quam non præterfluat & irriget fluuius gloriosus? Regnum cælorum terra viuentium est, de qua dicit sanctus: Portio mea, Domine, in terra viuentium: &, Credo videre bona in terra viuentium: &, Placebo Domino in regione viuorum. Irrigatio hæc indicibilis est. Inebriantur quippè Angeli ab vbertate domus Dei, & torrente voluptatis eius potantur. Hîc quid dicam nescio, quia plurimus stupor sensum opprimit, atque mentem. Vbi sunt oratorij sermones, quos in fornace rhetorica omnis ille philosophorum conflauit chorus? Vbi sunt gigantes à seculo nominati, qui ab initio fuerunt statura magna, scientes bellum, tangentes circa pugnas verborum? Nunquid nõ maximus ille gigas (Platonem loquor) ab intellectu tam purissimæ veritatis repulsus est? Nunquid non acerrimus in fornace ingenio tangens, sed non attingens diuinitatem Dei, dicit? Vnum inuenit non potui. Rectè de Spiritu sancto inscius, qui illi non erat infusus, qui sanctarum reuelationum magister est, qui reuelat Paulo, quæ oculus non vidit, sicut idem Apostolus gloriatur: Nobis, inquit, reuelauit Deus. Per quid, Apostole? Per Spiritum suum, nõ per spiritum nostrum, quem secuti philosophi, & seducti sunt, & seduxerunt. Ille noster philosophus, qui super senes, & super omnes docentes se intellexit, quid super hoc senserit audiamus: Rigans, inquit, montes de superioribus suis. De sublimioribus quippè Angelos docet, qui non per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem ipsam Dei substantiam luminibus indefessis adspectant.

Pfal.141. & 26. & 114.

Pfal.35.

Quid Plato de Deo senserit.

1.Cor.2.

Pfal.103.

1.Cor.13.

Sequitur: Qui indè diuiditur in quatuor capita. In quæ quatuor capita dicamus breuiter, quia grandis restat nobis via. In admirationem, qua tota obstuper illa dignior creatura de Creatoris gloria, & gloriæ ratione. In puritatem, quia nõ in vase fœteo, vel fragilitate complexionis humanæ bibunt de torrente voluptatis, sed remoto velamine, hauriunt aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. In satietatem, quia etsi in eum desiderant prospicere, non tamen desiderium necessitatem, vel necessitas miseriam inducit, sed mirabiliori modo & semper desiderant, vt semper satientur, & semper satiantur, vt semper desiderent. In securitatem, quia de sua stabilitate certi, perennibus gaudijs immerguntur, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, quandò fiet vnum ouile, & vnus pastor, & superna illa Hierusalem consummabitur in idipsum. Sic influit fluuius iste per Angelicas officinas. Sed hæc omnia fides capit, nescit ratio, intellectus ignorat humanus. Hæc sunt fortassis illa quatuor, quæ vas electionis felici quaternario in Epistola ad Hebræos diuidit dicens: Non accessistis ad mõtem fumantem, sed ad montẽ Sion, ad Hierusalem ciuitatem Dei viuentis, ad multorum millium Angelorum frequentiam, ad Ecclesiam primitiuorum scriptam in cælis.

Angelica natura creatoris Dei gloriam admiratur.

Iohan.10.

Heb.12.

Nunc accingamus nos ad videndum qualiter egrediatur de Virgine, quia egressio ista dulcior & affectuosior est humanæ miseriæ, quæ intuentium pectora concurrit, irrorat oculos, & beatis fontibus vultus amantium superfundit. Hîc locum habet Altissimus, in quibus ipse reperit prauitatem? Nunquid in voluptatis, vterum Mariæ intelligo, in quo cumulauit omnes delicias deliciarum Dominus: de cuius delicijs Spiritus sanctus admiratorio sermone in amoris canticis sic eructat: Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delicijs affluens? Nunquid in Angelis voluptatem habet Altissimus, in quibus ipse reperit prauitatem? Nunquid in constellatione, vel scintillatione stellarum, quarum aliæ conuertuntur in sanguinem, aliæ cadunt de cælo, aliæ in tenebras obscurantur? Nunquid in aëre, vel igne, vel ventis? Nequaquàm, quia non in igne Dominus, non in commo-

Natiuitas Christi secũdum carnem.

Cant.6.

tem non exhorres, quod licèt quoquomodò significet quæ dicuntur, longè tamen est à sententiæ maiestate. Egreditur similitudine, quia similis est Patri, Patris imago, splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Egreditur alternitate, quia alius est ab illo, alius dico, non aliud. Ego, inquit, & Pater vnum sumus. Vnum dixit, non vnus: quia vnum significat substantiæ vnitatem, sumus verò personarum proprietatem. Sic igitur & longè excellentiori modo de Patre Filius egrediens inundat Angelicas stationes, quia iuxta * Salomonem, Fons sapientiæ Verbum Dei in excelsis. Citharœdus puer de hoc fonte pleno ventre potauerat, cùm diceret: Apud te est fons vitæ: quia non solùm tu vita, sed & Filius tuus fons vitæ est. Et vt patenter quid sentiebat ostenderet, subiunxit: In lumine tuo videbimus lumen.

Heb.1. Filius & pater cum spiritu sancto, nõ vnus, sed vnum sunt.

Eccli.1.

Pfal.35.

Ad irrigandam vniuersam superficiem terræ. Quænam terra est in illa cælorum summitate repositа, quam non præterfluat & irriget fluuius gloriosus? Regnum cælorum terra viuentium est, de qua dicit sanctus: Portio mea, Domine, in terra viuentium: &, Credo videre bona in terra viuentium: &, Placebo Domino in regione viuorum. Irrigatio hæc indicibilis est. Inebriantur quippè Angeli ab vbertate domus Dei, & torrente voluptatis eius potantur. Hîc quid dicam nescio, quia plurimus stupor sensum opprimit, atque mentem. Vbi sunt oratorij sermones, quos in fornace rhetorica omnis ille philosophorum conflauit chorus? Vbi sunt gigantes à seculo nominati, qui ab initio fuerunt statura magna, scientes bellum, tangentes circa pugnas verborum? Nunquid nõ maximus ille gigas (Platonem loquor) ab intellectu tam purissimæ veritatis repulsus est? Nunquid non acerrimus in fornace ingenio tangens, sed non attingens diuinitatem Dei, dicit? Vnum inuenit non potui. Rectè de Spiritu sancto inscius, qui illi non erat infusus, qui sanctarum reuelationum magister est, qui reuelat Paulo, quæ oculus non vidit, sicut idem Apostolus gloriatur: Nobis, inquit, reuelauit Deus. Per quid, Apostole? Per Spiritum suum, nõ per spiritum nostrum, quem secuti philosophi, & seducti sunt, & seduxerunt. Ille noster philosophus, qui super senes, & super omnes docentes se intellexit, quid super hoc senserit audiamus: Rigans, inquit, montes de superioribus suis. De sublimioribus quippè Angelos docet, qui non per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem ipsam Dei substantiam luminibus indefessis adspectant.

Pfal.141. & 26. & 114.

Pfal.35.

Quid Plato de Deo senserit.

1.Cor.2.

Pfal.103.

1.Cor.13.

Sequitur: Qui indè diuiditur in quatuor capita. In quæ quatuor capita dicamus breuiter, quia grandis restat nobis via. In admirationem, qua tota obstuper illa dignior creatura de Creatoris gloria, & gloriæ ratione. In puritatem, quia nõ in vase fœteo, vel fragilitate complexionis humanæ bibunt de torrente voluptatis, sed remoto velamine, hauriunt aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. In satietatem, quia etsi in eum desiderant prospicere, non tamen desiderium necessitatem, vel necessitas miseriam inducit, sed mirabiliori modo & semper desiderant, vt semper satientur, & semper satiantur, vt semper desiderent. In securitatem, quia de sua stabilitate certi, perennibus gaudijs immerguntur, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, quandò fiet vnum ouile, & vnus pastor, & superna illa Hierusalem consummabitur in idipsum. Sic influit fluuius iste per Angelicas officinas. Sed hæc omnia fides capit, nescit ratio, intellectus ignorat humanus. Hæc sunt fortassis illa quatuor, quæ vas electionis felici quaternario in Epistola ad Hebræos diuidit dicens: Non accessistis ad mõtem fumantem, sed ad montẽ Sion, ad Hierusalem ciuitatem Dei viuentis, ad multorum millium Angelorum frequentiam, ad Ecclesiam primitiuorum scriptam in cælis.

Angelica natura creatoris Dei gloriam admiratur.

Iohan.10.

Heb.12.

Nunc accingamus nos ad videndum qualiter egrediatur de Virgine, quia egressio ista dulcior & affectuosior est humanæ miseriæ, quæ intuentium pectora concurrit, irrorat oculos, & beatis fontibus vultus amantium superfundit. Hîc locum habet Altissimus, in quibus ipse reperit prauitatem? Nunquid in voluptatis, vterum Mariæ intelligo, in quo cumulauit omnes delicias deliciarum Dominus: de cuius delicijs Spiritus sanctus admiratorio sermone in amoris canticis sic eructat: Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delicijs affluens? Nunquid in Angelis voluptatem habet Altissimus, in quibus ipse reperit prauitatem? Nunquid in constellatione, vel scintillatione stellarum, quarum aliæ conuertuntur in sanguinem, aliæ cadunt de cælo, aliæ in tenebras obscurantur? Nunquid in aëre, vel igne, vel ventis? Nequaquàm, quia non in igne Dominus, non in commo-

Natiuitas Christi secũdum carnem.

Cant.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

4.Reg.2. tione Dominus,non in ſpiritu Dominus: ſi verax eſt ille,qui curru igneo,& equis igneis eſt aſſumptus in cælum.Nunquid in aquis,vbi furens & tortuoſus leuiathan immoratur: aut in terra, quæ ſub maledicto Adæ ſpinas emittit & tribulos? Non eſt locus voluptatis,niſi vterus Virginis.

Ex hoc egreditur humanitate,quia veſtitus cilicio noſtræ mortalitatis viſibilis humanis oculis apparuit,& de Virgine virgam, de libro autem generationis lineam faciens, diuinitatis hamum innexuit, quem carne operuit virginali, vt draco magnus illectus ad carnem, ferrum diuini numinis ſubſentiret. Egreditur & cum nouitate,quia nunquàm ſic natus eſt homo,ſicut ipſe naſcitur.Primus enim homo

Gen.1.2. primò de terra formatur,ſecũdò mulier ex eius latere fabricatur,tertiò Cain con-

Dominꝰ noſter Ieſus Chriſtus de beata Virgine natus, eius vterum perpetuę virginitati cõſecrauit. ſuetudinario ordine naſcendi gignitur ab vtroque. Solus iſte de ſola Virgine naſcitur,& Virginis vterum nouo & ſingulari partu diuinitas humanata ſigillat.Vbi nunc Ariſtotelicæ ſubtilitatis facunda quidem,ſed infœcunda loquacitas: Si peperit,cum viro concubuit? Velit,nolit, vertitur in habitum priuatio,nec adſtringitur dialecticis terminis omnium terminator, ad cuius imperium parit natura, deſueſcit conſuetudo.Egreditur etiam cum claritate: naſcente quippè illo ſepelitur omnis illa ſtellantium luminum luminoſa ſerenitas,& ſtella candidior lucidioribus radijs præſcintillans totam ſibi cæli rapit poſitionẽ.Ambulant Reges in ſplendore ortûs eius,quoniam eccè Reges congregati ſunt,conuenerunt in vnum. Ipſi

Esa.60. Pſal.47. videntes ſic,Deum & hominem naſcẽtem, matrem & virginem parientem,admirati ſunt,conturbati ſunt,commoti ſunt,tremor appræhendit eos in tantorum lu-

Luc.2. ce miraculorum.Egreditur & cum paupertate,quia pannis viliſſimis inuolutus,& præſepi duriſſimo reclinatus,iam extũc ſanctiſſimis membris legem marryrij præ-

Latrit dæmonem verbi Dei incarnatio. figebat. Egreditur occultè,quia ſubtiliſſimus ille fraudium inueſtigator ab altodine tantæ dignationis excluditur.Hinc eſt quòd ambiguis alternationibus fatigatus,nunc illum tentat,nunc tentatum filium appellat Altiſſimi, nũc inſtruit Cru-

Matth.27. cem,nunc deſtruit,mandans per mulierem conſuetum ſibi organum: Nihil tibi,& iuſto illi.

Sequitur: Ad irrigandam vniuerſam ſuperficiem terræ.Ad terrenam miſeriam expiandam, quam nobis in hæreditatem primus ille peccator reliquerat. Volo vt Apoſtolus hîc eum mihi,ſicut & ſuperiùs,in quatuor capita diſtribuat,quia ſecun-

1.Cor.1. ùs eius expoſitionem ſuſcipio. Qui factus eſt,inquit,nobis ſapientia,iuſtitia, ſanctificatio,& redemptio.Ad nos quippè veniens, qui eramus in carcere, primò omnium tenebras ignorantiæ noſtræ depulit luce ſapientiæ ſuæ: deindè per iuſtitiam quæ ex fide eſt, ſoluit funes peccatorum noſtrorum, ſanctificans nos in ſuo corpo-

Pſal.145. re,redimens in corporis paſſione.Dominus enim ſoluit compeditos,Dominus illuminat cæcos: ſanctificat tabernaculum ſuum, de manu redimit inimici. Diuinitatis in patientiã, qua peccatores ſuſtinet: in miſericordiam, qua pœnitentes recipit: in largitatem,qua proficientes exaltat: in fortitudinem, qua exaltatos roborat.De hoc ſecundo quaternario toto hoc aduentu veſtræ fraternitati confabulatus ſum,per fluminum decurſionem,& nominum interpretationem,moralia protuli ſticis internectens: vtrùm aliquid dignè, vos videritis. Verùm non omnia poſſumus præſenti ſermone coarctare,faſtidium euitantes.

Chriſtus in Cruce fluuius ſpiritualis quadripartitus. Ego habeo quatuor capita dulciora prioribus,quæ fortaſsis veſtris cordibus fiuiùs complacebunt. Dominus enim noſter eleuatus in Cruce, largiſſimas langunis vndas à quatuor ſui corporis partibus abundantiùs emiſit.Spinis enim pungentibus ſanctiſſimum caput niuea ceruice reflexum,& clauis pedes & manus, & lancea latus eius tranſuerberantibus,precioſus ſanguis emicuit: cuius adſperſione index tranſiuit in patrem, iratus in mitem,in miſericordiam virga, captiuitas in coronam.Chriſtus ergò fons latens & occultus in cælis,fons patens & apertus in terris.Illic de vtero Patris, hîc egreditur de vtero Virginis.Illic viuens terram irrigat viuentium, hîc moriens terram morientium. Illic diuiditur in quaternarium admirabilem, hîc in dulcem. Dulcis Dominus,dulcis Domina,quia ille Deus meus miſericordia mea,hæc Domina mea miſericordiæ porta.Ducat nos mater ad filium,filia ad patrem,ſponſa ad ſponſum,qui eſt benedictus in ſecula,Amen.

VITA

VITA SANCTI LATRONIS CVM DOMINO CRVCIFIXI, PER DIVVM AMBROSIVM EPIſcopum Mediolanenſem ſcripta. Eſt Sermo 44. in ordine Sermonum eius.

25.Martij. QVONIAM heſterno die de latrone fecimus mentionem, videamus quis ipſe latro ſit, qui in cruce Domino conſtituto, non ſolùm peccatorum ſuorum veniam conſequitur, ſed etiam paradiſi amœnitate donatur, vt qui propter ſcelera damnatus fuerat ad pœnam, propter fidem transferretur ad gloriam, fueritque illi crux quam pertulit, non tam ſupplicij damnatio, quàm ſalutis occaſio. In cruce enim poſitus, Chriſtum Dominum noſtrum credidit crucifixum. Et ideò qui conſortio paſſionis vtitur, conſortio paradiſi condonatur. Beatus enim latro dum ſupplicium patitur, regnum cæleſte conſequitur. Eccè reus dicitur, ſicut cui damnari ad tempus expediuit. Non enim peruenire ad gloriam, ſi non contraditus eſſet ad pœnam.

Diſmas latro, à Chriſto veniam peccatorũ cõſequitur.

Luc.23.

Videamus inquam cur tantorum criminum reus tam citò à ſaluatore paradiſum promeretur, cùm alij multorum temporum lachrymis frequentibusque ieiunijs vix delictorum ſuorum veniam conſequantur. Magna fratres & multiplex cauſa eſt. Primùm quòd iſte latro deuotione fidei tam repentè mutatus eſt, vt præſentem pœnam deſpiceret, ac de futura veniam precaretur, & magis crederet vtile ſibi eſſe de æterno iudicio petere, quàm de temporali ſupplicio poſtulare. Reminiſcens enim ſcelerum ſuorum, & pœnitudinem gerens, plùs incipit dolere quod ſperat, quàm ſentire quod patitur. potuit enim nisi de futuris ampliùs cogitaſſet, qui in Chriſtum ſemèl crediderat, de præſenti magis ſupplicio deprecari. Deindè illud ad gratiam eius maioris eſt meriti, quòd Chriſtum in cruce poſitum credidit: & paſſio quæ alijs ſcandalum fecit, illi ad fidem profecit. Crucis enim paſſio multis ſcandalum fuit, ſicut dicit Apoſtolus: Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum: Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam.Rectè ergò meretur paradiſum, qui crucem Chriſti non putauit eſſe ſcandalum, ſed virtutem. Dicit enim idem Apoſtolus, Ipſis vocatis Iudæis Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam. Rectè planè & Dominus huic donat paradiſum, qui quem Iudas Scarioth in hortulo paradiſi diſtraxerat, hic in crucis patibulo confitetur. Mira res, confitetur latro, quem diſcipulus abnegauit. Mira inquam res, latro honorificat patientem,quem Iudas prodidit oſculantem. Ab hoc facis blandimenta venduntur, ab illo crucis vulnera prædicantur. Ait enim, Memento mei Domine,cùm veneris in regno tuo.

Eccè quòd lachrymis & ieiunijs acquiritur vetus peccatorum.

1.Cor.1.

Rectè meretur paradiſum. Quid obſecro clarius dici poſſet? Iohan.18.

Luc.23.

Hæc eſt fidei plena deuotio, vt cùm de vulneribus Domini, profluens ſanguis cernitur, tunc de poteſtate eius venia poſtuletur: cùm videtur eius humilitas, tunc magis timeatur eius diuinitas: cùm morti addictus putatur, tunc Regis illi honorificentia deferatur. Iſte enim fidelis latro non credidit moriturum, quem annunciat regnaturum: non putat ſubdendum inferis, quem dominaturum confitetur in cælo: non arbitratur eum apud Tartarum detineri, à quo ſe etiam poſtulat liberari. Cernat licèt eius hiantia vulnera, ſpectet ipſius ſanguinem profluentem, Deum tamen credit, quem reum neſcit, iuſtum ſanctum, quem non meminit peccatorem. Ait enim illi alteri exprobranti latroni, Nos quidem rectè digna factis recipimus, hic autem nihil mali geſſit. Intelligit enim quòd pro alienis peccatis has plagas ſuſciperet, pro alienis ſceleribus hęc vulnera ſuſtineret: & ſciuit quòd illa in corpore Chriſti vulnera,non eſſent Chriſti vulnera, ſed latronis: atque ideò plùs amare cœpit, poſtquàm in corpore eius ea enim paſſio multis ſcandalum fuit, ſicut dicit Apoſtolus: Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum: Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam.Rectè ergò meretur paradiſum, qui crucem Chriſti non putauit eſſe ſcandalum, ſed virtutem. Dicit enim idem Apoſtolus, Ipſis vocatis Iudæis Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam. Rectè planè & Dominus huic donat paradiſum, qui quem Iudas Scarioth in hortulo paradiſi diſtraxerat, hic in crucis patibulo confitetur. Mira res, confitetur latro, quem diſcipulus abnegauit. Mira inquam res, latro honorificat patientem,quem Iudas prodidit oſculantem. Ab hoc facis blandimenta venduntur, ab illo crucis vulnera prædicantur. Ait enim, Memento mei Domine,cùm veneris in regno tuo.

Hæc eſt fidei plena deuotio, vt cùm de vulneribus Domini, profluens ſanguis cernitur, tunc de poteſtate eius venia poſtuletur: cùm videtur eius humilitas, tunc magis timeatur eius diuinitas: cùm morti addictus putatur, tunc Regis illi honorificentia deferatur. Iſte enim fidelis latro non credidit moriturum, quem annunciat regnaturum: non putat ſubdendum inferis, quem dominaturum confitetur in cælo: non arbitratur eum apud Tartarum detineri, à quo ſe etiam poſtulat liberari. Cernat licèt eius hiantia vulnera, ſpectet ipſius ſanguinem profluentem, Deum tamen credit, quem reum neſcit, iuſtum ſanctum, quem non meminit peccatorem. Ait enim illi alteri exprobranti latroni, Nos quidem rectè digna factis recipimus, hic autem nihil mali geſſit. Intelligit enim quòd pro alienis peccatis has plagas ſuſciperet, pro alienis ſceleribus hęc vulnera ſuſtineret: & ſciuit quòd illa in corpore Chriſti vulnera,non eſſent Chriſti vulnera, ſed latronis: atque ideò plùs amare cœpit, poſtquàm in corpore eius ea recognouit. Ait enim propheta, Quoniam ipſe infirmitates noſtras portat,& pro nobis dolet. Nos autem exiſtimabamus eum eſſe in dolore, liuore eius nos ſanati ſumus. Plùs ergò in cruce poſitus,liuorem eius cernens, latro diligit Deum.

Fides latronis de Chriſto quanta fuerit. Luc.23.

Eſa.53.

Itêm dilectio eius. Pſal.40. Mira res, plus in cruce latro Chriſtum diligit, quàm Iudas dilexit in cœnà, Ille per cibum ſupplantat magiſtrum, hic credidit Dominum per dolorem, ſicut ait propheta, Qui edebat panes meos, adampliauit aduersùm me ſupplantationem. Cognouit igitur hic latro omnem Dei paſſionem ex ipſius fieri voluntate, & in poteſtate eius eſſe, vel morti animam tradere, vel ad vitam iterùm remeare, ſicut Iohan.10. ipſe ait, Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterùm ſumendi eam. Vſque adeò autem illum liberum ab inferni legibus iudicauit, vt etiam ſe ab his poſceret liberari.

ITEM DE SANCTO LATRONE, PER EVNDEM DIVVM AMBROSIVM. EST SERMO 45. *in ordine, vt ſuprà.*

Iohan.13. Luc.13. MEminit, fratres, veſtra dilectio, me dediſſe rationem, cur tantorum criminum inueteratus latro, & ſcelerum ſuorum confeſſione damnatus, paradiſum in ipſo ſupplicij patibulo potuerit promereri, & tanta fuerit celeritate ſaluatus, vt peccata eius gratia præuenerit antequàm pœna, & priùs in malis ſuis gloriari cœperit, quàm puniri. Non enim patitur ſupplicium, dum paradiſum promeretur. Petro dicitur à Chriſto: Non potes me modò ſequi, ſequéris poſteà. Et huic dicitur: Hodiè mecum eris in paradiſo. Tanquàm diſcipulus ille differtur, & hic tanquàm ſocius inuitatur. Ille adhuc reſeruatur ad præmium, etiam ad conſortium iſte deligtiur. Non potes, inquit, me modò ſequi. Impoſſibile eſt Petro ſequi Dominũ, etiam facile latroni eſt eſſe cum Domino. Hodiè mecum eris in paradiſo. Non in aliud differtur tempus, non idem alterum reſeruatur. Ipſa hora qua paradiſus Deum ſuſcepit, ſuſcepit & latronem. vnus paſſus eſt pro ſalute cunctorum, & duobus pariter immortalitatis ianua reſeratur.

Gratia fidei maior eſt, quàm delinquentiũ culpa. Sed hanc tantam gloriam latroni fides præſtitit. Fides enim eſt quæ peccata cooperit, quæ vincit crimina, quæ facit de latronibus innocentes. quanuis enim delinquentium grandis culpa ſit, fidei tamen maior eſt gratia. Plùs enim credidiſſe Chriſto, quàm ſeculo deliquiſſe: & plenioris eſt meriti veniam ſperâſſe de Domino, quàm culpam contraxiſſe de mundo. Sicut enim perfidia criminoſos fecit: ità fides perfecit innocentem. Deniquè Iudas poſteaquàm fidem perdidit innocentiam apoſtolatûs amiſit. omnium enim criminum reus factus eſt, poſtquàm virtutum omnium Dominum denegauit. Sicut ergò ſufficit iſti ad ſcelera deſeruiſſe Chriſtum: ità illi ſufficit ad innnocentiam Domino credidiſſe. Facit igitur & fides innocentes latrones, & perfidia Apoſtolos criminoſos.

Fides latronem iuſtificauit. Magna igitur & perfecta fides in illo latrone fuit. Magna planè eſt & admirabilis fides, quæ Chriſtum crucifixum glorificari magis credidit quàm puniri. In hoc enim totius forma ſalutis eſt. Saluatorem tunc maieſtatis Dominum recognoſcit, 1.Cor.2. cùm videtur humilitatis patientia cruciari. Vndè ait Apoſtolus: Si cognouiſſent nunquàm Dominum maieſtatis crucifixiſſent. Hæc inquam perfecta fides eſt, Chriſtum in cruce Deum non reum credere. Vndè ille latro iuſtificatus eſt, quia ſalutore in patibulo conſtituto, Iudæis inſultantibus, & vel criminoſa dicentibus, Liberet ſeipſum ſi potes: ille certus de diuinitate eius, & ſecurus de voluntate, ſemper Matth.27. gis poſtulat liberari.

Latro poſt Chriſtũ primus paradiſum intrauit. Magna inquam fides in illo latrone fuit, & ſanctis Apoſtolis comparanda, nisi quòd & fortè præceſſerit: præceſſit etenim deuotione, qui præceſſit & præmio. Prior enim latro ad paradiſum quàm apoſtoli peruenerunt. Deniquè Petrus Dominum ſequitur, & iſte comitatur. Dominus autem ſecundùm fidem & meritum, tribuit & remunerationis obſequium. Omnes enim, ſicut legimus, in paſſione ſaluatoris diſcipuli trepidârunt, omnes eum penè cùm traderetur reliquerunt, Zach.13. factum eſt ſicut ſcriptum eſt: Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis. Matth.26. Mar.14. Deniquè fidem Petrus nec admonitus potuit cuſtodire. totiès lapſus eſt, quotiès nè laberetur admonitus. Et niſi modum quendam tertio denegandi Dominus ſtatuiſſet, forſitan ſæpiùs interrogatus, ſæpiùs abnegâſſet. Tantam enim trepidationem diſcipulis intulit paſſio ſaluatoris, vt quod Apoſtolo Chriſtus antè prædixerat, ancilla deſtrueret, & magis præualeret oſtiaria ad perfidiam, quàm Apoſtolus ad cautelam.

Non bona oſtiaria, quæ Petrum ideò in domum ſacerdotis includit, vt à fide ſaluatoris excludat. Malè Adam induxit Eua, malè Petrum introduxit ancilla. Illa Iohan.18. exclusit à paradiſo, hæc exclusit à Chriſto. Illa perſuaſione ſua virum decepit, hæc Gen.3. interrogatione ſua Apoſtolum circunſcripſit. Illa ad præuaricandum Adam impulit, hæc Petrum compulit ad negandum. Et idem ſexus in vtraque oſtiariæ officium gerens, aut excludit à vita, aut includit ad mortem.

ITEM VITA BEATI LATRONIS CVM DOMINO CRVCIFIXI, PER DIVVM IOHANNEM *Chryſoſtomum ſcripta. Eſt homilia eiuſdem de cruce & latrone, 31. in lib. 45. Homiliarum Tomi ſecundi.*

HODIERNA die noſter Dominus pependit in cruce, & nos feſtiuitatem eius nimia lætitia celebremus, vt diſcamus crucem totius ſpiritalis gratulationis eſſe ſubſtantiam. Etenim antè ipſum vocabulum crucis pœna fuit, ſed nunc ad gloriam nuncupatur. Anteà condemnationis ferebat horrorem, nunc ſalutis indicium eſt. Crux enim nobis totius beatitudinis cauſa eſt. Crucis Dominicæ ecclesiam. Hæc nos à cæcitate liberauit erroris, hæc è tenebris reddidit luci, hæc debellatos quieti ſociauit, hæc alienatos Deo coniunxit, longè conſtitutos Deo proximos præſentauit, hæc peregrinantes ciues oſtendit, hæc diſſidentiæ amputatio eſt, hæc pacis firmamentum, hæc bonorum omnium abunda largitio. Iſtius cauſa nullis anguſtijs deſerti erramus, quia iam nobis campi monſtrati ſunt veritatis. Nec aulis regalibus habitare prohibemur, quia aditus iam videntrinuentus: nec ardentes ſagittas diaboli formidamus, quia fontes inuenimus, quibus earum flamma facilè poſſit extingui: ideò viduitate caruimus, quia ſponſus expectatus aduenit. Lupum non poſſumus formidare, bono & diligenti munipaſtore. Ego, inquit, ſum paſtor bonus. Tyranni impij crudelitate non terremur, Iohan.10. manſueti Regis veſtigijs inhærentes. Hac de cauſa hodiè gratulamur, quia crucis beneficia memoramur.

Sic & Paulus præcepit propter crucem feſtiuitatem celebrari: Paſcha noſtrum 1.Cor.5. immolatus eſt Chriſtus: diem itaque feſtum celebremus, non in fermento vetuſtatis, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſyncerit atis & veritatis. Et ſic adiunxit cauſam, quia Paſcha noſtrum pro nobis immolatus eſt Chriſtus. Vides crucis intuitu perceptam lætitiam? In cruce enim immolatus eſt Chriſtus: Crux altare & vbi immolatio, amputatio peccatorum: vbi amputatio peccatorum, recon- Chriſti. ciliatio Domini: vbi reconciliatio Domini, ibi feſtiuitas, & omnis gratulatio. Paſcha noſtrum pro nobis immolatus eſt Chriſtus, & immolatus in excelſa cruce. Nouum altare conſtitutum eſt, & quia ſacrificium nouum, atque omnibus ino- Chriſtus ſapinarum: nam ipſe & ſacrificium fuerat, & ſacerdos. Sacrificium ſecundùm car- crificium & ſacerdos. nem, ſacerdos ſecundùm ſpiritum ſanctitatis. Idem ipſe & offerebat, & offerebatur. Offerebat ſecundùm ſpiritum, offerebatur ſecundùm carnem. & audi quemadmodùm Paulus vtrunque monſtrauit: Omnis, inquit, Pontifex qui de ho- Heb.5. minibus accipitur, pro hominibus ſtatuitur. Vndè neceſſarium eſt & iſtum habere aliquid quod offerat. Vide ſacramentum, Eccè ipſe ſe offert. Et alibi ait: Quia Chriſtus ſemèl oblatus multorum abſtulit peccata. Eccè hîc oblatus eſt, ibi Heb.9. ſe obtulit. Vides quemadmodùm fuit & ſacrificium, & ſacerdos, & altare crux fuit?

Et quarè, inquies, nõ in templo ſacrificium illud proferebatur, ſed foràs ciuitatem?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esa.53. Cur Christ? sub aere, & non sub tecto crucifixus sit.

tem? Vt illud impleretur, quia inter iniquos deputatus est. Et ob quam causam in excelso ligno, & non sub tecto immolatur? Vt etiam ipsius aëris natura mundetur. Hac de causa in excelso & non sub tecto, sed sub cælo, vt vniuersus aër in excelso immolatæ ouis à tetro odore mundetur. Sed & terra simile beneficium sentiebat decursi de latere sanguinis stillatione mundata: ideò non sub tecto, non in templo Iudaico, nè Iudæi subtraherent sacrificium, & sibimet vendicarent. Nè putares pro illa tantùm plebe oblatum, ideò foràs ciuitatem, ideò foràs muros, vt scias sacrificium esse commune, quod totius terræ oblatio, quod communis sit omnem terram Deus dimittere, & vno in loco sacrificium atque oblationem celebrare: quia tunc omnis terra immunda fuit fumo, & odore, & alia contaminatione polluta, quæ ex sacrificijs gentium super ipsam celebrabantur. Nobis autem quoniam Christus aduenies omnem terram emundauit, omnis locus oratorio vacat: ideò Paulus cum omni confidentia exhortatur, dicens: Volo ergò oratre viros in omni loco, leuantes manus sanctas. Eccè totus mundus emundatus est, elementa purgata sunt, vt vbiquè nobis Deum liceat prædicare, & omnis terra sanctior illo loco est, qui illo in tempore prædicabatur sancta sanctorum. Nam ibi pecus irrationale oblatum, hîc spiritale immolatum est: & tanto maius est sacrificium, quanto & sanctitas de sacramento præfertur, hac de causa lætitia nostra crux est.

Cur Iudæi in têplo tãtùm, sacrificârint.

1. Tim. 2.

Christiani verò omni loco.

Vis quantum nobis præstiterit & aliundè condiscere? Paradisum quinque & eo amplius annorum millibus præclusum hodiè nobis patefecit: hac enim die, hac hora latronem Christus in paradisum introduxit, & eius amœnitates ostendit. Et vno tempore duo beneficia vidimus esse concessa. Vnum, quòd paradisus patefactus est: aliud, quòd latro in eum meruit introduci. Hodierna dies antiquam rebis patriam reddidit, paternam ciuitatem extendit, domum pristinam redonauit.

Paradisus hodiè reseratur. Luc.23.

Hodiè nanque, ait, mecum eris in paradiso.

Quid ais? Crucifixus es, clauis retineris, & paradisum tam facilè polliceris? Vt lo, inquit, vt in cruce possint omnes meam inuenire virtutem, vt in ligno mea latgitas demonstretur. Et quoniam crux dedecoris fuerat signum, & apud omnes ignominia putabatur, crucis infamiam mirandis beneficijs decorauit, & ex hoc magis magisque virtus ostenditur. Non enim illo tempore mortuos reddidit lumini, nec mare, fluctúsve compescuit, nec minauit expulitve dæmonia: sed crucifixus, clauis affixus, omnibus subiugatus iniurijs, totus dedecori succumbens, suspensus, infamiæ, insultantium derisione delusus, latronis aduersam mentem valuit commutare, vt ex omni parte eius diuinitas sentiatur. Etenim vniuersam terruit conturam, & petras saxaque disrupit, & omnium lapidum insensibilitate animam riorem ad se traxit, & ad meliora conuertit, & honore summo decorauit. Hodiè nanque mecum eris, ait, in paradiso. Et Cherubim custodientibus paradisum, latro ad paradisum inducitur. Sed non mireris, à Domino inuitatur. Sed dico: Sed ibi framea totius ignis ardore succensa versatur. Sed ipse qui & ignis & gladius gehennæ, & vitæ mortisque imperium tenet, ingredienti potestatem concessit.

Gen.3. Heb.12.

Et imperatori quidem vel cuilibet habenti potestatem iniuriosum putatur, si personam vilissimam participem sui actûs accipiat: Christo autem nostro, non iniuriæ fuit sacram ingredienti patriam, facere ingressûs sui latronem participem. Nam secum eum perduxit, non confundens calcantibus latronis pedibus paradisum, sed honorem præstans paradiso. Honor etenim loci est, talem Dominum promereri, qui & latronem dignum reddiderit paradiso. Nam & cùm publicanos & fornicarios ad cælorum regnum introduxit, non cælorum regnum inde mauit, sed etiam magis honoribus ampliauit, ostendens talem Dominum regni esse cælorum, qui & indignas intantùm fecit meliorari personas, vt etiam illarum dignitatis gloriam mererentur. Nam sicut homines, quibus corpora medendi cura est, ampliùs admiramur, cùm ægrotos omni spe desolatos arte propria curauerint, & summæ reddiderint sanitati: sic & Christum nostrum iustum est admirari donantem vulneribus sanitatem, publicano & meretrici remedium porlicentem, & eis salutem perpetuam largientem, vt & dignos eos cælorum amore

Peccatores post pœnitẽtiam intrãtes cælũ, nõ illud infamãt, sed decorant.

Sed

Sed dicis: Vndè tanta beatitudo latroni? Quid egit tale, vt post crucem paradisum mereatur? Vis eius citiùs audire virtutem? Quandò Petrus eum negauit in terra, latro eum confitebatur in cruce. Et hæc non me ad accusationem beati Petri aliquis dixisse suspicetur, quod longè à mea conscientia sit, sed latronis admirandam volo animam declarare. Primus discipulus puellæ vilissimæ minas tolerare non valuit, & latro suspensus tormenta spernens, vndiquè populum inspiciens circunstantem, clamantem, ingenti ardentem rabie omnivilitatem quæ videbatur inspexit, sed ipsius fidei oculis hæc cuncta transiuit: & humilibus ipretis cogitationibus, cælorum Dominum exaltatum pura mente cognouit, & ipsius misericordiam in cruce flagitauit, dicens: Memor esto meî Domine in regno tuo.

S. Latronis fides & pœnitentia.

Luc.23.

Nec transitoriè istum prætereamus latronem, neque erubescamus accipere magistrum, quem non erubuit noster Dominus primum introducere in paradisum: nec pudeat eius sequi magisterium, qui cælestem conuersationem meruit ante omnes, sed diligenter singula requiramus, vt crucis inueniamus virtutem. Non dixit ad eum, sicut ad Petrum: Veni, sequere me, & faciam te piscatorem hominum: non dixit ad eum, sicut ad duodecim: Quia sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israël: immò nec verbo eum dignum æstimauit, nihil admirationis ostendit. Non mortuos resuscitauit, dæmones non fugauit, non mare prostrauit, nullum ei fecit de cælorum regno sermonem, nihil de gehenna locutus est, & ante omnes eius imperium confitetur. Et hæc dicebat alio latrone aduersùs eum plura dicente, & sæpiùs insultante. Nam & alterà ex parte latro cum eo fuerat crucifixus, vt illud impleatur: Et cum iniquis reputatus est. Nam Iudæi eius famam, gloriamquè infamare cupiebant, & ex omni parte captabant, & tendebant vniuersa peruertere: sed vndiquè veritas præfulgebat, & his aduersantibus augebatur. Insultabat ei igitur alter latro.

Matth.4. Matth.19. Esa.53. Alter latro domino insultat.

Vidisti latronem & latronem? vterque pendet in cruce, vterque furacis vitæ, similis vtriusque conuersatio, sed non in vtroque mens vna, nec in eo sensu mens vna perdurat, nec in eis similis dominatur euentus: sed vnus beatitudinem cæli hæreditario iure promeruit, alter ad gehennam mittebatur & pœnam. Sicut hesterno die discipuli, & discipulus Iudas & vndecim. Sed illi quidem dicebant: Vbi vis paremus tibi manducare Pascha? Iste autem proditionis stimulatur ardore, & dicebat: Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam eum? Illi ad diuinorum mysteriorum sese officia præparabant, iste traditionis meditabatur officium. Sic & hic latro vnus insulat, alter adorat, atque veneratur: vnus blasphemat, alter benedicit, & blasphemantem prohibet, dicens: Nec Deum tu times?

Matth.26. Ibidem. Luc.23.

Vidisti libertatem in cruce, vidisti philosophiam in tormentis, in pœna prudentiam? Quòd enim sui memor fuit, quòd mente sana vigilabat, clauorum constrictus, quis est qui poterit non mirari? Sed iste non solùm intra se fuit, sed & suas necessitates prætermittens, aliorum vtilitatem cogitabat, & magister pendebat in cruce, & sanis persuasionibus alium inuitabat ad vitam, dicens: Nec tu times Deum? Non igitur quòd deorsùm est adiudicatus inspicias, sed fursùm alia sunt iudicia constituta. In terreno nanque iudicio & iusti nonnunquàm condemnantur illicitè, & iniusti declinant pœnas, & rei liberantur, & innoxij prægrauantur. Aut enim spontè, aut inuiti iudices errare consueuerunt, aut ignoratione iustitiæ, aut pecuniæ corruptione, aut iniqua gratia sententiam protulerunt. In cælesti autem iudicio nihil tale esse consuetum, cælestes ei iudicium memorat, tribunal illud terribile nominat, & incorruptum, tanquàm dicens: Illuc oculos tende, & condemnationis sententiam minimè sustinebis, nec stabis deorsùm cum corruptis iudicibus, excipies fursùm verum iudicium.

Eum S. Dismas latro arguit.

Pfal.7.

Vidisti philosophiam latronis, vidisti prudentiam, vidisti magistrum? de cruce subitò euolauit ad cælum, & in pœna positis cælestis iudicis secreta narra-

Latro de cruce subitò euolauit ad cælum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

narrabat, & abundanti eum persuasione compescens: Non times, inquit, quia in eodem iudicio sumus, in eadem pœna, in pari discrimine. Nunquid & tu in crucem non es? & cùm illum lacessas iniurijs, tibi supplicium præparas. Et sicut is qui peccato carnis prægrauatur, si alios peccati accusauerit, semetipsum priùs accusat: sic & qui in calamitate est, si alijs calamitates irriserit, sibi priùs insultat: quoniam in eodem iudicio sumus: apostolica illi verba monstrabat, euangelicos ser-
Matth.7. mones enarrans, qui dicunt: Nolite iudicare, & non iudicabiminii: quia in eodem iudicio sumus. Quid facis latro, defendere eum volens, participem fecisti latroni? Non, inquit, excusor hac suspicione sequenti sermone: & nè communione participem eum etiam peccati fecisse arbitreris, sequentibus declarauit, di-
Luc.23. cens: Et nos quidem iustè, digna enim his quæ fecimus, passi sumus. Vidisti ple-
S.Latronis confessio. Esa.45. nam confessionem, vidisti latronem in cruce suis renunciâsse peccatis? Dic nanque, ait, tu iniquitates tuas prior, vt iustificeris. Nullus impulit, nullus necessitate constrinxit, sed ipse sponte sua peccata publicabat, dicens: Nos quidè iustè, digna enim his quæ fecimus, passi sumus, iste autem nihil tale fecit. & posteà ait: Memento meî in regno tuo. Non est ausus dicere, memento meî, nisi confessione peccati sarcinam remisisset. Inspice quantum præstat confessio. Confessus est, & paradisum patefecit, & totam confessus fidutiam meruit, vt regnum post latrocinium posturet.

S.Crux multorũ bonorũ materia est. Vides quantorum bonorum nobis materia crux est? Dic mihi, regnum commemoras, quid enim regni vides? claui, & crux est quod inspicis. Sed ipsa crux, inquit, regnum est, & ideò eum Regem nomino, quia crucifixum inspicio. Imperatorum est pro omnibus mori, & Regis optimi pro communi vtilitate nunquàm
Iohan.10. recusare supplicium. Ipse dixit, quia pastor bonus animam suam ponit pro ouibus suis. Et ideò Imperator bonus animam suam pro his quos regit, offerre festinat. Quoniam igitur animam suam pro nobis posuit, ideò eum Imperatorem voco. Memento meî in regno tuo.

ITEM DE EODEM SANCTO LATRONE, PER DIVVM IOHANNEM CHRYSOSTOMVM.

Est homilia de cruce & latrone, 32. in ordine 45. Homiliarum Tomi secundi.

In die parasceues secu-lum est sanctificatum. HOdiè incipiamus charissimi de crucis trophæo prædicare, & honoremus hanc diem, magis autẽ coronemur, celebrantes hunc diem. Nec enim ex verbis nostris honorificatur crux, sed ex deli nostra confessione coronas merebimur crucis. Hodiè crux fixa est, & seculum sanctificatum est. Hodiè crux fixa est, & demones dispersi sunt. Hodiè fratres crux fixa est, & mors subiecta est. Hodiè crux vicit, & mors victa est. Hodiè diabolus vinctus est, & homo solutus est, & Deus glorificatus est. Hodiè apud Iudæos terra contremuit, & apud nos orbis terræ firmatus est. Hodiè apud Iudæos, quia mente audaci contra Deum vadunt, petræ scissæ sunt. Hodiè amabilis Deo pietas vniuersum confirmat orbem. Decebat enim quæ pietatis erant coniungi, ea autem quæ infidelitatis sibi
Psal 34. iungi, sicut & Dauid dicebat: Dissipati sunt, & non sunt compuncti. Hodiè apud Iudæos ab hora sexta vsque ad horam nonam sol obscuratus est. Non enim ferre poterat æther iniuriam creatoris. Retraxit radios suos, nè videret impiorum facinora: non quòd deitatem iniuria tangeret, sed quia quæ audaci superbia fiebant, in contumeliam eius reputabantur. Hodiè apud Iudæos tenebræ sunt, apud nos autem nox in diem conuersa est. Etenim pietati hoc proprium est, vt in tenebris
Pietas semper fulget, impietas verò semper tenebrescit. Psal.138. Esa.59. Iob 5. fulgeat: impietas autem etsi in lumine fuerit, tenebrescit. Fidelibus nox in diem mutatur, infidelibus autem etiam ipsa lux tenebrescit. Et de fidelibus quidem scriptura dicit: Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur. Infideli autem & dies in noctem mutatur, dicente scriptura: Palpabunt sicut cæci parietem, & ambulabunt in meridie sicut in media

Hodiè

Hodiè Adam eiectus est de paradiso, & hodiè latro in paradisum ingreditur. Exijt fur, & introijt fur: exijt præuaricator, & ingressus est latro: exijt contemptor verbi, & introijt confitens verbum: exijt contemnens salutem, & introijt de cruce mercans salutem. Scio & antè me dixisse de latrone, sed habet diuersas intelligentias Dei sermo. Iste latro de ligno mercatur salutem, hic latro furatur cælestem imperium. Vim facit maiestati, non virtute propria, sed fide vincens. Ipsius Domini vox est: Regnum cælorum vim patitur, & violenti diripiunt illud. In cruce Matth.11.
Duo latrones typum gerunt Iudæorum & gentium. duo latrones, imago Iudæorum & gentilium. Latro qui pœnitet, imaginem obtinet populi ex gentibus congregati, qui priùs in errore ambulauerat, & post hoc veritatem agnouit: imaginem verò latro ille obtinet Iudæorum, qui vsque in finem perseuerat latro: & vsque ad tempus quidem crucis viam malignitatis iêrũt, crux autem diuisit vtrunque. Viam nanque cæcitatis & perditionis, qui non credidit, ingressus est: viam autem salutis, qui credidit, ingressus est: viam salutis, qui credidit, adeptus est. In cruce didicit latro differentiam viarum: Quoniam nouit Dominus viam iustorum, via autem impiorum peribit. Et vide Dei iustum iudicium, vt dicas & tu cum propheta: Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Propter vnum peccatum damnatur Adam, & propter vnam fidei vocem latro saluatur. Vnum peccatum eiecit illum, & vna iustitia introduxit istum: & latro habitator factus est paradisi.
Psal.t. Psal.118. Gen.3. Luc.23.

O admiranda rerum materies. Nec Abrahæ data est per vocem repromissio paradisi. Hæreditauit quidem per fidem, repromissionem autem paradisi nemo ante latronem accepit. Hic autem perscrutans diligentiùs vetus testamentum, & regnum, nullum ante latronem inuenies repromissionem paradisi meruisse, non Abraham, non Isaac, non Iacob, nec Mosem, nec Prophetas, nec Apostolos, sed ante omnes reperies latronem. Audi igitur Dominicam vocem: Amen amen dico tibi, hodiè mecum eris in paradiso. Vocauit quippè Deus Abraham, dicens: Exi de terra tua, & de cognatione tua. Et non dixit illi: Hæreditatem capies paradisi: sed, veni in terram quam monstrauero tibi. Et Isaac quidem typum Christi portauit, & Iacob colluctatus in figura cum Deo est. Et Moses legem accepit, & per repromissionem audiuit bona terræ manducaturum se esse, si legem Domini Dei sui custodisset: & nusquàm repromissio paradisi ante latronem. Necessarium est ergò quærere, cur huic ante alios, & ante tales viros fide disertissimos potissimùm repromisit. Credidit Abrahã Deo, sed credidit illi de cælis loquenti, & per sanctos angelos sermonem proferenti, & de propria authoritate legem danti. Credidit & Esaias, sed in gloria consistenti: Vidi enim, inquit, Dominum sedentem super thronum excelsum & eleuatum. Credidit & Ezechiel, sed & ipse Dominum super Cherubin contemplatus est. Crediderunt reliqui Prophetæ, sed diuerso modo Dominum gloriæ intuentes, sicut videre possibile humanæ erat naturæ. Credidit, sicut dixi, & Moses, sed de medio ignis loquenti, & in tubæ clangore, & in tonitru: quæ & infidelem poterant prouocare. Hæc autem non vt sanctis derogem, absit: sed propter eum qui solus per verbum meruit paradisum. Iste ergò vidit saluatorem, non super throno regali, non adorari in templo, non loquentem de cælis, non per angelos disponentem: sed in pœna sociatum latroni videt in tormentis, & tanquàm in gloria adorat. Videt in cruce, & rogat quasi in cælis sedentem: videt condemnatum, & Regem innocat, dicens: Domine memẽto meî, cùm veneris in regnum tuum. Crucifixum vides, & Regem prædicas? in ligno pendere cernis, & cælorum regna meditaris?
Gen.15. Esa.6. Ezech.10. Exod.19. Luc.23.

O admiranda latronis conuersio. Nunquidnam scripturas legisti ab iniquitate non cessans? Nunquidnam prophetas audisti homicidia exercens? Nunquidnam diuinum audisti sermonem, quandò ad cædem gladium acuebas? Vndè eruditus es talia philosophari de Christo? Iudæi crucifixerunt, qui nouerunt legem, & prophetas legerunt: & tu horum ignarus Deum vocas condemnatum, & adorat crucifixum. Quis te erudituit ô latro talia de eo dicere? Non me, inquit, lex docuit, sed sol occultans lumen suum. Vidi quidem crucifixum, sed terræmotum Vndè latro edoctus sit confiteri Deum. sensi, & propter parricidas Iudæos elementa indignantia intellexi. Et petræ quidem scindebantur, & corda hominum non metuebant. Scissæ sunt petræ, diruptum est velum templi, & Iudæorum secreta patuerunt. Et hoc velum quidem erat, sed preciosissimum, quod in diebus celeberrimis suspendebatur, preciosissi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mum valdè de purpura, & byſſo, & cocco, & auro, & ſerico, & hyacintho contextum: in illo enim tempore crucis, terra mota eſt, ſol fugit, petræ ſciſſæ ſunt, velum diſruptum eſt, monumenta patuerunt, & ſicut gloria domûs eſt, vbi velum

Sciſſo tẽpli velo, receſſit ab eo ſpiritus ſanctꝰ.

pendet habitante intrinſecùs Domino domûs, ſic ignominia templi eſt, vndè receſſit ſpiritus ſanctus. poſtquàm enim impias in filium Dei intulerunt manus, iniuria Deo facta eſt, qui habitabat in templo: & ideò recedente Domino, deſerta

Matth 23. Luc.13.

remanſit domus, ſicut ipſe dixit: Eccè relinquetur domus veſtra deſerta. Egreſſo Rege gloriæ, diſrupta ſunt ſymbola regni, aperta ſunt monumenta, & ſurrexerunt

Matth 27.

mortui, & intrauerunt in ſanctam ciuitatem, vt inexcuſabilem relinquerent cauſam, & Domini reſurrectio firmaretur.

Si filius Dei es, deſcende de cruce, & credimus tibi. Conſidera nunc vocem filiorum diaboli, quomodò imitantur vocem paternam. Diabolus dicebat: Si filius

Matth.4.

Dei es, mitte te deorsùm. Et Iudæi dicunt: Si filius Dei es, deſcende de cruce, &

Matth.27.

credimus tibi. Pariter crucifigunt latrones, non tanquàm inimici latronum, participes enim erant ſceleris eorum, ſed vt infamarent Dominum ſuum: quia non ſine cauſa crucifixus ſit, ſed quaſi qui facinoroſus inuentus ſit. Non tacuit

Eſa.53.

Eſaias tragœdiæ huius narrationem, dicens: Ob iniquitatem populi ductus eſt ad mortem, & cum iniquis deputatus eſt, hoc eſt, cum latronibus: quibus ideò ſociã-

Iudæi ſocij latronum. Iohan.18.

runt Chriſtum, vt macularent Domini paſſionem. Vt ſciatis quia non oderant latrones, audi Pilatum dicentem: Quem vultis dimittã vobis, Ieſum, an Barabbam? qui propter homicidium in vinculis tenebatur. Et illi dixerunt: Dimitte nobis Barabbam. latrones petierunt latronem, Dominum autem crucifixerunt. Non virtute ſua vincentes, ſed vt diſpenſationis & prophetię impleatur voluntas. Dicit illis Pilatus: Regem veſtrum crucifigam? At illi dicebant: Nos non habemus Regem, niſi Cæſarem. Abnegauerunt Dei regnum, & traditi ſunt regno Romanorum: quia quod habuerunt, non intellexerunt: ideò quod petierunt, acceperunt.

Deut.32.

Coronauerunt crucifixum ſpinis, obtulerunt ei fel & acetum. Et hæc ipſa tura olim prædixerat Moſes, dicens: Generatio praua & exaſperans hæc Dominum retribuiſti? Et qui dederat manna in deſerto, huic tu fel offers? & qui de terra

Pſal.77.

tibi delicias produxit, tu illi ſpineam imponis coronam? Ideò clamat Eſaias, dicens: Suſtinui vt faceret vuam, fecit autem ſpinas. Dicunt Iudæi: Sanguis huius

Eſa.5. Sãguis Chriſti Iudæis mors, nobis verò vita. Dan.3.

ſuper nos, & ſuper filios noſtros: illis ad condemnationem, nobis autem ad iuſtificationem. Sanguis Chriſti illis ad mortem, nobis verò ad vitam. Non eſt enim ſanguis Chriſti deterior Babylonio igne. Ille ſcit ſanctorum in camino honorare corpora, & Chaldæos cõburere: quanto magis ſanguis ille precioſiſſimus ſcit prædere incredulos, & ſaluare fideles? Decuit enim ſplendorem crucis obcæcare infideles, & illuminare credentes: ſola enim Chriſti crux eſt, quæ diſſoluit tenebras & regnum dæmonum diſſipauit, & omnes terrores malignantium abſtulit, gratiam ſanctitatem prouidit, crux nobis ſol iuſtitiæ facta eſt, vt illuminati miſericordiam eius, glorificemus patrem, & filium, & ſanctum ſpiritum in ſecula ſeculorum, Amen.

ITEM VITA SANCTI LATRONIS CVM DOMINO CRVCIFIXI, PER D. EVSEBIVM EMISENUM ſcripta. *Habetur in opere Homiliarum poſt eius Sermones de Paſcha.*

2.Cor.5. Cur hominem aſſumpſerit Chriſtus, & paſſus ſit.

DEVS erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, id eſt, diuinitas operabatur in corpore, apparebat in fragilitate humanitas, & in virtute maieſtas. Ad hoc itaque nobiſcum vixit in carne, vt præferret nobis exemplum iuſtitiæ: ad hoc pro nobis mortem ſubijt, vt conferret munera ſalutis æternæ. Hominem ad hoc induit, vt erudiret: ad hoc tradidit, vt redimeret: ad hoc reſumpſit, vt in Deo ſumeret vitam: ad hoc depoſuit, vt domaret mortem: ad hoc ſuſcepit, vt vinceret, cui tamen morti præſumptum dominium redditur: quaſi ſeruus quidem ſuccubuit, ſed quaſi Dominus imperauit. Si quidem

quidem nec animam inferni porta, nec corpus tenere potuit ſepultura: quæ per illud triduum nequaquàm carnem mortali corruptione violabat, qui in inferno ſub eadem mora regnum mortis anima omnia deſtruebat. Quid retribuimus Domino pro muneribus tantæ dignationis?

De plenitudine cæleſti in facturã ſe ſuam factor exinaniuit, figulus in figmentum ſuum tranſijt, & Rex cæli homini militauit: Militauit, dixi, crux enim pugnantem indicat, reſurrectio triumphantem. A ſummo cælo egreſſio eius, & vſque ad inferni profunda deſcenſio. In vna eademque perſona, quàm benè manifeſtantur humana pariter & diuina? Sedem tartari penetraturus, hominem ſe conſiſtus, dum deſcenderet: Dominum ſe prodidit, dum rediret vt redimeret impios. Eſa.53. Sicut ait ſermo diuinus: Vt redimeret iniquos, inter iniquos reputatus, inter duos quos dextra læuaque legimus pependiſſe: iuſtum confuſioni & opprobrio crucis tradidit, vt latronem glorificaret. Sed ſi benè reſpicimus, non illi ſoli hoc præſtitum deprehendimus. Nam dum tam inſignem reum relaxat, dum tanto debitori immanis debiti cautionem, humano generi conſcripſit ſecuritatem: vt conſolatio & ſpes fieret totius populi, abſolutio vnius deſperati, & priuatum donum, in publicum creſceret beneficium. Luc.22. Chriſtus vt iniquos redimeret, inter eos reputatus eſt.

Quærè indubitanter credendum eſt, quòd latroni illi ad commendationem fidei ſuæ, etiam cauſa ſpei noſtræ & vtilitatis acceſſerit. Immenſa enim Dei noſtri bonitas libenter tribuit, quæ etiam generaliter profutura prænoſcit. Et ideò iuxta ſalutiam tantæ clementiæ ſi quis noſtrûm crimina ſua probabili conuerſatione nedamnauerit, & Chriſtum toto corde crediderit, etiam nunc latroni in ſemetipſo ingreſſum paradiſi aperuiſſe ſe nouerit. Quantùm agit in ſpe ſalutis humanæ magnitudo fidei, & altitudo diuitiarum miſericordiæ Dei? Eccè hominem ſceleribus inuolutum pœna miſit ad innocentiam, & offenſa ad gloriam. Quem ſalutis culpa perdiderat, perditio inuenit, cruciatus abſoluit, damnatio conſeruauit. Vides quòd fides cũ peccatorũ deteſtatione & operibus bonis peccatorem iuſtificat?

Sed non ſine cauſa tantum meruit, videamus quo tempore fidelis apparuit. Eccè inter ſigna atque virtutes atteſtantibus miraculis, & acclamantibus, aliquotieſin diſcipulis mens iam robuſta titubauit: & nunc Chriſti ſupplicijs quodammodò contradicentibus, in latrone fides nouella conualuit. Sub ipſo paſſionis tempore ab ancilla interrogatus vnus ex diſcipulis beatus Petrus, peculiariùs Chriſto cognitus, ità reſpondit: Non noui hominem iſtum: & iſte qui antè non nouerat, exclamat: Memento mei Domine, cùm veneris in regnum tuum. Quàm ſingularis, & quàm ſtupenda deuotio? Sub illo tempore credidit reus, quo negauit electus. Laudabilius hoc itaque in latrone ac magnificentius fuit, quòd hominem addictum, & inter extrema deficientem ſupplicia, Dominum credidit, quàm ſi inter virtutum opera credidiſſet: non itaque ſine cauſa tantum meruit. Mar.14.

Aduertamus pleniùs, quo tempore Dominum confitetur: feruebat impietas perſequentium, exultabat impietas blaſphemantium, contritio liuoris & vulneratio ligni cibum, ingemiſcenda ſeculis tranſgreſſione, porrectas: hæc inquam confixio per omnia infirmitatem hominis aſſerebat. Illiſæ per latus lanceæ tremenda perfuſio, quantùm oſtendebat hominem, tantum abſcondebat Dominum. Apoſtolis poſt diuina miracula deſperantibus, ſolus hic non acquieſcit ſcandalo crucis & mortis: ſolus hic teſtis eſt maieſtatis, qui ſocius probatur doloris, & ideò adhuc in latrone poſitus inuiſibilem Dominum angelicis iam oculis videt. Illuminauerat credo naſcentem fidem latronis iam credentis in Chriſtum propiùs corporea diuinitas, quæ ſe largiùs ſub momento illo peragendæ redemptionis infuderat. Chriſtum ſolùm hominem demonſtrabant, ſacrarum manuum in lignum crucis extenſio, & reuerenda confixio, quæ condemnabat Adæ & Euæ manus ad interdictum ſuum tranſijt, & Rex cæli homini militauit: Militauit, dixi, crux enim pugnantem indicat, reſurrectio triumphantem. A ſummo cælo egreſſio eius, & vſque ad inferni profunda deſcenſio. In vna eademque perſona, quàm benè manifeſtantur humana pariter & diuina? Sedem tartari penetraturus, hominem ſe conſiſtus, dum deſcenderet: Dominum ſe prodidit, dum rediret vt redimeret impios. Eſa.53. Sicut ait ſermo diuinus: Vt redimeret iniquos, inter iniquos reputatus, inter duos quos dextra læuaque legimus pependiſſe: iuſtum confuſioni & opprobrio crucis tradidit, vt latronem glorificaret. Sed ſi benè reſpicimus, non illi ſoli hoc præſtitum deprehendimus. Nam dum tam inſignem reum relaxat, dum tanto debitori immanis debiti cautionem, humano generi conſcripſit ſecuritatem: vt conſolatio & ſpes fieret totius populi, abſolutio vnius deſperati, & priuatum donum, in publicum creſceret beneficium. Luc.22. Chriſtus vt iniquos redimeret, inter eos reputatus eſt. Gen.3. Diſcipulis deſperantibus, latro ſolus fidem conſeruat.

Videamus autem qualis fuerit ipſa deprecatio confitentis: Memento (inquit) mei Domine, cùm veneris in regnum tuum. Non dixit, Si Deus es, de præſenti ſupplicio eripe me: ſed magis, quia Deus es, de futuro iudicio libera me. Quàm citò cum repleuit ſancti ſpiritus eruditio? per quam futuri examinis diem cogitans, intolerabile probat eſſe quod meruit: prædicat ſeculis iudicem, Regemque ſeculorum. Nondùm diſcipulus, & iam magiſter, atque ex latrone confeſſor. Me-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mento (inquit) meî. glorioſa voce præſentes temperat cruciatus. Temperat, diximus, quia & ſi pœna cœperit in latrone, nouo genere conſummatur in martyre: de ligno crucis clamat, ſed iam tempora retributionis abſentat.

Videamus quid inter iſta reſpondeat diues & larga Dei bonitas: quæ ſicut excedit vota, ità gratiam adiungit ad merita. Hodie, inquit, tanquàm ſi diceret, Quid me o fidelis meus comes, & vnicus tanti teſtis triumphi, quid me tantoperè exorandum putas, vt in diem iudicij mei meminerim tuî? Quid me ad præſentem retributionē paratum longè diſſimulas? quid in futura ſecula fidem in te perfectam fatigas? Hodiè mecum eris in paradiſo, tanquàm hæreditariâ & paterna ſede: quæ expulſo Adam, quæ expulſis duobus, clauſa innumeris populis, te introeunte reſerabitur. Ingredere illuc primus, ſed ingreſſu feliciori quàm primus. Intra paradiſum, nequaquàm vltrà cum Adam viſurus infernum. Nullum illic cibum lethalem, nullam iam legem, nullam arborem pertimeſcas. Ego tibi illic ero victus & vita, & ne fortè verearis nè tibi aliquis hoſtis in illo beato nemore, nè antiquus ille latro inſidietur, poſſeſſio tibi illic, me introducente, firmabitur. Recedat ergò infidelitas, quæ Deum & hominem non recognoſcit. Nam ſicut diabolus eſt qui de paradiſo expulit, ità Deus eſt qui reducit.

Cautè lege. Et intellige de gratia ſubſequēte, quæ tūc adiungitur ad merita, cùm gratiâ præuenientem volūtate noſtra ſequuti fuerimus.

Secundùm hæc, chariſſimi, per omnem geſtorum ordinem Deum ſub homine agnoſcamus operantem. Poſitus in patibulo velut arbiter in medio damnatorum, negantem repulit, ſuſcipit confitentem: hunc deputat regno, illum relinquit inferno. Poſt hæc ergò credamus in maieſtate iudicaturum, quem iam in cruce videmus exercere iudicium. Credamus inquam Deum vel ex ſola virtute patientiæ, qui dum ab homine cruci & neci traditur, ſic quoquè homini gloriam pollicetur, qui illas ipſas iniurias & plagas congeſtas in corpus ſuum, conuertit in præcium noſtrum.

In paſſione Dñi omnia elementa quatiuntur. Luc. 2.

Sed & ipſa totius mundi irrationabilis creatura motibus ſuis Deum loquitur. Nam in media paſſione Domini Saluatoris cæleſtia & terrena turbantur, lux cum nocte miſcetur, elementa quatiuntur, & ab antiquis miniſterijs effugantur. Apertè rerum natura perſpicitur commoueri, velut in vindictam authoris iuî velit armari. Terra ipſa concuſſa à fundamentis, quasi quæ ſuper crucem Deum vix ſuſtineat, tanquàm ad ſcelus proprium contremiſcit. Dies refugo lumine

In natiuitate verò exultât nouo lumine.

quomodò poteſt, ſumit lamentum, & fuſco triſtium tenebrarum habitu, moeſtior lugentis induitur: & ſicut tota cæli facies Dominicæ natiuitatis gloriam nouæ luce teſtabatur, ità crucis iniuriam nouis tenebris deteſtatur. Et quæ duritiem cordis humani? Væ eis qui inter iſta non credunt. Quandoquidem creatura inſensibilis, quæ recipere non poteſt credulitatis affectum, dat tunc Deo confeſſionis obſequium. Et cùm pro ſolo homine Chriſtus mortuus ſit, perhibet ei tamen etiam pars illa mundi teſtimonium diuinitatis, ad quam non peruenerunt beneficia paſſionis.

Quæ cùm ità ſint, chariſſimi, agnoſcat homo quantùm valeat, & quantum illum Deus obnoxium faciat, vel natura, vel gratia. Agnoſcat homo quantùm ab illo expectet Deus, & quem tanta dignatione habuit charum, quàm velit eſſe in conuerſatione precioſum. Agnoſcat homo quantùm valeat, & quantùm debeat: & dum precium ſuum cogitat, vilis eſſe ſibi deſinat: & potiùs vicem muneris Saluatoris ex ipſo bono ſuo, id eſt de conſeruata reſtituat ſalute. Cuſtodiamus ergò ſolicitè, quod tanti ſudoris commercio Chriſtus redemit. Reus ſtaque erit, non parui precij, ſed ſanguinis Chriſti, qui violat & commaculat animam. Blaſphemus, homicida, & caſtitatis proditor. Hæc tria capitaliter occidunt. Conteſtamur charitati veſtræ cauſas æternorum malorum, blaſphemus, homicida, proditor caſtitatis ſuæ, expugnator alienæ, id eſt qui legitimum cubile tranſgreditur, qui extra coniugem ſuam mortiferos errat amplexus, reus erit æternæ mortis, quia vilem in ſe habuit ſanguinem redemptoris: & quia clamat Apoſtolus, Neque adulteri, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt, abſtineamus manus ab alienis, oculos ab aliena. Caueamus nè corpori illius quod de noſtro Chriſtus aſſumpſit, iniuriam faciamus in noſtro corpore: caueamus ità peccatis & criminibus vitam ponderare, vt ad nos non reſpiciat prophetia illa terribilis, Non enim eſt, inquit, Deus in conſpectu eius, polluuntur viæ eius in omni tempore, auferuntur iudicia tua à facie eius.

Blaſphemus, homicida, & caſtitatis proditor, rei ſunt corporis Domini. 1. Cor. 6. Pſal. 9.

Irremediabile periculum eſt, ſic aliquem vitijs & cupiditatibus frena relaxare, vt ſe rationem Deo non meminerit redditurum: quia puto magna ſit iam pœna peccati, metum ac memoriam futuri perdidiſſe iudicij. Non nobis ità dulcia ſint pauperum ſpolia, poſtmodùm nimis amaricatura. Nihilo minùs, ſicut dictum eſt, refugiamus alienę carnis abominanda contagia, vitemus obſcœna inimicæ voluptatis incendia. Hæc qui agit, chariſſimi, de ſtipula ac lignis iniquitatum perpetuos ſuccendit ignes, & nunquàm concinnat vapores. Non tanti eſt vita, ſi ad hoc viuat homo, vt in paucis vitæ huius annis conſumat æternos, & ſub breui fine congreget ſibi pœnas ſine fine manſuras.

Sed nè fortè, chariſſimi, aliquem nimìs ſecurum faciat aut remiſſum tam noua felicitas credulitatis, nè fortè dicat aliquis in corde ſuo: Non me vſque adeò conturbet & cruciet męa conſcientia, non me vſque adeò contriſtet culpabilis vita: video ſub momento, video ſub exiguo ſpatio latroni crimina ſua fuiſſe donata. Primùm conſideranda eſt in latrone illo, non ſolùm credulitatis compendioſa deuotio, ſed temporis illius ſub quo hæc agebantur occaſio, quo iuſtorum legitur tinubâſſe perfectio. Deindè autem mihi finem vitæ latronis beatitudinem poſſicere? Immittit diabolus ſecuritatem, vt inferat perditionem, nec dinumerari poſſint quantos hæc inanis ſpei vmbra deceperit. Deterreant quæſo vos ab hac perſuaſione innumerabiles populi, ſub tanta ſecuritate nudi & vacui bonis, & malis pleni ex hac luce prærepti. Quotidiè expaueſcenda tranſitûs noſtri & commigrationis incerta hora, quæ & modò vel inſperata vel ſubita ſunt, & in æternum remedijs caritura ſunt: præueniendus eſt dies qui præuenire conſueuit, ipſe ſe inducet, & de morte ſua illudet. Qui hæc cogitat, poteſt ei extremi temporis indelegentia ſubuenire. Non eſt hoc primum, quia periculoſiſſima eſt in vltimum diem promiſſa ſecuritas. Deindè ſtultiſſimum eſt, vt cauſa quæ de neceſſitatibus agitur æternis, mutabilitatibus vitæ deficientis committatur extremis. Odibile eſt apud Deum, quandò homo ſub fiduſia pœnitentiæ in ſenectutem reſeruatæ libere peccat. Credite, chariſſimi, difficile eſt vt callida ſimulatio ordinandæ confeſſionis obtinere digna ſit facultatem. apud illum cordis interpretem, ars non admittitur ad ſalutem.

Innumeri vitæ ementi dationē in ſenium differētes, ſubitanea & improuiſa mortē præueniuntur.

Ille autem, de quo locuti ſumus, beatus latro, beatus inquam, non iam iuxta viam inſidias tendens, ſed viam ipſam in Chriſto tenens, ac vitæ prædam ſubitò rapiens, immutato genere, & noua ſpolia de morte propria reportans: ille nec ſalutis tempora ſciens diſtulit, nec remedia ſtatûs ſui in momenta vltima infelici fraude poſuit, nec redemptionis ſuæ ſpem in deſperationis nouiſſimum reſeruauit, nec religionem antè, nec Chriſtum ſciuit. Quòd ſi ſciſſet, fuiſſet forſitan inter Apoſtolos non poſtremus in numero, qui prior eſt factus in regno. Ergò etiam hoc in extremo placuit Deo, quia ad conſequendam fidem non fuit extrema hora illa, ſed prima. Opùs eſt ergò, vt homo quotidiano actu prouideat & procuret bonam conſummationem. Opùs eſt vt tota vita noſtra talis ſit in conuerſatione, vt liberari mereamur in fine: vt inceſſabiliter diem tranſitûs noſtri & tempus iudicij cogitantes, nos quoquè cum latrone iugiter proclamemus: Memento meî Domine, cùm veneris in regnum tuum.

Pro felici exitu habēdo, debet vita noſtra virtutibus & ſancta cōuerſatione ornari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

BEATI PETRI DAMIANI EPISCOPI OSTIENSIS, SERMO DE RESVRRECTIONE

Domini. Habetur octauo Tomo Aloysij.

27. Martij. Psal.2.

POSTVLAVI Patrem meum, dedit mihi gentes, Alleluia. Si consulamus adiutorium Iurisperitorum, primum capituli propositi verbum sic describitur: Postulare, est desiderium suum, vel amici sui, in iure apud eum, qui iurisdictioni præst, exponere, vel alterius desiderio contradicere. Actus iste publicus est, & est officium aduocatorum, qui gloriosæ vocis confisi munimine, lapsa erigunt, fatigata reparant, nec minùs proident humano generi, quàm si clypeis & thoracibus sese, patriamque defendant.

In exequendo actu isto attendere debemus, qui postulet, quem, vbi, & quid postulet. Aduocatus postulat iudicē in iure rem suam, vel sibi postulat, actione proposita. In negocio præsenti aduocatus est Christus, index Deus Pater, & locus iuris patibulū Crucis, res postulata Ecclesia de gētibus, nomen actionis, petitio hæreditatis. Rectè Iesum Christum dicimus aduocatum. Vndè Iohannes: Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Dominum Iesum Christum: ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Aduocatus iste apud Patrem desiderium suum exposuit, quando pro salute humani generis oblatus est, quia ipse voluit. Desiderium eius est salus nostra, quam in Cruce sitiens vsque in finem suos legitur dilexisse. Sed & hoc desiderium amicorum fuit, quibus dixit: Iam non dicam vos seruos, sed amicos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis. Item, Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Conuenienter Patrem postulat, qui semper exauditus est. Nam & vulgò & vulgariter dicitur: Securus vadit ad placitum, qui patrem habet iudicem. De eo nanque Pater dixit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui. Nam cùm Filius eiusdem substantiæ sit cum Patre, in natura quidem humana, quam personaliter vniuit, postulat pro nobis, vel allegat propitium iudicem, & propositi sui desiderij nobis fructum reportat. Nec incongruè Patrem dicimus, cùm in persona Filij Propheta dicat: Iudica, Domine, nocentes me, expugna impugnantes me. Et ipse Filius: Non quæro gloriam meam, est qui quærat, & iudicet.

Iesus Christus apud Patrem noster est aduocatus. 1. Iohan.2. Iohan.13. Iohan.15. Matt.3.& 17 Psal.34. Iohan.8.

In plerisque sacræ scripturæ locis ordo quidem iudiciorum ab ipso Deo instituitur, & seruari. Quidam vir simplex & rectus, ac timens Deum, cùm expleto officio matutino, egrederetur ecclesia, & à discipulis rogaretur: Quid audistis in ecclesia, Pater? respondit: Quatuor audiui, sex notaui. Subtilis planè relatio fuit, & fidelis. Quatuor nanque versiculos psalmi decimioctaui audierat, scilicet, Lex Domini immaculata, conuertens animas, & tres alios, qui sequuntur, in quibus sex notantur, quæ sunt: lex, testimonium, iustitia, præceptum, timor, iudicia. In his partim personæ, quæ in iure sunt necessariæ, partim actus eorum exprimuntur. Nam & Dominus, qui iudex est, & lex, secundùm quam iudicatur: & officium restiū sub hoc nomine testimonium, actoris quoquè & rei merita per hoc nomen, Seu iustitiæ designantur. Nam & merita causarum partium assertione panduntur. Sententia iudicis sub hoc nomine præceptum, accusatoris & executoris officia, duobus vltimis nominibus, quæ sunt timor & iudicia, indicantur. Quinque priora binis accidentibus innitiuntur, sextum quadrinis. Lex Domini immaculata, conuertens animas. Testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis. Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda. Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Timor Domini sanctus permanet in seculum seculi. Iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa, Desiderabilia super aurum & lapidē preciosum multum, & dulciora super mel & fauum. Prefata sanè Domini dicuntur esse. Est etenim lex, quæ non est Domini, vt peccati, de qua dicit Apostolus: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Sunt & iustitiæ humanæ, de quibus dicitur: Omnes iustitiæ

Sex sunt, q̄ de Domino iudice prædicantur. Item sex de hominibus reprobis. Rom.7. Esa.64.

tiæ nostræ, tanquàm pannus menstruatæ. Sunt & præcepta humana, quibus Petrus obediendum non esse dicit: Obedire, inquiens, oportet magis Deo, quàm hominibus. Timor quoquè humanus à Domino reprobatur. Vndè ait: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Act.5. Matth.10.

In propositis autem versiculis omnia dicuntur esse Dei. Primum, scilicet lex, bina habet accidentia, quæ sunt, immaculata, conuertens animas, siue de lege intelligas naturali, vel scripta, seu lege gratiæ. Vnicuique enim harum trium legum, scilicet naturali, scriptæ, & legi gratiæ, hæc duo conueniunt: nam immaculata debet esse, & conuertens animas. Naturalis lex hæc duo habebat præcepta: Quod tibi fieri non vis, alij nè feceris: & quod tibi vis fieri, alij facias: quæ sunt, non obesse, & prodesse. Et hoc quantùm ad primum, scilicet immaculata. Quantùm ad secundum, conuertens animas, in primo non malefica, in secundo beneficia: in primo sine macula malitiæ, in secundo conuertens animas ad mansuetudinem benevolentiæ. Nam cùm tres naturales potentiæ insint animæ, scilicet ira, ratio, concupiscentia: concupiscentia data est, vt moneris ad appetendum quæ tibi licita sunt: ira ad indignandum contra ea, quæ illicita sunt: ratio data est in medium, cohibens & dirigens vtrunque, nè ira vltra terminos iræ moueatur, & nè concupiscentia appetat illicita. Itaque lex naturalis, quantùm in se est, est immaculata. Lex quoquè scripta immaculata est, & conuertens animas. Immaculata, id est sine sordibus idololatrię: conuertens animas ad seruiendum Deo: quod tantùm ad filij Israël faciebant. Lex autem gratiæ reuerà est immaculata, & conuertens animas. Nam & Ecclesia hac lege ducitur: dicitur enim esse sine macula & ruga, sine macula criminis, sine ruga simulationis. Etiam lex Euangelica est sine errore hæreseos, conuertens animas simpliciter & directè sine figmento hypocrisis. Attendite gradus istos, quia prima lex est immaculata, secunda magis, tertia maximè: sic & conuertens animas. Triplex lex. Tob.4. Sancta mater Ecclesia sine macula & ruga. Ephes.5.

Testimonium Domini bina habet accidentia, scilicet fidele, sapientiam præstans paruulis. Testimonium Domini dicitur, quæcunque in scriptis sanctis testificatur Dominus, aut promittens, aut præcipiens. Continentur itaque testimonia in promissis, & præceptis: quia quæ promittit, soluit, siue iustis præmia, siue iustis tormenta. Sapientiam præstans paruulis, inquantùm est præcipiens: quia qui paruuli sunt scientia, ex præceptis Domini redduntur sapientes: vt ibi ostenditur. A mandatis tuis intellexi. Est itaque fidele testimonium Domini, in explanatione præceptorum eius. In primo intellige promissiones, & comminationes: in secundo, prohibitiones. Fidele est, promittens, & comminans. Sapientiam præstans paruulis, prohibens, & præcipiens. Testimoniū Domini bina habet accidentia. Psal.118.

Iustitiæ Domini binis conuertuntur accidentibus, quæ sunt, rectæ, lætificantes corda. Iustitiæ Domini, opera iustorum: vndè & ipsi iusti appellantur. Sed dicuntur esse Domini, quia omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum. Quid enim habes, ô homo, quod non accepisti? Item, Gratia Dei sum id quod sum. Ea autem opera iustitiæ appelleri possunt, quæ fide nascuntur, & dilectione consummantur. Nam sicut sine fide impossibile est quenquam placere Deo, ità & fides sine operibus mortua est. Fides autem, quæ per dilectionem operatur, & proficit, & sufficit ad salutem. Hæc sunt iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda per serenam conscientiam. Item Domini iustitiæ. Iacob.1. 1.Cor.4. 1.Cor.15. Hebr.11. Iacob.2.

Præceptum binis gaudet accidentibus. Est enim lucidum, illuminans oculos ex sui doctrina. Sunt quippè quædam lucida, & non illuminantia, vt carbo sine flamma lucidus est, non tamen illuminat. Flamma sine carbone & lucet, & illuminat. Præceptum Domini lucidum est sine confusione sententiarum, illuminat oculos ex infusione gratiarum. Vndè illud: Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Et beatus Petrus: Cui benefacitis, inquit, attendentes tanquàm lucernæ lucenti in caliginoso loco. Singulariter autem ponitur præceptum, quanuis multa sint præcepta, quia (vt ait Gregorius) præceptum Domini & vnum est, & multa sunt: multa propter diuersitatem operis, vnum in radice charitatis. Item Domini præceptū. Psal.118. 2.Pet.1.

Timor Domini sanctus permanet in seculū seculi. Excluso humano timore, hîc notatur filialis, siue castus. In hoc quod dicitur, Timor Domini sanctus, intelligitur Timor duplex, seruilis & filialis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.110. castus,& est initium sapientiæ timor Domini. Quod autem dicitur, permanens in seculum seculi,filialem designat.

Iudicia Domini quatenario vehuntur accidēte

Iudicia verò Domini suo quaternario vehuntur: sunt vera, iustificata in semetipsa, desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multum, dulciora super mel & fauum. Iudicia Domini sunt retributiones, quibus vel reprobos punit, vel iustos remunerat. Ea quanuis sint sæpè occulta, semper tamen vera sunt & iusta, veritatem iusti iudicis sequentia. Sunt iustificata in semetipsa, non sicut humana iudicia, quæ aliundè formantur, sicut ex allegationibus aduocatorum, & ex depositionibus testium, & recitationibus instrumentorum. Vndè & per hoc sæpè falluntur iudices: & quanuis ordo iudiciarius seruetur, nonnunquàm tamen innocens condemnatur,& nocens absoluitur. Iudicia autem Dei ex semetipsis iustificationem accipiunt, sicut per Prophetam dicitur: Non secundùm visionem oculorum iudicabit,nec secundùm auditum aurium arguet,&c. Sunt autem desiderabilia,id est desiderari dignissima super diuitias & delicias. In auro & lapide precioso intellige diuitias, in melle & fauo delicias. Diuitiæ autem maximè intelliguntur in pecunia & potentia. Per lapidem preciosum, quo potentes & nobiles vtuntur, gloria potentiæ. Porrò diuitiæ aliæ cum difficultate acquiruntur, aliæ sine difficultate. In melle, quod liquidum est, deliciæ & voluptates sine labore. In fauo, quod mel & ceram continet simul, voluptates cum difficultate.

Esa.11.

Patibulum Crucis Christi,iuris locus.

Ecce quidam ludus iudiciarius occurrit nobis in scripturis, Deum Patrem repræsentans. Locus iuris, in quo Aduocatus noster postular, patibulum Crucis fuit. Cùm enim ex officio suo aduocati habeant stare, ipse non stans, sed toto corpore extenso in ligno Crucis, apud Patrem pro nobis allegauit, desiderium suum & amicorum suorum exponens, & aduersarij desiderio contradicens vsque ad proprij sanguinis effusionem. Rem suam postulat, id est genus humanum, quod ipse creauit, cuius verum dominium habebat. Ecclesiam de gentibus conuerti postulauit, tanquàm proprius hæres, hæreditatis petitionem proponens, & in possessionem de iure mitti desiderans. Petitio autem hæreditatis ex ordine & regulari iure proponitur aduersùs eum, qui possidet pro hærede, vel possessore. Pro hærede possidet, qui dicit se hæredem esse, cùm non sit: pro possessore possidet quis, cùm nullo titulo potest tueri suam possessionem, qui si requiratur quarè possideat, nullam aliam causam allegat, nisi quia sic possideo. Rectè autem proposuit Dominus noster aduersùs diabolum, quia hæreditatem Dominicam pro possessore possidebat malignus prædo: de quo Propheta: Væ qui prædaris, nónne ipse prædaberis?

Diabolus olim Domini hæreditatem pro possessore occupauit. Esa.33.

In hac aduocatione siue postulatione Aduocati nostri maximè gaudet Ecclesia die Resurrectionis Dominicæ, quia Aduocatus postulauit,quia postulata impetrauit, quia impetrata obtinuit, & possedit. Indè est quòd tripliciter laudem subiungit. Introducens enim Filium loquentem ad Patrem,& dicentem: Postulaui patri meo: Ecclesia respondet: Alleluia, id est Deo laudes, quia postulasti. Item, Dedit mihi gentes: & respondet Ecclesia: Alleluia, id est Deo laudes, quia impetrâsti. Item, In hæreditatem mihi: Respondet: Alleluia, quia obtinuisti,& possedisti. Consociemur igitur & nos in hanc laudem vniuersalis Ecclesiæ,vt cum electis in hæreditatem Domini intraturi, ad resurrectionem Domini peruenire valeamus perpetuò gauisuri. Quod ipse præstare dignetur,qui viuit & regnat per omnia
secula seculorum,
Amen.

Christus sua resurrectione hæreditatem suam recuperauit.

DIVÆ

17. Martij.

QVM olim variæ ab Australibus regionibus nationes labefactatis iam Imperij Romani rebus ad Italiã infestandam confluxissent,ac multi Barbari duces, soli vbertate & amœnitate, cælique temperie illecti pedem in ea fixissent: constans inter Foroiulienses fama est, Matrucum quẽdam Principem & genere & opibus insignem, nationẽ,vt ferunt, Alemannum sub ea tempora in agro Foroiulienſi multis prædijs occupatis consedisse, & arcem regium quẽ palatium in editiore monte non procùl à Seraullo construxisse. Vbi cùm viribus facilè auctus esset, in loci illius incolas tyrãnidem exercere cœpit,crudelem quidem illam,sed eo multo crudeliorem,quòd,cùm acerrimus esset Idolorum cultor, eos,qui Christi fidẽ profiterentur, vehementer insectaretur: cuius rei exemplum in Augustam filiam tenera ætate virginem edidit. Nam cùm illa ad Christianam religionem animum applicuisset, atque in ea non parum profecisset,clam patre sacro baptismate vltrò expetito & suscepto in Christianorũ numerum referri voluit. relata autem pijssimis veræ religionis ritibus planè addicta sic fuit, vt totos interdùm dies in ecclesijs transigeret. Quæ res patri quonàm se ilia reciperet ignaro suspecta esse cœpit,& cùm vereretur nè fugam adornaret, diligentius obseruãdam ratus, cùm illa pro more ad pium illũ locum secederet,clàm exploratorem submisit,qui singula accuratè notaret,ac referret. Is templum Christianorum ingressam secutus,virginem,quòd genibus flexis, ac manibus vultuque ad cælum sublato more Christianorum Deum precaretur, ad eam religionem esse conuersam intellexit,& ad Matrucum mox rediens, rem, vt erat, renunciauit. qui grauiter iratus filiam è templo confestim accersi iubet. At illa patris iussa nunciantem constanter respondit, sibi cum Deo cælorum rege esse tunc negocium, vbi ei satisfecerit, patri esse obtemperaturam, & precibus cùm tandèm modum imposuisset,ad patrem se retulit.quam ille ira vehementer accensus duris admodùm verbis excepit,obiurgatam acriter,quòd maiorum religionem, paternam authoritatem, familiæ decus,ac denique castitatem suam tam parui faceret,vt ijs neglectis ad alienam eamque contemptissimam religionem sese conuerteret. Ad quę prędicta illa virgo respondens,rerum omnium conditorem Deum,inquit, quantum in me est,amo,veneror & colo: cum cælicolis frequẽs mihi est collocutio & cõsuetudo: castitatem pudicitiamque meam Christo regi deuoui & despondi,quem si tu quoque cognouisses mi pater,haud dubiè totũ te illi dederes. Matrucus filiam suã monentem,ac seuerantẽ detestatus,eam in carcerem conijci iubet, ferò rursùs admonitam, vt diligenter potiùs omnia perpendat, quàm temerè in se patris iram concitet: ni faciat, grauissima eam manere supplicia. Postero die è carcere ad patrem adducta, cùm,persisteret ne in sententia,rogaretur,fortiter respondit, Christum se vnum & verum Deum agnoscere & colere, cui soli perpetuò sit obsecutura. Qua virginis in dicendo libertate magis etiam exacerbatus pater duos illi dentes euelli iubet. Nec eo tormento tamen quicquam à constantia abducta, sed magis magisque ad Christi fidem profitendam animum obfirmans, patri ijsque qui aderant omnibus palàm edicit, non inuitam se quemuis etiam cruciatum & dolorem excepturam, nimirùm vt Christi sui sponsi vestigijs insisteret, eumque aliquotenus imitaretur, qui pro se acerbissimam mortem subire non recusâsset. Quo filiam animo esse ægerrimè ferens pater, in ducias nihilominùs,& ad deliberandum tempus ei permittendum ratus, cùm longè grauius supplicium nisi à religione Christiana desisteret interminatus esset,in carcerem rertudi imperauit. Vndè postridiè eius diei rursùs ad patrem deducta, cùm nihil prætermisisset earum rerum quibus animum eius se flectere posse existimaret, omniaque frustrà essent, tandem furore correptus filiam inter duas arbores mediam suspendi, ac sub-

Illa pars iã recenſetur sub nomine Marchiæ Tarusinæ.

Matrucus Christianos affligit, & inter hos etiam filiã.

Augusta Christianã religionem amplectitur

In templis Christianorum assidua est.

Precibus intenta,ab ijs ne quidem à patre se abduci patitur.

Augustæ prudens responsum.

Conijcitur in carcerẽ.

Duos sibi patris iussu dentes euelli fert non impatienter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tormenta quibus eius constantiã tentat pater irrita fiunt.

ac submisso igne torqueri iussit, cumque eam flamma nihil læderet, rota excogitata est, quæ prominentium clauorum acumine eius corpus dilaceraret: Sed hoc etiam tormenti genus, angelo cælitùs demisso, qui rotam confringeret, euasit. Ad extremum ergò, postquàm & patrem & adstãtem turbam ad Christianam religionem fruſtrà hortata esset, capite truncatur. Eius corpus aliquot pòst annis in eo monte repertum fuit, qui olim Mons Marcumtoni, posteà verò ab ipsa virgine

Capite plectitur.

mons Sanctæ Augustæ nuncupatus est. Quo in loco extat templum ad virginis honorem extructum & consecratum: cuius primùm ædificati nulla, reparati verò vetustissima memoria habetur. Illud satìs constat omni ætate quamplurimos

Claret miraculis.

Diuæ Augustæ intercessione à Deo fuisse liberatos, ac liberari continuè, idque tabulæ votiuæ cùm ab incolis tum à naucleris Venetis eò delatæ testantur. Porrò Diuæ Augustæ festum 27. die Martij: Inuentio 22. Augusti, consecratio templi in Octaua Paschæ celebratur.

DE SS. MARTYRIBVS PRISCO, MALCHO ET ALEXANDRO, EX HISTOR. ECCLESIAST. EVSEBII

lib. 7. cap. 11. interprete Iohanne Christophorsono.

28. Martij.

Martyres bestijs obijciuntur.

IN hac persecutionis clade, quam regnante Valeriano passim manâsse suprà demonstratum est, tres viri ob veram Christi confessionem insigniter prædicati, Cæreę Palæstinæ bestiarum rictibus velut præda obiectati, diuino & cælesti martyrio non sine maxima commendatione decorati fuerunt. Quorum vnus Priscus vocabatur, alter Malchus: tertio nomen erat Alexander. Fertur verò istos ruri degentes, primùm seipsos tanquàm inertes & desides probris affecisse, quòd cùm temporis opportunitas præmium vitæ æternæ his, qui cælesti eius desiderio gliscebant, dispertire videretur, ipsi præ negligentia quadam & segnitie, martyrij coronam non præripuissent. Deindè cùm inter se ità deliberâssent, absque mora Cæsaream versùs ire perguunt, extemplò proficiscuntur ad iudicem, & eius vitæ exitum, qui suprà demonstratus est, assequuntur.

Eodem die. DE GVNTRAMNO sancto rege Gregorius Turonensis lib. de Gloria Martyrum, cap. 76. sic scribit: Cùm autem Guntramnus rex ità se spiritualibus eleemosynis mancipâsset, vt relictis seculi pompis, thesauros suos ecclesijs & pauperibus erogaret, accidit vt missò presbytero munera fratribus, qui Sanctis Agaunensibus deseruiunt, ex voto transmitteret: præcipiens presbytero, vt ad eum rediens, Sanctorum sibi reliquias exhiberet.

DE CYRILLO DIACONO ET MARTYRE, EX HISTOR. ECCLESIAST. THEODORETI

lib. 3. cap. 6. interprete Iohanne Christophorsono.

Martij 29.

QVAE maleficia hi, qui falso simulacrorũ cultu tenebantur obstricti, id temporis (sub Iuliano Apostata) admiserint, quanquàm permulta sunt, & opus seperatum postulant, ego tamen ex multis pauca sumam mihi ad cõmorandum. Ascaloni & Gazæ, quę sunt vrbes Palæstinæ, primùm virorũ sacerdotij dignitate exornatorũ, & mulierum perpetuam virginitatem professarum ventres discindunt, deindè farciunt hordeo: ad extremũ eos porcis deuorandos obijciunt. Sebastæ irèm, quæ est vrbs ditionis gentis, de qua suprà dixi, subiecta, Iohannis Baptistæ tumulum aperiunt, ossa tradunt igni absumenda, & eorum cineres passim dispergunt. Scelus autem ab illis in Phœnicia patratum, quis

Sub Iuliano vt sæuierint gentiles in Christianos

quis est quæso, qui sine lachrymis possit commemorare? Nam Heliopoli, quæ est vrbs Libano finitima, execrabiles isti gentiles, recordati facinoris Cyrilli Diaconi, qui regnante Constantino, diuino quodam zelo accensus, multa simulacra, quæ in ea vrbe colebantur, confregerat, non modò cum interfecerunt, verumetiam dissecto ventre, iecur eius degustare non sunt veriti. Verùm Deum omnia contemplantem hoc celare non poterant, sed debitas sui maleficij pœnas ei dederunt. Nam quotquot illius sceleris labe inquinati sunt, primùm amiserunt dentes, qui pariter omnes ad vnum excidebant: deindè linguas perdiderunt, quæ putredine tabefactæ, ex ore effluebant: postremò oculis orbati sunt: quorum calamitatibus veræ pietatis vis clarè prædicata est.

Cyrilli Diaconi horrẽda cædes.

Vltio cælitis.

DE SS. ARMOGASTE, ARCHIMINO ET SATVRO, EGREGIIS CHRISTI CONFESSORIBVS, EX LIBRO I. *Victoris Episcopi Vticensis De persecutione Vandalica.*

29. Martij.

ALIBI, sicut Thunazudæ contigit, Galibus vico Ammoniæ, vel alijs in locis, tempore quo sacramenta Dei populo porrigebantur, introeuntes (Arriani) maximo furore corpus Christi & sanguinem pauimentis sparserunt, & illud pollutis pedibus calcauerunt. Ipse enim Geisericus præceperat, ità persuadẽtibus episcopis suis, vt intra aulam suam filiorumque suorum non nisi Arriani per diuersa ministeria ponerentur. Inter alios ventum est tunc ad Armogastem nostrum: cuius cùm diù ac sæpiùs tibias torquendo tumentibus confringerent chordis, & frontem, in qua Christus vexillum suæ fixe-

Habes hîc parentes hæreticorũ nostri temporis.

Armogastis Comitis dignitate cruciatus.

rat crucis, rugatam magisque aratam descendentes atque mugientes ostenderent uicas chordas disruptas esse viderunt, allatis crebrò fortioribus chordis atque canebris, illo nihil aliud nisi Christi nomen inuocante, illa omnia vanescebant. Sed & capite deorsùm dum ad vnum penderet pedem, dormire quasi super lectum plumis stratum omnibus videbatur. Quem cùm Theodoricus regis filius, qui eius dominus erat, pœnis non valentibus, capite truncari iussisset, à suo prohibetur Iocundo presbytero, dicente sibi: Poteris eum diuersis afflictionibus interficere. Natu gladio peremeris, incipient Romani martyrem prædicare. Tunc Theodoricus in Byzacenam prouinciam ad fodiendas eum condemnat scrobes. Posteà quasi ad maius opprobrium haud procul Carthagine, vbi ab omnibus videretur, pastorem eum præcepit esse vaccarum.

Inter hæc, Domino reuelante, cùm dormitionis suæ proximum cerneret diem, aduocat quendam Felicem venerabilem Christianum, procuratorem domûs filij regis, qui Armogastem vt Apostolum venerabatur, dicitque illi: Tempus meæ resolutionis aduenit: obsecro te per fidem, quam vtrique tenemus, vt sub hac siliqueę arboreme sepelire digneris, redditurus Domino nostro nisi feceris rationem. non quod ille curaret, vbi aut qualiter suum sepeliretur corpus, sed vt illud demonstraretur, quod seruo suo reuelauerat Deus. Respondit Felix, & dicit: Absit à nobis, cõfessor venerabilis: sed sepeliam te in vna basilicarum cum triumpho & gratia quam mereris. Cui beatus Armogas: Non, sed quod dixi facturus es. Ille timens Dei hominem contristare, veraciter quod iusserat promisit esse facturum. Statim intra paucissimos dies Comes bonæ confessionis de hac vita migrauit. Festinauit Felix sibi delegatum sub arbore fodere sepulcrum: cui cùm intertextæ radices & soliditas aridæ telluris moram facerent, & labore angeretur, quòd tardiùs sancti membra corporis humarentur, tandèm absciſſis radicibus, multò altiùs tendens cauans, conspicit sarcophagum splendidissimi marmoris præparatum, quem fortè nullus omninò habuit regum.

Armogastes decedit, & in marmoreo sarcophago mirè reperto cõditur.

Archimini constantia.

Sed nec quendam Archimimum nomine, Masculinũ debeo præterire: qui cùm multis insidijs premeretur, vt catholicã omitteret fidem, ipse eum rex posteà blandiendo affatibus secularibus inuitabat, promittens multis eum diuitijs cumulandum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vide hominem malignum.

dum,si voluntati eius auditum facilem commodâsset. Qui cùm fortis atque inuictus maneret,iubet eum sententiam subire capitalem: ità tamen callidus occultè præcipiens,vt si in illa hora vibrantis gladij pertimesceret ictum, magis eum occideret,nè martyrem glorioſum feciſſet. Si autem fortem in confeſſione conſpiceret,à gladio temperaret. Sed ille vt columna immobilis Chriſto ſolidante fortis effectus, confeſſor reuertitur glorioſus. etsi martyrem inuidus hoſtis noluit facere,confeſſorem tamen noſtrum non valuit violare.

Satur' egregius Chriſti confeſſor.

Nouimus & alium ea tempeſtate, nomine Saturum. Qui cùm lucidum eſſet membrum Eccleſiæ Chriſti, & prauitatem Arrianorum libertate catholica frequenter argueret, (Fuit hic procurator domûs Hunerici) conuenitur, accuſante Mariuado quodam Diacono, quem Hunericus infauſtus ſingulariter honorabat, vt fieret Saturus Arrianus. Promittuntur honores & diuitiæ multæ,ſi faceret: præparantur ſupplicia dira,ſi nollet: Hac optione propoſita, vt ſi regalibus iuſſis non obediret, primò facta diſcuſſione, & antè amiſſa domo vel ſubſtantia, diſtrahis omnibus mancipijs ac filijs, vxor eius ipſo præſente camelario in coniugium traderetur. Quod ille plenus Deo, magis vt velociter proueniſſet impios prouocabat. Ob quam cauſam vxor eius inducias viſa eſt ab his, qui exequebantur, neſcienti marito petiſſe. Accedit ad maritum alia Eua,conſilio magiſtrata ſerpentis. Sed ille Adam non fuit,qui illecebroſa vetitæ arboris poma contingeret: quia non indigens,ſed Saturus vocabatur,ſaturatus ab vbertate domûs Dei, & torrente deliciarum eius potatus. Aduenit mulier ad locum,vbi maritus ſingularis orabat,conſciſſis veſtibus crineque ſoluto,ſecum comitantibus filijs, vnamque infantulam, quæ tunc lactabatur, manibus geſtans, quæ neſcientis proijcitur ad pedes mariti. Etiam ipſa ſuis genua complectitur vlnis,ſibilans vociferatione draconis: Miſerere meî dulciſſime,ſimul & tuî,miſerere communibus liberis, quos conſpicis ipſe. Non ſubiaceant conditioni ſeruili, quos claros proſapia reddidit generis noſtri. Non ſubijciar ego indigno & turpi coniugio,viuente marito,quæ mihi ſemper inter coæuas plaudebam de Saturo meo. Cognoſcit Deus, quia inuitus facturus es hoc,quod fortè voluntariè aliquanti fecerunt. Cui ille Iob ſancti voce reſpondit: Iob 2. Tanquàm vna ex inſipientibus mulieribus loqueris. Formidarem mulier, ſi ſola Præclara vox. eſſet huius vitæ amara dulcedo. Artificio coniunx diaboli miniſtraris. Si diligeres maritum,nunquàm ad ſecundam mortem attraheres proprium virum. Diſtraheres filios, ſeparent vxorem, auferant ſubſtantiam: mei Domini ego ſecurus de promiſſis verba tenebo: Si quis non dimiſerit vxorem,filios,agros aut domum, meus Luc.14. non poterit eſſe diſcipulus. Quid vltrà? Diſcedente muliere cum filijs reſtitutis confortatur Saturus ad coronam,diſcutitur,expoliatur,pœnis conteritur,meritis cius dimittitur. Interdicitur ei prodeundi acceſſus: totum ei tulerunt, ſtolam tamen baptiſmatis auferre non potuerunt.

VITA PIÆ MEMORIÆ PETRI ABBATIS PORTVENSIS, PECCATORIS APPELLATI, EX LIBRO *quinto Hieronymi Rubei de geſtis Rauennatum.*

Martij 29. B. Petri patria & familia.

EO ferè tempore, quo Petrus Damiani floruit, inſigni habebatur Petrus Portuenſis cœnobij præfectus: qui nobili Honeſtorum Rauennati familia genitus, literarum haud omninò expers, cùm eſſet ſacerdos, vt voce perſolueret, quod in nauigatione, tempeſtate adnuncupauerat diuæ Mariæ Virgini,in portu Rauennati, ædem ac cœnobiũ extruxit: quod deinceps, ob eam à loco ſumptam cauſam,Portuenſe cœnobium eſt appellatum.Ibi ſacerdotum conuentum inſtituit,quibus dam præſcriptis legibus,quas Paſchalis ſecundus Pontifex Max. ad ſe miſſas firmauit. Ab eo plurimùm probatus is ordo eſt, qui nunc Canonicorum Lateranenſium vocatur, egregium certè bonorum hominum ac doctorum ſeminarium. Eæ leges ab Rhenenſibus, Bononiæ: Nicoſienſibus,in Piſano: à multisque præterea acceptæ & ſeruatæ ſunt.

Extruit Portuen. cœnobium.

Inſtituit ordinem Canonicorum Lateranenſium.

Obit.

Senex obijt quarto Calendas Aprilis, anno à partu Virginis 1119. Rauennæ in Portuenſi ab ſe extructo cœnobio: ibique ad læuam ingredientibus templum, iuxta ſacram turrim ſepultus eſt. Satis autem, vt puto, conſtare poteſt, quantum inter hunc & Petrum Damiani interſit. Eſt quidem vterque Petrus, vterque Rauennas: ambo ſanctè ac innocenter vixerunt, eodemque ferè tempore: quodque fecit,vt multi eos non internoſcerent, ambo Peccatores appellati: (inoleuerat enim mos,vt,qui religiosè tunc viuerent,ob animi demiſſionem,ſeſe inſcriberẽt Peccatores: idque facilè cognoſcet,qui monumenta illorum temporum euoluerit) Petrus tamen Portuenſis præfectus,ſemper ſacerdos, Petrus autem Damiani, monachus. Ille in Portuenſi cœnobio perpetuò ferè vitam traduxit: hic in Catriana ſolitudine. Ille Rauennæ diem obijt ſuum: hic Fauentiæ. Ille quarto Calend. Aprilis: hic octauo Calend. Martias. Ille anno 1119. hic octuageſimo ſupra milleſimum. Quodque hac ratione inter ſe ij differrent, Dantes de Petro Damiani ſcribens,Paradis. cap.21. videtur teſtari. Dum enim Petrum Damiani loquentem inducit,ſe Petrum Damiani fuiſſe inquit, in Catrianaque ſolitudine vixiſſe: Petrum autem Peccatorem,in diuæ Virginis Mariæ ad litus Hadrianum,commoratum.

Monachi olim peccatores vocati ſunt.

VITA S. GVIDONIS CONFESSORIS, CVIVS OSSA HODIE'QVE INTER SE COHAERENTIA CERNVNTVR *Spiræ, quò tranſlata ſunt ab Henrico III. Anno Chriſti 1047. Habetur hæc Vita in vetuſto exemplari MS. ab eius quodam æquali, vt apparet, ſcripta: ſed ingratiam Lectoris ſtylum mutauit F. Laur. Surius, & nonnihil contraxit. Sub finem quædam deſunt in exemplari. Addidimus paucula ex Breuiario Spirenſi.*

RAECLARAM beatiſſimi Guidonis conſcripturi 31. Martij. vitam, primò eius parentes & patriam, pòſt virtutes quo die deceſſit: ſed oratione qualicunque explicare conabimur, eius fe- feſtum celebratur 28. ti adiutorio, in cuius laudem id ſuſcipimus. Patrem Aprilis. igitur habuit Albertum, matrem Martiam, patriam Rauennam, in cuius villa ſuburbana, quæ Caſamarienſis dicitur, natus eſt. Parentes eius fuêre genere nobiles, religione Chriſtiani ac Deo deuoti. Rauennæ adhuc puer literarum ſtudijs deditus fuit. Adoleſcens animo ſecularis, & veſtibus comptus, nec à mundi pompis prorsùs alienus, iam videbatur abiturus præceps in vitiorum gurgites, mundo eum illiciente, & ſua cupiditate ineſcare atque implicare nitente: ſed benigniſſimi creatoris gratia ab hoc præcipitio potenter ereptus eſt. Itaque ſancti ſpiritûs accenſus igne, & cæleſtibus ardens deſiderijs, cœpit mundanis negocijs nuncium remittere, terrena deſideria calcare, horrere quicquid blanditur carni, cæleſtis patriæ dulcedini inhiare.

S. Guido cepit mundo valefacere, & habitum monaſticũ ſumere.

Etsi autem ſummoperè cupiebat ponere ſecularem habitum, quandò tamen non ignorabat parentes id nulla ratione laturos, animo id apud ſe celabat. Cumque parentes eum vellent inire coniugium, ille verò anxius cuperet ſuum explere votum, aliquandò patri ſuo ità dixit: Duas ego mihi conciliaui ſponſas, quarum altera inſigni eſt potentia & nobilitate: altera longè hac inferior & opibus & ſapia: ſed me tamen impensè diligit, & ego iam totus in eius labor amorem, nisi tu pater aliam cõmodiorem indices. Prior illa generoſitate & poteſtate ſublimis abſque multo labore & difficultate obtineri non poteſt, ad eamque mihi valdè arduus atque difficilis patet acceſſus. Vtram ergò vis, mi pater, vt ſponſam mihi adſcam? Parens verò gratulabundus, Agè, inquit, fili chariſſime, nulla te vel pericula vel faſtigia ſegnem efficiant, nulli alterius amores eneruent vel degenerem prodant, nulla quantunuis ampla dos à nobiliſſimæ & potentis ſponſæ thalamo retardet. Sume animum, & quanta maxima potes virtute contende, vt tam illuſtris ſponſæ fruaris contubernio. Turpe eſt enim, ob labores non diuturni temporis tantam rebus tuis optimè conſulendi, & ad tantam pertingendi felicitatem negligere occaſionem.

His & id genus alijs ſermonibus pater exhortabatur filiũ, putans eum adſpirare ad nuptias ſpõſæ mortalis. Sed ô adorandam Chriſti virtutem, quæ cùm ſemper ſit

Universidad de Deusto
Biblioteca

admirabilis, at tamen in hoc noſtri temporis beato viro eximiè prædicanda videtur. Nam tametsi ob ſingularem virginitatis aliarumque virtutum prærogatiuam non ſit æquiparandus beatiſſimo Iohanni Euangeliſtæ: at tamen propter eius eximiam ſanctitatem, alterum Iohannem, ſi fas eſt dici, quodammodò eum appellare poſſumus. Parentis enim ſui ſermones animo affixit ſuo, viresque ſibi, vt is horratus erat, aſſumens, ignobilem illã ſponſam, cuius ſe amore penè abreptum fatebatur, & verbis & factis cœpit faſtidire ac reſpuere, atque ad præclaram illuſtris illius ac præpotentis ſponſæ copulam ardentiſſimo animi ſtudio adſpirare. Ignobilem atque vilem, caducam & imbecillam ſponſam intelligi voluit, vt re vera eſt, mundi gloriam & fugaces voluptates: potentiſſimam verò atque nobiliſſimam, cæleſtem ſapientiam & diſciplinam, religionisque diuinæ exercitationem: cuius tanta flagrabat deſiderio, vt extra illam nihil ei adlubeſceret, præter eam nihil in hoc mundo ſibi expetendum putaret. Itaque, vt pater admonuerat, breuis vitæ huius labores paruipendens, oblectamẽta pro nihilo ducens, dura omnia pro mollibus, aſpera pro læuibus, aduerſa pro ſecundis habuit.

Eximia eius ſanctitas.

Luc. 14. Sciens autem dixiſſe Dominum Ieſum, Qui non renunciat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus: quadam nocte celeberrimę apud Rauennates beati Apollinaris martyris ſolennitatis, precioſis ſe veſtibus exuens, & pauperibus eas elargiens, viliſſima ſe veſte induit, & inſcijs parentibus è patria proficiſcẽs, Romam iter intendit. Vbi cùm in Clerum cooptatus eſſet, ſtatuit ire Hieroſolymam, nec vnquàm redire ad ſuos. Interea verò diuina eſt reuelatione admonitus, vt Rauennam repetens, ſubdat ſe Martini eremitę magiſterio. Is Martinus rarę fuit abſtinentiæ & religionis, vt penè toti Italiæ non mediocri eſſet venerationi. Fecit ergò, vt erat iuſſus, venit ad Martinum venerabilem eremitam, aperit ei deſiderium ſuum, accipitur ab illo ſanè peramanter, & poſt ſuauia ſanctæ exhortationis verba ait ad eum vir Dei alacri, vt ſemper erat, vultu: Vis ne, fili chariſſime, monachi veſtem accipere? Tum ille: Id verò ſemper mihi, inquit, in votis fuit: ſimulque otabat, vt ocyùs ea veſte induceretur. timebat enim, nè parentes repertum ipſum abducerent, & mundi huius illecebris rurſùs ſeruire compellerent. Sed vir ſanctus voluit eam rem in craſtinum differri, vt interim plùs deliberaret.

Vili habitu it Romã, & fit clericus

Cernens ille retardari deſideriũ ſuum, cùm eſſet feruenti ſpiritu, ipſius ſibi cucullum induit, & poſtridiè manè ſic veſtitum exhibet ſe viro Dei. Sciſcitante illo, cur id feciſſet, reſpondit ſe flãmam pectoris ſui ferre nullo pacto potuiſſe. In eo autem feruore ſemper permanſit, & illi venerabili viro, quoad vixit, totum ſe in omnibus ſubdidit: vixitq; cũ illo tribus annis ſolitariè in inſula, quam Padus fluuius à Pompoſia ſeparat. Pompoſianum autem monaſterium, tum quidẽ pauperrimum, ſed lente ſic Imperatore, curæ huius Martini erat demandatũ, interim tamen regulariter ei domino Guilelmo præſidente: ſed quo maior illic terrenarum facultatum erat inopia, tãto amplior religionis & diuini cultûs copia viſebatur. Voluit autem vir Domini Martinus beatum Guidonem in illo cõmorari monaſterio, vt plenius diſceret monaſticę diſciplinę & religionis inſtituta & perfectionẽ. Quam verò accuratè & abſolutè ea didicerit, ſi quis nôſſe velit, poterit haud difficulter, ſi ad illud conferat monaſterium, cui poſteà ipſe præfectus fuit. Eius autẽ cœnobij fratres etsi ceu ſimplicem & vili amictũ veſte eum irridebant, at conijciebant tamen fore, vt quãdoquè apud ipſos Abbatis munere fungeretur. Vir enim reuerendus Guilelmus temporis ſucceſſu omnia ei, ſed alia poſt alia, monaſterij officia vel miniſteria demãdauit: Indè verò in S. Seueri monaſterio præpoſiti munus obire eum voluit, illo ſe in omnibus ad monaſtici canonis ſeu inſtituti præſcriptum rectè gerente.

Fit monachus, & adhæret Martino eremitæ.

Varijs fungitur officijs in monaſterio Pompoſiano.

Per id tempus dominus Guilelmus in eremum ſeceſſit, alium ſuo loco fratribus Pompoſianis Abbatẽ præficiens. Iohannes Angelus is dicebatur, vir ſimplex & rectus, miræq; abſtinentię. Sed eo defuncto, atq; ad Angelorũ tranſlato conſortium, quanuis multũ renitens, & ſe indignum clamitans, Abbas Pompoſiæ inſtituitur. Guido beatiſſimus, cogente eum domino Martino, cui iampridèm in omnibus parére conſtituerat: nec tamen vllo modo ſarcinam illã ſibi imponi paſſus eſt, donec ab eodem viro Dei Martino id impetrâſſet, vt quandoquè liceret eam, relicta Abbatia, deponere. Porrò autẽ & parens eius, cuius ſuprà meminimus, & frater Gerardus nomine, ad eum venerunt, & ſub eo, contempto ſeculo, religioſe & ſtrenuè Chriſto militârunt, atque feliciter ſuas animas Domino reddiderunt. Cùm autem

Abbas conſtituitur.

præclarè monaſterium illud ab eo gubernaretur, & monachorum increſceret numerus, aliud cœpit, quod hodieque permanet, condere cœnobium. In quo ſanè quæ per illum & ſub illo patrata ſint, atque etiam perpetrentur miracula, orationis noſtræ tenuitas explicare ſatis non poteſt: ſed tamen diuina freti ope, ſimplici ſtylo pauca ex multis annotabimus.

Multa eius miracula.

Cùm iam ſtructura huius monaſterij fieret, fratribus aliquãdò in muro laborantibus, crates ſupra modũ grauatę petrarũ congerie, accedente etiam mali dęmonis inuidia, abſente patre Guidone deciderunt. Simul autẽ lapſi fratres quidam, nihil mali paſſi ſunt, nõnulli verò pẽduli hęſerũt non ſine magno diſcrimine. Quod vbi reſciuit venerabilis pater, citò adfuit, & ſuis illos precibus depoſuit illæſos. Alio tempore eidẽ muro impoſitum vas ligneũ vino plenum, quo operarij vterentur, caſu in terram corruit, & tamen neq; confractum fuit vas, neque vinum effuſum.

Inſigne miraculum.

Aliud.

Sub eadẽ ſtructura magna aliquandò victũs inopia premebat operarios: ſed beato Guidone Dominũ obnixè deprecante, & ab eo opem & copiã illis promittente: cùm iam nihil eſſet, quo poſtero die refici poſſent, omnes aduersùs illũ murmurare, eiq; plus ſatis moleſti eſſe cœperunt. Ferebat id ille patienter, & ſimul de ratione comparandę alimoniæ cogitabat. Itaque Rauennam ea cauſa proficiſcẽs, non longè à monaſterio incidit in duas naues plenas vino & frumẽto, diuinitùs ei præparatas. Tum ille ſummę Trinitati gratias agẽs, lætus redijt, & fratres diù ſuſtentauit, admonens nè deincęps diffideret. Frater quidã idiota, Martinus nomine, apud quandam defunctus eſt eccleſiã, quę intra illius inſulę ſyluam ſita erat, à memorato cœnobio plus octo milliarijs diſtans. Adductus autẽ ad monaſterium, poſt perſoluta ex more defuncto rũ officia, poſt Miſſarũ completa ſolennia, vitæ redditus, inſtanter petijt acciri ſanctũ patrem Guidonem. Aduenit ille, accuratè perquirit, & non abſq; tremore petit, vt exponat ſi quid viderit. At ille, Vidi, inquit, loca pœnarũ ſadus adſpicerẽ, quidã mihi apparuit formoſiſſimus vir, ſtola cãdida indutus, miram in capite ferens tiaram, & altera manu virgã, altera ceu fauũ mellis retinens. Porrigens verò mihi fauũ, iuſſit vt comederem. Renuẽte me prę timore, rurſùs iubet vt comedam ſecurus, nihil reformidans. Percunctanti autẽ mihi, quis eſſet, ait ſe Michaẽlẽ eſſe Archangelũ, miſſumq; vt me conſolaretur. Tum ego valere iuſſo timore, totũ comedi fauũ. Deindè iuſſit me redire ad corpus, & triduo duntaxàt hîc permanere. Eo autẽ triduo dixit idem frater palatum ſuum illius faui guſtu affici. Poſt triduum, percepta beati Guidonis benedictione, iterùm obdormiuit in pace.

Defunctus reuiuiſcit.

Rurſùs poſt triduum deceſſit.

Eodem tempore alius frater, qui Bertholdus dicebatur, cùm propinquus morti eſſet, & precibus ſancti Guidonis ſibi redditus eſt. Rogãtibus autẽ fratribus, quid ſub tardè admodùm animam efflaret, conſcientiaq; ſtimulis pungeretur, benignitate Dei iſtam diuturnis mortis angoribus vidiſſet: Vidi, ait, dęmones aduersùm me ſæuientes, & peccatum quoddam mihi obijcientes. Cùm enim in ſeculo degerem, non niſi vnam didici incantationem, qua vſus fui, ſed ea iam planè etiã ex animo excideram. Hãc ſolam illi mihi procaces ſpiritus horrendũ in modum obiecerunt: ſed virtute Chriſti, atq; orationibus ſanctiſſimi patris Guidonis, veſtrisque profligati, triſtes abſceſſerunt. Deindè accepta pœnitentia, in pace perpetua ilicò quieuit.

Item alius frater.

Poſtquàm autẽ illud, quod diximus, monaſterium ſanctis ſtudijs & exercitijs florere cœpit, multisque opibus abundare, monebat vir ſanctus ſubditos ſuos blandè ac comiter, ſuarumq; eos virtutũ informabat exemplis. Proponebat illud ex Prophęta, Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere: & illud Apoſtolicum: Curam carnis nè feceritis in deſiderijs: itemq; ex Ieremia, vt diem hominis non concupiſcerent. Aiebat eum diem hominis concupiſcere, cuius animus carnis oblectamentis inhiet: qui ventris ingluuiem immodico cibo ac potione expleat, atque æſtu libidinis abreptus, fœdas ſui corporis ſectetur voluptates. Audiebant hæc eius monita fratres, & ſuis animis affigebant. Erant ſanè apud illos ieiunia multa & mirabiles abſtinentię, multa pſalmodiarum & vigiliarum inſtantia, haud vulgaris humilitas & patientia, inſignis charitas & mutua reuerentia atque obedientia, ſingularis aliorum erga alios beneuolentia, magnũ ſilentij ſtudium, magna in loquendo grauitas, eximia puritas cordis: atque vt re ipſa declararent, ſe non ſurda aure accepiſſe patris Guidonis adhortationẽ, nè cor diuitijs apponerent, licèt illis eſſet ſumma diuerſorum piſcium copia, tum eius iuſſa, tum ſua ſponte atque voluntate

Pſal. 61. Rom. 13. ferem. 17.

Virtutes fratrũ, ſub Abbate Guidone degentium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non nisi tribus tantùm diebus hebdomadis singulis sibi piscium esum permissum esse debere statuerunt. Quod quidè absente patre Guidone cùm die quodam non obseruâssent, Prioris indulgentia conniuente, diuinitùs sic multati sunt. Erat tum illis magnus porcorum grex. is ad dies quindecim adeò perditus fuit, vt nulla eum ratione reperire possent. Sensit vir Deo plenus ob aliquam culpam id accidisse. Quam vbi facta inquisitione cognouit, non mediocri satisfactione eam voluit expiari. Ac deindè sine vllo duce totus ille grex confestim domum reuersus est.

Frater quidam religiosus, Sergius, templi custos lampades purgans, stabat in alto tripode. Excidit autē lampas vna ex manibus eius in pauimētum, & fracta est penitùs. Territus ille, collegit fragmenta, & ante altaris crepidinē condens ea, festinus abijt ad patrē Guidonem, vt mulcta ab eo propter damnum illatū ipsi irrogaretur. Quod cùm factum esset, ilicò rediit ad altare, & lampadem sanam atq; integram inuenit. Quadam Palmarum nocte lampas ab excelso loco, putà ab ipsis templi trabibus decidit, & tamen neque illa confracta fuit, neque oleum effusum. Neque id semel tantùm accidit, sed tertiò eadē lampas idem passa, illæsa adhuc permanet.

Lāpas fracta diuinitùs redintegratur.

Heribertus Rauennas Archiepiscopus tanto aliquandò furore in virū Dei commotus fuit, vt Pomposianum cœnobiū armata manu destruere meditaretur. Id vbi perlatum est ad hominē Dei, cum omnibus monachis in preces feruēter incubuit: omnesq; lancis positis vestibus, asperrimis & cilicinis induti sunt, imitati prophetam, qui ait: Ego autem cùm mihi molesti essent, induebar cilicio. Tres autem dies & noctes continenter sic vestiti, calceis quoquè abiectis, solo pane hordeaceo & aqua contenti, quotidiè sua sponte acriter in domo capitulari virgis cædebantur, nec vlla vel in templo, vel in refectorio sede alia, quàm humo vtebantur. Non immemor autē Deus suauissimæ illius promissionis suæ, Inuoca me in die tribulationis: eruā te, & honorificabis me: tali visione eos consolatus est. Apparuit cuidā ex eis beatissima mater Dei & virgo perpetua, virginū stipata agmine, blandoque vultu hortata est eum, nè timeret: monuitq; vt in cœptis permanerent, certi se exauditum iri: addidit etiam, donèc triduanū eiusmodi seruarēt ieiunium, à nullo neq; visibili neq; inuisibili hoste monasteriū ipsorum superatum iri. Expergefactus ille, postquàm tempus adfuit, quo loqui liceret, omnia hæc patri Guidoni & fratribus enarrauit. Veram autem fuisse visionem, pax reddita comprobauit. Cùm enim Archiepiscopus eo, quo diximus, animo venisset ad monasteriū, fratresq; omnes, licet non ignari quid vellet, obuiàm ei cum timore procederent, atq; suo more honorificentissimè illū in ecclesiam perduxissent, ille humì prostratus, vt Deo preces offerret, diu nimis adeò compunctus est, vt surgēs, perfusus ora lachrymis, animoq; cidum & vultu blandū atq; affabilem se illis exhiberet, perpetuam q; cum illis nogeret amicitiam, & beato Guidoni deinceps quoàd vixit humanissimū se præstaret.

Pſal. 49.

Visio fratris cuiusdam.

Pſal. 34.

Vide effectum precum, ieiuniorum &c.

Hic desunt reliqua in MS. codice: quæ sequuntur, ex Breuiario Spirensi adiecimus.

Miracula S. Guidonis.

INter ea verò, quę per ipsum Deus in vita operatus est miracula, quoslā in ecnobij sui renouatione, per cohærentiam lignorū ruinam minantiū in periclo mortis constitutos liberauit. Alios quartanis febribus laborantes, per potam manus suę lotionē curauit. Posteaquàm igitur annis duodequinquaginta Pomposiū cum laude gubernâsset, iturus obuiàm Imperatoris legationi, in ipso itinere apud Parmam feliciter expirauit pridiè Calēdas Aprilis, anno salutis millesimo quadragesimo sexto. Cùm autē Parmenses venerabile corpus è manibus fratrum vi abstulissent, superueniēs Imperator Henricus, eius nominis tertius, sacratissimas exuuias humiliter veneratus, primò fecit eas Veronā in sancti Zenonis ecclesia reponi: deindè circa annū Domini millesimum quadragesimum septimū de Verona Spiram transferri in ecclesiā collegiatam, quæ tunc à patrono suo primo, diuo Iohanne Apostolo & Euangelista nomen habuit: nunc verò ob sacratissimarū posentiam reliquiarū sancti Guidonis appellationem obtinuit: vt quemadmodum Conradus Imperator, eius nominis secundus, pro fundamento iaciendo in primo lapidis collocatione felix eidem ecclesiæ dedit initium, ità per filiū eius Henricum tertium, à venerandis eiusmodi reliquijs, manu sua præsentatis, non indignum sumeret post tantam immutationem cognomentum: Ad laudem Dei in secula benedicti, Amen.

Obitus eius

Corpus eius transfertur Spiram.

APRI

APRILIS.

VITA EGESIPPI VIRI SANCTISSIMI, PER BEATVM HIERONYMVM PRESBYTERVM DESCRIPTA. HABETVR IN *lib. eiusdem de Viris illustribus, cap. 32.*

EGESIPPVS vicinus apostolicorum temporum, & omnes à passione Domini vsque ad suam ætatē ecclesiasticorum actuum texēs historias, multaque ad vtilitatem legentium pertinentia hinc indè congregans, quinque libros composuit, sermone simplici, vt quorum vitam sectabatur, dicēdi quoquè exprimeret characterem.

7. Aprilis.

S. Egesippus 5. libros edidit.

Asserit se venisse sub Aniceto Romam, qui decimus post Petrum Episcopus fuit, & perseuerâsse vsque ad Eleutherium eiusdem vrbis Episcopum, qui Aniceti quondàm diaconus fuerat. Præterea aduersùm idola disputans, ex quo primùm errore creuissent subtexit historiam, ex qua ostenditur quā orta sit ætate.

Quandò vixerit.

Ait enim: Tumulos mortuis templaque fecerunt, sicut vsque hodiè videmus, è quibus est & Antinous seruus Hadriani Cæsaris, cui & gymnicus agon exercetur apud Antinoum ciuitatem, quam ex eius nomine condidit, & statuit prophetas in templo. Antinoum autem in delicijs habuisse Cæsar Hadrianus scribitur.

De Egesippo plura habentur lib. 4. Eccles. hist. Eusebij, capitibus 8. &c.

VITA SANCTÆ MEMORIAE HERMANNI, QVI ETIAM IOSEPH DICTVS EST, CANONICI STEINVELDENSIS, *ab eius quodam familiari amico, &c., nisi fallor, Abbate vel superiori conscripta. De eius in Sanctos relatione nihil certi habeo. Aliquot locis quædam vel contraximus in historia, vel omisimus parcendo, ob vitandam prolixitatem. Nonnunquàm etiam stylum mutauimus.*

PROLOGVS.

IESV Christe, qui cum patre & spiritu sancto facis mirabilia magna solus, siue hæc per Angelorum siue hominū ministeria operari digneris: vitam mirabilē beati Ioseph fratris nostri, & mortem in conspectu tuo pretiosam, & miracula speciosa, quæ propter eius merita operari dignatus es, scripto cupiens commendare, ad pedes misericordiæ tuæ supplex & deuotus accedo, per eius te Domine obsecrans charitatem, vt eius laudi, quæ verè tua est, benignus adspires, inspires veritatem scribēti, qui ficta laude non indiges, mendacijū execraris, & diligis veritatem. Coram tuis enim oculis hoc non timeo protestari, qui es testis in cęlo fidelis, me ex proposito nihil fictum describere: sed ea, quę à suis familiarissimis, vel ab eius ore cognoui, vel quę apud fatres ità celebri opinione vulgata sunt, vt ijs nulla tergiuersatione debeat contradici. Sunt tamen pauciſſima, quæ non à certis relatoribus fide dignis, vel ab eius ore fideli mihi facta fuerint manifesta. Ob quam etiam causam me oportet quędā mirifica silentio præterire, quę licèt firmiter credam vera esse, tamen quia radicem veritatis non habeo, id est, testes de visu & auditu, scripturæ veritatis nolui pro certis dubia commendare. Ex ijs extat vnū, nostris temporibus valdè mirabile, scilicet quòd infans quidam, à matre dormiente oppressus, post compassionem matri lachrymanti exhibitam à nostro Ioseph, & orationem ab eo in ecclesia fusam ad Dominum Iesum, & ad beatam matrem eius, beati adhuc pueri meritis fuerit suscitatus. Quod factum licèt

Apoc. 1.

Fides huius historiæ.

Infans defunctus ad vitam reuocatus ab Hermāno puero.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fidem difficilem mereatur, non esse tamen incredibile poterit confiteri, qui sequentibus non dubiè veris fidem voluerit adhibere. Hoc autem dubium ideò præsenti paginę decreui non committere, vt cætera non dubia, fide tanto firmiori credantur, quanto plùs claruerit, quòd nullum dubium, quantumcunquè ad laudem fratris nostri posset operari, pro certo scribere dignum duxi. Mira quippè scripturus sum, & quæ apud propriæ laudis amatores, & apud inuidos detractores, qui non Dei, sed suam gloriam quærunt, quanta cunque sint veritate subnixa, vix fidem debeant inuenire. Propter quod etiam credo Dominum Deum ipsum tantis post mortem clarificâsse miraculis, vt vita mirabilis commendetur per miracula facta post mortem: nihilominùs quoquè, vt per vitam mirabilem miraculorum factorum post mortem veritas confirmetur. Difficiliùs enim illis miraculis, post decessum cuiuscunque patratis, fides poterit adhiberi, quæ non firmum à vita mirabili præcedente testimonium sortiuntur. Vita etiam sanctorum mirabilis non omninò sine periculo prædicatur, quæ post mortem nullis miraculorum testimonijs roboratur. Sunt tamen quidam & apud Deum & apud homines glorioſi, quorum vel vitę vel morti miracula defuerunt. Ille autem dignè omnes detractores interimit, cuius tam vita quàm mors miraculis commendata, sibi inuicem suffragantur. Si enim vitæ mirabili non credatur, vel etiam detrahatur, clamat mors miraculosa pro vita: si verò derogetur miraculis mortis pretioſæ, ipsis miraculis vita mirabilis attestatur. Iamnunc igitur, Domine Iesu, via, veritas & vita, tuo scriptori largire benignitate serenus adesto, & per vitam mirabilẽ serui tui mihi via & dux aduentre dignare: vt intellectu deficientis in me scientiæ serenato, omni veritate subnexus, & mortem pretioſam, & vitam laudabilem serui tui dignè valeam explicare: tui dicamus, Domine, an nostri? Si verum fatebimur, & tuum illum dicemus & nostrum. Nam & si tui solius est seruus, (Tu enim solus es Dominus, cui flectitur omne genu, & omnis lingua confitetur) noster tamen conseruus est, cum quo communem Dominum te habemus. Tuus est Domine Iesu Ioseph noster, quem è cunctis fratribus præelectum, polymita omnium virtutum tunica & talari singulariter vestiuisti, & in exemplum omnibus posuisti, vniuersis quidem mirabilem, imitabilem verò paucis. Noster quoquè est, Domine Iesu, tuus Ioseph, quem, vt detma Domine bonitate speramus, non solùm ob salutem fratrum suorum & vnius familiæ verùm etiam totius Ecclesiæ de carcere corporis mortis huius ad regnum, quod iam Aegypti, sed cælestis illius Hierusalẽ, quam toris totiès votis optauerat, transtulisti. Tuus est, Domine Iesu, tuus Ioseph, quem à primis infantiæ rudimentis bi benedictione speciali singulariter vendicare, & vsque in finem fortiter conuare dignatus es. Noster etiam est, Domine Iesu, noster Ioseph, quem in terris buisse confratrem, cùm inter nos viueret quasi vnus ex nobis, nunc autem in cemaiestatis tuæ pro nobis propitium gaudemus habere patronum. Per huius, Domine Iesu, intercessionem & merita ad hoc opus manuũ mearum respicere, gubernare que dirigere & tibi sanctificare dignare: vt sicut ille laudes suas, cùm nobiscum mortalis adhuc viueret, modis omnibus subterfugit, vt paucis pauca de secretis suis faceret manifesta, semper dicens factis, & etiam verbis aliquandò, Secretum meum mihi, secretum meum mihi: nè si reuelaretur indignis, perderet quod habebat, sicut etiam mihi aliquandò referebat: ità nunc eiusdem serui tui, in tuta omnipotentis statione locati, laudes & merita tuipse tuis reuelare dignare, vt ille magnificetur per te, & tu Domine Iesu magnificeris in illo, qui nunquàm in se, sed in te magnificari curauit.

Philip. 2.

A puero diuina fuit gratia cumulatus Hermannus.

Esa. 24.

HISTORIA.

Aprilis 7. Cap. 1.

Patria Hermanni vel Ioseph.

HABVIT igitur beatus Ioseph locũ natiuitatis suę illã inclytam ciuitatẽ Coloniam, in qua parentes illius inter suos cõciues ad modùm honesti & diuites, quantùm ad seculũ, commanebant. Post ortum verò illius, orta est simul & rei familiaris necessitas, vt iam necesse foret ipsum infantem, sicut ipso postmodum ferente cognouimus, non in delicijs, sed in paupertate nutriri. Genitus autem, cùm in baptismi lauacro regenerationis sacramentum acciperet, nomen Hermannus accepit, quod in lingua nostra vir honoris, siue vir exercitús dici potest. quæ vtraque expositio nominis ipsi nomini valdè cõuenienter aptatur. Vir enim honoris meritò dictus fuit, quem Dominus tanquàm diademate gloriæ & honoris, tam in gratuitis, quàm in naturalibus, coronauit in terris: nunc verò illa inæstimabili gloria & honore beatam illius animam coronat in cælis. Nec caret corpusculũ sacrum, licèt corruptioni subiectum, priuilegio honoris sui, ad cuius sepulcrum tot miraculorum beneficia sunt patrata, tanta remedia infirmantibus sunt collata. Dignè etiam vir exercitûs dictus fuit, cuius anima etiam cùm adhuc esset fragilitate circũdata corporali, tanta omnium virtutum vallabatur exercitu, vt ei à sponso suo meritò diceretur, Pulchra es & decora filia Hierusalem, terribilis vt castrorũ acies ordinata. & illud: Eccè lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt. Ipse enim puerulus à tempore regenerationis suæ veri fuit lectulus Salomonis, in quo ipsi sponso, sacri baptismi veste candida conseruata, sine intermissione placuit desiderabiliter habitare. Ambierunt hunc sponsi lectulum incessanter sexaginta fortissimi, id est, perfectio operum Decalogi, siue perfecta sanctorũ custodia Angelorum, quibus Dominus sanctum suum in omnibus vijs suis custodire mandauit,

Ad sepulcrũ eius multa edita miracula.

Cant 6.

Cant 3.

Electus itaque Dei puer, quem elegit, & super quem posuit spiritum suum, in infantia teneriore sub paupertate nutritur. Didicit iamtunc nulli animum subdere voluptati, sed subdi parentibus & quibusque maioribus cum metu & reuerentia, & cum coæuulis suis societate benigna, & socialibus benignitate cõnecti. Nulla illi protertia vultús & verborum blasphemia, & inordinata omnium membrorum deiectio, quæ plerosq; pueros nostri temporis maculare consuẽrunt: sed vultus omnino serenus, oculique blandissimi, & qui, quid intùs contineretur in corde, lætificis quibusdam scintillulis emicantibus demonstrarent. Habuit sanè hanc gratiam vsque ad finem vitæ mortalis, vt si quandò sine inuidia videretur, tam vultus illius quàm oculi omninò columbini, & spiritualis lætitiæ plenitudinem in se ostenderent, & in ipsum intendentibus ministrarent. Oris custodiam ità ab ineuntis ætatis tempore studuit conseruare, vt neque nos, qui cum ipso vna in domo pariter habitare consueuimus, verbum iactantiæ aut contumeliæ, aut opprobrij vel maledictionis in quenquam, aut turpiloquij, aut scurrilitatis alicuius, multo minùs detractionis aut mẽdacij audiuerimus aliquandò. Nonnũquàm tamen, nè esse supra hominem videretur omninò, ad dissimulandum quod erat, cunctis se socialem exhibuit, & iocis blandissimis, quibus seipsum deprimeret, & alios in lætitiam erigeret, vtebatur. Sed quia in hęc quadam præoccupatione dilapsi sumus, iamnũc ad illius infantiæ rudimenta manum simul & animum aduertamus.

Mitus candor in oculis eius & vultu.

Oris custodia.

Cap. 2.

Septennij tempus cùm puer Domini attigisset, studijs est applicitus literarum, ad quas pro facultate puerilis ingenij capiendas, Dei docibilis satis habilitatus est. Mox mirum in modum diuino spiritu inspiratus, totus ad Dei seruitium puerulus est conuersus: & cæteris condiscipulis eius, vt moris est, festiuis diebus ludentibus, ab eorum consortio se subducebat, & monasterium beatæ Mariæ Virginis & Dei genitricis ingressus, ante illius imaginem, formam pueri Iesu in sinu gerẽtem consuẽuit, & modò cum imagine matris, modò cum filij, tanquàm cum viuis, columbinæ simplicitatis puerulus loquebatur, & si quid fortè manu gerebat panis aut fructuum, vt pueri assolent, nunc matri, nunc filio porrigebat. Celebris valdè est, & à suis familiaribus nobis tradita res miranda, quam loquar. Stetit aliquandò more suo coram imagine beatæ Virginis puer sanctus, & pomum, quod tulit, illi cum magna instantia & deuotione præbebat. Et eccè benigna mater, vt deuotionẽ pueri commendaret, & nè sibi deuotum contristaret infantem, imaginis manum extendit, & porrectum sibi munusculum de manu pueri gratè & comiter accepit. O verè beata pueri innocẽtis infantia, quæ tam tempestiuis reuelationibus meruit consolari. Quid torqueris ô inuidia? Expecta paululùm, & rumperis: magis verò conuertere, & sanare, vt cum charitate hunc puerum nostrum possis inspicere, & dicere cum ijs, qui tantum principium admirantur, Quis putas puer iste erit, in quo non dubiè manus Domini operatur?

Res admiratione digna

Cap. 3.

Discit literas.

Pietas rara adhuc pueri

Vberiori gaudio mater gaudij tantum gaudium multiplicare dignata est, crebrioribus decæterò & manifestioribus reuelationibus suo se puero manifestãs. Cùm igitur die quadam, sicut consuescuerat, cum ludentibus se non commiscens, puerulus monasterium introisset, vidit iuxta pulpitum, quod in medio ecclesiæ situm est, in eminenti quadam via, in specie viuẽtis virginis, beatam Virginem virginum

Cap. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

reginam, & cum ea custodem ipsius Virginis Iohannem Euangelistam, & coram matre puerum Iesum se cum Iohanne quasi quibusdam puerilibus lusibus exercitantem. Et dum staret puer noster, mentem & oculos in eos cum delectabili admiratione, & admirabili delectatione defigens, vocauit cum nutu manûs & voce mater benigna, puerum proprio nomine familiariter sic appellans: Hermanne assc̃de ad nos. At puer, Quomodò, inquit, assc̃endere potero, cùm chorus sit clausus, & scalam, per quam assc̃endam, non habeam? Cui beata mater, Tenta, ait, si quo modo possis, quia te iuuabo, porrigens tibi manum. Paruit puer, & cùm non praeualeret, benigna matre manum sibi porrigente, assc̃endit ad illos. Solebat autem familiaribus hoc narrare, quòd cùm niteretur assc̃endere, claui vnius ferrei, qui ad munimentum chori affixus erat, sensibilem quidem, sed non visibilẽ iuxta locum cordis fixuram accepit, quam etiam multis posteà temporibus cum dolore portauit: dixitque fixuram illam fuisse præsagium multarum tribulationũ & dolorum, quos posteà tanquàm crucem suam quotidiè vsque in finem vitę suę pertulit. Semper enim, sicut posteà referam Domino adiuuante, cùm profecisset in virum, tribulationibus corporis, vel doloribus cordis, vir miræ innocentiæ vexabatur. Cùm verò in pulpitum adiutorio beatæ matris superiùs assc̃endisset, ipsa monente, puero nostro cum puero Iesu data est ludendi facultas, beata matre sedente, & ludos pueriles familiariter inspectante. Et cùm in tam mirabili delectatione aliqua pars diei transacta fuisset, appropinquante officio vespertino, puer ea, qua iuuante & iubente assc̃enderat, etiam tunc ministrante descendit, eandem consolationem eodem in loco sæpiùs acceperus.

Testantur hæc sancti pueri miram puritatem & innocentiam.

Cap. 5. *Hoc loco sequebatur caput 5. in quo quæstiones mouet Author de apparitione Christi & matris eius atque sanctorum: sed quia non soluit eas, illud omisi studio breuitatis.*

Cap. 6. Cùm die quadam secundùm consuetudinem suam ecclesiam beatę Virginis puer Domini introisset, & in asperitate brumali nudis incederet pedibus, videns puerum mater misericordiæ in tanto frigore corporali, à cordis feruidi deuotione minimè repuisse, consueta sibi misericordia mota est: & aduocans paruulum, statuto coram facie sua ait: Quarè in tanto frigore nudis incedis pedibus? Respondit puer: Non habeo calceos. Sciens autem beata mater parentes pueri rei familiaris inopia laborare, dixit illi: Vade ad lapidem illum (lapidem digito cõmonstrans) & sub eo quatuor denarios inuenies: quos tolles & eis tibi calceos comparabis. Credidit puer fidelis, & paruit iussis: & sicut fuerat demonstratum inueniens, ad altricem suam beatam matrem redijt cum denarijs lætabundus. at illa subiecit:

Miro modo eius inopiã subleuat mater Dei. Quotiescunquè aliquo indigueris, calceis, tabulis aut stylis, aut alijs necessarijs, locum accedes eundem, & inuenies denarios, quibus tua necessitas subleuetur. Quis hæc referre, scribere crederéve præsumeret, si non paucis diebus ante meritem suam, pia calliditate inductus à nobis, hæc nobis confessione propria prodidisset? Gratias tibi, Domine Iesu Christe, quòd hæc ex confessione beati oris sui me noscere voluisti. Hac inaudita & tam mirabili veritate constante, quid de te credi non possit, ô beatissime paruulorum? Sed non minùs mirandum puto, quod subijcio. Non diù latuit alios pueros, vbi puer purissimus tot ies sibi necessaria reperiret: & ad locum accedentes eundem, diuque quærẽtes, nihil talium poterant inuenire, haud dubium quòd eos à tali solatio magna meritorum dilatia, & prærogatiua specialis gratiæ separaret.

Cap. 7. Reuelauit se post hæc puero suo, nostro Samueli, ipse Dominus Iesus, non in forma pueri, sed in specie crucifixi: reuelauit autem sic. Accidit Coloniæ aliquot ædes incendio conflagrare, vbi puer Domini vicinus tunc habitabat. Ruentibus multis, vt si possent sedarent incẽdium, vel vt moris est, saltem inspicerent, beatus puer etiam inter alios festinus accurrit: & eccè mirum in modũ in medio incendii basilica quædam stabat, quæ licèt ignibus vndiquè premeretur, protectione diuina permansit illæsa. Admirantibus cunctis, & miraculũ sibi inuicèm demonstrãtibus, puer admirabilis cœpit cum cæteris admirari. Cumque basilicam admirabundus diligentiùs respiceret, eccè apparuit illi Dominus Iesus in specie crucifixi, stans in summitate basilicę non ardentis. Sensit & intellexit puer sensatus illam partẽ basilicæ propter crucifixi præsentiã non ardere. Sed rursùs pueriliter dubitare cœpit, missus, vt mirabilib⁹ mirabiliora succederẽt, quarè in alijs ecclesiæ partibus, in quibus formã crucifixi non vidit, non posset flamma dominari. Et cùm omnes templi parti-

Videt Christum in forma crucifixi

partes curiosiùs circuiret, quocunquè se vertebat, eandem crucifixi effigiem in cunctis partibus contra se stare prospexit, domum propriam ab ignibus defensantem. Mirabatur sanè tunc corporaliter fieri, quod etiã spiritualiter multo potiùs fieri postmodùm est expertus: videlicet fidem & memoriam, & maximè imitationem vitę Domini crucifixi contra omnia vitiorum incentiua valere, vt verè posset dicere cum Psalmista: Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me Domine, & super inimicos meos extendes manum tuam, & saluabit me dextera tua. Psal. 137.

In tantis reuelationum consolationibus puericia teneriore decursa, quæ ex plurima multitudine ad nostram notitiam peruenerunt paucissimæ, statim vt potuit perfentire, quid esset, benedictionem dulcedinis, qua præuentus erat à Domino, Cap. 8. indicijs euidentibus puer Domini declarare studebat. Et cùm iam circiter duodecimum ætatis annum ageret, relicta lata & spatiosa via sinistri lateris, quæ multitudinem hominum per eam gradientem, deducit ad mortem, arctam & angustam viam dexteræ, per quam graditur paucitas saluandorum, fortiter concupiuit. Iam enim eorum mundum pessimarum cupiditatum incendio conflagrare conspexit, & solos illos à mortiferis æstibus posse saluari, qui sub salutares alas confugerent crucifixi: sicut sibi per seruatã protegente crucifixo basilicam, corporaliter fuerat demonstratum. Sapienter ergò breuiterque decreuit, mundus adhuc immundum mundũ relinquere, & incõfusus recedere de medio Babylonis. Apposuit igitur gratiam concomitantẽ Dominus, qui gratis dederat gratiã præuenientem, & gratiam perficientem daturus erat, & per quosdam notos suos illum itinere prospero in ecclesiam Steinueldensem, Colonienſis diœcesis, Ordinis Præmonstratensis perduxit. Benedictus Dominus Deus salutarium nostrorum die quotidiè, qui tanto puero prosperum fecit iter, vt ad domũ nostram in nomine Domini peruueniret. Cumque ibidem aliquo tempore moraretur, antequàm habitu monastico vestiretur, contigit dedicationem sacelli S. Michaëlis Archangeli aduentare. (Habet autem is Archangelus sacellum in ecclesia Steinueldensi, in eminenti loco super fundinem ad occidentem sitam, cuius occidẽtalis murus per id tempus pro quadam necessitate instãr ostij patefactus erat) Stante igitur puero Angelico coram sacello, vidit per illud muri ostium ingentem irrumpere flammam, tanta vi & impetu, vt torum monasterium intrinsecus iam comburi vereretur. Iam iamque clamaturus erat, vt ferrẽt suppetias ardenti monasterio, sed repressus puerili pudore, & humili verecundia (quæ vsque ad finem vitæ etiam plusquàm sexui fœmineo ei moderabatur) vel potius gratia interiore illum docente, intra silentiũ se cõtinuit, donec rei exitum cerneret, quam omnes circunstantes vel non videre, vel dissimulare nimium mirabatur. Tandèm ignis mirabiliter conspecti non alium vidit effectum, nisi quòd ad accipiendum religionis habitum nouo incendebatur desiderio, eoque tam valido, vt ab illo suscipiendo præ dulcedine flammæ & flamma dulcedinis, quam intùs medullitùs conceperat, ægerrimè se contineret. Iam enim & ipse totus in quendam ignem diuinum cõuersus erat, vt illi in habitu Angelico ministraret, qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem. Quorum ministerio in sua festiuitate, in ignis visione apparentium, angelum nostrum credo tam validè fuisse succensum, vt agnosceret illum ignem spiritualem fuisse, qui non corpora, sed spiritum succendisset. Psal. 103.

Adhuc puer cõfert se ad monasteriũ Steinueldẽse.

Lata via.

Arcta via.

Susceptо tandèm secundùm desiderium suum niueo sacræ religionis amictu, cœpit puer religiosus tam apud Deum, quàm apud homines proficere sapientia & ætate. Sed quia nondùm annos discretionis attigerat, ante quos in monasterio illo pueri ad religionis habitum recipi non solebant, missus est in Frisiam cum alijs coætaneis suis, vt & ætatis scandalum tolleretur, & in scholis proficeret in doctrina. Profecit itaq; super omnes coætaneos suos tam in scientia, quàm in moribus, ità vt genus hominum (scholares dico) implicari videtur, putà, insolentia, mendacium, inobedictia, simulationes, rixæ, contumeliæ, lacerationes & verbera, verborũ scurrilitas, & animi nausea & torpor ad doctrinam capessendam: magis autẽ quadam spirituali ille alacritate perfusus, ad discendũ erat promptus, ad quęlibet impęrata obediens, ità mirandũ in modum coętaneis suis obsecundans, vt & illorũ singulari fauore, & Dei gratia potiretur. At verò in nomine Domini Iesu miro succenso affectu, nihil libebat in quouis doctrinæ genere audire, quod nõ salutare eius nomẽ con-

Cap. 9. Induit habitum monasticum.

Visio eius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

contineret. Quotiès more puerorum fabulas poëtarum vel discere iubebatur, vel legere, non tulit patienter: immò & ipsos se docentes, super quos iam intùs spirituali vnctione docente profecerat, repræhendit, asserens quòd Deo vero contumeliam irrogarent, falsorum deorũ nomina in poëtarum libris etiam recitando. Solebatque nobis postmodùm de quibusdam magistris suis, qui cæteros religione anteire videbãtur, narrare, se non sufficere admirari, quòd viri religiosi in scriptis possent poëticis delectari, cùm tanta sint scripta veritate subnixa, per quæ ad Dei possit notitiam peruèniri. Quis enim nisi stultus quærat lilium inter spinas, vndè sine punctionibus non possit abstrahi, quod faciliùs & vtiliùs sine læsione possit acquiri? Nominare Iouem omnipotentem, Iunoni nomen diuinitatis attribuere, iurare per Herculem & Castorem, quibuscunque fallsitatibus delectari, spinæ sunt, & lacerant animam, quibus puer Domini animæ suæ temerari noluit puritatem, qui iam in solo & vero Deo didicerat delectari.

Cap.10. Tango rem breuiter, non perfunctoriè transeundam, sed magna animi consideratione pensandam. Quantam enim curam de pueri sui puritate pater misericordiarũ gesserit, in hac re liquidò apparebit. Contraxerat aliquandò puer beatus, à patre & matre derelictus, sed à Domino assumptus, tãtam capitis scabiem, vt inter condiscipulos suos non posset sine verecundia comparere. Erant enim ei molesti, & deridebant eum, sicut esse solet illud hominum genus inquietum: & puer, licèt patiens & quietus, ad quotidianas subsannationes animo tabescebat, & rubore verecundiæ vrebatur. Vidit itaque Dominus continuam afflictionem tam mentis, quàm corporis sibi derelicti pauperis, & mirabiliter in adiutorium pupilli, fidelis adiutor intendit. Nam nocte quadam, cùm corpusculum sopori dedisset, leniter quoddam animal, nescio reptile seu volatile, aduenire, & rostro suo adeo totam illam purulẽtam scabiem auellere, vt nihil de ea residui remaneret, & puer Domini in illa auulsione nihil molestiæ sentiret. Secuta est cuestigiò eius capitis integritas & puritas, ità vt cùm sequenti die ad condiscipulos veniret, omnibus inopinata eius sanitas appareret. Et quia res tam manifesta celari non poterat, irruunt ad puerum singulatim, & causam tam subitæ curationis inquirunt. Aperuit ille quantùm potuit, quod factum fuerat, simplicitate consueta, sed corde exhibens tam sibi Domini misericordiam collaudabat.

Sanatur mirabiliter scabies capitis eius.

Cap.11. Verùm vbì post profectum scientiæ & morum puer Domini à Frisia ad propriam ecclesiam est reuersus, ad seruiendum fratribus in refectorio cum fratre alio maiore est aliquandò deputatus. Quod officium licèt deuotus impleret, tristabatur tamen non modicùm, quòd præ corporali labore continuo, non posset suetis & debitis orationibus, lectioni ac contemplationi vacare. Doluit enim, se auferri partem optimam, quam iamdudùm elegerat, videlicet aut sedere ad pedes humanitatis tuæ, Domine Iesu, aut audire verbum tuum, quod & ore & exemplis nobis ministrare dignatus es, aut assumptis alis columbæ, cum illis quatuor animalibus ad diuinitatis tuæ faciem subuolare, gustareque & videre tuam Dominelibus suauitatem: quam illi profectò perfectiùs percipere consueuerunt, qui actu seruitutis minorati. Sensit hoc puer, qui iam in adolescentię processerat pubertatem, & à speciosæ Rachelis auellebatur amplexu. Videns igitur mater misericordiarum optatum sibi filium pro causis huiusmodi grauiter animo tabescentem, suam illi præsentiam exhibere curauit, & solita illi suauitate blandiẽs, quomodo se haberet scisitata est. At ille competenter se habere respondens, hoc vno se asseruit valde grauari, quòd propter labores quotidianos consuetis precibus vacare non posset, illis præsertim, quas ex Ordinis præscripto dici oporteret. Sentiens pia mater adolescentem zelum quidem bonum habere, sed non secundùm scientiam, breui quidem, sed eximia illum sententia sic instruxit: Scias, inquit, nihil perindè exbito faciendum tibi incumbere, quàm vt ex charitate seruias fratribus tuis. Dixit & fecit intelligere docilem adolescentem quod dixerat, vt deposita timoris fatna, fratribus decæterò cum securitate seruiret. Necessarium reor murmuratorum hoc loco moneri, qui ad omne munus ipsis demandatum obmurmurant & calitrant, & cùm congruas suæ pigritiæ, immò, quod periculosius est, inobedientiæ cusationes inuenire non possunt, per iniuncta sibi officia aiunt se sua deuotione fraudari. Cũcta penè monasteria id genus querimonijs plena sunt, adeò vt plerumquè vita prælatorum, qui debent ciusmodi suis monachis demandare functiones

Dei mater eum consolatur & instituit.

his ipsis ad amaritudinem perducatur. Audiant isti matris Domini plenũ authoritate responsum, nullo se maiori teneri debito, quàm vt fratribus ex charitate inseruiant. Timeas ô frater, quicunque talis es, pigri serui, talentum sibi creditum Matth. 25. nolentis expendere, sententia te condemnandum, si cor ad meditandum, linguam ad corrigendum, vocem ad cantandum alacriter, & legendum, manus ad operandum, pedes ad ambulandum, in iniunctis tibi officijs nolueris exercere, semper habens in mente, talentum esse Domini tibi creditum, quicquid in cunctis animæ viribus, quicquid in omnibus membris corporis tibi à Domino districto iudice est collatum.

Sacræ igitur matris colloquijs & monitis adolescens docilis confortatus, cœpit secum altiori tractari consilio, cuius in hoc ministerio formam referre videretur. Cap.12. Et occurrit animo eius, sicut ipse nobis cum gaudio spiritali narrare solebat, ille summus & humilimus seruorum suorum seruus Dominus Iesus: qui vt se seruum exhiberet, seruitium suum & verbis & exemplis declarauit. Verbis quidem, cùm ait: Ego in medio vestrùm sum, sicut qui ministrat. &c: Filius hominis non venit Luc.22. ministrari, sed ministrare. Exemplis verò, quandò intantùm se humiliauit Domi- Matth.20. nus maiestatis, vt seruorum suorum lauaret pedes, & extergeret linteo, quo erat Iohan.13. præcinctus. Tanti ergò Domini, seruientis seruis suis, formam se gerere humilis Obseruent fratres nostri, seruiens fratribus suis, semper in corde gerebat, vndè tanta se sensit alacritate affici, vt quotiescunquè tale fratribus ministerium exhiberet, non se ire ambularet, sed potiùs volitare putaret, animi alacritate in corpus sese effundente. Magna distantia beati fratris huius à plerisque fratribus, qui vel superbia tumidi, vel tedia pressi, nec spiritali eriguntur lætitia, nec humilitate inclinantur, vt Deo ministrent in fratribus, & fratribus propter Deum. Discant hoc exemplo, non murmure, verùm etiam humiliter & alacriter fratribus inseruire: discant Deum & Dominum Iesum, cuius ministrantis formam corpore & animo representant: videant etiã, quantam minister noster ex ministerio suo sit gratiam consecutus. Nam Domini Iesu gratia inebriatus, & spiritali satietate refectus, multo tempore famis & sitis corporalis detrimenta non sensit: ità vt vltrà, quàm credi possit, abstinentiam protraheret, pia fraude circunueniens fratrem illum, cum quo in refectorio pariter seruiebat. Inueniens quippè causas, propter quas vel ante, vel post illum comederet, illo ignorante, simplicis panis & aquæ quasi in consuetudinẽ versa refectione contentus fuit. Mira gratia, vt propter diuturnam abstinentiam nec in corporali labore deficeret, nec tanto tempore acceptæ diuinus perderet gratiæ suauitatem.

hæc, quibus ex officio incumbit fratribus. Vide abstinentiam.

Multis itaque Dei electus in officijs, ad actiuam vitam pertinentibus, beneficijs subleuatus, (Per hanc enim ad cõtemplatiuam est iter ordinatum, vt per laborem Cap.13. Liæ ad Rachelis pertingatur amplexus) tunc demùm iuuenis speciosus ad sacristæ vel custodis templi officium est vocatus, in quo pleniùs & securiùs posset contemplationi vacare. Sic enim Dominus, qui omnia ordinatè disponit, electi sui vitam in actione esset dissolutus, & in contemplatione remissus. Multi enim sic ingredi- Fit templi custos. tur ad contemplandum, vt ad necessariæ actionis exercitia nunquàm exire velint, & omnem corporalem laborem subterfugiant obstinatè, intantùm vt in accidentem corporem prolapsi, etiam in contemplatione deficiant, nec ad illam per actiuæ vitæ exercitia reuocatur. Alij verò, cùm foràs necessitate poscente ad actionem egrediuntur, ità se totos effundunt in illam, vt contemplationis præteritæ nec sãltem meminerint, nec ab illa se doleant auulsos, neque ad eam se recipere conentur. Non sic frater noster à Domino & magistro optimo noscitur instituisse: sed sic officia actionis exercuit, vt labores corporis alacritate spiritûs temperaret, nè dissolutio sequeretur: ità ad contemplationem pertinentibus inhærer studijs & exercitijs, vt tamen ad actionem non esset tepidus aut remissus: sicque instãr fortissimi Aod vtraque manu vteretur pro dextera, & actioni & contemplationi non minùs sapienter, quàm fortiter intendens.

reuocare se sciant, ad quam aliquãdò animus, vt est humana infirmitas, tepefactus, Iudic.3.

Hoc loco, antequàm pergam ad cętera, necessariò mihi admonendus est lector, Cap.14. nè cuncta, quæ de fratre nostro narranda suscepimus, sibi imitanda proponat: potius meminerit, quædam sic esse scripta, vt ea tantùm miremur, & Dominum, qui

per

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sanctorum quędam miranda, non temerè imitanda.

per eum illa effecit, collaudemus: quædam verò ea causa conscripta, vt ea imitanda suscipiamus. Si enim ea, quæ supra naturam sunt, sanctorum exemplis incitari, nos quoquè facere velimus, non ædificationē, quam quærimus, sed potiùs ruinam inueniemus. Quòd si in sanctis omnia tantùm admirari velimus, in nostra ignauia & desidia permanebimus, & sine fructu nostro sanctorum & scribētur & legentur exempla. Proindè lectorem admoneo diligenter attendere, & discernere sapienter, quid admirandum, quid imitandum sit: vt in admirandis, Deo mirabili in sanctis suis digna gratiarum actio referatur: in imitandis verò, per exempla virtutum vita legentium emendetur. Non enim hæc me solùm mouet intentio, vt fratrem prædicem, & magnificem Dominum: sed etiam vt legentes per meæ ministerium paupertatis aliquid vtilitatis acquirant. Sed iam ad narrationis ordinē redeamus. Accepto officio, quod contemplationi valdè erat accommodatum, mirum in modum, tanquàm tunc primùm ad seruitium diuinum accederet, qui priùs alios superauerat in omnibus exercitijs spiritalibus, feruore spiritûs excitatus, cœpit etiam seipsum superare. Nequaquàm enim communibus vigilijs, orationibusque contentus, nouas sibi, suæ deuotionis dulcedini respondentes, & ipsam quoquè deuotionem mirabiliter excitantes preces composuit, permultasq; gratiarumactiones, quibus sibi ad memoriam reuocauit omnia diuinitùs humano generi collata beneficia. Præcipuè verò erga matrem Domini, susceptricem suam, feruore mirabilis deuotionis exarsit, quam etiam nouorum verborum gaudijs, sua gaudia ipsi referentibus, & angelica salutatione crebrò repetita salutauit, addens singulis gaudijs & salutationibus genuflexiones singulas. atque in id genus tum corporalibus, tum spiritalibus exercitijs maximam noctis partem duxit insomnem. Adeò verò eiusmodi vigilijs, & orationibus operam pedit, vt modum humanæ naturæ excederet, & nullus fratrum, eius vigilias aliquandiù explorantium, perindēre ille, vigilare posset. Tanta autem orationum, contemplationum, reuelationum dulcedine fruebatur, vt corporalium necessitatum oblitus, solo spiritûs pabulo se victitare putaret. Et iam in consuetudinem sibi verterat, quandoquidem custodia monasterij penès ipsum erat, talibus studijs vsque ad tempus nocturni officij, quod matutinas vocant, immorari. Cumque primo campanæ signo fratres excitarentur, ipse in lectulo se composuit, donèc ad tertium signum (in dormitorio fratribus tintinnabulo admonitis, vt ad templum se conferrent) ipse quoquè cum cæteris cò properaret, & nocturno officio interesset. Monebatur quidē interdum à patre domûs & fratribus, nè tam immodicis se laboribus conficeret, sed non profuit in illo desiderabilis dulcedinis, & dulcis desiderij vehementia cohiberi. Valebuit etiam corpus satis habile ad laborem, & aptis compositum lineamentis, quoque constitutum, ità vt vllis laboribus id exhauriri posse minimè putaret. Addebat autem his laboribus strati duritiam, capite ad lapidem, corpore ad lignum inclinans, superfluum censebat & vanum, quippiam misero indulgere corpusculo. Quàm dissimilis nobis miseris, qui modis omnibus labores subterfugimus & auersamur.

Longæ eius preces & vigiliæ.

Durum eius stratum.

Cap.15. Raptum porrò tanto spiritûs impetu, corpus prementem, spiritum eleuantem, & in cunctis se virtutibus exercentem beatum iuuenem amplior est gratia consecuta, seruo cum Domino, discipulo cum magistro quasi concertante. Studebat Dominus & magister seruum & discipulum in cunctis præuenire benedictionibus dulcedinis, multisque eum augere charismatibus: ille ediuersò quoàd potuit tebatur sequi Dominum, quacunque eius diuina benedictione esset præuentus. Nec gratia Dei in illo vacua fuit, quam alacritate mentis & bonorum operum excitijs in se suscitare contendebat. Sequentem itaque, quò vocabatur, & ampliris gratiæ capacem se exhibentem Dominus crebris, immò quotidianis consolationibus affecit. Quoties enim post sumptum cibum à refectorio exiret ad monasterium, psalmum interim, Miserere mei Deus pro gratiarumactione dicens, tanquàm suauitatis cum excepit odor, vt in paradisum Domini se crederet introire. Erat uerà ecclesia est Domini paradisus, in qua sunt viui flores rosarum & lilia conualium, humilitatis violæ, cypri cum nardo, nardus & crocus, fistula & cinnamomum, myrrha & balsamum, cum vniuersis optimis & primis vnguentis: quæ omnia in viris spiritualibus, qui in ecclesia sunt, est spiritualiter inuenire. Non homo, sed

Cumulatur in eo gratia Dei.

Suauissimos capit odores.

immundum pecus est, & indignus etiam corpore ecclesiam Domini introire, qui horum non delectatur odore. Est & in monasterio haud dubiè sanctorum præsentia Angelorum, coniunctorum psallentibus, in medio iuuencularum tympanistriarum. Est & corporaliter Dominus Angelorum, flos virgulæ, virgunculæ sacratissimę: ad cuius odorem reuiuiscunt mortui. An non mortuus, qui tantorum florum & aromatum, & maximè illius floris præcipui, floris omnium florum, non delectatur præsentia? O si videamus, in cuius præsentia stemus in choro: ô si intucatus sit, qui nostris studijs delectatur, haud dubiū quin delectaremur & nos, & quotiès in hymnis & canticis spiritualibus in conspectu Domini intraremus, cælestem, immò diuinum cum charissimo fratre nostro sentiremus odorem. Quantum verò putamus odoris & delectationis persensit in corde, qui etiam corporaliter tantam naribus hausit suauitatem? Nihil dubium, quin ab omni delectatione & carnis & mundi fuerit alienus, & totis animi desiderijs in conspectum tuum Domine introierit, qui etiam corporaliter ad te intrans, corporalis odoris fragrātia est refectus. Ignorās autem principiò gratiam esse diuinam, quod sentiebat, vel potiùs sibi specialem, (Tam enim vilis apud se semper fuit, vt nihil sibi specialium meritorum vendicaret) innuit socijs fratribus secum intrantibus, num quam sentirent odoris suauitatem. Sed proditam gratiam, vni sibi debitam, statim perdidit, donèc tādem fœpius eam prodēdo & perdendo, iterumque recipiendo, eam, nè perderetur, non esse prodendam, cautior redditus intellexit. Solebat ipse cum ingenti cordis contritione fratribus quibusdā referre, se inexplicabiles incauta manifestatione perdidisse gratias.

Sibijpsi sem per vilis fuit.

Gratia celanda.

Ipla quoquè mater omnis suauitatis odore cōsimili sæpè illum recreauit. Quod quidem ex eius relatione nos didicimus, sed nihil indè molestię cum comperimus permulsse. Vndè licet conijci, quasdam reuelationes nec vlli, nec vnquàm: quasdam certis personis, sed opportuno tempore: quasdam omnibus indicari debere. Paulus reuelationes suas nulli aperuit: beata mater & virgo conceptūs & partūs sui reuelationes certis personis congruo tempore exposuit: prophetæ diuinitùs ipsis reuelata in totius populi aures effuderunt. Atque hæc eadem in fratre nostro haud difficulter licebit inuenire, si diligenter animum aduertamus. sed redeamus ad rem. Moris est vsitati in Ordine nostro, puto quòd & in alijs, vt quotiescunquè nomen venerabile Virginis venerandæ in Collectis, in Symbolo, in Præfatione & in salutatione Angelica, quæ dicitur pro Inuitatorio, pronunciatur, conuentus veniam capiat, id est, diebus nō festis procumbens in genua osculetur id, cui orans incumbit: festis diebus osculetur manum. Sed noster Hermannus, quotiescunquè festis diebus conuentui fratrum non interfuit, ad nomen illud amabile & amatum velocissimè se humi prostrauit, & quoàd potuit sine scandalo, terræ sic prostratus adhæsit. Cumque crebrò id faceret contra morem Ordinis, quidam ei familiaris obnixè petijt eius rei causam sibi explicari. Sentiens ille sibi obtigisse hominem, cui hoc secretum posset impunè & cum vtilitate committi, Eccè, inquit, quotiès ad nomen sacræ Virginis humi me abijcio, odor omnium florum & aromatum tanta suauitatis copia è terra influit in nares meas, vt semper illic hærere vellem, si licet. Spe ergò recreationis huius ad prosternēdum festinus sum: sed quia ægrè tantopiuor oblectatione, tardus sum ad surgendum. Colligamus hinc, quanta suauitate cor fratris huius affecerit memoria matris Domini, ad cuius auditū nomen tantus è terra in eius nares inuasit odor. Verè dixerim memoriam Mariæ in compositione odoris factam opus pigmentarij. In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria, & vt musica in cōuiuio vini: redolens quasi flos rosarum in diebus vernis, & quasi lilia, quæ sunt in transitu aquæ, & quasi thus in odorem suauitatis. Studeamus & nos nares animæ nostræ (quas puto posse dici vim concupiscendi) purgare ab omni delectatione peccati, vt in memoria abundantiæ suauitatis Domini & charissimæ matris eius nos quoquè delectari possimus.

Reuerentia eius erga nomē sanctiss. matris Dei.

Cap.16.

Cap.17.

A laude Dei, & commendatione fratris nostri, & ab ædificatione morū non vacat & illud, quod eodem fratre nostro referente cognouimus: puta, quòd in laudibus matutinis sub cātico illo, Benedictus Dominus Deus Israël, Dominus ipsum suauitate mirifica visitare consuecuit. In nostro quidem Ordine in præcipuis duntaxat solennitatibus quatuor, Natiuitatis Christi, Resurrectionis, Pentecostes &

Sub cantico Benedictus, quid tenetur.

Pſal.67.

etc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dedicationis templi,ad matutinas laudes adhibetur incensum,Sed beatus iste,qui in animo quotidianam,immò continuam agebat solennitatē, omni tempore Dominum benedicens,sub hoc cantico solennem non immeritò quotidiè persensi odorem. Spero etiam,quòd ea causa in cantico, quo benedicitur Dominus,quòd visitauerit plebem suam,tam crebrò gratiam spiritalem persenserit Domini benedictus,vt ei primùm,postmodùm & nobis daretur aduertere, quòd ipse specialem à Domino perceperit gratiam,vt per eum Dominus plebem suam,& speciatim ecclesiam,in qua gratiam illam sensit,visitare redimereque deberet,ipsumq; in cornu salutis erigere in domo,in qua fuerat à puero nutritus.Hoc autem valdè notandum est,quod nobis ipse de seipso tāquàm de alio commemorare solebat, eodem tempore,quo mirificum hunc ipse sentiebat odorem quendam è fratribus vidisse.

Visio eius. duos Angelos ab vtraque templi parte fratribus incensum ministrantes,& quibusdam quidem hilariter id facere, & reuerenter coram illis sese inclinare, quosdam verò præterire negligenter, à nonnullis etiam cum quodam horrore penitùs refugi lire.E quibus primi,vt potuit intelligi ex moribus illorum,quorum nomina frater noster exprimebat, illos significabant, qui Deum & animo & voce laudarent: secundi illos,qui vel non canerent,vel minùs aduerterent id, quod canebant: reos,quorum vita mors erat. Simul autem aduerti hinc potest, quàm nostris bonis studijs & actibus, maximè in laudibus Dei, Angeli sancti delectentur, & quàm detestentur peruersos mores & acediam nostram.

Cap.18. Sæpissimè ei apparet S.Maria. Beatissima Dei genitrix volens magnificare deuotum sibi iuuenem, & suis laudibus iugiter inhærentem, innumeris ei vicibus dulcissimam præsentiam suam exhibuit,creberrimisque reuelationibus adeò sibi familiarem effecit, vt etiam inter homines coniunctissimos vix vnquàm tanta familiaritas extitisse videatur, quanctique, qui eum nósset, planè sibi persuasum haberent, nostrum fidelem Simonem (Sic enim propter reuelationes à puericia ei exhibitas non immeritò appellatur) à beatissima Virgine non solùm in seruum fidelem,sed etiam familiarem amicum singulariter electum. & verè sic erat. Sæpè enim contigisse audiuimus, vt ille in aliquo monasterij loco orans ac meditās,vocem amantissimæ Dominæ ex parte aduersa stantis audiret, nec dubius à qua vocaretur (quippè qui vocem eius consuetudine cognitam haberet) ad illam se conferret: tum verò in aliquo secretiori loco pariter assiderent, & ille quidem beatæ matri de ipsius statu singulari perquirenti responderet, & ab ea rursùs quicquid vellet scisciteretur. Talibus solatijs nocturnas trāsmittebat vigilias, tali fretus consolatrice, quælibet pericula sustinebat aduersa, tantæ matris consolatorijs fouebatur vberibus, tam illustri magistra ipsum docente,multa dubia & incerta cognouit. Mirari hæc & possumus & debemus: nam imitari non possumus. Legitur beatissima Maria etiam S.Martino Turonensi Episcopo cum alijs virginibus aliquotiès apparuisse, & cum eo collocutam esse: leguntur & alij sancti hominibus se visendos præbuisse.Miranda sunt hæc, sed in nostro Hermanno tanto plus admirationis habent, quòd non aliquoties, sed sæpissimè ei contigisse constat.

Cap.19. Venturus erat aliquandò,necessitate cogente,ad quandam sororum ecclesiam, quæ ecclesiæ Steinueldensis regimini suberat. Volens autem beata mater etiam alijs ecclesijs familiaris sui merita declarare,veniētem illum anteuertit, & cuidam admodùm religiosæ sorori apparēs, ità locuta est: Veniet huc hodiè fidelis seruus meus: videte vt comiter & honorificè accipiatur à vobis. Credidit virgo in delis reuelationi fideli,& vt eius testes haberet,quibusdā eam indicauit. Puto ego matrem dulcissimam verecundiæ pudibundi iuuenis consuluisse,qui locis,peregrinum se ac tìm insolitis, vbi nulla cerneret erga se familiaritatis indicia, peregrinum se arbitraretur,nè, sicut plerique solent iuuenes fratres,ob conciliandum sororum favorem,alicuius ignotæ familiaritatem expeteret

S.Maria vocat eum capellanum suum.

Cap.20. Aliquandò iuuenis speciosus post sanguinis è vena missionem parùm cautè ad dormiendum in lectulo composuit, in magnum salutis,quam sanguinis minutione quæsierat, discrimen venturus,nisi beata mater illum communisset. Cum enim iam dormitaret ille,aduenit illa, eumque compellans, Caueas, inquit, non enim sine periculo in brachium,cuius incisa vena est, incubuisti. deinde chium eius beatis manibus apprehendens,docuit dormiturum, quemadmodum & illud,& totum corpus, nè periculo se exponeret, collocaret. Quidnam

Obserua quàm fuerit charus matri Dei.

est isthuc? Auditáne sunt quandoquè eiusmodi,aut literis commendata? Sed planè ficta putentur, si non ab eius ore, ad fratrum præmonitionem iucundissimè ea referentis,accepta sunt. Neque enim talia quouis modo reuelare solebat,nisi ad cuiusquam animę vel corporis salutem pertinerent,vel nisi reuelatum ei esset,cui & quam ob causam detegenda essent.

Cap.21. Vndè cœperit Ioseph nominari. Erunt fortasis,qui mirentur,quam ob rem & quo pacto mutatū sit nomen charissimi fratris nostri, quod in baptismo acceperat. Equidem causam ignoro, nisi quòd videtur diuina factum voluntate, vt homo niueæ puritatis & castitatis à quibusdam inciperet Ioseph appellari. Quod quidem ipse ægrè tulit, sicut nobis fatebatur,duorum valdè insignium virorum sibi imponi nomen,illius patriarchæ eximij,qui erat optimus inter fratres: & illius sanctissimi, qui ad hoc electus erat, ex omnibus,vt ei mater Domini desponderetur. Cur autem id molestè ferret, hęc ratio fuit,quòd in nulla virtute se illis similem comperiret. Adeò verò, vt ipse asseruit,molestum id ei fuit, vt die sequenti fratres ipsum sic appellantes in Capitulo corrigēdos proclamare statueret. Nocte verò media sub solitis precibus suis stans apud Abbatis locum,vidit in medio chori ad gradus presbyterij virginem inenarrabilis pulchritudinis,regali schemate insignitam: eique duo assistebant dextra lęuaque formosissimi iuuenes, quos Angelos esse didicit, tantæ dominæ seruire paratos. Admirans autem visionis nouitatem, vnum Angelorum audiuit alteri sic dicentem: Cuinam desponsabimus hanc virginē? Respondit alter: Cui tandèm, nisi fratri hic præsenti? Tum alter,Veniat ergò, inquit. Vocatus, accessit sanè pudibundus. Postquàm autem vsque ad reginam peruenit, alter Angelus sic ei locutus est: Oportet hanc tibi illustrissimam puellam desponderi. Territus frater humilis & pudicus,indignitatem suam cœpit allegare,tantaque sponsa & sponsi quoque nomine se omninò proclamauit indignum. Cumque reluctando moras necteret,Angelus dexteram eius appræhendit manum, & manu sacratissimæ Virginis copulauit,& his verbis eam illi despondit: Hanc ego Virginem tibi trado sponsam,sicut fuit olim desponsata Ioseph,vt nomen sponsi pariter cum sponsa accipiat,& decætero Ioseph vociteris. Quis verò hîc vllas velit struere calumnias, si factum est, quod promisit Angelus, veri Dei verax nuncius? In omnem terram iam exiit sonus nominis huius, & in fines orbis terræ nomen Ioseph,quod ab Angelo vocatum est. Et hæc quidem nos ab eius ore accepimus, confirmatumque est illi hoc nomen etiam in alia quadam visione,quæ fuit eiusmodi: Nocte quadam post preces longas ad lectulum rediens, iamque dormitans,ad eum locum,in quo orauerat,sibi reuersus videbatur: respiciensque ad summam aram, vidit beatissimam Virginem,infantem speciosissimum inter vlnas gestantem. Cumque ab ea familiariter vocaretur,accessit ad eam, tactusque & tractus desiderio desiderabilis parnuli,& solita fiducia animatus, Da mihi,inquit,charissima filium tuum. Illa petentem nonnihil differens (puto, vt magis eius inflammaret desiderium) tandèm ei summè optatum porrexit infantem, aitque: Porta filium meum, sicut à sponso meo Ioseph portatus est in Aegyptum: vt sicut idem onus,ità etiam consimilem eius nominis honorem obtineas. Confirmatum est itaq; nomen Ioseph in nostro Ioseph,& vocabitur ei nomen nouum, quod os vniuersalis Dominæ nominauit. Monitus etiam à Domina & sponsa sua, nè deinceps ægrè ferret se Ioseph appellari,nomen honorificum sine onere pertulit: sicque iam in consuetudinem abijt,vt

Angelus ei nomen Iosephi imposuit.

Alia visio.

Redit in memoriam factum memorabile, quod lectoris moribus conformādis valdè conducat. Accidit iuuenem tanti profectūs, cuius conuersatio iam in cælis erat,& supra hominem, ex humana fragilitate aliquot diebus remissiori deuotionę debitum officium beatissimæ Virgini persoluere. Erat autē tepor ille tam exiguus, vt illum minimè sentiret,nec eum in se repræhenderet. Fuit eo tempore magna quorundam importunitas,qui monasteria & templa effringerent, & res precibus auferrēt. Solicitus igitur beatus Ioseph,nè in monasterio ipsius curæ commissos finistri aliquid eueniret, à precibus & laudibus Dominæ suæ se nonnihil subduxit,& monasterij aditus obseruauit. Non ferens autem beatissima Virgo deuotionem ergà se fidelis serui sui quacunque causa imminui, occurrit iuueni,non iam sibi,sed custodiæ monasterij vigilāti,formam præ se ferens vetulæ cuiusdam, fronte rugis deformata. Videns illam Ioseph,& non agnoscens,vehementer expauit pro-

Cap.22.

B. Virgo ei in forma vetulæ apparet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pter timores nocturnos,& exclamans ait: Quid est hoc? At illa: Ego sum custos huius monasterij,sicut multo iam tempore fui. Cognoscens ille vocem eius,cuius faciem non nouerat, Tùne es,inquit, ô rosa? Sic enim ex multa familiaritate, suppresso eius nomine, eam appellare solebat. Illa respondẽte, Ego sum: stupefactus Ioseph,Quid,inquit,sibi vult,quòd rugosæ anûs vultum sumpsisti? Respondit illa: Talis ego oculis appareo tuis,qualem me finxisti in animo tuo. Iam enim tibi vetula sum. Vbi est illa repræsentatio gaudiorum meorum? vbi salutationis angelicæ iucunda commemoratio? vbi ille deuotionis feruor? vbi cætera spiritalia exercitia,quæ mihi hactenùs obtulisti,quibus & ego tibi,& tu mihi iuuenis reddebaris? Nolo equidem,vt prætextu custodiendi monasterij intermittas seruitium meum, quandoquidem ego multò meliùs illud custodiam. Correctus iuuenis castigationē seuera,tantæ custodi curam monasterij deincèps decreuit committere,& tantæ quàm Dominam suam ad pristinam reuocare iuuentutem, eius commemorandis gaudijs,& angelicis salutationibus recitandis. Quibus illam certum est non mediocriter delectari,sicut ipsa indicauit Ioseph nostro, valdè ei commẽdans libellum quendam,à quodam admodùm religioso viro, primo Abbate Steinueldensi(Nam ante illum Prælati dicebantur Præpositi) compositum, in quo gaudia eius multis modis scripta habebantur.

Repræhendit eum ob prætermissas solitas preces.

Cap.23. Inter cætera charitatis insignia, quæ erga Ioseph suum mater beneficentissima multipliciter exhibere consueuit,hoc mirificum sanè refertur. Accidit aliquando, vt minùs cautè ingrediens,in faciem caderet,& duobus dentibus orbaretur. Quos quidem manu ferens,omni spe illos recuperandi amissa, ibat fortassis vt ablueret sanguinem ab ore manantem. At mater misericordiæ dolorem, pudorem & tantum detrimentum sui fidelissimi miserata, venit ei obuiàm, airque perquàm familiariter,dolenter tamen: Quid habes? At ille,Dentes, inquit, perdidi, cruciorque multo dolore. Tum illa,Da mihi,ait,dentes illos. Quos vt accepit ex manibus eius, reposuit in gingiuas cruentas,moxque fugit omnis dolor,nec vllum vulneris permansit in ore vestigium,dentesque suis locis fixi hæsêre.

Vide rem admirandã.

Cap.24. Multis id genus beatissimus iuuenis beneficijs affectus,& reuelationibus erectus,iam in virum spiritalem profecerat, ità vt cibis solidioribus,& pane filiorum & ipsis Dominicæ mensæ ferculis nutriendus esset. Illos ergò panes hordeaceos quos ipse noster paterfamiliâs in manus accipere (Tribulationẽ enim & dolorem

Esa.53. inuenit propter nos,& infirmitates nostras ipse portauit, & pro nobis doluit) non etiam benedicere dignatus est,nostro Ioseph vt filio dilecto copiosè impertiit gellis durioribus cædens illum,intùs quidem doloribus cordis,foris autem onibus corporis. Cùm enim appositissent ei scientiam cum charitate & zelo omnes quos nôsse poterat,& erga propriam atque etiam vniuersam Ecclesiam apposuit & dolorem, charitati & zelo exæquo respondentem. Porrò ex nimiis boribus & vigilijs,supra humanarum virium facultatem susceptis, adeò elanguit corpore, vt stomacho lassescente & deiecto, nullos posset cibos concoquere. Inde verò existentes vapores crudi, cerebrum iamdudùm vigilijs exhaustum tentârunt, ità vt penè perpetuis capitis doloribus cruciaretur. Quo factum est, ut ab omnibus absolutus functionibus,curandæ valetudini operam dare coactus fuit. Etsi autem corporis infirmitate laboraret vsque ad omnimodum defectum,magis tamen torquebatur animo,quòd solita officia præstare non posset: maximè cum ipse sibi huius imbecillitatis author fuisse diceretur, qui à multis sæpè admonitus noluisset immoderatis laboribus abstinere. Et posteà sanè ipse coram nobis immodicos repræhendit labores suos, monuitque vt nos laboribus nostris modum adhiberemus,seipsum nobis exemplum proponens. Et hæc quidem secùndùm minem ego dixerim. nam quòd ad diuinam prouidentiam attinet, puto equidem non temerè datum ei hunc stimulum carnis suę,quem beatus Augustinus etiam Apostolo quandam acutissimam infirmitatem intelligit, qua colaphizaretur puer,nè vt iuuenis superbiret, reuelationũ & magnitudine & multitudine tus. Nec miretur quisquam,nos interdùm in quasdam afflictiones & dolores dere culpa & immoderatione nostra,cùm id omnium moderator summa ratione accidere permittat.

Incidit in magnos capitis dolores.

Cur acciderit ei corporis magna imbecillitas.

Cap.25. Cùm autem die quodam Ioseph noster acrioribus vrgeretur dolorum stimulis, multorum sanctorum suffragia implorauit, nec tamen se sensit adiutũ, puto equi-

dem,vt ab ea suauiùs curaretur, cui se specialiùs deuouerat, immò quæ illum sibi specialiùs adoptârat. Venit igitur ad summum altare tortus & æger,viditque in ea residentem fœminam insignem,nec tamen agnouit. Putans autem mortalem esse,non parùm molestè tulit eam tali loco ausam residere. At illa se ei reuelans,vocauit eum ad se,aitque: Si me perindè vt alios sanctos inuocâsses,forsitan curâssem te. Tum ille agnoscens eam,quæ se iam aliquandiù celauerat, procidit coram illa, petijtque remedium. Illa verò dicente,Iam sanus esto: ab illo inueterato languore releuatus est,at solita tamen imbecillitate manente, quam ob tuendam humilitatem à magistro humilitatis accepit, solius mortis remedio curandam. Interim tamen nouimus eum ad aliquod tempus nõnunquàm mirabiliter fuisse sanatum, sed rursùs eo elapso tempore,ad feliciorem consuetudinem suam & panis quotidiani esum Domino vocante reuersum. Id autem multis annis iam ei in consuetudinem abierat,vt aduenientibus solennitatibus nouam semper afflictionem expectaret,nisi optimo dispensatori Deo visum esset diebus eas solennitates antecedentibus eiusmodi afflictiones inferre. Itaque crebrò nobis dicere solebat: Festa sunt mihi infesta. In ijs enim festis diebus tam acriter flagellari consueuit, vt in se ipsa sentiret impleri quod scriptum est, Dies festi vestri vertẽtur in luctum, mul-

Amos 8.

titudinem abierat,vt aduenientibus solennitatibus nouam semper afflictionem expectaret,nisi optimo dispensatori Deo visum esset diebus eas solennitates antecedentibus eiusmodi afflictiones inferre. Itaque crebrò nobis dicere solebat: Festa sunt mihi infesta. In ijs enim festis diebus tam acriter flagellari consueuit, vt in se ipsa sentiret impleri quod scriptum est, Dies festi vestri vertẽtur in luctum, mul-

In solennitatibus diuitius affligitur.

titudinem abierat,vt aduenientibus solennitatibus nouam semper afflictionem expectaret,nisi optimo dispensatori Deo visum esset diebus eas solennitates antecedentibus eiusmodi afflictiones inferre. Itaque crebrò nobis dicere solebat: Festa sunt mihi infesta. In ijs enim festis diebus tam acriter flagellari consueuit, vt in se ipsa sentiret impleri quod scriptum est, Dies festi vestri vertẽtur in luctum, mul-

Amos 8

Universidad de Deusto
Biblioteca

uolum id & commentitium videri, posse quenquam quantunuis magno ingenio sic auditam melodiam tam facilè & memoriæ & scripto commendare, illeve lens prorsùs satisfacere, admirationem meam maiori admiratione dissoluit. aiè enim: Quotiès me obliuiscì contigit cantûs illarum, vel aliter scribere, quàm audiuissem, illæ redibant iterùm atque iterùm, totiesque ea, quæ exciderant mihi, reperebant, donèc penitùs animo meo affigerentur. Solebat autem quædam eius historiæ verba cum melodia sua nobis crebrò referre, quæ sacræ virgines summa alacritate & iucundi tate, identidèm concinendo repetijssent, ità vt & ipse nobis ea referens, mira & oris & animi hilaritate perfusus cerneretur.

Cap.27. Sanctarum virginum reperiùtur reliquiæ.

Addo his duo miracula, quæ itidèm ab eius ore accepi. Accidit Dei nutu, vt aliquandò adesset, cùm preciosissimæ margaritæ, puto reliquiæ beatarum virginum inuenirentur. Repertum autē tunc fuit inter cætera, sed præ cæteris amabile corpusculum paruulæ virginis, cuius caput summo desiderio sibi vendicare cupiebat. Itaque ad Abbatissam eius loci se contulit, orans instantissimè caput illud sibi donari, sed repulsam passus est. Cumque sæpè suas repeteret preces, responsum est ei, si vellet alias eius sodalitatis reliquias, se multas impetraturum: illud verò corpusculum, atque caput eius nulla ratione sibi donatum iri. At molestè ferens se sicpelli, ad Dominum deprecandum se contulit. Petijt ergò, vt liceret sibi more suo in illo tēplo sacrosancta mysteria celebrare. Quod cùm permissum est, tanta apud Deū & sacras virgines deuotione institit, vt certior fieret se quod petierat adepturum. Ab altari indè recedens, Abbatissam adijt, quæ illud caput sacello proprio inferri iusserat, pro specialibus illud reliquijs habitura: iteratisque precibus suis coram illa, mirabiliter eam mutatā inuenit, ità vt vltrò iam offerret, quod antea obstinatè negauerat. Accepto igitur tam optato thesauro, nitidissimam ad nos margaritam attulit, nobisque gratulantibus eam Gertrudem, vt erat reuelatione edoctus, appellari indicauit.

Cap.28.

Sub idem tempus ad quandam bonæ deuotionis matronam salutandam venit Ioseph noster, in castello cōmorantem. Valdè enim amabat eam tum propter animi pietatem, tum propter humanitatis officia, quæ religiosis exhibebat. Allata autem eò fuerant duo capita beatarum virginum, quæ apud eam in scrinio seruabantur. Quod cùm, nescio quo casu, fuisset in terra positum, quidam præsente Ioseph nullam exhibens sacris reliquijs reuerentiam, super illud non timuit residere. Cōmens id amator sacratissimarum virginum, zelo incitatus, & vt ipse nobis iucundo spiritu commemorare solebat, totus indignationis igne incēsus, orabat vt talium virginum sanctarum contemptorem persequeretur, qualis olim inuasit impatio qui beatissimo Martino Episcopo noluit assurgere. Et eccè mox securus est effectus beati viri desiderium. Cœpit enim ardere cōtumax ille à posteriori corporis parte, qua sedebat. Itaque confestim exiliens, nesciuit vndè repentinus ille accidisset ardor: cognouit autem, cùm ei vir beatus causam exposuit, non tamen sibi, sed cratissimarum virginum meritis eam adscribens vindictam. Sed qualem, oro, nos ardorem sentiemus, qui nec sanctorum reliquijs, nec locis sacratis, immò nec ipsi Sancto sanctorum in templis reuerentiam præstamus, indignantibus nobis sanctis Angelis, qui illic adsunt? qui proculdubiò indignè ferunt, si nos videāt sacras aras vana cogitando, negligenter caput submittendo, Dominum nō orando & honorando præterire.

Vltio diuina in sacrarū reliquiarū contemptorem.

Cap.29.

Porrò Dominus seruū suum Ioseph quotidianis laborantem afflictionibus, tum per seipsum, tum per creaturas multis voluit cōsolari modis. Interim sic ei loquebatur intùs: Sufficit tibi gratia mea. nam virtus in infirmitate perficitur. Ille verò crebrò cogitabat de præmio, & quid suauitatis haberent cælestia, cupiebatque introire in sanctuarium Dei. Contigit tum ista cogitantem aliquandò stare ad fenestram, & ad Orientem respicere, vbi ortum lunæ & aliquot siderum, cælumque serenum potuit contueri. Cumque his contemplandis tota animi & corporis intentione vacaret, magna creaturarum delectatione, & eas integrè cognoscendi ardore correptus, ait ad Dominum: Da mihi Domine Deus tuarum notionem creaturarum, vt per eam ad te cognoscendum animus perfectiùs subleueretur. Sub his precibus miro quodam modo, & quem ipse explicare non potuit, extra se factus, acie valdè dilatata vidit pulchritudinem & magnitudinem cæli stellarumque siderum. Indè ad se reuersus, nihil aliud nobis retulit, nisi quòd ex hac peculiari

2. Cor. 12.

Mira eius visio.

creaturarum cognitione tam inæstimabilem percepisset delectationem, vt nullis possit verbis explicari.

Cap.30. Præsidet eçdem Engelberti Archiepiscopi Colonien sis.

Operæprecium fuerit etiam illud literis commēdare, quēadmodùm cædes eximij præsulis Coloniēsis Engelberti adeò lucrisenter ei reuelata fuit, vt etiam coporeis oculis eam intueretur, antequàm fieret. Nocte quadā, hebdomadibus plùs minùs quatuor ante hanc cædem, cæli, vt puto, serenitate ob eam, quam diximus, causam delectatus, sub dio stans in creaturarum specie contēplabatur creatorem. Ab eo enim tempore, quo eas per excessum mentis cognouerat, maiori animi pietate & delectatione creaturas intueri solebat. Cùm ergo ad Meridiē adspiceret lunarem globum pleno & inoffenso lumine fulgentem, ad Aquilonem se vertens, vidit aliam exoriri lunam, eamq; adeò luculentam, vt alterius lunæ quanuis pleni lumē propemodùm totum obscuraret. Eius igitur rei nouitate stans attonitus, vidit cælum stellatum à dextris aperiri, & inter hiatum illum & lunam recèns ortam, quæ iam ad cæli aditum sustolli videbatur, vidit effigiem gladij breuis, sed lati, quales sunt * Bauarorū enses. Quem cùm luna illa attigisset, in cælum pariter cum illo se recepit. At verò Ioseph non intelligens, quid hæc sibi vellent, nec tamen dubitans, quin aliquid magni portenderent, anxius ad lectulum redijt. Vbi cùm dormitare cœpisset, turbam quandam ædes, in quibus erat, prætereuntem sibi audire visus est, sæpiusq; alios alijs dicentes: Heu heu, Episcopus Engelbertus occisus est. (Alio loco sic habetur: Audiuit vocem apertè dicētem: Quod vidisti, mortem significat Engelberti Colonien sis Archiepiscopi, cuius anima è corpore egrediens, cum tanta luce, vt vidisti lunam illā, in cælū recipietur, & sic fulgebit coram Domino.) Tum ille coniecit quidem, quid sibi vellet visio sua, sed non ausus fuit ei fidem adhibere. dixit enim apud se: Quo nam modo vir tantæ gloriæ, tantæ potentiæ, tam multo semper fultus comitatu occidetur? Quòd si id fiat, quis credet virum totum mundo deditum, in tot prosperis successibus & delicijs viuentē, subitò coronari? Sed tamen paulò pòst vir tantus propinquorum gladijs peremptus est, pro quo nè caderet, alienos illi gladios potiùs in se excipere debuissent. Atque hac quidem visionis parte completa, vt semper sibi suspectus erat vir beatus, de martyrij adhuc gloria dubitabat. Itaque audiuit vocem dicentem sibi: Quandoquidem visioni veriss imæ fidei oculos aduertere noluisti, dolebis oculos, nec sanaberis, donec oculos cereos ad sepulcrum martyris offeras, & sic in teipso experiaris eius rei, de qua ambigis, veritatem. Mox Ioseph corripitur dolore oculorum non mediocri, & oblatis oculis cereis, ilicò curatur. Posteà comperit eo loco peremptū Episcopum, vbi visio hæc ei oblata fuit.

Oculi eius curantur, oblatis ocul. cereis ad sepulcrum Engelberti.

Cap 31.

Liber hic subnectere de gratia singulari, quam ei Deus annis aliquot ante decess. tum eius contulit in sacrosanctis Missarum mysterijs, omnibus anteactis temporibus inauditam. nec tamen ista scribimus, vt quis ea imitari velit, nisi sit talis, qualis hic vir fuit. Igitur Deo & hominibus dilectus Ioseph noster, licèt à principio ordinationis suæ singulari fuerit gratia in diuinis, maximè cùm cælesti patri vnicū imolaret filium: at tamen extremis vitæ suæ temporibus, annis non paucis, inaudito quodam modo illum visitauit Deus, ità vt sub secretis diuini mysterij singulis penè diebus mentis excessum pateretur, & stans planè immotus per horas plurimas, cunctis de se mirabile spectaculum exhiberet. Ea autem res multis magnam attulit offensionem, nō solùm extraneis, sed etiam fratribus, adeò vt vix quisquam ei sacrificanti inseruire vellet. Rogatus autem à quibusdam fratribus, vel desineret esse tam prolixus, vel causam tam inauditæ prolixitatis explicaret, non acquieuit. Rogabam & ego eum supplex, vt tantæ morę causas, non mihi, qui me scirem tanto mysterio prorsùs indignum, sed alicui ex fratribus, quos innocentia vitæ & animi puritas commendat, exponeret: sed non obtinui. Cumque animo commotus instarem, diceremque rem esse plenam periculi, si nullus esset tantorum secretorum conscius, illud tandèm ab illo responsum extorsi: Reuerà, inquit, non sum ausus hoc cuiquam reuelare secretum, vt qui & gratiam deuotionis sim amissurus, & grauissimas daturas pœnas. His auditis, statui ego deincèps ab homine admirando abstinere, nè forsan mea importunitate spiritum extinguerem. At alij quidam, ei magis familiares, explorare volentes quid in tanta mora faceret, stabant contra illum versis vultibus, cernebantque eum nec ore quicquam dicere, nec oculis vidēre. Nam tametsi apertis stabat oculis, non tamen cernebat illos. Post longum

Sub Missa mirabiles patitur mētis excessus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem interuallum tanquàm à somno euigilans, spiritum vehementer attraxit, & sic sacrosancta peregit mysteria. Puto autem viros religiosos facilè posse animaduertere, ad multa ardua & suauia contemplanda spiritum eius fuisse raptum, cùm omnes sensus corporis ità desereret, vt nullus suo officio fungeretur. Cogor hic lugere miseriam animæ meæ, meique similium, qui ad illa terrifica sacramenta adeò toti carnales accedimus, nihil spiritale, nihil cæleste, nihil diuinum meditantes, sapientes, intuentes, immò vix solam fidem, eamque heu nimis infirmam de diuinis sacramentis retinentes: creatoris, redemptoris & iudicis præsentiam non sentientes, nec præsentium angelorum officiosissima ministeria attendentes.

In eos, qui negligenter accedũt ad diuina sacramenta.

Cap.32. Fuit aliquandò per annos aliquot in monasterio virginum, cumque illic etiam tam esset sub sacrificio prolixus, non exiguum contra illum exortum est murmur, alijs dicentibus se laboris tempus amittere, alijs cereos absumi conquerentibus. Dolebat id seruo cuidam, qui beatum virum amabat satis familiariter. Itaque volens experiri is, num cerei absumerentur, die quodam milliarij vnius, quod duo vel tria Gallica continet milliaria, iter ingressurus, alterum ex cereis, qui ardere solebant in altari beato viro sacrificante, erantque pari longitudine, alicubi abscondit: cumque inchoaret Missam vir beatus, ille egressus est, & confecto itinere, expeditisque negocijs, domum reuersus inuenit contemplatorem nostrum etiamnùm sacro altari assistentem. Deindè perfecto officio cereum abscondit: tum cum illo, qui in Missa arserat, contulit, reperitque non tantum ex illo consumptum, quantum solet in aliorum sacrificijs. Ea re lætatus, vtrunque cereum ostendit virginibus, indicans quid fecisset, & diligenter eas admonens, nè decæterò contra Dei famulum murmurarent. Præclarum sanè miraculum, vt ignis oblitus vim virtutis suæ, eam in tam molli materia exercere non posset.

Obserua rẽ miram.

Cap.33. Puto hoc quoquè lectoris ædificationi aliquid profuturũ, si dicamus, quantam præstiterit reuerentiam sacramentis, quanto studio illa cõfecerit, tractârit, sumpserit, quo timore & tremore vasa omnia, & alia ad sacrum ministerium pertinentia cõtrectârit. Verebatur ille modò se nimium miscuisse aquæ cum vino, modò guttulas quasdam seperatim calici inhæsisse: nunc vel tangenda sacra hostia, vel etiam frangenda aliquas minutissimas particulas digitis adhæsisse: nunc se sumendo sanctiam, ante ablutionem se aliquid tetigisse, & super omnia, se ea, qua par erat, charistiam illas particulas anhelitu suo à patena eiecisse: nunc sumendo sanguinem quippiam distillâsse, aut in calice remansisse non satis accuratè deterfum: modò verò illam corporalis partem, cui hostia imponitur, vel digitis, vel alia parte corporalis se attigisse: modò illis articulis digitorum, quibus sacram contrectârat, omnia opera mea. Ea ergò reuerentia, quam summam adhibuit sacramẽtis, in ea fuit, vt omnia tractim perageret, corpus Dominicum, perindè acsi pati posset, & eleuaret & deponeret, & omnes corporis gestus admodùm reuereter componeret. Vngues digitorum, quibus sacra hostia contrectatur, & superioris digitorum pilos ori proximos, forfice solebat præcidere, & ob sacramenti reuerentiã conseruare apud se, indignum censens illa pedibus conculcari, quæ ex frequenti ministerio corporis contactu nobilitata essent. Nec tamen hoc scribimus, vt trahi debeat in exemplum, quod tota Ecclesia non obseruat: sed vt beati viri erga sacramenta eximiam reuerentiam declaremus.

Piarũ mentium est, ibi etiam culpã timere, vbi non est culpa.

Iob 9.

Cap.34. Hoc etiam, quod in seruo Dei naturæ metas excessisse videtur, silentio præterire non possum, quòd cùm adeò imbecillis esset viribus, vt neque stare diù, neque ire nare posset, quin extremè deficeret, tamen altaris ministerio occupatus, & stare diutissimè, & ieiunus permanere potuit. Contigit aliquandò, cùm apud tales essem, quorum deuotione lætabatur, vt per aliquot dies ex alacritate spiritus tantum corporis sentiret robur, vt nec ieiunium ei molestiam afferret, nec sine magno culo etiam corporaliter laboraret. Nouerat enim parare horologia, qua cum etiam nonnunquàm ad alia monasteria vocabatur, vt vel noua horologia conficeret, vbi non erant, vel vitiata corrigeret. Id quod ille tanta iucunditate faciebat, vt eius præsentia non solùm nulli onerosa, sed omnibus gratissima foret. Adeò enim omnium se moribus & consuetudini accommodare sciebat, vt quamuis inter perfectos sapientiam loqueretur, tamen cùm esset cum pueris, quasi ex

Res stupenda sanè.

exillis existimaretur ab eis. Has corporis vires nouimus ei datas interdùm, cùm ad meditandum vel scribendum aliquid spirituale, cui singulari deuotione & gratia affectus esset, studium applicaret, ità vt nonnunquàm vsque ad meridiem, crebrò vsque ad vesperam & crepusculum ieiunium protraheret. Atque tum etiam, fratribus cum compellentibus, vt fragili corpusculo indulgeret, sepè vno pulmento, maximè autem pultibus contentus erat.

Vires dãtur ei diuinitùs.

Venio nunc ad visiones & reuelationes Domini, quæ alijs nobis notis hominibus, vitæ sanctitate probatis, de beato viro factæ sunt, vt etiam aliundè habeat testimonium veritatis. Fuit in monasterio nobis vicino virgo sancta ordinis Cisterciensis, lumen & decus nostri temporis, cuius testimoninm tanto plus apud me ponderis habet, quãto ego eam familiarius noui: nec de illo quisquam ambiget, qui legerit vitam eius virginis, primò quidem à nostro Ioseph conscriptam, sed posteà à me redactam in compendium, nè quis eius prolixitatem forsitan fastidiret. Obijt autem aliquandò apud nos, ecclesiæ nostræ simplex frater, sacerdotio initiatus, bonum habens à fratribus testimonium. Pro cuius anima hæc virgo Domino multas obtulit preces, petijtque sibi certò reuelari, quo statu res eius essent. Post aliquot dies apparuit oranti illi defunctus, & de sua salute certiorem eam reddidit. Ait autem virgo ad illum: Oro, dicas mihi, cuius apud Deum meriti est Ioseph? Respondit ille: Ob virtutes eximias magni Ioseph est meriti. Scire enim debes, illum humilitate, patientia, charitate & obedientia omnes antecellere. Id cùm posteà indicarum esset Ioseph, vt ego ab eius ore accepi, ità ait: Hactenùs quidem reuelationibus Elizabeth (sic enim vocabatur virgo) fidem adhibui: at nunc timere compellor eam esse deceptam, cui talia de omnium mortaliũ nouissimo, prorsusque inutili, & qui pane, quo vescitur, dignus non sit, reuelata sint. Huiusmodi verbis spretum despicere, & apud nos quod erat dissimulare solebat, nè præclarè de illo sentiretur hominum laudes deuitare volens.

Testimonium de excellẽtia beati viri.

Nota eius modestiam.

Cap.35.

Aliam quoquè visionem eadem virgo de Ioseph habuit, quam illa suo mihi ore narrauit. Cùm appropinquaret tempus resolutionis eius, mihi sanè lamentabile, vt quem illa precibus & lachrymis suis ab omni aduersitate protegere, & in rebus dubijs certum efficere consueuerat, Angelus Domini ait ad eam: Præpara te, breuì enim iinra es. Sciens illa, quid diceret, quippè quæ ea causa Dominum multo tempore summa instantia esset deprecata, Et quãdò, inquit, itura sum? Illo respondente, quòd admodùm breuì, subiecit virgo: Itáne prior ego decessura sum, quàm Ioseph? Respondit Angelus: Tu quidem illum antecedes, sed ille non multò post te sequetur. Tum illa, Dic mihi, inquit, quis vir est iste Ioseph? Respondit Angelus: Magnus planè est, & cui in ecclesia Steinueldensi nullus par sit. Illa commemorante fratres bonæ existimationis, qui tum erant apud Steinueldenses, sciscitanteque illum illos omnes excelleret Ioseph, dixit Angelus: Hi quidem admodùm boni sint, sed nihil ad Ioseph. & quadam vocis contentione & seueritate vtẽs, subiecit: Nemo par est Ioseph. Scias enim certissimè, Ioseph castitate & puritate animi & corporis, humilitate perfecta, charitate summa, & patientiæ longanimitate præcellere vniuersos. multaque alia de eius virtutibus adiecit. Cùm autem extremam visionem famulæ Dei, præsente Ioseph, mœstissimus adhibuissem, omnibus sepositis, mihi soli dixit: Iam non multa deincèps tecum loquar: scio enim certissimè impletum iri, quod à Domino per Angelum didici, & ardenter concupiui. Itaque sub his extremis colloquijs nostris Ioseph tuæ charitati cõmendo, teque commoneo diligenter, vt modis omnibus caueas illum vnquàm vel verbo vel facto perturbare. Infirmitati corporis eius humaniter subueni, & quibus potes modis ei opitulare, id pro compertissimo habens, quòd nemo illum impunè exacerbauit etiam in hac vita, vt nihil dicam de futura, vbi pœnas dabit sempiternas, nisi egerit pœnitentiam. Nam & meipsam sentio hìc diutiùs torqueri, quòd aliquotiès turbauerim eum.

Aliud testimoniũ sanctitatis eius

Cap.36.

Sed quia virtutum beati viri mentio facta est, in quibus totius sanctitatis vis & summa consistit, operæprecium fuerit singulatim virtutum signa, quæ ipsi & vidimus & audiuimus, explicare. Castitas quidem post acceptam à baptismo vestem albam & immaculatam, tam in illo perfecta fuit, vt gemma virginum, castitatis lilium, pudicitiæ titulus, vas electum continentiæ, agnus innocens, & virgo virginum nostri temporis iure potuerit appellari. Virgo fuit cunctis sensibus suis, & quãtùm per-

Cap.37.

Eius eximia virginitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

perpendere licuit, in hac virtute noſtram vltra modum frágilitatem exceſſit. Si enim fuiſſet opus, etiam in diuinis deuotarum fœminarum, vti virorum, miniſterio vtebatur. Non ego hîc miniſterium fœminarum, quantumcunquè ſanctarum, ſacerdoti miniſtrantium commendo, ſed oculos ſacerdotis lacte lotos, ità repletos & abſorptos à ſpiritu, vt non diſcernerent mulierem à viro, aut ſi diſcernerent, nihil per adſpectum in cor puriſſimũ humanæ fragilitatis irrepſiſſe, quid ni commendem? Ad dam maius aliquid. Volens aliquandò meridie ſomnum in lectulo cape re vir caſtiſſimus, in eo lecto cubauit, in quo iam fœmina dormiens iacebat. Quæ cùm illo dormiẽte eſſet expergefacta, viſo viro, expauit, erubuit, auſugit. Nec hîc ego commendo virum in eodem lecto cum muliere cubantem, ſed virum ſpiritalem, mulieris præſentiam non ſentientem.

Cap.38. Humilitas eius inſignis. Matth.11.

Humilitatem autem illius quomodò pro dignitate prædicabimus? Cuius ille præ cunctis virtutibus ſtudioſiſſimus fuit, audiensque Chriſtum dicentem, Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde: tanquàm verus veri magiſtri diſcipulus, corde, voce, geſtu, habitu, agendo, patiendo eam expreſſit, adeoque hæc in illo virtus eminuit, vt cùm omnes cunctis virtutibus ſuperaret, humilitate cæteras in ſeipſo virtutes & humanum modum excederet. Facilè hoc perſuaderi illi poſſet, qui vocem modumque loquentis audiſſet, & quàm promptus ille fuerit accuſator ſui, aliorum excuſator, quàm verecundus repræhenſor, vbi poſceret neceſſitas. Nunquàm iactabat ille bona ſua, aliorum ſemper prædicabat. Si quandò in faciem laudatus eſſet, illam laudem miris modis ità nouerat eludere, vt nonnunquàm etiam id, quod vidiſſemus & audiuiſſemus, adeò nobis excuteret, vt illi virtutẽ ineſſe vix crederemus. Quotiès autem apud nos ſui faciebat mentionem, ſe opprobrium hominum, & abiectionem plebis, ſe numerum tantùm & fruges conſumere natum,

Geſtus eius. pomum ſylueſtre putridum, omniumque onus appellabat. Geſtus omnium membrorum eius ſimpliciſſimi erant, vt nihil in eis inſolens, aut quod ſingularitatẽ præ ſe ferret, conſpiceretur. Compungor, frater chariſſime, dum te contẽplor oculis cordis mei, lugeoq; tam me tuî diſſimilẽ. Caput tuum humiliter ſubmiſſum erat, oculi tui planè columbarum, nihil noxiũ afferẽtes in domicilium cordis tui. Gestus tuæ, inſtàr turturis, humilitate depreſſæ, virginei pudoris verecũdia rubicundæ. Incеſſus pedũ tuorum moderatus & ſimplex, nihil omninò vel ſuperbiæ, vel leuitatis admittens. Si quẽ ſibi offenſum putaret, ſine perſonarũ acceptione facilimè ſe ad

Veſtes eius. petẽdam veniã in genua ſubmittebat, voce humilima ſibi ignoſci petẽs. Veſtes eius nec delicatę, nec ſordidæ, tametsi ad ſordes propẽſior videbatur. Multis annis quos vidimus eum nouo vtentẽ cucullo, quod tamen ille non humilitati, ſed immunditiæ corporis tribuere ſolebat, aſſerẽs ſe noua veſtimenta propter pondus ferre non poſſe. Quod etsi verum erat, maximè tamẽ humilitate id illum feciſſe manifeſtum. Nouis tunicis aliquandò vſus fuit, ſed ſæpiùs & libentiùs vetuſtis, quæ ſordes haberent manicas. Veſtem pelliceam, qua ſolebat vti diutiſſimè, ſuis interdùm hominibus pãno laneo æquè vetuſto ſarcire ſolebat: cumq; frater ei familiaris id reprehenderet, aiebat: Ego meliori dignus non ſum.

Calcei. Calcei eius nulla erant arte compacti, plerunq; veteres, & quibus alij iam vſi eſſent: in quibus ſi quid ſuperbũ in anteriori parte ineſſet, ad lignum vel lapidẽ eos allidebat. In cunctis eius actibus nihil erat, quod cuiuſquã boni hominis oculos offenderet, quippè è quibus ſanctitas reluceret. Totus ille ſibi ex animo vilu erat, & quod apud ſe intùs erat in dicio ſuo, foris etiam alijs oſtendebat.

Cupit vilis haberi. Qua igitur ratione laudem ab alijs expeteret, cùm ea ipſe ſibi negaret? Immò verò non ſolùm non laudari ille volebat, ſed etiam vilipendi cupiebat, quod equidẽ certo declarabo exemplo. Eunti illi aliquandò occurrit: quẽ ille ſalutans, flexis genibus ſic orauit: Quæſo vt facias id, quod petiturus ſum abs te. Illo reſpondente ſe id libenter facturum, adiecit: Cede obſecro maxillam meam. Territus ruſticus re inſolente, quæſiuit cur id peteret. Reſpondit ille: Dignus planè ſum, qui cædar in facie, cùm ſim putre cadauer. Hoc quidem ruſticus narrauit vni ex ſacerdotibus noſtris. Quod vbi nos reſciuimus, factum vt ſtulti propter Chriſtum, ſed prudentis in Chriſto, ægrè tulimus, non id humilitatis, ſicuti oportuit, ſed ſtultitiæ eius adſcribentes. Igitur repræhenſus eſt à nobis, atque vt in viam nos reduceret, Et quo alio, inquit, dignus ſum impurum cadauer, quàm vt cædar in faciem? Docuit ea nos, doceat & lectorem plena humilitatis reſpon-

ſio, quid de ſeipſo vir beatus ſentiret, nec auſi ſimus dicere ſtultitiam, vbi fatuitas

humilitatis ſapientia apparet, maximè quandò perfecta humilitas abſque ſtultitiæ nota in eorum oculis, qui humanam venantur gloriam, aut vix, aut ne vix quidem ſeruari poteſt. Huiuſmodi autem factis penè apud omnes, qui illum nouerant, adeò vilescit. Vilescit autem ſanctus haberi, cùm eſſet humilimus omnium, quorum nos notitiam habemus, non ſolùm coram hominibus, qui falli poſſunt, ſed etiam coram facie tua Domine Ieſu, qui falli non potes. Vilescit apud mul. ob id licèt ſanctiſſimus.

Laudemus porrò charitatem eius, quę omnium radix eſt virtutum, ſine qua non poteſt virtus vlla meritò appellari. In hac virtutũ radice omnes virtutes ſuas plantauerat Ioſeph noſter. Dilexit ille re vera Deum, dilectus Deo, propter quem corporis voluptatem caſtitate, mundi gloriam humilitate calcauit: propter cuius verba labiorum vias duriſſimas cuſtodiuit, ingrediẽs per anguſtam portam humilitatis, paupertatis, laborum & dolorum: nec tamen vel ob contemptam voluptatem, vel ob quamlibet toleratam afflictionem aliud expetiuit præmium, nisi vt faciem videret tuam Domine Ieſu. Tibi, tibi ſoli dixit cor eius, charitate tua vulnerato: Exquiſiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram. O quotiès & quàm ab imo ductis pectore gemitibus etiam nobis præſentibus te ſuſpirabat bone Ieſu? quàm dolebat miſeria miſerabilis Babylonis huius, & abſentia vultûs tui? Adeò verò etiam proximi charitate feruebat, vt probè nõſſet & gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Intantùm ille tum corpore tum animo afflictis condolebat, vt mitiſſimum & benigniſſimum cor eius, omnium mœſtorũ, infirmorum, & qualibet miſeria laborantium communis quædam domus hoſpitalis videretur. Vidi ego aliquandò, cùm fratres quidam ſuas ei tentationes & moleſtias exponerent, tanta illum commiſeratione affici, vt & vultus concideret, & manifeſta cum cordis defectio occuparet. Quibuſcunque potuit modis, condolendo, conſolando, orando, afflictorum portauit onera, vt legem Chriſti, quæ charitas eſt, adimpleret. Dederat illi Dominus gratiam bonam, & linguam eruditam, vt ſciret ſuſtentare verbo eos, qui lapſi fuerant, & quorum veſtigia nutabant: atque ex his, quæ paſſus erat & quotidiè patiebatur, afflictis omnibus omnia ſe facere nouerat, tum à ſancto ſpiritu, tum ab experientia in omnibus inſtitutus: nec quenquam, charitate impellente, à ſe alienum aut extraneum reputabat.

Cap.39. Sublimis charitas eius. Commiſeratio erga afflictos.

Vt verò ad eius quoquè patientiam veniamus, crucem ſuam tãquàm ex duobus compactam lignis, externa afflictione & interno dolore, quotidiè ferebat, inſiſtens in veſtigijs Domini ſui. Videbatur flagellis & verberibus vndiquè cinctus vir miræ innocentiæ, vt omni ex parte eius patientia exerceretur. Multigena ei Dominus flagella adhibuit, vt omnigenis poſteà in cælo gaudijs afficeretur. Multis, & quotidianis, ac penè cõtinuis vexabatur morbis, debilitate ſtomachi, doloribus capitis, defectione cordis creberrima: dẽptis alijs ſæpè ſuperueniẽtibus ægritudinibus. Afflixit etiam eum Dominus, non permittẽdo, vt corporis cõmodis, cibo, potu, equo aliquò profecturus, molli ſtrato vteretur: ità vt ſæpè eſuriret & ſitiret, nec tamen liceret ei ſumere cibum illum & potum, quem experebat. Erat ſanè omnibus non mediocri admirationi, quòd viderent eum fame & ſiti laborare, nec tamen capere cibum & potum, quem ordo ſiue inſtitutum permittebat. Interdùm fatigatum illum ex labore, extra monaſterium agentem, amici eius molliori lectulo fouere volebant, ſed ille reiecto lectulo benè compoſito, in ſolis ſtraminibus debilis cubabat. Rogatus quandoquè, quid cauſæ eſſet, quòd cibos lautiores & lectos molles tam imbecillus corpore non admitteret, paucis reſpondebat: Ieſus prohibuit. vel: Ieſus non permittit. Equo vel curru annis propè duodecim vſus non fuit, neque in nine, neque in pluuia, non in æſtu aut frigore, ſed quanuis difficilia itinera pedes conficiebat, exiguo ſcipione imbecillia membra ſuſtentans. Feciſſe autem id cum voluntate diuina, eiuſmodi exemplo didicimus. Ibat aliquandò ad chortes ecclęſiæ noſtræ, aſſumpto fratre, ei valdè familiari. Habebant autem duo vnum dunraxat equum, quem manibus ducebant. Cumque paululùm progreſſi eſſent, ait Ioſeph: Vix poſſum vltrà progredi, adeò laſſus ſum. Hortãte eum fratre, vt equum aſcenderet, reſpondit: Non poſſum. At tamen fratre importunè vrgente, tandèm equum aſcendit: ſed paulò pòſt tam grauiter equus offendit, vt ægrè poſſet à caſu ſe tueri. Itaque ait fratri: Nõnne dixi tibi, non poſſe me equo ſubuehi? Tum frater, Queſo, inquit, denuò tentemus. Aſcendit Ioſeph, ſed equus mulrò etiam

Cap.40. Excellens patientia.

Morbi varij affligunt eum.

Cur nihil ſibi indulgere voluerit etiam valdè imbecillus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

am grauiùs impegit, ità vt fratri diceret Ioseph: Sine me ab equo descendere, nè deteriùs corruam. Admirans frater, & tamen quid ageretur ignorãs, Etiam tértiò, ait, in nomine Domini periculum faciamus. Ego sustentabo te, nè possis ex casu detrimentum accipere. Vix ille verba finierat, & cùm equus vellet procedere, ruit, corruit, & sessor, licèt fratre sustentante, vix illæsus cuasit. Tum frater cernens fore tiès voto frustrari suo, obnixè rogauit eum, vt quid sibi hoc vellet, explicaret. Et Ioseph, Crede mihi, inquit: Dominus Iesus prohibuit. Alioquì putas me non perindè vt alios, vsurũ cibo, potu, equo, nisì Dominus vetuisset? Illo ergò iubente, hos ego peculiariter sustineo labores. Sic ille ad mortem vsque Domini Iesu fuit confitetus legibus, vt eius exemplo nec equis, nec curribus veheretur. Interìm verò non deerant præter alios, etiam quidam in fratribus, qui per contumeliam ei obijcerẽt, quòd sæpè posset comedere, nec tamen laborare: non attendentes stolidi, omnis laborem molestius id ei accidere, quòd non posset laborare: & quauis inedia aceruus, quòd ieiunare nequiret, Domino illi etiam in Quadragesima non parcente, vt vel tunc posset cum pueris alternis diebus ieiunare. Porrò etiam teterrimus satan quantum potuit molestus ei fuit, modò in corui, modò in felis specie ei oranti apparens, nunc cucullo à tergo eum trahens, vt à precibus eum impediret, aut certè improuiso metu concuteret, quem aliter ad assentiendum suæ malitiæ permouere nequiuit. Exercebatur quotidiè in his alijsque multis fortissimi athletæ patientia, & vtroque homine dimicans, cælestis præmij coronas sibi texebat.

Infestus ei est malignus dæmon.

Cap. 41. Liber iam aliam suprà dictæ Christi ancillæ de nostro Ioseph exhibitam reuelationem subiungere, summam sanctitatis eius laudem hauddubiè continentem. Cùm ecclesia Steinueldensis magnis quateretur aduersitatibus, & à solo Deo effectũdum remedium, virgo hæc Elizabeth (quæ propter spirituales amicos, quos in ea habebat, non minùs quàm propriam ecclesiam eam diligebat) cœpit eius perturbatæ causam in se recipere, & neque nocte neque die à precibus & lachrymis cessare. Expertus loquor. Fuit ea virginis Christi consuetudo, vt quotiès pro aliqua Dominum deprecari cœpisset, non desineret, donèc certam ab eo consolationem obtineret. Instanti itaque precibus & lachrymis multis, apparuit ipsi mœrentium consolator, aitque ad eam: Quid ità pro ecclesia Steinueldensi clamas? Laudatur à Deo. me? Putas ne illius me oblitum? Certissimè noueris, in ea iam germinare lilium quod te quoquè dignitate præcellet: quod quandiù fuerit in ea ecclesia, illa, ire non poterit. Hoc lilio quem Dominus significare voluerit, satis declarantibra miracula, quibus Ioseph nostrum extulit non solùm vltra omnes fratres, sed etiam supra ancillam hanc suam, virginem egregiam, ità vt in omnes fines

Cap. 42. Adiungimus huic aliud alterius Elizabeth, virginis non minùs sanctæ testimonium. Celebrabat aliquandò sacerdos eximius Ioseph noster sacrosancta mysteria asperrima quidem hyeme, sed solita prolixitate & suauitate. Sub Canone autem manibus eleuatis, nec tamen sentiebat acerrimum frigus, quod alijs locis & ribus magnam ei molestia afferre solebat. Adeò erat extra se raptus, vt sensuporei suis destituti essent officijs, oculi nil cernerent, aures nil audirent, manus sensiles essent. Adfuit tunc hæc virgo optimæ existimationis, purissimæ simplicitatis & castitatis eximiæ, maximeque admirabatur sacerdotem Domini tam longo temporis spatio illo immani frigore nihil affici. Tum verò Dominus aperuit oculos admirantis, & maiori miraculo admirationem eius absoluit. Vidit enim Dominum Iesum ex vna parte, & beatissimam matrem eius ab altera adstare sacerdoti nostro, eique ceu charissimo ministro sua exhibere ministeria, Domino Iesu nente manum eius dextram, sinistram sanctissima matre eius, coq; contactu virginque manum calefaciente, frigusque temperante. Ità factum est, vt tot horis hanc debilis in tanto duraret frigore, (quod alioquì ferre non potuisset) nec ignis admoueret, nec vel contrahendis digitis, vel aliquo signo se frigere indicaret. mò nec peractis mysterijs in manibus algoris extaret signum aliquod. Itaque reuelatione id patefactum non esset, satis hinc constaret Dominum Iesum, que sanctissimam matrem eius, illi adfuisse, eiusque digitos calefecisse. Perfectis dè sacris Missarum solennijs in feruore cordis & corporis refrigerio, ad angelicum sacerdotem virgo illa sancta accessit, eique quid vidisset indicauit. At ille, vt semper humanæ laudis auram prudentissimè declinare solebat, Ego hoc, inquit, vi-

Visio cuiusdam sanctæ virginis.

vidi: sed cùm non sentirem frigus, cogitaui posse id fieri. Adijciam aliud isto non inferius, quod à teste fide digno & celebris famæ accepimus. Visa fuit aliquandò beatissima Virgo & mater Domini suo ministro cum aureo calice, in cuius medio erat crux aurea, adstare, cùm eius vnicum filium in matris honorem Deo patri offerret, & tandèm ducto sacerdotis pectore vnà cum cruce & calice in illud se recipere. Nec sanè apud me magnam habet admirationem, eam in illud pectus visam fuisse introire, in quo dilectionis affectu & iugi commemoratione perpetuò retinebatur. Visio cuiusdam.

Volo iam aliud dictæ virgini & nostro Ioseph commune referre miraculum, Cap. 43.
nobis vtriusque testimonio compertum. Percusserat Dominus seruum suũ, immò prædilectum filium, morbo & graui & diuturno, ità vt omnibus omninò ad mortem tendere videretur. Venit igitur virgo Christi, vt suum visitaret infirmũ, quem fortiter amabat, vt extremum vale diceret morituro. Decumbebat ille tunc, Deo sic disponẽte, in quodam castello, vbi Dei famulis vtriusque sexûs liceret ad illum accedere. Veniens autem Christi virgo, amicum quidem languentem humanitùs miserata est, sed multò plùs doluit & ingemuit nõ sibi licere præcedere, aut saltem comitari ad dilectum Dominum proficiscentem. Collecto igitur spiritu, credens Domini misericordia etiam eum, cuius iam desperata vita esset, posse ab ipso mortis aditu reuocari, orauit Dominum Iesum instantissimè, vt seruaret vitam iam à vita abeunti. Tandèm illi sic oranti, & in precibus vigilanti Dominus apparuit, dicens: Audiui preces tuas, & propter te vitæ eius quinque adieci annos. At illa: Si exaudisti, inquit, preces meas, quæso Domine, vt nõ quinque, sed duodecim annos addas vitæ illius. Quantulum enim sunt quinque anni? Equidem his contẽta non sum. Dominus verò, nolens contristare delicatæ filiæ spiritum, Eccè, ait, do illi annos nouem. nam duodecim annis haud quaquàm volo illum hîc permanere. Illa nihil dubitans de visionis veritate, infirmo Ioseph eam exposuit, alijsque planè diuersum sentientibus, dixit non iam moriturum Ioseph. & sic etiam re ipsa euenit, cum ille decrescente illo contra omnium expectationem, & tot annis, quot dixerat Dominus, nobiscum in hac vita durante. Diuinitùs adduntur grauiter decumbenti nouem anni vitæ.

Et quia in virginis huius mentionem incidi, quo fine hinc exierit, paucis anno- Cap. 44.
tabo. id enim pertinet ad commendationem nostri Ioseph. Beata hæc virgo sponsi sui præsentiam ardenter suspirans, sine intermissione summoperè rogabat eum, vt ante Ioseph emigrare ipsi liceret ex hac vita. Non despexit Dominus preces ancillæ suæ: præstititque ei quod volebat. Qua autem hora illa spiritum reddidit, beatus Ioseph Missarum solennia agebat, nihil comperti habens de obitu illius. Et eccè inter ipsa sacrosancta mysteria adsunt angeli, eique sanctæ virginis animam exhibent, ainntque eam à corpore discessisse. Et ille quidem contristatus eius decessu, sed præsentia exhibita exhilaratus, completo Missæ ministerio, omnibus qui adessent virginis obitum denunciauit, familiaribus secretè exponens, vndè eum ipse comperisset. Sub Missa videt animã sanctæ virginis.

Fecit aliquandò Ioseph noster iuxta altare, habens in manu sua librum altari Cap. 45.
impositum, quem meditabundus legebat. Eadem hora quidam nostræ ecclesiæ frater conuersus, quem diligebat Ioseph, superuenit, respiciensque Ioseph stantem, vidit vultum eius instàr Angeli luculentum, & verticem capitis eius similem carbonibus ignitis & ardentibus lampadibus. Testimonium hoc omni exceptione maius est propter viri simplicitatem & innocentiam, & nos scimus illud verum esse. Interim cogitemus nos quoàd possumus, quale Domino holocaustum per id tempus fuerit spiritus Ioseph, quanto eum igne intùs inflammârit spiritus sanctus, quandò foris etiam in corpore tantus ardor apparuit. Habemus & alterius fratris testimonium: sed mihi priùs dicendum est, quod ipsius Ioseph relatione mihi compertum est. Cœperat exponere Cantica canticorum, mirantibus nobis, & cum intra, tum inter nos aut temeritatem aut simplicitatem eius valdè reprehendentibus. Permulti enim necdùm noueramus, vitam & actus eius aut ipsius Domini Iesu, aut beatissimæ matris eius institutione in omnibus dirigi. Cùm autem aliquandò oblata occasione de hac re familiariter cum eo conferrem, ille non habens quo se excusaret, coactus est dicere id quod erat. Ait igitur: Non ego vel temeritate vel simplicitate deceptus, quasì ignorem quantam ingenij vim hoc opus reposcat, illud suscepi, sed matre Domini me adhortante. At ego sermone Visio cuiusdam fratris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam breui, licèt vero, minimè contentus, modum reuelationis accuratiùs inquisi-
In visione iuberur exponere Cantica canticorum. ui. Tum ille: Videbam, inquit, matrem Domini ferentem manibus elegantem & amplam scutellam, in cuius fundo parum erat olei. Arridēs autem illa mihi blandissimè, sic ait: Exiguum hoc oleum tibi exhauriendum relictum est: mox id clariùs exponens, adiecit: Quandoquidem Cantici canticorum liber multorum expositionibus penè exhaustus est, hoc parum, quod instàr olei huius superest, tu ad meî commendationem exhaurire debebis. Tantæ ergò Virginis adhortatione & authoritate fretus, laborem mihi intolerabilem suscepi, malens hominum ignorantiæ, quàm matri Domini displicere.

Cap.46. Subijciendum hîc est testimonium aliud, quod difficilè quidem credi possit, sed non vnius est duntaxàt. Aggressus Ioseph exponere Cantica canticorū in persona matris Dei, in locum solitarium secessit, vbi nec clamantium strepitu impediretur, nec facilè ab alijs inuiseretur. Ibi ille sæpissimè, quotidianæ infirmitatis suæ obli-
Vide lector admiratiõe digna. tus, tanta spiritus vehementia rapiebatur, tanta contemplationis dulcedine inebriabatur, vsque adeò scripturæ, quam tractabat, nectare inebriabatur, vt miseri corporis culi prorsùs immemor, cœnæ vel prandij horam, quam anxius cum puerulis prauenire solebat, aut non cogitaret, aut ignoraret omninò. Tædio nonnunquàm affecti fratres, qui refectorio ministrabant, cùm etiam ad secundam inseruientium mensam non veniret, ibant ad locum solitudinis, vbi illum manere cognouerāt, & eum non inuenientes, vel potiùs præsentē non videtes, nimia expectatione perturbati, verbis durioribus inculpabant eum, putantes eum ibi non esse, recedebantq; indignabũdi. Quos ille suo tẽpore subsecutus, cùm venisset ad eos, ordine eis commemorauit ea quæ dixerant, monuitque blanditer animi commotiones compescere, & à verbis incompositis abstinere, si iram Domini Iesu & matris eius cuitare vellent. At illi nimia admiratione affecti, Vndè, inquiunt, fermones nostros & tuos, mi commotionem scire potuisti, cùm te illic præsentem non viderimus? Ille verò, vt eos certiores efficeret, respõdit: Ego verba vestra non ab alio didici, sed hîc meis auribus accepi, à quibus oro, vt deinceps abstineatis.

Cap.47. Nec id semèl contigit, vt præsens à præsentibus nõ cerneretur. Deuotione fratrum qui refectorio seruiebat, & familiaritate fretus, in ipso refectorio locum libi de-
Licèt præsens, tamen nõ videtur. gerat, vbi à prandio æstate, & à cœna hyeme toto penè die potuit contemplationi & lectioni vacare. Ibi nonnunquàm ab illo fratre & intrante, & exeunte, & tamen claudente visus non fuit, ità vt intrans ille summoperè miraretur, se non intuitum quem illic reliquerat: rursúsque reuertens non minùs stuperet se eum ibi esse, quem se putabat illic neutiquàm reliquisse. Ostium enim illud sic claudebatur, vt ab eo, qui intùs esset, aperiri nõ posset, nè quis putet eum fratre ignorāter exiuisse di & ingredi potuisse. Vndè etiam aliquandò exiturus frater, & ianuam claudens, cùm eum non videret, & tamen fieri posse existimaret, vt esset illic, sicut hieri & diustertiùs, aperta voce dicebat: Si hîc ades, ô Ioseph, manifestũ te exhibe, nec clauso ostio exire non possis. Tacente Ioseph, frater iam clauem feræ inserebat. Tum Ioseph exclamans, Noli, inquit, claudere. iam enim tecum egrediar. At ille vehementer admirans, Si te, ait, me egrediente posthàc non prodideris, toto die potebit te intùs inclusum permanere. Ioseph autem more suo dissimulare volens, quod negari non poterat, Et quarè, inquit, me non vidisti, sedentem in conspectu tuo? Hæc ego ex fratrum Steinueldensium ore accepi, nè minùs fide digna putentur, si in tertiam vel quartam personam transierint, priusquàm scripta fuēre. Nam rarum, immò propè quotidianum fuit, vt per omnes monasterij latebras quærerentur, nec tamen reperiretur, atque tandèm mirantibus illis, qui eum quæsierāt, quandò ei visum fuit, eis se præsentem exhiberet. Potest hinc animaduerti, quàm subtilis eius spiritus fuerit, & quàm sublimiter ad illud incircunscriptum lumen accesserit, atque in secretissimum Domini sanctuarium introierit, quando etiam adhuc corruptibile corpusculum eius ad eam pertigit subtilitatem, vt à præsentibus videri
Cant.2.&8. rinon posset. Adiurat sponsus in Canticis filias Hierusalem, nè suscitent, neque euigilare faciant dilectam, donèc ipsa velit. Quid verò aliud etiam hîc videtur, quàm sponsus, dilectum suum etiam corporaliter abscondendo, quàm nè suscitetur ab inquietis, neque euigilare nisi volens cogeretur? Quid autem mirum, si dulcedinem prandij non sentiat, qui gustat & videt quàm suauis sit Dominus?

Cap.48. Disponente Domino, morabatur aliquādò Ioseph in monasterio quodā, ma-

tis ijsque diuturnis molestijs & vexationibus exagitato, crebrisque virgæ Domini-
cæ ictibus ad extrema perducto. Nomen monasterij idcircò reticemus, nè quem infamare velle videamur. Motus ergò misericordia Ioseph ob eius monasterij cõtritionem, in quo cõterebatur & ipse, inualidam causam orator validus, & non in legibus hominũ, sed in lege Domini, quę charitas est, peritissimus aduocatus agendam suscepit: sumptoq; thuribulo orationis incensæ, & hausto igne charitatis ardentis, inter Deum viuentem & homines peccatis mortuos medium se obiecit, seueri iudicis sententiam flectere connitens. Cumq; in hoc totus esset, tandèm Do-
Dominus Iesus appareret ei. minus Iesus venit ad eum, sed valdè terribilis, & vindex acerrimus, ferens manu securim acutam, tanquàm illam ecclesiam radicitùs excisurus. Territus ille suprà quàm dici queat, ad tam horrendum Domini adspectum, pius intercessor pauens & tremens ad eius genua se aduoluit, & quibus potuit lachrymis & precibus, comminantis manum retinere tentauit. Dominus autem voce seueriissima, Surge, ait, & vide pro quibus intercedas. Adspice quàm totus hic locus nihil viriditatis habeat, nisi quantum occupant pedes tui, & vide cui causæ patronus accesseris. Surgens Ioseph, & cognoscẽs vera Dominum dicere, iterùm humi se abiecit, nec cessauit oratre Dominum, donèc illo nonnihil placato, vocem eiusmodi ab eius ore accepit:
Flectit iratũ illũ precibus suis. Ista quidem ecclesia indignam se misericordia reddidit, sed propter te manus iustissimæ vltionis meæ suspenditur ad tempus. Hæc nos ab ipso Ioseph audiuimus, cuius testimonia credibilia facta sunt nimis.

Cap.49. Iam porrò breui capite explicabimus beneficia Dei, quibus vltra humanã naturam auctus fuit noster Ioseph. Decubuit aliquandò, vt putabatur, è solito morbo suo: sed vt posteà veriùs compertum est, languebat amore, charitatis telo vulneratus. lacuit autem in lectulo suo totum triduũ, nec interìm quisquam ad illũ visitandi causa accessit. Solebat enim ipse hoc crebrò mihi dicere, ad eò nonnũquàm
Vir sanctus à suis negligitur. omni se hominũ gratia fuisse destitutum, vt alijs quicquid ageret, prorsùs displiceret: alijs, quicquid etiam ei accidisset, curæ non esset. Tandèm venit ad eum frater quidam, cuiusiam sæpè, tacito eius nomine, mentionem feci, inuenitque decumbentem, aitque ad eum: Quid ita hîc iaces? Langueo, ait ille. Et frater, Quanto, inquit, tempore sic langues? Respondit Ioseph: Triduum est, quòd è lectulo non surrexi. Scisciante fratre, an non coactus esset necessitate naturæ interdùm surgere: Scio, inquit, me triduò non surrexisse, sed quæso te subleua me, & vide nũ quid fortè humanum passus sim nesciens. Hoc autem ille dicebat, vt fratrem ab eius secreti admirandi inquisitione auocaret. Sustulit ergò eum frater è lecto, sed nihil prorsùs indecorũ comperit. Tum verò scire volens, quid hoc esset rei, quippè qui iam consuetudine doctus erat eius rimari secreta, nihilque sine causa circa illum fieri, Rogo te, inquit, nè abscondas à me hoc mysterium, quòd totum triduum hîc iacens, nullam naturæ necessitatem expertus es. Respondit Ioseph, fratris familiaritate victus, & precibus: Cùm ego naturali morbo afflictus decumbo, naturæ necessitati perindè vt cæteri parére compellor: quādò verò Dominus Iesus aliquem nihil languorem immittit, ab omnibus naturæ necessarijs liber sum. O si videre nobis licerat, gustare quoquè & experiri, qualis fuerit hic languor, qui tãtas vires etiam corruptibili corpori subministrauit. O si hoc languore mori cõtingat. Benedictus est, Domine Iesu, pater rectorque naturæ, qui abscondisti hæc à sapiẽtibus & prudentibus, & reuelâsti ea paruulo tuo Ioseph.

Cap.50. Addo aliud, non minùs mirabile & naturę vsum excedens. Diximus iam antè, in tanta corporis debilitate beatũ virum, cùm esset in itinere, nec equo, nec vllis vehiculis vsum. Itaque solebat paruam secum ferre lagunculam, quæ tres aut quatuor caperet haustus, vt si nimio labore & æstu defatigatus, progredi non posset, corpusculum exhaustum nonnihil refocillaret. Porrò appropinquante corporis eius resolutione, cum quodam admodùm religioso viro, laico tamen, iter agens, cùm socio iam planè exhaustam esse, ille respondit: Fac mihi, obsecro, calamos duos, quos os lagunculæ vsque ad eius fundum immittam, si fortè guttam aliquam planè deficeret viribus, consedit, & lagunculam sibi porrigi petijt. Dicente autem extrahãm, quæ me paululùm refocillet, prorsùs iam deficientem viribus. Tum illo, quanuis sciret nihil humoris relictum in lagunculæ fundum, tamen paruit ei, & calamos porrexit. Quos ille mittens in lagunculæ fundum, tantum hausit vini, quantum calamis hauriri potuit: dixitque socio: Accipe etiam tu, & bibe. Credens ille decepturn
Mira sanè sunt hæc, ex lagunculæ vacua hauriri vinum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptum fuisse,admouit ori lagunculam,sed cùm nihil sequeretur per calamos,com-
perit se vera dixisse: aitq; ad Ioseph: Quis bibat ex vase prorsùs vacuo? Respondit
Ioseph: Tu planè nihil nosti: acceptaque lagena,ait:Verte in aliam partem,vt in-
uenias.bibitq; ipse secundò,& indè porrexit ministro. Et ille quidem denuò rece-
uit,sed fruſtrà. Ioseph verò iterùm cum quadam iucunditate exprobrans ei,quòd
nihil acciperet,accepta lagunc ula,etiam tertiò indè bibit,nihil penitùs inuenien-
te ministro, quia reuerà naturaliter nihil illic vini erat. Quòd autem vir plenus
gratia vinum indè hausit, illius virtute factum est, qui cuncta fecit ex nihilo,qui
hoc miraculo voluit cohonestare electum suum. Mirentur alij elementorũ mutatio-
tionem, absentium cognitionem, præscientiam futurorũ, morborum curationem
(Sunt enim hæc admiratione digna:) ego nihil horum perindè admiror,quàm ex
nihilo factum aliquid.

Cap.51. Porrò verò etiam spiritu prophetico seruum suũ Dominus ornatũ voluit. Nam
cùm dissolutionis eius tempus optatum immineret, eodem anno quidam ex fra-
tribus post nocturnas laudes, cæteris quiescentibus,in templum ingrediens,(Ab
fuerat enim ab illo officio) cœpit preces eisdem Deo offerre. Et eccè à latere au-
in medio monasterio edi sonum vehementem,ità vt corpus horrore,cor metu ali-
genti corriperetur. Mirabatur autem vndè tantus eo loco posset excitari sonus,vel
nihil esset,cuius ruina eiusmodi sonum exprimeret. Expletis tãdèm precibus,non
sine admiratione recessit,misitque Dominus in cor eius,vt id quod audierat,ad Io-
seph referret,si fortè posset ex illo eius rei discere mysterium. Igitur manè venit ad
obuiàm Ioseph,cui quid audisset indicauit,petens ab eo doceri,quid sonus tam in-
gens portenderet. Subrisit Ioseph,aitque illi: Ego tibi aperiam rei huius significa-
tionem. Eo loco,quo extitit strepitus ille,quidam suo tempore sepelietur,ad cuius
Prædicit euentura post obitũ suum. monumentum magnus erit hominum concursus,& frequens strepitus,& cum fit
as eo sono,quem audisti,præsignificatum. Impleta verissimè est hæc propheti
illic tumulatus est,& certatim ruunt populi,sanitatis remedia expetentes,aut ea
nere cupientes mirabilia,quæ per eum Dominus velit operari. Multis etiam an-
antè prædixit,ecclesiam Steinueldensem multis afflictionibus fatigandam: quo
re ipsa plùs satis iam comprobatum est. Promisit etiam post has tempestates ei
ecclesiæ tranquillitatem & felicia tempora,quæ spe & desiderio sustinemus &
stolamur,nihil de prophetæ veritate ambigentes.

Cap.52. Felicis etiam resolutionis suæ tempus ipsi non fuisse incognitum, quibusdã
dicijs declarauit. Circa idem tempus,quo sepulturæ suæ locũ prædixit,ad quem
fratres accessit,qui magis ei familiares erant,quibusq; ille pro singulari erga
deuotione fidentiùs quædam suaſsecreta communicabat. Nihil enim dubitas-
uisse illum, quæ vel fuisset vel esset singulorum fratrum vita. Venit enim ad
dam fratrem, qui mihi non minùs notus est, atquè ego ipse: qui in mundo pri-
iuuentutis dies exegerat,priusquàm religionis acciperet habitum,dixitq; ad eum
Pſal.118. Quotiès hunc psalmi versum profers, Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine,
meritò debes magnam cordis deuotionem adhibere. At ille nõ intelligẽs,re
dit non solùm illum versum, sed etiam preces omnes cum magna deuotione
cendas. Tum Ioseph volens ei meliùs explicare mentem suam, & eum ma
cognitionem,tum ad agendas Deo gratias incitare,ità subiecit: Est & alius alter
psalmi versus,quem itidèm debes singulari semper attentione & deuotione
Pſal.85. ferre. est autem hic: Quia misericordia tua magna est super me, & eruisti animam
meam ex inferno inferiori. tanquàm diceret Ioseph fratri illi: Intellige hanc
Dei bonitatem,quam fecit tecum, quòd eruit animam tuam ex inferno inferiori,
in quo iam eras per malam vitam tuam. Stupebat his auditis frater, vitam fratris
uelatam beato viro, cùm sciret eum ab homine illã minimè didicisse. Verùm non
ad hunc,aut eius similes,sed ad alios maioris innocentiæ & deuotionis fratres
cessit Ioseph,imminente obitûs sui tempore,eisq; supplices preces offerens,
Prædicit obitũ suum. inquit,cuiusdam sacerdotis amici nostri finis appropinquat:rogo vos propter
um,vt illum precibus vestris Domino commenderis. Illis quærentibus quo
non aperuit,sed tantùm ait: Breuì re ipsa comperietis,quis sit.

Cap.53. Sub mortẽ insolitas fert tentationes. Libet iam ad infirmorũ & tentatorũ consolationem quædam etiã commemo-
rare de beati viri tentationibus & infirmitatibus,quibus virtutes perficiuntur,
propinquante tempore decessûs sui,inusitatis cum Dominus tẽtationibus

permisit,quas anteà expertus non erat. Nec reor alia causa permisisse,nisi vt humi-
lis humiliaretur adhuc, & iustus iustificaretur adhuc. In alijs alia ratio fuit,putà vt
scirent etiam in tentatione sperare,& manũ Domini nos non ad consumptionem
sed ad consummationem ferire. Fuit autem hæc carnalis tentatio, si cum nostris
conferatur, parua quidem & propè nulla: sed cõparatione angelicæ puritatis eius
maxima videbatur. Permisit etiam Dominus alijs intolerabilibus sub diuinis my-
sterijs eum tentationibus cruciari,malo dæmone ei muscas & grãdes araneas, qua-
rum nobis est incognita magnitudo,exhibente,eiusque pissimum animum affli-
gente. Adeò verò hæc ei molesta fuêre,vt propter ea nonnunquàm ab altaris mini-
sterio abstineret. Posteà verò apud quẽdam ex sacerdotibus nostris eas vexationes
miserandum in modum conquestus est, aitque se missum ad eum, vt ab ipso cura-
retur. Territus ille frater,vt qui se eius meritis longè imparem sciret,Quisnam ego
sum, inquit,vt liberem te à tentationibus tuis? Respondit Ioseph: Equidem ad te
missus sum,vt diabolum mihi insidiantem coërceas. Videns frater instantiam de-
precantis,beati viri infestatorem dæmonem,non suis fidens meritis,sed Domino,
adiurauit,nec eum posteà talia passum cognouimus. Gratias tibi Domine,qui infe- Dæmonum
stantis inimici iacula probationem fidelium tuorum esse voluisti,& non vulnera: iacula ver-
qui talem tuis tribuis pro labore mercedem,vt nullum tuorum gaudeat hostis fu- titDeus suis
isse imbellem: immò perpetuum eis das triumphum,vt sint exemplo fidelibus tu- in trium-
is,dum tentati in humilitate,liberati in tua charitate firmantur. phum.

Habuit Ioseph noster iuuenem quendam admodùm sibi charum,professione Cap.54.
canonicũ regularẽ, in monasterio virginũ Cistertiensis ordinis Domino seruien-
tem. Is veniẽti Ioseph ad illud monasteriũ,in diuinis ministrare solebat: præcepe-
ratq; ei Ioseph,nè post peracta Missarũ solennia loqueretur ipsi, aut quippiã ab
eo sciscitaretur,donèc ipse prior ei locutus est. Quadam igitur die cùm post perce-
ptam solitam gratiam recederet ab altari, eam gratiam præter spẽ amisit. Ea re in-
solita perterritus, vt erat semper sibijpsi suspectus,in gratiæ collatorem se quippi-
am deliquisse timebat. Sed cùm nihil sibi conscius esset de culpa aliqua,incidit illi,
velle fortasis Deum, vt secretum suum illi familiari suo aperiret: conuersusque
ad Dominum,Domine, inquit, si tu vis,vt hoc secretum reuelẽ seruo tuo, iam per
eius merita redde mihi consolationem gratiæ tuæ,quam perdidi. Vix verba finie- Odor miri-
rat,& eccè redit cum multa vehementia odor mirificus,qui ei subtractus erat,quo ficus eũ affi-
cum credimus quotidiè fuisse refectum & detentum,cùm in altari tam prolixè hę- cit.
reret. Deindè accedens ad iuuenem,quid accidisset sibi exposuit, sed seuerè prohi-
buit,nè dum ipse esset in humanis,cuiquam hoc reuelaret.

Venio nunc ad tempus illud, quod votis omnibus totiès optauerat adesse, quo Cap.55.
illum Dominus ad se euocare voluit. Illo igitur tempore propinquante,tota Qua-
dragesima nihil ferè comedit præter panem simplicem, & calefactam ceruisiam, Parcissimè
pancaque pira assa, cùm tamen esset vel maximè debilis, & à nobis id mirantibus edit, licèt
reprehenderetur. At interim nihilo minùs contemplationi, lectioni, scriptioni admodùm
animo indefesso vacabat. Porrò tertia Quadragesimæ Dominica, Domino illum debilis.
oculis misericordiæ suæ respiciente, vt euelleret de laqueo pedes vnici & paupe-
ris sui, venit ad Abbatem nostrum nuncius monasterij virginum Cistertiensis Or-
dinis, apud quas quandoquè vixerat Ioseph, petentium vt permitteretur per Qua-
dragesimam apud ipsas diuina celebrare. Abbate verò & fratribus id renuentibus,
quòd viderentur Ordinis statuta non permittere,ille spiritu futura prœuidens, ve-
nit ad Abbatem,aitque illi Dei esse voluntatem,vt ad illas virgines mitteretur. As-
sensit igitur Abbas, fratribus de eius recessu conquerentibus, nec mediocriter do-
lentibus. Quibus Ioseph ait: Noueritis me post Pascha sine dubio reuersurum ad
vos. Deindè pedibus suis iter ingrediens,celeriter venit ad illud monasterium, &
cùm in eius interiora esset ingressus,scipione,quo se sustentabat, terram considna- Designat lo-
uit, sepulcri formam exprimens, dixitque sororibus,quæ illic aderant: Hoc loco cum sepul-
sepelietis me. Indè Palmarum die tam fuit robustis viribus præter morem suum, turæ suæ.
vt totum officium indefessus perageret, tantaque repleretur consolatione, vt ad
agendas Deo gratias etiam sorores hilariter inuitaret. Tertio pòst die correptus
febri, lectulo decubuit,in diesque acriùs cruciari cœpit. Passus autem stuporem
mentis sine ecstasim, cùm ad se redijsset,se nihil ait proficere, Iesum se ad suas pre-
ces inexorabilem prębere. Quid id sibi voluerit,nos hactenùs latet. Hora verò obi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Abit feliciter è vita.

tûs eius impendente, circunsedentibus valedicens, & in manus sui Iesu spiritum commendans, erecto corde & vultu, migrauit ad Christum. Corpusculum eius loco illo, quem ipse designârat, humatum est, superiore nostro præsente, & frustrà rogante sorores, vt fratris nostri corpus nobis dimitterent, quem nos eis viuentem accommodâssemus. Vbi autem id nobis renunciatum fuit, post fusas lachrymas, cùm ad nos reuersi essemus, statuimus repetere corpus eius, nullis neque laboribus neque sumptibus parcentes. Adfuit autem nobis Deus noster, & iubente Colonensi Archiepiscopo, corpus eius è sepulcro eduximus feria tertia Pentecostes, cùm iam in illo iacuisset à quinta feria Paschatis, loco palustri & naturaliter humido. Adeò autem corpus illud incorruptum inuenimus, vt non solùm nullus in eo appareret vermiculus, sed etiam ipsa cutis superficies illæsa cerneretur. Tanto igitur accepto thesauro, facti sicut cõsolati, cùm rediremus ad nostra, magnum vidimus concursum hominum circuncirca habitantium: qui cereos & cruces ferentes manibus, laudabant Deum in sancto suo, dicentes, Benedictus, qui venit in nomine Domini: moxque Dominus cœpit mirificare sanctum suum edendis miraculis, & exaltando mirabiliter eum, qui suo iudicio se infra mortales omnes supra humanum modum abiecerat, omnique creaturæ subiecerat propter Deum. Occurrebant quidam ciues Colonienses cum puero valdè dentium dolore vexato: cuius cùm tumentem genam sacri corpusculi feretro applicuissent, ilicò dolor euanuit, & maxillæ tumor abscessit. Simili morbo liberatus est Henricus seruus noster in Bessenich, fratris Ioseph nomine inuocato.

Corpus eius è sepulcro incorruptũ transfertur

Miracula.

Cap. 56. Agnes puella, virgo Deo deuota, triennio ægrotans, anno vno & sex mensibus lecto decubuit, membris omnibus in corporis parte inferiori præmortuis. Illi per visum apparuit frater Ioseph, & manum suam illi imponẽs, promisit ei sanitatem. Illustre miraculum. Repentè illa adeò conualuit, vt quæ statuerat vesperi ad monasterium nostrum vehiculo proficisci, manè suis pedibus iter sanè difficile conficeret, & veniens ad nos, cum multis alijs, cunctis mirantibus, ad sacrificium accederet. Quidam ex nostris, magno deuotionis feruore accensi, noctu thecam sacri corpusculi aperuerũt, nec vllum sensêre putorem: quæcunque autem potuêre, vestium particulas sibi pro benedictione sumpserunt, sanguinem recentem, ab innocentis viri ore stillantem diligenter abstersérunt, non parùm admirantes, in corpore iam septẽ hebdomadibus sepulto tam recentem potuisse sanguinem inueniri. Lauerunt etiam aqua, quæ posteà permultis sanitatem attulit. Totum autem corpus perindè ac si viueret, tractari & flecti potuit.

Nota lector

Cap. 57. Cùm sacrum corpus ad nos perductum esset, quidã apud nos fuit è parœcia nostra, adeò phreneticus, vt à dæmone obsessus crederetur, multisque ea causa vinciretur funibus, vt qui nec ab vxore, necà filijs manus abstineret, cædens & lacerans, quoscunque posset apprehendere. Porrò in sacrosanctæ Trinitatis solẽni die nonihil sibi restitutus, sedebat ad sepulcrum beati viri. Ait autem ad illũ custos templi nostri: Credis ne posse te curari à Domino ob merita fratris Ioseph hic sepulti? Respondente illo, se credere, custos adiecit: Inuoca ergò Deum, vt per merita eius tibi opituletur. Quod cùm ille fecisset, custos iterùm ait ad eũ: Abi in domum tuam, certus te à Domino per merita sancti huius propediẽm liberatũ iri. Abijt ille, & ab ea hora vsque in præsens incolumis perseuerat. Eodem die venit ad nos mulier quædam à Dollendorp, ferens infantem, qui ea nocte dormiente ipsa, in cunis præfocatus obierat. Flens igitur miserandum in modum horis non paucis, tandèm recordata beneficiorum, quæ præstaret Deus per beatum Ioseph fratrem nostrum, accepta fiducia, ità exclamauit: Tibi voueo, sancte Ioseph, si infantẽ huic mihi viuum restitueris, me illum ad sepulcrum tuum cum oblationibus adducturum. Dixit illa, & infans, redeunte anima, paulatim moueri cœpit & oscitare. Infans mortuus reuiuiscit. Quod cernens mater, correpto infante, ad sepulcrum sancti Ioseph cum viro quodam huius miraculi teste, per duo Germanica milliaria properauit: cumque infantem sepulcro eius impositum esset, is tum primùm aperuit oculos, coloremque vitalem & pristinum vigorem recepit.

Phreneticꝰ curatur.

Cap. 58. Post dies octo venerunt parentes cuiusdam pueri, octauum ætatis annum agentis. Is ab equo decidens, in lignum durum humi iacẽs capite impegit, ità vt cranium non quidem frangeretur, sed cum integra cute compressum, concauum ap-

pareret. Parentes accurrerunt stupidi, puerum exanimem vltrò citroque obuersantes, & modis omnibus explorantes, num quod in eo vitæ signũ extaret. Sed cùm nullum deprehendi posset, mortem filij multis lachrymis prosecuti sunt. Tandèm memores eorum, quæ faceret Deus per fratrem Ioseph, inuocatione facta & voto nuncupato, filium viuum receperunt. Id ità se habere, coram conuentu fratrum nostrorum iureiurando confirmârunt. Vir quidam sex annorum puerum adduxit ad sepulcrum fratris Ioseph, aitque: Ecce filius beati Ioseph. Fuerat ille puer valdè oppressus rota currûs, & diebus quinque iacens sine sensu, horis singulis moriturus putabatur. Vouerunt autem parentes se adducturum eum ad monumentum fratris Ioseph, & puer contra omniũ spem sanitati est restitutus. Quædam hydropica, cùm corpus eius à matre fuisset vndiquè contactum particula pelliũ, quibus adhuc viuẽs Ioseph vestitus fuerat, quam illa pro benedictione apud se seruabat, illicò curata est. Multa alia legũtur beati viri miracula, quę & temporis & operis angustia scribi non patiebatur.

Item puer quidam.

Nota miraculum.

DE S. DIONYSIO EPISCOPO ALEXANDRINO, EX ECCLESIASTICA HISTORIA EVSEBII,

interprete Iohanne Christophorsono Angliæ Episcopo.

IAM tertius annus eo (Philippo) regnante præterierat, cùm Heraclas ministerium ecclesiæ Alexãdrinæ vndecim annis executus, è vita decessit, & eiusdem ecclesiæ Episcopatum obtinuit Dionysius. Quæ autem & quàm turbulentæ procellę Dionysium persecutionis tempore exagitârint, testimonio Epistolæ ipsius, ad Germanũ perscriptæ, hoc loco ostendam: in qua ipse de se narrat hoc modo: Ego coram Deo loquor, & ipse nouit quòd verè loquor. Neque certè de fuga in præsentia mecum cogitaui, neq; quasi Deo inuito vllam feci. Quinetiam aliàs, regnãte Decio, antequàm persecutio palàm contra Christianos ederetur, cùm Sabinus id temporis frumentarium ad me perquirendum misisset, ego quatriduò in ædibus commoratus, eius aduentum assiduè exquirebam. Ille autem vndiquè circumit, vias, fluuios, agros, passim vbi me latitare, cognosse me profectum esse suspicaretur, sedulò perueſtigat: sed cæcitate & quasi caligine, nè ædes quæreret, circunfusus tenebatur. Sibi nanque persuaserat, me persecutione appetitum, domi nollem moram facere. Vix tandèm post dies quatuor, Deo mihi, vt indè demigrarem, præcipiente, & se mirandum in modum quasi duce itineris præbente, ipse, liberi & alij multi fratres simul domo egressi sumus. Quod planè diuinæ prouidentiæ opus fuisse, rerũ euenta, quæ deincèps sequebantur, indè non parum commodi fortasse quibusdam & vtilitatis obtigit, satis perspicuè declarârunt.

Aprilis 8. Lib. 6. ca. 28.

Cap. 33.

Dionysius non fugit persecutionem.

Iubetur diuinitùs aliò se conferre.

Deindè paucis interpositis, ea quæ in fuga sibi contingebant, euidẽter explanat, absque subnectit: Ego vnà cum his, qui mecum erant, fortè sole occidente in satellitum manus incidens, ab illis ad Tapositirim deducebar: sed tamen, sicut erat Dei prouidentia prospectum, Timotheus, quia non vnà aderat, neutiquàm prehensus est. Profectus igitur pòst, offendit, cùm ædes nostras, præterquàm quòd ministri eas custodirent, omninò desertas esse, tum nos instàr mancipiorum abductos. Indè subiungit: Quàm admirabilis (dicam enim quod verum est) & diuinæ prouisionis ratio fuit ista quidem? Indigena quidam fortè fortuna Timotheo properè fugienti & conturbato fit obuiàm, rogat festinationis causam: iste verum narrat. Ille cùm audiuisset (abierat enim ad nuptias lautè epulatum: quippè mos est, in huiusmodi hominum conuentibus totam noctem in hilaritate & lætitia consumere) ingressus in domum conuiuij, accumbentibus nunciat: qui quidem omnes vno impetu, tanquàm signo dato, consurrexerunt, & maturo gradu properantes, cœperunt quàm celerrimè ad nos contendere: qui cùm in nos inciderent, summo gaudio exultare, atque satellitibus, qui nos obseruabant, fugam faciẽtibus, nos, vt eramus, grabatis valdè malè stratis conquiescentes, de improuiso occupare. Ego certè (Deus testis est) eos vt fures primùm reputans, qui ad spolia & rapi-

Incidit in manus satellitum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eripitur vi è manibus illorum.

nam venerant, manſi in lecto nudus planè, vt eram, ſolo induſio coopertus: reliquum autem veſtitum prope me poſitum porrexi. At hi ſurgere iubent, & quamprimum abire. Tandèm animaduertens quamobrèm aduentâſſent, cœpi vociferari, ſupplex illos precatus, vt abirent, nosque illic manere paterentur. Quinetiam petebam ab eis, vt ſi quo me beneficio afficere cuperent, ipſi caput meum ceruicibus abſcindere dignarentur, ſicque ſatellitibus, qui me eſſent cruciatum abducturi, anteuerterent. Illi, dum hæc clamore efferebam, (ſicut conſortes mei, & omnium calamitatum mearum participes, pro certo nôrunt) me inuitum è lecto excitârunt. Tum ego humì me ſupinum proſternere: iſti igitur manibus pedibusque me abreptum (Gaius quidem, Fauſtus, Petrus & Paulus, qui me ſequebantur, iſtarum rerum omnium teſtes eſſe poterunt) educere, ac prænenſum propè inuito animo ab opidulo exportare, & nudo aſino impoſitum, ſecum indè auehere. Iſta de ſe narrat Dionyſius.

Cap 34. Alexãdrini perſequuntur Chriſtianos.

Idem etiam Dionyſius in Epiſtola ad Fabium epiſcopum Antiochiæ, certamina & decertationes eorum, qui ſub Decij imperio martyrium pertulerunt, iſto modo perſequitur: Non ex Imperatoris edicto perſecutio apud nos incepta fuit, ſed integro anno præuerterat. Nam vates (quiſquis ille fuerit) malorum omnium, quæ huic ciuitati acciderunt, architectus, infinitam gentilium turbam contra nos incitauerat impuleratque, atq; adeò ad patriam ſuam & antiquam ſuperſtitionem defendendam magnoperè inſtigârat. Qui ab illo ad maleuolentiam irritati, omnemque aucupati licentiam ad ſcelus patrandũ, ſolam pietatem & verum cultum damonum ſuorum iſtum cenſuerunt, vt Chriſtianorum cæde & ſanguine ſuas crudeles manus reſpergerent. Primùm igitur ſenem quendam, *Metram nomine, arreptum impia verba contra Deum loqui mãdant: cuius corpus, propterea quòd eorum voluntati repugnabat, fuſtibus cædũt, vultum oculosque præacutis arundinibus pungunt, ipſumq; adeò ad ſuburbia abductum lapidibus obruũt. Deindè fidelem mulierem quæ vocabatur Quinta, ad idolorum delubrum ducere, & ad fallsos deos venerandos impellere cœperunt: eamque, cùm ſe auerteret, & talẽ cultum deteſtaretur, pedibus conſtrictis, per vniuerſæ vrbis plateas, aſperis ſaxis conſtratas raptare, & ſimul àc corpus eius ad ſaxa molaria alliſiſſent, & flagris pariter lacerâſſent, ad ſuburbia trahere, ibique crebro ſaxorum coniectu obterere.

quidã hunc Methranũ vocant.

Martyrium Quintæ.

Tum verò vno quaſi animorum impetu omnes in piorum ædes irruere, & ſinguli quos ſibi vicinos eſſe cognouerat, properè educere, expoliare, diripere: & diuitias ac ſupellectilem, ſi quæ erat precioſior, ſibi ſeponere: ſi quæ vilior, ſordidior & ex ligno cõfecta, in vijs diſſipare, deindè exurere: adeò vt ciuitas illa veram ſpeciem vrbis ab hoſtibus captæ deſpoliatæque probè repræſentaret. Fratres ergo deflectere è via, & in loca ſeparata ac ſolitaria ſe ſubducere: rapinam bonorum ſimiliter cum illis, quibus Paulus illuſtre perhibet teſtimonium, cum gaudio ſuſcipere. Atque haud ſcio, vtrùm quiſquam præter aliquem vnum alicubi fortaſſe, huicuſquè Dominum denegauerit. Serapionem itèm proprio lare abſtractum, diris concidunt tormentis, & omnibus membrorum articulis confractis, ex loco edito præcipitẽ deijciunt. Nullus itineris flexus, nulla via publica, nullus angiportus erat, in quo tutò vel noctù, vel interdiù liceret incedere: quippè omnes vbique vno ore conclamabant, Si quis è Chriſtianorum numero impia & profana verba effari recuſauerit, rapiatur extemplò, & in ignem conijciatur.

Heb. 10.

Omiſſa hîc de S. Apollonia, quęre 9. Februarij.

Atque iſta mala hoc modo nõ ad exiguum tẽporis ſpatium graſſata ſunt, verùm tandèm ſeditio & bellum inteſtinum, quod in illos miſeros poſteà inuaſit, crudelitatem contra nos exercitam, in ipſorum capita conuertit. Vndè nos quidem, dum illorum furor in nos incenſus, alijs rebus implicatus tenebatur, pauliſpèr reſpiramus: verùm confeſtim animũ Imperatoris, qui clementiùs aliquanto & humaniùs videbatur erga nos anteà affectus, omninò commutatũ eſſe nobis nunciatum eſt. Quapropter minarum formido in nos iactatarũ vehementer accreſcebat. Decij edictum erat iam diuulgatũ, illudq; tale profectò videbatur, quale Dominus prædixerat futurum: in quo terribiliſſima illa eius propemodùm explebatur ſententia, nimirùm electos, ſi poſſibile eſſet, in errorem inductos fore. Quj omnes certè metu perculſi obſtupuerunt: atque ex illis qui cùm dignitate, tum diuitiarũ affluentia præſtare videbantur (qui quidem nõ pauci erant numero) nonnulli timore perterriti, dijs illorũ colẽdis ſe vltrò offerũt: alij expriuatis ędibus in publicum

Decij edictum crudele in Chriſtianos. Matth. 24.

Multi deficiunt.

raptati, ad delubra ducuntur à magiſtratibus: multi vicinorum ſuaſu eò pelliciuntur: qui quidem nominatim euocati, ad impura & profana eorũ ſacrificia ſe conferunt.

Horum autem non pauci, quaſi minimè eſſent ſacrificaturi, ſed illi ipſi potiùs victimæ & ſacrificia idolis futuri, pallore exalbeſcũt, & formidine attoniti ſtupent: adeò vt frequenti populi turba, quæ circunſiſtebat, dum ſe omnibus perſpicuè parefaciebant, cùm ad moriendum, tum ad ſacrificandum tandèm timiditate eſſe affectos, triſtitiæ & ludibrio haberentur. Alij paratiùs ad altaria procurrunt, duro ore & impudenti conſtanter aſſeuerãtes, ſe nunquàm fuiſſe Chriſtianos: de quibus Domini ſententia veriſſimè dici poteſt, diuitem difficulter poſſe ſeruari. Ex reliquis, qui tenuiores erant & magis obſcuri, plerique vtrunque iſtud hominum genus, quod poſtremò poſuimus, imitantur, alij capeſſunt fugam, nonnulli prænduntur. Atque ex prænenſis multi ad vincula & carcerem pergunt, & multis diebus ibi tenentur concluſi, poſteà tamen antequàm ad tribunal accedunt, Chriſtum eiurant: quidam tormenta diù fortiter ſuſtinent, ſed ad extremum ſuccumbentes, fidẽ pernegant. Cæterùm qui Domini erant, tanquàm firmæ & beatæ columnæ, eius opem & gratia roboratæ, fidei firmitati, quæ in eorum animis penitùs inſidebat, vires ac tolerantiam aptè & appoſitè reſpondẽtem adepti, admirabiles & inſignes eius martyres ac teſtes facti ſunt.

Matth. 19.

Probé Chriſtianorum inuicta virtus.

Quorum primus erat Iulianus, homo podagræ doloribus adeò oppreſſus, vt neque incedere, neque pedibus cõſiſtere poſſet. Hic cum alijs duobus, qui eum geſtabant, ad iudicem adducitur: alter nomine Cronion, cognomento Eunus, & ſenex ipſe Iulianus. Dominum ingenuè confitentur: qui per totam vrbem, quæ certè, vt nõſtis, ampliſſima eſt, camelis inſedentes deducti, & ità ſublimes verberibus cæſi, tandem immenſo quodam rogo & ſupra modum exardeſcente, hominum multitudine vndiquè circunfuſa, comburuntur. Ac dum abducebãtur ad locum ſuppli-

Martyrium Iuliani 27. Februarij.

Item Beſæ.

cij, quiles quidam, nomine Beſas, illis inter eundũ opem ferre, & his, qui eos contumelijs afficiebant, ex aduerſo reſiſtere laborat. Qui, cùm populus contra eum procurraret, indè illicò abripitur ad iudicẽ, & in præclaro illo prælio pro Chriſto ſuſcepto, tanquàm fortiſſimus Dei bellator, ſtrenuè & viriliter ſe gerens, ſecundùm percutitur. Alius quidam genere Afer, qui & appellatione Macar, & Item Macarij 8. Decembris.

Epimachus & Alexãder martyres 12. Decembris.

obviam beatã, quam diuinæ gratiæ ſubſidio degiſſet, verè Macar, id eſt, beatus fuit, cum ad fidei negationem, iudice eum ad eam rem magnoperè cohortante, adduci non poſſet, viuus crematus eſt.

Epimachus etiam & Alexander non longo pòſt tempore, quàm vincti tenebantur, poſt horum martyriũ multos dolores perpeſſi, dilaniati nouaculis, & flagellis lacerati, ad extremum ardentiſſimis flammis circunie ctis abſumpti fuerũt. Quibus quatuor mulieres martyres adiungebantur: quarum prima fuit Ammonariũ, ſanctiſſima virgo: quæ, cùm iudex diù admodùm illam torſiſſet, vtpotè conſtanter aſſerentem nihil aliquandò eorum dicturam, quæ ille iuſſiſſet, eaque in ſententia firmè poſtaret, ad ſuppliciũ abducitur. Mercuria ſecunda erat. Anus in primis veneranda Dionyſia, quæ quanuis erat multorum liberorum parens, illos tamẽ Domino in amore minimè poſtulit: quarta Ammonarium altera: quæ tres, cùm prę-

Passi ſunt 14. Decemb.

ſeuerarentur, nè incaſsùm tormenta illis infligeret, & quodam modo euinceretur à mulieribus, nullum tormentorum genus ampliùs ſubire cogebantur, ſed ſtatìm capite obtruncato, mortem oppetunt. Pro omnibus enim prior Ammonarium, tanquàm in prima dimicationis acie locata, ſatis tormentorum exceperat.

Heron prætercà, Ater, & Iſidorus Aegyptij, & Dioſcorus vnà cũ illis, adoleſcẽs quindecim annos natus, iudici traduntur. Et primùm iudex adoleſcentẽ, tanquàm facilem ad perſuadendum, blandis verbis in fraudẽ inducere, tum velut remiſſum & flexibilem ad fidem negandã tormentis impellere tentat. Sed Dioſcorus neque perſuaſione quicquam cõmotus eſt, neq; iudicis omninò ceſſit ſententiæ. Cæteros acerbiſſimè crudeliſſimeq; verberibus dilacerat: quos cùm tormenta magno & fidenti animo pro fide tolerare cerneret, rogo cremandos tradit. Dioſcorũ autem, cùm propter ſingularẽ animi magnitudinẽ, quam palàm oſtenderat, tum propter prudentiſſima reſponſa, quæ ad ſingula rogata dederat, iudex magnoperè admiratus, dimiſit, affirmans ſe propter ætatẽ certos dies illi velle cõcedere, quibus reſipiſcendi haberet facultatẽ. Iam ergò Dioſcorus, ſumma pietate eximius, nobiſcum

eſt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

est,expectans cùm certamen prolixius,grauiusque, tum amplius præmium & diuturnius.

Martyrium Nemesij 19. Decembris.

Porrò Nemesis quidam,& ille etiam Aegyptius,falsò in crimẽ vocabatur, quòd cum latronibus societatem coiuerat: sed istam calumniæ notam, ab eo alieniſſimam quidem,cùm coram Centurione diluisset, iterùm per iudicem fuit delatus, quòd Christianus esset,vinculisque cõstrictus ad præsidem venit. Iste iniustissimus præses beatum martyrem tormentis & verberibus duplo grauioribus,quàm latrones ipsos,afflictans,exemplo Christi inter latrones interiectum,(vndè non parum honoris adeptus est) feruido ignis exurit incendio. Quædam porrò militum turma derepentè accedit, nimirùm Ammon, Zeno, Ptolemæus, Ingenes, & pariter cum illis senex Theophilus: qui pro tribunali se ipsi stiterunt.Cùm igitur quidam, quòd Christianus esset,in quæstione versaretur, & iam ad fidei negationẽ propenderet,isti assistentes,prę rei indignitate dentibus frendere,vultu nutare,manus extendere,toto deniquè corpore gestus quosdã agere cœperunt. In quos cùm omnium ora essent conuersa,priùs,quàm vlli alij in eos iniecerũt manus, illi ipsi ad subsellia accurrere, se Christianos profiteri: sic vt cùm præfectus & assessores,qui aderant ei in concilio, timore obstupescerent: tum Christiani, in quos iam inquirebatur,ad ea tormenta,quæ pòst essent perpessuri, tolerãter sufferẽda maximè confirmarentur: tum deniquè iudices,qui essent contra eos sententiam pronunciaturi,maximo metu exhorrescerent. Isti verò è foro gloriantes abscedere, & præterea monio,quod Christo perhibuerant,summo gaudio exultare, Deo per illos gloriosos triumphos agente.

Militũ quorundam insignis virtus

Alij præterea complures in vrbibus & pagis à gentibus distracti erant, & quasi membratim discerpti: ex quibus vnum exempli gratia commemorabo.Ischyrion cuiusdam magistratûs negocia,mercede conductus,procurat. Is,qui eum cõduxerat,iubet idolis sacrificare: quem, cùm mãdato minimè obsequeretur,cœpit conuicijs lacerare: ac cùm constanter fidei adhæresceret,grauibus affecit contumelijs atque vbì vidit eum pacatè & tranquillè omnia sufferentem,arrepto fuste præcutto,intestina ac viscera eius transfodit,crudeliterque interemit. Quid attinet percensere multitudinem eorum, qui in solitudine & montibus vagi errantesque siti,frigore,morbis,latronibus,bestijs fuerunt extincti? Quorum electionis beatæ perspectæque. Chæremon episcopus ciuitatis,quæ Nilus dicitur,cùm iam pridem grandis esset,& ætate propè exacta, vnà cum vxore sua ad montem Arabiæ fugiens,neque pòst reuersus est, neque vsquàm eos quispiam videre potuit. Fratres iam aliquotiès eum cum vxore quærerent, tamen neque ipsos, neque corpora eorũ vspiam reperire potuerunt. permulti certè in eo Arabico monte cum à barbaris Saracenis facti captiui: quorum alij ægrè quidem & vix ingenti pecuniæ summa redimi poterant,alij hactenùs nullo modo. Atque ista mi frater, non frustrà equidem dicendo persecutus sum,sed vt cognoscas quantæ & quàm acerbæ calamitates apud nos obtigerint: quas qui fuerint magis experti,plura de illis & ferunt,& dicere possunt.

Ischyrion crudeliter necatur 22. Decembris.

Chæremon Episcopus.

His etiam alia paulò pòst attexit: Illi igitur diuini martyres (qui iam Christi tanquàm assessores sunt, & regni eius consortes, participes iudicij, & illius in homines iudicandis sententiam approbantes ferunt) dum erant apud nos, nonnullos à fratribus,in quibus crimen sacrificandi idolis hærebat,quiq; à fide excidissent, conuersionem ac pœnitentiam eorum perspicerent, eamque posse acceptam fore ei,qui omninò non vult mortem peccatoris, satis exploratum haberent, ad fidem denuò admittunt, recipiunt in ecclesiam, conuentus cum illis celebrant, incunt societatem,precum & epularum communione vnà vtuntur. Quid igitur contra nobis,fratres,datis? quid censetis nobis agẽdum esse? illis ne suffragabimur? eandem cum illis erimus sententiæ? iudicium eorum sequemur? modum renchimus benignitatis? his quorum illi miserti sunt,benefici & clementes erimus? An contrà,eorum iudicium inane & irritum faciemus? corum sententiæ nosipsos confutemus animaduersores? clementiæ inhumanitàs resistemus? refringemus tutum? Deum deniquè ad iram prouocabimus?

Lapsi quidã Ecclesiæ cõciliantur.

Nouatus hæreticus perstringitur.

Lib.7.ca.10. De persecutione autem, quæ vehementissimè, regnante Valeriano, exarsit, hac-

bat, quàs & afflictationes & incommoda idem Dionysius cum alijs propter verum cultum Dei,vniuersarũ rerum opificis, subiuerit,verba eius, quibus in Germanum suæ ætatis Episcopum, qui illius famam maledictis lædere tentãsset, inuehitur, satis perspicuè declarant,quæ ità se habent: Videbor equidem nonnullis fortasse, dum admirabilem Dei prouidentiam erga nos ostẽtatam cogor necessariò explicare, in magnam amentiam inscitiamque esse prolapsus. Verùm quoniam secretum regis occultare est, vt inquit scriptura,præclarum,& Dei opera prædicare cum primis eximium,ego cum Germano manus conferere aggrediar. Veni ad Aemilianum,non quidem solus, sed me comitati sunt compresbyter meus Maximus, & Diaconi Faustus,Eusebius,& Chæremon: & quidam è fratribus, qui Roma ad nos venerant, nobiscum vnà profectus est. Aemilianus autem non dixit mihi concepti͂s verbis, Nè cõuentus agito: Hoc enim illi fuisset ferè superuacaneum, & in eo, quod ille moliebatur, postremas sanè tulisset: præsertim cùm ad id, quod caput est nostræ religionis, omnem suam curam & cogitationem cõuertisset. Nam non de hoc, nimirùm nè conuentus agerem, ab eo sermo erat institutus, sed de eo, nè meipsum deincèps Christianum esse profiterer: atque ab hoc quidem me desistere imandarit, ratus id quidem, si ego fidem commutarem, alios eandem mecum sententiam secuturos. Non absurdè equidem, neque circuitione vlla vsus, respondi, Deo obtemperandum magis, quàm hominibus: quin palàm etiã contestatus sum, meillum,qui solus Deus est, & nullum alium venerari: neque sententiam velle mutare, neque aliquandò desistere esse Christianum. Deincèps iussit, vt in pagum nomine Cephro,prope locum quendam desertum situm,rectà abscederemus. Verùm verba,quæ ab vtrisque vltrò citroque habita sunt, vti fuerunt à quibusdam in commentarios relata,accipitote.

Dionysius iubetur negare Christum.

Dionysij cõstantia.

Dionysio,& Fausto,& Maximo,& Marcello,& Chæremoni in concilium introductis,Aemilianus qui præfecturam gerebat,sic locutus est: Vobiscum iam coràm absque scripto lubet differere de Imperatorum dominorum nostrorum humanitate atque clementia,quam erga vos declarant. Nam salutis vestræ ac vitæ potestatem vobis fecerunt, modò ad id, quod est secundùm naturam,velitis vosipsos convertere,& deos,qui illorum regnum seruant incolume, sanctè adorare: eorũ autem penitùs obliuiscì deorũ, qui naturæ repugnare videantur. Quid igitur ad ista respondetis? neque enim vos ingratos fore arbitror, cùm tanta benignitas ab illis sit vobis ostentata: quandoquidem ad res meliores vos amicè & beneuolè cohortantur. Dionysius respondit: Non omnes colunt omnes deos,sed singuli singulos pro arbitratu. Nos proindè vnum Deum, omnium rerum fabricatorem, qui Valeriano & Galieno Cæsaribus, Augustis, viris sanctissimis imperium largitus est, & colimus & veneramur. Huic etiam sine intermissione pro eorum regno, vt stabile & firmum maneat, preces adhibemus. Tum præfectus Aemilianus: Quis vos, inquit,prohibet,quo minùs hunc, si Deus sit, cum alijs dijs, qui sunt secundùm naturam, culta & reuerentia obseruetis? Vobis enim præceptum est, vt deos adoretis, quos omnes nõrunt. Ad quæ Dionysius: Nos, inquit, nullum præter vnum Deum honore & obseruãtia prosequimur. Aemilianus præfectus iterùm: Video, inquit, vos non modò ingratos esse,sed singularis Augustorum mansuetudinis propè immemores. Quapropter in hac ciuitate non liberum erit vobis versari, sed eritis in partes Libyæ relegati, in locum videlicet, qui Cephro nuncupatur: quem ex Augustorum nostrorum iussu vobis assignaui. Neque vsquàm omninò vel vobis, vel alijs quibuscunque potestas erit, aut celebrandi conuentus,aut in ea, quæ cœmeteria appellantur,ingrediendi. Quòd si quis vestrûm in eum locum,ad quem vos ire præceperim, minimè proficiscatur, aut in aliquo reperiatur conuentu, suoipsius capiti creabit periculum. nõ deerit nanq; accurata ad vos obseruandos industria. Abite igitur,quò iussi estis.

Iubetur cũ suis exulare.

Sic Aemilianus me etiam morbo laborantem abire compulit, & ne ad vnum quidem diem meam profectionem differre voluit. Quódnam ergò mihi superesset ocium, vel ad conuentus agendos, vel secùs? Deindè addit: At tamen nos, iuuante Deo, non à conuentu palàm inter nos celebrando abstinuimus: quin ipse equidem quosdam in ciuitate fratres,perindè acsi simul cum illis versatus fuissem, ad conuentus perstudiosè agẽdos impuli: & quãuis ab illis corpore abessem, vt inquit Apostolus, spiritu tamen semper aderam. Ad Cephro autẽ nõ exiguus cœtus nobiscum

Iudicis erga eum inhumanitas.

Coloſ.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nobiscum vnà migrauit, tum fratrum qui ab vrbe nos sequebantur, tum aliorum, qui ex reliqua Aegypto conuenerant. Atque ibi Deus quasi ianuam ad verbum illum prædicandum nobis patefecit. Ac primùm quanquàm persecutione eramus diuexati,& lapidibus obruti,posteà tamen non parua gentilium multitudo, idolis relictis,ad Deum colendum se conuertebat. Nam tunc primùm verbum Dei,quod nunquàm anteà accepissent,per nos inter eos disseminatum fuit. Et Deus, perindè atquè huius rei causa solùm illò nos deduxerat, eo completo ministerio, iterum indè abduxit. Quippè Aemilianus,vt videbatur, habuit in animo nos in asperiora interioraque Libyæ & magis deserta loca transferre. Omninò enim in Mariotam commigrare mandauit, & singulis nostrûm per regiones varias pagos præscripsit singulos: me autem propiùs ad regiam viam, vt primus prænderer, collocauit. Sic enim res ab illo dispensata, sicque comparata fuit, vt quandò visum foret, nos comprænderet,omnesque facilè occupare posset.

Multos cõuertit gentiles.

Ego verò cùm in Cephro abire iussus essem, tametsi locum vbinàm esset situs, ignorabam, & nomen nunquàm anteà ferè audiueram, tamen libenter & absque animi perturbatione cò abscessi. At vt primùm nunciatum erat mihi, vt in Colluthionis agros demigrarem, qui mihi aderant, nórunt quo pacto (Hoc enim mihi ipse vitio vertendum puto) animo affectus essem. Primùm rem valdè acerbè tuli, admodumque succensui. nam quanuis loca illius regionis magis mihi cognita essent,ac magis familiaria quàm Cephro, tamen ipsum Colluthionem desertum a fratribus,desertum à probis viris esse dicebam,& non solùm molestijs, à crebro vi atorum trãsitu exhibitis,sed periculosis etiam latronum incursionibus obiectum. Cæterùm cùm fratres mihi significâssent,Colluthionem nõ tam longè ab Alexandria distare,& licèt Cephro magnam fratrũ societatem ex Aegypto profectorum nobis attulisset,adeò vt maiores cõuentus celebrare potuissemus: ibi tamen, quia propiùs indè aberat Alexandria, crebriùs hominum summo amore, familiaritate & amicitia, nobiscum coniunctorum ad spectu (Ad nos enim velle accedere, nostrosque animos recreare,& ità tanquàm in suburbijs paulò remotioribus nos alloqui quotiès conuentus agere posse dixerunt) reuerà frui licere,permagnam animo cepi consolationem. Ac sic planè contigit. Post ista de alijs rebus aduersis, quæ illi acciderant,ità scribit.

Colluthionem petere iubetur.

Fortiter ab illo gesta & tolerata.

At multis fidei confessionibus gloriatur Germanus,ac multa mala contra se pertrata habet dicere ille quidem: sed quot quæso iudicum sentẽtias contra nos prenunciatas potest enumerare? quot publicationes proscriptionesque bonorũ, quot fortunarum direptiones,quot abdicationes dignitatum,quantas inanis & poris gloriæ contemptiones,quantas laudum à prefectis & à senatoribus nobis tarum despicationes, quantam minarum nobis obiectarum, aduersarum vocirationum,periculorum,persecutionum,exilij,angustiæ & varię cuiusque modi flictationis tolerantiã,vt illa quæ sub Decio,& Sabino, & quæ hactenùs sub Aliano mihi obtigerunt. Vbi Germanus comparuit? quis sermo de eò peruagandi Verùm magnam istam inscitiam, in quam ob Germanum modò prolapsus sum, missam facio. Quocircà rerum singularũ explicationem fratribus, qui eas rencontemplantibus, sigillatim persequendam permitto.

Idem etiam in Epistola ad Domitium & Didymum conscripta, eorum qui illius persecutionis procellis agitati fuissent, hoc modo mentionem facit: Christianos autẽ,qui & permulti sunt, & vobis minimè cogniti, nominatim citare supervacaneum arbitror. Sed hoc sciatis velim,viros & mulieres, iuuenes & senes, puellas, vetulas, milites & priuatos, cuiusque generis, cuiusque ætatis extitisse: quorũ alii flagris cæsi, alij ignis incendio cremati, alij ferro percussi, parta victoria, coronas martyrij adepti sunt. Nonnullis autem longinquum hoc persecutionis tempus non satìs fuit,vt Domino viderentur accepti, ipsèque illos ad se reciperet. In quorum numero,vt verisimile est,egoipse sum, cui adhuc vita supperit. Ac propterea ipse qui dicit, Tempore accepto audiui te, & in die salutis adiuui te, me in illud tempus distulit, quod mihi idoneum opportunumque fore nôrit. Quoniam autem de me meisque socijs rogatis, & quo loco sit vita nostra constitura, certiores fieri cupitis, accepistis, credo, qua ratione quidam ex Mariotide me, Gaium, Petrum & Paulum, à centurione, duce, militibus & seruis captiuos abduxerint, & à militibus auulsos secum abripuerint. Iam verò ego cum Gaio & Petro, soli à cæteris fratribus separati,in desertum & squalentem Libyę locum concluſi sumus, triduí viam à Parætonio distantes. quinetiam paulò longiùs progressus dicit: In vrbem clàm & ex occulto ingressi sunt, alios fratres inuisuri: presbyteri quidem Maximus,Dioscorus,Demetrius,Lucius: (Faustinus enim & Aquila,qui hominum sermone celebriores sunt, in Aegypto vagi oberrãt) Diaconi autem post illos,qui pestis contagione infecti interierunt, relicti Faustus, Eusebius, Chæremon: Eusebium dico, quem ab initio persecutionis Deus sua gratia roborauerat, & non modò ad ministeria confessorum, qui carceribus tenebantur, summo studio & omni animi contentione explenda, sed etiam ad lintea, quibus corpora beatorum martyrum iam vita defunctorum inuoluerentur, neglecto vitæ periculo conficienda præparauit. Præfectus verò nihil adhuc de sua in sanctos remittit acerbitate, sed nonnullos arcta custodia & vinculis contabefacit: & quanquàm præcipit, nè quisquam illos adeat, atq; adeò curiosè inquirit, ecquis reperiatur,qui eos velit adire, Denstamen propensio fratrum studio,& assidua eorum curatione,illos istis rerum angustijs oppressos reficit subleuatque.

Eusebij diaconi erga martyres studium.

Vbi iam pax, sedata propè persecutione, constituta fuit, Dionysius redijt Alexandriam. In qua vrbe tam grauis seditio & bellum intestinum deintegrò cieba- Lib.7.ca.16.
tur, vt fratres in ciuitate, propterea quòd omnes in alterutram seditionis partem discessissent, Dionysius nullo modo posset inuisere. Vndè in ipso Paschatis festo abipsa Alexandria, velut exul ab extera regione, per literas cum illis colloqui coactus fuit. Quinetiam aliam posteà Epistolam ad Hieracem ecclesiarum Aegypti Episcopum de festorum celebratione conscripsit, in qua seditionis, quæ eodem tempore fuit Alexandriæ concitata, his verbis mentionem facit: Quid mirum, si ardeum & difficile sit mihi apud eos, qui longinquiore locorum intercapedine distant, per epistolas tanquàm coràm sermones conferre, cùm & mihijpsi mecum colloqui, & proprio animo in varias partes distracto cõsilium dare anceps & perculosum videatur? Nam ad viscera mea,meos charissimos fratres, contubernales, vno animi consensu mecum concordes, ecclesiæ eiusdem ciues, cogor equidem necessariò literas scriptas dare: eas tamẽ ad illos mittere videor mihi nullo modo posse. Faciliùs enim, non dicam in exteras regiones, sed ab oriente ad occasum vsque iter facere quisquam poterit,quàm ab vna Alexandriæ parte ad alterã pergere. Media nanque ciuitatis platea plus habet periculi, plusque difficultatis ad transeundum, quàm solitudo illa deserta lõga, ac nullis hominum vestigijs trita, quam Israelitæ vix duabus hominum ætatibus peragrârunt: & quàm ipsum etiam mare rubrum, quod quidem in duas partes disruptum, & instàr duplicis muri vtrinquè erectum, prætergrediuntibus Israëlitis transitum dedit perfacilem.

Seditio Alexandriæ.

Exod.14.

Porrò autem cùm pestifer ac letalis morbus bellum continuò insequeretur, Cap 17.
cumque festi Paschatis celebratio modò appropinquaret, deincèps rursùs fratribus scripsit Dionysius, & graues calamitatis perturbationes illis significauit his ferè verbis: In hac miseriarum turba alijs fortasse neque hoc tempus, neque aliud, immò neque illud ipsum tempus, quod homines putarent omnium lætissimum, nedum alia tempora, ad festum celebrandum satis idoneum videretur. Etenim iam lamentationum plena sunt omnia, iam lugent omnes, iam mœrores, iam querelæ vniuersam vrbem propter multitudinem cùm illorum qui modò mortui sunt, tum horum qui quotidiè moriuntur, occupant. Nam sicut de primogenitis Aegyptiorum scriptum est,sic & nunc ingens clamor editur. non enim est domus, in qua non sit mortuus. idque planè meritò. Multa nanque & grauia incommoda, perdito eorum conatu, Christianis etiam ante hoc tempus importata fuissent. Primùm omnium nos ex vrbe expulerunt: quo quidem tempore nos soli, cùm ab omnibus persecutione exagitati essemus, & mulctati morte, festum lætis animis celebrauimus, & singula loca, ad singula afflictionum genera nobis præstituta, vt ager syluestris, solitudo deserta, nauis fluctibus iactata, diuersorium publicum, & horridus carcer,opportuna videbantur, in quibus celebres conuentus maximo cum studio ageremus. Quin beati martyres, qui è vita cesserant, & à Deo in cælum ad epulas erant inuitati, festum omnium certè splendidissimum peregerunt.

Sæuissima pestis Alexandriæ.

Exod.12.

Christianorũ alacritas

Omnis generis & ętatis martyres Alexãdriæ.

Esa.49.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In rebus duris pax & tranquillitas animorum

His de rebus deincèps bellum & fames eos de improuiso oppreſsère: quæ quamquàm nos vnà cum gentilibus perferebamus, ſoli tamen inter omnes, quæcunque vrgebant, æquo animo ſuſtinuimus: & tametsi illarum rerum, quas illi cùm conſciu iſſent ipſi inter ſe, tum prætereà perpeſſi eſſent, eramus ex æquo participes, paucè tamen Chriſti, quam nobis ſolùm clemens largitus eſt, rursùm mirè noſipſos oblectauimus. Cæterùm vix tum nos, tum illi breuiſſima ad reſpirandum ſumus intercapedine potiti, cùm peſtis iſta ſubitò graſſari cœpit: res planè illis ad terrēdum omni metu formidoloſior, ad excruciandum quauis calamitate miſerior acerbiorque, & vt proprius illorum ſcriptor memorat, ad cogitandum ſolùm omnium opinione maior. Verùm nobis non eius generis putabatur, ſed à Deo cùm ad fidē noſtram exercendam, tum ad tolerantiam animi probandam, nihilo minùs, quàm alia rerum incommodarum genera, quæ aliquandò obtigiſſent, cælitùs inflictam. Et ſicut alicubi à nobis minimè abſtinuit, ſic in gentiles longè lateque oberrauit. paulò pòſt adiungit iſta.

In peſte ſumma erga infectos charitas.

Quamplurimi è fratribus noſtris adeò immenſo quodam charitatis & fraternæ beneuolentiæ ardore erant inflammati, vt minimè ſuæ parcentes vitæ, ſed ipſi ſibi inter ſe firmè adhærentes, eos qui morbo opprimebantur, nulla ſui cura aut cautione adhibita, ſedulò inuiſerent, illis inſeruirent aſſiduè, pro viribus ob Chriſti amorem curarent, vnà cum illis decederent è vita, lubentiſſimè contagionē aliorum infecti, etiam morbum à proximis quodammodò ad ſe attraherent, ſinque ſponte aliorum mœrores beneuolè mitigarent. Multi item dum alijs ægrotantibus curam adhibent, illisque vires reſtituunt, ipſi aliorum mortem in ſe derelinquantes, vitam amittunt. Et verbum illud, quod vulgò ſemper dicitur, quodque veræ beneuolentiæ ſolùm videtur conuenire, nimirùm vt ſinguli pro amicis abeant è vita, ſeque eorum cauſa, vt ità dicam, reiectamentum efficiant, reipſa explerunt. Ex fratribus igitur, qui virtute facilè erant præſtantiſſimi, ad hunc modum mortem oppetiuerunt: quorum nonnulli erant preſbyteri, alij diaconi, quidam populo virtutis ergò multùm laudati: adeò vt iſtud mortis genus, quod propter incredibilem pietatem & robuſtam fidem ſuſcipiebatur, nihil à martyrij ſplendore abeſſe videretur. Quinetiam ſanctorum corpora manibus erectis ſupinisque excipere, gremio ſuo reponere, occludere oculos, ora obturare, geſtare humeris cadauera, decenter ornare, illis adhæreſcere, amicè cōplecti, lauare accurate, & linteis funebri inuoluere non grauati ſunt: ipſique, qui ſupererant, paulò pòſt ſimilia officia in ſe collata propterea adepti, quòd eandem mortis viam inſtarent, quam præiuerant inſtitiſſent. Gētiles autem his omnibus fecēre contraria. eos enim

Sic mundus amat ſuos.

ægrotare incipiebant, ab ædibus extrudere, deſerere amiciſſimos, in plateis ſemiuos proijcere, cadauera inſepulta canibus exponere dilanianda, mortis participationem & quaſi communionem auertere, quam planè vel infinita diuerſola quærentes, nullo modo poterant euitare.

Cap. 18. Scripta Dionyſij.

Poſt iſtam Epiſtolam, cùm ciuitatis ſtatus denuò pacatus eſſet & tranquillus, Dionyſius fratribus, qui Aegyptum incoluerunt, aliam de feſtis celebrandis miſit, præter illam, alias etiam varias exarauit. Extat item eius Epiſtola de ſabbato, & item de gymnaſio. Hermannoni porrò & alijs in Aegypto fratribus literas conſcribens, vbi alia tum de Decij ſceleribus & improbè factis, tum de facinoroſis moribus illorum, qui Decium ſubſequebantur diſſeruerit, pacis & concordiæ, quæ in Eccleſia Galieno regnante vigebat, meminit.

Cap. 19. Nepos Chiliaſta.

Præter iſta omnia Dionyſij opera, alij duo libri de Promiſſis erant ab eo elaborati. Cauſa cur hos ſcripſerit, erat Epiſcopus Aegypti, nomine Nepos: qui præmiſſa in ſacris ſcripturis ſanctis viris factitata, in hoc ſeculo, ſicut Iudæi ſomniant, præſtanda fore docuit: hominibusque perſuadere laborauit, eos certo quodam millenario annorum numero in delicijs corporeis & voluptate in terra victuros. Qui cùm putaret ſe ex Iohannis Apocalypſi ſuam opinionem poſſe obtinere, librum, quem ἔλεγχιν ἀλλεγορισῶν, id eſt, Reprehenſionem eorū, qui allegorias canunt, inſcribebat, de hoc argumento edidit. Cui Dionyſius in duobus illis libris,

Confutatur à Dionyſio.

quos de Promiſſis contexuit, acriter contradicit. In horum poſteriore inter alia ſic ſcribit: Cùm eſſem in loco quodam, qui Arſenoites dicitur, vbi, vt nōſti, iamdiū hoc dogma (Nepotis) prodijt in lucem, ſic vt non modò ſchiſmata naſceretur, ſed integræ eccleſiæ à fide deficerent, preſbyteros eius ſectæ, qui fratribus

ſingulis pagis vndiquè prædicabant verbum Dei, conuocaui, eosque magnoperè cohortatus ſum, vt palàm præſentibus fratribus, audireque cupientibus, illorum doctrina exquiſitè diſcuteretur. Atque cùm librum, qui illis erat tanquàm quodam propugnaculum & murus inexpugnabilis, ad me attuliſſent, conſidens in vno loco cum illis, toto triduo à primo manè vſque ad veſperam, quæ in eo ſcripta erant, ſtudioſè refutare conabar. Ibi tum quidem certè fratrum conſtantiam, ſtudium veritatis, facile obſequium & prudentiam ideò ſupra modum admirabar, quòd tam præclaro ordine, & tanta cum modeſtia rogabant, diſceptabant, nobisque aſſentiebantur, atque etiam tam diligenter præcauebant, nè illis, quæ fuerant antè ab ipſis decreta, ſi quicquam in eis veritati repugnare videretur, mordicùs adhærerent: quinetiam contrarias rationes minimè omittebant nobis opponere, ſed quoàd eorum fieri poterat, & quæ erant ab ipſis propoſita, munire & defendere retentabant: & contrà, vbi poſcebat ratio ſententiam mutare, & noſtro aſſentire iudicio, eos neutiquàm omninò pudebat: deniquè conſcientia integra, ſyncera cogitatione, & puris erga Deum ac ſimplicibus animis, ea quæ erant firmis rationibus & teſtimonijs, à ſacris literis depromptis, confirmata, admodùm approbabant. Ad extremum huius doctrinæ princeps & dux Coracion, omnibus fratribus qui aderant audientibus, palàm confeſſus eſt, nobisque atteſtatus, neque ſe velle deinceps, quandoquidē aduerſarijs rationibus ſe putabat ſatis abundè conuictum, illi dogmati animum adhibere, neque de eo differere, neque mentionem facere, neque aliquandò illud vſquàm docere. Vndè alij fratres, qui aderant, pro iſta diceptatione in publico eccleſiæ conuentu habita, proque omnium conciliatione & concordia maximam lætitiam animis perceperunt.

Præter Epiſtolas Dionyſij ſuprà commemoratas, aliæ complures eius extant Epiſtolæ: vt illæ, quæ ſunt contra Sabellium ad Ammonem eccleſiæ Bernicenſis Epiſcopum miſſæ: & ea, quæ ad Teleſphorum, & quæ ad Euphranorem data fuit: alia iterùm ad Ammonem & Euporum. Quatuor itèm libros de eodem argumento, nempe contrà Sabellij hæreſim compoſuit, quos gentili ſuo Dionyſio, qui Romanus erat Epiſcopus, dedicauit. Non paucæ præter has ſunt illius apud nos Epiſtolæ. Quinetiam libri illius ſunt, epiſtolæ forma, pluribus verbis compoſiti: vt hi de Natura, Timotheo filio dicati: Alius de Tentationibus, quem Euphranori obtulit. Ad Baſilidem porrò eccleſiarum Pentapolis epiſcopum ſcribens, ait ſe commentarios in principium libri, qui Eccleſiaſtes dicitur, confeciſſe. Adde huc diuerſas & varias eius Epiſtolas, ad eundam Baſilidem ſcriptas, quas nobis reliquit.

Cap. 21.

Athanaſius teſtatur, eū falsò fuiſſe apud Dionyſium Ro. Pontificem delatum.

Cap. 22.

Interea temporis Dionyſius, cùm iam decem & ſeptem annis Epiſcopatum Alexandriæ adminiſtrâſſet, duodecimo anno Imperij Galieni moritur. Hactenùs ex Eccleſiaſtica Hiſtoria Euſebij Epiſcopi Cæſareenſis. De eodem Dionyſio etiam Hieronymus in Catalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum inter cætera ſic habet: Dionyſius, Alexandrinæ vrbis Epiſcopus, ſub Heracla ſcholam χατηχήσεων preſbyter tenuit, & Origenis valdè inſignis auditor fuit. & tandèm ſic concludit ibi Hieronymus: Sed aduersùs Paulum Samoſatenum ante paucos dies, quàm moreretur, inſignis eius fertur Epiſtola. Moritur duodecimo Galieni anno. Cætera lector videat loco citato. nam ferè nihil nisi eius ſcripta commemorat, quæ iam ex Euſebio didicimus. Athanaſius Epiſcopus Alexandrinus Epiſtolam ſcripſit aduersùs Arrianos, qua egregiè confutat impios illos hæreticos, falsò hunc Dionyſium ſuæ hæreſeos adſtipulatorem fingentes. In ea Epiſtola vocat eum beatæ memoriæ Epiſcopum: dicit eum hæreſim propugnando nequaquàm ab Eccleſia receſſiſſe, ſed in ea cum pietate obdormiuiſſe, atque eius memoriam hactenùs cum patribus hucuſquè celebratam eſſe, & in catalogum relatam. Vocat etiam eum beatum Dionyſium, & catholicæ Eccleſiæ magiſtrum &c.

Athanaſij de Dionyſio teſtimonia.

Is eſt Liber Nepotis, quo eius ſectatores ad modùm mitebantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE SANCTO PERPETVO TVRONENSI EPISCOPO, VT HABETVR II. LIBRO HISTORIÆ *Francorum S. Gregorij Turonici, Cap.* 14.

Aprilis 8.

APVD vrbem verò Turonicam defuncto Eustochio Episcopo, decimoseptimo sacerdotij sui anno, quintus post beatum Martinum Perpetuus ordinatur. Qui cùm virtutes assiduas ad sepulcrum eius fieri cerneret, cellulam, quæ super ipsum fabricata fuerat, videns parum-

S. Perpetuus submota cellula S. Martini, per grádem ecclesiá extruit.

lam, indignam talibus miraculis iudicauit. Quam submota, magnam ibi basilicam, quæ vsque hodie permanet, fabricauit. Quæ abest à ciuitate passus quingentos & quinquaginta, habens in longum pedes clx, in latum lx, in altum vsque ad cameram pedes xlv, fenestras in altario xxxij, in capso xx, columnas xlj, in toto ædificio fenestras lij, ostia octo, tria in altario, quinque in capso. Solennitas autem ipsius basilicæ triplici virtute pollet, id est dedicatione templi, translatione corporis sancti, ordinatione eius Episcopatús. Quæ si fideliter seruaueris, & in præsenti seculo, & in futuro, patrocinia beati Antistitis promereberis. Et quoniam cameram cellulæ illius prioris eleganti opere fuerat fabricata, indignum duxit sacerdos vt opera eius deperirent, sed in honorem Apostolorum Petri & Pauli aliam extruxit basilicam, in qua cameram illam affixit. Multas & alias basilicas ædificauit, quæ vsque hodiè in Christi nomine constant.

Itém aliam in honorem SS. Petri & Pauli.

VITA ET MORS EZECHIELIS PROPHETAE, PER D. EPIPHANIVM CONSTANTIAE *Cypri Episcopum descripta. Habetur in libro eius de Vitis prophetarum.*

Aprilis 10. Genus & patria Ezechielis prophetæ.

EZECHIEL Propheta è terra Sarera de filijs Pontj cum genus duxisse asseritur. Fato functus est tempore captiuitatis in regione Chaldæorum. Plurima illic per reuersione populi prophetauit, deque reditu filiorum Israël, necnon & de aduentu Domini. Occidebatur illum dux populi, cùm vnà secum incola fortè Babylone, fugillatus ab eo de cultibus idolorum. Quarè in agro Maur funerauerunt eum in monumento Sem & Arphaxad progenitorum Abrahę. Et sepultura isthęc ad nostra vsq; tempora specus est duplex. Etenim Abraham excitauit ad huius instar, Saræ coniugis suæ monumentum in Chebron: quod quia defossum sit atque latens, duplex perhibetur, è planitie, & in terra tabulatum, petraque suspensum.

Mors & sepultura eius Gen. 23.

Iste quidem propheta populo obiecit prodigium, cùm precatus esset ad amnem Chobar: quòd videlicet cùm deficerent vndæ fluminis eius, falcem defolationis sperare deberent in finibus terræ: & quandò exundaret fluuius ille, id signum esse reditús in Hierusalem. Et contigit illud. Etenim in terra Spyriorum vir pius ibi sepultus iacet: multique ad monumentum eius confluunt ad precationem & obsequium. Sanè quandò tanta eò frequentia vnà ad monumentum eius conueniunt, formidant Chaldæi ac metuunt, nè illum auferant: quapropter egredientem comitantur, & deducunt. Effecit verò propheta consistere hic fluminis vndas, quò terga darent filij Israël trans ripam. Cæterùm Chaldæorum aliquot audaciores populum ponè persequi tentabant, qui quidem ad vnum omnes submersi sunt.

Confluitur ad sepulcrũ Prophetæ, vt ibi fundantur preces.

Iste quoquè propheta spontinis orationibus filijs Israël vberrimum piscium impetrauit commeatum, vt qui inedia tantùm non perijssent, piscium esu reficerentur.

tur. Plurimis etiam illorum, qui aura vitali iam vesci defierant, vitam recuperauit. Is est quoquè vates ille, qui plebe iam depressa ac pessundata ab hostibus, stetit contra faciem ducum illorum, & confundebat eos portentis & miraculis, ità vt milites territi manum tollerent de tabula. Tunc populo suo Ezechiel dixit: Propterea quòd parum conuenit inter vos, spes vestra interijt. Nunc in prodigijs per ossa mortuorum fecit illos, quoniam est spes Israel cùm præsente, tum ætate futura. Hic est, inquam, propheta, qui quanquàm esset in regione Chaldæorum, pleraque tamen populo, quæcunque in Hierosolymis, inque templo fiebant, aperuit.

Multa operatur miracula.

Iste quoquè propheta eduxit eos de finibus Chaldæorum, & reduxit in Hierusalem ad redargutionem impiorum & infidelium. Hic Ezechiel per Mosen constitutum templi, murumque eius speciosum, prout loquutus est etiam Daniel, vti olim conderetur. Hic in Babylone iudicauit tribum Dan & Gad, quòd impiè egissent aduersùs Dominum, persequẽdo eos qui legi fidem suam adstrinxerant. Obtulit autem illis insigne prodigium siue ostentum: quoniam angues deuorauerunt infantes eorum, & omnia iumenta ipsorum. Prædixitque quòd culpa eorum nequeat populus regredi Hierosolymam, quin in Media permanerent, quòd resipiscerent, & in viam, quod aiunt, redirent. Erat sanè vnus illorum, qui eum interemit. oppositus enim erat illi, vsque in diem obitûs sui.

Prophetia eiꝰ de extruendo tẽplo.

ITEM VITA EZECHIELIS, PER D. ISIDORVM EPISCOPVM HISPALENSEM SCRIPTA. *Habetur in libro eius de patribus veteris testamenti.*

EZechiel Sacerdos filius Buzi, genitus in terra Sariara, in typo Christi filius hominis vocatus. Hic captiuus cum Ioachin in Babylonia ductus est, & ad captiuos prophetauit, corripiens eorum offensiones: & zelo Dei motus, cuncta eorum crimina, & turpitudines arguit. Quem Dux populi Israel interfecit, pro eo quòd authoritate pontificali, corripitur ab eo, ob impietatem sacrilegij. Sepultus est autem à populo in agro Mauzum, & Arphaxat.

Ezechiel sacerdos fuit.

Interficitur

ITEM DE EODEM EZECHIELE PROPHETA, PER D. HIERONYMVM *presbyterum.*

EZechiel propheta cum Ioachin Rege Iuda captiuus ductus est in Babylonem, ibique his, qui cum eo capti fuerant, prophetauit, pœnitentibus quòd ad Hieremię vaticinium se vltrò aduersarijs tradidissent: & viderent adhuc vrbem Hierosolymam stare, quam ille casuram esse prædixerat. Trigesimo autem ætatis suæ anno, & captiuitatis quinto, exorsus est ad concaptiuos loqui. Et eodem tempore, licèt posterior, hic in Chaldæa, Hieremias in Iudæa prophetauerunt.

Ezech. 1.

Hier. 21. &c.

Hieremias & Ezechiel simul prophetárunt.

Sermo eius nec satis disertus, nec admodùm rusticus est, sed ex vtroque mediè temperatus. Sacerdos & ipse fuit, sicut & Hieremias: prncipia voluminis & finem magnis habens obscuritatibus inuoluta. Sed & vulgata eius editio non multùm distat ab Hebraico. Vndè satis miror, quid causæ extiterit, vt si eosdem in vniuersis libris habemus interpretes, in alijs eadem, in alijs diuersa transtulerint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA S. GODEBERTÆ VIRGINIS, PER F. LAVR. SVRIVM EX MS. CODICE STYLO *suo descripta. Authoris nomen nescitur, sed est fide dignus.*

PRAEFATIVNCVLA.

DIem hunc insignem egregiæ virginis Godebertæ, fratres charissimi, solenniter celebraturi, eam cui sacrata est, ità vt par est, obnixè deprecemur, vt quicquid in eius laudem dixerimus, id ipsa impetrante, cedat in gloriam Dei. Pro certo enim habendum est, eos qui sanctos Dei quoquo modo venerantur, hocipso Dei maiestatem, cuius gratia tam sunt veneratione digni, non mediocri honore afficere. Ad eius gloriam paucis explicemus, insignis hæc virgo vbi nata sit, quemadmodùm Deo in hac vita seruierit, quæ per eam Deus effecerit miracula, & quo fine decesserit ex hoc mundo.

Honor sanctorum redundat in Deum.

VITÆ HISTORIA.

Aprilis 11. Cap. 1. Patria S. Godebertæ.

NATA est virgo Godeberta ex parentibus Christianis in pago Ambianensi. Cumque baptizata esset & creuisset, sanctæ fidei institutiones vndecunquè poterat libenter excipiebat, & reuerenter exequebatur. Sentiens autem se mortis conditioni obnoxiam, etiam in tenera ætate sanctæ crucis signo se communiebat, sanctorumque precibus noctu diuque sese humilimè commendabat: lasciuarum adolescentularum vitabat conuentus, probis & honestis libenter se adiungebat, easque studiosè imitabatur. Audierat enim corrumpi bonos mores 1. Cor. 15. colloquijs prauis, & cum sanctis fieri nos sanctos, cum peruersis peruerti. Psal. 17.

Cap. 2. Porrò à parentibus accuratè educata, cùm ad nubiles peruenisset annos, petebant multi nobiles eam ex nobilibus nobiliter natam sibi spōsam expetebant. Parentes autem eius cùm essent regis beneficiarij, non audebant inconsulto rege cuiquam eam in matrimonium collocare. Cùm autem apud regem Clotarium hęc res aggeretur, omnesque ad regis voluntatem animis intēderent, in medium illorum non sine nutu Dei beatus Eligius se ingessit, & virginem illam aureo suo annulo Christo desponsandam arrhabone Christo sponsam coram rege & parentibus eius fidentissimè spondit & dedicauit. Ecce autem ineffabilem sanctispiritus gratiam. Concepta puella, diuino iam, vt pòst patuit, amore grauida, spreta omni carnis voluptate, posthabita sobolis propagatione, calcatis vitæ puellaris illecebris, regi & parentibus constanter valefecit, seque beatissimo præsuli Eligio Christo consecrandam grato animo commendauit. Regebat tum ille vir sanctissimus Nouiomensem ecclesiam, eiusque doctrina & exemplis multi ab errore cōuersi, abiecto dæmonum cultu, fidem catholicam gratulabundi complectebantur. Eum igitur Godeberta spiritalem sibi patrem eligens, coram rege & principibus parentum persuasionem liberrimè reiecit, & eum absque vlla mora secuta est. Ea autem res tam inopinata omnibus stuporem attulit: porrò eius pater illachrymans, amanter eam conplabatur: rex Clotarius videns tam subitam nuptiarum mutationem, non parum admirabatur diuinæ potentiæ virtutem. Vt autem virginis illius precibus apud Dominum adiuuaretur, promptam animi eius deuotionem primus ipse regia munificentia confirmare volens, assentientibus illis, qui aderant, cum oratorio, Georgij, quod Nouiomi habebat, suum ei dedit palatium, addens duas villas ex fisco regali, cum duodecim fœminis, quæ illius regimine continerentur.

Cap. 3. Virtutes S. Godebertæ. Itaque conuenientes in eo oratorio, quod erat in Nouiomensis oppidi suburbijs, die ac nocte Deo indefessis animis seruiebant: & ipsa quidem Godeberta virgo, à sancto Eligio edocta, cum ipsa commorantes non verbis tantùm, sed etiam multiuarijs virtutum exemplis instituebat. Hominum enim secularium conforta deuitans, biduana & triduana continuabat ieiunia, esurientibus cibum, sitientibus potum, nudis vestimenta, cùm ipsa interim his omnibus indigeret, studiosè ministrabat: pernox in precibus, pro omnium salute assiduè Dominum deprecabatur, his & id genus alijs exercitijs gratum se Domino holocaustum quotidiè immolans. Tantam verò eius constantiam pius Dominus considerans, virtutem eius & animi deuotionem omnibus palàm declarare voluit. Crebra nanque propter eius preces efficiebat miracula, cæcis visum, claudis gressum, paralyticis sanitatem restituens: quodq; his maius est, eius adhortationibus non rarò infideles ad fidem traducens. Miracula.

Accidit aliquandò, vt propter populi peccata apud Nouiomenses pestis sæuissima grassaretur. Fugiebant autem, quicunque poterant. Porrò maxima parte subtractis habitatoribus, vacuæ in vrbe domus non paucæ relictæ erant, & quod est miserabilius, cunctis eam luem formidantibus, inhumata mortuorum corpora proijciebantur. Si quis enim aliquem sepeliret, mox ipse sepeliendus efferebatur. In tanta ergò vrbis eius vastitate & calamitate, beata Godeberta ciuium miseria dolores, triduanum eos susc ipere ieiunium admonuit, in preces quoquè cum lachrymis incumbere, præstare eleemosynas, vt Domini indignatio ab eis auerteretur. Proponebat eis salutarem Niniuitarum pœnitentiam, quòd cinere & cilicio, precibus & ieiunijs se affligentes, diuinæ maledictionis iam ceruicibus illorum impendentem sententiam amouissent. Proponebat item exempla Dauidis, Petri Apostoli, Marię peccatricis, & latronis in cruce, vt lachrymis pœnitentię Deum sibi conciliārint. His sermonibus virginis animati ciues, cum ingenti deuotione triduanum illud suscepêre ieiunium, moxque meritis & intercessionibus eius petitionem illam à se depulerunt. Cap. 4. Ionæ 3. Sæuissima pestis sopitur.

Paucis pòst diebus sancta virgo ob nimiam teneri corpusculi macerationem in molestissimum morbum incidit. Solet non rarò accidere, vt qui solitam victûs rationem mutant, vel lenta tabe consumantur, vel subitò corrumpantur. Iacebat ergò virgo in lectulo, sed toto mentis desiderio Dominum suspirabat: graui quidem corpore, at mēte alacris, in Dei laudibus iugiter perseuerabat. Accidit tum, vt apud eius repentino discursu totius ecclesiæ ornamenta omnia absumerentur, flammaque longè lateque peruagata, omnia voraret. Cumque vim eius ferre nemo posset, omnes fuga sibi consulebant, beatissimæ Mariæ principalem ædem Deo committentes. Perturbata hoc nuncio virgo Godeberta, tametsi decumbebat grauissimę, at tamen iussit se in sede efferri, & sæuientibus flammis fidenter opponi. Deposita igitur in ipsa penè flammarum voragine, cùm multi iam eius vitam desperarent, sanctæ Crucis signum, quod cunctis in periculis saluberrimum noucrat, fidentissimè opposuit, & statim ignis extinctus est. Cap. 5. S. Crucis signo profligat incendium.

Cæca quędam, Transirica nomine, ad sanctam virginem accessit, orans, vt pia eius intercessione amissum ab infantia lumen ipsi restitueretur. Ea igitur flente & orante Godebertam, virgo sancta, cùm priùs rogâsset Dominum, oculis eius imposuit manum suam, crucisque signo leniter expresso, obtinuit ei id quod petebat. Illa vero non solùm corporis sed etiam animi lumine recuperato, toto vitæ suæ tempore permansit apud Godebertam. Sed quemadmodùm hæc pro deuotione recepit lumen, ità Vulgudis quędam pro inobedientia à beata Godeberta perpetua cæcitate mulctata est. Cùm enim Deo se in sanctæ Godebertę monasterio Vulgudis hęc denouisset, valdè erat impatiens, contentiosè & irreuerenter se gerens erga alias. Sæpius autem castigata à sancta virgine, etiam aduersùs ipsam tumultuare & rixari non verebatur, turpia nimis & maledica coram ipsa verba euomens. Cernens ergò Godeberta corrigi illam non posse, sed semper obstrepere atq; calcitrare, die quodam in eius turpia vomentis faciem admodùm commota expuit, & confestim illa oculorum orbata luce, quoad vixit, cæca permansit. Cæcę visum impetrat.

His atque alijs miraculis virgo iam vbiquè celeberrima habebatur, atque etiam ex longinquis regionibus multi ad eam ægri confluebant, quibus ipsa suis precibus à Domino sanitatem impetrabat. Potest autem intelligi ex ijs, quæ comperta sunt, sanctæ virginis miraculis, multa alia eam perpetrâsse, quæ in obliuionem abiêrunt. Tandèm videns Dominus animum eius in sanctæ religionis proposito firmum & immorum, nè qua malitia mutaret cor eius, de terrestribus ad cælestia eam euocauit, & de labore transtulit ad requiem sempiternam, vbi iam cum sanctis virgi- Cap. 7. Eius multa miracula. Abit in cælos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nibus fruitur cælestis paradisi amœnitate, & pro nostris peccatis, coniuncta Deo, absque intermissione Dominum deprecatur. Humatum est corpus eius tertio Idus Aprilis in beati Georgij oratorio, in æde, quæ nunc sanctorum Apostolorum dicitur, vbi etiam corpus sancti Mommoleni, eiusdem vrbis Episcopi, honorificè conditum est. Multa illic eius intercessione malè valentibus & egenis præstantur beneficia ad laudem & gloriam nominis Dei, cuius honor & imperium durat per infinita secula, Amen.

Cap. 8. Miracula ad sepulcrū eius.

Nè quis verò dubitet virginem sanctissimam cælesti remuneratione affectam, quædam ad eius monumentum declarata miracula huc adscribemus. Agildrudis quædam ab infantia cæca, vbi audiuit celeberrimam Godebertæ famam, non sine multa difficultate Nouiomum venit: cumque ingressa esset oratorium, vbi virgo quiescebat, petijt se ad eius sepulcrum perduci. Ibi tum cum multis lachrymis & gemitibus orans humi prostrata, sanctæ virginis precibus lumen recepit, atque eodem loco cum alijs monasticam duxit vitam, hoc ipso declarans, se etiam mentis oculis cœleste hausisse lumen. Audemia paralysi dissoluta, ex pago Rangia eò deportata, suis pedibus domum redijt incolumis. Gistegardis item cæca à primis cunabulis initijs, Godebertæ precibus solis huius lucem adspexit, destillante ab eius oculis albugine, quæ ab incunabulis eos obsederat. Imperia quoque (sic enim fœmina vocabatur) toto ferè corpore prærnortua, in lectulo tanquàm abortus iacebat. Vbi fama vulgante didicit miracula, quæ à Godeberta fiebant, petijt se ad eius tumulum adduci. Eò perlata, & iuxta sepulcrum deposita, instanter petijt à Domino per eam sibi subueniri. Erumpebant à pectore suspiria, ab oculis lachrymæ, ab ore non tam verba, quæ formare perfectè non poterat, quàm vlulatus. Et ecce repentè euanescit paralysis, vident oculi, patescunt aures, lingua laxatur in voces, abit domum incolumis Imperia, gratias agens Deo & sanctæ virgini Godebertæ.

Cæca recipit lumen.

Cap. 9. Celebratur anniuersarius dies eius.

Iam verò redibat anniuersarius migrationis eius dies: nec dici satis potest, qua exultatione à fidelibus exceptus, qua deuotione celebratus sit. Videre licebat vndiquè concurrentem turbam promiscuj sexûs, clericos, monachos, virgines vno animi pariqúe consensu sanctæ virginis concelebrare memoriam. Peráctoque autem solenni Missarum officio, post multiplices Deo & sanctæ Godebertæ redditas gratiarum actiones, omnes abscedunt, custodes quoquè templi, omnibus fere extinctis luminaribus, clausisque ostijs, cibum sumpturi domum se conferunt. Aprandio complures, vt gratias agant, redeunt ad templum, aperiunt fores, & ecce

Insigne miraculum.

lampades & cereos, quos extinxerant, diuinitùs accensos conspiciunt. Erumpunt omnes in laudem Dei, concurrunt ad sanctæ virginis oratorium, vna cernitur omnium deuotio & ingens gaudium pro tam stupendo miraculo. Adiungitur

Item aliud.

aliud præclarius. Lampades enim & cerei sic accensi, absque aliqua olei vel cerei minutione septem indè sequentibus diebus, teste omni populo illo, mirabiliter arserunt. Curatus est ab eadem virgine etiam Gregorius paralyticus, penè exanimis: curatus est Harneus cæcus: facta sunt alia permulta miracula.

Nos iam, dilectissimi, in vera confessione & minimè simulata pœnitentia, multisque precibus faciem Domini præueniamus, vt virginis huius sanctissimæ meritis perueniamus ad vitam sempiternam: præstante Domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

VITA

VITA ALFERII, PRIMI ABBATIS CAVENSIS PROPE NEAPOLIM, A' QVODAM EIVS FERÈ æquali docto viro, &, vt videtur, Abbate edita. Vtrùm sit in sanctos relatus, ignoro.

PROLOGVS AVTHORIS NON SOLVM IN ALFERII, sed etiam Leonis, Petri atque Constabilis (quorum historias suis locis Lector reperiet) eiusdem cœnobij venerabilium Abbatum, Vitas.

Sicut iuxta diuinæ sententiam Veritatis, lucerna ad hoc accenditur, vt super candelabrum posita, lumen domum intrantibus præbeat, sic benè prolatę sententię virtutē exequimur, si sanctorum virorum exempla ad minorū formam altiùs subleuemus. Ex alto quidem fuę reuelationis ad instàr ignis, quò longiùs lumen proferunt, inquitare eos, quos illustrant, meliùs possunt. Magna quidē cùm fuerint, & nescIuntur, magnū, quod habent, lumen non proferunt: quia in latis locis & abditis occultātur. Et fortasse idcircò abscondi sub modio lucerna dicitur, quia ij, qui sanctorum lucidam conuersationem sciunt, pro perfecta mensura illorum, quam continent, modij nomine designantur. Ex inferiori verò parte exprimentur, quandò scita abscondunt, quia per meritum in imo & abiecto loco se constituunt. Hinc etiam scriptura sacra denunciat, dicens: Qui abscondit frumenta, maledictus erit in populis. Quid enim frumentorum nomine, nisi sanctorum exempla figurantur? Ex omnibus quidem granis excellentior cibus est. Excellentia ergo facta perfectorum, frumenti nomine designātur: quia quo dulciùs hæc fidelium mentes percipiunt, eo plenius velut de electiori cibo satiantur. Si ergo maledicitur, qui frumētum abscondit, cautè vigilandum est, vt ad quencunque fidelem mira Sanctorum facta peruenerint, hæc prædicando proferat, nè maledictum incurrat, & occultando in imo sit, qui exponendo fieri luminis cādelabrum sublime potest. Vndè etiam in Euangelio Dominus dicit: Si in alieno fideles non fuistis, quæ vestra sunt quis dabit vobis?

Prouer. 11. Frumenta, exempla Sanctorū. Luc. 16.

Ego igitur tam his & huiusmodi territus, quàm etiā audiētium profectibus inuitatus, venerabiliū Patrū, Alferij videlicet, Leonis, Petri atq; Constabilis Abbatum Cauensium vitas atq; miracula scribere proposui: vt quia, authore Deo, idē Cauensium cœnobium magnę religionis est, iamq; eiusdem religionis Ordo longè lateque diffunditur, ij, qui eorū sequuntur institutionem, exēplis atq; miraculis accendantur. Quod profectò vobis huius modi fratres specialiter conuenit, quos impositio religionis onere, ad ordinis eorū normā redegimus. Valdè enim deuotiùs post illorū vestigia curritis, si apertè cernitis, quia qui vos laborādo præcesserāt, de laborę iam ad ęterna gaudia peruenerunt. Me quoq; quia hoc deceat, nulli vestrùm dubiū est: vt qui de claustro illo, velut terra promissionis egressus, in longinqua regione pascēdos atq; multiplicādos suscepi greges, virgas exemplorū vario cortice insignendis proponā: quatenùs ij, qui ex vobis per diuinam gratiā fœcundantur in spirituali sobole, nō solùm perpetua carnis incorruptione sint virides, sed omnium quibusdā obstaculis æmulorū accessus obstruere solemus, opusculi huius tenore iam ad ęterna gaudia perueniant.

Cauensis cœnobij religio.

Sed quia in vniuersalibus scriptis nostris, verborum quoque virtutum varietate fulgēres. Sed quia in vniuersalibus scriptis nostris, verbonerū situm nullis reprehensionum spinis obducimus, quia cum domesticis nostris de rebus notis fraternis affectibus fabulamur. Ad quod nimirùm opus priorū nostrorum non modico rubore succendimur, qui de suis agere, quod alij fecerāt, noluerūt. Victor nanque Romanæ Ecclesiæ summus Pontifex, cùm adhuc illi monasterio, quod à sanctissimo patre nostro Benedicto in Cassino monte constructum est, in venerando habitu præesset, in libro, quem de Sanctorū miraculis scripsit, viri venerabilis Alferij mentionem fecit, eiusdem se familiarem fuisse asseruit, & ipsius quædam miracula, ità vt ab eo fuerant gesta, narrauit. Vir quidem sanctus, dum animas ad cælestem patriam succendere per exempla meliorum satageret, ea quę ad eorum formam producere voluit, & propè, & longiùs quęsiuit. Quid ergò nobis de nostris agendum est, si ab alijs iam & miris extolluntur laudibus, & scriptorū memoria celebrantur? Quia verò præfatus Pontifex quędam, non omnia,

Liber Victoris Papæ de Sanctorum miraculis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnia,huius viri venerabilis miracula scripsit,& pro eius reuerẽtia scripturæ ipsius authoritatem operi nostro præmittimus,& pro ędificatione audientium plura, quæ eum vel tunc latere potuerunt, vel post eiusdẽ obitum sunt gesta, supplemus. Quia itẽm noua scribendi tempora contemni solent,fidem dictorum relatoribus non scriptis lector adscribat: quia etsi isto tempore scribimus, ea, quæ ab antiquis monasterij senibus sunt nobis dicta,narramus.

HISTORIA ALFERII.

Aprilis 12. Cap.1. Alferij patria. Dignitas.

VIR ergò Domini Alferius ex Salernitana ciuitate oriundus fuit: in qua cùm bonis polleret moribus, & literarũ scientia apprimè eruditus enitesceret,principi ciuitatis magna familiaritate coniunctus est, & inter primos palatij sui ingenti cum honore susceptus. Quodam verò tempore, cùm res exigeret, vt à præfato principe ad regem Germaniæ nuncij mitterẽtur, probitatis suæ merito vir venerãdus eligitur, & in Gallias proficiendis principalibus negocijs apocrisarius destinatur. Quod tamen non tam humano iudicio decerni constat,quàm diuino: vt is videlicet,qui iam magnus in eorũ regno cẽsebatur,ad alia tẽderet,& ad alia perueniret: aliud appeteret,sed aliud obtineret:dum qui terrenis innititur,spiritualibus atq; cęlestibus sublimatur.

Cap.2.

Nam vbì ad ecclesiam beati Michaëlis de Clusa venit, grauem corporis valetudinem incurrit: qua impellente, legationem mutare placuit, & negocia hominum imperfecta relinquere, vt ad diuina seruitia perfectus & integer pertingere meruisset.Mortis ergò,vt putabat,festinatione perterritus, seculo renunciare proposuit,& ei quod restabat vitæ,in omnipotentis Dei seruitio consummare. Vitatem vitæ valdè venerabilis Odilo Cluniacensis Abbas,fortè tunc ad idem cœnobium venerat:quem cùm plurimùm rogaret,vt habitum sibi sanctę religionis imponeret,Cluniacũ deductus est,ibique,quod piè postulauit,obtinere promeruit. Vir ergò sanctus,postquàm religionis habitum sumpsit,omnem illam strenuitatem animi ad diuina studia conuertit.Cœpit enim magnis desiderijs superna quærere, solebat ingenti studio strenuus pro temporalibus apparere. Seculum igitur totam intentione fugiens,in breui tempore adeò profecit,vt ad sanctę conuersationis culmen pertingeret,& culmen perfectionis magnis laborum meritis obtineret.

Ab Odilone Abbate accipit habitum monasticum.

Cap.3.

Præficitur monasterijs Salerni.

Qui cùm plurimũ temporis in secretiori claustri conuersatione peregerat, valdè esset acceptus fratribus, quanquàm patri monasterij satis charus,tamen morato Salerni principe obtinẽte remittitur,& eiusdẽ ciuitatis ferè omnia monasteria ei regenda cõmittuntur.Sed vir sanctus internę quietis splẽdoribus affluens, exteriorũ negociorum tenebris diù prępediri noluit.Dimissa quippè ciuitate, longè in excelsi montis latere,cui Fenestra vocabulũ est, quietis suæ locum subijt, pro musq; prę omnibus Metelliani cauam,monachorũ mansionem fecit, & vt aperte

Iohan.12.

iam cernitur,omnis nostrę multitudinis seminariũ fuit. Velut enim granũ ex grano illo frumenti Euangelij, dum perfecta contemplatione terræ viuentiũ mundo

Degit in speiunca.

omnibus strepitibus obijt,multũ imitantium se fructum dedit. Ibì itaq; ingens & terribilis speluncæ secretis repositus,solus soli Deo vacans,soliq́ placere desiderans,dum mundi gloriam fugit,ad laudis suæ præconium, vicinarum vrbium ferè omniũ linguas mouit. Cœpit itaq; nomen sanctitatis eius haberi celebre, & rantæ opinionis fama longè lateq́ dilatari.Et quia sanctorum perfectio maior est, ne ritis, quàm ore hominum referri possit, pater sanctus non solùm fortia exercuit, sed etiam miraculis coruscauit: vt quos fama alliceret,miracula solidarent.

Cap.4.

Cœperunt ergò nonnulli seculum reliñquere,& eiusdẽ se magisterio subingare. Inter quos & vir venerabilis Leo Lucensis,& Desiderius Beneuẽti nobilis,ad animlandum piæ virtutis eiusdem studium,se eius magisterio subdiderunt. Quorum mirùm alter post eum Cauensi monasterio præfuit, alter sancti Benedicti monasterij Cassini Abbas cõstitutus,dehinc in totius orbis culmine,videlicet Romanę Ecclesiæ Pontificatũ sublimatus est. Sed humani generis inimicus sancti viri successibus inuidens,cùm quadã die Salernum euntem cerneret, super excelsæ rupis verticem se obuium præbuit,& iumentum,cui insidebat,exterrens, per immensum montis

præruptum in præcipitium dedit. Deiectus itaque tantæ rupis vertice cum iumento,cui præsidebat,ad litus maris,quod eidem monti suberat, non sicut ruens cecidit,sed scandens quasi deambulando perueniens stetit, quia integer & illæsus apparuit. Qui autem comitabantur eum,à multo fletu ad oram maris veniunt,sed incolumem læti conspiciunt, quem lugẽtes inuenire mortuum crediderunt. Sicque factum est,vt antiquus hostis se tanta viri venerabilis virtute superatum erubesceret: quia eiusdem gloriam auxit,quam extinguere moliendo cogitauit.

Præclarum fané miraculum.

Cap.5.

Alio quoquè tempore,dum quidã Salernitanæ ciuitatis viri irruentium latronum impetum fugerent,ad vicina cellæ viri Dei loca peruenerunt: vbì cùm pauisse sub rupe quadam voluissent, ingẽs saxum de eadem rupe dissiluit,& quendam exeis,Burellum nomine,conterens extinxit. Quem vt socij mortuum atque contritum conterent,ad viri Dei monasteriũ iam inclinato vespere sepeliendum detulerunt: quibus pater venerabilis præcepit,vt nocte illa discederent, atq; sequenti die ad sepeliendum,quem detulerant,redirent. In eodem verò specu pater sanctus iam oratorium constru xerat,in quo poni feretrum iussit: & assumpto Leone discipulo suo,cuius superiùs mentionem feci,in oratione eadem nocte vigilauit. Manè igitur facto,defuncti illius comites redeunt,sed mirabili stupore & gaudio, quem mortuũ dimiserant, non solùm viuentem,sed criã incolumem receperunt.

Precibus suis excitat vita functũ.

Cap.6.

Miraculum

Quidam itẽm die septem viri ad monasterium venerunt, quos post ædificationem ferri ea reuelari præcepit. Quod dum cellararius perfici deuotè voluisset,sola quinquagena in omni cella reperit,ex quibus æqualem refectionem septem viris distribuiri non posse,viro Dei nunciauit. Hæc autem pater sanctus ad se deferri instanter iussit,aliata benedixit,&,quòd valdè stupendũ est,nisi à Deo per tanti viri ministerium fieret,ex quinque ouis septem viris singulis singula præbuit. Quo nimirùm viri Dei opere quanta sit etiam virtus charitatis agnoscitur,qua à perfecto in charitate velut condi incondita,& quæ non erant,esse potuerunt.

Cap.7.

Cœpit etiam vir Domini spiritu prophetiæ pollere, ventura cognoscere, & cogitata,vt rerum poscebat vtilitas, nunciare. Quidam nanque de vicinioribus locis quidam ad eum energumenum vinctum ferro duxerunt,suppliciter deprecantes, vt manus imponeret, atque immundum ab eo spiritũ fugaret. Quibus vir venerabilis respondit,dicens: Hic non me viuente,sed moriente sanabitur. Quod profecto ità impletũ testati sunt,qui nouerunt. Nam vbì pater sanctus obijt,ab eodem

Prædicit futura.

potente Deo dispositum,vt obsessum longiori pœna purgaret, & vt in eius salute, qualis fuerat serui sui vita,clarescceret. Vir quoquè duplici fulgore miraculi decorus apparuit: quia & futura prędixit,& curationẽ quam promisit, exercuit. Venerando etiã viro Leoni discipulo suo atq; alijs condiscipulis prœceperat,vt post eiusdem mortẽ in eodem monasterio plus quàm duodecim fratres simul esse nũquàm debuissent: nè si numerũ prędictum excederent, sustentari de rebus monasterij neq́uam possent,nam facultates eiusdẽ monasterij tunc tantis solummodò fratribus vix sufficere videbantur. Sed cum iam ferè de hoc seculo esset profecturus ad Dominũ, eisdem discipulis vocatis ad se ait: Ego quod de numero fratrũ constituì, obsequium hominem dixi. Nam (quod mihi Dominus reuelare dignatus est)in hoc monasterio innumerabilis multitudo ad eiusdẽ seruitium colligẽda est.Qua de re futura fratrum receptio non ex præsenti inopia, sed ex copia futura pensanda est: quia ille, qui eos ad regnum suũ cõgregat, temporales etiã sumptus largiter ministrat.Hoc autẽ vir Dei voce prorulit,nos stupemus in opere: quia omnipotens Dominus in eodem monasterio & multos constituit,& semper largiter procurauit.

Diuinitùs ei reuelatur status futurus monasterij sui.

Cap.8.

Eis quoq; discipulis dum læta futura protulit,quę etiã eos manerẽt aduersa nunciauit. Post obitũ meum,inquit,quidam in hoc ouile Dominicum lupus ingrediẽtur,pacem cõmunem turbare nitetur: sed turbari refugite,quia citiùs extinguetur. Quod profectò ità factum, antiqui monasterij senes referre soliti sunt. Nam quidam turbine secularij fultus, postquàm vir sanctus obijt, monasteriũ irrupit, eiusdem successorem expulit: sed pastoralem locum, quem impunè sibi vsurpare se credidit,diuina vltione percussus,ei,quem expulerat,liberum citò dereliquit.Hæc ad nos de tanti patris vita atque miraculis peruenerunt,non quòd ista sola fuerint, sed quia sanctus plura exercuit,quæ humiliter occultauit. Sancti etenim viri cùm magna faciunt, inquantùm possunt latere cupiunt: quia in cælo, non in terra

Sancti cupiunt latere.

honorari

Universidad de Deusto
Biblioteca

honorari concupiscunt. Sic fortassè vir sanctus & ista occultaret, si talia essent, quę latere qualitercunquè potuissent. Nam quòd de excelsæ rupis vertice cadens laedi non potuit, quòd viuentem socijs reddidit, quem sepeliendum recepit, quòd eo benedicente numerus ouorum creuit, rerum quidem immensitas erat, quæ occultari non poterat. Et fortassè energumenum curare ideò viuens noluit, vt tunc magnus in eiusdem curatione clarescèret, cùm illic iam receptus esset, vbi fauor ei minuere operis meritum nequaquàm posset.

Cap.9. Cæterùm in quo latere potuit, ad futurorum notitiam non peruenit. Nam quo abstinentiæ rigore corpus attriuerit, quibus vigilijs mentem extenuauerit, quibus lachrymis quotidiè cælestia flagitauerit, quàm fortis fuerit in aduersis, quàm mitis in prosperis, quo vigore mundū despexerit, ad regnum cæleste quo desiderijorum feruore flagrauerit: horum & his similium magnitudinis eiusdē mensura, ad aliorum notitiam non peruenit. Sed si modum vitæ & continentiæ eiusdem scire non possumus, colligere ex ostensis euidentibus miraculis eiusdem possumus, quia in vsu quotidianæ conuersationis sibi valdè improbus & austerus fuit. Nam pondus carnis quis in illo tanto præcipitio illæsum seruaret, si quotidianis feruentibus aque igneis desiderijs se non quotidiè in cælestis vitæ amore suspenderet? & volare, vt ità dicam, desiderijs totus igneus quandò posset, si non carnis grauedinem per vim magnæ abstinentiæ leuiaret? Rerum numerum quomodò augeret, si * scipse rerum vsus non potenter subtraheret? Postremò de expulsione dæmonum ab ipsa veritate dicitur, Hoc genus dæmonum non ejcitur, nisi in oratione & ieunio? Liquet ergò, qua ieiuniorum se austeritate contriuerit, qua orationum instantia cordis puritatem consequimur, vir Domini, qui non solùm præsentia, sed etiam futura nouerat, horum donorum omnium mensuram non solùm bonam, confertam & coagitatam, sed & supereffluentem habebat. Sed quid in præscientia rerum tantùm puritatem cordis eiusdem asserimus, qui ab his, à quibus optimèmotus est, tantus asseritur, vt ipsum etiam humani generis redemptorem in carne adhuc positus videre mereretur?

*sibi

Mar.9.

Cap.10. Christus ei apparet. Dicunt enim, quòd ante sextum sui exitûs diem ei Dominus Iesus Christus apparuit, eique dixit: Die cœnę meæ venies ad me. Tunc pater venerandus quanta lętitia & gaudio exultauerit, quibus desiderijs diem tantæ promissionis expectauerit, cogitando colligat qui potest, quia dici non prævalet. Quo nimirùm die venerit, impleuisse fertur omnia, quæ ad tantæ solennitatis ministerium debebantur. Missarū solennia celebrauit, fratrū pedes abluit, pauperibus donatiua distribuit, & constituto discipulis patre, Leone videlicet venerabili viro, cuius superius mentionem feci, solam diei cœnam præterijt, cui suę visionis epulas redemptor ipse daturus sit: vel fortassis idcircò ieiunus voluit de hoc mundo transire, vt regulari manducato se & moriendo subijceret. Quja enim directi in via de monasterio fratres non redire præcipiuntur, qui inclinato iam diei vespere ieiunus ad Dominum transiit, ab istius vitæ decursu ad domum cælestem, quasi de via ad cellam spelunca, in eadem fratribus cum statuto eis patre ad refectorium dimissis, cellulam spelunca, in qua manere consueuerat, intrauit, se in orationem dedit, atque inter orationis verba in redemptoris manus vltimum spiritum tradidit.

Leonem sibi designat successorē.

Feliciter obit.

Cap.11. Dubium quippè non est, quòd ad eum deducendū accesserit, qui ante sextum diem hunc inuitare dignatus est. Quandò enim illi beatæ animæ egredienti de carne nuncius paulò antè fuerat, vt exiret? Obijt autē vir vitæ valdè venerabilis senex & plenus dierum, cùm ferè centum viginti esset annorum, quod sanè omnibus mirabile est. Ità sanus & fortis vsq; ad extremam horam mortis extitit, vt nec pręcrepita ætate caligaret, nec aliqua debilitate deficeret. Nam vsque ad extremum vitæ suę tempus clarissimè & legit & scripsit, Missas celebrauit, & omne pastoralis sui ordinis ministerium valenter exhibuit: sicque, vt videre est, tam viuendo quam moriendo humanę naturæ molestias vicit: senescens vtiquè, vigoris sui defectum nesciens: moriens, mortis ægritudinem non incurrens. His ergò tantis donatus meritis, talis adspicitur, vt illud ei, quod de dilecto Iohāne ab eodem redemptore nostro dicitur, quomodolibèt, competere videatur: Sic eum, inquit, volo manere donèc veniam. Reuerà talis erat, vt haberet vndè mercedis summæ bona recipere,

Grandis eius ætas.

Res stupendæ.

Iohan.21.

ret, sed quod corrigendum esset, non haberet. Habuit siquidem, quod ad æternitatem staret: sed non habuit, quod cum humani lapsûs fragilitate deficeret. Sic ergò eum Dominus manere voluit, donèc venit: quia nimirùm à suę inceptionis initio talis fuit, qui egressionis suæ tempore ipsius redemptoris præsentiam meruit. Cùm autem fratres à refectione surgerent, cellulam eiusdem intrantes, defunctum inuenerunt, ità membris dispositum, vt orans, non mortuus credi posset, nisi tactus quid de eo iam factum esset indicaret. Tunc quis mœror & luctus fuerit simul omnium, quis & quantus dolor & tristitia singulorum, dici lingua nequaquàm potest. Pater quidem sanctus absentes discipulos habere moriens voluit, vt eis mœrorem suæ mortis auferre debuisset. Verùm vndè eis mitigare dolorem credidit, duplicauit: mœrentibus siquidem omnibus, non solùm quia tantus pater obijt, sed etiam quia præsentes quos nutrierat habere recusauit. Sed fortassè eorum strepitus rectiùs vitâsse cognoscitur, vt secretæ orationis quiete, venientis Iesu maiestate liberiùs frueretur. Tollentes autem discipuli corpus eius, in eodem spelæo circa oratorium, quod idem vir Dei construxerat, condiderunt.

Fratres eius obitu dolēt plurimùm.

Cap.12. Hęc autem de vita & obitu viri valdè venerabilis Alferij Abbatis, tam de scriptis Desiderij Abbatis montis Cassinensis, quàm de assertionibus senum monasterij in paruum libellum contulimus. Nunc ad ea, quę post eiusdem obitum in eodē monasterio sunt gesta, veniamus. Suprà retulisse me memini, quia dæmoniacus ad sepulchrum eius delatus, vt venit, à maligno spiritu liberatus est, quē optimum pictorem sanctę Trinitatis, quam suffraganeam vocant, in signum liberationis suæ proprijs manibus depinxit. Quidā prętereà frater erat in monasterio, Nicolaus nomine, vir quidē valdè religiosus, sed tamē malignis adhuc antiqui hostis bellis expositus. nam quotiès communicare disponebat, illud ei diabolica illusione contingebat, quod qui patiuntur, ad sacramenta Dominica accedere non pręsumunt: multis quoquè ieiunijs & orationibus, fletibus quoquè & confessionibus probationis suę causas abscindere tentabat, & tamen liberari non poterat. Tandèm salubri reperto consilio, ad tutissimum sancti viri sibi orandi consuetudinem fecit. Quadam verò die, dum illic tristis oraret, atque à Domino carnis suæ munditiam solitis mœroribus peteret, vt soler mœrentibus accidere, prætristitia obdormiuit: cui in venerando habitu patercidē sanctus apparuit, & ab eo causas tanti doloris inquisiuit. Cumque ille quid quo eum senex venerandus deposuit, lauit & dixit ei: Vade, quia amodò iam munderis. quod & ità factum est: nam ex illo iam die immundi spiritûs solita impedimenta non pertulit.

Cap.11. Is est Victor 3. Rom. Pontifex.

Alferius apparet fratri afflicto.

Cap.13. Anniuersaria depositionis eius solennitas in monasterio agebatur, cùm vir vitę valdè venerabilis Abbas Petrus, de fratrū refectione solicitus, per omnia ferè maritima litora regioni proxima pisces quęsiuit, & inuenire nō potuit. Reuersi itaq; sunt, qui missi fuerant, ab omnibus illis maritimis nusquàm pisces inuenire se potuisse referentes. Tunc admodùm contristari vir valdè venerabilis cœpit, quia diem prędecessoris sui qua cupierat charitate prosequi non valebat. Sed quod defuerat in antiquitia temporis posito, ei cui iam Deus erat omnia in omnibus, deesse non potuit. Die etenim illa fratrum cœnam pater sanctus Alferius affluentem parauit. Egressus siquidem Petrus venerabilis Abbas de Capitulo, ante claustri ianuam copiosum plenum magnis piscibus vidit: quē cùm instanter quis deposuisset inquireret, & inuenire portitorem illius nullum potuisset, miraculo quo se vir sanctus offenderat, stupuit, & piscationem illam patris Alferij fuisse cognouit.

Miraculum haud vulgare.

Cap.14. Et vt iam temporum nostrorū ad acta veniamus, Lucas monachus adhuc superest, qui nobis in monasterio referre solitus erat, quia quodā die minutus, ex more monasterij extra chorum residendi licentiam habuit. Ibi itaque sedens, cùm non his, quæ in choro canebantur, intenderet, sed oppressus somno grauiter dormiret, senex quidam veneranda canicie fulgidus, hunc per ora cucullæ tenuit, & violenter trahere ad chorum cœpit. Tunc motus Lucas monachus, cùm quis esset, qui trahere monachos violenter auderet, inquireret, audiuit quia Abbas Alferius esset, cui omnia tanquàm in proprio monasterio licerent. Cumque ille trahendo festinaret, hic autem tardiùs sequeretur, quòd ante altare eiusdem suffraganeæ ecclesiæ veniret, ei visum est. Euigilans autem, illic se inuenit, vbi se attrahi

Fratri cuidam apparet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

per somnium viderat,vestimenta etiam,quæ homo Dei tenuit, exuta iam,& super humerũ sibi posita reperit. Quod vir sanctus fecisse cognoscitur, vt loco illi, quem

*for. incoluit *incolit,se præsentem ostenderet,& negligentium torporem ad diuinæ laudis studium excitaret.

Cap.15. Candelam, pro lãpade. Neque illud silendum puto,quòd candela vitrea,quę super beati viri tumulum lucere consueuerat,plerunquè lapsa,in eiusdem tumuli saxa venit, & non solùm frangi non potuit,sed quandoquè,vt erat,plena permãsit. Coffus etiam monachus de semetipso referre solitus est, quia discursione mali humoris maxilla eiusdem vehementer intumuit,& intolerabili dolore dentium cœpit cruciari. Sed cùm quotidiè languor ingraueſceret,& arte medicorum sentire remedia nulla potuisset,ante sepulcrum sancti viri se proiecit in oratione. Quò cùm prostratus leuasset,

Miraculum men tanti doloris deuotis precibus impetrâsset,ab oratione surrexit,& statim gingiuæ dolentis cutis crepuit,atque per illius vulnus crepidinis emissa putredine,& faciei tumorem perdidit,& dentium dolorem.

Cap.16. Adest etiam Petrus de Guardia monachus,qui efficaci assertione,quod in se egregiam gestum est,testari solet. Ea nanque pestilentia,quæ ante annos ferè vigintí in illis partibus vehementer populum vastauit, præfatus monachus magnis febribus tentus est: cumque ardor nimius febrium vires eius excederet, hora accensionis

Curatur febricitans. ad tumulum iam sæpè memorati patris confugit,firmiter credens, quòd tanto patri commendatum febris inuadere nequaquàm posset. In quo nimirùm rutelæ & confugij sui loco fructum fidei suæ ità consecutus est, vt ardentissima febris eum relinqueret,nec vltrà sancto viro commendatum fatigare potuisset.

VITA LYDVVINÆ VIRGINIS SANE ADMIRANDA, AVTHORE F. IOHANNE BRVGMANNO

Franciscano. Eam verò F. Laurentius Surius suo stylo contraxit, omissis, quæ sine historiæ detrimento omitti potuerunt, nè Tomus hic nimiùm excresceret.

Necdùm comperi Lyduuinam hanc,licèt sanctissimã, Sanctorum catalogo adscriptam.

PARS PRIMA.

CAP. I.

Aprilis 14. LYDVVINA virgo in Comitatu Hollandiæ, oppido Schiedamensi traxit originem è domo valdè religiosa. Eam autẽ Dominus suę dulcedinis benedictione præueniens,à seculo nequã clementer eripuit. Patrem habuit

Lyduuinæ patria & parentes. Petrũ,matrem Petronillam, qui labore manuũ suarum victum sibi comparantes,mãdatis Domini concenter viuere studebãt sine querela,sicut & maiores eorum,

Auus eius. à quibus orti erant. Petri enim parens Iohannes vir deuotæ vitę laudabilis, rectus & timens Deum, & qui defuncta vxore permansit viduus,corpusq; attenuauit inedia,& duanis actriduanis ieiunijs hebdomadatim illud attigens,eiq; esteœro non nisi panem & aquam præbens, Domino fideliter seruiens

Malignitas dæmonum. moquinto quoque die percipiebat. Maligni dæmones pijs eius studijs inuidentes, domunculam eius sæpè euertere nitebantur: & si ei nocere non possent,interdum domesticos eius ceu canes rabidi,nimio eis iniecto terrore,è domo exturbabant. Porrò huius Iohannis filius Petrus ex sua vxore Petronilla nouem proles suscitauit, mares octo,fœminam vnam Lyduuinam. Solebat autem in partu non sine gno versari discrimine Petronilla,& cùm Lyduuinam gestaret in vtero, vereba nè quid aduersi sibi ex partu accideret. Itaque obnixè rogabat Dominum, vt parienti propitius adesset. Adueniente partûs tempore, Dominica Palmarum gressa est templum:sed cùm passio Christi cantaretur,doloribus correpta,domum redijt,& mira facilitate filiam enixa est. Ea deindè baptismi vndis expiata, Lyduuinæ congruentissimum nomen accepit,quod potest Latinè dici,latæ patientiæ. Reuerà enim,vt sequens docebit historia,tanta & tam multa perpessa est hęc sacra virgo, vt posset etiam ipsa cum Apostolo dicere, se adimplere ea, quæ desunt passionum Christi in corpore suo. In ipsis adhuc posita incunabulis,diro torta cruciatu, post vagitus & lachrymas,non paucos egerebat calculos: & infantula, belli dolique ignara,iam pœnis exercebatur,quibus ferendis etiam fortissimorum virorum animi plerunquè succumbant: atque ijs ad futura certamina præparabatur. Cœpit deindè sub parentum domestica institutione,quantum tenera illa fert ætas,ea quę Dei sunt studiosè addiscere,& lingua balbutiente iucundo animo angelicam exprimere salutationem,sacra inuisere loca,imaginem matris Virginis vbi poterat officiosè salutare. Obitèr hîc inserere libet, etsi fortassis videamur ab instituto declectere,quid Schiedami gestum sit. Mercator quidam eò attulerat, imaginem sanctissimæ Virginis,venditurus in nundinis Antuerpiensibus. Nauigitur eam imponit,nautæ se ad soluendam nauim comparant,sed eam nulla vi aut ratione mouere possunt. Aduolant multi ad nouæ rei spectaculum, stupent omnes, tandèm suspicantur id fieri propter imaginem matris Dei,orant mercatorem vt propter miraculum iusto accepto precio à fabricæ præfectis,imaginem illic relinquat: assentitur,tollitur imago,& reuerenter in æde beatissimi Iohannis Baptistæ collocatur. Crescit indè amor & deuotio propter imaginem,instituitur quædam fraternitas,& illo loco quotidianæ matris Dei laudes celebrantur. Sed ad Lyduuinam reuertamur. Ea cùm fere septennis iam esset, coæuis sodalibus docilitate & pietate longissimè antecedebat: fugiebat lasciuarum puellarũ consortia, respuebat ludos. Missa crebrò à matre, vt fratribus ientaculũ aut quippiam eiusmodi afferret, clàm ibat in templum,& sublatis in cælum manibus coram memorata sacratissimę Virginis imagine,ab intimo pectore ardentem promebat precatiunculam. Quòd si interdùm obiurgata esset à matre propter longiorem moram, respondit ei: Quæso bona mater,nè molestè feras.salutaui enim speciosissimam Dominam nostram, & illa mihi blandissimè arrisit. Id audiens mater, conticuit, credens Dei spiritum longè in puella. Accedente indè ætate,qua solet caro insolescere, videns Lyduuinam ferè mundum in maligno positum, coætaneas quoquè puellas per abrupta ferri in discrimina vitiorum, nè candidam stolam, quam in baptismo accepserat,vel tenuiter inquinaret aliquo libidinis ardore, conata est fugere è medio iniquitatum. Hortabantur eam mundo dediti homines, vt viro nuberet, carnis deliciasconsectaretur, cumulandis opibus operam nauaret: at illa sic deprecabatur Dominum: Auertè à me,Domine Deus,vitiosum cuiuscunque hominis amorem, nec me sinas erga creaturam vllam vitiosè affici. Erat autem formosa corpore,statura,eleganti,in tractandis rebus domesticis,tametsi duodecim annos nata duntaxat,sanè perita & exercitata,moribus commoda & grata admodùm. Indè verò fiebat,vt etiam opulenti & honesti viri eam sibi à patre coniugem expeterent. Quorum ille precibus victus,cùm esset ei domi curta supellex,tanquàm inopiæ suæ opportunè consulturus,quasi gloriabundus proponebat hæc filiæ suæ. Illa verò sic respondit: Ego,mi pater,virginitatis thesaurum fero in vase fictili, quem propter nonnullis hominis coniugium nullo pacto prodere velim. Itaque oro te, nè mihi posthàc sponsi vllam mentionem injicias. Sub his illorum colloquijs aduenit mater,arcanorum filiæ suæ conscia,aitque ad maritum: Frustrà,mi vir,de coniugio filiam appellas,à quo eius & ætas necdùm satis matura,& Deo deuota voluntas abhorret. Vnicæ filiæ nostrę vnico Deo,si velit ipsa,potissimùm consecrãda est virginitas. His à matre dictis,Lyduuina constãter & verecundè,nec sine gemitu subiunxit: Nullus me mortalium eò allicere poterit,vt spontè nubam. Quòd si vi coacta fuero,rogabo Dominum,vt ea me corporis deformitate afficiat,quę omnium animos facilè à me auertat. Id vbi accepit pater,deincèps nullã ei de matrimonio contrahendo molestiam exhibuit. Sciens autẽ Lyduuina se inter latrunculos versari, coepit custodire vias duras, diligentiùs vitare hominũ & puellarum conspectum, domi se continere, virginitatis propositũ Domino gemebundis precibus cõmendare. Ità dum seculi fugit strepitus & vanitates,in solitudine accreuit ei simplicitas: in simplicitate deuotio, in deuotione feruor amoris diuini. Vt autem ad sanctissimi ritus maiora capessenda charismata aptior fieret,castigãs castigauit eam Dominus, & multiplicatæ sunt infirmitates corporis eius,vt acceleraret, accelerando Domi-

Colos.1. Infantula adhuc diros patitur calculi dolores

Miri quid. dam de imagine S. Mariæ.

Pietas eius puerilis.

Recusat nuptias etiam diuitũ prorum.

Vitat hominum consortia studio castitatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

num quæreret, quærendo patrem inueniret, inueniendo Deum possideret.

CAP. II.

ANnos igitur nata plùs minùs quindecim, ex diuturno morbo admodùm deformis effecta est, & decor faciei eius adeò mutatus est, vt qui anteà impensè eam amauerant, iam illam aspernarentur, faciente id illo, qui pulchras animas amat etiam in non pulchris corporibus. Accidit autem, vt quodam die hyberno tempore, cùm flumina iam glacie concreta homines per ea inambulantes facilè sustinerent, sodales virgin es Lyduuinā, quæ tum recèns conualuerat, animi causa inuitarent ad captanda quædam in aquis frigore constrictis oblectamenta, vt solent apud Batauos puellæ. Sed illa, vt quæ nunquàm, instàr Sarę illius, cum ludentibus se miscuisset, omne humanum solatiū floccipendens, abstinere illis noluit. At tamen illis perurgentibus, vt vel spectatum cum ipsis iret ad glaciem, tādèm cessit, abijtq; ad aquas glaciales, corpore adhuc parùm firmo, adspeąque puellas sursùm deorsùm cursitantes, cùm eccè paulò pòst vna ex puellis rapido cursu aduolans, nec se cohibere valens, in eam casu impingit, eamque in glacieiocus abit in lachrymas, existunt clamores, & quam iucundis animis cò adduxerant puellæ, eam suis manibus cognati reportant, desperata salute eius. Aegrè dieducitur, Domino hauddubiè sic volente. Casus ille subitaneus magnæ omnibus admirationi fuit, & alij quidem atque alij aliter & aliter de virgine loquebantur, qui autem cordatiores erant, & vitam eius nouerant, dicebant Domini manum id fecisse, quod etiam rei euentus comprobauit. Interim verò vndiquaquè accersitur medici prece & precio, aduolant & chirurgi peritissimi. Sed neque medici, neque chirurgi quicquam possunt omni arte & industria sua, vbi Dominus vulnerat, & solus mederi vult. Dolor autem virginis increscebat, in pectore & sub costa innumeræ existebant perpessiones, accedebat dirissimum apostema, iudicio medicorum fiebant semper posteriora deteriora prioribus, absumebantur exigua parentum facultates, tandèm de vita puellæ desperabatur. Erat per id tempus in Hollandia medicus insignis Godefridus Sonderdanckius, pijs pauperibus valdè addictus. Is cùm & audiuisset & vidisset, quæ Dominus operari cœperat in virgine, Infirmitas hæc, inquit, omnem nostram medendi vincit facultatem, & sine dem iudicio author naturæ Deus talia operaturus est in hac adolescentula, quæ fortassis hactenùs comperta non sunt. Atque vtinàm efficere possem, vt multa curanda vel aureos possimus lucrari montes, omnem ludemus operam. Meo quolia iure diceretur: libens ego eo nomine tantum darem auri, quantum esset dus capitis eius. Sic ergò omni medicorum solatio destituta virgo, sola spes diuinæ nitens, diro eam excruciante apostemate circa costas, sine vlla requie laboret & illuc se versabat. Consolabatur filiam grandæuus pater, vt potuit, sed dolorbus augmenta capientibus, augebantur simul virginis gemitus sanè miserandi. Erat ei iam angustus locus omnis, vis nimia doloris animum propè absorbebat. Tandèm immodico victa cruciatu, sui penè impos, è lectulo se deiecit in limum patris. Indè diruptum mox apostema est, & humor ex eo profluens, cùm alioquin non posset, per os cum vomitu tanto cum dolore erupit, vt omnibus membris pa ella discerpi videretur, omnesque tanquàm ilicò morituram lugerent. Tum rò aduertere cœperunt domestici eius, solum Deum opitulari ei posse. Cerè quis tunc videret miserlam adolescentulam cunctis viribus destitutam, membrorum omnium officio orbatam, genibus & manibus instàr monstri cuiusdam humreptantem, nunc trunco, nunc scabello per domūs angulos se promouentem, terdùm instàr vermiculi sese agitantem, non posset abstinere à lachrymis. Quis verò sine dolore adspiceret puellam anteà cunctis amabilem, modò contemnomnibus? Omnem escam abominabatur anima eius. nam si vel parum sumpsit, mox euomere cogebatur. Potum quoquè licèt magni precij prorsùs recusabat. Fastidiosus stomachus, vt solent prægnantes fœminæ, sæpè ex leberibus repulsus, quandoquè è canalibus putentem aquam expetens hauriebat. Stomacho vacuo aut exiguus, aut penè nullus ei somnus erat. Vnicum ei solatium, per singulas noctes lachrymis rigare stratum suum, ab omnibus pro monstrosa haberi, à sodalibus puellis derelinqui, cum percusso Iob Deo gratias agere. Qua vero ipsa aua-

Tob. 3.

Horrendo casu grauissimè læditur

Nulla potest arte curari.

Miserandū in modum perpetuò cruciatur.

Vide triste spectaculū.

Iob, 1. & 2.

amaritudine, quantis corporis cruciamentis, quanta vtriusq; hominis deiectione tres primos annos exegerit, soli Deo notum est, & quibus hoc ei placuit reuelare. Qualis autē fuerit in oculis Dei, vel hinc liquebit. Corrixabantur quandoquè inter se duo viri in platea, à verbis iam ventum erat ad verba. Alter autē vel meru, vel imbecillitate fugā capessens, in domunculam, vbi Lyduuina decumbebat, se recepit. Sequebatur alter furibundus, & districto ense quęrebat ex matre Lyduuinę, vbi esset hostis suus. Negante illa non absq; tremore eum illic esse, irrumpit insanus in cubiculum Lyduuinæ, scisciatur num ibi sit. Respondet virgo: Puto eum hîc esse. At ille tanquàm lumine orbatus, circunspiciens vndiquè neminē videt, factusque mitior ex verbis virginis, abscedit. Abijt & alter, gratias agens quòd seruatus esset. Mater autem virginis, putans eam virum prodidisse responso suo, obiurgauit eam, etiam alapam addens miseræ. At illa patienter ferens, sic ait: Credebam ego, mea mater, posse veritatem conseruare virum, qui ad me confugerat. Hęc vbi dixit, mater conticuit. Hoc initium signorum fecit in sponsa sua Dominus Iesus.

Hostis non videt hostē suum.

CAP. III.

POrrò humor noxius apostematis per corporis membra se diffundens, diuersas attulit virgini ęgritudines, molestas valdè. Computrescebāt apostemati vicina membra, marcescebant propinqua corporis intestina, vermes horridissimi modo quodam inaudito è profundo corpore emergebant, quorum erat multitudo ingens, & tanta sæuitia, vt corrosis viscеribus, tribus locis ventrē eius dirumperent. Erant foramina illa forma orbiculari, colore atro, magnitudine fundi scutellæ communis. Vermes indè erumpebant quandoquè centum, nonnunquàm ducenti, vt plurimùm ampliùs cētum quotidiè. Adspectus corum sanè horrendus, color cinericius materia aquata, crassities instàr extremę partis fistulæ vsitatioris, longitudo qualis est articuli in digitis. Nè autem vitalia membra suo more exederent, malagmate quodam, ex adipe frumenti, melle optimo & pinguedine caponis confecto, & ad foramina illa appositò eliciebantur. Sed priusquàm prodirent foràs, per omnia virginis vitalia membra peruagari putabantur. Referam obiter, quod tum accidit. Erat Schiedami vir diues, conuiuiū opiparum instructus. Itaque prærer alia animantia, etiam capones benè pingues sibi comparauerat. Rogat illum Lyduuina egentissima, primò per nuncium, indè per seipsam, vt parum aliquid sibi de caponum pinguedine impertiat, qua vermium rabiem, ventrem ipsius rodentium, sedare possit. Negat homo ab omni humanitate alienus: ait mendax, capones suos macie affectos. Tum illa, Rogaui te, inquit, & repulsam patior. Oro Deum, vt catus deuoret, quod miserrimæ mihi dare non vis. Et eccè aduentat lautissimi, vt putabatur, conuiuij dies, parantur capones, extrahitur adeps, conduntur omnia in promptuario: craftino manè, quod accuratiùs seruatum credebatur, totum cernitur tanquàm à bestijs laceratum. Cogebatur autem Lyduuina à diuitibus emendicare eiusmodi alimoniam, qua sæuissimi vermes nonnihil compescerentur. Deindè verò etiam dextra scapula eius putruit, ità vt non nisi colligata fascijs vel mappulis, in aliam posset verti partem absque membrum dissolutione. Itaque vsque ad supremum vitæ diem supina iacuit in lecto, vt posset ętiam commodiùs intueri cælum. Membra omnia, dempto capite & brachio sinistro, tanta erāt debilitate deiecta, vt ea mouere non posset. Dextrum brachium eius ignis, quem sacrum vocant, vsque ad ossa consumpserat, idque multo tempore vno tantùm neruulo hærens, reliquo corpori cohærebat. Caput eius dolorum aculeis & malleolis compungebatur, frontem fissura longa & lata atque flexuosa deformabat. Mentum quoquè ad labrum vsque fissum erat, & concreto sanguine tumidum, ità vt non rarò liberè eloqui non posset. Oculus alter penitùs cęcatus erat, alter lumen naturale sine effusione sanguinis nouoque cruciatu ferre non potuit. Facies interdùm tumebat, dolebant sæpè dentes per hebdomadas, interdùm mensęs perpetuos, tanta vi & importunitate, vt ad insaniam propè eam adigerent. Gutturnon rarò angina, alijque morbi anonymi infestabant, adeò vt nonnunquàm corpus Christi deglutire vix posset. Tantus manabat sanguis ab ore, naribus, auribus & oculis eius, vt horrorem afferret adspectantibus, & pijs lachrymarū riuulos exprimeret. Vomebat sæpissimè rubram aquam tanta copia, vt plerunquèmensę vno vas indè impleri posset, quod à duobus viris portaretur. Rogata à curiosis, vndè tātus in ipsa existeret humor, nihil alimoniæ sumente, respondebat:

Varij in virginis corpusculo exiſtūt morbi.

Nota de vermibus.

Vltio diuina in homiē inhumanum.

Nullum fetē membrū mouere poteſt.

Immaniſſimi dentium dolores.

Vomitus mirabiles.

Universidad de Deusto
Biblioteca

debat: Et vos mihi dicite, viri sapientes, vndè viti tantus liquor, quæ hyeme prorsùs arida videtur? sicque sapienter indocta doctis faciebat satis. Pulmonis quoquè & hepatis particulas reijciebat, vbera eius ineffabilibus pustulis & apostematibus, sanie interdùm fluentibus, torquebantur. Calculo, instàr columbini oui magno, dirissimè afflictabatur, ità vt sæpissimè & sensu & loquela destitueretur. Hunc verò dicebat sibi potissimùm mortem allaturum. In communibus Domini flagellis & castigationibus, quibus interdùm Hollandia laborabat, hoc Lyduinæ tanquàm peculiare munusculum diuinitùs obtingebat, vt cuiuscunque morbi vel pestis primitijs ipsa afficeretur. Magna intestinorum pars diù ante oculos eius è corpore pendula eminebat: itaque marcescente inferiori corporis parte, venter sacculus lana plenus supponebatur, nè prorsùs effluerent. Tibiarum & pedum priuata sensu, vitam miserabilem multis egit annis. Quòd si interdùm supra naturam breuissimo temporis spatio diuinitùs sensus eis redderetur, id non ad solatium, sed ad noua dolorum genera excipienda mira dispensatione fiebat. Omnis generis febrium, sed diuersis temporibus, paroxismos patiebatur. Hectican, tertianam, quartanam perpeti, familiare ei fuit: nunc simplici, nunc compósita, modò ephemera vel quotidiana, modò acuta fatigari, ludus quotidianus putabatur. Et nè singulis immorer, non erat vllum in corpore membrum, quod inauditis non esset doloribus obnoxium. Nullum apud medicos morbi genus extat, cuius ipsa expers fuerit. Nulla in venis eius sanguinis gutta fuit, quæ Domini virgam paterentè castigantis non senserit. At tamen horum morborum quidam ad extremum vitæ tempus permansêre, quidam ad certum annorum, mensium, hebdomadarum, dierum, horarum spatia durârunt. Porrò annis triginta & octo corporis nulla ei erat prospera valetudo, sed interior homo gratia Dei erat locuples. Accidit autem, vt in principio infirmitatis suæ humanum quiddam obreperet illi. Audiuit tum fortè à sumpto cibo ridentes & iocis ludentes puellas. Itaque oblita flagellorum, cœpit flere amarissimè, quòd ceu compedibus vincta, à coæuis puellis prorsùs neglectui haberetur. Potest facilè venia dari tam durè flagellatæ, & necdum spiritus vnctione delibutæ. Et primis quidem annis quatuor afflictionis suæ, secundum exteriorem hominem patiebatur inuita, eratque ei molestum, quicquid cerneret. Cùm sic autem lachrymaretur, vetuli parentes nitebantur consolari eam: quæ etiam adolescêtulæ, & cognati atque propinqui animabant eam, sed consolatores onerosi omnes illi: solus ille, qui percusserat, etiam méderi debuit dolori eius, quod vt fecerit, iam dicemus.

Calculus ingens.

Omnis generis febres eã cruciant.

38. annis ægrotat.

CAP. IIII.

Iohannes Pot, venerãdus Christi sacerdos.

ERat tum quidam vir Dei, Iohannes Pot. Is tanquàm à Deo missus, venit ad eam, cœpitque eam hortari ad patientiam, commemorare ei Christi flagellum, humilitatem, labores & sudores: inuitare, vt nocte ac die quoad posset, in ijs meditãdis versaretur. Promisit illa se sic facturam, & tentabat quidem sensim animo versare vitam & passionem Saluatoris, sed quòd necdùm in oblatam suam missa esset farinula Eliseï viri Dei, qui Christus est, amara & insipida erat omnis eiusmodi cogitatio. Reditur igitur ad lamenta & querimonias, quippe mors erat in olla. Redit etiam ad illam Christi sacerdos Iohannes Pot, percunctatur quantum in libro charitatis profecerit. Respondet illa: Tu quidem, mi pater, ad optimum me studium hortatus es, sed mihi incompertum: nec finit dolorum acerbitas sapere, quicquid de Domino Iesu cogitandum suscipio. Ille verò certos eius bonam animi voluntatem, gratulabundus ait: Labor improbus, charissima filia, vincit omnia. Oportet aliquam tibi vim adhibeas: frangas testam, & perueniss ad nucleum. Perseuera, & vinces. Illa autem dicente, immodicos corporis & animi cruciatus id non sinere, vir Domini eam egregiè animabat, multis modis eam confirmans, hortansque vt contemneret sodalium inepta gaudia & oblectamenta, breui peritura, formam corporis pro nihilo putaret, rediret in memoriam contemptæ passi sunt sancti martyres, quàm multi iocis, diuitijs & voluptatibus spontè renuntiarunt, solo Christo contenti, apud quem nunc summis opibus, honoribus, gaudijs & delicijs sine fine perfruantur. Sed quia nihil, inquit, poteris viribus tuis, Christum adspice pendentem in cruce, & veritatem doceberis: Christum imitare, & requiem inuenies: Christum tolera, & requiem inuenies: Christum audi, & iucundissima perfrueris. His auditis, cœpit sancta virgo manum mittere ad

4. Reg. 4.

Optimè eã instituit Iohãnes Pot.

tia, cœpit intellectu & affectu sitire passionis torrentem. Porrò autem tertiò ad eam vênit sacerdos Iohannes Pot, afferens sacrosanctam Eucharistiam, vt solet ad ægrotos, qualis illa tunc erat. Cumque eam ei prabuisset, sic locutus est: Hactenùs ego te incitare conatus sum ad commemorandam passionem Domini tui: iam verò ille tibi loquetur. Quòd si fortiter & constanter ei obtemperaueris, erit mercès tua magna nimis. Vix ille verba finierat, & in tãtas virgo prorupit lachrymas, vt diebus quindecim vix eas potuerit cohibere. Ab eo die crescente morbo confirmabatur spiritu, amarum omne ei dulcescebat, nec quicquam iam sapiebat, nisi solus Iesus, & hic crucifixus. Itaque passionem eius in septem distinguebat partes, nec vllum temporis punctum sine eius commemoratione abscedere patiebatur: adeoque in hac sese exercebat, vt crebrò nocte ac die vigilans, horologiũ exactum animo circũferre videretur. Ex ardenti autem passionis Christi meditatione adeò inflammata fuit, vt non se, sed Christum Dominum in se pati diceret. His igitur docta exercitijs, creuit in vtroque homine, donèc octauum iam suæ ægrotationis annũ attingeret. Magis autem magisque corporis putredo & vermium scaturigo aucta est, corporis viscera plùs plusque marcescebant, & doloribus innumeris virgo afficiebatur. Sed hæc omnia ferebat patientissimè, & in summis doloribus, quibus pessimè dentium stridorem ei exprimebant, non solùm gratias agebat Deo, sed eosipsos cruciatus augeri potiùs, quàm minui peroprabat: nec vna saltem Angelica salutatione ea quæ patiebatur depellere, si potuisset, voluisset, parata prorsùs in flagella Domini. Quodam Bacchanalium tempore, quo solent homines cõuiuijs & compotationibus indulgere, ipsa Christi passionem commemorans, simulque Christiani populi multam ingratitudinem considerans, ait ad Dominum: Deus omnipotens & clemens, oro te, vt nouo quodam cruciatu declares, castigationes has, & flagella, quæ patior, te permittente & immittente mihi accidere. Mira res. Tantus in alterum eius crus inuasit dolor, tantaque patiendi materia ab illo die vsque ad Pascha, vt deincèps ausa non fuerit tale quippiam ea indultia petere à Domino, vti accepi ab eis, qui familiariùs ei ad mortem vsque adhæsêre. Dixi iam antè, in corpusculo suo præsensisse eam flagella, quibus Dominus populum eius regionis castigaturus erat. Imminente igitur peste quadam, illa tanquàm sedula mater, inter iratum patrem & reos filios mediã se interponebat. Itaque mox bino percussa est vlcere, in gutture & sub corde. Illa verò gratias egit Deo, & ad sacrosanctę Trinitatis honorem, petijt etiam tertium adiungi. Confestim autem in gena apparuit vlcus, quo illa summoperè lætabatur. Ex his vnum vlcus, cæteris curatis, perpetuò ei inhæsit.

Mirè compungitur sumpta Eucharistia.

Passionem Christi assiduè cõmemorat.

Bius eximia tolerãtia.

Agit gratias in pœnis.

CAP. V.

FEbrium, quæ ei familiares erant, vt diximus, iste ferè modus fuit: Principiò inuadebat calor quidam grauis & innaturalis. Hunc mox sequebatur frigus immane & horripilatio: deindè mutato ordine, præcedebat frigus intolerabile, idque molestissimis ardoribus claudebatur. Erat autẽ tanta harum febrium vis, vt durante paroxismi æstu, mentis impos fieret, nec quicquam loqui posset. His febribus, tanquàm in camino ignis, suprà quàm dici queat, dilectam sibi virginem probabat Dominus. Amici autem eius, cùm cernerent augeri cruciatus eius, tursùs medicos consulere voluerunt. Peruenit autem ad Margaretam Hollandiæ Comitissam fama patientiæ eius. Illa medico suo accito, properat ad eam, videns eam, eiusque tugurium, paupertatem, dolores & cruciatus, totis visceribus commouetur. Accedit medicus Godefridus, arte sua quàm potest reuerenter extrahit è corpore intestina eius, marcida ponit scorsùm, saniora reseruat, comperitque è spina dorsi emergere vermes, quos diximus: causam illam dicit, quòd nullis falsis multo tempore vsa sit. Addit etiam, breui illam hydrope laboraturam, ac deindè nullo vel liquore vel potu vsuram. sicque factum est. His ità gestis, abscedit medicus, partim dolens, quòd curare eam non posset: partim gaudens, quòd cerneret se de illa vera prædixisse, putà quòd magna & inaudita in illa facturus esset Dominus. Permulti indè moti sunt etiam in locis longinquis, vt eam inuiserent: inter quos venit etiam herbarius quidam peritissimus, qui se putabat aquis distillatis aliquid effecturum in illa. Sed cùm ingenti studio vnum fortè vulnus curaret, mox turgente hydropisi in parte illa, fiebant postrema deteriora prioribus. Virgo autem patientissima, licèt sciret à Domino fieri quæ patiebatur, nè tamen sibi præ-

Vt febres eã vexárint.

Margareta Comes Hollandiæ inuisit eam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fidere, aut Dominum tentare videretur, omnia tacita perferebat: sed post omnem humanam industriam auctis doloribus, mente redibat ad eum, qui medendo vulnerando medetur eis, quos amat. Hoc sanè admiratione dignissimum est, quòd Lyduuina amplius triginta annis non tantum comedit panis, quantus viro sano ad vitam sustentandam triduo sufficeret: nec plus dormiuit, quàm sana esset homini incolumi trium noctium spatio. Porrò toto illo tempore, quo viscera eius computruerunt, & vermes è corpore eruperunt, nullus prorsùs ex ijs fœtor extitit, tametsi domus eius humilis erat, cubiculumque sepulcro similius, quàm cōclaui. Totidem annis terram non attigit pedibus suis, & sicut multis annis nihil sumpsit alimenti, ità nihil quoquè superfluì à se reiecit. Iacuit immota & supina in lectulo, nec solis, nec lucis, quamdiù iacuit, luce perfruita est. In ipsis ægrotationis eius primis annis interdùm sumebat valdè exiguum pomi fragmentum, idque prorsùs insipidum. Quòd si nonnunquàm buccellam panis cum paruissimo lactis aut ceruisiæ liquore deglutire vellet, fiebat id non sine multo dolore, multaque difficultate. Posteà verò illo qualicunque relicto alimento, parum cinnamomi aut è dactylo, idquè rarissimè, capiebat. Tandèm omni cibo abstinens, tota hebdomada perexiguum sumebat vini diluti, admixto saccaro: Instillari potiùs diceres, quàm bibi tantillam potionem. Cùm autē essent parentes eius inopes, sæpè aquam fluuialem sibi offerri iussit, facileque internoscere potuit, num è fluxu an refluxu hausta esset. Ob vicinum verò maris sinum importunitate ventorum aqua fluminis salsedine maris inficiebatur: sed efficiente Domino, adeò dulcis fiebat contra naturæ morem, vt tanquàm vino condito illa aliquandiù vteretur. Propter hanc autem cibi abstinentiam somno quoquè illam deserente, in solitis precibus & excitijs spiritalibus non parùm cœpit impediri, idque potissimùm sub Missæ sacrificio, cui totis viribus etsi corpore absens, tamen spiritu præsens adesse nitebatur. Consuluit igitur confessarium suum, quid agendum putaret. Sentiens ille, vt vir prudens, tetri dæmonis nequitia id fieri, vt eam à meditationum fructu retardaret, eamque quo plus resisteret, eo magis diuexari, suasit vt quandocunquè somnus obreperet, illi indulgeret. Illa volens parere consilio eius, acquieuit. Superuenit interim eximia Paschæ solennitas, & eccè supra modum infestatur à somnolentia. Tum illa ob reuerentiam festi, capite & manu, quam mouere poterat, illam discutiens & repellens, dæmonem in turpem fugam compulit. Atque ab illo die vsque ad supremum vitæ diem permansit somni expers. Confluxêre autem plurimi ad viſendam eam, sed alij pietate, alij curiositate & maleuolentia ducti. Extremùs autem nihil videbatur in ea, nisi vas lacerum atque confractum, vas monstrosum, & quædam mortis imago. Scisitabantur curiosi, proterui & scioli, vtrum ea febris materia esset, quæ nihil sumeret alimenti. Eos virgo pudibunda nec fugere poterat, nec fugare. Tribuebant illi, quippè homines animales, spiritum non habentes, opera Dei naturæ potiùs, quàm gratiæ: & cùm viderent eam in obscuro tuguriolo decumbentem, procacissimè garriebant eam voracem esse, ne robibulam, dæmoniacam & id genus alia. Qui autem saniori erant mente, Deo dantes honorem, dicebant quòd à Domino ea fierent, & mirabilia essent in oculis nostris. Ità illa beata virgo odor fuit vitæ bonis & sanis, odor mortis malis & perditis, iacens in humili tugurio, perindè vt sanctus Iob olìm in sterquilinio. Erat autem tam pulmonis quàm hepatis & viscerum atque intestinorum vitalesque partes partìm in ea emarcuerant, partim diro vomitu reiectæ erant, nullum tamen de se reddebant fœtorem, immò verò odorem aromaticum ex ijs haurire licebat, sicut testantur illi, qui suis eas manibus contrectârunt. Sed cùm multi homines pij vsque sexûs eas particulas vomitu reiectas videre, contrectare, olfacere cuperent, verita illa nè ob hominum applausum perderet thesauros gratiæ, randèm passa noluit, vt quicquam ex ijs, quæ ab eius corpore prodirent, reseruaretur: sed omnia terræ infodi iussit.

Hæc impossibilia sunt apud homines, sed possibilia apud Deum.

Miraculum

Multi non eodem animo visunt eam.

Quorūdam maleuolentia.

Iob 2.

CAP. VI.

MAter eius Petronilla, cùm iam senuisset, in morbum incidit: Dolens adolescentiæ tempus parùm fructuosè exegisse, demùm in hæc verba prorupit: En morior paupercula, quæ nihil boni fecerim cunctis diebus vitæ meæ. Sed si tu filia mea pro delictis meis velis intercedere, lata ampriar. Respondit illa propensissima erga matrem animi pietate & benignitate:

Forti animo esto, mater mea. Propè est Dominus, qui non despiciet contritum & humiliatum cor tuum. Mea verò omnia, labores, dolores, vlcera, plagas, tormenta, vigilias, precatiunculas & exercitia libens tibi impertior. Ea re mirificè exhilarata mater eius, migrauit ad Dominum. Lyduuina verò, tanquàm iam omni numata merito, cingulum quoddam crassum, latum & hispidum, ex equorum confectum pilis sibi comparat, eoque vsque ad mortem marcidū corpusculum stringit: exiguam substantiolam, quam mater ante obitum ei commiserat, distrahit, distractam pauperibus erogat. Omnibus erogatis, ipsa manet egentissima. Adhuc relicta ei erat culcitra: eam quoquè zelatrix pauperis pueri Iesu, in stabulo nascentis, tolli iubet: quæ tamen sub putrescente corpusculo eius iam putrescebat, & eius plumæ ità inhærebant virginis corpori, vt absque nouis dolorum stimulis indè auelli nulla ratione possent. Ea ablata, suppositus est corpusculo eius tam miserabili durus asser, impositis ei paleis, atque in eo decumbebat supina, nunquàm dormiens. Hæc verò quis siccis commemoret oculis? Asser durus, lignum in quo pependit nudus sponsus eius: dolores perpetui, ex tali strato nascentes, vulnera eius illi egregiè repræsentabant. Per id tempus fuit hyems longè asperrima, quæ hodieque ob diuturnum gelu prolixa dicitur. Videre tum licebat virginem paupercula decumbere in frigore & nuditate, ità vt sæpissimè extremę corporis partes obrigescerent, mediæ nullas haberent vires. Plumas respuebat tumens hydrops, operimenta duplicia negabat paupertas, nè visitaretur ab amicis, impedimento erat refrigescens multorum charitas. Interìm tam immani virginis corpusculum constringebatur gelu, adeò & liuore & tumore debilitabatur, vt vix ità posset vllo pacto calefieri, vt ad pristinas ægritudines reduceretur. Non rarò genis inhærebant guttæ sanguinis, ab oculis manentes. Non dubium, quin è vita abitura fuerit, nisi Dominus inter tot mortes mortuam conseruâsset. Si quid ei datum esset, eo non indigere se formidans, mox magis egentibus pro suo iudicio impertiebat. Erat tum quidam vir insignis, fama celebri, & vita inculpata, Deum timens, & quem multi reuererentur. Vuerboldus is dicebatur: Cùm autem in solennitate Dominicæ annunciationis mysterium incarnationis Christi animo reuolueret, idemque faceret Lyduuina virgo, vterque in spiritu sibi inuicèm innotuit, adeoq; coniuncti sunt, vt cùm posteà ad se redirent ab illo mentis excessu, adhodum cuperet nôsse vterque, quis esset quem in illo raptu vidisset, & quonam loco degeret. Perlata est interim fama Lyduuinæ ad Vuerboldum virum Dei, isque sine mora ad illam profectus est. Veniens autem ad domum eius, vidensque egestatem, & tumentem, fissam ac liuidam faciem, corpusculum putrescens, nec tamen malè olens, scatens vermibus, & suaues spirans odores, lachrymatus est vir pijssimus. Deindè de rebus diuinis suauiter cum illa conferens, ad extremum didicit summam eius inopiam. Itaque misertus eius verecundiæ, triginta argenteos ei dedit: molesteque ferens ciues vrbis illius nulla humanitate affici erga tam miserè afflictam, tanquàm Eliæ zelo accensus, suggestum ascendit, miroque feruore ad illos concionatus est. Sæpè autem venit posteà ad virginem vir sanctus, videns Deum in ea mirabilia operari, dixitque de illa: Magnum reuerà & amplum hanc virgo fundamentum posuit, cuius structura haudquaquàm poterit breui spatio absolui.

Mater illius gratias agens Comiti, orabat Deum pro illo, & si quid superesset

Mater eius moritur.

Afflictum corpusculū cingulo aspero cruciat.

Obserua hæc.

Asperrima hyeme durè patitur.

Vuerboldus vir pijssimus venit ad eā.

Eius de illa sententia.

CAP. VII.

POst eas, quas diximus, ærumnas accreuêre virgini nouæ molestiæ ex patre viduo, grandæuo, edentulo, quem & paupertas premeret, & ætas non sineret labore victum sibi parare. Cuius singularis religio ex hoc animaduerti potest, quòd cùm esset valdè inops, noluit ex illis accipere, quæ filiæ quotidiè dabantur, ait enim: Non licet seni huic deuorare pauperis filiæ eleemosynas, quæ precium sanguinis sunt. Sufficit mihi paupertas mea, vt Christum lucrifaciam. Venit interea Comes Hollandiæ Vuilhelmus Schiedamum, audiensque Lyduuinæ res, accito ad se patri eius dixit: Pro filiæ tuæ reuerentia pete à me quod vis ad sustentationem senectutis tuæ. Respondit ille: Mundi opes, illustris Comes, hactenùs nec habui, nec habere cupio. Duodecim aurei sufficerent mihi, si illos haberem. Comes autem aduertens hominis simplicitatem, iussit ei numerari duodecim aureos coronatos annuos, libenter duplo plus daturus, si senex voluisset. Ille gratias agens Comiti, orabat Deum pro illo, & si quid superesset

Comitis Hollandiæ humanitas erga patrē eius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

esset de illa pecunia, dabat pauperibus liberaliter. Etsi autem decrepitus erat & tremulus atque cæcutiens, tamen frequentabat templum. Orabat Lyduuina vt maneret domi, sciens ei periculum imminere. Cùm enim aliquandò se conferret ad vespertinas preces, obuiàm ei venit satan sub viri specie, aitque ad illum: Quorsùm tendis? Eamus parumper extra portam animi causa. Credidit homo simplex, doli ignarus, iuitque cum illo: sed vbi extra vrbem ventum est, miserum senem pestilens impostor in foueam aquis plenam impulit, & euanuit. Non tamen senem neglexit Deus. Auriga quidam eius nutu via non trita ducēs currum, venit ad locum, videnséque summum pauperculi senis periculum, extraxit eum ex aquis, curruique impositum in oppidum inuexit. Interìm fama volat ad Lyduuinæ aures patrem in aquis præfocatum: quod eius animum dirè afflixit, sed mox ille dolor gaudio mutatus est, patre viuo redeunte. Alio tempore cruentus dæmon virginem flammis exurere conatus est. Frater enim eius ad angulum lectuli eius incautè candelam posuerat. Ea, Lyduuina Christi passionem meditante, neque id sentiente, decidit in paleas. Sentiens tandèm crepitantes flammas Lyduuina, cùm nullus adesset qui opem ferret flammis vndiquè cinctæ, finistram extendit manum, eaque conterens ardentem materiam extinxit, nihil prorsùs aditum. sta manu. Postera luce mirati omnes, valdeque perterriti ob tam præsens discrimen, gratias egerunt Deo, qui virginem seruâsset illæsam. Homines pij & religiosi videntes eam tam inusitatis affligi modis, non dubitabant quin etiam diuinis frueretur consolationibus. Itaque dicere ei solebant: Non ignoramus, soror charissima, inter hæc tam aspera flagella spiritalia tibi non deesse munuscula. Illa respondit: In insipientia mea dico vobis fratres mei, interdùm diuinitùs me quasdam vnctiones percipere. neque enim possem durare misera catula, sine micis cadentibus de mensa dominorum meorum. Nec tamen dicebat, quales illæ essent vnctiones. solis enim domesticis quibusdam, ijsque cumprimis religiosis, magisque familiaribus, parcè tamen, indicare solebat diuina charismata, quantum vel gloria Dei, vel fraterna charitas poscere videretur. Interdùm vero retrahebat consolationes suas pius Dominus, quo nihil poterat virgini dari accidere. Tum illa sic in acerrimis corporis doloribus derelicta, post omnia sua exercitia, vt tempus fructuosè deduceret, loquebatur Angelo suo tanquam illum præsentem cerneret, suauiter inquirens quò abijsset dilectus suus, cur fiserum derelinqueret, ipsius amore languentem, & charitatis eius iaculo confixam: multaque id genus alia, pijssimum & feruentissimum cordis eius ergà Deum amorem spirantia. Orabat etiam Angelum, vt salutaret dilectum suum, taret sanctissimam matrem eius, omnes beatos angelicos spiritus, patriarchas, Apostolos, martyres, confessores, virgines, denique sanctos omnes. Hoc modo deducebat tempus, cùm deesset cælestis consolationis manna, excitabatque fide ad constantiam & patientiam.

Malignissimi dæmonis nequitia.

Insigne miraculum.

Vt se gesserit, diuinis consolationibus destituta.

CAP. VIII.

Angeli sæpè ei appārent.

POrrò autem etiam visibiliter cum Angelo suo loqui consuecuit, eiusque frui consortio & obsequijs. Permultos angelicos spiritus distinctè nominabant, & quorum custodiæ deputati essent, apertissimè nouerat. Apparebant ei specie pulcherrimorum iuuenum, crucis signum in fronte ferentes, tam luculenta facie, vt solis splendorē longè superarent. Priuabatur autem non nunquàm eiusmodi apparitionibus propter hominum aduentantium frequentiam. Itaque si quid pulueris ex mundanorum hominum colloquijs contraxisset, ilicò cōfessione detergebat, nè suaui Angeli sui familiaritate destitueretur. Solebat die Cinerum, pro sanctæ Ecclesiæ more ac instituto, cineres è sacerdotis manu accipere: sed si tardaret sacerdos, Angelus eius explebat vices. Confessarius eius Iohannes Vualteri quandoquè venit ad eam, rogans num cinere sancto cōfrontari vellet. Respondit illa, ab Angelo sancto id iam factum esse. Stupente illo, quid ibi isthuc vellet, Lyduuina dixit, vt manu tangeret caput ipsius. Fecit ille, & cineres sensit, ijsdemque etiam frontem suam communiuit. Docuerat eam Angelus reverenter sacros illos cineres à sacerdote percipere, aliosque vt itidèm facerēt admonere. tari. Habebat virgo sancta virgam quādam, qua solebat æstu aut febre ipsam inflante, vel attrahere, vel amouere cortinam, ad lectulum eius pendentem. Cùm autem Schiedamum aliquandò incendiū vastaret, multiq; ex vicinis Lyduuinæ exportare vellent, nè flammis periret: illa sciens à Domino se seruatum iri, prohibuit nè id facerent. At illi tamen cœperunt auferre asseres ex pariete cubiculi eius: rogati vt desisterent, pro asseribus primo loco ablatis pannos suspenderunt. non enim potuit illa ferre lumen solis. Sed paulò pòst ab eius oculis sanguine manante, asseres repositi sunt. Intereà stipula perit, accedit sæuissima febris, solstitialesque adduntur æstus. Ijs pariter iunctis, virgo tanquàm in clibano coquitur, febreque recedente tandèm ad se reuersa, nocte se ab omnibus solam derelictam conspicit. Sed nimio iam ferè præfocata æstu, manum suo more ad virgam extendens, eam abesse comperit. Tum verò præ nimijs doloribus lachrymari cœpit, maximè quòd nemo adesset, qui ipsam adiuuaret. Sed statim adfuit Angelus eius, lignum quoddam informe adferens, eiusque corpori transuersum imponēs. Sentiens illa lignum asperum & crassum, admiratur. Transigit indè noctem illam, vt potest, in ardoribus illis. Manè accersit confessarium suum, orat vt ex illo ligno virgam tractabilem & leuem efficiendam curet, nihil ei indicans, vndè allatum sit. Abit confestim ad artificem, sed cùm incendio illo omnia ferè artificum absumpta essent instrumēta, ægrè dolabram rudem reperire potuerunt. Qua cùm cœpissent dolare lignum illud, mirus indè exibat odor, qualem nunquàm se sensisse dicebant ij, qui aderant, nec tamen ligni genus cognouerunt. Rapiunt indè particulas decidētes, pijsque inter confessarium & fabrū lis oritur, vter plus sibi vendicare debeat. Nam vel minutissima eius particula propter odoris suauitatem auro non inferior putabatur. Properat indè sacerdos à primo ad secundum fabrum lignarium, rapinam primi detestans: sed ibi quoquè diripiuntur pia rapina decidentes particulæ, quærentur vndè allatum sit lignum, multaque consimilia. Tandèm efficitur ex ligno virga, quanta est vlna gracilis: quam confessarius attulit ad virginem, quærebatque ab ea, vndè accepisset lignum illud. Respondit ea, se id nescire. Nihil enim commouit indè habuit, donec ab Angelo in paradisum terrestrem traducta, ex illo dicit ipsum indè id attulisse. Dixit autem ei Angelus, lignum illud quandoquè dæmones haud secus atquè flagellum & suppliciū reformidaturos. quod quidem verissimum est, vt non auditione duntaxàt ego accepi, sed etiam oculis meis intuitus sum. Vidi enim dæmoniacos coram huius ligni portiuncula clamitantes & stridentes atque tremētes non mediocriter. Et Lyduuina quidem vbi didicit ligni huius vim & precium, indoluit se illud non pluris fecisse, dolandumque curâsse, quod olim tam esset futurum efficax ad coercendos nequam spiritus. Postea verò quibusdam ad virginem confluentibus, vt lignum illud viderent, tangerent, olfacerent, cùm inter illos etiam vir quidam lubricus ad tangendum se importunè ingessisset, fertur ilicò magna ex parte pristinam amisisse fragrantiam. Dicam hìc paucis, quantam sancta virgo ex Angelorum præsentia ceperit delectationem & cōsolationem. Vidua quædam venerabilis orabat eam, vt impetraret ipsi copiam videndi Angelum eius. Dixit illa se rogaturum Dominum. Rogauit, & obtinuit. Admonuit autem viduam, vt clauso ostio, apud ipsam staret paulisper. Ec ecce adest Angelus effigie speciosissimi adolescentuli, facie candidissima, vestitu albissimi coloris, oculis micantibus, in capite ceu stellis radiantibus, pileo capitis elegantissimo ornatus. Eo conspecto, ineffabili gaudio affecta vidua, nihil neque dicere neque cogitare potuit, prorsùs absorpta. Videbat autem ceu manus innumeras iuxta virginem, tanquàm eleemosynam petentium, nulla illic apparente facie. Rogauit autem Lyduuina Angelum, vt adspiceret viduam illam. Fecit hoc ille tam blanditer & iucundè, vt non modò animus viduę magno indè perfusus sit gaudio, sed etiā præcordis ardore à lachrymis & gemitibus ad tempus aliquod se illa cōtinere non potuerit, cibum interìm corporis planè respuens. Solebat autem Lyduuina interdùm dicere familiaribus suis: Nullus tantus dolor est, nulla tanta animi angustia & ægritudo, quæ non facilè, nè euanescat, si mihi vultum angelicū liceat contemplari. Cogitet hìc lector, quid sit ipse fons vitæ electis suis in patria, si tantum delectat adspectus eorum, qui ei ministrant? Porrò cùm eam Angelus, siue in corpore, siue extra corpus, quod me latet, aliquò ducturus esset, hunc ferè seruabat modum: Apprehensa manu eius, ducebat eam ad suprà dictā beatissimæ matris Dei imaginem. Ea salutata, proficiscebatur cum illa versùs Orientem ad regionē quandam amœnissimam, quò nullus posset mortalium accedere, vbi mira erat liliorum, rosarum, florum aromaticorum, & aliorum delectabiliū copia, odorum summa fragrantia: vbi

Nota hæc de cineribus sacris.

Dirè affligitur.

Angelus ei lignū mirè odorum adfert.

Dæmones illud lignū valdè reformidant.

Angelus ei us forma elegantissima appareti

Vt ab Angelo peregrè duci cōsueuerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi nec frigus affligeret, nec æstus vreret. Plerunquè autem florum & arbustorum tanta erat illic celsitudo & densitas, vt ei impenetrabilis videretur: sed ab Angelo facilè ad destinatum locum transferebatur.

ALTERA PARS VITÆ.

CAP. I.

CVm sic autem Christi famula tanquàm aurum in fornace probaretur, flante Austro, perindè vt hortus irriguus, virtutum flores germinare non destitit, alijs quoquè optima de se exempla proponens. Fundauit autem structuram mentis suæ in fundamento timoris Domini. In extremis angustijs semper illi in ore fuit, O bone Iesu miserere mei. Adeò defixit in Domino voluntatem suam, vt nihil neque cogitare, neque dicere, neque facere præmeditatè liberet, quod putaret displicere Deo. Fertur cum patientissimo Iob & beato Francisco sæpè dixisse: Hoc mihi Domine acceptissimũ erit, vt affligens me dolore non parcas: cùm tuæ voluntatis impletio sit mihi summa consolatio. Ac curatè seipsam solebat examinare & discutere, etiam minutissima quæque in se accusans, & omnium se vilissimam existimans. Itaque libenter omnibus se subdebat, ab omnibus se vilem dici & haberi atque etiam infamari non renuit. Fratris eius vxor, mulier procax, importunis clamoribus valdè vexabat eam, nemini quanquàm tunuis præcellenti aut patienti parcens. Bauariæ Dux Iohannes, mutato habitu, quandoquè inuisit virginem Christi, de animæ suæ rebus secretis cum ea collocuturus. Audiens autem mulieris loquacissimæ garritus, tandèm animo commotus, ait ad virginem: Et quo pacto potes ferre apud te eiusmodi hirundinem, quæ totam hanc perturbat domum? Illa respondit: Aequo animo, domine mi, id genus hominum tolerandæ sunt infirmitates & imperfectiones, tum vt nostra patientia corrigantur, tum vt virtutis exercitium præbeant ijs, quos eo Dominus indigere nouit, tum nè maioris furoris & perturbationis eis materia exhibeatur. Quibus verbis egregius ille princeps non mediocriter ædificatus, è crumenta sua extractos nummos, deditque bacchãti mulierculæ. Quibus eius procax lingua tum quidem nõnihil frenata est, quòd autem planè correcta sit, affirmare nolim. Alia quidem mulier venit quandoquè ad Lyduuinam fremẽs & furens, innumeris eam iniurijs contumelijs & conuicijs proscindens, vt posset eius commouere animum. Ad cùm hac ratione nihil efficeret, in faciem mitissimæ virginis fœdissimè expuit. At verò nec sic quicquã eam permoueri sentiens, clamoribus & maledictis, rapiens vim passa, vicinos concitare cœpit. Sed sancta virgo in patientia animam possidens, adeò mansit immota, vt mirarentur vniuersi. Maleficium verò beneficio compensare volens, clàm ei munusculum transmisit: dicebatque suis: Illis ego debere me fateor, qui viam mandatorum Dei, quorum plenitudo dilectio est, custodire me compellunt. Certè nemo tam auri vel gloriæ cupidus est, quàm illa contemptûs sui. sciebat enim patientiam perfectum habere opus. Accedebant etiam interdùm ad eam quædam merobibulæ, dicebantque: Non possumus pertinaces nobiscũ absque cibo vitam ducere. itaque suspicamur te hypocrisi eludere nostras mentes. At illa: Non eritis, inquit, ea causa incredulitatis crimini obnoxiæ, si id credere nolitis: sed tamen oro nè dubitetis omnipotentem esse Deum. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Puto vos pie credere, quòd in desertis locis pauerit ille Marias illas, Magdalenam & Aegyptiacam. De me si id non creditis, non multum refert: tantùm ne velitis non credere omnipotẽtem esse Deum. Et cur obsecro apud homines vel negare velim me cibum capere, aut affirmare non capere, quandò neque malum est vti cibo, neque gloriæ quicquam habet, quantùm ad hominem attinet, abstinere omni cibo? Quicquid autem loquantur homines, equidem gratiam mihi diuinitùs collatam negare non possum, tacere possum, si in me inquirere desinant homines. De illius taciturnitate multa possim dicere. Vox eius vtplurimùm suauis & clara, sola, vt puto, Dei gratia id efficiente. Diem vnum è tribus aut quatuor, quo post importunas febres aliqua remissione potiebatur, cõsolandis hominibus vtiliter impendebat. Neminem illam cachinnantem vidit, ex leuitate vix vnquàm quisquam ridentem comperit, sed

Diuinæ sese totam accommodat voluntati. Iob 6.

Humilitas eius insignis.

Iohannes Dux Bauariæ eam accedit.

Eximia virginis patientia.

Rom.13.

Iacob.4.

Deut.8.

Taciturnitas eius.

sed cum grauitate quadam hilarem se quandoquè præbuit pro ratione materiæ, de qua sermo esset, & eorum cum quibus loqueretur. Diligenter obseruabat illud Sapientis, Tempus loquendi, & tempus tacendi. Detractorum colloquia valdè abominabatur, qui linguis suis etiam defunctorum saniem lingunt. Solebat monasticæ vitæ cultores viuacissimis adhortari sermonibus, vt obedientiam cum omni mansuetudine colerent, quòd maxima apud Deum præmia haberet: quam Christus eis suo reliquisset exemplo, factus obediens vsque ad mortem crucis. Monachus quidam Cistertiensis Ordinis, cùm electus esset in præfectum, siue prælatum, difficilem se reddidit. Cupiens autem inuenire viam qua illud onus reijceret, ad Lyduuinam venit consilij captandi causa: nè autem agnosceretur, tanquàm de alio rem ei exposuit hunc in modum: Quidam ex nostris electus est, charissima, vt præcendarum animarum suscipiat curam: sed cùm permultis eam curam periculis obnoxiam sciat, non vult electioni assentiri, existimans se parùm idoneum illi functioni exequendæ. Ei verò Lyduuina ocyùs respondit: Vereor ego, mi pater, ne fratris huius prætextus friuoli sint & vani. Potest monachus sub obedientia degens honorem fugere: onus, modò vires suppetant, recusare non debet. Formidandum certè est illi, nè incidat in Scyllam, dum vult vitare Charybdim. Sperabat enim sancta virgo tolerabilius esse propter obedientiam fungi munere, non expetito, sed demandato, quàm excusso iugo, propriæ militare voluntati. Verumenimuero monachus ille contempsit consilium virginis, nec impositum onus in se recipere voluit, malens sua frui libertate. Sed, vt quidam ab eius ore acceperunt, in tantas ille postèà molestias & afflictiones incidit, quòd longè maluisset oneris illius pericula se cum honore humiliter subijsse, quàm periculosissimi ocij, propria voluntate expetiti, dispendia expertum esse. Dicebat sancta virgo, si quis consultum animæ suæ vellet, in aliquo loco se figeret, atque illic in pectoris sui penetralibus cellulam siue inclusorium sibi cõderet, sine dubio brcui experturus Dei misericordiant & gratiam. Eos autem vel maximè execrabatur, qui pro sua libidine & animi leuitate ab alijs locis ad alia se transferunt. Non enim solus locus, inquit, sanctum efficit hominem, cùm semper seipsum secum ferat. Secularibus hominibus obedientiam hocmodo commendabat: Quisquis appetit, vt Dei spiritus in ipso operetur, ille sanctæ matri Ecclesiæ obediat, itemque confessario suo, à quo, tanquàm à Christi vicario, magna ei salus prouenit. Quòd si sic fecerit, sentiet animi tranquillitatem, quam hac neglecta obedientia haudquaquàm obtinebit. Pauperiem spiritu fuisse, testatur humanæ laudis contemptus, & suî syncera abnegatio. Si quis ex ea quæreret rebus necessarijs indigente, haberet ne satis: respondit, Abundo satis. Quibusdam autem fœminis eam reprehendentibus, quæ nõrant penuriam eius, illa respondit: Satis abundat, qui eo, quod habet, contentus est. Etsi autem mihi cum hominibus communes non sunt diuitiæ & deliciæ, sunt tamen cum eis communes paupertas & miseria: quibus ego abundans, Deo gratias ago & conquiescо. Flander quidam venit ad eam, eernensque viles ædes eius, liberaliter obtulit se ei egregiam conditurum domum, in qua honestiùs degeret. At virgo pauperecula, Tu quidem, inquit, dilecte frater, donèc ero in humanis, ampliorem domum non construes: si quis tamen, me defuncta, hoc loco domum hospitalem ædificare voluerit, oro Deum, nè eleemosyna eius vacua in sinum eius redeat. Eiusmodi quidem domum posteà illic extruxit Vuilhelmus medicus, filius Godefridi medici, cuius suprà meminimus. Interìm verò dum vixit sacra virgo, turgurium illud palatium ei erat, stratum stramineum lectus eburneus, cingulum cilicinum balteus regius, vlcera putrescentia preciosa monilia, horridæ plagæ optata solatia, multæ lachrymæ nouæ deliciæ, mundana afflictio mira consolatio, verò sale discretionis condirct. Virginea integritas tam excellens in ea fuit, vt hodie quæ antonomasticè virgo dicatur. Veniebant quandoquè ad eam libidinis ignibus valdè inflammari, quos illa ea causa misercè lamẽtates, suis consilijs, precibus & pœnis ad corporis & animi munditiã reuocauit. Si corporis cogeret necessitas, matronas honestas ad illud contrectandũ adhibuit: at tamen nudũ tangi vix ab honestissimis vnq; permisit. sciebat enim pudorẽ virginitatis esse insigne propugnaculũ.

Obedientia præstanda Ecclesiæ & confessario.

Memorabilis eius sententia.

Paupertate egregiè delectatur.

Puritissima eius virginitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. II.

Liberalitas pauperis ig pauperes.

IPſa quidem nulla corporis alimonia indigebat, ſed tamen propter deuotionem eorum, qui Deum in illa venerabantur, nonnunquàm retinebat eleemoſynas oblatas pro ſua aliorumque neceſſitate. Sibijpſi pareiſſima, pauperibus matrem ſe exhibebat, nulli negans opem, donec teruncius ſupereſſet. Si largiri nihil poſſet, condolentem præbebat animum, blandum è pio corde promebat ſermonem. Cibos interdùm coctos, nonnunquàm crudos mittebat. Si quid negligenter in ijs fieret ab ijs, per quos mittebat, dolebat animo eius, quòd pauperes, tanquàm cæleſtis regni principes futuros, vel ad horulam ſua annona fraudari nollet. Nouerat pauperum nomina & habitacula, & quanuis iaceret in tenebris, omnia intueri, omnia diſtinctè cognoſcere videbatur, perindè acsi verſaretur inter homines. In pauperũ vſus iuſſit hyeme ſale adſpergere carnes, ſalitas cum piſis coctas illis tranſmittebat. Contigit aliquandò, vt cum vicinis diuidendæ vaccæ quarta pars ei cederet ad alendos pauperes. Ex ea cùm miniſtræ eius quandam portionẽ cum piſis coxiſſent, & triginta domibus indè ad ſaturitatem diſtribuiſſent, quidam ait

Vide ſtupẽdum miraculum.

Lyduuinæ: Quemadmodùm iuſſiſti, triginta pauperũ domibus de carnibus & pi-

Luc. 6.

ſis tuis ad ſatietatem dedimus, & tamen nihil in olla diminutum videtur. Eueſtigiò illa reſpondit: Non pro meis meritis, ſed pro ſua bonitate id fecit Deus. An nõ ille dixit, Date, & dabitur vobis? Comederunt ſanè ex illis carnibus domeſtici eius,

3. Reg. 17.

comederunt aduentantes peregrini, omnes admiratione permoti, manum Domini adeſſe fatebantur, quæ olim viduæ farinulam conſeruârat. Porrò etiam diuites præ deuotione petebant interdùm mitti ſibi de buccellis virginis noſtræ. Illos verò pauperes ante omnes ſecretò fouere & paſcere ſtudebat, quos ex opulentis nouerat ad inopiam redactos, & verecũdia à petendis eleemoſynis cohiberi. Mendicabat autem etiam ipſa, ſi deeſſent carnes, quibus inopes reficerer. Orauit quãdoquè virum pium, vt ſi haberet armum porci coctum, mitteret ſibi pauperibus impertiendum. Fecit ille, & mox ſenſit quàm ſit grata Deo manus porrecta ad dandum. Vt enim ipſe faſſus eſt, cùm paulò pòſt coniecisſet oculos cò, vndè tulerat armum, vidit aliũ longè maiorem illic ſuſpenſum. Sciſcitatur ex familia, num quis cum ſuſpenderit. Negant omnes: agnoſcit donum Dei, fit erga virginem noſtram deuotior, fit in pauperes liberalior. Mulier quædam caduco laborans morbo, ſæpè in plateis corruebat. Accidit autem, vt magno ſpiritũs angore correpta, in domũculam Lyduuinæ intraret, potumq; ſibi dari poſceret. Lyduuina rum nihil egitans de exiguo vino, quod ſupererat, cùm ſola eſſet, aquam monſtrauit fœminæ quodam vaſculo contentam. Illa totam exhauſit, ſed ſitis extincta non eſt. Adeò misera, plusq; ſibi dari petit. Tum Lyduuina recordata vini, digito oſtendit: illa totum bibit: rurſusq; inſtat pro potu. Sed cùm nihil liquoris haberet virgo, dedit ei nummum quendam, vt illo potum ſibi emeret: quem illa hilariter accepit,

Item aliud.

ens, abſceſſit. Deindè febribus Lyduuinam corripientibus, orat patrem, vt paulum vini porrigat, quo labia arentia tingantur. non enim meminit tunc fœminam morbidam vinum omne epotâſſe. Porrigit pater poculum filiæ, vndè illa modicum biberat, & eccè plenũ eſt optimo vino, diuinitùs in illud infuſo. Stupet virgo, ſentiens nullum ſe melius bibiſſe vinum, nec tamen patri indicat vndè ſit, licèt & illa ſtupens admiraretur neq; colorem, neq; ſaporem eius vnquàm perire. Tãdem cum in vaſculo longo tempore durâſſet, cuiuſdam fœminæ incuria effuſum eſt. Per id tẽpus adhuc parciſſimè vtebatur vino Lyduuina: itaq; doluit illud effuſum, quod nunquàm habuiſſet ſibi accommodatius vinũ. Cùm enim alia vina ſine aquæ admixtione bibere non poſſet, hoc ſolum purum bibit. Obſeruet hîc lector humanitatem ſanctæ virginis, quæ è ſuo poculo iuſſit fœminã morbo comitiali vexatã bibere. Cùm frater eius Vuilhelmus exceſſiſſet è viuis, multo ære alieno obſtrictus, filij eius in magnam inciderunt calamitatẽ, quam humanitùs euadere vix poſſent. Tum Lyduuina illorum miſerta, quædam clinodia ſua diſtraxit octo libris eius gionis. Dedit autem negociũ Nicolao cognato ſuo, vt is è crumena, in quam nummos omnes condiderat, ſatisfaceret creditoribus. Fecit ille, vt iuſſus erat, & cum omnibus eſſet factum ſatis, quod reliquum fuit pecuniæ in crumena, ter computauit. Lyduuina numeratum eſt, & tantundem inuentum eſt, quantum illa primò impoſuerat. Illa verò prohibuit, nè cuiquam id indicaretur, crumenamq; illam Domini Ieſu voluit crumenam deinceps appellari. Atq; ex illa & ipſa expẽdebat in pau-

Item aliud miraculum.

Crumena Ieſu.

res liberaliter, & Dominus Ieſus abũdè infundebat. Quibuſdam ſpecialibus amicis aliquandò ex ea percunctantibus, quantum ex illa crumena poſt obitum fratris ſui Vuilhelmi diſtribuiſſet, ſic reſpondit: Quandoquidem video non latere vos donũ Dei, pro certo confirmo vobis, me de illis octo libris plus quàm quadraginta libras in pauperes erogâſſe, præter eas, quibus diſſolui eos alienũ fratris mei. Sex annis ante obitum virginis multis modis ex ea pecunia datum eſt pauperibus, & illa rurſùs diuinitùs aucta. Poſt deceſſum virginis dimidia pars pecuniæ in eadem crumena reperta eſt. Quidam etiam eius aurei nummi coram tribus fide dignis numerati, illis ſtupentibus, viſibiliter aucti fuêre. Quicquid ſancta virgo conquirere potuit, tanquàm paleam reputans, penè prodigè in inopes Chriſti amore elargiebatur. Eam autem eius in pauperes largam benignitatẽ Chriſtus abundè compenſabat. Rapta nonnunquàm in paradiſum, vidit quandoq; lucem mirabilem è cælo vibrari, præterim in animas quorũdam adhuc in terris degentiũ, quas eò ſecum raptas cernebat. In illa autem luce vidit tanquàm beatorum exercitum ſpecioſiſſimum confluere, & in ijs cælorum reginam, Chriſti matrem ſanctiſſimam. Vidit etiam menſas ſeriis & precioſis pannis inſterni, eleemoſynas, quas per id tempus egenis præſtitum, ceu è cælo allatas, aptiſſimè collocari: potiones quoquè, quas in vaſis fictilibus ipſa pauperibus prębuerat, in cryſtallinis & aureis poculis admodùm reuerenter exhiberi, itemque alia permulta, quæ dederat miſeris. Deindè vidit cœtum claritatum ad inſtructas diſcumbere menſas, audiuit ſonitum tanquàm ad menſas ſe reuerſa, miris modis beneficia in pauperes cumulare ſtuduit, ea viſione non mediocriter animata.

Nota lector

Viſio eius.

CAP. III.

IN puerperas & ægrotantes fœminas multam declarare ſolebat charitatem & humanitatem. Fercula illis delicatiora parari iubebat, maximè quæ cum recta fide vitæ probitatem cõiungerent. Ob eiuſmodi fœminas adiuuãdas quædam mulier ei non breui tempore familiariùs adhæſit: quod ei valdè gratum erat: quippè cui nõ mediocri eſſet ſolatio eiuſdem ſexũs & voti habere ſociam, cui animi ſui pietatem poſſet aperire. Itaque hanc fœminam huc atq; illuc, prout res poſtulabat, mittere conſueuit: cuius tamen vt certiùs haberet exploratum animum, orat. Vix illa domum reuerſa, exclamat Lyduuina: Feciſtíne chariſſima, quod petiſti? Ait illa: Feci equidem, vt meliùs potui. Tum Lyduuina, Rem, inquit, Deo gratiſſimam feciſti. Pete iam à Domino, quod tua conſcientia dictabit piè petendum, & ego laborabo apud Dominum, vt impetres. Reſpondit illa: Oro, vt mihi remittantur peccata mea, & detur gratia perſeuerãdi: reliquum cõmitto charitati tuæ. Et Lyduuina, Rem, ait, grandem petiſti, ſed ſalubrem. Quod autem mihi cõmiſiſti, ad Dominus curabit. Abi nunc, & ora tu quoq; pro me. Sub his verbis mulier, quæ antea mœſto erat animo, perindè acsi grauem depoſuiſſet ſarcinam, mira conſolatione affecta ſe ſenſit. Orabat ſæpè Chriſti ſponſa Lyduuina Angelum ſuum, vt aliquandò ad menſam nonnulli ei magis familiares, & quidam præ foribus voce admirans, ocyùs exijt ad oſtium, ſed neminem inuenit. Accumbẽte illo, rurſùs clamore auditur petens eleemoſynam. Surgit denuò ſacerdos, ſed nullus foris conſpicitur. Cùm ad menſam redijſſet ſacerdos, tertiò petit ille eleemoſynam, ſed neque tertiò videri potuit à confeſſario properè ad oſtium currente, cùm tamen viderentur oculis, nec poſſet in angulum deflecti. Non parùm igitur turbati illi, eunt ad virginem, quid geſtum ſit, ordine exponunt. Tum illa, O tardi, inquit, ad ſurgendum fratri veſtro Angelo. Vtinàm illum ex animo plùs venerati eſſetis. Eò enim venit ille, vt experiretur num inter epulas memores ſitis Domini creatoris veſtri. Sicut autem Lyduuina eos, qui vere pauperes erant, tum palàm, tum ſecretò mendicantes benignè fouebat: ſic contrà deteſtabatur illos, qui de pietate quæſtum faciunt & rapinam, qui ſe ſimulãt inopes, & hac fraude præripiunt ſtipem miſeris,

Humanitas eius erga puerperas.

Mira vis precũ eius.

Odit ſimulantes inopiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

miseris,quos miserè premit inopia,lupi sanè rapaces. Fœmina quædam specie religiosa, re autem vera prorsùs ficta & lupina, eorum sæpè adibat domos, quos nouerat humaniores & rebus locupletes.Sciens autem Lyduuinam cum primis piam erga inopes,adiuit illam, extremamque mentita paupertatem, sperabat se liberali munere affectum iri. Laborabat tum Lyduuina acerrimis febribus, ità vt nec domesticis verbum vllum eloqui posset. Incidit autem mulier in Catharinam quandam, Lyduuinæ familiarem,veste lugubri induta,trahensque longa ab imo pectore suspiria,tremula ac tenui voce vitam ait se cælibem clàm ducere,eaque re se parentibus & amicis esse contemptui. Putans Catharina eam vera dicere, duxit eam ad confessarium virginis,dominum Iohannem Vualteri, virum bonum & verè israëlitam. Is audiens fallacis fœminæ querimonias, ilicò largâ ei præbuit eleemosynam. Altera die, recedentibus febribus, Lyduuina Catharinam mox ad se iubet accedere,reprehendit quòd mendaci fœminæ tam facilè commodâsset fidem, iubet deinceps maiori vti cautione. Liberter quoquè nudos vestiebat virgo nostra, freta ope piarum fœminarum lanariarum. Vestiendus quandoquè erat sacerdos quidam,sed non erat ei pannus sacerdotali honestati congruus. Aduenit mulier quædam,ait se habere panni vlnas sex,quas sibi aptauerit: porrò filiam quoquè habere. Dicit ei Lyduuina: Affer quæso ad me pannum, & Dominus prouidebit. Afferam aliquid pro se indè petere. Itaque non posse tam multis pannum illum sufficere tur pannus, Lyduuina tanquàm metiri eum volens, ducit ad os & manum: statimque in tantam excrescit pannus longitudinem, vt & sacerdoti talaris indè facta vestis,& fœmina cum filia abundè haberet,quod vtriq; sufficeret. Stupent omnes scisitantur quo pacto id factum sit. Respondet Lyduuina: Sancti angeli ministerio factum nè dubitetis,vt & pio sacerdoti non deesset vestis, & vos commoditate vestra non fraudaremini.

Diuinitùs cognoscit cuiusdã fœminæ fallaciam.

Miraculum haud vulgare.

CAP. IIII.

Codex eius.

SApientibus & insipientibus debere se sentiens Lyduuina,cùm literas nondiceret,vnicum habuit codicem vitam crucifixi Iesu, vndè mirabili auiditate sedula discipula studebat haurire,quod alijs effunderet. Veniebãt ad eam homines simplices & mechanici, vitæ consilium ab ea perentes. Quibus illa ait: Nè sitis ocioſi, charissimi. ocium enim sentina & nutrimentum est vitiorum. Virgines quoquè adolescentulas, quòd ea ætas plùs ferueat, tanquàm virus omnium suſtentandam, rogabat num consuleret ipsi ocio se dare & quieri,an potius labores incumbere. Lyduuina respondit: Ad ocium te hortari non sum ausa. Vidua autem misti lanificium : illud si exerceas,non vesceris ociosa pane tuo. Vidua autem ciationem pertimescente, & pericula cupiditatis allegante, Lyduuina ait: Lucrum bonum est,quod si exerceas,vigilandi ocij & pauperes adiuuandi causã,non quod pertimescas. Vt autem Dominus te dirigat, semper velleris vnius lanam cabis pauperibus: si id non placet, in honorem quinq; vulnerum Christi quinque eis denarios largieris,& angelus tuus seruabit te, nè offendas. Accidit interdè, vt multa lucra vidua illa damna pateretur. Itaque cùm rationes putãsset cum mercatore suo, propter superiora damna aurenm vnum subduxit, putans id sibi propter damna. Paulò pòst obijt ille mercator, ac deindè apparuit Lyduuinæ, eamque : Dic fœminæ illi, restituat tibi aureum,præter ius ab ipsa vsurpatum,emensque eo cereos ad Missas celebrandas, vt & ego adiuuer Ecclesiasticis suffragijs, & illa non feriat vltio cælestis. His dictis, euanuit. Refert virgo viduæ, quæ audierat, la videns detectum, quod neminem mortalium scire putârat, terrore & pudore correpta, reddit aureum. Eos qui erant iuncti matrimonio, vt mutuam inter se seruarent pacem, virgo adhortabatur: consilium experentibus, dicebat: Sacrum coniugium,dilectissimi, inijstis : debetis non solùm corpore, sed etiam animis conuare inuicèm fidem. Itaque pacem sectamini, vt Deus pacis sit vobiscum. Mulier quædam filiam suam cuidam collocauit,& post nuptias gloriabũda exponit Lyuuinæ conditiones generi sui. At virgo sancta, Non magnoperè, inquit, pendendæ sunt opes,pulchritudo,natalium splendor, dignitas & cognatorum turba;

Ociũ vitandum docet.

Defunctus quidam apparet ei.

Coniuges quid monuerit.

Notatu digna.

tiùs spectanda virtus,morum disciplina,prudentia,timor Dei,quibus modis partæ opes,quo iure teneantur. Prædixit etiam ei filiam eius multa passuram,nõ tamen desuturum illi diuinum auxilium. Quod quidem ità euenit. Fuit enim sterilis, afflicta ex morbis,multisque castigata flagellis: sed orante pro ea Lyduuina, feliciter migrauit ex hac vita. Eo tempore vir quidam & mulier,cùm essent iuncti matrimonio, & adolescentiæ feruore raperentur in libidines, corporibus suis turpiter abutebantur: nec id Lyduuinam latuit, Domino id ei reuelante. Hortabatur igitur iuuenculam, vt ab illa libidinis intemperantia abstineret: quod nisi faceret, itam Dei ait & ipsi & marito eius imminere. Audiens illa occultum peccatum suum nõ ignorare virginem, promisit se deincèps illud vitaturum. Vtrùm autem id fecerit,nescio : id tamen comperi,ventrem eius paulò pòst intumuisse, lætantibus amicis, quòd cõcepisse prolem existimaretur. Vt autem Lyduuinæ id relatum est, Eruſtrà,inquit, exultant. non enim tumor iste prolem indicat, sed morbum in fœmina latentem. Quod quidem res ipsa comprobauit,diuturno languore fœminam corripiente,& tandèm morte iuuenculam sibi vendicãte. Plerique ægri confluebant ad Lyduuinam pro consilio recuperandæ valetudinis obtinendo: quos illa sæpè in vtroque homine curauit, pijs exhortationibus eos inducens ad resipiscentiam,& Christi virtute à corporibus ægritudines depellens. Confluebant etiam ad eam omni ex parte multi monasticæ vitæ cultores, tentationibus & angustijs afflicti, diuersisque & animi & corporis doloribus pressi. Erat enim illa tempestate tanquàm mater desolatorum omnium.Illa verò sæpè etiam in summis iam periculis constitutos, ad salutem reuocabat. Dederat enim ei Dominus spiritum consilij,quo afflictis & propemodùm desperatis, sic loqui solebat: Quandocunquè rectio aut angore animi etiam vsque ad extrema virium affici te sentis,recurre ocyus ad misericordissimum patrem,vt solet infans ad matris vbera, & reuela Domino viam tuam,iacta omnem cogitatum tuum in illum, & ipse faciet, vt omnis angustiæ tuæ obliuiscaris. ad extremum hæc subiũgebat : Non solùm æquo, sed etiam iucundo animo ferenda est molestia omnis, vel immissa vel permissa cælitùs: immò etiam tanquàm virga amantissimi parẽtes complectenda : quandoquidem infinitis modis electos ille suos tanquàm aurum in fornace probare solet. Erat sanè in seruentissimis sermonibus eius permultum latentis energiæ, qui in aures dolentium & gementium illati,mentem penetrabant,penetrando instàr olei vngebant, vngendo mirè reficiebant. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus optimè nouerat,ità tamen,vt in medio nationis tum infirmæ,tum peruersæ semper incontaminatam se seruaret.

Valdè afflictis qd consuluerit.

CAP. V.

DIosa noctuæ lux est,& bufoni vinea florẽs. Ità etiam virginitas libidinosis,superbis humilitas, voluptatũ sectatoribus piorum vita crucifixa permolestã est. Accedebant interdùm ad virginem nostram etiam ventris mancipia & strenui potatores, vt caperent aliquid ex sermonibus eius, quod carperent. Vsurarius quidam, garrulus & cupidus, cùm multa de ea audisset, coram multis ait ad eam : Quid faceres,Lyduuina,si Dominum Iesum in altari sub speciebus sacramenti occultatum cerneres,& ex alia parte in propria specie videres subticuit paululùm virgo,& tandèm post lachrymas,Tametsi, inquit, nõ paucis docti & venerabiles tentârunt viri, at nunquàm tamen memini tam molestam mihi moram fuisse quæstionem,qualem nũc proponit hic vsurarius. Non virerat illa virum, nec de infami quæstu eius quicquam ab homine didicerat, & tamen prodit cupiditatem eius, fraudem cognoscit. Stupebant omnes comites eius, quippè qui hominis cupiditatem non nôssent, affectique pudore, cum illo quamprimùm abierunt. Mulier quædam nitebatur se in Lyduuinæ & domesticorum eius familiaritatem insinuare,quæ dæmoni se prostituerat,Lyduuina id non ignorante. Cùm autem cerneret virgo illam impudenter sæpè iactare castitatem suam, timens nè fortè alias suæ libidinis fœtore inficeret, cum multa patientia tandèm dixit ei coram familiaribus suis : Itáne ergò virginem te dicere non vereris? Respondit illa audacissimè: Prorsùs intactam ego me virginem profiteor.Et Lyduuina,Ego verò,inquit,inaniter hoc titulo gloriari te metuo : Certè vigintiquinq; tales virgines,qualis tu es,possent in vna mola piperis liberè choreas ducere. Hoc illa audiens,pudefacta recessit. Dolebat hoc cuidam, quæ cæteris erat Lyduuinæ familiarior,

Nouit occulta hominum peccata.

Homines mali quærũt ei obtrectãdi occasiones.

Quandã se virginẽ mẽtientem pudefecit.

miliarior, aitque illi: Cur piam virginem sic vituperando offendisti? Respondit Lyduuina: Sine, sine illam. Noli mihi laudare in illa commẽta diaboli. Si vis nõ-se, quàm sit verè pia, corripe eam solam ob culpas minimas, quas facilè poteris in ea aduertere, & comperies qualis sit. Fecit id posteà fœmina illa, & ad leuissimum blandæ repræhensionis verbum adeò perturbari cœpit ficta mulier, vt non virgo, sed fera pessima: non pudica mulier, sed à malo dæmone obsessa putaretur. Quàlis autem fuerit, horrenda eius mors edocuit. Cùm enim pro illa defuncta virgo Lyduuina orare vellet, ait ad eam Angelus: Noli operam ludere: cum fictis & hypocritis deputata est. Non est autẽ, quòd putet lector, solùm tenuiores & humiliores conditionis homines à Lyduuina repræhensos. Non timuit illa etiam principum & magnatum vultus. Venit quandoquè ad eam ex longinqua regione princeps quidam, colloqui cupiens cum ea de arduis quibusdam rebus, ad animæ salutem pertinentibus. Sermone in longũ protracto, cœpit princeps ille, compunctus sermonibus eius, vbertim lachrymas fundere. Tum illa occulta & obliuioni tradita peccata eius retexuit, aitque illi: Meritò quidem, mi domine, angũt animum tuum leuiores culpæ, quas in patrem tuum admisisti: sed vereor nè sis cauteriata conscientia, maioraque peccata negligens, cum Pharisæis illis excoles culicem, & glutias camelum: simulque commemorauit ei quædam non risu, sed lamentis proquenda, vt magis compunctus, largiores ab oculis lachrymarum imbres profunderet. Postremò ait ad eum: Age, quod agis, mi domine, & luctum amarum facti tui per internuncios virginem, vt Dominum pro se deprecaretur, hoc responsum accepit: Quandò volui & potui, ille noluit: iam vellem quidem, sed non possum retardare Domini sententiam: neque descendet ille de lecto ægritudinis suæ, quo tamen cælestem regem, vt det illi pœnitentiam, & ipsum quantùm possum horter ad compunctionem.

Eius dãnatio reuelatur Lyduuinæ.

Matth. 23.

Princeps quidã eius sermonibus corrigitur.

Nota hæc.

CAP. VI.

Periculis animarum mirè cruciatur Lyduuina.

PEricula animarum, vti sæpiùs probatum est, plùs cruciabatur sancta virgo quàm sui corporis doloribus. Cum Mose deprecari Dominũ, solatio erat ei: ferre cruciatus, lucrũ putabat: mortificari quotidiè, spiritalis erat animæ illius respiratio. Sæpè ei diuinitùs reuelabatur, si quis vreretur, si quis scandalizaretur, si qs contristaretur, aut alijs laboraret modis. Orabat precibus, obsecrabat gemitibus, cogebat lachrymis Deũ: inuitabat promissis, instituebat doctrinis, terrebat minis proximos: ardebat, lucebat, zelabatur honorem Dei. Zelum eius dirigebat veritas, frenabat modestia, firmabat constantia, charitas inflammabat. Vir quidam opulentus & celebris, Schiedami degens, desperatione vexatus, seipsum suspendio necare tentabat. Cùm igitur id exposuisset confessario suo, ille sciens spiritum Domini in virgine certis experimentis sæpissimè se declarâsse, ad eam accedit, exponit hominis desperationem, se quòtidiè necare volentis: se quidem ait nihil omisisse eorum, quæ possent miserum sanare, sed in dies illum habere peiùs. Virgo respondet: Satanæ hoc artificium est. Puto igitur necessarium illi homini, vt purè confiteatur peccata sua, & pro satisfactione ei iniungatur hocipsum, ad quod cum teterrimus satan instigat. Sciebat virgo dæmonem odio Dei & sacramentorum non permissurum, vt pœnitentis obedientia fieret, quod ipse serpentina malitia suadebat. Sacerdote verò dicente, se haudquaquàm ausum esse talem satisfactionem vel pœnitentiam imponere homini illi, virgo diuini consilij non ignara, Age, inquit, pater id quod dico: periculum omne in me sit: tu nè pertimescas. Interim non cessat eum ad laqueum hortari draco pestifer, miser homo, precationis importunitate tabescit. Mittitur ocyùs pro confessario, confitetur ille, & per sanctam obedientiam pro pœnitentia iubetur se suspendere. Lætatur ille tali pœnitentia, festinat oblata opportunitate ad laqueum, trabi appensum, illo ad collum adhibito, desilit ex loco, quem asscenderat, vt suffocetur. Mira res. Accurrunt illicò dæmones, apprehendunt hominem, rumpunt celerrimè restim collo eius implicatam, cum terrore quodam & stridore mirabili mussitantes dicunt, Posthàc te non suspendes miser: simulque magno impetu inter parietem & cistam quandam illum detrudunt. Vbi cùm, abscedentibus dæmonibus, trium horarum spatio miserè arctatus, & tam animo quàm corpore pressus & tremebundus iacuisset, tandem à familia, quæ vbiquè illum quæsierat, repertus est, sensimque ad se reuersus, cœpit laudare Deum, statuit nullo pacto deincèps in tale se discrimen conijcere. O fœminam admirandam, diuino proculdubiò lumine illustratam, superque secreti de viro desperato non insciam, cuius hoc sanè admirandum potiùs est, quàm imitandum consilium. Fœmina quædam flagitiũ immane perpetrauerat, quod etsi confessa erat, at nihilo minùs in desperationem eam trahere nitebatur colluber tortuosus, & chartam quandam nocte in somnis ei obtrudens, in qua sceleris illius scriptum erat, suggerebatque miseræ, peccatum illud neque in præsenti, neque in futuro seculo expiari posse. Quibus rebus illa vehementer afflicta, cœpit aliquantisper fidem adhibere hosti, & iam propemodùm redire ad iterandum faciendum festum agunt suo authori, agente illo, qui dormit in secreto calami, in locis humentibus. Itaque tanquàm vim passa, domunculam sacræ virginis intrat, cum molestis lachrymis exponit ei amaritudinem cordis sui, quidque nocte viderit, quid audierit, quàm fluctuet animo: petit humilimè consilium & auxilium. Tum virgo: Figmentum diabolicum est, inquit, quod vidisti: ego quod potero facio. Tu modò abi hinc in pace. Credit illa virgini, virgo causam illius tanquàm sponsi Domino, agit apud eum lachrymis & precibus: rapitur in spiritu, videt matrem misericordiæ in cœtu virginum, satanam quoquè citatum peremptorie, chartamque tenentem. Orat virgo pia reginam cæli pro misera muliere, illa mox vi extorquet è manu satanæ chartam, arreptam discerpit, particularũ consceries Lyduuinæ seruanda traditur, pudefacto cruento dæmone virgo lætabunda fibi restituitur: mox accersit confessarium, non ignarum periculi, in quo fœmina versabatur, ostendit ei chartæ particulas, rem totam ordine pãdit. Redit etiam trifis mulier, repetit suas querimonias, auditque ex Lyduuina: Bono sis animo: nihil posthàc tibi hoc nomine mali accidet. Quòd si ità velis, libẽs apud Deum iudicem pro te fideiubebo, nihil te passuram detrimenti propter illud admissum facinus. Quicquid verò tibi obganniat satan, tu nullam ei commodes fidem. His verbis exhilarata mulier, abscessit, & quanuis rediret cruentissimus hostis, illa irridens eum, penitùs liberata est, gratias agens Deo, qui talem sibi delegisset famulã. Quidam vir flagitiosissimus præ immanitate scelerum suorum nulli sacerdoti confiteri voluit.

Vide suppliciũ fœminæ flagitiosæ.

Iob 40.

Vide fallaciam satanæ.

Visio Lyduuinæ.

Fœminã liberat periculosissimè tentatam à satana.

Hominem desperatũ liberat à diaboli machinis, sed modo quodam admirando potiùs, quàm imitando.

luit. Tandèm cò adductus est, vt paratum se offerret ad dicendum peccata sua Lyduuinæ, vt ea rursùs illa sacerdoti confiteretur. Etsi autem totis viribus se opponeret Lyduuina, at ille tamen turpia flagitia sua ei detexit: illa rursùs, consentiente viro, confessa est sacerdoti, tanquàm propria ea deflens, petijtque sibi imponi satisfactionem. Posteà redit ad eam ille vir, vti promiserat, aitque ad eam: Puto te confessam omnia peccata mea: dic iam qualem me velis agere pœnitentiam: libens enim obediam tibi. Et Lyduuina, Confessa sum, inquit, peccata tua: vnum autem hoc abste peto, vt in lecto tuo benè strato cubes nocte vna supinus, & neq; in dextram, neque in sinistram partem te vertas quouis modo. Accipit ille pœnitentiam, siue satisfactionem, quasi subridens ob leuitatem oneris. Opportuno indè tempore sternitur lectus molliter, cubat ille delicatulus in molli strato, sed simul atque se reposuit, cœpit affici tædio, corpus sentit quasi quibusdam compungi aculeis, adeò vt nunquàm tam malè se cubâsse diceret, licèt interìm sano esset corpore, sola vertendi se in hanc vel illam partem libertate priuatus. Cùm sic ergò magno affectus tædio iaceret, corporisque sui incolumitatem, lecti mollitiem, temporis breuitatem, scelerum suorum immanitatem, æternas gehennæ flammas, aliaq; multa cogitaret, & tam exigua molestia victum se cerneret, ait apud se: O me peccatorum omnium, quos habet hic orbis, miserrimum. Incolumis iaceo hîc delicatè & molliter, & tamen ea sola causa, quòd non licet mihi breui spatio quò libitum est corpus vertere, somnus fugit ab oculis meis. En quãta patitur infirmum & putrescens Lyduuinæ corpus, quod tot Domini attritum flagellis, in tenebris & vili iacet habitaculo, idque annis tam multis? Mutatus est igitur ab eo tempore vir sceleratus, factusque est promptus ad agẽdam pœnitentiam, ad confitendum peccata sua, ad obtemperandum virgini, & ad quæuis dura & aspera perferenda promptissimus. Diceres virginem nostram ceu speculatricem factam domûs Domini: quippè quæ vel per literas, vel per nuncios, vel per visum & in somnis (sic enim multis apparebat) sæpè dæmonum insidias & machinationes alijs detexit. In pago quodam propinquo oppido Schiedamensi fœmina quædam graui se crimine obstrinxerat, vt sine Episcopi authoritate absolui non posset. Hortante igitur eam sacerdote, vt Episcopum vel eius Pœnitẽtiarium se conferret absque mora propter periculum, promisit illa quidem se sic facturam, sed neglexit tamen, animæ suæ mortem non formidans. Intereà virgo nostra rapitur ad cælestia, videtque sanctorum agmina, & in ijs quatuor Ecclesiæ doctores, multa gloria insignes, Gregorium, Hieronymum, Ambrosium & Augustinum, auditque illos dicentes sibi: Dic fœminæ illi, vt ad ti adire Episcopum, vt quemadmodùm promisit sacerdoti suo, sic quamprimùm faciat. Lyduuina ad se reuersa, indicat visionẽ confessario suo, orat eum, vt ad se conferat ad cæcam mulierculam, nè diuina vltione ob suam incuriã plectatur. Non cunctatur confessarius, admonet fœminam, non negat illa veram esse visionem, sed tamen floccipendens, peccata peccatis cumulare pergit. Apparet illæ quàm solicita fuerit Lyduuina, nè periret mulier, incuriosa salutis suæ. Dolebat nè interdùm domesticis eius, quòd omnes ad se aduentantes audiret, omnibus respondere, & tamen ea sola causa, quòd non licet mihi breui spatio quò libitum est corpus vertere, somnus fugit ab oculis meis. En quãta patitur infirmum & putrescens Lyduuinæ corpus, quod tot Domini attritum flagellis, in tenebris & vili iacet habitaculo, idque annis tam multis? Mutatus est igitur ab eo tempore vir sceleratus, factusque est promptus ad agẽdam pœnitentiam, ad confitendum peccata sua, ad obtemperandum virgini, & ad quæuis dura & aspera perferenda promptissimus. Diceres virginem nostram ceu speculatricem factam domûs Domini: quippè quæ vel per literas, vel per nuncios, vel per visum & in somnis (sic enim multis apparebat) sæpè dæmonum insidias & machinationes alijs detexit. In pago quodam propinquo oppido Schiedamensi fœmina quædam graui se crimine obstrinxerat, vt sine Episcopi authoritate absolui non posset. Hortante igitur eam sacerdote, vt Episcopum vel eius Pœnitẽtiarium se conferret absque mora propter periculum, promisit illa quidem se sic facturam, sed neglexit tamen, animæ suæ mortem non formidans. Intereà virgo nostra rapitur ad cælestia, videtque sanctorum agmina, & in ijs quatuor Ecclesiæ doctores, multa gloria insignes, Gregorium, Hieronymum, Ambrosium & Augustinum, auditque illos dicentes sibi: Dic fœminæ illi, vt ad ti adire Episcopum, vt quemadmodùm promisit illa quidem se sic facturam, sed neglexit tamen, animæ suæ mortem non formidans. Intereà virgo nostra rapitur ad cælestia, videtque sanctorum agmina, & in ijs quatuor Ecclesiæ doctores, multa gloria insignes, Gregorium, Hieronymum, Ambrosium & Augustinum, auditque illos dicentes sibi: Dic fœminæ illi, vt ad ti adire Episcopum, vt quemadmodùm promisit illa quidem se sic facturam, sed neglexit tamen, animæ suæ mortem non formidans. Intereà virgo nostra rapitur ad cælestia, videtque sanctorum agmina, & in ijs quatuor Ecclesiæ doctores, multa gloria insignes, Gregorium, Hieronymum, Ambrosium & Augustinum, auditque illos dicentes sibi: Dic fœminæ illi, vt ad

Itẽm virum valdè flagitiosum.

Hoc sanè eximium est miraculum.

Visio Lyduuinæ, qua ei fœminæ cuiusdã occultũ peccatum detegitur.

Summoperè cupit animas lucrari.

CAP. VII.

NImirùm sic creuit in illa amor crucifixi Iesu, & meditatio acerbissimæ passionis eius, ità vt nihil ei maiori esset solatio, q̃ in illius foraminibus atque plagis, instàr colũbæ nidificantis, iugiter commorari. Eius enim vulnera &

& dolores acerrimi animam virginis adeò penetrârant, vt quanuis ipsa in singulis membris suis omnis generis cruciatus vehemẽtissimos pateretur, ità vt omnes, qui eam cernerent, non possent non multa commiseratione affici, eos tamen eruciatus quasi pro nihilo putaret. Tota vita eius in Christi rebus gestis tanquàm in viridario amœnissimo versabatur: ijs meditandis trahebat ardentissima ab imo pectore suspiria, & ab oculis lachrymarum fundebat imbres, ijsque deficiẽtibus, guttas sanguineas. Illas autem lachrymas, Christi crucifixi amore fusas, apud familiares appellabat rosas suas. Ex his verò lachrymis quædam hodieque extant, quas ego vidi, earũque mira est fragrantia, vti expertus sum. Dominici corporis sacramentum ardenti desiderio sumebat, adeò vt si die vno carere illo cogeretur, is dies sæpissimè ei anni vnius spatium æquare videretur. Pastor ecclesiæ, qui eo tempore fuit, cùm illa medium tempus ageret inualetudinis suæ, erat quidem satis liberatus, sed in ijs, quæ spiritûs sunt, planè rudis & imperitus. Is, dæmone agente, ineffabiles molestias attulit virgini. Consueuerat illa ab ea ætate, quæ doli capax est, non nisi bis toto anno sumere Eucharistiam: sed doloribus sua capientibus incrementa, crescente etiam Christi passionis meditatione, crebriùs eam sumebat. Deinde in magnis solẽnitatibus ardentiùs illam à pastore petebat: sed vir durus aspernabatur, repellebat preces ejus. A planta pedis vsque ad verticem capitis non erat ei sanitas: pane corporeo non vescebatur, solum Christum esuriebat, solum Christum cogitabat, solo Christo viuebat, & tamen negabatur ei ille panis viuus, qui filium est, nequaquàm mittendus canibus. Accidit autem, vt parochus eius quodam die inueniret eam præ desiderio corporis Christi lachrymantem: cumque lachrymarum causam ab ea peteret, respondit illa: O pater mi, nè spreueris pauperculam istam, nihil habentem reliqui, nisi vt Christum meditando se consoletur, Christum sumendo sustentetur, & viuat anima eius. Sed ille saxo durior, nihil mouebatur. Cùm autem sacerdotes corpus Dominicum per plateas ferrent ad ægrotos, adeo illius desiderio inflammabatur animus eius, vt nonnunquàm spiritum exhalare videretur. Quotiès autem tam ardenti amore communicabat, mens eius intus illustrabatur, & sensibili quadam dulcedine os eius afficiebatur, licèt admodùm difficulter posset sacramentum deglutire. Interìm verò nè spiritali communione priuaretur, sæpè hanc precatiunculam repetebat: Participem me fac Deus seruorum tuorum, hodiè sub sacramento tuo mirabili passionis tuæ memoriam agentium & in hac, & in totius orbis ecclesijs. Solebat autem simplicibus dicere: Quandò estis sub Missæ sacrificio, cogitetis aperiri cælum, & adesse sanctos angelos: simul etiam Christi passionem omni, qua potestis, deuotione commemoretis. Alijs autem capacioribus hæc addebat: Exerceatis vos ad meditandum eum, quem sumitis, ad sentiendam animæ oblectationem, dulcitus amandum iustitiam eius. Non enim paruum hospitem accipitis, sed filium regis regum, & vnigenitum Virginis, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Ipse est cibus plenè reficiens pœnitentes, confortans proficientem, abundè delectans Israëlitam transmigrantem: impinguans non corpus, sed cor: non carnem marcidam, sed esurientem animam: non ventres, sed mentes. Hæc & multa alia, quæ legi, pleraque valde sublimia loquebatur. Cùm autem dicat scriptura, Parâsti in conspectu meo mensam adnersùs eos, qui tribulant me: quid dicemus de nostra virgine, cui interrorat afflictiones non solùm non parabatur, sed etiam negabatur mensa Christi? Parochus Schiedamensis, cuius iam memini, eò diabolo instigante adductus est, vt de sancta virgine pessimè suspicaretur, non vera, sed ficta esse putans, quæ de illa dicebantur. Incidente autem quodam solenni die, rogauit eum virgo per se primùm, deindè per alios, vt sacram communionem ipsi præberet: sed nihil obtinuit. Conuertit illa se ad deprecandum Dominum, sed is permittit magis etiam indurari cor pastoris, vt nouo martyrio probatam filiam illustriorem reddat. Fit pastor erga illam in dies seuerior, & ad tentandam illam audacior. Tandèm perpoſſe, constituit ei hostiam non consecratam porrigere. Sed id illam, Angelo eam monente, non latuit. Venit interìm festum natiuitatis beatissimæ Mariæ, rogat illa sibi dari Eucharistiam, adest parochus, audit confessionem eius, coram adstantibus offert ei hostiam non consecratam, in idololatriæ discrimen

Tota vita meditatur vitã & passionẽ Christi.

Nota rem admirandã.

Negatur ei summè eam expetẽti sacra commu-nio.

Effectus eucharistiæ ab ea sumptæ.

Philip. 3.

Eucharistia quid præstet

Psal. 22.

Dura virginis tẽtatio.

eos

Universidad de Deusto
Biblioteca

eos qui aderant, conijcere non veritus. Sed ô rem mirandam: Vix hostiam sen-
serat in lingua, & eccè corde & corpore mutatur, reijcit quod sumpserat, rem
tantillam nec ad momentum in ore ferre sustinens. Pastor verò in sua temerita-
te iam apud adstantes deprehensum se pertimescens, simulata audacia dixit ad
virginem: Quæ hæc temeritas est, insana mulier, vt corpus Domini ex ore reijci-
as? Respondit illa: Putas'ne, pater, adeò me deliram, vt inter corpus Domini &
panem vulgarem nullum habeam discrimen? Facilè autem illud ab isto interno-
sco, quòd illud sumens, nihil alterari me sentio: hunc verò panem, quem tu mihi
dedisti, velim nolim cogor reijcere, adeò tota ab eo natura abhorreo, totoque
corpore angustor. Ille conscius sibi, quòd non nisi vulgarem ei dedisset panem, nè
adstantes offenderet, rursùs ait, se ei corpus Domini porrexisse. Indè abit domum,
virgo flagrat desiderio communicandi, nec est qui satisfaciat. Cogitur ergò sine
pane vitæ manere vsque ad festum Conceptionis eiusdem sanctissimæ Virginis.
Tum verò adstitit ei Angelus Domini, multa luce coruscus, aitque ei: Nè time-
as, neque contristeris, soror mea Lyduuina: propediem videbis Salnatorem tu-
um, qui sanabit omnes contritiones tuas. Illa gratias agens, indicauit hæc paro-
cho suo, nè fortè putaret illusionem diabolicam: sed mansit ille obstinatus, vt
anteà.

Discehinc, Eucharistiã non panem esse, sed verum corpus Christi.

CAP. VIII.

CVM autem virgo nostra more suo noctu vigilaret, mulier quædam, cu-
ius paruulus filius ægrotabat, consilium petitura venit ad eam. Quam
cùm esset consolata, & gaudentem à se dimisisset, mansit sola, exercitijs
spiritalibus incumbens in ipso crepusculo, anno dolorum suorum decimo-
septimo, circa festum beati Thomæ Apostoli. Porrò simulatquè se dedit de-
notioni suæ, viderunt domestici eius magnum ignem in cubiculo eius, quem vt ex-
tinguerent, ad eam concurrerunt. Sed cùm nihil cernerent, obstupuerunt: ait au-
tem illis Lyduuina: Ite cum bona pace: hîc nullus est ignis. ostio autem clauso,
oro, vt me nunc solam esse patiamini. Quod cùm illi fecissent, virgo seraphica, ex-
lestis contemplationis suauitate perfusa, sursùm ferebatur in Deum, atque in eum
transformabatur, qui pro nobis crucifigi voluit. Non diù pòst remoto à facie pa-
no, quo se texerat, vidit ceu solare iubar in cubiculo radiare, vidit etiam Ange-
lum suum propè se stare valdè splendidum, eoque tacto, sensit corpus suum ad
tempus planè sanatum: vidit præterea aduentantes Angelos, ceu iuuenes forti-
simos, atque alium crucem, alium lanceam, alium clauos, alios alia passionis
Dominicæ insignia ferentes, suoque lectulo assistentes. Posteà verò etiam glo-
triem Domini cum sanctis non paucis aduenire conspexit. Iacebat tum supi-
leas supina: erat autem iuxta eam lectulus, propter aduentantes sic satis lon-
stè compositus. Tandèm venit Christus ipse in forma speciosissimi pueruli, & in-
ctulo illo se reponens, blandissimè virginem adspiciebat. Mox verò in perfectæ
mutatus virum, instàr crucifixi totus rubicundus & sanguinolentus apparuit, co-
ronatus spinea corona, & colore affectus, quo solent mortui. In eum ergò intuens
virgo planè vigil, mirè obstupuit, commixtimque & gaudio & mœrore affecta est.
Cùm autem in lucem mens illius absorpta esset, Christus lumen pariter & ardo-
rem diffundens, in medio immensi luminis, virginis corpusculo quinque vulne-
rum suorum signa luculenter impressit, impressaque reliquit. Cernens autem vir-
go ea tam aperta vulnera homines latere non posse, timeretque concursum & ap-
plausum hominum, orauit Dominum, ità dicens: Maneat, obsecro Domine, hoc
dignationis tuę sacramentum inter me & te. sufficit enim mihi gratia tua. Mira re-
Confestim cutis texit vulnera illa, sed dolor atque liuor perpetuò permansit. Ita
ità gestis, vidit beatissimam Virginem arma passionis Christi, quæ ferebat Ange-
reuerenter ex illorum manibus accipere, eiq; deosculãda exhibere, ac deinde ad
ferri ab oculis suis. Sentiens autem Lyduuina se sensibiliter confixam, resp exit ad
pedes lectuli sui, viditq; illic crucẽ stantẽ ea magnitudine, qua sunt illę, quæ ad mo-
rituros deferuntur: simul etiam partulum ab ea pendentem, & ex eius vulneribus
profluentem sanguinem. Eo spectaculo liquefacta anima eius, ait ad Dominum:
Gratias tibi ago Domine, qui me indignam ancillam tuam sic visitate dignatus es.
Audiens autem senex pater eam loquentem, mirabatur cui loqueretur. Surgens
igitur clàm, auscultauit ad cellulam eius, quis aut quidnam id esset. Interimis, ap-

Cubiculum eius videtur ardere, cùm tamẽ nõ esset ibi ignis.

Visio eius planè vigilantis.

Christus ei imprimit vulnerũ suorũ notas.

apparuerat ei, videbatur per solarium velle recedere. Timens ergò & dolens
eius abitu virgo, O Domine, inquit, si tu verè es, in quem credo, obsecro, vt priùs-
quàm abeas, signum euidens præsentiæ tuæ apud me relinquas. Mox ille in spe-
cie formosæ hostiæ mutatus, ter vertebat se supra locum, vbi iacebat virgo, ac tan-
dem consistere visa est illa hostia in munda mappula, quæ illic poni solebat. Sub
his pater eius, qui nihil adhuc viderat, cùm esset simplex & pius, more suo rese-
dit in filiæ lectulo, scisciatusque est, num quid fieri vellet, & quis ibi apud eam
resedisset. Dixit autem ei filia: Rogo te, pater, vt ocyùs surgas. habeo enim apud
me crucifixum Dominum. Territus ille, actutùm surrexit, viditque hostiam
pulcherrimam: accitisque domesticis & vicinis, ostendit eis rem stupendam.
Omnes igitur & timore & admiratione permoti sunt. Cernebant enim omnes
hostiam, sed non eodem modo. Erat enim hostia illa nec tam patua, vt sunt quæ
plebi porriguntur: nec tam magna, vt eæ, quas accipiunt sacerdotes sacrifican-
tes. Radij autem eius extremam oram orbiculatim ambiebant: intùs habebat
crucifixi effigiem cum cruentis vulneribus. In latere vno speciatim hærebat su-
per sanguta vna, pisi dimidij magnitudine: poteratque hostia ab omnibus per-
spicuè videri, sed ab alijs iacens, à Christi virgine tanquàm in aëre pendula vide-
batur. Ad eius autem conspectum tam animo quàm corpore adeò exultabat
sponsa Christi, vt formidarent ij, qui aderant, nè præ gaudio deficeret. Quæ-
dam verò manum suam cordi eius apponens, re ipsa sensit cor & viscera eius su-
pra humanum modum exilire. Exultabat planè cor eius in Domino, & delectaba-
tur in Deo salutari suo. Hanc hostiam multi viderunt, idque iureiurando confir-
mărunt.

Christus sub hostiæ forma adest ei.

Multi eam hostiam vident.

CAP. IX.

EAdem autem nocte misit sacra virgo quendam ad parochum suum, qui
hæc ei indicaret. Ille verò licèt fidem non adhiberet, attamen commo-
to animo veniens ad virginem, Ecquid, ait, hoc noctis tempore tibi præ-
stari vis? Et illa, Non vides, inquit, pater mi rem, quæ hîc geritur? Video,
ait ille, commentum satanæ, prætereà nihil. Lyduuina verò, Nequaquàm, inquit,
pater mi, commentum diabuli est, sed Deus verus, qui te & me creauit. Cum-
que ille rei cuidentiam premere non posset, quippè qui perindè vt cæteri cer-
neret hostiam sanguincis adspersam guttis, attonitus ignorabat, quid ageret.
Tandèm iussis omnibus exire foràs, clauso ostio, adiurauit virginem per tremen-
dum Dei iudicium, vt nemini id quod factum erat reuelaret. Obediuit virgo, do-
nec maior accessit prælatus. Indè scisciatur parochus ex virgine, quid de hostia il-
la fieri velit. Primùm perplexa virgo quid responderet, tandèm cùm intra se ro-
gasset Dominum, durius exprobranti sic ait: Quæso, vt hostiam hanc mihi sumen-
dam porrigas. Illo dicente, Vis'ne igitur satanam tibi porrigi? virgo respondit:
Non satanam volo, sed Dominum meum. Ego verò, inquit pastor, veram hosti-
am è templo tibi afferam. De hac nescio, quid sit, aut vndè sit: planeque consu-
lo, ne illam sumas. Demùm porrexit ei illam hostiam, dicens merum esse figmen-
tum diaboli, at tamen talem se ei præbere, qualem ipsa crederet. Virgo mitissi-
mà olens vicem eius, hostiam reuerentissimè percepit, quæ sicut aliæ hostiæ con-
secratæ, animo & spiritui eius magnam afferebat delectationem. Postridiè veritus
pastor, nè tam stupenda res tota vrbe diuulgaretur, pro concione dixit ad popu-
lum: Hac nocte, charissimi, Lyduuina non benè compos mentis, à diabolo peri-
culosè admodùm illusa est. Peto igitur, vt oretis pro illa, dicatisque orationem
Dominicam, vt in fide constans perseueret. Indè cum Eucharistia tetendit ad
Lyduuinam, turbis cum sequentibus, quibus domum ingrediens rursùm dixit,
satanam superiori nocte voluisse decipere Lyduuinam, relicta apud eam hostia
commentitia, minimè consecrata: se verò nunc velle ei dare verum corporis
Christi sacramentum. His dictis, intrò ingressus sedit iuxta Lyduuinam, quæ nihil
quod commentum diabuli nocte hîc fuerit. An'non ego priusquàm fieret, Ange-
lo id mihi reuelante, tibi significaui, vt vel sic daresgloriam Deo? Tu nósti arca-
na pectoris mei. Ego'ne satanæ filiam me exhibui? Sed oro Dominum, vti nè
hæc tibi imputet ad peccatum. Tum ille indignabundus, Vis'ne, inquit, percipe-
re corpus Domini, quod tibi nunc affero? Equidem volo, ait illa, modò tu quo-

Parochus publicè virginem deluam ait.

què

Universidad de Deusto
Biblioteca

què velis. Porrecto igitur ei sacramento, redit ad templum, populus sequitur, & ecce tota commouetur vrbs aduersùs parochum, adeò vt ille è templo progredi non auderet. Venit igitur ad eum vrbis magistratus, orat vt dicat meram rei veritatem, vt possit sedari concitata plebs. Respondet ille, vt priùs dixerat, se sic sentire meram fuisse illusionem. Aiunt illi: Cur igitur non seruâsti commentitiam hostiam? Si autem seruâsti, vbinam reposuisti eam? Dicente eo, se combussisse eam, instant illi, vt ostendat locum, vbi combusserit, vt possit diligentior fieri inquisitio. Hîc illo obmutescente, populi creuit tumultus aduersùs eum. Redeunt primores vrbis ad eum, rogant vbi hostia sit. Respondet se illam in aquam proiecisse. Illis contradicentibus, dicit se in cloacam eam iactâsse, nè vesana plebs idololatriam incurreret. His verbis auctus est populi fremitus, quòd hostiam à multis fide dignis visam tot miraculis insignitam in cloacam misisset. Tertiò redeunt ad eum quidam ex maioribus vrbis, hortantur nè exeat de templo propter commotam plebem. Mittitur interìm ad Episcopum, vt absque mora veniat Schiedamum. Is verò ea nocte crebrò in somnis monitus fuerat, vt properè iret Schiedamum. Nec cunctatur Matthias Episcopus suffraganeus Traiectensis, iunguntque se ei non pauci prælati & officiarij. Quod vt comperit pastor Schiedamensis, valdè animo consternatus est. Mittit igitur clàm amicum quendam ad Lyduuinam, orans nè id, quod ab ipso stultè admissum esset, vlcisci velit, sed excuset pro sua humanitate. Promittit optima virgo, se facturam quicquid saluo Dei honore, fide bona facere possit. Accedunt indè ad eam prælati, qui venerant, sequente eos pastore. Fit accurata in rem gestam inquisitio, excutiuntur facta pastoris, de re tota abundè testatur, qui interfuerant. At verò pijssima virgo Lyduuina, nè quid sacerdotij honori derogaretur, obsecrauit Episcopum, vt laicis dimissis, ipsam solam cum alijs prælatis audiret. Illo assentiente, cum lachrymis sic exorsa est dicere: Oro domine reuerende, vt duo mihi non neges, priusquàm respondere compellar. Ille vt pius pater consolans eam, Pete, inquit, quod voles, impetratura quicquid rationi conueniet tancum fuerit. Tum illa resumptis vtcunquè viribus, Ante omnia, ait, peto absolui à vinculo, quo adstricta sum. Adiurauit enim me terribiliter pastor meus: ita que respondere astrictam non sum, nisi priùs maiori authoritate absoluta. Deindè obnixè precor, nè quid pastori meo hoc nomine vel damni in rebus, vel molestiæ corpore irrogetis. Mirabantur illi rogantem eam pro aduersario suo, & rata promiserunt se ità facturos. Ait ergò: Protestor ego coram vobis dominis meis me libenter mortem oppetituram pro veritate eorum, quæ circa me hîc gesta sunt. Noueritis igitur Dominum meum Iesum Christum in pueri crucifixi effigie hîc ad pedes lectuli mei apparuisse. Cernebantur autem in eo quinque vulnera circa eum multa lux. Timens autem ego nè me desereret, aio ad eum: O Domine, si tu verè es, in quem credo, oro vt discessurus certum hîc signum relinquas, quo cognoscam te re vera hîc adfuisse. Tum ille in hostiam muratus, mansit apud me. Ego verò illam sacratissimam hostiam sumere cupiens, accepi à pastore meo. Oro igitur, si quid hîc quacunque negligentia vel fragilitate peccauit pastor meus, vt id ei prorsùs condonetis, quemadmodùm pollicitus mihi estis. His à virgine modestè & sedatè prolatis, cùm fidem datam fallere non auderent prælati, placati sunt: Facta autem diligentiori inquisitione, innocentia virginis & patientia per omnem regionem innotuit, & pastoris vanitas confutata est.

Tota vrbs cõmouetur aduersùs parochum.

Accitur Episcopus suffraganeus.

Inquiritur diligenter de hostia.

Orat virgo nè parochꝰ puniatur.

CAP. X.

POst hæc pacem cum suo parocho adepta sacra virgo, cœpit fidentiùs desiderare communionem expetere, sumptamque magis ac magis esurire. Porrò autem in locis impressorum ipsi vulnerum à Christo acres tum cœpit sentire dolores, & ardentissima charitate sursùm ferri in Deum. Etsi verò modis omnibus celata illa cuperet vulnera illata, attamen vbi Domino secus visum est, celare ea non potuit. Solebat interìm chirotheca sinistram induere manum, cuius erat odor suauissimus, nè quisquam plagam cerneret. Verumenimverò cùm adhuc esset in viuis, nocte quadam apparuit ipsa cuidam matronæ, quæ vulnerum notas vel stigmata ferens in corpore suo: quorum iucunda contemplatione miram sensit matrona illa mentis cõsolationem. Postera luce venit ad Lyduuinam, exploratura num re vera plagas habeat in suo corpore, vti noc-

spexerat. At sacra virgo præ humilitate affirmare noluit, nec tamen mentiri volens, exultabundo spiritu sinistro brachio strinxit matronæ manum, & cum ingentigaudio dixit: O caput, caput: tanquàm diceret: Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Mercator quidam in Britannia fuit, qui nec viderat vnquàm Lyduuinam, nec nomen eius audierat. Laborabat is in tibia morbo immedicabili. Cùm autem aliquandò miserè doleret & ingemisceret, præ mœrore obdormiuit. Admonitus verò est in somnis, vt vel ipsus proficisceretur, vel aliũ mitteret Schiedamum Hollandiæ oppidum, qui indè paulum absportaret aquæ, qua Lyduuina virgo manus abluisset suas: additumque est, ea aqua si tibiam lauet, ilicò curatum iri. Manè surgit ille, vocat ministrum, iubet ire in Belgicam Hollandiam, & illic diligenter inquirere Schiedamum vrbem. Nomen quoquè Lyduuinæ ei indicat, iubetque secum referre aquam, qua suas illa lauisset manus. Capessit heri sui iussa seruus, abit in Hollandiam, venit Schiedamum, petit à Lyduuina aquam, nec illa negare potuit, charitate illam compellente vt daret. Redit famulus cum aqua ad dominum suum, is lauat ea tibiam suam, marcida caro mox reuiuiscit, fugit dolor omnis, & tibia in pristinum statum restituitur. Fœmina quædam honestæ vitæ, quam aliquandò ipse vidi, id quod iam dicturus sum, mihi narrauit. Laborabat ipsa quandoquè morbo graui, sed occulto: cumque esset Lyduuinæ cumprimis familiaris, & ad eius consilium vitam suam accommodaret, fidẽter ab ea petijt, quid in tanto discrimine agendum putaret. Lyduuina verò, Scio, inquit, te fistula laborare, quæ paulatim incrementa accipiet. Sed abi ocyùs ad medicos, & pete remedium. Si inuerint te, gratias agas Deo: sin minùs, redi ad me. Abijt illa ad medicos eiusloci peritissimos, aiunt illi quoquè fistula ipsam vexari, sed nulla se ratione curare eam posse. Redit ergò mœsta ad sanctam virginem, dicit desperare medicos ipsius sanitatem. Illa Deo reuelante non ignorans & animi & corporis eius dolores, primò fundit preces ad Dominum, deindè leniter tangens extrinsecùs locum morbi, cum radicitùs à fœmina extirpat. Lætatur mulier, & in hunc vsque diem in laudem virginis rem gestam lætabunda commemorat.

Mercator quidam in somnis qd admonitus.

Præclarum miraculum.

Sanat morbum insanabilem.

TERTIA PARS VITÆ.

CAP. I.

CVM sic autem tanquàm aurum electum probata esset virgo Lyduuina, perindè acsi nihil hactenùs profecisset, totam se pro multis lucrandis animabus Domino obtulit, tota flammis charitatis incensa. Spiritu confirmata, corpus pro nihilo putabat, nocte rigans lachrymis stratum suum, genas cruore tingens, pectus suum complens sudoribus, patrem clementissimum concitare cupiens miseris peccatoribus. Et audiuimus & vidimus permultos, qui ad eam ceu filij ad matrem confluerent, & post suauia colloquia ei valefacientes, orationes eius expeterent. Canonicus quidam ex ijs, quos regulares vocant, feruenti spiritu ait ad eam: Quæso instanter ora Dominum, vt auferat à me, quod plùs ei displicet in me, & saluti meæ præcipuè impedimento est. Ait illa: Orabo libenter. Erat ille vir pius, sed cùm esset voce benè clara & canora, quadam vanæ gloriæ tentatione cantans agebatur. Orat pro illo Lyduuina, canora vox crescit, & nè possit ambigi factum id diuinitùs, multos ille consulit medicos, adhibentur varia remedia: sed cùm nihil posset effici, alius quidam eiusdem professionis canonicus coram peritissimo medico quasi subridens ait: Noueris domine medice hunc socium meum quandoquè petijsse à Lyduuina, rogaret pro ipso Dominum, vt auferret ab eo, quod plùs sibi in ipso displiceret. Puto autem hoc iam impetratum esse, reorquè frustrà omnem hanc operam insumi. Audiens hæc medicus, qui virginem nouerat, Si sic, inquit, se res habet, facessant Hippocrates & Galenus. Habebat apud se Lyduuina paruulum nepotem suum, puerum annorum duodecim, ipsi ministrantem. Diligebat illum, sed vt memor esset suî, tum in se collati ministerij, rogabat Dominum, vt ei febriculam immitteret. Erat autem puero illi poculum, vndè bibebat. Iussus à Lyduuina circa natiuitatem beatissimæ Mariæ virginis, plenum tenuissima cereuisia posuit iuxta lectulum eius. Manè poculum sentitur optimo liquore repletum, tanquàm aromatibus angelicis mani-

Totã se impendit saluti animarũ.

Precũ eius efficacia.

bus conditum. Plurimi indè bibentes, testati sunt eiusmodi potum hactenùs sibi incompertum fuisse: nec quicquam eis nocuit, immò & profuit & placuit non

Nepotulum febricitantẽ sanat precibus suis.

mediocriter. Bibit verò etiam indè Lyduuinæ nepotulus, & mox toto corpore diffusis febribus, ad beatissimi Martini Episcopi ferias laborauit. Oranteautem pro eo virgine, confestim sanatus est. Noui ego complures, virgini, cùm esset in humanis, magis addictos, qui dicerent frequens hoc illi in ore fuisse: Non potest

2. Cor. 12.

capere lasciuus animus sententiam illam, Virtus in infirmitate perficitur: immò & per eam etiam non habita impetratur. Potest hoc confirmari exemplo illustri, quod nunc commemoro. Rogerus quidam Schiedamensis, strenuus porator erat & heluo. Cùm is aliquandò in taberna sederet cum eiusdem farinæ socijs, & iam poti linguas effrenes laxarent in electam Christi ancillam, nec ab obtrectationibus virulentis & calumnijs sibi temperarent, dicerentque vel clàm voracitatem deditam illam, vel dæmonis opera cibum non capere: ille tamersì æquè ac illi potaret, non ferens tamen virginis iniurias, ait ad eos: Sit quæso, socij, silentium de virgine: sufficiat nobis stultitia nostra, qua Deum quotidiè offendimus. Virgo hæc bona & sancta est, & quicquid in ea fit, à Domino fit. Hæc & pleraque alia dicente Rogero, illi iam potione calidi, deteriora in virginem vomere cœperunt. Tandèm vnus Rogero colaphum infringens, Abi, inquit, homo vilissime, nec nostram perturbes sodalitatem. Tulit ille patienter alapam, & abscessit. Nihil horum latuit Lyduuinam, & quid dixissent eius obtrectatores, & quid Rogerus respondisset, & quid passus esset: cumque ea priusquàm hominibus innotuisset, suo confessario ordine exposuisset, ait ad eum: Quæso pater ocyùs recurras ad Rogerum, dicasque ei: Lyduuina te salutat, & ex parte Dei gratias tibi agit, quòd pro Dei gloria & suo honore zelum declarâsti, & colaphum tulisti patienter, pro quo Dominus opportuno tempore reddet tibi gratiam. Mansurus confert ad Rogerum virginis confessarius, commemorat Lyduuinæ mandata: ille stupens, Et vndè illa, inquit, scire hæc potuit, quæ herì vesperi facta sunt, nec ex me quisquam resciuit? Respondit confessarius: Sufficiat tibi eam hæc nôsse: tu verò bono sis animo, nihil dubitans Dominum prouisurum. Ab eo die

Nouit quid de se absente dicatur.

Rogeri cuiusdam eam defendentis mira cõuersio.

cœpit vir ille se à socijs subducere, vitare peccata: cœpit etiam, tanquàm alter Iob, magnam rerum temporalium iacturam facere, flagellis Domini expurgandus in facultatibus, in amicis, in domesticis, in corpore suo procellosas perpeti angustias & vexationes: sed cum malorum incrementis crescebat etiam in illo sanctæ patientia, & vbi abundauerat voluptas, vanitas & iniquitas, iam superabundabat patientiæ tranquillitas, maturitas & charitas. Tandèm longa ægrotatione confectus, posita carnis sarcina, lætus migrauit ad Dominum. Mulier quædam pallidi mani corporis dolore pressa, in atrio domûs Lyduuinæ plorabat & clamabat. Virgo accito confessario, rogat quid isthuc sit. Respondet ille, vnam è domesticis præ dolorum acerbitate stridere dentibus, & quietem capere non posse. Lyduuina autem iubens eam ad se venire, sciscitatur num velit iuuari ab ipsa. Illa cernente, se id summoperè velle, sed sufficere ei proprios dolores, cupere autem, ne Dominum pro se deprecetur. Orat Lyduuina, & statim liberatur fœmina. Dominus autem auget Lyduuinæ cruciatus, ità vt præter morem nocte ac die stridore dentium non absque cernentium stupore mirabiliter vexaretur. Puerulus quidam, horrendo affectus morbo, lugubres dabat voces, nec quiescere potuit. Allatus ad lectulum, qui erat apud Lyduuinæ stratum, mox tacitus quieuit. Regnanti Lyduuinæ, num meliùs haberet, respondit iam benè sibi esse. Solebat autem Lyduuina pueros hortari ad sectandam castitatem. Itaque & hunc puerum blandè innitabat ad virginitatis tuendæ studium, quantùm illa ætas capere potuit. Et ille quidem posteà grandiusculus amauit castitatem, eamque sumpto monachi habitu etiam professus est. Sacerdos quidam probus, & ob vitæ pudicitiam mediocriter charus Lyduuinæ, febre acutissima correptus, non longè à morte abfuit. Eius soror ex Lyduuina quæsiuit, quandiù passurus esset febrem. Illa respondit circa primam Quadragesimæ Dominicam curatum eum iri. sicque factum est, orante pro illo Lyduuina, quæ id viro cuidam religioso indicauit, sed ea conditione, vt ipsa viuente nemini referre ausus esset. Sæpè illa ob deprecandas clades & pericula impendentia & patiebatur in corpore, & orabat Dominum. Accidit quandoquè intestinum in ea regione bellum inter patrem & filium. Mouit igitur ob tuendam vitam loca tutiora petentibus, quidam è longinquo aduenientibus, Scio, inquit, mortem me haudquaquàm euasurum, nisi me seruent preces virginis, Schiedami latitantis. Id cùm ad eam quidam retulisset, humiliter ait: Gratias ago Deo, quòd homines simplices mihi pauperculæ tam benè fidunt, oroque vt secundùm fidem illorum fiat eis. At tamen confido in Domino Iesu, quòd nobis Schiedamensibus non minùs benè, vel etiam meliùs erit, atque vicinis circunquaquè. Cùm autem damnis innumeris propinqua oppida afficerentur, & classis Schiedamum totis viribus debellare & euertere niteretur, orante Lyduuina virgine, non potuit oppidum attingere, irritusque fuit omnis militum conatus.

Fœmina dirè cruciata sanatur.

Prædicit futura.

Multùm tributur precibus eius.

Obserua vim precum eius.

CAP. II.

Pœnitare etiam solebat Lyduuina, quàm sanctum & salubre sit orare pro mortuis, qui sunt in regione expiationis, non ad perditionem, sed ad purgationem: non ad destructionem, sed ad castigationem. Itaque arreptis armis spiritalibus, eis ferre suppetias connitebatur. Nocturno tempore rapta in spiritu ad loca pœnarum, videbat non absque summa commiseratione torqueri animas, & ingentes ignium globos in sublime efferri. Roganti autem quandoquè Angelo, num animam, quam digito monstrabat, iuuare vellet, se perquàm velle respondit. Tum Angelus, Oportet igitur, inquit, per medias transire flammas. Ego verò, ait, libens id faciam. Transiens igitur per flammas, vidit illic tortores sese contrahentes, indigneque ferentes humanitatem eius, quæ cupiebat subuenire animabus. Cumque iam pertransisset, vidit animam ab Angelo indicatam, è pœnis eripi, & posteà exultabundam ad cœlos proficisci. Rogauit eam quædam, vt pro patre suo per id tempus defuncto oraret. Ducta est autem in spiritu ad regionem illam, vbi eius viri anima cruciabatur: aitque Angelus: Hic est ille vir, pro quo te deprecaturam spopondisti. Vt autem vidit eam vir ille, ait ad socios: Ab eo tempore, quo purgandus hunc intraui locum, spiritum in carne degentem non vidi, nisi spiritum virginis huius. Sit benedictus Deus, qui mirificauit misericordiam suam mihi in hac hora. Paulò pòst, orante & patiente pro eo sancta virgine in corpore suo, liberatus est, sicut vxori eius postmodùm reuelatum est. Vidit aliquandò Lyduuina spiritum cuiusdam defuncti specialibus pœnis excruciari, ferreis stipitibus confixum, audiuitque ab Angelo suo, cum esse fratrem illius fœminæ, quæ petijsset vt oraret pro eo: se quoquè impetraturam, si quid piè pro eo peteret. Orauit igitur, vt ab illis ferreis stipitibus extraheretur. Illicò à pœnis illis specialibus absolutus, ductus est ad communem purgandorum locum. Sorore autem eius importunè scire cupiente ex Lyduuina, de statu illius, tandèm ea retulit quid vidisset, iussitque certas præstari eleemosynas, & in ijs caponem, qui pauperibus ægrotis pararetur. Fecit illa, vt iussa erat, & eccè nocte intempesta adest turba dæmonum, è quibus vnus caponem manibus tenebat, similem illi, qui fuerat datus pauperibus: quo grauissimè cædidit facies vtriusque, id est, & Lyduuinæ, & sororis defuncti illius. Et hæc quidem posteà in quosdam incidit morbos propter fratrem suum, quos cùm præ dolorum atrocitate ferre non posset, orauit Lyduuina pro ea, & quamprimùm liberata est, quod autem reliquum fuit pœnarum, id in Lyduuinam translatum est: ficque tandèm è pœnis erepta est anima illa. Ob zelum animarum sæpè cruentos ab oculis fudit imbres, dicebatque Domino: O si possem, Deus meus, carnem & sanguinem meum dare pro animabus illis, quas tu castigas. Pro his ergò orabat, sufspirabat, vigilabat, sacrificia offerenda curabat, se totam in holocaustum offerebat. Balduuinus quidam de Campo cùm à corpore migrâsset, Lyduuina rapta in spiritu vidit hominem, facie ipsi ignotium, stare ad pedem montis, & volentem quidem ascendere, sed minimè valentem: audiuit etiam dicentem sibi: Miserere meî, Lyduuina, miserere meî, & in montem hunc me deportato. Illa accipiens eum in humeros suos, tulit in montem, sed difficulter sanè. ait autem ad eum: Quis vocaris? Et ille: Balduuinus à Campo, inquit. Manè confessarius virginis venit ad eam, viditque ceu labore graui defessam, & ægrè respirantem. Itaque ait ad eam: Ecquid habes, filia? Cur præter morem tam difficulter respiras? Illa respondit: Ego, pater, à monte iam venio, in quem Balduuinum à Campo transtuli, sudore pariter & labore iam afflicta. Ille nomen viri iam antè crebrò audierat,

Furor malignidæmonis.

Summa Lyduuinæ charitas erga defunctos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dierat,sed virum ignorabat. Triduò pòst nescius eò venit sacrificaturus, vbi Baldeuuinus decesserat,didicitque è templi custode,eadem nocte cum obijsse,quo Lyduuina apparuit. Sacerdos quidam tota vita sua carnis illecebris deditus,statuerat corrigere mores suos: sed morte præuentus, etsi valdè contritus,tamen pro peccatis ità vt par erat satisfacere non potuit.Orans autem pro eo Lyduuina,ductaque ab Angelo in illam regionem, audiuitque vocem lugubrem ceu è puteo abyssi, quam Angelus dixit esse sacerdotis illius. Cumque miraretur eum duodecim annis tam horribili loco detentum, Angelus eam intuens,ait : Vis'ne aliquid pro eius liberatione perpeti? Volo,inquit,& quidem libenti animo. Mox ei ostendit Angelus locum, vbi vorago quædam cernebatur & gurges ater ac horribilis, exquàm torrentium multorum,magno impetu manantium.Hunc gurgitem,inquit, idem,transmittas oportet,si vis hanc liberare animam. Illa verò cùm in aquas illius terribilem edentes sonitum ingredi timeret, Angelus admonuit, vt infracto animo transiret. Itaque virtute induta cælitùs,& ardentissima charitate incensa,ingressa est in tumultuantes vndas illas,& summo labore eas superàs, victrix obtinuit quod optauit : viditque repentè sacerdotis illius animam niue candidiorem pœnis euolantem,ac deindè in nitidissimo se riuulo abluentem,& cum iubilo ad euntem in cælos.Illa autem hora Lyduuina ad se reuersa,tanto sudore madere perta est à domesticis,vt nemo ambigeret,spiritu eam valdè defatigatam,aliunde reuertisse. Fuit alius sacerdos, virgini dilectus & deditus,quē illa à vita dissoluto ad meliorem frugem reduxerat. Is non admodùm diù à cōuersione sua,pestefactus obijt. Orabat autem pro illo & lachrymabat Lyduuina. Interim ecstasin passa,valdè anxiè scire cupiebat,quo in statu res illius essent. Quærente autem ea Angelo, num promptam se exhibere vellet ad perferendum aliquid pro illo, respondit,si sic Deo visum sit,& absque suo detrimento fieri posset,se id vnicè optare. Mox rapta ad pœnarum loca,viditputeum teterrimum, terribilibus plenum cruciamentis: rogauitque Angelum, num is locus tartareus esset. Ille vero, Non est,inquit, hic tartarus, sed non longè abest. Circunspiciens autem vndiquè Lyduuina,intuita est alium locum,absque comparatione terribiliorem, ceu ex aere mis constructum saxis, & mirè profundum : audiuitque illic clamores mirabiles, stridores, gemitus, vlulatus, tumultuationes,malleorum ictus,percussiones, quibus animæ sine vlla miseratione à crudelissimis tortoribus contundebantur : loci illius horrori comparari possent, etiamsi simul audirentur,totius orbis clamores & fragores. Dictum est autem ei ab Angelo,eo loco damnatos contineri, cumque ex ea quæreret, an eius videndi cupido ipsam teneret, præ nimio terrore dixit, se nolle videre eum,quandò etiam auditus ipse nimis quàm molestè affectus. Conspexit verò etiam puteum quendam, & ei insidentem Angelum facie mœstum : quem vbi didicit custodem esse sacerdotis,pro quo orauerat, & cautionem roris ex certis eius sacerdotis demeritis percepit,mox ab Angelo docta est spectra illic eum purgatorio castigari.statimque apertus est puteus,& erupit indè flamma teterrima atque fumosa,simulque eiulatus altissimus.Interroganti Angelo,an noscem illam nósset,respondit Lyduuina,se probè illam cognitam habere.confestim autem ascendit anima illa specie ferri ignitissimi,voce confusa dicens: O charissima Lyduuina, ô speculum purissimum, quis mihi det, vt quandoquè Dominum in te,& te in Domino contemplari queam? Accidit tum quiddam mirabile. Nam simulatquè Lyduuina vidit animam illam ceu ex putei abysso ascendentem, tanto pauore consternata est, vt etiam cingulum nouum, crassium & hirsutum, quo more suo ad carnem accincta erat,crassiori & saniori sua parte medium rumpetur,& illa mox ad se rediret. Rogantibus autem quibusdam, vt illa hora se haberit, Credite mihi,inquit,nisi me vinceret Dei amor & honor, cuius causa nihil quod non velim perpeti,si possem obtinere pro voto quicquid cæli ambitu continetur,nollem denuò talem sentire terrorem, qualem iam passa sum. Paucis diebus Angelum illum, quem mœrentem conspexerat, iucundum & hilarem vidit : tandemque anima illa extra puteum ad communem expiationis locum translata est, adiutaque pœnis, quas virgo sanctissima ex amore patiebatur, ad eos euolauit. Quàm verò prudens & cauta fuerit in responsis suis Lyduuina, ex ijs quæ subiungo. Loquax quædam mulier non parùm molesta fuit,vt cognosceret ex ipsa statum cuiusdam defuncti. Allegabat autem eius poris virum quendam religiosum,de quibuslibet defunctis,si esset interrogatus,affirmatè respondentem. Sed prudens virgo,alieno periculo cautior facta, Meū,inquit,non est iudicare quenquam : si autem rectè fecit religiosus ille,quem tu mihi adeò commendas, facilè pronunciando de defunctis, id ipse iam nouit. Audierat enim ex Angelo, virum illum, licèt alioquì castum & pium, pœnis addictum, quòd reuelationibus multa admiscuisset de suo sensu minùs vera, atque propter eiusmodi reuelationes pro sancto habitus, munera laudesque hominum perceperisset. Mortuo quoquè Vuilhelmo Hollandiæ Comite, quibusdam falsò referentibus coniugi eius, Lyduuinam dixisse eum saluum esse in cælis, & Lyduuinam ipsam triduò mortuam, deindè reuixisse : Comitissa illa clàm misit hominem, qui ex Lyduuina expiscaretur, an hæc ità se haberent. Et ille quidem curiosè ex ea cœpit percunctari, sed hoc ab ea tulit responsum : Ego, frater, si triduò mortua fuissem, certè ab amicis humata essem. Quòd si Comes tam citò ab omnibus est pœnis purgatorijs absolutus, possem equidem lugere dilationem incolatis mei,& tam diuturnos dolores meos,vt quæ iam decem & septem annos miserè decubuerim. Ijs auditis, callidus homo, rubore suffusus, non habuit quod responderet, sed suo fraudatus desiderio, retulit suæ dominæ, quid Lyduuina dixisset. Solebat illa silentio tegere, quicquid salua conscientiæ integritate & absque fraternæ salutis detrimento celari posset. De religiosis viris, itemque sacerdotibus, quorum inculpatam nouerat vitam, fidentiùs loquebatur : de cæteris de secularibus bonæ existimationis: de sceleratis verò & flagitiosis hominibus etiam adiurata non nisi parcissimè reuelabat. Sedit aliquandò apud stratum eius sacerdos quidam, in vulgo sic satis honestæ & bonæ famæ : sedebant ibi & complures alij. Erat tum ibi vas sinapi plenum, & cùm sermo haberetur de pœnis purgatorij,dixit tandèm ille sacerdos: Vellem liceret mihi tot annis degere in locis purgatorijs, quot sunt in hoc vase sinapis grana, modò certò constaret me posteà saluum fore. Ad hæc Lyduuina suspirans respondit: Quid est, domine, quod loqueris? Quid ità parùm fidis diuinæ misericordiæ ? Si scires qualis sit purgatorij locus, & quas ibi dent pœnas animæ, nequaquàm ità loqueris. Non diù pòst moritur ille sacerdos,& amicis cum Lyduuina de statu animæ eius conferentibus, illa ait : Benè habet anima eius propter suam probitatem : sed melius fuisset ei, si viuens plus fiduciæ collocâsset in virtute passionis Christi, & mitior quoquè purgationis in eum lata esset sententia. Patet hinc, quàm consultum sit timere Deum, quàm pium sperare in Domino : timor enim frenat animum, nè intumescat: spes deiectum erigit,nè succumbat. Multas autem diuinitùs accepit consolationes Lyduuina, maximè in solennitatibus, propter ea, quæ faciebat & patiebatur ob animas è pœnis purgatorijs liberandas.

Animam liberat è pœnis horrendis.

Rapta spiritu,videt immanes cruciatus purgandorum.

Item tartarum.

Nota rem miram,nec putes vanā fuisse visionem.

Cautio eius in dādis responsis.

Prudentissimè respondet homini callido.

Spera in Domino,& face bonitatem.

CAP. III.

SAEpiùs etiam noctibus rapiebatur (in corpore,an extra corpus, nescio) ad loca, inquibus Christus olim versatus est. Fuit in monte Caluariæ,vbi passus est Christus: fuit in Nazareth, vbi conceptus: in Bethleem, vbi natus: fuit præcipuè Hierosolymis,& in locis vicinis. Deniquè nullus terræ sanctæ locus est celebris, quem non vel spiritu, vel specie calcauerit pes eius. Cumque id confessarius eius admiraretur,illa precibus obtinuit à Domino, vt is quoquè consimiliter eò raperetur,ità vt non dubitaret asserere se cum ea illis in locis fuisse. In eiusmodi verò raptibus feruentissimè Dominum deprecabatur. Admittebatur sæpius, tanquàm præsente Domino, nunc ad pedum, nunc ad manuum, tum etiam confixi lateris oscula: vbi aliquantispèr commorata,tantam hauriebat suauitatem spiritūs,vt suijpsius penitùs obliuisci videretur. Post huiusmodi autem sponsi cæstis contactus,signa cuidentia infixorum vulnerum in corpore reportabat, quibus constare potuit aliquid præter spiritum aut speciem imaginariam eam percepisse. Rapta aliquandò in hortum, vbi Dominus sanguinem sudauit, accuratè obseruauit & orationis & sudoris Dominici modum : atque etiam post illos Christi angores ad osculum eius admissa,audiuit cum familiariter sibi dicentem : Vis'ne mecum ire in Caluariæ locum ? Respondit illa : O Domine Iesu, vnica spes vitæ meæ,tecum ire,tecum pati,tecum mori parata sum.Itaque ducebat eam Dominus secum ad Caluariæ locum. Reuersa autem ab ijs locis sacratissimis, referebat in la-

Sæpè ducitur ad loca terræ sanctę

Universidad de Deusto
Biblioteca

Obserua qualis ad se redierit rapta ad sacra loca.

bijs pustulas, in membris fissuras, in iuncturis punctiones, in corpore spinarum & tribulorum particulas: dicebatque ei Angelus: Signa hæc conspicua idcircò, mea soror, tecum reportâsti, vt scias te re vera in locis sacris fuisse. Alio rempore cùm sic rapta per loca redolentissima proficisceretur, peruenit ad lubrica quædam spatia, quæ videbantur haudquaquàm transmitti posse: ibique lapsa, dextrum pedem sensit luxatum. Cumque sibi reddita esset, non modò dolorum aculeos in eo pedis passa est, sed etiam liuorem ac tumorem illic perspicuè suis vidit oculis, & in membris vicinis dies non paucos immanes cruciatus pertulit. Ad eundem modum visa est frequentissimè, tanquàm à longinquis reuertens regionibus, nuncupata in digitis, nunc in pedibus: modò ab vrbe Roma, vbi septem inuisit ecclesias; modò à monasterijs pijssimorum monachorum, eorum præsertim canonicorum, quorum reformata est vita: modò ex diuersis mundi partibus ab Angelo reducta.

Consolationes spiritus in corpus eius redundant.

Fiebat enim dispensatione diuina, vt interiorum charismatum copia spiritus affluens, corpori impertiret consolationum reliquias, quod etiam tanquàm instrumentum merendi, & velut asellus particeps erat afflictionum eius. Animi enim in eius corpore, & corpus simul cum anima extrema suscipiebant certamina & angores, pariterque collaborabant. Nihil igitur mirum, si simul spatientur, simul consolationibus afficiantur, si futuræ gloriæ præludia, & mensæ filiorum Dei participationem quandam tanquàm arrhabonem percipiant, vnaque peregrinentur. Audiui à quibusdam, qui se teste conscientia vera dicere affirmarent, cùm virgo sancta post eiusmodi raptus ad se rediret, haud secùs atque præstantissimorum aromatum apothecam eam redoluisse. Neque enim continere se poterat, quin velut vas plenum musto & absque spiraculo, torum tugurium & præsentes omnes, quodam impetu spiritûs efflando compleret: id quod crebrò fortè quidam obseruârunt, homines fide dignissimi. Admouebant sæpè pectori eius, sed furtiuè, vultus, nares & ora sua, vt pro voto hauirent reliquias spiritûs eius & suauissimi odoris. nihil enim aliud videbatur pectus eius, quàm vas electum vnguentorum Domini, & promptuarium cælestium aromatum. Rogata sæpissimè, qui se posset in ea deliciarum redundantia continere, respondit humilis virgo: Vt minùs sapiens dico, quandò vos latere non possum, nihil mihi quòd humiliat me in infirmitatibus Dominus sine illis enim nequaquam ponderis consolationum eius ferre possem. Itaque cùm abundo consolationibus, discrucior. Bona est contribulatio, quam non tumor inflat, sed timor consolidat. Ità ergò Lyduuina nostra ad piebatur ad diuersa spiritalium recreationum loca, sed mox, instar puerorum ad scholas à ludis redeuntium, grauabatur super eam virga magistri & Dominus.

Nota hæc.

Magnis afficitur consolationibus à Deo.

Nouit monasteria, monachos &c etiam nunq̃ ei visa.

Neque hoc silentio premendum est, nouisse eam, etiam quæ nunquàm viderat, monasteria, cellas, officinas, personas & exercitia in eis degentium. Mirantibus religiosis, vndè tam exactè nouisset eos, qui nunquàm ei visi essent, illa dixit Dominus id mihi præstitit. Prior quidam monasterij Canonicorum regularium Brigidinorum, cùm pro more sermonem cum illa conferret, cœnobij sui constitutionem, distinctè ex ea audiuit, acsi tota vita sua per omnes eius angulos peruagata esset. Illo stupente, addidit virgo: Noueris pater, fratribus in dormitorio quiescentibus, fuisse me, & singulorũ fratrum Angelos custodes in cellulis cõspexille. Vuilhelmus quidam Hagensis filium habuit Henricum, qui illo inconsulto Carthusianum institutum complexus erat in Brabantia. Cùm autem Vuilhelmus ille propter ginis famã ad eius ædes veniret, Lyduuina ingredientem nominatim salutat, & prosperos successus ei denunciat. Audiens ille se nominari ab ea, quam nunquam vidisset, vehementer obstupuit, quidque ea sibi velit salutatio inquirit. Respondit virgo: Filius tuus Dei beneficio factus est Carthusianus, vndè nos gratias Deo immensas agere debemus. Sed cùm ille, sicut & alij plerique, secreta Dei rimari vellet, illa respondit: Noli, quæso, mihi molestus esse, charissime. Ego quidem de solis rum, quę mihi dat Dominus, compellente charitate sæpiùs impertior: sed radicem dabo minimè: his verbis eum absterrens à curiosa arcanorum Dei perscrutatione.

Sæpissimè videt Christum & Sanctos.

Quotiès autem Christum Apostolis stipatũ viderit, quotiès Sanctorum societate fruita sit, prolixitas scribere non sinit. Viderunt quamplurimi cubiculum virginis tanto sæpè splendore completũ, vt properè accurrerẽt, existimantes illud igni conflagrare: cùm autem cernerent virginem tanto perfusam lumine, terrore correpti

cussi, elatitatem vultûs eius ferre non potuerunt. Scisciratibus domesticis, quinam lucem illam tolerare posset, cùm naturale lumen nec ad momentum ferre sustineret: illa respondit: Credite, credite mihi, lumen gratiæ seu diuinæ contemplationis tantum differre à lumine, quod cernimus, quantum minimus solis huius radius à toto sole differt. Nec miremini, si lumen naturale non sustinet imbecilla acies, sustinet autem lumen cælitùs datum. Qui enim finxit oculum hominis, ipse cùm offert tale lumen, facilè etiam confert videndi facultatẽ. Sacerdos quidam purę ac columbinæ simplicitatis venit ad virginem, vt certior fieret de reuelationibus, quæ ei fiebant diuinitùs, pro sua & aliorum salute. Illa autem noluit tum ad quæuis simpliciter respondere, sed quàm potuit commodissimè virum bonum non sine consolatione à se dimisit. At ea causa dolere & angi cœpit sacerdos, veritus nè sua incuria molestiã ei attulisset. Itaque quamprimùm ante altare beatissimæ Mariæ Virginis in templo se prosternens, amarissimè fleuit: sed subitò mentis ecstasin passus, vidit virginem quandam duobus stipatam Angelis ad se venire, cantantem cum ipso antiphonã illam, Salue regina. Indè ad se reductus, properè ad virginem redijt, quam se offendisse timebat. Illa autem non ignara quid vidisset, Anne, inquit, mœror tuus in gaudium mutatus est? Respondit sacerdos: Túne illa fuisti virgo, quam modò prostratus vidi mecum psallentem? Nunquàm ego tantam sentimentis suauitatem. Noluit tum id fateri virgo, sed post dies aliquot grauiùs compulsa verum dicere, non negauit se illam fuisse. Mulier quædam pia & casta interim affligebatur animi mœrore & desolatione, vt nullus eam consolari posset, increscente ea molestia, consuluit sacerdotes: qui responderunt phantasma quoddam esse. Iam propè ad desperationem accedebat, cùm ecce nouissimam omnium consulit Lyduuinam: quæ eam comiter accipiens, optimis admonitionibus & persuasionibus egregiè animauit. Paucis post diebus vtraque mentis excessum patitur, videntque simul palatium amplum, miro artificio constructum, audiuntque cantus suauissimos, cernunt dapes valdè opiparas, percipiunt odorum incredibilem fragrantiam. Inter hæc mulier afflicta videtur sibi rursùs explicare animi sui angustias, & Lyduuinam, neglectis omnibus delicijs, more suo rursùs interpellare. Tum Lyduuina, Facessant, inquit, lamenta & querimoniæ. locus hic non mœroris est, sed consolationis. His dictis, abducit fœminam in locum quendam seorsùm, de quo aliud sentire non potuit, quàm esse promptuarium omnium prorsùs obliuisceretur, sed etiam ad se reuersa, diebus aliquot tortissimundi. Indè verò tantam animi suauitatem hausit illa mulier, vt nedùm angustiarum omnium corporei alimenti odorem admittere vellet. Perfæpè autem alij Dei amici vidix corporei alimenti odorem admittere vellet. Perfæpè autem alij Dei amici vidérunt Lyduuinam inter cæli ciues, inter beatissimos Apostolos, inter choros virginum eam comitantium versari.

Visio cuiusdam facerdotis.

Homines sancti quid de Lyduuina sæpè viderint.

CAP. IIII.

Quid autem miraculi contigerit in ea sanctissimæ matris Dei imagine, quam hodieque Schiedami venerantur, iam suprà commemoraui: addam nunc, quid ab eadem Dei genitrice præstitũ sit Lyduuinæ. Quodam solenni die sub meridiem rogauit ea confessarium suum & alios, vt trium horarum spatio ipsam solam relinquerent. Abeunt omnes, sed confessarius clàm redit, & alicubi se abdit intra virginis cubiculum, sperans se visurum Angelum, quem ex virginis confessione didicerat crebrò ad ipsam aduentare. Cùm autem Lyduuina se solam putaret, cœpit pro more sponsi sui commemorare beneficia, preces offerre Domino, inuitare Angelum suum. Et ecce circa horam primam à meridie aduenit Angelus, non tamen, vt solebat, propiùs ad lectulum virginis accedit. Illa timens, nè ob aliquã culpam suã id fieret, cœpit amarè flere. Angelus verò ait ad eam: Nulla tua culpa fit, quòd tibi non appropinquo, sed eius potius, qui hic delitescit. & his dictis disparuit. Tum verò sancta virgo etiam acriùs flere cœpit. Ea re pudefactus confessarius eius, accessit ad eam, suamque culpam confitens, promisit se nihil tale deinceps facturũ. At illa tertiò flens amarissimè, Itáne, inquit, etiam tu hæsitas, mi pater? Nescíens ille præ verecundia, quid diceret, ocyùs exiuit. Sed pius Dominus afflictam virginem consolatus est. Rapta est enim ad alterius mundi, tandem ad contemplandos cælicolas, deducente eam Angelo, peruenit.

Angelus indicat ei lacrimanti in cubiculo confessarium.

Raptus eius mirabilis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vidit ergò millia millium laudantium Dominum, & coram illo mirè exultantium. Tanta autē erat copia bonorum, quæ illic intuita est, vt posteà nec minimam illorum partem explicare posset. Quidam autem è Sanctis horrabantur eam adtolerantiam, & vt fortiter perferret omnia, quæ deincèps passura esset. Et nos, aiunt, tametsi transiuimus per ignem & aquam, at nunc, vt cernis, in refrigerium eduxisumus. Sub his videt aduenire Dominum Angelorum, & mundi Dominam Mariam, eamque dicentem sibi: Quinam, filia charissima, adeò inculta huc venisti? Respondit illa: Nôsti, mater speciosissima, à ductore meo sic me huc perductam esse. Et mater Domini ad eam, Vis ne, inquit, capiti tuo imponi tegmen, quod minibus fero? At illa pauida valdè, respexit ducem suum, nescius quid responderet, nè fortè peccaret, propria voluntate freta. Tertiò autem reginæ cæli percunctanti, humiliter respondit: Ego, Domina mea, non debeo hîc obsequi meæ voluntati. Dixit autem ei Angelus: Si vis, tolle illud. Petijt ergò illud, sed non absque multa formidine. Cùm ergò ad se redîsset, beatissima Maria cum multis virginibus apparuit ei, tegmen illud manibus tenens, dixitque ei: Sæpè ex te rogaui, charissima, num velis hoc habere velamen, nec tamen indicare voluisti voluntatem tuam. En illud iam ego impono capiti tuo: sed cùm è cælo venerit, nō nisi septimi horis erit in terris. Dabis autem illud confessario tuo, & admonebis eum, vt tradem adhibeat donis Dei, & vt imponat hoc velamen capiti imaginis meæ. Quibus dictis, euanuit. Virgo autem post actas Deo gratias, velamen de capite deposuit, & cuius materiæ & formæ esset considerauit. Deindè confessarium suum ad se vocans, omnia ei narrauit. Ille verò admirabatur. Erat enim velamen illud crispum, colore ceruleo, medio inter album & viridem, texturæ incompertæ, totam domum implens odore suaui. Rogauit autem virgo confessarium, vt imponeret illud quam primùm capiti imaginis. Illo causante tempus, quòd ante horam esset, & imago loco sublimi consisteret, virgo ait: Dominus prouidebit, vt possis ingredi in templum: scalam autem ad borealem templi partem inuenies. Mira res. Egredienti illi domum mox occurrit templi custos, scala inuenitur, qua frequens ingressus velamen imagini, sed ab Angelo confestim ablatum est. Magna fuit Lyduuinæ cum beatissima Dei genitrice familiaritas: quippè quæ in meditationibus suis, acsi corpore & animo præsens adesset, cum lactante lactabat Iesum, cum gestante gestabat, cum exulante exulabat, cum dolente dolebat, quærebat cum quærente, stabat cum stante sub cruce. Atque hæc ei erat salutaris consolatio, hoc relix cōtubernium. Sacro quodam Aduentûs Christi tempore cùm se nouis excitijs reuouare meditaretur, vidua quædam Catharina per visum admonita, vbera Lyduuinæ natiuitatis Christi nocte plena lacte fore, & vt ipsa indè sugeret. Manè surgens vidua, secretò venit ad Lyduuinam, indicat quid audierit, sugere. Lyduuina, vidensque viduam cupidissimam cognoscendi ea, quæ in se Dominus operaretur, primò tacet, deindè victa, iubet eam præstò esse illa nocte. Aduentegitur sacratissima Christi natiuitate, nocturnis horis totam se Lyduuina ferret ad contemplandum Dominicæ incarnationis sacramentum. Interim rapta ad cælestia, videtque gloriosam puerperam Mariam cum innumera sacrarum virginum frequentia, ineffabili harmonia hymnos concinentium. In medio carum sedebat Virgo mater, regina omnium speciosissima, puerulum habens in gremio, vtrì olim in diuersorio. Eadem autem hora virginum illarum omnium vbera lacte repleta sunt, sicut & ipsius matris Virginis diuino munere plena fuêre nocte, qua Christus ex ipsa natus est. Lyduuinæ quoquè vbera lacte impleta sunt, sed non ad hora vna duraturo. Rogauit igitur Angelum ductorem suum, nè sineret viduam fraudari expectatione sua. Iussit autem Angelus eam nihil esse solicitā: Qui enim primum, inquit, lac dedit, poterit & alterum dare. Cùm autem venerit ad sugendum viduā, tu tantùm frices parùm papillam vberis tui, & mox lacte complebitur. Tertia indè noctis vigilia adest sedula mulier, Lyduuina confricat mamillam, & lacte abundat: sugit vidua, quantum potest honestè tertio attractu elicere, manet in vberibus lactis copia remanente. Tanta autem erat lactis eius dulcedo, vt postea to pòst tempore vidua illa ægrè potuerit ad capiendū cibum adduci, nisi Lyduinæ grauissimo mandato compulsa fuisset.

S. Maria cū multis virginibus ei apparet.

Raptus eius & visio.

Mamilla eius miro modo lacte abundat.

Multa ei cū S. Maria est familiaritas

CAP. V.

Venien-

Veniendum nunc est ad contemplationes Lyduuinæ, quarum tantus non rarò excessus fuit, vt quid in membris corporis ageretur, interdùm ignoraret. Quodam brumali frigore prunas apud se habuit in vase testaceo, quod cùm incautè illic relictum esset, ignis latus eius vsque ad ossa combussit. Casu autem domesticæ eius ad eam ingressæ, vt viderunt quid pateretur ab igni, pauidæ dixerunt: Sentis ne Lyduuina adustionem ignis? Illa tanquàm è longinqua regione reuersa, Ignem, inquit, non vidi, nec eius sensi calorem: at tamen sentio nunc latus meum. Tum illæ, Peccauimus, inquiunt, in Deum & in te, soror, quandoquidem non modò carnem tuam absumpsit ignis, sed ferè etiam costam vnam. Respondit virgo: Benedictus Deus, qui me adeò perunxit intùs, vt ardorem ignis non senserim. Percurrebat illa spiritu subtilis & agilis patriam cælestem, plenam deliciarum & diuitiarum Domini. Adepta autem erat per passionis Christi meditationem, contemplandi vsum, & singularem diuini spiritûs influxum, tantam mentis serenitatem, vt quanuis ab homine literas non didicerit, euangeliorum multarumque aliarum scripturarum mysteria diuinitùs illustrata penetraret. Theologus quidam Ordinis S. Dominici, cùm multa de ea audiuisset, quiescere non potuit, donèc coràm cum illa loqueretur. Igitur è Traiectensi diœcesi veniens, domum eius intrat, & de varijs confert cum illa. Tandèm scire ex ea voluit sub quadam similitudine, quemadmodùm, agente tota sacrosancta Trinitate, solus filius in Virginis vtero incarnatus sit. Illa se more suo humiliter exinaniuit, nolens de re tam sublimi loqui coram illo. Sed vir doctus id molestè ferens, terribiliter adiurauit eam, vt diceret, si nôsset. Tum pia virgo magno animi dolore, fleuit vehementissimè, ità vt Theologum quoquè illum suis lachrymis ad compunctionem permoueret. Indè resumptis vtcunquè viribus tandem testaretur, se nunquàm à doctoribus tam aptam accepisse similitudinem. Eamque longè lateque diuulgauit, tametsi sancta virgo rogâsset eum, nè cuiquam diceret: factusque est aduersùs obtrectatores virginis acerrimus defensor, qui vehementer ad eam suspicioſus explorator. Mira verò etiam fuit in ea gratia prophetiæ, ità vt etiam arcana cordium eam non laterent, & absentia haud secùs ac præsentia clarissimè intueretur. Mulier quædam virum habuit prorsùs inhumanum, tum ipsam, tum familiam à Dei cultu retardantem. Orauit illa virginem Lyduuinam, vt memor esset eius apud Dominum. Lyduuina admonet eam, vt sit patiens, promittit tranquilliora. Interìm fiunt nouissima peiora prioribus, cædit mulier à sæuissimo marito, & iam vitæ tædet eam suæ. Tandèm currit ad portum oppidi, mersura se in aquas. Sub ipso cursu bonus spiritus ei intùs loquitur, cogit sistere gradum, & hunc in modum loqui sibi ipsi: Totiès misera fuisti apud Lyduuinam, multam eius experta erga te beneuolentiam. Nunc ergò etiam intuere eam, priusquàm morte te afficias. Nec latuit Lyduuinam fœminæ summum discrimen. Cùm ergò illa cursìm veniret valedictura virgini, iamque pulsaret fores domûs eius, Lyduuina exclamat: Ocyùs aperite. quæ enim pulsat, eius anima in amaritudine est. Intrat mulier, prosternit se in lectulum virginis, vix in ea momente spiritu. Et Lyduuina, Quid habes? inquit. Rectè ne agitur inter te & virum tuum? At illa: Mihi verò, inquit, iam vita ipsa fastidio est, iuuatque illam cum morte commutare. Tuo consilio sustinui adhuc, tuli verba & verbera, sed iam decretum est ruere in mortem. Lyduuina autem, Redi, inquit, charissima, ad lectum tuum: ego tibi verbis omnipotentis Dei pacem à viro tuo denuncio. Credit mulier, redit in domum suam, virum in lecto reperit, cubat iuxta illum, adeò mutatur ille nocte eadem, vt ex lupo in agnum cunctis mirantibus conuertatur. Monachus quidam Schoenhouiensis, Ordinis Canonicorum regularium, cùm adhuc esset nouitius, miras sustinuit dæmonum infestationes, adeò vt desperaret se posse durare in monasterio. Conquerebatur nonnullis de vexationibus dæmonum, & consolabantur illi quidem verbis, sed non solis verbis curatur ea tentatio: cōstantia fidei & mentis perseuerantia opùs est. Sæpè tamen alios etiam ad lachrymas permouit, referens quid ipse intùs pateretur. Prior autem eius, vir pius, à quo hæc ego didici, multùm erat anxius quid ageret. Tandèm ducit eum secum ad Lyduuinæ ædes: sed illa tum mirabiliter cruciabatur calculo: mandat igitur Priori, vt solus ad se veniat: venit ille, nec sine ingenti ani-

Non sentit præmentis excessu se igni aduri.

Theologus doctissimus quæstionē ei proponit

Mulieri se necare volenti prædicit mariti correctionem.

Egregiè prædicta est donatiæ.

no prophe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tianimi dolore videt tam acerbos sanctissimæ virginis cruciatus. Et virgo ad illū:
Vides, inquit, pater charissime, quàm me nunc vndiquè premant dolores multi: ta-
Optimè nouit diuinitùs cuiusdā monachi tentationes, prædicitque liberationem. que breuis esse compellor: Frater tuus, quem huc adduxisti, probatur nunc gra-
uiter à Domino: sed hortare eum, vt magno ferat animo. breui enim liberabitur.
At tamen oretur instanter pro eo. magna enim illi & gratia & gloria parata est.
Stupet Prior, audiens ex illa & nomen fratris, & causam aduentûs sui, vidensque
in summis doloribus non solùm mente sanam, sed etiam futuræ consolationis
præsciam. Omnia verò hæc posteà euenerunt, vti erant à virgine prædicta. Ma-
gnum quandoquè nauium apparatum fecêre mercatores in Orientem nauigaturi.
Erat in ijs nauclerus, quidam industrius, Deum valdè timens, quod est rarum in
nautis, & Lyduuinæ eo nomine familiaris. eius enim se precibus commendabat
peregrè profecturus. Socijs autem eius die festo inter se conuenientibus, ille cog-
sulturus Lyduuinam adijt. Cùm autem nautæ deliberâssent die festo soluere e
portu, Lyduuina mandauit huic nauclero, nè ipsa insalutata discederet. Venit er
gò ad eam, sed sanè inuitus, quòd alij statuissent proficisci. Dixit autem ei Lyduu
na: Quæso te, frater, nè die ab alijs præstituto marite committas. causam, cur
non expediat, suo tempore comperies. Allegante illo suam solitudinem, a lie
Nautam seruat ab immi nētibus periculis. rum frequentiam, & multa alia, Lyduuina ait: Non eas cum illis: etiamsi solu
ieris, Dominus tecum erit, & prospera nauigatione vteris. Obstupuit nauclerus,
sed tamen paruit virgini. Abeunt alij gratulabundi, conuicia in illum iactantes,
effuseque illum irridentes: ille tristis domum redit. Aliquandiù secundo vento
& commoda nauigatione alij fruuntur, sed pòst incidunt in piratas, qui omnes
corum classem, commissa nauali pugna, partim capiunt, partim demergunt,
nautis & militibus in captiuitatem abductis. Sequitur indè nauclerus, sed ne
tus à piratis: confectisque negocijs, redit onustus mercibus & opibus auctus.
Aliquandò imminente ira Dei Schiedamensibus, illa quibusdam magis familiae
bus dixit: Rogaui Dominum pro populo nostro: sed cùm multis modis cas-
gare ille nos decreuisset, hoc in nos erit clementiæ eius signum, vt solo incen-
dio puniamur. Cùm ergò omnia passim flamma corriperet, simplices qui-
dam tollere volebant asseres, qui erant iuxta Lyduuinæ cubiculum, vt liberē
Prophetia eius. rent eam ab ignibus ad eam propinquantibus. Illa verò dixit: Sinite, charissi-
mi, ità me hîc iacere, vt hactenùs iacui. ignis mihi nihil adferet detrimenti. Pro-
gebant tamen illi facere, quod instituerant: sed Lyduuina prorsùs illæsa per-
mansit. Milites duo inter se duello confligere volebant. Mater verò alterius
anxia, rogauit Lyduuinam, vt oraret pro filio ipsius. Eam autem Lyduuina
Item alia. sit bono animo esse, prædixitque filium eius nihil mali passurum. Et ecce ipso
tur odium, redeuntque in concordiam milites. Sæuiente aliquandò pestilen-
uuina præ cæteris in corpore suo duobus locis consignata fuit. Petente au-
tem illa sacrosanctam Eucharistiam, parochus, cuius suprà meminimus, venam
pidus ad eam, ore naribusque obstructis, nè peste inficeretur ab illa. Cernens id
virgo, Non est, inquit, in me pater, morbus aliquis, cuius vel contactu vel odore
quisquam inficiendus sit. opus enim Dei est, non hominis, aut naturæ, quo res
plùs solito grauari cernis. Pudefactus ille, obmutuit: simulans indè audaciam,
Vtinàm, inquit, liceat mihi eousquè viuere, vt te videam hinc emigrantem. Et
Prædicit' obitum pastoris sui. illa, Tu mi pater, ait, non videbis finem meum: ego potiùs videbo tuum. Diuer-
nas igitur domui tuæ, sicut vis coram Domino apparere. Sed tum quidem ille
suo contempsit verba virginis: paulò pòst verò percussus, sensit verâ illam di-
se: missoque nuncio, petijt humiliter veniam eorum, quæ suspicioſus & malè
sus in eam perpetrâsset, vtque Deum pro se oraret. Audiens autem virgo eum
malè valere, condoluit ei, rogauitque eum, vt purè confiteretur peccata sua, eo
alienas restitueret, domûs suæ res seriò disponeret, tanquàm certò moriturus. Ille
virginis dicta paruipendit, immò & per nuncium remandauit ei, se conscium sui
non esse alicuius rei alienæ à se vsurpatæ. Cernens ergò illa occæcatum eum esse,
iterùm misit, qui particulatim ei indicaret, quænam præter ius retineret. At ille
virginis consilium sibi vertit in venenum, & beneficium contumeliæ loco ha-
buit: sicque mortuus est. Qualis autem posteà apparuerit, Dominus nouit. Con-
cessit autem ei Iohannes Angeli, natione Batauus: cuius cùm essent miriores
res, multas verbo veritatis adduxit ad confitendum sibi peccata sua. In ijs quo-

dam valdè pia Lyduuinæ ædes quotidiè inuisebat. Id ille admiratus, Quid est, in-
quit, filia, quòd sic quotidiè Lyduuinam visitas? Tandèm illa respondit: Miror te
virum prudentem, qui sis virginis confessarius, nondùm expertum esse, quod ego
in ea quotidiè comperio: quod si tu quoquè comperisses, ægrè sanè te ab ea diu-
lì patereris. Sed observa, quæso, manum eius, cùm es auditurus confessionem eius,
& senties quid velim. Facit ille sic, & post confessionem petit sibi porrigi manum
eius: quam vt sensit non aliter quàm velut cælestibus delibutam vnguentis redo-
lere, in has prorupit voces: O vasculum spiritusancto plenum, ô diuinorum apo-
thecam vnguentorum: cur me hactenùs tantam Dei gratiam celare voluisti, cum
tam crebrò tibi adfuerim? Ex illo autem odore vir ille non modò omnium sensit
sensuum quandam immutationem, sed etiam animi intimam compunctionem,
ità vt spontè virgini ediceret quędam horrida peccata sua, & cum lachrymis emen-
dationem promitteret. Cernens id virgo, quædam ei in profundo sentinæ laten-
tia detexit peccata, locum, tempus & alias circunstantias explicans. Quod ille au-
diens, contremuit, & rubore perfusus, lachrymabundus exclamauit: Quis tibi, ô
sancti spiritûs vasculum, isthæc reserauit? Sanè ille idem plura tibi de me indica-
uit: atque his dictis, in hortulum virginis ingressus, fleuit amare. Posteà virginis
precibus se commendans, abijt, atque deindè carnem cœpit domare iciunijs, mace-
rare filicijs, atque alijs pœnitentiæ studijs amissum tempus redimere. Nec diù pòst
in suo sancto proposito peste correptus excessit è viuis: Quanta autem pro animę
eius liberatione è pœnis Lyduuina in suo corpore tulerit, breuitatis studio silen-
tio præterimus. Possent verò multa dici, quàm illa crebrò adfuerit spiritu in par-
turientibus, afflictis & ægris, sed pauca tantùm commemorâsse sufficiet. Cùm
ciuibus suis quidam naufragium facerent, illa plorans dicebat: O quàm tristes
hodiè percipiemus rumores de submersis alijs, & alijs à submersione ereptis. Eius
autem verba sequebantur tristes nuncij, & in plateis oppidi luctus passim audieba-
tur. Imminente inundatione, qua partes Hollādiæ Australes mersæ sunt, quædam
fœmina dormiens in pago, qui propinquus erat aggeri, quem mare æstuans perru-
pit, audiuit sonitum aquarum mirè tumultuātium, & valdè extimuit. Vidit autem
in spiritu venientem ad se Lyduuinam, quæ etiam saluam eam perduxit domum.
Dignum sanè admiratione est, cùm hæc apud fœminam illam gererentur, Lyduui-
nam apertis verbis significâsse ijs, qui tum aderant, in quibus inundātium aquarum
periculis mulier illa versaretur.

Manus eius olet suauissimè.

Odoris eius stupendus effectus.

Cognoscit diuinitùs quorūdam naufragiū.

Item fœminæ cuiusdā periculum.

CAP. VI.

CVM iam vicesimum octauum in sua infirmitate annum ageret, coronam illustrem hoc modo adepta est, cùm incredibili spiritûs feruore cuperet martyrium obire pro Christo. In quodam mentis excessu ostendit ei Do-
minus coronam preciosissimam, gemmis diuersorum colorum egregiè ornatam, necdùm tamen in orbem penitùs absolutam. Vbi ad se redijt, cogitabat quęnam illa esset corona, rogauitque Dominum, vt castigando corpusculo suo coronæ illi percipiendæ ipsam coaptaret. Sed cùm exiguitatem meritorum suo-
rum putaret tam insigni coronæ imparem, ad commemorandam meritorum Christi infinitatem, & amaritudines omnes, quas propter nos ille perpessus est, se contulit: iisque paucula dolorum suorum exercitia componens, humilis Christi ancilla tanquàm nihil sibi fecisse videbatur, aitque ad Dominum: Quî-
nam potest quisquam tua sectari vestigia, bone Iesu, nisi quasuis carnis molestias, damonum insidias, mundi contemptum, hominum vexationes perferat, toto-
que animo seipsum pro nihilo putet? Pone ergò Domine ancillam tuam in semi-
tis tuis, & facvt insistam in vestigijs tuis. Cùm sic Dominum illa precaretur, dux Burgundiæ Philippus apud Hollandos inaugurabatur. Vbi autem Schiedamum venit, quidam eius milites circa mensis Octobris initium inter se conspirârunt aduersùs Christi ancillam. Audierant enim nihil eam omninò esculentum aut poculentū sumere, sed solum Christi corpus. Cùm ergò cibo & potu farti essent, venerunt ad parochum, & blandis verbis fingunt se velle videre honoris causa fi-
liam confessionis eius Lyduuinam. Credidit ille, & adduxit eos ad virginem. Vix illi ingressi erant domum, cùm eccè instàr mente captorum clamitare incipiunt, & elauso ostio circa lectulum virginis cachinnari atque tumultuari. Tacuit illa inflar ouis, sed parochus valdè dolens, nitebatur bonis verbis lenire eos. Sed illi

Philippus Burgundiæ dux venit Schiedamū.

Militum quorūdam facinus improbum.

contu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

contumelijs affectum repellunt, virginis amicum & concubinum perulanter appellant. Indè cùm nemo aut è vicinis, aut domesticis furori illorum opponere se auderet, illi scelesti accensa candela, omnia virginei corpusculi operimēta abstrahunt, & indignis modis sine vllo pudore contrectant corpusculum multimodis afflictum morbis & hydropisi tumidum: Petronillam neptem eius paruulā, cùm se illis obijceret, tanto impetu ad scabellum abijciunt, vt ad mortem vsque grauiter læsa claudicārit. His addunt turpissima in Lyduuinam conuicia, vocant beffiam, prostibulum, voracem, & multa alia, nec paucis eius vulnera cumulant vulneribus. Posteà lauant cruentas manus, & ad iactanda in eam probra & contumelias redeunt. Iacet virgo, sanguine in paleas fluente & pannos vicinos: sed cùm timeret Dei illis iudicium imminere, tandèm ait ad eos: Cur non timetis siniſtrè interpretari ea, quæ Dominus operatur in me? An ignoratis quid vos maneat? At illi magis etiam cachinnantes, & tanquàm præclaro perpetrato facinore gloriantes, indè recesserūt. Postquàm hæc res per oppidum vulgata est, multus extitit piarum matronarum ploratus ob iniurias pudicissimæ virgini irrogatas. Nihil enim tale vnquàm auditum fuerat apud Hollandos, qui fœmineum genus semper veneratione habere solent. Murmur quoquè in populo exortum est aduersùs homines quam, qui insciente principe suo, talia ausi fuissent perpetrare. Primores etiam populi venerunt ad Lyduuinam, eamque consolantes, dixerunt se velle conquerī apud principem. Quibus illa ait: Nè sitis, oro, molesti principi, neque propter illos contaminetis manus vestras. In cælis est, cui vindicta seruatur, & iam eorum iudicium in promptu est. Idque verissimum fuit, vno ex illis nebulonibus in mare præfocato, alio mente capto & in Zelandia mortuo, tertio in prælio, vt ferunt, occiso. Quartus morbo correptus, per nuncium veniam à Lyduuina petijt. Cùm autem posteà sola iaceret Christi ancilla, Angelus ad eam venit, instār Solis splendidus, aitque ad eam: Salue charissima soror: eccè nunc absoluta est corona, quam nupèr imperfectam vidisti. Propter inuerecundos tactus virorum illorum nonnulla in ris te positam fuisse in. vestigijs Saluatoris. Ludibria & vulnera, corporituo impacta, fuēre gemmæ, quas in illa corona & adesse vidisti, & deesse. Missus deindè est quidam militum à principe Philippo, cum non paucis militibus, qui Schiedamum ab hostibus tuerētur. Is multa audiuit ex ijs, quæ Deus quotidiè faceret in Lyduuina, nec ignorabat, quæ ab alijs illis passa fuisset. Vt tamen certior esset de omnibus honestos quosdam & strenuos milites voluit ad dies aliquot Lyduuinæ adesse, omnia diligenter explorare: & si quidem commentitia deprehenderentur, mulctaretur: sin autem vera, laudibus celebraretur. Illi ergò ingressi domum eius, omnia perscrutari cœperunt, nec passi sunt quenquam è domesticis ei assistere. Erant, ni fallor, viri sex, circundabantque vndiquè lectulum virginis. Permansit dux ille cuidam viduæ id roganti, vt liberè posset ad eam accedere, sed cum ditione, vt priùs ipsam excuterent custodes ab ipso deputati. Manserunt igitur ebus nouem apud virginem, neminem sinentes adire illam, præter hanc viduam. atque interim tamen nulla nox abijt, qua non Lyduuina suauissimis contemplationibus in Deum raperetur. Post dies nouem, milites illi valedixerunt virgini promiseruntque se apud principes eam egregiè celebraturos, atque eius precibus se obnixè commendârunt, quippè qui certò comperissent eam nec ederenec bibere quicquam.

Grauissimè in eos Deus animaduertit.

Ad nouem dies curiosissimè à militibus obseruatur Lyduuina.

CAP. VII.

IVenis quidam, Coloniæ Agrippinæ natus, Gerardus nomine, cùm multa huius vanitatem & carnis illecebras fugere decreuisset, ad Lyduuinam venit, consilium ab ea petiturus, qua id ratione faciendum sibi putaret. Eum vt vidit illa intuita, tāquàm commilitonis sui præsentia exhilarata, spiritum nouum induere videbatur. Cùm ergò inter se de rebus spiritalibus colloquerentur, Gerardus ait ad eam: Vellem, Lyduuina, vitam ducere solitariam, & esse in aliqua remota ne, vbi procùl semotus ab hominum cōsuetudine, vni Deo vacarem. Et mihi quidem placet Aegyptus, sed vereor nè videar tentare Deum, dum non suppetunt mihi tæ necessaria. Ei sic fertur Lyduuina respondisse, tanquàm conscia futurorum: Nolo quæso timeas dilecte frater, sed accepto virili animo, primùm ad patientiam te præpara. Cùm enim in illam vastam solitudinem te abdideris, parùm probaberis initio, sed antè quàm tertio die sol occumbat, tenuem percipies alimoniam

Prædicit Gerardo Colonienſi euentura ei in ſolitudine Aegypti.

eaque in dies augebitur. Iam manum ad aratrum misisti: caue nè retrahas eam, modò nè velis parùm constans athleta haberi. His virginis adhortationibus factus est Gerardus ad ardua quæque pro Christi amore aggredienda alacrior. Deindè valedicens ei, in Aegyptum profectus est cum socijs quibusdam: qui tamen vt viderunt horridam solitudinem, ferarum inusitata contubernia, penuriam panis, relicto Gerardo discesserunt. Gerardus verò in arbore sibi sedem constituit, & multùm in vera pietate proficiens, sicut Lyduuina prædixerat, cælestis alimoniæ augmenta percepit, & Angelicis colloquijs perfruitus est. Interim cælestibus vacans contemplationibus, sæpiùs in spiritu Lyduuinam videbat. Accidit autem, vt Lyduuinæ frater moreretur, & ea aliquandiù solitos mentis non pateretur excessus. Causa fuit dolor paulò immoderatior, ob fratris sui obitum susceptus, quem illa impensè amabat, quòd seni patri fidus, & erga ipsam admodùm officiosus fuisset. Igitur humani aliquid passa, gratia illa soliti raptūs ad tempus caruit. Ea tempestate quidam Anglorum antistes peregrinationis ergó terram sanctam & montem Sina, aliaque sanctorum loca visebat, peruenitque etiam in Aegyptum: vbi cum cellulam Gerardi in alta & frondosa vidisset arbore, primùm obstupuit, indè fiducia, enixè rogauit eum, vt ad ea, quæ propositurus esset, sibi responderet. Ille supernè despiciens, loquebatur cum eo & socijs eius. Erat autem crasso valde corpore, sed vultu angelico. Dixit ergò Episcopus reuerenter: Dic nobis Abba, primùm quandiù hîc delitueris: Deindè quo cibo vtaris, victitans inter feras rebellinas: Tertiò, num tibi quisquam cognitus sit, qui nullo vescatur alimento corporeo. Respondit ille: Duodecim annis nullum ego, hîc degens, vidi hominem: cælitùs mihi datur, vt olim filijs Israël, panis suauissimus: porrò apud Batauos Schiedami virgo est corpore morbido, quę nullam neque escam neque potionem admittit: eaque me longè & virtute antecellit, & Christo propter patientiam similior atque gratior est. Sed de illa tamen satis admirari non possum, quòd cùm soleat vnà mecum rapi ad cælestia, iam diebus aliquot eius præsentia careo, nec eam cerno illo gradu, quo solet in huiusmodi mentis excessu à me videri. Ait verò Episcopus: Quæso dicas nobis, qua causa fieri tu putes, vt abs te non videatur. Scio, inquit ille, permittente id Domino pro eius tuenda humilitate, plùs æquo interdum illam dolere mortem eorum quos diligit: atque idcircò suspicior ego illi dominas has consolationes ad tempus subductas. Oro autem, vt si in reditu iter fa- ciat per Hollandiam, ex hac virgine perquiratis, primùm quot annos detriuerim in hac solitudine: deindè qua ætate fuerim, cùm hoc vitæ genus susciperem: postremo quid causæ sit, quòd eius grata præsentia per hos dies frui non licuerit. Postquàm autem illi audiērunt virum, ab eo recesserunt: cumque longis emensis itineribus in Hollandiam venissent, Lyduuinæ indicārunt quæstiones ab eo mo- dò ad quas illa sic respondit: Dicam id quod sentio, sed saluo iudicio meliori. Fuit ille decem & septem annos in eremo: annos fuit natus nouendecim, cùm in eam se contulit. Ego verò dum hîc versor inter homines seculares, velim nolim mundana audio. Non est igitur mirum, si interdùm adspergor puluere, & à cælestium contemplatione retardor, atque ille me præsentem non conspicit, qui ab hominibus remotus, mente in cælis habitat. Fateor nihilominùs reuerentiæ tuæ, meq̄plùs nimio afflictam fuisse morte fratris mei, & eam ob rem non immeritò subcomitibus suis non mediocriter ædificatus, gratias ei egit, & precibus illius se commendans, lætus abscessit. De hoc Gerardo eremita posteà Lyduuina dicere solebat, colli eius pinguedinem in vestis oram extrinsecùs se diffundere, & neque sedere neque iacere commodè eum posse, sed magna temporis parte nocte ac die in genua incumbere: Abijsse autem, è vita, vt ab Angelo didicit, anno salutis millesimo quadringentesimo vicesimosexto, duodecimo Calendas Octobris: seque vidisse spiritum eius in cælos euolantem.

Lyduuina reſponder quæſtionibus ab illo propoſitis.

Pinguedo Gerardi eremitæ ſanctiſſimi.

Obitus eius

CAP. VIII.

POstquàm autem tempus aduenit, quo pater eius grandęuus erat decessurus è vita, filijs & nepotibus suis ille dixit: Ego iam morior, sed hæc mihi non minima consolatio, quòd mihi conscius non sum, me quicquam habere rei alienæ. Apparuit autem illi beatissima Dei genitrix, dixitque migraturum ipsum sub festum Conceptionis suæ. sicque factum est, & filia Lyduuina ex

Pater Lyduuinæ feliciter obit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Angelo cognouit salutem eius sempiternam. Posteà verò ad diuersa pœnarum loca spiritu rapta, vidit dæmones teterrimos quendam è suis tenentes, qui patris eius effigiem referret, audiuitque eos procaciter garrientes, En patrem tuum habemus in nostra potestate, nobiscum pœnas æternas daturum. Etsi autem illa non crederet, tamen non potuit imperare sibi, quin acerbissimè ploraret. Eundem in modum rursùs alio tempore vidit dæmones sibi petulanter de patris damnatione insultantes: sed docta diuinitùs illudi sibi à nequissimis spiritibus, iussit eos cum ignominia abscedere: atque illi mox tanquàm fumus euanuerunt. Post dies paucos Petronilla virgo, Lyduuinæ charissima, diem suum obijt: quàm autem grata fuerit Christo castitatis amatori, visio Lyduuinæ oblata docebit: Nocte quadam in ecstasi vidit innumeros cæli ciues, tanquàm in processione incedentes, primò Patriarchas, indè Prophetas, tum Apostolos, subindè Martyres, posteà alios, atque tandèm Virgines. Ferebantur vexilla, aderant lumina splendoris inusitati, & venire debantur illi vsque ad cubiculum virginis accedere: atq; illic collecti, funus quoddam, in media domo positum, reuerenter assumere, atque eo, quo venerant, ordine ad sepulturam efferre, Lyduuina illos sequente cum duabus coronis, quas manibus ferebat, & tertia capiti imposita. Ad se autem reuersa, cogitabat, quid ea visio significaret, an fortassis breui ipsa moritura esset: sed mox reuelante Deo discit, Petronillæ obitum ea visione præmonstratum esse: dictum quoquè est illi, quo die is futurus esset. Rogauit ergò Dominum, vt febris statum tempus averteret, quò posset efficaciùs Petronillã consolari. Aduenientè dicâ Dominicâ præstituto, Petronilla grauissimè laborare cœpit: & cùm eodem die circa horam vndecimam Lyduuina expectaret febres horribiles, illæ manè hora quinta eam reliquerunt. Quibus abeuntibus, Petronillam ad extrema tendentem egregiè confirmauit in Domino: atque illa defuncta est, geminam perceptura coronam, ob mentis & corporis castitatem: & tertiam propter ea, quæ à furioso milite perpessa fuerat, cùm Lyduuinam vellet defendere: quas quidem coronas in visu Lyduuinæ nam partim in manibus, partim in capite tulisse diximus. Ea autem sic defuncta, magnus animi dolor Lyduuinam rursùs afflixit, quòd videret se tam vhicè charam puella destitutam. Itaque priuatę ei iterùm supernis consolationibus ob morrorem nimietatem, factæ sunt lachrymæ panes die ac nocte, vt sponsi sibi gratiam concoliarer, poteratque dicere cum Magdalena: Ardens est cor meum: desidero videre Dominum meum: quæro, & non inuenio. Sanè religiosi quidam, itemque piæ matronæ eam consolari nitebantur, sed onerosi erant consolatores omnes. Tandèm etiam confessario suo & domesticis id attentantibus, inter alia respondit: Vtinàm quicquid hic mundus molestiarum habet, mihi subeundum sit, fiatque semper voluntate Domini mei, tantùm vt liceat amissa recuperare dona Dei. Itaque vidua sic dolenti ex animo condolens, rogauit eam, vt syncerè sibi diceret, quo modò inter Deum & ipsam ageretur. Tum illa, Ob culpas, inquit, meas gustu & effectu sensibili sanctissimi sacramenti, alijsque occultis Dei donis priuata hoc tamen relictum est mihi, quòd vitam & passionem amantissimi Iesu mente sine vlla animi distractione percurro. Nec mihi vlla superest, meo iudicio, exercitandi facultas, nisi vt dilectum per noctes in lectulo Crucis quæram, & in Cruce derelictum absque spiritus dulcedine adspiciam & mẽte complectar, in Cruce morientem.

Procacitas dæmonum.

Visio Lyduuinæ.

Petronilla virgo decedit.

Eius morte nimium desolés Lyduuina, priuatur diuinis consolationibꝰ.

CAP. IX.

Vt se gesserit in sua desolatione interna.

PEr illos igitur dies desolationis suæ & derelictionis internę hoc ei pectus erat exercitium, voce cordis clamare ad Dominum, ob culpas etiam minutissimas nocte scopare spiritum suum, omnes creaturarum labẽtium consolatiunculas recusare, sanguineas lachrymas, quas rosas appellabat, suas, ab oculis elicere. Si amor languere faciens cruciat amantem, Lyduuinam ego præ cunctis mihi quidem notis mortalibus languore ab amore nascente cientem dixerim. Amor enim languorem adducens, si sit verus, mundi nullam consolationem admittit, carnis illecebras respuit, immò puriùs etiam in carne uit: blandimentis non capitur, sed Christo tenaciùs inhæret: difficultatenon gitur, nec vi superatur, sed fit constantior & robustior: non satiatur dum est pore, sed fontem vitæ ardentiùs sitit. Ità & Lyduuina nostra, amore languens sic est destituta, discit acutiùs propriam attendere infirmitatem, experiri an

non germanè diligat, sponsum studiosiùs quęrere, quæsitum ardentiùs recuperare, receptum custodire cautiùs, & delectabiliùs possidere. Durauit autem ea virginis derelictio menses quinque. Tandèm faciem suam illi iucundissimam ostendit sponsus, ad cuius reditum tanta suauitate illa repleta est, vt qui intrarent in eius cubiculum, putarent se in myrothecium & paradisum aromatum ingredi, dicerentque inter se, Quidnam est isthuc? Talem nos fragrantiam nunquàm sensimus. Cumque Lyduuinam rogarent, vndè ea esset, illa respondit: Quid sit, aut vndè sit, Dominus nouit. Ego verò hoc vnum scio, tametsi homines sublimiter de me sentiunt, fragilem mulierculam me esse. Sed quod illa causa humilitatis cautè celabat, Dominus prodidit. Post eam enim afflictionem tanta ab eius corpore exibat odoris suauitas, vt aduentantes non humanum corpus, sed precioſi vnguenti vas esse putarent. Sepè tum illam cælestis patriæ ciues inuisebãt, & multis afficiebant consolationibus, ità vt etiam hyberno tempore tanta ex ea tanquàm diuersorum florum caperetur fragrantia, acsi è paradiso aduenisset. At nihilominus duriùs etiam solito omnigenis penè afflictabatur morbis naturalibus. Illos enim morbos planè monstrosos, vt hoc obitèr lectorem admoneam, qui impijs minùs infliguntur, & quas diuersæ nationes alijs atque alijs nominibus exprimunt, nostra Lyduuina passa non est. Epilepsiam sub finem annorum vitæ suæ tertia nocte pertulit, cùm nec antè, nec pòst ea laborârit. Prędixerat autem familiaribus suis se vna tantùm nocte ea vexandã, rogauitq; eas, vt suí curam tunc haberent. Illi autem obiurgantibus eam, quòd precibus à se morbum illum non auerteret, sua afflicta aliundè, hunc in modum respondit: Nemo in his Dei repræhendat iudicia, qui enim admouet mihi virgam, multam etiam cumulat gratiam. Apoplexia & amentia laborâsse eam, ab ijs, qui viderunt, accepi: sed amentiam se & Domini voluntate passuram prædixit, & non nisi semèl, idque dimidia plùs minùs hora, pertulit. Interrogata, quid eo tempore sensisset, Nihil aliud, inquit, quàm sensus meos passim per aëra vagari. Vt autem illustrior ei corona pararetur, ad extremum intra cranium quasi malleolis dirè torqueri se sensit, quibus etiam alij molestissimi cruciatus accedebant, ità vt sub mortem nihil videretur aliud, quàm pellis contracta ad ignem, neruis eius instàr chordarum citharæ extensis, & ossibus tanquàm in patella frixis. Calculus, quem prædixerat oui columbini magnitudine fore, & sibi mortem allaturum, duobus mensibus adeò infestus ei fuit, vt intra horam vnam ter loquendi vsum amitteret, corpusque miserè contrahens, mis ageret, & dentium particulas præ dolore stridens reijceret, & penè exanimis iacens, adstantes cogeret acerbè eiulari. Quos ei dolores extremo vitæ tempore attulerint apostema virgineorum vberum, immanissimi dentium & oculorum cruciatus, aliæque ægritudines, etiamsi velim, pro dignitate explicare nunquàm possim.

Redeũt diuinæ consolationes & visitationes.

En corpus tam morbidũ olet suauissimè.

Calculũ patitur infelicissimum.

CAP. X.

IAm suprà diximus, ignem sacrum dextrum eius brachium vsq; ad ossa vorâsse, & neruos eius perindè vt citharæ fides pulsari potuisse: tum quoquè multo tempore vno tantùm firmirori neruulo reliquo corpori illud cohæsisse: porrò medicos & chirurgos omnes virginis curandæ spem omnem abiecisse. At tamen venit tandèm chirurgus quidam peritissimus, qui se brachium illud redintegraturum promisit. Imposuit autem ei cataplasma ex puro balsamo, dixitque virgini: Spero me, iuuante Deo, brachium istud reducturum in locum suum, sed iri ab vlceribus, quæ in eius carne existent. Et hoc re vera sic accidit. nam etsi cuncta certum habeas, etiam cùm fuerit restitutum, non tamen vnquàm liberatum te ratum fuit vtcunquè brachium, vsque ad supremum tamen vitæ eius diem, modò pars, modò totum brachium vlcerum frequentia sic rigebat, vt anteà. Solebat autem virgo dicere familiaribus suis: Videtis, vt brachium dextrum, pridèm redintegratum, ob crebras pustulas, perpetuò in illo nascentes mouere non possim: at tamen confido omnipotenti Deo, priusquàm exeat anima è corpore, vtraq; manu me illum magnificaturum. quod quí factũ sit, pòst dicemus. Quædam etiam illius viscera, puta pulmo, hepar, splen & eis propinqua membra ante obitum eius diuinitùs integræ sanitati reddita sunt. Curiosi quidam, cùm ad eam venissent, dixerũt ei: Sæpè quidem de te audiuimus, Lyduuina, hepar, pulmonem aliaque viscera te particulatim reiecisse, & infinitis scatuisse vermibus: itaque velimus nôsse, quomodò

Dextrũ eius brachiũ vlcera cruciãt

Nota res ad miratione dignas.

dò sine viscеribus illis in vita durare potueris. Respondit humilis virgo: Testis est Deus & conscientia mea, vera esse, quæ audistis: sed quid infinita vi potentiæ suæ mihi contulerit Deus, ipse nouit. Sic illa sapientissimè respondit, sed non omnibus persuasit. Credat mihi lector, dedisse præpotentem Deum tantam gratiam patientissimæ virgini, vt si Angelus custos eius vel parùm attigisset eam, sæpè faciem eius apparuisse radiantissimam, corpusque subitò fuisse redintegratum, odoremque valdè suauem ab eius membris & pectore erupisse: sed rursùs probatam ilico morbis grauissimis, prout visum fuit sponso illius. Nec rarò prædixit obitū suum, etiam longè antè, quàm abiret è vita. Ab initio diuinarum visitationum solebat tectis verbis dicere confessario & familiaribus suis, vidisse se arborem speciosissimam, plenam rosarum calycibus, audiuisseque ab Angelo suo, non se priùs decerpturam, donèc illa arbor iustam accepisset quantitatem, & calyces illi in rosas abirent. Sub finem vitæ autem rogata ab illis, num arbor illa satis excreuisset, respondit eam iam propè suam obtinuisse molem, & è calycibus rosas prodijsse: itaque eas non dubitare propinquum esse finem vitæ suæ. Cùm aliquandò iaceret sola, rapta est in paradisum, vbi tres vidit aditus. Admissa ad priores duos, ex tertio vidit eos trare vellet, occurrit ei auus eius, Iohannes Petri, tanquàm passis vlnis & blando vultu eam introducturus: sed ad extremum tamen dixit ei: Nondùm huc tibi ingredi permittitur, filia dulcissima: iuuari adhuc abs te cupiunt, qui sunt in locis purgatorijs, & cumulatiora erunt ex dilatione merita tua. Vbi autem compleueris omnia, quæ de te diuinitùs decreta sunt, liberè huc nobiscum regnatura euolabis. Sibi indè restituta virgo, ardenter quidem adspirabat ad gloriam quam videbat, sed tamen promptissimam se obtulit ad perferendum, quicquid vellet Deus, pro ipsius honore, & sua proximorumq; salute. Successit indè nocti dies, & pœnitentiæ vnctio tanta, vt cùm Prior quidam Canonicorum regularium, ab ea rogatus, celeriter ad eam venisset, tātam ibi vim senserit eximij odoris, vt non dubitaret à sponso Christo visitatam. Cumque inter se de cælestibus gaudijs loquerentur, tandem illa ardens desiderio, ait ad Priorem: Rogo te, pater, vt si cōmodè possis, in festo Paschalibus redeas ad me. Quòd si tamen viuam me non inueneris, ores quæso pro me. Et prædixerat illa sanè quibusdam, se in paschalibus diebus decessuram, non tamen certo expresso die, quippè quæ desideraret tum sola esse, quando Christo spiritum redderet. Scisciantibus autem nonnullis, an Deus in eius migratione facturus esset miracula, sic respondit: Putant simplices homines se, decedentem, visuros mirabilia, sed non videbunt: quanquàm meum non est scrutari, quid Deo minus me defuncta facere velit. Oro autem obnixè amicos omnes tum præsentes tum absentes, vt intra annos triginta ab obitu meo non me cōmoueant sepultura mandatam. Porrò omnia sepulturæ necessaria, sicut ab Angelo didicerat, prouideri antè iussit, hortabaturque domesticos, vt sine dilatione corpus emortuum sepelirent. Sic illa quidem pro humilitate constituit, sed Dominus pro sua gloria fecit quod sibi visum fuit.

Item alias.

Rapitur in paradisum.

Sentitur apud eam sibi redditam odor eximius.

CAP. XI.

CVm autem iam ad occasum tenderet vita eius, accersitis domesticis omnibus, condonari sibi ab illis petijt, si qua ratione quenquam ex ijs offendisset. Illi verò cum ea pariter lachrymantes, Tu nos, inquiebant, charissima soror, nulla re offendisti: immò verò virtutum omnium & patientiæ nobis exemplar fuisti: oramusque vt cùm ad sponsum tuum peruenieris, nostri memor esse velis. Indè primo Paschatis orto die, immenso repleta gaudio est, & Christi resurgentis gloriam, obitèr quidem, sed modo ineffabili, absorpta, reuituque Dominum, vt tandèm vernaculam suam, tot annis castigatam, dignaretur, posita carnis sarcina, traherein odorem vnguentorum suorum, & è carcere meæ huius educere. Cumque sola esset, cunctis domesticis absentibus, & summo mane ipso Paschatis die, contemplationi vacaret, vidit ad se venientē Dominum meum cum sanctissima matre sua & duodecim Apostolis, multisq; & Sanctis & Angelis. Sedit autem Christus ad lectuli eius dexteram, beatissima Maria ad sinistram, & in orbem honestissimè eam cingentibus. Vidit etiam mensulam ornatam, & in ea ceu sacri olei vasculū elegantissimum, crucem quoquè pulcherrimam, & ceroma valdè luculentum, totum cubiculum mirificè illustrantem. Erat tum corpus re-

Sub mortē quid fecerit

Quæ ei visiones obtigerint.

ginis innumeris angoribus à vertice vsque ad pedes oppressum & afflictum: & cè sentit ab ipso Saluatore, sacerdotalibus induto vestibus, loca corporis sui omnia perungi, quæ in morituris sacro oleo vngi solent: sed nulla Saluatorem audit verba proferentem. Indè Christus ponit in manu eius cereum, eumque tenet cum matre sua, cruce illic inuisibiliter permanente donèc exhalaret spiritum. Cùm autem inuncta esset, rogauit Dominum, vt extremum vitæ eius finem tot doloribus & afflictionibus cumularet, vt à corpore exiens anima, sine purgatorio mox ad illum posset euolare. Respondit Dominus: Ità fiet, filia, vt petis: post biduum cantabis alleluia cum alijs virginibus in regno patris mei. atque his dictis, disparuit. Manſit autem apud eam Angelus eius, cum quo valdè familiariter loquebatur. Manè, nullo adhuc quicquam sciente ex ijs, quæ apud eam gesta erant, confessarius eius venit ad eam more suo, vt aliquid perciperet de reliquijs visitationum eius. Nocte enim per spiritum viderat illam cum Angelis & Sanctis exultantem. Sensit autem apud eam tantam mirifici odoris fragrantiam, vt quasi ebrius spiritu exclamaret: Congratulor tibi, soror. scio enim Dominum hac nocte fuisse apud te, nec dubium, quin ab eo manārit suauitas odoris huius. Illa respōdit: Gratias ago Deo meo, quòd me immerentem sua visitatione dignatus est: sed scias, pater, mox corporis mei lāb̄ores & dolores auctum iri. Nihil autem indicauit ei de decessu suo. Multo enim tempore rogauerat Dominum, vt sine vllius mortalis consolatione, sola redderet spiritum. Tertio autem Paschatis die, quo se non dubitabat migraturam, conuocatis omnibus, quos habere potuit, magis familiaribus domūs suæ, Si, inquit, inueni gratiam apud vos, quæso vt hac die patiamini me manere solam, solo apud me relicto Balduuino nepotulo meo, per quem indicabo, si quid à quoquam vestrūm præstari mihi velim. Illis ergò procūl abeuntibus, virgo cœpit exitum suum Domino fideliter commendare, & à septima vsque ad horam quartam pomeridianam perurgeri calculi doloribus, cruciari spasmate, viciès è pectore diro vomitu fellis particulas reijcere. Tandèm moribunda, ait vt potuit ad nepotulum suum, Fili mi, vtinàm sciret dominus meus, quos patiar nunc angores. Puer lachrymans, nimiumque turbatus, Vis ne, inquit, vocem confessarium tuum? Sed cùm nihil iam loqui illa posset, timens puer nè deficeret penitùs, eiulans acciuit eius confessarium, aliasque, quas inuenire potuit, domesticas eius. Veniunt illi lachrymabundi, sed illa iam decesserat. Incredibili igitur dolore affecti omnes, nesciebant quid facerent. Tandèm, luctu totam complente domum, Catharina quædam recordata sermonis, quem dixerat Lyduuina de dextra manu sua, ait ad socias suas: Videamus num dextra manus eius cum sinistra cōiuncta sit. Hoc enim euidens erit documētum mortis eius. dixit enim adhuc viuens, sperare se vtraque manu magnificaturum Deum, priusquàm è viuis discederet. Viderunt igitur, & inuenerunt digitos vtriusque manūs sese contingentes, quodque maius est, videntur omnes cingulum cilicinum, quo iam triennio corpus strinxerat, angelicis manibus ità ablatum ab eius carne, vt nexus eius omnes indissoluti cernerentur, ipsum carni virginis adiunctum fuerat. Seruatur autem hoc cingulum vsque in præsens, ex eoque mirus odor proficiscitur. Equidem illud manibus contrectaui meis, & expertus sum dæmonibus valdè inuisum & molestum.

Cruciatur sub mortem perquàm acerbe.

Mira sunt hæc.

Dæmones torquet eā zona cilicina.

CAP. XII.

POstquàm autem desijt esse in humanis virgo sanctissima, confessarius eius nocte in lecto iacens, vidit apertis oculis beatam eius animam specie candidissimæ columbæ, collo cum rostro prorsùs aureo, pedibus rubicundis & coruscis, alis argentei coloris, quibus volauit in cælum. Virgo quędam, huius sacerdotis soror, cùm venerabile corpus virginis custodiret, nec somno pressa, nec planè vigil, vidit Lyduuinam à sanctis angelis ad cælos euehi, animasque beatorum cum ingenti lumine ei prodeuntes obuiàm, dicere gratulabundas: Optatò adueniſti pia soror Lyduuinula. aduētus enim tuus noua nobis parit gaudia. Vidua quædam, Lyduuinæ puro corde addictissima, neque dormiens, neque vigilans penitùs, vidit aduenire collegium virginum, & aliorum militum, in ipsius conclaue intrantium, mensamque nuptialem apparantium. Vidit etiam aduenientem iuuenem speciosissimum, illicque residentem: porrò Lyduuinam regio ornatu ceu sponsam illi è regione assidentem: sibi autem sic loquentem: Memineris, soror mea, crebrò me dixisse tibi, habituram me in cælis sponsum præstanti

Visio cōfessarij eius, & aliorum.

forma præ cunctis filijs hominum. Vides iam, vt castissimis eius amplexibus & præsentia perpetua fruar. Noui ego duas virgines, quas Dominus exercebat flagellis suis, ambas Lyduuinæ addictas: eo nomine anxias, quòd nemo esset, qui referret quo pacto è corpore emigrâsset. Itaque decimoquarto Aprilis die, quo Lyduuina obijt, raptæ in spiritu, viderunt locum, in quo illa multis annis decubuerat, viderunt etiam Lyduuinam, tanquàm ipsa hora supremum trahentem spiritum, quam tamen nunquàm in carne viderant, omni humano solatio destitutã. Cùm autem, superato illo miserabili mortis agone, iam redditura esset spiritum, Christum cum matre sua & multa supernorum frequentia ambiẽtem eius lectulum, & postblandissima colloquia animam eius in suauissimos recipientem amplexus suos, ac deindè tradentem eam matri suæ: quæ exosculatam dedit angelo custodi eius: qui cùm eam accepisset, multitudo cælestis exercitûs laudauit Deum, & ad suam eam consortium inuitauit. Multa alia de eius eximia gloria tunc ostensa sunt virginibus istis. Porrò confessarius eius, vir desideriorum, quarto Paschatis die ad locum veniens, vbi eius sacrum corpus seruabatur, tantam sensit fragrantiam, quantam nunquàm in eius vita se percepisse meminerat. Cumque flexis genibus corpus eius veneratus esset, vni earum, quæ illud custodiebant, præcepit, vt tergeret faciem eius. Quod vbi illa fecit, mox facies eius (sciebat autem id futurum confessarius) candida apparuit instàr imaginis, pictoris eximij manu elegantissimè depictæ: totum quoquè reliquum corpus repertum est formosum, solidum & integrum, acsi eadem hora coloribus viuacissimis tinctum esset. Denique præpotens Deus sua gratia tam illustrem eius defunctę corpusculo decorem indidit, qualem nunquàm natura viuenti conferre potuisset. At tamen tribus locis, quibus cam contrectarant scelesti illi milites, de quibus suprà diximus, cicatrices remanserunt, similes filo coccineo. Fatebantur autẽ virgines cum alijs, quæ iugiter die ac nocte sacrum custodiebant corpusculum, non fame, non siti, non somno se grauari, idque ob miram odoris suauitatem, & animi iucunditatem, quam ex eius corpusculi perpetuo adspectu percipiebant. Porrò simulatquè fama eius defunctæ vulgari cœpit, & ex propinquis & longinquis locis plurimi aduentârunt, vt vel defunctam cernerent, cuius tam celebris esset passim existimatio, tum propter variarum ægritudinum perpessionem, tum ob diuinarum consolationum affluentiam, tum ob vitæ sanctitatem & perfectionem. Inter multos paruulos, qui eò confluebant, infans quidam matris sugens vbera adductus est: qui vt vidit virginis corpusculo reuerenter ceu spreto vbere, serena facie & iunctis manibus tam seriò, tamque reuerenter ocellos in illud defixit suos, vt & intuentes prouocaret ad fundendas lachrymas & saxei pectoris homines ad præstandam virginis corpusculo reuerentiam admiliret. Dabatur autem singulis pueris & infantulis panis vnus pro memoria rem. admirandarum, quæ tum illic diuinitùs fiebant. Venerabantur iam tum homines virgineum corpusculum in terris, cuius animam in suum collegium receperant ciues illi cælestes. Etsi autem virginis confessarius & plerique alij cuperent eam tradere sepulturæ, sicut ipsa petierat, non tamen id ausi fuêre propter principem, qui se dixerat venturum ad visendum corpus eius, priusquàm terra condereture. Quam ob rem etiam magistratus Schiedamensis vetuit humari illud, donèc princeps adesset. At tandèm tamen, cùm iam princeps minimè venturus sperare-tur, corpus tumulatum est honorificentissimè in æde parochiali S. Iohannis Baptistæ. Decessit virgo sanctissima anno salutis millesimo, quadringentesimo tricesimotertio, 18. Calendas Maij sub Burgundiæ & Hollandiæ principe Philippo.

Odor plùs solito suauis ex corpore defunctæ.

Nota hæc.

En vt Deus cohonestat eius exanime corpusculum.

Venerantur multi eius corpus.

HISTO

HISTORIA VVERNHERI PVERI, AB IMPIIS IVDAEIS CRVDELISSIME NECATI, ET MVLTIS *miraculis clari, necdùm tamen in Sanctos relati, ex MS. codice per F. Laur. Surium mutata dictione descripta.*

Aprilis 19. Patria Vuernheri.

VVERNHERVS puer pago Vuammentato, qui à Baracaco abest itinere diei vnius, ortus est stirpe rustica, sed cultu Christi sanè nobili. Fuit autem religione Christianus, animo simplex, humilis, pius, religiosus, puritate virginea ornatus, rustico opere victum, sibi parans, quantùm quidem tenera sinebat ætas pueritiæ, & ex ijs, quæ potuit acquirere labore suo, piè aliquid impertiens egenis. Habuit matrem deditam pietati, & in bonis studijs sibi fauentem, sed vitricum tum matrem, tum ipsum persequentem. Cuius ille infestum sibi animum deuitans, fugam inijt: cumque errabũdus incedens & siti valdè afflictus, incidit in pastores, qui humanitate ducti panem ei dederunt: quibus ille rursùs siti non mediocriter laborantibus, defixo in humum baculo, precibus suis fertur largissimum in Christi nomine fontem elicuisse. Vnde inde à Treuericam Vesaliam, à perfidiosis Iudæis illic commorantibus, calliditate iussus est ab illis humum deportare in profundum quendam terræ locum. Adeò ad laborem euocatus est. Ille verò promptum se exhibens puerili simplicitate, adsentante interim Paschali solennitate, dixit ei hospita sua: En propè est sancta parasceue: caue tibi, Vuernhere, ab impijs Iudæis. alioquì sine dubio illi te comedent. Respondit puer, spem suam in Deum præclarè significans: Id verò ego committo Deo.

Vitricũ habet infestũ sibi.

Miraculũ.

Vbi autem Dominicæ cœnæ dies adfuit, puer verè catholicus & Christo deuotus, priùs cõfessus peccata sua, corporis Christi communionem cum multa animi deuotione percepit, eodemque die à fallacibus Iudæis ad opus insidiosè inuitatus est & pellectus: ac deindè sacro parasceue die, quandò Christiani omnes Christi amarissimam passionem commemorant, eique condolendo se humiliant, in innocentem puerum animi sui furorem odio Christi Iudæi exercuerunt. Primò enim apprehensum puerum Iudæi eum immanissimis afficiũt cruciamentis. suspenderunt ad columnam ligneam, depresso in imum capite, sursùm erectis pedibus: idque eo consilio, vt corpus Christi, eo die sumptum à puero, ex eius ore posset reuocare & educere. Sed cùm id frustrà conati essent, totos se contulerunt ad membrum mystici corporis Christi atrocissimè excarnificandum. Itaque multa eaque profunda eius corpori cum flagellis impressêre vulnera: atque etiam cultro quodam, qui hodieque apud eius reliquias asseruatur, totius corporis venas barbara immanitate inciderunt, cum forcibus quoquè sumpto cruciatu ex venis eius in pedibus, manibus, collo & capite sanguinem expressérunt, ità vt totus vulneribus confectus videretur. Mansit autem sanctus puer sic triduo suspensus ad columnam illam, donèc sanguis fluere desineret. Interìm multis modis impij Iudæi versabant corpus illius.

Habebant autem Iudæi illi famulam Christianam, quæ clàm vidit quæ ab illis gererentur. Igitur animi magno dolore impulsa, acciuit iudicem Vesalienſem, eumque introduxit in locum illum, vbì pius puer tam immaniter tractabatur, ad eius inopinatum aduentum valdè obstupescentibus Iudæis: qui tamen muneribus bene magnis cuerterunt iudicem, vt auerteret sensum suum, & declinaret oculos suos, vt non viderent cælum, neque recordaretur iudiciorum iustorum. Cernens autem pius puer iudicem, exultabundus vt potuit sui liberationem postulauit: sed ille iudex iniustus, victus amore pecuniæ, pueri preces neglexit. Dixit autem ad eum puer: Si tu mihi opitulari non vis, opem mihi ferat benignus Deus, & sanctissima mater eius. Postquàm ergò iudex abijt, & puer à Iudæis est interfectus, noctè tulerunt corpus eius, & per muros clàm ascendentes, vt res nemini innotesceret, ad naues properârunt, Moguntiam ituras. Sed omnipotens Deus

Iudex pecuniã corruptus, negat opem pio puero.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diuinitùs retardantur conatus Iudæorum.

corum callidos elusit conatus, ità vt tota nocte non nisi vnum milliare possent nauigando conficere. Orto indè sole, magno timore & tremore corripiuntur, cogitantque anxij, quomodò possint martyris corpusculum abscondere. Neque enim ratio eis occurrit in aquas illud demergendi. Tandèm conspiciunt prope Baccaracum cryptulam, spinis & vepribus obsitam, vbi nunc conditum cernitur Vuilhelmitarum cœnobium Vuindofdesbachium: atque in eam proiecerunt martyris corpus, & ocyùs abierunt: sed Christus id diù latere nolens, mox sua il-

Miraculis corpus puer ostenditur.

lic miracula declarauit. Vigiles enim castrorum noctibus viderunt lucem illo loco: quod cùm illi admirarentur, indicârunt alijs, statimque repertum est corpus, etiamnùm suo tinctum sanguine: adductumque est, vt solent cæsorum corpora, Baccaracum ad locum iudicij. Comperta autem rei gestæ veritate, cùm omnibus admirationi esset odor suauissimus, à martyris corpore manans, tum etiam claritas nocturno visa tempore, summa deuotione illatum est corpusculum in sancti Cuniberti sacellum, quod est in colle prope parochiam situm: atque ibi humatum est, vitta aurea capiti imposita in virginitatis testimonium: porrò capiti suppositio puluinari serico, violis impleto. Additum est ad caput linteum serico ornatum, in signum innocentiæ & sanctitatis eius: atque etiam instrumentum laboris sui. Denique monumentum eius, vt solet sanctorum, aliquantisper eminebat supra terram, & corpusculũ eius reuerenter inclusum est in sarcophago cedrino, quod positum est in querno sarcophago solidissimo, fortissimis seris muniro.

Mox autem vtriusque sexûs hominũ magna accurrit multitudo, visura tam stupendum nouæ rei miraculum: Ijs verò fœmina Christiana, Iudæorum ancilla, quæ ea, quę de sancto puero cõmemorauimus, & vidit & audiuit, ordine exposuit gestæ rei modum & seriem, dixitque puerum triduò suspensum, & globo in os impresso clamandi facultate priuatum, flagellatum, incisum, sanguine eius in quandam vnam excepto, cum summa patientia & laudibus Dei spiritum reddidisse: sequè in ipso pœnarum ei illatarum initio iudicem aduocâsse. Cùm hæc ità peracta

Præclara ad eius monumẽtũ eduntur miracula.

essent, omnipotẽs Deus ilicò sanctum puerum magnis & stupendis illustrauit miraculis: cæcis visus, surdis auditus, claudis gressus, mutis loquela, aridis, paralyticis, lusciis & quibuslibet malè affectis sanitas, & mortuis vita restituta est. Immò verò vsque in præsens multiuaria per martyrem suum Christus miracula operatur. Passus est sanctus puer anno Christi millesimo ducentesimo octogesimo septimo, tertiodecimo Calendas Maij.

BEATI PETRI DAMIANI SERMO DE SANCTO GEORGIO MARTYRE,

vt habetur octauo Tomo Aloysij.

Aprilis 23.

HODIERNA festiuitas, dilectissimi, paschalis gloriæ lætitiam geminat, & velut preciosa gemma, aurum, quo imprimitur, decore proprij splendoris illustrat. Aprilis nimirùm hoc potissimùm tempore beato Georgio martyri concessum est triumphare, quando transacta hyemalis inclementia turbinis, Austri fomite resoluta læta terræ alacriter parturit, & erumpentibus diuersis herbarum atque arborum floribus, tanquàm adolescentiæ (vt ita loquar) ætate pubescit. Georgius siquidem Græcè, terræ cultor Latino sonat eloquio, qui nimirùm iuxta præsagium nominis, non modò suæ mentis agrum illustris exercitij disciplinis excoluit, sed & sanctæ exhortationis, & piæ correptionis vomere, terrena multorum corda proscidit, vitiorumque vepribus eruris, fecunda in eis virtutum arbusta plantauit.

Nominis Georgij interpretatio.

Meritò igitur hodiè beati huius martyris anima, post cruentam furiosi principis rabiem, post carnificum feraliter sęuientium immanitatem, post dilacerationis exquisita supplicia, post ignis ac ferri, picis ac sulphuris iniqua tormenta, post verberum denique plagas, post carcerum tenebras, tanquàm post hybernas furentium ventorum niuiumque procellas, oraculum hoc meruit diuinæ vocationis audire:

audire: Veni columba mea, sponsa mea, formosa mea, iam hyems transijt, imber abijt & recessit, flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit. Plane militia translatus est in militiam, quia terreni tribunatûs, quo fungebatur, officium, Christianæ militiæ professione mutauit. Et vt reuerà strenuus miles priùs omnia sua pauperibus tribuens, sarcinam terrenæ facultatis abiecit, sicque liber & expeditus, ac fidei lorica præcinctus, in ipsam densi certaminis aciem feruidus se Christi bellator immersit, seruato scilicet ordine, vt rerum pondus antè deponeret, atque ità postmodum ad campum certaminis imperterritus prosiliret. Indè est, quòd in lege præcipitur, vt homo formidolosus, & corde pauido non egrediatur ad bellum, sed Vadat, inquit, & reuertatur ad terram suam, nè pauere faciat corda fratrum suorum, sicut & ipse perterritus est. Quibus nimirùm verbis liquidò perdocemur, quia pro defensione fidei dimicare fortiter & idoneè nequeunt, qui ad huc nudari terrenis opibus pertimescunt, tolerabiliusque est, vt domum quodammodo redeuntes ignobiliter & imbelles viuant, quàm secum & alios à triumphantis gloria per degeneris exemplæ timoris auertant. Beatus verò Georgius sancti Spiritus igne succensus, & vexillo Crucis inexpugnabiliter præmunitus, sic cum iniquo Rege congressus est, vt & iniquorum omnium principem in satellite vincere, & ad agendum fortiter Christi militum animos incitaret.

Et quidem Diocletianus tunc Imperator, sicut in descripta passionis eius refertur historia, cuius os, iuxta Psalmistam, maledictione plenum erat & amaritudine, & sub lingua eius labor & dolor, qui sedebat cum diuitibus in occultis, vt interficeret innocentem, insidians quasi leo in spelunca sua, primò quasi veterum ouis subdolus induit, & sic quadam arte versutiæ ac fucatis blanditiarum coloribus illum inuadere tentauit. Sed cùm insignis athleta Christi dispirantia ex antiqui serpentis ore venena contemneret, & non iam primi parentis originem, sed secundi potiùs in se viuere titulos demonstraret, protinùs ille tanquàm tagitta de sataną pharetra prodiens, immanem lupum, qui latebat, aperuit, & ad inferenda diuersa pœnarum supplicia, cruenta bestia feraliter ebullit. Glomeratis itaque carnificibus beatus martyr extenditur, verberibus tundi-

S. Georgius diuersis supplicijs tormentatur.

tur, duris rudibus laniatur. Dehinc rota gladijs armata profertur in medium, vt circuligatum martyris corpus tanto crudeliùs, quanto multipliciùs perforetur. Astricis nimirùm feritas, noua & exquisita pœnarum inuenit argumenta, & ad sanandum sui furoris rabiem philosophatur in excedenda crudelitatis humanæ mensura, ignorans scilicet, quia preciosum nitoris conspicui margaritum, viuis vtique supernæ Hierusalem lapidibus inserendum, quanto asperioris limæ scabredine, vel mallei tunsione politur, tanto præclarius redditur.

Aderat planè supernus & inuisibilis arbiter, qui ad suæ dispensationis arbitrium & hinc manus impiorum sæuire permitteret, & indè gemmam suam inuiolata propriæ soliditatis integritate seruaret. Qui etsi martyris sui membra carnificum manibus tradidit, animam tamen inexpugnabili fidei arce subnixam, indefesso protectionis suæ munimine custodiuit. Nec ad hoc eos permisit attingere quod latebat, id solùm eis obijciens, quod extrinsecùs apparebat: & tanquàm aquæ diluuium quidem vndique circunfluere, nec tamen poterant intima penetrare. Dicat itaque beatus Georgius, dicat: Nisi quia Dominus erat in nobis, cùm insurgerent homines in nos, forsitan viuos deglutissent nos: cùm irascceretur furor eorum aduersùm nos, forsitan velut aqua absorbuissent nos. Hæ sunt videlicet aquæ, de quibus per Psalmistam Saluator ait: Saluum me fac Deus, quoniam intrauerũt aquæ vsque ad animam meam. Et per Ionam: Proiecisti me, inquit, in profundum in corde matis, & flumen circundedit me: omnes gurgites tui & fluctus super me transierunt. Sed ijs aquis, & mari, iuxta scripturam, Dominus terminum circumposuit, quia secundùm dispensationis suæ mensuram, non secundùm peruersitatis humanæ concupiscentiam, reprobos in electos suos sæuire permittit.

Hinc est enim, quòd in mundi nascẽtis exordio mare Deus diuisit ab arida. Quid enim per mysterium mare, nisi reprobos homines & infideles insinuat, qui nimirum quadam carnalis ingenij salsugine callidi, sed odijs ac simultatibus inuicem inueniuntur semper amari, & velut mare diuersis tentationum fluctibus intumescunt, cupiditatumq; carnalium procellis ac tempestatibus quatiũtur? Quid verò arida, nisi animam designat fontem fidei sitiẽtem, vel ad creatorem suum ardenti desiderio

Psal. 44. Omnia sua pauperibus tribuens.

Deut. 20.

Quæ est Tomo 2. Psal. 5.

Cant. 2.

Psal. 103.

Psal. 68.

Ion. 2.

Psal. 103.

Gen. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

desiderio tanquàm sitibundis faucibus anhelantem? Vndè & quædam anima hac
siti feliciter arida æstuans clamat: Sitiuit anima mea ad Deum viuum, quandò ve-
Psal.41. niam & apparebo ante faciem Dei? Ab arida ergò mare diuiditur, quandò Deus
omnipotens à se sitientibus reproborũ impetus reprimit, & tanquàm litus marinis
fluctibus obijcit, dum conatibus feruescentis insaniæ sui moderaminis limitẽ figit.

Iob 38. Quod profectò illa Dei vox probat, qua dicit: Quis conclusit ostijs mare, quando
crumpebat, quasi de vulua procedens? Et paulopòst: Circundedi illud terminis
meis, & posui vectem, & ostia, & dixi: Vsque huc venies, & non procedes amplius,
& hìc confringes tumentes fluctus tuos. Enimuerò rectè per mare cor praui homi-
nis designatur, quod videlicet furore est turbidũ, rixis amarum, elatione superbiæ
tumidum, caligine malitiosæ fraudis obscurum. Separauit ergò tunc Deus mare, &
minantes fluctus ab inundatione terræ compescuit, vt terra virẽtes herbas & ligna
Reprobi semper iustos persequũtur, animam verò lædere non valent. pomifera germinaret, ac dcindè segetum fructus afferret. Separat etiam nunc ab
electis suis reproborum turbines persequentium, & quasi furentes coërcet impe-
tus tempestatum, quos & si furere vsque ad infligenda corporibus tormenta con-
cedit, nè tamen animas lædant, inuicta eos atque peruigili brachij sui protectione
custodit, quodammodò dicens mari: Hucusquè venies, & non procedes amplius,
& hìc confringes tumentes fluctus tuos. àc si patenter dicat: Vsque ad inferenda
corporibus te tormenta relaxo, nè autem vsque ad animam cumulis intumescen-
tibus profluas, legis meæ tibi litus oppono: vt dum furori fluctuum tuorum litus
obijcitur, terra cordis ad proferenda fructuum germina libera relinquatur.

Et quia Georgius, vt superiùs diximus, terræ cultor exprimitur, rectè hoc al-
legoricæ figuræ mysterium eidem beatissimo martyri coaptatur. Cui scilicet
etsi vsque ad litus carnis, persecutionis fluctus efferbuit, solidissimam tamen ani-
mæ eius terram procella tempestuosi turbinis non inuoluit, nec cum vorago pe-
lagi furentis absorbuit, qui spei suæ anchoram non in putris arenæ succiduo, sed
1.Cor.10. Luc.6. Matth.7. in soliditate petræ, quæ Christus est, fixit. Hinc est profectò quod Veritas ait:
Qui audit verba mea, & facit ea, similabo eum viro prudenti, qui ædificauit do-
mum suam supra petram. Venerunt flumina, flauerunt venti, & impegerunt in
domum illam, & non cecidit, fundata enim erat supra petram. Verè intrepidus hic
miles Christi supra petram fidei suæ fundamenta constituit, qui præmij cælestis in-
Inuicta S. Georgij patiẽtia & fortitudo. tuitu minas principum sprenit, malè blandientium promissiones irrisit, carnifi-
cum tormenta contempsit, ferrum, ignes, gladios, ac diuersa suppliciorum genera
inuictæ patientiæ maiestate calcauit.

Hunc cælestis militiæ bellatorem, fratres charissimi, non tantùm admiremur,
sed etiam imitemur: in illud cælestis gloriæ præmium iam spiritus erigamus,
dum in eius contemplatione cor figimus, non moueamur, vtrùm mundus blandi-
Psal.138. cinator arrideat, an certè minax aduersitatibus fremat, dicentes cum Psalmista:
2.Cor.7. Sicut tenebræ eius, ità & lumen eius. Mundemus itaque nos, iuxta Pauli præce-
ptum, ab omni inquinamento carnis & spiritûs, vt in illud beatitudinis templum,
cui nunc aciem mentis intendimus, quandoquè etiam ingredi mereamur. Hinc
Exod.28.29. Leuit.6.16. est, quòd Aaron priùs aqua lauatur, & sic postmodùm tabernaculum sacrificatu-
rus ingreditur. De quo nimirùm benè ad Moysem diuina voce præcipitur. Tunc
ca, inquit, vestietur, feminalibus lineis verenda celabit, accingetur zona linea, cr
darim lineam imponet capiti. Hæc enim vestimenta sunt sancta, quibus, cùm le-
tus fuerit, induetur. Quisquis enim in tabernaculo Christi, quod est Ecclesia, sem-
ipsum Deo sacrificare contendit, necesse est, vt postquàm lauacro sacri fontis ab-
Psal.131. luitur, diuersis etiam virtutum vestibus induatur, sicut scriptum est: Sacerdotes tui
Nouiter re-nati debent lineis vestibus, id est, operibus iustitiæ indui. induantur iustitia: quatenùs qui in Christo per baptismum nouus homo renatus
tur, non iam pelliceas tunicas, mortalitatis videlicet indices vestiat, sed depositio
veteri homine, nouum induat, & in eo per mundæ conuersationis studium immu-
uatus viuat. Et notandum, quòd omnes illę vestes lineę describuntur: linum quip-
pè ad candorem cum labore perducitur, & virtutum vita non acquiritur sub tor-
pore desidiæ, sed in laboriosæ potiùs exercitio disciplinæ.

Purificati igitur, dilectissimi, per noui baptismatis sacramentum, induamus nos
linea tunica, vt candor nos sanctæ conuersationis exornet. Feminalibus verenda
tegantur, vt dum honestæ vitæ tegmen assumitur, præteritorum criminum ante
Psal.31. Dei oculos turpitudo celetur. Vndè Dauid: Beati, inquit, quorum remissæ sunt iniqui-

iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Zona linea constringamur, capiti quo-
què cidaris imponatur, vt præcincti in veritate lumbos mentis, protegamur galea
ipse salutis. Sic sic nimirùm & veteris peccati squalore purgati, & nouæ conuer-
sationis nitore conspicui, dignè celebramus paschale mysterium, & beatorum
martyrum veraciter imitamur exemplum. Nec desperetis, fratres mei, licèt ad-
huc infirmi, licèt exterioribus fortassis adhuc actibus implicati, non desperetis ad
martyrum vos consortiũ pertinere, qui martyrum victorias vos recognoscitis ex
corde diligere. Quinque certè Salphaad filiæ inter fratres suos nosc untur hæredi-
tatem, Moyse constituente, sortitę, quinq; nimirùm, & fœminę, vt per quinarium Num.23.
numerum exterior occupatio, per muliebrem verò sexum infirmitas designetur.
Ionathas quoquè in quodam inter vtrunque meditullio positus, nec cum Saul re- 1.Reg.18.19.
manſit in malis, nec Dauid æquiparari potuit prorsùs in bonis. Sed quia dilecto & 20.
Dei Prophetæ fuit amicus, & de futuro eius gauisus est fraterna benignitate succes-
su, piè creditur ab eius consortio nunc in spiritu non esse diuisus, cui dum in carne
viuiret, vnanimiter extitit in amore iunctus.

Nos autem, dilectissimi, qui exagitantem Saul spiritum malum, auxiliante Deo,
post terga dimisimus, immò qui Pharaonis exercitum in mari rubro demersum, Exod.14.
per virtutem sacramenti paschalis euasimus, pro carnis tamen infirmitate adhuc
vestimur in eremo, transeamus ad vitæ perfectionem, ad terram scilicet lacte &
melle manantem. Egressi de Sodomis, non in Segor diutiùs immoremur, sed li-
beati cum Loth, montis verticem celeriter asscendamus: quatenùs qui inter ipsa Gen.19.
principij rudimenta, iam beatorum martyrum cœpimus aggaudere triumphis,
quandoquè ad hoc etiam prouehamur, vt discamus & ipsi triumphare cum sanctis.
Ipse sit fortitudo nostra dum protegit, qui factus est precium cùm redemit, Iesus
Christus Dominus noster, qui cum Deo Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in
secula seculorum, Amen.

VITA F. ÆGIDII, VIRI SANCTISSIMI, QVI FVIT E PRIMIS SOCIIS BEATISSIMI FRANCISCI

Assisinatis, è quodam Germanico codice per F. Laur. Surium Latinè conuersa. Codicis autem Germanici author testatur se ex fide dignis Latinis codicibus illam collegisse. Nondùm cognoui Aegidium hunc catalogo Sanctorum adscriptum. Quantum autem ei tribuerit S. Bonauentura, ex historia hac discere licebit.

BEATISSIMI Francisci Assisinatis tertius socius fuit Aprilis 23.
frater Aegidius, ex eorũ numero, qui conuersi aut laici
fratres vocantur. Is patriam habuit Assisium: cumq; di-
cissetè ciuibus suis dominum Bernardum, virum eius
vrbis primarium, & dominum Petrum, summæ ædis ibi- Duo primi
dem canonicum, rebus suis in pauperes erogatis, sancti socij S. Fran
Francisci complexos institutũ, octiduo pòst, diuino in- cisci.
flinctu permotus, venit ad S. Frãciscum, modis omnibus
ad eius viuendi rationem se accommodaturus. Cùm au-
tem ignoraret, vbi tum esset S. Frãciscus, Deum rogauit,
nus, venitq; ad horreũ, in quo vir sanctus cum duobus socijs morabatur. Cogitanti
vt rectà ipsum ad eum perduceret. Audiuit eum Domi-
verò illi de ijs, quę animo proposuerat, obuius venit S. Franciscus: ad cuius pedes se
prosternens Aegidius, petijt in ipsius contubernium admitti. Eius verò fidem & de-
uotionem animaduertens S. Franciscus, ait ad eum: Non mediocris hęc Dei gratia F. Aegidius
est, charissime, quòd te sibi militem & seruum adsciscit: cõfirmansque eum horta- illis tertium
batur perseuerare in eo instituto, ad quod diuinitùs vocaretur. Deindè accitis ad se adiungit.
se Bernardo & Petro, ait ad eos: Bonum fratrem adiunxit nobis Deus. Quod cùm
illi iucundis animis acciperent, simul sumpsêre cibum.

Porrò S. Francisco cum Aegidio cunte Assisium, vt compararet pannũ, quo Ae-
gidius vestiretur, obuiàm ei venit mulier paupercula, stipem ab ipso petens. Sed
cùm nihil supperet, quod ei daret, angelico vultu versus ad Aegidium, Demus,
inquit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquit,charissime,huic fœminæ propter Deum pallium,quo indutus es. Ille mox hilariter pallium dedit mulieri: simul autem videbatur ei eleemosyna illa cælos penetrare,sensitque se ingenti quodam animi gaudio perfusum. Paulò pòst ipsis ferijs S.Georgij induit eum beatus Franciscus habitu Ordinis sui: duxitque eum in forum, vbi hortabatur homines ad agendam pœnitentiam. Dicebat autem illis Aegidius,vt fidem adhiberent S.Francisco, rectè ipsis consulenti. Inter cundum autem prædixit S.Franciscus propagationem Ordinis sui, dixitque Aegidio,institutum suum posse non absurdè comparari piscatori, sagenam in aquam mittenti,& multos pisces capienti,paruos autem reijcienti in aquas,magnos verò colligenti in vasa sua. Posteà autem dedit ei beatus Franciscus licentiam visendi S.Iacobum in Hispania: quo toto itinere nunquàm fuit expers famis propter paupertatem,quam ferebat causa Dei. Cùm aliquandò peteret eleemosynam, nec quicquam vsquàm acciperet, in agrum se contulit, atque illic repertas fabas aliquot,præ multa fame comedit: dansque se quieti,pòst adeò surrexit robustus,ac benè lautis esset dapibus abundè refectus.

Induit habitum Franciscanorũ.

Inuisit S. Iacobum, multam famem perferens.

Obuium quandoquè habuit pauperem quendam: cuius miseratus nuditatem, abstraxit capitium de cucullo suo,deditque ei: ac deindè viginti diebus iuit ipse nudo capite. Cùm autem tam deformi habitu veniret in Galliæ Cisalpinæ castellum Sicarolum,quidam eum ad se accersiuit. Ille verò magna pressus inopia, libens accessit ad hominem,sperans se aliquid ab eo eleemosynæ acceprurum. At ille nequam taxillis in manus eius coniectis, rogabat num ludere vellet. putabat enim lusorem & improbum hominem esse. Aegidius verò eam contumeliam placatè ferens, Deus,inquit,ignoscat tibi. Ità ille sæpè per mundum ambulans,indignis modis illudebatur. Datus est ei posteà socius à beato Francisco,& facta porcellas inuisendi sepulcrum Domini. Venit ergò Brundusium: vbi cùm dies multos hærente cogeretur, situlam acquisiuit sibi, eaque per plateas ferens aquam, victum necessarium obtinebat sibi & socio. Deindè transmisso mari,cum multa animi pietate visit sepulcrum Domini, & alia loca sancta. Veniensque indè ad oppidum quoddam,morabatur illic causa victûs sibi parandi labore suo. Texebat enim sportellas ex viminibus,quarum illic magnus vsus erat, extincta corpora deportabat in cœmeterium,& per vicos circunferebat aquam: ijs laboribus sese sustentans. Si autem nihil horum posset efficere,ad Domini mensam properabat, ostiatim panem mendicans.

Illudunt ei sæpissimè homines mali.

Visit terrã sanctam.

Indè redijt ad S.Mariam de Portiuncula: sæpè etiam suscipiebat peregrinationes ad S.Michaëlem & S.Nicolaum Barensem. Iter autem faciens, solebat hortari viros & fœminas,vt Deum timerent & amarent,& ob sua malefacta agerent pœnitentiam. Supra modum autem studiosus erat ocij vitandi. Cùm enim à S.Francisco missus esset Romam,vt illic maneret, quotidiè sacrificio audito, ad quatuor milliaria exibat extra Vrbem in syluam quandam,atque illic putata ligna apportabat Romam, labore suo alimoniam sibi comparans. Cùm aliquandò fœmina cuidam vendidisset ligna,& illa tanquàm homini pio & religioso plus dare vellet, quàm initio pacta erat,ipse recipere noluit,sed medio precio illi remisso, Nolo, inquit,vinci ab auaritia. Nulla ille,quanuis abiecta & vilia,modò nè inhonesta essent,recusabat opera, aut facere detrectabat. Vindemiarum tempore colligebat botros & calcabat atq; exprimebat,nihil pro labore nisi necessaria recipiens. Cùm aliquãdò decussisset nuces ab arbore,& tanta ei nucum copia data esset,vt non posset omnes condere in sinum suum,exuens se cucullo,ligatis manicis & capitio,impleuit ea nucibus, sicque penè nudus ad Vrbem rediens, nuces pauperibus distribuit. In monasterio quatuor Coronatorum,quod est apud ędem S.Iohannis Laterauensem,solebat expurgare farinam,dabantque ei de singulis quartarijs panes septem. Ibat etiam milliari vno ad fontem S. Sixti, hausta indè aquam afferens, quam bibebant monachi, & qua panes pinsebantur. laboris precium erat panis cuius reliquias dabat egenis. Afferebat aliquandò monachis aquam, & cùm quidam ex ea bibere vellet,non permisit,Non possum,inquiens,hanc aquam tibi præbere, & reliquam ferre monachis. Quod cùm ille molestissimè ferret, & multis conuicijs Aegidium proscinderet, is alia vrna allatam aquam importauit in pœnas illius conuiciatoris sui: qui hoc officio adeò permotus fuit, vt veniam peteret iniuriæ ei illatæ,quam ille libens dedit.

Ociũ summoperè vitat.

Multo labore tenuem sibi parat victum.

Nectamẽ sic fuit labori intentus Aegidius,vt vnquàm preces suas horarias omitterit: sed profligandi ocij causa vel operabatur manibus, vel vacabat precibus & contemplationi,vel boni quippiam loquebatur. Cùm esset quandoquè apud Cardinalem & Episcopum Tusculanum,colligeretque oliuas & alia officia exhiberet, panem ijs laboribus partum afferebat ad eius Cardinalis ędes,dicentique illud reli,vt cum alijs pauperibus vesceretur pane domûs suæ, ille propheticum illud respondebat: Labores manuũ tuarum quia manducabis, beatus es, & benè tibi erit. Impeditus aliquandò fuit vi imbrium,nè extra Cardinalis ædes posset ire ad labores suos. tum verò Cardinalis exhilaratus,Iam,inquit,vesceris cibis meis. Sed Aegidius nihil illi respondit,aliud secum meditans. Contulit autem se ad culinam, dixitq; coco: Quid ità pateris sordidã esse culinam? Dicente illo,neminem se in præsens habere,qui eam purgaret,Aegidius ait: Da mihi pro labore meo quod edam, & ego sordes euerram. Quod cùm vtrinquè factum esset, Aegidius ad Cardinalis mensam iturus,duos secum panes attulit,quos labore suo acquisierat. Itaque Cardinalis mirabatur tam eum sui propositi tenacem esse. Sed perseuerante etiam pridie pluuia,cùm nemo vellet vti Aegidij opera conductitia, Cardinalis gratulabundus ait ad eum: Profectò nunc meos edes panes. At Aegidius tacitus officinas perlustrabat,inuenienscq; duos rubiginosos cultros,illos accuratè repurgauit. Accepit autem pro labore panes duos,quos ad Cardinalis mensam intulit,qui se dolebat semper frustrari spe & expectatione sua.

Non vult vel ei panibus,nisi labore suo acquisitis.

Sed non adeò suam alijs vnquàm locabat operam Aegidius,quin certum sibi seruare tempus,quo suas persolueret preces. Etsi autem in eiusmodi laboribus admittere ocium illorum,qui laborare nihil volunt. quos Aegidius acriter obiurgare solebat. Si faciatis,inquiens,bona quæ nôstis,etiam ad ea bona pertingetis, quę non nostis. plus enim inter se distant verba & opera,quàm à cælo terra. Satius autem est quempiam docere seipsum,quàm se neglecto mundũ vniuersum. Si vis multa nôsse, multa facito,& submitte caput tuum. Insignis concionator,est humilitas. Solebat quoquè suspirans dicere: Quis balans multùm differt ab ea, quæ in pascuis verset exempli,libenter permittebat S.Franciscus,vt vbicunquè vellet commorare-tur: sed hac ille libertate vti noluit. Misit ergò eum ad eremitorium Fabrionense, quod est apud Perusiam,vbi ille conficiebat lagenas & arculas,in quibus vitrea poculas & aliæ res imponerentur. Inferebat autem eas in oppidum, nihil nisi victum & tum sibi tum socio necessarias res pro illis accipiens. Semper autem illic ingrediebatur nudis pedibus, & vnica amictus tunica siue cucullo, etiam valdè frigido cælo. Quidam autẽ obuiã ei factus,ait se sic nolle incedere, etiamsi sciret se quamplurimum iturum in cælum. Quæ verba,malo dæmone agente,tantum frigus in corpore beati viri secutũ est,vt putaret se prę algore moriturum. Sed cùm ad animum reuocaret,quemadmodùm Christus nudis pedibus ambulârit, & tenuiter vestitus fuerit,ilicò concaluit,egitque gratias Deo,qui ipsum diuino suo igne calefecisset. Postquàm autem hoc in loco multos egisset annos,aliquandò in memoriam redijt peccatorum suorum. Itaq; in syluam abiens, accito fratre, nudauit corpus suum, funeque collum cingens, præcepit ei, vt ipsum pertraheret ad eum vsque locum,in quo fratres morabantur. Quò cùm peruenisset,sublata voce, Quæso, inquit, fratres misereminimei peccatoris. Accurentes autem fratres,vt viderũt eum sic nudum, præ commiseratione & deuotione vnà cum illo fleuerunt, rogabantq; vt se indueret. Quibus ille respondit: Non sum ego dignus vocari frater minor: sed si tamen vos mihi vultis reddere habitum meum,pro eleemosyna tanquàm indignus & mi-ser eum recipiam. quod ità quoquè factum est.

Degit solitarius apud Perusiam.

Hæc accipienda sunt de illis, qui ex desidia & torpore nihil facere volunt.

Vir sanctus dum sua peccata cõsidérat, summè seipsum dejicit.

Vbi autem beatus Franciscus aduertit magnũ eius feruorem, promptamq; pro Christo martyrij obeundi voluntatem, cum quibusdã alijs fratribus misit eum ad Saracenos: sed postquàm venit Tunetum, vetitus est à Christianis illic degentibus sermonem habere ad barbaros,verentibus nè eius causa omnes trucidarentur.atq; ità compulsus ille fuit cum socijs suis,quanuis inuitus,ad beatum Franciscũ redire. Excellẽti quoquè fuit obedientia. Cùm enim ageret in monasterio, quod paruum est Assisium. Mox ergò rectà contendit Assisium. Dicẽtibus autẽ fratribus, vt priùs

Tunetũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Insignis ei obedientia.

iret in monasterium, atque indè se conferret Assisium, respondit: Non ego sum ad monasteriũ ire iussus, sed Assisium. Ità ille semper exactissimè coluit obedientiam. Frater quidam conquestus ei fuit, iussum se à Guardiano (sic enim vocant præfectos suos) ire mendicatũ panem, cùm tamẽ ipsi videretur longè præstabilius vacare precibus, quàm petendis eleemosynis. Respondit autẽ ei Aegidius: Necdùm didicisti, quid sit orare Deum. Vera enim oratio est, si subditus pareat voluntati superioris sui. Est autẽ non obscurum superbię argumẽtum, si quis nolit caput suum subdere obedientiæ iugo, sed illud ei potiùs subducere conetur, vt alia gradiatur via, quę ei perfectior videatur. Et tamẽ videmus, dum bos iugũ patitur imponi collo suo, horrea frumento compleri. Certè si quis ea foret animi deuotione, & tam excellenti gratia, vt cũ angelis loqueretur: si tamen acciretur à superiori suo, ilicò misso Angelorum colloquio, faciet quod iubere volet prælatus suus: quod quidẽ Aegidius ipse tali suo declarauit exẽplo: Passus aliquandò fuit ecstasim coram summo Pontifice & Cardinalibus, qui venerant illũ visitatum in monte Perusino. Iussit autem Pontifex, vt quamprimùm rediret ad se. Mox ille, qui priùs insensilis videbatur, accurrit ad pedes Pontificis, dixitq; humiliter culpam suam. Inuitauit verò illũ Pontifex ad prandiũ, vt posset cum eo colloqui, accepitq; eum valdè hilariter. Aderat tum quidã, qui hortarentur Pontificem, vt eum iuberet cantare. Iussit id Pontifex. Aegidius verò scisciatus est, quid sua sanctitas vellet cantari. sæpiusq; id reperens, curabat ad aliũ palatij angulum, stetitque illic pede altero alteri impositò, vsq; ad preces Vespertinas. Tum verò sensit Pontifex eum planè extra se raptũ, vt qui nullo sensu vti videretur. Cùm autẽ ad cœnam accubuisset Pontifex, ait ad eos, qui illic aderant: Eccè nos hominem istum perdidimus. stat enim planè immotus. at tamen probemus iterùm obedientiæ vim, quid in eo possit efficere. versusque ad Aegidium, Præcipio, inquit, tibi frater Aegidi in virtute obedientiæ, vt ad te reuertaris. Idque factum est. cecidit autem ad pedes Pontificis, & humiliter farebatur culpam suam, miscebatque peramanter cum Pontifice sermones valdè pios & bonos. Postquàm autem resciuit fratrem Eliam se Pontifici immorigerum præbuisse (Eliam enim minister generalis fuit) atque ab eo anathemate plexum, totum se humi prosternens, quantùm maximè potuit ad terram corpus apprimebat. Rogatus cur id faceret, Volo, inquit, quoàd fieri potest in ima me deprimere, quãdoquidem Elias tam profundè corruit, dum vult nimiùm in sublime scandere.

Inuisit eum Pontifex cũ Cardinalibus.

Crebros patitur mẽtis excessus.

Paupertati summè studet.

Miro sanctam paupertatẽ studio & amore complectebatur vir sanctus. nam quamvis operrabatur manibus suis, adduci tamen non potuit, vt pro labore suo pecuniam acciperet, contentus rebus vitæ degendæ necessarijs: si quid autẽ superesset, impertiebatur egenis. Pro eo autẽ paupertatis amore præstitit illi Deus, vt itinere cessariæ ei supperterent. Cùm aliquandò fessus esset non mediocriter ex itinere, & ingens eum fames afflligeret, iuxta viam se reposuit, pro cibo somnũ capturus. Inde expergefactus, reperit ad caput suũ dimidium panem: Deoq; gratias agens, comedit illum, sensitq; non parum indè se viriũ accepisse. Degebat quandoquè in eccleso monte apud castellum Dirutense cum socio, nullo id è populo scientе. Toto autem triduo tam multa è cælo nix decidit, vt nullo pacto neque panis acquirendi, neq; laboris sui exercendi causa posset egredi. Itaque rogauit Dominum, vt in tanta præsenti necessitate opem ferret sibi & socio suo. Exaudiuit Deus preces eius, protinusque cor cuiusdam in castello cõmorantis, vt ad ædem S. Laurentij in monte sitam, vbi duo fratres essent, panẽ & vinũ apportaret. Fecit ille sic, atq; etiam alios admonens eius loci habitatores, effecit vt necessaria quęuis eis suppeditarent. Cognens id Aegidius, dixit socio suo: Hactenùs rogauimus Deum, & exaudiuit nos: nunc porrò gratias ei agamus, & oremus pro illis, qui nobis præstant eleemosynas.

Multi eius exemplis permoti cõuertuntur.

Multi autẽ eius castelli homines, optimis Aegidij & socij eius exempli commoti, ad Deum conuersi sunt, & beati Francisci complexi institutum: qui autem matrimonij erant nexibus implicati, in suis domibus egerunt pœnitentiam.

Cõcionatores debent non solis

Audiens quandoquè Aegidius dominũ vineæ, quæ erat propinqua habitationi eius, vinitores suos obiurgantem, ijsque dicentem, Fate, fate, & non parlare, ridens, Operamini, operamini, & verba facessant: cum ingẽti feruore è sua cella prorumpens, clamauit alta voce: Audite vos concionatores, quid iste vir dicat: Facellans verba, & manus operi admouẽtur. Loquens aliquandò cuidã scientiam & doctrinam suã mirè iactanti, Si, inquit, vniuersa frugifera humus vnius ditione teneretur, qui

qui tamen eam non coleret, quis indè fructus ad eũ rediret? Certè nullus: contrà si alius paruũ habeat agrum, eumq; diligenter excolat, & pro se & pro alijs fructus percipit. Non est igitur, quòd nimiùm fidas scientiæ tuæ. nam etiamsi omnibus sis disciplinis & artibus instructus, nihil tibi contulerit, si is bonis operibus destitutus. Collegerat quãdoquè iuncos & arundines, sportulas indè confecturus. Vbi autem ad quoddã templum accessit, sacerdos quidam obuiàm ei factus, hypocritam eum appellauit. Valdè autẽ contristatus ille verbis sacerdotis, fleuit sine intermissione. Scisciãti fratri, cur sic fleret, respondit se à sacerdote dictum hypocritam. Et putas tu, inquit frater, id ità esse, quòd ille dixerit? Aegidius respondit, Non puto ego sacerdotes dicere mendacium. Tum frater, Atqui, ait, hominũ iudicia, cùm falli possint, longè diuersa sunt à iudicijs Dei. quibus verbis Aegidij animus recreatus est.

verbis, sed etiam factis docere.

Vide sancti viri candorem.

Summoperè vir beatus in id intentus erat, vt carnis appetitiones contereret, & portionem sensitiuam in spiritũs seruitutem redigeret. vndè insignis ei accessit nitor puritatis. Non nisi semèl in die cibum sumebat ad vesperam, cumque sanè exiguum, dicebatque: Caro nostra instàr porci est, cupidissimè ad lutum properantis & in eo cõmorantis. Est etiam similis scarabæis, qui semper versant equorũ simum. Caro nostra hostis nostri diaboli athleta est. Fratri cuidã percunctanti ex ipso, quî se posset ab omnibus peccatis carnalibus tueri, sic respondit: Qui saxa grandia aut ingentes trabes aliò transferre vult, plùs vtitur ingenio & industria sua, quàm viribus. huic hic quoquè agendũ est. quęuis enim vitia officiunt puritati siue castitati, quę similis est speculo mundo, quod tamen an helitu obscuratur. Fieri autẽ non potest, vt Dei pertingat gratiam is, cui libet in carnalibus vitijs permanere. Caro nostra semper insidias tendit nobis, & qui eam edomat, omnes vincit hostes suos, & nihil non boni obtinet. Prę cunctis virtutibus mihi charissima castitas est. Sed cùm rogarer quidam, potior ne esset charitas, respondit: Ecquidnam est charitate castius & purius? Sæpè etiam cantans dicebat, O sancta castitas quænam es tu? nimirùm talis, vt stulti te ignorent. Quærenti autem fratri, quam diceret castitatem, Ego, inquit, castitatem dico, qua sensus omnes diuinæ gratiæ custodiuntur. Cumque multus esset in castitate prædicanda & laudanda, qui dam maritus audiens, ait illi: Equidem à fœminis omnibus abstineo, contentus vxore mea. satis ne hoc tibi videtur? Et ille: Putas tu non posse hominem fieri è suo vino ebrium?

Carnẽ edomat.

Castitatem quanti fecerit.

Cùm esset apud Spoletum, audiuit vocem fœminę ipsum inclamantis. simulque tantam sensit carnis infestationem, quantam anteà nunquàm: repulit autem eam sedulis precibus, corporis castigationibus, & sanctis operibus: ac deinceps prorsùs ab illa immunis fuit. Frater quidã valdè tentatus, Vtinàm, inquit, videre mihi liceat fratrem Aegidium, & ei indicare tentationẽ meam. Sed cùm longè ab eo abesset, nec posset impetrare facultatem ad illũ accedendi, vbi se cubitũ recepit, Aegidius adstitit. Quo viso, non mediocri est cõsolatione affectus, expositq; ei tentationem suã, petens remediũ aduersùs eam. Dixit ergò ei Aegidius: Ecquid faceres cani tentanti te mordere volenti? Respondit ille: Ego cũ verberibus à me abigerem. Et Aegidus, Hoc ergò fac, inquit, etiã huic tentationi. Rogauit autẽ cum frater, vt pro ipso oraret; atq; experrectus à somno, sensit se ab omni tẽtatione liberatũ. Erãt quandoquè simul fratres Aegidius, Ruffinus, Iuniperus & Simon. ait autẽ Aegidius: Quid faciemus, cùm tentationes carnis vos infestant? Frater Ruffinus dixit: Humi prostratus, commendo me Deo & sanctissimę matri eius. Iuniperus verò, Simul atquè sentio, inquit, ciusmodi tentationem, iubeo eam procùl abscedere, quòd hospitium meum iam occupatum sit. Tum Aegidius, Ego, inquit, tecum sentio. nam cum id genus tentationibus nulla expeditior pugna est, quàm vt fugias, nec cum ea contendas.

Remedia aduersùs tẽtationes carnis.

Fuit autem in Aegidio etiã prophetiæ spiritus, vti sequentia declarabunt. Venit aliquando ad eum quidã ordinis Prædicatorij valdè eruditus sacræ Theologiæ doctor, qui multis annis mirè vexatus fuerat hæsitatione quadam de perpetua matris Dei virginitate. Videbatur enim ei fieri non posse, vt simul mater esset & virgo. At Aegidius egregiè illuminatũ, & sępiùs rapi in Deum, itaq; statuit ire ad eum, confidens ab homine diuinitùs illustrato de hac quæstione doceri. Audierat verò fratrẽ Acciam hoc dolebat ei plurimùm, vtpotè viro benè catholico, isthęc hęsitatio, cupiebatq; eius fermonibus hac ambiguitate se liberatũ iri. Cùm autem iam esset in via, Aegidius spiritu cognouit & tentationẽ & aduẽtum eius, procedensq; ei obuiàm, prius-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Obserua hic res admiratione dignas.

quàm quicquã diceret, baculo terrã percussit, & ait: Frater Prædicator, S. MARIA virgo est ante partum. moxque illic ortum est elegans lilium. Iterùm humum cadens, Frater Prædicator, inquit, S. MARIA virgo est in partu. & confestim alterum erupit lilium. Tertiò solum feriens, F. Prædicator, ait, S. MARIA virgo est post partum. simulque tertium enatum est lilium. Mox autem Aegidius aufugit, & Doctor ille curatus est. Postquàm autem didicit eum fuisse Aegidium, multo deincèps amore & illum & Ordinem eius complexus est.

Habentur hæc etiam in Vita S. Ludouici regis, 25 Augusti, Tõ. 4.

Statuerat aliquandò sanctus Ludouicus Francorum rex susc̃ipere peregrinationem, & loca sacra visere. Audiens verò de eximia & admiranda F. Aegidij sanctitate, decreuit illum adire. Itaque Perusiam se contulit, vbi illum esse cognorat. Cumque ad monasterij portam venisset ceu ignotus quidam peregrinus cum paucis familiaribus, rogabat vbi F. Aegidius esset, nihil de se indicans ostiario. Is autem dixit Aegidio, peregrinum præ foribus cupere ipsi loqui. Actutùm verò spiritu cognouit Aegidius eum regem Franciæ esse, celeriterque ad illum accurrit. dixitque hominem ebrium esse. Vbi in mutuos venêre conspectus, seseinter se complexi sunt perquàm hilariter, acsi longa inter ipsos intercessisset familiaritas. Atque ita stabant simul ad portam cum multa eximij amoris significatione, tametsi neutre quicquam alteri loqueretur. Tandèm à se taciti discesserunt. Aegidium autem ad cellulam suam redeuntem, quidam frater rogauit, quisnam ille fuisset peregrinus, qui tot erga ipsum beneuolentiæ signa ostendisset. Respondit ille, Ludouicum Christianissimum Galliarum fuisse regem. Valdè autẽ contristati & pudefacti fratres, quòd Aegidius tanto principi nihil esset locutus, dixerunt ei: En venit ad te, visendum è Gallijs tam potens rex: & qua causa ei ne vnum quidem verbũ fundere voluisti? Mox Aegidius, Nè miremini, inquit, fratres mei, nihil me cum illo regẽ locutũ. Nam simul atquè in mutuos amplexus & oscula ruimus, tanta diuinæ sapientiæ luce perfusi sumus, vt alteri alterius pateret cor, & taciti videremus, quicquid inuicèm ore prompturi eramus, idq; longè meliùs quàm vel dicere vel audire extrinsecùs potuissemus. Quæ autem illicà Domino audiuimus, ea nullo vocis sono exprimere possimus ob humanæ linguæ defectũ, quę Dei arcana explicare non potest, nisì per figurarũ inuolucra. Quòd si inter nos ore locuti essemus, intùs nobis ipsis impedimento fuissemus. Noueritis igitur, fratres dilectissimi, regem illum Franciæ maiori intùs consolatione affectum esse, quàm vel ego dicere, vel vos expere queatis: nosque à nobis cum ingenti animorum gaudio discessisse.

Diuina sapientia mirè illustratut F. Aegidius.

Etsi autem F. Aegidius literis instructus non erat, (fuit enim laicus vel conuersus, vt vocant) at tamen diuinæ sapientiæ splendoribus adeò illustratus fuit, vt eam diuinis literis eruditos excelleret. Dixit aliquandò ad S. Bonauenturam, ministrum generalem, virum insigniter doctum: Multis te, reuerende pater, gratiæ suæ donis auxit præpotens Deus. Nos verò simplices & idiotæ quidnam faciemus, vt salui esse queamus? Respondit S. Bonauentura: Etiamsì nullam aliam hominem gratiam conferret Deus, nisì vt ipsum diligeret, sufficeret ei ad obtinendam salutem. Et Aegidius: Potest ne, inquit, homo indoctus æquè atquè doctus diligere Deum? S. Bonauentura respondente, posse etiam simplicem aniculam non minùs diligere Deum, quàm sacræ Theologiæ benè doctum doctorem: F. Aegidius exiliens feruenti spiritu, in hortum ingressus est, stansque ab ea parte, quæ ciuitatem respicit, alta voce clamauit: O vos pauperculæ, simplices & indoctæ anus, diligite Dominum Deum vestrum, poteritisque maiores effici, quàm sit frater Bonauentura, qui est doctor celebris, & sacræ Theologiæ magister. sicque manstit illic immotus, trium horarum spatio raptus in spiritu.

Hæc hominis sunt ardentissimè amantis.

Duo fratres Dominicani venerũt ad inuisendum F. Aegidium, cumque inter se admodùm diuina miscerent colloquia, & oblata occasione alter ex eis diceret, S. Iohannem Euangelistam in sui Euangelij exordio sublimia & quæ comprehendi non possint, dixisse de Deo, Aegidius ait: Immò verò S. Iohannes pater? cùm testetur Augustinus, si sublimiùs esset locutus S. Iohannes, totum mundum eum capere non posse. Dicenti autem Dominicano, Quid tu loqueris

Universidad de Deusto
Biblioteca

care cogitandis & inquirendis rebus cælestibus, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quandoquidem virium animæ acumen multiuariæ occupationes, tum etiam molestiæ terreni corporis multis retundunt & impediunt modis. Constat ergò Guarde frater, te non rectè locutum. Atque hoc pacto omnes Guardi quæstiones & rationes dissoluit, ità vt tandèm ex animo culpam ille suam ediceret, fateretur-que posse aliquid creaturam. Tum verò F Aegidius, Iam, inquit, syncera est culpæ tuæ enunciatio. Vis'ne autem etiam apertiùs doceri, quippiam posse creaturam? simulque sursùm assendens, exclamauit voce terribili: O vos apud inferos damnati. Respondit autē sibijpsi voce valdè miserabili ex persona damnatorum, tre-

Cur damnati iuuant pœnas sempiternas.

mens & gemens, adeò vt terrore afficerentur omnes, clamauitque: Eheu, vę nobis, væ nobis. Deindè in sua persona loquens, Dicite nobis, inquit, qua causa ruistis in tartarum? atque ipse sibi respondit: Quòd non abstinuimus à malo, quod vitare potuissemus: bonumque, quod facere poteramus, negleximus. Rursùs ex persona sua, O vos miseri, perditi & damnationi addicti, quidnam facturi essetis, si vlla vobis posset obtingere agendæ pœnitentiæ facultas? & respondit: Libenter totius orbis terrarum humum sensim fodiendo egereremus, si liceret pœnas euadere, nullum vnquàm eheu finem habituras. Eius enim laboris tamen esset aliquandò finis, sup plicia nostra sunt sempiterna. Tum ad F. Guardum versus Aegidius, Audis, inquit, Guarde, posse aliquid creaturam? subijciensque, Dic mihi, ait, Guarde frater, gutta aquæ incidens in mare affert'ne mari nomen suum, vel potiùs mutatur in illud? Guardo respondente, substantiā & nomen guttulę absorberi à mari, eiusque appellari nomine: F. Aegidius coram omnibus passus est ecstasim. dicebat enim de na-

Facilè patitur ecstasim.

tura humana, quæ diuinæ essentiæ comparata, est instàr guttulæ ad vniuersum mare collatæ.

Postquàm autē Dei seruus F. Aegidius strenuè excoluerat vitam actuosam, cuius typus fuit Lia, lippis oculis, portionis sensitiuæ passiones & perturbationes edo-

Gen. 29.

mando: ad Rachelis, id est, vitæ cōtemplatiuæ amplexus se contulit: quæ quidem scribitur fuisse decora facie & venusto adspectu. Atque ità totum se accōmodauit perfectæ tranquillitati & serenitati pectoris sui, sustulitq; eum omnipotens Deus ad eam cōtemplationis sublimitatem, ad quam ea tempestate vix aliū quenquam. Cùm iam sex annis fuisset cōuersus ad Deū, ageretq; extra Perusiā in eremitorio Sa-

Anima eius rapitur extra corpus.

brionensi, quadā nocte pijs vacantem precibus, adeò cum Deus suauitate & contemplatione repleuit, vt putaret animā è corpore migraturā. Senfit enim mori corpus primò pedes, ac deindè cętera membra, donèc anima excessit è corpore. A corpore autē egressa, mirè delectabatur contemplatione ingentis pulchritudinis suæ, cuius enim subtilis admodùm & luculēta, suprà quàm vllus capiat humanus intellectus, vti ipse sub mortem suā retulit. Rapta indè est illa sancta anima ad arcana cœlitus contemplanda, quæ tamen nulli vnquàm voluit expressè reuelare, dicens beatum eum esse, qui secreta Dei benè conseruare nôrit. At paulò pòst, nè magnitudo revelationum extolleret eum, cùm in cella oraret, apparuit ei dæmon specie tam horrenda, vt præ terrore loquendi facultatem propè amitteret. Tum humi se prosternens, corde implorauit auxilium Dei (ore enim loqui non poterat) ac deindè liberatus est. Expertus tum fuit verissimè dixisse beatum Franciscum, satanæ formam

Fotmæ dæmonū horridissimę.

tam esse immanem & horridam, vt nemo ad spatium Dominicæ precationis possit cum salua vita intueri, nisi diuinitùs confirmetur.

Triduo ante Christi natalem, cùm esset in Tuscia eo loco, quem Sethonam vocant, ieiunâssetque diebus quadraginta, quod S. Martini ieiuniū appellant, nocte in preces incumbenti apparuit Dominus Iesus, viditq; eum oculis corporis: præter humanitatē eius, oculis internis quiddā vidit ineffabile, quod nec posset ausus esset explicare. Durauit autem hęc apparitio per interualla ad dies tredecim, sed cùm humana imbecillitas incomprehensam illā claritatem ferre non posset, studiosè rogauit Dominū, nè tanto onere ipsum afficeret, ei ferendo inidoneum, quippè qui homo peccator, rusticus, plumbeus & rudis esset. At quanto ille se censebat indigniorem, tanto in illo magis cumulabat Deus gratiam suam. Postea-

Christus ei apparet.

quàm autem apparitionem & crebrò & facilè ac subitò mentis patiebatur excessus, manstitque deincèps admodùm solitarius, parumque exibat è cellula sua, ut

Familiares ei sunt mentis excessus.

gratiam diuinitùs acceptam fideliter conseruaret, prorsùs vitans sermones ociosos & murmura. Totiès verò rapiebatur in Deū, quotiès aliquid audiret vel de

Deo, vel de gloria cælesti, aut paradisi amœnitate: manebatque eodem loco immotus. Itaque pueri & opiliones, ab alijs docti, cùm eum viderent, clamabant, Paradisus, paradisus. Id verò ille audiens, mox sursùm rapiebatur. Quam ob cau-

sam fratres cum illo collocuturi, cauebant nè paradisi mentionem facerent, veriti nè eius colloquio priuarentur. Et ipse Aegidius ab omni se hominum conuersatione subducebat, non modò secularium, sed etiam fratrum, dicebatque eum qui benè ageret negocium animæ suæ, etiam accuratiùs aliorum saluti consulturum: parua autem negligētia & exigua culpa posse magnam amitti gratiam, quæ posteà recuperari vix queat.

F. Iacobus à Massa.

F. Iacobus à Massa, laicus valdè deuotus & pius, qui solebat apud S. Claram degere, singulari quadam contemplationis gratia à Deo donatus fuit: cumque crebros pateretur mentis excessus, nec sibijpsi fideret, fratrem Aegidium consuluit, quid agendum ipsi esset ea gratia arridente. Fratre autem Aegidio dicente, vt neq; adderet quicquam, nec demeret, & quoàd posset fugeret multitudinem: ille rursùs petijt hæc sibi clariùs explicari. Tum Aegidius: Quandò, inquit, mens apta est in præsentiam diuinæ bonitatis lucem rapi & introduci, nihil ea vel addere debet per temeritatem, vel demere per negligentiam: amare autem, quantùm fieri potest, solicitudinem, vt ad Dei gloriam eius gratia custodiatur: hoc est: non tu tibi eius modi adscribes gratiam, nec pro tuo arbitratu certum illi tempus accommodabis: sed cum te senties permoueri diuinitùs, præstò eris Domino tuo, eique te promptum exhibebis & offeres. Pro viribus autem declinabis hominum frequentiam, neque ea die solus manens, exclusis ab animo ijs omnibus, quæ bona non sint: atque ità in virtutibus progredieris.

In ea, quam diximus, apparitione Christi, & Aegidij raptu admiranda ei fuēre diuinitùs reuelata. Vidit enim ipsam Dei essentiam, & propter certam Dei cognitionem, quæ ei tunc collata fuit, fide adeò fuit destitutus, vt dicere soleret, si Missa cantanda ei esset, non se dicturum, Credo, in Deum, sed, Cognosco Deum, factorem cæli & terræ: quippè quem ego ipse vidi. Fides autem de ijs rebus est, quæ non cadunt sub adspectum, nec tamen dubitatur, quin sint. Sed hæc fides tum desinet, cum Deum in cælis videbimus, sicuti est. Fuit verò Aegidius raptus extra corpus in tertium cælum, vbi cum Apostolo, multa didicit arcana & occulta sapientiæ Dei. Solebat autem dicere, se quatèr esse natum: Primò ex matre: deindè in baptismo: tertiò in monasticæ vitæ professione: quartò cùm sic ei Christus se visendum præbuit. Semper admodùm iucundus & hilaris fuit: sed ei summoperè dolebat, quòd sustentandi corporis cura aliqua suscipienda ei esset: cupiebatque folijs arborum vesci, vt posset vitare hominum conuersationem. Diebus Dominicis & solennibus sacram percipiebat Eucharistiam cum multa deuotione, atque illos dies totos impendebat precibus & sanctis meditationibus. Porrò præeximia fide ac pietate, Ecclesiastica sacramenta & ius Pontificium non mediocri reuerentia prosequebatur: cumque audiret quippiam referri ex decretis & constitutionibus Ecclesiasticis, valdè id cōmendabat, dicebatque: Nos indocti & miseri non agnoscimus bonitatē tuam ó sancta Romana Ecclesia. Tu enim doces nos viam salutis: tu viam paras & munis, qua ad sempiternam gloriam proficiscamur. Venerunt quandoquè ad eum duo Cardinales, vt audirent spiritales & vitales sermones eius. Iam enim sanctitatis eius fama apud omnes peruulgata erat. Postquàm autem familiariter cum eo fuēre collocuti, rogabant eum, vt pro ipsis oraret. At ille, Ecquid opus est, inquit, reuerendissimi domini, orare me pro vobis, quandò multò maiori vos fide & spe prædi ti estis, atque ego? Illis sciscitantibus, quinam id fieri posset: Aegidius respondit: Vos in tantis opibus, honoribus & prosperis successibus putatis vos saluos fore, cùm ego in miseria & rebus duris atque aduersis me damnatum iri formidem. Quibus verbis Cardinales non mediocriter ædificati, ea in animos suos demiserunt.

Septem quædam huic beato viro inerant, quibus ad perfectionis culmen perductus est. Primum fuit fides firma & constans. Secundum, ingens animi pietas & deuotio. Tertium, erga alios reuerentia. Quartum humanitas, benignitas & condolentia. Quintum, multa solicitudo. Sextum, eximia obedientia. Septimum, non mediocris erga Deum & homines pro acceptis beneficijs gratitudo. Sub finē vitæ, cùm iam in Ordine Minorū fuisset annis quinquagintaduobus, molestissimas sen-

Vide quantum tribuit Pontificum decretis, & Romanæ Ecclesiæ.

Mira ei diuinitùs reuelantur.

Septem eius præclaræ virtutes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sub vitæ finē infestos sentit dæmones.

sit maligni dæmonis vexationes. Cùm enim nocte quadam oraret, & post preces vellet quieti se dare, teterrimus dæmon in locum quendam adeò angustum eum deposuit, vt nec ipse mouere se posset, nec socius eum indè extrahere: sola Dei gratia indè emersit. Sæpè adeò molestum & infestum se ei præbuit satan, vt nonnunquàm fratrum opem imploraret. Vesperi se ad cellulam suam conferens, Nunc, inquit, imus ad cruces & certamina. Morte appropinquante, tātam ei debilitatem attulit febris, tussis, alijque morbi, vt neque somnum neque cibum posset capere. A fratribus autem ad lectum quendam deportatus fuit, alicuius quietis & cómoditatis captandæ causa. Pridiè autem eius diei, quo S. Georgij feriæ celebrantur, cùm nocte à fratribus esset in eo lecto depositus, & Perusini apud eum excubias agerent, vt sacrum eius corpus post obitum sibi retinerent, cuidam illic adstanti fratri ait: Dicito Perusinis, eos vel propter miracula mea, vel ob meī in Sanctos relationem siue canonizationem nullam vnquàm pulsaturos campanam: nec aliud eis datum iri signum, nisi Ionæ prophetæ. Deindè quietissimus & placidissimus in

Felicissimè decedit è vita.

lectulo decūbens, clausis oculis & ore, absque vlla membrorū valida protractione aut commotione beatissimum reddidit spiritum eodem die, quo ante annos quinquagintaduos à S. Francisco habitum monasticum acceperat, putà ipsis S. Georgij martyris ferijs. Eius animam vidit sancta quædam persona cum multorū fratrum aliorumque animabus, è purgatorio dimissis, ad cælos euolare, Christumque ei venire obuiàm, & admodùm honorificè eum amplexari, adhibito cantu suauissimo, omnes cælestis patriæ regiones efficaciter penetrante.

Quo autem tempore in lectulo decumbebat ægrotus, etiam quidam Dominicanus frater in suo decubuit monasterio, eademque hora obijt, qua Aegidius. Apparuit autem post mortem cuidam fratri, summo eius amico, aitq; valdè benè secum agi. Cùm enim, inquit, abirem è corpore, quidā frater Minorita Aegidius decessit: cui ob eius eximiam sanctitatem id prestitit Deus, vt multas è purgatorio animas secum in cælum posset abducere. Patiebar ego tum dira supplicia, sed eius meritis cuasi, atque his dictis, disparuit. Frater autem, cui apparuerat, hæc alijs indicare nolens, subitò grauissimo correptus morbo est: sed cōfitens ea causa id accidisse, quòd noluisset sancti fratris Aegidij gloriam & virtutem euulgare, petensque accitum Franciscanos, tum Dominicanos fratres, postquàm hæc eis enarrauit, confestim sanatus est. Obijt autem F. Aegidius anno salutis millesimo ducentesimo octogesimotertio. Porrò Perusini dum saxū inquirunt, vndè eius condant monumentum,

Impletur eius prophetia.

sepulcrum marmoreum reperiunt, in quo historia Ionæ sculpta erat. In eo igitur reposuerunt corpus eius, sicut ille sub mortem prædixerat. Sepultus est extra Perusiam in monte, in monasterio Franciscanorum, & multis claruit miraculis. S. Bo-

S. Bonauenturæ de illo testimoniū.

nauentura doctor eximius de eo dicere solebat, præstitum illi à Deo, vt pluribus efficaciter opitulari eis, qui ad animæ suæ salutem inuocent eum: idemque Bonauentura gratias agebat Deo, se in ea incidisse tempora, quibus sanctissimum hunc F. Aegidium & alloqui & videre potuisset.

Etsi autem doctus humanitùs non fuit Aegidius, at tamen propter sublimem mentis excessum, quo fertur raptus in tertium cælum, multa dicere cōsueuit vtilia & salutaria. Frater quidam conquerebatur ei, quòd adeò compelleretur extemplo vacare laboribus, vt vix posset persoluere preces suas: dicebatq; se propterea velle petere eremitorium, vt posset illic Domino in pace & tranquillitate seruire. Respondit ei Aegidius: Si eas ad Francorum regem, dicasque ei vt numeret tibi mille argenti libras, putas'ne iure illum dicturum tibi, te quibusdam agitari furijs talia ab ipso petentem, cùm nullam sibi nauaueris operam? Si verò magnos quosdam & arduos eius causa exantlâris labores, qui tali sint præmio digni, fidenter iam & meritò tātam pecuniæ vim ab eo possis exigere. Si vis igitur in precibus tuis audiri

Meritum obedientiæ.

à Deo, primùm illius causa laborandum tibi erit. Longè autem plus meriti habet vnum opus bonum pro alterius factum voluntate, quàm duo pro propria. Si quis tibi restituat manus, oculos, aut alia, quibus orbatus sis, membra, cupidè sanè illi

2

tota vita tua inseruies, nè eius beneficijs ingratus habearis. Et eccè preporens Deus dedit nobis manus, pedes, oculos, cuncta & spiritalia, & temporaria & corporalia bona, nec tamen illi inseruire volumus.

Dixit ei frater quidam, se multùm laborare pro deuotionis gratia promerenda, nec se illam tamen adipisci. Cui Aegidius: Culpam, inquit, confitere tuam. Ille enim

enim, cuius ditione omnia continentur, quod hodiè non confert, cras fortassis largietur. Tu igitur hoc vnum duntaxàt cures, vt Domino fideliter seruias. Nam etiamsi quis à primis mundi initijs vsque ad supremum eius diem viuat, faciatque quicquid potest boni, non tamen possit ex se minimam Dei promereri bonitatem. Esca quidem parata est, sed non est, qui velit accipere. Alteri cuidam percunctanti, quo pacto tentationes effugeret, respondit, Tentationes fugere volēs, ipsum cælum fugit. Non enim coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Alius frater rogauit, quidnam posset Deo gratissimum facere: Aegidius autem manè respondit illi cantans: Vnam, vni. nec quicquam his addebat. Dicente fratre, se nescire quid ea sibi velint, Vnam, inquit Aegidius, animam sine intermissione & absque medio vni Deo commendabis. 2. Tim 2.

F. Gratianus ait ad eum: Ego, mi pater, noui concionari, dare consilia, & alia bona opera facere: sed nescio tamen, quid potissimùm sequar. Quæso te dicas, quid tibi consultissimum videatur. Aegidius respondit: Nihil potes gratius facere Deo, quàm vt teipsum à collo suspendas. Perterrito illo ob huiusmodi sermonem, Aegidius ait: Qui suspensus est, non est ille quidem in cælo, at tamen terra superior est, semperq; deorsùm respicit. Sic & tu facias. Quandoquidem necdùm dantur tibi esse in cælo, mentem sursùm erigas ab his rebus caducis, exerceasque te in virtutum operibus, de teipso submissè sentiens, & Dei misericordiam constanter expectans. Facere quidē, sed sanctè dictum, si rectè intelligas.

Adolescens quidam dixit beato viro, velle se religiosum fieri, & monasterium ingredi. Tum ille: Si vis, inquit, isthuc facere, abi & quamprimùm iugula parentes tuos. Adolescens verò eiulans, Quonam, inquit, pacto tantum ego in me scelus possum admittere? Respondit Aegidius: Non ego te iubeo illos ferro necare, sed gladio spiritali. Qui enim non odit patrem suum & matrem, non potest effici Christi discipulus. Item aliud. Luc. 14.

Frater quidam tentationibus pressus, sæpè rogauerat Deum, vt ab ijs liberaretur, sed id frustrà. Indicauit id igitur beato Aegidio, qui sic ei respondit: Non mireris, frater mi, si permittit Deus te confligere cum hostibus, quandò tot ab illo affectus es gratiæ donis. Quanto enim potioribus armis rex instruit milites suos, tanto eos vult virilius dimicare. Scisciranti cuidā, qua ratione posset feruenter orare Deum, cor suum sentiens torpore & frigore affectum: ità ait Aegidius: Ponamus regem quendam habere duos fideles ministros, quorum alter armis munitus sit, alter inermis: mittere autem eum vtrunque, vt cum hostibus pugnam ineant. Armatus igitur ibit imperterritus ad certamen: inermis verò dicet regi suo: Vides, domine rex, me nullis tectum armis: at tamē amore tuî proficiscar ad pugnandū aduersùs inimicos tuos. Cernens autem rex tātam illius erga se fidem, dicet fatellitibus suis: Quòs paretis arma, quibus induatur fidissimus seruus meus, imprimatisque ei signum armaturæ meæ. Ità etiam, qui ad certamen orandi absque deuotionis gustu fidenter accedit, Deo prouidente, non frustrabitur rebus necessarijs. Non cessandum à precibus, etiam cùm nō sentitur deuotio.

Quodam illum consulente, num monasterium ingredi deberet, sic respondit: Si quis valdè inops sciret alicubi in agro reconditum thesaurum, putásne quæsiturum illum ab aliquo, an eum thesaurū effodere deberet? Quanto ergò magis perare debent homines, vt reperiant vitæ æternæ thesaurum? Tum ille consilijs eius patens, relictis omnibus, factus est monachus.

Rogauit aliquandò Aegidius Iureconsultum quendam benè eruditum, crederet ne præclara esse & eximia Dei dona. Illo respondente, se sic sentire. Aegidius ait: Ego verò testatum efficiam, te id non credere. Dic mihi, quanti estimes omnes facultates tuas. Ait ille: Valent fortasis mille pondo. Tum Aegidius, Iam ergò ostendam, inquit, te non nisi ore credere. Si tu his mille pondo possis tibi cōparare centum millia, grande sanè lucrum feceris: at tamen nolles hæc dare pro regno cælorum, cælestia enim tu pro nihilo ducis. Contrà Iureconsultus: Putas tu, ait, tantum quenque operari, quantum credit? Respondit Aegidius: Si benè & rectè tu crederes, etiam bonis operibus deditus esses: sicut & sancti omnes, qui bonorum operum valdè studiosi fuêre. Quæ si re ipsa perficere non potuerunt, affectu & desiderio effecerunt, sanctumq; desiderium defectum operis suppleuit. Si quis vera perfectaq; esset fide præditus, is ad talem pertingeret statū, in quo ei plena securitas præstaretur. Qui verò summū illud atque æternum expectat bonū, quid illi possit malum Viua & feruens fides hic accipienda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

malum officere? & qui æternis se credit dedendum supplicijs, quid illi possit conferre bonum? nec tamen debet vnquàm peccator, dum est in viuis, diuinam desperare misericordiam. Vt enim nulla tam est spinosa aut nodosa arbor, quæ non possit fabrorum arte plana & elegans effici: ità nullus est tam flagitiosus peccator, quem non possit ornare Deus gratia & virtutibus suis.

Nunquàm desperandũ

Interrogatus quandoquè frater Aegidius à quodam, quidnam facere deberet, quandoquidem & benè agens, animo efferri se sentiret, & malè agens, maiori afficeretur animi mœrore, & propemodùm desperaret: ità ei respõdit: Optimè facis, si te peccâsse doleas: sed tamen etiam huic dolori adhibendus est modus, cogitandúmque Dei potentiam longè propensiorem esse ad miserendum, quàm infirmitas tua fuerit ad peccandum. Quòd si agricola cogitet, Si quidem sementem fecero, volucres cæli & bestiæ terræ & semen & fruges comedent: nunquàm seminare ausus erit, nec habebit quod comedat: At sapiens agricola serit tempore suo, ac deindè colligit annonam. Non sunt igitur propter vanam gloriam bona omittenda opera. si enim ea displicet, semper & maxima & potissima operum portio permanet ea facienti.

Vita monastica quàm tutior sit seculari.

Alio quodam ex ipso perquirente, possit'ne diuinam sibi conciliare gratiam, qui in seculo permaneat: ità ait: Potest quidem, sed mallem ego gratiam vnam in monasterio, quàm decem in seculo. Quæ enim in monasterio obtinetur gratia, ea & crescit facilè, & benè custoditur: quòd is, qui monasticum sectatur institutum, ab omni mundi strepitu & sõlicitudine perturbante, quæ magnum adferunt gratiæ impedimentum, seiunctus sit: alijque fratres pijs adhortationibus & sanctis exemplis à malo eum retrahant, & ad bonum incitent. Porrò gratia, quæ in seculo percipitur, & citò solet amitti, & ægrè conseruatur: quòd mundanarum tentationum sollicitudo, quæ est perturbationum & inquietudinum parens, diuinæ gratiæ & impediat & perdat suauitatem: tum quoquè alij seculo dediti homines pestiferis suasionibus & pernicioſis exemplis eum, qui diuina gratia prædituſ est, à bono

Mundi malitia.

reuocent, fortiterque impellant ad perpetranda mala. Si quis enim velit rectè & inculpatè se gerere, eum non modò non adiutant, sed irridentetiam: Dei autem inimicos tantum abest vt reprehendant, vt etiam efferant & extollant. Satius est igitur vna potiri gratia in libertate, quàm decem in ciusmodi timoribus & periculis.

Frater quidam rogauit Aegidium, vt pro ipso Dominum deprecaretur. Cui Aegidius, Tu verò, inquit, ora pro teipso. Quid enim alium pro te mittis, & tu interim desides, cùm possis ipse iter facere? Illo dicente, se peccatorem esse, Aegidius autem Dei amicum, atque ea causa posse fidenter & pro se & pro alijs deprecari: Aegidius respondit: Frater mi, si omnes vrbis huius plateæ auro & argento plenæ essent, proclamatumque foret, licere cuilibet illud auferre, alium'ne pro te nuncium ablegaturus esses, qui tuo nomine id tolleret? Puto equidẽ teipsum iturum, nec satis fiiturum alteri. Ità nimirùm Deus totum implet mundum, & potest nihil ab vnoquolibet. Tu igitur ipsus eum adito, nec alium pro te mittas.

Hęc vir sanctus modestiæ causa dicit, nõ contra inuocationẽ Sanctorum.

Nobilis quidam conuersus ad Deum, factus est Franciscanus. Cum hoc magna intercessit fratri Aegidio cõsuetudo & familiaritas, cùm esset in seculo. Postquam autem religiosus factus est, nullam ei Aegidius voluit peculiarem exhibere familiaritatem, vt antè cõsueuerat, sed ait illi: Frater charissime, nos vnius eiusdemque familiæ sumus, vnique Domino pariter famulamur. Mihi autem incompertum est, an gratum sit Deo, vt sic illi seruias, quemadmodùm ego te hortari velim. Fortasis enim me hoc vel illud monente, illi visum erit aliud abs te exigere. Itaque non sum ego deinceps solicitus de te, missamque facio omnem singularem ergà familiaritatem, qualis mihi solebat esse tecum, cùm secularis esses.

AVREA F. AEGIDII DICTA: PRIMO, DE VIA SALUTIS & perfectionis, & de fide atque charitate.

SOlebat dicere F. Aegidius: Si seruari vis, non reposcas à creaturis rationem eorum, quæ tibi eueniunt. Si salvus esse cupis, summoperè fugias honorem & consolationem omnem, quæ possit percipi ex creaturis. Satanæ quidem consolationes multò & subtiliores & deteriores sunt, quàm eius tẽtationes, nec rarò impellunt hominem in ruinam grauiorem, quàm afflictiones. Omnis ra-

na ingens, quęuis grandia pericula eò ferè accidunt, quòd vertex nimiùm erigitur: sicut è diuerso bona omnia conciliat capitis submissio. Væ autem illis, qui etiam ob sua maleficia honore affici volunt. Si meministi te creatorem offendisse tuum, debes aduersa omnia à quouis illata ferre patienter. nec enim iure potes de illo conqueri. Si quis tecum contendat, cedas illi, & victor abibis: alioquì vbì vicisse te arbitraberis, ad extremum victum te senties. Si vis benè & acutè cernere, erue tibi oculos: si vis audire perfectè, obtura aures, vt sis surdus. Si vis rectè & præclarè loqui, præcide tibi linguam, vt obmutescas. Si vis probè efficere omnia opera tua, amputa manus tuas. Si cupis esse mẽbris omnibus integer & perfectus, mutiles ea. Si vis benè viuere, mortifica teipsum. Si vis benè edere, ieiunes. Si cupis dormire benè, vigiles. Si cupis lucrari benè, da operam vt perdas. Sapientissimus profectò est, qui sic facit: sed non omnibus id studio est. Sunt autem hæc accipienda spiritaliter. Gratia Dei & virtutes instàr scalę sunt & vię, qua cælum scandatur: vitia aũt & peccata via sunt, qua deorsùm eatur. Peccata virus sunt, virtutes & bona opera theriaca. Gratia alia aliam adducit, & vitium sibi adiungit vitium. Gratia laudem sui respuit, vitium non fert sui contemptum. Animus in humilitate acquiescit, & humilitatis filia est patientia. Cordis puritas cernit Deum, dcuotio eum comedit. Si diligis, diligéris. Si times, timeberis. Si seruis, seruietur tibi. Si te rectè gesseris egà alios, idem ab illis expectabis. Beatus autem ille est, qui sic diligit, vt tamen non cupiat redamari: beatus qui sic timet, vt timeri nolit: qui inseruit alijs, nec appetit sibi inseruiri: qui erga alios probè se gerit, nec optat idem sibi præstari ab illis. Hæc autem cùm sint sublimia & præclara, stulti & vecordes ad ea non pertingunt. Tria quædam sunt eximia & frugifera, quibus quisquis præditus est, is malè corruere non potest. Primum est, afflictionem omnem ferre animo libenti atque sedato. Alterum, ex bonis omnibus, quæ quis faciat aut percipiat, humiliorem atque submissiorem fieri. Tertium, feruenter amare bona illa, quæ sub adspectum corporeum non cadunt. Ea, quæ homines mundani magìs fastidiunt & respuunt, apud Deum & sanctos eius maiori in precio sunt. Homines miseri quæ amare debuerant, ea habent odio: & quæ odisse eos oportebat, ea diligunt. Sciscitabatur aliquandò F. Aegidius ex fratre quodam, num bona esset anima præditus. Illo dicente, se id nescire, Aegidius ait: Sancta contritio, sancta humilitas, sancta charitas, sancta lætitia, sancta deuotio animam faciunt sanctam & bonam.

Peccator non habet vndè conqueratur, licèt afflictus

Gratia. Virtutes. Peccata.

Tria seruãt à ruina.

Hominum cæcitas.

De Fide.

QVicquid cogitari, dici, conspici & tangi potest, non est comparandũ cum illis, quæ nec cogitari, nec dici, nec tactu percipi possunt. Sapientes & sancti omnes, quotquot fuêre, sunt & erunt, qui vel locuti sunt, vel loquentur de Deo, nunquàm explicare potuerunt aut poterunt, quid sit Deus, prout ille re uera est: immò dicta eorum omnia vel milliès minora sunt Deo, quàm acies acús vnius cælo, terra, & omnibus, quæ ijs continentur, minor est. Atque adeò vniuersa scriptura sacra quasi balbutiens nobis loquitur, quemadmodùm solent matres balbutire cum infantibus suis, ipsas alioquì non intelleguris.

Deus incõpræhensibilis.

De Dilectione Dei & proximi.

CHaritas virtutes omnes antecellit. Beatus ille, qui non satiatur ijs rebus, quas perpetuò debet appetere. Dixit aliquandò F. Aegidius cuidam speciali amico suo: Putas'ne te mihi charũ esse? Illo dicẽte, se sic existimare, Aegidius ait: Non tibi persuadeas te à me diligi. Solus enim Deus conditor noster amat creaturas suas, nec conferendus est amor noster cum illius amore. Alius frater rogabat Aegidium, quid sibi velit, quod propheta ait, Omnis amicus fraudulenter incedet. Cui ille sic respondit: Fraudulentus ego sum in te, quòd bonum tuum non efficio vt sit meum. Quanto enim magìs id ego studeo, vt tuum bonum meum sit, tanto minùs in te fraudulentus sum: & quo quisque plùs lætatur alterius virtutibus, eo illarum erit magìs particeps: sicut è diuerso quanto quis plùs gaudet alterius malis, tanto quoquè eorum fit ampliùs particeps. Itaque si vis mortalium omnium participare virtutes, eorum fac virtutibus læteris. Ità enim fiet, vt aliorum virtutes tuæ sint, si tibi placeant: aliorum quoquè vitia nos cautos reddant, si displiceant. Atque hæc est salutis via, aliorũ virtutibus gratulari,

Quantùm nos amet Deus. Ierem. 9.

Virtutes alienorum vt suãt nostræ.

vitijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

vitijs mœrere: de omnibus sentire benè, de seipso malè: honorem habere alijs, seipsum pro nihilo putare. Quisquis enim non vult honorare alios, nec ipse honorabitur: & qui ignorat, ignorabitur: qui fatigari non vult, nec requie potietur. 1. Cor. 14. Exercitium vtilissimum Labor omnium fructuosissimus est, benignitati ac pietati siue cultui diuino dedi-tum esse. Quicquid absque charitate fit, nec Deo, nec sanctis eius gratum est. Rebus suis fit homo inops, diuinis autem rebus locuples. Debet igitur res eligere diuinas, & contemnere suas. Nihil præstabilius est, quàm gratum esse donis Dei, & sese ob suam malitiam scire reprehendere. Vellem equidem me in hac studuisse schola ab ipso mundi exordio, & permitti mihi in ea studere vsque ad extremum mundi diem: puta, in consideratione & prædicatione beneficiorum Dei, & obiurgatione peccatorum meorum. nec tamen velim esse in gratijs agendis negligens. Videmus mendicos miris efferre laudibus illos, à quibus etiam parum accipiunt. Quales ergò nos oportet esse erga Deum nostrum? Multùm sanè ex animo ille nobis amandus est, qui nos ab omnibus vult seruare malis, & præstare nobis bona omnia.

De Humilitate.

Perditionis omnis causa superbia. AD cognitionem Dei nemo potest pertingere, nisi per humilitatem. Iter via sursùm contendere, descendere est. Perditio omnis, magnæ prolapsiones & casus omnes, qui in mundo acciderunt, non aliunde acciderunt, quàm ab erecta ceruice, vel elato capite. Patet hoc in illis, qui in ipso cœlo conditi sunt, itemque in Adamo, in Pharisæo, & in permultis alijs: Contrà verò multa facta sunt bona capitis summissione, vti potest animaduerti in sanctissima Dei matre, in publicano, in latrone, alijsque plurimis. Si attendas Dei bona, Luc. 18. & 23. iure potes semper demittere caput: si tua peccata consideres, habes vndè merito ceruicem inclines. Væ autem illi, qui etiam ob sua malefacta honorari vult. Sublimis ille humilitatis gradus est, si quis cognoscat seipsum semper esse contrarium bono suo. Est etiam ille quidam humilitatis gradus, si nolis retinere quod tuum non est, nec illud ceu tuum tibi vendices: hoc est: si soli Deo tribuas bona quæ habes, cuius etiam re vera sunt: & tibijpsi imputes malitiam tuam. Beatus ille est, qui coram hominibus tam se vilem ducit, quàm coram Deo vilem se existimat. Beatus Obedire alteri, quàm salutare. qui nunc seipsum iudicat: is enim ab alio iudicio immunis erit. Beatus, qui proximi iudicio & ex obedientia fideliter vitam ducit suam: quod sanè Apostoli secûre etiam postquàm repleti fuêre spiritu sancto. Qui pacem seruare vult, omnes debet sibi anteferre. Beatus, qui in verbis & moribus suis non cupit haberi alius quàm qualis ex Dei gratia est vocatus. Beatus, qui nouit diuinas celare reuelationes. nihil enim tam arcanum est, quod nolit reuelare Deus, cùm ei visum fuerit. totius orbis homo sanctissimus se censeat omnium pessimum, is planè humillimus. Humilitas loqui nescit, & patientia non est ausa loqui. Humilitas mihi fulmen instàr esse videtur, quod ferit terribiliter, nec vlla eius pòst existunt vestigia. Ira enim & humilitas dissipat omne malum, & odit peccata omnia, efficitque vt homo sese nihilipendat. Humilitate Dei conciliatur gratia, & pax cum proximo. Humilitas odit vitia. Quemadmodùm rex præpotens missurus filiam suam ad locum aliquem, non illam imponit equo fero, indomito atque contumaci, sed benè mansuefacto, & commodè gradienti: ità quoquè Deus gratiam non confert suam elatis, sed mansuetis & humilibus.

De Timore Dei.

Timoris Dei magna præconia. SAnctus Dei timor vitiosum pellit timorem, cõseruatque ac tuetur ea bona quæ nulla potest effari lingua, nulla mens cogitatione assequi. Timor Dei eximium Dei donum est, quo non omnes prædi ti sunt. Qui non timet, is parum habere videtur, quod possit amittere. Timor Domini regit & protegit hominem, Deique gratiam ei impetrat. Si quis Dei gratia prædi tus sit, timor Dei eam conseruat. si ea careat, timor eam illi obtinet. Creaturæ omnes rationales, quæ prolapsæ sunt, non essent lapsæ, si hoc dono instructæ fuissent. Sanctum hoc donum non nisi sanctorum hominum est: quanto que maior homini inest gratia, tanto humilior & sedatior est: nec ea virtus, quam quis minimè exercet, minor est alijs. Quisquis vsque eò offendit Deum, vt sit mortis reus, qua ille fronte audet in apparere coram illo? Beatus est, qui se sentit versari in hoc mundo tanquàm in carcere, quique semper veretur se offendere Dominum suum. Nusquàm licet homini in hoc mundo esse securo, vbi inter medios degit hostes. A teipso & tuî similibus semper serua teipsum. Hostis noster caro nostra est, quæ cum hoste tartareo semper oppugnat animam nostram. Semper igitur plùs formidãdum est homini, Quid maximè homini formidandum. nè à propria vincatur malitia, quàm quæcunque res alia huius mundi. Impossibile est Dei promereri gratiam, & in ea persenerare, nisi adsit solicitudo sancta & timor sanctus: quo timore qui destitutus est, certum habet suæ perditionis argumentum. Timor Dei facit hominem humiliter obedire, & ceruicem ad terram vsque sub obedientiæ iugum deponere. Quanto est in homine auctior Dei timor, tanto ille in precibus magis assiduus est. Qui verò sanctæ orationis gratiam adeptus est, non paruo Dei munere affectus est. Quantunuis magna videantur hominis opera, non hominum æstimatione metienda atque prædicanda sunt, sed bona Dei voluntate, & quatenùs ille ea commendat. Quod cùm nos lateat, vereri semper debemus omnia opera nostra. Gratia precandi.

De Patientia.

QVisquis Dei causa æquo animo libens patitur aduersa, is citò magnam obtinebit gratiam, & mundi huius dominus fiet, pedemque alterum in alio defiget seculo. Quicquid homo vel boni vel mali facit, sibijpsi id facit. Non debes igitur ira permoueri, si qua tibi ab alio irrogetur iniuria, sed potiùs dolere culpa illius. Quanto quis promptiori animo propter Deum fert iniurias & afflictiones, tanto apud illum maior est: quantoque imbecillior est & impatientior ad ferendum aliquid causa Dei, tanto apud illum minor est, nec cognoscit, quid sit Deus. Si quis malè de te loquatur, tu illi fer suppetias: si quis benè de te loquatur, in Deum id refundas. Aliorum dicta & facta laudibus efferas, tua verò imperes. Cùm aliquis tecum iurgatur, si vis abire victor, cedas illi. Quid causæ est, quod ægre ferimus afflictiones? Non concupiscimus medullitùs spirituales consolationes. Nullum tu iniuria afficias: si quis verò tibi iniuriam faciat, feras id humiliter & comiter propter amorem Dei, & in remissionem peccatorum tuorum. Longè præstabilius est & cõducibilius, magnam iniuriam Dei amore absque murmure perpeti, quàm centum famelicos homines quotidiè pascere, & multo tempore ieiunare vsq; in vesperam, donèc stellæ emicent in cælo. Ecquid verò prodest contemnere seipsum, & eneruare atque affligere corpus suum ieiunando, vigilando, precando, atque alijs modis castigando, si interìm ne vnam quidem possimus ferre à proximo illatam iniuriam: cùm tamen indè plus liceat obtinere præmij, quàm ex omnibus propria voluntate susceptis? Pati enim iniuriam absque murmure multò plùs peccata expiat, quàm largi lachrymarum imbres. Beatus est, qui sua peccata & Dei beneficia semper in oculis & in conspectu suo proponit. is enim placidè tolerat pressuras & angustias omnes, magnam indè cõsolationem habitu-ras. Beatus, qui nullam expetit consolationem ab vlla creatura, quæ sub cælo est. Qui sua semper peccata versat ob oculos, is nullâ afflictione frangitur. Quicquid habes boni, id Deo acceptum referes: molestias verò & afflictiones omnes peccatis tuis imputabis. Etiamsì quispiam bona illa omnia & fecisset & faceret, quę omnes vniuersi fecêre & facturi sunt, si tamen sese intùs benè inspiceret, comperiret seipsum semper bono suo cõtrarium. Frater quidam aliquandò percunctatus est ex Aegidio, quid faciendum esset, si multæ afflictiones ipsis acciderent: accepit autem eiusmodi ab eo responsum. Etiamsi Deus è cælo lapides & silices plueret, non possent tamen officere nobis, si tales essemus, quales esse deberemus. Si quis enim is fit, qui esse debet, mala & molesta omnia in bonum & in oblectationem ei verterentur. Sicut enim illi, qui peruersa est volũtate, bonum mutatur in malum: ità illi, cuius est bona voluntas, malum abit in bonum. Omnia magna tum bona, tum mala intùs in homine sunt, nec oculis cerni possunt. Mali dæmones ad nostrã infirmitatem, ad nostros labores & famem, omnemque proximis irrogatam iniuriam adhuolant. Si vis saluus fieri, nullam creaturam in ius voces. Sancti homines bona agunt, & mala patiuntur. Si agnoscis te offendisse Deum creatorem tuum, fatearis etiam dignum te esse, quem creaturæ omnes persequantur, vlciscanturque iniurias abs te illatas Domino tuo. Quicquid ab vlla creatura molestiæ tibi inferatur, id bono feres animo. neque enim poteris iure de quauis creatura conqueri, quandò benè commeruisti ab omnibus malè accipi & affligi. Præclara virtus est, vincere seipsum. qui enim victor est suî, omnes suos vicit hostes, & bona omnia

Iniuriã ferre placidè quàm gratum Deo.

Nulla aduersa nocẽt benè animo constitutis.

Nunquàm conquerendũ de alijs, nos affligentibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

consequeretur. Eximia is virtute præditus foret, qui se sineret vinci ab omnibus. talis enim mundi esset dominus. Si seruari vis, diligenter in id incumbas, vt deste- res consolationē omnem, quam vlla possit mortalis adferre creatura. Multò enim grauiores & periculosiores ruinas pariunt cōsolationes, quàm res aduersæ. Equus generosa est indole & habitudine. nam quātunuis incitato feratur cursu, at tamen sessor eius in quamlibet partem flectere eum potest, & quò vult cunque impellere. Ità sanè etiam homines alijs se in suo cursu gubernādos permittere deberent. Re- ligiosus quidam aliquandò querebatur grande quoddam obedientiæ onus sibi im- positum, sed dictum est ei à F. Aegidio: Amice, quanto plùs obmurmuras, tanto tibijpsi grauiorem efficis sarcinam: quo autem humiliùs obedientiæ præcepto te subdideris, eo & faciliùs & suauiùs feres. Non vis humiliari in hoc seculo, & re- men in futuro honorari vis. Laborem respuis, & quiete potiri vis. Perdere nihil vis, & lucrari te posse confidis: sed falleris planè. per ignominiam enim pertingi- tur ad gloriam, labore paratur quies, iactura peruenitur ad lucrum. Iam antiqui- tùs vulgò dici solet: Qui non vult dare quod amat, is non obtinebit quod desi- Luc.10. rat. Non mireris, si interdùm proximus te perturbet. Nam & Martha, alioqui be- na, voluit Dominum aduersùs sororem suam commouere, immeritò de illa con- querens. Accuratè semper des virtutibus & gratitudini operam, & pugna viriliter aduersùs vitia tua, sedatoque & forti animo feras pressuras, ignominiam, afflictio- nes & iniurias: quod non est aliud, quàm vt vincas teipsum. Parum enim est mul- tas Domino lucrari animas, nisi etiam teipsum vincas.

De sancta cordis solicitudine & alacritate siue vigilantia.

Virtus sine cura nō ob- tinetur.

HOmo ociosus, & animi alacritate ac vigilantia destitutus, & præsenti & futuro se priuat seculo, & neque sibi, neque alijs vtilis est. Fieri autem non potest, vt absque solicitudine & labore virtus obtineatur. Homo ætate iuuenis si laborem refugiat, regnum cælorum refugit. Sicut malū ocium ad mala omnia perducit, ità sancta quies & bonum ocium in cælum adducit. Iure quidem solicitum inprimis oporteret esse hominem ad fideliter conseruanda & uinitùs ipsi collata charismata, & ad ea in opus strenuè conferenda. Sæpè enim amittuntur fructus propter folia, & frumentum propter paleas. Plus est, benè ole- se custodire Dei dona, quàm ea adipisci. Nam etiamsi ea adeptus sis, si conseruare nescias, nunquàm locuples eris. Non est autem magnum, scire ea custodire, nec scire adipisci. Multi multa lucrantur, nec ditescunt tamen: quippè qui parta non custodiant. Plerique paulatim lucrantur, & fiunt opulenti, quòd nōrint seruare ea, quæ lucrati sunt. Quantam aquarum molem congereret Tyberis, si non cuo- Defidia ho- minum. nenter præterfluerent? Volunt homines à Deo mercedem habere immensam & infinitam, nec tamen volunt ei nisi ad mēsuram & ad certum tempus seruire. Qui sine fine & absq; modo amari & mercedem recipere vult, debet sine fine & absq; mensura seruire. Homo sua incuria & negligentia perdit perfectionem totam. Dixit quandoque F. Aegidius cuidam Romam ituro: Cùm fueris in itinere, non te occupes ijs, quę visurus es: sed noueris bonam monetam ab adulterina secer- Multi laque- dęmonum. re. Versutus admodùm est hostis noster, & diuersos passim per viam tetendit la- queos. Beatus est, qui pro Dei amore corpus suum frugiferum reddit, nec tamen pro ijs bonis, quæ facit, vllam in terris mercedem experit. Si quis dicat homi- egentissimo, Hanē rem ego triduo tibi commodo, vt possis ea lucrum facere (Ma- gnum enim licebit ea, si voles, thesaurum comparare) Si pauper ille id sciret, non dubitet ea libenter vsurum compendij sui causa? Nos corpus habemus nobis com- modatum: totum autem tempus vitæ nostræ est tridui instār, si ad æternitatē com- feras. Si vis rebus partis frui, da operam vt lucreris. Quòd si laborare nolis, non pertinges ad quietem. Si agri & vineæ omnes totius orbis terrarum vnius domini continerentur, nec tamen ab eo colerentur, quem, oro, ex ijs fructum percepturus esset? Si quis autem paruam habeat agrorum & vinearum portionem, eamque ne- nè colat, multos indè fructus colligit. Malè agere volenti rarò opùs est consilio- re: qui autem benè facere meditatur, multos consulit. Vulgi est dictum ludicrum, Volūtas bo- nā in opus cōferenda. Non est quòd apponas igni ollam tuam, spe fretus proximi tui. Non efficit ho- nem beatum sola bona voluntas, nisi ea bonis operibus declaretur. Ea enim causa Deus largitur hominigratiam suam, vt eam bónis operibus prosequatur. Quibus magno animi mœrore pressus rogauit F. Aegidium, vt ipsum cōsolaretur. Re-

dit autem ei Aegidius: Studeas benè viuere & benè agere, & Dominus te consola- bitur. Nisi enim quisque in seipso locum Deo præparet, nullam ex creaturis capiet consolationem. Ecquis tandem est, qui non & animæ, & corpori suo optimè con- fultum velit in hoc seculo? Et tamen nos neque animæ neque corporis vtilitati studemus. Possem equidem sanctè iurare, eum qui iugum Domini sibi vult leuius reddere, illud potiùs aggrauare: quique illud sibi aggrauet, leue id efficere. Qui futurum condidit seculum, is etiam præsentis est conditor: potestque ex ijs bonis, quæ in illo futuro confert seculo, quippiam etiam in præsenti largiri. Corpus au- tem etiam animæ bonis fruitur: siquidem & mala & bona animæ in corpus redun- dant. Dicente autē fratre quodam se fortasis priùs moriturum, quàm quicquam posset sentire boni: Aegidius respondit: Pelliones habent pellium notitiam, su- tores calceorum, ferrumque nōrunt fabri, & in sua quisque arte peritus est. Sed quinam potest eius artis quisquam habere notionem, quam non didicit? Putas tu magnos heroës in fatuos & amentes eximia conferre dona? Minimè id illi faciūt. Bona & ma- la opa quō perducant. Bona opera via sunt ad bona omnia: sicut malefacta via sunt ad mala omnia. Bea- tus ille est, cui nihil corū, quæ sub cęlo sunt, offendiculum præbet: sed ex omnibus, quæ vel videre vel audire contingit, studet effici melior, atque indè aliquid colli- get emolumenti, cuncta que in partem mitiorem interpretatur. Sæpè enim iudicia hominum longè alia sunt, atque Dei.

De mundi contemptu.

VAE illi, qui animum, desiderium, vires & facultates suas in res terrenas at- que caducas confert: coipso perdens sempiternum Dei regnum & bona semper mansura, quę præ illis vilibus negligit & postponit. Si ad singulas aquilæ in sublime volātis alas singulæ ædis S. Petri, quæ Romæ est, trabes appenderentur, non posset illa tam volare sublimiter. Multos ego video sudare, vt sua curent corpora: paucos in id incumbere, vt animas suas curent. Ecquis tan- Multi suam curant cuti- culam, ani- mas negli- gunt. tum suscipit laboris pro anima sua, quantum pro suis corporibus suscipiunt lapi- cidæ & qui metalla effodiunt? Hominem auarum iure comparaueris talpæ, qui hoc solum putat bonum, euertere humum & in ea demorari: cùm sint multa alia longe potiora, quæ is ignorat. Volucres cæli, bestiæ terræ & pisces maris rebus ne- cessarijs contenti sunt: sed cùm non possint homimem explere vllæ res terrenæ, quin plura semper concupiscat, satis indè apparet non eum ad hæc caduca & la- bentia conditum, sed ad alia præstantiora. Corpus propter animam factum est, & hic mundus inferior propter illum superiorem. Est autē eiusmodi ager hic mun- dus inferior, vt qui eius maiorem partem obtinet, idem obtineat deteriorem. So- lebat referre F. Aegidius, displicuisse S. Francisco in formicis curam illam ingētem, qua sibi victum parant: plùs verò delectatum cum fuisse volucribus, quòd non congregent in horrea sua. Corpus nostrum instār porci est, auidè ad lutum pro- pensantis, & in eo se volutantis. Caro nostra similis est scarabæo, quem delectat semper equinum versare stercus. Caro nostra tanquàm quidam satanæ pugil est. Solicitanti cuidā fratri, quo pacto vitari possint corporis vitia, sic respondit Aegi- dius: Qui vult aliò transferre saxa ingentia & trabes grandes, non tam viribus, quàm ingenio sibi vtendum putat. Ità & hìc faciendum est. Culpa omnis castitati officit. Est enim castitas ceu mundum speculum, quod tamē anhelitu obscuratur. Fieri non potest, vt Dei obtineat gratiam is, qui vitijs carnalibus delectatur. Itaque in omnem licēt partem te verses, non comperies aliud, nisi vt pugnes aduersùs carnem tuam, quæ te nocte ac die prodere vult. Eam qui vincit, omnes suos inimi- cos superat, & ad omne bonum pertingit. Dicebat etiam: Præ cunctis virtutibus ego castitatem eligerem. Quodam autem dicente, Est'ne charitas castitate præstan- tior? respondit: Quid est castitate castius? crebroque canebat: O sancta castitas, qualis es? qualis es? Certè talis es & tanta, qualem & quantam te homines stolidi non intelligunt. Roganti verò fratri, quid ipse diceret castitatem, Ego, ait, castita- tem voco, omnes sensus diuinæ gratiæ conseruare & custodire. Corporis vitia vt pos- sint vitari. Pugnādum cum carne. Castitatem maximi fe- cit Aegidi⁹.

De tentationum infestationibus.

MAgna gratia nec tranquillè retineri, nec durare sine tētationibus potest. Quò enim auctiori quis gratia præditus est, eò infestiores sentit dęmonū tentationes: nec tamen idcircò debet deesse gratiæ & donis Dei. Quò

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim est pugna acrior & difficilior, cò, si victor euaserit, corona erit illustrior. Quòd igitur non valdè nos impugnamur, ea ratio est, quòd tales non sumus, quales esse deberemus. Porrò recto gradienti itinere, nihil molestiam aut tædium affert. Mundi autem iter ingredientibus multa occurrunt molesta & plena tædij idque ad supremum vsque vitæ diem. Dicebat tum Aegidio frater quidam: Videris pugnantia dicere. Respondit ille: An non propensiùs hominem bona voluntate præditum tentant dæmones, quàm alium? Quæso te, si quis vendat res suas, vel milliès cariori precio, quàm sint, quam indè molestiam aut tædium putas ei accessurum? Ijs verbis quæstio illa dissoluta est. Aio igitur: Quanto quis virtutibus locupletior est, tanto acriùs oppugnatur, debetque accuratiùs sibi à vitijs cauere. Dixit quandoquè ei frater quidam: Valdè me infestat tentatio quædam haud vulgaris, sæpeque rogaui Dominum, vt ea me liberet, nec facit tamen. Respondit F. Aegidius: Quò rex quispiam milites suos potioribus instruit armis, eò vult viriliùs illos dimicare. Si quis autem ad orationis pugnam accedat quasi inermis, quòd mente aridus sit, nec sentiat deuotionem, si fidum se præbuerit, Deus eius rei conciet fidelitatem, armaque sua imprimet ei. Ex singulis vitijs, quæ debellârit quisque, am, singulas acquiret virtutes: & quæ vitia sibi infestiora senserit, ex ijs ampliùs consequetur præmium, si ea superârit. Quacunque causâ cessat quis pergere viam Domini sui, ea causa amittit præmium suum. Plerunquè sic se habent tentationes, vt agricola, qui ex vasta sylua, sentibus & arboribus plena, molitur agrum efficere fertilem: sed cùm absque multo labore id cõsequi non possit, plerunquè subrepit susceptí laboris pœnitentia, quòd plus operæ exigatur, quàm initio putârat: quodque non percipiat statim fructus, quos sperârat. At quandò tamen non planè abijcit conatum omnem, efficit tandèm solum fœcundum, & iam laboris non tædet propter vbertatem frugum, quas indè colligit. Dixit quandoquè frater quidam Aegidium: Fertur D. Bernardus aliquandò legisse septem psalmios absque vlla animi distractione. Respondit Aegidius: Ego verò pluris id æstimo, quàm si arma multa vi oppugnata, ab illis, qui intùs sunt, strenuè & fortiter propugnetur.

Optimus quisq; acerrimè impugnatur.

De Pœnitentia.

Seculares homines vt Dei gratiã obtineant.

QVæsiuit aliquandò Iudex quidam secularis ex Aegidio, qua ratione homines seculares Dei gratiam & virtutes faciliùs adipisci possent. Respondit F. Aegidius: Primò danda illis opera est, vt se vnquàm peccasse doleant: & vt peccata sua purè & aperte confiteantur, faciantque quod pro pœnitentia illis iniunctum fuerit. Deindè vt sibi caueant à peccatis, & occasionibus quibuscunque. Postremò, vt in bonis sese operibus exerceant libenterque ferant in hac vita ea quæ molesta sunt: cuius rei exempla in scripturis Christus proposuit.

De Oratione.

Peccator quid debeat rogare Deum.

QRatio & initium est & clausula totius boni. Oratio illustrat animum ad statque boni & mali cognitionem. Debet quilibet peccator precari bominum, vt faciat ipsum suam misericordiam suaque beneficia, & propria peccata cognoscere. Qui precari non nouit, is Deum ignorat. Quotquot salui fieri volunt, modò sint rationis compotes, necessariò debent sub vitæ finem Dominum deprecari. Si pudibunda & simplex fœmina filium haberet vnicum & inprimis charum, isque iussu regis ob aliquam culpam captus, ad suspendium deceretur, sciretque illa fœmina, se eum suis precibus posse à præsenti periculo liberare, an non quantunuis alioquì verecunda & simplex, nudo capite & passo capite ad regem properaret, peteretque sibi donari filium suum: Ità sanè precari facit discer, quisquis peccatorum suorum pericula benè cognoscit. Dicente autem quodam fratre, molestissimum videri posse, si is qui orat, nullam sentire queat deuotionem, F. Aegidius respondit: Equidem consulo tibi, vt simpliciter studeas vtilibus tuæ. Si parum vini haberes in vase, cui fæces adiunctæ essent, num tu properes confringeres, vinumque cum fecibus commisceres? Absurdum id fuerit. Si molaris lapis interdùm non benè fruges terat, non ilicò eum confringit molitor, sed malleis dissipat: sed paulatim reparat eum, donec rursùs commodam efficiat formam. Ità & tu facies. Cogitabis te indignum, qui vlla à Domino in tuis precibus consolatione afficiaris. Nam etiamsì quis à mundi exordio quotidiè tot fletibus lachry-

Quid faciendum, cùm orans non

lachrymas, quot possit paropsis capere, nec sic tamen diuinam mereretur consolationem. Percunctanti quandoquè fratri, cur infestæ magis sint tẽtationes orantibus, quàm aliàs, sic respondit: Si quis litem alicui intendat coram iudice, modis omnibus is, in quem lis infertur, in eam curam incumbit, nè contra ipsum sententia feratur. Ità & dæmones faciunt. Si loquaris cum hominibus, non valdè te sentis impugnari ab illis: si autem ad precandum te conferas, animæ tuæ salutem curaturus, multa illorum experiris tela ignita in te conijci: neque tamen ea causa debes preces intermittere, sed in ijs constanter & viriliter perseuerare. hæc enim ad æternam vitam via est. Quòd si velis omittere preces, non eris absimilis illi, qui fugit è prælio. Cuidam fratri dicenti, videre se multos, qui inter orandũ magnam percipiant deuotionis & lachrymarum gratiam, sibijpsi verò vix quippiam tale contingere, F. Aegidius ait: Labora tu fideliter & humiliter: quam enim gratiam hodiè non confert Deus, eam poterit largiri cras, vel etiam differre, prout viderit expedire saluti tuæ. Factu, quod in te est, & Deus faciet, quod sibi visum fuerit. Multis ictibus faber contundit ferrum, antequàm cultrum efficiat. Adeò verò vnumquenque de sua salute oporteret esse solicitum, vt etiamsì totus orbis ad nutum seruique plenus esset hominibus, atque ex ijs non nisì vnus saluus esset futurus, singuli tamen pro data ipsis gratia conniterentur, sperarentque se vnum illum fore. Alio tempore frater quidam rogabat Aegidium, quid faceret. Ille respõdit sibi malè facere. Illo porrò dicente, Et quidnam mali tu facis, cùm sis Minorita? Aegidius alteri illic adstanti fratri ait: Vter paratior est, Deúsne ad dandam, vel homo ad percipiendam gratiam? Illo asserente, propensiùs Deum largiri suam gratiam, quàm nos recipere: Aegidius dixit: Recténe igitur nos facimus? Immò verò, inquit ille, malè facimus. Tum Aegidius ad illum, qui ei quæstionem mouerat, Vides, inquit, verum me dixisse, cùm respondi, malè me facere, vt qui eius gratiam non semper recipiam. Multa bona opera diuinæ nobis scripturæ commendant, puta, pascere esurientes, vestire nudos & id genus alia. At vbi Dominus de oratione sermonem habuit, Tales, inquit, pater quærit, qui eum adorent in spiritu & veritate. Bona quidem opera ornant animam, sed oratio insigne est animæ ornamentum. Sancti religiosi quadam ex parte lupis similes sunt, ægrè è sylua in publicum progredientibus, nisi magna compellat fames, nec etiam tunc diù hærentibus extra syluam. Cùm aliquandò frater quidam Aegidio familiaris diceret ei, cur non exiret ad homines seculares, eius colloquium expetentes, ille respondit: Ego sic volo proximis satisfacere, vt tamen non noceam animæ meæ. Putas'ne libentius me daturum proximo, si haberem, mille libras, immò quatuor librarum millia, quàm meipsum? An non in Euãgelio Christus dicit, Qui reliquerit patrem & matrem, fratres & sorores propter nomen meum, centuplum accipiet? Romanus quidam nostrum fuit complexus institutum, cuius facultates æstimabantur sexagin ta libris. Is igitur recipiet sexagiès centena librarum millia. Apparet hinc magna esse, quæ Deus quibusdam dat in hac vita. At nos cæci & obnubilati sumus. Si quem videamus multa virtute & gratia præditum, ferre non possumus eius perfectionem. Qui benè religiosus & spiritualis est, nihil audire vult, nec alicubi morari sustinet, nisi magna cogat necessitas, præterquàm in cellula sua, semper secum manere cupiens. Solebat de se dicere F. Aegidius: Mallem equidem cæcus esse, quàm mundi huius formosissimus, sapientissimus, opulentissimus atque nobilissimus. Scisciitantibus alijs eius rei rationem, ait: Vereor, nè isthæc mihi impedimento sint in via mea. Beatus planè, qui nihil cogitat, dicit, facit, quod reprehensioni obnoxium sit. Quæsiuit aliquandò F. Aegidius ex alio fratre, quid de contemplatione dicerent viri sapientes. Illo respondente, quòd multa de ea dicerent, Aegidius ait: Vis'ne meam audire sententiam? Dicente eo, se maximè id velle, Aegidius dixit: Contemplatio, gustus, quies, gloria. Si gratiam in precibus sentis, ora: si ecstasis, contemplationis progressus mihi eiusmodi esse videtur: Ignis, vnctio, non sentis, non cesses à precibus. Gratos enim habuit Deus etiam caprarum pilos, qui ei offerebantur.

Salus sua quàm cuique debeat curæ esse.

Cellula sua quàm grata bono monacho.

Cõtemplationis progressus.

De spiritali cautione.

SI vis videre benè, erue tibi oculos: si vis audire benè, obsurdescas. Si vis rectè loqui, mutus sis. Si vis benè ingredi, præcide tibi pedes. Si vis amare benè, odi teipsum. Si cupis benè viuere, morere tibijpsi. Si benè lucrari appetis,

Optimæ institutiones.

Universidad de Deusto
Biblioteca

petis, iacturam facias. Diteſcere ſi vis, pauper fias. Si vis viuere in delicijs, caſtiga corpus tuum. Si vis eſſe ſecurus, ſemper in timore te contineas. Exaltari ſi iuuat, humilia teipſum, & honorem habeto iis, qui te contemnunt. Si vis adipiſci bonum, ferto malum. Si placet potiri requie, priùs labora. Sapientiæ haud vulgaris eſt, talem te præbere nôſſe. Sed cùm magna & præclara ſint hæc, non in omnibus inueniuntur. Etiamsi quis mille viuat annis, nec quicquam extrinſecùs agendum ei ſit, habebit ſatis ſuperque, quod intùs agat in corde ſuo, nec tamen numeris omnibus abſolutum ſe ſentiet. Si quis ignorat, ignorabitur. Væ nobis, qui Dei
1. Cor 14. dona habemus, nec agnoſcimus: & qui ea non habent, non dant operam, vt obtineant. Fingunt ſibi homines Deum qualem volunt, & tamen ſemper ipſi manent ſimiles ſui.

De Scientia vtili & inutili.

In eos, qui ſcire multa volunt, & nihil aut parum facere.

QViſquis multa ſatis nôſſe cupit, caput ſuum valdè deprimat, & benè multa agat opera, trahatque per terram ventrem ſuum, & Deus cum doctrinam ſatis. Præcipua hominum ſapientia eſt, ſtudere operibus bonis, ſe-
bit ipſum accuratè cuſtodire, & diuina obſeruare iudicia. Cuidam ſcholas adire volenti ſic aliquandò dixit F. Aegidius: Quarè te confers ad diſcendum, quandò ea ſumma eſt ſapientia, timere & amare Deum? quæ duo poſſint tibi ſufficere. Tantum enim quiſque habet ſapientiæ, quantum facit boni. Nè ſis nimiùm ſolicitus, vt poſſis prodeſſe alijs, ſed conſule tibijpſi. Volumus plerunque multa ſcire propter alios, at parum propter noſipſos. Verbum Dei non eſt dicentis vel audientis, ſed opere illud exequẽtis. Multi natandi imperiti in aquas ingreſſi ſunt, vt alios extraherent, & ipſi pariter cum illis ſubmerſi ſunt. Si animæ tuæ ſalutem probè curas, obtinebis eam. Si rectè facias opus tuum, omnibus illis benè conſu-
Cõcionator quid eſſe debeat plebi. lis, qui tuî ſtudioſi ſunt. Præco verbi Dei, datus eſt diuinitùs populo lux, ſpeculum & vexillarius. Beatus eſt, qui ſic alios recta ducit via, vt tamen ipſe nunquàm ab ea deflectat: ſicque alios docet currere, vt ipſe curſum ſuum non intermittat: atque ità locupletat alios, vt tpſe tamen interim pauper non fiat. Roganti fratri, vtrum potius ſit, concionari, vel facere, ſic reſpondit: Cuius tu putas copioſius eſſe meritum, eius ne qui ad S. Iacobum peregrè proficiſcitur, vel eius, qui alijs monſtrat viam? Video ego multa, quæ tamen mea non ſunt: audio multa, nec intelligo, dico multa, nec facio tamen. Colligitur hinc, ſolum viſum, auditum & locutionem ad ſalutem non ſufficere.

De bonis & malis verbis.

Loqui benè & malè.

QVi bona loquitur, tanquàm os Dei eſt: qui mala loquitur, ceu quoddam ſatanæ os eſt. Cùm ſerui Dei conueniunt colloquendi cauſa, ſermonibus lorum inſtitui deberet de pulchritudine & iucunditate virtutum, vt maiori virtutum amore inflammarentur. Si enim ijs delectarentur, maiore eas ſtudio colerent, quantoque in ijs eſſent exercitatiores, tanto placerent eis magis. Porrò quò quis vitioſior eſt, eò plùs indiget ſermonem conferre de virtutibus. Quanto enim ſæpiùs de illis loquitur, tanto earum capacior ſit. Meo iudicio, nonminor eſt virtus benè nôſſe ſilere, quàm benè ſcire loqui. Expedirer, opinor, homini collum habere inſtàr gruis, vt ſermo per longos ductus meatus, tàrdiùs ab ore proficiſceretur.

De Perſeuerantia.

Sine perſeuerantia nõ fit quiſquã beatus.

EQuid prodeſt homini orare, ieiunare, præſtare eleemoſynas, caſtigare corpus ſuum, ſublimia de cæleſtibus experiri, nisi etiam portum ſalutis attigat? Fit nonnunquàm, vt ingens & inſignis nauis onuſta precioſis mercibus in mari ſit, ſed antè ſubmergatur, quàm poſſit in portum inferri. Quid vero illi prodeſt magnitudo & elegantia ſua? Contrà euenit interdùm, nauem vilem, & vetuſtam, paucis inſtructam mercibus, cum multo labore per omnia maris diſcrimina incolumem tandèm ad portum appelli. Ità etiam multis accidit hominibus, vt meritò ſemper timere debeamus. Cùm primùm eſt plantata arbor, non ſtatim grandeſcit: & quanuis producat flores, non ſtatim etiã fructus affert: neq; fructus ipſi, ſi quos ferat, confeſtim matureſcunt: atque etiam ij, qui iam maturi ſunt, non omnes edũtur ab hominibus, ſed partim eos porci deuorãt, partim cõpntrelcunt.

Eodem modo quis ad me fructus indè redire queat, ſi vel centum annis rogem pro cæleſti regno, ſi non perſeuerem in precibus vſque in finem? Duo quædam ſanè præclara & eximia ſunt, amare Deum, & cauere ſibi à peccato. His qui inſtructus eſt, nihil non boni habet.

De vita monaſtica.

Vitæ monaſticæ encomium.

EQuidem paruam mallem Dei habere gratiam in vita monaſtica, quàm longè maiorem in ſeculo. Multò enim plus periculi, & minus auxilij eſt in vita ſeculari, quàm monaſtica. Multi petunt monaſteria, ſed non præſtant ea, quæ monaſticum repoſcit inſtitutum: non abſurdè comparandi agricolæ, Goliath ſeſe induenti armatura, ſed ea vti neſcienti. Nec enim omnes poſſent in Bucephalo equitare, vitareque nè ab illo deciderent. Equidem non magnifacio venire in aulam regis, aut regijs affici muneribus: ſed id ego præclarum exiſtimo, ità vt par eſt, ſeruire nôſſe in aula regis. Mallem ſanè in ſeculo permanere, & ex animo diligere vitam monaſticam, quàm eſſe in monaſterio, atque illic irreligiosè vel non monaſticè viuere. Illuſtriſſima Dei parens, virgoque perpetua, nata quidem ex peccatoribus & peccatricibus, ſed abſque culpa originis, non fuit vitam profeſſa monaſticam, & tamen id eſt quod eſt. Debet religioſus quiſque ſibi perſuadere ſe non poſſe benè viuere, niſi in eo vitæ monaſticæ inſtituto, quod profeſſus eſt. Mihi quidem videtur Minoritarum Ordo diuinitùs in mundo inſtitutus in cunctorum hominum ſalutem atque vtilitatem: ſed væ nobis, ſi tales non ſumus, quales nos eſſe oportebat. Hic Ordo totius orbis & egentiſſimus & opulentiſſimus eſt, nec vlquàm vſque in præſens eo melior fuiſſe videtur: quippè quem Chriſtus ipſe ſeruauerit, & diſcipulis ſuis ſeruandum tradiderit. Diues is eſt, qui amat diuitem: ſapiens eſt, qui diligit ſapientem: pulcher, qui formoſum: nobilis, qui amat nobilem: putà Dominum Ieſum, qui benedictus eſt in ſecula, Amen.

De Obedientia.

Præclara obedientiæ laus.

QVanto religioſus homo arctiori obedientiæ iugo ſe ſubdit, tanto plures affert fructus: quantoque ſuis ſuperioribus magis ſe morigerum præbet propter honorem Dei, tanto ſpiritu pauperior eſt, & purior à vitijs præ cæteris mortalibus. Homo obedientiæ ſtudioſus comparatur armato equiti, in egregio ſedenti equo, atque ſtrenuè & infracto animo cum hoſtibus congreſſuro: neque enim quiſquam eum lædere poteſt. Qui verò in monaſterio cum murmure degit ſub obedientia, ſimilis eſt militi nudo atque inermi, cum equo languido ad hoſtes proficiſcenti, à quibus plerunquè vulneratur, vel etiam capitur, in carcerem mittitur, aut trucidatur. Qui in monaſterio vult ſuo arbitraru & pro ſua voluntate viuere, rectà pergit ad inferos. Cùm boues ſub iugo trahunt aratrum, horrea frumentis implent: cùm autem iugo ſoluti vagantur per campos, magni quidem ſibi videntur, ſed in horrea nihil important. Sapientes & magni capita ſua humiliter ſubijciunt obedientiæ iugo: ſtulti autem & inſipientes capita ſubducunt, nec obedire volunt. Pluris autem ego facio, propter Deum obedire homini, quàm Deo iubenti facilè obedire. Meo quidem iudicio, etiamſi quis eò pertigiſſet, vt cum Angelis colloqui ei liceret, ſi tamen à ſuo ſuperiori acceſſiretur, deberet, poſthabito Angelico colloquio, obtemperare homini, cui propter Deum ſe morigerum fore promiſiſſet. Quiſquis pollicitus eſt obedientiam, ac deindè à ceruicibus excutit obedientiæ iugum, tanquàm perfectius iter ingreſſurus, ille ſe magna quadam, licèt occulta, ſuperbia laborare declarat. Bona conſuetudo, via eſt ad virtutes omnes & omne bonum: praua conſuetudo, ad malorum omnia via eſt.

Obedire homini quàm Deo eximium.

Bona & mala conſuetudo.

De commemoranda morte.

ETiamſi quiſpiã à primo mundi die vſq; in præſens perpetuis fuiſſet affectus moleſtijs & afflictionibus, ſi illi iam liceret ad immenſa peruenire gaudia, quid oro officerent illi mala omnia tot annis tolerata? Contrà, ſi quis ab initio creatl orbis vſque in hunc diem proſperrimis ſucceſſibus omniq; voluptate perfruitus ſemper eſſet, at nunc in ſupplicia ſempiterna abiturum ſe ſciret, quid cõmodi ex omni illa voluptatum & gaudiorũ affluentia caperet? Vir quidam ſecularis ait quandoquè F. Aegidio: Vellem licere mihi diù in hac durare vita, & abundare bonis omnibus. Reſpondit ei F. Aegidius: Sed ſi vel mille viuas annos,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& totius orbis dominio potiaris, quid præmij capies è carne tua, cui tam strenuam cupis nauare operam? Si verò ad breue tempus rectè te geras, tibiq́ue probè inuigiles, mercedem posteà percipies prorsùs ineffabilem.

De Contemplatione.

Quis benè agat vitam actuosam.

QVandoquidem nemini patet aditus ad contemplatiuam vitam, nisi qui sit priùs probè & deuotè in actiua exercitatus, necessarium est vitę actuosæ summa cura & studio operam nauare. Is autem bonus est actiuæ vitæ cultor, qui etiamsi (modò id fieri posset) pauperes omnes mundi huius libens alere & vestire, resq́ue necessarias omnes eis præbere vellet, cunctas ædes sacras & domos hospitales totius orbis extrueret, interim nihilo minùs pro malo haberetur ab hominibus mundi huius, idq́ue ipse sciret, nec aliud appeterer, nequam tamen propterea cessaret benè agere, immò verò etiam studiosiùs multò, quàm antè, in bona opera incumberet, tanquàm nullam in hoc seculo neque expetens neque expectans mercedem: animo contemplans, quemadmodùm Martha in sua actione valdè solicita, cùm sororis adiutorium peteret, à Domino reprehensa est, nec tamen omisit cœpta officia & opera sua. Atque ità eriam quilibet homo bonus, actiuæ vitæ deditus, ob nullas reprehensiones debet abijcere studium bonorum operum, quippè pro quibus non temporariam sed æternam mercedem expectet. Ad contemplandam diuinæ maiestatis gloriam nemo pertingere potest, nisi feruente spiritu & precibus continuis. Feruore spiritus inflammatur homo, & ad contemplationem euehitur, quandò corde & membris omnibus ità est constitutus, vt nihil neque velit, neque cogiter, præter id quod habet & sentit. Is bonus contemplator dici potest, qui manus atque pedes sibi amputauit, oculos euulsit, linguam, nasum & aures abscidit præ ineffabili illa suauitate & iucunditate odoris spiritalis, nec quicquam sub cælo aliud appetit: perindè vt beata Maria Magdalena, ad Christi pedes residens, tanta verborum eius suauitate affecta est, vt nullum ei inesset membrum, quod aliud aut vellet aut posset facere, quàm quod ipsa faciebat. Cumq́ue ea causa non audiret ipsa, quid soror eius diceret, Dominus eam tuendam suscepit.

Luc.10.

Bonus contemplator quis sit.

Luc.10.

De alijs virtutibus.

EX rebus temporarijs pauper fit homo, diuinis rebus ditescit. Has igitur impensè diliget, illas odio habebit. Vt mundi via scatet vitijs & flagitijs, ità cæli via exultatione & virtutibus abundat. Gratia & virtutes creaturis præparatæ sunt, clamantq́ue & aiunt: Venite & complectimini nos: vitam virtutum ostendemus vobis: sed miser homo eas amplecti non vult. Cuius igitur culpa fit, quòd in miseria & paupertate degit, quandoquidem Dominus eum ad se vocat, nec ille tamen conatur ad eum accedere, dignus ea causa supplicijs sempiternis? Non parum periculi habere videtur, rogare Deum vt suam nobis deferat gratiam & virtutes. Si enim non viuas illis conuenienter, maiores Dei iusti piś inimicitias. Inter instituta vel ordines omnes alij placent Deo, alij displicent. Qui Deo placent, eorum duplex est genus: Alterum est Deum amantium, alterum Deo placentium. Amantes sunt ij omnes, qui Deo seruiunt, amant, que ea quæ ei placent, seu eius beneplacitum, & inter se diligunt, vt inuicem sibi placeant propter Deum. Ij quatuor oculos habent. Primus semper obtuat, quid gratum sit Deo. Alter in proximum intentus est semper, vt ei bonis exemplis præluceat. Tertius futura considerat. Quartus præterita inspicit exploratq́ue num placeant Deo opera sua, quæ fecit. Deo verò placentes sunt ij, qui diligenter cauent, nè quid dicant vel agant, quod alijs offendiculo sit, qui aliorum cruces & afflictiones suas putant, eisq́ue integra animi voluntate condulantur. Hoc duplex hominum genus religiosorum Deo benè placet: qui verò in monasterijs viuunt discordes, permanentq́ue in rixis & contentionibus propter res temporarias, nec suæ salutis studiosi sunt, ij omnes Deo non placent: possunt tamen per pœnitentiam eò redire, vt ei placeant: sed interim non placent. Qui crastinent, nè dum in malo perseuerant, misericordiæ ianuam sibi sentiant præclusam, & à beatitudine excludantur. Præpositi, doctores Theologi, concionatores & sacerdotes à Deo constituti sunt, vt animas ad æternam adducant beatitudinem. Quotquot Dei verbum irrident, in suâ damnationem illud audiũt, Quemadmodùm

Via mundi & cæli.

Ordo Deũ amantium.

Eorũ quatuor oculi.

Ordo Deo placentiũ.

modùm orto sole non lucent nobis stellæ, ità Sol & Luna ad animæ beatæ splendorem obscurantur. Argumentum certum est diuinæ gratiæ in homine manẽtis, si a nemine exaltetur, sed deprimatur semper. Multiplex gratia & virtutes multiplex precibus obtinentur. Prima gratia est, quòd homo intùs illustratur. Secunda, quòd in fide roboratur. Tertia, quòd cognoscit vitia sua. Quarta, quòd obtinet timorem Dei, vndè id fit, vt sit humilis & sibijpsi vilescat. Quinta, quòd se peccásse dolet. Sexta, quòd dulces ab eius oculis manant lachrymæ. Septima, quòd eius purgatur conscientia. Octaua, quòd ad meliorense frugem recipit. Nona, quòd in patientia confirmatur. Decima, quòd se submittit obedientiæ. Vndecima, quòd sapientiæ, intellectûs, consilij, fortitudinis, scientiæ, pietatis & timoris Dei dona acquirit. Duodecima, quòd ad Dei pertingit cognitionem & scientiam. Illi enim se Deus reuelat & ostendit, qui adorat & laudat eum in spiritu & veritate. Deindè amore inflammatur, curritq́ue in suauem odorem, gustans illic tranquillo pectore, quàm suauis sit Dominus. Cumq́ue os suum admouerit Dei verbo, quo satiatur anima, quis illum separare poterit à precibus, quibus ad contemplationem adducatur? Huc autem pertingere volenti quinque necessaria sunt: Primum est, vt superioris vitæ suæ peccata cum magna contritione & displicentia commemoret, & purè ea confiteatur, agatq́ue pœnitentiam. Alterum, vt præsentia mala accuratè deuitet. Tertium, vt mala omnia impendentia siue futura vereatur. Quartum, vt Dei attendat misericordiam, ipsum ad pœnitentiam expectantem vlciscentis apud inferos peccata eius secundùm iustitiam suam & pro meritis. Quintò, vt consideret ineffabilia Dei beneficia, vt nostra causa factus sit homo, & tam immanes atque miserandos perpessus sit cruciatus, tamque salutares nobis institutiones reliquerit. Cogitabit etiam gloriam sempiternam, quam ille nobis promisit. Longè potior virtus est, Dei gratiam custodire, quàm res aduersas sedato animo tolerare. Rogatus aliquandò fuit F. Aegidius, ecquidnam de beato Francisco patre suo sentiret. Ille verò totus eius beatissimi viri amore incensus & ardens, Sanctus Franciscus, inquit, nec nominari deberet, quin præ multo gaudio labia sua is, qui nominat, lamberet. Vnum tantùm ei defuit, id est, corporis robustæ vires. Quòd si tam valido ille fuisset corpore, atquè ego sum, nemo posset eius sancta opera imitari. Fuit certè beatus hic frater Aegidius Deo plenus, planeq́ue dignus est, cuius memoria celebretur: quippè qui in perfectarum exercitatione virtutum vsqueadeò excellens & eximius fuit: quemadmodùm etiam de illo prædixerat seruus Dei Franciscus, quanuis simplex & illiteratus esset, at tamen ad præcellentem diuinæ contemplationis gradum eum peruenturum. Videbatur sanè inter homines angelicam potiùs quàm humanam ducere vitam: Præstante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Precibus q̃ multiplex obtineatur gratia.

F. Aegidius quid de S. Francisco senserit.

VITA SANCTI EVTROPII EPISCOPI ET MARTYRIS, PER D. GREGORIVM ARCHIEPISCOPUM Turonensem scripta. Posita est in libro eiusdem in gloriam plurimorum martyrum edito, cap. 56.

EVTROPIVS quoquè Sanctonicæ vrbis Episcopus à beato Clemente Episcopo fertur directus in Gallias, ab eodem etiam pontificalis ordinis gratia consecratus, impleto huius officij ordine, peractaq́ue incredulis prædicatione, insurgentibus paganis, quos author inuidiæ credere non permisit, illiso capite victor occubuit.

Aprilis 30.

S. Eutropius capite plectitur.

Sed quia eo tempore instante persecutione, neque à Christianis debito honore veneratus, neque digno loco sepultus est, valdè datus obliuioni Martyr ille fuit. Qui hoc ordine traditur reuelatus. Post multa annorum spatia in eius honore basilica ædificata est. Expletoque opere Palladius, qui tunc sacerdotalis ordinis cathedram regebat, conuocatis,

Abbatibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Translatio sacratissimi corporis eius.

Abbatibus sacros cineres in loco, quem præparauerat, transferri studuit.

Apparitio eius.

Quod cùm factum fuisset, duo ex Abbatibus, reserato opertorio, sanctum corpus adspiciunt, contemplanturque cicatricem capitis, qua in parte defixum fuerat securis acumen. Sed nè præsens visio duceretur in irritum, etiam spiritalis hæc doctrina communiuit. Scilicet cùm sequenti nocte strauissent sacerdotes membra quieti, apparuit per visum his duobus, dicens: Cicatricem quam contempla-ti estis in capite, scitote me per eam martyrium consummâsse. Et ex hoc quod martyr esset, innotuit populis, quia non aderat historia passionis.

MAIVS.

VITA S. MARCVLPHI ABBATIS, INCERTO QVIDEM AVTHORE, SED FIDELITER CONSCRIPTA. STYLVM *interdùm modicè correximus.*

Maij 1. Cap. 1.

TEMPORE, quo glorioſus & Deo amabilis Childebertus rex Francorum ſceptra ſtrenuè honeſteque regebat, beatiſſimus vir Marculphus, magnus & præclarus enituit moribus & actibus. Cùm enim nobiliſſimis ditiſſimis atque Chriſtianiſſimis Baiocaſſinis ciuibus ortus eſſet, ab ipſis puerilibus annis toto niſu ingenii-que deſiderio ad ſupernam cœpit patriam anhelare.

S. Marculphi patria.

Pietas puerilis.

Præferebatur quidem ætate leuitas puerilis, ſed vigebat in moribus ſenilis maturitas. Nam ludicris omnibus, quibus illa ætas maximè delectatur, reiectis, ea quæ diuinæ religionis erant, & auida aure percipere, & accurata perſecutione exequi ſatagebat. Deuinaci memoriæ commendare, & accurata perſecutione exequi ſatagebat. Deuitabat bonæ indolis puer coætaneorum ſuorum vaniloquia, laſciuaque conuentacula, atque ſeniorum ſeſe adiungebat congreſſibus & colloquijs, imitans iam-inde

Deut 32. Pſal. 118.

Moſaicum, quod tamen necdùm lectione didicerat: Interroga patres tuos, & nunciabunt tibi: maiores tuos, & dicent tibi. itemque illud Pſalmiſtæ dicens: Declinate à me maligni, & ſcrutabor mandata Dei mei.

Cap. 2. for. * tutoribus

Huiuſcemodi igitur cùm ſe velut præludijs futuræ Chriſti militiæ exerceret, à ſuis * pædagogis pia prouiſione (Nam eius vterque parens iampridèm emigrauerat) diuinarum eſt admotus ſtudijs literarum: & decebat planè, vt qui

Dat operã literis.

tem obierat) diuinarum eſt admotus ſtudijs literarum: & decebat planè, vt qui adeò ſibi iam diuina vendicabat gratia, non mundanis, ſed diuinis mancipare-tur negocijs. Porrò cuius conſcientiam dator ſcientiæ ſpiritus ſanctus à totius maleuolentiæ ſordibus emundauerat, ei in diſcendo nulla potuit adeſſe fallacia, diuſa dilatio. Itaque intra breuis temporis ſpatia omnibus adeò eſt inſtructus diuinis literis, vt nulli ſuorum ſodalium reperiretur ſecundus. Poſtquàm ætem adoleuit, & virile robur attigit, ceu miles in Chriſti tyrocinijs à primis nis benè exercitatus, cœpit ſtrenuè atque infatigabiliter ad ſupernæ vocationis brauium contendere, præterita cum Apoſtolo obliuiſcens, & in futura ſeſe extendens, vacans orationibus, lectionibus inſiſtens, carnem vigilijs & ieiunijs macerans, omnibus humilitatem & obedientiam exhibens, largus in præſtãdis eleemoſynis, profuſus in miſericordiæ & humanitatis exequendis officijs. Sustentabat pauperes ſuis ſumptibus, pupillorum & viduarum ſubleuabat inopiam, corrigebat vias ſuas ſeruandis Domini mandatis. Corrigebat, inquam, vias ſuas, & Domino magis gratus ac venerabilis habebatur.

Philip. 3. Exercitia adoleſcentis.

Cap 3.

Gaudebat quippè atque lætabatur tali conciue omnis Baiocaſſina plebs, conſtans omnem ſuę reipublicæ ſtatum per eum firmum ſtabilemque futurum. Nam

beatiſſimus vir omnes crebris incitabat adhortationibus, vt fundamentum bonorum omnium catholicam fidem firmiter retinerent, ſpemque ſuam in Deo, non in hominibus collocarẽt, dilectionem integram colerent, Dominum ſuper omnia, & proximos tanquàm ſeipſos diligerent, & vt quotidianis virtutum profectibus ad promerendam ſupernæ ciuitatis beatitudinem properarent. Porrò autem cùm rebus temporalibus ex hęreditaria ſucceſſione affluęret, ſolique Deo ſeruire cupe-ret, in eis tum procurandis, tum diſponendis diù occupari non ſuſtinuit: ſed illius Euangelicæ ſententiæ non ſurdus auditor, Qui non renunciat omnibus quæ poſſi-det, non poteſt meus eſſe diſcipulus: & illius Apoſtolicæ, Nemo militãs Deo, ſecu-laribus ſe implicat negocijs: relicta domo rebuſq; paternis, nudus ex mundi nau-fragio euadẽs, optatam ſuſcepit peregrinationem, factus pauper, vt Chriſtum pro nobis pauperem factum ſequeretur. Et quia iampridèm famam ſanctitatis beati Poſſeſſoris, Conſtantiæ ciuitatis Epiſcopi, auditione acceperat, eum recto tramite experiri, cupiẽs ipſius doctrinis & exemplis inſtitui. A quo benignè ſuſceptus, apud eum tempus non modicum permanſit, atque ab eo tonſus, cùm eſſet annorum tri-ginta, clerici habitum accepit. Poſtmodùm autem per reliquos eccleſiaſticos or-dines digna promotione ſubleuatus, tandèm preſbyter factus eſt.

Luc 14. 2. Tim. 2.

Adiungit ſe Poſſeſſori Conſtãtien-ſi Epiſcopo.

Initiatur ſacerdotio.

Cap. 4.

Tum verò cœpit, iubente illo pontifice, Conſtantienſes ciues indeſinenter ad-monere, vt quod ſemèl in ſacro fonte profeſſi eſſent, moribus tenerent, & operi-bus exercerent, viasque rectè viuendi ſemper ſequerentur, vanam mundi gloriam pensipenderent, & ad cæleſtem tota intentione tenderent. Atque his cæleſtium factorum inſignibus illuſtratus, ab omnibus tanquàm parens colebatur, ſummis-que laudibus efferebatur: eiusque ſanctæ exhortationis dictis cuncti æquali deuo-tione parebant. Erat vir ſanctus profundus ingenio, diſertus eloquio, conſilio prudens, factis maturus, virtutum cultor, vitiorum extirpator. Eum autem ani-mi decorem non obfuſcabat forma corporis. nam tametsi ſtatura puſillus erat, at tamen formoſus erat, membrorumque eleganti coaptatione compoſitus.

Adhortationes eius ad ciues ſuos.

Cap. 5. Angelus el apparet.

Nocte quadam, cùm poſt longas preces & Dei laudes membris fatigatis modi-cum daret quietem, ſupernus ei aderat nuncius, habitu ſplendidus, adſpectu iucun-dus. Excitans autem eum, ſic appellat: Pax tibi beatiſſime Marculphe. Omnipo-tenti regi tua grata ſunt opera, perplacet illi militia tua. Noueris autem hac re illius præcipuè gratiam te promeruiſſe, quòd non modò tuæ, ſed etiam proxi-morum tuorum ſaluti ſolicitè inuigilas. Et quia complures è dæmonum fauci-bus per te euellere, ſibique adiungere & vendicare Chriſtus conſtituit, ocyùs Childebertum Francorum regem adito, & pete vt locum quendam huius vrbis Conſtantienſis, cui Nantus eſt vocabulum, tibi largiatur cum rebus omnibus ad il-lum pertinentibus. Illic verò tu monaſterium conſtrues, & aliquot fratres, qui ſub tuo regimine Deo ſeruiant, in illud introduces. Cùm autem cor regis in ma-nibus ſit, cuius eſt iſta iuſſio, nulla ratione dubites te impetraturum id, quod petere moneris. His dictis, Angelus diſparuit: manè autem conſcenſo aſello, cui ſedere conſueuerat, vir beatus cum duobus fratribus Cariulpho & Domardo iter impetratum arripuit: cumque rex Childebertus cum regina Vltrogode, multã-que procerum frequentia quodam feſto die diuini celebrationem officij in ec-cleſia deuotè præſtolaretur, ipſe ſuperuenit, intransque eccleſiam, non ſe con-tinuò regalibus præſentauit obtutibus, ſed cùm omnis ab eo abeſſet mundana leuitas, & humilis atque religioſa ei ineſſet grauitas, in quandam templi abdi-tiſſimam partem ſe recepit, vbi ab omni tumultu ſemotus, Chriſto ſecretas fun-deret preces, implens illud Euangelij: Cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora patrem tuum. Nolebat enim vir ſanctus hypocritarum ſe-quari iactantiam, qui in ſynagogis & locis publicis, vt ab hominibus viderentur, ſtantes orabant, de quibus Dominus, Amen dico vobis, inquit, receperunt mer-cedem ſuam.

Prouer. 21.

Matth. 6.

Ibidem.

Cap. 6. Proditur, dum latitat, à dæmonia-cis.

Sed cùm non poſſet lucerna Chriſti latere ſub modio, quem virtutum cuſtos hu-militas celare cupiebat, dęmonum ſuperata detegebat ſuperbia. Nam ſimulatquè in templum ingreſſus fuit, per quoſdã cò fortè adductos vtriuſque ſexûs dęmonia-cos magnis & lachrymoſis vocibus clamârunt dęmonia: Parce nobis Chriſti ſerue Marculphe, grauiter enim cruciat nos tua præſentia. At tamen ſi ab his nos ſedi-bus per te diuina pellere vult potentia, nè nos patiaris detrudi in abyſſum. Hæc

cùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

cùm audiret rex, valdè attonitus est cum omnibus suis, iubetque diligenter inquiriri, quis ille sit, cuius nomen sic appellent obsessi à dæmonibus. Inuenitur tandèm, moneturque vt ad regem festinus accedat. Venientem rex officiosissimè salutat, aitque, Gratus est nobis aduentus tuus, benedicte Domini. Certi enim sumus nostram exiguitatem à Christo pijssimo omnium conditore per te visitari. Eum verò beatissimus Marculphus resalutans, Pax tibi, inquit, & misericordia ab ipso Domino Iesu Christo, virorum illustrissime, è cælis præstetur: qui licèt dignitate præcellas, atque in solio regalis maiestatis resideas, vnum tamen mortalium esse te considerans, non despicis subditos superbia tumidus, sed humilitate tranquillus, eis tanquàm natura similibus coæquaris. Benè ergo memor es illius dicti Sapientis: Rectorem te posuerunt, noli extolli: esto in illis quasi vnus ex ipsis. Denique iustitia insignis, non pietate segnis, eisdem subditis & cum iustitia parcis, & cum humanitate, si delinquant, correctionem adhibes. Atque his alijsque virtutum officijs & Deo viuis, & eius sanctis places.

Ecclı.32.

Cap.7. Proponit regi preces suas.

Eiusmodi laudum præconijs rex non ad elationem sed ad humilitatem potiùs permotus, blandè ex eo scisitabatur, quibus ab oris eò aduenisset. Cui beatus Marculphus, Vrbis, inquit, Baiocassinæ indigena sum, parentibus non infimis progenitus. Iussione verò diuina admonitus, ab illis partibus occiduis ad tuam amplitudinem & magnificentiam accessi, oraturus vti fiscum vrbis Constantiensis, quæ Nantus dicitur, cum omnibus suis redditibus non mihi, sed Christo, quo donante amplas obtines possessiones temporarias, & ampliores expectas in cælis, solemni donatione largiaris. Certò enim scias Dei omnipotentis hanc esse voluntatem & iussionem, vt locus iste, quem dixi, non humano deincèps, sed diuino mancipetur dominio, nempe vt ibi monasterium construatur, & fratres seuerioris vitæ, qui pro tua totiusque reipublicæ salute Christum sedulò orent, in eo collocentur.

Eas libenter admittit rex.

Hac petitione rex impensè exhilaratus, Gratias, inquit, ago clementissimo tori meo, qui per te dilectum suum mihi suorum infimo voluntatem suam aperuit. re dignatus est. Eius enim est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo. Fiat de omnibus, quæ mihi contulit, voluntas eius. Interim omnes in commune rogamus sanctitatem tuam, venerande vir, vt his miseris tua subueniat pietas, quos malè torquet nequam spirituum impietas. At vir Dei nimodo ad id idoneum, immò verò indignum se asserens, tandèm multorum victus precibus, curuatis humi genibus, & oculis manibusque in cælum sublatis, sic precatus est: Domine Iesu Christe, rex regum potentissime, cuius imperio omnis subiacet creatura, qui vita, salus & pietas es, qui gratuita gratia homo fieri dignatus es, nos à potestate dæmonum liberares, qui discipulis tuis & eorum successoribus contestatem dedisti calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici: his famulis tuis opem tuæ pietatis impende, vt profligatis dæmonibus, quibus crudeliter vexantur, tu qui creator & redemptor eorum es, solus eos possideas, & ipsi pristinæ sanitati redditi, debitas tibi laudes & gratiarum actiones persoluant. His precibus vix absolutis, immundi spiritus certa relinquentes vestigia, in fugam versi sunt, ab ore & naribus eorum, quos obsederant, magna vi sanguinis emanante. Eo viso insigni miraculo, rex & alij, qui aderant, immensas Deo gratias egerunt. Deinde accito notario, iubet rex regale conscribi testamentum de dotatione, quam petierat vir Dei. Eoque benè munito, cunctis suffragantibus tradidit, rex fiscum supradictum cum vniuersis eius prouentibus Deo & sancto viro, cuique posteris perpetuò possidendum: iussit etiam, vt quicquid deincèps vellet, ille vlla hæsitatione ab ipso vir Dei peteret.

Luc.10.

Pfal.23.

Expellit ab obsessis dæmones.

Cap.8. His ita gestis, vir sanctus abeundi ad suos copiam sibi dari poposcit. Sed rex adtissimè primùm quidem in eius colloquijs, deinde etiã osculo immoratus, tandem cum à se dimisit, seque vxoremq; & liberos suos illius precibus cõmendans, obsecrans xeque rogans, vt crebrò se inuiseret. Adiunxit autem ei Leontium quendam ducem, qui fisci huius agros certis finibus determinaret. Reuersus igitur beatus Marculphus, cœpit locum illum excolere, condiditque monasterium, regulari institutione apparatis atque dispositis, non paucos, cum quibus vitam monasticam duceret, sibi fratres adsciuit: quos non solùm piæ adhortationis incitamẽtis, verumetiam optimæ conuersationis exemplis admonebat, vt semper ardua & sanctiora

Condit monasterium, & in illud fratres adducit.

ctarentur, sicque de virtute in virtutem progredientes, regem regum in Sion contemplari mererẽtur. Hortabatur eos, vt inter se essent prorsùs vnanimes, & quemadmodùm de primitiuæ Ecclesiæ fidelibus legitur, cor eis vnum esset & anima vna, nec quisquam quicquam sibi proprium præter peccatum vendicaret, sed omnia eis essent communia. Porrò ocium tanquàm vipereum fugerent virus, certatimque aut laboribus manuũ, aut lectioni, vel orationi incumberent. Aiebat crebrò, nihil tam monachorum obesse perfectioni, atque ocium.

Act.4.

Ocij pernicies.

Illud quoque commemorare operæprecium fuerit, quemadmodùm vir sanctus antiqui hostis eluserit insidias. Aliquandò nanque Quadragesimæ diebus imminentibus, cùm ille quotidianis profectibus semper ad altiora conscenderet, atque in dies per salubrem carnalium affectionum decoctionem velut aurum in fornace mundior atq; expurgatior fieri niteretur, insulam, quæ Dinolitionis dicitur, expetijt, vt illic sacro illo Quadragesimæ tempore corpus solitò seueriùs maceraret: quantoq; ab hominum remotior esset congressu, tanto ad vigilias, preces ieiunia- que exercenda aptior & expeditior foret. Cùm autem die quodam ante aditum casulæ, quam pro tempore illic sibi extruxerat, hora fermè sexta resideret, diuinæ- lectioni incumberet, eccè malignus spiritus, infatigabilis humani generis hostis confidens se illum sua muscipula comprehensurum, in fœminæ transformatus speciem, ad illũ accedit, clamitat se naufragam, atq; illic casu eiectam, voce lugubri petit se sub tecto recipi & cibo recreari. At vir Domini, vt erat ad omnia cautus & circunspectus, diabolicæ fraudis confestim deprehendit præstigias. Itaque panem ponit ex manibus, intrat in cellulam, profert panem, consignatumq; cruce hanc cruce signatum. Tum ille crucis hostis perpetuus, crucis nomẽ ferre non sustinens, repentè instar fumi euanuit, atq; ab alta sese rupe in mare cum fremitu horrifico præcipitem dedit. Et iure quidem præcipitium ille, quod semper ei debetur, secutus est, qui quondàm ob suam superbiam de cælesti culmine deiectus, tantam sanctæ Ecclesiæ columnã euertere conatus est. Quod enim in capite nostro Christo seruile scilicet ei bellum mouens, priùs efficere non potuit, hoc perpetua infestatione in eius membris attentare non desinit. Sed beatus Marculphus ijs fuit circunseptus munitionibus, quibus teste Domino, hostis ille facilè repellitur: nimirum ieiunijs & orationibus, cæterisq; Christianæ militiæ exercitijs indefessus insistendo, paululùm nuda cubãs humo, capiti lapide suppositio capiebat. Atq; hunc in modum strenuè militans, omnes à se hostiles infestationes procùl amouebat.

In fidiatur ei dæmon.

Mar.9.

Victus eius.

Vestes.

Somnus.

Cap.10. Pascali indè appropinquante solennitate, reuisurus fratres monasterium repetijt: cumque narrâsset fratribus, quid sibi accidisset, omnes immenso repleti sunt gaudio, tum quòd diù optato eius fruerentur reditu, tum quòd saluum & incolumem illum Dominus conseruâsset. Fama autem eius longè lateq; dispergebatur, atque ex locis circuniacentibus plurimi ad eum concurrebant: è quibus multi illi- & quicquid habere poterant, ad eum afferebant, atque vt eius regimini subesse ipsis licèret, humiliter deposcebant. Ille verò libenter annuens deuotioni eorum, tanquam Christi fidelis œconomus, quæ ipsi offerebantur, partim in recreationem inopum, partim in captiuorum redemptionem, partim in monasteriorum construction distribuebat. Plura enim præter primum condẽs cœnobia, rebus eorum, qui ad eius confugiebant magisteriũ, illa ditabat. Porrò etiam venerabilis Christi sacerdos Romardus, curis & negocijs secularibus prorsùs valedicẽs, ad eum se contulit. Cum eo autẽ vir beatus post non multum temporis spatium, aliquandiù eremiticam vitam agere volens, quandam Britanniæ adiacentem insulam, quæ Agnus vocabatur, adijt. In ea verò paucissimi degebant incolæ, & in ijs vir religiosissimus Helibertus, qui corpus suum multo abstinentiæ rigore macerabat. In cuius tuguriũ vir Domini Marculphus cum beato Romardo ingressus est, & cum eo vterque diù asperam viuendi rationem, siue corporis afflictionem sectatus est, diuinæque contemplationi vacauit. Nec est silentio premendum illustre miraculum, quod in hac insula Christus per sancti Marculphi merita patrauit.

Multi ad illum confluunt.

Plura cõdit monasteria.

Aliquandò piratæ ad tria millia ab inexhaustis gentis Saxonicæ scaturiginibus

Cap.11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prorumpentes, conſcenſis nauibus, curſum velocem remis & velis accelerárunt, eamipſam inſulam deprædari & prorsùs depopulari volentes. Senſerunt id proculinſulæ habitatores, quí non ampliùs triginta fuiſſe feruntur, valdeque conſternati animis, quid agerent, quóve ſe reciperent, quippè mari vndiquè vallati, neſcierunt. Tandèm ſalubri vſi conſilio, ad beatum Marculphum properant, eiusſe genibus aduoluunt, orant querulis vocibus, vt ipſis ſubueniat. Tum ille, Forti, inquit, animo eſtote filij: poteſt enim Deus vos ab horum manibus eripere. Quòd ſimcis vultis parere monitis, arma conſtanter capeſſite, & intrepidis animis hoſtibus obuiàm itote. Polliceor ego vobis de illis vos victoriam reportaturos. Ille enim pu-
Exod. 14. gnabit pro vobis, qui quondā Pharaonem & eius exercitum ſua virtute contriuit. His illi ſermonibus animati, audacter corripiunt gladios, nec ſua, ſed præpotentis Dei nitentes dextera, virique beati precibus muniti, cum piratis manus conſertas, fortiter illis occurrunt. Fit vtrinquè atrox pugna, ſed Dei virtute, beato viro impe-
Pauciſſimi inſulę habitatores plurimos repellút piratas. trante, inſulares omnes manent illæſi, barbari pauci quidem ferro necati, at plurimi marinis abſorpti vndis, ſic prorsùs interiêre, vt nullus ſuperesſet, qui ceterorum caſum in patria renunciaret. Audiens autē eius inſulæ dominus tot hoſtium mallia beati Marculphi precibus tam præclarè ſuperata, immenſas Deo gratias egit, ſanctique viri ditione dimidiam inſulam deincèps deuota traditione teneri voluit. Itaque conſtruxit illic ſanctiſſimus ſacerdos monaſterium, adductis in illud quibuſdam fratribus, qui Domino conſtanter famularentur.

Cap. 12. Non multò pòſt cùm primum ſuum monaſterium reuiſeret, Genaſius quidam filium ſuū rabidi lupi morſibus miſerè dilaceratum, atq; iam morti propinquum, ci obtulit, valdè obnixè deprecans, ſuis vt obtineret precibus, nè puer è vita decederet. Tum ille pietatis viſceribus totus in Chriſto affluens, & ad ſubueniendum
Sanat vir ſanctus puerum morti propinquū. proximorum miſerijs ſemper promptiſſimus, in terram ſe Dominum oraturus proſternit, tanto cælo vicinior, quanto humo coniunctior. Moxautem vt ſurrexit, è puluere, puer ab omni ſanatus eſt vulnere. Magna hinc circunſtantibus oboritur lætitia, patri pro reſtituto filio, cæteris pro miraculo inſperato.

Cap. 13. Cùm autem diſſolutionis ſuæ tempus vir beatus Spiritu ſancto reuelante non longè abeſſe prænoſceret, regem Childebertum priùs quàm de hac vita migraret, adire decreuit, vt prædiorum donationes, cœnobijs ab ipſo conſtructis à multis fidelibus viris pro ſuarum ſalute animarū præſtitæ, authoritate regali ſemper eſſent ratæ, cœnobijsque ſaluæ & inconuulſæ abſque vlla poſterorum calumnia permanerent. In illo verò itinere quæ per eum Dominus miracula fecerit, reticere non debemus. Priuſquàm ad Compendium caſtrum, vbi tum rex morabatur, perueniret, apud fluuium Iſaram, ab itineris fatigatione ſeſe paululùm recreaturus, pratum quoddam diuertit. Eccè autem regij venatores leporem canibus inſectantur: at ille per apertam camporum fugiens planitiem, ſinuoſis flexibus impedentem differt mortem. Nulla autem euadendi relicta opportunitate, ceu inuitus diuinitùs, ſub hominis Dei ſeſe amictum recipit. Id verò cernens vnus ex miniſtris regis, mente tumidus & ore effrenis, ait ad eum, Quā temeritate auſus es, clerice, gis venationem inuadere? Nisì quamprimùm reddideris, ego te meo gladio interficiam. Tum vir ſanctus, non vt periculum declinaret, ſed vt Dei, qui hominem &
Pſal. 35. iumenta ſaluat, pateſceret magnificentia, beſtiolam dimiſit. Ea fugiente, canes qui
Miracula fiunt. ad capiendum parati aderant, ita ſolo affixi ſunt, vt penitùs loco mouere ſe non poſſent. Is autem, qui ſanctum virum irreuerenter & contumeliosè appellauerat, ab equo, quem calcaribus vrgebat, vt fugientem leporem ſequeretur, tanta vi deiectus eſt, vt rupto ventre, inteſtina eius effluerent. Cernentes id ſocij eius, qui ob illatas viro Dei iniuriam id ei accidiſſe non dubitabant, ad pedes illius ſe abijciunt, qui ilmen ad miſerendum paratior, quàm ad vlciſcendum erat. Mox ille ſe conferens, vbi miſer iacebat ſemiuiuus, manibuſq; proprijs interanea effuſa ſuo loco recondit. Deindè cùm diutiſſimè precatus eſſet, de terra ſurgens, crucis ſigno hominem
Sanat hominem moribundum. conſignauit, isque repentè ita incolumis effectus eſt, acsì nihil perpeſſus eſſet malirex autem à venatu rediens, vbi rem geſtam audiuit, tum beatiſſimi Marculphi aduentu, tum miraculo diuinitùs per eum perpetrato impensè gauiſus, propere ad eum contulit: cumque eum procùl intueri primùm potuit, mox ab equo deſiliens, non ſine multa reuerentia pedes ad eum acceſſit, orauitque ſupplex, vt benedictione ſua ipſum impertiretur. Et vir Dei, Benedicat tibi Dominus, inquit, ex
Pſal. 127. Sion,

Sion, & videas bona Hieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ: ſintque omnes tui benedicti à Domino, qui fecit cælum & terram. Indè in mutuos ruunt amplexus & oſcula, & cùm vir ſanctus cauſam itineris ſui regi indicâſſet, pariter in memoratum caſtrum ingreſſi ſunt. Intereà ſole ruente, nox venit. Altera luce iuſſit rex confici literas de prædiorum donationibus, quales vir Domini poſtulârat, idque præſente regina Vltrogode cæterisque optimatibus, annuloque ſuo cunctis illis atteſtantibus eas voluit obſignari. Prætereà verò rex & regina multis eum donarites muneribus, ſupplices rogârunt, vt Chriſtum pro ipſorum ſalute deprecaretur. His ita geſtis, beatus Marculphus domum reuerſus eſt.

Cap. 14. Cùm autem iam inſtaret ille dies, quo Chriſtus eum ab hac corporeę corruptionis imbecillitate ad ſempiternæ incorruptionis ſanitatem transferre conſtituerat, modica correptus moleſtia, gaudens & exultans ſuæ vocationis præſtolabatur horam. Inualeſcente verò languore, fratres vndiquè, multaque ex vicinis locis populorum turba, atque in ijs etiam venerabilis Conſtantienſis vrbis Epiſcopus Laudo, viſitandi ſtudio ad eum accurrerunt. At ille ceu paſtor bonus blandè gregem
Sub mortē adhortatur ſuos ad perſeuerantiā. ſuum conſolans, & vt ſancti propoſiti normam nullo modo deſereret admonens & exhortans, Chriſtum ſummum paſtorem obſecrabat, vt quos ſacratiſſimi ſanguinis ſui effuſione redemiſſet, eos perpetuo ſuæ protectionis munimine vallaret. Tandèm oculis & manibus ſursùm erectis, Domine, inquit, Ieſu Chriſte, patris
Abit in cælum. æterni filj vnigenite, miſerere meî ſenis iam fatiſcentis, & ſi iam satìs eſt bonitati tuæ, quòd hucuſque militaui in caſtris tuis, liceat mihi deincèps diù optata libertate donato, ad ciuium ſupernorum tranſire conſortium. His dictis, animam effluit. Tum verò dolent omnes, turbantur vniuerſi: exiſtit omnium, qui aderant, luctus intolerabilis pro tanti viri abſentia. Calendis Maij abijt è vita, & ſepultus eſt in monaſterio, quod primum ipſe conſtruxit eo loco, qui Nantus appellatur. Humati ſunt cum eo etiam alij duo fratres, qui eodem tempore obiêrunt, Cariulphus & Domardus.

Cap. 15. Iam multum interceſſerat temporis, & venerandus Rhotomagenſis eccleſiæ pontifex Audoënus, diœceſim ſuam viſitans, Conſtantiam peruenit. Rogatus autem ab * Vernuino, loci ſæpè dicti Abbate, vt eum locum viſeret, & corpus beati viri ad locum, quem ipſe parauerat, transferret, libens aſſenſit. Subleuato autem de tumulo ſancti viri corpore, conſumptis carnibus, viſa eſt ſola cutis virtute præpotentis Dei oſſibus hærere incorrupta: porrò vultus eius adeò viuidus apparuit,
Præclara in eius exanimi corpore miracula. acsi vitali ſpiritu foueretur. Quod miraculum vt multis innoteſceret, triduò detectus permanſit. Rogauit autem Abbatem beatiſſimus Audoënus, vt de ſancti viri corpore aliquam ipſi partem attribueret. Illo libentiſſimè annuente, cùm Epiſcopus Audoënus caput auferre deliberaret, chartula cælitùs in eius manus incidit, qua hæc continebantur: Cæterorum membrorum beatiſſimi Marculphi quod voles ſumito: caput autem eius nequaquàm tangere præſumas. His ſcriptis ſanctiſſimus præſul à propoſito reuocatus, in loco præparato ſumma veneratione beatiſſimi Marculphi confeſſoris reliquias condidit. Ibi verò crebrò patrata
Miracula ad monumentū eius. miracula, virum ſanctum non mortuum, ſed verè viuere teſtantur. Per eius merita recipiunt cæci viſum, ſurdi auditum, claudi ingrediendi facultatem, & quouis afflicti morbo corporis ſanitatem:

Præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt
honor & gloria cum Patre & Spiritu
ſancto in ſecula ſeculorum, Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA S. AMATORIS EPISCOPI ANTISIODOREN. EX QVODAM MS. CODICE MVTATO STYLO PER F. LAUR. SURIUM DESCRIPTA. EST FIDE DIGNA.

Maij 1.

S. Amator cum sponsa vouet perpetuam cõtinentiam.

SANCTVS Amator literis non mediocriter institutus, in iuuentute coactus est à parentibus quandam virginem ducere in matrimonium. Cùm autem iam tempus adesset, quo inter se coniungi deberent, mutuis exhortationibus ad nuncupandum virginitatis votum se pertinaciter mouerunt. Adfuit autem angelus Domini, & binas illis coronas afferens, laudauit propositum, & ad perseverandum eos incitauit. Itaque puella virginum sodalitio se adiunxit, Amator autem in clerum allectus, tot fulgens virtutum ornamentis illustris, vt post decessum sancti Eladij ei in Antisiodorensi Episcopatu substitutus fuisset ad Dominum, tum perpetrandis miraculis, tum instanter concionando, ecclesiam suam capere non posse tam ingentem Christianorum multitudinem, à Ruptilio ciue Antisiodorensi petijt sibi dari domum quandam, quam is intra vrbis septa habebat amplam & excelsam. Ille verò primò quidem assentiri petēti noluit: at non diù pòst grauissimo correptus morbo, cessit precibus eius. Tum vir Dei condidit illic basilicam, & consecrauit, quæ vsque in præsens honorem S. Stephani protomartyris dedicata, à fidelibus frequentatur.

Fit Episcopus.

Porrò iam factus pontifex multis claruit miraculis: cæcis restituit visum, curauit paralyticos, mortuos ad vitam reuocauit. Cùmque multos ab ethnicismo conuertisset ad Dominum, tum perpetrandis miraculis, tum instanter concionando, cessauit neque paruam ecclesiam suam capere non posse tam ingentem Christianorum multitudinem, à Ruptilio ciue Antisiodorensi petijt sibi dari domum quandam, quam is intra vrbis septa habebat amplam & excelsam. Ille verò primò quidem assentiri petēti noluit: at non diù pòst grauissimo correptus morbo, cessit precibus eius. Tum vir Dei condidit illic basilicam, & consecrauit, quæ vsque in præsens honorem S. Stephani protomartyris dedicata, à fidelibus frequentatur.

Reliquam huius historiæ partem reperiet Lector Tomo 4. in Vita S. Germani Episcopi Antisiodoren. lib. 1. cap. 2. 3. 4. 5. & 6.

DE S. SIGISMVNDO REGE BVRGVNDIONVM, EX HISTORIA FRANCORVM S. GREGORII Turonensis Episcopi, lib. 3. cap. 5. & 6.

Maij 1.

* Gunebaldo Sigismũdus condit monasteriũ S. Mauritij.

MORTVO * Gunebando, regnum eius Sigismundus filius eius obtinuit, monasteriumque Agaunense pulcra cura cum domibus basilicisque ædificauit. Qui priori coniuge, filia Theodorici regis Italici, de qua filium habebat nomine Sigericum, aliam duxit vxorem, quæ valdè contra filium eius, sicut nouercarum mos est, malignari ac scandalizare cœpit. Vndè factum, vt vna solennitatum die, cùm puer super eam vestimenta matris agnosceret, commotus felle dicere ad eam: Non enim eras digna, vt hæc indumenta tua contingerent, quæ dominæ tuæ, id est, matris meæ fuisse noscuntur. At illa furore succensa, instigat verbis dolosis virum suum, cens: Hic iniquus regnum tuum possidere desiderat, teque interfecto id vsque Italiam dilatare disponit: scilicet vt regnum quod auus eius Theodoricus tenuit, & iste possideat. Scit enim, quòd te viuente non poterit adimplere, & nos

Malè persuasus necat filium suum.

cadas, ille non surgat. His & huiuscemodi ille incitatus verbis, vxoris iniquæ filio vtens, iniquus extitit paricida. Nam sopitum vino dormire post meridiem filium iubet: cui dormienti lorum sub collo eius positum, ac sub mento gatum trahentibus ad se inuicèm duobus pueris, suffocatus est. Quo facto, nimirum serò iam pœnitens, super cadauer exanime ruens, flere cœpit amarissimè ad quam factus es paricida sæuissimus. Nam hunc, qui innocens iugulatus est, necessarium non est plangi. Nihilominùs ille ad sanctos Agaunenses abiens, per multos

Agit pœnitentiam.

dies in fletu & ieiunijs durans, veniam precabatur: psallentium ibi assiduum

stituens, Lugduno regressus est, vltione diuina è vestigio eum prosequente.

Huius filiam rex Theodoricus accepit: Crotildis verò regina Clodomerem (alij Clodomirum) & reliquos filios suos alloquitur, dicens: Non me pœniteat, charissimi, vos dulciter enutrisse. Indignamini quæso iniuriam meam, & patris matrisque meæ mortem sagaci studio vindicate. Hæc illi audientes, Burgundias petunt, & contra Sigismundum & fratrem eius Godomarum dirigunt: deuictoque exercitu eorum, Godomarus terga vertit: Sigismundus verò dum ad saltus Agaunos fugere nititur, à Clodomere captus, cum vxore & filijs captiuus abducitur, atque intra terminum Aurelianensis vrbis in custodia positus detinetur. Discedentibus his regibus, Godomarus resumptis viribus Burgundiones collegit, regnumque recepit. Contra quem Clodomeris iterùm disponens, Sigismundum interficere destinat: cui à beato Auito Abbate decimo Nutiacensi, magno tunc temporis sacerdote, dictum est: Si, inquit, respiciens Deum emendaueris consilium tuum, vt hos homines interfici non patiaris, erit Deus tecum, & proficiscens victoriam obtinebis. Si verò eos occideris, tuipse in manu inimicorum traditus, simili sorte peribis: fietque tibi & vxori & filijs tuis, quod feceris Sigismundo & conjugi ac liberis eius. Sed ille auscultare despiciens consilium eius, ait: Stultum enim consilium esse puto, vt inimicis domi relictis, contra reliquos eam, eisque à tergo, hoc à fronte surgente, inter duos hostium cuneos ruam. Satiùs enim & filius victoria patrabitur, si vnus ab alio separetur: quo interfecto, facilè & alius morti poterit destinari. Statimque interfecto Sigismundo cum vxore & filijs, apud Calonniam Aurelianensis vrbis vicum in puteum iactari præcipiens, Burgundias petijt, vocans in suppetias Theodoricum regem. Ille autem iniuriam soceri sui vindicare volens, ire promisit. Cumque pariter apud Virosontiam, locum vrbis Viennensis coniuncti fuissent, cum Godomaro confligunt. Cumque Godomarus cum exercitu terga vertisset, & Clodomeris insequeretur, ac de suis non modico spatio elongatus esset, assimulantes illi signum eius, dant ad eum voces, dicentes: Huc huc conuertere: tui enim sumus. At ille credens, abijt, irruitque in medium inimicorum. Cuius amputatum caput & conto affixum eleuant in sublime. Quod Franci cernentes, atque cognoscentes Clodomerem interfectum, reparatis viribus Godomarum fugant, Burgundiones opprimunt, patriamq; in suam redigunt potestatem. Godamarus iterum regnum recepit.

Cap. 6.

Capitur, & in custodiã ducitur.

Occiditur cũ vxore & liberis.

Clodomir⁹ rex interimitur.

Ex Chronicis Sigeberti Gemblacensis monachi, Anno Domini 515. de eodem S. Sigismundo.

REX Burgundiæ Sigismundus, qui monasterium Agaunensium construxerat, filium suum Sigericum perimit, malo nouercæ illius vsus consilio. Qui commotus pœnitentię se * adijciens, & martyribus Agaunensibus se totum deuouens, quòd dignus fuerit venia, testatur crebra post mortem eius per eum multis concessa sanitatum gratia, & per eum febricitantibus indulta curatio.

* addiens Sigismũdus post obitũ edit miracula multa.

DE EODEM S. SIGISMVNDO, EX AIMONIO lib. 2. Historiæ Francorum cap. 4.

TVnc temporis Sigismundus basilicam sanctorum Mauricij sociorumque eius magnis extruebat impensis, in loco nuncupato Agauno. Circa eundem quippè locum magnanimitatem suæ ostendit deuotionis, dum esset vir optimæ mentis, & sanctarum locuplerator Ecclesiarum: Nam & prædiorum illi loco contulit copiam, & clericorum ordinem psallentium constituens, sanctæ religionis martyres propitios sibi adsciuit. Meminerat etenim, se consequitur nouercali, intantùm exosum fecerat patri, vt felle commotus iuberet iugis persuasionibus deceptum vnicum amisisse filium. Quem dum illa odio prosequitur nouercali, intantùm exosum fecerat patri, vt felle commotus iuberet eum puniri gladio. Nec multò pòst facti pœnitentia ductus, secum ille reputans, quid sceleris admiserit, ad sepulcra Sanctorum recurrens sæpè, humique prostratus, eos erga se clementissimos fore efflagitās rogabat, vt si quid minùs perfectum, diuinæque maiestati aduersum in suis reperiretur actibus, id, eorum interuentu, iustus iudex, in hoc seculo potiùs, quàm in futuro puniret examine. Quam petitionem ad effectum iuxta votum peruenisse constat. Audiens quippè exercitum ad-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uenire Francorum, instruit & ipse copiosam suorum manum, atque aduersùs eos pugnaturus aciem dirigit. Congressione itaque facta, Francis acriter prælian-tibus, victi Burgundiones fugæ præsidio se committunt. Sigismundus verò cùm tutelam sanctorum Agaunensium martyrum citato expeteret cursu, à Clodomiro Francorum rege, qui eum persequebatur, captus atque Aurelianis perductus carceri est mancipatus. Tunc beatus Auitus, qui in territorio eiusdem vrbis Abbatis fungebatur officio, rogare Clodomirum cœpit, nè tam excellentis nobilitatis, insignisque bonitatis virum neci traderet. Quod ille audire detrectans, cum in villa, cui Calumpnia nomen est, perduci, ac ibidèm cum filijs capite cęsum in puteum proijci iussit, de quo postmodùm sublatus, atque ad Basilicam sanctorum Agaunensium deuectus martyrum, cum digno honore est sepultus. Quem sanctorum collegio Christum Dominum adnumerâsse, ideò non ambiguum habetur, quòd febricitantes quique, si pro remedio animæ ipsius, salutare fideliter fecerunt offerre sacrificium, continuò ab infirmitatis suæ liberantur incommodo.

De eodem ex Adonis Viennensis Chronico.

CHlodomirus & Childebertus atque Chlotarius fratres, contra Sigismundum & Gothmarum exercitum mouent. Cumque in aciem simul venissent, fugientibus Burgundionibus, Sigismundus cùm ad sanctorum martyrum Agaunensium monasterium fugeret, compræhensus à Clodomiro cum vxore & filijs suis necatur: & in puteum proiectus occultatur. Sed per reuelationem posteà indè ab Abbate sanctorum martyrum leuatus, non longè ab Ecclesia eorum in monasterio, quod ipse construxit, vbi eorum corpora, scilicet Mauricij sociorumque eius sex milium sexcentorum sexaginta sex, posita sunt, honorificè sepultus est, vbi virtutibus postmodùm & ipse claruit.

Ex Annalibus Boëmiæ.

CArolus quartus Imperator amans patriæ S. Sigismundi exuuias Pragam multis prodigijs inclytas transuexit.

DE S. EVERMARO MARTYRE, EX QVO DAM CODICE MS. STYLVM MVTAVIT

F. Laurentius Surius.

Maij 1.



S. Euermarū inuidus dæmon frustrà oppugnat.

EMPORIBVS Pipini principis, quem ex Beggæ Ansigisus Dux suscepit, beatus Euermarus cumprimis nobili stirpe in Frisia ortus est. Quem à prima ætate sibi consecratum, omnipotens Deus sancti spiritûs gratia totum perfudit. Crescentibus autem vnà cum ætate virtutum meritis, totius sanctitatis speculum effectus est. Eius verò profectui inuidens hostis antiquus, multis tentationibus à sancta intentione eum retrahere & depellere conatus est: sed fortis Christi miles obturabat aures suas, & prorsùs ad nihilum redegit omnes eius machinas. Itaque cùm Deo benè fauente tentationes omnes superatæ essent, & ille vitam duceret sanctissimam, ad martyrium iam adspirabat, sine quo metuebat apud Deum se perfecto haberi. Suscepit igitur causa Dei peregrinationem, vt posset aliquando ignotus obire martyrium. Venit autem in Gallæciam ad S. Iacobum, vbi cum eius ædem ingressus fuisset, eiusque suffragia expetijsset, redijt in partes inferiores Galliæ, vbi sancti quidam recèns de hoc mundo subtracti clarebant miraculis, putà Foillianus martyr, Fursęus & Vltanus fratres, Remaclus Episcopus, Trudo venerabilis confessor, & virgo Dei Gertrudis. Eorum ille suffragia, singulorum loca visens, piè ac deuotè ambiens, cùm Traiecti etiam S. Seruatium adire vellet, cum septem comitibus venit ad primos aditus syluæ, quæ Ruttis nominatur: sed nè impendente iam nocte in tenebris per ignoti loci anfractus erraret, ad proximum villam, quæ Herstaplia dicebatur, diuertit. Eam villam homo crudelis Haccono-

S. Euermarus loca sacra visit.

nomine sibi vendicabat, adiunctisque sibi socijs, hostis publicus barbara feritate per syluam illam & vias publicas iter agentes aut interficiebat, aut despoliabat. Idemipse aliud apud Mosam sibi ædificium condiderat, quod à suo nomine Haccetum voluit appellari, vndè contemplabatur transeuntes, & nauigantium res diripiebat.

Ad eius ædes beatus Euermarus se contulit, nescíens cuius essent. Ille verò tum aberat: sed eius vxor, mulier religiosa, & peregrinorum solicitè curam gerens, sanctum virum & comites eius humaniter excepit, monuitque eos, vt ante solis ortum se darēt itineri, nè superueniens maritus ipsos trucidaret. At illi cùm benè precati essent fideli mulieri illi, manè ab eius domo egressi sunt, & reuersi in syluam quam reliquerant. Intereà Hacco domum redit, discit ex suis de hospitibus, qui illic pernoctauerant. Ijs auditis, homo sæuus penè fit exanimis, aitque: Quo nàm aufugerunt illi? Ocyùs insequamur eos, nè si manus effugiant meas, dicant occurrentibus, se Hacconis ceu desidis & stertentis vim impunè præterijsse. Mox cum suis ingreditur syluam, per abrupta & inuia persequitur Euermarum & socios: atque ecce abimprouisò incidit in locum, in quo illi quiescebant, compositum illac transeuntibus, sed tanquam fures, clàm se subduxerint. Ea re tanquod si fuerint in suæ ditionis terram ingredi, quòd non pependerint vectigal tum aiebat illos in se admisisse facinus, quod nisi eorū fuso sanguine expiari haud quaquàm possit.

Hacco crudelis eū per. sequitur.

His dictis, beatum Euermarum, qui cæteris honestiori habitu præstare videbatur, crudelis homo ferro necat: cæduntur etiam comites eius. Mox detrahuntur cæsis vestimenta, corpora manent insepulta, sed angelicis seruantur excubijs, donec Pipinus princeps, quem suprà nominauimus, in eum locum peruenit. Ruttim enim syluam venandi causa ingresso illo, comites eius partim, dum syluæ lustrant inuia, cò perducti sunt, vbi corpora cæsorum iacebant. Misericordia autem permotí ex vulneribus & sanguine, quo adsperfa erant, sepulturæ ea mandârunt: beatum Euermarum ob vultûs decorem & corporis formam egregiam, ceu alijs diuersiorem, post exequias accuratiori sepultura cohonestantes, dimidio clypeo corpori eius suppositio, & altera clypei parte ei imposita. Posteà verò quandò Leodiensi Ecclesiæ præsedit * Eraclius Episcopus, in villa seu pago, qui iam de extirpata fylua Ruttis nomen retinuerat, sancti Martini ecclesia fuit, cui vir magnę sanctitatis Zuselinus inseruiebat. Ei verò Dominus per angelum suum vitam & nomen beati Euermari indicauit, simul etiam de martyrio & loco, vbi humatus erat, certiorem cum efficiens, iubensque vt Episcopum Eraclium suo, id est, Dei nomine ad adduceret, vt sanctū Euermarum martyrem è sinu terræ eleuaret, quippè cuius spiritus ab ipsa cædis hora in cælis versaretur. At tamen sacerdos de hac visione hæsitans, illo anno nihil Episcopo renunciauit. Altero anno eadem nocte culpatus ab angelo, quòd iussis ipsius non paruisset, nihilo minùs rem apud se tacitam habuit. Indè tertio anno eadem nocte non solùm reprehensus, sed etiam flagellis cæsus ab angelo, tandèm credidit visioni: abijtque ad Episcopum, & ei omnia ordine exposuit, in veritatis argumentum ostendens ei corporis plagas & liuores. Præcepit autem ei Episcopus, vt sacrum corpus effoderet. Quod cùm factum esset, Episcopus illud ex humo eleuauit. Tanta verò indè prodijt odoris suauitas, vt qui aderant, in paradiso sibi versari viderentur. Porrò Episcopus collecto populo transtulit illud in beati Martini ædem sanè quàm honorificè, plebi & regioni illi patronum comparans. Ab eo autem tempore tanta illic diuinitùs sunt miracula declarata, vt si omnia perscribantur, ingens volumen completura sint.

* Euraclius

Visio Zuselini sacerdotis.

Corpus eius è terra leuatur, & mirificè redolet.

Multa fiunt miracula.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HISTORIA S. VVALBVRGÆ VIRGINIS. CO

DEX EGREGIVS MS. AVTHORIS NOMEN NON HA-

bet: nos stylo nostro historiam indè transcripsimus, sed aliquanto con-
tractiùs. Vitam S. Virginis scripsit Vuolfhardus mona-
chus Hasserensis ante multa secula: sed
an hæc ea sit, ignoro.

Maij 1.

POSTQVAM Anglorum Deo chara gens beatissimi Gregorij Pontificis maximi studio & opera ad Christianam religionem traducta fuit, multi eorum ob cælestis spei remunerationem in Franciæ regnum peruenerũt. In quibus S. Bonifacius Moguntinæ sedis ob sua merita præsulatum adeptus est. Porrò duo fratres germani, Vuilliboldus & Vuinniboldus cum sorore sua Deo & hominibus charissima Vualburga cùm in has regiones veniissent, Vuilliboldus à S. Bonifacio ordinatus est Eystetensis Episcopus, atque angelicam in ea functione ducens vitam, tandèm beatissimè abijt, non obijt: Vuinniboldus autem totum se Christi seruitio mancipans, mundanaq; omnia prorsùs respuens, locum, quem vocant Heydenheim, sibi incolendum sumpsit: ibique precibus vacans continuis, spe robustus, fide firmus, monasticæ vitæ professionem vsque ad supremum vitæ diem admodùm strenuè prosecutus est, multosque suis exemplis ad benè viuendi studium perduxit.

S. Vuilliboldus 1. Eystetensis Episcopus.

Vbi verò Vuinniboldus excessit è viuis, fœminei sexûs decus & ornamentum Vualburga, omnibus se virtutis præbuit exemplum. Erat enim præfecta virginum monasterij Heydenheimensis, & materfamiliâs egregia, quæ posset à Deo impetrare quicquid petijsset. Accidit aliquandò, vt reuertenti illi hora vespertina ab ecclesia ad cubiculum suum, Gonmeradus custos ecclesiæ, iam noctis sese interdentibus tenebris, lumen præbere nollet. Ea verò nihil mota hac iniuria, cùm iam cœna Deo sacratarum virginum absoluta, & diuinæ laudes persolutæ essent, ad dormitorium se recepit: & eccè repentè tanta illic luminis exiſtit claritas, vt pauimentum ipsum penetrare videretur, permansitque vsque ad nocturnas preces. Stupent sacræ virgines & exultant, accurrunt ad Vualburgam, indicant immensum lumen. Illa subortis lachrymis, oculos & manus tollit ad cælum, &, Ecce, inquit, Domine Iesu Christe, cui humilis ancilla tua ab ipsis incunabulis seruire constitui, pro hoc beneficio gratias ago: vt qui ad excitandas ancillarum tuarum mihi adhærentium mentes, me indignam hac luce consolari voluerit: quod tamen ego non meritis adscribo meis, sed fratrum meorum, famulorum tuorum.

S. Vualburga Abbatissa Heydenheimensis monasterij.

Miraculum

Cùm ab hac vita migrâsset beatissimus Vuinniboldus, Vualburgę virginis frater, illa immodico dolore correpta, die quodam vesperi exiuit è monasterio, nullo penitùs de familia monasterij id cognoscente. Venit autem ad ædes cuiusdam hominis opulenti, & ante fores ceu quædam peregrina & ignota sõla subsistit. Videns autem illam dominus domûs, & nescius, quænam esset, valdè mœrebat, cum tota familia sua, nè à canibus suis discerperetur. Iussit igitur, vt quamprimùm sese indicaret. Tum illa, Canes tuos, inquit, ego nihil reformido. Non enim potuerunt mordere Vualburgam. Ille enim, qui me huc adduxit incolumem, etiam illæsam potest reducere eò, vndè huc adueni: porrò etiam magnum tibi solatium adferet, si toto pectore credas illum esse summum medicum. Hæc vt audiuit illustris vir, è sede sua prosiliens, animo consternatus scisitabatur, cur virgo nobilis & omnipotentis Dei ancilla præ foribus stare voluerit: admodumque reuerenter illam excipiens, officiosissimè & humanissimè tractauit. Cumque incumbendum esset, rogata virgo vbi nocte dormire vellet, respondit se non nisi in illo velle cubare cubiculo, vbi filia eius grauissimè decumbebat, ità vt iam funeri eius necessaria à parentibus præpararentur. Tum illis præ nimio dolore ciulantibus, in cubiculum virgo Vualburga ingressa est, nocteque illa Dominum pro puella

Magno animo contemnit periculum.

deprecans, altera luce eam parentibus sanissimam exhibuit: qui sanè pro tanto miraculo Deo immensas egêre gratias, Vualburgæ autem multa obtulêre dona, eius precibus obnixè se commendantes. At virgo Christi dona accipere noluit, soli Christo placere desiderans, eumque super omnia diligens. Indè ad suum regressa monasterium, quanto cumulatiorem in se sensit Dei gratiam, tanto arctiori sese in dies vitæ tradidit. Tandèm cùm iam mundum & omnes eius cupiditates planè protriuisset, ex hac vita victrix decessit, sepulta honorificentissimè in monasterio suo.

Puellã moribundam suis precibus sanat.

Abit è vita.

Episcopatum autem Eystetensem obtinente * Otgario venerabili viro, cùm is monasterium, in quo sacræ virginis corpusculum conditum erat, minori quàm par esset studio coleret, quadam nocte per visionẽ sic eum fertur sacra virgo compellâsse: Cur Otgari Deo digne præsul monasterium, vbi humara sum, tam negligenter hactenùs habuisti? Quotidiè conculcor pedibus vulgi & seruorum eò aduentantium. Equidem tale tibi præbebo indiciũ, vndè possis intelligere non rectè te gessisse erga me & domum Dei: & si quidem reum te agnoscas, veniam merebaris. Eam visionẽ non fuisse vanam, euentus docuit. Nam paulò pòst cùm primùm erecti essent parietes eius fabricæ, & iam imponendæ essent trabes, noctù is paries, quem spectabat Aquilonem, repentè ad terram vsque collapsus est, magno terrore illato tam domesticis, quàm vicinis. Manè cunctis ad id spectaculum non absque pauore accurentibus, custos templi Reginfridus id celerrimè curauit Otgario episcopo nunciandum. Is verò sentiens visionem completam, eò properè venit, & ecclesiam cum multa festinatione instaurauit atque dedicauit. Deindè exacto anno, archipresbyteros suos Valtonem & Alungum cum Hubila sanctimoniali eo misit, vt corpusculũ sanctæ virginis summo studio è terra tollerent, atque cum hymnis, campanarumque pulsationibus multaque reuerentia ad Eystatense monasterium apportarent. Factum id est mira populi exultatione vndecimo Calendas Octobris: atque eiusdem antistitis iussu triduò pòst, id est, octauo Calendas eiusdem.

* Odgero

Appãret Otgario Episcopo.

Visionem confirmat euentus.

Trãsfertur eius corpus

Accidit autem pòst hanc S. Vualburgæ translationem, vt propinqui eius, quam diximus, Hubilæ liuore stimulati, tum callidis quibusdam machinationibus, tum etiam vi ab hæreditate materna propemodùm eam excluderent. Illa igitur anxia Vualburgæ, vt si illa maternam suam hæreditatem posset obtinere, eam Christo & ipsi ità etiam felicissimum habuit euentum.

Itẽ S. Vuinniboldi.

* hunc alij vocant Etcokenuualdũ.

Anno salutis octingentesimo nonagesimotertio, regnante Arnulpho rege, apertum est sepulcrum beatissimæ Vualburgæ in basilica, in qua reposita fuerat ab Otgario Episcopo. Contigit verò miraculum admiratione dignum, euidentissimis probatum testimonijs. Fuit ancilla quædam Friderada nomine, sedulò inseruiens hero suo Ederãno & coniugi illius. Correpta autẽ subitò morbo quodam, biduò miserandum in modum vexabatur. Cumque meliusculè cœpisset habere, tanta eam ingluuies inuasit, vt nulla posset ciborum copia fames eius expleri. Iniquidem multa ei alimonia suppeditabatur à propinquis, sed cùm illa in dies maiori famis rabie infestaretur, non videbant qua ratione mederi ei possent. Nec ea suis potuit ingredi pedibus, sed humi reptabat. Tandèm & ipsi & parentibus eius visum fuit, vt ab hera peterent facultatem S. Vualburgæ oratorium adeundi. Permissum id illi fuit: venit ad ædem, triduanas illic multa instantia offert preces, pedibus sua restituitur incolumitas. Audiunt id herus & hera, ocyùs ad eam aduolant, perpetuæ eam beatæ Vualburgæ seruituti addicunt. Abbatissæ munere tum illic fungebatur suprà memorata Hubila, quæ id permittere noluit, sed pòst dies paucos remisit eam iam planè sanam dominis suis. Mox autem vt eò redijt, priori morbo vexata est. Sentiens ergò non bono consilio à monasterio se eductam, illicò reducta est, perpetuò in monasterio seruitura. Et eccè confestim redit sanitas, sed inexhausta edendi libido manet. Itaque multo ea causa affecta pudore, eius monasterij procuratrici Thieltildæ aperuit morbum suum, vt precibus illius liberaretur. At illa dolens vicem eius, fragmen panis benedicti ei obtinuit à venerabili sacerdote, qui Mundus dicebatur. Quo gustato, ità sensim miro modò

Mira fœmineę ingluuies

Obserus hoc.

cœpit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Incredibilis ingluuies mutatur in incredibilẽ abstinentiã.

cœpit diminui illa ingluuies, vt anteà augmẽtabatur: & dimidio ferè anno nõ nisi parum admodùm casei edere,& lactis bibere potuit. Deindè vsqueadeò omnis cibi appetentia in ea extincta est, vt si quid alimenti sumere vellet, mox rursùs euomeret. Rogauit igitur Dei ancillam Thieltildam,vt nullas sibi escas suppeditaret. Illa verò re incredibili nimiùm obstupefacta, cùm sciret humanum corpus sine alimentis durare non posse, angi animo cœpit, quid ageret. Tandèm ad alteram propinquam eius monasterij ecclesiam eam misit, commendans eam procuratrici illius: quæ quidem accuratè eam obseruauit, & ad sex ferè hebdomadas apud se detinuit, quibus illam nihil edisse compertissimum est. Posteà venit ad eam inuisendam Thieltilda, didicitque quid interìm actum esset. Cœpit igitur tum minis varijs, tum blandimẽtis agere cum illa,vt cibum sumeret: Noli,inquit, charissima filia, tam obstinato animo tibijpsi imponere: redi ad sanitatem, & cape alimonia am. Quòd si aliquo illuderis phantasmate,quæso ne id celes nos. planè enim mihi persuadeo, si abiecta mala verecundia id feceris, fore vt dominæ nostræ precibus adiuueris. Tam acri illa obiurgatione pudefacta, cœpit tentare num quid posset cibi accipere, sed frustrà id fuit: nè tamen ancillæ Dei adhortationes contemnere

Vide rem miram.

videretur, petijt aliquid vilioris siceræ sibi porrigi. Factum est ità, & ipsa licèt inuita perparum indè hausit, sed mox per nares & oculos tanta vi reiecit,vt cęca efficeretur. Reducta ergò ad monasterium, breuì quidem recuperauit visum, sed de abstinentia prorsùs nihil remisit. Abbatissa verò & tota virginum sodalitas ea re valdè obstupescebant, communicatoque inter se consilio, Episcopum suum adiè runt, eique rem totam explicârunt,eius consilium experentes. Ille verò fidem adhibere noluit, sed suspicabatur versutissimi dæmonis fraude delusam, oculos hominum fallere,porrò clàm aliquid ei soli manenti qualicunque arte alimenti subministrari. Suis igitur in consilium adhibitis,è monastero S.Vualburgæ valdè religiosum presbyterum acciuit,eique grauissimè non semèl præcepit, vt illam custodiendam susciperet,diligentissimeq; exploraret,num fraude aliqua alijs illuderet. Fecit ille,vt erat iussus, certissimeque comperit rem ità se habere, vt ab illa dicebatur. Tum Episcopus nihil ampliùs hæsitans,certam ei fidem accõmodauit. Atque illa deincèps triennio sic permansit, interim nihilo minùs pro modulo suo diligenter exequens, quicquid ei operis demandatum fuisset. Quotiès autem sacrosanctam Eucharistiam percipere conabatur, nisi statìm somno se daret, vomitum passura videbatur.Non ergò iam dubitemus facilimum esse maiestati diuinę,quod humanæ imbecillitati impossibile sit.

*Erckenboldus

Post hæc * Erckenuualdus antistes Eystetensis archipresbyteros suos cum quibusdam alijs bonis viris iussit beatæ Vualburgæ corpus effodere, inuentumque diligenter contrectare. Illi verò cum multa trepidatione,diuinis adhibitis laudibus,

Reliquiæ S. Vualburgæ sudare videtur.

fodientes, repererũt gratissimas eius reliquias, easque ceu tenui quodam humore madidas: nec tamen vel puluisculus ex ijs manibus contrectantium potuit abrere. Sublata autem est sacri corpusculi portio quædam,iubente id Episcopo: quare grauissimè consternati & afflicti sunt Eystatenses: mirificè autem exhilarati, ad quos ea portio deportabatur. Transferebatur enim in monasteriũ Monheymense, sub hoc Episcopo conditum: cumque sacro pignori puer epilepticus veniisset,

Puer epilepticus sanatur.

obuiã,& sub illo se curuâsset, sanatus est: moxque,vt testati sunt,qui huic rei interfuêre,mira illic odoris fragrantia nares omnium & præcuntium & subsequentium impleuit,ità vt ferre vix possent. Vbi ad locum ventum est,super monasterij altare

Visio Hubilæ Abbatissę

sacræ reliquiæ depositæ sunt. Nocte proxima adfuit Hubila Abbatissa, triduoque illic manens, podagra eam dirè cruciante, sopori se dedit. Adstitit autem dormienti quidam venerandus senex, Vuillibaldus, vt putatur,Episcopus, aitque ei: Hubila cur dormis? Quarè non in templum ingrederis? Respondit illa: Nondùm pulsatum est ad nocturnas preces: mihi verò adeò dolent pedes, vt nisi aliorum allata manibus, eò pertingere non possim. Contrà ille: Abi, inquit, ocyùs: venit enim in ecclesiam beatus Vuinniboldus, multis eum comitantibus, vultúque ex te cognoscere, quo pacto conditam habeas sanctam Vualburgam sororem suam. Confestìm surrexit illa, & in basilicam sanissima intrauit, gratias agens Deo & sanctæ virgini pro tam insperata salute.

Miracula.

Sanatus est etiam ad sacræ virginis reliquias quidam puer à primo ortu contractus, cùm ei illa apparuisset dormienti, & templum adire iussisset: vbi membris omnibus consolidatus, erexit sese & ambulauit, atq; tota reliqua vita sua in eadem ecclesia robustus & incolumis seruiuit. Ibidèm curata est fœmina Reginsuuinda, membris omnibus adeò debilitata, vt se loco mouere non posset.

Festo die dedicationis ecclesiæ eius, omnes quotannis in ea regione ferias agebant. At mulier quædam Geila ex pago Stofenheimensi, petulanti animo in opus textrinũ incumbebat: sed non impunè. Inhæsit enim manui eius glomus,& totus lacertus intumuit.

Accidit sanè nuper stupenda res, & propè incredibilis, nisi multorum testimonijs fulciretur. Cùm plurimi vndiquè ad S.Vualburgæ basilicam confluerent, quidam inter eos adfuit habitu peregrino,præ cæteris attentiùs & instantiùs orans. Id vbi animaduertit Hubila Abbatissa,iussit eum ad se adduci,percunctataq; est ex eo, quisnam esset, aut vndè venisset. At ille,Gratias,inquit,ago Deo omnipotenti,qui sanctissimæ virginis Vualburgæ meritis de fœdissima ignominiæ nota me liberauit: id quod omnes vos, qui hîc adestis, ex me potiùs, quàm ab alio discere cupio. Testor autem Deum,quem nihil latet,& sanctam Vualburgam,cuius multa necessitate adactus suffragia expetij, me non nisi vera dicturum. Anno superiori, quo dira fames multos pressit,duo inopes eius vitādæ causa peregrè profecti sunt. Illis autem obitèr quidam ex longinqua regione comitem se adiũxit. Interrogatus ab illis,cuias esset, aut quò iter intẽderet, respondit ad S.Vualburgam religionis ergô se proficisci. Tum illi: Et nos, inquiunt, eò cupimus peruenire, erimusq; inter nos non inuicundi socij,& securiùs itinerum pericula cuitabimus: sed interìm nos fatigat premimur,& præ defectu viriũ ægrè pedes promouemus. At ille: Deo,inquit, fratres mei,itineris prolixitatem cõmendantes, quæramus locum aptum, vbi iam appetente meridie paulispèr quiescamus,& cibo nos refocillemus. Reperto loco, parter consederunt, & ille de escis suis proferens, obtulit illis. Comederunt igitur, & sumpto cibo, ait ad illos: Iam etiam somno lassa membra recreemus, sed excubias agat vnus ex nobis, nè quid accidat periculi dormientibus. Probant illi consilium, sed mente maligna. Nam altero è duobus his se dormire simulante,alter vigilabat: tertius,qui se illis adiunxerat,nihil sibi metuens,intrepidus dormiebat. Tum surgentes illi scelesti, hominem innoxium crudelissimè iugulârunt: sed cum anxios eos haberet,quid facerent de cadauere,tandèm alter id in suos sustinilir humeros, in aliquem locum auium illud projecturus. Eccè autem dum illud conatur à suis deponere humeris, tam tenaciter sibi illud sentit inhærere, vt nulla vi id possit à se auellere. Mirè igitur & miserè discruciatur infelix homicida,videns se sium facinus celare non posse. Intereà quidam ei amicus fit obuius,qui conspecto cadauere non sine multa admiratione scisciatabatur, vndè id esset. Ille autem nunquàm amico fidens, refert quid actum sit, orat vt suæ calamitatis velit misereri. Immanè & planè barbarum facinus.

Celestis vindicta.

Stupendum miraculum.

Aliud.

Item aliud.

Item aliud.

Item

Viderunt hunc multi tali onustum sarcina exanimis corporis, qui tum fuêre in viuis, vt ambigi non possit falsum & commentitium non esse, cuius tam multi extiterê testes.

Ea, quæ hactenùs commemorauimus, miracula, diuinitùs perpetrata post eleuationem corpusculi beatæ Vualburgæ virginis, multa sanè admiratione & præconio digna sunt: at verò diuersis locis alijs toto Francorum regno, quæ eius religuijs illustrantur, in dies plura celebrioraque fiunt: præstante Domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat in infinita secula, Amen.

IN LAVDEM SANCTÆ ET VIVIFICÆ CRVCIS, SERMO BEATI IOHANNIS DAMASCENI.

Habetur libro quarto cap. 12. de Orthodoxa fide,

Iacobo Billio interprete.

3. Maij.

1. Cor 1.

1. Cor 2.

VERBVM Crucis, vt pereuntibus stultitia, ità nobis qui salutem consequimur, virtus Dei est. Spiritalis enim omnia dijudicat: animalis autem homo non percipit ea quæ sunt Spiritûs. Stultitia enim est ijs, qui per fidem ea non excipiunt, nec Dei bonitatem atque omnipotentiam considerant, verùm res diuinas humanis ac naturalibus rationibus inuestigant. Diuinæ siquidem res omnes, & naturam, & sermonem, & cogitationem superant. Nam si quis animo voluat, quemadmodùm, & quam ob causam, Deus omnia ex nihilo in ortum produxit, atque naturalibus rationibus id assequi cõtendat, haudquaquàm profecto id comprehendet. Animalis enim & diabolica est huiusmodi cognitio. At si quis fide tanquàm manu ductus, Deum bonum & omnipotentem, & verum, & sapientia ac iustitia præstantem reputet, omnia plana & æquabilia, viamque rectam inueniet. Nam fieri sine fide non potest, vt quisquam salutem adipiscatur. Siquidem fide, tum humana omnia, tum spiritualia constant. Neque enim agricola sine fide aruum proscindit, nec mercator exiguo ligno vectus, animam suam furentibus maris vndis committit, nec matrimonia contrahuntur, nec denique aliud quicquam eorum, quæ hæc vita fert, suscipitur. Fide intelligimus cuncta Dei potentia ex nihilo in ortum producta esse. Fide omnia, tam humana quàm diuina, nobis ex animi sentẽtia succedunt. Fides porrò nihil aliud est, quàm assensio ab omni curiositate procùl dissita. Quanquàm autem omnis Christi passio, ac miraculorum editio præclara, & diuina, ac mirabilis est: nihil tamen ità omnibus, quod tantam admirationem excitet, atque eximia eius Crux. Neque enim vlla alia re peccatum deletum, primi parentis peccatum extinctum, infernus spoliatus, resurrectio donata, vis contemnendarũ rerum præsentium, atque ipsius quoquè mortis, nobis concessa, reditus ad veterem beatitudinem comparatus est, paradisi portæ patefactæ sunt, natura nostra ad Dei dextram consider, filijque Dei & hæredes facti sumus, quàm Crucis Domini nostri Iesu Christi beneficio. Siquidẽ hæc omnia Crux præstitit. Quicunque enim, inquit Apostolus, in Christum baptizati sumus, Christum induimus. Christus porrò est Dei virtus & sapientia. En quo pacto Christi mors, id est Crux, vera ac viua Dei sapientia & potentia manifestatur. Et Apostolus, Nos autem prædicamus Christum crucifixum. Multi enim conuestiuit. Dei autem virtus, verbum Crucis dicitur, vel quia vis Dei ac potentia Christi ac Iesus sunt: at vnus duntaxàt cruci affixus. Non dixit, lancea transuerberatum, sed, crucifixum. Quocircà nobis faciendum est, vt Crucis signum adoremus. Vbi enim signum fuerit, illic quoquè & ipse erit. At verò materia, ex qua Crucis figura conflatur, siue aurũ, siue eximij precij lapides sint, post figuræ, si ità contigerit, euersionem, haudquaquàm adoranda est. Quamobrèm omnia, quæ Deo dicata atque consecrata sunt, ità adoramus, vt cultum ac venerationẽ ad eum referamus. Enimuerò lignum illud vitæ, quod à Deo in paradiso cõsitum est, præclaræ Crucis figuram gessit. Quoniam enim morti per lignum aditus patuerat, consentaneum erat, vt per lignũ quoquè vita & resurrectio donaretur. Quin Iacob, cùm adorato virgæ fastigio, cancellatisque manibus, filijs Ioseph benè precaretur, Crucis signum apertissimè delineauit. Atque idem etiam indicârunt, & virga Mosaica in Crucis figuã efformata, ac mare feriens, atque Israëli salutẽ afferens, ac cõtrà Pharaonem amnis mergens, & manus in Crucis formã extensæ, atque Amalecitas in fugam verrues, & aqua amara, ligno edulcata, & rupes fracta, laticesque fundens, & virga Aaroni sacerdotij dignitatẽ sanciens, & actus in ligno de serpente, velut mortuo & extincto triumphus (ligno nimirùm salutem ijs afferẽte, qui mortuum hostem cernunt, hoc est Christum in carne, peccati prorsùs ignara, Cruci affixum esse credunt) & magnus ille Moses illud inclamans, Videbitis vitam vestrã in ligno pendentem ob oculos vestros: ac deniquè Esaias, Tota die expandi manus meas ad populum contumacem & contradicentem. Qui hoc lignum adoramus, vtinàm ad crucifixi Christi partem perueniamus, Amen.

Rerum procreatio humanis rationibus compræhẽdi nõ potest.

Hebr.11. Fides in omni re necessaria.

Quid sit fides,

Quantũ admirationis habeat Christi Crux.

Crucis beneficia.

Rom.6. Gal.3. 2.Cor.1.

Per Crucem fideles ab infidelibus distinguuntur.

Exod.12.

S. Crucis effectus.

ti extinctio, resurrectionis planta, vitæ æternæ lignum.

Hoc itaque ingentis sanè precij lignum ac venerandũ, in quo Christus seipsum sacrificij causa pro nobis obtulit, vt ex sancti corporis & sanguinis contactu sanctificatum, optimo iure adorari debet, clauique item, & lancea, & indumenta, ac sacra eius tabernacula, hoc est præsepe, antrum, Golgotha, Crux, viuificum sepulcrum, Sion Ecclesiarum arx, aliaque id generis, quemadmodùm ait Dei parens Dauid, Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius. Quòd autem his verbis Crucem intelligat, argumẽto est id quod sequitur: Exurge Domine in requiem tuam. Comes enim Crucis est resurrectio. Nam si eorũ, quorum amore flagramus, & domus nobis chara est, & lectus, & vestis: quanto magis ea quæ Dei ac Saluatoris sunt, per quæ nobis salus parta est? Quin figuram etiam præclaræ ac viuificæ Crucis adoramus, tametsi ex alia materia constructa sit: non quòd materiã colamus, (procùl hoc absit) sed figuram, vt qua Christus designetur. Etenim ipse discipulos suos extremùm alloquens, Tunc, inquit, apparebit signum filij hominis in cælo, Crucem videlicet significans. Ac proindè Angelus ille resurrectionis nuncium mulieribus afferens, dicebat, Iesum quæritis Nazarenum crucifixum. Et Apostolus, Nos autem prædicamus Christum crucifixum. Multi enim Christi ac Iesus sunt: at vnus duntaxàt cruci affixus. Non dixit, lancea transuerberatum, sed, crucifixum. Quocircà nobis faciendum est, vt Crucis signum adoremus. Vbi enim signum fuerit, illic quoquè & ipse erit. At verò materia, ex qua Crucis figura conflatur, siue aurũ, siue eximij precij lapides sint, post figuræ, si ità contigerit, euersionem, haudquaquàm adoranda est. Quamobrèm omnia, quæ Deo dicata atque consecrata sunt, ità adoramus, vt cultum ac venerationẽ ad eum referamus. Enimuerò lignum illud vitæ, quod à Deo in paradiso cõsitum est, præclaræ Crucis figuram gessit. Quoniam enim morti per lignum aditus patuerat, consentaneum erat, vt per lignũ quoquè vita & resurrectio donaretur. Quin Iacob, cùm adorato virgæ fastigio, cancellatisque manibus, filijs Ioseph benè precaretur, Crucis signum apertissimè delineauit. Atque idem etiam indicârunt, & virga Mosaica in Crucis figuã efformata, ac mare feriens, atque Israëli salutẽ afferens, ac cõtrà Pharaonem amnis mergens, & manus in Crucis formã extensæ, atque Amalecitas in fugam verrues, & aqua amara, ligno edulcata, & rupes fracta, laticesque fundens, & virga Aaroni sacerdotij dignitatẽ sanciens, & actus in ligno de serpente, velut mortuo & extincto triumphus (ligno nimirùm salutem ijs afferẽte, qui mortuum hostem cernunt, hoc est Christum in carne, peccati prorsùs ignara, Cruci affixum esse credunt) & magnus ille Moses illud inclamans, Videbitis vitam vestrã in ligno pendentem ob oculos vestros: ac deniquè Esaias, Tota die expandi manus meas ad populum contumacem & contradicentem. Qui hoc lignum adoramus, vtinàm ad crucifixi Christi partem perueniamus, Amen.

Ligni Crucis adoratio

Pſal.131.

Cur Crucis figura adoranda.

Matth.24.

Marc.vlt.

2.Cor.1.

In Cruce nõ materia sed signum adoratur.

Gen.1.

Lignũ vitæ in paradiso Crucis figura fuit.

Hebr.11.

Exod.14.

Exod.17.

Num.17.

Deut.28.

Esa.65.

VITA BREVIS S. IVVENALIS EPISCOPI NARNIENSIS ET CONFESSORIS, VT HABETVR IN *MS. codice, sed phrasim mutauit F. Laur. Surius.*

3. Maij.

*Hybernia

S. Iuuenalis fit Narnien. antistes.

SANCTVS Iuuenalis arte medicus, dignitate presbyter fuit. Venit autem ex * Africa Romam ad illustrem quandam matronam, Philadelphiam nomine, quę eum recepit in domum suam: cumque didicisset eum virum sanctum, misit Narniam viros prudentes, qui explorarent, num illic essent homines Christiana religione initiati. Vbi autem percepit esse ibi Christianos etiam nobiles vtriusque sexûs, communicato cum illis consilio, sanctum Iuuenalem eius vrbis Episcopum curauit consecrandum. Ea fretus functione Iuuenalis, luculentis verbis palàm hortabatur ciues Narnienses, vt reiectis idolis, Christum sibi colendum sumerent: conditoque oratorio in honorem sancti Valentini Episcopi & martyris, sacrosancta illic peragebat mysteria, plurimosque conuertit ad Dominum & baptizauit.

Huius historia est Tomo 1.

Cùm aliquandò Ligures & Carporum familia multas oppugnarẽt vrbes, etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Narniam obsidione vexârunt, quinto anno ordinationis S. Iuuenalis. At ille cum Christianis per muri circuitum ità psallebat: Fiant Domine viæ impiorũ tenebræ & lubricum, & angelus tuus persequatur eos. Veniat illis laqueus, quem ignorãt, & captio, quam occultauerunt, apprædẽdat eos. Et eccè repentè nocte intempesta intonuit de cælo Dominus, & misit sagittas suas, & dissipauit eos: fulgura multiplicauit, & conturbauit eos, idque adeò, vt hostibus in fugam versis, vrbs liberata sit. Tum verò sanctus Episcopus indicto ieiunio, diuina mysteria celebrauit.

Precibus fugat hostes.

Solebat vir sanctus habitare apud portam superiorem in turri quadam, muro cohærenti. In ea hodieque perdurat lectus eius, in quo somnum capiebat. Erat verò illi calix crystallinus, ex quo multi bibentes, sanati sunt à diuersis languoribus: & is quoquè vsque in præsens illic asseruatur. Post annos septem in episcopatu exactos, spiritum Domino reddidit, sepultusque est ad portam superiorem via Flaminia. Quandoquè vir Dei de seipso retulit, admonitum se in visione fuisse, vt pro nauigantibus deprecaretur, quod etiam fecit. Nauigabãt verò trecenti viri in naui multis opibus onusta, qui ex Oriente venientes, ad portum quendam contendebant. Cumque tranquillo vterentur mari, media die extitit atra nox, sæuierunt venti, procellæ intumuerunt, parùm à submersione abfuit nauis, spes omnis vendi erepta est. Mox illis apparuit angelus in effigie Iuuenalis Episcopi, stans supra aquas. Illi autem viso eo exclamârunt: Si vir Dei es, libera nos. Orauit ergo manibus extensis, & nauis ad portum optatum appulsa est. Rogabant verò, quinam esset. Et ille: Sum, inquit, Iuuenalis Narniensis Episcopus. Gratias agatis Deo, qui liberauit vos. & hæc dicens, abscessit ab eis non parùm admirãtibus, Deumque collaudantibus. Posteà cùm sua negocia expediuissent, quadraginta viros cum magnis muneribus miserunt ad eum, qui intra biduum longissima maris spatia emensi, cùm Narniam ingressi essent, compererunt illum obijsse diem suum. Accesserunt itaque ad sepulcrũ eius, eoque tacto vnus ex eis quartana febre laborans, sanatus est: datis autem muneribus venerabili viro Maximino successori eius, rogârunt vt templum ei conderet. quod & factum est.

Abit in cælos.

Miraculum

Aliud miraculum ad sepulcrũ eius.

VITA S. GOTHARDI EPISCOPI HILDESEMENSIS, EDITA A QVODAM EIVS CONTEMPORANEO MONACHO VEL CANONICO: cuius tamen stylus obscurior, nè lectorem offenderet, per F. Laur. Surium mutatus est, & quædam reddita paraphrasticõs. Est autem hic non integra historia, sicut ab authore conscripta fuit, sed non pauca omissa videntur in eo exemplari, quod nos habuimus: præcipua tamen hìc haberi speramus, & quæ plus vtilitatis lectori afferant.

PROLOGVS AVTHORIS, MVTATA PHRASI, nonnihil contractus.

ADmodum reuerendo, & toto deuotionis studio semper colẽdo domino ac præceptori suo, frater N. corpore & spiritu exiguus, quicquid suo domino debet iure subditus. Scripturus vitã & institutionem beatæ memorię patris atq; pastoris nostri Gotharardi, inter spem & metum anxius, diù multumque quid facerem deberaui, quòd me tam præclaro operi planè imparem non ignorarem. Alliciebant me splendore suo virtutes, quas per illum Dominus declarauit, sed absterrebat conscientia multiplicis desidiæ meæ, dotandèm magistrorum & fratrum, inprimis autem veri cultoris Dei Abbatis nostri iussis adactus, partim spontè, partim nolens opus hoc aggredi tentaui. Quod quidem tibi, præceptor eximie, secretiùs offerendum statui, qui & facilè iis datum veniam erratis, possisque non difficulter tum addere, tum demere, quod vtilius fore iudicaueris. Habes hîc & aut certè opus ipsum penitùs supprimere. Neque id vel admireris, vel aspernere velim, pater venerabilis, quòd te ex omni præsulum, abbatum, doctorum numero vnum elegi huius laboris mei examinatorem, quandò id vt facerẽ etiam is, quem

Habes hîc & gratem & fidẽ authoris

dixi, Abbas meus hortatus est, & tibi pro fidei & dilectionis tuæ merito beati Gothardi vita omnis præ cæteris magis cognita est, vt qui ab illo familiariùs didiceris etiam arcana pectoris eius. Ego verò ad hunc scribendi susciepiendum laborem eo nomine non parùm incitatus sum, quòd adolescens inter Hirsfeldense & Altahense cœnobia discurrens, prima beati viri gesta à fidelibus & crebrò audierim, & libenter memoriæ commendârim. Testor autem Dominum Iesum, me nihil mandâsse literis, nisì quod ipse & viderim, & auditione acceperim, aut à fide dignis cognouerim: maximè cùm darem literis operam, vbì à quodam grandæuo sacerdote, tibi quoquè benè noto, eius familiaribus vtens colloquijs, pleraque accepi, fide non dubia mihi ea referente, vt si Dominus daret, quandoquè in scripta redigerem. Is autem ab ipsa infantia ei fideli ministerio semper adhæserat, & primus eum sacris literis erudierat, cunctasque res eius ad pontificatum vsque probè compertas habebat. Quæcunque autem à me ex his cõscripta sunt, ea, vt iam suprà dixi, prudentię tuæ discutienda offerre volui, vt per te errata corrigantur, hiantia compleantur, supernacanea reijciantur, res scitu dignæ eorum loco substituantur, stoliditas mea, sicubi lapsa sit, veniam obtineat, & contra insultantium sannas auctoritatis tuæ præsidijs muniatur: quanquàm, vt mihi testis est Deus, non valdè moueor, si quis Momus arrogans adducto supercilio carpere me velit, modò studiosis & Deum timentibus simplex rerum gestarum veritas patefacta sit, dataque occasio ijs, qui & velint & possint, beatissimi Gothardi vitam & actus cultiori & eleganti ori stylo conscribendi. Nam vt solent sagaces canes signo à venatore dato diligenter inuestigare feras, non vt ipsi indè comedant, sed pareant voluntati domini sui, cupientis & sibi & familiæ suæ, atque etiam fortasse superuenturis hospitibus lautiores epulas apponere: ità & ego lubens hunc susciepi laborem, non vt mihi laudem, quam non mereor, aucuper, sed vt iusti viri memoriam & præsentibus & futuris efficiam sempiternam. Nec quenquã mouere debet, quòd obijciunt mihi nasuti quidam illusores, non debuisse me humilem stirpem commemorare tam præclari & insignis viri, sed eam potiùs in eius laudem silentio premere, tanquàm eius existimationi & splendori nominis derogantem: quandò ij, qui sanum sapiunt, non tam attendunt fumosas antiqui generis imagines, quàm diuinæ gratię prærogatiuas: quibusque ille solus nobilis est, quem nobilitat sua virtus. Ait scriptura diuina: Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & sublimat. Suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem: Vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. Quod in hoc beato viro, tota Ecclesia teste, impletum est. Deductum enim à Domino per vias rectas, & in conspectu regum magnificatum, cum principibus gloriosè consedisse, & inter principes locutum sapienter, solimque gloriæ præclarè obtinuisse vidimus: nec ab vllo fidelium dubitatur, lætari eum nunc coram Christo in sanctorum collegio sacerdotum. Interìm tamen si fortè loquacitas mea vspiàm extra cancellos progressa est, tu pater & doctor egregie, qui id non solùm huius præsulis memoriæ, sed etiam imperitiæ meæ debere existimaris, qui & pro doctrina tua potes approbare probanda, & pro authoritate facere improbanda, adhibe censuram & castigationem tuam, vt & friuola semper silentio obruantur, & vtilia absq; adulationis fuco deprompta relinquantur. Si quid enim hic repertum erit vero non consentaneum, non tam imperitiæ meæ, quàm tuæ id incuriæ imputabitur.

1. Reg. 2.

HISTORIA.

DOMINVS Iesus Christus præcipit in Euangelio, vt accensa lucerna non sub modio ponatur, sed super candelabrum, vt eius luce fideles illustrentur. Alia quoquè scriptura vult secreta regum celanda, opera verò Dei enuncianda & prædicanda. Ijs nos permoti, dignũ sanè duximus, quantum ope cælestis gratiæ consequi possimus, quę à beato patre nostro Gothardo Episcopo ex virtute gesta sunt, ea & præsentibus & pòst futuris imitanda proponere, & scripto explicare. Nec enim poterimus negligentiæ notam effugere, si quæ de illo laude digna & vidimus & audiuimus, sub silentio latere

Mai 4. Cap. 4. Matth. 5. Tob. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

patiamur: maximè quandò ille ex Baioaria, iam olim verbi Dei vomere exculti, & fide Christi affatim instructa, veræ religionis doctor insignis ad nos Saxones transmissus est, quibus proh dolor non immeritò cum probo objicitur, quòd ad complectendum Dei verbum planè saxeos & indomitos diù nos exhibuimus.

Cap.2. S. Gothardi patria. Vt igitur ad narrationem veniamus, præclara indole puer Gothardus in Bauaria apud Altahense monasterium ex eius ipsius familia natus est. Parentes germanè Christiani fuêre, vt pòst res ipsa declarauit: qui cùm eum feliciter enutriuissent, in cœnobio eodem curârunt sacrarum literarum studijs adhibendum. Hoc verò monasterium à quibusdã Christi cultoribus conditum est anno salutis septingentesimo quadragesimoprimo, quo è viuis excessit Carolus Martellus, Pipini filius, cuius pater fuit Anchisus, ab Arnulpho proereatus. Porrò Carolus Martellus filijs suis Carolomano & Pipino reliquit principatum: atque altero indè anno ex Pipino hoc editus est Carolus Magnus. Constructum verò est Altahense monasterium & consummatum quindecim ferè annis antè, quàm à S. Bonifacio Archiepiscopo, volente sic Zacharia Romano Pontifice, in Baioaria Episcopi certis locis instituerentur. Cui rei etiam assensit Pipinus rex, cui iam Carolomanus frater triennio antè cessérat partem principatús, quæ ad ipsum attinebat, Romæ monastico indutus habitu, & rasus caput. Quo tempore Vuillibaldus datus est Eystadio Episcopus, Iohannes Salisburgensibus, Erimbertus Frisingæ, Gaibaldus Ratisponæ, creuitque & robur accepit ijs in locis Christiana religio. In Altahẽsi autem cœnobio Christi famulatus sua habuit ab initio incrementa, & centum ferè annis institutum monasticum præclarè illic profecit vsque ad detestabilem illam dissensionem, quæ extitit inter Ludouicum Caroli Magni filium, & liberos eius Ludouicum, Clotarium & Carolum: ac deindè Imperatore defuncto, inter hos fratres annis non paucis, vt Chronica testantur.

Altahense cœnobium quãdò conditum.

Cap.3. Ea enim tempestate complures spoliabantur ecclesiæ, monasteria vastabantur, atque in ijs etiam Altahense, cuius possessiones, à fidelibus ei collatæ, & hactenus inconuulsæ, diripiebantur, atque tam flagitiosis rebus militantibus pro voluntate eorum, qui sic debacchabantur, beneficij, immò verò maleficij nomine attribuebantur. Atque ità factum est, vt necessariò illic deficeret monastica professio & disciplina, tametsi annis itidèm centum Canonicorum ibi permansit institutum vsque ad Henrici Ducis tempora, quem posteà Imperatorem vidimus. Et Otho quidem Rex, filius Henrici Ducis Saxoniæ, non semèl illud voluit monasterium aliquot locis instaurare, sed multis se ei obijcientibus impedimentis, inprimisque tem Henrici fratris eius Bauariæ Ducis machinationibus, animi sui propositum non potuit ad effectum perducere. Is enim Henricus, cùm primùm creatus Rex, coram patre & principibus indignabundum se quasi ioco simulans, & ad biliorem se iactitans, ei se opposuit, atque in hac iniusta voluntate semper & aduersùs fratrem regem priuatim & veteratoriè, & contra filium regis Ludouicum,

S. Gothardus puer recipitur in Altahẽsi monasterio. vt etiamnùm Bauaria testatur, publicè permansit. In hoc ergò monasterio puer Gothardus & à parentibus piè oblatus, & à fratribus religiosè susceptus, quendam literaturæ, Deo donante, accepit haustum sanè laudabiliter, & diuinæ legis, quatùm illius ætatulæ ferebat capacitas, notitiam libenter capiebat, vt in illo quoq; verum cerneretur, quod dici solet, Facilimè discitur, vbi spiritus Domini doctor adest.

Cap 4. Per id tempus beatus vir Christianus Patauiensis Episcopus hoc monasterium ceu beneficiarius gubernabat, rerum ibi tum potiente Henrico Duce. Cumque Altahenses fratres pueri Gothardi religiosum animum egregiamque indolem perspexissent, retulerunt de eo ad Christianum Episcopum. Is verò vbi de illo certior factus fuit, vt erat vir prudentissimus, gratias egit Deo: puerumq; è monasterio accitum in suam admisit familiaritatem: cernensque cum Dei gratia de virtute in virtutem proficisci, maiori eum beneuolentia cõplexus est, atque triennio secum habere voluit comitem itinerum suorum, etiam cùm difficiles essent suitiendæ profectiones, vt certiùs de animi eius virtute & probitate cognosceret. Interìm de ijs, quæ fidei & religionis sunt, accuratiùs cum instituens. Fratribusautem

Ordinatur Subdiaconꝰ Altahensibus ad peragenda diuinæ ministeria eum repetentibus, Subdiaconum cum ordinauit, sicque à se dimissum, illis restituit. Reuersus autem ille ad monasterium iam adolescens, de die in diem studuit seipso melior fieri, & sanctè inter

Virtutes eius. fratres versari, communi eorum vtilitati religiosiùs studere & intendere, maiores honorare, æqualibus virtutum exemplis prælucere, inferiores optimis sermonibus crebrò ad meliora incitare. Atque ità factum est, vt breui tempore monasticæ vitæ disciplinam perfectè assecutus, Diaconus quoquè ordinatus sit, & vt pòst paulò, non absque Dei prouidentia eius monasterij Præpositus institutus.

Fit Diaconus, & Præpositus.

Anno autem post Virginis partum noningentesimo octogesimotertio, Othone II. Imperatore ex hac vita sublato post periculosissimum illud planeq; infaustum cum Saracenis commissum in Calabria prælium, toto orbe clade & infamia notissimum, Romæque summo Christianorum mœrore admodùm honorificè sepulto, post inconsultam Mersburgensis episcopatús destructionem, & immeritam, vt vulgo fertur, innoxij Comitis necem, is, quem suprà memorauimus, Henricus Bauariæ Dux, pater Henrici Imperatoris, ab Imperatore patruele suo ante septennium infidelitatis & tyrãnidis ergô, à principatu illo deiectus, Imperium inuadere conatus est, regnandi cupiditate tanquàm œstro quodam percitus, herilemque filium, dignum ordinatione diuina regni hæredem opprimere, malo dæmone cum instigante, voluit. Sed repressi sunt inanes conatus eius à regni primoribus, Deum sanè timentibus, maximè autem à Vuilligiso Moguntino Archiepiscopo, & Bernardo Saxoniæ duce, quorum studio & opera res sedata est: tandemq; Henrico post multa & apta & inepta, quæ quòd Chronicis contineantur, hìc referre nolumus, Ducatus restitutus est. Porrò Otho tertius ipso Christi Saluatoris natalitio die à Vuilligiso Archiepiscopo coronatus est, atque in omni ecclesiastica *pictate auito more progredi cœpit. Cuius quidem hoc initiò non obscurũ fuit argumẽtum, quòd septimo regni sui anno Altahense monasterium consilio Episcoporum in monasticæ religionis statum curauit restituendum, suam etiam operam ad id cõferente Duce Henrico. Fuitque tum illi monasterio prefectus Abbas vir venerabilis * Erchanbertus, cuius industria cultus diuinus ad regulæ S. Benedicti præscriptum ibi fuit religiosè constitutus.

Herilem filium, dicit Othonem tertium.

*perfectione

Cap.6. S. Gothardꝰ ex canonico fit monachus. Eius quoquè saluberrima adhortatione promptæ obedientiæ iuuenis Gothardus, seculi vanitatibus ex animo renuncians, cum aliquot eius loci fratribus monachis effectus est, cùm iam, vt ipse sæpè nobis indicauit, annum ætatis ageret primum & tricesimum, plerisque alijs, vt satis constat, ex illo cœnobio discedentibus, in quibus fuit etiam ille, N. quem posteà Mindensis ecclesiæ Episcopum vidimus. At noster Gothardus, nouellus nouæ religionis tyro, in melioris vitę ascitus ærocinium, vt solebat iam antè in priori instituto, cælesti patriæ inhiabat, tantumque habuit in virtutibus progressum, vt nouus præceptor nouo discipulo vel auditori, quod certè in eiusmodi rarum & insolitum est, propter eius integritatem & probitatem, omnem ouilis sibi crediti curam post se penitùs demandaret, cumque in spiritalis exercitij filium adoptaret. Verumenimuerò idemipse Abbas, ex alta in monasterij administratione triennio, vel ob incommodam valetudinem, vel ob tædium curarum, quas affert secularium rerum occupatio, Abbatiæ illius gubernatione se abdicauit, & secretioris vitæ solitudinem expetijt, soli Deo vacare desiderans. Ijs diebus mortuus est Henricus Baioariæ Dux, successitque ei pius Henricus filius eius, non patris insolentiam secutus, sed timorem Domini, qui est principium sapientiæ initium, complectens, omni literarum studio præcipuè imbutus, totusque & fide sanus & actu catholicus. Cernens autem ille monasterium Altahense rursùs spiritali patre & pastore destitutum, diuini cultûs feruore eum incitante, Gothardum tunc sacerdotio initiatum, Abbatem illic instituere voluit, sed is bimestrium iustas adhibens & prætexens causas atque rationes, ei assentiri noluit. aiebat enim, se sedem & locũ pastoris sui, ipso adhuc viuente, sibi vendicare non debere. Postquàm verò Abbas & à fratribus & ab episcopis reuocatus redire prorsùs detrectauit, eisque potestatem fecit quencunque vellent in suum locum surrogandi, Gothardus tandèm tum antistitum authoritate, tum fratrum vnanimitate victus, monasterij regimen ità vt Dux constituerat in se recepit: moxque ab ipso promotionis suæ exordio totum se Christi seruitio alacriter impendit, arctioremque & asperiorem monasticæ vitę tramitem cum adiunctis sibi fratribus solicitè complexus est, in eo studio annis octo ibidèm sine intermissione perseuerans. Atque interim nihilo minùs labore manuario multiplicia fratribus atque necessaria emolumenta comparauit. Nam in monte, qui * Heilingerberg vocatur, firmũ castellum

Pfal.110.

Præclara virtus eius.

Creatur Abbas Altahẽsis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in eo templũ elegantissimum in honorem sanctissimæ matris Dei, in qua specia-
lis exhiberetur cultus, cum congruis ædificijs extruxit, & circunquaquè, maximè in
saltu Boëmico, qui illi regioni propinquus est, ad triginta & eò ampliùs mansos
(sic habet author) ad fratrum vsus informauit, priùs tamen suo & fratrum labore
extirpatis syluis & vepribus. Intereà temporis anno à Christo incarnato millesimo
secundo Otho III. Imperator excessit è vita, substitutusque est ei Henricus Dux
Bauariæ, omni pietate conspicuus.

Cap.7. Ea tempestate in monasterio * Hersfeldensi sancti Vuigberti Abbas fuit Bern-
harius, genere quidem & dignitate spectabilis, sed tamen, quod bona venia dictum
sit, plùs quàm ipsius decebat institutum, popularis auræ & laudis humanę cupidus.
Monachi Hersfeldēſ. dissoluté viuunt. Itaque laxiùs ille habebat fratres sui monasterij, quàm posceret disciplina mona-
stica, ità vt instàr canonicorum res proprias sibi vsurparent, haberentque & priua-
tas ædes, & equos, & magnam cultiorum vestium copiam, aliaque id genus mundi
huius pompas & fastum redolentia: possentque pro suo arbitratu & dare & acce-
pere, & agere conuiuia præter fas & decorum. Is verò Abbas biennio ante obitum
suum incidit in morbum, eaque causa vltra flumen Fuldam in monte, vbi ipse mo-
nasterium in honorem beati Petri Apostoli condiderat, cum militibus aliisque
familiaribus suis morabatur alicuius refrigerij captandi causa. Sed fratres indigne
id ferentes, tanquàm qui à patre contemni viderentur, ad regem tum per seipsos,
tum per literas & legatos sæpè varias detulêre querimonias, quòd etiam victus &
vestitus ipsis negaretur, eisque cum cæteris Christi pauperibus famem patientibus,
res monasterij multis modis prorsùs inutiliter dissiparentur & absumerentur. Ea
autē querimonias Rex sapiens altiùs quàm ipsi putarent expendens & intelligens,
cùm non esset nescius, quibus moribus præditi illi essent, diù quidem dissimulauit,
sed randèm eorum importunitate victus, modestè sic respōdit, se patrem illorum,
si reualescat, de ijs admoniturum: si verò decedat è vita, se illis ex consilio eorum,
qui diuinarum humanarumque rerum sint periti, de Abbate prouisurum, idque
religiosè & ad diuini timoris præscriptum.

Cap.8. S. Gothardꝰ præficitur Hersfeldēſi monasterio Itaque paulò pòst Abbate illo defuncto, Gothardum eis, sic suadentibus Episco-
pis, patrem gubernatoremque præfecit, solerter eum admonens, vt in omnibus
ità vt Dei timor & monastica disciplina posceret, eis prouideret. Perductus igitur
eò Gothardus à Vuilligiso Archiepiscopo Moguntino, & ab eodem accuratè in-
structus, vt quemadmodùm benè nouerat, probè rectèque se gereret, ipso primo
aduentu suo Deo gratias agens, & vt ab illo in præteritis, præsentibus & futuris di-
rigeretur solicitè orans, principio quidem iuxta Canonis monastici præcepta, alio-
ria & aspera eis proposuit, sed tamen rogatus ab Archiepiscopo, copiam eis fecit
ea cum ipso consectandi, aut quò illis visum esset discedendi. Illi verò, paucis de-
ceptis senibus & pueris, quamprimùm omnes indè abierunt, per loca diuersa dis-
sperſi: at tamen posteà saniori vsos consilio, & eorum ope, qui remanserant, quos-
que induſtriam, comitatem & humanitatem iam experti erant, quosdam quidem
celeriùs, alios tardiùs, sed penè omnes tamen ad ouile vir beatus reuocauit, eosque
Reformat collapsam disciplinam leue Christi iugum, præstante Domino, facilè perferre docuit. Ipsam verò claustra-
lem & monasticas habitationes à superuacaneis multis & ineptis ædificijs illico re-
purgauit, & ad congruam monasticæ institutionis & necessitatis habitudinem be-
nestè reformauit, atq; sic eo in monasterio tam cum illis, quos ibi inuenerat, quàm
cum alijs aliundè adductis fratribus annis septem Deo dignè & coram hominibus
laudabiliter vixit. Commendata autem sunt ei etiam alia duo monasteria, Der-
renſe & * Cremense, quæ pari studio in Dei famulatu gubernauit.

Cap.9. Ijsdem temporibus fuit in Turingia vir quidam nobilis, dignitate & meritis in-
stris, Guntherus nomine, qui dolēs ob peccata in iuuentute perpetrata, & diligens
vitæ suæ anteactæ statum considerans, faciem iustissimi iudicis in confessione per-
uenire voluit: sed propriæ tum animi tum corporis imbecillitati diffidens, quod
fortasis ferre non posset omnimodam rerum suarum abdicationem, multaque
res & facultates suas, quas à maioribus acceperat, hæredum suorum accedēte con-
sensu, S. Vuigberto firma traditione delegauit, sed ea tamen pactione coram testi-
bus testamento adhibita, vt factus monachus, victūs & vestitūs causa monasterium
Gellingense ipse obtineret, atque indè tam sibi, quàm fratribus illic Christo cum
ipso seruituris res necessarias colligeret. At Abbas prudenti consilio apud se pen-

dens, homini recèns conuerso eiusmodi pactionem in via mandatorum Dei
magna allaturam discrimina, & in dies non mediocrem animæ perniciem conci-
liatura ea, quę sibi per hanc paraturus videbatur, corporis subsidia, prudenter inte-
rim cum distulit & remoratus est, & adhuc laico vtentē habitu, secum ad Altahen-
se monasterium adduxit. Vbi ille animo valdè compunctus, petijt ab Abbate, vt
ante professionem ipsi Romam petere, & Apostolorum Christi aliorumque San-
ctorum intercessionem pro transactæ vitæ expiatione, & nouæ susceptione pro-
fessionis bona venia liceret. Non abnuente Abbate, itque reditque, ac
tandèm coram altari beatissimæ Mariæ virginis deponit militare cingulum, radi-
tur caput atque barbam, & pro more preces offerens, vt à fratribus in eorum soda-
litatem admitteretur, recipitur, & aliquandiù ex regulæ præscripto probatus, mo-
nasticum induit habitum. Verùm etiam post professionis votum non immemor
eius, quam diximus, pactionis, adit Abbatem, petit sibi fieri potestatem ad patriam
reuertendi, & in loco, quem elegerat, commorandi. Consentit ei pius pater, no-
lens cum obstinata contradictione à proposito quauis iniusto depellere, donèc
animum eius illicita cupientem paulatìm posset ratione à sententia deducere.
Postquàm igitur ad locum optatum peruenit, & res necessarias procurauit illic
degentibus, ex occultis infesti dæmonis insidijs & machinationibus, Deo, vt cer-
te credimus, quemadmodùm olim in beato Iob, permittente, multa & varia ei Iob 1. & 2.
incommoda acciderunt: inter quæ ille, vtpotè paupertatis & laboris insolens,
ad Abbatem sæpè confugere, eiusque opem & consilium anxiè expetere sole-
bat. Abbas verò animi eius fluctuationem alta mente considerans, valdeque
pertimescens, nè à proposito deficeret, blanda interdùm consolationum fo-
menta ei adhibebat, & humanissimis admonitionibus mœstitiam eius absterge-
re nitebatur: nonnunquàm verò, Apostolum sequens, arguens, obsecrans, in- 2. Tim 4.
crepans, opportunè importunè nutantem eius animum castigans, ad viam sa-
lutis eum reuocare studebat, tametsi non admodùm voto potius est suo. Sed
tamen cùm hac ratione sæpè inter se certarent, & alter alteri molestiam exhibe-
ret, tandèm aliquandò rursùs querelas suas illo ad Abbatem deferente, vir Dei S. Gothardꝰ
iustiæ zelo permotus, magna seueritate ait ad eum: Vide vt aut in ea, quam acriter ob-
Deo pollicitus es, obedientiæ stabilitate ei religiosiùs seruias, aut abiecto mo- iurgat mo-
nachi habitu, ad pristinas mundi vanitates diaboli laqueis implicatus te reci- nachum nō
pias. Quibus ille verbis perterrefactus, crassumque nimis errorem suum tan- satisfacien-
dem perhorrescens, ingemuit, & omni suprà dicta pactione prorsùs ab animo tem profes-
exclusa, cunctisque de illata quacunque molestia querimonijs longum valere ius- sioni suæ.
sit, ad Altahense monasterium, vbi tum sub illius patris cura, quod pace omni-
um dictum velim, singulare diuini cultūs studium feruebat, se contulit, atque il-
lic fratribus humilimè se subijciens, cùm ex superna illustratione breui tempo-
re ad monasticæ disciplinæ rigore vberiùs instructus esset, etiam suprà quàm mo-
nasticus exigat canon, ipsis quoquè superioribus admirantibus, corpus suum ca-
stigauit & afflixit.

Tertio enim à conuersione sua anno in saltu Boëmico vitā egit solitariam, per- Cap.10.
manſitque illic ad annos septem & triginta, in sanctę religionis studio & in summa Guntherus,
voluntariæ paupertatis seueritate cum quibusdam alijs socijs suis perseuerans. ex nobili
Victus eorum sanè varius erat, vario studio à rege Hungarię, atque è Boëmia & Po- monachus,
lonia alijsq; diuersis prouincijs vnà cum vestitu conquisitus. Potus quidem, quod vitam agit
omnibus notum est, non nisi aqua sola fuit, quæ etsi hospitibus apponebatur ab- solitariam
unde, at fratribus tamen non nisi ad certam mensuram. Literas ille prorsùs igno- & duram.
rauit, psalmis exceptis, & tamen mira erat præditus euangelij, legis & prophe-
tarum intelligentia, nec historiarum rudis fuit: quam ille intelligentiam con-
secutus fuit tum ex crebra fratrū relatione, tum ex auida verbi Dei auscultatione:
adeoq; sæpissimè ille mysticos & arcanos sensus interdùm iocando, interdùm ve-
rò adhortando non sine audientium stupore proferebat. Quod nos sanè, qui eum
familiariùs nouimus, crebrò audiuimus, præcipuè autem in natiuitate beatissimi
Iohannis Baptistę, quem sibi specialē patronum elegerat, cuiusq; natalitium diem
maximè solēnem habebat: quo die nos illi adfuimus, cùm in capitulari, vt vocant,
collatione fratres suos admoneret, & sancti Iohannis vitā, mores, victum, vestitum Efficacia ſer-
& actus cōmemorando, ad tolerādam magno animo penuriam eos incitaret. Vbi monū eius.

Hoc loco aliquotiēs coniectura vſi ſumus, quòd pauca quædā legi nō possent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

reuerà,quod possum Deo teste pro certo affirmare, omnes penè, qui illic aderant, & hos eius sermones audiebant,adeò compuncti sunt,vt magnos lachrymarũ imbres profunderent. Aderat ibì venerabilis Abbas Altahensis cum multis sui coenobij fratribus,nec paucis alijs hospitibus: præter nos, quibus non licebat, monastico canone prohibente,in canonico habitu illuc ingredi, qui tamen fratrum familiaritate,& maximè Abbatum permissu circunquaquè, concionatore ignorante,clanculùm ad fenestras collocati fuimus. Erat profectò vir ille, vt de sancto Benedicto scribit beatus Gregorius,quem post Dominum Iesum vita & moribus pręcipuè imitabatur,& scienter nescius,& sapienter indoctus. Lib. 2. Dialog. Cap. 11.

Porrò beatus Gothardus,senio iam & labore fessus, curarumq; secularium pertæsus,rege annuente,Hersfeldensis monasterij præfecturam Arnoldo præclaro viro,qui eius loci anteà præpositus fuerat, commendauit, & Degerensis æquè venerabili primicerio suo: ac deindè ad Altahense monasterium se recepit,permansurus illic,si tamen sic visum esset voluntati diuinæ,ad supremum vsq; vitæ suę diem in monasticæ vitæ studio atque cultu. Hoc enim monasterium, vt hodieque perspici licet,summoperè excolere atque ornare conatus est,puta codicibus,sacris vestibus,ad diuini sacrificij ministerium pertinentibus, alijsque varijs & vtilibus ecclesiæ ornamentis: inprimis autem,quod quidem compertissimum est,permultos illic fratres scientia & morum integritate insignes atque spectatos enutriuit, quos posteà,rege & episcopis id poscẽtibus, in diuersa monasteria patres & doctores abegauit.Sed cùm in hac laboriosa,at ipsi tamen grata quiete annis decẽ eum in modum se comparâsset,totoq; pectore, & nocturnis atque diurnis suspirijs in eam curam cogitationemque incumberet, vt posset placere Domino in regione viuorum,& videre Deum Deorum in Sion, eccè dormienti visio offertur sanè mirabilis,vt ipse quidem sæpè nobis exposuit,post quam non dubitauit se de hoc mundo recessurum,quocunquè Dominus iussurus esset. S. Gothard⁹ multum cõtulit Altahẽsi monasterio.

Cap. 12. Nocte quadam, vt semper annis iam triginta consueuerat, post primam noctis quietem in templum se conferens,in psalmodia cęterisque id genus diuinis officijs attento animo pernoctabat,etiam post nocturnas absolutas preces. Indèaurora emergente, in cubiculum se paululùm dormitans recepit, ibiq; in scamno iacens, eiusmodi somnio vsus est. Oliua speciosæ magnitudinis stare videbatur in atrio monasterij,secq; ipse putabat sub ea arbore legendi studio sedere, & quosdã graues honestosq; homines ad ipsum accedere,qui se dicerẽt à rege missos, vt illam effoderent oliuam ad eum adferrent,in illius ministerium cessuram: moxq; fecures & fodiendi instrumenta allata,& arborẽ summa festinatione ab illis effodi: sed interea tamen quò foderent altiùs, cò densiores tenaciores q; occũrrere radices. Tandem vt acceleraretur opus,adhibitis securibus,amputari radices,tolliq; ab eis arborem, & ad regem asportari.Mox autem ex relictis densis illis radicibus innumera exque speciosa emergere virgulta,totumque implere atrium, vulgus quoquè diuersis xûs & ætatis cò aduentare,plantas indè auellere,& per rura atq; compita distribuere. His ità visis,expergefactus est, & quamprimùm in templum rediens, totumque cogitatum suum iactans in Dominum, eius benignissimæ clementiæ sese obtulit commendauit,certò sibi persuadens se post hoc somnium decessurum. At sapiens quisque etiam alia id euidenter significâsse perspicuè intelligere potest, si accurate animaduertat multiplicem doctrinæ eius copiam & in monasterio illo relictam, & posteà per diuersa cælestis roris dogmata & institutiones lõgè lateq; diffusam. Visio eius. Visionis interpretatio.

Cap. 13. Quãdò verò hucusq; iam,non meo fretus ingenio aut eruditione,quę certè nulla est,sed diuinæ gratiæ innitens,de vita beati viri multa laude digna perscripsi,gratias ago Deo prò beneficio suo, opemque tuam, venerande pater, quem ad finem vsq; in omnibus, maximè verò in hac lucubratione mea magistrum, patronum & emendatorem delegi, tuam quoquè apud Deũ intercessionem imploro, vt etiam deincèps maiora magisque memorabilia,illo me adiuuante, sine vllius admixtione mendacij,veraci cõuenientiq; stylo conscribam. Itaq; anno à Christo nato millesimo vicesimosecũdo, regni verò Henrici vicesimoprimo, imperijautem nono felicis memorię Beruuardus,nostrę Hildesemensis ecclesię venerabilis antistes,ex hac vita migrauit ad illã sempiternam, tota regione illius obitu non mediocriter consternata & afflicta.Erat enim,vt obitèr vitam eius perstringam, in cultu diuino egregiè feruens,multa animi in gerẽdis rebus solertia,perspicacitate, prudentia & Imperij annos numerat à coronatiõe,quæ facta est Romæ.

industria prædítus,contrà refractarios & obstinatos acer & seuerus, erga mansuetos & morigeros comis & humanus,in præstandis eleemosynis liberalis & largus, misericordia & commiseratione affluens,vigilijs,ieiunijs & precibus diligenter intentus. Monasterium nostrum libris,serico, auro, argento, gemmis, picturis, alijsque ecclesiasticis ornamentis non paucis auxit & instruxit, clericos complures & ad peragendum Dei cultum & seruitium aptos & idoneos enutriuit, S. Michaëlis templum sua opera constructum,& bonis suis tum hæreditarijs,tum aliundè comparatis satis ditarum,Deoque consecratum monastici instituti fratribus attribuit, turres munitissimas casq; insignes vnà cùm adhęrente muro ad Orientem & Occidentẽ vrbis nostrę Hildesemensis ob tuẽdos ciues extruxit, multas sacras ædes cum diuersis cõmodis ędificijs non vno Episcopatús sui loco condidit, deniq; & diuinis & humanis ea,quæ Episcopum decet,circunspectione & prudentia inuigilauit. Historia breuis S. Beruuardi Episcopi.

Per id tempus Imperator apud se habebat Gothardum Abbatem more suo, & studio pietatis: cumque ad eum perlatus esset tristissimus nuncius de obitu Beruuardi episcopi,multo mœrore affectus est,& fidelis serui Christi suiq; amici mortem lachrymis prosecutus est,atque piam eius animam Deo & sanctis angelis eius debitacommemoratione commendauit. Deindè Abbatem Gothardum secretò alloquens,indicauit ei voluntatem suam de illo suscipiendo Episcopatu. At ille mosin faciem ei restitit,seque tali functione & honore planè indignum affirmauit.Imperator verò etiam atque etiam toto pectore eum adhortatus est,nè recusareiecisse,vt soli Deo posset vacare liberiùs,& fragilis huius vitę finem in solita amicaque paupertate securiùs expectare. Tum Imperator videns se nihil per se apud illum posse efficere,per Episcopos obstinatum eius animum frangere & emollire tentauit. Itaque rogauit eos,vt de suscipiendo Episcopatu agerent cum illo. Parent Imperatori Episcopi, loquuntur cum Gothardo, hortantur, nè sit difficilis: sed ille manet perpetuò similis suî,fidenter admodùm sese opponens,id tamen ad extremum addens,si quidem putent eum Episcopi nomine dignum,se libenter expectaturum, donèc Ratisponensis aut Patauiensis ecclesia esset pastore orbata, quippè quod ijs in locis non sibi,sed suis ouibus duntaxàt prodesse posset. Ita tota hebdomada inter eos hæc res actitata est, Gothardo nihil de animi sui obfirmata ferentia remittente. S. Gothardꝰ recusat Episcopatum. Cap. 14.

Tandem autem in vigilijs S. Andreæ Apostoli, quæ tunc in feriam quintam ante Cap. 15.
Domini aduentum inciderunt, iterùm in somnis visio ei contigit, quam tum quidem soli Imperatori,posteà verò etiam nobis gratulabundus pariter & lachrymabundus sæpè narrauit. Post solitas noctis vigilias & preces, videre sibi visus fuit in Visio eius aliæ.
atrio illius ecclesię,in qua triduo pòst consecrandus erat,miram hominum multitudinem inter se tumultuãtem,& de Episcopo Hildesemensi seriò concertantem: cum verò accedere ad ipsum in medijs turbis illis matronam quandã eximiam atque venerabilem, vultu & habitu admirandam, cui adiunctus erat pulcherrimus virginum cœtus,camq; apprehensa manu ipsius, è frequentia hominum introduceque eum in ecclesiam,porrectaque manu dextera,nutu eum admonere, vt coram crucifixo veniam peteret,statimque ipso se ad preces inclinante, illã cum alijs circumstantibus clara voce psallere,Infunde vnctionem tuã clemens nostris sensibus. Ad hanc vocem ipse à somno excitatus, & visionis significatione compunctus, in sacram ædem intranit,& coram altari Domini se prosternens,eius bonitati & se & visionem illam commendauit.Postquam autem illuxit, Imperatorem clàm adijt, mentisque suę pertinacia remissa,visionis seriem ei exposuit, seque diuinæ voluntati & ordinationi obsecuturum promisit. Et eccè eodem die Clerus noster Hildesemensis cum militari manu aduenit,quibus cùm Imperator consilium suum, immò verò præpotentis Dei decretum indicâsset,omnes vno animo libenter amplexi sunt,laudantes Deum,tametsi,quod mirum videri non debet,principiò quidam vel ad ignotam vel etiam auditione compertam iuuentutis eius seueriorem vitam formidarent inter eos hæc res actitata est, Gothardo nihil de animi sui obfirmata ferentia remittente. Tandẽ consentit in Episcopatum.

Cõsecratur Episcopus. Cap. 16.

Nec tamen in ipso tanti honoris,vel,vt ipse sentiebat, oneris exordio, Deo permittente,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mittente, tentatio defuit. Nam illeipſe eius conſecrator Aribo eodem die ante Miſſarum ſolennia ſecretò illum cum quibuſdam Epiſcopis acceſſit, eíque apud Gandersheimenſes & in adiacente territorio omni pontificalis miniſterij executione ſub pœna excommunicationis interdixit. Quam ille excommunicationem pro ſua ſimplicitate nec approbauit, nec contemplit, ſed mox ad Imperatorem ſe recepit, eius patrocinium implorans. Is verò confeſtim Archiepiſcopum & epiſcopos familiariter accerſit, & diſſimulata animi ſui, quam indè conceperat, moleſtia & ægritudine, omnem hunc conflictum ſapienter & pacificè dirimit. Atque ità conſecratione feſtiuè celebrata, diem illum cum timore Dei exultabundi pererunt, & pacatis animis à ſe diſceſſerunt. Non ſit autem, obſecro, lectori moleſtum, ſi conflictûs & concerationis huius prima initia, quorum cognitio poſteris ſit futura neceſſaria, paulò altiùs repetamus & explicemus.

Cap.17. Saxo quidam cum coniuge ſua Oda, conſulente & permittente ſancto Alfrido, quarto noſtræ eccleſiæ Epiſcopo, Romam petijt, & à beato Sergio Pontifice reliquias ſanctorum Pontificum Anaſtaſij & Innocentij impetrauit, ſecumque attulit, atque in eorum honorem monaſterium virginum primò in * Bruniſteshauſen, indè quarto pòſt anno in Gandersheim conſtruxit, eaſdemque villas cum adiacente territorio omniq; hęreditate ſua in vſus Chriſto illic militantiũ contulit, filiamq; ſuam primam ibi Abbatiſſam Epiſcopo ordinante conſtituit. Ità totũ illud territorium ab initio ſemper Hildeſemẽſium Epiſcoporũ fuit annis ducentis & quadraginta, nec vllus Epiſcopus Mogũtinus quicquam ex eo vel ſibi vel ſuæ eccleſiæ vindicauit, donèc à Rabano duodecimus Vuillegiſus Moguntinã cathedrã obtinuit, vir certè in omni catholica pietate pręclarus, ſed in hoc vno periculosè temerarius, qui ſuadẽte (ſi liceat impunè vera fateri) Othonis tertij Imperatoris ſorore, iuuenili quodã faſtu & generis nobilitate elata, & velamen non nisi ab Archiepiſcopo, qui pallio vteretur, imponi ſuſtinente, eum locũ ſibi vſurpare rentauit: quę tamen eius machinatio, coram rege & principibus, Oſdacho, qui ab Alfrido octauus fuit Hildeſemenſis antiſtes, veritatis & iuſtitiæ vocibus ei ſe opponente, in nihilum redacta fuit, ita vt ęgrè conſequi potuerit Archiepiſcopus, rege & eius matre interdentibus, atq; ab Epiſcopo Oſdacho id ei impetrantibus, vt ibi ferijs S. Lucæ Euangeliſtæ Miſſam celebraret, & Imperatoris ſorori velum imponeret, cæterarum virginum velandarum authoritate & iure noſtræ eccleſiæ Præſuli relicto.

Villas, videtur p oppidis accipere

Cap.18. Alij volunt 4. annis eũ præfuiſſe. Sed non diù pòſt Oſdacho defuncto, & Gerardo in eius locum ſurrogato, atque poſt biennium è viuis ablato, dominus Beruuardus regius capellanus eam ſedem adeptus eſt, quem idem Archiepiſcopus conſecrauit, ſed nullam prorsùs loci eius repetẽdi mentionem fecit, donèc Abbatiſſa venerabilis nouum monaſterium, quod ipſa poſt incendiũ conſtruxit, voluit conſecrari: quod tamẽ cùm per ſe curare non poſſet incommoda valetudine impedita, eius rei curam filię atq; etiã nepti demandauit. Ea verò mox ſuo more proprium contemnens Epiſcopum, Archiepiſcopum honorificè accerſiuit: qui quidem eius perſuaſione inductus, denuò conſtituit locum memoratum inuadere, ſed Præſulis noſtri literis commonitus diſſuit: iterumque eandem rem attentans, iterùm authoritatis pondere repreſſus eſt. Tertiò deindè inuitatus, venit quidẽ eccleſiam dedicaturus, ſed à domino noſtro monitus ad eum quidam Epiſcopus, benè fidelis noſtrę eccleſiæ filius, ſcripturarũ auctoritate, nè faceret, eum retardauit. Poſt multas autẽ & varias eiuſmodi diſceptationes res tandèm ab epiſcopis prouincialibus ad præſentiam Romani Pontificis & Imperatoris comperendinatur. Sed cùm per id tempus Otho III. priùs è vita ceſſiſſet, & Henricus regnaret poſt eum, mox S. Laurentij natalem Paderbrunnę celebrauit, vbi tum Chunegundis regia corona redimita eſt. Ea autem, quam antea ximus, Gerberga monaſterij Gandersheimenſis Abbatiſſa tunc quoquè vita functa eſt, eíque Sophia ſuccedens, ſuo rursùs more à Beruuardo copiam impetrauit benedictionem ab Archiepiſcopo percipiendi.

Hoc loco nomẽ & ſedes Epiſcopi huius mẽdosè habetur in exemplari MS.

Cap.19. Hic deeſt verbum, quod mendosè ſcriptum fuit. Deindè nouus rex primum regni ſui annũ in natali Domini inchoauit: cuius coram illo principes commemorâſſent epiſcoporum litem, cuius iam ſępè mentionem fecimus, medullitùs indoluit, atq; vt illa ſedaretur, viſum ei fuit, vt dedicatio Gandersheimenſis eccleſiæ totiès impedita pridiè Epiphaniæ Domini peragerẽtur. Venerunt ergo eò die præſtituto, & dedicationis officium proſecuti ſunt: peractoque omnibus, rex cum Epiſcopis & primatibus extra templi fores ad populum pro-

ceſſit: vbì tum Vuillegiſus Archiepiſcopus palàm edixit culpam ſuam, iuriq́ue & repetitioni loci illius renunciauit, atque in renunciationis eius argumentum atque teſtimonium pedum epiſcopale Beruuardo, vti poſteà in Franconofurdenſi concilio cernere licuit, coram Clero & populo condonauit. Atque ita hac lite compoſita, deincèps Præſulem noſtrum omni honore & dilectione proſecutus eſt, & in noſtro cœnobio fraternitate honorificè impetrata, ſummam animi benevolentiam & amorem erga locum & fratres declarauit. Quinto autem anno poſtquàm iam & annorum & bonorum operum plenus eſſet, ad Chriſtum migraret Calendis Aprilis Moguntiæ conſecrauit. Præfuit autem is eccleſiæ Moguntiæ annis * octo, ordinatoremque ſuum Beruuardum, etiam ſanguinis coniunctione ipſi propinquũ eo, quo par fuit, ſtudio & deuotione coluit. Mortuo illo, Aribo regius capellanus ſuffectus eſt, more regio Imperialis annuli dono deſignatus Archiepiſcopus. Hunc verò Beruuardus Epiſcopus ad ſummam Gandersheimenſis eccleſiæ aram preſbyterum ordinauit, eíque verbi Dei & * excommunicationis S. Petri authoritate altaris illius & loci circuniacentisque territorij vſurpatione, inuaſione vel repetitione coram Imperatore & Epiſcopis publicè interdixit. At ille eam excommunicationem non ferens, ſed vlciſci ſe volens, nouo antiſtiti noſtro cum excommunicationem non ferens, ſed vlciſci ſe volens, nouo antiſtiti noſtro quam diximus, vexationem intulit: quanquàm erat ſanè idemipſe, ne quid veritati derogemus, & genere, & dignitate, mox etiam ſpectata vitę grauitate venerabilis, tametsi non vacauit culpa temeritas illa, qua nos infeſtauit. Hæc compendio dicta ſint de conflictu hoc, vt certiùs cognoſci poſſit omnis de Gandersheimenſi territorio diſceptatio.

Synodus Francofordenſis.

Alij nouem habent.

Author hãnum vocat.

Cap 20. S. Gothardi ſtudia in Epiſcopatu.

Ar verò beatus Gothardus pontificalibus infulis decoratus, Nonis Decembris Hildeſiam venit, cunctis de eius aduentu ex animo gratulantibus. Cumque noſtri cœnobij diſciplinam & religionem hactenùs ſartam tectam, probeque obſeruatam, Deo ſint gratiæ, comperiſſet, ſtatim in Dei erupit laudes, eamque omni deuotionis ſtudio augere & amplificare, diuiniq́ue cultús exercitijs condecorare conatus eſt. Foris quoquè in Cleri & populi gubernationem epiſcopo digna ſolicitudine & attentione ſolerter incubuit, atque pro ijs die ac nocte toto vitæ ſuæ tempore ſine intermiſſione gemitus & preces Deo obtulit. Porrò ſeipſum in ſolius vitæ ſanctitate, & bonorum operum aſſiduitate non ſolùm cautè continuit, ſed etiam quotidiana ijs adijcere incrementa ſtuduit, in vigilijs, orationibus, conuma & propè incredibili ieiuniorum frequentatione, largiſſimis eleemoſynis, ſummaque vitæ grauitate & Dei timore fortiter vſque in finem, Chriſti eum ſpiritu corroborante, perſeuerans.

Cap.21. Et timetur & honoratur ab omnibus.

Vt ſuum recxerit collegium. 2. Tim. 4.

Fuit ſanè etiam regibus ipſis & primoribus & formidini & honori, cæteris pro hac cuique conditione talem ſe exhibebat, vt & timeretur ab illis & amaretur. Erat cum ſolicitus pro omnibus, & in Chriſto omnibus omnia factus: ſibi vni duntaxat rigidus, aſper & parcus fuit. Cœnobium ſuum cura paſtorali gubernauit ſapienter, & quę fratribus eſſent commoda atque opportuna in victu & veſtitu, cęteris quoque humanæ vitæ degendæ rebus neceſſarijs, ea ſæpè auxit, intimis etiam ad ſacræ religionis ſtudium & obſeruantiam eos incitans & perurgens, iuxta Apoſtoli doctrinam arguendo, obſecrando, multis modis erudiendo ac informando. Iuuenęs & pueros illic repertos, qui bonæ eſſent indolis & capacis ingenij, ad diuerſas ablegauit ſcholas, quorum certè poſteà opera & miniſterijs multiplicem ſuæ eccleſiæ comparauit vtilitatem, in lectione, ſcriptura, pictura, aliaque honeſtiori eorum officiorum, quæ ad Clericos pertinent, diſciplina. Theſaurum eccleſiæ, quem ibi copioſum inuenit, non minùs decenter, quàm vtiliter augmentauit, & quicquid in templorum ſtructuris, non intra primariam duntaxàt vrbem ſuam, ſed in aliis quoquè ſuæ diœceſis locis dirutum & ruinoſum, aut vetuſtate confectum reperit, ſumma celeritate inſtaurauit, atque in melius reſtituit. Inter omnia tamen parochianam eccleſiam, quam felicis memoriæ Ochuuinus, decimus noſter antiſtes, in honorem S. Mariæ, & S. Epiphanij epiſcopi Ticinenſis, quem ex ea vrbe ad nos Dei beneficio patronum adduxit, in auſtrali parte noſtræ eccleſiæ extruxit, vetuſtate iam & incuria collapſam diruit, & eodem loco honeſtum monaſterium eiuſdem tituli & appellationis primo quidem ſuæ ordinationis fundauit anno, ſed quarto abſoluit, Canonicorũ illic in Dei timore inſtituẽs eccleſiam, amplioris ſanè

Templa inſtaurat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nè & honoris & vtilitatis,cui de suis suppeditauit ea,quæ ad corporis alimenta & indumenta pertinent,addens etiam alia, quæ futuris quoquè temporibus ad talia sufficerent.

Cap.22. Primum eius miraculum,quod per eum Christi gratia effecit eodem primo anno,ad lectoris excitandam spem & exultationem, hîc meritò referendum puto, quod tamen, teste Deo, non mentior, ab ipso quoquè vsque in vitæ finem prorsùs celatũ, sed à Clero & populo,qui interfuerat,diuulgatum. Aribo Archiepiscopus illo anno Imperatorẽ ad Pentecosten Moguntiam inuitauit, vbì etiam concilium generale coëgit, in quo multa collapsa correxit, præcipuè verò Othonẽ comitem ab Hanistein & Limingardam præter fas sibi cohærẽtes separare constitu erat,quod tamen perficere nõ potuit,quandoquidẽ Comes partìm Imperatoris metu,partim Episcopi cõmonitione vtcunq; se ad meliorẽ recepit frugem, fœmina autẽ bãnos vel proscriptiones negligens, ius ibì funditùs perdidit, vt hodieq; perspici potest. Ad hoc conciliũ etiã noster Præsul & Episcopi & Imperatoris iussũ euocatus, non contemnenda Cleri & militum frequentia, quanuis inuitus & nolens stipatus, properabat,& in quodã,qui vicinus est illi castello, vbì Dei gratia & electus & consecratus fuit, iter faciebat: vbì tum mulier quædam ab immundo vexata dæmone, à parentibus & propinquis per ecclesias ad Sanctorum imploranda patrocinia circunducebatur. Qui cùm audirẽt nouũ illuc aduenire Episcopũ, obuiàm ei cum dæmoniaca fœmina fidenter processerunt,sanctæ eius existimationis fama illecti. Impurus autem spiritus illorum acceleratione pauefactus, per os fœminæ anxijs compit percunctari vocibus, quonàm perduceretur. Dicentibus illis se in occursum Dæmon in dæmoniaca non sustinet adduci sed præsentiam S. Gothardi Gothardi Episcopi properare, horrifico mugitu & vlulatu miserè se opposuit, & ipsis etiam,à quibus trahebatur,mirantibus & formidantibus,reluctatus est,eiulans & vociferans,Gothardum se nec audire nec videre posse. Sub hac colluctatione cùm misera illa à fidelibus,fide & spe,vt satis patuit,feruentibus traheretur,& spiritus nequam omni contentione obniteretur,tandèm profligato illo,mulier liberata est,& ad virum Dei,sub quadam arbore refrigerij causa residentem,sana corde & corpore adducta est. Is verò cognitis ijs,quæ facta fuerant,& timore & gaudio compunctus, lachrymabundus gratias egit Deo, in faciem se prosternens: ac deinde fœminæ manus imponens,ei benè precatus est, eamque in fide confirmatam, recte valentem,atque etiam gaudentem cum exultantibus amicis à se dimisit, cœpitque perrexit itinere. Quotquot autem comitabantur eum,viso hoc miraculo,prodigio cum & reuereri & amare cœperunt,vtpotè cuius tam præclara apud Deum merita cognoscerent. At ille grauiter eis interdixit,nè cuiquam id indicarent: scijt enim que ægra mulier,quæ miraculum in se experta fuit,neque turba,quę ei interfuit, id reticendum putauit.

Cap.23. Ad eam partem vrbis Hildesianæ,quæ Orientem spectat, palus erat horrida, & circum eam commorantibus ob multiuaria terriculamenta prorsùs inuisa. Putabant enim se illic tam meridiano quàm nocturno tempore horrenda quædam larua dibria & præstigias vel videre vel audire. Ebulliebat autem in medio paludis fons salsuginis,atque inde * Fulza dicebatur. Quam vt sanctus Episcopus vidit,& etiam præstigias,quibus bruta plebs terrebatur,didicit,in eam paludem quinto aduentus sui anno cum cruce & reliquijs Sanctorum ingressus est,sibique illic habitationem Vide quid antiquitas detulerit cruci & sacris reliquijs. condidit,atque vbì maximum videbatur esse discrimen, in honorem S. Bartholomæi apostoli oratorium construxit,eoque seqũenti anno consummato atque dedicato,omnia dæmonum phantasmata penitùs profligata sunt, & locus ille omnibus iuxta illum degentibus,aut eò aduentantibus gratus & sine vlla infestatione commodus atque habitabilis effectus est. Condidit autem ibì etiam vir Dei monasterium hospitalem,in quam pauperes reciperentur: quam rebus omnibus, humanæ inopiæ atque indigentiæ accommodis abundantem, cuidam fido presbytero Beruuardo,quem nos hîc ob fidei eius meritum honoris causa nominamus, commendauit,per Christi nomen crebrò eum terribiliter obtestans,vt non solùm illic commorantibus,sed & cunctis fortè aduentantibus victum & vestes necessarias ratione subministraret, qua vellet pro hac sua dispensatione apud æquissimum Christi tribunal respondere. Quoddam tamen talium peregrinorum genus, non simulato monastico, vel canonico, vel etiam Græco habitu, per regiones & regna vagabundi discurrunt, quos cum Platone irridiculè peripateticos appellabat, ait

rius accipere solebat, prorsusque detestabatur: at quandò tamen Christi professantur nomen,propter Christum biduò vel ad summum triduò benignè fouebat, ac deindè datis calceis vel vestibus,hortabatur eos discedere, nè soliti cursûs & vagationis suę obliuiscerentur. Quòd si qui ex ijs diutiùs apud eum hærere vellent,illud ex D. Gregorij Dialogo obiecit ironicè, quòd incautum viatorem ad sanctum patrem Benedictum properantem,& more suo iciunare volentem, donèc ad eum peruenisset,malignus dæmon per quendã conuiato rem semèl atq; iterùm frustrà eum ad edendum hortantem,tandèm fontis & prati amœnitate decepit. Interdùm autẽ à suis familiaribus admonitus, quod quidẽ ei non displicebat, inter tales non raro etiam veros Dei amicos inueniri,mox illud opposuit,mendaces id efficere,vt ceros & stabiles comperisset,eos priuatim potiùs,quàm publicè,quod & ipsi malebant,in ijs,quę ad Dominũ pertinent,fouebat & adamabat. Erga delinquentes quoquè & in peccata prolapsos mirè se humanũ, misericordem, mitem & placabilem præbebat,ità vt si quisquam eiusmodi cõfessionis & pœnitentiæ causa ad ipsum accederet, prompta clementia statim ei ignosceret, & nè inopiæ causa deincèps in peccata relaberetur,vigilanti cura ei abundè res necessarias largiretur, imitans in hoc beatum Nicolaum patronum suum,qui clàm aurum suppeditans cuidam suas filias ob paupertatem prostituere volenti,& virginum pudori, & patris egestati,& totius familiæ existimationi consuluit: qui etiam pauperum, quoquo modo ad ipsum pertinentiũ,pia benignitate inopiã subleuare consueuit. Huius ergo exemplo Præsul noster in eam incumbebat curam,vt miseros & egenos vbiq; & semper inter edendum sermonibus eos admodùm comiter & familiariter oblectabat.

Erga peccatores pœnitentes vt se gesserit. Dialog. lib. 2. cap. 13.

Eo anno, qui fuit à Christo nato millesimus & vicesimusquartus, piæ memoriæ Henricus Imperator,anno quarto & vicesimo regni sui ad Christum migrauit, cuius obitus Christiani orbis lætitiam, quæ sub illo floruit, perturbauit. Successit ei vir nobilis & strenuus Cunradus,qui primo anno Natalem Saluatoris Mindæ celebrauit: indè post Epiphaniam Hildesiam venit,vbì Aribo Moguntinus Archiepiscopus,qui viuente Imperatore Henrico,iam biennio obmutuerat, rursùs oblatione beatæ Marię mansit Augustæ,vndè iter in Italiam intendit,& sequens Pascha Veccellis feliciter peregit, vicinas indè regiones in nouo regio ornatu perlustrans. Tertio quoquè anno Præsul noster montem speciosum,qui est ad Occidentem vrbis nostræ,cœpit incolere,quem quinto pòst anno nomini S. Mauritij dedicauit. Pulchrum etiam templum in Holthusen in honorem S. Benedicti Abbatis, monasticæ conuersationi congruum consecrauit, & circunquaquè per diœcesim fecit non paucas basilicas vel ipse accuratè condidit, vel ab alijs fidelibus constructas,in quibus grato animo Deo consecrauit.

S. Henrico succedit Cunradus.

Cunradus Romæ à Pontifice coronatur.

S. Gothardus condit templa.

Per id tempus Aribo Archiepiscopus ferijs S. Matthęi Salingenstadij Concilium duodecim Episcoporum habuit,& ibì Præsulem nostrum de territorio Gandersheimensi publicè conuenit: sed eam synodum vnanimis fratrum consensus in alium annum prorogauit. Rex autem,cùm Domini natalem egisset, ad limina Apostolorum tetendit,atque ità prospero itinere pridiè Cœnæ Dominicæ Romam læ-tus peruenit,& ipso sanctæ Resurrectionis die coronam Imperij à Iohanne Pontifice cum multa gloria accepit. Proxima Dominica indè digressus, & potenter per regionem illam iter faciens, in pace redijt in Germaniam, sanctique Iohannis Baptistæ natiuitatem celebrauit * Herbipoli nouus Imperator: vbì etiam defuncto in senectute bona Henrico duce Baioriæ, filio suo Henrico principum voluntate Ducatum illum tradidit.

Cap.24.

Cap.25.

Hîc sequebatur in exemplari MS. de concilio ab Aribone Archiepiscopo Francofurti habito cum episcopis 23. sed tum Episcoporum, tum Episcopatuum pleraque nomina tam erant deprauatè scripta, vt satius visum sit ea omittere, quàm illis deprauatè describendis tempus perdere, maximè

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd nihil actum fuerit in Concilio illo, nisi quòd S. Gothardus obtinuit contra Aribonem de territorio Gandersheimen. Inde hæc sequuntur:

Cap.26. Henricus filius Cunradi rex coronatur.

Porrò Imperator sequentem Domini Natalem Leodij celebrauit, Pascha verò Aquisgrani, vbi etiam filius eius Henricus regium nomen accepit à Pillegrino Archiepiscopo Colonien si, Cleri ac plebis electione. Aliam eodem anno coëgit Synodum Aribo, ad quam iterùm Præsulem nostrum Gothardum literis & nunciis euocauit: sed ille dissimulans, venerabilem virum Thadilonem nostri cœnobij Decanum cum fratribus obuiàm ei misit, qui eum honorificè eius nomine salutans, de superioris Synodi sententia admonuit, effecitque Episcoporum opera & auxilio, vt tum vlteriori tractatu & disceptatione supersederetur.

Cap.27. Sequenti anno aliam Aribo Archiepiscopus synodum habuit, & præsente Imperatore veteres querelas aduersùs beatum Gothardum mouere cœpit: sed post multiplices disceptationes vix tandèm ab Episcopis admonitus destitit. Hoc anno desijt esse in humanis Bruno Augustanus episcopus, & ei substituitus est Ebbo. Obijt etiam Vuernherus Argentinensis antistes, & subrogatur Vuilhelmus. Proximo anno Imperator Mersburgi egit Pentecosten, atque illic pax inter Aribonem & Gothardum patrem nostrum conciliata est, & sopita tandèm longa illa Gandersheimensis altercatio. Ipse enim Archiepiscopus Aribo patrem Gothardum secretò coram Episcopis conuenit, seque hac in re errâsse confessus est, sanctéque iurauit se modis omnibus satisfacturum, & deincèps perpetuò ea de re tacturum, petijtque suppliciter veniam eorum, quæ hactenùs perperam egisset. Quod quidem nos hoc loco pro vero annotatum voluimus, quod ipse Gothardus sæpè

Vnuuanus Archiepiscopus Hamburgensis.

publicè ita gestum esse testatus est. Eodem anno decessit è vita Vnuuanus Archiepiscopus Hamburgensis, cui Libentius successit: Natalem autem Christi Imperator Paderbornæ celebrauit, vbi Aribo Archiepiscopus in sancto die inter Missarum solennia publica habita concione, copiam sibi fieri petijt ab Imperatore & Episcopis Romam proficiscendi, orauitque Clerum & populum, vt à Domino peccatorum remissionem ipsi impetrarent. Atque deindè post Purificationem

Aribo Archiepiscopus moritur.

iter ingrediens, Romam peruenit: indè verò digrediens, octauo Idus Aprilis vitam cum morte commutauit, ordinationis suæ anno vndecimo, magno sui apud catholicos omnes desiderio relicto. Erat enim in omni ecclesiastica religione spectatus & laudabilis. In eius locum suffectus est vir simplex & rectus, Bardo Abbas Hirsfeldensis, qui Deo cum perspicuè prouehente, breui ad summæ perfectionis culmen peruenit. Cuius quidem vitam & actus hîc conscribere nolumus, quandò pro sanctitatis suæ meritis apud Moguntinos inter apostolicos sacerdotes eximiè celebratur. Vnum tamen illud elogium, quod ei apud nostrates legitimos honoris causa à sanum sapientibus clericis tributum est, reticere nolim, puta quòd communicato ei cum beato Iohanne Constantinopolitano Episcopo cognomine, propter singularem pro concione dicendi suauitatem Bardo Chrysostomus appellatus est.

Bardo Chrysostomus. Cap.28.

Cùm aliquandò pro Episcoporum consuetudine Præsul noster Gothardus domesim suam visitaret, ad chortem suam Engelhusiam venit: ibique largis elecmosynis, quibus ante omnes valdè deditus erat, pauperes reficiens, à quadam ciuis familiæ inope vidua filium sibi offerri vidit. Erat ille certè puellus miserimus, ferendum in modum corpore afflictus. Partim enim paralysi, partim lepra vexabatur, distortisque membrorum neruis, toto corpore dissolutus cernebatur. Manus, brachia, pedes, genua, putrido humore & diffluente sanie manabant, ita vt nullo pacto posset gressus promouere, aut saltem reptando aliquousque progredi. Hunc ille vir beatus puerum & vultu iucundo & animo hilari, tanquàm quoddam Dei munus libens accepit, suisque cubicularijs accuratè eum commendans, fecit deduci mandauit. Potest, inquit, omnipotens Deus, qui ab initio non est deligentus miseris, calamitosis & peccatoribus diuersa misericordiæ & benignitatis remedia adhibere, nos etiam de hoc pauperculo pro sua clementia consolari & exhilarare. Ductus est ergo puer ad primariam ecclesiam nostram, & non sine magno labore puerorum, qui eum seruabant, per aliquot hebdomadas sustentatus, dèm post quatuor aut quinque menses, cœpit paulatim beati viri meritis & precibus planè conualescere, & sedato partim saniei atque humoris profluuio, nonnihil assurgendo, nunc proreptando quasi ad gradiendum membrorum neruos exercere. Quod vbi pius antistes aduertit, sæpè cum lachrymis gratias egit Deo, nec attentiùs pro illo, vt posteà res ipsa docuit, Dominum precari cessauit. Nam intra anni spatium, vt nórunt omnes, qui apud nos sunt, puer depulso morbo multiplici, laxatisque neruis anteà contractis, adeò in dies reualuit, vt quodlibet ministerium & officium robusto corpore exequi possit. Dicitur autem Vuerinus, & iam viginti amplius annis in Episcopi sacello incolumis seruit: manent tamen in diuinę virtutis testimonium in cruribus & manibus eius tuberculi quidam, quos ipse cernere volentibus ostendit.

Puer varijs affect⁹ morbis reualescit meritis & precibus S. Gothardi.

Alijs quoquè permultis, varijs modis, vt habet humana fragilitas, laborantibus, vel quod grauissimum est, peccatorum pondere pressis, vel diuersis morborum generibus vexatis, si ad ipsum confugerent, intercessionis suæ opem impertijt, eosque indefessa sanctarum precum instantia & à præsentibus eripuit periculis & calamitatibus, & à futuris Deo opitulante seruauit. De quibus multa multis benè comperta verissimè commemorare possem, nisi quòd illo cogente tunc ab illis celata & dissimulata, silentio præterire libet, nè aut lectori fastidium afferam, aut is sua incredulitate peccatum sibi augeat. Vnum tamen interìm tacere nolim, quod virginibus propemodùm ioco Goslariæ effecit, cùm in chorte regia postremo ætatis suæ tempore, iubente & petente Gisla Imperatrice, ecclesiam constituit. Erat enim illic matrona quædam laica, sed pia & Deo deuota, cuius filium ipse Episcopus de sacro fonte susceperat. Ea quandoquè grauissimis oculorum doloribus cruciata, ità vt per dies aliquot nec cibum, nec potum, nec somnum capere posset, eandem filiolum suum ad Episcopum cum quibusdam munusculis misit, eumque deprecatorem faciens de immodicis doloribus suis, aliquid sibi petijt ab ipso remedij adhiberi. Audiens hoc vir Dei, non sine quadam iucunditate subrisit, & flores quosdam rubicundos de quadam arbore, ei fortè eodem momento à paupere honore oblata, decerpens, eos signo Crucis muniuit, dansque eos puerulo, Affer, inquit, flos flosculos dilectæ mihi matri tuæ, vt eos seruet pro meî memoria, & à Deo petat sanitatem. Illa verò simulatquè flores ægris admouit oculis, vtì sæpè etiam iurando coram nobis affirmauit, dolores omnes incredibili celeritate à toto capite euanescere sensit, statimque & foribus & fenestris patefactis, quæ hactenùs morbi illius causæ clausæ permanserant, perspicuè vidit oculis suis, nec vllam amplius lachrymans gratias egit Deo. Episcopus verò comiter eam accepit, consolatusque illam hortabatur firmiter sperare in Domino, & nunquàm non benè agere. Iussit etiam presbytero, vt sacro oleo, quod infirmorum dicitur, eius vngeret oculos: quæ quidem vnctio & sancti viri preces ab illo dolore vsque ad vitæ finem eam immunem conseruârunt.

Sanatur matrona, dum admouet oculis flores, à S. Gothardo benedictos.

Oleum infirmorum.

Cap.29.

Liberiam, quod ante penultimum vitæ eius annum accidit, hîc commemorare, Cautionem afferat pijs & fidelibus, formidinem dissolutis ac negligentibus. Erat in sodalitate nostra presbyter quidam, ex familia ecclesiæ ortus, parum quidem aut nihil, vt dicamus id quod res est, literatus, sed seculari calliditate & sagacitate plus satis instructus. Creuit ille, cunctis mirantibus, ex infima paupertate ad diuinas opes. Et primò quidem ab Episcopo Beruuardo fuit promotus ad honorem, sed ab Imperatore Henrico propter quædam, quæ præstat silentio premere, detectus: rursùs autem à beato Gothardo, quòd rebus ecclesiæ magno vsui esse posse videretur, pia quadam commiseratione sublimatus, licèt interim variè inter aduersa & prospera sæpè iactaretur. Ad extremum autem adeò se in tanti pontificis amicitiam insinuauit, adeoque eius sibi conciliauit fauorem & benevolentiam calliditate & arte sua, vt à non paucis, qui antè fideliter ei ministrauerant, animum Episcopi abalienaret, quod ne cui mirùm videatur, meminerit illius, quod à beatissimo Pontifice Gregorio præclarè dictum est, sapius id fieri, vt pluribus occupato, maximè primaret. Quod nec cui mirùm videatur, meminerit illius, quod à beatissimo Pontifice Gregorio præclarè dictum est, sapius id fieri, vt pluribus occupato, maximè rebus diuinis animo, facilè adulatores subrepant. Tandèm verò ille omnibus fastidio esse odiosus & detestabilis, cui palàm omnes maledicerent: atque etiam Episcopo à recta sapientibus eius insolentia interdùm objiciebatur: qui sanè posteà recepit in gratiam, qui insontes eam amisisse videbantur. Porrò post annos aliquot pius præsul de his certiùs instructus, flecti cœpit misericordia erga illos, qui inistè afflicti fuerant, & ad diem quendã de nostra congregatione apud se in Holt-

Cap.30.

Adulatores nō raro etiã sanctis viris imponunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

huſen, vbì tum fortè manebat, adeſſe iuſſit Præpoſitum & Decanum cum aliquot fratribus, cæterisque primoribus ſuis. Aderat illic & cum alijs aſſidebat vir venerabilis Rathmundus, Altahenſis monaſterij Abbas, eius ex ſorore nepos. Cùm iam eò ventum eſſet, præſente illo preſbytero, omnibus, qui ſe ab eo iniuria affectos querebantur, dicendi fecit poteſtatem. Tum verò & Abbas ipſe cum ſuis, qui vt hoſpites aderant, & noſtri multa de illo conqueſti ſunt, omnibus tanquàm vno ore palàm ea affirmantibus. Dicebant omnes, tum Epiſcopi dignitati & honori, tum eccleſiæ illum offendiculo & detrimento eſſe: deindè ſpeciatim ſinguli ſibi ab illo irrogatas iniurias & damna commemorabant. At ille hæc audiens, vt erat verſutiſſimus, tanquàm inſultans ſubriſit, ſciſcitabaturque admirabundus, quidnam ſibi ea vellent, quæ ipſi obijcerentur: mox commentis quibuſdam adhibitis mundanæ aſtutiæ & prudentiæ, qua erat inſtructiſſimus, quæ vera apud Deum ſtultitia eſt, vt in ipſo quoquè cernere licuit, obiecta omnia multa orationis copia diluit, accuſatoresque ſuos admirandum in modum propè mutos & elingues reddidit. Sed pius antiſtes tandèm diuino inſtinctu permotus & compunctus, atque etiam incredibili ſtupore affectus, cùm & perſpicuè vera eſſe animaduerteret, quæ contra illum proponebantur, & nihilo minùs tanta eum confidentia & temeritate ea refutare videret, confeſtim omnibus indicto ſilentio, non ſine omnium admiratione placido & ſedato ſermone ſic hominem appellauit: Hildeuuine (ſic enim vocabatur) tu iam tibi omnes hos viciſſe videris, omnes verſuta oratione tua, cùm tamen Deum non lateat veritas, adeò circunſcripſiſti, vt falsò tibi omnia obieciſſe videantur. At nunc ad me conuertere, & per Chriſtum adiuratus mihi ſoli vera fatere. Mox ſemèl atque iterùm, itemque tertiò ex illo ſic percunctatus eſt: Hilduuine amas me? Ille bis incunctanter & confidenter reſpondit, Reuerà diligo te: at tertiò tamen obſtupefactus, ſed proh dolor non ſatis animo compunctus, iracundus pariter & lachrymabundus ait: Deus, quem nihil latet, ſcit quòd diligam te. Tum Præſul: Si quidem, inquit, vera dicis, mihi ſatis factum eſt. ſin autem me decipis, teipſum miſerè obſtrinxiſti. Si ergò me, vt ais, diligis, pasce oues meas, hoc eſt, dilige fratres & amicos meos, etiam hoſpites & pauperes meos, dilige conſeruos & domeſticos tuos. Atque etiam per Dominum te admoneo, vt ſi verum iurâſti, in veritate permaneas: ſin minùs, dignam agas pœnitentiam, & hac conditione iam domum redi, & vtere dignitate rebuſque tuis, itemque gratia mea, quantùm permittet Deus. His dictis, conuentum illum cunctis & mirantibus & pauentibus dimiſit, admonens illos, vt priùs humanitatis & charitatis filios paterentur officia exhiberi, ac deindè ad ſua ſe reciperent. Itum eſt igitur ad prandium, & inter illos Hildeuuinus iucundus & alacer, & tanquàm parta victoria ultrà bundus aſſedit: facto prandio, incolumis abſceſſit. Veſperi cœnans domi ſuis, inter epulas multa perfuſus hilaritate, in eos, à quibus ſe accuſatum dolebat, conuicia & minas iactitabat. Poſt cœnam dormitum abijt, ſoſpes dormiuit, ſoſpes ſurrexit: manè iturus ad ſuum obeundum munus & miniſterium, induit alacer calceos: ſed eccè dum vult etiam tunicam inducre, repentè humi collabitur, & ſubitò infelicem illam exhalat animam. Reliquit ſanè ampliſſimas opes, vehes innumeras magni precij, multamque pecuniam, quæ omnia beatus præſul, obeius vltrà quàm credi poſſit conſternatus & afflictus, pro animæ illius ſalute & ſuamento pauperibus diſtribuenda curauit, totoque animo condonauit ei, tanquàm ſerò fortaſſis, quicquid in ipſum peccâſſet, nec deſtitit pro animæ eius liberatione crebris ieiunijs & orationibus incumbere. Sed quandò nos forſitan plus, quàm poſceret, eum hoc loco accuſauimus, culpaſque eius, noſtris fortaſsè minoribus, lixè commemorauimus, te bone lector obſecramus, vt cùm hęc legis, apud Deum num veniam illi tuis precibus impetres. Ita fortè fiet, vt hæc noſtra reprehenſio apud clementiſſimum iudicem miſericordiæ locum aliquem ei conciliet, quod nos ſummoperè optamus.

Mira vafricies improbi preſbyteri.

S. Gothardus tandèm aduertit verſutias eius.

Horrẽdum Dei iudiciũ in hominẽ fraudulentum & mendacem.

Cap. 31.

Fuit verò etiam in collegio noſtro vir quidam integerrimis moribus, omnis canonicæ diſciplinæ & inſtitutionis obſeruantiſſimus, qui propter ſingularem fidem & induſtriam ſuam à Beruuardo Epiſcopo Hildeſemenſi inſtitutus fuerat Vicedominus, ſed à Gothardo pro eccleſiæ vtilitate factus eſt Scholaſter vel Scholaſticus, atque etiam ob animi pietatem, religionem & caſtimoniam in tantam adſcitus familiaritatem, vt eſſet ipſi à ſecretis. Tota enim eccleſia, quæ illum nouerat, ſeue

iam grandæuus erat & miles emeritus, humilitate & charitate inſignis, in regendis & adhortandis fratribus non ſine beneuolentia & amore ſeuerus, deniquè in omnium virtutum ſtudio & exercitatione coram Deo ſolicitus. In ſuis exhortationibus frequens hoc illi in ore fuit: Diligant homines, oderint vitia. Huic ante aliquot annos beatus Epiſcopus ſæpè quidem iocando, vt nobis videbatur, prædixit eum aut cum ipſo, aut paulò ante ipſum è vita eſſe abiturum. Cumque iam poſtremùm decumberet, & eſſet in extremis, per Abbatem nepotem ſuum (de quo antè diximus, quem viſitandi cauſa ſuo loco ad eum miſit) ei ſeriò mandauit, vt ſacram olei vnctionem cum vera pœnitentia & peccatorum confeſſione ſibi peteret adhiberi, ac deindè corporis & ſanguinis Chriſti ſacramento munitus, intrepidus prior hinc emigraret: promiſitque ei ſe pro animæ illius ſalute Deum continuò deprecaturum, & proximo anno ſe illum in Chriſti pace ſecuturum. Abbas igitur chariſſimum illum, ſemperque nobis iure memorandum magiſtrum noſtrum cum alijs fratribus inuiſit, ſacro perunxit oleo, & authoritate Epiſcopi ab omnibus peccatis abſoluit. Atque ità biduò pòſt feliciter ille migrauit ad Chriſtum. Nam & Clero & populo teſte, nunquàm eius ordinis virum in omni eccleſiaſtica probitate & integritate magis illo ſpectatũ vel vidimus, vel audiuimus: cuique iure perpetua illius nobis memoria retinenda, nec dubitandum, quin apud Dominum ſemper ille noſtrî memor ſit. Vera autem fuit prophetia antiſtitis noſtri, qui anno exacto & menſibus tribus illum ſecutus eſt.

S. Gothardus prædicit cuidam obitũ ſuum.

Itemque ſuum.

Palàm prædicit obitũ ſuum.

Decumbit ex morbo.

Vt verò ad finem vitæ huius propiùs acceſſit beatus antiſtes, ità ſemper bonorum operum maiori ſtudio de virtute in virtutem progredi connitebatur, vt poſſet videre Deum deorum in Sion. Ceſſante autem iam multiplici actionis officio, ſpiritalibus vacabat exercitijs, tria de communibus ſpecialiter ſibi retinens, para pſalterium, eleemoſynam & inprimis familiarem & amicam ſibi abſtinentiam. Idque adeò, vt licèt rarò celebrioribus diebus, fratrum compellente voluntate, aliquid lautioris cibi & fortioris potûs ſumeret, ſtomachus abſtinentiæ aſſuetus inde molestiæ quàm commodi acciperet. Porrò ſupremum Chriſti natalitium diem anno ab orbe redempto milleſimo * triceſimoſexto, Imperatore Cæſare, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo. Seipſum enim eo, quo iam diximus, modo Chriſto offerebat ſpiritale ſacrificium, & interìm nihilo minùs ſubditis ſuis Clero & populo in diuinis & humanis debita præſtabat officia, quantum quidem pro virium facultate. Ipſos autem ſacratiſſimos Quadrageſimæ dies, quos illefeſtiuè & hilariter ſæpenumerò ſaluberrimos appellare ſolebat, ingenti deſiderio expectabat, eosque corpore quasi extra corpus mirabiliter tranſigens, quippe vix neruis cohærentibus, ad ſacroſanctum Paſcha peruenit: ſed ita ſanè, vt Dominicam Palmarum, Cœnam Domini, & reſurrectionis feſtum, ſupra vires colſanctitudine fideles Paſchali tempore per vicinas ſtationes viſitauit, & ſalutares admonitiones propoſuit. Interìm etiam publicè affirmabat & denunciabat, ſe hanc poſtremam cum eis in corpore agere iucunditatem, ſed in Chriſti aſſcenſione iturum ſe, quò Dominus iuſſurus eſſet. Quod quidem nos audientes, promodùm ritu excepimus, perindè ac ſi ille ocyus in patriam Bauariam ſe reditu rum minaretur. Poſt Dominicam autem, quæ in Albis dicitur, à nobis diſcedens, cum Abbate nepote ſuo ad quendam contendit locum, vbi nouam condere cœperat eccleſiam, extremam ei manum impoſiturus: ſed cùm non poſſet ampliùs reluctari morbo, corpore deficiente decubuit. Cuius rei triſtiſſimus nuncius poſquàm increbuit, Abbas ſuprà dictus, vir certè toto pectore diuinæ ſeruituti addictus, atque vnà cum illo Præpoſitus noſter & Decanus cum ſenioribus & mancipatus, atque vnà cum illo Præpoſitus noſter & Decanus cum ſenioribus ad illum ſe contulerunt: ſed eum tamen, diſſimulato languore, more ſolito in laborem eccleſiaſticum incumbentem repererunt, adſtantium manibus ſuſtentatum. Venientes autem illos ipſe qua conſueuerat hilaritate & humanitate accepit, & tanquàm oblitus moleſtiæ, qua afficiebatur, admirabundus perquirebat qua cauſa ad ipſum veniſſent. Deindè iuber ſe reduci in cubiculum, atque illic aduocato Clero, primò ſingulos ſingulatim hortabatur, vt diligenter exequerentur munia ſua & quæ ex obedientia facienda eſſent, indè omnes generatim de conſeruanda

Cap. 32.

Hic locus vitioſè ſcriptus, paucis verbis ex cõiectura additis, vt cunquè reſtitutus eſt.

Match. 22.

Adhortatio eius ad Cleꝛum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

seruanda fide & religione saluberrimè admonebat, pro sua authoritate tum obsecrans, tum increpans. Posteà illorum se perijt communiri precibus aduersùs insidias callidi tentatoris, eisque obitûs sui diem & tempus, exequiarum quoquè & sepulturæ modum, ità vt posteà euenit, quasi ludens disertis verbis prædixit. Ite, inquit, & ad futuram Ascensionis Dominicæ iucunditatem & celebritatem pro sua quisque functione & obedientiæ ratione,& prout Dominus speciatim cuique adspirabit gratiam,vos præparate,aduentumque meum hilares & tan-
Prophetia eius. quàm reuerà & hîc & in futuro mecum gratulaturi expectate. In ipsa enim Vigilia Ascensionis in montem veniam ad S.Mauritium patronum meum,atque illic tum noctem, tum diem sanctum agam, sed tamen mittam Abbatem, qui meâ vice Missarum solennia celebret. Sursùm autem erectis oculis, suspirans, pariterque arridens,Nocte,ait,illa, vt Christo Domino visum fuerit, peracta, feria sexta diluculo veniam ad S.Michaëlem, cum Abbate & fratribus pernoctaturus. Indè sabbato precaturus accedam ad S. Andream: pòst ad vos me conferam, vobiscum semper permansurus. Porrò Dominicam diem conuocatis fratribus & amicis solenniter celebrabimus, atque ità totius festi nostri iucunditatem absoluemus. Hæc dicens,benè precatus est nobis,dimisitque nos & admiratione & stupore correptos.

Cap.33. Habebat verò beatus pater in priuato suo monasterio iuuenem quêdam, viduæ cuiusdam filium,pingendi peritum,cui vilia sua vestimenta & calceos dabat. Bruno is dicebatur. Huic ab initio anni illius sæpissimè præcepit,vt se pararet ad proficiscendum secum in patriam Bauariam. Vt enim iam suprà diximus, longè ante obitum suum crebrò dicere solebat,& quidem seriò, se patriam reuisurum: cumque multi vtriusque statûs se vltrò offerrent ad iter illud cum ipso suscipiendum, gratias agebat illorum erga se studio & volunrati,solum Brunonem itineris comitem deligens. Quo autem die primarij quidâ ex Clero, vt commemoratum est,ad illum venerûnt, iam antè more suo clàm ipse vestes mutârat suas, præcepitque huic Brunoni, vt vestes,quas ipse exuisset,induceret, & ad se ocyùs veniret. At ille dicta beati viri perindè vt quædam deliramenta, vel quibus planè ipse derideretur, negligenda putauit. Tum verò Episcopus ceu indignabûdus ait cubicularijs,vt irent, inducerentque eum vestimentis,quæ ipse deposuisset,& ad se illum adducerent. Illi ergò confestim trahunt eum retrò cubiculi cortinam,indutumque Episcopi vestibus,ludibundi ducunt ad eum. Præsul autem eum intuens, Pro certo noueris, inquit,te in hac veste nouos percepturum rumores. Ijs dictis, exiuit puer, & eccè eodem momento corripitur frigore intolerabili,atque eadem hora fractus vi mor-
Prædicit Brunoni pio puero mox euentura. bi decumbit. Episcopus,cùm discessissent fratres,perquisiuit vbi esset puer: reperitque illum ægrotare. Mox ille accersito procuratore,præcipit ei vt puerum sumque est cautè & sine molestia ad matrem curet perferendum, vt in ipsius occursum parentibus,possit cum ipso proficisci. Ducitur puer ad matrem, & in dies deficientibus viribus,tendit ad extrema.

Cap.34. At verò beatus Præsul noster febre ingrauescente, Holthusiû aduehitur,vbi pro consuetudine ecclesiastica ad visendum eum multis confluentibus, magna istius quibus exciperentur,ædium copia suppetebat. Eò tum inter multam Cleri populique frequentiam quodam die etiam aduenit domina Sophia de Gandersheim,& tandem, vt cum bona pace loquar, posita superiori pertinacia, plena fide
Sophia Abbatissa petit ab eo veniam. & deuotione in beati antistitis amicitiam & familiaritatem se insinuauit: oblatamque opportunitate,exclusis turbis, præsentibus ijs,qui de Clero erant, commendare cœpit friuolam illam pertinaciam, quæ de ipsius ecclesiæ clericis aduersùs beatum virum increuisset,promisitque se ità vt par esset,satisfacturam. At vir partim morbo illum premente,partim, vt nobis quidem videbatur, quadam indignatione commouente, respondit,vt id negocij in aliud tempus differret. Illa verò commotionem eius dissimulans,obitumque iam impendére formidans, etiam atque etiam promittere satisfactionem pergit, oratque lachrymabunda, vt eam ipse admittat. Tum vir beatus, Oro te,inquit,domina per Christum, interim hæc missa facito,& donèc in festo sanctæ Mariæ conueniamus suspendito. At illa cernens propinquare eum ad exitum,& tamen verba eius non mediocriter admirans, Vtinàm, inquit, dilecte pater eò vsque nobis liceat lucis huius vsura frui, donèc ille festus adsit dies. Mox Episcopus fortiter collectis viribus, & apertis oculis omnes

omnes circunspectans: In potestate, ait, præpotentis Dei, in qua & vita & finis noster consistit: In veritate, quæ Deus est,dico tibi,nos in ferijs sanctæ Mariæ, vbi De-
Prædicit ille obitum Sophiæ. us voluerit,certò pariter cõuenturos, atque illic coram illo veracissimo teste tum de his, tum de alijs,de quibus inter nos dissidemus, tractaturos. & his dictis, compressis oculis, reticuit. Quibus illa verbis valdè consternata, submissa voce ait ad circunstantes: Heu me miseram, ità ne propediem sum abitura ex hac vita,& illum subsecuturaⁿ nec tamen ausa fuit vllam præterea ei exhibere molestiam,sed humiliter & veniam ab eo petijt,& copiam recedendi. Ille verò rursùs aperiens oculos, tam breuiter quàm salubriter admonuit eam de sacræ religionis obseruatione, simulque de quibusdam reprædit. Indè sublata dextera benedictione muniuit, & pro Christi amore ei veniam tribuit, tandemq; non mediocriter formidantem, vt ipsa aiebat, eam à se dimisit.

Cap.35. Exacta porrò hebdomada,beatus pater iam omninò deficiente corpore,ab Abbate præsentibus fratribus sacri olei liquore ecclesiastico more perungitur, & ità, vt prædixit, in Vigilia Ascensionis Domini in S.Mauritij montem aduehitur. Eò
Accipit extremam vnctionem. autem fratres ad eum lachrymabundi conueniunt, ferre diutiùs non sustinentes dolorem animi, qui eos medullitùs discruciabat. Aliorum quoquè fidelium interea confluxit multitudo, quos non minor doloris obtinebat acerbitas pro amissi pastoris decessu. Quos tamen ille, licèt iam deficiente loquendi facultate, optimarum consolationũ fomentis recreatos, à se iussit abire,& diluculo reuerti. His ergò recedentibus,& noctem illam cum summo mœrore traducentibus,beatus pater pro sua consuetudine perpetuò ruminabat psalmos, suauem sibi indè lautiens refectionem: atque in eiusmodi meditatione cursum suum iam absolens, pernox vigilabat. Summo diluculo, peractis precibus matutinis, adest Cle-
Suprema eius oratio ad Clerum. rus,admonetur à sacro Præsule verbis supremis, ijsque & paucis & salutaribus, de sacra religione & obedientia accuratè obseruanda. Deindè confessionis versu cum eis prolato, vltimum eis vale dicens, abire iussit ad celebranda cum Abbate illarum solennia.

Cap.36. At pius idem antistes non immemor promissionis suæ,de prædicto cubiculario puero Brunone iciscitabatur anxiè, quinam haberet: cognoscensque eius desperari vitam,per nuncium hæc ei mandauit: Consolare puer meus,& confortare in Domino, quia iam tempus instat, quo ad patriam æternæ beatitudinis re vera mecum proficiscêris. Ea verba puer lætus accepit, & nihil iam de præsenti vita sibi meditandũ existimans,ipso sacro Dominicæ Ascensionis die salutare vaticum, id est,sacrosanctam Eucharistiam sibi porrigi rogauit. Ea percepta, iucundo animo beati antistitis pollicitationem sustinebat. Itaque Missarum apud nos celebritate peracta,ciboque ac potu celeriter sumpto, fratres hora diei decima ad dilectum antistitẽ reuertuntur,penè iam officio linguę cessante,corde & mente psallentem, psalmosque in solo pectore difficulter ruminantem inueniunt, communicato inter se consilio, quatuor pueros scholasticos ex vtraque lectuli eius parte statuunt, qui psalterium ab initio distinctè recitent eis præcipiunt. Eos audiens beatus pater, Valdè delectatur sanctus vir precibus sacris etiam in extremis. quàm ea melodia delectatus, paulisper quieuit, nonnunquàm etiam cum illis pulcherrime iucundum ei fuit: at verò præcipuos illos versus, qui specialiter ad deprecandum Dominum pertinebant, apertis sursumque erectis luminibus altiùs vt potuit expromebat. Media nocte iam absoluto psalterio, & fine eius euidentiùs apparente, matutinas preces inchoârunt fratres, & cùm ventum est ad canticum Zachariæ, Benedictus Dominus Deus Israël, vir beatus in supremo iam agone defixis & in vmbra mortis sedent: ille, Ad dirigendos,inquit,pedes nostros in viam pacis. & sub his verbis, Clero concinente Gloria patri &c. cum antiphona Asscendo ad patrem meum & patrem vestrum,ille ab adstantibus è lecto sustolleba-
Suauiter è corpore migrat ad Dominum. tur,atque ità felicissima anima illa, tanquàm suauiter obdormiente corpore è carnis ergastulo soluta,migrauit ad cælos. Mox concrepantibus campanis,fratres,qui in monasterio felicem eius obitum vigilanter expectabant,pro tam dilectæ animę illius remedio exequias piè ac deuotè celebrabant.

Cap.37. Non puto ego hic reticendum primum meritorum eius argumentum, in ipso eius beato obitu, Deo teste, exhibitum. Is quem sæpè memorauimus, Bruno puer in maternis ædibus apud ecclesiam S.Michaëlis decumbebat, eodem momento

Universidad de Deusto
Biblioteca

præmortuis membris, supremo spiritu in solo pectore palpitãte, planè iam desperatus. Vbì autem audiuit perstrepentes campanarum tinnitus, tanquàm à somno experrectus, stupens rogabat quid hoc sibi vellet. Respondit mater dissimulanter, ad nocturnas preces pulsari. At ille stomachabundus, matris & aliorum dissimulationem arguens, Cur, inquit, mihi imponitis? cur rem ipsam me celatis? Reuerà cum hoc signo charissimus dominus meus cælum ascendit, & promissionum suarum proh dolor oblitus, me hîc derelinquit. Surgite, & eleuatis manibus & cordibus eius dilectam animam diuinæ clementiæ commendate, & vt meî meminerit, eum obsecrate. atque quibus potuit viribus sustollens oculos ad cælum, O sancte Præsul, inquit, ô pater humanissime, per illum te adiuro, ad quem vadis, vt nunc sis memor meî, nec me patiaris tibi superstitem in carne manere, cui totiès pollicitus es, quòd tecum essem in patriam abiturus. Ad has voces stupent qui aderant, nec

Bruno puer cum felicitèr sequitur.

sine formidine faciunt quod iussit. Et eccè vix ad eum reflectunt oculos, cùm iam cernunt exanimem. Ilicò de lecto eum deponunt, iussisque valere lachrymis, gratulantur obtinuisse eum quod optauerat. Intereà fratres in monasterijs peragunt exequias beatissimi pastoris sui, & absolutis nocturnis precibus, Missarum celebratione, & psalmorum frequentatione tanto eius animam deuotiùs commendant, quanto fidentiùs sperant se ab illo apud Deum commendatum iri.

Cap 38.

Aduehit autem felicis memoriæ Bruno Mindensis Episcopus, quem ipse venerabilis pater sibi in spiritualem filium adoptauerat. Cùm enim accepisset de eius aduersa valetudine, in vicinis locis moratus fuit. Tum verò hora diei tertia totus Clerus cum militibus & familia, cum multa ciuium & prouincialium, maximè autem pauperum frequentia ad montem, vbì ille spiritualis noster thesaurus seruabatur, processit, corpusque eius ad monasterium S. Michaëlis, vt ipse viuens dixerat, deduxit. Vbì ventum est propiùs ad fores atrij, corpus Brunonis pueri, non paucis illud comitantibus, apportabatur: quod deindè ante Episcopi pedes per

S. Gothardi obitus magnũ omnibus luctum affert.

destinatas ecclesias circunlatum est. Quis verò tum planctus & eiulatus Cleri, populi, pauperum illic extiterit, nostri ingenij tenuitas explicare satis non potest. Singulos & luctus & lætitia pariter obtinebat. Mœrebant se orbatos tam bono pastore, gaudebant bonis quæ sibi per illum euentura deincèps sperabant. Vere licuit tum illud, quod de S. Martino canitur: Pium erat flere, & pium gaudere. Et meritò sanè fleuimus, qui talem nos cerneremus amisisse pastorem: & iure. hilo minùs exultauimus, quòd talem præmisissemus intercessorem. Itaque vigilijs illic pro nostro modulo conuenienter peractis, beatum corpus manè ad S. Andream honorificè deportatum est: & cùm illic oblata essent sacrificia, ad priorem ædem nostram allatum, & qua decebat veneratione depositum est. Polleret illucescente die, quę erat Dominica, è diuersis Saxoniæ cœnobijs vtriusque sexus homines ad obsequium tanti patroni conuenerunt, Cleri destitutionem, populi desolationem, & totius Christianæ reipublicæ commune damnum lachrymis prosequentes. Indè ab Episcopo Missæ officio deuotissimè peracto, sacrum beati viri corpus in medio Choro nostro more ecclesiastico humatum est: vbi vsque in præsens à fidelibus, quantum humana sinit fragilitas, ea qua congruum est, reuerentia visitatur. Brunonis autem pueri corpusculum ante occidentalem eius ædis aditum priùs ab eodem episcopo terra conditum est. Porrò domina Sophia, de qua iam antè dictum est, de sua præmonitione magis magisque solicita, presbyteros & sorores suas eò cum oblationibus misit, seque beati viri meritis & precibus

Sophia Abbatissa moritur, vt ille prædixerat.

suppliciter commendans, venturam beatissimæ matris Dei primùm Assumptionem, indè Natiuitatem pauida expectabat: sed anno proximo triduò ante eius Purificationem ex hoc seculo migrauit, vt in ea quoquè vera appareat prophetia sancti patris nostri.

Cap. 39.

Veniamus nunc ad miracula, quæ post eius decessum è vita in salutem credentium Christus effecit: è quibus tamen satius putamus commemorâsse pauca quàm multa, nè aut studiosis fastidium, aut desidiosis vel etiam incredulis grauioris culpæ materiam obtulisse videamur: maximè verò propter quosdam dissolutos & circunforaneos homines, qui in nostra regione solent per sacra discurrere & vagari loca, seque nequissima simulatione aut cæcos, aut debiles, aut muros, aut dæmoniacos fingunt, & coram altaribus vel monumentis Sanctorum spectante populo se volutant & pugnis cædunt, moxque sanatos se clamitant, vt hac fraude ma-

de maiorem sibi à plebe quæstum comparent. Atque ij sunt, de quibus iam suprà recutimus, sæpè conqueri solitum beatum Gothardum, quòd sua simulatione & vanitate efficiant, vt etiam vera dicentibus fides vix vlla habeatur. Horum impostura & fallacia fit, quando tandèm ab alijs deprehenditur, vt etiam vera Sanctorum miracula in pernicioſam dubitationem rapiantur, & qui re vera curantur, non solùm à perfidis, sed etiam à fidelibus nonnunquàm fallere existimentur, vti nobis in quadam mulierecula vsu venit. Primo nanque antistitis nostri anno in illa singulari nostra celebritate, puta Assumptione beatissimæ matris Dei, anus quædam nobis ignota, velato capite, operta facie ante sepulcrum beati viri se prosternit, atque illic more illorum, quos diximus amentiam simulâsse, diù se volutans, tandem exiliuit, multisque annis visu orbatam se fuisse, at nunc demùm lumen sibi redditum affirmauit. Spargitur ilicò rumor, Clerus & populus aduolat, venit etiam Episcopus, parant se ad agendas Deo gratias, cùm eccè adsunt quidam, qui eam fœminam dicerẽt se & crebrò antè, & nunc quoquè talia nequissimè confingere, clamat: sed tamen à Clero pro beati antistitis reuerentia defenditur, atque simulatè facta recedit, nec nobis vnquàm posteà visa est. Id genus ergò fallacias nos

Nequam anus simulat se amentẽ.

euitare volentes, omissis permultis, quæ ab ignotis accepimus, tametsi ea vera esse existimamus, ad ea sola narranda accedimus, quæ teste Deo, aut ipsi vidimus, aut certè ab illis accepimus, quos Dei timore præditos planeque veraces esse non dubitamus.

Cap. 40.

Illud quidem omnibus notissimum, primo loco commemoramus, quod cuidam nostræ ecclesiæ operario contigit. Lutgerus is vocabatur, & cùm in templi sacrario ligna reponeret, decidente graui trabe, femur & tibia & pes miserè contrita sunt. Eum beatus Gothardus, tum adhuc viuens in corpore, quòd cum fidelem & vtilem expertus esset, ante mensam suam quotidiè ad eleemosynam accipiendam cum pauperibus residere volebat: dolensque non mediocriter casum hunc ei accidisse, seipsum non rarò animo diseruciabat. non enim poterat

Pauperes quotidiè sedebant anrè mensam S. Gothardi.

vacare operi, cui destinatus erat: quanquàm interìm facere non omittebat, quicquid tum sedendo, tum reptando potuisset, promptum semper animi studium declarans, nec vllum, præter somno & cibo capiendo necessarium, tempus ocioſe & sine fructu transmittens. Solebat autem beatus Gothardus pueruloſ, vel etiam valentiores pauperes mittere ad plateas, vel defossas petrarum foueas, vt minutos indè lapillos colligerent niuei candoris, aut atri varij ve coloris, quos ille politos, & multiplici contritione vel fractione in gemmarum formam redactos, in altaribus, codicibus aut pallijs ecclesiasticis non indecorè reponebat. Atque in eiusmodi opere specialem ei ille, de quo agimus, pauper operam nauabat, quam verò etiam pictoribus, & ijs qui vitra in fenestris componebant, sese adiungebat, inter eos quoquè non infrugiferam dependens operam. Postquàm autem beatus Præsul desijt esse in humanis, ipse detonsus, carnibus alijsque laurioribus cibis sibi interdixit, & ad sepulcrum eius se conferens, tam custodibus quàm alijs fidelibus omni qua potuit fide & diligentia inseruiuit: ac tandèm consentientibus magistris, totam eius monumenti custodiendi curam in se recepit, tametsi debili cure ligno sustentato, & reliquo corpore scipione fulcito, ægrè huic officio satisfacere potuit: sed quas vires negabat mala corporis valetudo, eas obediendi studium & deuotio subministrabat. Psalmos quidem non nouerat, sed tamen

Studiũ cuiusdam debilis hominis erga monumentum S. Gothardi.

verba, quæ ex illis vel relatione fidelium vel admonitione apprehenderat, strenuè vigilando & crebrò se, vt solent fideles, humi prosternendo, accuratè & solicitè identidem depromebat. Atque in hac sedulitate gnauiter perseuerans, & ad altiora pro viribus proficere contendens, quodam sabbatho, cùm vespertinæ laudes in templo canerentur, apud beati antistitis monumentum se prostrauit, manisque illic diù immotus, siue somno oppressus, siue ecstasim patiens, & vt ipse posteà retulit, intolerabili quadam membrorum atque neruorum distensione vel contractione inuisibiliter se sensit discruciari. Finitis vespertinis precibus tandem in lectulum incumbens, tota illa nocte membrorum distractione miserè afflictus fuit. Porrò sub matutinum tempus tandèm obdormit, & in somnis iubetur

pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sanatur is diuinitùs. properare ad templum, & Deo gratias agere. Surgit ergò ocyùs experrectus à somno, remotoque femoris sustentaculo, & scipione reiecto, hora matutina in templum ingreditur, & coram omnibus palàm in Dei laudes alacer & lætus erumpit, ac deinceps quoàd vixit, semper incolumis, quanto diutiùs tanto deuotiùs ministrauit.

Cap.41. Mulier quædam, omnibus qui apud nos sunt notissima, multis annis cæca, apud sepulcrum beati viri altera post Assumptionem S. Mariæ, spectante Clero & populo, illuminata est.

Cap.42. Contractus curatur. Rusticus pagi ecclesię, qui Holtahon dicitur, longo morbo miserè vexatus (nam contractis lumbis per annos multos, crura habuit nulli vsui apta) vbi tandèm ad sancti viri monumentum vix reptando peruenit, eius diei anniuersario integram est coram Clero & populo adeptus sanitatem.

Cap.43. Quædam fœmina nobilis ex Mindensi diœcesi, non ignota, fratris sui filiam nutriebat, eamque in filiam cooptatam vnicè charam habebat. At illa grauissima correpta valetudine, non sine vitæ periculo biduò exanimis iacere visa est. Adrant propinqui cum ciuibus & familia, amarè complorabant præ multiplici commiseratione tantam puellæ elegantiam. Aderat verò etiam anus quædam, ecclesię seruiens. Ea cœpit de sancto Episcopo sermonem texere, & vt ægri ad eius tumulum Deo miserante sanarentur, explicare. Eius verbis compuncta amita puellæ, matutino tempore se confert in templum, prosternit se coram altari, profusis lachrymis obsecrat Deum, beatissimam Dei genitricem, sanctumque Gothardum,

Mirabiliter reualescit puella ferè exanimis. vouet oblationes intima animi pietate pro nepte sua: & eccè quam primùm, vt ipsa nobis lachrymabunda narrauit, sancteque iurauit, domum reuertens cernit puellam iam iam videntem, audit loquentem, cibum expetentem, acceptumque comedentem, & Christo ob merita beati viri præstante, integra salute fruentem. Itaque quinto pòst die ad sanctissimę Virginis altare & ad tumulum beati Gothardi cum oblationibus, quas promiserat, eam adduxit, & quemadmodùm sanata fuerit, adhibitis ciuium & aliorum testimonijs coram multis recitauit.

Cap.44. Frater quoquè noster non obscuri nominis, Folcardus presbyter, per id tempus Vicedominus, indè Prępositus noster, ad extremum Brandenburgensis Episcopus, qui sancto Gothardo, vt plerique omnes nôrunt, & fideliter inseruiuit, & vnicè charus fuit: cùm post obitum eius pro consuetudine Episcopi chortes inuiseret, in pagum * Hasgerusium peruenit, diuertensque prandendi causa in cuiusdã ædes, vidit puerulũ miserè vexatum, & iam aliquot hebdomadibus omni membrorum officio destitutum, atque ad extrema in dies, vt omnibus videbatur, appropinquantem. Eum ergò, vt erat singulari erga tales misericordia, non sine lachrymis diù intuetur, perquirit etiam ex familia tanti mali causam & tempus. Deindè hortatur plorantem pueri matrem, vt promittat se allaturam ad S. Gothardi monumentum cereos pro pueri mensura. Facit id illa libentissimè, sed cùm pauper esset, & ceram non haberet, iubet presbyter vt puerum membratim dimeriatur, mensuramque secum ferat: & quam ab ipso acceptura sit ceram in candelas redactam, afferat. His ità gestis, sedẽt ad prandendum, & pueri iam quasi immemores, de aliis

Item puer moribũdus. rebus inter se cõferunt. Interim puer mira celeritate tanquàm à morte reuiuiscit, & in lectulo cunctis admirantibus residet, accitaque matre prorepit ex lecto, poscit apponi sibi alimenta, ijsque vescitur, & deinceps beati viri meritis perpetuò manet incolumis.

Cap.45. Fuit in nostro collegio iuuenis quidam, ex laico conuersus, Desiderius nomine. Eum vir beatus iusserat in Clerum cooptatum tonderi, & posteà etiam Diaconus ordinatus est: sed cùm non posset exactè cantandi & legendi munus cum fructibus obire, nè penitùs vacaret ocio, cum custodibus ecclesiæ ministrauit. Quo autem tempore nostræ ecclesiæ præsulem egit Anselmus, post miserandam monasterij nostri conflagrationem, is Desiderius intra festos dies Natalis Saluatoris quadam vespera in scholis cum pueris sedens & colloquens, subitò percussus caecitate corruit, & alia etiã ęgritudine increscente, diù decubuit. Porrò in Quadragesima hac quidem ægritudine liberatus est, sed cæcus permansit. Ibat ergò pro more ad ecclesiam, atque apud beati antistitis monumentum spe recuperandi visũs sępè se humì abiecit, in preces incumbens. Deinde 3. Calendas Aprilis, quo die celebramus aduentum reliquiarum sanctorum Cantianorum martyrum, cùm in matutinum

Redditur lumẽ vnius oculi cæco. tinum precibus illic se dederet, ilicò ceu pruriente dextero oculo, duriusque manu confricato, sanguinis non parua copia indè effluxit, moxque illo oculo rursùs videre cœpit. Laudabant omnes eam Dei benignitatem, & etiam alterius oculi curationem expectabant. Itaque post Pascha anniuersario die sancti patris nostri Gothardi, cùm in eius memoria Missa pro defunctis ab Episcopo celebraretur, obstrepente Clero & populo, tanquàm morbo correctus cecidit, confestimque erumpente sanguine ex oculis, naribus & auribus, etiã sinistri oculi

Itemque alterius. tur Clerum & populum, vt debitas Deo laudes depromerent: profusisque lachrymis ipse pariter Dominum laudauit. Eodem momento etiam Desiderius egit gratias Deo, & perfectè curatus est, atque in ea, quam Deo vouerat, professione vsque ad supremum vitæ diem fideliter permansit.

Cap.46. Plurima præterimus, quæ in sancti viri laudem dici possent, eo consilio, quod antè explicuimus, cùm ea Deo fauente, ab initio vsque in præsens præclarè fieri experiamur. Hoc tamen superioribus adiunctum volumus, quod tota ecclesia esse verum esse nouimus, complures ad sepulcrum eius cum oblationibus

Multa fiunt miracula. hilares aduentare, seque à varijs afflictionibus, molestijs & morbis virtutum eius munere celeriter liberatos palàm affirmare. Porrò si quid cuiquam incommodi aut molestiæ accidat, simulatquè ad sancti viri memoriam accessit, vel absens obtentionem vouit, sine dubio consolatione afficitur ob merita illius, quam in vera fide & spe sibi præstari petit.

VITA S. STANISLAI EPISCOPI CRACOVIENSIS ET MARTYRIS, ANNO CHRISTI M.CCCC.LXV. conscripta ab Iohanne Longini Canonico Cracouiensi: sed ob nimiam prolixitatem mutato ferè stylo redacta in compendium per F. Laur. Surium ità tamen vt historiæ integritati nihil detractum sit. Prologum Authoris vtrunque satis longum omisimus, quibus suam ille conatur excusare imperitiam, tametsi non indoctum fuisse opus ipsum declarat: quod ab illo quidem in tres, vt ipse vocat, Tractatus distributum est: nos verò vno libello comprehendimus.

STANISLAVS apud Polonos ortus est in Cracouiensi territorio pago Sciepanouio, qui à Cracouia abest septem milliarijs, ex se quidem obscurus, sed viri sancti ortu illustris & celebris. Parentes habuit genere nobiles, valdeque præstantes & tali prole dignos. Pater Vuelislaus dictus est, vir ex ordine militari & equestri, & inter suæ familiæ homines facilè primus ac præcipuus: inter alios quoquè Poloniæ proceres virtute & rei militaris gloria eximius. Matri Bognæ nomen fuit, quam non solùm generis splendor, sed etiam rara pudicitia, insignis religio non mediocriter commendaret. Vterque autem hospitalitati deditus erat, & pauperum, pupillorum, peregrinorum, inopum propẽsis animis curam gerebat. Ambo ieiunijs, vigilijs, alijsque edomandæ carni accommodatis exercitijs nauabant operam, & verarum virtutum, quibus excolitur & ornatur animus, studiosi erant. Amplum illis fuit patrimonium, fæx census & plusquàm mediocris substantia, generi & conditioni respondens: sed alacri liberalitate in pauperes profundebatur. Rara per id tempus apud Polonos templa visebantur. Itaque Vuelislaus in ditione sua Sciepanouiensi, hortante

Parẽtes ei templum ædificant. eum coniuge sua, sacram extruxit ædem, adhibitis illi prouentibus, quibus eius ministri affatim sustentarentur: vestibus quoquè sacris & vasis aureis atque argenteis, cæterisque, quibus res diuina expleri solet. Templum autem dicatum fuit beatissimæ Mariæ Magdalenæ, cui illi magna animi deuotione singulariter addicti erãt. Ad hanc ædem sæpè illi diurnis atque nocturnis horis veniebant, feruenterque in

Maij 8. Cap.1. S. Stanislai patria & parentes.

preces

Universidad de Deusto
Biblioteca

Singularis & rara eorũ pietas.

preces incumbebant, non eo duntaxàt tempore, quo diuina illic peragebantur officia, sed alijs etiam horis, quas illi sibi præscripserant: certabantque inter se, vt alter alterum anteuerteret, & precandi diuturnitate superaret. Denique in exequendis Christianæ legis præceptis & institutis tales se præbebant, vt eorum vita alijs admirationi foret, quippè quæ non multùm à monastica discreparet.

Cap. 2. Eorum sterilitas.

Sed cùm multæ eis & opes & copiæ suppeterent, vno sterilitatis incommodo eæ obscurari videbantur, quòd nullum earum post se hæredem relinquerent ex se procreatum. Nec tamen ea causa vel erga cultum Dei & Sanctorum, vel erga proximorum subleuandam inopiam segniores fuêre, summoperè id expetentes, vt prole beati forent, quam diuinis manciparent ministerijs. Iam trigesimum in matrimonio agebant annum, & tum ipsi tum cæteri desperabant posse ex eis nasci

Mater fit grauida.

prolem, cùm eccè sentit Bogna concepisse sese, cernuntque omnes eius ventrem intumescere. Interìm tamen illa, vti antè consueuerat, respuebat vitæ huius illecebras & voluptates, quibus iam olim nũcium remiserat, & tam victu quàm vestitu castigato ac simplici contenta erat. Cumque aliquandò post lustratos meridiãli

Nascitur S. Stanislaus.

greges, domum ex propinquo nemore se reciperet, apud puteum haud procùl ædibus suis filium elegantissimum absque vlla obstetricis opera peperit septimo Calendas Augusti, lotumque in fonte domum incolumis asportauit, nihil neque doloris, neque debilitatis vel in partu, vel post partum experta. Indè baptizatus puer in æde S. Mariæ Magdalenæ, Stanislaus vocatus est. Stupebant omnes è sterili & senescente fœmina præter omnium expectationem editum infantem, nec dubitabant illum in magnum quandoquè virum euasurum, qui Polonis suis haud vulgari tum solatio, tum ornamento & vtilitati foret. Sciebant enim ità natura comparatum, vt quæ egregia sunt, diuque duratura, ea tardiùs enascantur. Natus est autem Stanislaus regnante apud Polonos Miecislao primo, anno regni eius tertio, porrò à Christi ortu millesimo & tricesimo.

Cap. 3.

Postquàm autem parentes eius tali se filio auctos viderunt, pari consensu per-

Pietas eius puerilis.

petuam Domino continentiam vouerunt, atque religiosè conseruârunt. Obtectum indè est in puero teneriori infantia perfuncto, sæpè illum molliori relicto

Adhibetur literis.

strato, nuda humo, aut super paleas cubâsse: vtroque parente admirante puerili dolem, & sine monitore conceptam religionem, ad quam rectè conformandam omnes ipsorum curæ & cogitationes conuersæ essent. Vbi primùm licuit per ætatem, literis & disciplinis liberalibus discendis traditus est, ad quas discendas ingẽs ille desiderium, ingenium docile, tenacemque memoriam attulit. Mores ei erant

Grauitas morũ eius.

verecundi, modesti & ingenui, ab omni sasciuia ludisque, quibus pueri delectari solent, abhorrentes. Tanta illi grauitas, modestia & pudor in sermone, vultu & actionibus inerat, tanta ad virtutem propensio, vt nec iocari nec ridere effusius conspectus sit. Atque hinc fiebat, vt multi etiam graues viri in eius amorem & admirationẽ prouocarentur. Parco & tenui sanè cibo & somno vtebatur: reliquum

Benignitas in pauperes

tempus literis percipiendis impendebatur, & si quid supereſſet, precibus dabatur. In ea puerili & tenera ætate tam erat erga pauperes misericors & benignus, vt quicquid bona parẽtum venia adipisci posset, id illis elargiretur, facilè daturus omnia, ni præceptorum seueritate puer modestus & pudibundus vetaretur. Vbi adolescentiæ metas attigit, vberioris doctrinæ capessendę causa missus est Gnesnam, quæ in vrbe tum studia magis florere videbantur. In illo itinere ingressus balneas quasdam nobilium pagi cuiusdam, pessimè ab illis mulctatus est, cæsus ad nudum corpus fustibus, & cum ignominia indè eiectus, quòd dicerent suo iniussu balneas

Patientia.

gressum ipsos iniuria affecisse. Ea verbera optimus adolescens tulit patientissimè, ità vt in vicino agro defixis in saxo quodam, quod hodieque illic ostenditur, genibus, veniam à Domino illis, à quibus tam inhumaniter verberatus erat, precaretur. Sed Deus id inultum abire passus non est, eosque nobiles ac posteros eorum grauiter in tibia vlcere puniuit: agerque ille, in quo preces Stanislaus Deo obtulit, multis seculis perpetuò sterilis permansit, adeò vt indè Popona Gora, id est, mons fecundatalis vsque in præsens appelletur.

Cap. 4.

Postquàm verò eriam adolescentiam ea modestia & morum sanctitate & grauitate, omniumque illecebrarum blandimentorumque corporis contemptione exegit, vt in illa ætate iam senum obtineret authoritatem, in ipso iuuentutis flore

Venit in Gallias.

summo flagrans discendi studio, in Gallias proficisci voluit, quòd multorum fe-

mone scholas illic florentissimas didicisset. Annuebant eius votis parentes & propinqui, impensasq; liberaliter conferebant. Venit igitur Lutetiam Parisiorum, atque illic in ius Pontificium perdiscendum incredibili sedulitate incubuit. Deindè ad Theologiæ studia se contulit. Mira erat in verbis eius suauitas, in factis comitate condita grauitas cõspiciebatur. Multi certè his animaduersis in dubitationem adducti sunt, ex media ne Polonia, an ex Gallijs ortus esset: adeò & literis & optimis moribus præclarè institutus erat. Non minùs enim vitæ & morũ integritate, quàm doctrina & eruditione delectabatur: quæ si in vno aliquo pariter coniunctæ sint, non possunt non apud omnes eum facilè celeberrimum efficere. Procùl ille à se abigebat carnis voluptates, animum habens virgineum, serenum atque tranquillum. Sapientia illi inerat supra ætatis mensuram, cui adiunxerat virtutes alias, quas sibi comprimis familiares effecerat. Contemnebat auaritiam, mũdi vanitates, carnis oblectamenta, inanem & fallacem gloriam. Domabat corporis lasciuiam ieiuniorum frigore, & fœminarum vitabat contubernia, angelicam in carne consuetudinem virginitatem. Quibus sanè egregijs animi virtutibus id cõsecutus est, vt permultis bonis & doctis viris non mediocriter charus haberetur. Complures viri graues & scholæ Parisienſi hortabantur eum, vt vel Pontificij iuris, vel sacræ Theologiæ doctori se creari pateretur: sed ille modestè recusabat. Cùm esset Parisijs, incessit cupido alicuius arctioris monasticæ complectendæ religionis, contemnendumque honorum & dignitatum, quas in patria sibi obuenturas non dubitabat, sed Dominus maioribus eum certaminibus reseruans, id non permisit.

Nou vult Doctoris titulo ornari.

Cap. 5.

Septennio Lutetiæ in studijs consumpto, in Poloniam cum instructa bibliotheca reuersus est, & vtroque parente mortuo cùm se locupletem cerneret adire hæreditatem, omnes opes suas in pauperes insigni liberalitate distribuit, vt illis abiectis sarcinis, expeditiùs Domino seruiret. necdùm enim omnem monasticæ suscipiendæ vitæ cogitationem deposuerat: sed hærebat animo, quam viuendi rationem potissimùm sectaretur, cùm monastica quidem videretur tutior & tranquillior, sed contrà formidaret abscondere credita sibi à Domino talenta. Ea tempestate Ecclesiæ Cracouiensi præerat Lampertus Zula, qui Aaroni successerat, nobilique de more pallium à Pontifice maximo petere, id effecerat, vt ea sedes deinceps non Archiepiscopos sed Episcopos haberet. Is vbi comperit Stanislaum

Omnia sua dat pauperibus.

singulare animo de vitæ instituto suscipiẽdo, ad se accito persuadet, vt in Clerum sese cooptari, creatque eum Cracouiensis ecclesiæ Canonicum, ac deindè etiam author illi est, vt sacerdotio initietur. Quo in statu omnibus sui ordinis hominibus optimis exemplis præluxit. Porrò etiam concionandi munus obiens, in Episcopatu Cracouiensi plurimos mortalium in Dei amorem incendit, doctrinam

Fit Canonicus Cracouiensis & sacerdos.

sanctæ vitæ sanctitate & morum integritate mirificè ornans & confirmans. Nulla in eo arrogantia, nulla animi indignantis commotio, nullæ improbæ cupiditates videbantur. Affligebat corpus multa abstinentia, perpetuò in sacrorum lectione & meditatione versabatur, multus erat in sanctis meditationibus, prolixis vigilijs, alijsque sanctis laboribus & exercitijs pietatis. Et cùm esset tantus vir, semper tamen

Recusat Episcopatum.

studium appetebat magis, quàm alijs innotescere. Volebat Lampertus Episcopus suus Cracouiensis ex eius vita & doctrina maximam voluptatem, quòd videret ingenio confectus cum habere successorem, sed nullo pacto id ei persuadere potuit. Capiebat sanè ex eius vita & doctrina maximam voluptatem, quòd videret se electioni cuentus respondere, nomenque Stanislai ob virtutis & eruditionis præstantiam celebrefieri. Multi enim de tota Polonia tam è Clero, quàm ex laicorum ordine, in dubijs cum consulentes, & suis conscientijs consulere cupientes. Quos ille comiter & benignè acceptos, institutione sua recreabat, idque eò facilius, quòd cum prudentia à natura ipsi insita multam haberet eruditionem coniunctam, tum quoquè animum fide excelsum & bonæ spei plenum, inde ad cum aduentabant, in dubijs cum consulentes, & suis conscientijs consulere

Cap. 6. Modestia singularis.

genium humanum, bonis operibus semper addictum, omnis simulationis & dissimulationis expers, simplex & apertum. Tandèm Zula Episcopus grauissimo se sentiens prægrauatum, curam omnẽ administrandæ diœcesis in eum transtulit: in qua administratione sic ille versatus est, vt omnibus admirationi esset, quòd singulari dexteritate & prudentia per se quæuis negotia discuteret.

Tandem autem Lamperto Zula ex rebus humanis discedente anno Christi millesimo septuagesimoprimo, mensis Nouembris die quinto & vicesimo, omnium suffragijs ei substituendus esse visus est Stanislaus, tametsi ille prolixè rogaret

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnes, nè se tanto honore indignum eligerent. Instabant cuncti, & omnium vota in illum tanquàm dignissimum conferebātur: resistebat ille diebus non paucis, dicebat suos humeros impares tanto oneri ferendo: eligendum potiùs alium & animi & corporis dotibus instructiorem, cui magistratum tam sublimem, & tam difficili tempore mandarent. Verùm cùm instarent & precibus & lachrymis viri ornatissimi & insignes, tandèm ille expugnatus cessit non absque metu & tremore, veritus nè diuinæ resisteret voluntati, quæ per tot ora & suffragia ipsi innotesceret. Confirmatus etiam est ab Alexandro II. Pontifice Maximo, Boleslao rege, Clero quoquè & populo id petente: eiusdemque Pontificis iussu episcopus consecratus est.

Consentit tandèm inuitus in Episcopatum.

Cap. 7.

Factus autem Episcopus, non solùm nihil de humilitate superiori remisit, sed vitam omnesque actiones suas arctiori custodia & castigatione, arctioribus quoquè continentiæ vinculis constrinxit. Sciebat enim ijs, qui Episcopi functionem susciperent, necessariò id incumbere, vt vitam viuant Apostolicam, & quæ ipsorum quoquè monachorum professionem superet: ridiculumque immò & pernicioſum existimabat eorum nolle imitari mores, quorum sis dignitate ornatus. Induit tunc corpus suum cilicio, vsurus eo vsque ad mortem: vt carne afflicta & macerata, spiritus ficret robustior, & grex ipsi commendatus plus instrueretur exemplis quàm verbis. Nihil sibi præclarius & præstabilius ducebat, quàm per omnem vitam in Saluatoris insistere vestigijs. Libenter iuuabat virosbonos consilio & auxilio, animum à terrenis abstractum cupiditatibus, ad superna magno studio erigebat. Ad præstandas eleemosynas tam erat promptus & profusus, vt ædes illius egenis & ægris plena videretur. Deniquè sic se omnibus præditum virtutibus exhibebat, vt omnium perfectionem adeptus censeri posset. Parochias diœceſis suæ non per alios, sed per seipsum quotannis visitabat, accuratè in sacerdotum, ministrorum & plebis facta inquirens, vitia & deformatos mores sedulò corrigens & castigans, in eam curam vel maximè intentus, nè sacerdotio initiari fœminarum contubernijs fœdarentur, sed vitam viuerent puram & religiosam, quæ alijs exemplo esset. Nouerat enim Deum facilè conciliari posse peccanti populo, si pro peccatis eius sacrificia offerentium grata illi esset vita. Vulgares & plebeios homines assiduis exhortationibus bonisque exemplis ad fidem conscriptandam, virtutesque & bonos mores consectandos incitabat. Magnam suis famonibus cautionem adhibebat, vt nihil in eis futile, nihil non plenum vel non dignum summæ honestatis viro appareret. Studebat prodesse quamplurimis, tam se benignum & humanum erga singulos exhibens, vt omnium communis pater videretur. Si quid orij supereſſet à publicis priuatisque negotijs, id omne in precibus, aut sacra lectione conterebatur. In consulendo, iudicando, decernendo animus illi ab omni ambitione, cupiditate, liuore vacuus & liber erat. Familiaris in primis & præcipua ei cura inerat, oppressorum, infirmorum & calamitosorum causas tuendas suscipere. Vestes habebat simplices & neglectas, ab omni fastu & nitore alienas, & quæ apud rudes & ignaros tantummodo contemptum excluderent. Porrò ad beati Syluestri Romani Pontificis morem se accommodans, omnium viduarum suæ diœceſis habebat conscripta nomina, ijsque & alis inopia pressis pro facultatum ratione liberaliter subueniebat: constatque illum sæpè eis ad mensam sedentibus, exclusa famulorum opera, suis manibus cibum & potum appoſuisse, nouis vestibus texisse, panem fregisse, ollas & pocula abluisse, non rarò lauisse pedes. Episcopatûs sui prouentus in pauperum & viduarum ſotia conferebat, simul etiam viduarum pudòri consulens, quòd sciret plerasque opia malle affligi, quàm publicè emendicando stipem pudefieri. Denique omnium suæ diœceſis hominum saluti studiosè inuigilabat, semper secum commorans, amplissimæ dignitatis & longè lateque patentis diœceſis administratæ rationem exactissimam apud æquissimum iudicem se quandoquè redditurum. Adeò autem ferebatur mentis contemplatione in Deum, vt curarum secularium onere haudquaquàm deprimeretur, à terrenorum omnium contagione liber. Famæ tutum & sanctitatis eius non solùm Poloniam, sed eriam vicinas regiones grauissimo odore complebat, tantusque ei & à proceribus & plebeis habebatur honor, quantus ante illum vix vlli habitus est. Ad condonandas iniurias, itemque tolerandas promptissimus erat. Inuitatus aliquādò fuit à quodam nobili, vt ecclesiam in eius pago consecraret. Venit eò vir sanctus, sed eccè ab eodem viro, ius hospitij violare non formidante, per summam iniuriam expellitur, quidam eius familiares crudeliter verberantur. At ille tanquàm nihil perpessus mali, mira alacritate in Pustiniam vicum se recipit, atque illic primas noctis tenebras in fame, alteras in precibus cum sacerdotibus & familiaribus suis in prato vicino exigit, talemque vicem iniurijs illis reddit: Domine, inquit, quandò non sinor loco, ad quem euocatus eram, destinatam impartiri benedictionem, tu huic, in quo consisto, benedicas obsecro. Ab eo tempore vsque in præsens locus ille sancti prati nomen obtinet. Postridiè autem venienti ad eum nobili illi, & culpam suam examino confitenti, libentissimè ignouit, abijtque cum illo, & templum consecrauit, beneficia malefica compensans, sciens Episcopi functionem id reposcere, vt libens ignoscat. Locus verò ille, ad quem se recepit vir sanctus, ab hoc nobili reiectus, multis claruit miraculis ad inuocationem nominis eius. Idem autem nostra ætate maioriuerentia frequentari cœpit, postquàm ibi conditum templum est, Sbignei Cardinalis & Episcopi Cracouiensis permissu, ad quod in vtroque sancti viri festo plurima solet multitudo confluere, varia martyris beneficia experta.

Patientissimè tolerat grauem iniuriam.

Miracula multa diuinitùs fiunt.

Cap. 8.

Cautio in verbis.

Ministrat ipse ad mensam pauperibus.

Liberalitas eius.

Cum verò in modum, vt iam diximus, sese comparante Stanislao, & tum doctrina vitæ sanctimonia omnibus prælucente, veteribus quoquè fundis Ecclesiæ seruos per coëmptionem adijciente, deniquè in summa tranquillitate munus sum exercente, non tulit ille serpens & hostis antiquus pacem ecclesiasticam læcrescere successibus, & sancti Præsulis virtutes & studia absque liuore florere. Ea spectare apud Polonos ad regni gubernacula sedebat Boleslaus, eius nominis cundus, sed quartus rex ab eo tempore, quo Othonis III. Imperatoris beneficio Polonia reges accepit. Qui sanè multis rebus præclarè gestis, militari quoquè gloria insignis erat: Pannonicos enim & Russos, vicinos populos aliquot prælijs fuderat, Pannonicos duces Geisam, Ladislaum & Lampertum propinquos suos in regnum reduxerat, & cum Salomone rege in gratiam redegerat, monasterium ordinis S. Benedicti in Mogilno diœceſis Gnesnensis fundauerat, egregieque locupletarat: tantaque liberalitate præditus erat, vt ea in parte nullus ei aut regum aut principum Poloniæ comparari posset. Erat corpore agili, vafro ingenio, laboris patiens, cibo & potu moderatus, frigoris atque inediæ tolerantissimus, erga calamitosos & peregrinos benignus & humanus, rara quadam grauitate & magnanimitate præditus, comis & facilis erga eos, qui eum adire vellent. Sed hæc illius bona præter cætera vitia obscurabat crudelitas & tyrannis, & in venerem effrenata propensio.

Polonia fit regnum beneficio Othonis III.

Cap. 9.

Boleslai regis Poloniæ intēperātia & libido.

Iam sextum in Episcopatu agebat annum Stanislaus, & is, quem diximus, Boleslaus rex, successuum felicitate elatus, ad explēdas libidines suas mira intemperantia præceps ferebatur. Nam sua non contentus vxore, virgines & matronas ingenuas constuprabat, primò quidem clàm, quòd nondùm planè perfricuisset frons, sed posteà malæ consuetudinis pressus mole, semper in deteriora prolabebatur. Offendit ea res procerum animos, nec tamen quisquam facilè ausus erat obiicere regem, nè aut sua amitterent, aut etiam cruciatibus subijcerentur. Solus Stanislaus nihil quicquam reformidans, primùm secretò adit regem, omnibus exclusis arbitris proponit ei, in quantam sit prolapsus turpitudinem, quid de illo passim sermones, quæ illi dira omnes imprecentur: orat vt effrenatam coërcere libidinem, vt contentus coniuge, ab alijs abstineat: sin secùs agat, se Deum & homines infensos habiturum, magnam & sibi & regno suo ignominiam allaturum, res priùs benè gestas dedecoraturum ait: ostendit etiam, quantam non animæ tantùm, sed etiam corpori perniciem afferat vitium illud, cui adeò deditus sit, quantam malorum aliorum cateruam secum trahat, quàm seuerè diuinitùs punietur: eaque exemplis à temporibus legis & gratiæ petitis cōfirmat. Rex etsi non mediocriter incandesceret, at tamen sciens Stanislaum multa virtute illustrem, iustitiæque præcipuum cultorem, nec vllis cessurum minis vel terroribus, interim compressit sese, facinorique suo caluas quasdam excusationes prætexens, placidè Episcopo respondit, animi furorem dissimulans. At vir sanctus ea omnia, quibus posset purgare se voluit, ea verborum lenitate confutauit, vt si rex animum vellet adhibere, salutem illi conciliare possent.

Reprehenditur à Stanislao.

Cap 10.

Verum postquàm ab eo Stanislaus recessit, citò redibat ad ingenium & pristinos mores,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Molestè fert eam reprehensionem.

mores, facileque voluptas excludebat, si quam ex eius verbis sensisset animi compunctionem. Plerunque etiam stomachabundus secum volutabat, quòd vnus Stanislaus, cæteris intra silentium se tenentibus, ipsum obiurgare ausus esset, non habita vlla maiestatis regiæ ratione, cui putaret plus aliquid licere quàm cæteris. Atque hinc etiam apud aulicos & corporis sui custodes conquerebatur, qui pestifera adulatione eius commotioni maiores adhibebant faces, quam lenire potiùs oportuit. Ità & in Stanislaum crescebat animo conceptus furor, & in fœdas libidines effrenatiùs proruebat, posthabita salute & existimatione sua. Erat tum Mecislai nobilis viri in Siradiensi regione vxor Christina, rara formæ elegantia, blandis moribus, suaui facundia, quibus non pauci ad eius amorē incitabantur. Id vbi rex Boleslaus comperit, magno eam videndi desiderio inflāmatns est. Itaq; contulit se ad eam, visaq; eius pulchritudine & affabilitate, captus & irretitus est. Vt verò eius possit expugnare pudicitiam, primùm amplissima ei munera pollicetur, deinde etiam minas intentat, sed nihil tamen efficit, quandoquidem maritus eius non ignarus quid rex moliretur, eius seruando pudori summam adhibebat curam & solicitudinem. Tandèm rex non ferens seruentis cupiditatis impetum, ad vim ferendam se comparat, missaque militum manu, adduci sibi vel inuitam iubet, fruſtrà reclamante atque rei indignitatem queritante marito. Rapitur fœmina nobilis, adducitur ad regem, fit eius concubina, atque etiam prolem ex ea suscipit. Sed non dormitat vltio cælestis: quicunque ex hoc adulterino concubitu nati sunt, quos rex agrorum & villarum possessionibus ditare voluit, cùm ad virilem peruenissent ætatem, primùm membrorum tremore, & torti nasi deformitate, indè accedente senio, etiam amentia plexi sunt. Eadem quoquè passi sunt quasi hæreditaria quadam successione, quotquot hanc stirpem aliqua ex parte attigisset, idque sanè vsque ad hanc nostram ætatem ità perseuerat: vt meritò extimescenda sit diuinæ iustitiæ animaduersio, quæ non solùm in posteros eius stirpis, sed etiam in secula sese extendit. Nec dici potest non punitum Boleslaum, quòd non subita seueritate plexus est, quādò dilatione supplicij aucta est eius iniquitas, quæ cumulatiori posteà vindicta percelleretur.

Rapit nobilis viri vxorem Christinam.

Vltio diuina.

Cap.11.

Mouit autem etiam proceres omnes Poloniæ facinus regis, quòd nobilis viri coniuge tam impudenter ad suas libidines explendas abuteretur, sed eius presli metu tyrannidis, nec mussitare audebant, tametsi & sibi metuerent, nè quandoque similia in ipsorum coniuges rex attentaret. Archiepiscopum tum Gnesnensis ecclesiæ agebat Petrus, qui Stephano suffectus fuerat, vir sacris eruditus literis, & vita atque conuersatione spectabilis, quique pacis tempore non inidoneus videretur gubernator, sed ingruēte tempestate parum animi habiturus. Monebant eum sæpè & proceres & plerique è Clero, diuino permoti zelo, vt pro suæ sedis primaria authoritate primus quoquè ipse regem reprehenderet, nec sineret alienos ros alterius libidine pollui: sed cunctatorem ille potiùs quàm reprehensorem tantæ nequitiæ se exhibuit. Præerat verò etiam tunc Vuratislauiensi ecclesiæ alter Petrus, cui familiariùs adesse solebat Boleslaus, regebat Posnanien sem Thomas, Vuladislauien sem Hunoldus, Plocēsem Lupus, Chelmen sem Martinus, Lubusien sem Laurentius, Caminen sem Stephanus. Ij omnes licèt rogati vt regem admonerent, non magis strenuos quàm Petrus metropolitanus se præbuerūt, sed pelli ob regis sæuitiam metuentes. Ità solus Stanislaus idoneus maximè visus est, cui id negotij demandaretur.

Petrus Gnesnens. Archiepiscopus.

Cap.12.

Is itaque, cùm priùs multis precibus vsus esset apud præpotentem Deum, deinde intrepidus adit regem, adiunctis iam sibi quibusdam vtriusque ordinis viris, obsecundò ad priores libidines etiam alienæ vxoris raptum adiecerit, hortatur vt eam suo marito restituat, seseque deinceps corrigat: futurum alioqui, vt excommunicationis fulmine ab ipso percellatur. Tum verò rex, quanuis modestè esset admonitus, nihil sedatè aut modestè respondit, sed furenti persimilis, in virum Dei atrociter inuectus est, ait eum humili ortum genere, pontificis munere indignum, dignum verò, qui ob suam temeritatem eo priuatus, porcis pascendis adhibeatur, donèc disceret, quæ reuerentia regi præstanda sit. Sed Stanislaus eiusmodi contemelijs nihil motus, perstabat in admonendo rege: Scio, inquit inter alia, dignitatem regiam & subditis tuis & mihi quoquè colendam, nec puto me quicquam hac in parte omisisse, quod esset officij mei: Verùm & illud non ignoro dignitatem Apostolicam, qua ego præditus sum, potestate regia multis gradibus superiorem. Diuina ad ordinatione constitutum est, vt reges & principes & quantunlibèt sublimes personæ Episcoporum legibus pareant, etiamsi illi humili loco orti sint. Tu quidem, si Deum metuis, si conditionem regiam attendis, si homines vereris, si qua salutis tuæ moueris cura, permultum te mihi debere fateberis, quòd ea dixerim tibi, quæ & saluti & honori tuo sint planè conducibilia, quæ si audire velis, diutiùs imperium, obsequentiores subditos, placatiorem Deum, secundiores successus Stanislai oratio non solùm libentibus & gratulantibus animis, sed etiam vocis applausu excepta esset, eiusque prudentiam complures admirarentur, regis tamen animum libidine occupatum nihil mouerunt: sed cùm illius sancti viri tam sapienter eum incantantis voces ampliùs ferre non posset, à thalamo, apud quem resecasset, præcipiti actus odio & rancore exilijt, grauiter & immaniter se à Stanislao iniurias vociferans, & cum iureiurando protestans se modis omnibus suas iniurias vindicaturum. Id quidam sancti antistitis æmuli animaduertentes, suam in illum maleuolentiam declarare cœperunt.

Episcopi dignitas regiā antecellit.

Rex indignissimè fert Stanislai obiurgationem.

Cap.13.

Cùm enim rex communicato cum proceribus quibusdam & aulicis consilio, quòd ea esset vitæ & morum innocentia & integritate Stanislaus, vt illi crimen posset obijci: ad calumnias se conuertit. Emerat vir beatus Petrus Petrauinum in tractu Lublinensi à * Petro quodam equite, vnico eius filio hærede, atque eum ecclesiæ Cracouiensi adiunxerat, integrè eius precio soluto, & certis quoquè testibus adhibitis, nè quisquam inficiari posset: iamque in eius pagi possessionem à rege missus fuerat, & triennio propè absque vllius infestatione illum possedisse constabat. Sed cùm post eam emptionem non diù superuixisset Petrus ille, Episcopus non satis sibi cauerat actorum publicorum instrumentis. Id vbi comperit rex, nepotes Petri, Iacobum, Petrum & Sulislaum, ad quos ille pagus iure hæreditario deuolutus esset, ni illum Petrus vendidisset, in sanctum virum immittit, suam illis opem pollicetur, si de interuersa hæreditate sua illum apud se deferant & in ius vocent: fatis minis abstertiturum dicit testes, quorum fide maximè nitebatur Stanislaus, nè ausint pro illo dicere testimonium. Hac illi spe animati, & præda illecti negotium facessunt viro Dei, eique apud regem litem intentant prorsùs iniquam.

* Petrico

Per calūniam nititur eum excludere à pagi possessione.

Apperebat tum iudicij generalis dies, quod Poloni colloquium vocant, ad quem diem iussus est adesse Stanislaus, & causam suam aduersùs Petri nepotes tueri. Eius colloquij tanta olim fuit authoritas, vt ab eius sententia, etiam iniusta, nulli prouocare liceret. Fiebat autem in pratis atque sub papilionibus, non intra mœnia: solusque princeps ei præsidebat, solus litigantium decidebat causas: qui tamen mos posteà abolitus est apud Polonos. Ad eiusmodi ergò colloquium citatus Stanislaus Episcopus, omnis doli expers, cò se contulit, quòd locus non procul esset à pago Petrauino abesset. Putabat se haud difficulter probaturum bona fide se emisse precium, quandoquidem testes promiserant, se ei non defuturos. Iudicio ipse Boleslaus præsidebat, vt tum erat more receptum. Primo autem loco causa Stanislai ventilata est. Accusant aduersarij, quòd præter ius in eorum hæreditatem inuaserit: Stanislaus respondet, se optimo iure eam sibi vendicare, pecunias numerata Petro illorum patruo. Negant id illi: Promittit vir Dei se testes productum: nec id recusatur, sed eccè cùm est ab illis dicendum testimonium, præ formidine obmutescunt, sanctumque virum, nè malè à rege mulctentur, deserunt. Iam dies ad occasum vergebat, & Episcopi res in periculo versabatur. Lætabatur rex, lætabantur aduersarij, qui opimam prædam iam spe deuoraueram. Anxius interim vir Dei, tacitus orabat Deum, multa fiducia illi innitēs. Tandem eius instinctu animatus, coram rege & toto illo conuentu promittit se post triduum testem veritatis productum ipsum Petrum, licèt iam triennio vita functum. Iam res miraculi & stuporis plena, apud posteros ob credentium imbecillitatem plus admirationis fortasse, quàm fidei habitura est. Ijs verò auditis, primò quidem stupent omnes, sed posteà rei, vt ipsi putabant, impossibilitate meliùs pensata, in risum vertuntur, sibilis & sannis excipiunt virum Dei, tanquàm parùm

Accusatur Stanislaus.

Deseritur à testibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Irridetur à multis. mentis suæ compotem: quanquàm non deerant homines cordati & religiosi, qui sentirent Stanislaum Episcopum, cuius tanta esset vitæ grauitas, nec fallere, nec leuiter quicquam affirmare consueuisse, nec tanta constantia rem incredibilem promissurum fuisse, nisi etiam præstare posset. Tandèm à Boleslao rege, nihil minùs quàm Petri excitationem suspicante, triduanæ ei induciæ dantur, quas pertierat.

Cap.15. Itaque sanctus vir cum clericis & paucis laicis in Petrauinum pagum, qui ab eo loco centum plùs minùs passibus aberat, discedit, triduanum omnibus suis indicit ieiunium, veste cilicina se induit, coram altari se prosternens, cum multis lachrymis continenter Dei implorat opem. Vbi sponsionis illuxit dies, re diuina ex more peracta, accedit ad sepulcrum Petri, à quo pagum emerat, multis cum è Clero & populo, ità vt in processionibus fit, antecedentibus, pontificali veste indutus. Iubet à sepulcro remoueri humum vsque ad cadauer putrefactum, & ferè iam in puluerem redactum: submittit se in genua, & cum fiducia ad Deum erecto animo, prolixè illum cum lachrymis deprecatur. Absoluta prece, contigit Petri

Insigni miraculo excitat iampridèm vita functum. cadauer, iubetque illum in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti surgere. mortuis, & dicere testimonium veritati, à filijs hominum prostitutæ & deseruit. Confestim reuiuiscit homo, & integro corpore prodit è monumento, tanquàm à suaui excitatus somno. Eius verò apprehensa manu, omnibus rei nouitate valdè attonitis, & ingenti clamore diuinum miraculum collaudantibus, ad conuentum in regis præsentiam illum adducit, chlamyde circundatum. Non tamen credebat rex Petrum illum esse rediuiuum, cùm id illi equites, qui adfuerant eius excitationi, referrent, donèc suis eum oculis conspiceret. Magnus ibi fiebat hominum concursus, Petrum certatim intueri cupientium. At sanctus Stanislaus stans coram rege, En, inquit, Boleslaë rex, hunc ego testem adduco venditionis & emptionis, persoluti quoquè precij, quod ille pro pago suo exegit. Tacebat aliquandiù rex & proceres eius, tam insigni miraculo adeò eos comprimente, vt nemo vel mutire contrà auderet. Tum verò Petrus ille in vitam restitutus, se

Defunctus rediuiuus reddit ei testimonium. compellauit regem: Ego ad preces beati Stanislai iussus à Deo redire ad vos, ad tuum hîc tribunal, rex, assisto testis & euictor, palamque confirmo me pagum Petrauinum vendidisse Stanislao Episcopo & ecclesiæ eius, accepisse ab illo argentum, de quo inter nos conuenerat, porrò nepotes istos meos nihil in eo iuris sibi posse vendicare, sed Stanislao ab illis malo dolo calumniam adhiberi. Mox conuersus ad nepotes suos & testes illos, qui Stanislao adesse noluerunt, Quis, inquit, vos huc furor adegit, vt alij calumniando, alij veritatem celando tanto vos scelere obstringeretis? quod nisi digna pœnitentia dilutum fuerit, & in præsenti & in futura vita Deus grauissimè vlturus est. Obmutescebant illi, circunstantes mussitare cœperunt, indignè ferentes iniuriam sancto Episcopo irrogatam, illos verò dignos asserentes, qui calumniæ pœnas darent. Rex autem,

Obtinet litem. quanuis non absque multo animi felle & molestia, pagum adiudicauit Stanislao, tam euidenti miraculo, & ipsius rei certissima, cuius ipse conscius erat, veritate compulsus. Cùm verò multi ei olim magis familiares multas Petro excitato proponerent de varijs rebus quæstiones, parco & castigato responditi sermone, nec nisi permissu beati Stanislai, cuius iniussu aiebat sibi fas non esse quicquam referre.

Cap.16. His ità gestis, beatus Episcopus ad pagum Petrauinũ abijt cum Petro, penè omnibus eos sequentibus, qui in illo conuentu fuêre. Vbi autem ad sepulcrum eius ventum est, sic ait ad Petrum: Vis ne Petre, vt gratitudinis ergó petam à Domino, vt ad tempus tibi nobiscum ad annos aliquot in terris commorari? Respondit Petrus: Ego, pater sancte, nolim in hac permanere vita, quam ego rectiùs mortem appellandam sentio: sed illam peto verè beatam, in qua videtur præsens Dei vultus. Nam

Purgatorium. tametsi iusto Dei iudicio hactenùs Purgatorij pœnas perpessus sum, at tamen spero me breui ad superos commigraturum. Tu, quæso, mi pater, ora pro me vt id citò fiat, aut si iustitia non permittit, aliquid de supplicij tempore diminuatur. Præmisit Stanislaus se curaturum quod petebat, & ille rediens in sepulcrum, animam

Iterùm moritur defunctus post dictum testimonium. rursùs expirauit, Stanislao cum Clero & populo, ità vt Catholica habet traditio, eum psalmis & orationibus Domino obnixè commendante, & sepulcrum humo implente.

Huius tam illustris & præclari miraculi fama, non solùm apud Polonos, sed Cap.17.
etiam in vicinis regionibus celeberrimum Stanislai nomen & existimationem mirè auxit, ità vt planè Apostolici viri loco haberetur. Ipse etiam regis furor nonnihil conquieuit: sed cùm posteà feliciter aduersùs Russos bella gessisset, & apud Russiæ metropolim Kiouiam, omnium rerum copia affluentem cum exercitu hæreret, in fœdissimas cum suis militibus libidines prolapsus est. Cùm enim ab externis vacarent prælijs, in voluptates & vitia effusi, scortationibus, comessationibus, vnguentis & balneis vacabant, Russorum, quos domuerant, sese flagitijs contaminantes. Id vbi in Poloniam ad eorum coniuges, filias & sorores allatum est, dictumque Polonorum proceres & equites Russiæ fœminarum amoribus deditos, & implicatos, omni abiecto pudore, illæ quoquè alijs se prostituere non dubitârunt, & tanquàm coniuges redituri non essent, illis nubere ausæ sunt, atque in eos maritorum ornamenta & opes transferre. Non

Crudelitas Boleslai regis. sceleris nollet, maxima pars deserto rege abscessit. Id verò indignissimè ferens Boleslaus, relicta Russia, ad sua redit, & seueriter in eos, qui discesserant, animaduertit, singulari etiam crudelitate in eorum coniuges fœuiens, pro infantibus adulterio natis ad vbera earum admotis catellis. Deniquè in suos quàm in hoc truculentiorem se præbuit. Accedebant multa alia fœda & abominanda nequissimarum libidinum exempla, quibus rex ille etiam alios ad consimilia perpetranda incitabat.

Cap.18. Hortiens ergò beatus Stanislaus, quandò Archiepiscopus Gnesnensis & cæteri Episcopi ad ea regis flagitia castiganda accedere non auderent, sibi minimè ea fore danda esse, coërcendamque petulantiam & crudelitatem regis, omnibus iam ordinibus inuisi, diuites opprimentis, pauperes conculcantis, nobiles è suo gradu deijcientis, subditos non ferendis exactionibus & cædibus diuexantis, multaque alia plane tyrannica designantis. Hæc enim ab illis, quos rex affligebat, sæpè ad illum perferebantur. Itaque solus iterùm se confert ad regem (nemo enim se illi socium Tertiò castigat regẽ Stanislaus. ad illum reprehendendum adiungere ausus erat) blandè primùm eum admonet officij sui, indè modestia obiurgatione nimiam eius peccandi licentiam castigat, sperans animum regium hac via meliùs posse sanari. Primùm rex purgare se, & quædam crudelitatis exempla tueri cœpit: sed Stanislao eam excusationem non admittente, grauissimè commotus, multa in sanctum virum maledicta & conuicia iactauit, nequiorem etiam se exhibiturus, si non vir Dei incredibili lenitate & patientia ea omnia excepisset, planeque retudisset, sæpè illius furori & liuori cedendo, vt sua humilitate & modestia regiæ acerbitati faciliùs mederetur. At verò eò usque impietas, crudelitas & nefandarum libidinum effrenis turpitudo prorupta erat, vt rex seipso semper deterior fieret, nec vllis vel precibus, vel blandis admonitionibus, vel scueris & acribus increpationibus ad sanitatem se reduci patiretur.

Cap.19. Tum verò iustitiæ zelo egregiè inflammatus Stanislaus, omni formidine proculcata, ad regem reuertitur, multa procerum & militum stipatum caterua. Rex minatur cædem Stanislao, minas contemnenti. Prolixa oratione eius animum flectere nititur ad resipiscentiam, promittit amplissima, si se corrigat, beneficia: minatur & temporarias & æternas pœnas, si pergat esse peruicax & obstinatus. Sed laterem lauabat vir sanctissimus, cùm & rex & quidam proceres eius atque equites in deteriora propensi essent, in suam & regni perniciem. Immò verò rex optimi præsulis sanissima oratione etiam efficatior effectus, omnem animi medicinam, praua scelerum consuetudine demens, si ipsum medicum maiori iræ impotentia excandescebat, ità vt etiam cædem ei minaretur, ni deinceps ab eiusmodi reprehensione abstineret, multa interim contumeliosè in eum & petulanter euomens. Sed Stanislaus ijs contumelijs & maledictis etiam constantior reddebatur, acriusque insistens, horrebat furibundum regem, vt posita animi feritate, ageret ob admissa facinora pœnitentiam, & gehennæ vltrices flammas lachrymis extingueret. Mirabantur interim illi, qui aderant, alacritatem & constantiam vultûs & sermonum in viro Dei: nec deerant, qui taciti gratularentur existere inter episcopos Poloniæ Stanislaum, qui regi impio in faciem resistere non vereretur, pugnaretque pro iustitia & republica, & omnibus præter ius fasque afflictis se portum exhibere t. At

Universidad de Deusto
Biblioteca

Boleslaus rex suî manebat similis, omni saxo durior. Id verò plus satìs expertus iã vir sanctus, ait se deincèps non admonitionibus vsurum apud illum, sed fulmen ecclesiasticũ in pertinacem vibraturum. Quod sanè vsqueadeò indignè tulit rex, vt cum fremitu quodam & indignis verborum iniurijs repentinum ei interitum minaretur, ni desisteret. Sed ille vir Dei, qui iampridèm magno flagraret obeundi martyrij desiderio, nihil penitùs eius permotus minis, sed eas potiùs irridens, Vtinàm, inquit, tam mihi merear propitium habere Deum, vt licèt indignus ei corpus meum sacrificium offerre possim. Etsì autem magna in eum cernebatur regis indignatio, non tamen ausus fuit quisquam ex satellitibus eius vel verbo vno illum offendere: immò verò non deerant ex proceribus & consiliarijs nonnulli, qui recedente Stanislao, admonerent & obsecrarent regem, vt sancti viri repræhensionem haud secùs atquè è cælo transmissam in pectus animumque demitteret, prospiceretque & sibi & regno suo. Plus autem apud regem valuerunt malignorum quorundam suggestiones, qui furibundum regem magis etiam in beatum antistitem incitabant.

Flagrat vir Dei martyrij desiderio

Cap. 20. Deliberante post hæc beato Stanislao, quo ordine aduersùs regem procederet, quidã è Clero Cracouiensi eum obsecrârunt, vt regis furorem & tyrannidẽ deteste-naret, remissa seueriori reprehensione, parceret sibi, populo suo ipsius nece miserè orbando consuleret, regẽ leniendum potiùs quàm exacerbandũ statueret. Sed his ille verbis, martyrij sitientissimus, magis etiam accendebatur ad procurandã regis salutem, & Polonicæ gentis libertatem tuendam. Tantus illi iustitiæ amor, tãrum iniquitatis odium inerat, vt periculi omnis facilè obliuisceretur. Orabat iugiter Deum, vt se dignum redderet, qui pro ipsius honore sanguinem profunderet: hinc illi frequens cum viris ecclesiasticis sermo, hæc ei perpetua meditatio. Aiebat ecclesiæ & plebis Polonicæ libertatem non nisi suo sanguine & nece vindicatum iri: addebat etiam vitam suam omnibus ceu speculum propositam esse, nec sine graui multorum offensione & scandalo posse se officium deserere, & regis tam iustam & necessariam castigationem remittere. Mercenarij id esse & proditoris, non pastoris: nec se Dei euasurum iudicium, si se aduersùs tyrannidem regis murum non opponat pro commissa sibi plebe. Indè ad obsecrandum pro rege Dominum se conferens, nonnunquàm integras noctes precibus, lachrymis & suspirijs impẽdit, imitans sanctum Samuelem, pro Saule à Deo proiecto multa instantia deprecantem: sæpè sanctissimum obtulit sacrificium pro illius conuersione, & vt regni Ponici ruinam impendentem auerteret: quantoque regem sensit insolescere magis atque sæuire, tanto maiori contentione pro illo rogabat Dominum, ab oculis suis lachrymarum imbres profundens: crebrò ad imaginem Crucifixi attollebat oculos, orans vt afflictorum miserijs permoueretur, nec regis vlciscereturflagitia. Ad preces & lachrymas addebat ieiunia & zonam cilicinã, quibus corpus affligebat: vitabat etiam congressus regis & ei fauentium, si fortè possent vlla ratione in viam reduci. Sed cùm nullum rex neque suorum oppressionibus, neque execrandis libidinibus finem impositurus videretur, non sibi vltrà cunctãdum censuit Episcopus, nec semper lenitate & mansuetudine in contumacem & obstinatum vtendum. Itaque ab Ecclesiæ corpore illum separauit & præcidit, mandatque subditis suis, vt ab eo, ceu excommunicato, sese abiungant: regemque ipsum à tẽpli ingressu excludit. Ea res cùm soleat medicinæ faciendæ causa id genus deploratis hominibus adhiberi, crudeli & libidinoso regi adeò furorem auxit, vt planè deliberârit crudelissimo supplicij genere è medio tollere sanctissimum Episcopum. Multa proindè ei struxit insidias, sed Deo benè illum iuuãte, eas omnes euasit, & tum insidias illius sæpè ipsi denunciatas, tum ecclesiasticorum virorum persuasiones, aliorumque blandimenta ipsum vt fugæ se mandaret, aut regis irati animum sibi conciliaret hortantium, magno animo neglexit, atque ex ipsis aduersis rebus præcipuam gloriam & beatitudinem, quanto esset hîc acriùs & infestiùs oppugnatus: nec mediocrem animo concipiens voluptatem, quòd videret oblatam sibi occasionem pro iustitiæ & oppressæ plebis defensione martyrium obeundi. Nec eius constantiam minuit, quòd se hac in causa ab omnibus destitutum animaduerteret.

Contemnit mortem & pericula.

1. Reg. 15. Orat multũ pro rege.

Plectit eum anathemate

Ex periculis fit constantior.

Cap. 23. Augebat verò regis impietatẽ, quòd etiam anathemate percussùs à sancto viro, nihilo

nihilo minùs impudenter se diuinis ingerebat officijs, Stanislao eius cæcitatem valdè miserante & plangente, & Domino iuges pro illo preces offerente. Et iam palàm in odium & contemptum Stanislai singularem quandam turpitudinem suam, quam humanæ aures ferre non sustineant, in omnium oculos ingerebat, non contentus infando & nimis execrando flagitio priuatim sese contaminare, nisi id etiam publicitùs ostentaret. Non illum pudor à turpitudine, non metus à periculo, non ratio vlla ab amentia reuocabat. Vidit hoc & indoluit Stanislaus, & contremuerunt renes eius, & accensus est furor eius secundùm iudicium legis Apostolicæ, nec zelus illius tantam nequitiam dissimulare potuit. Iussit igitur, vt quotiès rex aut sis esset in templum ingredi, diuina officia cessarent: & iumento, quo ille impurus abutebatur, ornatũ omnẽ suis manibus ipse detraxit & decerpsit, naresque & aures amputauit. Non deerant, qui id temeritati adscriberent, non zelo religionis, aut prudentiæ, egregiamque sancti viri virtutem insolentiam interpretarentur, simul etiam illum culparent, quòd incitatum in se regis animum, magis etiam in suam perniciem inflãmaret. At qui sano erant animi iudicio, Episcopo & tanto homine dignum pectus in eo admirabantur & extollebãt, quòd omnibus positis periculis, nefariam regis libidinem palàm comprimere & coërcere non dubitaret, hocipso satis declarans, nihil charitate imperiosius. Indè verò adeò incensus est furor regis aduersùs hominem Dei, vt quamprimùm illum trucidare conatus sit, cùm interìm non tam sua voluntate, quàm amicorum & ecclesiasticorum virorum studio seruatus ille, cedens regis insaniæ, in abdita se loca reciperet. Sed rex noctes atque dies totus in eo versabatur, vt illum enecaret: nec deerant aulicorum fomenta, regi suo assentãtium, cùm tamen eiusmodi adulationes non paulò perniciosiùs, quàm hostilis rabies, principum opes & animos deterrant. Impellebat miseros spes alicuius obtinendi magistratûs, & regij fauoris conciliandi, tum etiam sanctissimi præsulis odium: quanquàm etiam aderant illi consiliatores fideles, licèt pauci, qui eum à cæde sancti viri auertere niterentur, obstarentque nè regias manus Episcopi sanguine pollueret, sed salutem tum suam tum suorum iræ anteponeret: at verò animus libidine & furore oppressus, nulla sana consilia admittebat.

Regis contumacia.

Rex ei certam machinatur necẽ.

Cap. 22. Iam enim cum quibusdam equitibus, ipsi in scelere fauentibus, seriò tractabat deuia & ratione beatum antistitem ocyùs perdendi, sibi persuadens illo sublato, omnia pro voto habiturum. Est verò haud procul Cracouia in editiori rupella sacer S. Michaëlis Archangeli & omnium Angelorũ, vbi olìm ante Christianissimi professionem idolis suis sacrificabant Poloni. In eam nihil sibi metuendum statuens sanctus antistes se recepit, diuinum illic peracturus sacrificium, adiunctis sibi quibusdam è Clero. Non latuit id Boleslaum, accuratè omnia eius vestigia per suos satellites explorantem. Itaque lætatus iam adesse opportunitatem patrandę cædis, iubet suos se sequi satellites, itque celeri gradu, veritus nè Stanislaus fuga elaberetur. Vbi eum aductare sensit beatus Episcopus, in cælum erectis luminibus, nullum vel tenuis formidinis significationem dedit, sed Missarum solennia prosecutus est. Non enim ausus fuit rex in eum incurrere necdùm peracto sacrificio: sed non moræ impatiens, præcipiti actus amentia, mittit armatos milites, qui eum è templo sacrificãtem interimãt. Parent illi, irruunt feroces in templum, sed mox exterriti, tremunt artus & genua, immodico terrore animus cõsternatur, & dum præsentes è templo se euoluunt. Rex illorum increpat ignauiam, iubet redire ad facinus, tertio cogit rex intrò se recipere, nec audent resistere, reuersi obrigescunt omnes, & maiori, quàm anteà, impetu collabuntur. Tertiò egressi ad regem, indicãt quid sibi acciderit, aiunt Stanislaum diuina virtute seruari. Boleslaus scelerum suorum stimulis agitatus, nullius que pensi habens ea quę à militibus dicebãtur, sed eos etiã ignauiæ insimulans, ferociter irruit in ædem cum turba carnificum, beatissimum virum altari assistentem in capite quanta maxima vi potest gladio percutit & occidit, adhuc palpitanti nasum & genas orisque partes, vt appareret deformior, suis manibus amputat, vlturus iumentum suum homo nefarius, cui similia essent ab Episcopo illata. Deindè corpus eius exanime è templo extractum militibus concidendum tradit. Illi priorem ignauiæ, vt putabant, maculam expiaturi, certatim in il-

Diuinitùs coercentur percussores eius.

Crudelissimè ad altare interficitur à rege.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vide immanitatem. in illud sacrum corpus gladijs & pugionibus sæuiunt, creberrimis ictibus conficiunt,dexteram amputant, caput truncant,coronam capitis, quam raso capite referunt sacerdotes, gladijs excindunt,deindè reliquum corpus in sexcentas dissecant partes.Non tamen permisit Deus, vt in eius Archidiaconum & canonicos aliosque sacris initiatos,qui ei ministrauerant,manus cruentas immitterent.

Cap.23. Atquì hac totius corporis beati viri dissipatione crudeli non contentus impius rex,iubet membra secta in varias dispergi partes,vtà bestijs & auibus deuorentur. Non cunctantur ad iussa capessenda milites,longè lateque sacros artus disijciunt, & eccè vnius digiti articulus dum cadit in stagnum,ædi S.Michaelis propinquum, deglutitur à pisce.Redit rex ad palatium,gloriatur tam præclarum se edidisse factum,applaudunt assentatores execrabiles, aiunt regem fecisse ità vt oportuit, laudant peccatorem in desiderijs animæ eius : eam verò referunt mercedem à rege, qui talibus delectabatur, vt eius iussu in ædes Episcopi ocyùs inuadant, illius & lacerdotum atque familiarium bona diripiant.Hunc in modum vir tantus excessit è vita, crudelissimè pro iustitia interemptus sub Gregorio VII.ætatis suæ anno sexquinquagesimo.

Cap.24. Cędes eius initiò maximũ attulit luctũ vniuersæ ecclesiæ Cracouiensi,quòd tam egregio pastore orbatã se cerneret: posteà verò immensæ cuiusdam exultationis materiã vberem ei prębuit,cogitanti inuictam animi eius fortitudinẽ.Id verò summoperè eius augebat dolorem, quòd neque ex Clero,neque ex laicis atque etiam sanguine propinquis quisquam reperiretur,qui aut publicè luctum prę se ferre,aut

Nemo audet sepulturæ mandare corpus eius. iusta funeri persoluere, aut disiectas corporis partes colligere,& sepulturæ mãdare auderet. Id enim rex impius graui proposita pœna vetuerat,nè quis aliquã doloris significationem daret,nè sacrum corpus colligeret & humaret, neq; vllo vel publico vel priuato officio illud curaret,scilicet vt à canibus & volucribus & feris belluis deuoraretur. Ad eleuandum etiam tam immane regis facinus, quidã proceres & satellites regis ausi sunt grauia sanctissimo viro crimina affingere, eius facta & virtutes calumniari & peruertere,cum non præsulem sed pressorem, non episcopum sed opiscopum & opibus inhiantem,postorem non pastorem, spiculatorem non speculatorem,non mentium sed renum scrutatorem, atq; id genus multa alia sceleratè dictitare : quæ quidem Boleslaus iussit in vulgus efferri & propalari, vt celebritatem nominis eius & sanctitatis famam modis omnibus aut aboleret penitùs,aut saltẽ obscuraret,inuidens ei martyris nomen & gloriam.Atque id sane consecutus est,vt iam tantus tamque præcellens vir passim ludibrio haberetur, & mensarum ludus esset. Sed non passus est ille omnia circunspectans diuinæ prouidentiæ oculus tam fœdè lacerari existimationem martyris sui. Nam altera abeius cæde die,cùm rex & impij administri crudelitatis eius putarent iam corpus omne

Conuicia in defunctum.

Quatuor aquilæ tuentur extinctũ corpus eius. à canibus & auibus absumptum, à quatuor mundi partibus totidem raræ formæ & magnitudinis aduolârunt aquilæ,magnoque studio loca,in quibus dissipata erant sancti Præsulis membra,circunuolitantes,non sinebant ab vllis vel feris vel volucribus ea attingi. Viderunt etiam viri religiosi nocte, quæ necem eius secutast, miri splendoris radios in omnes corporis dissecti partes cælitùs effundi, totidemque singulis locis ardere lampades,quot illic partes corporis haberentur. Hęc verò triduò non solùm rumore vulgata,sed crebrò etiã à fidelibus conspecta, quodam ecclesiæ Cracouiensis Canonicos & primores,nonnullos etiam fide integros & constantiores laicos animârunt,vt neglectis regis minis,sacras partes illas accuratè colligerent,singulasque apto naturæ ordine inter se coniungerent. Vbi rem contigit miraculum omni admiratione dignissimum. Nam simulatquè id actum fuit,corpus adeò integrum conspectum est,vt nulla vspiam vel cicatricis,

Redintegratur corpus diuino miraculo. stigia apparerent. Longè igitur secùs euenit,atquè rex & sui putârant. Corpus vel mille sectionibus anteà lacerum, repentè pristinæ integritati,nullo humano artedio vel arte,sed diuina virtute restitutum est.Tanta verò odoris suauitas indè prodijt,vt omnium nares ea complerentur.Indè translatum est honorificè ad ædem S. Michaëlis,quòd rex omni saxo durior non fineret in summum templum illud inferri,& ante fores eius ędis sub diuo sepultũ,nullo luctu aut cęremonijs palàm adhibitis,quòd vererentur fideles,nè rex barbarus illud extra rẽplum eijciendũ mandaret.Conditũ tamen fuit pro more in tũba aromatibus referta. Vnus solus digitus articulus ille,quem anteà à pisce deglutitũ diximus,integritati corporis adhuc de-

erat: sed ille quoquè facilè repertus est, lumine quodam piscem illum mirifice prodente.Qui articulus posteà corpori adiunctus,auxit miraculi magnitudinem. Porrò aqua lacùs illius deincèps curãdis varijs morbis ex digiti sacri contactu vim idoneam percepit: & si ad humanosvsus accommodaretur,nocere potiùs quàm prodesse visa est.

Cap.25. Ardent lampades cælestes ad sepulcrum eius.

Ipsum autem sepulcrum beatissimi antistitis assiduis noctibus cælica luminaria & lampades illustrârunt: id quod non solùm religiosi & pij viri, sed præter cæteros etiam ipsi carnifices viderunt. Postquàm verò tristis nuncius tam immaniter occisi Stanislai ad aures Gregorij VII.Põtificis Maximi peruenit,diù pro ambiguo habitus est,quòd Pontifex & Cardinales facilè sibi persuadere non possent, tãtum scelus à rege susceptum. At vbì multorum & literis & relatione confirmatus est, tandem luxit Pontifex, & qua pœna tanti viri cædes mulctanda foret, deliberare cœpit.Tandem in regem & sceleris administros atque fautores excommunicationis sententiam :scripsitque Gnesnensi Archiepiscopo Petro, alijsq; Polonię Episcopis, vt in vltionem tam immanis parricidij vniuersa Gnesnensis prouincia interdicto subiaceret, & tem rex Boleslaus quàm necis horrendæ participes Satellites Dominicis & festis diebus pulsatis campanis & accensis cereis publicè & solenniter nominatim interdicto & anathemate plexi denunciarentur,& vniuersum Poloniæ regnum interdicto teneri: quas pœnas extendi voluit etiam exteras regiones, ad quas rex vel complices eius peruenirent, quandiù illati essent.Præterea regem Boleslaum & vniuersam Poloniam regio honore priuauit,omnes principes,barones & subditos ab obedientia illi præstanda absoluit,multasque alias pœnas inflixit filijs & hæredibus equitum, qui necem intulerant viro innocentissimo. Pontificis hac sententia etsi magnum allatura periculum videretur,si ab Archiepiscopo & Episcopis publicata foret,non tamen illi audebant Pontificis negligere voluntatem. Itaq; sicut ille iusserat,ità fecêre : clausæ sunt templa omnia,cultus omnis diuinus, non sine multo Cleri & populi luctu,publicè intermissus est. Reuelatum etiam diuinitùs fuit quibusdam religiosis viris,in vltionem necis Stanislai regnum Poloniæ in tot factiones distractum iri, eo quòd fuisset partes eius corpus dilaniatum. Quod sanè verissimum fuisse,rerum successus posteà comprobauit.

Rom. Põtifex anathemate ferit eius percussores.

Priuat regẽ & regnum titulo regio

Cap.26. Ar verò Boleslaus rex triennio mansit peruicax, Pontificisque anathema pro nihilo putauit,licèt cum hortarentur & Archiepiscopus & Episcopi, vt missis Romam legatis,Pontificis animum placaret,& congrua pœnitẽtia facinus admissum expiaret: quæ omnia surdo narrabantur.Impius enim cùm in profundũ malorum venerit,contemnit.Sed illum contemptum multiplex Dei vindicta consecuta est. Qui enim anteà sæpè omnium ore celebratus fuit,posteà in summũ contemptum delapsus est, non apud suos duntaxàt, sed etiam exteros, prosperique successus in aliquantum mutati sunt. Etsi autem molestissimè tulit anathema Pontificium, tamen torqueri visus est luminaribus & lampadibus,ad beati Stanislai monumentum cælitùs submissis,itemque miraculis,quæ ad eius inuocationem fiebant. Romanos autem vano rumore isthæc spargi in vulgus, vt certiùs omnia cognosceret,de speculaarcis Cracouiensis suis ipse oculis vidit ea luminaria & lampades eodem descendere supra sepulcrum eius. Tum verò nonnihil eius audacia commota est,cœpitque timere sibi ob parricidium,præsertim cùm & apud suos in dies odium inter se in regno Poloniæ dissidentium tempestates, bella intestina, multitudo principum,regius honor ereptus Poloniæ supra ducentos deincèps annos, simulque aliæ clades & calamitates.

Vindicta multiplex regem sequitur.

Cap.27. Iam tertius ab interfecto sanctissimo Præsule voluebatur annus,nec tamẽ in locum eius alius subrogatus fuit antistes varias ob causas. Valdè autem Polonos affligebat Pontificis interdictum,quod toto regno obseruabatur,accendebatq; multorũ animos,vt Boleslaum parricidã conuicijs proscinderent,tanquàm tanti mali causam. Interim miser ille diris conscientiæ stimulis adeò noctes atque dies exagitabatur,vt nec cibum,nec somnum cõmodè capere posset. Consolabãtur illum amici, & animum eius erigere nitebantur, sed ad superiora flagitia etiam desperationem quandam adijciebat.Russię quędã prouincię ab illo bello victæ,parére illi noluerunt nec tributa pendere: proceres eius in dies maiori odio & contemptu

Russi nolũt parere Polonis.

eum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum prosequebantur. Accessit tumultus regni & discordia ciuilis, nec quisquam ferè erat ex nobilitate, qui non dira regi imprecaretur. Omnes tanquàm pestē eum vitabant & oderant. Creuit tandèm eousquè in illum & procerum & popularium odium, vt permulti inter se in eius necem aut certè captiuitatem conspirârint. Atque ipse solebat non rarò conqueri amicis, se tanquàm vmbris & phantasmatibus quibusdam perpetrati parricidij miserè agitari.

Multi in regis necem conspirant.

Cap. 28. Hinc factum est, vt cùm sibi à suis metueret, fuga salutē quærere deliberârit. Itaque cum filio Miescone & quibusdam alijs in Hungariam se recepit ad Ladislaum regem, apud quem sibi omnia tuta pollicebatur, quòd eum in regnum restituisset. Et ab illo sanè honorificè exceptus, & humaniter aliquandiù tractatus est: sed diuina illum persequente vltione, secundo exilij anno subito languore correptus, & amentia percussus, syluas & loca auia petebat, vbi à proprijs canibus, cùm repentina morte extinctus esset, fertur deuoratus. Ita quod beato Stanislao ille struxerat, in suo cadauere, stupendo Dei iudicio perpessus est. Plexi sunt etiā diuinitùs variis modis, qui ei in sancti viri nece socij fuêre. Successit ei Vuladislaus frater eius, sed regium nomen sibi vsurpare ausus non fuit, dominum & hæredem regni Polonici se appellans, vti testantur literæ eius, quas nos vidimus. Neque Archiepiscopus Gnesnensis, Pontificis maximi interdicto absterritus, eum regem vngere voluit. Indè multo tempore in multos principes scissum est Polonię regnū. Vuladislaus autem spectata religione & in Deum pietate princeps, missis Romam legatis, tandèm à Pontifice Gregorio VII. impetrauit, vt interdicto Polonia absolueretur, & Cracouiensi ecclesiæ Lampertus Pontifici ex ea legatione probè cognitus, Episcopus præficeretur. Est autem hoc sanè memorabile, quòd toto decennio ab interfectione beati Stanislai super eius sepulcrum singulis noctibus luminaria & lampades cælitùs demissæ ardere visæ sunt: visus est & ipse beatus vir à multis pijs virisin ædē S. Michaëlis, ad cuius fores tumulatus fuerat, collucentibus lampadibus & vniuersum templum luce mirabili illustrantibus stare ad aram pontificalibus indutus, & benedictionem impertiri ijs, qui eò aduenerant, duobus illum venerabilium personarum choris circunstantibus, & cum illo psalmos suauissimè concinentibus. Quòd si qui cineres aut lapilli ab eius sepulcro ad ægros allati essent, morbi pellebantur.

Fugit in Hungariam.

Miserè perit

Visiones ad sepulcrum S. Stanislai.

Cap. 29. Postquàm autem anni decem lapsi sint ab eius martyrio, cuidam nobili matronæ S. Stanislaus per visum imperauit, vt diceret Lamperto Episcopo Cracouiensi & Canonicis eius, nè ipsius corpus diutiùs paterentur tam vili loco & sepulcro contineri, sed illud in primariam ædem Cracouiensem transferrent. Creditum est illi matronæ, quòd eius dicta etiam alijs testimonijs fulcirentur, apertumque est monumentum eius, vndè mox multa odoris suauitas effusa est, leuatumque inde sacrum corpus, honestissimæ arcæ impositum, & in summam ædem Cracouiensem Lamperti Episcopi & Canonicorum humeris importatum est anno salutis millesimo octogesimooctauo, quinto Calendas Octobris: conditumq; est in sarcophago elegantissimo, è petra confecto, & lamina aurea contecto, cui laminę series martyrij eius insculpta erat.

Transfertur sacrum corpus eius.

Cap. 30. Plurima deindè meritis beatissimi viri edita sunt miracula, quæ prolixè partim commemorat author historiæ huius, sed more nostro ob nimiam multitudinem cogimur ea omittere, nè moles operis crescat in immensum. Id vnum tamen præterire nolumus, quòd cùm diù laboratum tandèm esset sub Innocētio IIII. Romano Pontifice, vt in sanctos referretur, & Cardinali Ostiensi Rainaldo, qui postea Innocentio succedens, Alexander dictus est, admodùm repugnante res effectūm sed etiam medicis vitæ eius desperationem afferret. Hoc morbo ad dies aliquot laboranti, apparuit S. Stanislaus vigilanti & decumbenti cum multo splendore & gloria, eumque comiter reprehendit, quòd temerè ausus esset ipsius impedire in sanctos relationem: sed veniam ignorantiæ petenti libens ignouit, at ità tamen, vt minaretur grauiter simile quippiam deincèps tentaturo: iussit autem, vtin signum sanctitatis suæ quamprimùm sanus è lecto surgeret. Quod ità factum est, adeoque permouit Cardinalem illum, vt cunctis mirantibus repentinam eius sanitatem, mox ad Pontificem Innocentium se conferret, & summoperè horraretur eum, vt sine hæsitatione in Sanctorum catalogo illum adscriberet. Itaque Pontifex

Apparet Cardinali, eius in sanctos relationem impedienti.

fex in eam curam intentus, cùm iam coram infinita hominum frequentia Assisij in hoc opere versaretur, vidit in templum inferri cadauer iuuenis extincti. Ibi tum humi se prosternit coram altari, cui assistebat, orat Dominum, vt præsenti miraculo confirmet vera esse, quæ de Stanislai sanctitate dicerentur. Vix precem absoluerat, cum eccè defunctus redit ad vitam, & Pontifex tam insigni viso miraculo, perge in offerendo sacrificio, pronunciatque S. Stanislaum in Sanctis deincèps numerandum, diemque festum ei celebrandum octauo die Maij, quo occisus fuit. Decidit hæc res in annum Christi supra millesimum ducentesimum quinquagesimum, cùm iam à cæde beatissimi Stanislai fluxissent anni centum & septuaginta-quinque. Permulta indè secuta sunt miracula, quibus Deus cohonestauit sanctum martyrem suum in laudem & gloriam nominis sui, quod est benedictum in sęcula, Amen.

Surgit quidam defunctus.

Canonizatio S. Stanislai.

TRANSLATIO S. NICOLAI EPISCOPI EX MYRA LYCIAE VRBE AD APVLIAE OPPIDVM BARVM vel Barum: *scripta ab Iohāne Archidiacono Barensi, iubente Vrsone Barensi & Canusino Archiepiscopo, circa annum Domini millesimum octogesimumoctauum, aut circiter.*

PROLOGVS.

VNiuersis Christi Ecclesijs literis nostris cognoscenda significamus, quæ miranda, laudanda & veneranda nostris in temporibus Nicolai beatissimi famuli sui meritis pro sanctissimis omnipotens Deus mortalibus insinuare dignatus est: videlicet qualiter de Mirea metropoli Barensibus per pontum transferentibus, illius artus sacratissimi Barum sunt apportati: vbi sunt etiam innumeræ ostensæ virtutes & stupenda miracula: quæ non solùm præsenti vel voce vel scripto notificare curamus, sed etiam nostra temporā generi venturo memoria & relationibus digna diligenter relinquere laboramus. Nos etenim certissimè nouimus, omnis quoquè totum per orbem diffusa frequentibus argumentis est experta fidelis Ecclesia, quoniam licèt maiestas omniporens aliorum sanctorum pro meritis apta & gratissima beneficia suis Christicolis dignatur concedere: maximè tamen pro huius sæpissimè largiri non desistit, quæcunque appetuntur suffragia illius inuocato pro nomine. Et idcircò eiusdem vocabulo plures per omnes nationes & prouincias, vbi Christus Dominus figures sunt, qui sancti huius solennia celebrant, quàm qui aliorum. Pro quo enim tam celeriter aliquis aliquo in periculo positus sensit cælitùs adiutorium? Neque hoc proferimus, vt sanctis derogemus alijs, vel animaduersione illorum merita minuamus: sed istius virtutes prædicamus, vitæque continentiam & constantiam miramur, & mirando collaudamus, qui tantam apud Deum hac in vita & celebritate ista, quæ est in Translatione, debet à fidelibus honorari festiuitas, quantilla, quæ sua de dormitione celebratur solennitas. Virtutum enim signa & sanctitatis & modò manifesta claruerunt, æqualia & innumerabilia. At fortassis festiuitatem istam non omnes æqualiter celebraturæ sunt Ecclesiæ: Barum tamen tota terra Apulia laudibus dignissimis precibusque humilimis quotannis magnificare non negliget. Hoc etenim maximè tanto thesauro diratum, tantaque dignitate illustrarum videtur. Istud autem omnibus de alijs nequaquàm ambigimus fidelibus: verum nihilo minùs affecuerare volumus, quod certissimè nouimus, quoniam miraculum venerandumque habetur & habebitur ab omnibus, quod omnium consensu frequentibus mortalibus ostendere, vt prædictum est, placuit. Quod ego Iohannes Barinæ Archidiaconus ecclesiæ per iussionem domini mei & patris Vrsonis Barensis & Canusinæ Archiepiscopi ecclesiæ, qualiter sit actum, breuiter & liquidè, seriatim quoquè pandere non grauabor.

S. Nicolaus quàm celebris in Ecclesia Dei.

Festū translationis S. Nicolai.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Maij 9. Cap. 1.

POSTQVAM beati Nicolai substantia incorporea & inuisibilis à corporea visibiliq; fuerat substãtia separata, & ab spiritibus vranicis in præparata requie collocata, multi Imperatores, multiq; potentes mortales, artiMulti Imperatores & proceres S. Nicolai reliquias ad se trãsferre conati sunt.

perficere, beatum Nicolaum flagitare cœpit humiliter, vt si loco ab illo transmutari se non permitteret, vel aliquam videndam sibimet particulã dignaretur concedere, quam osculari valeret. Cuius postulationi sanctus Nicolaus non defuit, sed quod rogauerat adimpleuit. Nam vbi de liquore vrnæ cum peniculo, sicut solitus erat, extraxisset ecclesiæ minister, dens vnus statim cum illo extractus apparuit. Quem maxima cum lætitia suscipiens ille, Deo eiusq; famulo Nicolao gratias agere, & oscula figere frequentissimè cœpit. Quem aurea capsellula mox inclusit, & super altare, quod ibi aderat, posuit. Cumq; post paululum adspexisset, manare oleũ illa de capsellula multum vidit. Inuoluit ergò eam pallio, putans hoc posse modo illum intus perstringere, nè foràs exiret ampliùs, liquorem: sed frustrà. Nam quanto plus circunligabat, tanto liquor ipse circunuoluta pallia madefaciens potiùs emanabat. Ergò desperare cœpit, quia non posset haberc in occulto, sicut optauerat: idq; Domino manifestante cognouit. Ipsi etiam beatus Nicolaus in somni visione fertur apparuisse, dentemq; supradictum præ manibus tenens & ostendens dixisse: Eccè postulationi tuæ satisfeci: ferre autem tecum vt voluisti non poteris, quoniam separari ab alijs membris meis vel minimam partiNota rem stuporis plenam.

Animaduertẽs, pro, existimans.

cũlam non permitto. Ille autem cuigilans, & animaduertens tantummodò imaginationem somni fuisse, dentem vbi posuerat non inuenit. Hoc quidem in Græcis voluminibus significatum inuenimus, quod idcircò nostræ relationi prænotauimus, quatenùs ostenderemus, quia omnipotens Dominus sui famuli corpus exindè, vbi fuerat hactenùs, per tot curricula temporis non permisit transmutari.

Cap. 2. Porrò sicut in vera Græcorum reperitur historia, iste sanctissimus pontifex in synodo Nicena fuisse legitur oppidò iam senex: in qua præsidente beato Papa Siluestro, magnoq; principe Constantino, Arrius suis cum fautoribus condemnatus est. Ipse autem beatus Nicolaus paucis pòst diebus superuiuens, cælo spiritum reddidit, corpus solo tradidit. A quo tempore vsque ad eius sancti corporis translationem, secundùm eorundem calculationem, ducentarum ferè Olympiadum curricula transierunt. At verò secundùm nostram supputationem, ex quo Verbum Dei caro factum est, & habitauit in nobis, anno millesimo octogesimo septimo, indictione decima, quidam Barenses cum tribus nauibus Antiochiam negotij causa proficisci voluerunt: ijsq; iam passis velis regna super Neptunia volãtibus, nautæ prædicti quasi diuina inspiratione commoniti, mutua inter se fermocinatione de tanto rapiendo thesauro conferre cœperunt. Quidam autem ex ijs ad tentandum id hortabantur: posse enim hoc diuino perfici adiutorio, veluti iam certissimè, constanter asserebant. Aiebant ecclesiam solitariam, clero populoq; vacantem, & idcircò neminem fore, qui ipsis obstaret. Alij autem ne tentarent dissuadebant, facinus clarissimum & difficilimum fieri posse deperantes.

Idest, mille annorum.

Cap. 3. Vt autem Myream lætantes accesserunt, ad litus ancora de prora iacitur, stans litore puppes. Habito statim inter se consilio, peregrinum quendam, quem patum secum vehebant, præmittunt exploratum. Qui rediens, in castro, quo sancti erat basilica, Turcos non paucos renuntiauit adesse. Ille enim, qui eidem castro præerat, ibidèm defunctus iacebat, & ea causa ad exequias funeris conuenerant. Quo audito, expansis carbasis ilicò versùs Antiochiam proras ratium direxerunt, paucisq; diebus secundo cursu ad eam peruenerunt ciuitatem. Vbi nauem Venetorum inuenientes, de varijs rebus, vt assolet, percontari cœperunt. Erant enim qui-

quidam ex nostris Venetorum cognati & amici, cum quibus de corpore beati Nicolai mutuò confabulabantur. Veneti verò id quod dudùm animo conceperant, Veneti vt se cõparãrint ad tollẽdas S. Nicolai reliquias.

odere verbis nequaquàm dubitauerunt. Nam & palos ferreos & malleos præparabos se habere confessi sunt, & quòd tentare deberent inter se iam consultâsse, illis pandere non distulerunt. Quod cùm nostri Barenses audissent, ad hoc incipiendum & perficiendum maiori etiam desiderio sunt accensi, & non tam pro sua gloria & honore, totiusq; patriæ nostræ decore & ornamento audaciores & ardentiores esse cœperunt, quàm ob vitandum dedecus & vituperationem suî: verùm nè fortè Veneti id perficerent, atque indè ipsi ignominiæ nota afficerentur. Quapropter etiam maturauerunt negotium, cuius explendi causa iter susceperant, vt quàm ocyùs remearent.

Barẽses non sine nutu diuino cognuntur ijs obtinendis operam dare.

Cap. 4. Eo expleto, cùm iam redirent, & prospero Austro velis turgidis vndas æquoreas carinæ sulcarent, ad Myreumq; litus appropinquarent, transire illud vltra quæ tendere voluerũt. iam enim deferbuerant, & velut tepidi ex priore facti erant ardore. Ambigere enim cœperant, quòd rem difficilimam se moliri non ignorarent. Tum quoquè cursum velocissimum habere videbantur. Itaque iam interim voluerunt, quod priùs consuluerant: sed diuina dispositio, quæ hoc persentiens loca syluia turbidus Auster, & nimius gelidis Boreas est missus ab anconstituerat, non intermisit. Nam imperante potentia creatoris, ad sua ergo inuiti steterũt, qui modò spontanei noluerunt. Exploratores deindè præmissi eunt: quiredeuntes nuntiauerunt ecclesiam esse solitariam, clero & plebi tribus tantummodò custodientibus monachis, neminem impedienillumq; illic esse resistentem. Indigenarum enim exigentibus meritis, ea tatio & deuastatio iusto Dei iudicio illi regioni accidit, quam gens infidelis uaserat, suoq; dominio subdiderat, eaq; causa deserta remanserat. His audiharma continuò comprehendunt, paucisq; relictis, qui naues interim custodirent, instructa acie benè muniti & cauti, tanquàm hostibus obuiàm ituri, pergere cœperunt. Metuebant enim sibi, quòd terra illa genti infideli subdita esset, longe à litore locus, ad quem ibant, plùs minùs spatio trium milliariorum abesse videretur.

Ac vbi ecclesiæ claustra ingressi sunt, arma deposuerunt, ædemq; sanctam Cap. 5. humiliter supplicitérque subiêrunt, & Sancto preces obtulerunt. Finitis omnium precibus, antè dictos custodes sine dilatione de sancto corpore percontati sunt, & quamiacer et. Quibus illi, Hoc loco, inquiunt, sicut à nostris accepimus decessoIllustre miraculum.

rinus, sine ambiguitate repositum credimus. & his dictis, locum ostenderunt. Deinde sancto de liquore more solito extrahentes, illis tribuerunt: de quo cùm acciperent quidam in sua vascula, Lupus presbyter Barensis illorum comes in vitrum ampullulam de eodem excepit: quæ alto loco interim dum loquerentur, quæ securè illic seruarẽtur, reposita, casu improuiso in pauimentum marmoreum cecidit, sed nihil de sua integritate amisit, solidaque, vt priùs fuerat, non sine omnium, qui aderant, admiratione de pauimento leuata est. Tum verò cœperunt cum monachis suprà dictis quasi tentantes colloqui, dicereq; se velle sacrum corpus tollere, & ad suam patriam transportare. Hac enim causa quiebant, à Romano Pontifice missi venimus, tribus aduecti nauibus. Si consentire nobis in hoc volueritis, dabimus vobis de vnaquaque puppi centum Nota quanti olim fecerint sacras reliquias.

aureos solidos. Hoc illi audientes, stupefacti & pauore correpti sunt: &, Quomodo, inquiunt, istud attentare & perficere audebimus, cùm nullus mortalium id hactenùs impunè attentauerit? Quis autem tam sit temerarius, vt tantæ mercis vel emptor vel venditor esse velit? aut quę tanti erit pretij res tamquę admirabilis, vt tanto possit thesauro comparari? An verò aurum vel argentum vel lapides pretiosi ei possunt æquari? Si domini terrarum non temerare, sed ne precibus quidem & supplicationibus istud conari sunt ausi, quo pacto vos ad effectum perducere valebitis? Desinite ergò tantum persequi nefas. non enim diuinæ id gratum est voluntati. At tamen, si sic vultis, periculum facite. eccè locus hic est. Hoc autem dixerunt, nullo modo putantes fieri posse, quod illi voluerunt. Tot enim cursibus exactis solaribus, neminem mortalium nouerant, qui vel occultè furari, vel palàm vi rapere, vel à Domino precibus id impetrare hactenùs

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.6. His atque alijs inter ipsos alternatim habitis sermonibus, animare se inuicem, & vt auderent statimque inciperent consilium habere cœperunt. Non enim illis opportunum erat aut commodum, sed oppidò siniſtrum & inconueniens vlteriùs rem differre. Solari enim lampade ad occasum vergente iam adueſperascebat: resque ipsa & locus peregrinus, reditusque ad naues dilationem ac securitatem illis minimè permittebant. His ergò conuenienter prudenterque prouisis, sæpè nominatos monachos primò comprehendunt & tenent: deindè speculatores constituunt, qui vndiquè venientes prospectent, nè quid ab improuiſo, quod neutiquàm vellent, illis incommodi acciderei. Stabāt etiam hinc indè armati per tramites, vt fortuitò aduenientes caperent, nec abire sinerent: nec adeò pauidi erant, tametsi numerus armatorum non excederet quadraginta & quatuor iuuenes, sed audacissimos, quin hostibus quadruplò pluribus fortiter vellent obsistere, nec verterent terga, aut illis manus traderent. His autem cautè prudenterque foris ordinatis, intùs presbyter ille, quem suprà nominauimus, & alter consodalis Grimoaldus nomine, cum paucis alijs in ecclesia stantes preces inchoant, quæ vsitato more litaniæ vocantur. Sed timore pariter & tremore correpti, ac velut dementes effecti, linguæ instrumento impedito, quæ inchoauerant clariùs exprimere non valebant. Interea Matthæus vnus ex nautis, ferreo arrepto malleo pauimentum marmoreū percussit & fregit, sub quo cæmentum reperiunt. Quo comminuto & eiecto, vrnę doIn marmorea vrna cæconditæ fuére.
sum marmoreæ confestim apparuit. Hinc ergò exorta lætitia, magis ac magis fodere, veteremque iuncturam calcis cum asciola quadam rumpere ac dissipare, fragmentaque eijcere non tardabāt. Quibus eiectis, forisque pila detecta, atque adicto iuuene malleo percussa, fragrantissimus subitò ac suauissimus odor exiuit, qui mira eos, qui aderant, suauitatis delectatione implcuit.

Cap.7. Multum ex eis olei manat. Idem verò iuuenis immittens manum, primoque liquorem attingens, sensit eum se valdè copiosum, ità vt vrna eadem, quæ non parua erat, quasi vsque ad medium plena esse videbatur. Deindè immergēs dexteram, thesaurum pretiosissimū, quem ineffabili desiderio quærebat, inuenit: inuētumque impauidus celeriter extraxit. Nam sicut ipse nobis retulit, verbis credibilibus fidem faciens, nunquam setam sentiret, curum atque interritum stetisse fatebatur. Vndè quis ambigat tanto in opere, nè formidaret, ope Angelica eum fuisse confirmatum? Expositis autem membris cateris confusè ac temerè, caput adhuc deerat. Quo nondùm reperto, tristes aliquantulùm sunt effecti. Quapropter inclinans se iuuenis ille, non vt priùs solis immersis manibus in multo liquore quæsiuit illud, verùm etiam audacia temeraria pectoribus ingrediens (Sic enim necessitas admonebat) sanctum caput hinc indè quæsiuit.
Caput eius reperitur. repertoque egressus est, salutifero de latice vestibus & toto corpore madefactus. Factum id est duodecimo Calendas Maij. Interea quidam ex circunstantibus astutis clanculùm de sanctis reliquijs minimas particulas auferentes, occuluerunt: sed frustrà. Vt verò confitentes hoc factum suum cæteris artubus illas restituerint, suo loco posteà ostendemus.

Cap.8. His ità consummatis, loculus illis deerat, in quem sancta illa omnipotentis Dei inferrent munera. Nanque inopinatò & ex improuiſo istud eis euenerat, & idcircò nihil tale præparatum secum attulerant, quo excipere illa honestèque componere possent. Sed tamen alterius ex ijs, quos diximus, presbyteris exuta quam induerat tunica, quæ aliàs paludamentum vocatur, prout poterant ea inuoluerunt:
Guttulæ odoriferæ defluunt à reliquijs eius. statimque subeunte Lupo presbytero, per humeros eius guttulis odoriferis decurrentibus, onus leuissimum, nulla terreni ponderis grauitate molestum, quòd omnes essent armis accincti fulgentibus, asportârunt, prædam sanctissimam non ex hostibus ferētes, sed ex Dominico gazophylacio, diuina largiente gratia, sumentes, thesaurumque venerabilem de arca sanctissima furto laudabili tollentes, quasi sine Angelico, vt putamus, comitatu, exultantibus animis cum laudibus altissonis, quantum quidem laici sciebant, ad litora propere remeabant. Nec deerant nonnulli, qui de sancto vrnæ, quam rapuerant, marmore frusta quæ poterant secum auferrent: è quibus in minutas diuisis particulas à multis pontificibus per Italiam multa sunt altaria tabulæque itinerariæ consecratæ. Idem factum est & de panno illo nimiùm madefacto, quo artus venerandos inuoluerāt. Quippè vtrumque sanctificatum est, & ob hoc valdè venerandum, atque in huiusmodi locis honorificè recondendum.

Vt

Vt autem ad ponti aduenêre confinia, sanctasque deposuêre reliquias, orta est Cap.9. Obserua pium nautarū studium.
inter illos contentio, quinam ex illis, aut cuius nauis ferret onus illud desiderabile. Optabat enim vnumquodque sodalitium in suo illud portare nauigio. Quis enim tantum nollet seruare & custodire patronum, à quo se ipse potiùs seruādum & custodiendum, atque ex omnibus aduersis eripiendum non desperaret? Placuit tandem omnibus, vt omissa hac contentione, illius nauis sodalitas secum veheret, in qua tanta erat huius operis audacissimus effector: ea tamen conditione, vt priùs iusiurandū darent, se sine cæteris nihil de sancto corpore acturos vel constituturos, quod quidem ità factum est. Cōcordia ergò inter illos hoc modo cōposita, ad nauem ascendunt, & alio illud inuoluētes panno candido & nouo, priore ablato, in lignum imponunt vasculum, in quo laticem vel remetum nautæ seruare solent. Interea fama pernicibus alis volitans, incolis Myrei castri, quod non longiùs abest vno ab eadem ecclesia in monticulo quodam situm est, aures multorum percutiens, id quod gestum erat nuntiauit. Concurrentes ergò vndiquè ciuium ad locissimo, irati nimiùm ac tristissimi tendebant ad litora, ob raptumque patronum & dominum lugentes amarissimè, crines & barbas euellere diutissimè non desierunt, & vocibus luctuosis, perindè ac si charissimi propinqui alicuius cor-
Dolor Myrani populi ob ablatas S. Nicolai reliquias. pus funestissimè libitina ferrent, ità clamitabant:

Tempore quid miseris heu nobis accidit isto,
Quo patriæ nostræ dedecus adspicimus?
Munera tanta Dei multos seruata per annos,
Tam facili raptu perdidimus subitò.
Hactenùs hoc fuerat Lyciæ ditata superno
Thesauro tellus, ac decorata nimis:
Laudibus eximijs totum celebrata per orbem,
Et munita patris magnanimi meritis.
Infelix Myrea tuis spoliata manebis
Cultibus & donis, mœstaque semper eris.
O Nicolaë pater toto venerabilis orbe,
Cur patriam nostram deseris, immò tuam?
Hic genitus fueras, sanctisque parentibus altus:
Hic puer & iuuenis, virque senexque pius.
Hic pater & dominus, pastor custosque benignus,
Hactenùs hac patria viuus & exanimis.
Quælibet hanc miseram quotiens aduersa premebant,
Auxilium petijt mox pater alme tuum.
Inuocatio Sanctorum quid conferat.
Rebus in aduersis aderas spes vna salutis,
Munimen tribuens supplicibus populis.
Quorum tu precibus præsens venerande fauebas,
Votaque suscipiens, quæque rogata dabas.
Vndique currebant cunctis è partibus orbis,
Ad sacrum tumulum sæpè salutiferum.
Nouerit heu vacuum simul ac quem turba fidelis,
Omnis cessabit cultus, & omnis honor.
Munera quippè Dei deerunt, & gratia prima:
Historiæ solum nomen erit veteris.
Pastor oues proprias cui nos committis alendas?
Te linquente gregem, mox lupus aduenict.
Virtus, solamen nostrum, decus omne, leuamen:
Tu spes vna, salus, causaque lætitiæ.
Væ nobis miseris, hæc omnia perdimus: at nos
Hinc subit & luctus, perpetuusque dolor.
Heu cui tale nefas fuit hæc permissa potestas
Efficere, & tantum sic violare locum?
Et malè tractauit cuius temeraria dextra,
Fecit & hoc furtum quis modò sacrilegus?
Sed fortunati, qui prædam fertis opimam,
Nos infelices occupat omne malum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. 10. Hęc & alia triſtitia & dolore atque ira cogente conclamabant lugentes, ac deinde ad propria mœſtiſſimi lachrymisque madentes remeabant. Inter abeundũ autem frequenter vultus conuertebant ad litora, nauesque reſpiciebant. quippè inquibus & illorum & totius patriæ decus & gaudia ferebantur. Interdùm verò inhiantes & tanquàm verſi in amentiam reſtabant, atque vt leænæ toruæ, cùm ſunt fœtæ, & tigrides aſperrimæ fremebant. Illis deniquè mœrore cõſcio abeuntibus, lentisque greſſibus arenas calcantibus, iſti comitante lætitia, exultantibus animis, rudentes celeriter exoluunt à litore, ſuaque aſſidentes per tranſtra, alacriter remigare cœperunt. Quanta enim illi non abſque animi ſtupore tunc hilaritate perfuſi fuerint, nec voce proferre, nec literis explicare, nec animi conſideratione conſequi poſſim. Nauigantes autem, nocte illa in inſulam, quæ Cacabum dicitur, delati ſunt: qua relicta, laborante remigio ad Maieſtras inſulas (ſic enim nominantur) profecti ſunt. Indè recedentes, cum multa remigum fatigatione ad loca Macri appulerunt. His enim tribus noctibus, geminisque diebus admodùm illis aduerſante Borea nauigârunt. Vndè etiam quidam inter ſe colloquentes, fluctuantibus & turbatis animis dixerunt: Quid ità nobis infeſtus eſt hic ventus, nec quieſcit? Forſitan aliud nobiſcum vehimus: non illud quod autumamus. Aut ſi re vera corpus S. Nicolai ferimus, fortaſſis nõ ei placuit id quod fecimus, atque ea cauſa malè egimus, & vlteriùs illud ferre non valemus.

Exultabundi auehunt Barenſes S. Nicolai reliquias.

Cap. 11. Vitio cuiuſdam. Ex ijs autem vir quidam Euſtaſius nomine, nocte ſequenti fertur vera ſomnij viſione vidiſſe, immò huiuſmodi paſſionem ſenſiſſe, hyrundines eius linguam mordicùs apprænſam malè tractantes atque cruentantes. Qua ille viſione perterritus & expergefactus, de cubili ſurgens nequaquàm tacere voluit quod viderat, ſed ſocijs omnibus, metu necdùm de pectore recedente indicauit, aſſerens quòd ſint membra ſanctiſſimi Nicolai: nec dubitauit vlteriùs benè illi placuiſſe quod fecerant. At tamen illi de contrario vento perrexerunt inter ſe conqueri, & curillis ea aduerſitas accidiſſet percontari. Tum verò quidam ex ijs, ceu vates veridici, talia dicebant: Venti iſthæc aduerſitas, quæ noſtrum impedit iter, vt nos quidem tamus, non priùs ceſſatura eſt, donèc artubus cæteris particulæ illæ, quæ ſeparatæ ſunt, coniungantur. Reuerà enim quidam ex noſtris occultè de ſanctis abſtulère reliquijs, easque apud ſe abſconditas habent. Sed ſi læti cupimus omnes redire in patriam, ſancto reſtituatur corpori, quicquid à quolibet ſublatum eſt. Singuli etiam iureiurando firment ſe nihil eiuſmodi penès ſe occultatum habere, vt ab omnibus ſuſpicio omnis amoueatur. His dictis cùm omnes aſſentirent, ſinguli ſingulas, quas abſtulerant, particulas oſtenderunt: & in ijs Romoaldus quidam diaconus ſancti viri dentes & exiguos articulos protulit: alter de ſancto liquore omnino madidum marſupium, vbi ſeruauerat quod furtim abſtulerat, ſe inuenisse confeſſus eſt. Ijs ergò particulis cæteris artubus adiunctis, ſinguli propoſito Euangelij codice iuramento ſatisfecerunt, ſe de S. Nicolai reliquijs nec habere quicquã abconditum, nec ſcire quenquam alium habere. Cùm hæc ab omnibus vnanimiter facta fuiſſent, iam minimè deincèps ſenſerunt aduerſa ventorum ſpiramina, quòque priùs inconſultè geſſerant, de eo poſtmodùm ſe benè conſuluiſſe aperte cognouerunt.

Reſtituuntur ablatæ particulę de reliquijs, & redit vĕtus ſecundus.

Cap. 12. Flante ergò proſpero vento, latumq; carinis æquor ſulcãtibus, Domini collandates magnàlia, lętiſſimi curſu vehebãtur citiſſimo, & ſicut poſteà itinere iam peracto compererunt, prędictum illis fuit quiddam valdè mirabile. Nanq; vni ex nautis, cuius nomen erat Diſigius, cùm quies ſoporifera eius mẽbra teneret, apparuit imago viri venerabilis fertur dixiſſe: Nolite timere, ſed conſtantes eſtote: quia ego biſcum ero. Et ille, Quis tu, inquit, es domine? Cui ſic reſponſum venerandus reddidit heros: Sum Nicolaus ego, vobiſcum qui modò dego. Et vt me verum eſſe mini dicere, die viceſimo, à quo corpus meum abſtuliſtis, Barinum portũ intrabitis. Hæc vbi imago illa locuta eſt, ab oculis illius euanuit. Hoc autem ille euigilans omnibus enarrauit. Atque id ità demùm, vt prædictum fuit, euenisſe conſtat. Hinc igitur tanto confiſi miraculo, minimè iam pelagi minas exhorrebant, nec rabidos ventorum impetus, vt perpauidi nautæ ſolent, expectabant, nec poteſtatem nocendi contra ſe futuram metuebant: quippè qui illum, per quem tempeſtates reprimuntur, ſibi propitium habebant. Porrò illis gaudentibus, & medio pelago carinis currẽtibus, auicula quædam ex improuiſo apparuit: quæ

Visio Diſigij nautæ.

Miri quiddam de auicula nautis

huc illuc intra nauem nunc volitans, nunc pedibus inter nautas ambulans, quasi manſueta & domeſtica, & quæ capi non renueret, ibat &, redibat, aſſcendebat & deſcendebat. Quam illi vultu hilari adſpicientes, mirabantur nõ ſolùm eius mansuetudinem & circuitiones, ſed etiam aduentum. In medio enim æquore ventoſis alis volantibus nauibus, ab inſulis & tellure longiſſimo interuallo ſeparati videbantur: atque indè animaduertentes vndè ea aduenisſet volucris, lętitiam ſimul & admirationem conceperunt. Cùm autem aliquantiſpèr intra ratem hac illac deambulaſſet, ab oculis omnium eſt ablata, nec vſquàm ampliùs viſa. Læti igitur ex eo effecti ſunt, quod viſu corporeo conſpexerant: quandoquidem aliud in illa volucris ſpecie fuiſſe, interiori ſpeculatione colligebant & credebant.

ſe adiũgente familiariter.

Sed maiori quotidiè exultatione afficiebantur. Crebrò nanque inter lucem & tenebras odorem ſuauiſſimum, mirabilem & incognitam ſpirantem fragrantiam, fentiebant. Atque ijs omnibus meritò exhilarati, ad portum S. Georgij paucis diebus appulerunt: qui locus à Barinis mœnibus non ampliùs quinq; abeſt milliarijs. Vbi ſæculo ſuprà memorato ſanctas extraxêre reliquias, & in capſella lignea, quam itinere parauerant, digna priùs veneratione eas exoſculantes, quantùm quidem potuêre, honorificè eas condiderunt, & extrinſecùs pallio ſtrictè contexerunt: interim quoſdam de ſuis nuntios præmiſerunt ad Clerum populumque Barenſem: qui cùm illos audiuiſſent, confeſtim ciuitas tota gaudio inopinato, nouo modo repleta eſt repleta: omniq; mox dilatione remota, vterque ſexus & omnis ætas, atque adeò etiam infirmi ad litora conuenerunt. Nanque ferè viri omnes & mulieres, ſenes & iuuenes, anus & iuuenculæ, pueri & adoleſcentulæ, infantuli & infantulæ naues ſæpè dictas, tantam Baro cunctæq; Italiæ lætitiam afferentes, ingenti obtutibus & iucundiſſimis animis venientes expectabant.

Cap. 13. Cap. 14. Vide ſtudiũ priſcorũ erga ſacras reliquias.

Vrſo autem iuxta portum applicuerũt, cuinam viro eccleſiaſtico & religioſo tantum theſaurum porrigerent & committerent, ignorabant. Vrſo enim Barinorum Archiepiſcopus, vir religioſus, Deoque dignus, & dominis Italicis notiſſimus & familiaris amicus erat tum apud Tranum, cum quo & nos illo die eramus. Nauis enim illic præparata ſtabat, quam poſt diem alterum ingredi ſtatuerat, cauſa orationis Hieroſolymam profecturus. Porrò legatus ad eum feſtinus venit ciuium Barenſi ipſius tempore conceſſiſſe ſignificabant. Omiſſo ergò ille cœpto itinere, immenſa repletus lætitia, Barum ſibi properè petendum exiſtimauit. Interìm nauæ Eliæ Abbati cœnobij S. Benedicti, quod ſupra portum ſitum eſt, capſellam ſacras reliquias continentem commẽdârunt: quam ille ſuſcipiens, in eadem beati Benedicti eccleſia nono die menſis Maij, in quo tranſlationis eſt conſtituta celebrari ſolennitas, tribus diebus & noctibus cum fratribus ſuis diligenter & cautè cuſtodiuit. Nam indè poſteà fuit ablata, & ad curiam, quæ dicitur Catepani, deportata. Inde ciues nanque Barenſes ciuilis diſſenſio & ſeditio exoriens, in duas eſt partes diuiſa. Alij enim in hac ciuitatis parte, alij in altera Sanctum collocare nitebantur. Quid autem inter illos euenerit, per notas vocum nolumus noſtris mœrentibus relinquere poſteris: ſed malumus ſilentio ſempiterno teneri, & obliuione ſepeliri. Tandèm verò adueniente Archiepiſcopo, nautæ & ciues rogauerunt eum, vt capſellam illam intra curiam ſuam ſineret reponi, quòd locus illic eſſet tutior & amplus, ibique propria eccleſia conſtrueretur. Quorum ille poſtulationi conſentium præbuit: & mox cum epiſcopis & clericis omniq; populo ciuitatis medijs pedibus illuc pergens, de medio curię abſtulit, & in eccleſia beati protomartyris Stephani, quæ paucis menſibus ante annos tres fabricata fuerat, depoſuit. Deinde ſolicitè cogitare cœperũt, cui viro idoneo, digno & fideli tantum theſaurum fideliter cuſtodiendum committerent, qui & oblationes fidelium ſuſciperet, fideliterque ad neceſſaria baſilicæ opera ſeruaret, omnibusq; præeſſet vtilitatibus prouidus diſpenſator. Sed neminem alium tantæ rei magis idoneum hac tempeſtate reperire potuerunt, quàm antè dictum Eliam Abbatem. Itaque omnium conſenſu & fauore Archiepiſcopus loculũ corporis & cætera ſuprà memorata illi commiſit, agendisque omnibus eum præpoſitum eſſe voluit.

Eccè reuerentiam erga reliquias

Hæc ferè omnia, quæ hucuſque per notas vocum & mentis ſtylo inculto, pro tenuitate ingenioli noſtri conſignauimus, omnipotens maieſtas per mortalium actiones operari dignata eſt: cætera quæ ſequuntur, ipſa ſola operata eſt, ſigna

Universidad de Deusto
Biblioteca

videlicet virtutum suarum innumera & miranda. Placuit enim diuinæ omnipotentiæ, quod actione temeraria factum videbatur, sua confirmare operatione mirabili. Ambigebant enim non pauci fideles, & idcircò tanta gratia & gloria & sublimitas ex diuina dispositione Barum aduenisse, totamque Italiam illustrâsse, non rata mentis ratione credebatur. Vt enim initio diximus, permulti principes id frustrà sæpè conati fuerant. Si quis autem quærat, vel secum tacitus miretur, cur quod illis per tot secula negatũ est, istis Deus concesserit, responderi illi potest: Cautam nos nescimus. Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Esa. 40. Hoc solum nouimus, quòd illis tunc noluit isthuc concedere, quod istis cùm sibi visum fuit concessit. Id verò non dubiè possumus conijcere, quòd pro salute Italorum, immò totius Europæ de Asia vsque Barum munus hoc gratissimum prouisor omnium transferri imperauit. In hac enim sola mundi parte, id est, Europa, catholica pietas abundantiùs & perfectiùs colitur: in alijs verò aut vix alicubi, aut nusquàm. Collaudare igitur Dominum oportet fideles omnes prouincias, & benedicere, eique grates dignissimas agere, quòd dignatus est respicere populum, quem suo sanguine redemit: cui hoc tempore tantam voluit impertire gratiam, vt per medelam, quam alij sentiunt, alij fieri cernunt in corporibus, animarum perpetua sanitas acquiratur. Neque enim credendum est, quòd pro solis corporibus sanandis, quæ sunt quandoquè in cineres redigenda, hæc voluerit Dominus noster suis fidelibus præstare beneficia: sed post visibile medicamentum, inuisibilis necesse est medicina requiratur. Vtrunque enim sanare Saluator non despicit, qui vtrunque creauit: si tamen humilis præcedat supplicatio, cordisque contritio. Cor enim contritum & humiliatum Deus non spernit. Etsi autem totius Hesperiæ ciuitates & prouinciæ de tam mirifico munere iure congratulari videntur, at tamen Barum maxima & singulari ac velut propria quadam excellentia præfulgere conspicitur. Nam diuina imperante potentia, dimissa patria, in qua ortus fuerat, relicta episcopali cathedra cui præfuerat pontifex pius & venerandus, postremò quasi postpositis totius orbis terrarum partibus alijs, hanc sibi delegit beatus Nicolaus sedem, vbi corporis eius ossa sanctissima quiescant. Cur autem hîc, & nõ alibi, cùm sint & maiora, & meliora, & digniora loca, nemo à nobis curiosiùs inquirat. Nõsse ea sufficiat, quæ superiùs annotata sunt. Gaude igitur Barum gaudio singulari, sed in Domino. Gaudete iusti, ait Propheta, in Domino. Et Apostolus: Gaudete in Domino semper. Exulta Barum, sed in Domino, qui hanc exultationem sola gratia sua, non præcedentibus meritis tuis tibi præstitit. Gloriare, sed in Domino, qui præ cunctis telluris partibus tanta te gloria sublimauit. Hoc enim modo in Domino te conuenit gaudere, lætari, exultare & gloriari, vt in primis fatearis non te meruisse tantam à Domino percipere gratiam. Quæ enim tua merita hoc digna munere fuerãt? Deindè in superbiam nè efferaris, sed prona mẽte humilieris. Qui enim se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Humiliaberis vtiq; ex hoc, vndè humilitatem concipere debes, si te indè exaltaueris, vndè te oportet omnẽ superbum elationem respuere. Neque enim omnipotens Dominus idcircò hoc te ornauit & decorauit diademate, vt vitijs & criminibus adijcias incrementa: neque proderit tibi in ossibus beati Nicolai habere fiduciam, quòd Deo iubente intra mœnia tua quiescant, si prauis & probrosis moribus diuinæ contradicas voluntati. Sic namque Iudæi, spretis Domini nostri Iesu Christi mandatis & virtutibus, in Moyse se fiduciam habere dicebant, quibus idem Saluator, Moyses, inquit, in quo speratis, ipse vos accusat. & propheta: Populus iste, inquit, labijs me honorat: cor autem illius longè est à me. Non diligit beatus Nicolaus vanas cantiones laudesque sonoras: neque propterea huc à Deo missus est, vt illi huiusmodi reuerentia & honores vani impendantur: neq; vt per veneranda merita illius corpora tantummodò sanentur: sed iubilationibus & laudibus, quæ ore proferuntur, animi affectus concorditer intendat, & ad hoc humiliato & contrito corde nostræ supplicationis & flagitationis sit intentio, vt magis spiritus illius quàm ossa sint nobiscũ. Ipse enim Sanctus hoc mauult, hocidem in nobis magis diligit: quem quotidiè nos obsecrare suppliciter expedit, vt suis sanctissimis meritis interuenientibus sedem, quam elegit, custodiat, muniat & ab aduersis eripiat ac tueatur: sed & omnibus fidelibus, eius suffragia quærentibus, solita pietate succurrat. Sed hæc hactenùs.

Pſal. 32. Philip. 4. Matth. 23. Iohan. 5. Esa. 29. Hæc dicuntur in illos qui solo cum strepitu altisque clamoribus contenti, nullam adhibent animi attẽtionem & deuotionem.

Cap. 16. Iam ad nostrum redeamus propositum, nè fortè hanc præfationem longiùs extendentes, tum legentibus, tum audientibus fastidiũ ex dilatione inferamus. Nam licèt tantillum, quod iam præfari voluimus, non sit infructuosum & inutile, at tamen attentiùs & deuotiùs beatissimi Nicolai merita veneranda à cunctis fidelibus audiuntur, pro quibus omnipotens Dominus virtutes innumerabiles & admiranda dignatus est opera perpetrare. Quorum innumeram multitudinem (Neque enim ab vllo mortalium numero comprehendi queant ea, quę paucis diebus facta sunt miracula) omittimus. Tam enim erat frequentissimus concursus & conuentus languentium & dæmoniacorum, ex diuersis prouincijs aduentantium, vt non solum nomina singulorum hominum & morborum quoquè nos ignorare fateamur, sed etiam certum eorum inire numerum minimè valeamus. Pauca ergò de multis excipimus, stylo quę nostro seruanda & veneranda commendamus. Postquam ad beati Benedicti ecclesiam, vt est à nobis suprà dictum, ab Abbate Elia sanctissimi Nicolai capsa est delata, die altero tantæ fama rei & celsitudinis extra Barium mœnia mirâ se pernicitate effudit: primoque Barensis territorij castella & villas altera, omnium aures nuntio lætissimo percussit: moxque cateruatim confluere diquè sexus vterque & ætas omnis. Quid dicam? Præagminibus frequentissimorum & mulierum, senum & iuuenum, diuersorumque languentium turbis altisonæ hinc indè resonabant. Quippè omnipotentem Dominum certatim laudabant, benedicebant & glorificabant, qui tanto thesauro ditare, tanto honore illustrare, tanta consolatione & propitiatione visitare dignatus est regionem hanc.

Innumeri miracula intra paucos dies. Ingens cõcursus egrotum ad S. Nicolai reliquias.

Cap. 17. Vnde fama eadem pennis mota leuissimis, longiùs atque longiùs transuolat, intra paucos dies omnes Italiæ prouincias annuntiatione mirabili concitat. Itaque concurrebant de vniuersis totius Hesperiæ prouincijs diuersæ Christifidelium multitudines, non tam pro nouitate rei oppidò venerabilis & desiderabilis, aut orationis gratia, quàm ob virtutes diuinas, signaque miraculorum stupenda & innumera, quæ quotidiè fiebant. Nam primo die apud S. Benedicti ecclesiam, vbi sanctum erat depositum corpus, ampliùs triginta ægroti sexûs vtriusque & ætatis omnis à multimodis sunt liberati morbis, perfectaque reddita ipsis sanitate, cum gratiarum actione læti & incolumes ad propria remeabant. Die altero quot à dæmonibus possessi, omninò à vexatione diabolica sint absoluti, quot linguæ vinculo, qui muti erant, expediti, quot surdorum obstructæ aures sint factæ, quot oculorum orbati lumine visum recuperârint, quot deniquè alij multigenis ægritudinibus oppressi, sanitati sint restituti, notis vocum particulatim consignare & enumerare nequimus. Infinitus enim est & nobis incompertus numerus.

Innumeri curantur.

Cap. 18. Homo quidam de partibus Anconitanis ortus, curuato corpore debilis & infirmus erat, pedum ac manuum integris officijs carens. Qui deosculans beati Nicolai capsellam, & humiliter expetens sanitatem, eam recepit plurimis, qui aderant, conuentibus, domumque abijt benedicens Dominum & eius famulum venerans.

Curuus erigitur.

Item alius. Quidam de Camerino territorio passione guttæ in spina affectus, incordos quidam de Camerino territorio passione guttæ in spina affectus, incurabilem & dolorem immodicum multo tempore pertulit, nec ad cælum respexit. Cumque ad locum quendam venisset, vndè primùm potest Barum conspicere, vbi magnam Crucem ligneam quidam fixerant, quòd illic ab infirmitate diuersi accensus desiderio, iter vt potuit cum suis conterraneis arripuit, & veniens cœpit. Cumque ad locum quendam venisset, vndè primùm potest Barum conspici, vbi magnam Crucem ligneam quidam fixerant, quòd illic ab infirmitate dimissi, sanitatem visa ciuitate recepissent: dum cernuus numerosa & lenta mouens vestigia, vt potest ambulat, sensim cœpit parumpèr erigi: & sicut ipse nobis retulit, videbatur sibi calorem sentire insolitum, & à quodam anteriori corporis parte fusti. Moxque quasi pauefactus & lætus inclamauit suos comites, qui eodem pergebant itinere, asseruitque se Domini sentire virtutem. Quid multis moramur? Qui de domo infirmus exijt, & vsq; ad sacrum corpus non nisi infirmum se venturum cõfessimauit, ad illud sanus & alacer venit Dominum collaudans, sanusque ad patriam repedauit.

Apud Amalfiam puerulus quidam à nequam spiritu miserabiliter vexabatur: quæ res parentes mœrore continuò vehemẽter affligebat. Sed excitati mirabilium fama virtutum, ocyùs Barum cum prole venerunt. Vbi autem ad Crucem paulò

Cap. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suprà memoratam appropinquauerunt, Barumque indè procùl adspexerunt, lætitia inopinata sed optatissima subitò sunt repleti, cernentes misellum puerulum à maligno spiritu liberatum. Itaque non pro curando puero, qui iam curatus erat, supplicaturi, sed pro recepta salute donaria oblaturi, Dominoque & S. Nicolao grates & laudes dignissimas acturi, celeriter Barum aduenerunt.

Paruulus à dæmone liberatur.

Cap. 20.

Alij quidam à castello quodam eò accesserunt, secum afferentes infantulam, omnibus corporis viribus destitutam: itemque puerulum valdè debilem, qui nullum edulium stomacho posset salubriter retinere, vel naturali ordine digerere. Cumque aliquot diebus cum precibus & supplicationibus apud corpus sanctissimum permansissent, multasque in alijs virtutes effici, in suis nullas conspicerent, maiori cum tristitia & dolore, quàm priùs senserant, ad proprias mansiones non sine desperatione redire cœperunt. Cùm autem à Barinis mœnibus quasi trium milliariorum spatio iam recessissent, sub vmbris oliuarum secus viam & propter Solis æstum, & itineris lassitudinem hinc indè humi resederunt. Cumque inter se mutuò confabularentur, quidam ex ijs dixerunt: Non videntur nobis Barenses vera dicere de S. Nicolai corpore, ob cuius merita & miracula eò accessimus cum infirmis nostris, vt curarentur. Illis verò & hæc & alia deteriora falsò dicentibus, alij contradicebant hunc in modum: Non deberis vos his vti sermonibus, neque nos dubitare conuenit, cùm tot hominum millia affirment id, quod vos negatis, & vndè vos dubitatis. Miramini, aut fertis indignè, quòd minimè vobis contigerit hoc quod optâstis? Sed neque mirari debemus, neq; contra diuinam irasci potentiam, si non accipiamus, quod merita nostra nequaquàm promeruerunt. Huiusce modi atque alijs prolatis sermonibus, subitò & puerulum sanum, & infantulâ, quæ nunquàm suos mouere gressus poterat, ambulantem cõspiciunt. Mox igitur diuinam collaudant operationem, & gratias agunt, quòd & beneficia optata consecuti essent, & vndè ambigui fuerant, indè iam certissimi esse meruissent.

Temeraria quorũdam dubitatio.

Sanantur duo morbidi.

F. Laur. Surius Pio Lectori.

IN huius Translationis libello nõ debet te, pie Lector, offendere, quòd cap. 15. Author dicit non diligere S. Nicolaum vanas cantiones laudesque sonoras, & honores vanitatis. Facilè enim aduertis ex ijs, quæ mox sequuntur, cum illos duntaxàt reprehendere, qui sola vocum modulatione, idque studio vanitatis & inanis gloriæ, laudant Sanctos, nulla adhibita animi pietate & attentione: quod valdè vitandum est, cùm dicat Apostolus: Psallam spiritu, psallam & mente. Nos aliquot locis modicè stylum mutauimus, & quædam redundãtia contraximus.

HISTORIA DE OBITV VENERABILIS BEDÆ PRESBYTERI, AB EIVS QVODAM DISCIPVLO, *viro docto & pio, doctè & piè & fideliter conscripta. Habetur in peruetusto MS. codice.*

Maij 10.

Missę & orationes pro defunctis.

MVNVSCVLVM quod misisti, multùm libenter accepi, multumque gratanter literas tuæ deuotæ eruditionis legi, in quibus quod maximè desiderabam, Missas vt dilecto patre & magistro Beda à vobis diligenter celebrari reperi. Vnde & delectat magis pro eius charitate, quàm fretus ingenio, paucis sermonibus dicere, quo ordine migrãrit à seculo, cùm etiam hoc te desiderâsse & poposcisse intellexi.

Grauatus equidem infirmitate, & maximè crebrorum anhelitûs, & tamen penè sine dolore aliquo, ante diem autem resurrectionis Dominicæ, id est, ferè duabus hebdomadibus, & sic pœnitus & gaudens, gratiasque agens omnipotenti Deo omni die & nocte, immò horis omnibus vsque ad diem assensionis Dominicæ, id est, VII. Idus Maij vitam ducebat, & nobis suis discipulis quotidiè lectiones dabat: & quicquid reliquum fuit dici, in psalmorum cantu, prout potuit, se occupabat: totam verò noctem

lætus in orationibus & gratiarum actione Deo ducere studebat, nisi tantùm modicus somnus impediret. Iterumque autem cuigilans, statim consueta scripturarum modulamina ruminabat, extensisque manibus, Deo gratias agere non est obtitus. Verè fateor, quia neminem vnquàm alium oculis meis vidi, nec auribus audiui tam diligenter gratias Deo viuo referre. O verè beatus vir. Canebat autẽ sententiam sancti Pauli Apostoli dicentis, Horrendum est incidere in manus Dei viuentis: & multa alia de sancta scriptura, in quibus nos à somno animæ exurgere præcogitando vltimam horam admonebat. Et in nostra quoquè lingua, vt erat doctus in nostris carminibus, dicebat de terribili exitu animarum è corpore. Cantabat etiam antiphonas ob nostram consolationem & suam, quarum vna est: O rex gloriæ, Domine virtutum, qui triumphator hodiè super omnes cælos ascendisti, ne derelinquas nos orphanos, vsque, veritatis alleluia. Cùm venisset autem ad illud verbũ, Nè derelinquas nos orphanos, prorupit in lachrymas, & multùm post horam cœpit repetere quæ inchoauerat: & sic tota die faciebat. Et non quidem audientes hæc, luximus cum illo & fleuimus. Altera vice legimus, alterius, immò cum fletu legimus.

Hinc colligi possunt etiam superioris vitæ eius exercitia.

Heb. 10.

Lætitia Quinquagesimales dies vsque ad diem præfatum deduximus, & ille gaudio gauisus est, & Deo gratias referebat, qui sic meruisset infirmari: & sæpè dicebat: Flagellat Deus omnem filiũ quem recipit: & sententiam Ambrosij: Non Prouer. 3. erubescerer vos, vt me pudeat viuere: sed nec mori timeo, quia bonũ Dominum Heb. 12. habemus. In istis autem diebus duo opuscula memoriæ digna, exceptis lectionibus Apoc. 3. quotidiè accepimus ab eo, & cantum psalmorum, facere studuit: Id est, Euangelij sancti Iohannis vsque ad eum locum, in quo dicitur, Sed hæc Iohan. 6. scripta sunt inter tantos? in nostram linguam ad vtilitatem Ecclesiæ Dei conuertit: & libris Isidori Episcopi exceptiones quasdam, dicens: Nolo vt pueri mei mendacium legant, & in hoc post obitum meum sine fructu laborent. Cùm venisset quinta feria ante assensionem Domini, cœpit vehementiùs ægrotare in anhelitu, & modicus tumor in suis pedibus apparuit: totum tamen illum diem doloribus hilariter dictabat, & nonnunquàm inter alia dixit: Discite cum festinatione quia nescio quandiù subsistam, & si post modicum tollat me factor meus. Nocturnis videbatur, nè fortè exitum suum benè sciret. Et sic noctem in gratiarum actione peruigil duxit, & manè illucescente, id est, quarta feria præcepit diligenter scribi quæ cœperamus. Et hoc fecimus vsque ad tertiam horam. A tertia autem hora ambulauimus cum reliquijs Sanctorum, vt consuetudo illius diei postulabat: & vnus erat ex nobis cum illo, qui dixit illi: Adhuc capitulum vnum de quem dictâsti, deest, & videtur mihi tibi difficile esse te plus interrogare. At ille inquit: Facile est: accipe tuum calamum & tempera, festinanterque scribe. & sic hoc fecit.

Nota antiquissimum vsum circũferendi sacras reliquias

A Nona hora dixit mihi: Quædam pretiosa in mea capsella habeo, id est, piper, cartas & incensa. Sed curre velociter, & adduc presbyteros nostri monasterij ad me, vt ego munuscula, qualia mihi Deus donauit, illis distribuam. & hoc cum tremore feci: & præsentibus illis, locutus est ad eos, vnumquenque monens & obsecrans pro eo Missas & orationes diligenter facere. & illi, Libenter, responderunt. Celebrabant autem & flebant omnes, maximè autem in verbo quod dixerat, quia ejus amplius non multùm in hoc seculo essent visuri. Gaudebant autem de eo, quòd dixit, Tempus est, si sic factori meo videtur, vt ad eum migrem. Et quòd faciem eius ampliùs non multùm in hoc seculo essent visuri. Gaudebant autem de eo, quòd dixit, Tempus est, si sic factori meo videtur, vt ad eum migrem. Et absolutus ex carne veniam, qui me quandò non eram ex nihilo formauit. Multum tempus vixi, beneque mihi pius iudex vitam meam præuidit. Tempus absolutionis meæ propè est: etenim anima mea desiderat regem meum Christum in decore suo videre. Sic & alia multa vtilitatis causa ad ædificationem nostram locutus in lectica diem vltimum vsque ad vesperum duxit.

En petit vir sanctus pro se defuncto orari.

Et præfatus puer Vuilberth adhuc dixit: Magister dilecte, restat adhuc vna † non descripta. At ille, Benè, inquit, consummatum est: veritatem dixisti. Accipe meum caput in manus tuas, quia multũ me delectat sedere ex aduerso loco sancto meo, vbi ego orare solebam, vt & ego sedens patrem meum inuocare possim. Et sic in pauimento sitæ cellulæ decantans, Gloria patri & filio & spiritui sancto &c. vltimùm è corpore exhalauit spiritum, atq; vt sine dubio credẽdum est, quòd pro eo quia hîc semper deuotissimus in Dei laudibus laborauerat, ad gaudia desideriorũ cælestiũ

† Deest forte, pagina, aut aliud.

Migrat à corpore.

anima

Universidad de Deusto
Biblioteca

anima eius ab angelis portaretur. Omnes autem, qui audire vel videre obitum Bedæ patris nostri valebant, nunquàm se vidisse alium in tam magna deuotione atq; tranquillitate vitam suam finisse dicebant: quia sicut audisti, quousquè anima eius in corpore fuit, Gloria patri, & alia quædam ad gloriã Dei cecinit, & expansis manibus Deo gratias agere non cessabat. Scire autem debes, quia adhuc multa narrari & scribi possunt de eo, sed nunc breuitatem sermonis ineruditio meę linguæ facit. At tamen cogito, Deo adiuuante, extempore plenius de eo scribere, quæ oculis vidi, & auribus audiui.

EIVSDEM BEATI VIRI VITA, AVTHORE IOHANNE TRITTHEMIO ABBATE SPANHEMENSI, LIB. III.

De viris illustribus Ordinis S. Benedicti, cap. 155.

Beda puer seprennis tradi. ur monasterio.

BEda monachus & presbyter in monasterio sanctorum Petri & Pauli Apostolorum in Anglia, vir doctus & sanctus, per sua studia toto notus in orbe, multa ad vtilitatem Ecclesiæ composuit volumina, de quibus in secũdo libro iam fecimus mentionem. Hic in extremo natus orbis angulo, cùm esset puer septem annorũ, sub magisterio Benedicti Abbatis in præfato monasterio nutriendus à parentibus traditur: in quo mirabiliter proficiés, Anglorum doctor clarissimus effulsit. Anno vitæ suæ 19. diaconus factus est, 30. presbyter, ex quo tempore vsque ad vltimum vitæ suæ docere aut scribere non desti tit, & sicut ipse per se fatetur, nihil illi dulcius erat, quàm diuinas legere sedulò

Quanti eũ fecerit Sergius Papa.

& exponere scripturas. Huius doctrina tanto pretio digna habita est, vt Sergius Papa ab vrbe Roma Ceolfrido Abbati eius scripserit in Angliam, petens eum & exhortans, vt sine omni contradictione famulum Dei Bedam ad limina destinaret Apostolorum, eò quòd eius præsentia in arduis causis fidei, Ecclesiæ Dei valdè vtilis esset & necessaria. Iam enim fama eius se longè lateq; per orbem dilfe rat. Ità iam celebre erat nomẽ eius, vt in quæstionibus enodandis indigeret eo sublimitas Romana. Et tantis planè condigna laus studijs, quippè qui ex eo tempore, quo legere poterat, à sacra lectione & studio minimè cessabat.

Optimus studendi modus.

Semper mens deuota studijs occupabatur salutaribus, quibus legit, scripsit vel docuit. Erat ei mos ex lectione vehementer accendi & compungi, ità vt sæpe inter legendum & docendum lachrymas calidas effunderet. Vndè post lectionem vel studium ad orationes sanctas doctor deuotus se contulit, sciens magis Dei gratia quàm proprijs viribus ad scientiam perueniri scripturarum. O virum cunctis venerandum seculis, qui & mentis habitaculum orationibus, & Ecclesiam doctrinis illustrauit. Nullus vnquàm nõnum Bedam vidit otiosum. Vehementissimè amore studij sacri æstuabat, ità vt ne ad momentum quidem potuerit esse otiosus. Cùm enim ad monasterium puer intrâsset, intantùm studendo profecit, vt non solùm in sacris scripturis, sed etiam in secularibus literis vltra omnes Angliæ doctores peritissimus euaserit. Scripsit de omnibus artibus, quas liberales vocant, tractatus plures atque pulcherrimos. In extremo mundi, vt ità dicam, positus Græcam linguã magna ex parte didicit, & nec Hebraicæ penitùs indulsit. Habuit multos egregios discipulos, quos suo studio & exemplo ad amorem scripturarum inæstimabili feruore prouocabat. Nec solùm studijs, sed quod ijs amplius est, religione & sanctitate quos docuit fecit insignes. Fuit autem vir per omnia magnificus, scientiæ & morum honestate venerabilis. Charitate siquidem refulsit geminata sublimis, deuotione præcipuus, castimonia vitæ gloriosus.

Multos habuit insignes discipulos.

Eius humilitas & mansuetudo.

Erat autem decentis staturæ, incessu grauis, voce sublimis, ore facundus, vultu decorus, & quædam mixta iucunditati seueritas. Vndè bonis & deuotis erat affabilis, superbis autem & negligentioribus terribilis. Se ità mansuetum & humilem cunctis exhibuit, vt in toto monasterio vix haberet æqualem. Quicquid autem studendo & meditando de scripturis potuit appræhendere, sine inuidia communicabat ijs, quos idoneos viderat, & in amore scientiæ salutaris flagrantes. Denique Anglia viri confluebant ad eum, cupientes sub eius magisterio & morum & scientiæ scripturarum incrementa suscipere. Nam eius conuersatio, intuẽtibus norma totius religionis erat & honesti. Et quid multis nitar sermonibus? talis ac tantus erat

erat vir iste sacratus, vt omnis laus eius virtutibus sit prorsùs inferior. O vtinàm tale iam studium amarent monachi: quàm felix esset status religionis. Amator verę scientiæ erat is, de quo loquimur: qui non bathologiam, sed virtutem in studio quærebat. Nam incuriosi fuit, sed dulcis eloquij.

Laborat è stomacho & pectore.

Tandem post multos labores, quos scribendo & docendo impenderat, animo toto suspirans ad patriam, debilitatem incidit, continuisque septem hebdomadibus ante mortem, stomachi indignatione cibos nauseantis laborans, & angusto spiritu halitum producens, studium tamen literarum nequaquàm obmisit, sed tertijs diebus (præter debitum Psalmodiæ pensum) illi intendebat, Euangeliumque Iohannis ijs diebus Anglica lingua interpretatus est. Discipulis autem discendi amorem ingerens, dicebat: Discite filioli, quamdiù vobiscum sum. Feria autem tertia ante ascensionem Domini modicus tumor in pedibus apparuit: tunc accita congregatione, communicatus & inunctus est, osculoque cunctis libato, futuram

Sacramẽtis se munit.

sententiam à singulis implorauit. Nonnullis etiam ob familiarem amicitiam quæ in secretis habebat, largitus est. Die ascensionis Domini contra orationem quo orare consueuerat, subiecto cilicio decumbens, illibato sensu & hilari vultu dicebat: O rex gloriæ Domine virtutum, & cætera vsque in finem antiphonæ. Qua finita spiritum efflauit. Mox tam suauissimus odor subsecutus est, vt omnes putarent, in paradiso se esse putarent. Huius Epitaphium est tale:

Abit in cælum.

Presbyter hic Beda requiescit carne sepultus.
Dona Christe animam in cælis gaudere per æuum,
Daque sophiæ illum debriari fonte, cui iam
Suspirauit ouans intento semper amore.

Fuit primò sepultus in cœnobio suo, ac posteà cum sancto Cuthberto in Dunelmensi translatus dicitur. Obijt anno Domini 733. ætatis verò suæ 72. sub Leone Imperatore, cuius natale 7. Calendas Iunij colitur.

VITA S. IOB PER D. ISIDORVM EPISCOPVM HISPALENSEM SCRIPTA. HABETVR *in libro eius de patribus veteris testamenti.*

10. Maij.

S. Iob quartus Idumæorum Rex.

IOB filius Zare de Bosra, Rex Idumæorum quartus post Esau, successor Bale filij Beor, homo gentilis, fidelis, stabilis, humilitate summus, hospitalitate præcipuus, in disciplina mansuetus, in eleemosynis largus, diues in censu, exemplum factus egenis, locuples in liberis.

Quibus repentè orbatus, tentationi traditur, sed contra tentationem fide religionis armatus, fit gloriosus in certamine, æquanimis in dolore: damna rerum pertulit, funera pignorum doluit, corporisque vulnera patienter excepit, & inter supplicia semper Deum glorificauit, mala sua sapienter sustinuit, consolantis verba & amicorum ratione superauit. Pro tanta virtute sapientiæ, duplici in fine sublenatur remuneratione, & post rerum casum multiplici claritate donorũ. Nam post noctis tristitiam diem genuit. Post fœtorem vlcerum cassiæ odore fragrauit: sed & post abiectionem eorum inunctionem Regni promeruit, & stibium in accepti laudis assumpsit. Vixit autem post plagam centum sepuaginta & octo annis, & mortuus est, atque sepultus in regione sua. Hunc verò Hebræi asserunt non fuisse de genere Esau, sed de Nachor fratris Abrahæ descendisse stirpe, & fuisse eum temporibus Patriarcharum. Nachor enim genuit Hus, de cuius stirpe Iob creditur generatus, secundùm quod in exordio voluminis eius notatur, inquiens: Vir erat in terra Hus, nomine Iob.

Patientiã eius in aduersis.

Obitus eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA SANCTI IOB, PER D. ZENONEM EPISCOPVM VERONENSEM SCRIPTA. EST

sermo 16. libri secundi Sermonum eius.

S. Iob egregiæ virtutes

SAcræ historiæ, fratres dilectissimi, ad hoc nobis est tradita legenda narratio, vt maiorum, si fieri potest, saltem aliqua ex parte mores imitemur, si non possumus imitari virtutes. Tanta enim probitate vixerunt, vt pars felicitatis sit nôsse quid fecerint.

Igitur Iob vir fuit iustus & verax, ab vniuersis concupiscentijs huius mundi segregatus: conuersatione limpidus, mente limpidior, vsque adeò circunspectus atque irreprehensibilis, vt Dei sit testimonio collaudatus. Vndè non immeritò beatus beata vita fruebatur. Namque erat illi splendidissima domus, dies census, dies quoquè numerus liberorum, & quod est parentibus gratum vtriusque sexûs, & inuicèm se amantium: quorum pro numero Deo diuturnas hostias offerebat. Tanto autem puritatis & fidei erat muro munitus, vt non auderet eum attentare diabolus, nisi à Deo iussus.

Eccè in lege naturę sacrificiũ. Quare ergò lex gratię nullũ habebit sacrificium?

Iam hîc considerate, fratres, quemadmodùm sæuierit incitatus, qui ferri non potest blandus. Igitur famigerabile committitur prælium, illinc diabolus horrendùm totis intonans armis, ministrisque insuper suis in auxilium cõcitatis, terribili increpans tuba prædonum, quæ corda face furiali succensa, impetibus crebris passim totas hominis Dei facultates inuadit. Subitò rapina, igne, ferroque vniuersa vno momento disperdit. Hinc Iob alta fidei radice robustus, tot nuncijs lugubribus tunditur, nec mouetur, sed tantùm benedicit Deum, facultatesque suas contemnendo custodit.

Iob in aduersis Deo benedicit.

At vbi diabolus aggressuris tantis nihil se profecisse cognoscit, omnem impietatis suæ rabiem in filios eius effundit. Nam cùm solito more vnanimes vnà epularentur in domo, subitò concussis toro nixu quatuor angulis eius, in confusam molem parietibus tectisque labentibus, illam sanctissimam fratrum cohortem sepelit antequàm iugulet. Taleque est commentus impietatis excidium, vt in illa vnius funeris turba, paternus dolor non sufficeret orbitati. Cùm nescit quem primum plangat, quem priorem inueniat, cui primùm iustitiam crudi funeris faciat, cui vt expeditiùs cum hoste pugnaret. Contempsit deniquè in perditis facultatibus diuitem, dissimulauit in amissis liberis patrem, in pœna sui corporis iustum. Nanque summo capitis à vertice vsque ad imos vngues pedum, plaga inimici percussus, populosis vlceribus non distinctum, sed totus vnum vulnus est factus.

Filij eius à dęmone occiduntur.

Percutitur pessimo vlcere.

Veruntamen in his omnibus nihil aduersùs Deum improbè loquitur. Non vxori illicita suadenti succumbit. Non amicis insultantibus cedit, sed victor crudelitatis, & impietatis, in sterquilinio fœtido scaturiente vermibus sedet, quasi nihil passus, sed solo Dei timore contentus. O felix vir, qui mirâ patientia Deum promeruit, diabolum vicit, sanitatem recepit, facultates liberosque suos non peperdidit sed mutauit. Iob, quantum intelligi datur, fratres charissimi, Christi imaginem præferebat. Denique comparatio inducat veritatem.

Christi imaginem præfert.

Iob iustus dictus à Deo est: ipse iustitia, de cuius fonte omnes qui beati sunt gustant. Eccè enim de ipso dictum est: Orietur vobis sol iustitiæ. Iob verax est appellatus. Adest vera veritas Dominus, qui ait in Euangelio: Ego sum via & veritas. Iob diues fuit. Et quid ditius Domino, cuius sunt omnes diuites serui, cuius est orbis totus, omnisque natura, beatissimo Dauid dicente: Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. Iob diabolus ter tentauit. Similiter Euangelista perhibente, & Dominum ter est tentare conatus. Iob facultates quas habuit, amisit: & Dominus cælestia sua bona, amore nostro neglexit: pauperemque se fecit, vt nos diuites faceret. Iob filios furens diabolus interemit: & Domini filios prophetas insanus populus pharisæus occidit. Iob vlceribus maculatus est: & Dominus sumendo carnem, totius humani generis peccatorum est sordibus obsoletatus.

Malach. 4. Iohan. 14. Psal 23. Matth. 4.

Iob vxor sua hortatur, vt peccet: & Dominum, vt corruptelam seniorum sequatur,

synagoga compellit. Iob amici sui insultâsse perhibentur: & Domino sui sacerdotes, sui insultanêre cultores. Iob in sterquilinio pleno vermibus sedet: Domini quoquè in verò sterquilinio, id est, in huius mundi cœno versatus est, inter ebullientes diuersis sceleribus ac libidinibus homines qui veri sunt vermes. Iob & sanitatem recepit & facultatem: & Dominus resurgens non sanitatem tantùm, sed immortalitatem in se credentibus præstitit, dominiumque totius naturæ reuocauit, sicut est ipse testatus dicens: Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Iob Matth. 11. vicarios filios genuit: Dominus quoquè post prophetas filios, sanctos apostolos genuit. Iob beatus quieuit in pace: Dominus autem manet benedictus in æternum ante secula, & à seculis, & in cuncta secula seculorum, Amen.

ITEM DE SANCTO IOB, PER DIVVM AMBROSIVM

Episcopum Mediolanensem. Ex libro primo Officiorum eius, Cap. 39.

QVid sancto Iob, vel in virtute defuit, vel in vitio obrepsit? Quomodò laborem ægritudinis, frigoris, famis, pertulit? Quomodò despexit salutis periculum? Nunquìd rapinis diuitiæ coaceruatæ, de quibus tanta inopibus affluebant? Nunquid auaritia, census, aut voluptatis studia, cupiditasque excitauit? Nunquid trium Regum iniuriosa contentio, vel seruorum crudelia in iram excussit? Nunquìd gloria sicut leuem extulit, qui imprecabatur sibi, si vnquàm vel non volũtariam celauisset culpam, vel reueritus esset audientiam plebis, quo minùs annunciaret eam in conspectu omnium? Neque enim sententiæ sunt vitijs virtutes, sed sibi constant. Quis igitur tam fortis, quàm Iob? Cui secundus adiudicari potest, qui parem vix reperit?

Sancti Iob encomium.

VITA SANCTORVM HILARI ET OLYBRII CONFESSORVM RAVENNATVM, VT HABETVR

tertio libro historiarum Rauennatum Hieronymi Rubei historiographi doctissimi.

PRAESIDENTE Symmacho Romanæ, Aureliano vero Rauẽnati Ecclesiæ, Olybrius quidam Rauennas, vir nobilissimus, maximaque cùm authoritate, tum potentia, non absq; opinione sanctitatis, monachus factus, in Galigatensi cœnobio vigebat. Cùm enim per hos dies adolescens Etruscus Hilarus nomine diligentiùs Deo operam & studium nauaturus, passibus mille iuxta vicum Galigaram Rauennatis diœcesis, in præcelso atque edito monte, sub quo Vitis amnis defluit, ab incolis, vt aliqui arbitrantur, Bidens appellatus, sese constituisset, iamque adolescentis fama Rauennas patritius cacodæmone arreptus miserè afflictaretur, & omnia insumma celebritate ab omnibus audiretur, Olybriusdem remedia expertus fuisset: repentè dæmon vi diuina impulsus, exclamare, desse non adduceretur ad puerum Dei Hilarum, se indè nunquàm discessurum. Vbi omniquè familia tum defiente, interrogatus dæmon, quisnam is esset adolescens, atque vbi commoraretur, manere illum in monte ac solitudine respondit, & ibidem die noctuque in Dei laudibus & contemplatione rerum diuinarum vitam ageret: duos & viginti annos esse natum, breui statura, modica barba, pallio, tunc primùm prodeuntibus, assidueque cælitibus comitibus vti. Quibus accepis omnis familia cum Olybrio ad Hilarũ profecta, vbi à loco, in quo tum fortè Hilarus Deum orabat, quantum iactus lapidis est, procùl fuisset peruentum, gemẽs dæmon, magnoque concussus timore, cursu rapidissimo ad Hilarum properauit: atque indè tãdem pulsus est. Olybrius immortalibus Deo primùm, deindè Hilaro gratias, vnà cum coniuge ac omni familia actis, petere, vti vitæ piæ traducendæ regulam normamq; sibi præscriberet: quod Hilarus cernens, & præ gaudio lachrymans, postquàm legem Christi Dei edoctus omnes illos, per dies aliquot, fuit, à sacerdote,

13. Maij.

Beatus Olybrius fit monachus.

Ex hoc loco perpende, quantę fuerit apud Deum sanctitatis beatus Hilarus.

Eijcit dęmonem ab obsesso.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cerdote,illac fortè transeunte, qui Arretio Rauennam pergebat, iussit Olybrium
Multos conuertit ad Christum. eiusque familiam, hominum circiter nonaginta, id flagitantes, sacra baptismatis vnda expiari,quemadmodùm ex vita Hilari,à Paulo eius discipulo scripta, cognosci potest.

Tertio pòst die Eustasia, Olybrij vxor,ex hominum vita migrauit. Olybrius vnà cum Iunio & Eunomio filijs,sumpto cucullo,monachus ibidèm factus, prædia sua omnia illi cœnobio dono tradidit: vndè non modò omnibus monachis, qui iam ad Hilarum multi conuenerant,abundè victus suppeditabatur,sed multum etiam pecuniæ erogabatur viduis,pupillis,atque alijs egentibus. Verùm tãta solitudinis, ab Hilaro atq; Olybrio plurimùm experitę,quies,ab Theoderico Rege perturbata est,qui ad eas radices Apennini,vndè,vt aliqui putant, Rauennam aquam adduxerat, iuxta Bidentem amnem, ædes sibi magnificas, quò secedere interdùm solebat,
Irèm multi ad eius cœnobiũ confluunt, monachi futuri construxit. Cœpit enim frequentari Hilari cœnobium: ex quo tamen Hilarus id fructûs collegit, quòd familiares Regis aliquot, viros nobiles, Christi ab se legem ac præcepta edoctos, monachos fecit, in diesque faciebat, cùm vir impius quidem
Falsò accusatur apud Regem. Theoderico nunciat, præcepta regia Hilarum cõtemnere,multos ex familiaribus abalienare, ad seque adducere: & aliquorum suspicionem esse, per eum modum collecta egregiorum ac præclarè audacium satis magna manu, plerosque ex ipsis repentino facto impetu,Regni illius tranquillitatem ac pacem perturbaturos.

Rex vehementer his cõmotus, centuriones quatuor cum suis militibus mittit, qui Hilarum capiant,ad seque pertrahant. Verùm milites ad prædiolum cœnobio propinquum cùm venissent,in vallemque descenderent, Hilarianam familiã præ-
Egregiũ sanè miraculũ daturi, Hilaro Deum rogante pro suorũ incolumitate, aliam viam ingressi,biduo, quò tenderent, incerti, per eos montes vagati sunt. Quamobrèm percitus iratiore,consensо equo Theodericus ad virũ Dei adit: cæterùm ad monasterij septa cùm peruenisset, equus subsistens, nullo vnquàm potuit calcario, aut verberum impetu propelli. Intellexit Theodericus vi diuina id fieri, essèque virum illum sanctissimum, & falsa sibi relata fuisse. Misit itaque ex suis senatoribus duos, qui suppliciter virum sanctũ rogarent, ad Regem vt accederet. quod quidem fecit Hi-
Multa veneratione cũ colit Theodericus Rex larus libenter, eumque Rex benignè complexus,secum in Hilariano antro comedit, ab eoque die tanta veneratione hominem est prosecutus, vt multis cœnobium prædijs ditauerit. Vbi Hilarus, cùm Olybrium Rauennatem in cælum præmisisset,vita sanctè acta, multisque miraculis editis clarissimus,annos natus octuaSãctè obit. gintaduos, tertio Idus Maij,manè, in cælum ipse quoquè discessit: ibidem que eius corpus sanctum à monachis suis ad sepulturã datum est: teste,vtì suprà memoratum, Paulo,ex ipsis monachis vno,qui eius vitam,vndè hęc excerpsimus, descripsit.

HISTORIA PONTII MARTYRIS, EX QVODAM MS. CODICE A F. LAVR. SVRIO, MVTATA

phrasi, descripta. Adstipulantur antiquissima Martyrologia.

14. Maij. S. Pontij parentes. BEATVS Pontius patrem habuit vrbis Romanæ Senatorem, Marcum nomine, matrem Iuliam. Ea prægnans cùm templa falsorum deorũ munera oblatura vna cum marito suo obiret, ad templũ Iouis peruenit. Illud ipsa ingrediente, fortè stabat sacerdos velato capite infula ornatus ad aras. Is à dæmone arreptus, velamen capitis & infulam apprehendit, eaque planè discerpsit, eiulatque mirum in modum, templum clamoribus implens, ità dicens: Hæc mulier filium habet in vtero,qui grande hoc fanum funditùs euertet, & deos illius communet. Quas voces cùm identidèm repeteret, Marcus & Iulia in vicinas ædes aufugerunt, correptoque saxo Iulia ventrẽ & latera sua tundebat, Vtinàm, inquiens, non concepissem eum, qui hoc magnum delubrum & eius ruina euertet. Satius profectò fuerit me cum illo pariter interire.

Pòst vbi aduenit pariendi tempus, infantem formosum enixa est, nulla mãcula adspersum, existimantibus alijs abortum edituram matrem propter vim illatam crebris

crebris ictibus corpori eius. Et illa quidem volebat etiam natum puerum perderẽ, sed pater noluit permittere. aiebat enim: Non afferas manum infanti. Si vult Iu-
Mater eum natum vult interficere, sed pater prohibet. piter, vlciscatur hostem suum. atque ità conseruatus est paruulus, quem Pontium appellárunt: nolebant autem illum vnquàm in templa idolorum introducere. Pòstquàm creuit, doctissimis præceptoribus adhibitus, diuersarum artium & philosophiæ studijs imbutus est, tenaci memoriæ omnia commendans. Cùm autem aliquandò manè surgens iret ad præceptorem suum, audiuit Christianos, quibus Pontianus Romanus Pontifex præerat, psallentes & dicentes: Deus autem noster in cælo, omnia quæcunque voluit fecit. Simulacra gentium argentum & aurum &c. Id ille audiens, diuinitùs cõpunctus,suspirans fleuit,sublatisque ad cælum manibus, Deus, inquit, cuius laudes isti concelebrant, fac me quæso ad tuî notitiam peruenire: moxque fores pulsare cœpit. Ait autem sanctus Pontifex, spiritu sancto ei reuelante, quis esset: Ite, & foribus reseratis, finite huc intrare paruulum. talium enim est regnum cælorum. Ingressus est igitur puer posthabitis magistris Matth.19. suis, ad adolescentulo Valerio, condiscipulo suo: scisciatusq; de carmine quod audierat,vbi comperit quid esset,à Pontiano Pontifice cum Valerio de fide instruA Pontiano Põtifice de fide instituitur. ctus fuisset, lætè illi absscedunt, & quotidiè ad hominem Dei reuertuntur, verba salutis conditurì.

Rogabat autem reuertẽtem illum parens Marcus,quidnam è suis præceptoribus didicisset: respondebat puer: Nunquàm tam benè institutus fui à magistris meis, quàm hoc biduo. Tandèm eò progressus est,vt parenti suo demonstraret,dæmonem eum traduxit, idque adeò, vt ipse vnà cum illis confringeret omnia si-
Pater eius cõuertitur. mulacra sua, vt cum filio totaque domo baptizaretur. Eo posteà defuncto, filius Pontius à militibus in palatium perductus est, & licèt inuitus atque calcitrans, in locum sui locum substitutus est. Tanta autẽ ei diuinitùs gratia collata est, vt omnis in palatio peculiariter charus haberetur. Per id tempus felici obitu Pontianus Sic sentit & Onuphrius, tamen sl alter habet Platina de Antero. Pontifex decessit è vita, eique Anterus successit, qui vno tantùm mense Ecclesiæ Dei præfuit. Ei subrogatus Fabianus, beatum Pontium haud secùs atquè suum filium dilexit. Ille verò iam perfectus, omnes facultates suas per manus S.Fabiani in pauperes erogauit.

Erat autẽ etiam familiariter notus & amicus duobus Philippis Imperatoribus. Iyero anno conditæ Vrbis millesimo dixerunt ei: Eamus, & propitios nobis effi-
Duo Philippi Imperat. credunt in Chtistum. ciamus deos magnos, qui nos in hunc Romanæ vrbis annum millesimum perducerunt. Pontius autem multis modis subterfugere nitebatur, sed illi vt amicum cogebant cum facere sacrificium. Tum ille cernens sibi oblatam à Domino occasionem,O pissimi,inquit,Imperatores,cùm à Deo collatum sit vobis augustum in hominesimperium,cur non eum potiùs adoratis,à quo tanto aucti estis beneficio? Philippus Imperator respondit: Ego verò ea causa magno deo Ioui sacrificare cupio, quòd ab illo hæc mihi collata sit potestas. At Pontius subridens, Nè erres, imperator. Est Deus prepotens in cælis,qui omnia condidit verbo suo,& spiritu sui gratia animauit. Quid plura? Imperatores his & alijs eius sermonibus per-
S. Pontius in eculeo suspenditur. motiqui fani Iouis idola confregerũt, & ipsum templum funditùs subruerunt: multique de populo conuersi ad Dominum, vndis salutaribus expiati sunt.

Posteà autem Valeriano & Gallieno imperantibus, & Christianos persequentibus,beatus Pontius ab Italia egressus,ad Cimelam vrbem se contulit. At Claudius præses pro tribunali sedens, iussit eum coram se adduci, dixitque ei: Túne es ille Pontius,qui Romanam vrbem nescio qua excitata seditione turbâsti, atque etiam plorum principum animos abalienâsti? Respondit S.Pontius: Ego verò neque meritati quenquam, neque subuerti, sed à malorum dæmonum cultu & errore ad Deum verum conuerti. Cumque non posset ad sacrificandum induci,Præses iussit omnium tormentorum instrumenta produci, primoque eum in eculeo distendi, per omnia membra pœnæ diffunderentur,Videbimus,inquiens,num Deus eius de eum ereptums ex manibus meis. At beatus Pontius ait: Tametsì tu putas imbecillium esse Deum meum, mihi tamen planè persuasum habeo, pœnas tuas in eius nomine mihi nullum prorsùs dolorem irrogaturas. Cùm ergò in eculeo tenderent, & ministri cochleam impositis vectibus promouerent, cum magno fragore

Universidad de Deusto
Biblioteca

ruptus est eculeus, adeoque in pluuerem redactus, vt nusquàm appareret: quique præsentes aderant, repentino fulgore exanimes reddebantur.

Tum verò Pontius hilaris & nihil territus, ait ad Præsidem: Vel nunc tandèm
2. Pet. 2. disce incredule, posse Deum nostrum pios de tentatione eripere: vos aũt iniquos & impios in die iudicij æternis ignibus cruciandos destinare. Iussit autem Præses apparari amphitheatrum, & beatũ Pontium in arena deponi. Vbi tum ex consilio
Vrsi in eum immissi, nihil ei nocẽt. Anabij assessoris eius duo venatores cum taureis vrsos in eum incitârunt: sed illi è caueis egressi, ipsos venatores miserè discerpserunt, ità vt humana forma penitùs destituti viderentur. Porrò ad S. Pontium venientes vrsi, non fuêre ausi propiùs accedere, sed blandientes & applaudentes ei, nullam prorsùs molestiam aut læsionem attulerunt. Id conspicatus populus, sublatis in cælum clamoribus dicebat: Vnus est Deus Christianorum, quem Põtius colit. Ijs vocibus efferatus Præses, præcepit Christi martyrem, in eius manus & pedes iniectis catenis, in media arena statui, magnamque lignorum struem & omne genus fomitis circum illum comportari & incendi. Factum est ità, & eccè flamma lambens materiam omnem atque
Nihil lædi-tur à flãmis. fomitem, nihil eius relinquit non combustum & absumptum, at sancti martyris fimbriam quidem vestimenti lædit. Pudefactus ea re Præses, hortatur martyrem, vt Apollini sacrificet. Ille verò respondit: Ego corpus meum sacrificio Deo meo, qui me ab idolis vestris hactenùs incontaminatum conseruauit. Vobis autem & principibus vestris breuì aderit vltio cælestis, qui iniustè seruos Christi persequimini.
Capite plectitur. Cernens Præses eius constantiam, iussit eum in saxo, quod riuulo imminebat, decollari, corpusque eius deorsùm proijci. Non multò pòst completus est martyris sermo propheticus. Valerianus enim Imperator à Sapore Persarũ rege captus, ludibrio est habitus cunctis diebus vitæ suæ, ità vt quotiescunquè rex Sapor equum conscendere vellet, in eius curuatum dorsùm & ceruicem posito pede, pro scabello eo vteretur: Gallienus verò apud Mediolanum à militibus suis comprehensus & gladijs confossus est. Porrò Claudius Præses & Anabius assessor eius eadem hora, qua capite cæsus est S. Pontius, arrepti à dæmonibus præfocati sunt. Claudius linguam suam morsibus particulatim discerpsit: Anabij oculi è suis sedibus præ nimio dolore extrusi, pellibus tenuissimis per ora pendebant: deniquè momento temporis ambo animas expirârunt.

VITA S. VBALDI, EPISCOPI EVGVBINI ET CONFESSORIS, EX DVOBVS EXEMPLARIBVS MS. ALTERO impresso, quòd in vtroque nonnulla deessent, quæ in altero habebantur, mutatis fidelitèr per F. Laur. Surium descripta. Videntur autem hæc desumpta è Stephano Cremonensi, qui huius sancti viri vitam conscripsit, quam necdùm potuimus obtinere.

Maij 16. Cap. 1. BEATVS Vbaldus Eugubij natus, nobilis quidem fuit genere, sed nobilior vitæ & morũ integritate. Cùm etiamnũ infantulus esset & in cunis vagiret, patre orbatus est: ac deindè à patruo suo Vbaldo, cuius nomen accepérat, viro religioso, disciplina ordinis ecclesiastici imbuendus traditus est Priori ecclesiæ sanctorũ Mariani & Iacobi martyrum, quam alius maiorem vocat: vbi sacrarum studijs applicatus, diuinas scripturas didicit, proficiente indè maiori ætate & maturiori iudicio, vt pulcher eius loci fratres parùm conuenienter viuere regulæ & instituto suo, ad ecclesiã S. Secundi se contulit, atque illic aliquandiù honestissimè versatus est. Videns autem beatæ memoriæ Iohannes* Grammaticus, Eugubinæ ciuitatis * Episcopus adolescẽtis religiosam & benemeratam conuersationem, ad suam ecclesiam cum conatus est reuocare, paternaque benevolentia eius vitæ grauitati congratulans, crebrò illum apud se detinuit.

S. Vbaldus puer discit literas.

Videtur hic locus mendosus.

Cap. 2. Porrò quidam ex cognatis adolescentis, carnali permotus affectu, aliquandò secretò cum illo colloquens, cœpit eum ad contrahendum matrimonium inuitare, Proh dolor, inquiens, parentum tuorum facultates cõsanguinei tui sibi vsurpant, tu verò

tu verò nihil indè capis emolumenti. Igitur animum adijcias ad ducendam vxorem, quæ nobilitati tuæ impar non sit, atque ità poteris recuperare hæreditatem tuam. At vir Dei Vbaldus huic consultori respondit: Absit, vt ego semèl Deo dicatæ virginitatis meæ iacturam faciam, & carnis integritatem atque munditiam libidine victus prostituam. Quòd verò ad bona hæreditaria attinet, portio mea Dominus est in terra viuentium, & pars hæreditatis meæ est Deus meus. Postquàm autem excessit adolescentiæ annos, & morum grauitas mirè cum omnibus commendauit, in ea, quam diximus, ecclesia beatorum martyrum Mariani & Iacobi Prior creatus est, omnibus sua vota in eum studiosè conferentibus. Etsi autem ea sanctio per se honorifica satis & honorata esset, attamen loci eius clerici moribus erant deprauatis. Nulla enim apud eos vigebat ordinis & instituti Canonici observantia, sed religio omnis prorsùs in obliuionem abijsse cernebatur.

Non vult ducere vxorem post dicatam Deo virginitatẽ.

Cap. 3. Dissoluta vita quorundam è Clero.

Anna mercede conductus erat, qui horis diuino officio persoluẽdo deputatis campanas pulsaret. Clerici verò in suis manebãt ædibus proprijs, comessationibus & conuiuio dediti, ità vt tota ecclesiastici cultûs obseruantia in solo ferè campanario pene iacta relicta videretur. In claustrum patebat aditus omnibus tum viris, tum mulieribus, neque porta eius vnquàm claudebatur. Habebant singuli suas concubinas, templa ordinis ecclesiastici disciplina, turpissimæ libidini vacabant. Quid igitur, faceret vir pius? cuius ille vel consilium vel auxilium imploraret? Vidit ecclesiæ suæ cymbam adeò dissipatam & confractam, sęuissimisque procellis undiquè quassatam vndiquè. Discruciabatur Deo deuotus animus, illis tempestatibus videns implicatum, vt qui inter homines peruersos degens, frater esset draconum, & socius struthionum. Sed omnipotens Deus, qui euangelizantibus verbum suum dat virtutem multam, Vbaldo suo euidenter impertijt opem suam. Primò enim ex omnibus clericis illis, diuino fretus adiutorio, tres sibi adiunxit, quos postea viuerent, eique arctiùs adhærerent. Cum illis quoàd potuit ità se gessit, vt iuuiter & benignè adhortando eò perduxit, vt ad præscriptionem Canonis cum debeat Regula, in claustro, in mensa, in dormitorio.

Pfal. 67.

Cap. 4. Viuit in monasterio S. Mariæ S. Vbaldus.

Postea verò profectus est ad cœnobium beatæ Mariæ Portuensis, vbi obseruabat honestè satis Apostolicæ institutionis Canon vel Regula, & totius sanctitatis splendor in omnibus refulgebat. Atque illic tribus mensibus versatus est, fratrum morum disciplinæ se subijciens & accommodans, vt veritatis discipulus effectus, atque errore posteà doceret alios, quod ipse priùs visu & auditu didicisset. Indè autem discedens, canonici instituti Regulam secum attulit, eamq; fratribus omnibus proponens, Deo benè fauente id consecutus est, vt cùm eam iussissẽt ab omnibus obseruari, ab eo tempore cuncti sic se gererent, vt illa mandabat, eique se religiosè conformarent. Accidit tum res luctuosa sanè, Eugubina ciuitate maxima suî parte conflagrante, & tremendo Dei iudicio, etiam ipso beati viri cœnobio fundituspereunte. Cuius rei dolore non mediocriter pressus, ad Priorem eremi fontis Auellanæ Petrum Ciriminensem abijt, cuius tum mira vitæ sanctitas & virtutum fama passim celebris habebatur. Indicauit autem ei, quòd & Prioratu se abdicare, locum mutare constituisset. Sed ille blanditer eum obiurgans, & prudenter admodum exhortans, docuit pios tanquàm aurum in fornace probari tentationibus, & coronarum iri, nisi qui legitimè certauerit, prorsusq; graui culpa ipsum se obstrictum, si curæ suæ commissos fratres illo tam trisli rerum statu derelinqueret. Credidit ergò homo Dei Vbaldus tanti viri sermonibus, ocyusque non sine multa animi alacritate rediens, & combustam ecclesiam diuinitùs adiutus cœpit instaurare, & rerum amissarum damna vicinis incitantibus egregiè reparare: idq; adeò, vt intra breue tempus illam ecclesiam non solùm restituerit, sed etiam prædijs & possessionibus, cæterisque vitæ humanæ necessarijs rebus auxerit, vt incendium illud non aliquod attulisse detrimentum, sed magnum potiùs emolumentum & religionis incrementum comparâsse videretur.

Reformat sui collegij fratres.

Sap. 3. 2. Tim. 2.

Cap. 5. Obseruandum est autem, virũ Dei cùm à cœnobio Portuensi cum Regula, vt diximus, reuerteretur, in illo itinere licèt fatigatum nũquàm fregisse ieiunium. Consurgit verò, vt tum in nemore quodam cum socio nonnihil somni captandi causa quieti se traderet, atq; deindè expergefactus, rursùs itineri se daret, codice Regulæ illic obliuione derelicto. Erat tum pluuia vehemens, & valdè formidare cœpit, nè aut illa codicem corrumperet, aut aliquis viator eum asportaret. Redijt verò ad

Nõ sine miraculo eius codex conseruatur.

locum,vbi codicem reliquerat,& eum licèt iuxta viam positum nec ablatum repe-rit,nec vllis pluuiæ aquis madefactum.Per id tempus excessit è vita beatæ memorię

Recusat duos Episcopatus.

Perusinus Episcopus,& in eius locum electus est Vbaldus. At ille fugam capessens, tantisper in eremo delituit,donèc alius subrogaretur. Fuit verò etiam alterius ciuitatis electus antistes,sed Romam profectus pedes ad Honoriũ Pontificem, quatuor sibi adiunctis Clericis,multa instantia & per se,& per quosdã Cardinales amicos suos egit apud illum, vt ab eo munere absolueretur.Annuit precibus eius sanctæ memoriæ Pontifex,nolens contristare habitantem in eo spiritum Dei.

Cap.6.

Itaque diuina moderatione reseruatus ciuibus suis, gaudens redijt Eugubium. Cuius vrbis Episcopus Stephanus pòst decessit,& Eugubini Vbaldum voluêre habere successorem. Sed cùm inter se non conuenirent eius loci clerici de præsule eligendo, Vbaldus Dei seruus cum quibusdam abijt Romam, vt è Romana Ecclesia quempiam eligerent,quem Romanus Pontifex ipsis antistitem consecraret.Ibi

Psal.113.

tum is,qui lapidem,quem reprobauerunt ædificantes,fecit caput anguli:famulum suum Vbaldum à suis quidem reiectum,à se verò,qui eius sciret merita,electũ, pa-

Præficitur Eugubinis Episcopus.

storem constituit populi sui.Cùm enim beatus Vbaldus & socij eius illos peterent à Pontifice, quos ille nulla ratione dare vellet, ipse Pontifex diuinitùs instigatus Vbaldum eis nominauit Episcopum,iussitque vt illum ipsi quoquè eligerẽt. Tam ergò ille honorificè electus, & honorificentiùs ab eodem Pontifice consecratus, Eugubium redijt,& in Episcopi cathedra resedit.

Cap.7.

Non mutauit autem in illo honor optimos superioris vitæ mores,sed cum augmento dignitatis creuit etiam virtus mansuetudinis & probitas omnis. Nam su-

Virtutes eius.

prà quàm ferat humanæ vitæ consuetudo, & mitis erat & humilis, tum quoquè simplex,comis,humanus & affabilis. Porrò tanta ei inerat carnis mortificatio, tolerantia laboris,mundique contemptus,vt fidem excedere videatur. Summa eius erat patientia,& quæ hominum mensuram superaret. Parcus erat sermone,sed ipse sale sapientiæ semper conditus fuit. Victus modicus,& omnis inanis gloriæ

Cibus.

expers.Cùm enim de omni genere ciborum quanuis parcissimè ederet,vt cenodoxiam abstinentibus insidiantem euitaret, pane sicco & arido magis vtebatur,vt & corpusculum reficeret,& tamen escarum illecebris & delicijs non caperetur. Ve-

Vestes.

stitus ei erat tenuis & mediocris,& qui non tam arceret frigus quàm adduceret:eaque moderatione & mediocritate,vt nec magni esset precij,nec multa vilitate contemptus. Lectulum eius ornabat pauca palea,saccus paruus, & sic satis vile & exi-

Lectus.

guum operimentum. Si frigoris asperitate vrgeretur, & caligas & femoralia sibi imponebat. Tam illi erant preces assiduæ,vt omni tempore & quolibet loco sibi

Preces.

oratorium constitueret. Vixit vsque ad Alexandri IIII.tempora in Episcopatu, tanta vitæ sanctitate & patientia præditus,vt etiam ab ipsis familiaribus suis sibi-

Patientia insignis.

rogatas iniurias placidissimè toleraret. Exclusus aliquandò fuit à ianitore suo, & etiam ostio in fronte percussus,sed eam iniuriam voluntaria obliuione contriuit, nihil de vindicta cogitans.

Cap.8.

Ciues quandoquè instabant, vt quosdam præter ius anathemate percuteret: cumque id ille facere nollet, clerici omnes vetiti sunt ei inseruire, adeò vt ad offerendum sacrificium ne vnum quidem posset interdùm ministrũ obtinere: quod tamen tulit æquo animo. Reparabatur aliquandò murus vrbis Eugubinæ iuxta vineam beati viri,sed quippiam illic moliebantur cæmentarij, quod vineæ Episcopi detrimentosum fore videbatur. Prohibuit igitur modestè, nè pergerent in illo iurioso opere exædificando.Ille autem,qui præerat structuræ,prohibitionem eius

Non finit alios vlcisci iniuriã ipsi illatam.

paruipendens, & scelerate eum impellens,in calcem liquidã deiecit. Qua illa ce totus tinctus surrexit, humiliterque tacens, sedatissimo animo domum reuersus est, perindè ac si nihil perpessus esset. Eam iniuriam quidam eius affines & ues vlcisci voluerunt, hominisque illius,ædes demoliri, bona eius omnia diripere,& illum extra vrbem procùl expellere: sed vir sanctus populum tumultuantem placidè compescuit, & tanquàm acriùs se de viro vindicaturus, suo eum iudicio seruauit. Itaque adducitur coram episcopo, rogatur ab eo num velit iuxta parere suis.Ille se facturum omnia pollicetur,etiamsi mortis sententiam in ipsum Episcopus pronunciaturus sit. Episcopus contrà asserit sibi verisimile non videri, pacatè illum excepturum sententiam, quam ipse præduram in eum laturus esset. Perstat ille,& cum multa animi deuotione promittit se nihil eorum recusaturum, quæ

quæ Episcopus in eum statuere decreuisset. Admirantur omnes, suspensis animis expectant quid facer antistes in eum promulgaturus sit. Eccè autem alacer ille surgit è sede sua,propiusque ad hominem accedens, Præbe mihi, inquit,osculum fili. Deus autem & hoc & cætera peccata tibi condonet.

Raræ virtutis exemplũ

Orta est quandoquè vehemẽs seditio in platea ciuitatis, & iam ad arma ventum fuit,ciuibusque inter se acriter confligentibus,non pauci hincindè acceptis vulneribus extincti sunt. Eius rei fama vbi ad beatum Vbaldum aduolauit, non mediocri illi dolore affectus,ad locum pugnę anxius accessit: cumq; nulla ratione compositos ciuium animos sedare posset, in confertam dimicantium turbam cursu rapidissimo se intulit,atque inter gladiorum ictus & lapidum imbres incedens,de industria humi se abiecit,tanquàm qui lethalem accepisset plagam. Id cernens furibunda plebs,cum peremptum existimauit.Itaque repentè proijciunt arma,vellunt

Cap.9.

Suo periculo sedat plebem tumultuantem.

spolijos,& ad tanti patris, vt ipsi quidem putabant, funus non solùm viri sed etiam sanctæ accurrunt: complent ciulatu aërem, & singuli eius cædem sibi imputare parricidij reos clamant. Vt autem sensit vir Domini hac arte tumultum illum sopitum,leniter sese subrigens, nutu manûs significauit nullum sibi inflictum esse plebis in mortis præsens discrimen conijcit,& populus maneret incolumis,& episcopus non perirer.

Cap.10.

Habebat crebrò ad locum, qui Fontis Auellanæ dicitur, beatus antistes quietis causa secedere,& pro more quotidiè Missam celebrare. Eius loci ædituus vel cum impij ad hanc rem diligentem ei operam nauabat,atque ea causa non mediocriter ab eo diligebatur. Accidit autem, vt aliquandò eò veniente beato viro, ædituus ille grauissimè decumberet,nec multùm ab ipso mortis aditu abesset. Id audiens vir sanctus, ad eum se contulit, eique priùs salutato dixit : Licèt,frater charissime, admodum afflicta sis valetudine, at tamen, nisi molestum est, iubeas mihi porrigi librum, vestes & cætera Missæ celebrandæ necessaria. Ea postquàm accepit,sub ipsa Missa rogauit Dominum pro monacho illo ægroto, isque adeò

Sanat precibus hominẽ moribundũ

tenuè conualuit, vt priùs è lectulo surgeret, quàm Episcopus ad eum reuerteretur.

Cap.11.

Equitante quandoquè sancto præsule cum socijs quibusdam ad plebem sancti Cæcentini, cæcus quidam ei venit obuiàm : qui vt ex præcedentium sermone comperit virum Dei adesse,cum multa obtestatione magnisque clamoribus rogauit eum,vt sibi copiam faceret manûs suæ deosculandæ. Eam simulatquè cæcus

Cæcus lumẽ recipit.

deosculo attigit, lumen quo quadriennio caruerat, lætissimus recepit. Id sentiens vir Dei, terribiliter ei interdixit, nè quoàd ipse superuiueret, vlli mortalium id indicaret. Sed non potuit manere occultum, quod Deus ad serui sui honorem voluit alijs innotescere. Fuerat is cæcus, aut certè alter quidam per visum admonitus, vt pro recuperando lumine beatum Episcopum adiret. Alius cæcus venit

Item alius.

quandoquè ad eum, eius opem implorans: sed vir sanctus cognoscens eius animæ saluti non expedire vt videat, optimis exhortationibus ad tantam patientiam adduxit,vt audiens pro luce corporea æternam sibi in cælis promitti, nullo visum sibi restitui voluerit. Alius quoquè eodem affectus incommodo decem annis nihil vidisset, inuocato sancti viri nomine,curatus est : remittens illi exponens, audiuit ab eo,vt non ipsius meritis, sed diuinæ bonitati

Cap.12.

adscriberet.

Quinidam presbyteri digitus alterius manûs intumuerat, vndè tantus eum dolor & cruciatus inuasit, vt quiete potiri non posset. Ei in visione sanctus præsul Vbaldus apparuit,signumque crucis exprimens super digitum,eum sanauit. Retulit is postea ad sanctum Episcopum, quid sibi contigisset, eique pro collato benefi-

Signo Crucis curat digitum presbyteri.

cio gratias egit. Ille verò acriter eum obiurgauit, & non sine quadam commotione animi veruit, nè talia posthac dicere ausus esset.

Cap.13.

Contiguerãt inter se vndecim potentes ciuitates aduersùs Eugubinos,eorumque vrbem admotis castris obsidebant.Tantus autem exercitûs eorum fertur fuisse numerus, vt vix vnus ex Eugubinis posset illorum quadraginta opponi. Cernens id sanctus Vbaldus,instituit processiones,& triduo vrbẽ cum populo circumiuit, atentissimè Dominum pro grege suo deprecans. Vbi dies pugnæ aduenit, hortabatur populum vt benè sperarent victoriam ipsis à cælo adfuturam. Eugubini

antistitis

antistitis sui benedictione muniti, procedunt extra vrbem: Episcopus verò in mu-
Exod. 17. rum vel locum editiorem assendit, & crucis signum contra hostes edidit. Itaque
Itém Crucis signo, pfligat hostes vrbem obsidentes. qui Moyse orante Amelechitas aduersùs populum Israëliticum pugnantem pro-
strauit & in fugam compulit, ille beato Vbaldo itidèm deprecante, Eugubinorum
inimicos adeò perterruit, vt primo congressu mox omnes terga verterent, proie-
ctisque armis aufugerent, & ne tum quidem formidare & tremere desinerent, cùm
ad suas essent reuersi ædes, vbi intra cubicula sese occultabant. Ex eorum spoliis
Eugubini locupletati sunt.

Cap. 14. Fredericus Imperator è Germania cum exercitu Romã profecturus, Eugubium
peruenit. Nitebantur autem Eugubinorum hostes eum concitare in illos: & ille
quidem acceptis ab vrbe obsidibus, magnam pecuniæ summam exegit. At verò
Fredericus Imper. eum honorificè excipit. sanctus Episcopus exijt ab vrbe, Fredericum pro suis deprecaturus, à quo sanè, cùm
eum intellexisset virum esse sanctitate conspicuum, honorificè & acceptus & ha-
bitus est, facileque quod voluit impetrauit. Obtulit etiam ei Imperator scutellam
argenteam, atque ad eius genua se submittens, illius precibus humiliter sese com-
mendauit, obsidesque liberos in oppidum remisit.

Cap. 15. Multas vir sanctissimus in hac vita afflictiones perpessus est & morbos graues. Bis
2. Cor. 12. crus fregit, & semèl brachium. In eiusmodi perpessionibus ille gloriabatur cum A-
postolo, & tunc animo fortiorem se sentiebat, cùm acrioribus corporis doloribus
premeretur. Ex carne illius, præcipuè verò ex pessimo lateris vlcere sanies intole-
rabilis effluebat, nec tamen id impedimento sibi esse voluit, quo minùs exerceret
Episcopi munus. Ante obitum suũ biennio ferè grauissimè laborauit aduersa cor-
poris valetudine, vt si quid fortassis terreni pulueris ei inhæreret, id clementissimi
patris Dei castigatione aboleretur. Morte autem propiùs accedente, corpus planè
viribus destituebatur: itaque factum est, vt decimo ante decessum suum die ab ec-
clesia S. Laurẽtij in suas ædes reportaretur. Sed iam antè die sancto Paschæ, duriſſi-
ma licèt pressus ęgritudine, ità vt vix è lecto subrigere se posset, orante populo pre-
cibus à Domino obtinuit, vt per seipsum nullius adiutus opera surgeret, Missam
celebraret, & ad populum sermonem haberet. Indè cùm esset eis benè precatus, ad
lectulum redijt. Pridiè Pentecostes ciues cum fœminis ad eum veniunt, cereos in-
cendunt, eius exitum pijs animis præstolantur. Toto illo sabbato & sequenti Do-
minico sacræ Pentecostes die cum primis reuerenter illum adire, colere, custodire
studuerunt. Beatũ se credidit, quisquis eius vel manus vel pedes exosculari potuit.

Ecclesiasticis munitus sacramẽtis decedit è vita. Precibus eius omnes sese commendârunt, & si quis meminisset se cum offendisse,
obnixè rogabat errati veniam sibi ab illo dari. Ingraueſcente interìm morbo, vir
sanctus proxima indè nocte, ecclesiasticis perceptis sacramentis, orans & psallens
spiritum Domino reddidit 17. Calendas Iunij: apportatusque in ædem beatorum
martyrum Mariani & Iacobi, honorificè colitur & celebratur. Dilata autem est
sepultura eius vsque in feriam quintam Pentecostes, tum propter ægrorum, qui
frequentes eò aduentabant, curationem, tum propter multorum deuotionem:
nec tamen corpus eius vlla ex parte corruptum fuit, sed suauissimo fragrans odo-
re, ab aliquot Episcopis honorificè mandatum est sepulturæ in canonica sua iuxta
muros ciuitatis, vbi vsque in præsens quiescit prorsùs incorruptum, & infinitis cla-
rens miraculis.

Cap. 16. Miserunt interìm boni ciues Eugubini legatos ad eos, qui hostili in ipsos eran
animo, orant ad tanti patris funus securi accedant. Remittunt sibi mutuas offen-
siones. Quanta autem gloria in cælos admissa esset beati antistitis anima, per mi-
Miracula ad corpus eius. cula, quæ ad exanime corpus fiebant, declaratum est. Cœpit enim diuinis corpus
re miraculis, qui pannis iacebat inuolutus. Mulier quædam, Maria nomine, sibi
contracta fuerat. Ea accessit ad locum, vbi eius corpus iacebat, petijtque sibi exhi-
beri misericordiam. Aberat tunc quippiam è vestibus pontificalibus ad manum
sancti viri. Id vbì allatum fuit ab eius cubiculario, & manui appositum, infirmi ex-
rari, dæmones ex obsessis fugere cœperunt. Ea enim, quam diximus, fœmina post-
quàm sancti corpus attigit, sanata est, magna iam velocitate discurrens, cùm paulò
antè vix testudineo potuerit gradu incedere. Qua causa laudatus est ab omnibus
Deus, pulsatæ sunt campanæ, beatus Vbaldus sanctus prædicatus est, miraculis eius
sanctitatem declarantibus.

Cap. 17. Hoc quidem ab eius obitu primum fuit signum vel miraculum, quod multa alia
sunt

sunt cõsecuta. Quatriduo enim illo, quo mansit inhumatus, cæcis visum, audi-
tum surdis, claudis ambulandi, mutis loquendi facultatem restituit, profligauit
dæmones, multosque varijs affectos morbis curauit. Prædixerat ille adhuc viuus, Prophetia eius.
quem esset habiturus successorem. Eodem autem momento, quo fuit in monu-
mento conditus, in templum ille ingressus est, in eumque vota omnium sic colla-
ta sunt, vt nullus prorsùs ab eius electione dissentiret. Patuit indè non defuisse illi
eiusmodi prophetiæ spiritum. Inolcuit tum apud Eugubinos ciues consuetudo, vt to- Magno stu-
to ferè anno cum candelis accẽsis ad S. Vbaldum venirent tum viri, tum mulieres, dio colitur ab Eugubi-
idq; cum processione quadam. Si qui aũt venire non possent, illi cò adducebantur. nis.
Personabant in vrbe cantantium voces, nox à luminum splendore in diem versa
videbatur, pulsis totius noctis tenebris. Quod de Hierusalem Tobias prædixit, per Tob. 13.
vicos eius cantatum iri Alleluia, id Eugubij iam impletum cernebatur, quandò
per omnes eius vicos & plateas laudes Domino promebantur. Deincèps verò
omnium ore canitur Vbaldus, sermone omnium Vbaldus sanctus prædicatur, no-
men eius apud omnes celebratur. Eo defuncto, pacis abundantia & iustitia paupe-
ribus obuenda orta est. iustitia enim eius manet in seculum seculi. Eodem enim
tempore inter Eugubinos & Comitatum pax reformata est, & diuturnum bellum Eugubino-
ciuile consopitum est. Tanta verò in pauperes benignitas & humanitas decla- rũ insignis liberalitas
rauit, vt contra morem non iam pauperes necesse haberent stipem ab aliquo in pauperes
mendicare, sed ipsi potiùs rogarentur, vti oblatam accipere nè recusarent. Iucun-
dum spectaculum erat, videre in ecclesia ducentos, trecentos, nonnunquàm
quingentos inopes alimenta accipere, & omnibus omnia, quibus egerent, affa-
bre suppeditari. Afferebantur copiosè omnis generis escæ & reliqua tum sanis
tum ægris necessaria ex pagis & castellis. Floruit sanctus Vbaldus anno salutis mil-
lesimo ducentesimo decimo.

S. POTENTIANÆ VIRGINIS HISTORIOLA, EX MARTYROLOGIO, QVOD BEDAE *adscribitur*.

ROMAE natale sanctæ Pudentianæ vel Potentianæ vir- 19. Maij.
ginis: quæ illustrissimi generis, Pudentis, discipuli beati
Pauli Apostoli, filia erat. Cuius mater Sabinella, soror S. Potentia-
verò Praxedis, quas pater earum in omni religione Chri- næ parẽtes.
sti eruditas, virginesque Christo dereliquit: Quæ post
obitum sancti patris in omni exercitatione pietatis ità
excreuerunt, vt nocte dieque incessanter hymnis & ora- Sanctissima vita.
tionibus cum familia sua Domino inseruirẽt, beato Pio
Vrbis Episcopo cum eis in laudibus Dei participante.
Remunerationẽ igitur pro pijssimis laboribus suis per-
ceptura, post innumerosagones, post multorum marty-
rum venerabiliter exhibitas sepulturas, post omnes facultates in visceribus pau-
perum inclusas, Christoque fideliter commendatas, tandèm de terris ad Christum
aggrauerunt, Potentiana venerabilis quartodecima Calendas Iunij, posita in cœ- Obitus.
terio Prisciliæ, via Salaria: Praxedis verò virgo æquè sanctissima duode-
cima Calendas Augusti, & ipsa cum sorore iuxta patrem sanctum
sepulta. Eodem die beati Pudentis, patris supradictę virginis, Ex Vsuardo
qui ab Apostolis Christo inuestitus baptismo, inno-
centem tunicam vsque ad coronam vitæ
immaculatè custodiuit.

VITA

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA S. BERNARDINI SENENSIS, PROFESSIONE FRANCISCANI, AB EIVS QVODAM CONTEMPORANEO FIDELITER CONSCRIPTA: SED STYLUM F. Laur. Surius MUTAVIT.

Maij 20. Cap. 1.

IN Senensi vrbe, quæ Virginis ciuitas dicta est, vt ait author, ex nobili familia Albizeschorũ ortus Tollus est, vir humanus, simplex, prudens & bonæ existimationis. Is in iuuentute ad Massanam vrbem se contulit, quæ in Senensium ditione sita est. Cernens autem eius loci ciues erga familiam suam & maiores suos amico esse animo, (Patruus enim eius Tollus ter eius ciuitatis præsfuerat cum bona ciuium gratia) ibi sedem fixit, charus omnibus, & curabat argentum erui ex Massanis fodinis, vti plerique alij egregij mercatores. Erat tum illic moles generosus, iam grandæuus, Bindus nomine. Is vt vidit Tolli mores ingenuos vitamque honestam, Neram filiam suam illi despondit, cupiens illum habere hæredem, cùm alios liberos non haberet, præter Dianam filiam Neræ sororem, quæ ante complures annos alteri nupserat. Sicut ergo Domino placuit, ità factum est. Non diù pòst Bindus obijt. Tollus autem & Nera erga Deum & Deiparam Virginem deuoti & religiosi, ac Deum timentes, masculam sibi prolem diuinitùs dari optabant ad honorem Dei, nec frustrati sunt spe & expectatione sua. Ediderunt enim in hanc lucem filium die octauo Septembris (in quem incidit etiam natalis dies beatissimę matris Dei) anno Christi 1380. quo anno sanctissima virgo Catharina Senénsis migrauit ad cælos, dictusque est Bernardinus. Nera mater eius anno ætatis suæ vicesimosecundo obijt, qui erat annus ab orbe redempto 1383. cùm Bernardinus iam trimulus esset. Tollus autem pater eius pijssimus & Diana matertera, quantùm ea potuit ferre ætas, bonis eum instruebant moribus, excitabantque eius animum ad deuotionem concipiendam erga sacratissimam Virginem, Christi Iesu matrem. Interim Tollus moritur anno Saluatoris 1387. Bernardino filio sexenni relicto: cuius curam itemque facultatum eius suscepit Diana matertera, & haud secùs atque filium eum enutriuit annis quinque, magnoque opere & bonis moribus & deuotione erga Christi matrem eum imbuere conata est. Etsi autem instar puerorum in quibusdam etiamnùm pueriliter sese gerere videretur, at tamen cæteros condiscipulos in multis excellebat, in Grammaticis institutionibus & literis perdiscendis longo pòst se interuallo eos relinquens: eratque ea indole & ingenio etiam ad ea conficienda, quæ arte & manu fiunt, vt Massani omnes cum admirarentur, certoque sibi persuaderent illum in virum insignem euasurum.

Parentes S. Bernardini.

Vtroque parente orbatur.

Cap. 2. Mira pueri benevolentia erga egenos.

Singulari autem studio ferebatur ad præstandas eleemosynas, nec vlla re adhuc puer magis delectari videbatur, quàm si posset pauperibus benignè facere. Cùm quandoquè accidit, vt parum in ædibus Dianæ relictum esset panis. Eum autem ipsum pauperi mendicanti Diana dare nolebat. Dixit ergò illi pius puer: Quæso, demus pauperi stipem: alioquì ego hodiè neque prandium, neque cœnam iumpturus sum. mâlo enim pauperem refici hoc pane, quàm me. Lætabatur valdè Diana ea pueri bonitate & optima indole. Cœpit verò etiam ad ieiunia cum prouocare, quantùm quidem illius ætatis fragilitas patiebatur. Etsi autem annis tener esset, at tamen ad honorem beatissimæ matris Dei diebus sabbati ieiunauit, & quandiù laicus fuit, illud ieiunium nunquàm intermisit.

Pietas puerilis.

Cap. 3. Cùm ad tertiumdecimum ætatis peruenisset annum, & in Grammaticis sacris profecisset, à necessarijs amicis Christophoro & Angelo Albizeschis fratribus Senas accitus est, vbi sub cura Christophori & honestissimæ coniugis eius, re & nomine Piæ, vixit: quæ matrona, cùm nullas haberet proles, haud secùs eum arquè filium dilexit, eiusque mores confirmauit: porrò in scholis triuialibus præceptorem habuit Onuphrium, miraque discendi celeritate superauit omnes coætaneos suos, omnibus affabilis & charus, honestus quoquè & pius ac deuotus. Aras sibi in teniori ætate semper extruebat domi, easque vt potuit ornabat. Ductus interdùm à Pia ad sacras conciones, cùm domum reuertisset, conuocabat pueros, eisque tan-

quàm prò concione puerili simplicitate dicebat, quæ ex auditis sermonibus memoria retinere poterat. Faciebat autem hoc ea ratione & ea dexteritate, vt multi iamtum animis præsagirent, eum quãdoquè ecclesiasten fore. Postquàm autem Senas venit Iohannes Spoletanus, totius honestatis speculum, & moralis philosophiæ præceptor egregius, (qui licèt grandæuus, est tamen etiamnùm superstes) ingegerrimus adolescens Bernardinus, virtutis & doctrinæ auidus, ad illum se contulit, nec ab eius, quantùm licuit, latere vnquàm discessit: hęsitque apud illum annis aliquot, & mirabiles habuit in literis progressus, ità vt ab eodẽ Iohanne, quondàm etiam præceptore meo, crebrò audierim, è suis scholis nunquàm quenquam Bernardino doctiorem prodijsse, nec vidisse se vnquàm studiosum vllũ, qui tam omni honestate & integritate præditus, quippè ex cuius ore nunquàm sermo turpis processerit, & qui neque verbo, neque nutu, neque signo, aut vlla significatione quicquam præ se ferret aliud, quàm purissimam honestatem.

Iohannes Spoletanus.

Pudicitia Bernardini.

Cap. 4. Iactantur verò etiam eius coæui literarum studiosi, ea morum probitate & honestate cum fuisset, vt si quid audiuisset turpiter dici, adeò commotus fuerit, vt rubore haud aliter in vultu perfunderetur, quàm si quis colaphum ei infregisset. Indè factum est, vt si fortè pueri & adolescentes inter se de rebus parùm honestis verba miscerent, viso Bernardino, mox dicerent: Facessant hi sermones. eccè enim Bernardinus adest: vsqueadeò ab omnibus ille quoddam honestatis & integritatis exemplar habebatur. Ciuis quidam non infimæ conditionis, turpe verbum quandoquè ad illum protulit. Sentiens autem pudicissimus adolescens quorsùm illa tenderet, sub mento grauiter illum percussit, cùm alioquì statuisset in facie illum cædere. Tanto autem impetu eum percussit, vt procùl etiam sonus audiretur. Cuius itaque ille coram adstantibus tum propinquis, tum alijs indigenis pudefactus, repentè ab eius conspectu se subduxit. Posteà verò cùm iam multi essent cuiusdam anni, eodem loco Bernardino ad populum concionem habente, vidi ego hominem ipsum ciuem adeò corde compungi, & vbertim lachrymas fundere, perindè ac si duris esset flagellis cæsus.

Cap. 5. Impurum quendam ciuem pugnis & lapidibus lautè accipit.

Memorabile sanè est ifthuc.

Alius quidam improbus ciuis per idem tempus erga Bernardinum adolescentem verbis & nutibus inhonestis suũ indicauit impurum & nefarium animi desiderium, idque non semèl, sed crebrò sanè. Itaque Bernardinus rogat quosdam suæ ætatis honestos adolescentes, vt ipsi essent adminiculo, quò ab illius sceleſti hominis vexatione se excuteret. Communicato autem inter ipsos consilio, monet eos, vt lapides sibi colligant. Deindè inquirunt hominem illum: quem cùm inuenissent loco parùm opportuno, Bernardinus iussit eos dare operã, vt posset aliò perduci. Vt autẽ miser ille vidit Bernardinum, nefanda cupiditate commotus, multos ei aureos ostendit, vt alliceret pudicissimum adolescentem. Tum ille annuit, vt platea excederet. Quod cùm ille fecisset, ilicò exclamat Bernardinus: Inique, fuge hinc flammis exurende: Ad eum, ad eum, ad eum: simulq; illum percutere cœperunt. Quos ei cernens, in pedes se conijcit, illis eum insequentibus, donèc ab eorũ oculis euanescere cernens, ità demùm eius praua volũtas compressa est, & Bernardinus ea molestia absolutus. His autem rebus effectum est, vt tantùm apud omnes virtutis, pudicitiæ & integritatis eius fama crebresceret, vt non solùm nihil ipso audiente quisquam ex domesticis eius auderet impudicè eloqui, sed etiã omnes cum venerarentur, nemo turpe aliquid circa illum attentare vellet. Etsi autem semper iucundum, affabilem, commodum, officiosum omnibus sese exhiberet, non tamen nisi bonis, maximè autem spiritalibus & religiosis viris familiaris esse voluit, idque tam in scholis, quàm alibi. Postquàm autem adoleuit, relictis scholis triuialibus & studijs philosophicis, in quibus præ cæteris excellebat, ad sacros Canones discẽdos se contulit, in eoque studio triennio accuratè versatus est. Plurimùm verò delectabatur sacris literis: quas vbi degustare cœpit, alia ferè studia sua omnia pro nihilo putauit, nec quicquam ei iam sapiebat extra scripturas diuinas.

Cap. 6. Vbi decimum & septimum ætatis annũ attigit, Tobiam consobrinam suam crebro visitabat. Erat illa filia Dianæ, quam suprà diximus Neræ matris Bernardini sororem fuisse: excedebat autẽ Tobia Bernardinum annis amplius triginta, eratque vidua tertij ordinis beatissimi patris Francisci, cuius maritus fuerat vir nobilis, Guido de Ptolomæis. Porrò ob morum integritatem studiumque deuotionis &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tobiæ virtutes.

pietatis Tobia hæc omnibus venerationi erat. Perpetuis enim ieiunijs, vigilijs, corporis castigationibus vacabat, semper in suis cubabat vestibus, alijsque exercitijs se continenter macerabat. Ipsa fœminarum peregrinarum, quæ aduersa laborarent valetudine, sæuissima illa peste grassante, curam susscepit in domo hospitali de la Scala. Illi ipsi Bernardinus, anno ætatis suæ tricesimoprimo Senis peste laborãs, cùm iam medici spem salutis eius omnem abiecissent, in ipso propè mortis articulo confessus est, se corporis integritatem prorsùs inuiolatam seruare.

Bernardinus fœminas vitat.

Huic vni Bernardinus loqui solebat, cùm aliarum fœminarum colloquia deuitarer. Deniquè eius animam ad cælos proficiscentem vidit Bernardinus, cùm Mediolani primo Quadragesimę die ad populum concionaretur. Quę illi causa fuit eam concionem præter morem suum abrumpendi. Sciscitantibus enim postea alijs, cur id feciisset, primò quidem dicere noluit: deindè verò compulsus, rem, vt erat, explicauit. Milli autem sunt Senas, qui de obitu Tobiæ cognoscerent: compertumque est, eadem hora, qua dixerat Bernardinus, eam ridentem migrâsse è corpore.

Cap. 7.

Cum hac igitur Tobia Bernardinus adolescens crebrò sermones conferebat, eamque identidèm inuisebat. haud aliter enim inter se diligebant, atque solent mater & filius. Cõtigit interim Bernardinum quandoquè dicere Tobię: Ibo visum amicam meam. itemque rursùs alio die: Adibo amicam meam, sanè pulcherrimam. Tobia hæc cum per iocum dicere putabat: at nihilo minùs percontabatur ex eo, quænam illa esset ipsius amica, & vbi moraretur. Respondit ille: Amica mihi est longè formosissima, cuius ego amore planè captus sum. est autem extra portam Camollię, eamque ego quotidiè soleo reuisere, nec videor mihi somnum posse capere, nisi priùs mihi conspecta sit. Tobia hæc audiens, cœpit quadam suspicione teneri: sed cùm cerneret Bernardinum creberrimis se afficere ieiunijs, quotidiè sacrificio interesse, vacare precibus & deuotioni, vestibus indutum se dare quietè nocturnæ, multaque alia de se dare haud obscura probitatis signa, non existimabat sinistrè propter ea verba de illo sentiendum esse. At rursùs contemplans adolescentis formam egregiam, dæmonis versutias, carnis fragilitatem & hominis in deteriora propensionem, verebatur nè fortasis captus esset amore alicuius mulieris, maximè quòd extra Camolliæ portam esset cœnobium fœminarum, itaque acerbo intrinsecùs animi dolore cruciabatur, metuens se laborem suum omnem perdidisse, quem ei optimè instituendo diù impenderat. Vt autem rem certiùs explorataam haberet, altera luce abijt extra illam portam, mansitque in loco quodam, vndè Bernardinum conspicere ipsa posset, sed ab illo minimè videri. Ecce autem aduenit Bernardinus solus, & coram imagine beatissimæ matris Dei, quæ supra portam illam elegantissimè picta habetur, nuda curuat genua, eique piissimas offert preces, ijsque completis, mox domum redit. Mirabatur Tobia, sed non contenta semèl vidisse, redit secundò, & idem conspicatur. At nec sic animo satisfactum sentiens, mittit tertiò fidissimam sociam suam: quæ cùm idem omnino suis oculis esset intuita, quod semèl atque iterùm Tobia: iam è suo pectore prorsùs amouit suspicionem omnem Tobia, dixitque læta ad Bernardinum: Prudentissime, dixisti mihi fili charissime, te amore captum esse: quæso mihi rem certam expones, nec me in dubio hærere patiaris. Respondit Bernardinus: Quandò sic iubes, dicam tibi, quod hactenùs nulli alij indicare volui: Captus sum amore beatissimæ Virginis & matris Dei Mariæ, quam semper amaui, in qua post Deum omnes meæ spes collocatæ sunt. Illam vnicè diligo, illam inquiro, illam videre concupisco, quod cùm in hac vita non liceat, constitui eius amore quotidiè inuisere eius imaginem, quæ in Camollia est, quòd ea mihi & cæteris huius vrbis elegantior, & maiestate dignior videatur. Itaque illam quotidiè accedo, flexis genibus beatissimæ Virgini me commendo, sperans per eam me consecuturum gratiam & misericordiam, quam præcipuè expeto. Hæc est igitur amica illa mea & spes mea, piissima Virgo Maria. Hæc vt audiuit Tobia, cum lachrymis illum complexa, dixit: Reuerà, fili mi, non obtinuit mentem meam siniſtra vlla de te suspicio, sed nonnihil cœpi hæsitare propter fraudes & machinas antiqui serpentis, quas debemus modis omnibus cauere. Sed tu fili à Deo benedicte, egregiam tibi & insignem delegisti amicam, optimum salutis tuę præsidium, peccatorum omnium nequaquam dubiam spem. Illam quæras, illam sequaris, omniquè animi deuotione illi confidas. Nullum enim post Deum salutis tuæ fulcimentum validius habere potes, quàm

Flexis genibus quotidiè orat coram imagine matris Dei.

Amat impẽsè beatissimam Virginem.

quàm ipsam pietatis & misericordiæ matrem, à qua nemo vnquàm, qui illi benè confideret, vacuus recessit. Perseuerauit autem Bernardinus in hac imaginis huius visitatione multis annis, & cùm iam in monastica religione consenuisset, testibus eius socijs, non rarò inuisit eam. Potuit sanè ex multis euidentissimis argumentis colligi, cum toto vitæ suæ tempore singulari erga matrem Dei deuotione fuisse: & certè ego ipse, concionem illo habente Senis de illa anno Christi 1427. in die natiuitatis eius, ità eum audiui dicentem: Ego frater Bernardinus semper fui deuotus beatę Virgini. In die enim natiuitatis eius ego natus sum, eodem die baptizatus sum, illoipso die monasticum habitum indui, itemque professus sum monachum, & primum sacrificium feci. Eodem die cupio exire ex hac vita. Ità ille. Ego verò hoc affirmare possum, nunquàm quẽquam me audiuisse de beatissima hac virgine deuotiùs, libentiùs, feruentiùs concionantem.

Encomion Domùs hospitalis de Scala. Iesuati.

Ordo monachorum Oliueti.

In iuuentute sua, cùm adhuc laicus esset, vt posset piam Deo impendere seruitutem, quàm pietatis studia augere, adscribi voluit in spectatæ religionis sodalitatem benè moratorum, quam vulgò vocant Confraternitatem disciplinatorum beatæ Mariæ virginis, quæ est in domo hospitali de la Scala. Non admittuntur autem in eam sodalitatem, nisi quorum fama est integra & bona existimatio. Fuit enim locus multo tempore speculum & exemplar Deo deuotorum secularium hominum. Itaque Bernardinus fratrum omniũ consensu & prompta voluntate, tanquam valdè idoneus, hilariter receptus est, precesque, corporis flagellationes, aliaque huiusmodi exercitia, tum aspera exercitia, noctu diuque illic visitata, præ cæteris ipse libenter suscepit. Hic nimirùm vetustus ille locus est, ex quo omnes ferè Italiæ benè moratorum, siue, vt author vocat, disciplinatorum laicorum piæ exercitationes, vel deuotionis studia manârunt. Ex illo complures sancti viri prodiêre: Petrus, Iohannes Columbinus, primus ille idemque feruentissimus Iesuatorum institutor, & eius charissimus socius Franciscus Vincentinus: itemque ordinis Monachorum Oliueti fundatores: Beatus Petronius de Petronijs, posteà Carthusianus effectus, Andreas de Galleranis speculum sanctitatis, alijque permulti sublimes contemplatores, & innumeri ferè religiosi, vel monasticæ vitæ professores, vt mirum sanè Bernardinum, beatissimæ matri Dei deuotissimum, in eius domo illis adsignigi voluisse, ex qua domo tot præclaras stellas, totque diuinos nouerat extitisse ardores: tametsi eandem ipsam domum præ alijs omnibus ipse præclariùs illustrauit. Cum autem feruenti eius deuotioni necdùm sufficerent exercitia domûs huius, quemadmodùm fide dignissimo relatu didici, ob macerandum & edomandum corpus suum, longo tempore flagellis è funiculis confectis se cæcidit, crebrò etiam vrtica & cilicio se affligebat. Quæ quidem licèt sanctus iuuenis faceret oẽ non de industria, sed prorsùs ab improuiso ad aliorum, qui etiamnùm supersunt, notitiam peruenêre.

Cædit corpus suum.

Cap. 8. Fraternitas disciplinatorum.

Cap. 9. Catalogus virtutum eius.

Multis annis in vestibus suis dormiuit non tam in lecto, quàm scamno vel capsa. Cibus & potus eius communis quidem, sed parcus erat, neq; inuenio vel in delicatioribus fercis excessum, vel in vilibus singularitatem. Iucundus, hilaris, affabilis, humilis semper fuit, omnibus se accommodans, tristitiæ, torporis, ignauiæ hostis. In actionibus præcipuus, erga miseros misericors, prudens in omnibus & circunspectus nec tenuis & assiduus, iraſci malo animo nunquàm visus est, veritatis amicus, charitatis: nec videbatur mœrori vllus relictus locus, vbi Bernardinus aderat. Ante omnia autem vel maximè in eo excelluit laus pudicitiæ & honestatis, quam præ se semper ferebat nutibus, verbis & factis, ità vt nullus hac in parte adolescens ei posset æquiparari, & ipse non tam carneus quàm saxeus esse videretur. Habitu vtebatur, vt solent scholastici, & quidem honesto.

Cap. 10.

Sæuissima pestis, eaque generalis.

Sæuiente illa peste terribili & generali, anno salutis millesimo quadringentesimo, in quẽ incidit lubileus, innumeri peregrini, Romam euntes atq; indè redeuntes, ad celeberrimam illam toto orbe Christiano domum hospitalem beatissimæ Mariæ Virginis, quæ Senis est, & de la Scala dicitur, confluxêre, augebaturque valdè singulis quotidie amplius duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, interdùm numerus ægrotorum, è quibus plurimi moriebãtur, ità vt tribus mensibus & dimidio, vel etiam viginti, è vita decederent: præter quos ex eius domûs familia octodecim, vel viginti duo, octodecim fœminæ pauperibus mulieribus inseruientes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

entes, nouem sacerdotes, quinque clerici, septem pharmacopolæ, qui morbidis medicamenta parabant, pueri triginta sex, in ea domo enutriti, & famuli sexaginta, ægrorum ministerijs deputati. Cùm autem tam multi illic & morbo correpti iacerent, & è vita abirent, locus ille propter fœtorem intolerabilem omnibus inspectantibus horrori erat, nec quisquam ferè reperiri potuit, qui quanuis magna proposita mercede, ægrotãtibus illic inseruire vellet: Ità fiebat, vt tum vel maximè locus ille necessaria ministrorum opera destitutus esset, cùm maior incumberet necessitas. Magister quidẽ & gubernator domûs illius Iohannes Landaronus erat vir optimus, multa benevolentia & charitate præditus, & quem nemo dubitaret virginem esse: & licèt senio grauaretur, non cessabat tamen pro viribus præstare quicquid posset. Sed cùm ignem pestiferum iam omnia vastantem cerneret, valdè affligebatur, metuens idoneos ministros neque pecunia, licèt larga esset manu, posse comparari, quòd nemo non pestis contagionem reformidet. Rogabat ergò Deum & beatissimam Virginem, domûs eius conseruatricem, vt pauperibus ministri miterentur.

Cap. 11. Seruit in domo hospitali tempore periculosissimo.

Itaque pijssimus Deus excitat Bernardini animum, qui iam ferè vicesimum agebat ætatis annum, vt in illa pijssima domo ægrorum & pauperum ministerium susciperiat. Vt vidit enim summam necessitatem, maximo incitatus zelo, pestiferam contagionẽ nihil metuens, immò verò etiam vltrò morti se offerre cupiens, modò posset Christo gratum exhibere in eius pauperibus seruitium, multis hebdomadibus ægris illis accuratissimè & officiosissimè ministrauit. Cernens autem ad tantam morbidorum multitudinem sufficere non posse tam paucos ministros, duodecim religiosos & pios adolescentes ad se vocat: hortatur illos, velint vnà cum ipso curare pauperes Christi: dicit eos, qui pauperi seruiãt, ipsi Christo seruire: & si tali occasione decedant è vita, pro Christo eos mori: nihil verò homini Christiano debere esse antiquius & optatius, quàm Christi causa vitam suam profundere, cùm ille suam nostra causa profuderit: deindè addit: Simus omnes fratres: Deus sua ope aderit nobis. Videtis fratres ignem accensum esse, iam penè orbis illo conflagrat, securis arbori admota est, falx messem solicitat: quid nobis de vitæ nostræ prorogatione polliceri possumus, cùm & alios quotidiè videamus mori, & plerosque etiam intimos sodales propemodùm antè exire è corpore, quàm morbo correpti videantur? Nos si in his charitatis officijs obierimus, ad Dominum euolabimus: sin autem superstites manserimus, quoàd victuri sumus, semper lætabimur nos Deo nostro in eius pauperibus hæc officia præstitisse, memores sententiæ illius, Nullum opus bonum apud Deum sua carere mercede, vel iteratum abire. Siue igitur viuamus, siue moriamur, non possumus Deo seruiendo non lucrari.

Cap. 12. Duodecim pios adolescentes sibi socios eius ministerij adsciscit.

His Bernardini persuasionibus allecti adolescentes, in eius mox sententiam iêre: è quibus sanè hodieque nonnulli supersunt: cumque essent confessi sua peccata, & sacram Eucharistiam sumpsissent, ità Bernardino consulente, iucundis animis & magno feruore curam ægrotorum cum Bernardino, ipsorum magistro & capite, suscipiunt. Porrò hospitalis domûs moderator statim totiùs penè domûs claues tradidit Bernardino, commisitque ei munus morbidos & peregrinos aduentantes curandi, & omnes ferè eleemosynas distribuendi, adeò vt propemodùm pro sua voluntate omnia disponeret ac dispensaret, perindè ac si ipse eius domûs dominus esset. Eius autem & sociorum feruor & charitas suo exemplo permultos alios ciues & adolescentes inuitauit ac permouit ad seruiendum morbidis illis licèt non pauci ex illis è vita decederent. Itaque Bernardinus charitate feruens domum illam ità moderatus est, vt officia, ministeria, exercitia, laborum vicissitudines, ratione loci, temporis, & personarum opportunè & congruenter distribueret.

Vide eximiam eius charitatem.

Dabat verò operam, vt quoàd eius fieri posset, ipse semper omnibus coràm adesset. Adstabat diù noctuque ægrotantibus, pharmaca parabat, cibos pro singulorum qualitate porrigebat, sordes omnes in illis necessariò ferendas, ipse ante omnes sua voluntate amouendas suscipiebat: non labore, non vigilijs, non intolerandis fœtoribus, non incommodis vllis frangebatur: sed ea semper alacritate & spiritus viuacitate illis seruiebat, ac si vel parentes, vel fratres aut filij eius essent. neque id sanè mirum. Cùm enim Dei amor horum omnium faciendorum ac perpetiendorum præcipua ei esset ratio, Deo vtiquè seruiebat, qui patre, fratre, liberis omnibus potior nobis esse debet. Aegrotis ex animo condolebat, adeò vt etiam cum illis vnà ploraret: interdùm verò etiam ridebat, canebat, blandiebatur, talemque se illis exhibebat, quemadmodùm pro illorum consolatione expedire putabat. Nihil autem ferè illius charitati satis ad vota ab alijs curatum videbatur, nisi omnia ipse vidisset & contrectâsset. Cùm erant ex hac vita migraturi, sacramenta illis porrigerentur effecit: vita functos, vesperi sepulturæ mandabat. Peregrinis ferè innumeris ad vesperam aduentantibus cibos & lectos apparabat: si lecti, alioqui multi, non sufficerent, sternebat humì pannos, ità vt nulli deesset commodus captandæ quieti locus: crebros quoquè excitabat ignes & suffitus grati odoris, spargebat multum aceti in tota ferè domo, vt corruptus aër saltem aliqua ex parte cotrigeretur, libentiusque ministri suam operam ægrè affectis nauarent. Non est autem passus benignus Deus, vt inter tot labores, vigilias, incommoda infinita Bernardinus vnquàm aduersa laboraret valetudine: sed semper promptus, alacer, vigil & indefessus, dictis & factis confirmabat tum ægros, tum illorum ministros.

Mirè seruatur à Deo.

Cap. 13. Corripitur febre acerrima.

Cùm iam autem mensibus quatuor & eo ampliùs in ea domo sedulò ministrâsset, pestisque sopita esset, domum se recipit. Eccè autem, quemadmodùm ipse Christum Dominum in pauperibus eius morbo laborantibus, sicut diximus, crebrò visitarat: ità Christus, bonus & pius Dominus, rursùs illum visitat. Nam vbi ab hospitali illa domo recessit, paulò pòst acerrima cœpit exerceri febre, idque deinceps in ædibus nobilis viri Hildebrandini de Manetis, qui ei erat amore & beneuolentia coniunctissimus: vbi sanè ad menses quatuor decubuit, patientissimè morbi molestiam, vel potiùs Domini Iesu visitationem ferens: in qua hoc præcipuam ei molestiam adferebat, quòd videret alios ipsi ministrantes molestia affici, licet illi promptissima charitate ei inseruirent: Inter quos Tobia, tanquàm pia mater, & Iustina de Manetis, matrona nobilis, ab eius latere ferè nunquàm recedere. Cùm esset autem ea febre liberatus, non remisit studium pietatis & humanitatis. Amita eius Bartholomæa, matrona venerabilis, vxor quondàm nobilis viri Progliardi de Ptolomæis, iam propè nonagenaria, & cæcitate & neruorum dissolutione laborabat, nec ex lectulo surgere poterat. Hanc vt cognouit obitu cuiusdam pij socij sui necessaria opera & ministerio destitutam, religiosus & deinceps alioqui habitudinis iuuenis statuit illi suis manibus necessaria officia impendere: id quod re ipsa quoquè præstitit, nullaque habita ratione earum rerum, quæ tanfeam sibi & tædium adferre possent, tanquàm parenti suæ officiosè illi in omni huic seruiuit. In quo ministerio anno integro & eo ampliùs versatus est, donèc optima matrona, persoluto naturæ debito, migrauit ad cælos. Fuit hæc Bartholomæa cumprimis veneranda, spiritalis & Deo deuota fœmina, quam etiam multo pro sancta haberent. Vixit longo tempore in S. Augustini instituto & regula, Bartholomæa egregia fœmina.

eunijs, vigilijs, precibus & sui corporis macerationibus vacans, Deoque perpetuò gratias agens. In sacris concionibus cùm audiret nomen IESV exprimi, non potuit continere sese, quin crebrò illud mellitissimum nomen repeteret cum singultu, rauca voce, accẽtu stridulo. Quanuis autem esset sapientissima, at tamen videbatur nonnunquàm præ spiritus feruore quasi insanire ad recordationem Iesu Christi, qui illi semper in corde, semper in ore erat, cui etiam sæpè in lecto lachrymis beatæ Monicæ S. Augustinus conuersus est ad Dominum: ità Deo benedictæ mulieris preces & lachrymas, quas multis annis pro Bernardino ipsi charissimo fudit, id diuinitùs impetrâsse, vt in via Dei magis ille proficeret, magisque confirmaretur. Hortabatur cum semper, vt monasticum institutum complecteretur, præsertim Eremitarum, sub regula beati Augustini Christi militantium in cœnobio valdè religioso, quod de Loreto vocant, in quo erant fratres venerandi & spiritales. Porrò Bernardinus eius admonitionibus illectus, cum illis religiosis viris libenter conuersabatur, placebantque ei vsqueadeò morum illorum & vita laudabilis, vt probabilis coniectura sit, cum monasticum haberet apud illos induturum fuisse, nisi illum retinuisset amor erga hanc Bartholomæam: quam, donèc esset in humanis, dilexit vt matrem, nec eam deserere voluit.

Eius preces quid Bernardino contulerint.

Cap. 14. Postquàm autem illa vita functa est, Bernardinus ad sanctiorem viuendi ratio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem adspirans,cùm necdùm deliberâsset,quod genus monasticæ religionis potissimùm deligeret,decreuit habitare secum,vt ità priuatim commodiùs & certiùs experiretur ea,quæ oporteret non ignorari ab eo,qui regularem, vt vocant, vel monasticam Deoque magis gratam vitam esset amplexurus. Elegit autem domum quandam iuxta portam de Trisis,& in loco occulto sacellum exiguum sibi constituit, posuitque in eo altare cum imagine Christi à cruce pendentis. Ibi precibus, vigilijs, ieiunijs, flagellorum ictibus, cilicio, alijsque pietatis exercitijs seseficiens, idque & crebriùs & seueriùs, quàm antèà consueuisset, accuratissimè vires explorauit suas,etiam vsque ad herbarum victum & aquæ potum sese periclitans. Lectiones eius,cùm ferè omnes studio haberet, in sacris libris, deuotione plenis, consummabantur: illis lætabatur,illas iam toto pectore complectebatur. Piorum hominum,quorum esset spiritalis conuersatio, plùs solito consuetudine delectabatur, illorum inprimìs, in quibus virtutum exempla relucebant. Interim sæpè animo pertractans,ad quod vitæ genus se potissimùm conferre deberet, non raro toto corpore prostratus,crucifixum Dominum rogauit,vt ipsi largiretur gratiam, viam & vitam potiorem deligendi, quam eius benigno fretus fauore sectaretur. Puto autem planeque mihi persuadeo, ità ei respondisse crucifixum: Fili Bernardine,en tuipse cernis hìc me nudum à cruce suspensum. Si ergò amas me & me imitari vis,affigaris & ipse nudus cruci tuæ,sicque me sequaris: meque haud dubiò inuenies. Atque hoc ille intelligens, & sæpiùs expendens, cùm aduerteret Christi crucifixi hoc longè optimum esse consilium, quo nullum aliud melius, nullum salubrius possit reperiri,illud toto pectore studuit in opus conferre. Cùm autem Seraphicum illum patrem Franciscum,Christi nuditatem,paupertatem & crucem excellentissimè sectatum non ignoraret, sub eodem beatissimo patre, Christo militare constituit.

Priuatim periclitatur vires suas multis modis.

Cap.15. Sub hac autem mentis deliberatione adhuc posito, cùm necdùm certò perspiceret,quam vitam ingredi deberet, pijssimus Saluator, qui confugientes ad se non deserit, sed ad salutarem deducit viam, post solitas preces serotinas obdormienti hanc visionem obtulit: Videbatur sibi Bernardinus apud fontem quendam, extra vrbis muros non longè à patrum Franciscanorum cœnobio distantem, videre patium quoddam valdè elegans & amplum, fenestris luculentum, in ipsoque intùs ignem accensum,qui omnia ferè palatij viscera inflammaret, perque fenestras omnes flammas erumpentes, vnà duntaxàt dempta fenestra, quæ sola cum vno cubiculo seruata videbatur. Tum præterea per fenestram illam videre sibi visus est intùs virum quendam, S. Francisci habitu indutum, eumque, vt ignis præsens periculum deuitaret,ad fenestram accedentem,& ex illa præcipitare se volentem: porrò ob ingens præcipitij discrimen clamantem magna voce, Francisce: sicque secundò & tertiò intrò reuertentem,rursusque ad fenestram venientem, & præcipitio dare se volentem,sed præ timore minimè ausum,clamantem,Francisce. Ad extremum vidit totum illud palatium ignibus absumptum, præter cubiculum & fenestram illam,ad quam vir ille Franciscum inclamitans,saluus mansit. Hanc visionem secum pensitans Bernardinus,sic eam interpretatus est, quòd Dominus ea id significare voluerit, posse ipsum beatissimi patris Francisci ope subnixum, cartonis,mundi & dæmonis flammas euadere.

Visio Bernardini.

Cap.16. Per id tempus fuit Senis quidam admodùm reuerendus pater Franciscanus, Iohannes * Pistorius,vitæ sanctitate illustris. Is iam antè triginta annis in Bosnæ pro-
* Tristorius uincia aduersùs hæreticos desudârat, è quibus multos conuerterat: sacra etiã Hierosolymorum loca viserat,& pleraque alia non sine multa animi pietate: iamque grandæuus domum erat reuersus, fuitq; institutus Custos Franciscanorum Senensium. Multa enim pollebat sapientia, noueratque prudenter consulere. Bonus erat odor famæ sanctitatis eius. Ad eum properè accessit Bernardinus, aperuit ei totum pectus suum,rogauit obnixè vt ipsum ad suam sodalitatem admitteret. Lætabatur his grandæuus pater & exultabat: quippè qui multa didicisset de optimis moribus eius, cerneretque tyronem Christi ætate iuuenem, robustum corpore, facie formosum, non mediocriter omni literatura instructum, fide integrum, spiritu feruentem. Quibus etiam permotus, non defuit precibus eius. At Bernardinus incredibili affectus hilaritate, totum se eius consilio & voluntati permisit, distraxitque, vti dictum est suprà, omnes opes suas, contempsit generis nobilitatem, sanctaque armatus paupertate, nudus pro Christi amore deuium Aegypti iter reliquit, & in sanctæ religionis eremum sese abdidit, cupiens cum Christo rollere crucem in humeros suos.

Bernardinus petit admitti in sodalitatem Franciscanorũ.

Accepit autem ab eo, quem diximus, patre habitum monasticum in cœnobio Senensi Franciscanorum anno Domini millesimo quadringentesimo quarto, ætatis suæ vicesimosecundo, tota ciuitate Senensi multum indè & ædificationis & admirationis capiente. Cùm autem pater ille senex vili eum habitu indueret, & horrida resti cingeret, diuinitùs doctus propheticè de illo coram omnibus dixit clara voce: Adiunctus est ad nos hodiè strenuus & gnarus miles, qui multas comportabit fruges in horrea Domini, critque Ordinis nostri decus & ornamentum. Non dìu pòst sentiens Bernardinus se illo in loco non posse Deo tranquillo animo seruire conuenienter Regulæ S.Francisci, quòd homines seculares quotidiè eò aduentarent, & quædam aliæ causæ rationabiles ipsi suppeterent, ex consilio memorati Patris excessit è patria sua, eiusque fretus benedictione, ad eos Observantes iucundissimo animo commigrauit, qui in Columbarij antiquo monasterio degebãt,quod situm erat haud procùl Senis in obscuro nemore,ab omni mundi aspectu separatum, ijs inprimis accommodum, qui vitam vellent contemplationi deditam confectari, & S. Francisci institutum experiri. Morabantur illic sanè viri admodùm religiosi & sancti, Deo nocte ac die seruientes: quales tunc rari valdè erant in Italia ob miserè collapsam eius Ordinis monasticam disciplinam.

Cap. 17. Prophetia de illo.

Cap.18. Degit in Columbarij cœnobio.

In eorum sodalitatem cupidissimè se recepit Bernardinus, & cum illis carnem suam crucifixit cum vitijs & concupiscentijs, virgisque & flagellis asperis castigauit. Summoperè connitebatur perfectè exprimere vitam Euangelicam, & propter Christum alienæ se submisit voluntati. Primo anno probationis nihil prorsus habere voluit, præter cucullum, subligaculum & cingulum nodosum: adeo magnos habuit in virtutibus progressus, vt quanuis omnium postremus esset, attentem lucernam & totius sanctitatis speculum fratribus sese exhiberet. Erat Virtutes eius. monasterici Canonis obseruantissimus, moribus fuit optimis & modestissimis, non mediocriter eo nomine charus fratribus vniuersis. Mirabantur illi pœnitentiam & asperitatem vitæ eius, singularem mansuetudinem, & erga omnes humilitatem. Nullum tam molestum aut vile & contemptibile fuit opus, quod Bernardinus suis manibus non libenter exequeretur. Inseruiebat ægrotis fratribus, ferebat suis humeris emendicatas panis & vini eleemosynas, nudis interìm incedens pedibus etiam longissimo itinere. In ædibus sacris instàr angeli sese gerebat, laudans, cantans & obsecrans Deum sine tepore vllo, nocte ac die. Non solùm ea Ieiunia mulfernabat ieiunia, quæ præscribit Regula, sed quasdam ijs addebat Quadragesimas ta. Vigiliæ. elias, interdùm solo pane & aqua in ijs contentus, corpus suum vigilijs & flagellis edomans. Propter Dominum Iesum vir humilis cuilibet se morigerum & obsequentem præbebat, seipsum peccatorum omnium, qui in terris essent, vilissimum atque deterrimum existimabat. Atque ea causa cum infinitis suspirijs & gemitibus precabatur veniam coram imagine crucifixi Saluatoris, magnas illi gratias agens, quòd ad hoc vitæ institutum ipsum vocâsset, in quo posset ei tranquillo conscientia, firmaque spe & fidutia seruire. Christi passionem tam acerbè deplorabat, vt præ dolore moriturus videretur. Cum multa condolentia commemorabat eius vitam, peregrinationem, famem, sitim, æstus, frigora, vincula, flagella, contemptum, cruciatus. Valdè mirabatur illum præ immenso amore pro nobis ferentem crucem, nudum à cruce manibus pedibusque confixum miserè pendentem, miserandum in modum vulneribus saucium, & in tantis cruciamentis nostra causa morientem. Doloris gladio conficiebatur, cùm secum reputaret tristissimam illius matrem exanime corpus eius excepisse in sinum suum. Eiusmodi pijs & salutaribus cogitationibus & meditationibus inflammabatur animus eius ad ardua & corpori molesta ac dura exercitia & opera amplexanda.

Condolẽtia erga vitam & passionẽ Christi.

Cap.19. Adeò verò studiosè in ea incumbebat opera, quæ mundo humilia & despicabilia videntur, seipsum planè contemnens, & generis sui nobilitatem pro nihilo ducens, vt homines plebei, qui antè eum nouerant, non alio quàm insani & stulti loco eum haberent: quo ille impensiùs lætabatur, sciens dictum ab Apo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Cor.3. stolo: Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud Deum. Cùm adhuc nouitius aliquandò cum socio fratre inuiseret Tobiam cognatam & spiritualem matrem suam, quendam illic offendit cõsanguineum suum, molestissimè ferentem, quòd factus esset Franciscanus, multaque ipsi conuicia & probra inferentem, & inter cætera sic dicentem: Sperabamus nos te honestè in seculo victurum, & fœcundam vxorem quandoquè ducturum, prolesque ex ea elegãtes procreaturum, nostramque familiam opibus & honoribus aucturum. Ecquid verò aliud est cucullatus monachus, quàm porcus saginarius, & qui sine cura vlla otio & desidiæ deditus alienis laboribus se saginet? Audiebat hęc sedatissimo animo vir sanctus, randemque ei respondit comiter & modestè, de seipso vaticinans: Equidem fallacē hunc contemno mundum cum omni fastu & pompis eius, ac nihilo minùs tantum ex me honoris accedet generi nostro, vt in hac vrbe nulla vnquàm familia exiterit, quæ cum nostra possit honore, sublimitate & famæ celebritate cõparari. Indè vale dicens cognatæ suæ, ad cœnobium redijt, magìs expetens propter Deum ignominia affici, quàm populi prædicatione efferri.

Iudicium huius mundi de monachis.

Cap.20. Contemnit iniurias petulantium puerorum. Eunte illo quandoquè cum fratre per plateas vrbis Senensis, petulantes pueri à tergo illudebant ei, & in eius nudos calcaneos lapillos iactabant. Nudis enim grediebatur pedibus, & tunica non attingebat tibias, vt plus ex frigore molestiæ caperet. At ille ne semèl quidem respiciens, nec quicquam omninò commotus, pergebat itinere suo, perindè ac si surdus ac insensilis esset. Socius verò id indigne ferens, Non aduertis, inquit, quid isti insolentes pueri faciant? Respondit vir sanctus: Faciant illi quicquid libitum erit eis: materiam nobis exhibent, vnde sempiternæ gloriæ coronas nobis texamus. Dum enim affligunt nos, exercendæ

Luc.21. patientiæ nobis occasionē suppeditant: qua patientia possidemus animas nostras, & cælorum regna promeremur. Anno autem probationis exacto, ipso Natiuitatis beatissimæ Mariæ solenni die palàm & solenniter professus est monasticam vitam, in manibus præfecti sui, quem Guardianum vocant, promittens se omnibus diebus vitæ suæ ad præscriptum Regulę S.Francisci in obedientia, paupertate & castitate victurum. Coactus deindè fuit etiam sacerdotio initiari, primumq; sacrum

Initiatur sacerdotio. fecit in matris Dei natalitio die, tanquàm eius legitimus capellanus, ac deinceps quotidiè Missam celebrauit cum multa animi deuotione & ardenti charitate. Mirè enim diuino erat amore incensus, sitiebatque mortalium omnium salutem, accuratè secum pensitans, qua re Deo posset in hac vita gratissimam operam nauare.

Cap.21. Cùm autem sic secum ipse commemoraret, quanta hominum causa fecisset Christus, quantoperè in eam incubuisset curam, vt homines à peccatis retraheret, per seipsum, per apostolos, martyres, confessores, virgines, vt eorum bonis exemplis & institutionibus ad pœnitentiam & vitæ emendationem incitaretur,

Ardet desiderio salutis animarum. grauem ille crucem hanc in suos recepit humeros, vt omnium animas lucrifaceret: feruentique spiritu egressus è monasterio, ad propinquum castrum rebus pauper accessit, populoque prædicauit pœnitentiam, non subtili sermonis cultu, sed sancti spiritus virtute, imitans beatissimum patrem suum Franciscum. At tamen præeximia animi humilitate nec ausus fuit absque Superioris permissu concionandi munus obire, nec etiam vt ipsi id permitteretur expetere. Sed cum

Matth.5. non possit abscondi ciuitas supra montem posita, Superior eius, quem Ordinis Ministrum vocant, cognita eius excellenti sanctitate, insigni deuotione, præclara in diuinis literis eruditione, concionandi prouinciam ei demandauit. Quam humiliter susceptt, non ignorans Deo pergratum esse, vt salutiferis sermonibus ad eum miseros mortales reduceret, quos ab illo hostis tartareus ad omne genus flagitiorum & ad mundi huius voluptates abstraxisset. Primam concionem suam habuit ipsis ferijs Natiuitatis præstantissimæ Virginis in honorem illius, sub primo sacrificio suo.

Cap.22. Cùm autem experientia didicisset, execrabilem satanam multos ipsi tendere insidiosos, quibus in sagenam suam cum adduceret, nisi multa vteretur vigilantia & circunspectione: egregiè aduersùs eius insidias sese communiuit, cum Apostolo

1.Cor.9. castigans corpus suum, nec aliquid de vitæ suæ asperitate remitteus, nè alijs prædicans, ipse reprobus efficeretur. Non deerant tum, qui à suscepto hoc concionandi sa-

di salutari studio & opere illum reuocare niterentur propter corporis eius teneritudinem, quę non sineret eum ad loca diuersa proficisci: itemq; vocis raucedinem, quæ procùl audiri non posset. Et ille quidem propemodùm ijs assensurus videbatur, nisi conscientia reclamâsset, cui obluctari non debuit. Valdè enim absurdum & ab omni ratione alienum fuisset, si pereunti mundo Dei verbum subtrahere voluisset. Interim animi dubius, quid potissimùm sequeretur, ad Deum confugit, sublatisque in cælum oculis, obnixè cum rogauit, si quidem gratum sibi foret, vt in concionandi functione permaneret, vt propter sanctissimæ matris suæ merita sanaret vitium gutturis ipsius, quod voci eius magnum afferebat impedimentum. Quandò autem facilè à Deo obtineri potest, quod ab illo præordinatum est, &, vt D.Gregorius ait, diuina prouidentia sic constituit, vt electi Dei amici precibus impetrent, quod ille ab initio dare eis decreuit: Deus ob intercessionem matris suæ insigni miraculo ę gutture eius depulit vitium illud, immisso in guttur ignito globulo, quo linguæ raucedo excocta & curata fuit. Sententia est non ipsa verba S.Gregorij.

Indè verò tanto animi studio nouum ille concionandi munus executus est, vt nulla ratione satis id explicare queam. Amabat ille summoperè corporis castimoniam & integritatem, id quod sine insano liuore serpens tortuosus ferre non potuit. Erant tum Senis duo honesti coniuges, qui illum mirè diligebant. Sensit hoc tartareus impostor, & alterius, id est, fœminæ amorem corrupit, vt sanctum virum libidinosè diligeret. Ait enim S.Bernardinus, nullum in hac vita reperiri, etsi eximia sit sanctitate & perfectione, cui non impuræ quædam cogitationes incidant: sed nostri arbitrij est, vel respuere vel assentire. Cùm ergò Bernardinus quandoquè panis emendi causa exijsset, hæc fœmina illum ad se accersiuit: eoque ingresso, fores clausit, & ait: Nisi te accommodes iam voluntati meæ, equidem ignite ignominia afficiam, dicamque te mihi vim afferre voluisse. Tum Bernardinus in eas se angustias cõiectum cernens, tota animi deuotione intra se rogabat Dominum, vt in tam præsenti periculo ipsi non deesset. Facinus enim illud valdè execrabatur. Non neglexit Deus preces serui sui: suggessit mox consiliũ, vt diceret libidini, si vellet ità fieri, vt se vestibus nudaret. Dixit hoc ille, nec mulier distulit. Interim profert ille flagellum, quod apud se habebat, apprehensamque fortiter fœminam, egregiè cędere cœpit, nec destitit, donèc ardor libidinis in ea extinctus est. Ea causa impensiùs deinceps mulier amauit sanctum virum, itemque maritus eius, vbi is comperit rem ab eo gestam. Fœminam ipsum libidinosè amantem egregiè coercet.

Cap.23.

Posteà Bernardinus à præfecto domûs hospitalis sancti Honofrij, quod est extra muros Senarum, petijt locum aliquem sibi donari, in quo pro se & fratribus suis parnam habitationem extrueret. Concessit ille de Pontificis Maximi & domûs hospitalis consensu locum Bernardino, vbi is monasterium condidit, quod vsque in præsens illic cernitur commoda structura, cum eleganti templo & alijs ædificijs. Huius cœnobij primus ipse Guardianus siue præfectus fuit, gnauiter portans onera die ac nocte, potiusque in se recipiens, quàm in alium transferens labores. Apportabat ligna, lapides, calcem, nihil parcens tenero corpusculo suo. Libens quoquè exibat ad petendas eleemosynas. Quandò domi erat, semper cum fratribus ad templum accessit iis horis, quibus diuina officia peragebãtur. Quòd si adeò eius occupatus, vt ijs adesse non posset, preces Canonicas cum socio fratre admodum reuerenter & deuotè persoluebat. Crebrò totas noctes duxit insomnes, in sectis quædam loca sese abdens, atque illic vacans deuotioni suæ. Perpetuò aut legendo, aut meditando, aut orando, aut diuina contemplando occupatus erat. Sæpe pugnis suum tundebat pectus, vilem peccatorem se pronuncians. Dirè crucibat corpus suum, & humum lachrymis madefaciebat, vt peccatoribus Deum propitium efficeret. Non rarò attentissimè & summo animi dolore contemplans Christi ignominiosam mortem, precioſumque sanguinem fusum pro nobis, in crucis formam se humi extendebat, vt cum Christo foris & intùs sese crucifigeret. In adhortationibus suis, publicisque concionibus, magno semper studio excitabat auditores, vt se gratos exhiberent passioni & morti Saluatoris, deuotionemque & reuerentiam præstarent sanctissimo nomini IESV, quod est super omne nomen, & in quo omne genu flectitur cælestium, terrestrium, & infernorum: neque aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat saluos fieri. Præpotens Deus, qui est mirabilis in sanctis suis, in viro hoc & per virum hunc, dum

Cap.24. Extruit monasterium, eius. Exercitia Philip.2. Act.4. Cap.25. Psal 67.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum in terris inter homines versaretur, mira operatus est, & admirandum in modum ad vitæ cælestis gaudia degustanda eum sustulit. Cùm enim concionādi onus iam susceptum prosequi cœpisset, tanto animi feruore & studio conciones habebat, vt nomē eius non solùm in Italia, sed toto etiam orbe celebraretur. Tam efficacibus & grauibus vtebatur verbis, vt facilè posset animaduerti, spiritum Dei loqui per os eius. Conciones suas solebat in tres aut quatuor distribuere partes. Peroptabant autem singuli eius habere conciones, & beatiores se existimabant, quibus daretur copia eas describendi. Libelli eius per regiones omnes spargebantur, in Hispaniam, Galliam, Angliam, Hyberniam, Scotiam, Germaniam, Hungariam, Cyprum, Asiam, Græciam, per Orientem quoquè & exteros populos: qui ad ingenij, intellectûs perspicacitatem, sensus sublimes, & vitæ eius sanctitatem mediocriter admirabantur. Vbiuis locorum eius fiebat mentio, & se longè que diffuderat fama eius, quam Dominus præclaris miraculis confirmabat.

Feruor & pōdus concionū eius.

Cap.26.

Act.9. Prædicat vbiquè nomen IESV.

Pessimus Italiæ status

Ità ille sancti spiritûs perfusus rore, feruentissimus Dei præco factus est in Italia & Gallia Cisalpina, in nouæ lucis euectus montem. Cernens autem multam esse messem, sed proh dolor operarios paucos, vrbes, castella & pagos omnes peragrauit, annuncians pigris & desidiosis mortalibus sanctissimum nomen IESV: quod nomen vas electionis Paulus portauit coram gentibus, & regibus, & filijs Israël, vt per hoc salutiferum nomen à Deo gratiam impetrarent & misericordiam, quo per veram pœnitentiam corrigerent malam vitam suam. Ea tempestate tota Italia iam planè iacebat obruta vitijs & flagitijs, oblita piarum adhortationum, quas olim acceperat. Omnes in id toto incumbebant pectore, vt possent mala sua coaceruare opes. Nulla cernebatur deuotio in religiosis & ecclesiasticis, nulla in nobilibus, nulla misericordia, modestia & disciplina morum nulla, latrocinia in plebeis, alij in alios maledicta, obstinatis animis odio & liuore se inuicèm prosequebantur, in duas factiones distracti. Intercluſa erant itinera à latronibus, mare infestum piratæ habebant, Guelphorum & Gibellinorū immodica insolentia passim sæuiebat & grassabatur, vt fraterno sanguine plateæ maderent. Ecquid verò magis atrocius commemorari? Parentes suas iugulabant proles, lætabanturque se filios qui diuersæ essent factionis, laqueo præfocâsse. Tanta existebat infidelitas & impietas, vt instàr ethnicorum plus deferrent tempori, quo essent structuri domos quàm Dei præceptis obseruandis. Mundus plenus erat veneficijs & incantationibus, damnataque curiositate futura cognoscendi, & sanandi morbos. Quæ si quis reprehendere voluisset, miserè conspuebatur & irridebatur. Rarò festis diebus ibatur in templum, vt Missa audiretur. Nemo verebatur leges, quibus alearum ludus interdicitur. Properabant omnes ad loca illa, vbì alearum feruebant ioci. Internosci non poterant dies profesti vel operarijà festis, quòd festis diebus plures irent per plateas oscitabundi & vagabundi. Omnibus his malis magnam adhibebat multaque fomenta præbebat schisma, quod tum in sancta Ecclesia ad annos quadraginta duraverat.

Cap.27.

Hæc autem conspiciens sanctus Bernardinus, valdè miserabatur pereuntis mundi pericula. Itaque fiducia sua in Deo collocata, ibat per regiones & ciuitates, annunciabat hominibus virtutes & vitia, gloriam & pœnas sempiternas. Tanta autem illi diuinæ gratiæ largitate perfundebatur, vt diligeretur ab omnibus & honoraretur, & cum multa reuerentia exciperetur & auscultaretur, haud secùs atque si Dominum Christi Iesu Apostolus. Tantus hominum cœtus ad eum audiendum confluere solebat, vt summo manè ad concionis locum properarent, quò commodum sibi possent locum vendicare: quodque eo maius est, nonnunquàm accidebat complures à triginta milliaribus, incredibili desiderio incensi audiendi conciones eius. Quotidiè verò ante concionem cum multa deuotione Missam celebrabat, animo in Deum subleuato. Properabant omnes & sacris interesse laici ex pagis & oppidis, vt cum audirent concionantem: sperabantque se spiritûs gratiam in ipsos descensuram, vt olim in Apostolos & credentes. Nec id sanè mirum, quandò ille præco Dei admirabilis, sancti spiritûs vnctus gratia, adhortabatur suspirabundos auditores ingenti voce, vt agerent pœnitentiam Deumque iratum iciunijs & lachrymis sibi conciliarent. Verba eius & sententiæ erant & efficacia, instàr radiorum igneorum penetrabilia, corda omnium audientium emollientia, omnemque animorum duritiam contercntia. Vox

S. Bernardinus dū itrenué concionatur omnibus veneration est.

Act.2.

Vis verborum eius.

admodùm sonora & clara fuit, ità vt & propè & procùl posset distinctè percipi. Sermones illius haud quaquàm inanes erant, aut mundani vel mendaces & ridiculi: sed diuina pleni fœcunditate, quibus lapidea quæuis pectora colliquescerent atque emollirentur ad agendam cum acerba animi contritione veram pœnitentiam: pij verò omnes diuino amore inflammarentur. Penetrabat enim spiritus eius mortalium omnium intimos pectorum recessus.

Hinc fiebat, vt sua peccata cum multa contritione confiterentur, digneque & reuerenter perciperēt sacrosanctam Eucharistiam, qui multo tempore nunquàm ad sacram communionem accesserant. In summa, dicendo nemo consequi possit, qui fructus ex ijs beati viri concionibus enati sint apud homines Christianos. Nec facilè scripto comprehendi queat, quot vrbes, respublicas & homines odio & liuore prorsùs obduratos, ad pacem, tranquillitatem & cōcordiam reduxerit: quot petulantes adolescentes & lasciuas fœminas, è fœdissimis carnis voluptatibus, quibus computruerant, ad honestam & castam viuendi rationem reuocârit. Iubebat, vt festos dies, quibus solebant vacare manuum laboribus, ad Canonum præscriptionem obseruarent. Docebat populum, vt sacras ædes & sacerdotes in ijs ministrantes venerarentur. Multas honestas, sed inopes puellas curauit matrimonio tradendas, apud locupletes à se conuersos id efficiens, vt bona dote afficerentur. Videre licebat inueteratas inimicitias ad mutuam consensionem & beneuolentiam redigi, quod alioquì incredibile videbatur vlla via vel consilio quenquam consequi posse. Cernere erat fœminas pias & Deo deuotas, mundi pompis & vanitatibus hactenùs deditas, ponere torques & catenas aureas, abijcere specula & vnguenta, negligere capillorum compositionem, respuere ornamenta, quibus antèa ceu lasciuæ & impudicæ mulieres perniciosissimè in suî damnationem abusæ fuerant. Instrumenta omnium ludorum vetitorum, tabulas lusorias, taxillos, laruas, & id genus alias mundi vanitates maximo numero ad sanctum virum adducebāt, vt faceret illis pro suo arbitratu. Ille verò in foro igne extructo, ea omnia combussit. Fœminas in lupanaribus flagitiosè viuentes ad pœnitentiam suis sermonibus permouit, quibus ad contrahenda matrimonia è communi ærario dotes liberaliter tribuebantur. Vsurarij, piratæ & latrones ad meliorem frugem se recipientes, agebant pœnitentiam, restituebantque malè parta, quorum summa nonnunquàm excedebat mille aureos ducatos.

Cap.18. Fructus concionū eius.

Meretrices conuertuntur.

Item vsurarij, &c.

Adeò tum princeps mundi huius extrudebatur è regno suo, & Christiana religio exaltabatur. Condebantur xenodochia, defendebantur viduæ & pupilli, res omnes præterius fasque conquisitæ restituebantur. Multi viri & fœminæ, contempto mundo & fallacijs eius, abiectisque non paruis facultatibus suis, crucem pœnitentiæ complectebantur, in paupertate & diuersis monasticis institutis Domino seruientes. Multa quoquè noua extruebantur monasteria, collapsa instaurabantur, tum intùs, tum foris. Quis verò certum possit inire numerum, partim nobilium & præclarorum adolescentum, partim matura ætate & barbatorum virorum, qui se in cœnobia receperunt, vitam sectaturi religiosam, vt Deo fideliter seruirent possent exhibere famulatum? Franciscanorum sanè ab ipsis fundamentis non pauca eaque elegantia condebantur cœnobia, in quibus Regula S. Francisci sub Bernardino obseruaretur. Quæ quidem Obseruantia ex eius odorifera sanctitate vsque adeò magna illo viuente accepit incrementa, vt viginti parua monasteria in quibus tota Italia plùs minùs centum viginti fratres morabantur, cùm hæc Obseruantia sub Bernardini primis monasticæ vitæ initijs instaurata est, sub finem vitæ eius intantùm aucta fuerint, vt trecenta numerarentur cœnobia, & in ijs fratres ampliùs quinquiès mille, præter eos, qui illo superstite decesserant è vita in sola Italia, quorum non erat minor numerus. Quòd si verò ea quoquè commemorare velim monasteria, quæ reges, principes & alij potentes viri toto orbe pro fratribus Obseruantibus exædificanda curârunt, in quibus erat copiosissimus fratrum numerus, rem aggressurus sum, quæ vires meas longè superet. Habitant enim Obseruantes fratres non solùm apud Christianos, sed etiam inter barbaros & infideles canes, orbem vniuersum lucidis exemplis suis illustrantes. Atque hinc perspicuum fit, completum vaticinium reuerendi patris illius, qui Bernardinum monastico habitu induit, quandò ait ingentes eum fructus in sancta Ecclesia allaturum. Surrexit enim tanquàm alter Elias, quasi ignis, & verbum

Cap.29.

Trecenta monasteria Fráciscanorum in Italia sub ipso.

Eccli.48.

ipsius

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsius, quasi facula ardebat, torpentia corda diuino inflammans amore, vt peccatorum omnium remissionem consequerentur, & Christi vitam & doctrinam imitarentur. Elegit eum Dominus, populoque exemplum proposuit & signum conspicuum, in quod intenderent, cuique sese imitando conformarent.

Cap.30. Mittitur in terram sanctam.

Cùm autem Hierosolymam missus fuisset vir sanctus, factus est eius loci & etiam in Bethleem Guardianus, & terræ sanctæ Commissarius. Eo verò tempore, quo fuit Prouincialis Vicarius Tusciæ, multa reformauit cœnobia, nouaque suscepit, tota Italia fratrum augens numerum concionibus & optimis moribus suis. Sub eius visitatione quædam constructa fuêre S. Claræ monasteria primæ Regulæ, multaque alia secundæ. Quæ anteà ceu indomitæ vixerant sanctimoniales, eius cura reformatæ sunt. Quandò è Tuscia profectus fuit, vt verbum Dei prædicaret Venetijs, an ditione Mediolanensi, Genuæ, Veronæ, Mantuæ, Placentiæ, Parmæ & in toto Decatu Ferrarensi, alijsque locis, passim in vrbibus condebantur noua fratrum & Obseruantia monasteria, totoque orbe mirè propagati fuêre S. Francisci tres ordines, siue tria instituta. Etsi autem probè ille eruditus erat omni seculari scientia, philosophia morali & iuris cognitione, at tamen vltra modum illustrabatur diuinæ sapientiæ lumine, ità vt quæstiones & argumenta omnia sapientissimè dissoluere, prudenter exponere, & intelligẽtia comprehendere posset. Quandò autem hominum malignorum rabiem importunitas nunquàm otiosa est, sed edaci percitus liuore, innocentibus comparat laqueos & insidias, & dente canino rodit illos; contigit aliquandò Bernardinum cum multo spiritûs feruore habere sermonem apud populum, multosque eo sermone conuerti: qua re lætabatur ille non minùm, Deum laudans pro gratia illius. Solebat autem sub finem concionum fiarum populo tabellam spectandam proponere, idque inprimis religiosè facere, in qua pictum erat dulcissimum nomen IESV literis aureis, solis radijs vndique circumdatum: porrò populus id sacratissimum nomen flexis genibus deuotissimè adorabat. Id verò conspicati quidam æmuli eius, diuino honori & saluti animarum inuidentes, malitia deprauati & peruersi, quotidiè ad eius conciones veniebant adhuc & incitati nequitia & malignitate sua, vt quippiam ex eius ore raperent, vndè ei possent accusationem struere, & apud summum Pontificem falsò illum deferre. Annotârunt autem per calumniam falsas quasdam sententias, quas ab illo è fugacissimo gestu prolatas fingèbant de suauissimo nomine IESV secùs, quàm habeat fides Catholica. Adiungebant ijs falsa quædam commenta vel interpretationes, vt coram Pontifice in hæresis crimen eum vocarent. Quod quidem etiam factum ab illis quibusdam. Atque ea causa statim accersitus est à Pontifice Bernardinus: isque nihil cunctatus, cum multo populo Viterbio profectus est Romam. Vbi mox ad Pontificis pedes humiliter se abiecit, plenus multa erga Deum fiducia. Pontifex autem acriter in eum inuectus, ait, si quidem res sic se habèrent, vt de illo relatum fuit, non eum impunè id laturum, sed benè acriter castigatum illum iri, tanquàm temerarium ecclesiasten, & pestiferæ hæresis propagatorem. Interdixit quoque illi sacris concionibus, & nè nomen IESV populo ostentaret, donèc re examinata, certum aliquid compertum esset. Intereà multi docti viri & sacræ Theologiæ magistri, omnes libros eius, quos ex diuinis literis collegerat, accuratè inquisiêrunt, num quæ in ijs lateret hæresis nósse cupiêtes. Alij quidem Franciscani doctores Theologi acutis disputationibus Bernardinum tuebantur: sed ille tam immanè iniuriæ causa amoris Christi patientissimè tolerabat. Cùm autem in scriptis eius nullo posset reperiri hæresis, Pontifex probè animaduertens omnẽ illam accusationem odio & liuore in Bernardinum comparatam, quippè qui in verbis suis incultus & verax deprehensus esset, illum ad se acciuit, & postquàm ad quæstiones omnes audiuit humiliter respondentem, copiosissima eum impertijt benedictione, authoritateque Pontificia clementer ei copiam fecit liberè prædicandi, circumquaque verbum Dei, dulcissimumq; nomen IESV populis ostentandi, & palam gestandi. Atque ille post hæc mansit aliquandiù Romæ prædicans, & non mediocres in populo fructus producens. Aemuli verò eius, qui eum conati erant in discrimen capitis vocare, cum magno dedecore indè abiêrunt, & qui præcipuus inter illos erat, Dei iudicio subitanea & improuisa morte extinctus est.

Patitur æmulos & obtrectatores malignos.

Defertur apud Pontificem.

Examinantur scripta eius.

Põtifex pro eo fert sententiam.

Cap.31. Venit quandoquè Bernardinus in oppidum quoddam, viditque hominem re-

bulas lusorias conficientem. Scisitabatur igitur ex eo, calleret ne aliam artem, qua sibi victum pararet. Illo negante, ait ad eum: Si vis facere quod dicturus sum, habebis vndè te sustentes. Ego verò, inquit ille, faciam equidẽ ac lubens. Tum Bernardinus circino expressit circulum, atque in eo nomẽ IESV pinxit, sole circumdatum: deindè ait ad virum: Tu fac similiter, fili, & habebis res vitæ degendæ necessarias. Fecit ille, & Deo fauente, populus magno cœpit studio complecti id genus nomina IESV, plusque indè lucri accessit homini, quàm ex damnatis illis tabulis lusorijs.

Diligenter sanè Bernardinus animo suo affixerat salutarem illam doctrinam, quam Apostolus Timotheo discipulo suo proposuit, scribens in hæc verba: Prædica verbum: insta opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Itaque dedit operam, vt ipse quoquè sic faceret. Pulchrè autem vidit eius cum doctrina consentiebat, & è diuerso verba eius vitæ adstipulabãtur. Nemo vnquàm vllum ex eo potuit capere offendiculum: neque aliter docebat ore, quàm ipse opere præstaret, Christi institutionibus conuenienter se gerens, de quo scriptum est: Cœpit Iesus facere & docere. Nouerat ille omni hominum generi & conditioni suos accommodare sermones, & dicere singulis quæ ipsorum saluti conducerent. Optabat enim ille homo Dei iuuenes & senes, locupletes & inopes reuocare à peccatis, & ad veram salutis æternæ semitam perducere. Ea causa tam fuit celebre toto orbe nomen eius, ità vt nemo nõ cuperet audire eum, & obtemperare illi, eiusque consilium expetere. Amabant eum omnes, & venerabantur, tollebantque supra sidera, tanta cum reuerentia sermones eius excipiẽtes, ac si diuina essent oracula. Et ille quidem in vinea Domini strenuè laborãs, studebat prodesse omnibus, tempusque suum cum multo lucro piè ac sanctè traducere. Indè fiebat, vt semper quippiam boni actitaret, nunquàm otio se dederet: sed vel componeret sermones, vel libros scriberet, quotiès ei licebat esse soli. Eam ob rem post solutas nocturnas preces, quas Matutinas vocant, non solebat somnum capere, tametsi vt plurimùm primus ante omnes ad illas preces accedebat. Post gallicinium S. Petro lugebat peccata hominum, & manè orto sole, cum Magdalena quærebat resurgentem è sepulcro Saluatorem. Quotidiè vna hora suæ vacabat devotioni: atque interim nulli patebat ad eum accessus, nec regi, nec principi, nec vllis quantumuis potenti dynastæ: sed cogebantur expectare omnes, donèc satisfeceret deuotioni suæ. Indè sumebat corpori necessaria: ijs perceptis, omnium expectationi faciebat satis. Est hodieque Senis bibliotheca arctiùs custodita, in qua seruantur codices, quorum magnam partem Bernardinus intra duos aut tres annos ipsa conscripsit manu, vt accepi ab illis, qui eos viderunt. Vndè potest animaduerti, quàm diligens & sedulus ille fuerit.

Cap.32. 2. Tim. 4.

Efficacissimum docẽdi genus.

Act. 1.

Scopus conciõũ eius.

Certa hora soli Deo & sibi vacat.

Humilitas, omnium virtutum decus & ornamentum, spiritalisque structuræ firmum fundamentum, lapisque angularis Deo nos coniungens, adeò sibi Bernardinum deuinxerat, suoque seruitio subdiderat, vt de seipso prorsùs nihil sentiret, sed pene se contemneret atque odio haberet. Mores eius, actus & verba omninò simplicia & humilia erant. Omnibus se gratia & virtutibus inferiorem existimabat. Non sua nitebatur sapientia, sed semper petebat cõsilium etiam ab illis, qui eo inferiores erant. Nullum præ se ferebat suo incessu animi tumorem aut turgidum spiritum. Non tollebat in sublime oculos, non iactabat eruditionem & nobilitatem quam: sed ibat maturè summisso capite, eaque simplicitate & comitate, àc si rudis & imperitus quispiam esset, vasque inane, parum gratiæ nihilque scientiæ contineret. Et talis quidem habebatur ab ijs, qui eum non nôrant. Tam verò erat sermone potens & efficax, tam natura patiens, vt flagitia palam admodùm seuerè reprehenderet: sed cùm esset priuatim, neminem nisi blanditer & comiter obiurgare veller. Etsi autem multa eius humanitas & humilitas omnibus perspecta erat, magis tamen innotuit eo illustri, quod iam referemus, miraculo.

Cap.33. Egregia humilitas eius

Vitia palàm seueriter castigat & taxat.

Exierat quandoquè vir sanctus cum fratre, vt Mantuæ cõcionaretur. Transitum autem ei erat aqua, vrbẽ illam attingens. Rogauit nautam quendam, vt cauda Dei ipsum traduceret. Nauta mercedem à Deo expectandam negligens, naulum exegit, existimans illum latenter sub cucullo habere loculos nummis refertos, vt quidam solebant ex illis, quos Conuentuales vocant. Bernardinus ait, se Dei amore facultates suas omnes contempsisse, iterumque orat, vt pro Dei amore ipsum

Cap.34.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nautæ cuiusdam inhumanitas.

cum socio transuehat, eadem hora in vrbe illa concionem habiturum. Recusat nauta, & dicit: Etiamsi omittenda tibi concio sit, ego te in nauim meam non recipiam, nisi naulo persoluto. Sentiens vir Dei nõ posse se hac via traijcere in vrbem, benè confidens Domino, qui humiles & timentes se custodit, qui imperat ventis & aquis, qui sedare nouit tempestates omnes, & super mare graditur, sic compellat socium suum: Frater mi, satis ne fidis Domino? Respondet ille: Planè pater. Et Bernardinus: Potes, inquit, imitari, quod me facere videris? Illo dicente, se posse,

Magno miraculo pedibus calcat aquas.

Bernardinus palliolum suum expandit super aquas, primusque ipse calcat illud, socius sequitur, atque ità ambo flexis genibus, oculis & manibus in cælum sublatis, diuinam iugiter implorantes opem, in alteram aquarum partem sine vllo metu & cura incolumes euasêre, cùm nauis necdùm medium esset emensa spatium. Cernentes id tum qui in naui erant, tum qui stabant in litore, alta voce pariter implorabant Dei misericordiam, tam insigni miraculo obstupefacti. Postquàm autem terrã attigit Bernardinus, nulla visus est adspersus aqua, nec pallium madefactum fuit. Hoc ego miraculum didici à quodam sene presbytero, cui in iuuentute sua cum Bernardino magna intercesserat consuetudo & familiaritas, qui eum his oculis ità, vt diximus, viderat aquas transmittentem.

Cap 35. Trium ciuitatũ recusat Episcopatũ

Fama autem virtutum eius magis magisque sese in regiones omnes diffundente, tres celeberrimæ Italiæ ciuitates eum sibi Episcopum obnixè petiêrunt, Senam, Ferraria & Vrbinum, non mediocriter eo nomine instantes apud Eugenium, eius nominis quartum Pontificem. Sed Christi seruus, qui temporaria omnia & ambitionem omnem eius amore respuebat, malens cum pauperibus penuriam perpeti, quàm cum multa iucunditate & dignitate inter opulentos antistites & optimates efferri & honorari, vt posset maiori fide reddere Deo vota sua & quæ illi debebat: apud Pontificem Eugenium quanta potuit maxima cura, humilitate, studio se excusauit, planè inidoneum se existimans & asserens, qui tot curis obnoxiam susciperet functionem: ostendens etiam multò Deo gratius esse toto orbe homines ad eum conuertere, quàm intra vnius Episcopi diœcesim prædicare: deniquè adiungens, se hac ratione frustratum iri lucris suis, & animas hominum salute sua. Instante autem Pontifice, & compellere eum volente, mitramque suis manibus in eius caput imponente, vir sanctus summa contentione rogauit eum, nè sineret hac occasione se impediri à concionandi munere, & animatis Domino animabus lucrandis. Eius verbis valdè ædificatus Pontifex, cum à sede misit.

Cap 36.

Interrogatus aliquandò fuit Franciscanus quidam egregiè doctus & celebris ecclesiastes, quid causæ esset, cur non eam sermones eius vim & energiam haberent in populo, quam Bernardini, quem ipse doctrina & eloquentia superaret. Respondit ille: Ego comparari possum carboni calido sed non ignito, cui si alij carbones apponantur, ignem non concipiunt. At Bernardinus similis est carboni ardenti diuino inflammatus spiritu: cui carboni si alij frigidi admoueantur, ignem illo colligent & incalescent. Rogauit quandoquè religiosus quidam Bernardinum, quo pacto vitam spiritalem ad felicem posset exitum perducere & promouere, semper maiora virtutum capiendo incrementa. Ei autem Bernardinus ilicò sic respondit, vt se coram illo pronum humì prosterneret: hocipso id significare volẽs, si vellet ad fastigium & perfectionem vitæ spiritualis pertingere, necessariò collocandum esse in terra solidum & firmum sanctæ humilitatis fundamẽtum. Eiusmodi sermonibus solebat ille vnicuiq; admodùm benignè & placidè satisfacere pro cuiusque desiderio, Christi paruulos suauissimis pascens exhortationibus, vt solent prudentes nutrire infantes suos lacte verbum suorum.

Cuiusdam magni Theologi sententia de Bernardino.

Ad culmen perfectiõis vt pertingatur.

Cap 37.

Frater quidam scisitabatur ex eo, qua ratione consequi posset, vt apud populum eius fructuosæ essent conciones, multasque Domino animas lucrifaceret. Cui Bernardinus, Ante omnia, inquit, opera tua quæras regnum Dei & gloriam eius, cunctosque actus tuos ad eius referas laudem & honorem, in fraterna dilectione perseuerans: priusque facias opere, quod populum docere vis. Ità fiet, vt spiritus sanctus doceat te intùs omnem veritatem, quæ tibi & populo sit necessaria, detque tibi os & sermonem, cui non possint resistere aduersarij tui. Hoc salutare consilium vir sanctus in seipso expresserat, vtì potest aduerti ex suprà dictis, & pòst dicendis.

Quemadmodùm autem spiritus sanctus dona sua spiritalia ei inuisibiliter infuderit, eíque illapsus, ignito ardore suo linguam eius facundam & disertam reddiderit, miraculum subiectum luculenter demonstrabit. Volebat ille in quodam Ecclesiæ Concilio generali Græcos, qui ei intererant, veram salutis & veritatis viam docere: sed magno animi dolore cruciabatur, quòd illorum non calleret idioma. Secum autem cogitans admiranda Dei opera, & vt ille suis Apostolis contulerit, vt possent omnium gentium linguis loqui: obnixè rogabat eum, largiretur Græcis intelligentiam eorum, quæ dicturus esset ad illos. Mox feruenti spiritu multa in Deum fiducia fretus, assendit suggestum, Græceque concionatus est, de Catholica fide Græcos summo studio erudiens, ità vt mirarentur omnes, dicerentque eum nõ minùs probe nôsse Græcè, quàm si in Græcia natus esset. Sed Deus moderabat linguam eius, & loquebatur per eum. Cùm enim à suggestu descendisset, & omnes laudarent eius Græcè dicendi facultatem & copiam: ille Deo soli honorem omnem tribuens, manfit expers Græcæ linguæ, vt anteà fuerat.

Act. 2.

Concionatur Græcè ad Græcos, cùm nesciret Græcè.

Omnes mundi huius opes planè pro nihilo putabat. Si ei testamento legatæ essent magnæ eleemosynæ, quibus cœnobia sua extrueret, pecuniam eiusmodi nec adspicere, nec contrectare, nec conseruare volebat. Concionabatur aliquandò Mediolani præsente Duce, in eiusque arrogantiam seuerè & fidenter admodùm inuehebatur, quòd eius literæ ità acciperentur, vt propemodùm diuinus quidam cultus eis impendi videretur. Hortabatur autem populum, vt mundum & eius inanem gloriam nihili penderet. Dux verò id sentiens, grauissimè in illum commoueri cœpit, aitque nisi ab eiusmodi sermonibus abstineret, se omni supplicii genere excruciatum illum è medio sublaturum. At Bernardinus ea re minimè exhilaratus, retulit ad populum quid Princeps ipsi minatus esset, orauitque nè ipsum defendendum susciperent, paratum se dicens ad perferendum pro veritate martyrium: rursusque palàm illum morem reprehendit. Ea sancti viri constantia fractus & perterritus Princeps, non ausus fuit vllas porrò minas ei intentare. Aderat tum illi Principi quidam non bonus consultor, qui diceret ei: Si vis Bernardinum corrumpere, mitte illi poculum nummis aureis plenum: quos si receperit, poteris dicere populo, docere Bernardinum amplectendam paupertatem, & opes contemnendas: sed illum tamen id non præstare, quippè qui multam à te pecuniam acceperit. Placuit summoperè id consilium Principi. Itaque exploraturus, num opere faceret, quod verbo doceret Bernardinus, misit ei pocu-

Cap. 38.

Contemnit minas.

Tentatur eius integritas.

lum, in quo inerant aurei nummi, quos ducatos vocãt, quingenti. Affertur à nuncijs Ducis pecunia illa Bernardino, aiũt ex deuotione eam mitti à Principe, vt vtatur ea ad res necessarias sibi comparandas, & prout libitum sibi fuerit. Bernardinus verò noluit eam recipere, iussitque dici Principi, se ea opùs non habere. Refertur ergò pecunia ad Principem, sed rursùs versutus ille consultor instigat eum, vt denuò eam mittat Bernardino, mandetque, vt si ad priuatos eam accommodare nolit, conferat in fratrum suorum vsus & ad monasterij structuras. Redeunt aurei nuncij ad Bernardinum, explicant mandata Ducis. Ille respuit planè. Aiunt illi: Quid ergò his faciemus, quandò Princeps iussit nè ad ipsum illos reportemus? Tum Bernardinus: Si ità, inquit, se res habet, & mihi pecunia hac licet vti pro meo arbitratu, sequamini me præeuntem. Ducit ergò eos ad carceres Senenses, quibus tenebantur ære alieno pressi: rogat ex singulis quantum debeant, iubetque tantundem illis numerari è pecunia Ducis. Id cùm factum esset, omnes liberati sunt, demptis duobus, ad quos redimendos pecunia non sufficiebat. Tum illi miseri cœpere lachrymas fundere, Bernardini amplecti genua, rogare nè ipsis deesset

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. 40. Admiranda eius patientia.

Quicquid molestiæ, incommodi, penuriæ sancto viro accidisset, tranquillo animo placidè ferebat, semper laudans Deum & illi gratias agens. Aduersa correptus valetudine adeò se patientè exhibuit, vt ægrè posset animaduerti, sanúsne an ægrotus esset. Laborauit quandoquè dysenteria ad annos quatuordecim, nec tamen idcircò desijt prædicare verbum Dei. Posteà consulente Pontifice Eugenio, factus est Vicarius generalis fratrum de Obseruantia in locis Cismontanis, instituente eum reuerendissimo in Christo patre, fratrum Minorum Ministro generali, & Pontifice Eugenio suis literis confirmante. Atq; ità primus ille declaratus est Vicarius generalis fratrum de Obseruantia, cuius ipse author fuerat. In gubernandis autem & visitandis fratribus & sororibus, eius curę commissis, multa vtebatur prudentia, sicque se gerebat, vt laude nō mediocri dignus haberetur, creuitque in dies sub illius signis grex ille spiritualis. Nolim ego hîc tacitus præterire facinus eximium, ab illo Aretij diuina prouidētia perpetratum. Extra mœnia vrbis eius fons antiquus fuit. Solebant eò ciues Aretini & alij circunquaquè vicini tanquàm ad oraculum Apollinis confluere, responsa petentes ad occultas quæstiones suas, & morborum suorum curationes. Id verò animaduertens Bernardinus, verus Christianę religionis cultor & amator, aduersùs hûc dæmonum cultum fortissimè sese erexit, & promò quidem concione ad populum habita & absoluta, magnoperè omnium confirmatis animis, hortatus est eos sequi se ad demoliēdam impurissimorum dæmonum habitationem, prorsusque abolendam. Mox verò arrepta securi vel malleo, cum populo egressus est ad fontem: cumque ad fanum dæmonis peruenisset, primus ipse ictibus cœpit contundere, euertitque aram, & fontem lapidibus penitùs obturauit. Eodem autem loco plebs insignem condidit ædem in sanctissimæ Virginis Mariæ honorem, quæ illic quotidiè magna edit miracula: rogantęque Bernardino, Eugenius Papa quotannis in Natiuitate eiusdē Virginis magnas illi contulit donationes siue Indulgentias.

Fons dæmonibus dicatus.

Eū vir sanctus prorsus destruit.

Cap. 41.

Referam hoc loco aliud quiddam memorabile. Concionante aliquandò Bernardino Mediolani, peracta concione venit ad eum quidam egregiè strenuus miles, Christophorus nomine, qui Mediolanensi principi duodecim equis militarem nauabat operam: petijtq; ab eodem sancto viro, quid ipsius saluti existimaret conducibilius, vitámne sectari religiosam & monasticam, vel suo more fidum Principi exhibere ministerium. Ait autem ad eum Bernardinus: Præstat, mi domine, longeque magis expedit saluti animæ tuæ, seruire summo Regum regi, quàm mortali principi. Ijs verbis Christi spiritus compunxit illius nobilis viri pectus, idque adeò permouit, vt ad sancti viri pedes aduolutus, obnixè rogaret ab illo se recipi in Franciscanorum sodalitatem. Examinauit autem vir sanctus eius vitam, propositumque ei deinceps viuendum esse in paupertate, castitate & obedientia, in ieuniis, in penitentia, multisque corpori incōmodis & molestis. Ad ea verò se promptissimum illo offerente, illud ex Euangelio attulit Bernardinus: Si vis perfectus esse, vade omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni sequere me. Id quoquè vir nobilis se ait libentissimè facturū. Tum Bernardinus suas eius vertici imponens, Abi, inquit, & quod dicis, re ipsa confirmes. Nam Dei gratia quandoquè eris Christi deuotus & fidus miles atque minister. Cùm autem Bernardinus eum vestiret habitu monastico, ex contactu manuum eius, quem illius capiti imposuerat, tantum intùs & foris sensit ardorem & deuotionem, & manus & brachia eius vsque ad cor igni liquefacta diffluerent, sicut ipse testatus est. Quidā strenuus miles fit Franciscanus.

Matth. 19.

Rarę probitatis exemplum in milite.

Fuit verò idem vir nobilis etiam tum, cùm militiæ daret operam, moribus castis & corpore castissimus: nunquàm lusit aleam, nunquàm per Deum aut sanctos eius temerè iurauit, quemadmodùm ipse de se indicauit quibusdam familiaribus amicis suis, qui hæc scripto prodiderunt.

Cap. 42.

Signa admiranda & præclara miracula, à Bernardino quotidiè patrata, eximiam eius declarabant sanctitatem & concionum veritatem. Ex ijs quædam annotabo, omissis plurimis, ob nimiam vitandam prolixitatem. Fecit quandoquè sermonem apud Reatinos, & populo ad eum audiendum concurrente, vir quidam, Iohannes Antonij dictus, filiam habens anniculam, in cuius corpore duo erāt fœua vulnera, omnem chirurgorum operam eludētia: ex altero enim erumpebat fœtus ex vtero, & per alterum visebantur intestina: eam ipsam filiolam post concionem atu-

lit cum vxore sua ad cœnobium Franciscanorum, quod est in vrbe illa, vbi suum Bernardinus hospitium habebat: procidentesq; ambo in genua, filiolam coram Bernardino deponunt, vulnera & miseriam eius illi ostendunt, orantes summopere eius vt misereatur, & feruentibus precibus suis eam sanet. At vir sanctus dolens vicem infantulæ & afflictorum parentum eius, oculis sursùm placidè erectis, cruce consignat infantulam, aitque parētibus eius, vt benè fidant Deo: fore enim, vt Dominus ei propitius fiat. Quod etiam ità euenit. nam postridiè manè incolumis apparuit, solis vulnerum cicatricibus in corpore remanentibus. Itaq; gratias illi egerunt Deo & sancto Bernardino.

Crucis signo sanat puellā miserrimam.

Cap. 43.

In ciuitate Pratensi tota Quadragesima gratissimas ad populum habuit conciones, iamque ad Pascha aliò volebat proficisci, docturus verbum Dei. Eccè autē totius oppidi Pratensis ciues frequentissimo numero veniunt ad eum præ singulari erga illum amore & deuotione, vt vltimam eius percipiant benedictionem: adeò verò cingunt illum vndiquè, vt extra vrbis portas non posset egredi. Ità ergò intra extimam & intimam portam concluso illo, bos quidam indomitus, tanta populi multitudine exterritus, prosilit è stabulo, & ad portam cōtendens, multos pedibus & cornibus humi prosternit. In ijs autem adolescentem Nicolaum Laurentij tam ferociter inuasit & cornibus appetijt atq; contudit, vt pro mortuo è terra sublatus fuit. Repentè exiit clamor populi, adolescentem hunc à boue peremptum. Audiens id Bernardinus, multùm ingemuit & ait: Quicquid boni in hac vrbe Deus effecit, tartareus dæmon hac hora corrumpere & destruere vult. motusque commissatione accessit ad locum vir sanctus, vbi adolescens ceu mortuus iacebat: surrunque versis luminibus, orauit Deum pro illo, crucis signum ei imprimens, discensque ad turbam circunstantem: Deo benè fauente, sospes erit hic adolescens, tollite eum hinc. Nec secùs euenit, atquè ille prædixit. Nam cùm indè recessisset, adolescens surrexit incolumis.

Precibus & Crucis signo restituit penè exanimem.

Cap. 44.

Quandò primùm Romæ concionari cœpit Bernardinus, Andrea mulier mira de illo referri audiuit. Habuit autem nepotem, cuius ipsa erat auia. Quinquennis fuit puer, admodùm laborans morbo regio. Auia autem eius non mediocriter confidens sancti viri meritis, attulit ad eum puerum hunc, orans vt Deum pro illo deprecaretur, & sanitatē ei obtineret. Paucis ei respōdit Bernardinus: Quod tu pete a me, id præstant homines sancti & amici Dei. at nihilominùs eas tu cum proximis huius pueri cognatis, & confiteamini peccata vestra. Indè reuertaris ad me, & ego Dominū rogabo pro puero. Postq; ergò confessi fuêre peccata sua Andrea & consanguinei pueri, postero die redijt mulier cum puero ad Bernardinū in cœnobiū Aræ cœli, vbi hospes degebat apud Minoritas. Tum verò primùm obtulit Deo preces, deindè Crucis signū in puerum edidit, isque quam primùm virtute Dei & S. Bernardini meritis perfectè reualuit, nec vnquàm posteà recidit in morbū illum.

Item puerū regio morbo afflictū.

Cap. 45.

Spoletij fœmina quædam fuit ex multa corporis ægrotatione contracta, ità vt nec manu posset cibum in os inferre: atque interdùm tam immanes sentiebat cruciatus, vt furore aut insania correpta videretur. Ea ergò ad Bernardinum deportis contulit, à quo signo Crucis munita, repentè conualuit, & per se à terra surrexit. Præbuit ea res occasionem laudandi Deum Spoletinis vniuersis.

Miraculum

Cap. 46.

Aretij aliquandò tota Quadragesima prædicante Bernardino, & populum de cœnde ijs, quæ ad illorum salutem æternam pertinerent, contigit vt quodam die sermonem haberet in æde sanctissimæ matris Dei, quę est extra vrbis portam, sed ob nimium populi concursum cogeretur in cœmeterio sub dio concionari. Vbi cum in media iam versaretur concione, largissimi ē cælo lapsi imbres populum coegerunt sub tectum confugere, illo solo in suggestu remanente. Hortabatur ergò plebem, vt vnà secum rogarent Dominum, quò posset inchoatum absoluere sermonem. Cumque versùs cęlum Crucis signum expressisset, mox pluuia repressa est, redijtque plebs ad audiendum eum. At postquàm sermonem pertexuit, & populus in oppidum reuersus fuit, confestim magna pluuiæ vis ruit è cælo, tanquam si vnis aquæ effunderentur. Aiebant tum homines, sancti viri meritis frenatos fuisse imbres, donèc dicendi finem fecisset.

Signo Crucis coërcet imbrem.

Cap. 47.

In ciuitate Aquila vicus est, qui S. Crucis dicitur, in eoque locus quidam S. Mariæ appellabatur. In eo concionem quandoque pijssimam habuit Bernardinus de illa singulari Virgine & Domina nostra coram dynastis quibusdam & principibus &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ducibus,ingentiq́ue populi turba.Intererat huic concioni etiam Alphonſus Artgonenſis & Siciliæ rex. Thema huius ſermonis ſibi propoſuerat vir ſanctus in honorē matris Dei verba illa ex 12. capite Apocalypſis Iohannis Euangeliſtæ:Signum magnum apparuit in cælo: mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim. Quæ ille verba aptiſſimè accommodauit ſuſu ſpiritali ad ſacratiſſimam Virginem, multa eam prædicatione efferens, & duodecim ſtellas interpretans totidem principales virtutes & chariſmata, quibus illa ornata fuit. Cumq́ue primam ſtellam exponeret eius virgineam & immaculatam

*nobilitatē * puritatem, ſole ardētiſſimo & radiantiſſimo viſa eſt ſupra caput Bernardini ſtella mirè elegans & luculenta,quæ etiam ſolis ſplendorem ſuperaret. Ea conſpecta,

Stella illuſtris viſitur ſupra caput eius concionantis. valdè territus eſt populus,neſciens quid portenderet. Videbant enim illam ſuos radios in ſancti viri faciem vibrare,adeò vt ille ſplendere videretur. Tandèm non abſque magna plebis admiratione euanuit. Fuit autem illa ſignum illud magnum, quod apparuit in cælo,Chriſti Ieſu mater Maria, ineffabili claritate reſplendens, indicare volens hunc ſanctum Dei hominem, ſuumq́; peculiarem miniſtrum, totius religionis & ſpiritalis vitæ exemplar eſſe,& vas atque ſpeculum virtutū omnium: qui paulò pòſt in ea vrbe diem eſſet clauſurus extremum,& in æterna beatitudine ſublimiter coronandus & exaltandus foret: quod quidem etiam ſic euenit, vt pòſt dicturi ſumus.

Cap.48. Ea tempeſtate Sigiſmundus electus Romanorum Imperator, vt à Pontifice coronam acciperet,Romam profectus eſt.Cumq́ue veniſſet Senas, vbi tum erat Bernardinus,ſummo tenebatur deſiderio eius videndi,& cum illo amicitiam contrahendi, quippè de cuius ſanctitate permulta acceperat. Itaque quotidiè inuiſebat

Sigiſmūdus Imperator quanti illū fecerit. cum,aut eius audiebat concionem, vel Miſſam, vel ad ſe illum euocabat. Quod ſi diem vnum ſine illo fuiſſet,cum ſibi perdidiſſe videbatur. Fuit autem idem rex à Senenſibus honorificentiſſimè acceptus,manſitq́ue illic ad nouem menſes propter tuos,quòd necdùm inter Pontificem & ipſum omnia ſatis tranſacta eſſent.Sed propter alios magnos principes & dynaſtas, etiam ipſi Senenſes ſuos ad Pontificem legatos miſerunt, ſummoq́ue ſtudio effecerunt apud illum, vt certum præſtitueret diem,quo vellet ipſe Sigiſmundum electum ceu legitimum Romanorum Imperatorem coronare. Atque eo nuncio percepto,Sigiſmundus Romam abijt, allumpto ſecum Bernardino,quo mirificè delectabatur.Cùm autē ab Aquila exiret cum Sigiſmundo Bernardinus, quidam rector vidit eum ex recto per vicum equitantem,altaq́ue voce clamitās, & ſanctum virum irridens, Quónam, inquit,iter habet noſter Pontifex? Vix autem ea prolocutus,magno flante vento, decidit à recto terram,non mediocriter quaſſato & læſo corpore. Ad ſe autem reuerſus,agnouit culpam ſuam, iubensq́ue ſe apportari ad Bernardinum, rogauit eum vt Crucē ſe conſignaret. Fecit id vir pius,& ſtatim abijt incolumis rector ille.

Vltio in irriſorem ſancti viri.

Cap.49. Poſtquàm coronatus fuit Sigiſmūdus Imperator,Bernardinus Senas rediit,multosq́ue compoſuit pios libros,Chriſtianis omnibus vtiles & ſalutares. Fuerat ille puero in bonis operibus educatus, ſemperq́ue virtutum ſtudioſus in finem vſque permanſit. Nunquàm auertit pedem extra vias rectas, nec à primo tepuit propoſito: porrò ſuprà quàm dici queat ſemper in id animum intendit,vt corporis & animæ puritatem integram conſeruaret. Itaque cùm in vrbibus concionaretur, feminas non potuit,vt viri & fœminæ inter ſe pariter conſiderent,nè qua libidini præbeatur occaſio: ſed ſedere cogebantur ſeparatim,atque inter vtroſque ingens ſulcus debatur tapetum, nè alij alios reſpicerent, ſed ad ſermonem animos attentos adhiberent.

Vide zelum caſtitatis.

Cap.50. Concionabatur aliquandò vir ſanctus apud Senenſes, ſedebantq́; hunc illum ſcens illo inuito ſtabat tali loco, qui eſſet fœminis oppoſitus, vt vel animo illas dum ſciuncti viri ac mulieres,eum auſcultantes: at tamen quidam laſciuus, plerer libidines.Senſit id vir Dei,hortatusq́ue eum eſt,vt aſſideret inter mares. Ille contempſit hoc, manſitq́ue confidenter in loco ſuo. Eum contemptum ergo

Prædicit mala mortē laſciuo adoleſcenti. mæ inſtitutionis ſuæ non ferens vir ſanctus, ait palàm ad eum: Eccè ego dico tibi, adoleſcens,qui iſthic ſtas impudenter & audacter,auratis indutus veſtibus, non rùm vereri me mala morte te periturum.Idq́ue ſic accidit,quādò poſtea ob ſua flagitia & maleficia tanquàm latro apud Anconam capite plexus eſt.

Cap.51. Fœmina quædam inſanabili laborans morbo, præ magna erga S. Bernardinum

deuotione cupiebat tangere veſtes eius,ſperans ſe earum contactu ſanatum iri. Expectabat igitur cum clàm loco quodam,quo erat tranſiturus: videnſq́ue illū,mox ſe ſubmiſit ad pedes eius, volens tangere extremam oram cuculli eius. At vir Dei, qui nullam vnquàm fœminam ad ſe propiùs accedere pateretur, nec cum vlla fœmina,dempta confeſſione,ſolus colloqueretur,primò equidem turbatus fuit eius inopinato tactu,ſed comperta eximia fidei eius deuotione,tulit moderatè: mox

Inſigne miraculum. quę illa mulier ſic reſtituta eſt,àc ſi nunquàm malè habuiſſet.

Cap.52. Apud Peruſinos certis temporibus ludi quidam execrabiles quotānis ab armatis hominibus exercebantur.Communiebant ſe ciues,eo ludo inter ſe congreſſuri, armis, loricis, thoracibus ferreis, galeis, diuerſiſq́ue alijs rebus, nec pauci in

Perusiæ tollit abuſum quendam. eiuſmodi conflictu moriebātur,pœnas daturi ſempiternas. Vbi Perusiam venit S. Bernardinus, deteſtabatur hoc exitiale certamē,curauitq́; omne genus armorum, quibus in illo vti conſueuerant,prorsùs conterendum atq; conſcindendum: & ex conſenſu publico cōſtituit,magnis propoſitis pœnis in immorigeros,nè deinceps in ea vrbe eiuſmodi ſatanica certamina fierent. In eadem vrbe alio tempore acerbiſſima inter ciues extitit diſcordia.Eam animaduertens Bernardinus,maximopere hortabatur populum ad mutuam pacem,ità dicens: Dominus Deus videns diſſenſionem veſtram,quam ille valdè odit,me vt angelum ſuum miſit ad vos, vt annunciem in terris pacem hominibus bonæ voluntatis.Deindè quatuor ad illos habuit conciones,quibus ad animorum ſuauiſſimam conſenſionem eos incitabat,in vltima concione eiuſcemodi vtens verbis: Quotquot bona ſunt prædicti voluntatis,& cum proximis ſuis pacifici degere cupiunt,ad latus dextrum ſe conferant: cæteri qui dictis nolunt parere meis,ad ſiniſtrum tranſeant. Tum verò plebs omnis Deo volēte ad dexteram ſe recepit: vnus ſolus nobilis & præpotēs adoleſcēs cum famulis ſuis manſit in parte ſiniſtra, acerbè muſſitans aduersùs virum Dei, & eius ſalutares admonitiones floccipendens. Eius animum malè obſtinatum & peruicacem ſuperbiam cernens Bernardinus,ſic eum cōpellauit: En tu ſolus iſthic ſtas, ſuperba obſtinatione tua contemnens id, quod ego verbis Dei populo conſului. Iuſtum ergò Dei nomine hortor te,vt proximis tuis ex animo remittas, quicquid illi rei in te vel in familiam vnquàm perperàm cōmiſerunt, recedasq́; hinc in partem dexteram.Quòd ſi mihi non obtemperaueris,certus eſto non te viuum redi-

Alteri adoleſcenti prædicit mortē ſubitaneā, ni reſipiſcat turum in domum tuam. Irriſit ille ſancti viri vaticinium,delirare eum dictitans, qui ei velit adhibere fidem: nec voluit ſe accommodare dictis eius. Eccè autem vt cœpit calcare cœpit limen domūs ſuæ,nihil veritus diuinam vltionem, morbo cum inuadente repentè extinctus fuit abſque Eccleſiæ ſacramētis,cùm necdùm ingreſſus eſſet intrò in ædes ſuas, vti ei Bernardinus antè prædixerat.

Cap.53. Cùm aliquandò Romæ concionaretur vir ſanctus, eſſetq́; corporis admodùm imbecilla valetudine,pia quædam matrona miſit ei aromata vel cōfectiones, quibus pectus ſuum corroboraret. Ille verò ſeuerus corporis ſui caſtigator, qui illud affligere quàm fouere ciusq́; commodis ſtudere mâllet,nuntio aromata afferenti dixit: Ego his rebus non indigeo: ſed eas in vicū,& quæras hominē ex afflictiſſima valetudine decumbentem,dicasq́ue ei verbis meis: Frater Bernardinus mittit tibi hæc aromata ipſi miſſa,vt tu ijs in nomine IESV vtaris,teq́ue confirmes.Mira res.

Præclatum miraculum. Simulatquè guſtauit æger ille aromata, è lecto ſanus ſurrexit. Nimia prolixitate onerosus ero,ſi cuncta eius miracula ſingulatim enumerare velim,quæ tamen pelo circunquaquè ſunt notiſſima, certisq́ue teſtimonijs confirmata.Neque enim ille vnquàm, donèc in viuis erat, aut ab operibus bonis,aut à miraculis patrandis otiosus fuit.

Cap.54. Poſtquàm autem Deo viſum fuit laboribus eius finem imponere, extremo anno vitæ illius hanc ei adſpirauit cogitationē,vt inuiſeret patriam ſuam, ciuesq́; & ſodales ſuos,eorumq́; animos excitaret ad amandū Deum,& eius mādata ſeruāda. Venit ergo Maſſanam,vbi natus fuerat,ſicut ſuprà dictū eſt, & tota Quadrageſima illic docens è ſuggeſtu verbū Dei,cum multo labore, nihil ſibi parcens,populum cælesti manna ſatiauit, & ſitim eius potu ſalutis expleuit, ſpiritalibusq́ue eos conſolationibus abundè refecit. Factum autem tunc ibi diuinitùs eſt ſingulare quoddam miraculum, vt ſempiterna apud illos Bernardini memoria conſeruaretur. Cùm enim aliquandò prædicâſſet populo, repeteretq́ue hoſpitium ſuum, Hiſpanus quidam lepra admodùm horridus & deformis ei obuiàm venit, viſendi

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius cupidus. Ciues autem molestè ferebant illum hominem ire per oppidi sui plateas: itaque bonis verbis extra vrbem cum educebant. At ille postridiè clàm rursùs venit in vrbem, rogauitque humiliter Bernardinum, vt calceos ipsi daret, quibus pedes tegeret. cogebatur enim præ inopia ire nudis pedibus, qui valdè intumuerant & morbidi erant. Motus misericordia erga miserũ hominem vir sanctus, dedit ei calceos suos, à suis pedibus detractos, verum discipulum & legitimum filium sese hocipso declarans patris sui Francisci, qui se nudauit, vt pauperem militem vestiret: quod quidem etiam in alijs sæpè fecit similiter, cum sancto Martino libenter de sua paupertate impertiens alijs. Larga enim miseratio erga inopes & calamitosos homines ab infantia creuerat cum illo. Sed audi iam, quid leprofo contigerit. Cùm illis calceis suos induisset pedes, mox ab oppido egressus est, parumque progressus, sensit calceos plenos calculis vel silicibus, quibus saucij pedes eius atterercntur. Soluens ergò illos à pedibus, expurgare voluit, & eccè videt eos plenos tanquàm piscium squamis, pedesque suos vsque ad genua sanatos. Impensis igitur laudans Deum, iucundissimo animo ire perrexit, calceis ad pedes alligatis. rursusque paruo emenso viæ spatio, videbatur sibi calceos arena & lapillis referos habere, ijsque pedes compungi. Denuò ergò exuit calceos, cernit squamas, vt anteà, seque vsque ad renes curatum. Vberiori indè concepto gaudio, adiungit calceos pedibus, lætabundus & Deo gratias agens, sanctique Bernardini meritis se commendans, cœptum iter prosequitur. O Deus sempiterne & immortalis, quàm posset satis esse tuis enumerandis beneficijs? Tertiò cogitur vir ille post breue itineris spatium detrahere sibi calceos, & excutere squamas. Tum verò sensit se integra sanitate potitum, atque indè incredibili lætitia affectus, redijt ad vrbem, totoque pectore ingentes Bernardino gratias egit, quòd eius meritis à lepra repurgatus esset. Audiens hoc seruus Christi Bernardinus, Deo concedens honorem, eius inexhaustæ misericordiæ & bonitati gratias egit, præcepitque homini restituto, vt Deum in eius operibus laude & prædicatione efferret, nec cuiquam vnquàm, dum ipse viueret, hoc miraculum indicaret.

Singularis benignitas eius in leprosum.

Sanatur leprosus à pedibus vsque ad genua.

Mox vsque ad renes.

Totus tenalefecit.

Cap. 55. Posteà vir Dei reuersus est Senas, habuitque conciones feruentes, præsertim de iustitia & bona politia eius ciuitatis: & cùm benè precatus esset eis in virtute Dei, eis valedixit, sciens se deincèps nunquàm apud illos concionaturum. Postera luce cœpit proficisci ad regnum Neapolitanum: veniensque ad Reatinos, diuinis illos pauit sermonibus, ijsque itidèm benè precatus, indè recessit, peruenitque ad aliam vrbem, in qua postremò concionatus est manè festa feria ante Christi Assensionem. Ibi, inquam, mellitissimi eius sermones finem habuêre. Dicebat enim ille, molestum cursum & graues labores suos iam consummatos esse: satisque nôrat ex sancti spiritûs reuelatione, ocyùs se à terra emigraturum. Abijt autem ex eo loco asello subuectus, & cùm ad quandam venisset plateam, vbi magna erat populi frequentissima, auidissimus quidem erat pro concione illos docendi, sed virium imbecillitas id non patiebatur. Postridiè manè admodùm, morbo plùs plusque ingrauescêre, multa instantia petijt se Aquilam vehi. Non recusabant fratres, sed ob nimium ventris fluxum non potuit illo die Aquilam peruenire: mansit autem cum fratribus in pago S. Syluestri. Dominico die, morbo semper incrementa capiête, Aquilam introductus est & magna populi deuotione & gratulatione exceptus: perductusque in S. Francisci cœnobium, cellulam accepit Iohannis Capistrani, qui tum ob expedienda quædam negocia extra vrbem egressus fuerat, & in eius lecto repositus est. Illo autem iubente, euocati sunt ad virum Dei medici peritissimi, quòrquot haberi potuêre, qui omnes de vita eius desperantes, aiebant filium mortis eum esse. Nulla enim ratione fluxum illum ventris coërcere potuerunt. Sciens quoq; vir Dei mortem sibi imminere, pridiè Assensionis Domini cum multa præparatione & deuotione sacramentis Eucharistiæ & extremæ Vnctionis se communiuit. Morte aduentante, cùm loqui non posset, quibus potuit signis indicauit fratribus, vt ipsum è lecto in terram deponerent, ab hac lachrymarũ valle recessurũ. Itaq; fratres à lecto illum cinere pauimentum asseribus stratum eum deposuerunt, vbi ille sursùm erectis lumbis, spiritum suum in Dei manus commendauit, feliciterque è corpore excessit * vicesimo mensis Maij die, pridiè Assensionis Domini, anno Christi millesimo quadringentesimo quadragesimoquarto, cùm in Vespertinis precibus sanctæ con-

Vltima concio eius.

Spem vitæ eius medici abijciunt.

Obdormit in Domino

for. *22.

cinerenti illam ad Magnificat Antiphonam, Pater manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi: nunc autem pro eis rogo, non pro mundo: quia ego ad te vado, alleluia. Vixit in terris annis sex & sexaginta. Vigintiduobus annis in seculo, reliquis in monastica professione degit: quadraginta multo labore Dei verbum prædicauit passim per regiones omnes, nullo vnquàm tædio retardatus. Ità ergò felix illa anima, quæ semper magno arserat desiderio ex corporis huius vinculis emigrandi, & cum Christo æternùm regnandi, vitæ temporariæ nexibus expedita est, atque ex mundi huius inopia ad illas cælestes opes, ex hac miseria ad infinitam beatitudinem, ab hac morte corporis ad illam semper duraturam euolauit vitam. O virum sanctum, cuius anima paradisum obtinet, lætantibus angelis, gratulantibus archangelis, sanctis omnibus iubilantibus, virginibus denique clamantibus, Mane nobiscum in sempiternum.

Morte eius non mediocriter mœrebant fratres, acerbè lugẽtes, quòd se destitutos cernerent suauissima præsentia eius: nec minùs tamen se consolabantur, quòd tam sanctè obijsse eũ cernerent. Præparabant autẽ res necessarias corpori eius sepeliendo, illud pro veteri more lauabant, alio eũ cucullo induebant. vestẽ verò, qua solebat vti, mittebant ad monasterium de Capriola, quod est extra Senas, vbi eius est bibliotheca, cuius codices sua manu ipse conscripsit, vt est suprà commemoratum. Quo loco multa fiunt quotidiè miracula in ijs, qui illic cum visitât, eius libri & alia, quibus pro magna necessitate vti consueuerat, asseruabantur: vbi etiã implorant opem, & vestes attingunt. Apparabatur à fratribus arca, in qua conderent corpus eius, illudq; Senas veherent. Quod vbi à nõ paucis animaduersum est, in vrbe proclamârũt, sanctũ virum Bernardinum fuũ diem obisse. Moxq; in monasterium accurrerunt sine numero viri, fœminę, pueri, vt sacrũ eius corpus viderent & exoscularentur. Magistratus verò vrbis Aquilæ corpus illud è fratrum manibus quam primùm abstulerunt, extractumq; ex arca, in qua iam repositum fuerat, vt Senas asportaretur, egregiè exornârunt, & quibusdam fidis ciuibus custodiendũ tradiderunt, vt postero die coram omni populo illud in templo spectandum proponerer: miseruntque ad vrbis Episcopum, rogantes eum, vt cum toto Clero suo veniret interesse sancti viri exequijs. Adduxerunt indè ipso Assensionis Dominicæ die corpus eius in ecclesiã sanè quàm honorificè, vbi plebs omnis collecta erat ad illud conspiciendum & deosculandum. Tot autem edebantur illic stupenda miracula per merita & preces eius, vt de eius gloria nemo dubitare ausus esset: præpotentis Dei benignitate mirificis operibus suis satis declarante, animam serui sui admodùm sublimiter apud se in cælis exaltatam.

Miracula ex cõtractu vestiũ eius.

Aquilini nõ ferunt corpus eius sibi auferri.

Cap. 56.

Cap. 57. Eadem hora, qua corpus eius in ede sacra repositũ fuit, priusquàm Clerus ad eius exequias adueniret, puer nouẽ annorum, Paschalis nomine, filius Pauli Matthęi, celerrimè eò properauit, flexisq; humiliter ad extremas illius partes genibus, sic precatus est: Credo firmiter, sancte pater Bernardine, te cum sanctis à Deo exaltatum. Ego miser meipsum commendo tibi omni qua possum deuotione, orãs summisse, vt per merita tua mihi in anima & corpore opituleris. Solebat is puer cum cæteris sedere præ foribus templi, miserè contractus & claudus. Postquàm autem famulus ingressus est. Id verò conspicatus Antonius Bagnensis, ciuis Aquilinus, à primo ortu contractus & claudus, in corpus exanime incubuit, videbaturque ei continuò eius ipsius admodùm extẽdi: mox rectus incessit pedibus suis, nihil prorsùs claudicans, populũ inuitans ad beati Bernardini venerationem. Vbi autem horum miraculorum fama in vicinas vrbes diuulgata est, grãdi numero aduolârunt Aquilam iuuenes & senes, mares ac fœmine, præ multo gaudio lachrymantes & dicentes: Adsis nobis, S. Bernardine, & in omni necessitate tuere nos. Tanta autem fuit aduentantiũ frequentia, sese comprimentium, & perstrepentium atq; clamantium, vt Episcopus cum Clero suo ægrè posset diuina officia peragere. Id verò cernens oppidi magistratus, de communi sententia statuit, vt sacrum corpus extra eadem Franciscanorum, quæ angusta erat, per ciuitatem & forum ad S. Maximi primarium templum efferretur. Sequebatur funus ingens hominum turbis, quibus plena erat vrbs illa insignis, quæ vna est ex præcipuis eius regionis ciuitatibus. Accendebantur faces & cerei circum corpus, cùm pro se quisque certatim vellent cohonestare funus: omnesque eius terræ homines gratias agebant

Puer cõtractus fit sanus.

Itẽm vir quidam:

Deo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deo pro eius ineffabili gratia, & singulari ipsis dato patrono. Concinebat Clerus,
Effectus iste satis declarat eius sanctitatem. lamentabatur populus præ gaudio, inter omnes coibat pax & cõsensio, qui tamen antè inter se acerbissimè dissenserãt, ità vt septem ex primarijs eius oppidi viris tru-
cidati essent. Eam discordiam ab animis hominum aboleuit hæc incredibilis exul-
tatio, & per beati Bernardini merita instaurata est inter illos amicitia & mutua be-
neuolentia, ità vt gratias agerent Deo, qui desolatæ ipsorum ciuitati tam fidum
contulisset sequestrum & intercessorem.

Cap.58. Reportatum indè corpus eius est ad S. Frãcisci ecclesiam, nec tamen terra illud
condere voluerunt, sed deposuerunt in sacello ferreis cancellis munito, adhibitis
excubitoribus, qui nocte ac die illud custodirent, donèc arca ferrea, duodecim in-
structa seris pararetur, atque in eam illud imponeretur. Aduentabant autem di-
uersi omnis generis afflicti morbis ex locis diuersis, vt sacro propinquantes corpo-
ri, beati viri meritis reualescerent: id quod multis præstitum fuit. Contigit illo
inter alios ægros fratrem Benedictum à Marsito Minoritam adesse, membrorum
officio destitutum, dextra aure surdum & ingẽtes sonos ac strepitus tanquàm me-
letrinæ aut malleorum incudem tundentium illic sentientem. Is arripuit pãnum,
quo exanime beati viri corpus post lotionem detersum fuerat, illoque se inuol-
uens, postquàm diligenter confessus erat peccata sua, humiliter flexit genua ad pe-
Surdo reddi-tur auditus & vires. des sancti viri, orans sibi sanitatem restitui. Redijt ilicò auditus, sensusque & vires
instauratæ sunt. Per illos dies quotidiè crebrò pulsabantur campanæ ciuitatis, po-
pulus suprà quàm dici queat lætabatur, cerei & faculæ ardebant nocte ac die in ec-
clesia S. Francisci, vbi cæleste illud seruabatur pignus, vrbs tota exultabat. Homines me-
chanici cessãbant ab operibus, agricolæ non colebant agros, sed omnes pariter fe-
Obserua re miram. stos celebrabant dies. Atque cum in modum mansit sacrum corpus inhumatum
ad dies sex & viginti, non solùm nihil malè olens, sed suauissimos etiã spirans odo-
res coram omni populo.

Cap.59. Interim autem, dum sic in arca lignea iaceret corpus non sepultum, magna exi-
Seditio horrenda Aquilæ. tit dissensio inter scabinos & senatores atque plebem vrbis illius. Vulgus enim in
magistratum seditione excitata, alios post alios ad quæstionem vi abripuit. Infiniebat præ malitia furens populus aduersùs magistratum, nec vllam admittebat ratio-
onem: sed lata sententia, rectores suos & nobiles dominos, perindè ac reros ne-
cerentur. Itaque ceu fures è carcere producuntur proceres, & ad cædis locum per-
ducuntur: obligantur eorum' oculi, flectunt genua, anxiè sustinentes carnificis
ictum. Illo suum præparãte ensem, auditur pueri vox, in aëre terribiliter clamãn-
tis: Cessate ab effundendo innoxio sanguine, sed ocyùs ite ad Frãciscanorum tem-
plum, affatim illic reperturi, quod tam perniciosè expetitis. Stupent omnes ad
hanc vocem, carnifex iubente plebe retrahit manum suam, proceres eleuat, dili-
genter eos custodit, nè quà elabantur. Territus populus ob flagitiosum animi ilius
propositum, rapido cursu contendit ad ædem S. Francisci, & eccè vident omnes
Stupendo sanè miraculo sedatur tumultus. naribus exanimati corporis S. Bernardini tanta copia manare sanguinem, ac ibi
duobus fontibus largissima aqua profluere: arca corpus continens tam erat plena
na sanguine, vt corpus ipsum in illo nataret, sanguisque redundans operimen-
tum arcæ eleuaret, vestes, quibus corpus indutum erat, cruentæ essent, sanguisque
magis ac magis circuncircà difflueret, donèc populus cum ingenti humilitate &
deuotione veniam & misericordiam peteret ob id immane facinus. Ex eo autem
sanguine multi collegerũt in pocula vel vitra, coque diuersi morbi admirabiliter
curati sunt.

Cap.60. Posteà verò per omnem Italiam & Galliam togatam de sancti viri decessu &
quotidianis miraculis fama volitante, omnes eum non alio quàm sancti cum Deo
manentis loco habuêre: atque in vrbibus, in quibus anteà concionatus fuerat, ho-
norificè in primis eius celebratæ sunt exequiæ coram omni populo & magistratu,
ità vt potiùs videretur festus agi dies, quàm iusta funeri persolui. Plebs omnis mu-
ta in eum deuotione incendebatur: qui in longinquis erant regionibus, sacrum
corpus illius se visuros vouebant.

Cap.46. F. Iohannes Capistranus, socius viri Dei, & Vicarius generalis fratrum de Obser-
uantia, doctor Iuris, concionator feruidus, cùm in Sicilia esset de Pontificis vo-

luntate ob quædam conficienda negotia, vt cognouit patrem suum S. Bernardi-
num in cælos abijsse, celeriter Aquilam redijt, vt eum curaret eleuandum & in san-
ctorum catalogo adscribendum. Postquàm eò venit, socij eius viderunt micantem
Viderut stellam media die. stellam illam media die, quæ iam antè visa fuerat, cùm illic concionem haberet de
sacratissima Virgine Bernardinus. Mirabantur omnes, & alij alijs eam demonstra-
bant. Vacabat tum lectioni in cella sua Capistranus, concioni se prꝑparans. Videns
autem admirabũdos fratres, sciscitabatur quid rei isthuc esset. Dicebant illi, se stel-
lam videre luculenter radiantem, quæ olim supra caput Bernardini splenduisset:
simulque ostendebant eam illi. Vndè mirè exhilaratus, laudabat Deum & sanctis-
simam matrẽ eius, spe bona fretus prosperè cessuros labores, quos susceperat pro
obtinenda Bernardini in sanctos relatione, quibus tum non mediocriter occupa-
tus erat. Postridiè iturus Romam ad Eugenium Pontificem cum socijs suis, itineris
ducem habuit stellam illam, quæ præluce bat ei semper magna itineris parte. Por-
rò miracula, quæ quotidiè fiebant, testibus confirmata, in libros & instrumenta re-
Miracula eius approbantur. ferebantur, & à multis Cardinalibus examinata, tandèm à Pontifice & tota Eccle-
sia approbantur. Permolestum autem & lectori & mihi fuerit, si vel partem eorum
conscribere velim: impossibile verò ea omnia memoria retinere. At tamen pro
maiori erga hunc sanctum virum excitanda deuotione, tria aut quatuor exprꝑci-
puis annotabo.

Apud Aquilam ciuis fuit, filium habens menses natum octodecim. Mater eius Cap.62.
Buturella quãdoquè inuisere voluit Mariam Burgensem vicinam suam. Currebat
autem post eam puer iste. Illa in domum ingressa, puer mansit ad fores, vbi stabat
vas aqua plenum, ad duos vel tres cubitos profundè depositum in terra. Incũben-
te autem puero ad ostium, verso ostio, cadebat puer in vas illud, neque videns ali-
quem, nec vllum edens clamorem: atque ità ab aqua præfocatus, mansit illic capi-
te depresso, pedibus sursùm versis ad dimidiam horam, priusquàm quisquam id
perciperet. Loquebatur interim diù mater eius cum vicina sua, existimans filio-
lum suum cũ alijs pueris ludere in platea. Domum reditura inclamabat puerum,
sed non veniebat, nec quisquam nouerat vbinàm esset. Perquirebat in angulis & vi-
cinium quis vidisset ipsius filium. Quærebat cum illa pariter etiam Maria, de qua
dixim us: cumque præteriret vas illud, vidit pannum in aqua eminentem: cum ex-
trahere volens, cernit pedes pueri extra aquam extantes. Eo spectaculo mirè per-
terrefacta, matrem eius accersit, dicitque ei: En filiolus tuus hìc extinctus iacet in
vase. Repentè igitur extrahunt paruulum, sed is iam planè ater & exanimis erat, ab
aquâ tumefactus, nihil vitæ præ se ferens. Ea re dolore incredibili confecta mater,
miserandum in modum eiulat, vellens pilos suos, & genas lacerans vnguibus haud
secùs, quàm si faciem discerpere velit. Accurrũt ad eam vicinæ aliæ, & multùm do-
lent vicem eius. Aderat tum etiam inter alios Dominicus Vasanus, tertium sancti
Francisci institutum vel regulam professus. Is diuino instinctu permotus, hortatur
populum, vt in honorem Dei & S. Bernardini pariter dicant precationem Salua-
toris: posse, inquiens, Deum sancti Bernardini precibus flexum, puero vitam resti-
tuere. Et prece completa, puer cœpit oscitari, manabat à corpore eius aqua per
nasi & alios meatus, surrexitque benè sanus & incolumis.
Redit ad vitam extinctus puer.

Basilicæ ciuis quidam Iohannes cum vxore sua Margareta proficiscebatur Cap.63.
Aquilam, simulque illic commorabantur in S. Ludouici domo hospitali. Mu-
lier puero grauida, laborare cœpit adeò, vt è vita abitura timeretur. Obste-
tris fedulam illi nauabat operam, & primò quidem videbantur pedes infantis,
sed quantuncunquè sudaretur, reliquæ partes non sequebantur. Prodijt tandèm
puer vsque ad collum mortuus, sed caput præfocatum hærebat, nec potuit vlla
ratione ei subueniri. Obstetrix cum alijs fœminis inuocabat S. Bernardinum,
vt matrem viuam conseruaret, & à partu absolueret. Mox fœmina prolem
enixa est coram omnibus illis mulieribus, sed nulla in ea vita cernebatur. Rur-
sus pia obstetrix, diuinæ fidens potentiæ, sciens non abbreuiatam manum eius, re-
liquas fœminas hortabatur, vt toto pectore rogarent sanctum Bernardinum,
vt infans mortuus reuiuisceret, & baptismi gratiam posset adipisci. Faciebant
id omnes, cum gemitibus & lachrymis S. Bernardini opem implorantes. Indè cae-
cus puer, cœpit fesse commouere. Mox aquam obstetrix accipiẽs, baptizauit eum
in nomine patris & filij & spiritus sancti. Tum verò magis etiam ille cœpit recu-
Esa.50.& 59.
Item infans mortuus.

pera-

Universidad de Deusto
Biblioteca

perare spiritum, & oculos aperire. Lætabatur mater, & fœminæ ei congratulantes dicebant: Reuerà filius tuus viuit. Et mansit ille viuus, quotidiana capiens vitæ incrementa.

Cap.64. Sæpè opitulatus est Bernardinus in partu laborantibus, illum tum inuocantibus, aut quippiam ex eius reliquijs apud se habẽtibus. Cùm adhuc nobiscum interis degeret, quatuor vita functos ad vitam reuocauit. Puer annorum decem, Carnus nomine, Aquilæ natus, triticum ferebat ad molam aquariam, vt moleretur. Abiturus indè, deimprouisò calcauit pede molendini rotam, cùm ea circumageretur, ceciditque in foueam. In ipso casu inuocans S. Bernardinum, Subueni mihi, inquit, S. Bernardine. Extractus indè est ex aquis, quæ erant sub rota, admotus

Miraculum. que igni vt calefieret, surrexit, & incolumis domum abijt, gratias agens Deo & S. Bernardino.

Cap.65. Dominus Nicolaus Galiardinus filium habuit Benedictum, annos natum quindecim, valdè à peste, febre, & alijs exitialibus morbis afflictũ, ità vt medici omnem ei viuendi spem præciderent. Allatum est ad eum de panno, quo opertum fe-

Mira vis pãni, quo tectum fuit corpus eius. rat S. Bernardini corpus. Eo panno ad corpus suum appositio, fricabat malè affecta membra: statimque in lecto se erigens, Gratias, inquit, Deo & S. Bernardino: liberatus sum à morbis omnibus, & totus rectè valeo. Imposuerunt deinde pannum illum capiti eius, moxque arctiori eum complectente somno, obdormiuit, cum iam multo tempore nulla potuisset quiete potiri. Medici eò manè aduenientes, vt lotium inspicerent, sanum conspiciunt, quem pridiè penè mortuum reliquerant. Ità ille adolescens Dei ope & S. Bernardini meritis integra salute potitus est.

Cap.66. Puella quædam Spoletina, cui nomen erat Polonica, in pectore habebat vlcus immedicabile, vndè totum corpus multo dolore afficiebatur. Adhibebatur quidem à chirurgis curandi studium non absque grandi eius cruciatu, sed nihil effici potuit: immò verò peiùs habere visa est, vt iam non longè à morte abesse. Manè autem dixit ad eam mater eius: Filia charissima, commendes te S. Bernardino. Fecit hoc illa toto animo, ità dicens: O sancte Dei Bernardine, libera me ab hac infirmitate mea. At ille misericors miserorum & oppressorum omnium conlator non ei suam negauit opem. Cùm enim nocte media vigilaret illa, apparuit ei S. Bernardinus, visusque illi est crucem exprimere in vulnus ipsius, te-

Sanatur vulnus fœminæ immedicabile. nens eam per humeros. deindè euanuit. Mox illa admodùm territa & stupefacta, matrem suam accersiuit, aitque ei: Non sentis, mea mater, miram odoris fragrantiam? non vidisti fratrem illum, qui stetit ad humeros meos? Mater verò putans illam somniâsse, dixit ei: Dormi, filia, dormi. At illa non somniabat, sed alta & lætabunda voce clamabat: Laus Deo & S. Bernardino: eccè enim sana effecta sum.

Cap.67. Fuit Senîs in S. Hieronymi monasterio soror quædam de tertia regula, quæ in puteum decidit, altum cubitos quadraginta: atque interdùm capite, nonnùquam

Rarum miraculum. pedibus eminebat extra aquam. Inter cadendum, memor illustrium miraculorum eius, S. Bernardinum inuocabat. Venientibus autem quibusdam ad hauriendam aquam, apprehendit funem, & sic sursùm attracta est nihil læsa, adeoque & corpore & vestibus sicca, àc si aquas non attigisset, nec quicquam aquæ enomine-

ore suo.

Cap.68. Iohannes Antonius Tornanus quodam vespere in gutture & sinistra scapula mortiferis fuit affectus vulneribus, ità vt nulla eius vitæ spes relicta videretur, vlla pharmaca vel cataplasmata quicquam ei conferrent. Sed vbi humanum suppetit auxiliũ, non solet deesse diuinum. Miser iste tam immaniter vulneratus, vt ægrè spiritum traheret, præ doloribus nocte mortem impendentem ectans, visus est sibi sentire quendam manu ipsum in latere percutientem, dicentemque: Non audiuisti miser, quàm præclara & stupenda Deus perpetrauerit mi-cula per S. Bernardini merita? Cur ergò eius non imploras opem? ille hæc verba diligenter auscultans, sibijpsi animum addidit, commendauitque se S. Ber-

Psal.67. nardino, orans feruenter sibi salutem restitui. O mirabilem Deum in sanctis suis.

Nuncupans votũ S. Bernardino, recuperat. Audiuit pium hominis desiderium & bonæ voluntatis propositum. Dixit enim æger: Si sanus surrexero, sancte Bernardine, visam corpus tuum, & cereum imaginem offeram. Vix ea dixerat, cum eccè sentit cieri corporis fluxum quendam

tetri & concreti sanguinis, qui ab inflicto manârat vulnere, sanitatem eius impediens. Attulit ille fluxus cordi eius leuamentum quoddam & robur, cœpitque habere meliùs. Perstitit ergò in implorando S. Bernardino, promisitque se profecturum ad sepulcrum eius in vestibus lineis. Tum verò etiam plus noxij humoris à corpore diffluxit, surrexitque homo confestim sanus, exiguis in corpore relictis vulneris cicatricibus. Abijt ergo ocyùs in lineis vestimentis ad sepulcrum beati viri, obtulitque illic effigiem viri è cera confectam, narrauitque populo omni miraculum, quod in se expertus fuerat, laudibus efferens Deum & S. Bernardinum.

Iacobus quidam surdus & mutus à primis vitæ initijs, postquàm peregrè venit Cap.69. ad monumentũ S. Bernardini, ilicò & audire & loqui potuit: quod quidem etiam multis alijs surdis & mutis præstitum fuit.

Præclara & magnanima Senarum vrbs, quotidiè percipiens miracula stupen- Cap.70. da ciuis & patroni sui Bernardini, vt grata esset Deo pro gratia & beneficijs eius, coacto procerum & plebis grandi sapientique concilio, de veritate illorum miraculorum cœpit inquirere, misso Aquilam ciue honestissimo, qui accuratè exploraret, num sic se haberent omnia, vt fama vulgaretur. Qui vir nobilis & Senensium Orator Aquilam veniens, comperit miracula omnia probè in scripta relata: & ipse quoquè suis oculis multa edi conspexit, eaque annotauit. Cumque de omnibus certas literas, notariorum manu & sigillis munitas accepisset, Senas redijt. Senenses lætissimis animis miracula illa cognoscentes, insignem legationem ad Pontificem Eugenium Romam miserunt, qui ei miracula referrent, & de Bernardino Sanctorum catalogo inserendo admonerent. Idem vrgebant Aquilini, itemque rex Siciliæ & Arragonensis Alphonsus, sancto viro admodùm addictus & deuotus. Eugenius Pontifex licèt crebrò rogatus, at studiosior veritatis propa- Vide quàm landæ, quàm regibus, principibus & populo placendi, diù multumque de hac re non temerè deliberauit cum suis. Et iam quidem recitatis coram illo & alijs ampliùs centum agant Pontifices, cùm miraculis, certorum hominum testimonio confirmatis, totus propensus erat cum est aliquis omnibus Cardinalibus ad præstandum id quod petebatur, sed morte illum è me- in Sanctos dio auferente, res ad exitum perduci non potuit. Successit autem Eugenio Nico- referendus. laus V. qui post accuratas easque crebras consultationes, cùm in dies plura referrentur miracula, tandèm anno salutis millesimo quadringentesimo quinquagesimo, sacro Pentecostes die in sancti Petri æde Romæ Bernardinum coram frequentissima plebe in sanctis Confessoribus numerandum pronunciauit, anno S. Bernardinus sanctus ferro vel septimo ab obitu illius. Ea res omnes Italiæ vrbes & pagos incredibili declaratur. lætitia affecit, ità vt nullus quamlibet exiguus tota Italia pagus esset, vbi non præ spiritali exultatione processio fieret, & eius festus dies celeberrimè coleretur. Aquilini verò in honorem eius, tanquàm patroni sui, insigne templum vnà cum monasterio condiderunt, atque à Sixto IIII. Pontifice impetrârunt, vt exæde S. Francisci corpus eius in nouum hoc templum transferre ipsis liceret. Idque fasum est, Pontifice annuente, anno Christi millesimo, quadringentesimo septuagesimoseptimo, die decimoseptimo mensis Maij, multis fratribus Franciscanis præsentibus, impensè lætante & Clero & populo. Illic hodieque asseruatur sanctum corpus illud, honorificè eleuatum & diligenter communitum. Primò enim impositum est capsæ crystallinæ, quæ paucissimis ostenditur. Ea verò capsa inclusa est arcæ argenteæ, miro artificio & sumptu fabricatæ & ornatæ. Hanc autem vndiquè munit theca ferrea, firmiter obserata, quemadmodùm mihi retulerunt, qui suis oculis hæc intuiti sunt. Laus & honor sit præpotenti Deo in secula seculorum, Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MIRACVLA BEATI BANDELII MARTYRIS PER D. GREGORIVM TVRONENSEM ARCHIEPISCOPVM scripta. Habentur in eius libro de gloria martyrum cap. 77.

Maij 20.

EST apud Nemausenſis vrbis oppidum Bandelij martyris glorioſum ſepulcrum, de quo ſæpiùs virtutes manifeſtantur. Ex quo ſepulcro laurus orta, & per parietem egreſſa, arborem foris fecit ſalubri coma vernantem. Quod ſæpè loci incolæ in multis infirmitatibus habere cæleſte remedium ſunt experti. Pro quibus vtutum beneficijs cùm plerunquè nudaretur à folijs, ipſa quodammodò cortice arida eſt effecta. Vnde egri folijs deportatum pignus fuiſſe, ſed priuſquàm portum negociator attingeret, energumenus in eccleſia adire Bandelium martyrem orientalem plagam audientibus populis declamauit. Oſtendit autem beatus martyr & in alijs virtutem ſuam.

Quantã Deus ſanctis ſuis præſtat virtutem, ſi etiam arbor è ſepulcro martyris egrediens, infirmitates languidorũ ſanat?

Aram verò Theodorici Regis Italici dux dum in Arelatenſi vrbe reſideret, extitit ei quidam archipreſbyter parochiæ Nemauſenſis inuiſus. Tunc feruens ille contra eum miſit pueros, dicens: Ite quantocyùs, & ligatis pedibus ac manibus adducite eum cum vi, vt cognoſcat quòd ſum dominus regionis huius. At illi non intelligentes archipreſbyterum, putauerunt quòd archidiaconem iuſſiſſet adduci. Et aſſcenſis equis venerunt ad vrbem, interrogantesque de archidiacono, digito eis oſtenſus eſt. Erat enim hic Iohannes nomine, valdè religioſus, & in archidiaconatu ſuo ſtudium docendi paruulos habens, appræhenſumq; pueri ligatis manibus ac pedibus ſub aluo equi adduxerunt eũ, ſed non deſijt virtus martyris alumno proprio ſubuenire. Pueri verò iuxta ipſam portam cum eo manſionem habuerunt, quia iam obſeratis pro nocte portarum valuis ingredi non potuerunt. In ipſa verò nocte duce obdormiente, adſtitit ei archidiaconus per viſum dicens: Quid tibi homo culpabilis extiti, quòd me in hanc humilitatem redactum cum tali iniuſtitia iniuria accerſiri? Verè dicam tibi, quia non effugies iudicium Dei.

At ille expergefactus, conſternatusque metu, exclamat ſuis, Inquirite ſi quos Nemauſum direximus, iam venerunt: interrogantesque de muro vrbis, reſponderunt ſe adeſſe cum homine. Renunciant nuncij quæ audierant. Confeſtimque dux ait: Exhibete ad me hominem quem adduxiſtis. Quod cùm factum fuiſſet, adſpiciens eum dux, timore perterritus ait: Archipreſbyterum ego adduci præceperam, non archidiaconem. Et proſtratus ad pedes eius, ait: Indulge quæſo huic delicti huius, quia non eſt in conſcientia mea, vt hæc paſſus fuiſſes. Et ſtatim dignis honoratum muneribus remiſit ad vrbem, quem in tanto amore pro ipſa martyris reuerentia dilexit in poſterum, vt decedente vrbis illius ſacerdote, ipſum ſacerdotem mandaret inſtitui. Sed nec archipreſbyterum ampliùs inquiri iuſſit, magna virtus martyris, quæ per innocentis iniuriam noxium abſoluit à pena: impletumque eſt illud Apoſtoli, Quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, cùm hæc iniuria gradum huic conſtruxit, quem ſcanderet ad regendam Eccleſiam Dei.

Quidam archidiaconus vinctus, meritis S. Bandelij liberatur.

Rom. 8.

VITA

VITA BREVIS S. MARTIANI RAVENNATIS ARCHIEPISCOPI, VT HABETVR PRIMO LIBRO historiarum Hieronymi Rubei de geſtis Rauennatum.

SANCTVS Apollinaris Rauennatum Apoſtolus, diuinitùs factus certior, fore, vt breui Rauenna exularet, ac ſubita opprimeretur calamitate, capiteq; oppugnaretur: nè Rauennatem eccleſiam abſque paſtore relinqueret, duodecimo poſtquàm acceſſerat anno, ſacerdotes binos inſtituit Aderitum & Calocerum, Diacones verò Martianum virum nobiliſſimum & Eleochadium ſummum philoſophum. Cæſo igitur Apollinare, poſt Eleochadium in Rauennati Archiepiſcopatu Martianus, à Deo demiſſa colũba electus, ſufficitur: natus ſublimi loco, vir inprimis piè, iuſtè, ac temperanter vitam degens: tanto concitus ardore animi, vt Chriſtum prædicans, in animis Rauennatum ardentes amores excitaret omnium virtutum: multiq; nullis rerum aduerſarum ictibus frangi, neque oppugnationibus nefariorum de gradu pictatis deijci potuerint, ſed calamitates omnes, tandemque necem pro Chriſto libenter perruliſſet, cæleſtem in patriam abijt vndecimo Calendas Iunij: atque, vti ex vetuſtiſſimis ſcriptis collegimus, in D. Eleochadij ſepulturæ traditus, anno Domini ſeptimo & vigeſimo ſupra centeſimum, dum Aelius Hadrianus imperaret.

12. Maij. Eius vita habetur 23. Iulij, Tom. 4.

S. Martiãus miraculosè creatur Epiſcopus.

Sãctè obit.

VITA BEATI QVADRATI ATHENIENSIS EPISCOPI APOSTOLORVM DISCIPVLI, PER DIVVM Hieronymum presbyterum ſcripta. Habetur in libro eius de Viris illustribus.

QVADRATVS Apoſtolorũ diſcipulus, Publio Athenarum Epiſcopo ob Chriſti fidem martyrio coronato, in locum eius ſubſtituitur, & Eccleſiam grandi terrore diſperſam, fide & induſtria ſua congregat. Cumque Hadrianus Athenis exegiſſet hyemem, inuiſens Eleuſinam, & omnibus penè Græciæ ſacris initiatus, dediſſet occaſionem his, qui Chriſtianos oderant, abſque præcepto Imperatoris vexare credentes: porrexit ei librum pro religione noſtra compoſitum, valdè vtilem, plenumque rationis & fidei, & Apoſtolica doctrina dignum: in quo & antiquitatem ſuæ ætatis oſtendens, ait, plurimos à ſe viquiſ ſub Domino varijs in Iudæa oppreſſi calamitatibus ſanati fuerant, & qui à mortuis reſurrexerant.

26. Maij.

S. Quadratus ordinatur Epiſcopus.

DE S. IOHANNE PAPA, EX DIALOGO S. GREGORII LIB. III. CAP. II.

COTTHORVM tempore dum Iohannes vir beatiſſimus, huius Romanæ Eccleſiæ Pontifex, ad Iuſtinianum ſeniorem principem pergeret, in Corinthi partibus aduenit: cui neceſſe fuit, vt in itinere ad ſedendum equus requiri debuiſſet. Quod illic vir quidam nobilis audiens, equum quem pro magna manſuetudine eius coniunx ſedere conſueuerat, ità ei obtulit, vt cùm ad alia loca peruenienti aptus equus potuiſſet inueniri, deberet ille quem dederat propter ſuam coniugem retranſmitti. Factumque eſt, & vſque ad certum locum prædictus vir equo eodem ſubuehente perductus eſt. Qui mox vt alium reperit, illum quem acceperat equum retranſmiſit. Cumq; eum

Maij 27.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præclarum miraculum.

prædicti nobilis viri coniunx ex more sedere voluisset, vltrà non valuit: quia post sessionem tanti Pontificis mulierem ferre recusauit. Cœpit nanque immenso fragore tu & fremitu, atque incessanti totius corporis motu quasi despiciendo prodere, quia post membra Pontificis, mulierem ferre non posset. Quod vir eius prudenter intuitus, hunc ad eundem venerabilem virum protinùs retransmisit, magnis precibus petens, vt equum ipse possideret, quem iuri suo sedendo dedicâsset. Deque etiam illud mirabile à nostris senioribus narrari solet, quòd in Constantinopolitana vrbe ad portam, quæ vocatur aurea, veniens, populorum sibi turbis occurrentibus, in conspectu omnium roganti cæco lumen reddidit, & manu superposita oculorum tenebras fugauit.

Cæco restituit lumen.

DE EODEM PONTIFICE, EX LIB. 17. PAVLI DIACONI, AD EVTROPIVM ADIECTO,

vbi de Iustino agit.

ANNO ab incarnatione Domini quingentesimo octauodecimo, punito Anastasio hæretico, Iustinus catholicus Augustali potitus est solio. Ad hunc ob causam redintegrandæ fidei directus ab Hormisda Pontifice vir sanctitate præcipuus, Germanus Capuanæ vrbis Episcopus, dignè susceptus est, multorumque dubia corda in fide solidauit. Eo tempore apud Africam defuncto Trasamundo Vuādalorum Rege Arrianæ perfidiæ, Huldericus cius filius ex captiua Valentiniani principis filia ortus, adeptus est regnum: qui non patrem hæreticum, sed matris catholicæ monita sequens, recte fidei cultor enituit. Hunc pater Trasamundus ad mortem veniens, quia cernebat eum catholicæ parti fauere, sacramenti nodis adstringere curauit, nè vnquàm in suo regno Catholicis consuleret. Qui mox vt suus genitor vita caruit, priùsquàm etiam regni iura assumeret, vniuersos episcopos, quos Trasamundus in exilium coëgerat, regredi fecit, eisque ecclesias reformare cœpit, septuaginta iam & quatuor euolutis annis, ex quo à Genserico primitùs apud Africam ecclesiæ fuerant destitutæ.

Huius Germani animâ vidit S. Benedictus ferii in cœlum.

Relegati erant in Sardiniam 220. Episcopi, quos Symmach⁹ Papa sustentauit.

At verò in Orientis partibus, dum adhuc eo tempore per loca singula Arriana hæresis vigeret, Iustinus ardore orthodoxæ fidei omnimodis fatagere cœpit, vt regionem hæreticorum nomen extingueret: statuitque, vt vbique eorũ ecclesias catholicæ reconsecraret. Quod dum in Italia rex Theodoricus Arriana lue pollutus audisset, Iohannem Papam, simulque cum eo Theodorum, Importunum atque Agapetum patritium Constantinopolitanum ad Iustinum principem dirigit, mandatque per eos interminitans, vt nisi quantocyus hæreticis ecclesias suas redderent, eosque in pace degere sinerent, vniuersos latinos populos ipse gladio extingueret. Qui peruenientes ad Augustũ, cùm ab eo digne, vt competebat, susceptí essent, magnis eum de sua suorumque salute solicitis precibus postulant, vt suæ legationis seriem, quanquàm esset iniusta, libenter exciperet. Italiæque perituræ consuleret. Quorum fletibus Iustinus permotus, eis quod petebatur concessit, Arrianosque suo iuri reliquit.

Dum hi in itinere demorantur, Theodoricus rabie suæ iniquitatis stimulatus Symmachum exconsulem ac patritium, & Boëthium seniorem & exconsulem patricium virum catholicos viros gladio trucidauit. His diebus extincto à Francis Alarico Visigothorum rege, Theodoricus per Ippam suum comitem plusquàm triginta millia Francorum cædens, Thiodem suum armigerum post mortem Alarici, tutorem Amabarici nepotis constituit. Iohannes verò Pontifex reuertens à Constantinopoli, dum cum ijs, cum quibus ierat, profectus ad Theodoricum Rauennam fuisset, Theodoricus ductus malitia, quòd eum Iustinus catholicæ pietatis defensor honorificè suscepisset, eum simul cum socijs carceris afflictione peremit. Sed hæc immanissimam crudelitatem mox animaduersio diuina secuta est. Nam non octauo post hoc facinus die, subita morte defunctus est, cuius animam quidam apud Liparam insulam vir magnæ virtutis adspexit inter Iohannem Papã & Symmachum deduci, & in Vulcani ollam, quæ ei loco proximo erat, demergi.

Symmachi & Boëthij cædes.

Irém Papæ Iohānis &c.

Idem habet S. Gregorius Papa lib. 4 Dial. cap. 30.

MAR-

MARTYRIVM BEATISSIMI MARTYRIS ANDREAE DE CHIO, QVOD CONSTANTINOPOLI obijt, anno primo Pauli II. Summi Pontificis, à Georgio Trapezuntio scriptum.

QVANDO iam triennio è Creta Constãtinopolim navigâssem, vniuersam illam vrbem cum Galata simul in admiratione atque gaudio reperi non paruo, propter singulare & inauditum multis temporibus Andreæ de Chio pro Iesu Christi * passione martyrium. Fuit enim paulò antè mirabili constantia per gratiam Dei gestum. Nam ego quidem mense Nouembri applicui, anno ab incarnatione Domini M. CCCC. LXV. Andreas verò martyr Christi præcipuus 29. die mensis Maij eiusdẽ anni coronam martyrij misericordia Christi consecutus, in cælos ascendit ad eum, pro quo multos cruciatus sustinuit. Verùm quod admirabilius ritè consideranti videbitur, illud est, quòd nisi Andreæ martyrium diuinitùs destinatum diuina gratia Christianis opem tulisset, & animos eorum firmâsset, magna in eos clades, ac ærumna ingens ab inimico generis humani, procellæ in morem fuisset effusa. Quidam enim, quem honoris causa non nomino, ex Trapezuntana ortus vrbe, Peripateticorum Philosophiæ professor, siue sua sponte, vt multi aiunt, siue impulsus, nescio, nec, si sciam, dicere audeam, Crucem Domini negauit, & Mahumeto adhæsit.

19. Maij. Cap. 1.

for. * professione

Quidam abnegat fidem Christi.

Quarè Turcarum rex elatus, virum quendam, cuius nomen me fugit, ipsumque Trapezuntium militiæ peritissimum in carcerem coniecit: dignum ratus, vt Philosophum conciuem suum volẽs nolénsve imitaretur. cupiebat enim eius opera vti in re militari. Cumq; Christiano non confideret, ad Mahumetũ intrudere cupiebat. At ille animo martyr: Philosophus, dicebat, in delicijs educatus, maiore perpessarum, Christi crucem negauit: ego autem, qui pro Imperatore meo mortali tot tantosque labores cum Scythis bella gerens tuli, vulneraque excepi, (dixit, & aperto pectore cicatrices ostendebat) pro Imperatore cælesti mortem timebo? adhuc me tanta insania. Quæ mens præterea esset mea, vel potiùs quæ stultitia, vel tantem doloris fugiendi causa prodere, ac æterna cælestiaque regna repudiare, Mahumetoque adhærere, vt bellorum labores subeam, pericula magna pro Imperatore mortali suscipiã, gladios in Christianos Christianus ipse natus distringam? & denique in mortem ruere, quam fugiendam censuit Philosophus, vt in æternam ac veram mortem deferat præceps? Hæc ille.

Cap. 2.

Constantia cuiusdam Christiani.

Verùm dum hęc Constantinopoli fierent, Andreas febribus grauiter laborabat, cælibemq; se perpetuò fore Reginæ misericordiæ Virgini vouit, si euaderet. Sedulicò febribus, paulò pòst quasi ex morte surrexit, & albis se vestimentis induit, vigilicet nunquàm obliuisci posset munditiem corporis, quam Creatoris obtulit Matri. Constantinopolim deindè petijt, non vt mercator, aut vagus quidam marinarum vrbium visendarum cupiditate: summa enim in iuuene viginti & septem annorum grauitas atque constantia illucebat: rarò quis inane verbum ab ore ipsius euidisse audiuit: à ioco enim penitùs erat alienus. Cur igitur iuit? A gratia Dei, vt ego arbitror, ad martyriũ vocabatur, vt & ipse in cælis Christo cum alijs martyribus assisteret, & omnibus prodesset, qui Philosophi siue leuitate, siue terrore fuerant conturbati. Statim cùm in vrbem applicuit, accusatus fuit, quòd cum Christianis conuersaretur, ecclesiasque viseret, quasi Christianus summa cum religione ac deuotione homo, qui crucem Alexandriæ negauit, conculcauit, sputis fœdauit, & demùm in stercora proiecit. Hæc mercatores Aegyptij, qui tũc in vrbe aderant, ad ludicem detulerunt, seque ipsos vidisse eum negantem, confitentemque quòd Mahumeto adhæreret, audiuisse attestabantur.

Cap. 3. Voti effectus.

Integritas & probitas Andreæ.

Falsò defertur ab Aegyptijs mercatoribus.

Trahitur in iudicium Andreas iniquum, accusatione eque recitata, nunquàm se à Chio, vbi natus educatusque fuit, nisi tunc recessisse affirmabat, idque multis testibus approbabat, vniuersamque Chij ciuitatem hoc ipsum scire aiebat. Iudex iniquus hac in re non esse audiendos Christianos censebat. Tunc Christianorũ multitudo,

Cap. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tudo,quæ circũfusa ſtabat, Si,inquit,Chriſtianorũ teſtimonium in huiuſmodi cauſa refutandũ eſt,Mahumetiſtarum quoquè ſimiliter non recipiendum. Nam ſicut nos Chriſtianũ falsò accuſatum iuſtè defendimus,ſic Mahumetiſtæ accuſationem ſuorum veram eſſe contendunt. Quarè prætermiſſis teſtibus, res ipſa quærenda eſt. Non aliter igitur quàm Iudæi ſecundùm Moſaicam legem circũcidi ſuos Prophe-
ta veſter iuſſit : quarè ſi genitalia huius membra ſimili nota læſa ſunt, morte iure
plectetur: ſin minimè,cum ipſa re cauſa determinetur ſua, & nil ambiguitatis ho-
minum animis remanebit. Spoliatur intereà miles Chriſti,nudusq; à tanta multi-
tudine adſpicitur: nullum in eo indicium, nulla circunciſionis macula,nullũ Ma-
Cõuincun- humetiſtarum apparet veſtigiũ. Exclamant ex lætitia Chriſtiani, confundũtur ad-
tui menda- uerſarij,& victi penitùs proſternuntur : nisì diabolico aſtu adiuti,expoſuiſſent mo-
cij accuſa- tores eius. ris eſſe in Aegypto,minoris hominis ætatis circuncidi,maioris,ſi ad Mahumetum
Dei prophetam conuertantur,circuncidi,ſi volunt: ſi verò abhorrent circunci-
nem,nullo cogi modo poſſe,quoniam melius ſit lucrari animam hominis,ex tos-
nobis corde adhærentem in cæteris omnibus præter circunciſionem,quàm reiice-
re,quoniam circunciſionem reformidet. His rationibus,vel magis, quia ſectæ ſe-
uebat ſuæ, confiſus ludex, nullam pronuntiare ſententiam velle in re tanta dixit,
nisì Regem conſuluerit. ità enim moris eſt in cauſis ambiguis & arduis.

Cap.5. Regem igitur,in carcerem conjecto milite Chriſti,conſultum adijt : cui omnia
cùm retuliſſet,interrogatus de ætate ipſius,habituq; omni corporis,Iuuenis,inquit,
ipſe,animo inuictus,atq; magna ſtatura,grandibus oſſibus atq; neruis conuallatus.
Rex tales homines habere in militia cupit: Vade,inquit, & primùm illi,ſi nolet
Turcarum princeps eũ allicit oblatis honoribus. volucrit eſſe,offerimus centurionatum in militia noſtra : deindè, prout in virtute
ipſum valere conſpexerimus,ad maiora prouehemus. Quòd ſi beneficijs nõ con-
mouebitur,minis atq; terrore ipſum concutias: & ſi neutra poteris prævalere via,
capite plectas. Altero igitur die producto ipſo, primùm Regis pollicitationes
proponuntur mirabili cum amplificatione,quòd caput ſtatim eris, Andrea,cen-
tum militum, & à priuatorum tractus conditione,cum Principibus cõnumerabe-
ris : quòd facilè virtus & diligentia tua extollet te ad maiora. Verùm cùm ma-
Icèm alij ho- Chriſti,nihil reſpondendo, contemnere oblata videretur,qui circunſiſierant ve-
ſtes Chriſti. ritatis hoſtes, alij argentum atque aurum, alij veſtes, alij ſupellectilem varia poll-
cebantur: cumque in ſilentio acriùs perſeueraret,Quid,inquiũt,ne verbis quidem
Ille omnia tuis nos dignos putas? Digni quidem,ait,vos eſtis multò maioribus, quàm ego di-
contemnit. cere aut excogitare queam: ſed res, quas offertis, nulla reſponſione ſunt digna.
Quid enim caducam hanc vitam atque mortalem putatis magni aliquid habere,
quo cæleſti ſit præponenda? Erras,ipſi reſpondent : nam nos,& ad illam tibi viam
aperire ſtudemus,& hanc inſuper tibi felicem reddere conamur. Non cohorrens,
inquit,caduca æternis,non felicibus miſera,non profana beatis. Sed quid opus eſt
verbis? Ego felicitatem huius ſeculi nihili facio : ego crucem,paſſionem,ſepultu-
ramque Chriſti mei nũquàm,auxilio illius fretus,negabo. Statuite in me quicquid
malueritis: vnum rogo,nè me verbis ampliùs tentetis.

Cap.6. His dictis,coniectus ilicò in carcerem,vinculis catenatus,pedibus atq; manibus
Mittitur in alligatus, ad meridiem ſequentis dici,qui fuit XX.Maij,iacuit. Poſt meridiem ve-
carcerem. rùm protrahitur,& in partem vrbis,quæ Orientem ſpectat,prope mare,ducitur,
ad palum nudus alligatus,flagellis atque loris cæditur,acriusque quàm dici po-
Cæditur fla- principio flagellorum & verberum cõtremuiſſe dicitur,& manibus ad pectus ad-
gellis. tractis,ac digitis in pugnum compreſſis,magna exclamãſſe voce : Virgo Maria,
iuua me. Indè pedibus altero ad alterum adductis,ſtetit rectus in eiſdem vestigijs
mirabile dictu,vſque ad Solis occaſum. Intereà dum miles Chriſti his cruciatibus
exercetur,Trapezuntius ille,de quo ſuprà retuli,è feneſtra turris, in quâ ſuccla-
cluſus, prominens clamabat : O felicem Chriſtianum, ô beatam quæ te genuit
ſulam, ô nobiliſſimum atque omni laude dignum genus, vndè ortus es : Vtinam
iſthic eſſem tecum,vt eadem paterer pro Chriſto. Hæc aliaque vociferabatur,ma-
tyrij coronam,vt arbitror,deſiderans. Carnifices autem Andrea reducto, cruen-
Magna cu- pretioſa membra flagellis loriſque fœdè dilacerata, vngunt vnguentis, quibus
ra adhibe- quoquè atque potum ad fulciendam in corpore animam de medicorum collegio,
tur vulneri- lio,quorum multi ac peritiſſimi aderant,obtulerunt, ac aquam, in qua non pau-
bus eius. uum defæcati auri pondus bullierat,conducunt ad bibendum. Id faciebant, quo

longior vita eius aliquid ad negationem Crucis afferret, ſimul & oſtenderent, quanti vitam facerent eius: fortè etiam,quoniam cum Chriſtianis enutriti ſunt,& nonnulli eorum Chriſtiani fuerint. Nec ignorabant, quomodò martyres Chriſti olim in die cruciabantur,& in nocte conualeſcebant. Quarè timentes,nè id diuinitùs eueniret,medicamentis ſuis occultare veritatem ſtudebant.

Vigeſimaprima eiuſdem menſis die rursùs producitur, denudatusq; ferreis vn- Cap.7.
guibus tergora,quæ pridiè eius diei fuerant flagellata, dilacerantur, nec quicquam Vnguibus
aliud fecit,dixitque miles Chriſti, quanquàm priùs contremuit in principio, ma- ferreis la-
nuſque ad ſe adduxit, digitos in pugnos contraxit, pedes in ijſdem veſtigijs tenuit, ceratur.
magnaque voce clamauit: Virgo Maria iuua me. Sic Trapezuntius etiam eadem,
quæ pridiè vociferabatur,è turri iterùm atque iterùm repetebat. Adueniente no-
cte,vnguentis illinitur,ſimiliter & medicamentis atque aquis,in quibus magna vir-
tus auri fuerat infuſa,ſuſtentatur,quasi charam Crucis hoſtes ſalutem eius haberẽt,
magniam ijs rebus ineſſe virtutem prædicantes, Spiritũs ſancti gratiam in medico-
rum peritiam,cibique ac potũs commoditatem deriuantes. Illuceſcente nanque Curatur di-
die,ſanus omninò martyr Chriſti apparuit,quæ res medicamentis fieri non poteſt: uinitùs.
quæ cum naturaliter agant, longiore indigent tempore, frequẽtationeque con-
ueniente,nè digeſta in dubium aliquid conferant: quod tamẽ minimè facere poſ-
ſunt,ſi denuò corpus ac ſæpiùs exagitetur, ſiue etiam atrociùs crucietur. Quæ vir-
tus opem afferre poteſt præter diuinam? Profectò nulla.

Vigeſimaſecunda eiuſdem menſis die, producitur ſimiliter poſt meridiem, ac Cap.8.
manus & pedes ſic torquentur, vt ne digitorum quidem articuli, nec cubitus, nec Atrociſſi-
genua in locis ſuis remanerent, ſed locis ſuis omnia ſalirent: qui dolor maximus mè crucia-
omnium eſt. Cætera ſimiliter geſta dictaque, non ab ipſo ſolùm, qui tamen nihil tur.
aliud,nisi : Virgo Maria iuua me,in principio dolorum,idque ſemèl clamabat: ve-
rum etiam à Trapezuntio illo, qui martyrium ſic expetebat,vt multis etiam Ma-
humetiſtis audiẽtibus ſæpiùs repeteret, quæ dicta ſuperiùs ſunt. Medicorum quo-
que diligentia ſimiliter,immò etiã maior fuiſſe dicitur. Vigeſimatertia die incolu-
mis anusque non medicorum arte, ſed illius primi martyris, & Domini omnium
Chriſti productus Andreas, nouo genere cruciatũs vexatur : humeros carni- Eccè tibi
bus per gladios denudant, ſtudentes ſemper, nè celerior mors ipſum inuaderet, immanem
ſpeciabant enim,ſi non acerbitate ac magnitudine dolorum, attamen diuturnita- cruẽlitatẽ,
te ſe victuros, ſed deriſi tandèm iacuerunt. Declinato die reducitur,ſicutì ſuperio-
ribus diebus,dictis factisque, medicamentis quoquè non aliter quàm priùs adhibi-
tis. Die vigeſimaquarta eiuſdem menſis,eodem modo fiunt omnia, eodemque in Item aliam.
loco,quo in die clunes carnibus nouaculis ſpoliantur, non ſubitò, ſed cum mora,
vt doloris acerbitas magis ſentiretur. Cætera omnia ſimiliter acta,vt in ſuperiori-
bus diebus,dictaque eodem modo etiam à Trapezuntio martyre:animo atque vo- Rursùs ali-
luntate,qui illis diebus,quibus Andreas patiebatur,ſimiliter è turri clamitabat. Die as, ſuper
vigeſimaquinta partes pedum, quæ inter genua clunesque ſunt, carnibus ſimiliter alias.
denudantur: cætera eodem modo dicta geſtaque fuerunt. Vigeſimaſexta die, ſu-
pra eſt,carnoſæ partes pedũ, quæ ſunt intra genua & poplites, ſimiliter carnibus
denudantur.Cæteraque facta,dicta,procurata ſimiliter fuerunt. Vigeſimaſeptima
die,femur,quæque circa ipſum ſunt,corporis partes excoriantur. Vigeſimaoctaua Nota de ma
die,totũ corpus à capite ad pedes verberibus cæditur, vt doloribus renouatis, tan- xilla eius.
dem mouerctur. Maxilla quoquè vna vno ictu denudata carne fuit, quam Chriſti-
ani rapientes ſeruârunt, fuitque in monaſterio beati Franciſci inuſitato fragrans
odore atque mirabili.

Vigeſimanona eiuſdem menſis die,anno primo Pontificatũs Papæ Pauli ſecun- Cap.9.
di, vltimò producitur Andreas de Chio,martyr Chriſti præcipuus in locũ ſolitum, O rem ad-
ad Orientalem vrbis partem, prope mare,ſanus,viuax,vultu læto,decora facie. Ma- mirandam.
gnis his rebus moti, medicamentorum virtute ſic factum aſſerebant, & in-
humetiſtæ audiẽtibus ſæpiùs repeteret, quæ dicta ſuperiùs ſunt. Medicorum quo-
que diligentia ſimiliter,immò etiã maior fuiſſe dicitur. Vigeſimatertia die incolu-
mis anusque non medicorum arte, ſed illius primi martyris, & Domini omnium
Chriſti productus Andreas, nouo genere cruciatũs vexatur : humeros carni- Eccè tibi
bus per gladios denudant, ſtudentes ſemper, nè celerior mors ipſum inuaderet, immanem
ſpeciabant enim,ſi non acerbitate ac magnitudine dolorum, attamen diuturnita- cruẽlitatẽ,
te ſe victuros, ſed deriſi tandèm iacuerunt. Declinato die reducitur,ſicutì ſuperio-
ribus diebus,dictis factisque, medicamentis quoquè non aliter quàm priùs adhibi-
tis. Die vigeſimaquarta eiuſdem menſis,eodem modo fiunt omnia, eodemque in Item aliam.
loco,quo in die clunes carnibus nouaculis ſpoliantur, non ſubitò, ſed cum mora,
vt doloris acerbitas magis ſentiretur. Cætera omnia ſimiliter acta,vt in ſuperiori-
bus diebus,dictaque eodem modo etiam à Trapezuntio martyre:animo atque vo- Rursùs ali-
luntate,qui illis diebus,quibus Andreas patiebatur,ſimiliter è turri clamitabat. Die as, ſuper
vigeſimaquinta partes pedum, quæ inter genua clunesque ſunt, carnibus ſimiliter alias.
denudantur: cætera eodem modo dicta geſtaque fuerunt. Vigeſimaſexta die, ſu-
pra eſt,carnoſæ partes pedũ, quæ ſunt intra genua & poplites, ſimiliter carnibus
denudantur.Cæteraque facta,dicta,procurata ſimiliter fuerunt. Vigeſimaſeptima
die,femur,quæque circa ipſum ſunt,corporis partes excoriantur. Vigeſimaoctaua Nota de ma
die,totũ corpus à capite ad pedes verberibus cæditur, vt doloribus renouatis, tan- xilla eius.
dem mouerctur. Maxilla quoquè vna vno ictu denudata carne fuit, quam Chriſti-
ani rapientes ſeruârunt, fuitque in monaſterio beati Franciſci inuſitato fragrans
odore atque mirabili.

Vigeſimanona eiuſdem menſis die,anno primo Pontificatũs Papæ Pauli ſecun- Cap.9.
di, vltimò producitur Andreas de Chio,martyr Chriſti præcipuus in locũ ſolitum, O rem ad-
ad Orientalem vrbis partem, prope mare,ſanus,viuax,vultu læto,decora facie. Ma- mirandam.
gnis his rebus moti, medicamentorum virtute ſic factum aſſerebant, & in-
humetiſtæ his rebus moti, medicamentorum virtute ſic factum aſſerebant, & in-
gratitudinem illius accuſantes : Non vides,clamabant,Andrea? Tuæ vitę cura no-
bis habita eſt: noſtro ſtudio,immò Regis ipſius,incolumis es,& virtute medicamẽ-
torum,& Mahumeti gratia,qui te vult deliramenta Chriſtianorũ de Cruce ac paſ-
ſione Ieſu deſpicere : quæ beneficia quoniam ingratus non ſentis, morte morieris.
Non eſt mors,ſic mori,ait, ſed vita. Quarè nolite putare, me verbis veſtris terreri
poſſe: nec medicamenta profuerunt, quippè quæ vel in minimis vulneribus vix

Universidad de Deusto
Biblioteca

Securi percussus abit è vita. Cap.10.

post multos dies aliquid afferre possunt. Me autem Crux Domini nostri Iesu Christi, & Virgo Maria ad hunc diem conseruauit atque reseruauit. His dictis, securi caput suppositum, & ad cælestia regna euolauit.

Tunc mortis eius ministri, vt Iudex iusserat, caput & truncum corpus trahere velociter ad mare conantur. Exclamant Christiani, qui lachrymis effusis circumstabant, quorum magna erat multitudo, sepeliendum esse mortuum, non in mare proijciendum. Illis resistentibus, Regiam aiunt maiestatem esse consulendam, sepeliríne velit ipsum iam mortuum, an in mare proijci. Hoc audito, ipse Iudex ad Regem procurrit, (nec enim licet Iudicibus, quandò Regem consulendum esse audiunt, quicquam facere vlteriùs, nisi Regi priùs referant) Sed Christianorum quoquè Primates quàm velociter poterant Regem adeunt: qui cùm percepisset, quibus cruciatibus, & quandiù vexatus fuit Andreas, efferbuisse ira dicitur, & vehementer in Iudicem sic atrocibus vsus fuisse, vt exanimis ne mutiret quidem Iudex infelix. Sed ea ira, & illæ ingentes minæ simul cum verbis euanuerunt. Christianus deindè iubet, vt Andream honorificè, sicuti decet virum fortem, sepeliant. Qui apposito capite corpori suo, ad Galatam deportârunt. Aderat autem vniuersus vtriusque vrbium, Galatæ atque Constantinopolis, populus, viri simul ac mulieres, pueri atque puellæ, liberi & serui, nec Christianorum solùm, verùm etiam Mahumetistarum multi admiratione commoti, non pauciores quàm deciès decem millia: qui omnes, alij lachrymantes, alij laudes eius prædicantes, & alij constantiam ac robur animi, alij prudentiam atque grauitatem, alij contemptum humanarum rerum: multi fidem in Iesum Christum, in Crucem & passionem eius, & in immaculatam Virginem deuotionem narrantes. Tandèm in Galatæ partem extremam versùs Ortum mari contiguam deuenerunt, vbi est ecclesia Virgini Mariæ, sirecte memini, dicata: ibi depositus iacet.

Rex Turcarum iubet eum honorificè sepeliri.

Cap 11.

His ità gestis, magna Rex exarsit cupiditate Trapezuntij viri illius, de quo superiùs diximus, liberandi: sed quia honestè id facere, nisi rogatus, nõ posse iudicabat, per quasdam, vt dicebatur, mulieres effecit, vt vxor illius pro marito supplicaret suo. Sic mors Andreæ atque martyrium illum quidem palàm, sed multos quoquè alios à periculo liberauit, multos in fide orthodoxa confirmauit, eos, qui ante martyrium suum quauis ratione Mahumeto adhæserunt, pudore confudit, mœstitia afecit, ac inani deniquè pœnitentia & vexauit & vexat. His omnibus ego vehementer commotus, ardebam desiderio videndi corpus eius: sed niue, frigore glacieq; detentus, hyemis marisque tempestate, illic fui vix mense Februario: eam mihi orandi gratiam Deus intercessione martyris concessit: vidiq; ipsum iacentem in sepulcro nimiùm profundo, situ horrido, ea tamen integritate membrorum omnium, eo totius corporis colore, & dignitate formæ, tali vultûs splẽdore & habitu, vt non animum expirâsse, sed dormire mihi leuiter sub vmbra videretur: atqui iacebat loco ità humido, vt omnibus iam indumentis, quibus erat inuolutum corpus, putrefactis, nudum totum conspiceretur, præterquàm quòd genitales partes fragmento lini obtegebantur: exarsi cupiditate descendendi, tangendi, osculandi pedes, manus, faciem præcipui martyris, nec tantùm loci humiditas, descendendiq; difficultas, quantùm verba presbyteri custodis, & spes posse id aliâs commodiùs facere, detinuerunt. Consiliũ deindè iniui cum presbytero N. furto indè Romam reliquias deferre sanctas, resque iam ordinabatur: sed nescio, quomodò ille deterritus, sententiam fidemque mutauit suam.

Res admiratione digna

Effectꝰ martyrij eius.

Cap.12.

Ego cùm indè decimooctauo Martij die soluissẽ, statìm primo die, immò in ipso soluendi hora, non in paruum incidi periculum cum nimbis contrà flantibus, quæque saxa nauem depellentibus. Imploraui subitò martyris auxilium, promittens, si ad meos Romam incolumis deuenirem, martyrium eius summatim Latina lingua me conscripturum. Euasi maris & latronum pericula, quodque miraculo fuit, senex ægrotusque hinc recessi, iunior sanusque ac multò robustior reuenit, post maris fluctuatio, nec terrarum itinera nimiùm aspera, quæ à Brundusio Romam æstatis tempore perducunt, mihi obfuerunt. Huc verò delatus, martyris quidem nunquàm fui oblitus, sed nocte ac die cum ipso fui, eius memoria frueboli, atque oculis adspicere putabam non solùm dormiens, verùm etiam vigilans intentem ipsum in sepulcro. Promissionis autem meæ nunquàm mihi venit in mentem, nisi post annos duos, dum Georgij martyris memoria celebratur. Nam

Author nũcupat votũ martyri, & liberatur à periculis.

cùm ea die recolerem Georgij dolores, quos ille pro Christo Domino nostro subijt, illicò pupugit animum promissionis memoria. Nec enim minora tolerauit Andreas, nè dicam multò etiam maiora, propter conditionem temporum, in quibus multo iuuantur exemplo, qui Christum amant: adeò in tenebris charitas intrusa marcescit. Itaque statim eo ipso die calamũ accepi, & promissionis debitum iam solui. Tu verò præcipue martyr Christi precor intercedas ad Dominum nostrum Iesum Christum pro Ecclesia vniuersali, ac amplificatione ipsius, pro summo Pontifice Paulo secundo, cuius tempora martyrio tuo decorâsti, perpetuaque fecisti: & sicut in Græcia perfidiam deiecisti, sic insurgentes in Italia Platonicos intercessione tua reprime.

IVNIVS.

VITA S. PROCVLI MARTYRIS BONONIENSIS, EX LIBRO PRIMO HISTORIAE BONONIENSIS, A CAROLO SIGONIO *viro doctissimo conscriptæ: quam accepi à præstantissimo Cardinali Gabriele Palæoto, Episcopo Bononiensi.*

THEODORICVS rex Italiæ, perfidia Arriana corruptus, Arrianos à Iustino Orientis Imperio pulsos indignè passus, & ipse orthodoxos in Italia vexare instituit, dimissis in omnes ciuitates quæsitoribus, alios bonis, alios patria, alios vita mulctando, atque in eorum templa miserè sæuiendo. Atque huius quidem tam diræ calamitatis procellam ciuitas in primis Bononiæ pertulit, cùm Marinus quidam ciusmodi quæstionibus præpositus ibi adesset, atque incitatis in orthodoxos hæreticis, pro potestate omnia in ipsos grauissimarũ iniuriarum genera exerceret. Verùm neque diù, neque impunè hęc potestas stetit. Inuentus est enim in ciuitate miles, nouo non solùm pietatis, sed etiam fortitudinis robore septus, nomine Proculus, cum vetere nimirùm Romano Mutio comparandus. Qui indignum ratus veros Christiani nominis cultores sam indignè tractari, consilium vt periculosum, sic insignis futurum ad posteritatem exempli cepit. Securi nimirùm sumpta, eaq; sub veste recondita, sub noctem dominum quæsitoris adit, seque habere significat, quæ cum eo remotis arbitris agat. Admissus, vbi custodes longè abscessisse securos animaduertit, sermone, quem de insidijs instituerat, intermisso, securim extractam repentè quæsitoris in caput adegit: atque eo prostrato, sine vllo cuiusquam impedimento tacitè abit.

1. Iunij. Theodoricꝰ rex persequitur Catholicos.

Proculus interficit Marinum tyrannum.

Paulò post Marini nece comperta, magnus inter custodes clamor ac rixa est exortus, dolebat quippè neminem reperiri, qui tanti patratorẽ facinoris indicaret. Coniecturis indè omnibus collectis, subit animum suspicio de Proculo, quòd & orthodoxus, & manu præ cæteris promptus esset, & quod ipsum vehementiùs vrgebat, summa cum cura secreta paulò antè à quæsitore colloquia postulâsse. Itaq; quæsitus postridiè, atque indicio cuiusdam Hebræi deprehensus, ab lictoribus ad tribunal magistratus perducitur. Ibi de eędem Marini interrogatus, haudquaquàm se eius authorem abnuit: verùm palàm, vt omnes exaudire possent, sibi gloriæ duxe-re dixit, quòd dexteram suam tam impij ac scelerati hominis sanguine imbuisset: simul illud adijciens, se quo animo necem ei attulisset, eodem pro Christo tormenta mortis omnia subire paratum esse, quæ ab ijs multò antè in se intentata esse non ignoraret. Quibus vocibus vehementiùs Præfectus accensus, lictorem con-

Non negat se id fecisse.

Capite cæditur.

confestim gladium expedire,ac lege in eum agere iussit. Ità Proculum, dum pia se & patriam suam precatione suppliciter Deo commendat,lictor adacto in collum gladio obtruncauit. Ille autem (res auditu mirabilis) cùm iam ab omnibus humi iacens efflâsse animam crederetur, viuens adhuc surrexit,ac caput suum de terra collectum,manibus suis intra vrbis mœnia reportauit anno, qui fuit à Christo nato quingentesimus decimusnonus. Vndè posteà à Pontifice consecratus,atq; eidem in eo vrbis loco,vbi caput suum reposuerat,ac diem quo supplicio affectus erat, sacrobi à Bononiẽsibus dicata,adeptus,insignem Bononiensis religionis gloriam sacrorum martyrum aucto numero cumulauit. Ea deindè monachis Casinatibus Benedictinis est attributa.

Insigne miraculum.

VITA S. CAPRASII ABBATIS MONASTERII LIRINENSIS, EXCERPTA EX VETVSTO ANNOSOque codice eiusdem Monasterij, & ad nos fideliter transmissa.

Iunij 1.

VIDEMVS quamplurimos homines gentilium libros studiosè perlegere, fabulas poëtarum comœdiasque & carmina perscrutari: alios cernimus Ethnicorum gesta, quibus iuxta huius mundi stultitiam aliquid strenuè gessisse cernuntur,curiosè perquirere, tenaciqúe memoria retinere: quosdam etiam perpendimus talium peraduerum hominum libẽtiùs historias allegare,quàm Sanctorum doctrinas, virtutes & exempla referre: cùm tamen Sanctorũ vitam & merita recitando,quammaxima cunctis immineat vtilitas. Nam in hoc (vt Propheta admonet) Dominum laudamus in sanctis eius,qui in illis semper mirabilis apparet. Insuper eius propitiationis gratiam, sanctorum intercessione promeremur, & eorum consideratione virtutum, nobis incitamenta præparamus. Omissis igitur stultorum hominum studijs,glorioſi Patris nostri Caprasij cuius hodiè festum colimus,virtutes ac merita ad memoriam reuocemus.

Sanctorum vitæ, quantum afferãt legentibus vtilitatis.

1.Cor.3.& 8.

Matth.11. Luc.10.

Fuit itaque beatus Caprasius ingenuus ac spectabilis genere, sed, quod laudabilius est, virtute mentis excelsus: à primæuo iuuentutis flore Philosophiæ artibus imbutus, miroqúe claruit ingenio. Sed tandèm diuina præuentus gratia, prudenter attendens quia, iuxta Apostoli dictum,Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum,& quia scientia inflat, charitas autem ædificat: elegit potiùs stultus ab hominibus reputari, vt apud Deum sapiens mereretur haberi, illa secreta sapientiæ diuinæ adipisci cupiens, quæ Pater cælestis absconditá sapientibus & prudentibus, sed mira dignatione paruulis, id est humilibus & simplicibus, reuelauit: nec suo est desiderio fraudatus. nam pius & misericors Deus, qui tam salubre propositum cordi eius inspirauit, gerendi gratiam & perficiendi virtutem minstrauit.

S.Caprasius substãtiam suá pauperibus distribuit.

Philip.3.

Philip.5.

Beatus igitur Caprasius verus Christi discipulus, mundanam illam relinquens Philosophiam, Euangelicam aggressus est disciplinam. Inprimis possessiones, & quæcunque in hoc seculo habere poterat,amore Christi contemnere,pauperibusqúe distribuere disposuit. Euangelicam ergò illis expeditus aggreditur paupertatem,onusqúe mundanæ solicitudinis deponit, & iuxta Apostoli doctrinam, retrò sunt obliuiscens, ad ea quæ anteriora sunt, se extendit. Omnia huius seculi concupiscibilia arbitratus est vt stercora, vt Christum lucrifaceret: & vt soli Deo liberiùs vacaret,non solùm corde,sed etiam corpore ab hominum adspectibus & seculi conuersatione recessit,& in quadam arcta aridaqúe solitudine monasticam vitam ducere, solitariamqúe institutionem aggredi deliberauit. In qua nimirum eremi solitudine ad tantum virtutum apicem prouectus est, vt non solùm sibi proficeret,sed etiam quamplurimorum Deo militantium monachorum dux efficeretur,qui eius exempla sectãtes pariter & doctrinam, latam viam & spatiosam,quæ ducit ad mortem,deserentes,arctam quæ ducit ad vitam æternã, Christo authore,ingredi contendebant.

Multos suo exemplo ad vitæ melioris institutũ attrahit.

Matth.7.

Intereà eius magisterio se subdidit ille Christi Præsul, virture, sacerdotio & nomine Honoratus, Lirinensis monasterij Pater, qui postmodùm Arelatensi ecclesiæ præfuit Episcopus: cui etiam adhæsit preciosissima illa gemma interno splendore perspicua,beatus videlicet Venantius,eiusdem S. Honorati frater, qui ambo præfatum sanctũ senem Caprasium pro suo vitæ merito & eximiæ sanctitatis prærogatiua (Domino sic ordinante) tanquàm Patrem & ordinatorem in Domino, aq; custodem suæ adhuc teneræ ætatis elegerunt.Qui videns prædictos egregiosq; duos iuuenes Christum sitientes, Honoratum videlicet atq; Venantium, patriam ac parentes pro Christo velle relinquere,eorum approbãs propositum, per terras mariaque eos assiduè comitatus est, licèt iam esset ætatis grauitate cõfectus. Transcursis igitur è Nicomedia immensis terræ marisque spatijs, vir Domini Caprasius cum duobus regalibus geminis,Honorato scilicet & Venantio,Cisalpinam ingressus prouinciam,talibus lampadibus,fidei igne fulgentibus, sanctam insulam Lirinensem illustrauit. In quorum aduentu illa sacra Lirinensis insula diuino mox est cultui mancipata, summæ religionis priuilegio decorata.

S. Caprasius Cisalpinam ingreditur prouinciã.

O felix virtutum magister, qui tantos ac tales meruit habere discipulos. O laudabilis pastor animarum,qui talium gloriatur in Christo spiritualium propagine filiorum. Quanti putamus fuisse meriti, quantæ virtutis virum hunc, qui, vt ità dicam,Magistrorum valuit esse magister? Quàm felix & beata habitatio illius sanctę Lirinensis insulæ, quæ tam præclaris est munita patronis,per Dei prouidentiam ad multorum vtilitatem de tam longinquis ignotisque regionibus adductis.

Vir ergò Domini Caprasius feruidus erat charitate,humilitate deiectus, mitissimus pietate,in spe firmissimus, modestus in incessu, obediẽtia promptus, abstinentia singularis,adspectu serenus, contẽplatione sublimis,longanimitate fortis, orationis instantia continuus,nihil in hoc seculo consolationis quærẽs, nihil desiderans nisi Christum,quem solum desiderando assequebatur,beatã quærendo vitam, beatã agebat. Optabat à peccatoribus segregari: & iam non solùm à peccatoribus, sed etiã à peccatis segregatus erat. Omne in Dei laudibus tempus habere volebat: & toto tempore Deo vacabat. Appetebat sanctorum congaudere cœtibus: atque etiam in præsenti adhuc vita positus similiter gaudebat. Christo frui cupiebat: mente & spiritu fruebatur. Vir iste beatus pro virtutum magnitudine tantæ fuit opinionis & famæ,vt multi sanctorum Doctorum suæ tempestatis,eius dignæ conuersationi testimonium perhiberẽt,ac de ipso in suis tractatibus memoriam facerent.

Attẽde quãtis virtutum gemmis fuerit decoratus S.Caprasius.

Quãtæ fuerit sanctitatis Caprasius, doctorũ scripta testantur.

Vndè præcipuus ille Lugdunensis ecclesiæ antistes Eucherius,in fine libri quem de Eremi laude conscripsit, cùm de sanctis Lirinensis insulæ incolis loqueretur, hanc vitam Dei inter reliquos præcipuè nominauit,ità dicens: Hæc, videlicet Lirinensis sancta insula, nunc possidet venerabilem grauitate Caprasium, veteribus sanctis parem. Hæc nunc habet sanctos senes illos, qui diuersis cellulis Ægyptios patres nostris Gallijs intulerũt. Et beatus Hilarius, in Sermone quem funebrem in sancti Honorati laudem habuit, Beatum Caprasium perfectæ cõsummatęqúe gratiæ fuisse,angelica in insulis conuersatione degisse,& inter Christi amicos connumeratum describit.

Cùm ergò beatus Caprasius annosus plurimùm grandæuusq; esset atque decrepitus,& tempus suæ resolutionis instaret, (vt legitur) apparuit ei sanctus Michaël Archangelus,atque suum felicem exitum post biduum imminere, diuino nutu relatio occurreret, quæ sanctam illam animam, & ab hostili improbitate defenderet,& cælestium ciuium gloria sublimaret. In eius igitur extremis conuenerunt gloriosæ & inclytæ memoriæ Sacerdotes,Faustus scilicet,Theodorus, Maximus & Hilarius,cuius mentionem iamdudùm fecimus. Qui beati viri Caprasij conscius meritorum,suæ pontificalis dignitatis oblitus,ad eius pedes residens, ipsius se orationibus commendabat,atque vt sui memor esset, grandi cum humilitate efflagitabat,non indignum reputans tanto eremi incolæ obsequium impendere, ipsius-que eximiæ sanctitati dignitatem sacerdotij substernere.

S.Michaël Archangelus apparet ei ante mortem.

Interfunt eius obitui multi sacerdotes, eius suffragia ex postulãtes.

Quid igitur officij nos peccatores & indigni huic beato viro iam cum Christo regnanti poterimus exhibere, cùm audimus tantum Pontificem eius adhuc in terris positi suffragia tanta cum humilitate deposcere? Eius ergò intercessionis opem ardenter imploremus, auxilij eius beneficia poscamus, illius vitam atque mores

pro

Vide vitam S. Honorati 16 Ianuarij, Tom.1.

B. Venantius S.Honorati frater.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro noſtræ modulo virtutis imitemur, regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto in ſeculaſeculorum, Amen.

DE TRANSLATIONE SS. MARTYRVM MARCELLINI ET PETRI LIBRI III. AVTHORE EINHARDO

Seu Eginhardo, qui fuit Cancellarius Caroli Magni Imperatoris, & poſteà monachus Benedictinus & primus Abbas Selgenſtadienſis in monaſterio horum martyrum, quod Imperatoris Ludouici Pij & ipſius impenſis cõditum eſt circa annum Domini 821. Eſt opuſculum eruditum, & hactenùs, quòd ſciam, typis non excuſum. Nos capita ad marginem adiecimus.

PROLOGVS AVTHORIS.

Scopus ſacrarum hiſtoriarum.

VEris veri Dei cultoribus, & Ieſu Chriſti Domini noſtri Sanctorumq; eius non fictis amatoribus, Einhardus peccator. Quiſquis & facta iuſtorum ac ſecundùm diuina mandata conuerſantium hominum literis ac memoriæ mandauerunt, non aliud mihi facere voluiſſe videntur, niſi vt ad emendandos prauos mores, & collaudandam Dei omnipotẽtiam, per eiuſmodi exempla quorumcunque animos incitarent. Fecerunt q; hoc, non ſolùm quia liuore carebant, ſed quia charitate, quæ omnibus cupit eſſe conſultum, granditer abundabant. Quorum laudabile propoſitum quia tam in propatulo eſt, vt præter ea, quæ dixi, nihil aliud eos moliri voluiſſe lucidiſſimè clareat, cur à multis imitari non debeat, omninò non video. Ac proindè quia mihi conſcius ſum, quòd libri,

Cur Einhardus hos cõſcripſerit libros.

quos de tranſlatione corporum beatorum Chriſti martyrum Marcellini & Petri, ſignisque ac virtutibus, quæ per eos Dominus ad ſalutem credentium fieri voluit, qua potui facultate conſcripſi, eadem ſunt voluntate atque intentione compoti, eoſdem edere, ac Dei amatoribus ad legendum offerre decreui. Arbitror enim, quòd hoc opus non ſolùm inane ac ſuperuacuum cuilibet fidelium videri non debeat: ſed etiam fructuosè atque vtiliter me laborâſſe præſumo, ſi efficere potuero, vt in laudem ſui conditoris animus illa legentis aſſurgat.

LIBER PRIMVS.

Iunij 2. Cap. 1.

CVM adhuc in palatio poſitus, ac negotijs ſeculatibus occupatus, otium, quo aliquandò perfrui cupiebam, multimoda cogitatione meditarer, quendam locum ſecretum, atq; à populari frequentia valdè remotũ nactus, atque illius, cui tunc militaueram, principis Ludouici liberalitate conſecutus ſum. Is locus eſt in ſaltu Germaniæ, qui inter Neccarum & Mœnum fluuios medius interiacet, ac moderno tempore ab incolis & circumma-

* Odonouuald

nentibus * Odanuuald appellatur. In quo cùm pro modo facultatum ac ſumptuum non ſolùm domos & habitacula ad manẽdum, verùm etiam baſilicam, diuinis officijs congruentem, non indecori operis ædificâſſem, dubitare cœpi, in cuius ſimũ ſancti vel martyris nomine atq; honore dedicari deberet. Cumq; in hac mi fluctuatione plurimum temporis eſſet euolutum, cõtigit vt quidam Diaconus Romanę Eccleſiæ, nomine Deuſdona, pro ſuis neceſſitatibus regis opem imploraturus ad palatium veniret: ibiq; aliquandiù moratus, cùm peracto propter quod venerat negotio Romam redire pararet, quadam die humanitatis cauſa veluti egrinus ad prandium noſtræ paruitatis à nobis eſt inuitatus: ibique inter prandium plura locuti, couſquè ſermocinando peruenimus, vt de tranſlatione corporum beatorum Sebaſtiani ac neglectis martyrum ſepulcris, quorum Romæ ingens copia eſt, mentio fieret. Indè ad dedicationem nouæ baſilicæ noſtræ ſermone conuerſi, percontari cœpi, quonam modo ad id peruenire poſſem, vt aliquid de veris ſanctorum reliquijs, qui Romæ requieſcunt, mihi adipiſci contingeret. Hic ille primo quidem hæſitauit, & qualiter id fieri poſſet, ſe neſcire reſpondit. Deinde cùm me de hac re ſolicitum ſimul & curioſum eſſe animaduerteret, altera die ſe percontationi meæ reſponſurum eſſe promiſit.

Romæ plurima martyrum monumenta.

Poſt

Poſt hæc cùm iterum à me fuiſſet inuitatus, protinùs è ſinu libellum mihi porrexit, rogans vt eum ſolus perlegerem, ſibique de his, quæ in eo ſcripta erant, quid mihi placeret indicare non dedignarer. Accepi libellum, & vt ille petijt, ſolus ſecretè perlegi. Continebatur in eo, eſſe ſibi domi plurimas Sanctorum reliquias, easque ſe mihi dare velle, ſi meo fultus adiutorio Romam reuerti potuiſſet: compertum ſibi fore, quòd duos mulos haberem, quorum ſi alterum ſibi darem, ac ſecum hominem meum fidelem mitterem, qui illas reliquias ab illo reciperet, mihique deferret, ſtatim eas mihi eſſe miſſurum. Complacuit mihi ſuadentis conſilium, ſtatuique fidem ſponſionis incertæ celeriter experiri: ac proindè dato quod petebat iumento, addita etiam propter viaticum pecunia, notarium meum nomine Ratleicum, quia & ipſe orandi cauſa Romam eundi votum habebat, cum eo pergere iuſſi.

Cap. 2.

Cap. 3. Hildoinus Abbas.

Igitur de Aquiſgrani palatio profecti (Nam ibi eo tempore Imperator cum ſuo comitatu erat) Auguſtam Sueſſorum venerunt: ibique cum Hildoino Abbate in monaſterio S. Medardi locuti ſunt, quia memoratus Diaconus ei pollicitus eſt, ſe efficere poſſe, vt corpus beati Tiburtij martyris in eius veniret poteſtatem. Quibus ille promiſſionibus illectus, miſit cum eis quendam preſbyterum, hominem callidum, nomine Hunum, iubẽs vt acceptum ab eo memorati martyris corpus deferret. Indè iter ingreſſi, Romam quanta potuerunt celeritate perrexerunt. Contigit autem, poſtquàm Italiam intrauerunt, vt puer notarij mei, nomine Reginbaldus, tertiana febre correptus, non modicum profectioni eorum ſuis laboribus faceret impedimentum: quoniam his horis, quibus ille febrium æſtibus tenebatur, iter agere non potuerunt. Erant enim pauci, ac per hoc abinuicèm ſeparari nolebant. Cumque hoc incommodo iter illorum non mediocriter fuiſſet retardatum, illi tamen prout poterant illud accelerare contenderent, tribus diebus priuſquàm ad Vrbem venirent, apparuit in viſu illi febricitãti quidam homo in habitu Diaconi, perquirens ab eo, quam ob rem dominus ſuus Romam ire feſtinaret. Cui cùm ille & promiſſa Diaconi de reliquijs Sanctorum mihi mittẽdis, & de his quæ Hildoino Abbati pollicitus eſt, prout illi comperta erant, exponeret, Non ità, erit, inquit, ſed longè aliter, ac vos exiſtimatis, cauſarum propter quas veniſtis, exitus adimplebitur. Nam Diaconus iſte, qui vos Romam venire rogauit, aut parùm aut nihil de his, quæ vobis promiſit, facturus eſt: ac proindè volo ſequaris me, atque ea quę tibi oſtenſurus atque dicturus ſum, mente ſolicita cures aduertere.

Viſio famuli cuiuſdam.

Cap. 4.

Tunc manu compræhenſum, vt ſibi videbatur, montis præcelſi cacumen ſecum conſcendere fecit: in quo cùm ſimul poſiti conſiſterent, Conuertere, inquit, ad Orientem, & ſubiectos oculis tuis campos intuere. Quod cùm feciſſet, & campos, de quibus ſibi dixerat, fuiſſet intuitus, videt in eis molis immenſæ fabricas, in modum magnæ cuiuſdam ciuitatis extructas: & interrogatus ab eo, ſi ſciret quid hoc eſſet, ſe neſcire reſpondit. Tum ille, Roma eſt, inquit, quod vides. ſtatimq; addidit: Dirige oculos in vlteriora ciuitatis, & contemplare ſi aliqua tibi in his locis apparet eccleſia. Cumque ſibi quandam eccleſiam apparere dixiſſet, Vade, ait, & Ratleico nuntia, quoniam in eccleſia, quam modò vidiſti, illa res eſt recondita, quam ille domino ſuo debet adferre: & ideò det operam, vt eam quantò celeriùs fieri poteſt accipiat, & ad dominum ſuum reuertatur. Cumque ille diceret, quòd nemo de his, qui ſecum venerãt, in huiuſmodi re fidem dictis ſuis eſſet habiturus, reſpondit & dixit: Tu nôſti, quòd omnes, qui tecum hoc iter agunt, tibi conſcij ſunt, quia complures dies in febre tertiana laborâſti, & nondùm te ab illis vllam habuiſſe remiſſionem. Et ille, Ità eſt, inquit, vt dicis. Quapropter, ait, volo vt pro ſigno tibi ſit, atque his, quibus verba quę dixi relaturus es, quoniam ex hac hora febre, qua vſque modò detinebaris, ſic per Dei miſericordiam cariturus es, vt te vlteriùs in hoc iter non contingat. His dictis, expergefactus omnia quæ ſibi vidiſſe vel audiſſe videbatur. Ratleico referre curauit. Quæ cùm Ratleicus preſbytero ſecum pergenti expoſuiſſet, viſum eſt ambobus, vt experimentum ſomnij ex veritate promiſſæ ſanitatis approbarent. Nam eadem die iuxta qualitatem febrium, quibus laborare debebat is qui ſomnium viderat. Et vt non vana illuſio, ſed oſtenderetur, neque illa die, neque cæteris, quæ illam ſecutæ ſunt, vllum in corpore ſuo conſuetarum febriũ ſenſit indicium. Sic factum eſt, vt & viſioni crederent, & fidem Diaconi promiſſis non haberent.

Viſionis ei veritas.

ab illis, ſubaudi febrib

Febricitans in viſione curatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.5. Igitur Romam venientes, iuxta basilicam beati Petri Apostoli, quæ dicitur Ad Vincula, in domo ipsius, cum quo venerunt, Diaconi hospitium acceperunt, manserunt que cum eo per aliquot dies, opperiētes promissorum eius adimplerionem. Sed ille, qui suas pollicitationes perficere non valebat, ipsum quod non poterat, quibusdā procrastinationibus palliabat. Tandèm locuti cum illo, cur eis eo modò vellet illudere, percontati sunt: rogantes simul, nè se diutiùs fallēdo detineret, & reuersionem suam vanis spebus impediret. His ille auditis, cùm cerneret se iusmodi calliditate eis iam ampliùs non posse imponere, primò notarium meum certum fecit de reliquijs mihi promissis, quòd eas habere non posset, eò quòd fratiandi gratia Beneuentum esset profectus, ac se penitùs ignorare, quandò esset reuersurus. Et quia ei reliquias illas, sicut & cæteram supellectilem ad seruandum commiserat, nec omninò se scire posse, quid de his fecisset, quoniam eas in eadem domo nusquàm inuenisset: proindè videret quid faceret, quia de parte sua nihil restaret, quod sperare posset. Postquàm hæc notario meo dixit, & ille se ab eo illesum ac malè sibi impositum quereretur, nescio quibus vanis ac friuolis etiam & presbyterum Hildoini allocutus, spe simili animatum à se fecit abscedere.

Cap.6. Postridiè verò cùm valdè tristes videret, hortatus est vt simul cum illo ad cœmeteria Sanctorum pergerent, videri sibi, quòd in eis aliquid tale inueniri posset, quo eorum desiderijs satisfieret: nec fore vllam necessitatem, vt in patriam vacui reuerterentur. Cumque eis hoc consilium placuisset, vellentque vt quantocyùs id, ad quod faciendum eos hortabatur, inchoarent, more solito negotium dissimulauit, & eos, quorum animi tunc paululùm erant erecti, in tantam desperationem hac dilatione deiecit, vt omisso illo, statuerēt in patriam quamuis infecto negotio reuerti. Sed notarius meus recolens somnium, quod puer suus viderat, cœpit comitem suum hortari, vt sine hospite suo irent ad cœmeteria, ad quæ visenda ille eos se ducere velle promisit. Itaque inuento atque conducto duce, locorumque

Basilica S. Tiburtij. monstratore, primò ad basilicam beati Tiburtij martyris in via Lauicana, tribus à Vrbe passuum millibus distante, veniunt, martyrisque tumbam quanta posset diligentia contemplantur, & vtrùm sic, vt alij non sentirent, aperiri posset, cauta circunspectione considerant. Deindè in cryptam eidem basilicæ contiguam, in qua beatorum Christi martyrum Marcellini & Petri corpora erant tumulata, descendunt, atque explorata etiam illius monumēti qualitate discedunt, æstimantes hoc factum hospitem suum posse latere. Sed aliter euenit, atquè arbitrati sunt. Nam licèt ipsi nescirēt quibus indicijs, citò tamen ad illum huius facti notitia peruenit: veritusque nè sine illo voluntati suæ satisfacere debuissent, statuit consilij eorum festinando preuenire. Et quia ille eorundem locorum plenariam atque omnimodam notitiam habebat, blandè illos alloquitur, hortaturque vt illuc simul veniant, & si Deus votis eorum fauere dignaretur, communi consilio facerent, quicquid eis videretur faciendum.

Cap.7. Vide antiquam reuerentiā erga reliquias sanctorum. Assensi sunt eius voluntati, tempusq; id aggrediendi pari consensu constituunt. Tunc peracto ieiunio triduano, noctu ad locum nullo Romanorum ciuium sentiente perueniunt: ingressique basilicam S. Tiburtij, primò altare illud, sub quo locum eius corpus situm credebatur, aperire tentauerunt. Sed parùm successit eorum voluntati molitio operis inchoati. Nam monumentum durissimo marmore extructum, inermes id aperire conantium manus facilè repellebat. Igitur omnibus martyris sepulcro, ad tumbam beatorū Marcellini & Petri descendunt, atque

Adoratio hic pro veneratione accipitur. ibi inuocato Domino nostro Iesu Christo, & adoratis sanctis martyribus, lapidi quo summitas sepulcri tegebatur, de loco suo leuare moliuntur. Quo sublato, dent sacratissimum S. Marcellini corpus in superioribus eiusdem sepulcri partibus positum, tabulamque marmoream ad caput positam, quæ titulo, quem continebat, euidēs indicium dabat, cuius in eo loco martyris membra iacuissent. Quod vt par erat, cum summa veneratione suscipientes leuant, & munda sindone involutum Diacono ferendum atque seruandum tradunt. Ac nè vlla sublati corporis indicia remanerent, lapidem loco suo reponētes, in Vrbem ad hospitia sua redeuntur. Diaconus autē corpus beatissimi martyris, quod acceperat, iuxta basilicam beati Petri Apostoli, quæ vocatur Ad Vincula, vbi & ipse domum habebat, se seruare velle ac posse affirmans, fratri suo nomine Lunisoni ad custodiendum com-

misit. Arbitratusque notario meo hoc satisfactum esse, cœpit illum hortari, vt accepto corpore beati Marcellini, rediret in patriam.

Cap.8. Sed ille longè aliud meditabatur ac mētē voluebat. Nam vt mihi posteà retulit, videbatur illi nequaquàm sibi licere cum solo beati Marcellini corpore in patriam regredi, quasi nefas esset, vt corpus beati Petri martyris, qui ei socius in passione fuerat, & per quingentos & eo ampliùs annos in eodem sepulcro vnà cum illo requieuerat, illo indè transeunte ibi remaneret. Atque hac cogitatione mente concepta, tāta animi sui parturitione simul ac perturbatione laborabat, vt nec cibum capere, nec somno acquiescere dulce sibi videretur atque iucundum, nisi martyrum corpora, sicut in passione ac monumento coniuncta fuerant, sic etiam peregrè profectura iungerentur. Sed de hoc qualiter fieri posset, vehementer ambigebat. Nouerat enim neminem à se Romanum inueniri posse, qui sibi ad hoc vllum ferret auxilium: sed ne talem quidem, cui hęc animi sui secreta auderet ostendere. In hac cordis anxietate constitutus, reperit quendam monachum peregrinum, nomine Basilium, qui ante biennium de Constantinopoli Romam venerat, atque ibi in monte Palatino apud alios Græcos, qui eiusdem professionis erant, cum quatuor discipulis suis hospitium habebat. Hunc adijt, atque ei quam patiebatur solicitudinem aperuit. Tum consilijs eius animatus, & orationibus fretus, tantam accepit in corde suo constantiam, vt statueret rem quamuis cum periculo capitis sui celerrimè experiri. Vocatoque ad se comite suo Hildoini presbytero, cœpit cum eo tractare, vt iterùm ad basilicam beati Tiburtij, sicut priùs fecerant, clancùlò pergerent, ac tumbam, qua martyris corpus reconditum credebatur, aperire denuò molirentur.

Monachi Græci Romæ in monte Palatino.

Cap.9. Placuit consilium, assumptisque quos secum adduxerant pueris, hospite eorum penitùs ignorāte quò irent, clàm noctu profecti sunt. Cumque ad locum ventum esset, votis pro re prosperanda ante ædis ianuam factis ingrediuntur: diuisisque inter se, presbyter ad corpus beati Tiburtij quærendum in ipsius basilica cum aliquibus remansit, Ratleicus cum reliquis in adhærētem eidem ecclesiæ cryptam ad beati Petri corpus accessit: apertoque sine vlla difficultate sepulcro, sacra sancti martyris membra nullo prohibente sustulit, & serico puluino, quem ad hoc parauerat, recepta diligenter inclusit. Interea presbyter, qui corpus beati Tiburtij quæreebat, magno labore fruſtrà consumpto, postquàm se vidit nihil posse proficere, relicto opere, in cryptam ad Ratleicum descendit, & quid sibi faciendum esset, ab eo quærere cœpit. Cui cùm ille arbitrari se diceret, quòd S. Tiburtij reliquiæ essent inuentæ, eiq; id de quo dicebat ostenderet: Nam paulò antè, quàm idem presbyter ad eum in cryptā venisset, reperit in eodem sepulcro, in quo sanctorū Marcellini & Petri sacra corpora iacuerunt, foramen quoddam rotundi schematis trium ferè pedum longitudine introrsùs excauatum, pedali amplitudine patens, & in eo minuti pulueris non modicam portionem repositam. Visum est ambobus, quòd hic puluis de corpore beati Tiburtij ossibus indè sublatis remanere potuisset: & ob hoc, vt difficiliùs inueniretur, medio loco inter beatum Marcellinum & Petrum in eadem tumba fuisset repositus: conuenitque inter eos, vt cum presbyter eam reciperet, & pro reliquijs beati Tiburtij secum deferret.

Tollitur corpus beati Petri martyris.

Cap.10. Visitā transactis atque dispositis, cum rebus, quas repererunt, ad hospitia sua resistunt. Post hæc Ratleicus cum hospite suo locutus, rogat vt sibi sacros beati Marcellini cineres, quos ei ad seruandum cōmendauerat, reddat, seque in patriam redire volētem nulla non necessaria dilatione detineat. Cui ille non solùm quod repetebat sine mora restituit, verùm etiam de Sanctorum reliquijs in vna ligatura collectis, haud paruam portionem mihi deferendam obtulit: & requisitus de nominibus eorum, mihi se illa dicturum, quandò ad me venisset, respondit. Monuit tamen, vt eadem veneratione, qua cęteræ sanctorum martyrum reliquiæ, colerentur, eò quòd non minoris apud Deum essent meriti, quàm beati Marcellinus & Petrus: & hoc me esse creditum, cùm primùm ad me nominum illorum notitia peruenisset. Suscepit ille munus oblatum, atque id, vt sibi persuasum erat, sanctorum martyrum corporibus sociauit. Initoque consilio cum hospite suo, sacrum illum ac desiderabilem thesaurum in scrinijs reconditum atque signatum, per Lutionem fratrem eius, cuius superiùs fecimus mentionem, necnon & presbyterum Hildoini, qui secum venerat, Papiam vsque deportari fecit: ipse cum eodē hospite

Reliquiarū facer & desiderabilis thesaurus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suo Romæ substitit, opperiens atque auscultans per continuos septem dies, si de sublatis sanctorum corporibus aliquid ad notitiam ciuium peruenisset. Cumque vidisset nullam à quolibet extraneo de hoc facto fieri mentionem, latere illud existimans, post eos, quos præmiserat, sumpto secum hospite suo profectus est. Quos
for.* Ticini cùm * Ticenis apud basilicam beati Iohannis Baptistæ, quæ vulgò Domnanæ vocatur, ac tunc ex beneficio regum ad meam pertinuit potestatem, aduentū eorum præstolantes inuenissent, statuerunt etiam, vt & ipsi aliquot diebus ibi morarētur, & propter iumentorum, in quibus venerant, refectionem, & propter seipsos ad longiorem viam præparandos.

Cap.11. In hoc morarum suarum articulo fama exijt, legatos sanctæ Romanæ Ecclesiæ à Pontifice ad Imperatorem directos, illò breui esse venturos. Itaque veriti de aduentu illorum aliquid sibi incommodi, vel etiam impedimenti accidere posse, si se ibi deprehenderent, decreuerunt vt quidam ex eis abeundo, aduentum eorum festinando præuerterent, alij in loco remanerent, & re, de qua soliciti erant, diligenter inuestigata, post eorundem legatorum abscessum socios suos, quos præmiserant, sequi properarent. Cùm ità inter eos de hac re constitisset, Deusdona cum presbytero Hildoini legatos Roma venientes præcessit, & Augustam Suessorum, vbi Hildoinum esse rebatur, quanta potuit festinatione contendit. Ratleicus verò cum thesauro, quem secum habebat, Papiæ remansit, expectans donèc legati sedis Apostolicæ præterirent: vt illis Alpes transgressis, viam suam securiùs carperet posset. Veritus itaque, nè presbyter Hildoini, qui cum Deusdona cum esset, omnium, quæ apud eos gesta vel tractata fuerant, plenariam atque integram notitiam habebat, quia vafer ac lubricæ fidei videbatur, aliquid impedimenti sibi in via, qua ire disposito habebat, machinari debuisset, altera sibi eundum iudicauit: missoque ad me procuratoris nostri Ascolfi puero cum literis, quibus me & de reuersione sua, & de allatione thesauri, quem diuinitùs adiutus inuenerat, certum efficeret: ipse postquàm Romanos ex coniectura mansionum, quę eis parabantur, Alpes superâsse putauit, Papia relicta, sexto die ad S. Mauritiū venit. Ibique comparatis quæ ad hoc necessaria videbantur, sacra illa corpora loculo incluſa, feretro imposuit, atque indè promouens, palàm & apertè cum adiutorio populi occurrentis portare cœpit.

Cap.12. Vbi autem locum, qui Caput laci vocatur, prætergressus, biuium, quo itinera in Franciam ducentia dirimuntur, attigit, dexteriorem viam ingressus, per Alemannorum fines vsque ad * Solodorum Burgundionum oppidum venit. Ibi obuios habuit, quos ego post indicium aduentūs illius mihi factum, de Traiecto ei occurrere iussi. Nam ego tunc temporis iuxta Scaldim fluuium in monasterio S. Bauonis eram, quandò literæ notarij mei per puerum procuratoris nostri, cuius superiùs mentionem fecimus, mihi redditæ sunt: ex quarum lectione de aduentu Sanctorum certior factus, ilicò vnum ex familiaribus nostris Traiectum ire, ibique presbyteros atque alios clericos, necnon & laicos secum sumere, ac Sanctos venientibus vbicunque primùm potuisset, obuiàm festinare præcepi. Et is nihil moratus, cum his quos secū duxerat, in loco memorato, post paucos dies his, qui Sanctos adferebant, obuiauit: iunctique simul, comitantibus iam atque hinc inde concurrentibus hymnidicis populorum turmis, cum ingenti omnium lætitia Aegentoratum vrbem, quæ nunc Stratburgus appellatur, celeriter veniunt. Inde per Rhenum secunda aqua nauigantes, cùm ad locum, qui Portus vocatur, venissent, orientalem fluminis ripam egressi, quinta mãsione ad locum Michilunstat nuncupatum cum immodica hominum in Dei laudibus exultantium multitudine peueniunt. Is locus est in eo saltu Germaniæ, qui tempore moderno Odonowald appellatur, & distat à Mœno flumine circiter leugas sex. In quo cùm basilicam uiter à me constructam, sed nondùm dedicatam inuenissent, in hanc illos sacros cineres intulerunt, & velut ibi perpetuò permansuros deposuerunt.

* Salodurū Traiectū ad Mosam dicit.

Obserua quãta veneratione Maiores nostri sacras reliquias prosecuti sint.

Cap.13. Cumque id mihi fuisset allatum, confestim illuc quanta potui celeritate festinaui: vbi cùm triduo post aduentum nostrum exacto, quidam puer Ratleici iubente eo, officio vespertino completo, cæteris excuntibus solus in ecclesia remansisset, & clausis ianuis, iuxta illa sacra corpora in parua sellula quasi vigilarius consedisset, subitaneo somno depressus, vidit quasi duas columbas per desuperiorem absidæ fenestram volãdo intrare, & in culmine lecti super ipsa Sanctorum corpora

Visio cuiusdam apud sacras reliquias.

corpora considere. Quarum altera tota alba, altera cani & albi coloris mixtura varia videbatur. Cumque in eodem culmine diutiùs deambularent, & consuetum columbis gemitum vicissim velut colloquentes ederent, rursùs per eandem fenestram egressæ, non comparuerunt: secutaque vox supra caput pueri sonuit: Vade, inquit, & dic Ratleico, vt indicet domino suo, quia isti sancti martyres nolūt, vt eorum corpora in hoc loco requiescant. Alium enim elegerunt, ad quem celeriter migrare dispositum habent. Huius vocis author ab eo videri non potuit: qua tamen finita, euigilauit, somnoque excitus reuerso ad basilicam Ratleico quid vidisset indicauit. At ille in crastinum vbi me primùm conuenire potuit, quid sibi puer suus retulisset, mihi nuntiare curauit. Ego autem, licèt huiusce visionis arcanum spernere non auderē, statui tamen opperiēdum alicuius signi certioris indicium: atque interim illos sacros cineres de linteis, in quibus ligati venerant, sublatos seriesque nouis puluinis insuere feci. Cumque in eorum inspectione reliquias beati Marcellini minoris quantitatis, quàm S. Petri esse cernerem, arbitratus sum cum in statura corporis sui minoris fuisse mensuræ, quàm S. Petrum. Sed hoc aliter se habere, furtum postea patefactum approbauit: quod vbi, vel quandò, vel à quo, vel qualiter admissum ac proditum sit, suo loco dicturus sum. nunc ordo narrationis inchoatæ texendus atque tenendus est.

Cap.14. Nota quanti fecerint olim sacras reliquias.

Igitur postquàm illum magnum atque mirabilem, omnique auro pretiosiorem inspexi thesaurum, loculus, in quo idem continebatur, propter vilitatem materiæ, de qua compactus erat, cœpit mihi oppidò displicere. Quem emendare cupiens, quadam die post completum vespertinum officium præcepi vni ex ædituis, vt mensuram loculi virga collectam mihi afferret. Cùm ille hoc facturus cereum accenderet, & circumpendentia pallia, quibus idem loculus tegebatur, subleuaret,

En stupendum miraculum.

animaduertit loculum mirum in modum humore sanguineo vndiquè distillantem. Tum ego cum eis, qui aderant, sacerdotibus accessi, & istud stupēdum atque omni admiratione dignum miraculum adspexi. Nam vt columnæ atque abaci vel signa marmorea pluuia instante sudare ac circunfluere solent: sic loculus ille, qui sacratissima corpora continebat, vero cruore madens, & ex omni parte perfusus inuenitur. Terruit nos insolita & nūquàm priùs audita miraculi species. Quapropter consilio, triduanum ieiunium cùm supplicationibus facere decreuimus, vt ex reuelatione diuina scire mereremur, quid sibi vellet, quidve faciendum monerem magnum illud & ineffabile prodigium. Itaque peracto illo triduano ieiunio, humor iam adueseraſceret, humor ille cruoris horrendi subitò cœpit arescere, ac

Aliud admirandum miraculum.

minutum in modum qui per continuos septem dies more perennis aquæ sine intermissione distillabat, sic intra pauciſſimas horas exiccatus est, vt eo noctis tempore (Nam Dominica erat) quo signo dato, ad antelucanum officium celebrandum ecclesiam intrauimus, nullum iam in loculo vestigium illius posset inueniri. Lintea verò, quæ circa loculum pendebant, vt eodem fuerunt humore respersa, ità vt manet sanguinis maculis infecta seruare iussi: in quibus adhuc magnum illius indubitati portenti paret indicium. Constat enim humorem illum saporis fuisse subsalsi, ad lachrymarum videlicet qualitatem: & tenuitatem quidem aquæ, colorem autem veri sanguinis habuisse.

Cap.15. Visio cuiusdam.

Eadem nocte cuidam ex pueris nostris, nomine Ruodlando, per quietem duo uisus visi sunt adstitisse, qui ei, vt ipse testatus est, de transferēdis Sanctorum corporibus multa mihi dicenda mandauerunt, & ad quem locum vel qualiter id fieri deberet, ostenderunt: & vt hoc mihi sine mora fuisset nuntiatum, terribiliter commonendo præceperūt. Qui mox vt me adire potuit, omnia quæ iussus fuerat, mihi ordinare curauit. Quibus auditis, curis ingentibus æstuare, & quid mihi esset agendum, animo tractare cœpi: vtrùm iterùm ieiunia & supplicationes celebrandæ, Deus rursùs pro nostra curiositate solicitandus: an aliquis Deo deuotè ac perfectè seruiens esset quærendus, cui anxietatem cordis nostri & curarum nostrarum querimonias indicare, quemque rogare potuissemus, vt orationibus suis à Deo nobis huius rei manifestationem impetraret. Sed vbi vel quandò ille talis Christi famulus à nobis posset inueniri, præsertim in illa regione, in qua tamen etsi quædam cœnobia ab eo loco, in quo eramus, haud longè posita esse constabat, tamen propter rudem in his locis eius conuersationis institutionem, aut rarus aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

nullus erat, de cuius sanctitate tale aliquid vel tenuis fama loqueretur. Interea dum his anxius curis sanctorum martyrum suffragium implorâssem, atque omnes qui vnà nobiscum erant, vt idem facerent, sedulò commonuissem, factum est vt per continuos dies nulla nox præteriret, in qua vel vni vel duobus, vel etiam tribus sociorum nostrorum in somnis reuelatum non fuisset, quòd illa Sanctorum corpora de eo loco in alium essent transferenda. Ad extremum autem cuidam presbytero de his, qui ibi nobiscum erant, nomine Hiltfrido, apparuit in visione, vt ipse fatebatur, vir quidam habitu sacerdotali, canitie veneranda conspicuus, candida veste indutus, qui eum talibus verbis compellauit: Cur, inquit, Einhardus tam duri cordis, tantæque obstinationis est, vt tot reuelationibus non credat, ac tot monita ad se diuinitùs missa arbitretur esse contemnenda? Vade & die ei, quia hoc quod beati martyres de suis corporibus fieri desiderant, infectum remanere non poterit, quanuis ille hactenùs voluntatem eorum in hac re facere distulisse. Et iam nunc, si non velit vt huius facti meritum ad alium transeat, festinet eorum adimplere iussionem, & ad locum, quem ipsi elegerunt, corpora illorum deportare non negligat.

Crebræ diuersis visionibus offerun tur.

Cap.16.

Post has aliasque multimodas ad me perlatas admonitiones, visum est mihi illam sacrorum cinerum translationem non esse diutiùs differendam: ac proindè inito consilio, decreuimus vt id quantò celeriùs fieri potuisset, perficere cerraremus. Igitur omnibus, quæ ad hanc deuectionem necessaria videbantur, raptim & cum summo studio præparatis, prima luce post completum matutinum officium, sacrum illum & inæstimabilem thesaurum cum ingẽti luctu ac mœrore illorum, qui in loco erant remansuri, sustulimus, atque iter ingressi portare cœpimus, comitante nos pauperum turba, quę illò per eos dies ob eleemosynam accipiendam vndecunquè confluxerat. Nam circà manentes populi quid apud nos ageretur, penitùs ignorabant. Erat cælum graue sordidis nubibus, & quæ in ingentem pluuiam citò resolui possent, nisi id diuina virtus fieri prohiberet. Nam tota illa intantùm sine intermissione pluebat, vt nobis iter illud ea die inchoari posse minimè videretur. Sed illam nostram dubitationem, ex infirmitate fidei venientem, superna gratia per suorum merita Sanctorum longè aliter, atquè existimauimus, habere se fecit, quandò viam, per quam incessimus, in aliam quàm sperabatur qualitatem vidimus fuisse cõmutatam. Nam & luti parum inuenimus, & riuos, qui in tam grandi ac iugi pluuia, vt ea nocte erat, crescere solebant, penè nihil creuisse reperimus. Vbi verò de saltu egressi, proximas villas accessimus, frequẽtibus obuiorum ac Deo laudes dicentium turbis excipimur: qui nos per octo ferè leuarum spatium comitati, nobis ac nostris & in sacro onere ferendo deuotia ditores, & in diuinis laudibus dicendis impigri fuêre cõcentores. At vbi vidimus, quod ea die ad locum destinatum peruenire non poteramus, diuertimus ad villam Ottheim appellatam, quæ viæ nostræ contigua cernebatur: & inclinante iam vespera, in basilicam beati Martini, quę in eadem villa est, sancta illa corpora intulimus, & socijs nostris ad excubias ducendas ibi dimissis, ego cum paucis ad locum, quo ire debamus, festinando præcessi, & ea, quæ ad receptionem sanctorum corporum vsus postulabat, per noctem præparaui.

Prisca Germanorum erga Sãctos deuotio.

Cap.17. Reliquiarũ sacrosanctæ thesaurus.

Ad basilicam verò, in qua illorum sacrosanctum thesaurum dimissimus, sanctimonialis quædam paralytica, nomine Ruodlang, de monasterio Machelbach, quod ab eadem ecclesia vnius leugæ spatio disparatum erat, ab amicis suis appinquis in carro adducta, cùm iuxta feretrum Sanctorum inter cæteros vigilanque orans pernoctaret, recepta omnium membrorum sanitate, propriis pedibus nullo sustentante, vel quolibet modo adminiculante, ad locum vndè venerat, crastinum regressa est. At nos albescente cælo surgentes, socijs nostris venientibus obuiàm ire perreximus, habentes nobiscum immodicam vicinorum nostrorum multitudinem, qui fama aduentûs Sanctorum excita, ad hoc primo diluculo foribus nostris constiterunt, vt vnà nobiscum Sanctis obuiàm procederent. Et occurrimus eis in eo loco, vbi Gaspentia fluuiolus Mœno miscetur. Indèque incedentes, ac Domini nostri Iesu Christi misericordiam collaudantes, sacras illas beatissimorum martyrum exuuias ad * Mulinheim superiorem (Sic enim modernotempore locus ille vocatur) cum magna omnium, qui ibi adesse poterant, lætitia & exultatione detulimus: sed præ nimia populi multitudine, quæ præ-

Paralytica sanatur.

*Mulhein

dens cuncta compleuerat, neque ecclesiam adire, neque feretrum in eam inferre valuimus. Idcircò in campo adiacente, atq; in loco editiore altare sub diuo erexi-mus, ac feretro ponè altare deposito, Missarum solennia celebrauimus. Quibus expletis, ac multitudine ad sua recedẽte, in ecclesiam à beatis martyribus iussam, corpora sacratissima corpora intulimus: ac feretro proptèr altare locato, iterùm Missam celebrare curauimus: ibique inter celebrandum puer quidam annorum circiter quindecim, nomine Daniel de pago Portiano, qui illuc inter alios pauperes mendicando venerat, atque ità curuus erat, vt nisi supinus atque iacens cælum adspicere nequiuisset, ad feretrũ accessit, ac subitò velut ab aliquo impulsus corruit: cumque diù velut dormienti similis iacuisset, correctis omnibus membris, & recepta firmitate neruorum, coram oculis nostris surrexit incolumis. Facta sunt hęc decimosexto Calẽdas Februarias, & erat eius diei tanta & tam clara serenitas, vt æstiui splendorem solis adæquaret: atque ipsius aëris tam mitis atque iucunda tranquillitas, vt veris temperiem apricitate blanda præcederet.

Puer miserè contractus reualescit.

Postridiè verò sacra beatorum martyrum corpora, nouo loculo recondita, in basilicæ locauimus, & sicut in Francia mos est, superposito ligneo culmine, lineis ac sericis pallijs ornandi gratia conteximus, apponentes altare, ac duo vexilla Dominicæ passionis, quæ in via feretrum præcedere solebant, hinc atque indè erigentes, locum illum diuinis officijs celebrandis pro modulo paupertatis nostræ idoneum atque aptum facere curauimus: Ordinatisque clericis, qui inibi assiduè & excubias ducerent, ac diuinis laudibus dicẽdis curam solerter impenderent; ipsi non solùm nostra sponte, sed etiam regali diplomate, quod nobis in via obuiàm venerat, euocati, Domino iter nostrum prosperante, ad palatium sumus cum magna exultatione regressi.

Cap.18.

LIBER SECVNDVS.

Cap.1.

Ransactis admodùm paucis, postquàm ad comitatum veneram, diebus, ego secundùm consuetudinem aulicorum maturiùs surgens, primo manè palatium petij. Ibi cùm ingressus, Hildoinum cuius libro superiore mẽtionem feci, ante fores regij cubiculi sedentem, atque egressum principis opperientem inuenissem, ex more salutatum surgere, atque ad quandam fenestram, de qua in inferiora Palatij prospectus erat, mecum accedere rogaui. Ad quam pariter ităndo incumbentes, de translatione sanctorum martyrum Marcellini & Petri, necnon & de miraculo, quod in fluxu cruoris, quo loculum eorum septem diebus sudâsse commemoraui, ostensum est, mirando multa sumus locuti. Cumque ad id loci sermocinando venissemus, vt etiam de vestimentis, quæ cum corporibus eorum inuenta sunt, mentio fieret, atque ego miræ subtilitatis vestem beati Marcellini fuisse dicerem, ille velut qui rem equè vt ego notam haberet, vera de vestibus dixisse respondit. Hic ego stupefactus atq; admirans, percontari cœpi, vnde illi hæc vestimentorũ, quę nunquàm viderat, notitia contingere potuisset. At ille me intuitus, paululùm siluit: ac deindè, Satius, inquit, esse arbitror, vt per me cognoscas, quod me tacente, tamen per alios celeriter es cognituras: & ego illi-us proditor simplex, quã forrâsse alter si prodiderit, non simpliciter enunciet. Neque enim potest: quia sic natura comparatum est, vt hoc quisquam verare dicere nequeat, cuius notitiam non per seipsum, sed aliorum relatione fuerit affectatus. Tuæ tantùm fidei committo, qualiter indè mecum acturus sis, postquàm meo relatu omnem rei gestæ veritatem agnoueris.

Vestes reliquiæ cum Sanctorum corporibus.

Cui cùm me non aliud acturum, quàm quod inter nos conueniret, breui sermone respondissem: Presbyter, inquit, ille, qui ad deferendas beati Tiburtij reliquias Romam meo iussu profectus est, cùm id, propter quod illò venerat, ità vt volebat perficere nequiuisset, iamque notarius tuus acceptis, de quibus loquimur, sanctorum martyrum reliquijs domum redire statuisset, inijt cum illo consilium, vt illo minibus eius, qui illos sacros cineres ferre debebant, Papiam vsque præcederet, ibique illius ac Deusdonæ præstolaretur aduẽtum. Placuit ambobus ista conuentio, illicò; Romæ substãtibus, presbyter cum Lunisone ac pueris reliquias ferẽtibus Papiam proficiscitur. Quò cùm esset peruentum, scrinia sacros cineres continentia in

Cap.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diligenter custodiuntur nocte sacræ reliquiæ

ecclesia tua ponè altare sunt posita, atque ab excubantibus in eadem basilica clericis ac laicis diligenti solertia custodita. Quadam verò nocte, cùm & ipse inter cæteros ad easdem excubias in ecclesia vigilaret, contigit, vt ipse asserit, circa mediam ferè noctem, vt obripiente paulatim somno, vniuersi qui intra eandem basilicam vigilandi gratia conuenerant, præter se solum obdormirent. Tum sibi in mentem venisse, visumque fuisse non sine magna quadam causa factum, vt tot hominibus tam subitaneus sopor obrepserit: ratusque sibi oblata occasione vtendum, surrexit atque accenso lumine, ad scrinia silenter accessit. Tum filis sigillorum admota cerei flãma crematis, scrinia sine claue celeriter aperuit, ac de vtrorumque corpore portionem, quę ei videbatur accipiens, sigilla vt erant integra filorum crematorum summitatibus annectit, nulloque id factum sentiente, in loco suo resedit. Post hæc sublatas tali furto Sanctorum reliquias, cùm ad me fuisset reuersus detulit: primoque illas non S. Marcellini vel Petri, sed sancti Tiburtij esse asseuerauit. Deindè cùm nescio quid vereretur, secretè mecum locutus, quorum Sanctorum essent reliquiæ, quoque modo eas fuisset adeptus, patenter aperuit. Habemus illas apud S. Medardum in loco celebri honorificè collocatas, vbi ab omni

Cultus reliquiarum.

populo cum magna veneratione coluntur: sed vtrùm eas nobis habere liceat, in tuo manet arbitrio.

Cap. 3.

His auditis, recordatus sum quid in itinere, quo proximè ad palatium proficiscebar, à quodam hospite meo audierim. Qui inter cætera, quæ mecum loquebatur, Nunquid nósti, ait, qualis de sanctis martyribus Marcellino & Petro per hãc regionem fama dispersa sit? Cumque id me nescire responderem, tum ille, Dicunt, inquit, qui de S. Sebastiano veniunt, quòd presbyter quidam Hildoini Abbatis, qui

Rumor falsus astu diaboli sparsus de reliquijs SS. Marcellini & Petri.

vnà cum notario tuo Romam profectus est, cùm inde reuerteretur, & in quodam loco communi diuersorio vterentur, tuis omnibus ebrietate ac somno deprellis, & id quod agebatur penitùs ignorantibus, scrinia quibus Sanctorum corpora continebantur, aperuisset eaque indè sustulisset, atque abiens Hildoino detulisset, & modò apud S. Medardum sint: in scrinijs verò tuis parum quiddam sacri pulueris remansisse, quod ad te per notarium tuum perlatũ sit. Horum reminiscens, eaque cum his, quæ ab Hildoino dicebantur, conferens, non modica mentis perturbatione commotus sum: ob hoc præcipuè, quia nondùm inuentum habebam consilium, quo illam execrabilem atque astutia diaboli vbiq; diuulgatam famam extinguerc, ac de cordibus deceptę multitudinis depellere potuissem. Illud tamen optimum iudicaui, vt Hildoinum rogarem idipsum mihi reddere, quod de meis scrinijs sublatum, & ad se delatum atq; à se receptum post illã spontaneam confessionem negare non poterat. Quod etiam quanta potui instantia facere curaui: & licèt ille paulò durior ac difficilior, quàm optaueram, in assensione fuisset, victus tamen est sedulitate precum mearum, cessitque improbitati meæ, qui se paulò antè nullius iussioni, in hac præsertim causa, cessurum pronuntiauerat.

Cap. 4.

Interea missis ad Ratleicum & Lunisonẽ literis (Erant enim in eo loco, vbi martyrum corpora collocaui) qualis per totam penè Galliam de eisdem sanctis martyribus fama esset, eis indicare curaui: commonefaciens eos, vt cogitarent si aliquid tale vel simile his, quæ Hildoinus de facto presbyteri sui asserebat, in via corum aduertere vel reminisci potuissent. Qui statim ad me in palatium venientes, valdè disparem his, quæ Hildoinus dicebat, fabulam detulerunt. Nam in primis omnia, quæ presbyter ille Hildoino retulerat, falsa esse testati sunt, neque vllam posteaquàm Roma exierunt, vel illi presbytero vel cuilibet alteri datã fuisse occasionem, per quam ad eiusmodi facinus perpetrandũ aditum habere potuisset. Ad hoc ipsum, quod de sacris martyrum cineribus aliter atquè debuerat accidisse constabat, Romæ in domo Deusdonę per auaritiam Lunisonis & vafritiam memorati presbyteri contigisse: eo videlicet tempore, quo corpus beati Marcellini de tumba sua sublatum, in domo Deusdonæ seruabatur: modumque facti talem fuisse

Vt nonnihil ablatũ fuerit de reliquijs S. Marcellini.

xerunt. Memoratus ille Hildoini presbyter spe, quam de S. Tiburtij corpore adipiscendo conceperat, frustratus, nè omninò vacuus ad dominum suum reuerteretur, quod fide non poterat, fraude assequi molitus est. Nam Lunisonem aggressus, quia pauperem ac proindè cupidum esse cognouerat, oblatis ei quatuor aureis nummis, quinisque argenti solidis, ad proditionem faciendam illexit. Accipiens enim oblatam pecuniam, arcam in qua corpus beati Marcellini erat à Deusdona depolitum

depositum atque inclusum aperuit, & illi nequissimo nebuloni auferendi ex ea quod vellet, qualem ipse optauerat potestatem fecit. Nec ille in ea rapina parcus fuit: nam tantum de sacris beati martyris cineribus sustulit, quantum vas sextarij mensuram habens capere posse videbatur. Hoc eo modo factum esse, ipse qui id cum memorato presbytero machinatus est Luniso, pedibus meis prouolutus flendo testatus est. Tum ego rei veritate comperta, Ratleicum ac Lunisonem cò vndè venerant redire præcepi.

Cap. 5.

Ac deindè cum Hildoino locutus, conuentione inter nos facta, quãdò sacræ mihi reliquiæ redderentur, duos clericos de domo nostra, Hiltfridum videlicet ac Filimarum (Alter presbyter, alter * subdiaconus erat) ad recipiendas eas Augustam Suessorum pergere iussi: mittens per eosdem ad locum, de quo eædem reliquiæ auferendæ erant, benedictionis gratia nummos aureos numero centum. Qui vbi ad monasterium S. Medardi in die Palmarum venissent, per triduum ibi morati sunt: & recepto illo, propter quem missi fuerant, incomparabili thesauro, comitantibus secum duobus ex eodem monasterio fratribus, quanta potuerunt celeritate ad palatium reuersi sunt. Reliquias tamen nõ mihi, sed Hildoino detulerunt. Quas ille recipiens, in oratorio domûs suæ fecit custodiri, vsque dum transactis Paschalis festi occupationibus vacuum tempus haberet, quo mihi id quod reddendum erat, priusquàm redderet ostendere potuisset. Completisque post sanctum Pascha octo vel eo amplius diebus, cùm rex venandi gratia de palatio fuisset egressus, Hildoinus secundùm quod inter nos conuenerat, memoratis reliquijs de oratorio suo, vbi seruabantur, sublatis atque basilicæ sanctæ Dei genitricis illatis, altaríque superpositis, me vt eas susciperem fecit acciri. Tum capsam, in qua reliquiæ continebantur, aperiens, ostendit mihi vt viderem quid esset, quod & ille reddere, & quod ego reciperem. Exin sublatam de altari eandem capsam manibus meis imposuit, dataque oratione competenti, præcentoris etiam officio functus, antiphonam laudi martyrum conuenientem clericis ad psallendum paratis imposuit, nosque cum illo inæstimabili thesauro recedentes, vsque ad ostium basilicæ concinendo prosecutus est. Processimus indè paulatim cum crucibus & cereis, laudantes Domini misericordiam, vsque ad oratorium, quod erat in domo nostra vili opere constructum, eique quia aliud ibi non habebatur, illas sacras reliquias intulimus.

Nota quãti olim fecerint sacras reliquias etiam viri graues.

* diaconus

Inæstimabilis reliquiarum thesaurus.

In illa verò processione nostra, quam de basilica vsque ad oratorium nostrum enim nobis de ecclesia, laudemque Domino Deo nostro excelsa voce canentibus, tanta vis suauissimi odoris eam partem vici Aquensis, quæ ab ecclesia ad Occidentem respicit, totam impleuit, vt illa fragrantia penè omnes eiusdem partis habitatores, itemque vniuersi, qui pro quibuslibet causis atque negotijs eadem in partem confluxerant constituti, ità diuinitùs commouerentur, vt omissis quæ in manibus habebantur operibus, cuncti cursu rapidissimo primò ad ecclesiam, deindè quasi per regium ad oratorium nostrum, in quod illas reliquias illatas esse audierant, festinarent. Fit immodicus intra septa nostra exultantis simul atque admirãtis populi concursus: & cùm magna pars eorum, qui confluxerant, id quod agebatur quid esset ignoraret, gaudio tamen & exultatione repleti, Dei omnipotentis misericordiam collaudabant. Postquàm autem fama crebrescente diuulgatum est, reliquias S. Marcellini martyris in eum locum esse delatas, non solùm de eodem vico Aquensi, & vicinis atque adiacentibus villis, verùm etiam de longinquioribus locis ac pagis adeò frequens atque immanis multitudo congregata est, vt nobis ad officium in eodem oratorio celebrandum, præter vespertinas horas atque nocturnas, haud facilis pateret introitus. Adducebantur vndiquè debiles, & varijs affecti lãguoribus circa oratorij parietes à propinquis suis atque amicis collocantur. Videres ibi penè omnia infirmitatum genera per virtutem Christi Domini & permeritum beatissimi martyris in omni sexu & ætate curari. Cæcis visus, claudis incessus, surdis auditus, mutis sermo redditur: paralytici etiam & qui totius corporis vitibus destituti, alienis manibus apportati sunt, sanitate recepta, propriis pedibus ad sua reuertebantur.

Cap. 6.

Nota de odore mirifico sacrarũ reliquiarũ.

Permulti curantur morbidi ad sacras S. Marcellini reliquias.

Hęc vbi ad regias aures relatione Hildoini perlata sunt, statuit primò, vt ad palatium regressus, oratoriũ nostrum in quo hęc ficbãt, martyrem venerabundus accederet:

Cap. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ludouici Imper. deuotio erga Sanctorum reliquias.

deret: sed nè id faceret,eodem Hildoino suggerente prohibitus,ad maiorem basilicam reliquias deferri præcepit: ibique delatas, humili supplicatione veneratus est: celebratisque Missarum solennijs,obtulit beatis martyribus Marcellino & Petro quoddam prædiolum, situm iuxta fluuium Aram, vocabulo Ludoluestropf, habens mansos quindecim, & vinearum aripennes nouem. Obtulit & reginа cingulum suum,ex auro & gemmis factum,pensans libras tres. Quibus expletis, relatæ sunt reliquiæ ad locum suum,in oratorium videlicet nostrum, fueruntque ibi dicbus quadraginta vel eo ampliùs,vsque dum Imperator palatio egrediens,venandi gratia solenni more syluas peteret. Quo facto,& nos comparatis,quę ad profectionem nostram necessaria videbantur, cum eisdē reliquijs de vico Aquensi promouimus. In ipso autem nostræ egressionis articulo,cùm Missarum solennia celebrarentur,anus quædam in palatio notissima,annorum circiter octoginta,neruorum

Contracta anus fit sana.

contractione laborans,in conspectu nostro curata est. Quę,vt ipsa narrante didicimus, per quinquaginta annos hoc morbo detenta, more quadrupedum genibus manibusque nitendo,officium ambulandi reptando impleuerat.

Cap.8. *sexto demùm

Indè iter ingressi, suffragantibus Sanctorum meritis, * sextodecimo die Mulinheimum vicum,in quo sacros beatorum martyrum cineres ad comitatum profecturi dimisimus,Domino adiuuante peruenimus. In quo itinere quantum gaudij, quantumq; lætitiæ de illarum aduentu reliquiarū populis in eadem via consistentibus accesserit,neq; mihi silendum est,nec tamen ità vt fuit, plenè dici atq; enuntiari potest. Dicendum tamen est, nè res ad Dei laudem maximè pertinens, quasi per desidiam silentio suppressa videatur. Ac primùm quidē gestit animus id referre, quod palatio egressi, in multorū præsentia nos vidisse reminiscimur. Vxmius dicitur fluuiolus,duobus ferè passuū millibus ab Aquensi palatio distātem habens pontem. Ad quē veniētes,propter multitudinem,quę nos eousq; de palatio prosequebatur,iamq; redire volebat,vt orandi locū haberet,parumpèr constitimus. Ibi

Res sanè memorabilis,

quidā de orantibus cum alio ad reliquias accedens,sociūq; respiciēs. Propter amorem,inquit,atq; honorē huius sancti ære alieno, propter quod te mihi obnoxium esse non ignoras,absoluo. Debebat enim ei, vt ipse fatebatur, dimidiam argenti libram. Itemque alter socium suum manu comprehensum ad reliquias rrahens, Patrem,ait,meū occidisti,ac proindè inimici eramus adinuicēm. Nunc autē propter amorem atq; honorē Dei & huius sancti, deposita simultate,fœdus recum iungere atque inire volo,vt abhinc in futurū perpetua inter nos amicitia permaneat. Hīc quę prior irrumpere tentauerit. Hīc illa turba,quę nobiscum de palatio fuerat egressa,

Obserua prisscorum deuotionem.

adoratis atque osculatis sacris reliquijs,cum multis lachrymis,quas prę nimio gaudio continere non poterat,domum reuertitur: alia multitudine,quę ibi nobis obuiauit,nos comitante atque Kyrie eleison sine intermissione cantante, vsque ad eum locum,in quo simili modo ab alijs occurrentibus excipiebamur. Quæ tunc similiter,vt prior,supplicatione facta ad sua reuersa est.

Cap.9.

Hoc modo per singulos dies à prima luce vsque ad vesperam comitantibus,ac Domino Christo laudem dicentibus populorum turbis,ab Aquensi palatio vsque ad memoratum Mulinheim vicum,Domino iter nostrū prosperāte, peruenimus. Atq; ibi illas reliquias super altare, ponè quod loculus sacros martyrum cineres

Gemmata capsa reliquiarum.

continens positus erat,gemmata capsa reconditas collocauimus: fueruntque ibi sic positæ,vsque dum nos mense Nouembrio ad palatium ire parantes, per reuelationem admoniti sumus,nè priùs de illo loco proficisceremur,quàm eas corpora de quo sumptæ erant, coniungeremus. Qualiter autem reuelatum fuerit, vt fieri deberet, non est silentio transeundum: quia non solùm somnio,vt fieri solet, sed etiam signis quibusdam ac terroribus,ad vigilantium curam pertinentibus, ostensum est beatos martyres omnimodis voluisse, vt in hac re iussio illorum fieret adimpleta. Erat vnus de clericis, qui ad excubias basilicæ deputati fuerunt, nomine Landolphus, cui tunc signi tangendi cura commissa fuerat, habens stratum suum iuxta australem basilicæ ianuam. Qui cùm secundùm consuetudinem nocturni ac matutinalis officij solenni more surgeret, signumque moueret, completoque ante lucem eodem officio, rursùm dormire veller, clausis ecclesiæ foribus,coram sanctis martyrum cineribus supplicandi gratia se prostraui. Ibi cùm psalmum quinquagesimum, vt ipse asserit, dicere inciperet, audiuit iuxta

iuxta se in pauimento velut sonitum pedum hominis,huc atque illuc ibidèm deambulantis. Consternatusque pauore non minimo,erexit se paululùm in genua, & in omnem partem circunspicere cœpit,æstimans aliquem de pauperibus, clausis ecclesiæ ianuis,in quolibet angulo delituisse. Cumque nullum alium quàm se solum intra parietes basilicæ esse cerneret, iterùm se ad orationem inclinauit, ac psalmum,quem priùs inchoauerat, repetiuit: sed antequàm vnum eius versum complere potuisset, capsa quæ altari imposita sacras beati Marcellini reliquias continebat,repentino crepitu tam vehementer insonuit,vt quasi malleo percussa dissiluisse putaretur. Duo quoquè ostia basilicæ,quę iam clausa erant, occidentale videlicet atque australe, velut aliquo pulsante atque impellente, simili modo sonuerunt.

Martyr indicat se velle suas reliquias coniungi.

Cap.10.

Quibus exterritus ac stupefactus,cùm quid sibi agendum esset penitùs ignoraret, surgit ab altari, & in lectum suum se pauitando proiecit: subitoque sopore depressus,vidit sibi quendam ignoti vultus virum assistere,qui se talibus verbis compellaret: Certúmne est, ait, Einhardum sic ad palatium properare velle, vt reliquias S. Marcellini, quas huc detulit,priùs in locum, de quo sublatæ fuerant, non reponat? Cùm ille se huius rei ignarum esse respondisset, Surge, inquit, primo diluculo,eique ex authoritate martyrum præcipe,nè hinc abire vel alicubi pergere præsumat, antequàm reliquias illas loco suo restituat. Expergefactus surrexit, & vbi me primùm conuenire potuit,hoc quod sibi fuerat imperatum,mihi intimare curauit. Sed neque ego segniter in huiusce modi negotio aliquid agendum arbitratus,immò id quod iubebatur, sine vlla morarum interpositione adimplendum esse iudicans,ipsa quidem die ea,quæ ad hoc necessaria videbantur,præparare iussi: Sequenti verò sacras illas reliquias corpori, de quo sumptæ fuerant, cum summa diligentia sociare curaui. Quod factum quàm gratum beatissimis martyribus foret, attestatione miraculi subsequentis liquidò comprobatur. Nam proxima nocte cùm ad matutinum officium in basilica solenniter sederemus, senex quidam gressuum officio destitutus,genibusque ac manibus nitens,reptando ad orationem intrauit. Is coram omnibus nobis per virtutem Dei & merita beatissimorum martyrum eadem, qua ingressus est, hora ità perfectè curatus est, vt ad incedendum ne baculi quidem sustentatione vlteriùs indigeret. Qui etiam & surdum se per continuum quinquennium fuisse, simulque cum officio pedum auditum sibi redditum affirmabat. His ità peractis, ad comitatum, sicut superiùs me facere reuoluisse retuli, ibidèm hyematurus multa mecum reputando profectus sum.

Visio cuiusdam.

Surdus & claudus senex restituitur.

Sacratissimi martyrum cineres.

LIBER TERTIVS.

Authoris Præfatio.

Scripturus virtutes atque miracula,quę beatissimi martyres Christi Marcellinus & Petrus, postquàm eorum sacratissima corpora de Roma in Franciam delata sunt,per diuersa loca fecerunt,immò quæ per illorum beata merita & pias orationes ipse rex martyrum Deus & Dominus noster Iesus Christus ad salutem hominum operari dignatus est: necessarium iudicaui breui præfatione perstringere, quòd ex his, quæ scribere disposui, maior pars ad notitiam meam aliorum relatione perlata est : quibus tamen vt fidem haberem,ex his quę ipse vidi & coràm positus agnoui,tam firmiter mihi persuasum est,vt sine vllo dubitationis scrupulo vera esse crederem, quæ ab his dicebantur,qui se illa vidisse testati sunt,tametsi personarum, à quibus hæc audieram, aut paruam,aut nullam eatenùs notitiam haberem. Cæterùm de his omnibus ea primùm scribenda videntur, quæ in eo loco gesta, & à meipso visa sunt, ad quem illos sacratissimos cineres ijdem beatissimi martyres transferri præceperunt. Deinde illa, quæ in Aquensi palatio sub ipsis aulicorum obtutibus facta memorantur. Tum ea,quæ per diuersa loca, ad quæ religiosis viris perentibus ac me tribuente, sacræ illorum reliquiæ delatæ sunt, gesta referuntur, censui esse ponenda: vt hoc ordine in relatione seruato, nihil remaneat ex omnibus signis atque miraculis, quæ ad nostræ paruitatis notitiam peruenire potuerunt. Sed iam nunc præfatione completa, ipsa quæ dicenda sunt,miracula proferamus.

Post-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.1. POstquàm sacra beatissimorum martyrum corpora, sicut iam in superioribus demonstratum est, ipsis iubentibus & nobis morem gerẽtibus ad locum, in quo nunc requiescunt, cum ingenti fidelium populorum exultatione perlata, & celebratis in campo Missarum solẽnijs, manibus sacerdotum, quorũ ibi tunc non paruus numerus erat congregatus, in basilicam deportata sunt, feretrumque quo vehebãtur, iuxta altare positum est, & iterùm aliud officium ibidèm celebrari cœptum: subitò quidam adolescens renum dissolutione affectus, atque ideò curuus ac baculis innitens, de media circunstantis populi multitudine prorupit, seque ad adorandum inclinare cupiens, in genua procubuit: sed mirum in modum velut aliquo se reuellente, vel potiùs retrahente, fu-

Adolescens contractus curatur. pinus cecidit, similisq; dormienti diutissimè iacuit. Tum quasi euigilans, in sellam se erexit: ac deindè post paululum nullo adminiculante surrexit, stansque immodio circunfusæ multitudinis, vnà cum cæteris de recepta sanitate gratias agendo, Dei misericordiam collaudauit. Hic se de pago Portiano cum alijs pauperibus ad peregrinis illuc venisse, Danielemque vocari nobis percontantibus indicauit. Eadem ferè hora, eodemque, vt ità dicam, momento, quo is, de quo nunc diximus, intra ecclesiam & coram ipso altari per virtutem Christi & intercessionem martyrum sanitatem est consecutus, mulier quædam paralytica, & penè omnium mem-

Itèm paralytica. brorum officio destituta, pro foribus ecclesiæ iacens, in auxilium sui sanctos martyres inuocauit: & mox cunctis cernentibus, qui circà stererant, cœpit commotis visceribus velut nauseabunda concuti, ac deindè magnam vim phlegmatis ac bilis vomendo proijcere. Quo facto, paululum aquæ frigidæ sumens, de loco in quo iacebat, se leuari rogauit, & baculo nitens basilicam introiuit, adoratisque martyribus ac recepto membrorum vigore, ad propria repedauit.

Cap.2. Intereà quidam homo Vuillibertus nomine, haud longè à basilica, in qua nunc beatorum martyrum corpora requiescunt, domum habens, inter cæteros, qui ad venerationem Sanctis exhibendam conuenerant, ad feretrum accessit, & quasi pro dono quadraginta denarios obtulit. Qui cùm à nobis fuisset interrogatus quis esset, quidque sibi vellet huiusce muneris oblatio, retulit se ante paucos dies grauissimo languore correptum, ad extrema fuisse perductum, adeò vt ab omnibus qui eum viderant, desperatus admoneretur, vt omnes facultates suas pro remedio animæ suæ celeriter erogaret: seque ità fecisse. Iamque omnibus quæ habebat, ad quæ pia loca danda forent dispositis, vnum ex seruis suis cùm ingenti gemitu fuisse conquestum, quòd perperàm ac valdè negligenter ab eis factum esset in eo, quod nihil de bonis eius Sanctis nupèr de Roma venientibus datum esset. Tum se circunstantes interrogâsse, si aliquid de rebus suis superesse scirent, quod ad martyres mitti potuisset. Erant * enim adhuc in Michilunstat, & nondùm aliquibus signis in-

*autem claruerat, quòd indè migrare deberent. Tum quendam sibi respondisse, quoniam de omnibus rebus eius vnus tantùm porcus remansisset, & non esse deputatum, quò dari deberet. Tunc sibi complacuisse, seque præcepisse, vt venundaretur, &

Mira curatio hominis ãdesperati, post votum Martyribus nuncupatũ. post obitum suum pretium illud ad martyrum luminaria mitteretur. Quibus votis expletis, tam subitam se asserit sensisse medelam, vt protinùs omni dolore fugato, etiam edendi desiderium habuerit, ciboque sumpto intantùm breui confortatus sit, vt in crastinum ad omne opus, quod rei familiaris necessitas postulasset, procurandum vel faciendum percommodè ire potuisset. Post hoc porcum illum fuisse venditum, & hoc esse pretium eius, quod ex voto beatis martyribus oblatum fuerat.

Cap.3. Reliquas virtutes atque miracula, quæ per eos Dominus ad salutem hominum operatus est, quoniam quo ordine dicantur nihil referre video, ità vt memorata occurrerint, censui describenda: quia in earum relatione magis quid & quando quàm quandò aliquid gestum sit, considerandum est. Collocatis igitur in eadem basilica more solenni beatorum martyrum reliquijs, cùm secundùm ecclesiasticæ institutionis consuetudinem sacra Missarum solennia quotidiè celebrarentur, contigit vt quadam die, cum diuina res ageretur, & nos in superioribus constituti ecclesiæ locis, super subiectum atque in inferioribus constitutum populum intenderemus, clericus quidam seminudus, qui inter cæteros ad idem officium venerat, atque in media multitudine consistebat, tam graui ruina subitò collapsus

est, vt mortuo similis in pauimento diutissimè iacuisset. Quem cùm stertentem aliqui ex circunstantibus leuare atque erigere conarentur, tanta vis sanguinis ex ore & naribus erupit, vt tota anterior pars corporis, id est, pectus & venter & vsq; ad vestem, qua inguina tegebantur, hac esset exuberatione perfusa. Qui cùm allata aqua fuisset refocillatus, resumptis viribus clarè locutus est. Nam postmodùm à nobis interrogatus, testatus est se ab infantia sua vsque in præsens neque audire aliquid, nec loqui potuisse. Patriam sibi esse Britanniam, se natione Anglum, matrem suam visitandi gratia, quæ Romæ peregrinaretur, iter arripuisse, atque ità inter cæteros peregrinos, qui vnà Romam ire volebant, in illum locum peruenisse: sed sociis suis abeuntibus se subtitisse, ipsumque diem, quo sanus factus est, septimum esse ex quo in locum illum venerat. Cumque ab eo nomẽ eius quæreremus, respondit se nomen suum penitùs ignorare, pro eo quòd ex eo tempore, quo obsurduit, nunquàm nomen suum audierit.

Clericus surdus & mutus fit inco lumis.

Cap.4. Exin post aliquot dies, cùm more solenni ad vespertinum officium in ecclesia fuissemus congregati, puella quædam surda & mura, quam de pago Biturigum pater eius ac frater salutem quærẽdi gratia per multa Sanctorum loca trahentes, tandem illuc perductam inter cæteros in eadem ecclesia stare fecerunt, subitò velut insania quadam excitata, tabulas quarum crepitu ad eleemosynam petendam vtebatur, quanta potuit virtute concussit, atque in populum ante se constitutum furibunda proiecit. Tum ad sinistrum ecclesiæ parietem accurrens, velut in eundem accensura, trium vel eo amplius pedum saltu in altrum dato, supina corruit: & cùm ibi paululum mortuo potiùs quàm dormienti similior iacuisset, atque eruptione sanguinis, qui ex ore ac naribus nimius profluebat, esset penè tota respersa, à circũstantibus sublata, atq; in medium basilicæ deportata est. Cumq; & ibi aliquandiù iaceret, velut de graui somno experrecta resedit: ac deindè manus his qui adstitebant porrigẽs, vt in pedes erigeretur quibus poterat nutibus orauit. Erecta ad altare deducitur: vbi cùm Ratleicũ inter alios clericos, qui iuxta altare constiterant, stantem ac se respicientem cerneret, protinùs in hęc verba prorupit, Tu es, inquit, Ratleicus: tu, ait, hoc nomine vocitaris: tu es seruus horum Sanctorum. Quam cùm ille percontaretur vndè hoc sciret, vel quis ei nomen suũ indicâsset: Sancti, inquit, qui hìc requiescunt, quãdò velut dormiens iacui, accesserũt ad me & miserunt digitos suos in auriculas meas, dixeruntque mihi: Cùm surrexeris, & ad altare accesseris, clericus ille iuuenis, quem coram te assistere acte intendere videris, scito quod ille Ratleicus vocatur, & ille seruus noster est. nam ipse est, qui ad hũc locum corpora nostra detulit. Et reuerà ità erat. Siquidem ipse erat, quem propter sanctorum reliquias à quodam Diacono recipiendas, nobisque deferendas Romam nos misisse in primo libro memorauimus. Et hæc quidem hoc modo coram nobis per virtutem beatissimorum martyrũ depulso infirmitatis spiritu, integerrimam corporis sui sanitatem est consecuta: quam pater ac frater, qui eam illò deduxerunt, à tempore natiuitatis suæ surdam & mutam semper fuisse testati sunt.

Per visum sancti fœmina surdã & mutam sanant.

Cap.7. Miraculum autem, quod nunc narraturus sum, egoipse non vidi, sed verbis eorum, quorum hoc relatione mihi compertum est, non minùs quàm proprijs oculis credere possum. Ideoq; non vt auditum, sed potiùs vt à meipso visum, incunctanter ac sine vlla dubitatione proferre decreui. Mercatores quidam de ciuitate Monensium, quæ frumentum in superioribus Germaniæ partibus emere, ac per fluuium Mœnum ad vrbem deuehere solebant, cæcum quendam natione Aquitanum, nomine Albricum, mercedis à Deo promerendæ gratia naui suę impositum, sicut ipse petierat, ad basilicam beatorũ martyrum deduxerunt. Qui cùm ibi egressus, ad ianuam domo custodis ecclesiæ esset hospitio receptus, septem vel eo amplius dies ibidem moratus est. Habebat enim præter cæcitatem, quæ ei propter quod oculis carebat, & naturalis iam esse videbatur, horribilem ac fœdam totius corporis infirmitatem. Erat enim omnium membrorũ ingens tremor, qui cundẽ tam graui quatiebat incommodo, vt proprijs manibus cibum ori suo porrigere penitùs non valeret. Is cùm die quadam horis antemeridianis in hospitio iacens obdormîsset, videt per foporem quendam sibi assistentem, seque monentem vt citò surgeret, atque ad ecclesiam festinaret: tempus dicens aduenisse, quo de illa miserabili passione per virtutem Sanctorum liberari deberet. Expergefactus, atque ad ecclesiam ductus, pro foribus in quodam lapide consedit. Agebatur tunc in ecclesia more

Visio hominis miserabilis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

solenni diuinũ officium,& expletis orationibus, quæ sacram Euangelij lectionem præcedere solent,ipsum legi cœptum est.Cuius cum vix duo versus fuissent legendo completi,eccè repentè velut vim patiens, tremulosus ille vociferatus est, dicens: Adiuua me sancte Marcelline. Quo clamore tametsi omnes, qui in ecclesia erant,haud parua forent perturbatione cõmoti, maiore tamen parte propter reuerentiam euangelicæ lectionis in loco remanente, plures ad videndum quæ-nam causa huiusce clamoris existeret accurrerunt: & vt postèà testati sunt, inuenerunt eundem in eo,quo confederat loco,extento ac resupinato corpore iacentem,mentumque ac pectus cruore ex naribus profluente inundatum. Qui cùm ab eis erectus, & paululum aquæ frigidæ sumens fuisset recreatus, retulit sibi visum fuisse tunc,cùm illam vocem emiserat,quòd aliquis eum pugno in ceruicem percussisset,atque ideò beati martyris auxilium implorâsset. Cæterùm hunc ictum tam salutarem ei fuisse constat,vt ex illo temporis momento nullum illius fugitionis vestigium in eius corpore vlteriùs appareret. Is postèà per duos fere annos in eodem loco mansit,& vt ipse testatus est, nulla nox in hoc biennio fuit, in qua per somnium eosdem, qui eum saluum fecerunt, martyres non vidisset, multa quoquè ab eis audisset,quæ alijs dicere iubebatur: ex quibus pleraque nunc impleri cernimus,quæ ille tunc futura esse prædixit.

Redditur ei incolumitas à S. Marcellino.

Cap.6. Post paucos dies vidimus & alium quẽdam simili morbo implicitum,in eadem basilica per corũdem Sanctorum merita non dissimili modo curatum. Nam quadam nocte cùm ad matutinum officium celebrandum, & diuinæ legis lectiones audiendas in ecclesia sederemus, intrauit quidam habitu clericali, trementibus membris: baculoque nitens,titubantia vestigia ægrè gubernabat. Cumque se ante parietem ad orandum inclinaret, ingenti voce emissa, repentino casu cecidit,ibique paruo temporis spatio velut soporatus iacuit. Dein quasi de somno ruit,ac parua temporis mora interposita,ab eo quo tenebatur incommodo sanus surrexit.Is,cùm ab eo quereremus,si aliud aliquid,præter quod nos omnes videre potuimus,sibi visum fuisset ea hora,qua salutem est consecutus: dixit se paulò antè,quàm basilicam fuisset ingressus,ad ecclesiam veterem,quæ Occidentem versùs à noua basilica,in qua martyres tunc quiescebant,paruo spatio distabat,orãdi gratia venisse,& cùm eam clausam offendisset,pro foribus orâsse. Deindè eùm se erexisset,& ad ecclesiam ire cœpisset, vidisse quendã clericum veneranda canitie,stola alba indutum,eò quò & ipse ire volebat se præcedentem. Quem,vt ipse asserit, secutus est vsq; ad ostium basilicæ: quò cùm ambo venissent,is qui præcedebat substitit,sinistro posti se applicans,quasi vellet vt ille priùs ingrederetur,quẽ ipse paulò antè præcesserat: cunctantique vt ante se intraret, annuendo imperauit. Qui cùm intrâsset,& ad orandum se inclinâsset,post tergum eius sterit,& eum pugno in ceruicem percussit atque prostrauit, & confestìm euanuit. Quem tamen nemo alius,nisi solus ille qui sanatus est,videre potuit.

Sanitas restituitur etiam alteri morbido.

Visio eius.

Cap.7. Sub idèm ferè tempus,cùm quadam nocte surgentes,ad ecclesiam iremus,inuenimus pro foribus ecclesiæ quendam puerum in porticu iacentem, adeò miserabiliter contractum,vt mento genua iungerentur. Qui vnum ex his, qui nos sequebantur,rogauit vt se in ecclesiam deportaret. Et ille misericordia motus suffulit eum,& in ecclesia iuxta cancellos iacere fecit. Qui confestim irruente sopore, vbi iacuit obdormiuit, nec priùs euigilauit plenè, quàm de illa miserabili contractione per suffragia Sanctorũ ità perfectè sanatus est,vt euigilans per se de loco,in quem alio portante delatus est,surgeret,atque ad altare Deo gratias acturus accederet. Is tamen vbi dies illuxit,& nos cum eo loqui potuimus, retulit se tribus ante cibus,priùs quàm signum ecclesiæ sonuisset, à quodam sibi ignoto clerico esse tum, atque admonitum vt nequaquàm prætermitteret, quin tempore matutino officij in ecclesiam veniret. Se quoquè ità fecisse,ac posteà,sicut nos vidimus, in ecclesia dormientem integram sui corporis sanitatem recepisse. Et hic quidem annorum circiter quindecim esse videbatur.

Puer miserè contractus reualescit.

Cap.8. Alium itidèm vidimus,non puerum,vt hic erat,sed senem atq; decrepitum,pari morbo affectum,eodem in loco simili modo simili in tempore curatum. Quem & ipsum nocte quadam, cùm propter matutinum officium celebrandum ad ultimum ecclesiæ venissemus,in ipso limine reperimus. Qui genibus nitens, duobus se baculis sustentabat,ac sic illo tardissimo motu ad ingrediendũ nos morabatur. Cumque post tergum eius constituti,illam pigram promotionem prestolaremur,tanta suauissimi odoris fragrantia de basilica procedens nares nostras impleuit, vt omnium aromatum ac thymiamatum artificiosam compositionem sua præstantia superaret. Intrauit tandèm, & coram nobis iuxta cancellos quasi ad dormiendum procubuit: nos quoquè basilicã ingressi, nostris locis constitimus,ac simul cum alijs psalmos qui dicebantur, solenni more cantauimus. At vbi prima lectio recitari cœpta est,audiuimus eũdem senem gemere,& quasi qui vim pateretur, auxilium implorare. Ac deindè interiecto parui temporis spatio, vidimus in sessum se erigere,ac protinùs baculis,quibus incessum regere solebat, assumptis etiã in pedes constitisse. Et nos quidem hæc vidimus: ipse autem fatebatur sibi visum fuisse, quòd se iacentem quasi duo quidam apprehẽdissent, vnus per humeros & brachia, alter per crura & pedes,ac sic trahendo, neruos suos qui contracti erant extendissent. Et quia præter hoc contractionis incommodum etiam surdum se fuisse asserebat,dixit sibi cùm in sessum fuisset erectus, velut ictum pugni validissimè ferientis in caput superueniſſe,vocemque simul vt in futurum audiret imperantis audisse.Hic senex hoc modo sanatus,de pago Heluetiorum,qui nunc Aragaouin vocatur,se veniſſe,& natione Alamannum esse testatus est.

Senex contractus erigitur.

Aliusautem simili modo neruorum contractione debilitatus, qui se de vico Leodico,vbi S.Lambertus corpore requiescit,venisse dicebat, quadam Dominica nocte post peractum matutinale officiũ nobis iam de ecclesia regressis, cùm proper eos, qui delongè venerant, & ad sua redire festinabant, hostiæ salutaris sacramenta presbyter ex more celebraret,coram omnibus qui aderant in pauimentum cecidit,ibique paruo temporis spatio velut soporatus iacuit. Dein quasi de somno expergefactus,nemine se subleuante surrexit.Cumque vnus ex circunstantibus baculos,quibus antè vti solebat, & cùm caderet, de manibus eius elapsi procùl iacebant,sumeret eique porrigeret,renuit dicens: Absit à me,vt eos vlteriùs attingam. Sed & iste ad hunc modum curatus,in patriam repedauit, de qua reptando potiùs quàm incedendo,ad martyrum limina peruenerãt.

Cap.9.

Redit salus etiam alteri contracto.

Nec multò post,cùm ego mẽse Nouembrio secundùm consuetudinem in palatio hyematurus,ad comitatum ire disponerem,iamq; iter ingressus,transmisso flumine Rheno,in villam regiam, cui Sinciacus vocabulum est, ad manendum veni-rem,& post cœnam, quæ aliquam noctis partẽ occupauerat, in cubiculi secretum, vbi quieturus eram,cum familiaribus meis me recepissem,minister qui potum nobis porrigere solebat,quasi noui aliquid nuntiaturus festinanter intrauit. Quem ego intuitus, Quid tu,inquam,narrare vis? Nam vt video,habes nescio quid,quod ad nostram vis perferre notitiam. Tum ille, Signa,inquit,duo coram nobis modò facta sunt,quæ vobis indicare veni. Cumque eum quicquid vellet dicere iussissem, Modò,ait,cùm de cœna surgentes hoc cubiculum intrâstis, ego cum socijs meis descendi in cellarium,quod huic cœnaculo subiectum est. Vbi cùm ceruisiam mistris petentibus distribuere cœpissemus,superuenit puer missus à quodam conseruo nostro,flasconem ferens,quẽ sibi impleri flagitabat. Qui cùm esset impletus, iussit vt etiam sibi de eadem ceruisia quantulumcunque daretur ad bibendum. Datum est in vase, quod casu vacuum supra cupam, in qua ceruisia erat, positum fuerat. Sed vbi hoc hausturus ori admouit,cum ingẽti admiratione vinũ hoc,non ceruisiam esse clamauit. Cumque eum is, qui & flasconem impleuerat, & idipsum quod illi datũ fuit,de eodem foramine traxerat,mendacij cœpisset arguere,Sume, inquit,& gusta,& tunc me non falsum,sed potiùs verum dixisse probabis. Sumpsit illeatque gustauit, sibique similiter vinum hoc, non ceruisiam sapere testatus est. Tunc tertius & quartus cæterique,qui aderant,singillatim gustando & mirãdo, totum quod in vase fuerat ebiberunt. Quotquot autem indè gustauerunt, meri, non ceruisiæ id saporem habuisse testati sunt.Intereà cùm in huius signi admiratione attoniti stuperent, contigit vt cereus, cuius lumine ibidèm vtebantur, & tunc propter cupam parieti affixus ardebat,nemine contingente in madens humore pauimentum caderet,atque ità esset extinctus,vt ne paruissima quidem in eo scintilla remaneret. Quem vnus eorum arripiens,ad ostium cucurrit,sed horrore tenebrarum permotus,priusquàm egrederetur, in ipso limine stans, Sancti, inquit, martyres Marcellinus & Petrus nos adiuuent.Ad quam inuocationem cereus ille,quem manu tenebat,accensus est. Hæc vbi audiui, confestìm Deo omnipotenti, vt par erat, laudem dixi & gratias egi,qui Sanctos suos semper & vbiquè glorificat, & nos

Ceruisia mutata in vinum.

Cereus diuinitùs accenditur.

Odor suauissimus sentitur.

famulos

Universidad de Deusto
Biblioteca

famulos suos,qui sacras eorum reliquias tunc nobiscum habebamus, de tantis virtutibus lætificare dignatus est. Illum autem,qui hæc mihi nuntiauit,expleta narratione ad mansionem suam secedere iussi. Cæterùm cùm me ad quiescendum in lectulo collocâssem,cœpi mecum multa voluendo tractare atque mirari, quidnam sibi vellet,quídve portendere posset illa ceruisia in vinum, id est, deterioris potionis in meliorem facta mutatio: aut cur in eo loco,id est,in regia domo,ac non potiùs in eo,vbi beatorum martyrum,qui hęc prodigia per virtutem Christi fecerunt, sacratissima corpora recondita sunt,huiuscemodi miraculum euenisset. Sed licèt ad huius quęstionis certam indaginem longa ac solicita cogitatione peruenire nequirem,certum tamen habui & certum semper habebo, illam diuinam atque supernam virtutem,per quam hæc atque alia huiusmodi miracula fieri creduntur, nihil vnquàm sine causa vel facere vel fieri sinere in creaturis,quas ad suam prædentiam & gubernationem pertinere non dubito.

Cap.11. Conuentus procerum Aquisgrani.

Igitur indè digressus,sicut superiùs dixi,ad comitatum perrexi. Nam Imperator Ludouicus eo tempore Aquisgraui palatio consistens, conuentum procerum ibi fieri media ferè hyeme præceperat: vbi & ego inter cæteros adesse iussus, quia de vicinia beatorum martyrum abesse cogebar, parùm iucundas in palatio moras faciebam. Ideoque post vnum, ex quo illò veneram, mensem exactum, missis quendam ex nostris, nomine Ellenhardum, præcipiens ei, vt ad limina beatorum martyrum quanta posset celeritate festinaret, visitatisque fratribus nostris, quos indè digrediens ad diuinum seruitium faciendum ibi dimiseram, atque omnibus, quæ ibidèm agerentur,diligenter exploratis,ad nos citò recurreret. Qui cùm illuc venisset,tribus ibi mansit diebus.Quarto verò cùm iam ad nos reuerti disponeret, cæcus ille, nomine Albricus, cuius in superioribus fecimus mentionem, detinuit abire parantem,affirmãs eum non priùs iter suum ingressurum, quàm tale signum

Sancti martyres apparent cuidã.

fieri vidisset,cuius relatione me lętum atque oppidò gaudentem efficeret. Addidit etiam, beatissimos martyres præterita nocte sibi in somnis apparuisse,atque hoc in mandatis dedisse,vt perquireret quędam pauperem,nomine Gisalbertum,immani gibbo depressum,ac proindè curuum & breuibus baculis innitentem,atque in uentum in cœnaculo,quod supra porticum basilicæ est, tempore matutini officij iuxta reliquias,quæ ibi erant, collocaret, eò quòd ibi per merita & virtutem Sanctorum,quorum illæ reliquiæ essent,de illa gibbi deformitate atque curuitatis incommodo liberari deberet. Paruit ille suadenti,arq; iter,quod aggredi parauerat, distulit in crastinum. Ac cæcus ille iussum pauperem perquirens inuenit, & vt sibi præceptum erat,in superioribus ecclesiæ partibus iuxta prædictas reliquias officij matutini tempore collocauit. Erant autem illæ reliquiæ, quod nondùm nouera-

Reliquiæ Marij,Marthæ, Audifacis & Habacuc martyrum.

mus,beati Marij martyris,& vxoris ac filiorum eius,Marthæ videlicet,Audifacis & Habacuc. Quæ vtique simul cum sanctorum Marcellini & Petri corporibus,& in eodem loculo ad nos perlatę sunt: sed is qui eas detulit,cuius essent reliquię nescuit. Nam ille,qui eas mihi miserat,promisit se ad me esse vēturum, ac nomina Sanctorum, quorum hæ reliquiæ forent, per semetipsum mihi indicaturum. quod postea factum est.Pauper verò,qui iuxta illas à memorato cæco fuerat collocatus, cùm secunda lectio ad nocturnum officium ex more legeretur, edito ingenti clamore,non modicum pauorem audientibus incussit. Ad quem cùm nonnulli clericorum vnà cum illo,qui hoc ibi opperiri iussus fuerat, accurrissent, inuenerunt

Gibbosus & curuus sanatur.

cum pronum atque extentum propter altare iacentem, pauimentumque quod ori eius subiectum erat,plurimo sanguine madens. Quem leuantes, & allata aqua refocillantes,sanum & rectum,neque vlla camelinæ illius tortitudinis signa gerentem in inferiores ecclesiæ partes gratulabundi deduxerunt. Quo miraculo in hunc modum peracto, is quem illuc miseram, ad me cum summa festinatione regressus,cùm ea quæ viderat retulisset, magno nos gaudio atque exultatione repleuit.

Cap.12.

Nec multò pòst Ratleicus, qui sacros martyrũ cineres, sicut in superioribus demonstrauimus,Roma detulit,vt ipse asserebat,iussus venit, deferēs libellum complura capitula continentem. Cuius rationem talem esse retulit, dicens sibi cæcum illum, cuius modò fecimus mentionem, ex authoritate martyrum præcepisse, vt

Libellum quędam iubent martyperatori legenda offerrem. Suscepi ab eo libellum atque perlegi,emendaq; ac

cenouiter scriptum Imperatori, vt iusserat, obtuli. & ille quidem suscepit atque perlegit: sed de his,quæ per hunc libellum facere iussus vel admonitus fuerat,per- ces Ludouico Imper. offerri.
pauca adimplere curauit. Quid autem illa capitula continerent, aut quid ab eo factum,quídve dimissum sit, alio potiùs in loco, quàm in isto, commemorandum est.Illud tamen non solùm non prætereundum,quinimmò aperrè ac dilucidè ceneo conscribendum,qualiter reuelatum & iussum sit, vt libellus ille fieri, atque regidari debuerit. quæ Ratleicus hoc modo contigisse retulit. Ante paucos, inquit, dies cum in ecclesiam ad agendum nocturnum officium ex more conuenissemus, adijt me cæcus ille,quem nôstis,rogans vt in partem aliquam secretiorem cum illo secederem. Feci vt volebat, & cum eo cellulam, in qua quiescere solebam, ingressus sum. Tum ille prior, Hac, inquit, nocte paulò antè quàm sono signorum excitari surgeremus,apparuit mihi per visum quidam vir canitie venerabilis,veste candida indutus,virgam auream manu tenens,ac talibus me verbis compellauit: Vide,inquit,Albrice,vt cuncta quæ tibi dixero,benè intelligas,eaque adeò tenaci memoria retineas, vt etiam alijs,qui illa scripturi sunt, exponere valeas. Volo enim vt scribantur,& Ludouico Imperatori ad legendum per seniorem vestrum offendantur. Sunt quippè valdè necessaria non solùm ad cognoscendum, verùm etiam ad faciendum principi, in cuius regnum isti martyres diuina iussione venerunt. Tunc incipiens,duodena vel eo ampliùs capitula per ordinem pronunciauit, mihique præcepit,vt tibi & alijs quatuor, quos tibi dicturus sum, illa enumerem atque exponam. Et post hæc tu libellum facias, cumque seniori tuo, qui nunc in palatio moratur, deferas, eique ex martyrum authoritate præcipias, vt eundem quantò celeriùs possit, Imperatori offerat. Deindè subiungens, Nostine,inquit, quis ego sim, qui tibi ista præcipio? Tum ego nihil hæsitans, sanctum Marcellinum eum esse respondi. Et ille,Non ità est,inquit,vt opinaris: sed Gabriel Archangelus ego sum, personamque ac formam Marcellini idcircò assumpsi, quia Dominus Deus omnium rerum atque causarum,ad istos martyres pertinentium,curam mihi commisit: & nunc veni, vt hæc tibi indicarem, quæ scribere præcepi: quoniam diuinæ voluntatis est,vt ea ex authoritate eorum ad notitiam regis sine morarum interpositione perueniant. Tu verò sicut tibi præcepi, primo diluculo post completum matutinum officium nuntia quæ audisti his, quibus ea nantiare iussi. Tum ego, Nemo est,inquam,qui credat, quòd Angelus mecum locutus sit,aut me ista nuntiare mandauerit. Non erit, inquit, ità, sed dabo signum, quod facias coram eis: quo viso,nullam vltrà dubitationem habebunt de his,quæ ad eos ex mea iussione pertuleris. Proindè volo dicas Ratleico, vt exhibeat tibi duos cereos nouos, qui nondùm accensi fuissent: & vnum ex eis dextra, alterum sinistra tenens,sta coram altari: & cùm omnia quæ tibi præcepi, narrando compleueris,dic eis qui hæc audiunt,vt in hoc credant vera & ab Angelo Dei esse mandata,quæ dixisti,si hi cerei in manibus tuis sine adhibitione ignis visibilis fuerint videntibus illis illuminati. Quo facto, scriptus est libellus,mihique allatus,ac per eum per merita beatorum martyrum fieri debere ipse, qui eos illuminauit, Angelus prænuntiauit. Euidenti signo visionis veritas comprobatur.

Visio cuiusdam.

Subidem ferè tempus,cùm Ratleicus à nobis ad basilicam martyrum regressus est,allatus est nobis indè alter libellus,continens verba & ratiocinationem cuiusdam dæmonis,qui se Vuiggònem nominauit: quæ facta est ab eo coram multis testibus ante altare,iuxta quod sacri martyrũ cineres repositi sunt, ad interrogationem presbyteri, qui exorcismum super energumenum legerat: quod hoc modo contigisse narratur. Prædiũ est in pago Nitahgouue,vocabulo Hecgstat, pertinens ad monasterium S.Nazarij: de quo puella quædam annorum circiter sedecim, ab eodem erratico spiritu possessa, ad basilicam martyrum à parentibus suis adducta est. Quæ cùm ante tumbam sacra corpora continentem venisset,& presbyter super caput eius exorcismum secundùm consuetudinem perlegisset, ac deindè dæmonem qualiter & quandò in eam fuisset ingressus percontari cœpisset: non barbara lingua, quam solam puella nouerat,sed Romana locutione presbytero respondit. Cumque presbyter miraretur,atque interrogaret,vndè illi Latinæ linguæ

Cap.13.

Diabolus per obsessã puellã multa Latinè loquitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

notitia,cùm parentes eius,qui ibi præsentes adstabãt, huiusce modi sermonem penitùs ignorarent,Parentes,inquit,meos nunquàm vidisti.Tum presbyter,Tu ergo, inquit,vndè es,si isti non sunt parentes tui? Et dæmon per puellam,Ego, ait, sum satelles atque discipulus satanæ,& multo iam tempore apud inferos ianitor fui: sed modò per annos aliquot cum socijs meis vndecim regnum Francorum vastaui,frumentum & vinum,& omnes alias fruges,quę ad vsum hominum de terra nascuntur,iuxta quod iussi eramus,enecãdo deleuimus,pecora morbis interfecimus, luem ac pestilentiam in ipsos homines immisimus: omnes quoquè aduersitates & cuncta mala,quæ iamdiù pro meritis suis patiuntur, nobis facientibus atque ingerentibus eis acciderunt. Hic cùm presbyter ab eo quęreret,quanam de causa ei fuisset huiusmodi cõcessa potestas: Propter malitiam, inquit, populi huius,& malemodas iniquitates eorum,qui super eum constituti sunt: qui munera & non tiam diligunt,qui plùs hominem quàm Deum metuunt:qui pauperes opprimunt, viduas & pupillos ad se vociferantes audire nolunt, nulli iustitiam nisi mercedi faciunt. Præter hæc sunt & alia multa ac penè innumerabilia, quæ tam ab ipso populo, quàm à rectoribus eius quotidiè committuntur: vt sunt periuria, ebrietates,adulteria,homicidia,furta,rapinæ: quæ nemo fieri prohibet, & cum facta fuerint, non est qui vindicet. Potentiores quique turpibus lucris inseruiunt, & loco superiore, quem propter regendos inferiores acceperũt, ad superbiam & inanem gloriam abutuntur: odium & inuidiam non tam inter extraneos, quàm inter propinquos & affinitate coniunctos exercent: amicus amico non credit: frater fratrem odit: pater filium non diligit. Rari sunt,qui fideliter ac deuotè deeimas dent: rariores,qui eleemosynas faciant. Et hoc ideò, quia quicquid Deo vel pauperibus dare iubentur,id sibi perire arbitrantur. Iniquas mensuras & iniusta ponderacontra Dei præceptum habere non verentur: fraude se alterutrùm circumueniunt,falsa testimonia dicere non erubescunt. Dies Dominicos aceriatos non custodiunt: sed in his, àc si in cæteris, prout voluntas eorum tulerit operantur. Propter hæc & alia multa, quæ Deus aut præcepit hominibus vt faceren, aut prohibuit nè facerent, quia populus hic per contumaciam mandatis eius inobediens effectus est,permissi,immò iussi sumus ea facere in rebus humanis,quæ iniùs enumeraui,vt perfidiæ suæ pœnas luant. Sunt enim perfidi atque mendaces, cùm hoc seruare non curant,quod in baptismo promiserunt. Hæc omnia dæmon per os barbaræ puellæ Latinè locutus est. Et cùm presbyter imperando vtgere cœpisset vt exiret, Exibo, inquit, non propter tuum imperium, sed propter Sanctorum potestatem, qui me in illa diutiùs manere non permittunt. His dictis, puellam in pauimentum proiecit, atque ibi aliquantulùm velut dormientem prono corpore iacere fecit. Post paululum,verò illo recedente quasi de somno euigilans, per virtutem Christi & merita beatorum martyrum puella cunctis, qui aderant,cernentibus atque mirantibus sana surrexit, nec post exactum à se dæmonem Latinè loqui potuit: vt palàm posset intelligi, non illam per se, sed dæmonem per os eius fuisse locutum. Heu proh dolor ad quantas miserias tempora nostra sunt deuoluta, in quibus non boni homines, sed mali dæmones doctores sunt: & incentores vitiorum ac persuasores criminum,de nostra nos correctione commonent.

Vide concionatorẽ dæmonem, earpentem vitia, quorum ipse incentor est.

Sanctorum potestate cogitur dæmõ exire è puella.

Cap.14. Eodem ferè tempore sanctimonialis quędã, nomine Marethrudis,de pago Vuctariba,quę dira paralysis ægritudine per decem annos tam immaniter tenebatur, vt tanto temporis spatio penè nullo ad humanos vsus corporis officio fungeretur: etiam à parentibus suis erat desperata, quoniam ad omnia Sanctorum loca ad quæ ipsi poterant peruenire,eandem deduxerant. Sed tandèm ab eisdem ad basilicam martyrum adducta, & tempore nocturnalis officij iuxta cancellos posita,per merita & intercessionem eorundem Sanctorum diù desiderata sanitate sine mora donata est adeò integrè atque perfectè, vt omnium membrorum firmitate recepta, quæ illuc lectica venerat, pedibus ad propria remearet. Sed vbi domum redire cœpit,in ipso itinere eadem, qua liberatam se gaudebat,infirmitate corripitur. Itaque reuersionis suæ pœnitentiam agens, iterùm se ad martyrum limen reduci rogauit. Moxque vt reducta est, quam discedendo amiserat,sanitatem sine vlla dilatione recepit. Voto igitur facto, vt sua sponte de Sanctorum obsequio iam ampliùs discedere non deberet, paruam sibi cellulam haud procul

Paralytica desperata integerrimè reualescit.

procul ab ecclesia ad manendum construxit: ac deincèps religiosè conuersata, in obsequio beatorum martyrum cum magna deuotione permansit.

Aliam quoquè fœminam constat non multò pòst per eosdem beatissimos mar- Cap.15.
tyres magno incommodo liberatam: quæ res hoc modo gesta esse cognoscitur. In pago Nitahgaouue fundus est, Vrsella vocatus, qui à basilica martyrũ sex ferè leugarum interuallo dirimitur. In quo mulier quædam cùm manè facto de somno cuigilans in lecto suo resideret, & iuxta consuetudinem expergiscentium protensione brachiorum & assidua oscitatione ad discutiendũ marcorem se extenderet, os paulò diductiùs, quàm debebat, aperuit, disiunctisque iuxta aures maxillarum coagmentis,hians rictus constitit immobilis: nec iam os claudere valens,personæ quàm homini similior effecta,grauissimas incautæ oscitationis pœnas luebat. Hoc vbi mulierculis in eodem fundo habitantibus innotuit, accurrũt, herbisque & friolis incantationibus malè habenti succurrere moliuntur.Sed non habuit effectũ vana ac superstitiosa præsumptio, vexabatque potiùs laborantem atque lædebat, quicquid imperitæ manus velut studio medendi eidem adhibuerũt. Interea frater mariti eiusdem mulieris superuenit, salubrique consilio rogauit, vt ad basilicam martyrum sine mora duceretur, ibi affirmans esse sanandam,si vnquàm foret receptura sanitatem. Statimque iumento impositam ducere incipiũt: appropinquantem basilicæ, de iumento depositam pedibus incedere faciunt. Cumque eo loci venirum esset, vt iam turricula, quæ signa basilicæ continebat, ab eis conspici Signa basilicę,campanas dicit.
potuisset,eique vt ad eam videndam oculos leuaret hi,qui eam ducebant, imperarent,ad ipexit, vidit, ac sine vlla interposita mora sanitatem recepit. Ibi omnes pariter in terram corruunt,diuinã misericordiam,quibus valent laudibus extollunt, Admiranda curatio fœminæ cuiusdam.
surgentesque ad basilicam properanter pergunt: & adoratis sanctissimis martyribus, ac votis pro modo facultatum persolutis, ad propria cum multa exultatione reuertuntur. Vidimus nos eandem fœminam, & cum illa locuti sumus, & ea quæ circa illam gesta fuerunt, ipsa narrante didicimus.

Nunc illud referre volo, quod ipse in die natalitio beatorum martyrum conti- Cap.16.
gisse vidi. Puer quidam surdus & mutus, qui ante triennium illuc venerat, & in domo custodis ecclesiæ ostiarius ab eo fuerat constitutus, festo die iam finito, & officio vespertino consummato, cùm iuxta ostium sederet, repentè consurgens basilicam intrauit, & à dextris altaris pronus corruit. Cumque eum æditiuus, qui candelabrum cum cereo ante altare ponebat, ibi iacentem inuenisset, continuò mihi hoc indicare curauit. Nos autem, qui tunc vnà eramus ecclesiam celeriter ingressi, eundem sicut ab æditiuo repertus est, iacentem inuenimus. Quem cùm leuare iuberemus,velut grauissimo sopore depressus excitari non potuit.Tandèm igitur quasi euigilans erexit se, cernensque nos circunstantes surrexit, atque ad eos, qui propè sibi assistebant, Latinè locutus est. Sunt quidã ex nostris, qui dicunt eundem puerum ferè ante sex menses,cùm in cuiusdam hominis nostri domo nodum dormisset, duo quædam verba per soporem fuisse locutum, & auditum, quo catenus itidem vt loquela carebat, in illa hora recepisse. Quod ità factum indè conijciebatur, quia postquàm de illo somno experrectus est, cuncta quæ ei à quo- Puer surdus & mutus, cùm nesciret Latinè, postquàm sanatus est, sic locutus est.
libet imperabantur, àc si intelligeret facere curauit. Sed hoc videtur in hac virtute præcipuum, quòd idem non Latinè sed barbaricè sibi loquentem intelligebat: cuitarus autem, non barbaro sed Latino sermone loquebatur. Qui etiam beatos martyres se vidisse,& multa quæ alijs dicere deberet,ab illis se audisse narrauit. Sed cum ea velut in crastinum dicturus, & in præsenti referre distulisset, intantùm illi per obliuionem deleta sunt,vt nihil de his omninò se audisse recoleret.Hunc ego, quia nomen suum ignorabat, propter prosperum virtutis effectum Prosperem vocari iussi. Qui adhuc supereſt, & apud custodem ecclesiæ in eodem, quo priùs fuerat, permanet officio.

Pridiè verò quàm hic Prosper loquelam recepisset, hoc est, in vigilia eiusdem festiuitatis venit quidam iuuenis, similiter surdus & mutus in basilicam: & cùm Cap.17.
supplici gestu opem Sanctorum imploraret, adiuuãte Domino, & ipse plenariam Alius curatur surdus & mutus.
de vtroque morbo meruit recipere sanitatem. Hunc itidem, vt priorem, quia nomen suum nunquàm audierat, Godescalcum appellaui. Is tamen,non vt Prosper, sed vt sibi gentilitium erat, barbaro sermone loquebatur, postquàm ei per merita Sanctorum copia fandi concessa est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.18. Cùm me quædam necessitas secundùm consuetudinem comitatum regis adire compelleret, mense Decembrio in ipsis, si benè recolo, Calendis de loco martyrum promouens, sequenti die ad castrum, quod moderno tempore Vuisibada vocatur, ibi mansionem habiturus adueni. Ibi cùm propter saltum, qui eidem loco contiguus est, commodiùs transeundum solito maturiùs surgeremus, profecti sunt pueri, qui nos cum impedimentis præcedere debuerunt. Sed postquàm de vico, in quo mansimus, egressi viam carpere cœperunt, tanta eos tetræ noctis caligo circundedit, vt quò se vertere deberent, omninò scire non possent. Erat prætereà frigus ingens, & tecta pruinis terra, videndæ viæ copiam denegabat. Ipsa quoquè montium iuga, per quæ eundum erat, nubibus obsessa, quàm longè vel propè essent videri non poterant. Accessit ad hæc etiam vallibus insidens nebula, quæ sua crassitudine visum impediens, iter moliri cupientes remorabatur. Qui cùm tot obstaculis se impediri cernerent, nec quid agerent in promptu haberent, equis desiliunt, & viam quam videre non poterant, palpando quærere tentant. Sed vbi hoc parùm successit, assensis denuò equis, errori quem abominabantur, se potiùs committere, quàm moras facere decernunt. Igitur paululùm per remissas procedentes, ad Crucem, quæ in via, per quam ituri erant, ob memoriam beati Marcellini erat posita, perueniunt. Causa autem eiusdem Crucis ibi ponendæ erat, quòd in eo loco habitatores vici, in quo eadem nocte mansimus, mihi ante biennium de palatio reuertenti, & reliquias beati martyris Marcellini, quæ tunc mihi redditæ fuerunt, deferenti occurrerunt, eamque ob recordationem huius facti ad venerationem beati martyris, quasi pro titulo vel monimento ponere curauerunt. Quò cùm prædicti pueri errando potiùs, quàm iter agendo peruenissent, iniérunt consilium, vt ibi socios suos qui sequebantur opperiri deberẽt, eosque ne aberrarent, sonitu buccinæ ad se congregarent: ac deindè cùm simul essent, beatos martyres ad opem sibi ferendam inuocarent, sublatisque in altum vocibus Kyrie eleison ter decantarent. Quo facto, tantus super eos totidem vicibus cælitùs emissi luminis fulgor emicuit, vt diurnæ claritatis candorem adæquaret. Quæ coruscatio tantum eis commodi ad iter suum agendum attulit, vt consumpta nebula tenebrisque discussis, via quoquè qua ire debebant, clarè cõspecta, iter suum, quanuis per syluas & opacos nemoribus montes, absque erroris impedimento vsque ad ortum auroræ peragerent. In prima siquidem coruscatione tantus calor vnà cum illo lumine venit, vt cum se velut accensæ fornacis vaporem sentire faterentur. Cuius afflatu non solùm nebula, verùm etiam illa, quæ tum & montes totamque syluam operuerat, pruina ità consumpta est, vt tertia coruscatione peracta, nullum illius algoris vestigium penitùs appareret. Hæc nobis ad vesperam eiusdem diei, postquàm ad mansionem venimus, hi qui viderunt atque experti sunt, narrauerunt. Quorum verbis fidem adhibentes, Dei omnipotentis misericordiam cum gratiarumactione laudauimus, eò quòd nos per merita Sanctorum suorum in omnibus necessitatibus nostris adiuuare & consolari dignatus est.

Crux in S. Marcellini memoriam posita in via publica.

Illustre miraculum ad inuocationẽ martyrũ.

Frustrà medici conantur mẽte capto mederi.

Cap.19. Quanquàm omnia magna sint, & ad diuinam debeant referri potentiam, quæ propter mortalium salutem ex meritis beatorum martyrum gesta cognouimus; in eo tamen miraculo, quod nunc memoriæ mandare decreui, tam patenter Dei omnipotẽtis virtus clarè cognoscitur, vt nulli dubium relinquatur, quin in omni creatura sua quicquid voluerit facilimè possit efficere. Suntiligna dicitur villa in pago Nitahgouue, in qua presbyter quidam, nomine Vualtbertus, tenebat ecclesiam. Is mente captus magno suorum mœrore, ad basilicam martyrũ adductus est. Ex quibus tres erant fratres eius, vnus presbyter & duo laici: quartus erat medichus propinquus ipsius de monasterio Hornbach, in quo & ipse presbyter à parua ætate fuerat educatus. A quibus cùm requirerem, si adhuc aliquid medelæ à quolibet medico eidem fuisset impẽsum, Statim, inquiunt, cùm eum hac passione correptum, ad monasteriũ in quo nutritus fuit, à nobis adductus est. Vbi cùm ei medici secundùm artis suæ peritiam multa fecissent, nec morbum ab eo depellere potuissent, suaserũt nobis amici nostri, vt eum ad horum Sanctorum misericordiã duceremus. Confidimus enim, quòd illum saluare possint, sicut alios multos accepimus hìc fuisse saluatos. Post hæc hospitio recepti, quatuor dies fuêre nobiscum, ducentes eum quotidiè ad ecclesiam, & coram sacris martyrum cineribus iacere facientes. Quinta verò die frater eius presbyter, & monachus qui cum eo venerat, petierunt vt eum cum duobus fratribus suis laicis reciperem, donec ipsi reuerterentur. nam post triduum se dicebant esse reuersuros. Feci, vt voluerunt, eumque presbytero nostro Hiltfrido commendaui. Is cùm à presbytero receptus, & cellulam in qua ipse manebat, fuisset inductus, circa vesperam eiusdem diei commota vehementiùs, qua tenebatur, insania, vnum è fratribus suis, qui eum custodiebant, arrepto cultro, quod furenti casus obtulerat, voluit occidere: sed ille necem fugiendo declinauit, & nostris hominibus, qui propè erant, de vesania illius indicauit. Tum presbyter, cui cura eum custodiendi à nobis erat iniuncta, suggessit mihi simulque persuasit, vt eum vinciri permitterem. Vinctus igitur canteris ferreis, in lecto collocatur, obseratisque foribus, solus in cubiculo relinquitur. Excubant ante ostium fratres eius, & velut erumpere valentem peruigili cura custodiunt. Cæterùm vincula quibus tenebatur adstrictus, eiusmodi erant, vt dum in his esset, non in dextrum aut sinistrum latus se conuertere, neque aliter nisi supino corpore iacere potuisset. Dormiuit itaque, vt ipse testatur, neque ante medium noctem euigilauit. At vbi galli cantare cœperunt expergefactus, vidit se non solùm vinculorum nexibus solutum, verùm etiam morbo insaniæ, quo laborauerat, liberatum: statimque ad laudes Deo dicendas tota mente conuersus, psalmis & hymnis, quos præ nimia gratulatione tametsi solus erat, satis clarè decantabat, omnes in vicinia eiusdem cubiculi dormientes excitauit. Tum surgens, ad ostium accessit, fratresque suos, qui ibi excubabant, vt se ad requisita naturæ foràs exire permitterent, rogauit. Illi autem hunc insanientis dolum rati, nequaquàm eiassentire ausi sunt: sed accersito hospite suo, qui eum ibidẽm incluserat, vt cum eo loquatur exorant. Qui postquàm cum eo locutus est, atque ex ratione responsionem suarum sanę mentis esse intellexit, aperto ostio quò volebat ire permisit. Resumque recipiens, quid de vinculis, quibus cum oneratum incluserat, factum esset inquisiuit. Et ille, Catena, inquit, qua me vinxisti, salua est: & si vis scire vbi sit, quære eam & inuenies. Accenso itaque lumine, inuenerunt eam ante lectum, in quo ipsum quiescere fecerant, iacentem eo modo compositam, atque eisdem nodis adstrictam, quibus tunc fuerat, quandò cum cum ea in eodem lecto collocarunt, ac solum in eodem cubiculo dimiserunt. Quis hoc fecisse credendus est, nisi ille qui de nihilo creauit omnia, & qui in rebus quas condidit, talia potest facere, quæ nec intellectu compræhendi, nec humanis possunt sermonibus explicari? Quis enim aut cogitatione conijcere, aut verbis valeat enarrare, qualiter ille presbyter his vinculis fuerit absolutus, cùm nobis certissimum sit neminem esse, qui se solus possit eiusmodi nexibus exuere, si eis fuerit simili modo constrictus, eam ibidem dimiserunt, postquàm reuersi sanum & mentis ac memoriæ suæ compotem inuenerunt, læti & laudantes Deum simul cum eo ad propria regressi sunt. Hoc ità gestum, non quorumlibet testium relatione didicimus, sed ipsi per nos, quia ibidẽm tunc eramus, Deo volente cognouimus: atque ideò fidutialiter scribimus, quod nos contigit oculata, vt dicunt, fide cognoscere. Verùm quia cuncta, quæ de martyrum virtutibus scribenda suscepimus, nequaquàm possunt præsenti sermone compleri, hìc liber iste finem accipiat, vt quæ restant, ab alio rursùs exordio commodiùs inchoentur.

Stupendum in modum vinculis absoluitur & sanatur homo mentis inops.

Vide rẽ admiratione dignissimã.

LIBER QVARTVS.

Cap.1. IN relatione signorum atque virtutum, quas me in hoc libro scribere velle proposui, illæ in capite ponendæ videntur, quæ in palatio factæ, non solùm ad plebis, verùm etiam ad ipsius principis ac procerum eius, omniumque, vt ità dicam, aulicorum peruenire notitiam: & non tantùm propter hoc, sed etiam propter illud, quòd in oratoriolo nostro, vbi eadem miracula gesta sunt, non aliæ tunc temporis, quàm beatorum Marcellini & Petri reliquiæ fuerunt: vt quicquid ibi sanitatum atque signorum factum esse cognoscitur, singulariter ac propriè ad illos pertinere ac referri debeat, quorum solas constat ibi fuisse reliquias. Fecerunt ijdem beatissimi martyres, sicut in sequentibus demõstrabimus, in aliorum Sanctorum locis multas virtutes atque miracula, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ quibusdam velut cõmunia illis cum his Sanctis, in quorum basilicis facta sunt, non immeritò videri possunt, ob hoc præcipuè, quoniam qui apud Deum æqualis creduntur meriti, non absurdè putantur in patrandis miraculis cõmuniter operari. Sed hoc aliter esse ea ratione conuincitur, qua liquidò demonstratur nullas in his locis factas fuisse virtutes, antequàm in illa memoratæ beatorum martyrum essent delatæ reliquiæ. Sed iam nunc vt promisimus, ea quæ in prædicto palatio sunt gesta miracula proferamus.

Cap.2. * Drogus

Erat quidam iuuenis inter cubicularios regis, natione Græcus, nomine *Drogo; qui febre correptus, aut negligentia suorum, aut inscitia medicorum iam per aliquot menses longa atque aduersa valetudine laborabat. Is posteaquàm Hildoinus Abbas reliquias beati Marcellini, sicut in secundo libro demonstratum est, nobis reddidit, admonitus in somnis, vt ad oratorium nostrum veniret, ibique cereum quatuor denarijs emptum accenderet, ac sanctum Marcellinum martyrem, cuius caput ibi esse asserebat, sibi in adiutorium inuocaret: sciretque se si hoc faceret, ea

Redit bona valetudo diù febricitanti.

qua iamdiù laborauerat infirmitate citò esse carituram: credidit admonenti, & id quod imperatum fuerat, quanta potuit celeritate compleuit. Statimque sanus factus, & receptis membrorum viribus, proprijs pedibus ad sua regressus est.

Cap.3.

Erat ibidem alter æquè iuuenis, nomine Gerlacus, de vrbe Rhemorum, inter eos, qui propter ædificia palatij construenda iussi de illa ciuitate venerunt. Is ante dimidium ferè annum in eodem vico tam valida atque immani neruorum contractione correptus est, vt pedes natibus & genua mento cohærerent. Hunc socij atque propinqui in vlnis suis ferentes, ad memoratum oratorium detulerunt, & quia aliter non poterat, pronum iacere fecerunt, sanctumque martyrem, vt ei sanitas redderetur, cum magna deuotione rogauerunt. Dies erat Dominica, atque hora dici tertia, quandò illuc allatus est: iacuitque ibi vsque ad horam nonam.

Mira odoris suauitas è capsa reliquiarum.

Cumque officium eiusdem horæ à clericis esset solẽniter impletum, eccè de capsa, quæ sacras beati martyris reliquias continebat, tanta suauissimi atque insueti odoris fragrantia egrediens sic totam oratorij cellulam impleuit, vt in admirationem eius omnes, qui aderant, incunctanter assurgerent, ac se mutuò an idem omnes æqualiter sentirent, curiosa interrogatione perquirerent. Cùm subitò videret eum,

Vide miraculum.

qui iuxtà iacebat, velut à quibusdam tenentibus trahi, & membra quę morbo erant contracta extendi: intelligentesque diuinam adesse virtutem, tulerunt hominem & coram altari collocauerunt. Qui cùm ibi positus cum multis lachrymis diuinum imploraret auxilium, cunctis cernentibus ità correctus est, vt qui manibus alienis subuectus in oratorium venerat, proprijs pedibus de oratorio procederet. Testimonium tamen quam perpessus est passionis, adhuc in suo corpore circunferre cognoscitur. Nam crure ac pede sinistro sic posteà claudicauit, vt ad regendum incessum baculo semper indiguerit. Hoc cur non sit percuratum, dicant qui velint. Ego enim id me video non aliter posse conijcere, nisi vt existimem interiori eius saluti competere, vt aliqua in eo exterioris debilitatis vestigia remanerent.

Cap.4.

Iuliacus vocatur antiquum municipium, à vico Aquensi octo leugarum spatio disparatum. De cuius territorio puella quædam simili morbo, similique modo affecta, à matre atque alijs propinquis suis ad memoratum oratorium adducta, cùm præ multitudine hominum, qui tum fortè propter Missarum audienda solennia illuc conuenerant, introferri non posset, extrinsecùs eam ad orientalem oratorij fenestram collocârunt, expectantes opportunitatem, vt recedẽte populi frequentia, faciliùs oratorio inferri potuisset. Sed vbi ad medium ferè officium vẽtum est, & expleto Euangelio, hostiæ salutaris oblatio peracta est, cernunt eam angulo affici, & erumpente per totum corpus sudore, velut in somnum labi. Quibus signis diuinam adesse virtutem haud inaniter conijcientes, de illo loco leuatam quadro lapidi, qui proptèr iacebat, sopor atæ similem superponunt. Ibi coram omnibus qui huius miraculi conspiciendi gratia concurrerunt, integerrimam omnii ibentes

Sanatur puella miserè contracta.

brorum sanitatem in vnius horæ momento Domino opitulante recepit. Erant ibi inter cæteros spectatores & Iudæi: quorum vnus Dauid nomine post huius signi expletionem ad fenestram cubiculi, in quo ego tunc eram, celeriter accurrens, meque compellans, miraculum quod viderat indicauit, gratias agens Deo, qui per martyres suos tanta miracula ad salutem mortalium operari dignatus est. Erat

Erat in eodem vico cæcus quidam prouectæ ætatis, qui vt ipse asserebat, ante triennium subita cæcitate percussus, inter alios pauperes stipem ostiatim mendicare solebat. Is cùm in turgurio lo suo dormiret, vidit per soporem quendam sibi assistentem atque dicentem, vt si videre vellet, ad oratoriũ nostrum iret: ibi esse medicum, qui ei roganti lumen reddere potuisset. Renuit ille, & lumen quod offerebatur abominatus, Quid, ait, mihi nunc cum visu, quem iam olim perdidi? melius mihi est, si eo caruero, quàm si habuero. Modò mendicantem omnes exaudiunt, & ea quæ necessaria sunt præstant. Nam videntẽ mendicare non decet. Senex autem noli morari. nam velis nolis visum receptur us es. Paruit ille imperanti, perrexitque ad oratorium, atque in eo pernoctauit. Et cùm illa nocte nihil esset factum, ad

Cap.5. Visio cæci.

tugurium suum reuersus est. Cui denuò is qui priùs, per soporem apparuit, & similiter vt antè imperauerat, ad oratoriũ pergere præcepit. Fecit ille, vt iussus fuerat, sed ne tunc quidem aliquid factum est. Tertiò verò commonitus venit, & vbi coram altari ad orandum se prostrauit, visum recepit. Hunc nos dum adhuc cæcus

Item altera. Rursùs tertia. Videt cæc⁹.

essem, inter alios pauperes ac debiles multotiès in domo nostra mendicantem vidimus. Ideoque alium illuminationis eius testem non quæsiuimus, quia sufficere nobis credebamus testimonium non fallentis conscientiæ nostræ.

Cap.6.

Cùm ex his alijsque compluribus virtutum operationibus per circumpositos vicos & pagos salutaris fama crebresceret, mulier quædã de pago Ribuarensi multo iam tempore cæca, visum recipiendi & desiderium simul & fiduciam habens, ad memoratum oratorium se rogauit adduci. Cumque illò venisset, tres totos dies, totidemque noctes ibidem orando & ieiunando cõtinuauit. Sed cùm ad præsens nullum in se exoptatæ sanitatis sensisset indicium, domum reducta est. Paucisque interpositis diebus, spe recipiendi luminis haud vanè concepta, iterùm se ad sacras reliquias deduci rogauit. Quò cùm ab vno puero duceretur (Nam qui priùs eam illò deduxerunt, spem eius velut inanem ac superuacuam iudicantes, vlteriùs cum illa ire noluerunt) & vbi ad cœmeterium Aquensis palatij, quod in monte, qui eidem vico ab orientali parte imminet, situm est, eodem comitante atque ducente peruenit, ibi quasi obuiante sibi diuina gratia, diù desideratũ lumen recepit. Tum

Cæca recipit visum.

mirans atque attonita constitit, puerumque ducenti vt se sequeretur imperauit: Hactenus, inquiens, quò tu præcedens ducebas secuta sum: modò autem tuo ductu non egeo: quia viam quam ire debemus video, & hũc vicum, in quo sacræ reliquiæ sint, ad quas venire disposui, Domino adiuuante conspicio. Tu tantùm vide & cura, vt me rectâ via ad oratorium martyrum in ipso vico adducas. His dictis, ad oratorium perrexit, gratias egit, factique in se miraculi nobis indicium fecit, vidensque & gaudens ad propria remeauit.

Cap.7.

Ascularem vocant fundum regium, ab Aquensi palatio quatuor leugarum spatio distantem. In quo quidam homo erat diutina præcordiorũ infirmitate detentus atque laborans: iamque à suis eo modo desperatus, vt non aliter nisi cauterio curari posse videretur. Quæritur ad hoc medicus, & vstioni non profuturæ dies constituitur. Interea cuidam fœminæ in eodem fundo habitanti in somnio reuelatum est, non debere illum ad suam curationem eiusmodi medelam admittere, quæ & pro sui molestia vix tolerari posset, & quia superuacua esset, salutem patiẽti non afferret. Cæterùm si sanus fieri vellet, ad Aquense palatium iret, oratorium

Per visum monetur æger visere sacras reliquias.

dei non recederet: hoc modo plenariam eum cõsecuturum sanitatem. Quod vbi ei annuntiatũ est, cõuocatis amicis ac proximis, petijt vt erga se illius reuelationis nutum inquireret, inque eo se collocari faceret, & ante triduum completum infirmitas compleret. Qui mox iumento impositum ad oratorium adducunt, atque in eo ipsum fuerat collocantes, abeunt post triduũ reuersuri. Ille autem ibidem ter supplicans, ità perfectè sanatus est, vt nullũ in suis visceribus morbi, quo multo tempore tenebatur, assentiret remansisse vestigium. Suis igitur sicut promiserant dimissus, per tres dies & noctes Domino pro salutis suæ recuperatione haud inani-

Sanitas illi restituitur.

ter, sed pedum suorum officio ad propria cum ingenti & sua & illorum gratulatione atque lætitia regressus est.

Est item fundus regius in pago Mosano, octo circiter leugis ab Aquensi vico disparatus: Gangluden habitatores apellant. In quo mulier quædam, quæ octo ferè

Cap.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferè annorum filiam dira paralysis ægritudine adeò confectam habebat, vt iam ex longo tempore nullum penè membrum ad officium suum mouere potuisset: audita virtutum fama, spem de recuperanda filiæ salute pio corde concepit: Protinúsque sublatam vlnis proprijs, ad memoratum oratorium deportare curauit. Quæ cùm illò antemeridiano tempore, hora videlicet prandij peruenisset, & cæricorum neminẽ ibidèm inuenisset, (Nam reficiendi causa paulò antè discesserant) tamen introgressa, filiam iuxta se in pauimẽto collocauit. Ipsa autem præparatum cereum, quem pro munere detulerat, accendens, ante illam in eodem pauimento posuit, seque ad orandum coram sacris cineribus cum summa deuotione prostrauit. Quo facto, sine vlla interposita mora puella per supernam gratiam omnium membrorum sanitate ac firmitate recepta, matre non sentiente surrexit, cereumque qui coram se iacebat sustulit, ac post tergum iacentis constitit. Quæ cùm orationem completa caput de pauimento leuâsset, & nec cereum, nec filiam in eo quem posuerat, loco esse vidisset, surrexit, cõuersáque filiam ponè se cum cereo stantem Deum laudans ac lætabunda conspexit. Igitur cùm nullum ibi, cui de virtute quæ gesta fuerat referre posset, adesse videret, (Nam præter pauperes, qui ibidèm mendicandi gratia excubabãt, nemo intra oratorij parietes, excepta se ac filia sua, tunc erat, quandò illud miraculum factum est) votis cum gratiarum actione solutis, domum cum filia sana atque incolumi repedauit. Cuius virtutis indicium quale ter ad nos perlatum sit, paucis expediam. Geruuardus palatij bibliothecarius, cui tunc temporis etiam palatinorum operum ac structurarum à rege cura commissa erat, de Nouiomago veniens, palatium Aquense petebat. Is cùm in memorato fundo quadam nocte mansisset, quæsiuit ab hospite suo, si aliquid noui de palatio nupèr audisset. Cui ille, Nihil, inquit, modò apud aulicos tam celebre est, quàm signa & virtutes, quæ fiunt in domo Einhardi per quosdam sanctos, quorum reliquias in oratorio domûs suæ habere dicitur. Ad quarum venerationem omnes vicini nostri quotidiè festinant, & quicunque infirmus illò fuerit adductus, illicò curatur. Cœpitque ei de filia mulieris illius, qualiter ante paucos dies salua facta sit, intimare. Tum Geruuardus: Vade, ait, & eandem mulierem adduc ad me, vt ipsa mihi dicat quod audire desidero. Venit mulier, & omnia prout gesta erant, patenter exposuit. Geruuardus verò, cùm in crastinum ad regem venisset, ea quæ de hoc signo reuelatione illius fœminæ compererat, eidem indicauit. Rex autem cùm ego secundùm consuetudinem ingressus, coram illo starem, quid sibi Geruuardus de hoc miraculo retulisset, tam mihi quàm cæteris sibi adstantibus, diuinam misericordiam atque potentiam admirando simul atque laudando, inflammauit. Sic nos contigit signum, quod nobis ignorantibus in domo nostra gestum est, ex huiusmodi relatione cognoscere.

Puella liberatur dira paralysi.

Palatij Cęsarei bibliothecarius.

Obserua veterẽ deuotionẽ erga Sanctorum reliquias.

Cap. 9. Hæc de miraculis beatorum martyrum, quæ in palatio gesta sunt, in præsenti opere commemorâsse sufficiat. Nunc ad eas virtutes veniendum est, quæ in his locis factę sunt, ad quæ religiosis viris petentibus, ac me largiente, venerandæ eorundem martyrum reliquiæ venerunt, & in quibus hactenùs cum magna reuerentia coluntur. Quas primus omnium Georgius presbyter & rector monasterij S. Saluij

* Sanomartensi martyris, quod in pago * Fanomartensi in vico Valẽtianas appellato in ripa Scaldis fluuij situm est, me dante suscepit, & per quendam Diaconum ad memoratum monasterium de Aquensi palatio destinauit. Is vnum tantùm comitem secum habens, cùm in pago Hasbanio ad vicum regium, quem Vuasidium vocant, veniisset, atque in prato, quod vico proximum erat, reficiendorum iumentorum gratia desedisset, eccè vnus de habitatoribus loci gibbo depressus, maxillis etiã ex ingẽti dentium dolore, quem vt ipse dicebat, diutinum patiebatur, nimio tumore diffortis, furcam ferratam in collo ferens, idem pratum furibundus intrauit, & cum pertum suum depascerentur, stomachando percontatur. Cui Diaconus, qui reliquias martyrum ferebat, & eas tunc in summitate virgæ, quam ob hoc in eodem loco fixerat, suspendere parabat, Melius, inquit, tibi est, vt coram his Sanctorum reliquijs, quas hîc in manibus habeo, prosternaris, Deumque roges, vt te per merita eorundem Sanctorum de dolore, quem pateris, liberare dignetur. Nam tumor, qui in facie tua videtur, testatur aliquem magnum in ore tuo esse dolorem. Ad hæc homo proiecta furca, quam manu ferebat, ante reliquias pronus corruit, & vt Diaconus ei suasit, pro salute sua Domino supplicauit. Nec longa interpolita mora

mora ità sanus ab oratione surrexit, vt nec tumor in facie, nec dolor in dentibus, nec gibbus, quo premebatur, remaneret in dorso. Ac proindè cõcito gradu vicum ingressus, omnes propinquos ac vicinos suos in eodem loco cõstitutos ad laudem Deo dicendam, & gratias Christo Domino referendas inuitauit. Confluxit in praesentis regionis turba cõgregata est. Rogant omnes Diaconum, vt illam noctem sibi morarentur: nec ille eis hoc negare poterat, quia parati erant, nisi assentiret, etiam inuitum detinere. Ducunt deindè peruigilem noctem, & in Dei laudibus tota regio resonabat. In crastinum autem cùm Diaconus iter suum capere cœpisset, omnis illa congregati populi frequentia abeũtem cum ingenti deuotione comitata est, nec antè vel subsistere vel discedere voluit, quàm ab alijs, quos miraculi huius fama commouerat, obuiàm sibi venientibus fuisset exceptus. Hoc modo sanctæ martyrum reliquiæ ex huius occasione miraculi à populis illarum regionum excepta, & ad basilicam S. Saluij, quò eas memoratus Georgius miserat, Domino ducente perlatæ sunt. Hoc signum ipsius Georgij relatione constat mihi esse compertum. De cæteris autem, quæ nunc dicenda sunt, ab eo libellum accepi, cuius ordo vel series hunc modum habere cognoscitur.

Homo gibbosus & dẽtes dolens miré sanatur.

En priscam religionẽ.

Cap. 10. Anno quartodecimo, Christo propitio, imperij Ludouici Augusti, cùm ad corroborandam Christiani populi fidem, sicut in initio nascẽtis Ecclesiæ, signa & prodigia in ipso regis palatio per merita Sanctorum suorum Dominus dignaretur ostendere: petijt & obtinuit Georgius presbyter Aquisgrani palatio ab Einhardo abbate reliquias beatorum Christi martyrum Marcellini & Petri, quorum corpora ipse de Roma per homines suos allata nupèr acceperat: easque in capsa, quam auro & gemmis decenter ornauerat, reconditas per Diaconum suum, nomine Theothardum ad basilicam S. Saluij martyris, quam ipse tunc temporis per beneficium regis tenebat, dirigere curauit. Qui Diaconus cùm ad villam regiam, quæ Vuasidium vocatur, venisset, occurrit ei homo gibberosus, & ex dentium dolore ità vexatus atque confectus, vt iam per dies quindecim nullum alium victum quàm solam aquam posset assumere. Qui cùm hortante Diacono coram reliquijs, quas ille ferebat, se ad orandum prostrâsset, & Dominum Christum vt suî misereretur, deuotè ac suppliciter inuocâsset, per intercessionem sanctorum Marcellini & Petri cuncta corporis incommoditate depulsa, sanus ab oratione surrexit. Factum est hoc miraculum tertiodecimo Calendas Iulij, quod à me superiùs plenius est enarratum: quia ego illud iuxta relationem memorati Georgij conscribere curaui.

Capsa reliquiarũ, auro & gẽmis ornata.

Cap. 11. Diaconus autem cum reliquijs tertia die Valentianas veniens, cùm eas in basilicam S. Saluij, sicut ei fuerat imperatum, reuerenter & honorificè inferret, quidam inuenis de villa regis, quæ Liftina vocatur, Dominicus nomine, qui eo morbo, quẽ Græci spasmum appellant, iam per annum integrum sic vexabatur, vt manus eius dextera penitùs contineri non posset, sed agitatione continua, quasi qui molam verteret, moueretur in gyrum: statim in ipso introitu per merita beatorum martyrum coram omni populo ità curatus est, vt post hæc nullum illius horrendæ agitationis paterentur incommodum.

Curatur spasticus.

Cap. 12. Exinde die quarta, in festiuitate videlicet B. Iohannis Baptistæ, anus quædam nomine Gerrada, quæ se annum vnum cæcam fuisse testata est, dum Missarum solennia celebrarentur, inuocatis beatis martyribus lumen, quod ex fide petierat, cunctis qui aderant videntibus, per illorum merita recepit. Similiter in festiuitate sancti Saluij, quæ euenit sexto Calendas Iulij, quidam homo surdus & mutus inter sollennia Missarum per suffragia martyrum & auditum & loquelam recipere meruit. Eadem die anus quædam de pago Laudunensi Rodeltrudis nomine, quæ per tres annos lumen cæli nõ vidit, in eadem celebratione Missarum visum recepit. Quinto Calendas Iulij puer quidam annorum circiter septem, * Donitianus nomine, qui fuit cæcus à natiuitate, dum diuinum celebratur officiũ, per merita beatorum martyrum illuminatus est.

Reddit ur lumen cæcæ.

Surdus & mutus curatur.

Itẽ cæca.

* Domitianus

Cap. 13. In vigilia verò beatorum Apostolorum Petri & Pauli, id est, quarto Calendas Iulij, puella quædam parua, nomine Theotbalda, habens ætatis annos, vt putabatur, nouem, quæ tribus annis nihil viderat, tempore salutaris officij in media populi multitudine constituta, martyrum suffragantibus meritis, lumen amissum ex

Itẽ alia cęca.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuina miſeratione recepit. Eadem die quidã homo, nomine Dado, de villa Ponticuli vocata, qui annos ſex curuus erat, & ad cælum ſe erigere non poterat, ideoq; breuibus anticulis ſuſtentandi ſe gratia ſub axillis poſitis cernuus incedebat: is eadem hora, eodemque in loco per miſericordiam Dei & per merita beatorũ martyrum erectus ac ſanus effectus eſt.

Contractus ſanatur.

Cap.14. Die quarto Nonarum Iuliarum quædam vidua, nomine Adalrada, quæ annis quatuor oculorum lumine priuata nihil videbat, audita virtutum fama, ſpem victus recipiendi non vana fide concepit, arreptoque baculo, ſola ſine ductore ad Valentianas ire contendit. Cumque vico appropinquare cœpiſſet, viſum eſt ei, quod velut vnum ſolis radium oculo dextro conſpiceret: ac proindè diuinam clementiam puro corde deprecata eſt, vt per interceſſionem Sanctorũ ſuorum eccleſiam beati Saluij ſe videre permitteret. Statimque exaudita eſt, & quod optauerat, domino miſerante, ſine mora eſt conſecuta. Ipſa quoquè die, altera quædam fœmina de pago Nouiomenſi, nomine *Ruoitla, quinquennio cæca, inter Miſſarum ſolemnia lumen, quod amiſerat, Chriſto Domino per merita Sanctorum ſuorũ donante recepit.

Duæ cæcæ illuminãtur. *Ruoida

Cap.15. In octauis Apoſtolorum, id eſt, pridiè Nonas Iulij, quidam homo Gunthardus nomine, de eodem pago, velut paralyſi percuſſus, ad baſilicam S. Saluij à ſuis adductus eſt: qui, vt dicebant, iam vnum annum habebat in eadem infirmitate, & tam vehementer in ſiniſtra parte corporis ſui debilitatus eſt, vt nec manum ad os ducere, nec ſe vel lauare vel calceare valeret. Hic per miſericordiam Dei meritaq; Sanctorum tempore matutinalis officij in ipſa ſolennitate ſanus effectus eſt. Similiter & alius homo, nomine Hildebonus, veniens de monaſterio, quod ad duos Genelos appellatur, cùm ab infantia cæcus eſſet, ac lumen cæli in tota vita ſua non vidiſſet, in celebratione Miſſarum eadem die in eadem baſilica per eoſdem Sanctos, eodem Domino miſerante atque auxiliante, viſum recepit, & omnia quæ priùs non vidit, clarè videre meruit. Die verò Nonarum Iuliarum puella quædam paruula, nomine Reginlindis, quæ non ampliùs quàm ſeptennis eſſe videbatur, cùm trib⁹ annis oculorum ſuorum lumine caruiſſet, & inter cæteros in baſilica ad diuinum officium audiendum conſtitiſſet, interuenientibus Sanctorum meritis, corã omni multitudine illuminata eſt. Quartò Idus Iulij cæca quædam, nomine Alagia, quæ duobus ferè annis viſu carebat, intra ſacra Miſſarum ſolennia, ſuffragantibus ſibi Sanctorum precibus, à Domino Ieſu Chriſto illuminata eſt. Eadem die cæcus quidam valdè ſenex de villa Gauliacas, Ermenuuardus vocabulo, qui annis quatuordecim nihil videre potuit, ad veſpertinum officium eccleſiam ingreſſus, beatos martyres inuocauit: ac ſtatim cæcitate depulſa, diù deſideratam lucem Domino adiuuante recepit. Septimo Calendas Auguſti puella quædam, quæ ab immundo ſpiritu vexabatur, in baſilicam adducta, dum ſacræ oblationis officium celebratur, per virtutem Chriſti & merita beatorũ martyrum fugato dæmone, integerrimam mentis & corporis meruit recipere ſanitatem.

Multi alij curantur.

Cap.16. Hæc ſunt miracula atq; virtutes, quas Dominus noſter Ieſus Chriſtus per merita ſanctorum martyrum ſuorum Marcellini & Petri in vico Valentianas ad ſalutem humani generis operari dignatus eſt. Quæ memoratus Georgius preſbyter breui libello collecta nobis mittere curauit, & nos huic operi noſtro cẽſuimus inſerenda. Hic eſt Georgius Veneticus, qui de patria ſua ad Imperatorẽ venit, & in Aquenſi palatio organum, quod Græcè hydraulica vocatur, mirifica arte compoſuit.

Cap.17. Alter libellus mihi oblatus eſt de monaſterio S. Bauonis, quod ſitum eſt in Scaldim in loco Ganda vocato, vbi idem amnis Legiæ flumini coniungitur. Ibi tribus ibidem Deo ſeruientibus. Quorum rogatu reliquias memoratorum martyrum ad idem monaſterium miſi, in quo hæc per ordinem geſta reperta ſunt. Anno ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti octingenteſimo vicẽſimo octauo venerunt reliquiæ ſanctorum Chriſti martyrum Marcellini & Petri ad monaſterium S. Bauonis die quinto Nonarum Iuliarũ, feria ſexta, Indictione ſexta. Tertia verò die, id eſt, Dominica proxima, quæ fuit tertio Nonas Iulias, quædam puella *Furſerium cæca, nomine Hartlinda, de villa quæ *Furſenum appellatur, quam pater & mater teſtati ſunt octo annis oculorum officio caruiſſe: cùm ante altare, ſuper quod ipſæ martyrum reliquiæ erant poſitæ, fuiſſet adducta, coram omnibus qui aderant viſum Domino miſerãte recepit. Indè poſt dies octo, id eſt, quarto Idus Iulij adducta eſt

altera puella ſimiliter cæca, nomine Helmrada, de villa Magle nuncupata: cuius parentes de ea retulerunt, quòd octaua die, poſtquàm baptizata fuit, ſubita cæcitate percuſſa ſit. Quæ & ipſa ſtatim coram ſacris martyrum cineribus lumen, quod iamdudum perdidit, Domino ſibi reddente recepit. Exin die tertia, quod fuit pridiè Idus Iulij, venit illuc puella quædam curua, nomine Blidrada, de villa Bodecretio, quæ pertinet ad monaſterium ſancti Vedaſti. Quæ cùm ante memoratas Sanctorum reliquias pro reſtitutione ſalutis ſuæ Dominum Chriſtum ſupplici ter inuocãſſet, coram omnibus qui aderant erecta eſt, & integrum corporis ſui ſtatum in momento temporis recipere meruit.

Multa miracula facta Gandaui ad martyrum reliquias.

Poſteà verò duodecimo die Calendarum Auguſtarum fœmina quædam, nomine Eddela, ancilla ſancti Amandi, de villa Baceroda vocata, quæ plurimis annis oculorum lumine caruiſſe dicebatur, ibidèm fideliter orans viſum recepit. Eodem die ſeruus quidam S. Bauonis, Eberaldus vocabulo, de villa Millinio, qui & ipſe per plures annos lumen cæli non vidit, cunctis qui aderant cernẽtibus, eodem in loco diù deſiderata luce donatus eſt. Ipſa quoquè die duæ viduæ, quæ plurimis annis cæcæ fuerant, ibidèm illuminatæ ſunt: quarum altera nomine Bliduuara de villa Aecinio, altera Ricberta vocata, de villa Vuerminio fuiſſe narratur. Deindè octauo Calendas Septembris in eadem eccleſia cùm Euangelium legeretur, eodem populo teſte ità erecta, atq; in ſtatum priſtinum reſtituta eſt, ac ſi nunquàm ante ad cælum videndum erigere non poſſet. Eademque ſequenti die, id eſt, decimo ſeptimo Calendas Septembris in eadem eccleſia cùm Euangelium legeretur, per vilam corporis ſui læſionem ad terram fuiſſet inclinata. Poſteà verò ſecunda de vicetima die menſis Septembris, id eſt, decimo Calẽdas Octobris homo quidam de pago Texandria, ex villa quæ Appennia nominatur, vocabulo Liodoldus, qui propter ſiniſtri cruris ac pedis imbecillitatem duobus ſe baculis ad incedendum ſuſtentabat: ità ibidèm in conſpectu populi perfectè curatus eſt, vt vltrà iam in ambulando baculorum adminiculo non egeret.

Cap.18. Item alia miracula.

Cap.19. Quarta verò die poſt patrationem huius miraculi, id eſt, ſeptimo Calẽdas Octobris, iuuenis quidã ſurdus & mutus, ſiniſtra quoquè manu cõtractus, nomine Hunualdus, de villa Ceruio nuncupata, cùm ante ſacras martyrum reliquias veniſſet, atque ibi ſuppliciter orãſſet, ſtatim per virtutem Chriſti depulſis vniuerſis, quibus afficiebatur incommodis, ità ſanus effectus eſt, ac ſi nunquàm aut ſurdus, aut mutus, aut ex contractione neruorum in manu fuiſſet aliquo modo debilitatus. Sequentique die, hoc eſt, ſexto Calendas Octobris, fœmina quædam, nomine Engiburga, quæ per multos annos dira paralyſis paſſione tenebatur, eadem in baſilica per merita beatorum martyrum coram omni populo eſt curata. Erat eadem ancilla pertinens ad Epiſcopium Tornacenſe, de villa quæ Vuerecundia nominatur. In craſtinum verò, id eſt, quinto Calendas Octobris, altera quædam fœmina, nomine Ramburga, de villa Bettingaheim, ſimili paſſione in inferiori corporis ſui parte valdè debilitata, cunctis qui aderant videntibus, coram eiſdem Sanctorum reliquijs perfectam membrorum ſuorum firmitatem recepit, atque à morbo, quo per decem annos laborãſſe ferebatur, Deo volente in momento temporis ſui iuxta oſtium Scaldis fluminis in maritima Friſonum regione poſita eſt, cùm ibi pro calamitate, quam patiebatur, Domini miſericordiam & beatos martyres inuocãſſet, diù negatum lumen cum lætitia recipere meruit. Quarta autem die, poſtquàm hoc ſignum Domino volente contigit, id eſt, pridiè Calendas Octobris quædam ancilla S. Bauonis, vocabulo Gundrada, de villa Aldingaheim, quæ tribus ferè annis ſolem non viderat, vbi ſe coram altari ad orandum proſtrauerat, lumen quod amiſerat, Chriſto Domino per merita Sanctorum ſuorum largiente recepit.

Item paralyticæ duæ. *Schalkheim Cæco redit lumen. Itemque cæcæ. Surdus & mutus abit incolumis.

Tertium quoquè libellum detulerũt mihi fratres de monaſterio S. Seruatij conſeſſoris, quod ſitum eſt in ripa Moſę fluminis, in vico qui hodieque Traiectus vocatur, & diſtat ab Aquenſi palatio octo circiter leugas, eſtque habitãtium & precipuè negotiatorum multitudine frequentiſſimus. Cuius textus, ſi benè recolo, in hunc modum videtur eſſe compoſitus. Aduentus ſanctorum Chriſti martyrum Marcel-

Cap 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Antiqua erga Sanctorũ reliquias deuotio.

lini & Petri ad vicum Traiectum contigit pridiè Nonas Iunij. Nam ipso die venit eis obuiàm de eodem vico immanis multitudo populi ad susceptionem illorum congregata, laudans & benedicens Deum super immensa atque inenarrabili misericordia sua, qua per tantos patronos populum in se credentem & confidentem visitare dignatus est. Cumque his laudibus & lætitia spirituali vsque ad basilicam beati Seruatij peruentum est, celebratisque cum magna omnium gratulatione Missarum solennijs, & vniuersis ad sua reuersis, feretrum quo sacri cineres aducti sunt, dextris altaris iuxta cancellos collocatum est: totusque ille dies cum ingenti eodem in vico consistentis populi exultatione atque iucunditate consummatus est. Cumque ad vespertinum officium iuxta consuetudinem celebrandum, eádem basilicam fuissemus ingressi, aderat inter cæteros puer quidam, nomine Berngisus, quem propinqui sui de pago Cundrusio ante paucos dies illuc venientes, adduxerunt cæcum à natiuitate. Qui subitò coram omnibus in pauimentum cecidit, ibique aliquádiù velut sopore depressus iacuit: moxque apertis oculis lucem, quam nunquàm antè vidit, Christo Domino per merita Sanctorũ suorum donante conspexit. Exin quinta die, id est, sexto Idus Iunij homo quidam cognomento Hiltmarus, qui surdus erat & mutus, coram eisdem sacris Sanctorum reliquijs, & auditum pariter & loquelam per virtutem Christi recepit.

Cæc⁹ ab ortu inuisam intuetur lucem.

Cap.21. Alia miracula.

Eodem quoque die puella quædam de familia S. Lamberti, nomine Adallinda, quæ nõ solùm surda & muta, sed etiam cæca, totoque corpore tam miserabili modo ex neruorum cõtractione erat complicata, vt genua pectori iungerentur: iussa sacras martyrum reliquias à suis posita, & visum & auditum, loquelam etiam omniumque membrorum rectitudinem ac salutem coram omnibus, qui aderant, mirabili celeritate diuino munere consecuta est. Postridiè verò, id est, quinto Idus Iunij quidam seruus regius, nomine Berohadus de villa Cresciaco, in dextera corporis parte per totum ex neruorum contractione debilitatus & inutilis factus, cùm ante memoratas Sanctorũ reliquias venisset, statim erectus, & sanitati quam desiderabat, sine mora est redditus. Similiter & puella quædam de ipso vico Traiecto, vocabulo Theothildis, cuius dextera manus erat simili contractione intùm complicata atque distorta, vt ad omnem vsum esset inutilis: hæc eadem die ante easdem Sanctorũ reliquias pari modo curata est. Quibus visis, populus in basilica congregatus cœpit præ nimia exultatione atque lætitia in hymnis & litanijs sublatis in altum vocibus, laudes Domino decantare. Cùm subitò intrauit puer quidam surdus, atque in media plebis multitudine stupefactus & attonito similis constitit. Ac deindè cùm ante altare sancti Saluatoris, quod in media ecclesia positum est, peruenisset, erumpente protinùs de naribus eius sanguine, quo diù primatus fuerat, auditûs officio donatus est. In crastinum autem, id est, quarto Idus Iunij visum est nobis, vt feretrum quod sacros martyrum cineres continebat, alsiùs eleuari deberet, ad hoc videlicet, vt aliquantò eminentius esset, quàm altare cui apposita erat, & facilius ab accedentibus cerni potuisset. Idque nobis facientibus, & inter faciendum litanias cum Dei laude canentibus, puella quædam de familia S. Seruatij à natiuitate sua pedibus ex cõtractione distortis, manibus etiam ex neruorum distensione dissolutis, insuper & muta, quam paulò antè in basilicam sui deportarunt, & coram feretro posuerunt: subitò sanitati est reddita, ità vt eadem hora & loqui & incedere, & manibus ad omnia necessaria perfectè vti potuerit.

Visis miraculis plebs lætabunda laudat Deũ.

Multiplex malũ curatur in puella vna.

Cap.22. Fœmina quædam de ipso vico Traiecto, cùm haberet ancillam cæcam, nomine Adalgardam, ingressa basilicam tradidit eam sanctis martyribus Marcellino & Petro, vt per eorum suffragia visum recipere mereretur, ibiq; dimisit. Quæ cùm peractum vespertinale officiũ in eadem ecclesia substitisset, subitò velut ab impulsa in pauimentum cecidit, atque ibi diù volutata, tandèm cum ingenti constantis populi stupore atque admiratione clarè videns surrexit. Contigit Idibus Iunijs ad vesperum, ipso noctis incipiente crepusculo. Homo quidam de prouincia Burgundia ex territorio Gennauensi, nomine Theotgarius, ea paralysi laborans, quam medici Græco vocabulo spasmon appellant, Latinè autem abscissionem membrorum agitatione, tremulosa non incongruè vocari potest: veniens in basilicam, atque in media populi turba, quæ ad audienda Missarum solennia, in Dominico moris est, fuerat congregata, constitit. Cumque post recitatam Euangelij lectionem Christianæ credulitatis symbolum recitaretur, tremulosus ille ità ad

Cæca videt.

terram corruit, & dum diuinum officium peragitur, penè immobilis ac mortuo quàm viuenti similior iacuit: multoque ex naribus eius sanguine manante, post completum sacrum officium, cum magna inspectantis populi admiratione sanus ac sine vlla trepidatione surrexit. Factum est hoc miraculum decimo octauo Calendas Iulij die Dominico, sicut superiùs comprehensum est. Quarta autem feria, id est, decimoquinto Calendas Iulij puer quidam, nomine Folchardus, de monasterio quod Meldradium vocatur, qui erat cruribus ac pedibus miserabili contractione distortus, eodem in loco corã omni populo curatus est. Vndecimo Calendas Iulij venit quidam homo ad ecclesiam, & inter cæteros intrauit, cuius dextra manus simul cum brachio modo mirabili mouebatur in gyrum, àc si molam vertere deberet. idque incessanter agebat. Is dicebat ob hoc sibi hanc inquietudinẽ accidisse, quia die Dominica contra vetitum moleret: & iam annum integrum cuiusdam lutum esse, ex quo huiusmodi pœna mulctatus est. Quj cùm ad sacras martyrũ reliquias appropiâsset, ibique fideliter eos inuocâsset, molaris illa commotio subitanea quiete sopita est. Hic homo de monasterio Scotorum, quod Fossæ vocatur, se venisse, Dothiumque appellari dicebat.

Spásticus fit sanus.

Item contractus.

Alius quoque malè affectus.

Cap.23. In vigilia S. Iohannis Baptistæ, quæ est die nono Calẽdarum Iuliarum, venit quidam vir Traiectum ad basilicam S. Seruatij, qui se de ciuitate Tornaco esse fatebatur: is, vt ipse aiebat, fuit ab infantia surdus & mutus: ductusque à suis ad S. Sebastianum, cœpit ibi & audire & loqui, sed inefficaciter, quoniam verba eius vix intelligebantur: ipse quoque cùm alij ad eum loquerentur, tenuitatem auditûs sui dissimulare non poterat. Qui vbi ad matutinum officium venit, coram sacris reliquijs procumbens, obdormiuit. Nec multò pòst velut aliquo excitãte euigilans, quis os suum pugno percussisset, à circunstantibus perquisiuit. Cui cùm omnes, neminem hoc fecisse, respondissent, surrexit: eademque hora sanus factus perfectè, sine vllo impedimento & audiuit & locutus est. Eadem die dum sacra Missarum solẽnia celebrantur, fœmina quædam, nomine Adallinda, duos cereos ad lumen in ecclesia faciendum detulit: quorum vnum dextra manu cuidam ex custodibus vt accenderetur porrexit: alium autem interim quasi de illo posteà illuminandum, manu sinistra retinuit. Sed mirum in modum, dum custos sibi datum accendit, ille qui in manu fœminæ remansit, cunctis cernentibus diuinitùs accensus est.

Surdo & muto redditur incolumitas.

Nota rem miram.

Cap.24. Monasterium sanctimonialiũ, Eike vocabulo, situm super Mosam fluuium est. In quo quædã Deo sacrata, nomine Saliga, toto corpore, excepto dextro brachio, dicto paralysis morbo dissoluta iacebat. Huic per quietem quidam ex vicinis suis adfuisse, ac tali sermone eam cõpellâsse visus est, vt diceret, Quid agis? Cui cùm illa non aliud, quàm se in lecto suo quiescere respondisset, Audistine, inquit, aliquid de Sanctis, qui in Traiecto ad S. Seruatium venerunt? Cui cùm nihil de his se audisse respondisset, Surge, ait, velociter, atque illuc properanter venire contende. Nam omnium membrorum tuorum receptura sanitatem. Sed cùm expergefacta ibi es nihil de his facere curâsset, iterùm sequẽti nocte ab eodem simili modo est admonita, vt Traiectum pergeret. Illa tamen, vt priùs, spreta monentis voce, quò iubebatur distulit proficisci. Tertia verò nocte vidit eũdem sibi adstare, & cum quadam austeritate cur monita sua contempsisset interrogare, baculoque, quem tunc manu tenere videbatur, latus eius percutere, atque vt Traiectum velociter pergeret, impense. Nec illa iam ausa trinæ visionis authoritati resistere, accitis ad se propinquis & amicis, Traiectum vt sibi iussum erat deducitur, & in basilica beati Seruatij iuxta sacros martyrum cineres collocatur. Cumque ibi promissæ sanitatis præstolarentur euẽtum, quinto demùm die postquàm illuc venerat, cum magna omnium admiratione perfectam totius corporis sui meruit recipere sanitatem. Restant adhuc duo valdè præclara miracula, quæ non solùm tegenda silentio non censeo, quin potiùs illorum cõscriptione conuenientissimum quarto volumini, quod in manibus habetur, finem me facturum esse confido. Et licèt eadem signa beatis martyribus Marcellino & Petro cum alijs Sanctis possint videri cõmunia, ex eo quòd vnum ex his in aducta reliquiarum sanctorum Prothi & Hyacinthi, & iuxta ipsas reliquias gestum est, alterumque in die natalitio S. Hermetis sub ipsius reliquijs contigisse certum est: ideò tamen ipsis præcipuè adscribenda videntur, quoniam in ea basilica facta sunt, in qua eorum sacratissima corpora requiescunt. Gestorum autem fides ad nos pertinet, qui præsentes fuimus, & quibus ea diuina pietas videre con-

Paralytica integrã recipit sospitatem.

Nota rem miram.

Cap.24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re concessit. Ac proindè omissa præfatione, ad ipsa quæ dicenda sunt miracula veniamus.

Cap.25. Gregorius Papa 4. auxit & ornauit titulum S. Marci.

Gregorius Romanæ vrbis Episcopus, qui Eugenio simulque Valentino in Pontificatûs honore successit, cùm titulum S. Marci Euangelistæ, in quo presbyter fuerat, ampliare, & in eo monasterium vellet extruere, quæsiuit per cœmeteria & ecclesias longiùs ab Vrbe cõstitutas, sicubi Sanctorum martyrum corpora posset inuenire: Inuentaque titulo, quem opere magnifico extruxerat, curauit inferre. Cui igitur factum est, vt eo tempore, quo sepulcrum beatissimi Hermetis erat aperturus, & sacrum illius corpus indè ferendum sublaturus, vnus ex nostris, qui eodem anno suplicandi gratia, vt moris est pœnitentibus, Romam venerat, congregare ad basilicam martyris multitudini cum cæteris peregrinis interesset. Is negotio, quod agebatur, diligenter inspecto, spem adipiscendarum memorati martyris reliquiarum, licèt corde simplici, non tamen sine causa concepit: & Deusdonam Diaconum, cuius in primo libro crebram fecimus mentionem, adiens obnixè rogauit, ex his quantulumcunque à custodibus loci acciperet, mihique deferendũ sibi postaret. Qui confestim precibus eius annuens, id se sine mora facturum pollicetur. Datoque custodibus pretio, non solùm S. Hermetis, sed etiam sanctorum Proti atque Hyacinthi, quorum in eadem basilica corpora erant posita, reliquias accepit. Et illas quidem per quendam familiarem suum, cui Sabbatino cognomen erat, simulque & nostrum, qui ei vt hoc faceret persuasit, mittere curauit. Quod autem de corpore beati Hermetis potuit adipisci, ipse ad nos veniens, pro ingenti munere detulit. Cùm autem de aduentu reliquiarum sanctorum Proti & Hyacinthi hospitis esset indicatum, obuiàm illis processimus, easque, vt par erat, honorificè suscipientes, atq; basilicæ cum hymnis & orationibus inferentes, propter corpora beatorum Marcellini & Petri cum feretro quo venerant collocauimus. Vbi cùm in crastinum mulier quædam de proximo prædiolo, quod Baldrade stat nuncupatur, dæmone possessa cum cætero populo fuisset ingressa, cœpit nequa spiritus fremere, ac prostratam in pauimẽto collidere, suamq; malitiam coram omnibus confiteri, do publicare. Cumque à presbytero se exorcizante fuisset interrogatus, quis esset, vndè venisset, quandò & cur in eam intrâsset: ad singula respondit, seq; non solùm dæmonem, sed etiam omnium viuẽtium pessimum esse testatus est. Et cùm presbyter ab eo causam tantæ nequitiæ requisisset, malam voluntatem hanc sibi tribuisse, & fatebatur. Rursùs cùm ab eo quæreret, si vnquàm in cælo fuisset: in cælo se fuisse, & indè propter superbiam deiectum esse confessus est. Eidem percontanti, verum Christum Dominũ, nec ne vidisset, ait in inferno eum à se visum tempore, quo pro humani generis saluatione mori, atq; illuc descendere dignatus est. Vbi verò ad id ventum est, vt eum interrogaret, si nomina martyrum nôsset, quorum reliquiæ paterentur, diè eidem ecclesiæ illatæ sunt, Notissima, inquit, mihi sunt eorum nomina: quandò passi sunt, præsens adstabam, ac de corũ sempiterna gloria ingenti torquebar inuidia. Quos etiam hîc modò patior infestissimos. cruciant enim meritò incredibili, atq; inuitum de hoc vase, in quo diù latitabam, exire compellunt. Cui presbyter, Cùm exieris, inquit, quò perrecturus es? Ego, ait, in viam pessimam peruecturus, & longinquas desertasq; regiones petiturus sum. Post hæc cùm & occasionem & modũ ingressionis suæ iubente presbytero exposuisset, conuersus ad fœminam, Ego, inquit, infelix mulier, antequàm exeam, ossa tua collidã atq; confringam, teq; debilem ac nostræ societatis memorẽ relinquam. Et cùm illa veluti ad finem vitæ suæ conscia, cœpisset voce supplici atq; submissa Sanctorum auxiliũ implorare, illestatim per os ipsius cum ingenti austeritate fremens & increpitãs, loqui cessauit. Et sanctorum silentium imperauit. Erat enim nobis, qui præsentes eramus, ad videndum mirabile, quòd ille spiritus immũdus per os eiusdem mulierculæ tam diuersa quam contraria loquebatur, & nunc masculinæ, nunc fœmininæ vocis qualitatem sic ad proprium exprimebat, vt nõ vna sed duæ in ea acriter altercantes, seq; adinuicem cõuicia ingerentes personæ esse viderentur. Et reuerà duæ erant, diuersa inter se voluntate dissidentes: dæmonis vna, possessum à se corpus collidere cupiẽtis: mulieris altera, hoste quo tenebatur, liberari desiderantis. Quæ diuersitas voluntatum ex diuersitate vocũ ac dissimilitudine verborũ, quæ inter se iactabant, satis clarè atq; aperte poterat intelligi. Completo igitur iuxta consuetudinẽ mysterij cælestis officio, nobisq; ad curãda corpora de basilica egrediẽtibus, iussimus fœminã cum custodibus ibidem, donèc reuerteremur, opperiri, fidutiam habentes, quòd per virtutẽ Christi & merita martyrum suorum perfidus possessor eius citò foret exiturus. neque nos spes nostra fefellit. Nam post refectionem ad ecclesiam regressi, exacto dæmonio fanam illam & incolumem, ac per omnia mentis suæ compotem, atque in Dei laudibus exultantem inuenimus. Et hoc quidem signum in aduentu reliquiarum beatorum Christi martyrum Proti & Hyacinthi iuxta modum à nobis comprehensum constat esse completum: illud autem, quod S. Hermeti adscribitur, quo sit ordine gestum, præsenti narratione clarebit.

Martyres cruciant dæmonem, & cogunt deferere obsessam.

Diuersæ voces ex vno ore.

Honorificè excipiuntur reliquæ Proti & Hyacinthi.

Cap.26. Colonia metropolis est in finibus Ribuariorum, super Rhenum posita. Ex qua fœmina quædam erat à renibus deorsùm diutina neruorum distensione intãtum debilitata, vt negato sibi crurum ac pedum officio, non aliter quàm sedens, porrectis in anteriora pedibus ac manibus in terram positis innitens, seque hoc modo promouens, vicem ambulandi explere potuisset. Hæc auditis miraculis atque virtutibus, quas Dominus per sanctos martyres suos Marcellinum & Petrum in curatione infirmorum atque debilium operatus est, ad basilicam eorum venire gestiuit. Et quoniam aliter commodè nequiuerat, in naue mercatorum, qui illò ad festiuitatem eorundem Sanctorum ibant, aduecta est. Venitq; illuc ad diem natalitium, atque ibi spe recuperandæ salutis aliquandiù morata est. Sed vbi vidit curationem suam esse dilatam (& reuerà dilata erat, non negata: quia non alibi, sed ibi: neque tunc, sed alio tempore fieri debuit) statuit Moguntiacum proficisci. Erat enim in proximo festiuitas S. Albani martyris, cuius apud eandem vrbem & basilica & percelebre monasterium est. Quò cùm venisset, & apud memoriam martyris pro restitutione salutis suæ Domino supplicâsset, vidit per soporem quendam iuuenem clericum sibi assistentem, ac nouos calceos manu ferentem, atque vt eos acciperet pedibusq; indueret imperantem: se quoquè ità fecisse. Illum deindè præcedere, vt his calceata ad locum, vndè illò venerat, reuerteretur, ibique aduentũ medici præstolaretur, qui eam esset proculdubiò sanaturus. Quæ vbi cuigilauit, visionem accommodans, quanta potuit celeritate ad sanctorum martyrum salutiferalimina reuersa est: ac per duos menses in eodem loco inter alios pauperes conuersata, pollicitationem visionis opperiebatur. Cùm interìm circa mediũ ferè mensem Augustum Deusdona Diaconus, cuius in primo operis huius libro crebram fecimus mentionem, Roma veniens, vnum articulum digiti beati Hermetis martyris pro magno nobis munere detulit. Quem accipientes, capsula recondidimus in superiori parte basilicæ supra ipsum occidentalem ecclesiæ introitum collocanimus. At fœmina, quæ, vt dixi, visione diuinitùs admonita illuc venerat, & duobus iam exactis mensibus, nihil promissæ opis sibi adueniss cernebat, delusam se vano somnio existimans, reditum in patriam meditari cœpit. Statuitque cum negotiatoribus, qui se reducerẽt, vt proxima Dominica, quæ quinto Calendarum Septembrium die simul cum anniuersaria S. Hermetis solennitate erat futura, naturam eorum in regionem suam reuersura conscenderet. Iamque instante nocte, quæ diem profectioni condictum erat sine dubio præcessura, cùm nos secundùm consuetudinem completo nocturnali officio, ad quiescendum fuissemus egressi, exeris exeuntibus, fœmina illa introire volens, in ipso limine consedit: ibique coram omnibus stupore quodam oppressa, parumpèr obticuit. Ac deindè crumpente ex omnibus pedum vnguibus aliquanto sanguine, ad se reuersa, mirabatur circunstantibus porrexit, erectaque in pedes, ad sepulcrum martyrum amplare cœpit. Quò cùm peruenisset, ad orationem coram altari prosternitur, ibique tandiù iacuit, quoadusque hymnus, quem exultantium simul atque miranium multitudo Deum laudans deuotissimè cantabat, compleretur. Quo finito, sana surrexit, sed in patriam vlteriùs redire noluit. Meritò igitur miraculum ipsud beato Hermeti adscribitur, cuius die natalitio, & sub cuius reliquijs gestum esse constat. Sed nequaqnàm sanctissimi martyres Marcellinus & Petrus eiusdem operis exortes esse possunt, in quorum basilica patratum est, & quos ipsa, quæ curata est, fœmina toto peregrinationis suæ tempore, vt se adiuuarent, semper inuocauit.

Monasterij S. Albani Moguntiæ percelebre.

Patienter sustinenda curationis dilatio.

Fœmina miserè contracta sanatur.

Cap.27. Hæc sunt, quæ de innumeris Sanctorum virtutibus aut à nobis visa, aut fidelium veraci relatione comperta, literis ac memoriç mandare decreuimus. Quæ Christi amatoribus, ac martyrum eius veneratoribus ad legendum grata fore nõ ambigo:

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoniam nihil eis videtur impossibile, quod vt fiat, Deo omnipotenti placuerit. Incredulis autem ac Sanctorum gloriæ derogantibus, quia fastidiosa esse non dubito, ne omninò legere velint, suadendum censeo: nè fortè vilitate nostri sermonis offensi, blasphemiam & inuidentiam deuitare nõ valeant, ac sic Deum & proximum, quos amare iubentur, se odisse declarent.

IN EODEM VETVSTO MS. CODICE, VNDE HAEC DESCRIPSIMUS, SEQUEBATUR EORUNDEM BEATISSIMORUM MARTYRUM HISTORIA IAMBICO CARMINE, LICÈT NON ADMODÙM EXACTO, CONSCRIPTA, NON ADDITO AUTHORIS NOMINE. QUI CÙM MIHI VIDEATUR ESSE IDEM EGINHARTUS, QUI SUPERIORA SCRIPSIT, TUM PROPTER MAIOREM HISTORIÆ FIDEM, TUM PROPTER AUTHOREM IPSUM EAM HOC LOCO SUBIUNGERE VOLUIMUS.

S. Petrus exorcista.

ERat quidam exorcista, Petrus nomine,
Qui doctrinam magni Petri secutus Apostoli,
Veram fidem Iesu Christi prædicauit gentibus.
Malignorum adiurator fuit iste dæmonum,
Atque atros verbo potens effugabat spiritus,
Perque signum sanctæ Crucis ægros sanos fecerat.
Quem pagani comprehensum duris nectunt vinculis,
Ac per multa laniatum tormentorum genera,
Ad extremum tenebroso mancipârunt carceri:
Imprudentes arbitrati, quòd per artus corporis
Pœna inflicta prævaleret Christi fidem tollere.
Sed cor cælo fixum manens nescit flagris cedere.
Cui custos deputatus præfuit Arthemius,
Qui reorum turbam diris constringebat vinculis,
Atque claustra caligosi seruabat ergastuli.
Erat cui chara valde nata * Virgo nomine,
Quæ inuasa præferoci vexabatur dæmone,
Et paterna sæua pœna cruciabat pectora.
Quod cùm Petrus comperisset, compellat Arthemium,
Monens simul & exhortans Christi miles inclytus,
Mercaretur sancta fide vt salutem filiæ:
Deum, dixit, crede Christum, qui creauit omnia,
Qui cælum terramque sua continet in dextera,
Et qui miti potentatu proregit quod possidet.
Hæc beato proferente Petro Christi famulo,
Custos ille tenebrosi carceris Arthemius,
Plura dicta contrà refert, sed eadem friuola:
Non est, inquit, verum Petre, neque verisimile,
Meam tuus possit Christus vt saluare filiam,
Qui nullum exhibet suis solamen cultoribus.
Ferret, puto, si valeret opem suis famulis.
Sed hoc illum non valere produnt illa verbera,
Quæ tu dudùm propter ipsum tolerando deficis.
Ad hæc Petrus vultu læto pauca verba referens,
Christum, inquit, confitemur, & in ipsum credimus,
Qui est solus seculorum saluator & Dominus.
Ipse valet, quicquid sibi placuerit facere,
Tam cælo terraque potens, quàm & ponti fluctibus,
Cui seruit totum suis cælum cum sideribus.
Ille potest quandocunquè sibi placet soluere
Duros nexus catenarum, quibus vinctus teneor,
Et de cunctis tormentorum pœnis tutum reddere.
Sed meum credo quòd nolit impedire brauium,

Comprehenditur & cruciatur à paganis.

for. * Paulina. Sic enim in alia Historia vocatur.

Quin

Quin peccatis depurgatum peruenire faciat
Per tormenta passionis ad perennem gloriam.
Vellem tamen, ô Arthemi, faceres periculum,
Verum siet, anne falsum, quod de Christo credimus,
Quodque illum tam potentem omnes esse dicimus.
Ad hæc antri carceralis custos nondùm credulus,
Fiat, ait, quod hortaris, hodieque clareat,
Valeat quid Christus tuus, quem me rogas credere.
En ego nunc tuis vinclis superaddam vincula,
Teque ipsum tenebroso clausum linquo carcere:
Atque antri postes seris stringam firmioribus.
Si te tantis innodatum liberârit nexibus
Christus vester, ac solutum sospitem reddiderit:
Credam illum, atque Deum colam sine dubio:
Ea tamen ratione, si redemptam videro,
Ipso Christo faciente, meam charam filiam
Ab illius dominatu, quo vexatur, dæmonis.
Tunc subridens fortis ille Petrus Christi famulus,
Fides, ait, imbecilla confirmari poterit,
Si quæ verbis promisisti, factis adimpleueris,
Meque humana sine ope atque adminiculo,
Isto tetro quo includor, liberatum carcere
Domûs tuæ limen pede penetrâsse videris:
Et non tantùm contemplatu, sed palmarum tactibus
Explorando comprobabis ipsum tibi assistere,
Quem inclusum dimisisti tenebroso in carcere.
Ad hæc verba crebrò caput agitans Arthemius,
Et non credens Deum posse tanta bona facere,
Tali Petro seruo Christi respondet affamine:
Homo, inquit, mente captus, aliena loqueris,
Quod ex multis accidisse reor passionibus,
Quas tu diù propter sectam Christianam sustines.
Ista dixit, & abscessit, seque domum contulit,
Coniugique cuncta suæ cognomento Candidæ
Valdè stupens atque mirans dicta Petri retulit.
Cui coniux dubitanti corde fatur credulo,
Se mirari quòd insanum voluisset dicere,
Quem audîsset sospitatem sibi nunc promittere:
Nec hoc diù differendum esse quod promiserat,
Sed præsenti se facturum fateretur tempore,
Et quod dixit ac spopondit, hodiè clarescere.
Ille verò contrà nitens, vxorem increpitat,
Cur his verbis fidem daret: & appellat fatuam,
Quia Christum Deum Petri tam potentem crederet.
Non est, ait, numen vllum, sed nec ipse Iuppiter,
Quod eundem sic conclusum possit vinclis soluere,
Vel ex antri terro lacu liberum dimittere.
Illa Petri verbis credens, quibus se promiserat
Per virtutem Iesu Christi mira posse facere,
Tali sibi resistentem repulit elogio:
Hoc est, inquit, quod augebit Dei sui gloriam,
Cùm per illum erit factum, quod patrare nequeunt
Illa magna, quæ à nobis nunc coluntur, numina.
Hæc dum simul ac vicissìm alternando conferunt,
Atque solis orbe merso, stellæ noctem proferunt:
Ecce Petrus, vt promisit, adest admirantibus,
Signum Crucis manu gestans, veste fulgens candida:
Seque verum Christi seruum, & non falsum aliquid

Cur Christus non sernet suos martyres à pœnis.

Arthemius delirare putat S. Petrũ, dum policetur grandia.

Coniux Arthemij reprehendit eum.

S. Petrus diuinitùs solutus venit ad illos.

Esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

Arthemius credit in Christum cum suis.

Esse monstrat, dum multorum contrectatur manibus.
Hæc cernentem stupor ingens arripit Arthemium:
Atque Petri sine mora pedibus aduoluitur,
Deum solum verum Christum magnis clamans vocibus.
Hoc & coniux, hoc & cuncta consonat familia,
Esse nullum, nisi Christum, rerum potentissimum,
Quem beatus prædicâsset Petrus atque coleret.

Filia Arthemij liberatur à dæmone.

In aduentu cuius ipsum, quod eorum filiam
Diù malè possidendo vexabat, dæmonium
Fugit statim, & inuitus Dei virum prædicat,
Vt in alto malum atrox audiretur aëre:
Virtus, dicens, Christi, Petre, in te manens pepulit
Me de illa, quam tenebam vsque modò virgine.
Hæc tum Petro faciente per virtutem Spiritûs,
Fama velox per vicina statim loca volitans,
Multos valdè congregauit viros atque fœminas.
Nam non minùs quàm trecenti conuenêre masculi,
Mulierum quoquè maior numerus confluxerat:
Simul omnes admirantes sanctam Christi gloriam.
Etenim cernebant cuncti, quòd in Christi nomine
Omnes morbi sanarentur per supernam gratiam,
Perque sacra Petri iussa pellerentur dæmones.

Multi ad Christum accedunt.

Et videntes, corde puro capere desiderant
Fidem Christi salutarem: simul atque flagitant,
Vt in sacri mererentur vnda fontis ablui.
Huc statim vocante Petro venit Christi famulus,
Magnus martyr & confessor Marcellinus presbyter,
Vt nouellum confirmaret baptismate populum.
Quæ dum essent adimpleta competenti ordine,
Nutu Dei quaterdeni dies euoluti sunt,
Per quos Sancti nouæ gentis nationem roborant:
Vt in Christo permanentes, creaturas colere
Nolint, vitam neque istam velut magni quippiam
Amplectantur: immò velint propter ipsum perdere.
His exactis, adest sæui missus lictor ludicis,
Iubens omnes, qui fuissent tetro clausi carcere,
Ad conspectum nocte prima arbitri assistere.
Quod extemplò cùm audîsset atri custos carceris,
Blandis vinctos, qui aderant, vocibus alloquitur,
Irent cuncti, quoquouersùm vellet quisque pergere:
Qui ad palmam, inquit, regni peruenire cogitat,
Ille mecum ad Sereni ludicis præsentiam
Pœnas ibi subiturus pergere non hæsitet.
Si quis verò nondùm vitam mundialem spernere
Valet, atque tormentorum est pauore territus,
Eat liber, quò voluntas illum sua tulerit.
Eccè autem Iudex primo noctis gallicinio
Surgit vigil, ac furenti voce iubet noxios
Suis omnes alligatos exhiberi visibus.
Huic præstò tenebrosi custos adstans carceris,
Petrus, ait, exorcista, quem puniri iusseras
Per virtutem sui Christi cunctos vinctos soluerat,
Et catenis absolutos, ire iussit liberos.
Ipse tamen Marcellinum quendam secum retinens,
In qua semèl iussus erat, permanet custodia.

Iubente Iudice plumbatis cæditur Arthemius.

Hæc dicentem furibundus imperat Vicarius
Plumbo cæsum, atque vinctum carceris Arthemium
In obscuram atque arctam recipi custodiam:

Sanctos verò Marcellinum atque Petrum martyres,
Quæstionem habiturus de illorum actibus,
Suo iubet sæuus ludex tribunali assistere.
Quos vt toruis coràm stantes conspicatur vultibus,
Blandis primò compellandos arbitratur vocibus:
Vt eorum permutaret mentium propositum.
Pœna, dixit, vos minore plecti posse dicerem,
Nisi cunctos criminosos, qui vobiscum carceris
Antro clausi tenebantur, effugisse cernerem,
Et hoc factum vestro nôssem Christiano dogmate,
Per quod malè miserorum mentibus illuditis,
Fascinantes ac fallentes magicis versutijs.
Cui magnus Christi martyr Marcellinus presbyter,
Forti pectus pietatis plenum gerens spiritu,
Pauca quidem, sed non parua verba contrà reddidit:

S. Marcellinus respondet Iudici.

Non est, inquit, criminosus, nec dicendus noxius,
Qui omisso paganismo, Christo cœpit credere,
Atque illi sana mente seruiendum iudicat.
Hoc qui facit, Dei summi filius vocabitur,
Et à cunctis peccatorum absolutus sordibus,
Verè esse, quod vocatur, Deo dante visitur.
Hæc dicentem Marcellinum imperat minaciter
Sæuus Iudex sub duorum pugnis cæsum subigi,
Et in locum, omni luce qui careret, proijci.

Cæditur pugnis, &c.

In quo vitrum super humum fecit fractum spargier,
Ac desuper assertorem veri nudum sternere,
Atque vinctum volutari illis in fragminibus,
Omni victu abstineri Christi iubens famulum:
Vt his pœnis enecatus, interiret properè,
Cui fidem extorquere se non posse viderat.
Tum deindè Petrum videns, talibus alloquitur:
Nolo, inquit, arbitreris iterùm eculeo
Te torquendum, vel ignitis exurendum faculis.
Immò nôris, quòd nectendus nodis fortioribus,
Stipitique applicatus luce stabis crastina,
Acferarum laniatu vitam breui finies,
Tum beatus respondendo Petrus forti pectore,
Iram volens contumacis concitare Iudicis,
Tali voce sæuientem prouocat insaniam:

S. Petri mira constantia.

Cùm Serenus vociteris, miror validissimè,
Cur tam tetro vultum geras obfuscatum nubilo,
Vt mensuram peruidere propriam non valeas.
Esse nanque te mortalem vniuersi nouimus,
Et tu velut quiddam magnum in te vigens lateat,
Grandes pœnas minitaris Christiano populo,
Stulta nimis ac feroci confidens audacia,
Immortalem Christi fidem de credentum cordibus
Exturbari vnquàm posse pœnis temporalibus.
Sacerdotem quidem Christi, quem rogare poteras,
Vt pro tuis exoraret plurimis excessibus,
Pugnis cæsum atque vinctum mancipâsti carceri:
De quo tamen tristi facto vero lætus gaudio,
Magnus ille martyr Christi modò nihil queritur:
Immò rerum conditori dignas refert gratias.
His auditis, efferatus tormentorum arbiter,
Petrum iubet catenarum compræhensum pondere
Oneratum, in obscuram recipi custodiam.
Et in cippo furibundus ptæcepit arctissimo

S. Petrus vinctus catenis truditur in carcerē.

Plantas

Plantas simul atque crura pretiosi martyris,
Nè abire præualeret,includendo comprimi.
Sed cùm essent isto modo separati martyres,
Celso missus visitator cæli venit culmine
Ad beatum Christi testem consolandum Angelus.
Qui dum sanctum inuenisset vitro superpositum
Marcellinum sine veste nudo vinctum corpore,
Christo Deo supplicantem,sicut erat solitus,
Soluit statim,& opertum indumentis proprijs
Quoquouersùm præcedentem se sequendum imperat,
Eò dicens perducendum,vbi Petrus fuerat.
Cumque esset illò ventum,verus Dei nuntius,
Petro statim absoluto,Marcellino præcipit,
Vt se ambo præcedentem sequerentur pariter.
Quem sequentes intrauerunt domum quandam subitò,
In qua erat congregatus Christianus populus,
Qui per ipsos ad diuinam doctrinam peruenerat,
Tum præcepit ille magnis Angelus martyribus,
Vt cateruam congregatam confirmare studeant
Per septena proximorum dierum volumina:
Ac tum demùm sæuienti se tyranno proferant,
Ostendantque parùm posse illius potentiam
Contra Dei continentis cuncta prouidentiam.
Tum sequenti luce iussit Iudex crudelissimus,
Vt ministri visitarent loca,quibus martyres
Clausos simul & ligatos custodiri iusserat.
Cumque ibi non repertos referentes dicerent,
Ire iussit,& adduci vnà cum Arthemio
Eius quoquè mulierem cognomento Candidam,
Atque natam eorundem,nuncupatam Virginem,
De qua Petrus exorcista dæmonem expulerat,
Et purgatam regi Christo credulam reddiderat.
Hos adductos ille truci intuitus oculo,
Dijs iussit,immò tetris vt litarent laruulis,
Atque sacram Christi fidem abnegando linquerent.
Et cùm nolle peruidisset imperata facere,
Iussit sæuus in ingenti ruderum congerie,
More pressi noxiorum,necarentur pariter.
Qui cùm vincti ducerentur viam per Aureliam,
Vident simul Marcellinum atque Petrum martyres,
Et cum eis multam valdè populi frequentiam.
Quibus visis,profugisse tremefactos asserunt,
Qui beatos confessores catenarum pondere
Prægrauatos ac depressos puniendos traxerant.
Quos vt pij fugientes turba vidit populi,
Præcurrendo festinauit præuenire pauidos:
Ac mulcere cor furentum verbis cœpit mitibus.
Sed non valens quod volebat pia plebs perficere,
Loco fixos retentauit,donèc Christi famulus
Marcellinus obtulisset salutarem hostiam.
Nam in specu,quo futura sperabatur passio,
Martyr Christi celebrauit Missarum solennia.
Quis completis,abscesserunt quos abire iusserat.
Tum conuersi Marcellinus atque Petrus martyres,
Ambo simul perfidorum alloquuntur populum,
Atque tali furibundos compellabant famine:
En vidistis quòd in nostra ditione fuerat,
Vt vos modo,quo vellemus,valeremus lædere,

Angelus soluit Marcellinũ & Petrũ, & educit è custodia.

Sententia in Arthemium & cõiugem ac filiã eius.

Missa celebrata à S. Marcellino in specu.

Et quos

Et quos vinctos tenebatis,vi ereptos tollere.
Sed hoc nolle Christiana fecit patientia,
Quam suorum ferendo famulorum sensibus,
Suo mites ac modestos Christus facit munere.
Et nunc quidem nos,superna suffragante gratia,
Hinc abire poteramus,si hoc ferret animus.
Vos contrà quid possitis, tandèm palàm dicite.
Tum frendentes ac frementes satanæ satellites,
Primò ipsum,quem trahebant,trucidant Arthemium,
Ense duro ferientes effecerunt martyrem:
Cuius neci coniunxerunt coniugem ac filiam.
Quas per cryptæ liminare præceps datos obruunt
Saxis simul atque magnis arenarum molibus.
Tum beatos assertores veritatis alligant
Marcellinum atque Petrum auidos martyrij:
Annectuntque catenatos arborum stipitibus,
Donèc tetro nuntiarent tormentorum arbitro,
Atque ipso comperirent decernente Iudice,
Quali morte magni forent consumendi martyres.
Qui dum cuncta cognouisset gesta,quæque iusserat,
Nigram iubet intra syluam sanctos duci martyres,
Et inibi capitalem capere sententiam.
Quò cùm eos deduxissent dæmonum satellites,
Illi læti & alacres,laudantesque Dominum,
Locum suæ passioni largiorem faciunt:
Nam & spinas atque vepres euellebant manibus
Ipsi suis,vt purgando terram puram redderent,
Sacrum erat quæ illorum exceptura sanguinem.
Tunc orantes,atque pacis sibi dantes osculum,
Genu flexo percussorem patienter perferunt,
Ac proiecta graui petunt cælum carnis sarcina.
Quorum ipse,qui eosdem magnos Christi martyres
Ferro iussus iugulauit,se vidisse fassus est
Carnis vinclis absolutos cuolâsse spiritus
Forma quasi virginali,tectos veste fulgida,
Auro quoquè radiantes ac gemmarum lumine,
Angelorum coruscantum circundatos agmine,
Lætabundos cum immensa lucis affluentia,
Supra cuncta penetrando celsa mundi sidera,
Subleuatos ad æterna cæli regna scandere.
Duæ quædam referuntur Romæ natæ fœminæ,
Vna dicta est Lucilla,Firminaque altera,
Veram puris retinentes Christi fidem cordibus.
Quæ propinquæ ter beati martyris Tiburtij,
Ad illius sacrosanctum assidentes tumulum,
Deo gratas vigilando ducebant excubias.
Quibus ipse cum beatis semet comitantibus
Marcellino atque Petro manifestè retulit
Per soporem, vbi sacra iacuissent corpora
Eorundem electorum: atque simul admonet,
Vt euntes absque mora,illa statim auferant,
Et in crypta suum prope curent corpus ponere.
Quæ præceptis obsequentes,Nigram syluam adeunt,
Sublatosque beatorum indè portant cineres,
Et in specu deponentes,iusso loco tumulant.
Quas ad ista peragenda adiuuisse referunt
Duos quosdam de sacratæ sedis Apostolicæ
Clericis,quos ordo sacer nominat Acolythos.

Arthemius decollatur.

Eius vxor & filia saxis obruuntur.

Marcellin⁹ & Petrus plectuntur capite.

S.Tiburtius cũ Marcellino & Petro appãret Lucillæ,&c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæc vt gesta referuntur, retulisse asserunt
Illumipsum, qui eosdem interemit martyres,
Et ab illo didicisse Damasum Pontificem,
Cùm ætate puerili per eadem tempora
Sub magistro ministraret, & ad magnum cresceret
Rerum culmen, tunc Romana Lector in Ecclesia.
Damasus Pontifex scripsit historiam Marcellini & Petri.
Post hæc cuncta memorâsse, ac mandâsse literis,
Cùm illius almæ Sedis obtineret apicem,
Et in tota principatu polleret Ecclesia.
Ille autem, qui beatos martyres percusserat,
Dorotheus cognomento, per diuinam gratiam
Ad baptismi sacramentum peruenisse dicitur:
Sacram Sedem tunc regente Iulio Pontifice,
Publicam simul puramque gessit pœnitentiam:
Atque morum probitate consequi promeruit
Sempiterni Saluatoris salutarem gratiam,
Per illorum, quos percussit, beatorum martyrum
Nunc & semper memorandam miram patientiam.
Qui de mundi triumphantes principe diabolo,
In supernis collocati semper gaudent sedibus
Coram Christo per æterna seculorum secula.

DE SANCTO MARTIALE EPISCOPO LEMOVICINENSI, VT HABETVR IN LIBRO DE GLORIA CONFESSORVM S. Gregorij Turonen. Episcopi cap. 27.

Iunij 3.

S. Martialis fit Episcopus.

GITVR sanctus Martialis Episcopus à Romanis missus Episcopis, in vrbe Lemouicina prædicare exortus est. Euersisque simulacrorum ritibus, repleta iam credulitate Dei vrbe, migrauit à seculo. Erant tunc temporis cum eo duo Presbyteri, quos secum ab Oriente adduxit in Gallias. Verùm vbi completi sunt dies eorum, vt & ipsi vocarentur de hoc seculo, coniunctis sarcophagis, in eadem crypta, in qua sanctus Episcopus, sunt sepulti: & vnus quidem parieti proximus, alter verò contiguus erat, super terram tamen vterque stabat, sed nõ poterat alteri propter illum, qui primus erat, honor impendi,

Eccé quomodo antiquitùs sancti honorabantur.

hoc est non ipsa palla expandi poterat, non lumen accendi. Quòd cùm incolæ loci molestè ferrent, quodam manè accedentes ad cryptam, inuenerunt sepulcra diuersis parietibus esse locata, & sic accessus liber ad vtrunque sepulcrum patuit.

VITA S. CLAVDII ARCHIEPISCOPI BISVNTINI, PER F. LAVR. SVRIVM MVTATO STYLO EX *quodam impresso codice descripta. Habetur etiam manuscripta, sed ea necdum e ruenit ad manus meas. Puto autem eandem esse, quæ etiam excusa habetur, licèt fortassis paulò copiosior sit.*

Iunij 6. Cap. 1.

BEATVS Claudius fertur originem duxisse ex illustribus linensium principum siue Palatinorum familia. Iste rentum suorum domo vsque ad septimum ætatis annum in Dei timore accuratè enutritus, posteà discendis literis admorus est, probatissimis traditus magistris: sub quibus ille non solùm disciplinas liberales breui perdidicit, sed etiam scripta diuina & sanctorum hominum res gestas sedulò perlegit. Erat enim in illa tenera ætate præclaro

Multũ in literis puer Claudius proficit.

ribus valdè addicto, ità vt nullum diem absque bonorum operũ studio præterlabi pateretur. Etsi autem ætate erat iuue-

iuuenis, attamen nihil in eius moribus aut factis puerile cernebatur. Nunquàm il- Maturitas morũ eius.
le choreis se admiscuit, nunquàm mundanis interfuit spectaculis: sed hominibus religiosis & honestis sese adiungens, de virtutum studijs & exercitijs suauia cum illis miscebat colloquia. Verba autem illius sapientiæ sale condita, vsque adeò rationi consentanea & grata fuêre, vt omnium in se studia & affectus prouocaret. Atque ità fiebat, vt etiam viri prouectæ ætatis & sapientes non mediocriter illũ amarent, tanquàm puerum sanctum & virtutum studiosum: alij vt affabilem, comem atque prudentem venerarentur. Homines improbos & scurrilitati deditos respuens, illorum consortia modis omnibus deuitabat. Fœminarum iuuencularũ adeò declinabat colloquia, vt nunquàm sine causa rationabili illis loqui voluerit: nec vnquàm in eo deprehensus fuit qualiscunque sermo vel opus nefarium, non risus inhonestus, non vlla animi leuitas aut dissolutio. Ante omnia autem templa frequentabat, Dominicis præsertim & festis diebus Missas & preces Canonicas siue horarias, sermonesque diuinos summa animi deuotione auscultabat.

Virat malorum consortia.

Cap. 2.

Crescente verò fama sanctitatis eius, cùm iam vicesimũ ætatis attigisset annum, contempta militia seculari, Bisuntinæ ecclesiæ factus est Canonicus. Itaque in dies seipso melior fieri studens, precibus Canonicis tum nocturnis, tum diurnis interfuit, libros scripturæ diuinæ diligenter euoluit, & omni ex parte, ceu verus Dei seruus, in eam curam sedulò incubuit, nè quid reprehensione dignum admitteret: atque ità tantùm breui temporis spatio, diuina illum adiuuante gratia, in sanctis operibus & sacra doctrina clarus euasit, vt in tota Burgũdionum ditione nullus ei par inueniretur. id quod perspici facilè potest ex editis ab illo lucubrationibus, q̃ vsq; in præsens in Iurensi monasterio asseruãtur. Quotidiè autẽ, demptis Dominicis & solennioribus diebus, nõ nisi semèl edebat. Crebrò noctes orando, legendo, meditando peruigil exegit. Castum & mundum ab omni inquinamento se seruabat. Venerique virtutum omnium tantus in illo cernebatur ornatus, vt iam verus monachus à cunctis haberetur. Anno autem duodecimo suscepti canonicatûs eius, præsul Bisuntinus cœpit aduersa laborare valetudine. Timẽs igitur beatissimus Claudius, nè, quod posteà tamen euenit, Episcopus illic crearetur, ad tempus indè recessit, atque ad parentes suos sese recepit. Humanissimè autem ab illis exceptus, aliquandiu apud illos sanctè & piè versatus est.

Cap. 3.

Vt se gesserit factus Canonicus.

Vestitus.

Eius ieiunia

Vigiliæ.

Interim memoratus antistes vitam cum morte commutauit, & inter clerum & populum Bisuntinum de substituendo ei successore non minima extitit dissensio, aliis hunc, aliis alium eligentibus. Tandèm vnanimes ad precandum Dominum se contulerunt, humique prostrati, cum lachrymis obnixè rogârũt, vt ob merita sanctissimæ matris suæ, & beati Iohannis Baptistæ patroni ipsorum, sanctorumque omnium clementer ipsis inspiraret, quisnam ecclesiæ Bisuntinæ pastor eligendus esset. Atque in his precibus illis perseuerantibus, vox cælitùs audita est, iubens eos omnes in eam cunt sententiam, vt Claudius sit Episcopus Bisuntinus: confestim mittunt honestiores è Clero & populo viros, qui eius consensum obtinere voluntati, Bisuntiũ ducitur, immò verò trahitur, Archiepiscopus consecratus à summo Pontifice eius electio canonica approbatur & confirmatur, anno à Christo nato sexcentesimo vicesimo sexto. Factus autem Archiepiscopus, eandem, quam priùs, humilitatem & morum grauitatem in omnibus semper seruauit, & vt fidelis seruus & prudens familiam Domini & creditas sibi ecclesias feruenti zelo gubernauit, causas & controuersias ecclesiasticas horis opportunis comiter & placidè audiuit, & ad ecclesiasticarum sanctionum præscriptum egregiè decidit. Nunquam ob quæuis tractanda negotia secularia, nisi euidens necessitas aliud postularet, ab ecclesia ijs horis abesse voluit, quibus diuina peragebantur officia. Crebrò visitabat diœcesis suæ ecclesias, & ceu bonus paterfamiliâs, iuxta Domini sententiam, de thesauro suo proferens noua & vetera, mellitissimis exhortationibus suis bonos & pios incitabat, vt ad meliora proficerent: lapsos verò & errantes solicitè admonebat, vt ad bonam sese frugem reciperent. erat enim sanè haud mediocriter literatus. Diuinæ contemplationi sedulus vacabat, atque interim spiritus eius mirum in modum eleuabatur. Nec tamen propter contemplationis, quæ Mariæ tri-

Creatur Episcopus Bisuntinus.

Qualis fuerit in Episcopatu.

Matth. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

buitur, otium, Marthæ laboriosum neglexit ministerium: immò verò septem misericordiæ exercendis operibus totis viribus incumbebat.

Cap. 4. Cùm autem annis septem eam gubernâsset ecclesiam, diuino cum amore magis ac magis perurgente, omnes mundi huius opes & pompas declinare cupiens, vt posset liberiùs diuinæ se contemplationi tradere, cūctis in sua diœcesi benè dispositis, Episcopatu se abdicauit, & ab Angelo admonitus, ad monasterium S. Eugendi, quod etiam Iurense dicitur, in Bisuntinę diœcesis confinio situm se contulit, atque illic habitum & institutum S. Benedicti complexus est. Tantæ verò sanctitatis & perfectionis fuit, vt omnium quæ in mundo sunt, oblitus, solo omnipotentis Dei flagraret amore. Vigilabat in precibus, assiduus erat in ieiunijs, diligentem nauabat operam sacris lectionibus & meditationibus, & vt canon monasticus docet, verum & strenuum sese monachū exhibebat. Ad diuina celebranda officia omnes ipse templi ingressu anteuertebat, postremus omnium é templo recedebat. Atque hac ratione adeò cunctos ad monasticæ perfectionis prouocabat studium, vt Iniuriosus, eius monasterij tunc Abbas, vir sanè eximia tum sanctitate tum prudentia, cum multa humilitate & instantia monasterium illud regendū ei obtulerit: quod tamen vir sanctus modestissimè recusauit. At tamen post annos quinque Iniurioso Abbate cum magna meritorum copia ad Dominum migrāte, venerabiles eiusdem cœnobij patres illum vnanimiter elegerunt sibi Abbatem, quibus ægrè tandem assensus est. Ità Claudius quantò se in hoc mundo plùs abijcere voluit, tanto digniorem se & apud Deum & homines, qui exaltaretur, effecit. Quod quidē non absque diuina dispensatione ità euenisse existimatur, vt loco illi, in quo multi floruêre sanctitate conspicui viri, etiam sanctissimus Archiepiscopus adiungeretur, atque indè locus ipse insignior redderetur.

Relicto Episcopatu fit monachus.

Fit Abbas, licèt inuitus.

Cap. 5. Porrò autem complures ad beatum virum confluxêre non modò clerici, sed etiā nobiles & ciues, sanctitatis eius fama illecti, instanter ab illo monasticum habitum experentes. Quos ille absque personarū acceptione haud difficulter admittebat, & ad perfectionis capessenda fastigia summoperè prouehebat. Cuiusmodi autem filios spirituales illic enutrierit, id nostram excedit dicendi facultatem: potest autem, quisquis eum inuisit locum sanctum, facilè id colligere ex multitudine sanctorum corporum, quæ illic veneration habentur. Multas verò etiam temporales possessiones, quibus famuli Dei sustentarentur, obtinuit conuenienter illi Christi promissioni, Omnis qui reliquerit domum, aut agros propter me, &c. centuplum accipiet. Dabantur enim ei à fidelibus regibus & principibus: in quibus Clodoueus rex, qui tum Francię tenebat gubernacula, monasterio eius annuos largitus est modios tritici quinquaginta, & hordei totidem, itemque quinquaginta denariorum argenti libras annuas. Pauperibus Christi vir beatus, itemque superuenientibus hospitibus omnem humanitatem præstandis eleemosynis exhibuit. Ornamenta ecclesiæ, libros, calices, cruces, candelabra aurea & argentea, pannos sericos, & alia ad diuinum cultum pertinentia egregiè augmentauit, Sanctorum reliquias in thecis pretiosissimis reuerenter reposuit, monasterij domos & structuras ità vt decuit instaurauit.

Marth. 19. Multa donantur eius monasterio

Cap. 6. Anno autem quarto Childeberti regis Frācorum, cùm iam Claudius pater sanctissimus annis quinquaginta seruis Christi in hoc monasterio cum multa laude præfuisset, senex admodùm & plenus dierum, toris visceribus Dominū suspirans, leui quodam morbo correptus est. Sciens ergò obitūs sui tempus imminere, tertio die iussit conuocari fratres omnes monasterij, ad eosque præsentes luculentum sermonem habuit, blandisque eos exhortationibus instituit, vt nunquam quicquam diuino amori anteponerent, cuncta mundi huius oblectamenta, desiderio & amore æternorum planè contemnerent, nec quicquam abitionem dolerent. Cumque eos cerneret vbertim ab oculis lachrymarum riuulos fundere, motus misericordia, qua multa semper præditus fuit, accepta ab omnibus pace, ad cellulas eos remisit, totamque sequentem noctem precibus exegit. Quarto verò die in oratorium veniens, sacramentum pœnitentiæ & sacrosanctum Christi corpus magno lachrymarum perfusus imbre singulari deuotione percepit. Atque indè ad cellam suam reductus, corpus suum non alibì quàm in monasterio ob eximia tandas mundi pompas sepeliri iussit. Indè quinto die circa horam diei nonam, incumbens in scamnum, in quo legens aut orans sedere vel stare consueuerat, ea

Sub obitum munit se Sacramentis Ecclesiæ.

ctis sursùm brachijs, iunctis manibus, oculis in cælum defixis, sanctissimā animam reddidit creatori. Eius corpus vsque in præsens in illa S. Eugendi ecclesia cunctis aduentantibus incorruptum & integrum monstratur, innumeris miraculis coruscans. Festum eius celebratur octauo Idus Iunij.

Abit ad Dominum.

HISTORIA INVENTIONIS S. MAVRINI ABBATIS ET MARTYRIS, AVTHORE STEPHANO, QVI

eam scripsit iubente Christiano Abbate, circa annum Domini 990.

Nos capita margini adiecimus.

PROLOGVS.

DOmino Christiano Stephanus exiguus. Imponis pater mihi, quod ferre non possunt humeri. Maurinum præcipis laudare, & ciius opera stylo dare: quorum vnum officium est angelorum, alterum hominum sapientissimorum. Si martyr inuictus, in ore & mente bonorum omnium scriptus, literas desiderat, habet Colonia Agrippina, secunda (si dignatur dici) Roma, suos Gregorios, habet Hieronymos, quos supernæ ciuitatis decet scribe-re consules. Sunt nihilominùs sub alis tuis educati non pauci, qui indeficientem Nilum viderunt & biberunt, seque huic operi pares ostentant. Quid ergò mihi in fylnam ferre ligna? Bruno ille nobilis, filius columbæ, sacrarium sapientiæ, te inuenit, in quo complacuit animæ suæ. Compertum quātum præstitistis seculo, chari inuicem & noti, & in verbis prudentiæ fæpè admirati. Tui ergo & prædictorum officij est cælitum merita tractare, quibus inuidiam promereri est facile, nisi fortè admirabili sapientia animi tui hoc Maurino miraculum addere decreuisti, vt ei hominis organo iumentum Balaam deseruiat. Pareo hac conditione interposita, vt supremam manum imponas operi, & titulum tuo dedices nomini.

Colonia Agrippina, altera Roma.

HISTORIA.

SVMMA & vel vnica salus est ægris mortalibus, quòd electos suos ità Christus cælis diuisit & terris, vt spiritus cælesti habitatione dignos superis admitteret, & terræ terrena permitteret. Non enim beatorum spiritus sui hominis penitùs deserunt exuuias, arma scilicet suæ militiæ, in quibus de antiquo triumphauerunt serpente. Isti etenim, isti sunt inclyti propugnatores tui ó redempta Christi cruore Ecclesia: isti stant pro filijs tuis, nè eos barathro oris absorbeant toto aëre vagantes spirituum corruptores. Quandò enim per te armatis dolo & igni resisteres aduersarijs, quæ in propria carne ægrè imperiegis? Sed emeriti testes Christi, angelorum ciues, immò consules pro meritis reos Deo conciliant, orbem portant, tartara spoliant, vt angelorum numerum expleant, & muros Hierusalem extruāt. Hoc indefessè Iohannes Ephesi, hoc Andreas, hoc protomartyr Stephanus Byzantij, hoc Petrus & Paulus Romæ, & in toto terrarum orbe, hoc singuli Sanctorum in sua sorte gratum Deo sacrificium faciunt.

10. Iunij, Cap. 1.

Sancti in cęlis, Ecclesiæ propugnatores.

Habemus & nos in oculis huius rei testem idoneum Maurinum, Deo & Angelorum, cuius hodiè passio cælos glorioso martyrio ornat, & reis veniam donat. Qui sub signis fidei ad sanguinem vsque deuotus, in die sui certaminis nil mirabilis egit martyribus: qui caput draconis antiqui & nequitiæ eius satellites decios dettiuerunt & Nerones. Egregia nanque vicissitudine mortuo pro se Domino mortis triumphum obtulit, purpuratusque proprij sanguinis ostro, stolam sibi dealbauit in sanguine Agni. In cuius nunc comitatu quocunquè ierit sequitur, securus sui suis prouentum poscit salutis. Huius gratuita Deus clementia nobis causidici scutum obtendit, huius nos pretiosissimis membrorum gemmis decorauit. Nisi multùm nos abijcimus, semper eum nobis præsentem sperare debe-

Cap. 2. Maurinus martyr.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus,sed præsertim in hac die solennitatis & lætitiæ suæ. Hanc, inquam, diem lætitiæ eius dixerim, in qua familiariùs regi suo dux magnanimus militare cœpit, mutato militari cingulo, non depositō. Digna, domini mei, laude hanc diem iā cremus, & prono vtriusque hominis obsequio honoremus. Egregium nobis sit Angelorum participari officio. Eis de nostri hodiè patroni gloria gratulantibus gaudia nostra conferamus, immò gaudia eorum geminare ambiamus, & de peccatorum nostrorum tumulis resurgamus. Quodam modo enim de sepulcris vitiorum resurgimus,cùm Deum manibus exquirimus,& Sanctorum laudibus anā-
Psal.150. mum intendimus.Hinc per Dauid familiare sibi organum spiritussanctus, Laudate,inquit, Dominum in sanctis eius.Et in his quoquè mundalibus regnis quem ge-
ges sua dignantur amicitia, si quod in spem gratię suorum principum militauerit bellum,nostis quanta dulcedo,quanta regum super eo sit oblectatio audire quantus in clypeum assurgat, quanta vi torqueat hastam,& quanto ipsius vitæ periculo caput obiectet gladio.

Cap.3. for. *athletæ — In gloriam ergo Maurini nobilissimi *agonothetæ & victoriosissimi, aliquid & nos resonemus dulce Deo,gratum cælo. Sed cinis & puluis quid feret dignum amico Dei excelsi, cui hymnidici superorum famulantur chori? Parum est, si cum fortiter Dominica bella bellâsse dicimus. Victoria illustris S. Maurini. Ter enim quaterquè victor exstit, qui non modò cum purpureis tyrannis in lites erupit, sed seculo altior, in ipsum huius mundi principem, in ipsum, vt sic dictum sit, gigantem cælis bella minitantem giganteo robore arma commouit, vitam morte possēdit, mortuus palmam & spolia de hoste tulit. Parum est, si in eo patritij sanguinis stemma recensemus. Maior ei nobilitas est, confratrem esse martyrum, cohæredem Apostolorum & socium Angelorum. Quòd si de vitæ eius merito agitur, inferius erit quodcunque dici poterit: nisi quòd verè probatur glorioſus Dei amicus & pretiosissimus filius. Et quia conducit filio similari ad patrem, pijssimus Dominus natiuæ pietatis suum Maurinum ornauit insigni. In quo quisquis spem suam constituit, nouit totus quantæ misericordiæ balsāmis affluat, nouit quàm præsens exauditor, quàm propitius sit interuentor: horumque attestatione quanti stet altissimo facilè cognitum est. Verùm taceat interim lingua carnis super-
Esa.64. cælestem gloriam martyris, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit: & saltem qualiter inuentum sit eius sacratissimum corpus diei gaudio ad memoriam renouemus.

Cap.4. legendum puto *latitauit — Peracto beato agonis sui triumpho, egregius Dei athleta Maurinus, locus rumuli cælo tantùm notus, & Angelici tantùm obsequij reuerentia veneratus, *habitauit vsque ad incarnati Verbi annum nongentesimum sexagesimumsextum, agente tum in sceptris diuo Othone,primo Othone. Cesserat ab hine anno humanis officijs eiusdem principis diuus frater Bruno archos antistes,& murata vita, Christorum Domini ante Deum captabat præmia. Qui corpore extra mu-
Vrbis Colonięnsis,dicit. MS. codex habet * ordinabat. — ros vrbis secundùm desiderium cordis sui reconditus in oratoriolo sanctorum Pantaleonis,Cosmæ & Damiani, locum quem viuens coluit,mortuus * ornabat. Erat autem oratoriolum pro tenera nouellæ conuersationis infantia angustum, & magnis meritis magni præsulis impar. Ruit ergò solo tenus pijssimo diuinæ potentiæ effectu sine inhabitantium diserimine,sine familiaris rei damno, & sui ruina occasionem editioris fabricæ præbuit. Cæli quoquè inopinatas dederunt copias, prouenturo operi thesaurum inexhaustum, gemmam diadematis Domini, curam sui & Angelici populi. Nam quia non potuit latere sub modio lucerna ardens coram Domino,dum ponendo fundamento terra effoditur, loculus (gloria tibi Christe)Maurini martyris inuenitur,qui Brunoni manum conferret, & altero latere Pantaleoni adstaret.* Folcmarus ergo dignus Deo digni Brunonis
*Volmarus — sacerdotio successor, vocatus adfuit cælestis doni arbiter, & cælestium exequiarum minister. Ac primò peruidetur lapis loculum claudens, inscriptus mar-
Inuenitur loculum S. Maurini. — ris nomine, & officio, & martyrij eius die & loco, Hìc requiescunt ossā bonæ memoriæ Maurini Abbatis, qui in atrio ecclesiæ martyrium pertulit sub die quarto Idus Iunij.

Cap.5. — Amoto lapide, lignea ferro euincta inuenitur arcula,carie indicans priscæ posionis tempora.Tota omnibus portis ciuitas ad spectaculū illud Angelicum non potest dici quàm pio ruit affectu:Clerus & sanctimonialium se dedit chorus. Sæcularium

stæ autem memoriæ antistes, cùm reuerentiæ obsequia & orationum prælibāsset solennia,spe & sancto plenus timore reliquias virtutum & medelæ scias detexit,& obsenso in terris Angelorum ciue,populū Dei gaudio & gaudij lachrymis satiauit. Renouantur antiqua miracula,hauritur odor,quo electos suos Dominus testatur. Putares balsamis venerāda ossa fluere. Vincitur sermo miraculo: minus est omne quod dico: sed quia hodierna agitis gaudia, inæternùm eadem vos satiari continget fragrantia. Iam verò quis non dicam expediet, sed dignè miretur ipsorum pulchram gloriam ossium? Pulchro nanq; corporis indumēto,quanta sit spiritūs pulchritudo & mūditia,compertum est. Videres brachia nora ferri inscripta, videres ossa passionis grandine quassa, & in toto corpore militaris animi cerneres signa. Velent ducum aut regum cadauera byssus lilijs,aut purpura contendens violis,aut detorti pondera auri. Quid sunt autem hæc ad Maurini collata gloriam? Byssus & purpura, vermium est esca: Maurini cicatrices & vulnera sunt immortalitatis signa.

Reliqæ virtutū & medelæ sciæ, velsciētes.

Cap.6. — Hic quædam Reginildis nomine sanctimonialis fœmina, cum Maria Magdalena prima ad sepulcrum respecta,viuentem spiritum in mortuis ossibus inuenit & nunciauit.Hæc in monasterio ancillarum Christi extra vrbis muros sito,merito & officio nota,diutino capitis incommodo auditūs munere cassata est, simul & oculorum lumine penè priuata. Circa quam cùm omnia medicorum defecissent adutoria,se desperatione recuperandi, sociasque mœroris habitu offudit. Iam fermè bimus situ inualuit dolor,& vt dicitur,iuxta statū capitis,status totius erat corporis. Quanuis autem esset destituta viribus corporis, imbecillos sustentacula artus, mediam se populi,baculo sancti desiderij præuio,ad Sancti vsque bustum iniecit se humi,tacitas preces cælo fudit,& martyri libam fecit * lumine cerei.Cumq; quem mente videbat, carnis oculis, quos penè amiserat, intueri desideraret,& caput in loculo martyris reclinaret,vtriusque auris meatus sanguine fluxit,& fidei pretio visus & auditus munia redemit,incolumisque officio quod agebatur iubilauit,& quotquot angelico illi spectaculo intererant,in fide subrexit.

*flagrans lumine fidei. Sanatur surda & penè cæca.

Cap.7. — Sanctæ autem memoriæ Gero, pòst datus Episcopus dignus Deo, secundo loco beati martyris meritum agnouit & prædicauit. Cùm enim adstante Folcmaro præsule,delectæ secundi ordinis personæ pretiosas sancti corporis margaritas,vino ex ore,& egregiè audax,vno martyrē dente mutilauit. Mira dicturus sum. Mox in ipsa deuotione baptizatas,nouo ordinarent repositorio, officiosa se sedulitate admanu rapti teste pœnas dedit,& inuisibili igne non ardens arsit. Agnouit eruditus animus cælestem animaduersionem,quam solus sensit,sed videre ipse non potuit. Quid ageret? Libenter pignus retineret,sed pœnam sustinens,etiam animo maiorum expectatione fortiùs, nisi reddidisset, torquebatur. Deducuntur interìm pignora Sancti,comitante populo arcam Domini,in voce exultationis & confessionis epulante. Præerat tunc monasterio sanctæ Mariæ Dominæ nostræ, quod dicitur nouum, venerabilis Vuoluereda, virginum Dei mater & Abbatissa, quæ huic spectaculo intererat, & psalmorum cantica in codice recitabat. Hanc Gero accitis,& cum reuerentia in libro sanctum dentem deposuit. complacuitque martyri ea pelis tractari,huiusque rei pretium esse,à gehenna liberari. Posita sunt autem posuisse & passionem: demonstrâstiq; Iesu bone, quanta martyrem tuum diligenobito fidelium honore ossa beatissimi Maurini in oratorio sancti Benedicti sub die tertio Idus Octobris.

Nota rem miram.

Miraculum

Magnis maiora,glorioſis succedunt glorioſiora. Thiedo pòst datus Episcopus, in monasterio S.Scuerini custodis officium administrabat. Is nō dissimili deotionis affectu de sancti martyris quod occurrit, latenter tulit, sibi suisque domi futurum. Cùm iam nox esset,in familiarlori loco posuit.Eccè in diluculū cùm locus ipse,tum proxima quæque tantæ suauitatis completa sunt fragrantia, vt cuncta cælos eam distillâsse gloriam. Res noua, miraculum illustre. Ingredientes cælesti communicantur beneficio, sed latet causa. Quod in Maurino Deus operatur, sentitur, nil tamen ipsius ibi scitur. Libet & hìc paululum immorari, & in miraculo aliud miraculum demirari. Vsum hìc cum naturā odor perdidit. Nam cùm subitò processerit, post duas aut tres horas more soito non recessit, nec cum integro die ætatem æquauit: sed ferè septem solibus

Cap.8. Nota,monasterij S. Scuerini. Odor suauissimus ex reliquijs S. Maurini.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sine exemplo senuit. De agris, de plateis curritur, irruit alter post alterum, facturi quique per seipsos insolitæ nouitatis fidem. Rumor & odor vero nituntur, causa neque etiam opinatur. Datur tandem gloria Deo, gloria martyri. Res nanque nobilior de commisso redditur, Thiedo aperuit verbum emissum patri monasterij, in cuius tuitione est martyr: alter post alterum, quisq; notum quasi nouum nuntiat. Is sicut est diuini timoris & amoris apprimè scientia eruditus, sciens qa omnia
Psal.134. quæcunque voluit Dominus fecit, animum fidei dedit, & totius animi organis alleluia sonuit. Placuit tamen ei duos suæ congregationis fratres mittere, quatenus & eos in cultum Sancti excitaret, & filiorum relatione suum suorumque animos indulcaret. Profecti ergò, non solùm vt dicta eis sunt inuenerũt, sed secum fratri-
for. * affectos bus non modicas odoris detulêre reliquias. Putares ipsos * affectus, & secum quoquò ibant circunferre aromata. Venerabilis autem monasterij rector magnitudine gaudij & dulcedine animi demùm attractus descendit, diuino animum nectare pauit, & grata vicissitudine thura laudis Deo litauit. Folcmarus quoquè reuerendus antistes & ipse aduenies rumorem auxit, & honorem ampliauit. Sanctas nadque cum suo odore reliquias in altario beati Seuerini locauit, & iunctos in cælo, terris sociauit.

Cap.9. Sactatissima Paschatis solennitas. In semetipso quoquè idem antistes expertus est, quanti sit apud Deum meriti Maurinus emeritus miles. Superueniente nanque sacratissima Paschalis gaudij solennitate, vehementi oculorum dolore cœpit fatigari. Vir autem venerandus flagello diuinæ admonitionis æquo quidem animo membra substrauit, sed mœrore ampliùs deficiebat, nè fortè nobilis Colonia sine Episcopali officio sanctum peragere t Pascha. Quinta autem feria, quam indulgentiæ diem nominant, vix magno imbecilli hominis & deuoti animi conflictu pontificalia administrauit, & vsq; ad lectum langvor inualuit. Sed dum Maurinum animo reducit, consilium prudenuit, cui languoris sui inclementiam paucis aperuit: Semper quidem, inquit, Christiani animo diuina desideranda est correptio, quæ semper filijs fit in salutem. Cauro enim attrita conscientiam purgat, spiritum emaculat. Eccè deuotus porro flagellum, quod misit Dominus: sed vides quãtus populosæ ciuitatis in ecclesia concursus, vides quantus de remotissimis etiam regionibus festiuitate inuitante confluxerit populus: quos omnes in iudicium mei sine fructu laboris, sine exhortatione sermonis, sine viatico benedictionis in sua dimitto. Nascitur tamen mihi quę
Vide qd maiores nostri senserint de Sanctorum reliquijs. dam securitas, quòd si quid de memoria sancti Maurini ad me delatũ fuerit, mihi quoquè quam omnibus impendit, misericordiam non denegabit. Tum discessum est. Die autem facto, qui Dominica passione colebatur illustris, dentem beati martyris ægrotanti præfatus Abbas ad lectum mittit Antistitis. Comitatur sanctum pignus cælestis medelæ munus. Nuntiatis enim monachis, assurgit sacerdos veniens in suo pignore martyri, quasi audiens: Surge & ambula. Depressis alta reuerentia
Matth.9. Illustre miraculum. luminibus dentem admouit, & quod mulier euangelica tactu fimbriarum Domini accepit, se accepisse exultauit. Subitò enim dolor omnis fugiebat, ante Sanctum stare non poterat. Sic inclyte martyr, ecclesię Episcopum perdonâsti, & regis cunditate festi præsul verbum faceret, sermonis ductu ad salutis suæ migrauit auspicem. Stupentibus cunctis, quibusdam verò gaudentibus, Maurinum verè sanctum, Deo chatum, quæcunque voluerit impetrare à Deo compotem libera voce pronuntiauit: morbi sui inclementiam, sed in aduentu Sancti subitam edocet egam. Pontificali deindè statuit edicto, vt dies passionis eius honorabilis celebque inter nobiles anni festiuitates numeretur. Similitudo autem quædam animi Thomæ sanctissimi Meginhero cuidam nomine & officio noto obortæ, quòd scilicet martyr & nomine esset obscurus, & excepto epitaphij verbo, scripræ testimonio careret. Pontifex autem testis sui sententiam fixit, quique dentem sanctum curatorem suum dum aduixit ità coluit, vt in modico pignore totum martyrem habere confideret.

Cap.10. Obserua priscũ morem Dei ità auertendi. Intereà siccitatis flagello vniuersa laborabat regio. Ad nota ergò præsidia sancta confugit Colonia, precibusq; & sacrificijs instabat iniqui sereni redimere malitiam. Procedebant litaniæ, exibat clerus, prodibat sanctimonialiũ chorus, & longa populorum examina sanctæ Crucis vexilla & sanctorum martyrum deducebant

suffragia. Sed diuina sententia, fortè quia fidem & patientiam in populo suo quæsiuit, spario duorum ferè mẽsium pluuiam suspendit. Erat autem videre mori pro ventura spe anni. Squalebant arua puluere, & flaui sulci ad aquas hiabant. Superueniente autem sacratissima beati Maurini passionis die, ecclesiæ beatæ memoriæ Dei genitricis & semper virginis, & sanctissimi cælorum clauigeri senatorius clerus, & diuersæ conditionis populus duce Meginhero (Nam Episcopus aberat) ad memoriam Sancti cum litanijs descendit. Deniquè promptus iam dubium ponere animum, pro angustia temporis idem Meginherus ad martyrium populo Missas facit. Ventum est ad sermonis sui ordinem, conuenientia pro tribulatione dicta sunt. Cumque sermonis virtute cor populi erigeret, hæc ità subintulit: Eccè, inquit, misericordia Dominus verbum in terra, quod non viderunt patres nostri. Eccè enim populosa ciuitas iterùm atque iterùm ad deprecandam faciem Domini mittit senes & iuuenes, mittit pueros & virgines, cœtusq; infantium & lactentiũ nitidos, omnem clerum & vniuersum populum, & non est qui exaudiatur. Et quæ est sub nostro sole ciuitas, hac nostra locupletior Sanctorum? Vbi Apostolorũ patrocinia sic præsentia? Vbi tot in vnis cubilibus martyrum millia, & tot aurea virginum agmina? Vbi sic præsentes confessores & episcopi, qui genuerunt hunc populum Domini? Apud quos rugiebant dæmones, quorum præsentiam portare non poterant, nos pro anima & patria supplicãtes audire dissimulant. Sitit dura tellus, languet omnis regio, & iuxta Hieremiam nõ recordatur Dominus scabelli pedum suorum in ira furoris sui. O inclyta Domini castra, armate animos perseuerantia, & experimini virum facere clauso cælo. Erigere in fide miles Dei, & nubem nè transeat oratio opposita, vel Maurino scinde patrono. Si hunc Dominus fatiscenti reuelauit subsidium seculo, donèc hodiè hanc nobis quidem misericordiam, martyri autem suo gloriam, vt sicut hodiè pro se hic martyr sanguinẽ suum fudit, ità pro eo terris benedictionem pluuiæ Dominus fundat. Dixit, & salutarem hostiam immolatum ascendit. Et eccè in serenissimo aëre Elias noster nubila contraxit, tonitru omne cęlum mugijt, sicque largissimam pluuiam dedit, vt per aliquot horarum spatiũ, qui conuenerant extra locũ exire non possent. Sicq; vnius dubitatione salus facta est patriæ. Mira dicturus sum: Multis posteà annis iussi sunt cæli legẽ pati, & annuum curſum obseruare huius diei, vt annua pluuia hoc tanti beneficiũ signi ad memoriam æterna misericordia dicimus liberalem.

Quia cœpi, loquar opera Domini. Puero cuidã morbus, quem dicunt varicum, denia visum caligine obnubit, & oculorum munus extinxit. Fluxerat decem annorum orbita, cùm quadam die data manu puellæ, quæ ei dux erat & oculus, ad memoriam sancti Maurini peruenit. Aliquandiù oratum est. Tum puella, quæ orbatum, vt dictum est, gressus regebat, humi fusum tetigit, surgat & abeat præcipit. Tu, inquit ille, abeas, viam quam volueris carpas: mihi opitulatione huius pijssimi patroni oculi familiarissimi viæ collati sunt duces. Surgens autem, ex scissione caligis genas gutta sanguinis apparuit cruentatus, videntes videns, & viæ ducem vltebris & affines gaudio, & totam ciuitatem miraculo, & martyris compleuit prætonio.

Thecusburg nomen est ville. Hìc ante aliquot annos inguinaria Dei permissu debaechata est pestis, & non paucos inopina morte soporauit. Inter alios presbyterũ ecclesiæ prouisorem morbus inuadit, qui hoc consilio mortem distulit. Qui se familiarius curabant, rogat vt amicorum & parentum subuectione Coloniam veniat, ad memoriam, inquit, martyris, qui ibi recèns reuelatus, signorum virtute coruscat. Visa sunt verba hæc amentis & deliri, quia toto ferè homine mortuum arrendebant. Cumque ante oculos & eius vires, & vsitata subindè tum subtractorum ab hac luce ponerent exempla, quasi in sepulcro eum videbant. Is autẽ confortatus fide, de lecto se super baculum dedit, & stupentibus cunctis pedem trahere post pedem tentabat. Euidẽter hìc enituit, quia sicut Agnus vbiquè est, ità & qui Agnum quocunquè ierit sequuntur, vbi fideliter inuocati opitulatione præsentes sunt. Nam qui de lecto ferè mortuus descẽdit, mox ad quem tendit sibi adesse martyrem sentit: quoque vlteriùs processit, eò ampliùs viribus valuit. Et sicut ignis ferore ampliùs calescit, qui vicinus accedit: ità dum ciuitati appropiat, clementiùs ægro-

Colonia Sãctorum reliquijs egregiè instructa.

Threu.2.

Præclarum miraculum.

Sanctus pluuialis.

Cap.11.

Cæcus recipit lumen.

Cap.12.

Martyres vbiquè opitulatione præsentes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Insigne miraculum.

ægrotat. Vbì autem ad memoriam Sancti ventum & oratum est, & sibi & omnibus in præfata villa eodem morbo laborantibus, integerrimam sanitatem fidei auro obtinuit.

Cap.13.

Longum est ire per singula, quomodò virtutibus iustus vt palma floreat. Sed cè dum qui propè & qui longè sunt, inter nos fontem salutis hauriunt, timeamus nè nobis sit iudicio, si medicum habentes ægrotamus. Loco patris & medici nobis Dominus Maurinum suum perdonauit filium, quem sibi genuit sponsa formosa sua, columba sua, quam sibi vitæ pretio redemit, & in sanguine suo lauit. Si lepra conscientiæ prurit animus, si cælum libero intuitu non respicit oculus, si in via iustitiæ cursum stupens impedit neruus, si auaritia venarum fila contrahit in manibus, à patre medico filius medelam paruo mereberis. Immò tum filius eris, si mederi quæsieris. Nunquàm duro vsus est cauterio. Imperio morbos exturbat, vnica oratione lauat, meritis fata sanat. Cum Elia clausum cælũ in pluuias soluit, cum

Matth.9. Act 5.

Eliseo ignem cælo demittit, sed mitior extinguit. Sicut ipse prophetarum Dominus fimbrijs, sic iste languores pellit reliquijs. Petrus in plateis eiectos vmbra sui tat: Maurinus longè positum tenui famæ aura de lecto desperatum in viam salutis excitat. Cum Paulo cæcos lumine vestit, cum Stephano ad tumulum surdorũ aures aperit. Non longum est, quod dico. Geronem quendam sacerdotio & officio

Aliud miraculũ haud vulgare.

clarum ità grauissimus languor perculit, vt vita in confinio mortis palpitaret. Iam ei pollices, iam lingua ligabatur, cùm puerum cum argento ad nostrum medicum mittit, & vt pro se celeriter & fideliter faciat membris morientibus exposcit. Iste redijt, & dominum paulò antè cum morte agentem, in lecto residentem inuenit & comedentem.

Cap.14. Apoc.14.

Hic & item ei similes medici præcantare animas nouerunt, nè iuxta Iohannem, diuini pectoris potatorem, calicem iræ Dei bibant, vt crucientur igne & sulphure in conspectu Angelorum sanctorũ, & in conspectu Agni: & fumus tormentorum ascendat in secula seculorum. Hæc hodiè Maurinus securus cuasit, & in superna ciuitatem laureatus intrauit. In ciuitate autem patris debentur filijs iura hæreditatis. Agè ergo nunc pater inclyte, pater pie, age cum iudicibus seculi causas nostras: vt & in terris dignè te veneremur, & ibi quãdoquè desideratam tuam faciem contemplemur, vbi epularis & cum Angelis delectaris gloria & adspectu Agni, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

VITA B. PARISII BONONIENSIS, EX LIBRIS IACOBI DE VORAGINE SVMMATIM EXCERPTA

à doctiss. viro Carolo Sigonio, iussu amplissimi Cardinalis Gabrielis Paleoti, Episcopi Bononiensis, qui eam misit ad me.

Iunij 11. Parisij patria.

BEATVS Parisius Bononiæ in Italia natus est circa annum salutis millesimum cẽtesimum quinquagesimum. Is cùm iam indè à primis annis magna singularis & integritæ cuiusdam in illa ætate probitatis ac sanctitatis argumenta dedisset, postquàm sese corroborauit, eodem ferè religionis studio sic exarsit, vt seculo relicto, Camaldulensibus adscribi se cœnobitis voluerit. Ibi verò cum

Fit monachus Camaldulen.

per annos aliquot ità vixisset, vt non dubiam omnibus summæ temperantiæ, eximiq; castitatis, omnisq; demonasticæ moderationis opinionem attulisset, visus

Præficitur monachabus.

cœnobij præfectis idoneus, qui sacerdotis officio, quod Capellanum appellant, monachas S. Christinæ Taruisij gubernaret. Quam curam libenter ille obedientiæ Christianæ causa suscepit, ac munus illud plurimos annos maxima cum suî laude administrauit, vita assiduè in ieiunijs, vigilijs, diuinis precationibus, corporis afflictionibus, & manuũ operibus sine vlla omninò hominum obtrectatione, aut virginum ipsarum querela traducta.

Valdè grandæuus decedit.

Quin etiam in eo officio iam effœtis corporis viribus, vt qui annos circiter septuagintum sexdecim ageret, expirauit, cùm annus salutis ageretur millesimus ducentesimus sexagesimus septimus, tertio Idus Iunias. Cæterùm cùm & viuens & mortuus aliquot

aliquot miraculis editis, hominum in se oculos conuertisset, Albertus Episcopus Taruisinus, homo grauissimus, faciendum sibi esse putauit, vt vitam eius, certis adhibitis de more Ecclesiæ testibus, exploraret: atque constanti eorum testimonio cognitum est, superiorem omnem longissimæ illius vitæ consuetudinem morti sanctissimè obitæ, & multis signis illustratæ, facilimè respondisse.

VITA GERARDI MONACHI, FRATRIS D. BERNARDI ABBATIS CLARAVALLENSIS, PER *eundem scripta, Sermone xxvj. in Cantica Canticorum.*

Nos capita ad marginem addidimus.

Iunij 13. Cap.1.

VOVSQVE dissimulo, & ignis quem intra me ipsum abscondo, triste pectus adurit, interiora depascitur? Clausus latiùs serpit, sæuit acriùs. Quid mihi & cantico huic, qui in amaritudine sum? Vis doloris abducit intentionem, & indignatio Domini ebibit spiritum meum. Subtracto siquidem illo per quem mea in Domino studia vtcunquè libera esse solebant, simul & cor meum dereliquit me. Sed feci vim animo, ac dissimulaui vsque huc, nè affectus fidem vincere videretur. Deniquè plorantibus alijs ego (vt aduertere potuistis) siccis oculis secutus sum inuisum funus, siccis oculis steti ad tumulum quousquè cuncta peracta sunt exequiarum solennia. Indutus sacerdotalibus, solitas in cum orationes proprio ore compleui, terram meis manibus eo more iecci super dilecti corpus terram mox futurum. Qui me intuebantur, flebant, & mirabantur quòd non flerem ipse: cùm non illum quidem, sed me potiùs qui illum amisissem, omnes miserarentur. Cuius enim vel ferreum pectus super me ibi non moueretur, quem videret Gerardo superstitem? Commune damnum: sed præ meo non reputabatur infortunio. At ego quibus poteram viribus fidei, rationabar affectui, nitens vel inuitus non moueri frustrà addictione naturæ, vniuersalis debito, conditionis vsu, potentis iussu, iudicio iusti, flagello terribilis, Domini voluntate. Pro huiusmodi semper extunc & deincèps exegi à memetipso non indulgere multo fletui, multùm tamen turbatus & mœstus. Nec potui imperare lachrymæ: sed vt scriptum est, Turbatus sum, & non sum locutus. At suppressus dolor altiùs introrsùm radicauit, eo (vt sentio) acerbior factus, quòd non est exire permissus. Fateor, victus sum. Exeat necesse est foràs, quod intùs patior. Exeat sanè ad oculos filiorum, qui scientes incommodum, planctum humanitùs æstiment, dulciùs consolentur.

En vt vir sanctus domitas habuerit affectiones.

Pſal.76.

Cap.2.

Scitis, ô filij, quàm iustus sit dolor meus, quàm dolenda plaga mea. Cernitis nempe quàm fidus comes deseruit me in via hac qua ambulabam, quàm vigil ad curam, quàm non segnis ad opus, quàm suauis ad mores. Quis ità mihi perneccessarius? cui ego? Frater erat genere, sed religione germanior. Dolete, quæso, dilectus ego? Frater erat genere, sed religione germanior. Dolete, quæso, eandem meam vos, quibus hæc nota sunt. Infirmus corpore eram, & ille portabat me. Pusillus corde eram, & confortabat me. Piger & negligens, & excitabat me, longitudinis & obliuiosus, & commonebat me. Quò mihi auulsus es? Quò mihi ipse manibus homo vnanimis, homo secundùm cor meum? Amauimus nos in vita, quomodò in morte sumus separati? Amarissima separatio, & quam non posset omninò efficere nisi mors. Quandò enim me viuus viuum desereres? Omninò opus mortis, horrendum diuortium. Quis enim tam suaui vinculo mortui nostri non pepercisset amoris, nisi totius suauitatis inimica mors? Benè mors, quæ vnum rapiendo, duos furiosa peremit. An non mors etiam mihi? Immo plus mihi, cui vtiquè omni morte infelicior vita seruata est. Viuo, vt viuens moriar: & hoc dixerim vitam? Quia mitiùs me priuares, ó austera mors, vitæ viu, quàm fructu. Nam vita sine fructu, grauior mors. Deniquè duplex malum lugeo paratur infructuoso, securis, & ignis. Ergò meis laboribus inuidens, elongâsti à me amicum, & proximum: per cuius maximè studium erant (si quandò erant) fructuosi.

Nota S. Bernardi singularem modestiam.

Cap.3.

Satius proindè mihi fuisset periclitari vita, quàm tua, Gerarde, præsentia: qui

meorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

meorum in Domino ſtudiorum eras ſolicitus incitator, fidelis adiutor, cautus examinator. Cur, quæſo, aut amauimus aut amiſimus nos? Dura conditio, ſed mea miſeranda fortuna, non & illius. Nam tu chare frater, ſi charos amiſiſti, chariores vtiquè recepiſti. Me verò quænam iam miſerum cõſolatio manet poſt te vnicum cordia: ſed ſolum me diuiſio vulnerauit. Commune, quod libuit: quod triſte & lugubre, meum. In me tranſiêrunt iræ, in me confirmatus furor eſt. Erat ambobus alterutrùm grata præſentia, dulce conſortium, ſuaue colloquium. Sed tantas vſque delicias ego perdidi, tu mutâſti. Et quidem immutatis illis retributio multa. Quanto fœnore gaudiorum, ac benedictionum cumulo tares hodiè, nobis frater chariſſime, tanto habes certè pro me tãtillo repoſitam tibi Chriſti præſentiam. Nec diſpendium ſentis abſentiæ à nobis tuæ, angelorum admixtus choris. Non eſt igitur quòd cauſeris tu de noſtra quaſi ſubtracta tibi præſentia, cui affatim ſui ſuorumque copiam Dominus maieſtatis indulſit.

Sancti ſunt cũ Chriſto in cælis.

Cap.4. At ego pro te quid? Quàm vellem ſcire quidnam ſentias nunc de me illo vtique tuo, medijs nutãte curis & pœnis, deſtituto te baculo imbecillitatis meæ. Si tamen licet adhuc cogitare de miſeris, ingreſſo abyſſum luminis, atque illo pelago æternæ felicitatis abſorpto. Fortè enim etsi nôſti nos ſecũdùm carnem, ſed nunc iam non nôſti: Et quoniam introiſti in potentias Domini, memoraris iuſtitiæ eius ſolius, immemor noſtri. Cæterùm qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt, & in diuinum quendam totus immutatur affectum: nec poteſt iam ſentire aut ſapere nisi Deum, & quod ſentit & ſapit Deus, plenus Deo. Deus autem charitas eſt, & quanto quis coniunctior Deo, tanto plenior charitate. Porrò impaſſibilis eſt Deus, ſed non incompaſſibilis, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere. Ergò & te neceſſe eſt miſericordem eſſe, qui inhæres miſericordi, quanuis iam minimè miſer ſis: & si non pateris, compateris tamen. affectus proindè tuus non eſt imminutus, ſed mutatus: nec quoniam Deum induiſti, noſtri cura te exuiſti. & ipſi enim cura eſt de nobis. Quod infirmum eſt, abiecisti, ſed non quod pium. Charitas denique quàm excidit. Non obliuiſcéris me in finem. Videor mihi quasi audire fratrem ſpicio ad Gerardum, vt conſueueram, & non eſt. Heu tunc ingemiſco miſer, ſicut homo ſine adiutorio. Quem conſulam in ambiguis, cui in aduerſis fidam, quis portabit onera, quis pericula propulſabit? Nónne vbiquè greſſus meos Gerardi oculi anteibant? Nónne tuum Gerarde pectus curæ meæ notius quàm meum ipſius habebant, familiariùs incurſabant, acrius vrgebant? Nónne in lingua tua illa placebili & potenti, meam à ſermonibus ſeculi frequẽtiſſimè vendicabas, & amico rebas ſilentio? Dominus dederat illi linguam eruditam, vt ſciret quando deberet proferre ſermonem.

Pſal.70. 1.Cor.6. 1.Iohan.4. 1.Pet.5. 1.Cor.13. Pſal.12. Eſa.49. Amicum ſilentium viris ſanctis. Eſa.50.

Cap.5. Ità deniquè in prudentia reſponſorum ſuorum, & in gratia data ſibi deſuper, & domeſticis ſatisfaciebat, & exteris, vt penè me nemo requireret, cui prior forte Gerardus occurriſſet. Occurrebat autem aduentantibus, opponens ſe, nè ſubirò molum otiũ incurſarent. Si quibus ſanè per ſe ſatisfacere nõ quibat, hos perducebat ad me, cæteros emittebat. O virum induſtrium, ô amicum fidelem: & amico gerebat morem, & officijs charitatis non deerat. Quis vacua ab eo receſſit manu? Si dare conſilium: ſi pauper, ſubſidium reportabat. Nec quærebat quæ ſua ſunt, qui medijs ingerebat curis, vt ego vacarem. Sperabat enim (ſicut erat humilimus) iorem de noſtra quiete fructum, quàm ſi vacaret ipſe. Interdùm tamen poſtulabat abſolui, & alteri cedere, quasi quĩ meliùs prouideret. Sed vbi ille inuenirent Nec petulanti aliquo (vt aſſolet) in eo officij detinebatur affectu, ſed ſolo intuitu charitatis. Siquidem plùs omnibus laborabat, & minus omnibus accipiebat: ità vt ſæpè cùm alijs neceſſaria miniſtraret, egeret ipſe in pluribus (verbi cauſa) cibo, aut veſte.

Gerardus alijs largus, ſibi parcus.

Cap.6. Deniquè cùm ſe ſentiret deceſſui propinquare: Deus, inquit, tu ſcis, quòd quantum in me fuit, ſemper optaui quietem: mihi intendere, tibi vacare. Sed impletum tenuit timor tuus, & voluntas fratrum, & ſtudium obediendi, ſuper omnia Abbatis pariter & fratris germana dilectio. Ità eſt. Gratias tibi, frater, de omni ſtu me-

ſtu meorum (ſi quis eſt) in Domino ſtudiorum. Tibi debeo, ſi profeci, ſi profui. Tu intricabaris, & ego tuo beneficio feriatus ſedebam mihi, aut certè diuinis obſequijs ſanctiùs occupabar, aut doctrinæ filiorum vtiliùs intendebam. Cur enim ſecurus intùs non eſſem, cùm te ſcirem agentem foris manum dexteram meam, lumen oculorum meorum, pectus meum &, linguam meam? Et quidem indefeſſa manus, oculus ſimplex, pectus conſilij, lingua loquens iudicium, ſicut ſcriptum eſt: Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Pſal.36.

Sed quid dixi foris agentem illum, quasi interna Gerardus neſciret, ac ſpiritua- Cap.7.
lium expers eſſet donorum? Nórunt qui illum nórunt ſpirituales, quàm verba eius ſpiritum rédolerent. Nórunt contubernales, quàm mores eius & ſtudia non carerent ſapérent, ſed feruerent ſpiritu. Quis illo rigidior in cuſtodia diſciplinæ, quis in caſtigando corpus ſuum diſtrictior, ſuſpenſior vel ſublimior in contemplando, ſubtilior in differendo? Quotiès cum eo diſſerens ea didici, quæ neſciebam, & qui doctiores adueneram, doctus magis abſceſſi? Nec mirum de me, cùm magni ac ſapientes viri idipſum nihilominùs ex illo ſibi accidiſſe teſtentur. Non cognouit literaturam, ſed habuit literarum inuentorem ſenſum, habuit & illuminantem ſpiritum. Nec in maximis tantùm, ſed & in minimis maximus erat. Quid (verbi cauſa) in ædificijs, in agris, hortis, aquis, cunctis deniquè artibus ſeu operibus ruſticorum, quid, inquam, vel in hoc rerum genere Gerardi ſubterfugit peritiam? Cæmentarijs, fabris, agricolis, hortulanis, ſutoribus atque textoribus facilè magiſter erat. Cumque omnium iudicio omnibus eſſet ſapientior, ſolis in ſuis oculis non erat ſapiens. Vtinàm multos, etsi minùs ſapientes, non plus tangeret illa maledictio: Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris. Scientibus iſta loquor, & adhuc plura his de illo, & maiora compertis. Parco tamen, quia caro mea & frater eſt. Hoc tamen ſecurus addo, mihi vtilis in omnibus & præ omnibus fuit. Vtilis in paruis & magnis, in priuatis & publicis, foris & intùs. Præclaræ Gerardi virtutes. Quàm fuerit diuinitùs illuminatus. Modeſtia eius. Eſa.5.

Meritò ex eo pẽdebam totus, qui mihi totum erat. Solum penè reliquerat mihi Cap.8.
prouiſoris honorem & nomen: nam opus ipſe faciebat. Ego vocitabar Abbas, ſed ille præerat in ſolicitudine. Meritò requieuit in illo ſpiritus meus, per quem licebat delectari in Domino in omnibus, prædicare liberiùs, orare ſecuriùs. Per te, inquam, mihi, frater mi, mẽs ſobria, & grata quies, ſermo efficacior, pinguior oratio, frequentior lectio, & feruentior affectus. Heu ſublatus es, & hæc omnia ſimul. Tenebræ pariter abiêre deliciæ & lætitiæ meæ. Iam curæ irruunt, iam moleſtiæ eum omnes pariter angúſtiæ vndiquè ſolum me repercrunt, ſolæ mihi te abeunte hinc indè pulſant, & remanſerunt, ſolus ſub ſarcina gemo. Aut ponere aut opprimi neceſsè eſt, quia tu tuos humeros ſubduxiſti. Quis mihi tribuat citò mori poſt te? Nam pro te nolim, nece tua fraudare gloria. Porrò ſuperuiuere tibi, labor & dolor. Viuam quoàd viam in amaritudine, viuam in mœrore, & hæc ſit mihi conſolatio, vt mœrendo affligar. Non parcam, & iuuabo manum Domini. Etenim manus Domini tetigit me. Me, inquam, tetigit & percuſſit, non illum, quem vocauit ad requiem. Me occidit, cùm ſuccidit illum. Nunquid enim occiſum quis dixerit, quem plantauit in vita? At quod illi vitæ ianua fuit, mihi planè eſt mors: meq; illa morte mortuum dixerim, non hunc qui obdormiuit in Domino.

Non ſunt mortui Sancti, ſed plantati in vita. Cap.9.

Exite, exite lachrymæ iampridèm cupientes: exite, quia is qui vobis meatum obſtruxerat, commeauit. Aperiantur cataractæ miſeri capitis, & erumpant fontes aquarum, ſi fortè ſufficiãt ſordes diluere culparum, quibus iram merui. Cùm conſolatus fuerit ſuper me Dominus, tunc fortaſsis & ego merear conſolari, ſi tamen non perpetuò à mœrore. Nam qui lugent, ipſi cõſolabuntur. Propterèà condeſcendat mihi omnis ſanctus, & in ſpiritu lenitatis, qui ſpiritualis eſt, ſuſtineat lamẽtantem. Luctus meus humano, quæſo, penſetur affectu, non vſu. Videmus nempe mortuos quotidiè plangere mortuos ſuos, fletum multum, & fructum nullum. Non cui pamus affectum nisi cùm excedit modum, ſed cauſam. Ille nimirùm naturæ eſt, & eius turbatio pœna peccati: hæc vanitas & peccatum. Et enim ibi ſola (niſi fallor) plorantur damna gloriæ carnis, vitæ preſentis incõmoda. Et plorandi, quidem ità plorant. Nunquid ego ſic? Similis mihi affectus, ſed altera cauſa, diſſimilisque ſunt Dei, ademptum doleo fidele auxiliũ, ſalutare conſilium. Gerardũ lugeo. Gerardus eſt in cauſa, frater carne, ſed proximus ſpiritu, ſocius propoſito. Adhæſit Matth.5. Luctus hominũ mundanorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

anima mea animæ illius: & vnam fecit de duabus, non consanguinitas, sed vnanimitas. Carnis quidem necessitudo non defuit: sed plus iunxit societas spiritûs, consensus animorum, morum conformitas. Cùm ergò essemus cor vnum & anima vna, hanc meam pariter atque ipsius animam pertransiuit gladius, & scindens medium partem locauit in cælo, partem in cœno deseruit. Ego ego illa portio misera in luto iacens, truncata parte suî, & parte potiori: & dicitur mihi, nè fleueris? Auulsa sunt viscera mea à me, & dicitur mihi, nè senseris? Sentio, sentio vel inuitus, quia nec fortitudo lapidum, fortitudo mea, nec caro mea ænea est: sentio proptiæ & insensibilitatis arguere ille qui verberat, quomodò illos de quibus ait: Percussi eos, & non doluerunt. Affectum meum confessus sum, & non negaui. Carnalem quis dixerit, ego humanum non nego, sicut nec me hominem. Si ne hoc sufficit, nec carnalē negauerim. Nam & ego carnalis sum, venundatus sub peccato, addictus morti, pœnis & ærumnis obnoxius. Non sum (fateor) insensibilis ad pœnas, mortem horreo meam & meorum. Meus Gerardus erat, meus planè. An non meus, qui frater sanguine fuit, professione filius, solicitudine pater, cōsors spiritu intimus affectu? Is recessit à me, sentio: læsus sum, & grauiter.

Ieremi. 5.

Cap. 10. Iob 19.

Ignoscite filij: immò si filij, vicem dolere paternam. Miseremini meî, miseremini meî, saltem vos amici mei, qui certè consideratis quàm grauia pro peccatis recepi de manu Domini. In virga indignationis suæ percussit me, dignè pro meritis, durè pro viribus. An leue quis dixerit, viuere me absque Gerardo, nisi qui ignorat quid mihi cum Gerardo? Nec tamen contradico sermonibus sancti: Nec reprehendo iudicium quo recepit quisque quo dignus est: ille coronam quam meruit, ego quam debui pœnam. Nunquid quia sentio pœnam, reprehendo sententiam? Humanum est illud, hoc impium. Humanum, inquam, & necessè affici erga charos, siue delectabiliter cùm præstò sunt, siue, cùm absunt, molestè. Non erit ociosa charitas, præsertim inter amicos: & quid effecerit mutuus amor ipsius conuersatio, præsentibus, horror indicat separationis, & dolor de inuicèm in separaris. Doleo super te, Gerarde charissime, non quia dolendus, sed quia ablatus. Et ideò fortassis dolendum mihi potiùs super me, qui bibo calicem amaritudinis. Et solus dolendus, quia solus bibo. Non enim & tu. Solus ego patior, quod solent pariter pati, qui se diligunt, cùm se amittunt. Vtinàm non te amiserim, sed præmiserim. Vtinàm vel tardè aliquandò sequar te, quocunquè ieris.

Corona sanctis datur pro meritis.

Cap. 11. Vt Gerard⁹ sub mortem se gesserit. Psal. 148.

Non enim dubium, quin ad illos ieris quos circa mediū extremæ noctis tuæ inuitabas ad laudem, cùm in vultu & voce exultationis subitò erupisti in illud Dauidicum, stupētibus qui assistebant: Laudate Dominū de cælis, laudate eū in excelsis. Iam tibi, frater mi, nocte adhuc media diescebat, & nox sicut dies illuminabatur. Prorsùs illa nox illuminatio tua in delicijs tuis. Accitus sum ego ad id miraculi, videre exultantē in morte hominem, & insultantem morti. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Iam non stimulus, sed iubilus. In cantando mortitur homo, & moriēdo cantat. Vsurparis ad lætitiam, mater mœroris: vsurparis ad gloriam, gloriæ inimica: vsurparis ad introitum regni, porta inferi, & fouea perditionis ad inuentionem salutis, idque ab homine peccatore. Iustè nimirùm, quia tu iniquè in hominē innocentem & iustum potestatem temerariā vsurpâsti. Morteris, ô mors, & perforata hamo quem incauta glutijsti, cuius illa vox est in Prophetis:

Oseæ 13.

O mors, ero mors tua: morsus tuus ero inferne. Illo, inquam, hamo perforata, transeuntibus per medium tuî fidelibus, latum lætumque exitum pandis ad vitam. Gerardus te non formidat larualis effigies. Gerardus per medias fauces tuas triumphat ad patriam, non modò securus, sed & lætabundus & laudans.

Cap. 12. Psal. 30.

Cùm ergo supereniissem, & extrema iam psalmi, me audiente, clara voce cantarent, plêsset, suspiciens in cælum, ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et repetens eundem sermonem, ac frequenter ingeminans, Pater, pater, cōuersus ad me, exhilarata quidem facie: Quanta, inquit, dignatio Dei, patrem hominum esse: quanta hominum gloria, Dei filios esse & hæredes? Nam si filij, & hæredes. Sic cantabat quem nos lugemus. In quo & meum (fateor) luctum penè in cātum conuertit, dum intentus gloriæ eius, propriæ ferè miseriæ obliuiscor. Sed reuocat me ad me pungens dolor, facileque à sereno illo intuitu tanquàm à leui excitat somno perstringens anxietas.

Mira exultatio morientis.

Plan

Plangam igitur, sed super me, quia super illum iam vetat ratio. Puto enim, si opportunitas daretur, modò diceret nobis: Nolite flere super me, sed super vosipsos flere. Planxit meritò Dauid super parricida filio, cui perpetuò sciret obstructum exitum de ventre mortis mole criminis. Meritò super Saul & super Ionatham: quibus æquè absorptis semèl, emersio iam non sperabatur. Et quidem resurgent, sed non ad vitam. Immò ad vitam, vt viui in morte infeliciùs moriantur. Quamquàm de Ionatha possit non immeritò hærere sententia. At mihi etsì non ista suppetit plangendi ratio, non tamen nulla. Plango primùm super mea ipsius plaga, atque huius iactura domûs. Plango deindè super pauperum necessitatibus, quorum Gerardus pater erat. Plango certè & super vniuersò statu nostri ordinis, nostræ professionis, qui de tuo Gerarde zelo, consilio & exemplo robur non mediocre capiebat. Plango postremò etsi non super te, propter te tamen. Hinc prorsùs, hinc afficior grauiter, quia vehementer amo. Et nemo mihi molestus sit, dicens non debere sic affici: cùm benignus Samuel super reprobo rege, & pius Dauid super parricida filio satisfecerint affectioni, & non ad iniuriam fidei, non in superni iudicij, Absalon fili mi (ait sanctus Dauid) fili mi Absalon: Et eccè fugillationem pius quàm Absalon hic. Saluator quoquè videns ciuitatem Hierusalem, & præuidens ruituram, fleuit super eam. Et ego propriam, & quæ in præsenti est, desolationem non sentiam? Plagam meam recentem & grauem non doleam? Ille fleuit compatiendo, & ego patiendo non audeam? Et certè ad tumulum Lazari nec flentes arguit, nec à fletu prohibuit, insuper & fleuit cum flentibus. Et lachrymatus est, inquit, Iesus. Fuerunt lachrymę illę testes profectò naturę, non indices diffidentię. Denique & prodijt mox ad vocem eius qui erat mortuus, nè continuò putes fidei præiudicium dolentis affectum.

Pater pauperū, Gerardus. Præclara Gerardi laus. 1. Reg. 15. 2. Reg. 18. Luc. 19. Iohan. 11.

Sic nec fletus vtiquè noster infidelitatis est signum, sed conditionis indicium. Nec quia percussus ploro, arguo ferientem: sed prouoco pietatem, seueritatem flectere satago. Vndè & verba mea dolore sunt plena, non tamen & murmure. Nunquid non plenum iustitiæ protuli, quòd vnius sententiæ complemento & pœnitentiæ? Est & iustitiæ. Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Gerardum tu dedisti, Gerardum tu abstulisti: etsì dolemus ablatum, non tamen obliuiscimur quòd datus fuit, & gratias agimus quòd habere illum meruimus quo carere iam tantūm non volumus, inquantùm non expedit. Recordor Domine pacti mei, & miserationis tuæ, vt magìs iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.

Cap. 14. Psal. 100. Psal. 118. Psal. 50.

Cùm pro causa Ecclesiæ anno præterito Viterbij essemus, ægrotauit ille: & infelescente languore, cùm iam proxima videretur vocatio, ego ægerrimè ferens hominem peregrinationis, & illum comitē in terra relinquere aliena, nec resignans his, qui mihi eum commiserant, quoniam amabatur ab omnibus, sicut erat amabilis valdè: conuersus ad orationem cum fletu & gemitu, Expecta, inquam, Domine vsque ad reditum. Restitutum amicis tolle iam eum si vis, & non causabor. Erauisti me Deus: conualuit, opus perfecimus quod iniunxeras, rediuimus cum exultatione reportantes manipulos pacis. Porrò ego oblitus penè sum meæ conuentionis, sed non tu. Pudet singultuum horum, qui præuaricationis me arguunt. Quid plura? Repetijsti commendatum, repetijsti tuum. Finem verborum indicunt lachrymæ.

Cap. 15. S. Bernardi miraculum.

Tu illis, Domine, finem modumque indixeris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE S. VITI TRANSLATIONE NARRATIO BREVIS, EXCERPTA A QVODAM EX LIBELLO, QVEM *scripsit is, qui partim præsens interfuit sub Ludouico Pio Imperatore, cuius nomen insignis MS. codex non habet. Stylum aliquot locis modicè emendauimus.*

Iunij 15.

De hac Corbeia vide lector 1. Tomo, 2. Ianuarij in vita S. Adalardi.

QVEMADMODVM verò & quo tempore pretiosissimi martyris Viti corpus in Saxoniam translatum sit, & in monasterio, quod Corbeia noua dicitur, collocatū, is qui de translatione eius inscribitur libellus, indicat: cuius Author quædam se præsente, cæterùm omnia suis temporibus contigisse testatur. Anno Dominicæ incarnationis octingentesimo tricesimosexto, indictione 14. sacratissimi verò Imperatoris Ludouici anno Imperij vicesimotertio Vuarinus Abbas monasterij noui Corbeiensis, petijt à viro religioso Hildeuuino Abbate monasterij S. Dionysij Parisiensis (Author habet, Quod est in pago Parisiaco) vt de sanctorum martyrū corporibus, quę apud ipsum illo loco asseruabantur, quippiam sibi impartiretur ad confirmandam fidem gentis suæ (puta, Saxonicæ) quam nuper industria glorioſissimi Imperatoris Caroli sub iugo Christi redegisset. Quibus Vuarini precibus libenter annuit Hildeuuinus, permittente etiam pijssimo Imperatore Ludouico, consentiente Parisiensi Episcopo & cæteris nobilibus viris, in ea diœcesi commorantibus: eique beati pueri & martyris Christi Viti Lucani corpus in ecclesia S. Dionysij coram innumera tam monachorum quàm Canonicorum, diuersæque conditionis & ætatis virorum ac mulierum frequentia, post peracta die Dominico Missarum solennia, decimoquarto Calendas Aprilis summo cum honore tradidit.

S. Vitus vt Roma fuerit trãslatus in Gallias.

A temporibus enim Pipini regis Francorū vsque ad illam diem, pretiosissimum martyris Viti corpus in eo loco multis semper insigne miraculis permanserat, postquàm Folradus Abbas S. Dionysij consensu regis profectus Romam, ex eo loco, vbi conditum fuerat, in Franciam transtulit. Illud verò eo, quo dictum est, ordine acceptum, Vuarinus cum suis multa veneratione secum asportans, non paucis cum comitantibus, tandèm Saxoniæ finibus inuexit, atque Idibus Iunij in Corbeiam nouam perueniens, spem salutemque patriæ, totiusque Saxoniæ specialem

S. Vitus totiꝰ Saxoniæ patronus.

patronum cum inæstimabili populorum tripudio illic deposuit. Quantas verò & quot morborum curationes per eius itineris stationes viginti clemētia Saluatoris exhibuerit (quæ quidem quadragenarium numerum excedunt) qui vult poterit in libello memorato legere, nobis verò iam non vacat commemorare: præsertim cùm præsentia Christi miracula maiorem ijs reliquijs venerationem conciliare queant, quàm literæ. Ab eo verò tempore, vt in Gestis Saxonicis legitur, sub tanti defensione aduocati res Saxonum crescere cœperunt, donèc dilatatæ iam ipsa lata magnitudine laborant. Vndè non solùm in Saxoniæ, sed in cunctis penè Europæ finibus, eius nomini permultis constructis & consecratis templis, illius fidele patrocinium imploratur ab omnibus, quantique apud Deum sit miraculis declaratur.

Qui nos sui nominis indignos præcones vtinàm non despiciat, verùm suæ venerationis seruitijs inhærentes, placido à supernis vultu respiciat, par pari quodammodo referat, fautoribus suis fautor faueat, si tamē fas est magnis componere parua, cælestibus terrena, manentibus transeuntia. Super flumina Babylonis diuinam captiuitatem deflentium, si tamen nequaquàm oblitorum delectetur canticis Sion, iam incola perpetuum Alleluia decantans in atrijs domūs Domini: sciatq; si vel ferrea nobis vox sit, quæ centuplices edat sonos, vel si membra omnia vertantur in linguas, haudquaquàm tamen posse exprimere satis laudis studium, quo eius cupimus amātissimum venerari patrocinium. Quanquàm vt vel parum aliquid dicamus, ipse nos amor & contemplatio impellit: quod quidem sacrificium laudis, si mundo corde offeratur, Domino Deo gratum esse, mens fidelis antea bigere non debet. Itaque nullus penè à mundi exordio fuit sanctus, cuius spiritus

Locus obscurus.

aliquo modo non repleuerit sanctum hunc martyrem Vitum: ità vt iure credatur cunctorum consors in regno, qui cunctis propemodùm meritis indissimilis visus est. Quod quidem nemo temeritate & præsumptione dictum existimet, sed reuerenter: non audacter, sed piè. Quicquid enim vel dicere vel cogitare potest homo, minus est gratia præpotentis Dei, illi cooperantis. Nam nec Abelis ei deest martyrium, nec paternum, vt in Isaac, holocaustum, etsi non eadem deuotione, tamen consummatius immolatum. Est hic alter Samuel, diuino alloquio adhuc puer diguus inuentus. Est puer Dauid elegans, qui patri fratribusque despectus, in Deo autem ipsum ex millibus eligente confidens, non de Gethæo, sed tartareo Goliath offensionis lapide triumphauit. Hic Daniel supra ætatem abstinentiæ deditus, senioris sapientia anteiuit. Hic Ieremias adolescentulus, ad genitorem incredulum paternamque domum & familiam plùs satis exasperantem mandata Dei impertertius locutus est. Hic egregiè fortis Iudas Machabæus, Angelicis inter prælia cinctus est præsidijs.

Offensionis lapidem dicit Christū, cuius ope fretus Vitꝰ, dæmonem profligauit.

Clarissimum Christi puerum, ante secula cum electis omnibus prędestinatum, generali cunctorum sanctitate fulgētem, specialiter, vt diximus, penè singulorum virtute, specialissimè verò martyrij constantia coruscantem: qui rabidorum insaniam hostium intritus adijt, modestus sustinuit, securus irrisit. O gloriosum, ô sanctissimum Dei martyrem Vitum, fornacis igne probatum, victorem tormentorum, inter flagella, bestias & cataslam semper intrepidum, & semper inuictum, præpotentem precibus, Christi semper amore incredibili feruentem, Dei compellatione vocatum ad cęlos, & cum triumpho Angelis comitantibus eò proficiscentem. Te nunc communiter laudamus, benedicimus & glorificamus Christe Deus, qui nos in odore vnguentorum tuorum corde faucio currentes, tam bellicoso voluisti duce corrigi, tam præpotente patrono fulciri, qui non solùm contra potestates aëreas victoriæ semper vexilla præferat, verùm omnes terrenæ altitudinis fæces nobis infestos, vt luce clariùs constat, semper pudefaciat, quosdam quidem ad pœnitentiam, alios verò ad pœnam. Et quia in sanctis tuis perindè vt in teipso mirabilis appares bone Iesu, etiam in illis glorificeris oportet, qui nunc per pueri summam manum suam intra foramen aspidis vel reguli mittentem sic per omnia triumphásti, sicut quandò cum eodem per temetipsum ex matre tricenarius, cum patre vero consempiternus, in deserto conflixisti. Atque in te potissimùm claudatur oratio, clauis Dauid, qui aperis, & nemo claudit: claudis, & nemo aperit: in te confidentium à seculo virtus, in te sperantium salus, pro te certantium fortitudo, afflictorum consolatio, laborantium & oneratorum refectio, perseuerantium beatitudo, desperatorum spes, morte affectorum requies, Sanctus sanctorum benedictus in secula seculorum, Amen.

Cant. 1.

Psal. 67.

Esa. 13.

Matth. 4.

Apoc. 3.

VITA SANCTI BENNONIS, MISSNENSIS ECCLESIAE DECIMI EPISCOPI, ET CONFESSORIS VITA *sanctitate & miraculorum gloria præclari, conscripta per Hieronymum Emser, sacrorum Canonum Licentiatum. Epistolam verò dedicatoriam, & Indicem capitum, pro more omisimus, quòd ad vitæ historiam non pertinerent.*

PRAEFATIO.

S. Viti præclara encomia.

BEatissimi patris Bennonis Bennopolitani, insignis Ecclesię Missnensis decim quondàm Episcopi, vitam descripturus, operæpretium duxi ante omnia vrbis ipsius Missnę situm, originem, ac veteris ecclesiasticæ disciplinæ, in hæc vsque tempora seruata vestigia, literis demandare: tum quòd id à nemine priùs attentatum: tum quòd indignum sit, eam vrbem apud exteros esse incognitam, quæ caput & mater est populi Missnensis, Germanorum omnium (quod cum pace tamen aliorum dixerim) facilè principis: nedùm

Populi Missnensis præstantia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

soli vbertate, & bonorum omnium abundantia, verumetiam vrbanitate, ac moribus nitidissimis. Est enim idem populus Missnensis peculiariter in superos pius, in hospites liberalis: domi splendidus, foris compositus: ager verò non solùm Cerere & Baccho, sed & auro & argento luxuriat. Ex gemmis adamanta, beryllum, iaspida, amethysthum, topazion, ac vniones parturit: Stanno, ferro & vniuersò ferè metalli genere scaturit: marmor prætereà gignit, & omnium nouissimè repertum electrum ac succinum. Flumina colligit ratibus ac nauibus peruia, Albim Germaniæ olim terminum, Muldam, Tschoppen, Ellestram, & alia quàmplurima torrentes verò ac riuulos penè innumeros. Nec desunt illi syluæ cæduæ, & nemora stabula alta ferarum: nec læta pecoribus pascua, & florida prata. Aëris quoquè tanta fruitur temperie, vt & crocum, & nonnullos alios peregrinos frutices, non inuitè etiam nutriat. Huc ego tam mites ac placidos Missnensis populi mores, tamque formosa corpora referēda censeo. Siquidem Aristotele etiam reste, haud parùm refert, hac vel illa cæli facie homines procreari. Domos hic ædificant, vel sectili lapide excisas, vel coctili compactas. Vrbes quoquè singulæ priuum quid habent venerabile, & in quo cæteras antecellāt. E quibus Missna caput, sede pontificali, & arce in summum vsque verticē mirè testudinata insignis est. Lips studio sapientiæ clara, trinundinali etiam mercatorum cōuentu longè lateque celebratur. Dresda principum sedes, pontem trans Albim habet saxeum xxiiij. arcubus fornicatum: opus haud minoris precij, quàm veterum quascunque siue Pyramides siue Collossos. Ciuitates prætereà montanæ quatuor, haud obscuri nominis, ex solis argentarijs siue argentifodinis (vt vocant) non ità multo antè tempore conditæ, & à singulis montibus cognominatę sunt. E quibus omnium amplissima Sanctæ Annæ vix duodecim antè annis, quàm ista scriberemus, sylua fuit. Mirum est, (vt domos taceam) tantum murorum ambitum, tot turres ac mœnia, tam exiguo tempore potuisse erigi. Verùm de felicitate atque affluentia terræ populiquè Missnensis, hactenùs: nunc verò ad ipsam vrbem reuertamur.

Agri Missnēsis fertilitas.

Vrbiū quarundā prærogatiua.

Lips.

Dresda.

Mons Sanctæ Annæ.

Cuius prima fundamenta posuit Henricus cognomento Auceps, primus & insignis pietate ac modestia. Cui Aucupis nomen idcircò fuit inditum, quòd ij, qui apud Germanos (Blondo Flauio, Aeneaque authoribus) Imperator augustus: virum, principum delectu, ad imperium capessendum accersirent, offenderint limpliciter auibus tendentem insidias. Nec facto tam humili diuinę prouidentiæ mysterium defuit, siquidem is paulò pòst auium omnium cepit reginam, Romanam puto Aquilam: ipsumque Romanum Imperium magna tum sua ipsius, tum filij Ottonis primi virtute, ad perpetuam Germanorum gloriam vendicauit. Licet autem Italici quidam scriptores egregium hunc Aucupem nostrum inter Imperatores non recensēant: (eò quòd Italiam non fuerit ingressus, coronamque Pontificijs manibus de more imponendam non susceperit) si tamen quis causas secum pensitauerit, quibus ille motus vtrunque posthabuit, facilè patebit, iniustè nimis eas ob res, virum omni imperatoria virtute præditum, solo Imperatoris priuati nomine. Nam quòd in Italiam non fuerit profectus, his eum verbis Francorum excusat historia dicens, quòd intantùm Dei cultum, defensionem inopum ac viduarum, necnon seruandæ pacis disciplinam, omni seculari dignitati prætulerit, vt nullam circa Tyrānos ab Italia fugandos (qui quasi mercenarij, conductitiique alter alteri succedentes laniabant Imperium) operam dare posset. Coronam autem etiam vltrò oblatam capiti suo imponere abiurauit, indignum ratus indè gloriam aucupari, vndè Christus Rex suus fuisset illusus. Quod si in Germano dimnant Itali: cur non itidèm in suo Tito? quem cùm gentes finitimæ ob victoriam Iudaicam coronare vellent, tali honore (vt scribit Philostratus) indignum se respondit. Non enim seipsum talium operum fuisse authorem: sed Deo, iracundiam suam contra Iudęos demonstranti, suas præbuisse manus. Quem Apollonius ille Tyaneus vehementer indè commendans, virum ingenio & modestia abundātem esse, testatus est. Sicut igitur nec Tito obfuit hoc eius modestiæ exemplum, quo minùs Imperator haberetur: ità nec Henrico nostro obstare poterit, quin Imperatorum albo dignissimè veniat adsciscendus.

Henricus Auceps fundator ciuitatis Missnę

Causæ propter quas Italiam nō accessit.

Coronā cur abnuerit.

Titi modestia.

Eius igitur imperij anno decimo, humanæ salutis D. CCCC. XXX. dum Albis ripam contra barbarorum insultus cōmuniendo, oberraret: captus saltibus & amenitate montis istius, quem adhuc Missna occupat, vrbem ibidèm felicibus ædificare cœpit

Initiū ciuitatis Missnę

cœpit auspicijs. Cui à riuulo Missin, qui ad pedem mōtis ab Aquilone profluit, nomen imponens, tutū eam deincèps habuit contra hostes præsidium, eò quòd mōs illic ex altera parte Albim fluuiū haberet permaximū: ex altera verò duobus alijs montibus totidemq; cōuallibus, veluti fossis quibusdam, natura esset munitus. Est autem vrbis Missnæ idem ferè, qui & totius patriæ situs. Orientem enim Albis fluuius excipit: Meridiem Bohemia, Septentrionē Saxonia vendicat: Occidens verò Thuringos respicit. Hęc igitur vrbis Missnę origo, hic situs est. Cōditor ipsius, anno dehinc tertio cum Hungaris, tunc paganis Saxoniam populantibus, bello congressus apud Merseborg Thuringorum memorabili eos clade fudit: & tributum, quod illis hucusquè pendi solitum erat, in pauperes, ac pios ecclesiarum vsus elargitus est. Centum millia Hungarorum eo bello desiderati sunt, plures ducti captiui, plurimi fuga elapsi. Imperator post tam insignem victoriam, secum animo concepit, in vrbe Missnensi, cuius, tempore Hungarici belli, opportunè vsus fuerat, ponticalem statuere sedem: verùm post multa virtutis documenta immatura morte peremptus est, negotium filio suo Ottoni cognomento Magno perficiundum reliquit.

Missnę situs

Victoria Hērici contra Hungaros.

Mors Henrici.

Otto I.

Hic, vt vir erat omni pietate conspicuus, diuinique cultūs obseruantissimus, patris mandata haud segniter implens, Cathedralem, quæ adhuc extat, ponere cœpit Ecclesiam: Deo Opt. Max. D. Iohanni Apostolo, & Donato Episcopo ac Christi martyri dicandam. Cui terminos posuit fontem Oderæ fluminis: ab eoque recta via vsq; ad caput Albis, & dehinc ad Occidentalem plagam, vbi confinium est duarum regionum, Bohemię videlicet ac Nisicensis: indeque per syluam Occidentem versūs vsque ad os Muldę, & sic deorsùm, per vtranque Muldę ripam, donèc is rursùs se in Albim exonerat. Horumque locorum homines & eorum fortunas, cum omni emolumento terræ, frugum, pecudum, omnibusque diuitijs ac bonis tam præsentibus, quàm futuris, authoritate & sub diplomate Iohānis XIII. summi Pontificis dictæ Ecclesiæ Missnensi donauit ac consecrauit. Qua tanta Imperatoris liberalitate motus idem Pontifex, vt liberaliter & ipse erga eum ageret, pulcherrimum nouę Ecclesiæ Missnensi priuilegium tradidit: vt videlicet à primęua sui origine libera, nulli in perpetuum subesset, siue Patriarchæ, siue Metropolitano, aut cuiquam quouis titulo vel honore prædito, nisì ipsi & successoribus suis Romanis Pontificibus. Ecclesiæ hoc modo constitutæ Imperator Burckhardum quendam, primum destinauit Episcopum, virum venerabilem & multa religione insignem. Quistatim à Iohanne prædicto simul cum episcopio ipso confirmatus, Collegium instituit Canonicorū & sacerdotum Christi: qui instàr temporum suorum, primò omnia habere communia, simulque vna vesci mensa, & in vno condormire loco: Canonicas horas & diuina omnia pariter, & cum multa celebrare dignitate ac reuerentia: Neque in choro, neque extra chorum aliud agere, quàm vel orare, vel supinis in cælum rapi oculis ac manibus, nulla data in eodem loco (quę multorum consuetudo est) confabulandi licentia. Qui mos in hodiernum vsque diem in Ecclesia Missnensi piè sanctęque adseruatur. Vbi enim sacerdotes nulla ad Chorum necessitate adstringūtur, in abditissimos angulos sese penetrant: & secretiora quę-que templi loca petētes, aut genu flexo, aut toto prostrati corpore proni adorant. Idem etiam Burckhardus vehementer desiderans, Clerum Ecclesiæ suæ, sicuti morum vitæque honestate, ità habitu quoquè à cæteris discerni, primus pallio nigro, linea veste superiniecto illos vti docuit. Quo quidem amictu hodiè etiam incedunt, non tamen nisì statis anni temporibus, & præcipuè esurialibus Quadragesimæ ferijs. Pari cura & solicitudine subsecuti Burckhardum Antistites, inprimis tamen Heico, Gerundus, Bruno secundus, VVitigo, & is à quo cœpimus Benno: omnes equidem sanctitate vitæ spectabiles, omnem ecclesiasticam disciplinam ac honestatem ibidèm plantauerunt, & ad posteros transmiserunt.

Priuilegiū & exemptio Missnensis Ecclesiæ.

Burckhardus primus episcopus.

Cleri Missnēsis laudabilis cōiuuotudo.

Heico, Gerundus, Bruno 2. witigo & Benno Episcopi Missnenses.

Licèt autem interiecto tempore, communis Cleri Missnensis vita, in propriam ac priuatam sensim abierit: ex pristina tamen illa diuini cultūs æmulatione & obseruantia non solùm nihil remissum est, verumetiam semper magis ac magis crescit in eo loco religio. Argumento cuius est, quòd sicut veteris Cleri Missnensis devotione & vitæ sanctimonia capti olim Imperatores Henrici, secundus, tertius, ac item quartus, Ecclesiæ Missnensi vltra Ottonum munificētiam, castella donārunt VVurtzę, Buche, Bock, Gedau, Breszitz, & alia non parùm multa: ità etiam incly-

Henricorū donatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Principum Missnæ erga Ecclesiã Missnensem liberalitas.

ti Missnæ principes,non cessante antiqua Cleri consuetudine,non cessârunt & ipsi antiquorum Imperatorum vestigia sectando Ecclesiam Missnensem in hodiernam vsque diem semper magis ac magis ornare,varijs structuris,altaribus,sacellis, ac eorum ministris,& donarijs ex auro & argento, gemmis & alijs preciosis rebus ac muneribus. Templum enim duplo quàm olim fuerat augustius eorum opera & impensa ædificatum est,iunctumq; in fine sacellum,vbi Mausoleum,& communis eorum sepultura: in quo etiam veteres pendent exuuiæ, & rapta ex hoste trophæa.Nec omittendum hoc in loco, quandò de incremento agimus religionis & diuini cultûs ecclesiæ nostræ Missnensis, quòd cùm olim certis ac statis solummodò horis diuina in ea legerentur officia, hodiè nulla hora, nullum tempus siue diurnum,siue nocturnum,neque aliquod dici aut noctis spatium à cantu & deorum vacat hymnis ac laudibus. In quo quidem ecclesia Missnensis omnibus non solùm Germanię,verumetiam vrbis Romę basilicis & sacris ædibus magnificè prælata eiusque ex omnibus terrenis phanis ac delubris cælestem illum ac supramundanum Angelorum concentum æmulatur ac repræsentat, vbi pariter sine intermissione dulces resonare sonos, sacra nostra Theologia restante didicimus.

Capella Principum.

Nota de cultu diuino, qui fit in ecclesia Missnensi die ac nocte.

Nè verò cui mirum videatur quonam tenore id fieri queat, omnem tam tenacis cultûs ordinem hìc opportunè subijciendum duximus, modò facessant nasuti illi critici & Latinæ linguæ pensiculatores ac Momi: quoniam res ista non Tullianis Gellianisve verborum lenocinijs, sed ecclesiasticis nominibus notis agenda erit,nè dum figuris circunlocutionibusque laboremus, obscurior interim fiat intentio nostra. Principiò igitur, vt diem Athenienſium more à meridie exordiamur, vbi iam duodecima meridiantis diei hora insonuit, Scholastici quidam pueri minores præcinunt Vigilias: (sic enim hodiè vocantur preces ac hymni isti,quas pro defunctis manibus Deo offerimus) quibus exactis,illicò adiunt cõstituti ad hoc Flamines octo, quos principum Capellanos vocant: quia in eorum sacello primò etiam Vigilias, indè Vesperas ac Completorium canunt. Hoc matris. His in secundam vsque ferè horam (minoris enim solarij computum sequimur) protractis,Canonici & vniuersus clerus,suas etiam sine mora Vigilias, (vbi dies postulat) mox pensum legitimum, Vespertinam videlicet synaxim ac Completorium pro tempore absoluunt. Succedit his euestigiò alia quædam psallentium secta, (Grabatos vulgò nuncupant) eò quòd iuxta grabatum siue sepulcrum principum consideant,) qui & ipsi Vigilias primò, dehinc Vesperas etiam ac Completorium alternis diebus,modò de Passione Christi,modò de Compassione Virginis matris, tertio quoque die historiam Transfigurationis decantant. Et hi quidem eorum pensum vsque in secundam aut tertiam noctis vigiliam producunt. Illis abeuntibus superueniunt Octauiani, sic dicti quia ab octaua noctis hora inchoantes,reliquum tempus ad intempestam vsque noctem psallendo continuant. Horum laborem maior iterùm chorus excipiens,matutinale obsequium,medio noctis silentio,canore peragit. Interìm alius paratur Grabatorum ordo, qui horas suas, secundùm quod vesperi orsus est, persequitur. His rursùm succedunt principum Capellani,(vt eorum vtar vocabulis) Matutinas,ac reliquas Magnę Dei horas, tum primam de ea Missam (est id summũ Christiani sacrificij genus) & item alteram pro mortuis ordine suo quotidiè celebrantes. Quibus expeditis,puer,illi Scholastici in choro maiori, sicuti serò Vigilias, ità manè etiam mortuorum sacra facientem cantillando adiuuant.Vbi dies illuxit, Primę,ac reliquę diuinorũ horarum vt tempus exigit concinnè etiam aguntur. Et ante summũ sacrificium, vt in plurimum duæ trésve Missæ solèniter antecedunt,glorioso Christi Corpori,aut vicissim ipsius Cruci,seu dijs tutelaribus (quos patronos vocant) destinatæ. Sacris omnibus litatis, reliquum rempus vsque in duodecimam denuò meridiantis diei horam psalmorum carmine sine cessatione perficitur. Eodem momento, negotium eadem serie assiduis iteratur vicibus,damnato in perpetuum silentio.

Schotti.

Grabati.

Octauiani.

Alius Grabatorũ ordo.

Missa, summum Christiani sacrificij genus.

Perpetui cãtûs ordo ac tenor.

Opus hoc tam præclarum Ernesti & Alberti fuit principum Saxoniæ Ducum & Missnæ Marchionum &c. Hi duo fratres clarissimi germana deuotione ac pietate tam gratum cælo obsequium meditati, communi ære & impensis ministris horatim variantibus perpetua fundauerunt stipendia: digni ob hoc, vt qui sua tam hilariter Deo contulerunt, mercedem ab eo recipiant æternæ retributionis. Siquidem in hoc veterum Germanorum principum, antiquum ergà ipsos

Fundatores huius perpetuæ decantationis.

peros zelum,quasi iam abolitum reuocantes, filijs etiam suis ac nepotibus exempla reliquerunt diuini cultûs semper magis ac magis propagandi. Fuit eorum alter Ernestus scilicet Romam Imperij Elector, cui Romæ olim à Sixto quarto aurea donata rosa est: quam ille Ecclesiæ Missnensi rediens pro munere dedit: vbi inter sacras templi reliquias,quæ ibidèm plurimæ habentur,& quidem pretiosissimæ, dignè custoditur. Alter verò Albertus eiusdem Imperij in Frederico III. nunc ferè collapsi restaurator ac propugnator fidelissimus, nil habuit antiquius, quàm idem Imperium Romanum,veterum Germanorum virtute nobis partum, totis tueri viribus, ac ab omni externa vendicare iniuria. Pro quo neque rebus suis,neque proprio pepercit sanguini. Primus hic Frisios & sibi & Romano subiugauit Imperio: cui etiam Innocentius VIII. in partibus inferioris Germaniæ nunc belligeranti rosam ex solido auro conflatam vltrò transmisit, in testimonium virtutis & rerum benè gestarum. Misit & Epistolam,in qua eum dexteram Imperij manum appellitans, laudibus in cælum vsque extulit. Principis istius tam in pace quàm in bello virtutem ac gloriam hìc enarrare,neque facultatis nostræ est, neque præsentis instituti.

Laus Ernesti.

Præconium Alberti.

Is Frisios Romano subdit Imperio.

Ad Ecclesiam igitur Missnensem nobis redeundum est: in cuius meditullio corpus eius,de quo agitur,venerandi scilicet patris Bennonis, omni auro ac gemmis preciosius honorificè depositum supra CCCC. modò annos, crebris in Christo virtutibus ac miraculis coruscat. Id quod pensiles illic tabellæ votiuaque munera assatim ostentant. Cuius nos vitam, & exantlatos pro Christo labores, conuersamque ab eo magna ex parte Sclauorum gentem, & miracula tot retrò seculis in hunc vsque diem continuata, ad honorem summi Dei conscripturi, feliciter aggrediamur.

Epilogus.

VITÆ HISTORIA.

CAPVT I. *De origine & natalibus ipsius.*

INTER claras Saxoniæ ciuitates ea, quæ nunc vulgò Hyldesheym, olim Bennopolis dicta est, à Bennone quodam (vt aiunt) conditore Phrisio: hinc diuo Bennoni nostro nomen, hinc Bennopolitano cognomen est. In ea enim vrbe à teneris annis educatus,& sacra veste indutus,in eum creuit virum qualem Deo propitio perscripturi sumus. Pater ipsius Comes fuit Saxoniæ, non longè à Goslaria habitãs: mater verò Bezela,quasi benè zelans seu bonus zelus dicta est. Hi ambo cùm voluntatem facerent altissimi, & in lege Dei sui fideles perstiterent, duos illis Dominus dedit filios: Christophorum, qui patri in Comitatu posteà succesit: & Bennonem hunc nostrum, qui dedicato (vt dicemus) seculo, Christi quàm mundi huius Comes esse maluit. Horum autem duorum fratrum mentionem faciunt literę Henrici IIII. (quę habentur Goslariæ in monte S. Petri, confirmatæ posteà per Adolphum Regem) his verbis. Henricus diuina fauente clementia Rex: Omnibus Christi nostrique fideli- bus,tam futuris,quàm præsentibus notum esse volumus,qualiter nos,ob interuentionem & petitionem dilectæ genitricis nostræ Agnetis Imperatricis Augustæ, quoddam prędium,quod fuerat Christophori Comitis, suique fratris Bennonis nostri Capellani, in villa Partimles, sita in pago Northdoringen, ad altare sancti Petri, quod est in orientali plaga villæ Goslarienſis, in monte qui dicitur Mons S.Petri, &c. in proprium tradidimus,condonamus &c. Data tertio die Martij Anno Dominicæ incarnationis M. LXII. anno verò ordinationis nostræ octauo, Regni sexto, vitæ duodecimo. Hæc ibidèm fideliter excerpta sunt. Quòd autem Bennonis fuit Goslarienſis ecclesiæ: quæ & ipsa Capella tunc regia, & Canonici ipsius nostri in eisdem literis Capellanus dicitur regius,causa est,quia eo tempore Canonici omnes pro regijs Capellanis (vt eorum vtar vocabulis) habiti & nominati sunt. Id quod infrà suo loco planiùs enarrabimus. Hæc autem idcircò hìc prælibanda duxi, vt nullum lectori scrupulum in ipso præsertim historiæ vestibulo relinquerein, simulquetam claros diui Bennonis natales, multis hactenùs ob vetustatem tempo-

Bennopolis nunc Hyldesheym.

S Bennonis parentes & patria.

Literę Henrici IIII.

S. Benno Capellanus regius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

temporum incognitos, in lucem aliquandò ederem. Cæterùm priusquàm vlteriùs progrediar, haud absurdum erit nominis ipsius rationem exponere: & quot eo nomine viri fuerint illustres, paucis saltem attingere.

CAPVT II. *Quid Benno significet, & quot eius nominis fuerint celebres.*

S. Benno Osnaburgēsis Episcopus.

BEnnō veteri Sclauorum lingua idem esse dicitur quod Latinè Benedictus. Florucrunt autem hoc nomine viri non incelebres: vnus quidem Episcopus Osnaburgensis, ob vitæ meritum in Sanctorum numerum relatus: alter Oldenburgensis antistes, vir opere & sermone potens, qui à Sclauis ut fidelibus sede pulsus, ad beatum Bernvvardum Episcopum tūc Bennopolitanum exul & profugus diuertit: à quo benignè susceptus & hospitio dignatus, randēm in consecratione Monasterij sancti Michaëlis, quod idem beatus Bernvvardus sua pecunia in parte Septentrionali ciuitatis Hyldesheymensis à fundo extruxerat, pressura populi exanimatus, in eodem loco sepultus est non sine opinione etiam sanctitatis. Episcopium eius tractu temporis ad Lubecam ciuitatem maritimam translatum est. Tertius Traiectensis Ecclesię præsul extitit, publicis principum conuentibus & grauioribus regni negotijs ab Henrico IIII. propter singularem eius industriam frequenter adhibitus. Quartus Dux fuit Saxoniæ tempore Ottonis II. optimus quidē princeps, & Ecclesiarum strennus defensor, præcipuè contra Sclauos fidem nostram tunc passim oppugnantes. Alios itèm fuisse Bennones præter eos quos memorauimus, satis constat. Nostri tamen incœpti non est singulorum nomenclaturam hîc ponere, quibus tot fuisse insignes abundè sufficit.

Benno Oldenburgensis Episcopus.

De Monasterio sancti Michaëlis in Hyldesheym.

Benno Traiectēsis Episcopus.

Benno Dux Saxoniæ.

CAPVT III. *Obitèr de Sclauis.*

Sclaui vndè primùm digressi.

QVia in Sclauorum mentionem incidimus, scitu dignum est eam gentem (siue ex Scythia olim, vt sentire videtur Sabellicus, siue aliundè digressam) non solùm Illyrium, Histriam & Dalmatiam, verumetiam Septentrionem versùs, magnam Saxoniæ partem, & omnem ferè citeriorem Aquilonaris Oceani oram, ab Albi flumine vsque ad mare Balthicum armis sibi vendicâsse. Quorum qui Nardauingi dicti sunt, Thetmarciam, Sturmariam, Ducatum Holsatiensem, & Hamborgam ciuitatem maritimam quondàm occupārunt: Rani, qui & Rugiani, Lubecam, Sūden, VVismariā & finitimas vrbes: post quos Pomerani & Obotriti, qui nunc Magnipolensis: Brizani & Stoderani, nunc Hauelburgenses & Brandeburgēses: suas singuli posuerunt sedes. Qui deindè trās Albim Nisicia c Luitici, (quos Lusatios hodiè vocamus) citra Albim verò vsque ad Salam Thuringorum fluuium, Sorabi apellati sunt. Omnia enim ea loca Sclaui olim sibi vsurpauerant. Sed & Bohemos ipsos & Polonos aduentitios ac origine fuisse Sclauos, Aeneas Syluius, non contemnendæ inter historicos fidei author est. Quare idcircò huic operi nostro inserenda putauimus, quoniam cùm in omnibus his Christo conuertendis non pauci olim sanctissimi viri Episcopi, presbyteri ac monachi, alij alijs in locis desudauerint, donèc gelidum hoc Aquilonis frigus calore verbi Dei fuerit resolutum: præcipuè tamen noster hic Benno pro eis, qui vltrà que Albis ripam in diœcesi sua circunsederant, ab errore suo reuocandis sedulam nauauit operam, eorumque plurimos crebris suis sermonibus ac signis ad fidem conuertit, quemadmodùm suo loco dilucidè comprobabimus. Nec fugit me, eb hanc ipsam fortè causam diuum Bennonem à multis hucusquè Sclauum fuisse creditum: verùm falsam hanc vulgi opinionem infrà etiam diluam. Modò cœptum prosequamur historiam.

Nardauingi

Rani seu Rugiani.

Obotriti.

Brizani.

Stoderani.

Iste Aeneas Syluius postea factus Pōtifex Pius II. vocatus.

S. Benno non fuit Sclauus.

CAPVT IIII. *De pueritia & educatione beati Bennonis.*

EDitus in hanc lucem Benno noster humanæ salutis anno M. X. cùm annos ætatis ageret quintum puerulus adhuc, traditus est in obsequium præsancti Bernvvardi Bennopolitani Episcopi: qui etiam ipse ex illustri Comitum sanguine procreatus, Bennonis nostri consanguineus fuit & affinis. Quamobrèm memor illius quod scriptum est, Initium sapientiæ timor Domini, puerum ei traditum primùm omnium timere fecit Deum: eique literario more studio, eruderando, præceptorem dedit VVigerum Præpositum Monasterij S. Michaelis, virum moribus ac literis apprimè decoratum. Sub cuius disciplina tantum profecit, vt optima puer indole ingentem de se spem polliceretur. Nam vt ætas illa erudita fuit, & humana colebat studia: id quod ex pluribus eius temporis viris disertissimis & eorū monumentis videre licet: ità VViggerus noster puerum sibi commissum non passus est à politioribus abhorrere studijs: primoque in ducendis formandisq; literarū apicibus antiquis, & his quę hodiè per Venetos impressores in vsum reuocatæ sunt, cum luculenter instituit: quemadmodùm literæ manu sua conscriptæ, & apud ecclesiam suam Missnensem in hodiernum vsque diem seruatæ facilè arguunt: deindè carminibus etiam eum exercuit, non tamen nisi diuinis & omni verborum obscœnitate carentibus. Nec difficili puer Minerua versu iam ludere & hymnos componere didicerat. Quare cùm omnes, tum maximè patronum suum sanctum Bernvvardum sibi plurimùm deuinxerat, eratque tam cælo, quàm hominibus gratissimus.

Literæ poëticæ.

S. Benno versificaturam didicit.

CAPVT V. *De ægrotatione & morte beati Bernvvardi.*

SAnctus verò Episcopus Bernvvardus extrema iam vitæ senecta febribus correptus, adeò pertinaciter ægrotare cœpit, vt toto decubaret quinquennio. Quo tempore vnico illi solatio erat puer Benno, modò poëtando, modò legendo, modò disputando. Inprimis autem pergratum illi erat diligentissimum pueri obsequium, qui nec momento quidem à sene abijt. Cùm verò iam finis instaret beatissimi patris Bernvvardi, vocato puero vnà cùm VVigero prædagogo suo, oratione ad eū vsus est huiusceмodi: Vides mi fili assidua me febre confectum, & sinistram hanc corporis valetudinem & quicquid aduersi fuit ad finem vsq; constanter pertulisse. Neque enim ad Deum redire possumus, nisi tribulationum & aduersitatis camino decocti. Quòd si eos etiā qui rectè vixerint conturbationes & dolores circunueniūt: quanto magis iusto Dei iudicio istos qui absq; vllo Dei timore veluti pecora degunt, & hic infelicitas occupat, & in futurum miseria. Quarè si sapis, aut si per ætatem sapere ipse nondùm potes, saltem nostris acquiescemonitis, atque hunc mundum ærumnis & anxietatibus repletum, dolo, fraude, mēdacijs, insidijs ac laqueis offertum, sanguine, scelere & iniquitatibus pollutum, ceu pestem aliquam contagiosam ac virulentam fuge, execrare, ac despice: Deoque soli adhære. Quod vt faciliùs possis consequi, & ætas tua, adhuc cerea in vitiam flecti, nulla malorum hominum tabe deprauetur, ab huius præceptoris tui latere posthac nusquàm discede, eique, si me amas, in omnibus patris loco obtempera. His dictis, manum pueri deosculatus VVigero Prępositо eum iterùm atq; itеrum commendauit. Ipse verò rebus suis omnibus dispositis plenus dierum, diues bonorū operum, & securus paratę sibi æthereę mansionis, clausis subitò oculis migrauit ad Dominū, sepultus in Monasterio suo S. Michaëlis, vbi & miraculis claret.

Oratio Bernvvardi Episcopi ad S. Bennonem.

Beati Bernvvardi felix obitus.

CAPVT VI. *De dolore Bennonis & totius ciuitatis ex obitu beati Bernvvardi.*

VIx dici queat, quāto beati huius viri transitus cùm ciuium suorum omnium, tum diui Bēnonis nostri animum mœrore ac luctu confecerit. Non quia gloriā illi inuiderēt, ad quam inuitatus abierat: sed quia præ nimio ipsius amore, aut ipsum adhuc viuere, aut cum eo diem obijsse mallēt extremum. Cùm autem VVigerus (cui tutela pueri commissa fuerat) animaduerteret eum ob immodicum animi dolorem, quem frequentes prodebant gemitus ac lacrymę, nimiùm macerari & contabescere, cœpit blandis ipsum verbis modò consolari, modò castigare, & effrenes iuuenilis animi impetus senili grauitatis freno cohibere, asserens communem hanc omnibus esse fati necessitatem, quam neque Christus (cùm solus posset) cuitare voluerit: nec flendam esse muliebriter constantiam, quam ipse tam constanter atque æquanimiter tulerit: præsertim cùm tot in Christo virtutibus ac miraculis clarus, euidens suæ beatitudinis signum post se reliquerit. Addebat homo admodùm disertus, nil aliud esse mortem quàm finem malorum huius seculi, & initiū vitæ melioris. Cuius rei gratia Gaditanos olim templū Morti & aram consecrâsse, diuinosque exhibuisse honores, tandem perosus, aliquantisper moderatus est, & ex eo tempore vanam mortaliū sortem communi quieti & miseriarū omnium portui. Quibus verbis placatus Benno, dolori suo

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPitaphion quoquè tractu temporis condidit idem Benno beato viro Bernvvardo, vt habetur adhuc hodiè in eodem monasterio, & fratres ipsius conS. Bernvvardi Epitaphium. restantur, hoc tenore:

Hac tumuli fossa clauduntur Præsulis ossa,
Bernvvardi miri magnificique viri.
Qui patriæ stemma, radians velut inclyta gemma,
Acceptus Domino, complacuit populo.
Nam fuit Ecclesiæ condignus Episcopus ille,
Quem Deus Emmanuel diligat & Michael.
Tandèm bissenis vndeno mense Kalendis
Felix hanc vitam, mutat in Angelicam.

Ex quibus quidem versiculis satis apparet, nec artis metricæ eum fuisse ignarum, nec tamen fucati carminis affectatorem, sed tenui ac simplici stylo contentum. Quòd si delicatis auribus & Rhinocerotis nasum habentibus ridendus forte videbitur versiculus ille: Quem Deus Emmanuel diligat & Michaël: (cæteri enim satis bellè habent) meminerint velim, beatum virum Bernvvardum diuo Michaëli singulariter fuisse deuotum, & ob hoc monasterium, sua impensa constructum, eius dicâsse nomini, & ibidem voluisse quiescere. Quo benè ponderato constat, prædictum versiculum diuo Bennoni nostro non ità temerè exijsse, vt prima fossis fronte videri poterat. Sed hæc missa faciamus, quoniam qui intùs diuino aguntur spiritu, exteriorem verborum corticem floccifaciunt: & concinnam magis diligunt vitam quàm orationem. Obijt autem sanctus Bernvvardus anno salutis M. XXII. Quo tempore rigidissima fuit Bennopoli scholastica pueroAntiquæ disciplinę scholasticę rigor. disciplina, quibus (vt in annalibus eorum legitur) non solùm choro, mensæ, aut dormitorio deesse, verumetiam tardiùs adesse, piaculum erat, Scripturam quoquè quotidiè Decano præsentare, & ipsos Psalmos reddere cogebantur. Nec timidis in claustro, quàm in scholis manum ferulæ subducere videbantur. Talibus igitur frenis Benno noster cohibitus, adolescentiæ etiam lubricum, quibus fere omnes labimur, fortiter calcauit.

CAPVT VIII. *De adolescentia diui Bennonis.*

MAgnæ spei adolescens Benno, & tam corporis quàm animi dotibus amabilis, præceptoris sui monita, contra eius ætatis morem ac consuetudinem, tum libêter audiebat, tum alacriter amplexabatur. Cumq; iam sub eius iugo ac disciplina ad pubescentes peruenisset annos, nulla vnquàm leuitate notatus, nec alio quàm communi fratrum cibo vsus, nec minori quàm illi inedia ac labore fatigatus, ad omnem Christi militiam diligenter à magistro suo exercebatur. Nec grauis iuueni hæc virtutis palæstra: quin lætabatur magis, vbi intelligeret senioribus etiã abstinentiæ ac tolerantiæ se esse exemplo. Sed nec animorum dehortantium & multis eum præclarisq; conditionibus ad sæculũ inuitantium verbis blandiloquis, aut vlla suadendi arte eius animus immutari poterat. Solidatus iam erat supra firmam petram. Neq; animo exciderat sana beati Bernvvardi doctrina & vltimum vale. Accidit autẽ vt eodẽ tempore genitor ipsius, qui cum propagandæ stirpis gratia vehementiùs ad sæculũ inuitaueratPatrem S. Bẽnonis mori- tur. ret: & ipse patria potestate solutus facilè se sperareret apud matrẽ, quam deuotam religiosam nouerat, intrandæ religionis veniam cõsecuturum. Nec voti ipsius compos stitit pia genitrix: quin eum vehementer indè collaudans pollicita est, tenuem hanc Monasterij statum, suis etiam opibus haud illiberaliter foturam. Erat enim ipsaLaus Bezelæ. ætatæ religionis ac honestatis fœmina, & vt vno absoluam verbo, tali digna filio

CAPVT IX. *De ingressu religionis.*

EXhilaratus Benno tam benigno piæ matris assensu, cùm iam virili robore esset proximus, doctus à Spiritu sancto reprobare malum & eligere bonum, duodeuigesimo ætatis suæ anno sacrum suscepit habitum, & cum eo sanctarum incrementa virtutum: moxque professus in eo quod suprà diximus monasterio Hyldesheymensi, puerilia studia & poëticas nugas posponens, sacrosancta Propheta- S. Benno fit monachus. rum volumina & vtrunque Testamentum, ac Patrum doctissimorum commentaria diu noctuq; ruminabat. Orationibus, vigilijs ac ieiunijs impensiùs multò, quàm anteà vacabat. Abstrusa quoquè ac recõdita Theologiæ sensa, quæ cæteris altiùs meditata exploratáq; habebat, non inuitus referebat. Qui (vt annalium eorũ docent) sacratissimo illius eloquio, in tristitia cuiuslibet anxietatis consolati, & à laqueis antiqui hostis liberati, perpetuę vitę vias ingrediebantur. Ferunt etiam nonnulli, priusquàm religionem ingressus sit, in Francia Theologiæ studio dedisse operam, atque in ea facultate doctoralibus insignijs fuisse decoratum. Qui honos nunc omnium fuit excellẽtissimus. Cui quidem opinioni non parum præstat fidei, S. Bẽno doctor fuit sacrę Theologiæ. rum titulus Magistri, quẽm inter monimenta Goslarienſis ecclesię (vt prædiximus) adhuc hodiè obtinet: tum quòd plures eiusdẽ sæculi nobiles viri ad idem Frãciæ regnũ sacrarum literarum gratia se cõtulerunt: quas Caroli Magni opera & impensa, Parisiensi olim Gymnasio esse inuectas satis cõstat. Quarè nihil prohibet diuum Bennonem etiã post professionem ab Abbate suo istuc studij gratia fuisse transmissum. nè tamen incerta pro certis asserere videamur, nos ista in medio relinquimus. Carolꝰ Magnus Theologiæ studium Parisijs instituit.

CAPVT X. *De sacerdotio diui Bennonis, & electione eiusdem in Abbatem.*

A Tempore susceptæ religionis Benno vsq; in quintum & vicesimum ætatis suæ annũ, in quo sacrum accepit Diaconatũs ordinem, in oculis omnium sanctissimè innocentissimeq; conuersatus est. Atq; ab eo tempore vsq; ad tricesimum vitæ annũ semper magis ac magis in religione proficiens, humilitate & patientia omnibus prælucens, volẽte & iubente Abbate suo Adelberto, sacerdotio tandẽ initiatus est. Quod ille tanta cum reuerẽtia ac dignitate adijt, tanta munditia & puritate gessit, vt fratribus etiã stupori ac admirationi fuerit. Abstinentia autem tanta se indè macerabat, vt rarò cœnam cum eis sumeret. In altari torus ardebat: nec vnquàm siccis rem diuinam oculis perficere potuit. Accidit igitur, vt anno dehinc quarto defuncto Adelberto prędicto, pars fratrũ Bennonem hunc nostrũ, pars verò Sigebertum quendam, & ipsum quidẽ virum bonum, mitioris tamen vitę, & secularibus negotijs magis deditũ, eligerẽt. Cumq; pluribus Benno suffragijs quàm Sigebertus ipse niteretur, nihilominùs illi libenter ac vltrò cessit: supplicans electoribus suis, nè contemplatiuam ipsius vitã exterioribus curis ac actionibus impedirent: tribus tamen mẽsibus in officio stare coactus est, donèc flentibus ipse oculis vacationẽ muneris obtinuit. Hinc est quod in catalogo Abbatum eiusdem Monasterij suo ordine ac loco ità scribitur: Bẽno frater ac pater noster, Abbas Episcopus factus, miraculis claret. Illic sepultus, vbi & in pręsulẽ est vnctus. Hęc ibi. S. Bennonis electio in Abbatem. Multis lachrymis rogat eius dignitatis absolutionem. Nota.

CAPVT XI. *Qualiter Benno ex Hyldesheym Goslariam accitus, & ex monacho Canonicus factus est.*

DEposita Ecclesiastica hac præfectura, Benno noster reliquam vitã in priuato, & vel in oratione, vel lectione diuina tãtummodò trãsigendam decreuerat: verùm omnipotens & gloriosus in sanctis suis Deus, qui humiles corde sublimat, & superbos de sede deturbat: non passus est candelabrum hoc lucidissimũ semper sub modio delitescere. Vndè breui posteà cõtigit, vt piissimus Imperator Henricus rex III. ecclesiã Goslariẽsem (cuius fundamenta iam ante à cerat Cõradus decessor ipsius siue pater, siue socer) magnifico ac regio cultu dedicari faceret per manus beatissimi Pontificis Leonis IX. pręsentibus absolutã Cardinalibus, Episcopis, & Abbatibus, numero LXXIII. Quam quidẽ ecclesiã, & Canonicos ipsius Capellanos regios (vt suprà prælibauimus) passim haberi & nominari vellet: exactam dedit operam, vt viros tanto honore dignos, & tam literis quàm sanctæ conuersationis moribus probatos eidem ecclesię præficeret. siquidem illic etiam Regni sedem constituerat. Lecti sunt igitur ex omni ferè Germania viri cùm doctissimi, tum religionis obseruantissimi: inter quos & venerabilis noster Benno maximis Imperatoris precibus, annuente & iubente præfato summo Pontifice vix tandèm monasterio suo extractus, ac dictæ Goslarienſi ecclesiæ (quatenùs nouæ congregationi spiritalis armaturæ dux esset, & ecclesiasticæ disciplinæ tyrocinijs eruditet) in Magistrum ac Canonicum præfectus est. Quàm laudabilem verò ac sanctam olim vitam duxerit prima ea Goslariensium Canonicorum congregatio, documento esse potest: non solùm id, quòd plures ex eis diuorum numero adscripti, plurimi beatorum appellatione (dum adhuc viuerent) dignati sunt: verùm illud etiam memoratu dignissimum, quòd cùm in potestate Imperatorum adhuc esset Episcoporum designatio, pauci aliundè quàm ex eadem regia (vt dicebatur) Capella, tam sub prædicto Henrico III. quàm filio Henricus III. Nota. Leo IX. Goslaria regũ Capella. S. Benno fit Goslariensis ecclesię Magister & Canonicus. Nota.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsius IIII. & nepote V. æquiuoci nominis regibus, ad quæcunque etiam Episcopia conscēderint. quod vt exemplo res agatur, nomina eorū, tum sedium etiam, ad quas quisq; sublimatus est, sequenti capite non indignè nobis recensenda veniunt.

CAPVT XII. *Nomenclaturam continet Præpositorum & Canonicorum Goslariensium, eorumque ad diuersa loca promotiones.*

RVmoldus I. Præpositus, posteà
Engelhardus II. Præpositus
Guntherus III.
VVernherus IIII.
Anno V.
Bibo VI.
Bruno VII. Præpositus
Otto VIII.
Suiderus IX.
Hartuicus X.
VVilhelmus XI.
Bertoldus XII.
Arnoldus XIII.
Bruno XIIII.
Geroldus XV.
Crafft XVI.
Benno Magister
Robertus XVII. Præpositus
Matro XVIII.
Herebertus XIX.
Eckhardus XX.
Gotfridus XXI.
Eppo XXII.
Vdalricus XXIII.
Cono XXIIII.
Cunradus XXV.
Landolfus XXVI.
Ricolfus XXVII.
Erpho XXVIII.
Henricus XXIX.
Hetzelinus XXX.
Henricus XXXI.
Eylbertus XXXII.
Litmarus Magister
Hildolfus Magister
Atelhogus XXXIII. Præpositus
Eckhardus XXXIIII.
Cunradus Canonicus
Lutolfus Canonicus
Iohannes Magister
Rudolphus Vicedominus
Cunradus Canonicus
Valentinus XXXV. Præpositus
Guntherus Canonicus
Sigifridus XXXVI.
Arnoldus XXXVII.
Iohannes Canonicus
Henricus Canonicus

Constantiensis Episcopus.
Magdeborgensis Archiepiscopus.
Bambergensis Episcopus.
Merseborgensis Episcopus.
Colonensis Archiepiscopus.
Tullonensis Episcopus.
Herbipolensis Episcopus.
Rauennatensis Episcopus. (mensi I.
Bābergensis Episcopus, posteà Papa Clemens II.
Magdeburgensis Archiepiscopus.
Veronensis Episcopus.
Interamnensis Episcopus.
Patauiensis Episcopus.
VVercellensis Episcopus.
Rauennatensis Episcopus.
Missnensis Designatus.
Missnensis Episcopus.
Bambergensis Episcopus.
Verdensis Episcopus.
Leodiensis Episcopus.
Polonensis Episcopus.
Ratisponensis Episcopus.
VVormatiensis Episcopus.
Argentinensis Episcopus.
Frisingensis Episcopus.
Traiectensis Episcopus.
Treuerensis Archiepiscopus.
Moguntinus Archiepiscopus.
Monasterensis Episcopus.
Augustensis Episcopus.
Hyldesheymensis Episcopus.
Paderbornensis Episcopus.
Numensis Episcopus.
Hamborgensis Archiepiscopus.
Coloniensis Archiepiscopus.
Hyldesheymensis Episcopus.
Spirensis Episcopus.
Hyldesheymensis Episcopus.
Halberstatensis Episcopus.
Halberstatensis Maior Præpositus.
Suerinensis Episcopus.
Magdeburgensis Archiepiscopus.
Mindensis Episcopus.
Magdeburgensis Designatus.
Hyldesheymensis Episcopus.
Bambergensis Episcopus.
Hauelbergensis Episcopus.
Hauelbergensis Episcopus.

Hos & alios antiquæ Goslariēsis ecclesiæ Prepositos & Canonicos ad tam diuersas Italiæ, Germaniæ & Galliarum sedes, Imperatorum olim nutu destinatos Episcopos, qui latiùs videre cupit: apud eandem ecclesiam inueniet simul cum aliis vetustatis monumentis dignissimis. Ad Bennonem nostra festinat oratio.

CAPVT

CAPVT XIII. *De conuersatione diui Bennonis in ecclesia Goslariensi, & familiaritate cum Annone Præposito.*

DEcem & septem annos venerabilis Benno noster Goslariæ conuersatus est: quibus se in omni genere virtutum spectabilem præbuit, egitq; Canonicum ac Magistrū omnibus numeris absolutū crebris vigilijs, frequenti inedia, assiduis orationibus, tum largis patrimonij sui eleemosynis. Dedit enim ex bonis suis hæreditarijs prædictæ ecclesiæ Goslariēsi, non pauca prædia, molēdinas domos & census etiam perpetuos. Quibus omnibus Canonici eiusdem ecclesiæ in hodiernum vsque diem vtuntur, & quorum desuper literas, monumenta ac diplomata penès se habent reposita. Quanquàm autem vir beatissimus Bennono omnium eorum qui suo tempore secum in ecclesia Goslariensi Deo militauerant, non vulgarem meruit gratiam eò quòd esset rectus ac integer, fraternæque pacis ac domesticæ concordiæ vehemens amator: præcipuè tamen illi cum beato Annone Goslariensi tunc Præposito, posteà verò Colonensi Archiepiscopo arctissima fuit consuetudo & mutuus in Christo amor. Siquidem vnum erat illis vel le ac nolle: velle scilicet bonum, & recedere à malo. Quapropter mirabile dictu est, quantùm breui simul apud Deum profecerint, & quàm iucundam ac firmam amicitiam similes illis mores & idem cæli studium pepererit. Etenim verè tunc in eis completum fuit illud Psalmographi: Ecce quàm bonum & quàm iocundum habitare fratres in vnum. O legitimos Christi Sacerdotes. Vtinàm atque vtinàm nodus atque hoc vinculum, Christi scilicet charitas, & diuinarum rerum studium, nostros quoquè iungeret Sacerdotes & ecclesiarum Prælatos. Sic enim sublatis è medio occultis eorum simultatibus ac odijs, per fraternæ concordiæ nexum iam suis essent honorabiliores, quàm aduersarijs etiā formidabiliores: nec ità lærerentur ecclesiæ, diriperentur earum bona, & omnis ferè ecclesiastica deperiret authoritas. Sed quorsùm abij? Ad Orestem & Pyladem nostros Annonem & Bennonem scilicet reuocandus est calamus. Quorum tantam inter se beneuolentiam, nulla res adeò fouit, àc ea de qua modò dixeram fraterna Christi charitas, quod, vt inquit Apostolus, perfectionis est vinculum. Hac igitur duce de virtute in virtutem ambulantes, qualiter vterque à Deo exaltatus, & in modico fidelis supra multa constitutus sit, quàm breuissimè potero, hinc subnectam.

Bennonis liberalitas circa ecclesias.
Conuersatio eius inter Canonicos.
Annone Præpositus, pòst Coloniensis Archiepiscopus.
Pſal. 132.
Coloſ. 3.

CAPVT XIIII. *De vocatione Annonis ad Coloniensem & Bennonis ad Missnensem Ecclesiam.*

ANno salutis M. L V. beatissimus Anno per Henricum III. prædictum, magno bonorum omniū assensu, Agrippinæ vrbis sedem adeptus est, vir qui tot Rerumpub. turbationes & incēdia, quot suo tempore in Imperio passim extitêre, solus vel æquanimiter ferre, vel ab vrbe sua singulari prudentia nouerit arcere. Valedicēs igitur charissimo amico suo Bennoni, Macte virtute isto, inquit, frater, nec putes velim, me tuî fore immemorem, quin cœptam inter nos necessitudinem, vbi præsentia nequimus, saltem literis fouebimus. Annonem uentu posteà explanauit. Mortuo enim paulò pòst Imperatore præfato, regnum filio suo Henrico IIII. Aquisgrani, non ità multò priùs inuncto, cōcessit. Qui cùm adhuc puer esset, apud matrem Agnetem Imperatricem aliquamdiù educatus est: breuique pòst rempore in tutelam venit præfati Annonis Coloniensis Antistitis, quibus ex causis, scriptores variāt: neq; huc pertinet. Certum tamen est, donèc Rex puerilēs absoluerer annos, summam rerum cōsensu omniū apud Annonem residisse. Qui vacante sub id tempus Ecclesia Missnensi per obitum Crafft Goslariensis paulò antè Præpositi, facilè effecit, vt eadem Ecclesia Missnensis veteri amico suo Bennoni, cuius vitę innocētiam & dignitatem dudùm exploratam habebat, etiam nihil tale cogitanti cōmitteretur: Renitentemq; (amore fortasis contemplatiuæ vitę) literis vt pusillanimum vehementer increpauit, & ad suscipiendū episcopium adhortatus est: asserens, satis iam sātis spectatam esse Goslariæ virtutem suam. Neq; dò illuc per mare, per terras, diuinæ plantationis surculos circuntulisse. Caueret igitur, ne talentum sibi traditum, quum Missnę modò propter vicinam & increduli Sclauorum gentem duplicare posset, absc̄odere potiùs, & labores pro Christo

Henricus III.
Crafft antecessor Bennonis.
S. Annonis laus. Cuius Vita habetur 4. Decembris, Tomo 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fugere videretur. id quod magis ignaui animi quàm religiosi esset indicium. Sic enim contemplationi vacādum esse, vt ab actione, in qua virtutis laus omnis consisteret, animus torpore non abhorresceret. Sicque amandam esse Rachelis pulchritudinem, nè Liæ interim fœcunditas haberetur despectui. Quemadmodùm enim stellæ à stellis differentes vnam cæli faciem decentissimè pingerent: ità Ecclesiæ Christi vni & soli vtranque tam actiuam, quàm speculatiuam vitam, non solùm ornamento ac decori, verumetiā quammaximè esse necessariam. Quibus verbis non tam persuasus quàm veluti compulsus Benno, oblatam tandèm suscepit prouinciam. Non ignarus tamen (diuino reuelāte spiritu) quibus exagitandus insectibus, quantasque in episcopatu tribulationes & aduersitates toleraturus esset. Ad quæ omnia voluntariam se Deo hostiam obtulit.

Actiuæ & contemplatiuæ vitæ necessaria coniunctio.

S. Benno Missnensis eligitur Episcopus.

CAPVT XV. *De consecratione beati Bennonis in Episcopum, & primo in ciuitatem suam aduentu.*

HVmanæ igitur reparationis anno M.LXVI. venerabilis Benno noster à VVernhero Magdeburgensi Archiepiscopo pontificali veste induitur, olei sacri liquore perfunditur, & inclytæ nostræ Missnensis Ecclesiæ præsul decimus à Burckhardo primo eiusdē pastore præficitur. Benedictione igitur de more percepta, mox Missnam acceleranti totius vrbis clerus ac populus gratulabundus venerabundusque occurrit: & in ecclesiam maiorem festiuiter adductum, in sede eum pontificali collocant magno omnium plausu & ingenti totius ciuitatis gaudio. Ipse verò intra se habitans, præsentique honore nihil elatus, illud semper in ore habuit, tacitoque sub pectore voluit: Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Memor præterea illius quod scriptum est, Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, vt offerat dona ac sacrificia pro peccatis: Primò omnium in conspectu totius populi sacra solenni more celebrauit tanta deuotione, tantoque lachrymarum fonte, vt siccis eum oculis hi quibus etiam saxea erant corda videre non possent. Sacris verò in medium deductis, ad plebem conuersus, populari primò lingua de Christianæ fidei præstantia ac dignitate, de colendo summo ac vero Deo, beatorumque spirituum gaudijs, & malorum tormentis graphicè, magnaque admiratione omnium eloquutus est. Deindè ad Canonicos Clerumque sermonem dirigens, tali eos oratione affatus est: Quandò à Deo factum est, viri fratres, ac domini, vt neque cogitanti mihi neque ambienti hic locus (quod nobis felix vtrinque faustumque maneat) destinatus sit: ego deincèps Ecclesiæ huic vestræ dignissimæ, eiusque commodis ac honori hanc animam, & quid quic in me est (quod nouì quàm sit exiguum) totum polliceor ac deuouco. Neque vllus mihi labor grauis erit, nec amara pericula, quæ nobis tamen charissimi fratres (nisi exalto Deus auerterit) & multa & magna imminent: dummodò vestram, huiusque mihi commissæ Ecclesiæ salutem, honorem ac commodum (ità vt bonum decet pastorem) omnibus modis, & pro virili promoueam. Pro quo neque potentium timebo minas, neque rerum amittendarum, aut huius etiam corpusculi iacturam magnifaciam. Vos autem orationibus ac precibus vestris me adiuuabitis. Summoperè enim mihi placet deuotio vestra, & benè instituta religio: quæ à decessoribus meis sanctissimis proculdubiò viris tam decenter ordinata (Deum Opt. Max. oro ac obsecro) meo etiam tempore in peius non labatur, sed pro laude ac gloria ipsius semper magis ac magis crescat in hoc loco: vt pro communi tandèm labore & vita benè acta communem mereamur simul ingredi lætitiam, & optatæ beatitudinis consequi meredulam. Sic fatus, & adstantibus lachrymas excussit, & ipse gliam flentibus oculis ad perficienda sacra cœpta reuersus est.

Ab Episcopo Magdeburgensi cōsecratur.

Pſal.113.

Hebr.5.

Deuotio & lachrymæ eius.

Oratio eius ad populū & Clerum.

Ecce verum pastorem.

CAPVT XVI. *De moribus ipsius in Episcopatu, & cura circa rem diuinam adhibita.*

VEtus prouerbium est: Magistratus virū ostendit. Et profectò quanta fuerit prudentia beatissimus noster Benno, quàm prouidus in cōsilio, quàm iustus in iudicio, non ante apparuit, quàm in tanto fastigio constitutus est. Neque enim à dextris, neque à sinistris recedens, omnia quæcunque verbo monuit, factis ipse adimpleuit. Non pomposus, non elatus: sed opera ita multa erga pauperes pietate ornabat. Suū hoc solum esse ratus, quod nudus inopi

Pietas eius erga pauperes.

que in hunc mundum venisset. Inprimis autem ecclesiasticarum rerum & diuini cultus solicita illi cura fuit. Vndè cùm antiquorum more irregulatus adhuc esset in ecclesia Missnensi cantus, (id quod alijs etiam in locis videre licet ex antiquissimis quibusdam Gradalibus & Antiphonarijs (vt vocant) in quibus vnica, aut etiam nulla interdùm linea, paucisque ac indiscretis notulis contenta fuit antiquitus) Benno noster data opera regularem ac legitimum canendi vsum iuxta Hyldesheymensis ecclesiæ ritum ac consuetudinem, ad Missnam primus traduxit: feliciterque vt concinnè atque eleganter in hodiernum vsque diem cantetur, quicquid ipse instituit. Quas enim nouas & exoticas quasdam hodiè canunt historias, neotericorum inuentum est, musicæ artis lege modoque carens. Hanc Hyldesheymensis & Missnensis cantus analogiam & conuenientiam (siue festiuo, siue simplici more diuina peragantur officia) primus omnium deprehendit venerabilis & egregius vir dominus Iohannes Hennig sacræ Theologiæ Professor, & dictæ ecclesiæ Missnensis Decanus dignissimus: cui nupèr Saxones perlustranti harum rerum gratia comes destinatus sum: vbi & à Saxonibus viris dignissimis perbenignè excepti sumus, & ea pleraque omnia quæ hîc inserta partim oculis vidimus, partim ex literarum hausimus monumentis. Sed hæc & alia dignissimus pastor Benno circa cultum diuinum in ecclesia sua Missnensi prudenter ordinauit & constituit. Erat enim cæremoniarum omnium doctissimus, & circa rem diuinam ab infantia versatus. Nec quicquam eum latebat quod ecclesiasticæ interesset disciplinæ.

Hyldesheymenses & Missnenses in cātu concordant.

Cultus diuinus ab eo mirè augmentatur.

CAPVT. XVI. *De cura lustrandæ suæ diœceseos, & his quæ ad animarum attinent salutem.*

DIuinis rectè se habentibus, mox animum adiecit beatissimus pontifex ad visitandos singulos diœceseos suæ pagos & oppida, omnesque ecclesias & earum Rectores, id quod etiam quotannis in propria persona vicatim ostiatimque sedulò factitabat. Proindè circunspiciens vtrinque animarum saluti modò in Presbyteris, vt & verbo docerent, & opere doctrinam suam comprobarent: (nè fortè alijs prædicantes, ipsi reprobi facti auditoribus vilescerent) modò in subditis, vt dicto sacerdotum suorum obtemperantes, verbum salutis, & quicquid ad fidem attinet, diligenter ab eis discerent & obseruarent. Quòd si quos eo modo se habere comperit, vehementer laudauit: Sin secùs, leniter corripiendo in melius immutauit. Tanta autem gratia præditus erat, tanque inter pauperes ac diuites æquilibrio se partiebatur, vt passim eum omnes amarent: eiusque monitis obtemperantes, pacificè inter se viuerent, & fraterno inuicem amore diligerent. Verbum Dei quoque ità luculenter, ità suauiter tractabat ac prædicabat, vt per multa etiam milliaria, eius audiendi gratia confluerent. Habuit autem vir Dei in singulis diœceseos suæ plagis castellum vnum, in quo visitationis suæ tempore diuerteret. In Oriente videlicet & superiore Lusatia Gedau, in Meridie Bresnitz, in Occidente Neoburgum vulgò Naumburg, ad Aquilonem verò non longè ab vrbe Missnensi Zscheylau, vbi hodiè etiam Collegiata habetur ecclesia. Propter frequentes enim bàrbarorum incursus & hostiles vastitates, raræ tunc erant vrbes in terra ista. Nam & Stolpen & VVurtzen ac Moegeln oppida multo pòst tempore in potestatem venerunt Missnensis Ecclesiæ. Prædicta verò castella, Bresnitz, Gedau, & alia non parùm multa Henricus Imperator secundus, is qui diuorum numero posteà adscriptus est, & ab Italis pristinus habetur, Ecclesiæ Missnensi olim dono dederat, ob preces Eiconis tertij Missnensis Episcopi. Qui & ipse excellentis meriti præsul vitæ suæ sanctimoniam certis indicauit miraculis, quæ post obitum suum comperta & literis mandata sunt. Cuius gloriosam vitam Dietmarus Merseborgensis olim Episcopus tam deuotè quàm eleganter scriptitauit. Quarè non est quòd diutiùs hîc immoremur. Bennonis enim non Eiconis res aguntur. Quòd si vacaret, memorari possem vtique complures Missnensis Ecclesiæ Antistites, tantæ olim fuisse religionis & munditiæ, vt beatorum appellationem (dum etiam viuerent) haudubiè meruerint. Verùm habenda nobis ratio est, nè longiùs euagantes, & cœpti operis seriem interrumpamus, & lectorem simul tædio conficiamus.

Gedau. Bresuitz. Naumborg. Zscheylau.

Henricus II. Sanctus.

Eico Missnensis Episcopus.

Dietmarus Merseborgensis Episcopus Eiconis vitam conscripsit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. XVIII. De incremento bonorum etiam temporalium sub diuo Bennone.

Bona temporalia suæ ecclesiæ vt augmentauerit.

COmpositis his quæ ad diuinum cultum & animarũ attinent salutem, sanctissimus præsul Benno, animaduertẽs ecclesiastica stipendia propter vicinorum, modò Sclauorum, modò Boëmorum improbitatem & predandi consuetudinem, non parùm esse extenuata: sedulã etiam adhibuit curam, nè ecclesię suę, vel ad diuinũ cultum, vel ad alendos pauperes quippiã deficeret: vndè apud eos quibus ipse cælestia seminabat, temporalia ecclesię subsidia suo

Borr militaris multa ei bona offert.

quodam iure confidẽter postulabat. E quibus Borr quidã equestris ordinis vir magnæ deuotionis, non pauca illi de bonis suis donauit, & Ecclesiæ Misnensi perpetuo iure oppropriauit. Similiter & Hẽricus IIII. eius nominis Rex, dum adhuc sub

Item Henricus IIII.

iugo esset beati Annonis Colonensis Antistitis Ecclesiæ Misnensi, nonnulla prædia ac bona, iuxta regiam munificentiam liberaliter concessit. Sed & Bezela mater

Item Bezela mater Bennonis.

diui Bennonis, distractis omnibus bonis suis, filiũ post adeptum episcoparum huc etiam secuta erat. Cui ille castellũ Gedau habitandũ indulsit, & quotiès ibidẽm visitationis suę munere fungeretur, anili & decrepitę mulierculę multo erat solatio. Quæ etiam adhuc viuens & deindè post obitum suũ (breui enim pòst defuncta est) Ecclesiæ Misnensi, quicquid ex dotalitijs, paraphernalibus aut alijs quibuscunque bonis relinqueret, testamento legauit. Ex quibus eidem pientissimus natus perpetuam apud ecclesiam suã memoriam, & Dominicale illud officium, quod Dominico quoque die ibidẽm peragunt, comparatis ad hoc censibus, instituit. Inualuit

S. Bẽno qua reà quibusdam creditus fuerit Sclauus.

indè rumor apud posteros, (vt suprà innuimus) diuũ Bennonem nostrũ in Gedau fuisse natũ: quoniam memoria proditum foret, & incolis in hodiernum vsq; diem etiam constat, matrem suam in Gedau aliquandò habitãsse. Verùm falsãm hanc imperitæ plebis opinionem facilè explodit, tum nomen ipsius Benno à Bennopoli patria ei inditum, tum antiquissima Hyldesheymensis & Goslarienſis monasteriorum monimenta suprà per nos exhibita. Non solùm autẽ his & alijs incrementis ac bonis, beatissimus pontifex Benno Ecclesiam suam Misnensem locupletauit & auxit: verùm etiam ea quæ tempore suo eidem vi & iniuria sunt ablata, sub anathematis ac diris diuinæ vindictæ imprecationibus restituere ac resarcire cœpit: de quo etiam infrà suo loco singillatim commentabimur.

CAP. XIX. De conuersione Sclauorum, & impedimentis tam sanctis operis.

Henricus III. Sclauos tributarios facit.

SVprà memoratum est, Sclauorum ingentem multitudinem gentili errore vagantem in diœceſi olim Misnensi tam vltra quàm citra Albim fluuium desedisse. Quos & si Henricus Rex III. pijssimus epitetho perpetuo Imperator, non ità multò priùs, quàm episcopatũ Benno susceperat, tributarios fecerat, & ad suscipiendam Christi fidẽ magna ex parte compulerat: plurimi tamen ex eis retrospicientes, pagano ritu, honorem quem Christo debebant, idolis reponentes, relicta pietate fidei, antiquis se erroribus denuò inuoluerant. Ex quibus Radigast in magna apud eos veneratione erat. Inter omnia autem numina primatum tenebat Suanthevvitz: quem Deum deorum esse profitentes, ex ipsius oraculis & responsis res cunctas gerebant. Est autem Suanthe Sclauica lingua idem quod sanctum: VVitz verò lumen interpretatur. Cumque magorum consilium sit sententia, dæmonia omnia sanguine inuitari: Sacerdos tamen Svvantheuvitz suis persuadebat, hunc nisi Christiano cruore placari non posse. Vndè quod abominabile etiam dictu est, illi quotannis hominem Christianum, quemcunque sors obiecit, litare consueuerant. Atrum etiam dæmonem, cui nomen Zeernebock, in cuius potestate mala esse credebant, deuotiùs honorabant, non deprecantes. Zeerne enim nigrum, Bock verò seui Bohu Deum apud eos significat. His singulis singuli dicati erant Flamines, & varia sacrificiorum libamenta. Quæ tanquàm superstitiosa & relatu indigna consultò præterimus. Ingemiscens igitur pientissimus pater Benno, miserum populum dæmonum præstigijs ità rapi præcipitem, officij ac debiti pastoralis esse ratus est, cæcis lumen, ægris salutem, & errantibus viam ostendere. Cui quidem tam sancto operi cùm se totum deuouisset, & sapienter quidem primò lenia remedia adhibens, plures indiès comitate sermonis sui ad Christum reduceret: insidiator diabolus molestè ferens inauthoratam sibi plebem, myſtica adspergi vnda, & à castris suis fieri transfugam, (permittente Domino, quò virtus

Radigast.

Svvantheuvitz Sclauorũ deus.

zeernebock idolum.

S. Bẽno suæ prædicationi eos ad Christum conuertit.

seruì Dei humanæ vitæ fluctibus agitata magis inclarescęret) aliud illi negotium fecit, tantisque eum impulit tempestatibus & procellis, vt relicta Sclauorum cura coactus sit vela ventis committere. Et quia summa ipsius virtus & constantia tunc potissimùm spectata fuit, (quandoquidem explorant aduersa viros) idcircò non iniucundum fore puto, si statum eorundem temporum explicauero. Non enim parum refert (vt dici solet) in quæ quisque tempora inciderit.

Inuidia diaboli nititur impedire hominis suam salutem.

CAPVT XX. De captiuitate & exilio diui Bennonis.

OMnium primùm tempestuosa ea reddidit tempora, famosissimum illud Saxonicum bellum, quod cum Henrico IIII. magna vtrinquè animi pertinacia gestũ est. A quo licèt Benno noster innoxias habuerit manus, vicini tamen incendij flammas euadere non potuit: vel ob hoc vnum, quòd & ipse ex primario Saxonũ sanguine, qui Regi penitùs inuisus erat: siue (quod magis credam) quia Deus vas suum ità voluit tribulationũ camino excoquere, & velut aurum in igne probare. Permisit enim vt à prędicto Rege innocentissimus præsul, nullo suo delicto, caperetur, & in exilium mitteretur: vbi & cæteri seruabantur principes, videlicet Magnus & Hermanus Saxonię duces, VVetzilo (qui & VVernherus Merseborgensis Archiepiscopus, Burckhardus Halberstatensis, & VVernherus Metseborgensis Episcopi, Fridericus Comes Palatinus Saxoniæ & plerique alij primores viri, quorum omnium propter implacabilem Regis iram, nulla erat salutis spes, nec alia quàm vel citæ mortis vel perpetui carceris expectatio. Benno verò neque de vita sua neque de captiuitate solicitus, solius Ecclesiæ suæ casum inconsolabiliter, & cautas tantorum malorum tam verissimè quàm breuissimè paulùm hic deflebat: eo quòd iratus Rex eam ipsam etiam per Buckhardum quendam ferocem & militaris audaciæ hominem miserè vastauerat. Paulò enim ante id tempus diem obierat Dedo Marchio, relicto Henrico filio adhuc puero: quem Rex obsidem secum abduxit, & in aula regia educari fecit. Dictum verò Buckhardum præfectum Missniæ constituit, vt Marchiam interìm in fide sua cõtineret, donec infans adoleſceret. Huius autem vastationis meminit Lampertus Heruelfensis monachus nobilis historiarum scriptor, vbi de expeditione loquitur Regis Misnensem Saxonibus improuisis superinduxit, volens eos inter oscitãtes (vt dici solet) opprimere. Sunt autẽ hæc Lamperti verba: Peruenit igitur Rex vsque Misenen, vrbem sitam in confinio Boëmiæ & Saxoniæ: vbi à ciuibus pacificè in ciuitatem susceptus, Episcopum ciuitatis ipsius comprehendit: omnia quæ eius erant diripuit: hoc solo reum Maiestatis adiudicans, quòd toto tempore belli Saxonici nullos ad eum seruatę erga Remp. fidei indices nuncios vel literas destinâsset. Cæterum homo ecclesiasticę paupertatis & nihil aut parum habens pompæ militaris, vota forsitan contra Remp. facere, aut arma ferre non poterat. Nec magnum vel his vel illis partibus momentum, amicus & inimicus extitisset. Hæc Lampertus nostęr ad verbum. Quibus amplum satis testimonium diuo nostro Bennoni perhibet: virum cum fuisse ecclesiasticæ paupertatis: neque diuitijs inhiâsse, neque gloriæ: nec belli sed pacis fuisse amicum.

S. Benno de primario Saxonum sanguine progenitus.

Principes Saxoniæ captiui.

Vastatio ecclesiæ Misnensis.

Dedo Marchio.

Henricus Marchio.

S. Benno innocentiss. cõprehenditur.

S. Benno vere pauper Euãgelicus.

CAPVT XXI. Gregorij VII. & Henrici quarti digladiationẽ continet.

ALterum eius tempestatis exitium fuit eiusdem Henrici IIII. cum Gregorio VII. calamitosa seditio. Ex qua etiam sancto viro Bennoni non parum succreuit laboris & periculi. Discordantibus enim inter se summis orbis cardinibus, facta est confusio elementorum, hoc est Prælatorum inferiorum: & percussio pastore, dispersæ sunt oues gregis. Nam ex omnibus Germaniæ Episcopis perpauci inuenti sunt, qui Romano Pontifici tunc integram seruarent fidem. E quibus fuêre Anno Colonienſis, VVecilo Magdẽburgensis, Bucco & Burckhardus Halberstatensis, VVernherus Merseborgensis, & Bẽno noster Misnensis: cęteri ferè omnes regias partes secuti sunt. Omisso igitur paulispèr Bẽnone, huius etiam tam pernicioſæ dissensionis causas breuiter reponam. Defuncto Alexandro II. suffectus est ei Gregorius prædictus, cui Hildebrando anteà nomen fuit: & quia incõsulto Cæsare, solis scilicet Romanis fauẽtibus, ad Apostolatus apicem conscẽderat, hinc primum contra eum accusationis caput sumptum est. Mos enim tunc erat: nẽ quis pro Romano Põtifice salutaretur, nisi quẽ Imperatoria destinâsset

SS. Annonis Bennonis & quorũdam Episcoporũ fidelitatis erga Christi Vicarium.

Malus mos regali potẽtia in Ecclesiam introductus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

set probasśetve authoritas. Secundò inuidiam etiam Pontifici peperit maximam, id,quòd duobus maximis Sacerdotum vitijs extirpandis, Simoniacæ videlicet pra-uitati & lasciuiæ,tam constantem nauabat operam,Concubinarios & Simoniacos omnes passim anathemate feriens. Sed & Cæsarem ipsum ob easdē causas, ad syodalia responsa sæpè frustrà vocatum, tandèm cùm purgare se nollet, ab Ecclesia primùm, Petri amputauit gladio: deindè regno etiā exauthorauit,adempta omni regia administratione, & absolutis fidelitatis sacramento subditis. Quarè consus Imperator,habito apud VVormatiam cōcilio secum sentientiū Episcoporum, Pontificem vice versa deposuit. Datæque sunt ad eum literæ conuicijs plenæ: quibus vt seipsum Pontificatu, quem vi fraudeque rapuisset, vltrò abdicaret, protenus mandatum est. Eò vesaniæ Imperatorem induxerat cæca sacerdotum (qui tunc frequentes apud eum erant) libido. Timebant enim, si cum Pontifice in gratiam rediret, actum esse de concubinis suis. quas illi pluris quàm vel propriam salutem, vel publicam pendebant honestatem. Cæterùm quàm indignè Gregorium suggil-lauerint, documento esse potest electionis suæ formula, quam Platina & Blondus Flauius Apostolici scriptores adnotauerunt his verbis: Nos sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, clerici, acolythi, subdiaconi, presbyteri, præsentibus episcopis, abbatibus multisque tum ecclesiastici, tum laici ordinis, eligimus hodiè X Kalend. Maij in basilica sancti Petri ad Vincula,anno salutis M. LXXII. in verum Christi Vicarium Hildebrandum Archidiaconum,virum mulre doctrinæ,magnæ pietatis,prudentiæ, iustitiæ, constantiæ,religionis: modestum,sobrium, continentem, domum suam honestè gubernantem, pauperibus hospitalem, in gremio sanctæ matris Ecclesiæ liberè à teneris annis educatum. Quem quidem cum ea potestate Ecclesiæ Dei præesse volumus, qua Petrus mandato Dei quondàm præfuit. Hęc illi. Quam quidem optimam de se existimationem pius Pontifex nequaquàm fefellit, sed ad finem vsque legitimè certando perduxit. Vndè addit Platina in calce rerum ab eo gestarum, quòd demùm in Salerno moritur, vir certè Deo gratus, prudens, iustus, clemens, pauperum, pupillorum, & viduarum patronus: atque vnicus Ecclesiæ Romanæ, & acerrimus defensor, contra hæreticorum impro-bitatem, & malorum principum potentiam, res ecclesiasticas per vim occupare conantium.

Cæca libido omnē subuertit iustitiam,& propriā negligit salutem.

Electio Gregorij septimi.

CAPVT XXII. *De liberatione beati Bennonis, malitiaque & miserabili exitu Buckhardi præfecti.*

HIs igitur temporum ardoribus, cùm Pontifex omnes tam ecclesiasticos, quàm seculares principes, quibus cum Rege commercium erat vllum,grauissimis Ecclesiæ vinculis colligâsset, contraque Imperator aqua & igni interdiceret ijs, qui Pontificis dicto parerent: adeò scissa est Ecclesia Dei, & regnum in se diuisum, vt grauioribus inter Sacerdotium & Imperium odijs nullo vnquàm tempore laboratum sit. Vterque enim, tam Pontifex quàm Imperator, hic pro terreno, ille pro Dei regno causam suam constantissimè agens, intem non nisi cum morte diremit. At verò Imperator, vbi intellexit principum animos sub religionis prętextu sensim ab eo deficere:dissimulato ad pręsens odio, quod contra Saxones alebat, captiuos eius gentis (inter quos & Benno erat) de-ditione absoluit, & ad sua impunè redire permisit: nihil aliud imperans, quàm vt tanti beneficij memores integram sibi deincèps seruarent fidem, & communis regni causam secum contra Pontificem defenderent. Illi abeuntes polliciti sunt quoàd iustè Imperium administraret, & Ecclesiam Dei persequi desineret, eius commodo & honori nusquàm defuturos. Qualem se verò deindè idem Rex tam erga sacrosanctam Apostolicam Sedem, quàm passim in Imperio exhibuerit, apud alios videre licet. Ad nos enim nihil attinet, nisi quantum diui nostri Bennonis interest. Rediens igitur beatissimus pastor Benno ad Ecclesiam suam Missnensem, desolatam vastatamque inuenit, quam tanto priùs studio ac decore ornauerat. Quæ quidem calamitas quanuis amarior illi esset, quàm vel carceris vel exilij pœna fuisset: spem tamen vultu simulans, premens que alto corde dolorem, fratres suos Canonicos flentibus illi oculis obuiam factos, & fortunas suas querulantes, benignè amplexus atque consolatus est, iterùm atque iterùm illud ore repetens: Dominus dedit, Dominus abstulit. Sicut

S. Benno à captiuitate, suæ Ecclesię restituitur.

A suis Canonicis benignè suscipitur. Iob 1.

Sicut Domino placuit,ità factum est: sit nomen Domini benedictum. Nec mora, quin ilicò infracto sese animo ad restaurandam ecclesiæ suæ ruinam totis viribus conuertit. Et nisì illi improbitas obstitisset Buckhardi præfecti Missnensis (cuius suprà etiam meminimus) facilè ablata omnia recuperâsset. Erat idem Buckhardus ingenio malo, prauaque natura præditus, lingua prætereà & manu promptus. Cumque magis Cæsaris, quàm Dei sui mandata obseruaret, beato viro Bennoni multas intulit molestias, piosque eius conatus,quibus potuit artibus,fefellit. Non tamen impunè. Nam scelerum suorum mox iustas dedit pœnas,à subditis suis propter crudelitatem & sæuitiam miserè necatus. Equus enim,in quo fugam sperabat, alioqui celerrimus, tunc cùm inuaderetur, calcaribus vrcunquè admotis, pedem mouere nequiuit, donèc sessor frequenti vulnere cōfossus miseram exhalauit animam. Atque hunc in modum liberatus est diuus Benno noster à tyrannide Buckhardi præfecti.

Buckhardi præfecti interitus.

CAPVT XXIII. *De peregrinatione diui Bennonis ad Vrbem, & causis eiusdem itineris.*

ANno à natali Christiano M. LXXVI. Papa Hildebrandus, frequentibus motus querimonijs concilium Romæ indixit, Regemque per legatos suos ad hoc legitimè vocauit, vt adesset, de criminibus quæ illi ob venditas ecclesiasticas dignitates (quæ tunc erant Imperatorum) objicerētur, caturus: alioqui sciret se absque omni procrastinatione, eodem die de corpore sanctæ matris Ecclesiæ, Apostolico resecandum gladio. Quod audientes Episcopi Germaniæ & Galliæ, quibus nota erat Pontificis seueritas, & vehemens erga domum Dei zelus, timētes nè fortè simul cum Rege ipso durius aliquid pro factis suis paterentur: communibus consilijs Regem adeunt, turbatumque super his quæ à Pontifice nunciata fuerant, palpando consolandoque, bono esse animo iubent,irritum enim fore Concilium. Neque parendum ei, qui iniussu suo & præter maiorum consuetudinem seipsum vltrò ecclesiastico ingesserit culmini. (vnicam scilicet salutem & honorum suorum stabilitatē in hoc verti cardine rati, si efficere possent,vt is non esset Apostolicus) Rex igitur suggestione eorum seductus,paulò ante statutum concilij diem omnes, qui in suo regno essent, episcopos, abbates & cum eis volens ad deponendum Pontificem, si qua via, si qua ratio pateret. Cùm igitur beatissimus Benno noster tam Pontificis, quàm Cæsaris edicto vrgeretur, & ab vtroque sub diris comminationibus vocaretur, inter saxum & sacrum (vt est in prouerbio) positus,in illud tandèm Susannę incidit: Angustiæ sunt mihi vndiquè, & quid eligam ignoro. Si enim Apostolicæ Sedis mandata contempsero, anathema sum, & extra Ecclesiā factus. Sin verò Imperatoris iussa neglexerim, tanquàm perduellionis reus, notum anteà carcerem & exilium non euadam. Demùm excusso omni pauore, secum statuit relicta synagoga Sathanæ, Apostolicæ Sedis obedientiam ad mortem vsque confiteri, maximè cùm non ignoraret celebrandi Concilij ius sacrorum Canonum sanctionibus soli Romano Pontifici esse consessum. Itaque iter arripiens Romam versùs, ad indictum Concilium non sine multo labore & difficultate peruenit. Siquidem Imperator illuc tendentibus passim posuerat insidias, quas ille tamen diuino fretus auxilio incolumis transiuit. Veniens autem ad Pontificem, ab eo, quòd vnus ex omnibus ferè Germaniæ Episcopis ausus fuisset plùs Deo, quàm hominibus obedire, vehementer collaudatus, & in amicitiam non vulgarem receptus est. Ferunt, constante adhuc fama, abstinentem claues ecclesiæ Missnensis duobus commisisse fratribus suis Canonicis, vt si Rege excommunicato, hi qui suarum partium essent ab ecclesiæ ingressu non remperarent, obseratis ianuis, eas in Albim fluuium deijcerent. Quod & factum est. Nam in dicto Concilio Rex propter contumaciam suam cum omnibus complicibus graui anathemate percussus est: & synodaliter decretum, nè deincèps illi hominum liceret vendere vel emere quascunque ecclesiasticas dignitates: qui morbus tunc plurimùm irrepserat, non tam Regis ipsius magnanimi alioqui, & omni imperatoria virtute prædití viri, quàm aulicorum suorum auaritia, & candidatorum ambitione. Id quod ex sequenti capite satis superque ostendi-

Hildebrandus ille Gregorij septimus.

Imperator concilium Sachanicū indicit.

Concilij indicendi ius ad solū Pontificem spectat.

S. Bēno Romæ humaniter à Pontifice excipitur.

Claues ecclesiæ eius in Albim cō ijciuntur.

Imperator cum sibi adhærentibus excōmunicatur.

CAPVT XXIIII. *Causam continet, propter quam Pontifex Regem potißimùm excommunicauit.*

Hæresis Simoniaca, causa excõmunicationis eius.

EExecrabilem Simoniacæ prauitatis hæresim, propter quam tunc non solùm Regis ipsius, sed etiam multorum episcoporum, abbatum, & prælatorum fama periclitabatur, quæ etiam potißima causa fuit, propter quam Põtifex ecclesiasticum contra eos gladium stringere coactus est, Lampertus Nobilis Herueldensis monachus in Chronica sua graphicè taxat, sic inquiens: Eodem

Meginvvardus Abbas Augiensis.

tempore Meginvvardus Abbas Augiensis dignitate sua vltrò se abdicauit: in locum eius, non per electionis ostium, sed per Simoniacæ hæreseos cuniculum protinùs irrupit Rupertus Abbas Bambergensis, cognomento Nummularius, annumeratis in ærarium Regis mille pondo argenti purißimi. Hic sordidißimis quæstibus & vsuris, quas etiam priuatus adhuc in monasterio exercuerat, infinitam sibi pecuniam conflauerat. Et propterea mortes episcoporum & Abbatum anxia expectatione iamdudùm suspirauerat. Cumque eos diutiùs viuendo, propter effrenatæ ambitionis impetum (quo præceps rapiebatur) morari grauiter & impatientißimè ferret, eò vesaniæ euasit, vt præter occulta munera, quibus * auriculariorum fauor redimendus erat, Regi etiam centum põdo auri promitteret: vt electo eximiæ sanctitatis viro Abbate VViderado, sibi abbatia Fuldensis traderetur. Et profectò quod nefariè concupierat, flagitioßißimè obtinuißet, nisi pauci, quibus ecclesiasticæ leges pecunia chariores erant, in faciem Regi, nè id faceret, obstitissent. Huius igitur infausto nouoque aucupij genere hæc in ecclesiam introducta est consuetudo, vt dignitates publicè venales prostituantur: & ecclesiastici viri non innocentia æstimentur & integritate vitæ, sed quantitate pecuniæ: nec quæratur in promouendis quis digniùs præesse, sed quis cariùs possit emere. Hæc illectè igitur optimus Pontifex Gregorius huic morbo forte parauit antidotum. Nam si hæc pestis illorum etiam animos venenauit, qui mundo huic mortui, & omnem ornatum huius seculi despondisse videntur: quanto potiùs eos etiam, qui summam felicitatem & vltimum beatitudinis finem, in honoribus ac dignitatibus collocant, ad internecionem vsque exulcerâsset, corrupißet, vitiâsset, nisi eum sapientißimus medicus excommunicationis cauterio inustam vix tandèm foras

for. aulicorum

VViderad⁹ Fuldensis Abbas sanctiß.

S. Bẽno cõcilij Romani decretis subscribit.

& extra Ecclesiam eliminâsset? Quarè non immeritò diuus noster Benno tam sancto viro paruit, subscripsit, adhæsit.

CAPVT XXV. *De Theoderico Suffraganeo diui Bennonis, & Lipsanis quibusdam miraculosis.*

Theoderic⁹ Suffragan⁹

IMmorante apud Pontificem diuo nostro Bennone, Romam venit quidam venerabilis pater, nomine Theodericus Suffraganeus episcoporum vnus, qui causam regis defendẽtes simul cum ipso execrari fuerant. Quamobrèm dictus Theodericus, nè tanti se criminis participem faceret, Pontificem adijt, & cum pauper esset, vitæ ab eo petijt subsidium. Ille autem quo diutiùs diuum Bennonem (cuius consuetudine plurimùm delectabatur) secum detinere posset, eundem Suffraganeũ diuo Bennoni nostro suffecit, & Missnam destinauit: quatenùs abiens vero pastore, pontificalis interim officij ministerium adimpleret: cui tam Apostolicis quàm diui Bennonis admoniti literis Canonici præbẽdam vnam in ecclesia Missnensi assignârunt. Inter quos aliquandiù laudabiliter vixit plenus virtutibus & honestæ conuersationis moribus. Quadam verò die cùm episcopalis muneris gratia Colditz eiusdem diœceseos oppidũ simul cum Capellano suo peteret, multo senio grauatus subitò in via cœpit deficere: delatusque ad proximum pagum lendinum (cui Komlitz adhuc hodiè nomen est) magna deuotione diem claudit extremum. Commiserat autem Capellano suo, vt appositis feretro asellis, quae molitor ad manum habebat, in quemcunque locum ecclesiasticum casu ducerentur, ibidem cum tumularet. Asselli itaque recta via versùs ecclesiam ducentes delati, causam dederunt eius ibidem sepeliendi. Cuius quidem pagani adhuc enormes, nonnullis cum miraculis & signis illustrem perhibent. Et hic quidem Theoderici fuit exitus. Interim verò Principes religione tacti, paulatim colla coeperunt ab Imperatoris iugo retrahere, iamque non solùm clandestinis congressibus, verùm publicis etiam conuentibus, de surrogãdo alio Rege inter se tractare. Quantobrèm fractis Imperatoris viribus, cùm nil ampliùs timoris esset, diuus Benno, qui

Theoderici Suffraganei obitus.

Claret miraculis.

multo iam tempore Pontificis lateri adhæserat, reditum tandèm ad ouile suum, vix magnis impetrauit precibus. Cui abeunti Papa in signum veræ dilectionis non vulgares donauit Sanctorum reliquias: quas ille toto tempore vitæ suæ religiosè coluit, & tanquàm cælestem quendam thesaurum veneratus est. Extat ex eisdem reliquijs circa tumbam ipsius in hodiernum vsque diem, mirabile quoddam dictu: vt scilicet inclusæ argẽto, seu pacificali (vt vocant) peciunculæ, alijs quidem oscultibus appareant, alijs verò minimè. Quin his etiam quibus videre eas cõtingit, non semper se ostentant: sed modò præsentes adsunt, modò veluti præstigio quodam cernentium oculos eludunt. Ferunt quidam diuum Bennonem nostrum alijs etiam vicibus & sub alijs etiam Põtificibus, Victore scilicet & Vrbano Gregorijs successoribus, Romam itâsse: verùm nobis præter eam, quam modò descripsimus peregrinationem, certi nihil constat. Quamobrèm ad ipsius ex eadem profectione reditum sequens festinat oratio.

Mirabile de Lipsanis circa tumbam diui Bennonis.

CAPVT XXVI. *De reditu diui Bennonis ad Ecclesiam suam Missnensem, & inuentione clauium.*

BEatißimus pater Benno noster, expeditis apud Pontificem Ecclesiæ suæ negotijs, relicta tandèm Roma per decliuia Apennini iuga, per amœna Flaminiæ rura, per angustas Rhæticarum Alpium fauces, Vindelicos Noricosque transiens, ad ciuitatem suam Missnensem precioßißimis reliquijs & indulgẽtijs onustus feliciter peruenit. Nè autem sub primum ipsius aduentum ciuitas commoueretur, néve illi Clerus cum solita ferculorum pompa in occursum procederet, sub peregrini specie ad hospitium publicũ omnibus ignotus diuertit. Memorant incolæ in hodiernum vsque diem, hospitem, dum ingentem quendam piscem ex Albi flumine, eadem fortè hora allatum exenterare cœpißet, sub brancis siue pennis ipsius, clauem reperisse ecclesiæ, quam diuus Benno post abitum suum in eundem fluuium proijci mandauerat. Cuius rei fama cùm mox totam repleßet vrbem, Canonici præfatum hospitium repentè irruũt, & agnitum vastatorem suum, maximo totius vrbis plausu, ad ecclesiam suam conducunt. Qui populo de more benedicens, à turba vsque in alterum diem vix demùm se potuit euellere. Manè verò nulla tantæ viæ lassitudine obstante, ilicò pastorale fecit officium, & inter sacrificandum pro concione populo Apostolicam nunciauit benedictionem & gratiam: eosque qui ob vitandam Regis indignationem, vel sola participatione colloquij ecclesiasticis subiacebant censuris, simul omnes concessa sibi potestate absoluit & Ecclesiæ recõciliauit. Quarè vix dici queat, quantus breuì factus sit ad eum concursus è vicinis oppidis ac populis, qui omnes vno ore clamabant: Aduenisti desiderabilis, quem expectabamus in tenebris, vt educeres vinculo irretita, quos piùs pater festino ad ecclesiam suam gaudio reducens suscepit: & tanquàm filio olim perdito vitulum saginatum, hoc est pinguem Christi panem (iniuncta priùs pœnitentia) sacramentaliter exhibuit: sicque perditionis filios in lectionis vasa feliciter cõuertit. Dedit autem illi Dominus gratiam & malorum requiem, vt deincèps reliquos vitæ annos vsque ad decrepitam senectam in pace ageret, restaurandæ Ecclesiæ suæ & extirpandæ zizaniæ, quæ longo iam tempore in Dominico agro suppullulauerat, tranquillam posset operam impendere: quod & sedulò perfecit. Et quia præcipuè eius animo hærebat antiqua Sclauorum cura: idcirco quo studio, qua doctrina, quibúsve miraculorum signis illos ab antiquis eorum erroribus ad infallibilem Christi veritatem tandèm reuocauerit, quàm breuißimè potero sequentibus complectar.

Excõmunicatos misericorditer absoluit.

Studiũ eius pro conuertendis Slauis

CAPVT XXVII. *De reassumpta Sclauorum cura, de valle sancta, & fonte qui diui Bennonis precibus scaturisse dicitur.*

MEminisse hîc oportet eorum, quæ suprà de Sclauis differuimus: Qui scilicet vtranque ripam Albis circunsidẽtes, gentili superstitioso que ritu, honorem quem Creatori debebant, rebus exhibebant creatis, lignum quod dolabant, & lapidem quem cædebant irrationabilem adorantes. De quorum moribus cùm diuus Benno Gregorium Pontificem certiorem reddidisset, mandatum & Apostolicæ legationis munus ab eo recepit, cum potestate prædicandi eis verbum Dei, & absoluendi à certis casibus etiam Sedi Apostolicæ reser-

Claues ecclesiæ sub pẽnis cuiusdam piscis repertiũtur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

reseruatis. Quarè factus est indiès maior ad eum concursus populorum, præcipuè Sclauorum, quorum aliqui memores adhuc pristinæ doctrinæ, quam illis pius pater priusquàm à Rege in exilium missus esset, tradiderat, præ desiderio & amore sacri ipsius eloquij vltrò se illi prostratos offerebant, & commissi sceleris cum moerore ac luctu veniam petebant. Ille autem, vt mitis erat corde, & pronus ad ignoscendum, obuijs eos manibus, & velutì postliminij iure ad Christum redeũtes excepit: Scripturasque illis tum veteris, tum noui testamenti proponẽs, quantum cælo esset gaudium super vno etiam peccatore conuerso, non solùm ad lachrymas, sed & quodcunque satisfactionis genus facilè inducebat. Cùm autem multitudinem confluentium ciuitas non caperet, locum concioni aptum delegit, vallem scilicet vnam apricis saltibus amœnam, mille ab vrbe passibus, inter Orientem & Aquilonem exposita. Huc igitur cateruatìm aduolantia multa millia hominum sacratissimos illius sermones, de summo ac vero Deo, de prima hominum origine & eorum lapsu, de incarnatione Verbi, & humani generis restauratione, cæteraque id genus sacramenta arrectis hauriebant auribus. Plerique etiam spiritu ità compuncti sunt, vt idola, quæ domi habebant, sub conspectu viri sancti proferentes frustatim comminuerent, sicque ductu & auspicijs diui Bennonis animas suas saluas facerent. Quadam verò die, cùm populus feruentissimo Solis æstu laboraret, sitibunda ampliùs ora vix ferre posset: beatissimus pater Benno oculis sursùm ad uatis & oratione facta ad eum, qui conuertit petram in stagna, & rupem in fontes aquarum, baculo pastorali terram ferijsse dicitur: ex qua mox fons aquæ saliens scaturiens, arida hominum labra cælesti liquore proluit ac refocillauit. Testimonio eius rei est, quòd idem fons sacer, & vallis ipsa sancta in hodiernũ vsque diem ab incolis nuncupatur. Fecit itèm vir Dei alia etiam in eodem loco miracula, quibus rudem ab initio Sclauorum gentem non solùm verbo, verumetiam facto doceret, quanta esset fidei Christianæ virtus ac potentia. Verùm nos more nostro solidiora tantùm amplectimur.

Prædicat eis pœnitentiã

Vallis sancta.

Conuertuntur, & idola sua confringunt.

Pſal.113.

Fons ad locum baculi viri Dei, dulces ejicit aquas.

CAPVT XXVIII. *De transitu Albis, aqua in vinum conuersa: & alijs quibusdam miraculis.*

QVanquàm, vt dixi, multa diui Bennonis miracula quæ vulgi celebrantur sermonibus, & maiorum traditione ad posteros peruenerunt, hic præterire consilium est, eo maximè quòd breuitate gaudemus omnes: illud tamen de aqua vino facta, & Albis transitu, quoniam præter communis famæ adstipulationem literis etiam mandata sunt, in antiquissimo illo vitæ suæ libello, qui nupèr in prædicto Hyldesheymensi monasterio (vbi prima olim fecit spiritalis armaturæ stipendia) miraculosè inuẽtus est, tacere non ausim. Scribitur enim in eodem libro, quòd cùm diuus Benno die quadam ad operarios in prato exijsset, illis siti ac labore fatigatis, signo Crucis edito aquam in vinum cõmutarit. Quod cùm puer suus animaduertisset, allata sibi vnda, En, dixit, faciam sicut dominus meus. Qui interrogatus quidnam fecisset: Crucem, respondit, desuper edidit. Cumque puer idem faceret, meritis beati viri & simplicitate pueri aqua mox vini saporem induit. Cùm autem iam dies ad occasum tenderet, & diuus Benno recta via per pontem ad ciuitatem peruenire non posset, iter ad proxima Albis fluenta deflexit, & Cruce se muniẽs, fluuium sicco pede pertransiuit. Quod videns rusticus quidam, qui eum cum plaustro fœni sequebatur, protinùs per aquam insecutus est, & incolumis transuexit: Benno autem audaciam hominis vehementer increpans, prohibuit tum nè id ampliùs faceret, tum nè cuiquam quod factũ esset eo viuente detegeret. Solebat autem vir Dei nonnunquàm orando meditando que agros circuire: ibi cùm aliquandò iuxta paludem quandam Garrula limosa rana coaxat aquis: nè contemplantem interturbaret, Scriphiam esse iubet. Scriptum enim in Scripho ranæ omnes quidem mutæ. Paululùm indè transgresso venit in mentem Danielis illud: Benedicite cete & omnia quæ mouentur in aquis Domino: benedicite omnes bestiæ & pecora Domino. Timens igitur nè fortè gratior esset Deo illarum cantus quàm sua oratio, eis iterùm mandauit, quatenus cum suetа voce Deum laudarent: quæ mox campos & aëra stridore suo garrulo repleuerunt.

Aquam virtute S. Crucis mutat in vinum.

Ambulat super aquas.

Rustici cuiusdam simplicitas.

Ranarum silentium. Dan.3.

CAPVT

CAPVT XXIX. *De solitaria diui Bennonis vita, & agilitatis dote.*

PRoditus tum his tum alijs Benno miraculis, vehementer apud se erubuit, timens, nè fortè vndè celebrior fieri inciperet apud homines eius nominis fama, indè apud Deũ magìs ipse vilescereet, dicente Apostolo: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Nè igitur popularis auræ affectator haberetur, tacito secum egit consilio quonam potissimùm modo frequentiam hominum euitare, & in solitario aliquo loco delitescendo, soli Deo seruire posset: atq; idcircò rebus apud ecclesiam suam accuratè compositis, ipse Occidentem versùs, ad extremos diœceseos suæ fines, villam scilicet Naumborg, paucis admodùm viæ suæ conscijs secessit: ibique ædiculam in honore diuæ Parthenices & omnium cæli indigetum cõsecrans, preciosissimis eam donauit reliquijs ac indulgentijs, quas nupèr Roma secum asportauerat. Iuxta ædem verò, cellam vnam humilem pro se & sacerdote quem secum habebat, eo ædificauit animo, vt deinceps, nisi episcopalis curæ munere exigente, ab ea nusquàm discederet. Verùm quanto magis latere voluit humilis Christi seruus, tãto eum *magnificare dignata est propitia diuinitas, in hodiernum vsq; diem testans, quàm gratum cælo fuerit huius dilecti serui sui obsequium. In certis enim agrorũ semitis, quas ille ibidèm more suo posti diuini officij pensum deambulando meditamdoq; pedibus suis sanctissimis calcauit, frumẽtum adhuc hodiè citiùs flauescit matureścitque, quin fertilior etiã longè seges in eodem loco quàm per vicina circunquaquè rura nascitur. Id quod ego nõ solùm ex aliorum scriptis, verùm etiam oculis meis compertum habeo: & vidi quia verè Deus mirabilis in sanctis suis. Eadem autem præcox agri cuiusdã fertilitas in Gedau, vbi pariter aliquandò contemplabundus deambulauit, à Plebano eiusdem loci medio nupèr iuramento in examine testiũ quorundam, deposita est. Quid igitur? taceam nec ne? quæ de agilitatis dote diuo nostro Bennoni omnipotens Deus contulit insignia? minimè gentium. Memorię enim hominũ proditũ est omnium voce ac fama: quòd cùm beatissimus Benno frequenter post sacramentorum tractationẽ ex oculis Capellani sui euanescere, & agilitatis munere in ecclesia Missnensi subitò constitui, indeq; sacris omnibus confectis ad consuetam pranditiorum cum Capellano suo iterùm in dicta villa præsens adesse soleret: captum aliquandò vehementi Capellanum admiratione, abeũtem manè herũ diligentissimeq; obseruâsse, moxq; insecutum præter pauca in recẽti pruina vestigia nihil reperisse indicij. Sed statim velutì turbine arreptum, in dicta Missnensi ecclesia post terdum domini sui geniculantis in pedes constitisse. Quem cùm diuus pater in spiritu adesse sentiret, ipseq; consummatis sacris more suo, mox iterùm in cellam suã, Capellanus verò vix altero die reuerteretur: (est enim distantia locorum XXIIII. milliũ passiũm) grauiter eũ increpitâsse, & sub anathematis nexu vetuisse, nè eo viuente cuiquam hominũ quod factum erat proderet. adeò abfuit à beato viro, quòd gloriam suam quæreret. Cæterùm nos neq; ista temerè asserimus, neq; proteruè abnimus. Cùm similia multa de tutelaribus genitalis soli nostri, (Sueuiam puto) diui Cunrado videlicet ac Vdalrico, necnon alijs quibusdam sanctis patribus scripta sint, & pro confesso habeantur. Præterea in memoriã diui Bennonis adhuc hodiè quotannis celebratur ingens populi cõcursus in dicta villa Naumborg tribus diebus præcedẽtibus & sequẽtibus festum omnium Sanctorum, quorum nomini (vt prædiximus) pius pontifex ecclesiam suis olìm manibus dicauit. Sunt etiã ibidèm ruinæ cellæ ipsius & alia quædam monimenta, tum imago sua depicta in pariete parietis interioris ecclesiæ, cum diademate & infula pontificali & cum titulo desuper pericripto: Sanctus Benno Episcopus. Quæ omnia spectatoribus deuotionem augent & gratiam.

Rapitur diuina virtute in momẽto, ad ecclesiã suam Missnensis.

Rarum miraculum.

Ecclesia S. Bennonis in honorem omniũ Sanctorum dedicata.

CAPVT XXX. *De spiritu prophetico & futurorum præscientia.*

DVm beatus Benno tumultum ciuitatis declinaret, cellæ suæ solitudine se oblectans, & diuinarum rerum meditationi liberiùs quàm anteà vacans, multas habuit reuelationes, quibus futurę quietis dulcedinẽ perfunctoriè saltim & quantum viatori licet degustâsse creditur. Eisdem etiam relationibus illuminatus, multa futura priusquàm euenissent prædixisse fertur. è quibus duo saltim minimè cõtemnenda hìc recitâsse sufficiat. Quorum alterum in

Multis gander reuelationibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

veteri Cella insigni Missenensis diœcesis monasterio completũ ac literis mandatum est. Cùm enim vir Dei longè olim ante cellam conditam, transitum fortè coloci faceret, videretq; columbarũ illic turmam gregatim considentium, ad comiQuæ de ordine Cistercien. & monasterio ex ruẽdo prædixerit. tes conuersus: En, ait, hic locus est, ad quem paruo post tempore noua quædã conuolabit religio, cuius precibus mortalium turba magna saluabitur. Nec cassum fuit oraculum. Orto enim deindè diuo Cistercienſiũ ordine, Otto Missenensis Marchio Cellense cœnobium dicto ordini primus ipsius fundator sacrũ fecit, & supra quàm credi potest mirificè dotauit. Alterum diui Bennonis vaticinium fuit, quòd Marchioni (quem Henricum Dedonis filium esse perhibẽt) in maxillam eum ferienti prædixisse fertur, quòd eodem die anno reuoluto alapam sibi datam vindicaturus esset. Erat idem Marchio Regi Henrico admodùm deuotus, eò quòd apud eum (vt suprà narrauimus) à puero educatus esset. Cumque idem rex capularis iam senex nouos iterùm in Imperio motus suscitans, decidua iamdudùm cornua rursus in Hẽrici IIII interitus. cælum erigeret: à proprio filio carceri mancipatus, pollutam multo sanguine animam contra Poëtæ sententiam, sicca tãdèm morte ad inferos destinauit. Marchio autem præfatus quoniam Apostolicã Sedem & Ecclesiasticas censuras cõtemnendo Regi plùs iusto complacere vellet: nec etiam ab ecclesiæ Missenensis bonis iamolim à Rege ablatis abstineret, aut ea dictæ ecclesiæ vtcunquè admonitus restituere intenderet: Cumque quadam vicè à diuo Bennone, ob hoc grauiùs arguerentur, nec ratione obiecta posset diluere: ira tandèm percitus, nihil eano capiti, nihil decro ordini deferens, venerabilem senem dura percussit alapa: cui pius pontifex, non suæ quidem iniuriæ memor, sed cælestis sententiæ spiritu reuelante edoctus, Prædicit Marchioni Missenensi suum interitum. futurum prædixit, vt anno sequente eodem die admissi sceleris pœnas daturus esset. Nec dicto fides abfuit. Circumacto enim anno cùm dies vltioni dicta adesset, Marchio rum iam inclinâssset, Marchio qui duro corde facinoris tãti nedùm vllam egerat pœnitentiam, verùm etiam ludibrio habens sancti viri præsagium, ad Consiliarios suos conuersus, (& veluti Dictator Cæsar Spurinam olim aurispicem irridens) Iam, inquit, dies quem atrum nobis Benno futurum interminatus fuerat sine noxa adest. (non considerans venisse quidem diem, sed nondùm præterijsse) Itaque adhuc Apparet post mortẽ Marchionis, terribiliter eum intuẽs. loquens, subitò incuitabili Dei iudicio non placido, vt anteà, sed torua terribilique vultu eum adorientem, pœnasq; poscentem, videre visus est: (erat enim paulò anteà vita functus) suos igitur, vt suppetias illi ferrent, quoniam diuus Benno eum impeteret, frustrà precatus, in genua concidens, subitanea morte periisse dicitur, non tam ob illatas manus violentas in sanctum Domini, quàm quòd, vt quidam tradiderunt, non ingrederetur ad eum causa pupilli & viduæ, sed magis oppressor esset pauperum, & ecclesiasticarum rerum æruscator. Extant in eodem loco diuersa signa in lapide incisa & in memoriam ac monumentũ eius rei posita relicta. Marchionis interitus.

CAPVT XXXI. *De morte & felici diui Bennonis transitu.*

POstquàm beatissimus pater Benno, laborioso huius vitæ cursu ad extremæ ætatem vsque impigrè constanterque emenso, fessæ iam post plurima pericula puppi tutum adesse portum, & æternam instare sibi requiem spiritu reuelante cognouit: festinus præ gaudio fratribus suis Canonicis in vnum conuocatis tali eos oratione alloquitur: Hora est, iucundissimi fratres, quam ego Oratio eius ante mortẽ ad suos Canonicos. multis retrò annis, nescio an maiore solicitudine, an desiderio semper expectaui. Desiderabam quidem sæpè, nè mala viderem, quibus diebus meis tactata est tempestas Petri nauicula, néve post huius mihi commissę ecclesiæ profanata sanctuaria & disuisa inter hostes spolia ampliùs superessem, miseram claudere vitam. Metuebam ex altera parte, nè fortè vel hoc ipso quòd diuinæ tẽtationis iacula parùm contra ter, aut nimis molliter ferre viderer, omnipotentis Dei iustã inciderem indignationem. Deniquè implorata Dei gratia anti quorum patrum zelum imitatus, Henrici carcerem & exilium, Buckhardi graues & insignes contumelias, Marchionis postremò ipsius minas & verbera, & quicquid sacrilegis in me manibus parassę libuit, forti animo pertuli, donèc impleta perfidorum hominum malitia diuinæ prouidentiæ arcana sequerentur iudicia. Nullam autem in me causam inuenerunt, nisi quòd sacrosanctæ Apostolicæ Sedis obediẽtiam confessus, fmeritissimi vri Gregorij septimi & successorum suorũ causam intrepidè turatus, resq; Ecclesiasticas mecæ nequiter ablatas quibuscunq; potui ecclesiasticis censuris ac pœnis vendicare

renisus sum. Hæc accusatoris in me summa fuit. Verùm id iure ne fecerim an iniuria, æterni iudicis tribunal appello, quò præsens hæc hora me vocat: veniet autem citò post me Henricus Rex ac cæteri ecclesiasticę potestatis temeratores: quos inter & me Deus iudicabit. Sed quoniam vos propter discessum meum tristiores fatos esse conspicio: hanc interim à me consolationem accipite. Successorem in lo- Prædicit suæ cessorẽ suũ futurum virum bonũ ac timentẽ Deum. cum meum habebitis virum bonum & timentem Deum, qui ecclesiasticam rem vestram magna ex parte augmentabit. Idque eo ampliùs, quòd post obitum meum his, qui rem diuinam hactenùs impedire solebant, plus injcietur terroris & formidinis. Ego enim si, quam spero, apud Deum gratiã inuenero susceptum semèl huius Ecclesiæ patrocinium per omnem tuebor ætatem & secula: causamque ipsius ac successorum assumens, accusare non cessabo eos qui ausu temerario, siue in hanc Suæ ecclesię perpetuum suscipit patrocinium. Ecclesiam, siue in ipsius ministros ac bona committere præsumpserint, nè id impunè tulerint. Quòd si paululùm in accusando visus fuero negligẽtior, sic sibi persuadeant successores mei, probari partim à Deo eorum patientiam, partim iniuriantium expectari pœnitentiam. Qui si indurati ab incœpto desistere noluerint, sentient non longè abfore ab eis perditionem. Contrà verò benefactoribus Ecclesiæ meæ omnia fausta ac prospera apud Deum exoraturus sum. Vos autem charissimi fratres, si procul omni simultate & odio mutuam inter vos charitatem amplexi, non summis tantùm labris, sed corde bono inuicèm salutantes: si diuinum cultum haud segniter æmulati, si Remp. denique ecclesiasticam potiùs quàm propria commoda & priuatas inter vos causas tutati fueritis: quanto in his omnibus fideliores syncerioresque vos Deus inueniet, tanto faciliùs me pro vobis interpellantem exaudiet. Quemadmodùm igitur hic in terris fui, ità & apud Deum patronum me habebitis, prout singulorum merita vel demerita postulauerint, patrocinium vel vindicem. His seuero admodùm vultu & senili gratitate elocutis, singulorumque manibus pro more deosculatis, illos hymnis ac psalmis iussit insistere: ipse verò deuota ad Deum oratione habita, accepto priùs ecclesiastico cõmeatu, Moritur S. Benno. lassi tandèm corporis sarcinam deposuit. Ferunt ilicò dulci locũ odore afflatum, cælestę quid omnium naribus inspirâsse, donèc ipsum iuxta pontificalis muneris dignitatem in ecclesia sua Missenensi honorificè sepelierint. Obijt autem decimo-sexto Kalend. Iulij, Anno salutis M.CVI. ætatis XCVI. Episcopatus verò XL.

CAPVT XXXII. *De miraculis post mortem in hunc diem continuatis & translatione ossium, & casula diui Bennonis.*

DEfuncto Bennone, sedẽ ipsius accepit venerabilis Hervvicus VVurtzẽsis ecclesiæ collegiarę fundator. quẽ consecrauit Henricus X. Magdeborgen. ecclesiæ Archiepiscopus. Cæterùm, sicut prædixerat pius pater, breui post obitum suum, VII. videlicet Idus Augusti eodem anno prædictus Henricus Rex IIII. quasi repetundarum ab eo postulatus, miserè obijt. Cuius cadaver quinquennio (vt aiunt) ecclesiastica caruit sepultura. Obijt & Marchio diui Bennonis percussor, eo quo suprà diximus modo. Quorum casu admoniti successores, Ecclesiæ Missenensi non solùm ablata restituerunt, verùm de suis etiam bonis semper magis ac magis addiderunt. Propter quod in hunc vsq; diem semper magis ac magis etiã à Deo exaltati ac prosperati sunt. Beatissimus verò post mortẽ suam non minoribus apud Deum claruit meritis ac miraculis, quàm olim in vita, confugientibus ad sepulcrum ipsius plurima impetrans beneficia. Quorum quidam à vaMiracula ad sepulcrũ eius. ſiplanguoribus curati, pleriq; à grauibus periculis & anxietatibus liberati, nõnulli etiam à morte suscitati sunt. Quorum omnium fides apud ecclesiam Missenensem ex eris, sigillis, testibus, & vel tabellione publico, vel Prælatorũ authoritate amplissima fulta est. Trãslatio autem ipsius ex loco humili, vbi olim se tumulari iusserat, ad medium ecclesiæ, vbi nunc tumba ipsius honorificè instructa cernitur, facta est circa annum Domini M.CC.LXX. quo tempore venerabilis Episcopus VVitigo, VVitigo Episcopus Missnensis. huius nominis II. vehemens diui Bennonis amator & prædicator, certas etiam indulgentias ad eandem translationem cõtulit, quo plenius esset deuoti populi gaudium. Idem etiam Episcopus VVitigo vino illo, quo diui Bennonis ossa lota, & à cereno puluere mundata fuerant, tanquàm saluberrimo quodam olei riuo ægros quamplurimos sanauit. Quorum omniũ nomina & morborũ species propria manu adnotauit, & apud ecclesiam Missenensem pariter in perpetuam rei memoriam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Casula diui Bennonis incorrupta.

recondidit. Casula verò qua indutus fuerat diuus pater Benno, & baculus pastoralis, tanquàm recèns depositа, secum in sepulcro inuenta sunt absque omni cinefactione, quæ etiam non paruam à sanctissimo corpore virtutem attraxêre. Nam

Miraculum de dæmoniaco, S. Bennonis meritis curata.

vt vetera taceam: matrona quædam Missnensis diœcesecos ex villa Pretzindorff, prope Fribergam nostra hac tempestate dæmonio arrepta, ad sepulcrum diui Bennonis adducta: cùm nullis dæmon exorcismis ab ea fugari posset, induta est tãdem diui Bẽnonis casula, & datus in manu baculus pastoralis, quo facto exclamauit dæmon: Nunc tempus est vt egrediar: relinquam tamen hospitę meæ signũ, quo mei perpetuò menuerit. Moxq; aperto altero mulieris crure, terribiliter elisus est. Foramen autem quod ille fecerat, nulla medicorum arte sanabile, mulier adhuc hodiè gestat, & vt timendum est donèc vixerit non abolebitur. Prætereà vt pius erga supplices, ità seuerus in obstinatos diuus pater iuxta promissa sua sæpiùs inuentus

Brutenus Præpositus Missnensis.

est. Marchionem enim VVilhelmum, cum qui Grymnis mortuus est, cùm Præpositus olim Missnensis Brutenus nomine sæpè adhortatus esset, vt ab exactionibus, & seruitijs, quibus colonos ac subditos Ecclesiæ Missnẽsis præter ius ac consuetudinẽ prægrauabat, desisteret: nec eum ab incœpto posset deflectere, ad auxilium tãdem diui Bennonis confugit, qui (exoratus tandèm assiduis Præpositi precibus) Marchioni in somnis apparuit, arguens & commonefaciens ad remittenda iniusta grauamina. Cumque is consiliariorum suorum suasu, dicentiũ non esse curanda somniorum deliramenta, in nullo se emendaret: alia vice per quietem, iterùm visus est

Marchio exoculatus.

sibi Benno irruere, & face quam manu gestabat alterum ocellum inurere. Qui manè surgens & elusçatum se sentiens, tandèm compunctus corde, Ecclesiæ Missnensi non solùm data restarciuit damna: verùm insuper multa cõtulit donaria, quibus vt sperandum est, benedictionem pro maledictione à Deo promeruit. Legitur tamen tam hunc quàm diui Bennonis percussorem; spe prolis à Deo frustratos absq; legitimo decessisse hærede, in pœnam læsæ ecclesiasticæ libertatis. Postremò quatuis beatissimus Benno Ecclesiam suam Missnensem & Canonicos ipsius à variis periculis & inimicorum insidijs clementer suis semper meritis eripuerit: nihilo-

S. Bẽno Canonicorum mortes prænunciat.

secius tamen eis ipsis etiam, vbi quid delirârunt, non pepercit: sed durus duris pater filijs graui ac manifesto quidem supplicio eorũ delicta expiare solitus est: mortes quoquè ipsorũ præcedentibus paucis semper diebus valido & vehementi quodam ictu prænunciare fertur: monens nimirùm eos quatenùs venturam iram celeri pœnitentiæ remedio declinent. Sunt præter hæc alia quoquè multa numero præclara facta, dignissima scripto, & lectu iucunda, quæ de beatissimo patre nostro Bennone referuntur Dei magnalia ac miracula: sed canendum nobis aliquando receptui, & linquẽdus etiam posteris scribendi locus est. Neq; enim omnia omnes possumus assequi. Nec ipse parum Missnensibus decoris ac ornamenti peperisse videbor, qui primus eorum diuitias & cælestem hanc margaritam tot retrò seculis absconditam in lucem protulerim: satisque nobis id erit demonstrâsse, diuũ Bennonem nostrum ab incunabulis, vsque ad extremum vitæ spiritum virtutibus ac

Epilogus.

vitæ sanctimonia fuisse clarum: neq; prophetiam illi defuisse, & cælestium secretorum reuelationem: neque gratiam sanitatum, & impiorum hominum vltionem: neque mortuorum deniquè suscitationem: quibus omnibus magnificauit Dominus in conspectu regum ac principum & in medio populi sui, illique coronam gloriæ perpetuam dedit.

S. Benno prophetico clarebat spiritu.

CAPVT XXXIII. ac vltimum. Quibus ex causis Canonizatio diui Bennonis hucusque retardata fuerit.

QVia nonnulli mirari solent, cur tanto tempore Canonizatio diui Bennonis (quanuis sedulò quæsita) suos non habuerit successus: idcirco admiratio ista scrupulum tandèm, vt fieri solet, cuiquam parturiat, hoc vltimo tandèm capite palàm agẽdum esse duxi, quibus de causis opus tam cælo gratum, quàm hominibus proficuum & salutare, hucusque de dictum sit. Principiò igitur constans omnium totius mundi sapientum assensus & in confesso est, mortalium cuncta à diuina pendere gubernatrice prouidentia, quæ & velit & possit suo quæq; tempore ac loco, prout magis opportuna nouerit, hominibus adhiberi ministrarique. Quod si ità est, quis non credat opus hoc tam pium & sanctum, occulta etiam quadam Dei prouidentia, tum

ad maiorem ipsius gloriam, tum ad ampliorem hominum profectum hucusque retardatum iri & in meliora seruari tempora? Atquì in agricolis videre hoc licet: quibus si per triduum octiduúmve cælum ad vota non influxerit, ilicò animum despondent, spemque deponunt, suspicantur malè, timent deteriùs, conquerũtur actum esse de frugibus anni, àc si oblitus esset Deus solitæ mortalium curæ. At vbi mox contra spem omnium serenauerit, & discussis Phœbus nubibus vitali terras calore refouerit: tunc demùm diuinæ prouidentiæ opera collaudant, & erroris sui conscij fateri coguntur, optimum & temporum & rerum omnium moderatorem esse Deum: Solemque longè affuisse tempestiuiùs, quàm si ipsi Phaëthontis instar quadrigas ipsius suis aurigãssent manibus. Haud secùs nimirùm optimo Deo tempori diui Bennoni apotheosim tacito secum consilio reseruat. Facessat igitur mortalium solicitudo: quoniam, vt scriptum est, Dei perfecta sunt opera. Sed hæc ratio pijs fortasse mentibus satisfecerit: verùm pertinacibus & humanitùs sapientibus, alias insuper huius moræ causas edemus. Defuncto siquidem mox Bennone, cùm recens adhuc esset eius cum hominibus cõuersatio, nemo fuit, qui tunc ad hanc rem adspirare auderet. Non enim peti solet vel etiam concedi Canonizationis beneficium, nisi longo tempore grauique maturitate probatis miraculis ac vitæ sanctimonia. Nec itèm nisi ingenti pecuniarum profusione & impensa. Sed quia sequẽtibus annorum curriculis Ecclesia Missnensis multotiès propter incursiones barbarorum & bella finitima vastata atque depauperata est, idcircò ad faciendas tantas impensas facultas tunc nulla adfuit. Nouissimè verò cùm ad Alexandrum VI. prima esset huius rei facta relatio, idem Pontifex Commissarios destinauit certos sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, qui causam examinarent: verùm priusquàm negotium cõficeretur, Pontifex diem clausit extremum, deindè etiam Commissarij (quibus res iam nota erat) demortui sunt. Itaq; diuo Iulio moderno vobis Romanæ Episcopo denuò supplicatum est, qui & ipse huic operi Commissarios dedit Reuerendissimos olim Cardinales Raymundum Gurcen. Melchiorem Mirenen. & dominum Alexandrinum: quorum omnium authoritate & beneuolentia (cùm duò præcipuè ex eis sepulcrũ Bennonis & quædam miracula proprijs oculis) optatũ iam finem haberemus proculdubiò, nisi intempestiua eorum morte Deus nobis manifestè ostendere voluisset, nõdùm venisse tempus huic operi suæ prouidentia destinatum. Quæ etiam causa est, vt domini Canonici & hi quorum interest (quanuis operam suam haud segniter adhibeant) præter modum tamen Pontificem non nimis vrgeant, tum propter arduas suæ sanctitatis tam domesticas quàm publicas occupationes, & temporum istorum discrimina: tum quia de sanctitate diui Pastoris sui, quem penès se quotidiè nouis fulgere signis ac miraculis suis conspicantur oculis, nihil hæsitantes præfinitum à Deo tempus æquiore præstolantur animo. His igitur ex causis in hunc diem vsque tardata est diui Bennonis apotheosis siue Canonizatio (vt vocant) cùm ipse tamen in priuato nihilosciùs, vt pius Christi confessor, à plerisque veneretur ac inuocetur. Siquidem ad confessorum sanctimoniam probandam, non sanguinis quæpiam effusio, aut vllum supplicij genus, sed miraculorum duntaxàt fides ac maturitudo: quibus ille multis iam milibus spectatus est, largiente altissimo Domino Deo nostro: cui sit laus, honor, claritas & gratiarumactio per infinita seculorum.

Phaëthõtis historia describitur primo lib. Metamorphoseos Ouidij Nasonis. Deut. 32.

Cur canonizatio Bẽnonis suos nõ habuerit successus.

Hic fuit postea Canonizatus per Adrianũ 6. Lege Onuphriũ in appendice Platinæ, & vitam Lutheri.

EIVSDEM HIERONYMI EMSER CARMEN IN APOTHEOSIM DIVI BENNONIS.

VRbs antiqua iacet vastis vicina Bohemis,
Monte racemifero nobilis, atque solo:
Nobilis argento, gemmis, omnisque mineræ
Diuitijs: Missnam Theutona lingua vocat.
Illius ad calcem frendens Aquiloneus Albis,
Suspenso trabibus ponte superbus abit.
Ast in supremo sociata est vertice, pulchræ
Pulchrior ecclesiæ regia, digna Ioue.

Vrbis Missnensis Encomium.

Regia quæ Parijs totum formoſa columnis,
Dardanias arces poſt habuiſſe queat.
Hæc etenim ſecto lapide, & teſtudine mira,
Vincit, quas omnes vidimus antè domos.
Sed tamen Eccleſiæ iunctæ non vltima laus eſt:
Libera quòd nulli ni tibi Papa ſubeſt.
Condita quòd magnis quondàm eſt Ottonibus, & quòd
Miſſniaco ſemper principe tuta fuit.
Quodque eius clerus tota cultiſſimus vrbe,
Plenus honeſtatis, religione, fide.
A quibus aſſiduo laudantur carmine diui:
Hîc cantant hymnos, nocte diuque ſacros.
Hîc ducibus, vel præſidibus commune ſepulcrum:
Hîc ſunt Sanctorum corpora multa patrum.
Hîc iacet Albertus fama ſuper æthera notus,
Saxonicæ nupèr gloria magna domûs.
Hîc trucibus pendent Friſijs ablata trophæa,
Quos docuit Dux hic Saxona frena pati.
Hîc hîc, in primîs, noſtri farrago libelli,
Benno iacet media conditus æde ſacra.
Benno, qui hîc quondàm meritis digniſſimus altis
Præſul erat decimus, Paſtor vbique bonus.
Nam ſi vel vitam, vel ſi miracula ſpectes:
Oſtendunt ſanctum ſingula facta virum.
Oſtendunt ſiccis vel flumina peruia plantis,
Aut in fluminibus ſquamea turba latens.
Illæſæ veſtes, oſſa inconſumpta fatentur,
Plus ſexaginta condita luſtra ſolo.
Et quam perrexit vnam via longa per horam,
Fertilior ſacro preſſaque terra pede.
Lipſana portendunt occulto transfuga ſaltu,
Cernere quæ tantùm lumina caſta queunt.
Addunt hinc veteres mira & memoranda coloni,
Cum quibus hic vixit non ſine laude pater.
Vixit enim viduis, pupillis, vixit egenis,
His quoque diſtribuit, non cumulauit opes.
Nec tulit in molli corpus torpeſcere pluma,
Aut in purpurea luxuriare toga.
Quin indefeſſus iuſti zelator & æqui,
Pro grege deuouit remque animamque ſuo.
Pro grege porrecta, crudelia verba, palma
Pertulit & pugnos exiliumque ſuo.
Hinc viuente illo paſcenteque nemo Tyrannus
Lædere Bennonias tunc fuit auſus oues.
Aut ſi tentauit quiſquam, nec mortuus illos
Suſtulit impunes, ſed grauis vltor erat.
Pars pede ſuccenſo, tumido pars gutture ſenſit,
Quid valeant ſancti numina læſa viri.
Sunt qui luminibus capti, qui morte piati,
Sacrilegum luerint eluerintque ſcelus.
Multa tamen maiorque ſuæ pars conſcia culpæ,
Dum fleuit cœpti facta nefanda ſui,
Cumque dolens alto traxit ſuſpiria corde,
Promeruit veniam, reſtituitque duplum:
Nulla eſt tam vehemens pœna aut grauis ira Deorum,
Quin, vbi pœniteat, flectere poſſit, homo.
Quis petijt veniam non exauditus ab illis?
Quis fruſtrà ingenuit? quas renuêre preces?

Præci-

Miſſna ciuitas libera.

Diuinus cultus quàtùm in eccleſia Miſſnenſi vigeat.

S. Benno Epiſcopus fuit decimus eccleſ. Miſſnenſis.

Caſula & veſtes eius poſt longa tempora inueniuntur illæſa.

Liberalitas eius in pauperes.

Quid pro ſuis ouibus pertulerit.

Nulla tam vehemens Dei ira, quæ vera pœnitentia non flectatur mitigeturque.

Præcipuè Benno nullus mortalibus vnquàm
Difficilis, nullis iuſta petita negans.
Ad cuius tumulum glomerantur pendula vota,
Multus vt accepta contulit æger ope.
Cernitur hic lacero confoſſus pectore ferro:
Hic alius fracto crure perire timet.
Hic cecidit ſumma quondàm reſupinus ab arce:
Ille fuit rapidas obrutus inter aquas.
Hic trahit in medijs poſitus ſuſpiria flammis:
Hic cinctus valido corripit hoſte fugam.
Hic queritur febres, alius fera tormina ventris:
Hic miſero neruos vellet abeſſe pede.
Ille elephantiaſim deplorat, hic enterocelas:
Aut hæmorrhoides, lithiaſimve dolet.
Deniquè quiſquis adeſt placida redit indè ſalute,
Nec patitur caſſas Benno fuiſſe preces.
Senſit opem princeps: ſenſit quoquè regia coniunx,
Quæ priùs ægroto fleuerat vſque viro:
Nunc formoſa ſuo ridet coniuncta marito,
Et pendit diuo cærea vota patri.
Indè frequens alijs etiam de gentibus illuc
Accelerat varijs turba grauata malis.
Huc veniunt Thurij, Pruteni, Sarmata, Sclauus:
Huc vicinus agit ſæpè Bohemus iter.
Sæpè etiam admonitus media per ſomnia nocte,
Huc tulit arctoo Cymber ab axe pedem.
Mille licèt veniant, referunt quoquè mille ſalutem:
Arguit hoc ſanctum ſcilicet eſſe virum.
Nam licet hoc nulli ſacro ſine numine Diuûm:
Nemo malus tanta & talia ſigna facit.
Et tamen (indignum) quatuor modò ſecula & vltra
Dum pollet meritis his magìs atque magìs,
Nemo hunc Pontificum merito dignatus honore eſt,
Nemo inter ſanctos rettulit, antè ſacrum.
Hoc ego dum mecum nupèr ſtomachatus acerbè,
Nunc hos nunc alios inſimulando rei:
Ingemui tantam tanto latuiſſe tenebris
Tempore virtutem, tot benefacta viri.
Scilicet inuidia fieri potuiſſe putabam:
Quæ (niſi non, valeat) ſupprimit omne bonum.
Accuſabam omnes, quibus hic benefecerat olim:
Sed plùs Canonicos Miſſniacoſque viros.
Nec decerat multum quin tunc hominesque Deoſque
Dixiſſem ingratos immemoresque boni.
Donèc in infuſo, quo neſcio numine ſomno
Benno mihi viſus talia verba loqui:
Inſimulas falſò ſanctos Hieronyme patres,
Fruſtrà indignaris fratribus indè meis.
Non eſt Pontificum, non eſt incuria fratrum,
Quòd mihi nondùm aras conſtituêre ſacras.
Nec minùs Ambroſia veſcor, vel nectare potor:
Nil facit ad ſanctos hic popularis honor.
Nec tantum gelidi ſuperis libamina ſaxi
Quàm pudor & probitas ſanctaque vita placet.
Qui vitam innocuè vixit, hic eſto beatus,
Siue etiam rodant membra relicta feræ.
Sed tu quandò pio noſtrî ſuccenſus amore
Tam petis in noſtris thura adolere focis:

Miracula ad ſepulcrũ eius.

Aeger princeps ab infirmitate curatur.

S. Benno apparet in ſomnis Hieronymo Emſero huius hiſtoriæ authori.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Is fuit postea in diuos relatus ab Adriano vi. tẽpore Lutheri ad confundendum fortè ei⁹ impiũ dogma.

Nè dubita ventura suo stata tempore fato,
Quæ Deus occulta nunc ratione tegit.
Interea nostros sine quæso quiescere manes:
Et quem thure nequis, fac pietate colas.
His dictis, Benno subitis euanuit alis:
His dictis, somno sum resolutus ego.

BARTHOLOMAEI STENI BRIGENSIS PHILOSOPHI ET ORATORIS CARMEN LYRICUM AD DIUUM BENNONEM.

QVum multorum opera, Benno pater, tibi
Desudare frequens ingenium paret,
Et laudare sacras quisque canoriùs
Virtutes cupiat tuas.
Quum sint verba quibus liberiùs fluant,
Et sublimia qui carmina concinant,
Quorum te celebrant ora, lyræ, fides,
Cuique vt copia suppetit.
Sed non alter erat, cuius ab intimo
Emanat tua laus pectore gratior:
A cuius modulo suauior increpat
Vox, aut aure sonet tua.
Quàm deuota tui mens Hieronymi,
Vitæ facta tuæ qui canit inclyta,
Qua mores memorat sanctaque stemmata,
Et miracula pleniùs.
Ergò sic meritum diue pater iuua,
Scis illi quid opùs: quo neque dignior
Te præco vllus erat, cui tua debeat
Plus pro munere sanctitas.

ITEM HIERONYMI EMSERI CARMEN AD DIUUM BENNONEM, QUOD HABEBATUR IN FRONTE HUIUS HISTORIÆ ANTE EPISTOLAM DEDICATORIAM.

DIue pater Benno pro vita suscipe vitam,
Hoc hostimento nil tibi maius erit.
Tu mihi mortalem precibus producere vitam
Visus, vbi media destituebar ope.
Immortale tibi nomen vitamque repono,
Nam viues scriptis notior indè meis.

MARTYRIVM SS. FERREOLI PRESBYTERI ET FERRVCIONIS DIACONI AC SOCIORVM EORUM, VT HABETUR IN ANTIQUISSIMO MS. CODICE, CUI ADSTIPULANTUR ANTIQUISSIMA MARTYROLOGIA.

Iunij 16.

Irenæus Lugdunen. Episcopus.

EODEM tempore quo summus sacerdos & martyr Ecclesiæ Lugdunensis sanctus Iræneus Episcopus Christi, lumen æternum & splendor iustitiæ publicè fuam prædicationem in Gallijs dederat, & assiduè verbũ Domini nostri Iesu Christi gentibus declarârat: sanctum Ferreolum presbyterum & Ferrucionem diaconum ad Vesuncensem ciuitatem verè vt fundamentum fortissimum ad fundandam supra petram Christi Ecclesiam misit, & sicut angularis lapis sponsi cælestis, & vt margaritæ resplendentes fulgebant, per quos nomen æternum & splendor gloriæ gentibus quæ in tenebris iacebant

Christus lapis angularis.

sant coruscaret, vt eorum prædicatione ad baptismatis gratiam conuolarent, in quibus erat mira virtus Christi. In verbo enim & sapientia strenui, vultum angelicum & Domini seruitutibus aptum manifestè populis demonstrabant. Augebatur catholica fides, lætabantur de confuso & victo diabolo quotidiè Christiani: qui derelinquentes idola, sequebantur Christi vestigia. Similiter sanctus Irenæus Felicem presbyterum, Fortunatum & Achilleum diaconos, ex suo latere ante gloriosum martyrium suum Valentiam dirigit in vrbem. Quibus ingressis, talem Dominus athletis suis contulit gratiam, vt illa paganorum multitudo quæ in tenebris iacebat, eos plenissimo affectu diligeret. Erat itaque in eis mirabilis Christi gratia: quia vultu placidi, profusi in verbo, vt Dominum corporali consortio sequerentur homines docebant in terris. Sursùm quoquè corda suspensa angelico habitu sociati terris, splendebant in cælis. Dum ergò essent spiritu sancto repleti, spiritus immundos verbo purgabant, ægros, oppressos sanitati reddebant: nec narrare lingua sufficit, quantas virtutes quantaque signa & prodigia per eos Dominus noster Iesus Christus gentibus demonstrauerit. Tunc hi tres beatissimi martyres & confessores Christi extra ciuitatem Valentiam ad Orientem versùm sibi tuguriunculum de lignis contextum, locum oratorij dedicauerunt, vbi die noctuque indesinenter Domino Iesu Christo gratias agentes, non cessabant sacrificijs diuinis cælum pulsare, eorumque prædicationibus multitudo gentium ad baptismatis gratiam conuolabat. Dum hæc aguntur, quodam tempore cùm se sanctus Felix sopori dedisset, expergefactus fratribus narrauit, dicens: Fratres charissimi, vidi locum terribilem splendore munitum, diuersis floribus adornatum, florum & aromatum suauitate miri odoris collocatum, tabernaculum auro gemmisque insignibus constructum: vbi quinque agni sine macula mundi, candore splendidi, in eorum atrijs lilia depascebant. Dum hanc mirabilem virtutem intuitus essem, audiui vocem terribilem mihi dicentem, Euge euge serui boni & fideles, quia super pauca fuistis fideles, supra multa vos constituam, intrate in gaudium Domini vestri.

Sanctus Irenæus suos discipulos ad prædicãdum gentibus misit.

Visio Felicis presbyteri.

Matth. 26.

Dum hanc præclaram narrationem Felicis inuicèm sermocinarentur, repleti spiritu sancto Fortunatus & Achilleus dixerunt: Gloria tibi Domine Iesu Christe lumen æternum, splendor gratiæ angelorum, totius cæli & terræ Dominus, quòd nos per seruum tuum Felicem beatificare dignatus es, & nobis indignis manifestare vis vt promissionem tuam possimus dignoscere. Nos ergò esse iubeas tui muneris gratia dignos, quos tui verbi annunciatores præcipuos esse fecisti. Nihil enim in nobis aliquid posse dignoscitur, nisi Domine tua benedictione & virtute muniti, contra hostis insidias & inimici iacula possimus resistere. Ea completa oratione, ecce quidam è fratribus Fereolo & Ferrucioni beatissimis viris huiusmodi protulit scripta legenda. Viris pijssimis & in Christo fratribus Felici, Fortunato, Achilleo, Fereolo & Ferrucio in Domino salutem. Qui moderatur secula & disponit totius mundi climata, ipse seruis suis ad inuitationem bonæ confessionis arcana sui pectoris non negauit. Cùm vigilata nocte me sopori dedissem, vidi reuolutam mihi paginam, & quinque coronas nimio splendore auro gemmisque insignibus adornatas, sydereo fulgere nitore, & singulæ angelorum manibus deportabãtur, & signum crucis in medio portabatur. Quod cùm admirarer, audiui vocem terribilem mihi dicentem: Venite Irenæi discipuli, percipite promissum vobis paregnum, vt quia fecistis voluntarem Domini in terris, pariter percipiatis promissum patris in cælo. Viri sanctissimi fratres, quoniam nos Dominus ad martyrij coronam inuitat, confortemur & oremus, vigilemus spiritu feruentes, vt non diabolus veniens furetur thesaurum nostrum. Ad hæc Felix Fereolo & Ferrucioni quæ viderat adscripta narrauit. Sicque factum est, vt diebus ac noctibus psãlmis & hymnis indesinenter Dominum Iesum Christum æternum laudarent. Nunc ergò ad eorum venerandam passionem veniamus.

Fortunatus & Achilleus.

Fereolus & Ferrucio, discipuli S. Irenæi Episcopi.

Eodem tempore quidam vir Claudius nomine ex ciuitate Vesuncensi ad Cornelium ducem exercitus Aureliani Imperatoris Valentiam veniens, cùm audisset quod in sanctos Dei, id est Felicem presbyterum, Fortunatum & Achilleum rabiem suam taliter exercuerat, de Fereolo & Ferrutione narrare cœpit, dicens: Sunt huiusmodi duæ personæ in ciuitate vestra, per quos iam medius populus nostrę religionis cultus auersus est, & colunt Deum qui ab hominibus crucifixus est, etiam & an-

Passi sunt hi martyres sub Aureliano Imperatore in ciuitate Vesuncensi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ancillam vestram, coniugem meam huiusmodi seducentes Christianã fecerunt, virginibusque suadẽt nè nubant. Deorum nostrorum despectio tam grauiter leuata est, vt nullus eos deos esse iam dicat, nec sacrificium quod est placabile dijs nostris propter eos nullus offerre præsumat. Nec solùm eos placari prohibent, sed & malleis eos confringere præsumunt. Quo audito, Cornelius ait: O inuictissimi dijs, vt quid virtutes vestræ ad nihilum rediguntur, vt iam nullus locus sit, vbi despectio vestra per huius Christianitatis titulum nõ subleuetur? Quid frater Claudi agemus? Si patrum nostrorum dijs non succurrimus, penè omnis terra se ad Christum tradere habet. Vt quid tam terribile est signum Christi crucifixi, vt ante eum dij nostri pauescant & nobis metum inferant? Sed nec lex Christianorum aliquandò commisceri potest legibus deorum nostrorum. Sed accipe literas, & accede ad locum, & huius legis doctores diuersis pœnis interfice, vt cæteri metum habeant. Claudius respondens, ait: Quæ dictis iubes, factis probabo. Et acceptis literis nequissimi Cornelij, Vesuncensem vrbem ingreditur, ac sanctum Ferreolum SS Ferreolus & Ferrutio comprehenduntur. presbyterum & Ferrutionem diaconum corripi præcepit, qui in crypta paruula fouebant, sed Christum publicè populis prædicabant. Quibus comprehensis, ad Sacratissimorum principum præcepta sanxerunt, vt aut sacrificetis dijs, aut diuersis vos interficiam pœnis, vt cæteri metum habeant. Quòd si sacrificare dijs nostris volueritis, ex ærario publico remuneratos vos largissimè incolumes abire dimittam. Tunc Ferreolus & Ferrutio adspicientes in cælum, vexillo crucis in fronte affixo, dixerunt: Eijce nos, parati sumus, ideóq; quod tibi diabolus pater tuus dicta- Vide martyrum constantiam. uerit fac. nos enim in nomine Domini nostri Iesu Christi semper speramus. Et licèt nos diutinis pœnis & cruciatibus afflixeris, ipsum Christum redemptorem & reparatorem vitæ æternæ confitentes, & in illo credẽtes, cum ipso semper erimus. Nam pecunia tua tecum sit in perditionem, nobis sufficit vnũ Deum colere. Tunc Claudius eos ad trochleas extendi & flagellis cædi iussit. Qui cùm flagellarẽtur, nihil doloris sentiebant, sed qui semper protegit suos Deus hoc illis præstitit, vt angelico habitu & virtute terribili in vultibus resplenderent, dum carnali pœna paterentur. Quod videntes populi mirabantur. Deindè reclusis eis in carcere, in crastino eos sibi præsentari iussit, & ait: Sacrificatis, dijs an non? Ferreolus & Ferrutio dixerunt: Non sacrificamus, sed nec à bona Christi confessione recedere optamus. Tunc carnifex ira & furore magno repletus, linguas eis amputari iussit. Illi Amputatis linguis loquuntur. Marth 5. ergò magis accipiebant organum spiritale ad confortandos fratres, & ad prædicandum verbum veritatis & vitæ. Dicebant enim: Beati pacifici, quoniam ipsi Deum videbunt. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Et ad Claudium conuersi dicebant: Sic dij tui possunt facere sine linguis homines loqui, cùm ipsi nec loqui possint nec audire? Sed respice in nos & conuertere, & baptismi ablutione perfundere, & ex toto corde crede Christo, quia indulgentiam peccatorum tuorum mereberis. Tunc Claudius ira & magno furore repletus, acutissimas subulas, triginta vni & triginta alteri, tam in manibus quàm in pedibus, siue in pectore, vel inter omnia internodia malleis ferreis in eos transfigi iussit, & in omnibus sicut ros de cælo descendens, magis eis refrigerium quàm dolorem præstabat. Quibus sed cùm de dolore nihil sentirent, tunc Claudius eos gladio percuti iussit. Quibus Plectuntur capitali supplicio. percussis, tantus odor suauitatis & miri timoris locum illum exterruit, vt existimaret populus se diuinitatis ira obumbrari. Tunc Christiani nocte sublata corpora eorum in eadem crypta sepeliẽrunt, vbi semper orationibus, psalmis & hymnis quotidiè Domino gratias agebant.

VITA

VITA S. DEODATI EPISCOPI ET CONFESSORIS, PER QVENDAM MONACHVM VALLIS Galilææ conscripta. Sed stylum nonnihil, vbi visum fuit, emendauimus, & numerum capitum ad marginem adiecimus.

PIISSIMVS pater noster Deodatus, præcipuo nobis hodiè encomio celèbrandus venit: qui nobili Occidentalium Francorum sanguine procreatus, morum & operum præstantia inter suę familiæ vel prosapiæ homines vel maximè emicuit, tametsi ætate corporis postremus haberetur. Porrò de virtute in virtutem per ætatis incrementa gradatim procedens, studio geminæ charitatis & Deo & hominibus se gratum præbuit, diuitias salutis sapientiam & scientiam, & cum ijs timorem Domini ceu incorruptibilem thesaurum infatigabiliter complectens. Iunij 19. Cap. 1.

Ità ergo factum est, vt idoneus tandèm videretur, qui pari consensu Cleri & plebis diuinitùs Niuernensi pontificatu donaretur, nè sanctitas eius diutiùs sub modio lateret, sed tanquàm lucerna splendidissima congruo imposita candelabro, tam verbis quàm factis in Dei sanctuario luceret. Factus igitur Episcopus, non quæ sua sunt quæsiuit, sed quæ Iesu Christi, nec tam pro honore ab hominibus debitam reuerentiam, quàm à Deo sempiternam remunerationem expetijt. Cuius rei hoc potest esse certissimum argumentum, quòd illo se pontificatu vltrò abdicauit. Divini enim amoris sagitta salubriter vulneratus, cupiebat totus currere post Iesum, dicens ei cum sponsa: Trahe me post te: curremus simul in odorem vnguentorum tuorum. Videbat mundum totum in maligno positum, & se in medio scandalorum versari. Sicut autem solent superbi homines, etiam cùm parum aut nihil potiùs faciunt boni, se perfectos & multa virtute præditos arbitrari: ità humiles etiam tum, cùm omnia quæ præcepta sunt, faciunt, se seruos inutiles & omnibus viliores atque inferiores non solùm voce pronunciant, sed etiam intimo cordis affectu sentiunt. Conuersi enim à peccatis, & in suis oculis iam humiles effecti, Domino paruulos custodienti mente supplici non sine lachrymis dicunt: imperfectum meum viderunt oculi tui. Hoc itaque pacto vir summæ sanctitatis Deodatus, in charitate Dei perfecta humilitate fundatus & radicatus, distributis iudicijs & æquissimi tribunalis eius consideratione perterritus, sciens cui plus commissum sit, ab eo quoquè plus requisitum iri, totum se accinxit ad perfectam Christi imitationem suscipiendam. Deliberatione ergò tantæ rei planè expedita, nuncium remittit tam suis quàm alienis negocijs, & nè nauis Ecclesiæ Christi eius retinendi causa lachrymis armato, valedicit, & cum aliquot eiusdem propositi socijs è Niuernensi oppido egrediens, voluntarium sibijpsi à natali solo exilium indicit, ciuis Angelorum & Christi cohæres futurus, quem expectare volebat in solitudine, saluus factus à pusillanimitate spiritus & tempestate tumultus popularis. Pſal. 138. Cap. 2. S. Deodatus fit Episcop. Niuernen. Abdicat se pontificatu. Cant. 1. Ingreditur solitudinẽ.

Hic iam non pigeat nos facere, quod solent metallorum effossores & inuestigatores: qui si venam ipsis arridentem diuitemque massam pollicentem comperiant, mox marris & instrumentis alijs ad eam rem accommodatis rudera omnia egerunt, donèc ad metallum optatum perringant: Ità & nos beati viri huius animum mundo mortuum & cum Christo in Deo absconditum, modò id fieri possit, ex eius rebus gestis metiamur: pensemus, quanti ille fecerit mundum vniuersum, cui etiam tum valefecit, cùm plurimùm arrideret, sequi malens ad suscipienda lamenta spiritus contribulati & contriti cordis Dominum Iesum, qui nè nos periremus, in hanc lachrymarum vallem è summo cælo commigrauit. Nec sanè pauperculus homuncio tanta alacritate relinqueret vile tuguriolum, culmo & cespite contectum, quanta hic verus Dei cultor vrbem Niuernensium, cuius summia rerum affluentia episcopatum administrabat. Sed ad alia pergamus. Beati autem, immò terque quaterque beati viri, centuplum à Christo & vitam æternam per- Cap. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Arbogastus & Florentius eius comites.

percepturi, præ cæteris comites fuêre Arbogastus & Flotentius: quorum prior ita sacro nemore, quod Germanico idiomate Heiligeforst dicitur, eremiticam duxit vitam, & indè ad Argentinensis Ecclesiæ præsulatum raptus est: cui decedenti, ità à solitudine Hasale abstractus Florentius datus est successor. Postquàm autem ambo plurima virtutum exempla de se præbuêre, vocati à Domino, ad cælos migrarunt spiritu, corpore in locis supradictis quiescunt. Præter hos fuêre cum Deodato Vuilligodus, Domnolus & eiusdem cum illo nominis Deodatus, quos nullus labor ab eo separare potuit, quin certatim illi officiosè inseruirent, & eius parerent iussis, satius ducentes cum illo inter ignotos affligi, quàm apud notos in patria rebus iucundis perfrui.

Vuilligod⁹, Domnolus & Deodat⁹ alij eius discipuli.

Cap. 4. Girbaldus Tullen. ecclesiæ antistes.

Præsidebat tum Tullensi Ecclesiæ Girbaldus vir sanctissimus, quandò fidelis Christi seruus Deodatus, repudiato seculo, in Vosagi saltu sibi sedem delegit, cumque tandèm cum socijs venisset ad Romonum prædium, quod rus duo fratres inter se partiebantur, cuius esset meriti, Dei nutu declaratum est. Asclas enim, vnus ex ijs fratribus, nouas illic extruebat ædes: ad cuius fastigia cùm ventum esset, trabs quædam, cui omnis contignatio inniti debebat, nulla arte vel industria per triduum suo potuit loco aptari, modò breuitate, alàs curuitate vel alia re id impediente. Iratus igitur Asclas conuicijs artifices proscindebat, quòd cùm syluam ad manum haberent, velut inertes multam operam in eam rem frustrà impendissent. Illis autem iam & opere defessis, & animi mœrore affectis pransum euntibus, vir sanctus cò accedit, & fessus ex itinere in ea domo residet. Vbi autem ex puerulo quodam didicit rei totius seriem, multa permotus misericordia, quæ ab infantia cum illo adoleuerat, tentauit opem ferre mœrentibus: accitoque beato Vuilligodo & socijs alijs, trabem illam sensim ad locum suum admouit, ac deindè cœpto perrexit itinere. Vbi id resciuit loci eius herus, non longè progressum ex itinere ad se reducit: compertaque tum peregrinationis eius causa, tum ipsius conditione, prædium illud ei donauit, vsu tantùm eius ad vitam sibi reseruato, certam argenti summam in andebat sustentari posse pauperes Christi, quos posteà illic Christo congregauit: aut certè quòd spiritu præuideret locum illum dilecti discipuli sui Vuilligodi sepultura nobilitatum iri: ad cuius quidem exanime corpus tot & tanta víque in præsens miracula eduntur, vt nemo possit habere dubium, quin spiritus eius degat ita cælis.

Mouit ponderosiss. trabem suo loco S. Deodatus.

Cap. 5.

Indè verò progressus Deo deuotissimus antistes, Argentillam, quæ sicà riuulo suo dicitur, peruenit, eam nunc vulgus rusticum Arentellam corruptè vocat. Ibi tanti itineris labore defatigatus, commorari constituit, impensasque sibi ad construendum illic monasterium præparauit: cuius fundamenta cùm iam ad aliquod fastigium perduxisset, offendi cœpit & affligi iniurijs & improbitate accolarū ipsius inuidentium, tanquàm in dies sibi illorum fundos vsurpaturo. Erant illi strenui illi nè milites, sed libertatem suæ malitiæ velamen habentes. Eorum ergò protenuiam Dei seruo humiliter declinante, derepentè ira cælestis adeò in illos incubuit, vt certè mentis facti inopes, à finibus suis per ignominiam excluſi sint, donèc nequam stirps illa è medio sublata esset.

Vindicta Dei in reprobos.

Cap. 6.

Hinc venerabilis vir post immodicos auiæ & anfractuosæ solitudinis circuitus Alsatiam ingressus est, vbi inter Amalarici villare & Vngisuillam apud Vuilli condito domicilio resedit: cuius quidem hodieque plurimæ illic ostendunt parietinæ, & fons perspicuus atque saluberrimus, eius nomine celebris. Vbi circumcirca, tanquàm Sol quidam spiritalis, radios Deo gratæ actionis emittebat, & dociles hominum religiosorum animos bono Christi odore ad se adducebat. quidam inter proceres eximius Hunnus cum coniuge Hunna, qui in vicinis cis morabatur, magisque ex debito quàm intentione huic mundo inseruiebat, & fugit quisque dissimilem sui. Accessit verò inter illos ad solidæ dilectionis fe nitudinem, quòd sanctus præsul eius prolem & baptizauit, & è salutaris fonte

Baptizat prolem Hunni familiaris sui.

Verùm

Verùm sanctæ charitatis & totius boni hostis diabolus vt vidit nō mediocres ad dominum posse redire fructus ex beati viri verbis & exemplis, si ille tam insignis veræ religionis cultor in impia & bonis operibus sterili gente demoraretur, ad eum profligandum extulit superbum caput. Itaque subito quodam furore inflammat stolidum & indocile vulgus aduersùs hominem Dei, ceu alieni iuris inuasorem. Illi porrò regionis eius proceres concitârunt, donèc perpetuis iniurijs & minis vexatus, tandèm abscedere compulsus est. Roganti autem illum Hunno, nè ipsum desereret, eique sui iuris possessiones, vt in illis degeret, humanissimè offerenti, vir Dei cum lachrymis respondit: Cur ego tot annis exul & profugus in hac prouincia perpetuò vagabundus oberrem, cùm in illa propter peccata mea vel pedis vnius spatium, in quo quiescam, non liceat obtinere? Itaque deinceps vaflæ me dedam & ignotæ solitudini, in ea mortem oppeturus: videat pietas Domini, cuius amore & desiderio reliqui patriam, & in has me regiones contuli. His dictis, post mutuos amplexus discessit ab Hunno, non sine multis vtrinquè fusis lachrymis.

Cap. 7.

Valedicit Hunno cū lachrymis.

Cap. 8.

At verò pro iustitia persecutionem patienti seruo suo non defuit diuina miseratio, quæ & illi commodum & optatum dedit locum, & persecutores eius ignominiosa & miserabili percussit clade. Proceres enim illorum in ipso ætatis flore extinxit, manetque in hunc vsque diem ea vltio apud posteros eorum, ità vt non semel eximij & illustres viri atque matronæ, generis sui calamitatē formidantes, & sepsos & fundos suos viro beato voluerint obnoxios esse, nè in ipsos quoquè diuina vltio propter maiorum suorum peccata redundaret. Porrò eius pagi ruricolæ omnes, qui per id tempus illic nati fuêre, strumoso gutture suæ temeritatis pœnas luerunt. Eo autem dedecore non sunt affecti, quotquot trans torrentem nasci potuêre. Quod vbi aduerterunt fœminæ ad partum propinquæ, torrentem illū transmittere consueuerunt.

Vltio diuina in posteros eorum, qui sanctum Dei à suis finibus eiecerunt.

Cap. 9.

At vir Dei indefesso quidem spiritu, sed plùs satis defatigato corpore, per scopulosa iuga montium, per concaua vallium reptabundus tandèm anhelus attigit vallem, quam Galilæam vocant, anno ab incarnato Verbo, sexcentesimo sexagesimono. Eam vallem interluit & irrigat Morta piscosus & vastus fluuius: apud quem in ripa eius Australi reperta spelunca & fonte amœnissimo, aliquandiù illic delituit, herbarum tantùm agrestium & exiguorum pomorum esu corpus sustentans, cupiens imitari veteres illos sanctos patres, qui egentes errauêre in solitudinibus, in montibus & speluncis, & in cauernis terræ. Interea Dominus non immemor fidelis serui sui, nihil de crastino cogitantis, religiosum virum Hunnū ità in somnis compellat: Cur finis Deodatum venerabilem Episcopum fame confici in solitudine, qui mea causa factus est exul & inops, & pro sua modestia noluit tibi vel minimos actus suos indicare. Respondenti Hunno, se nescire vbinam sit Deodatus, dictum est à Domino: Impone sarcinas iumentis tuis, & inuocatā diuina maiestate, sine ea sua sponte iter istud ingredi: non deerit, qui deducat ea. Hunnus expergefactus, refert hæc deuotæ coniugi: illa modis omnibus hortatur, vt accelerent. Dimittuntur iumenta, & per inuiam eremum recto itinere ad speluncam beati viri perueniunt. Quidam autem illa pedetentim secuti, inueniunt hominem Dei: qui cùm prior ex illis scisciatus esset quamobrèm eò venissent, rem totam ordine cognoscit: Deoque cum lachrymis gratias agens, quòd ipsius in necessitate non fuisset immemor, tam seruos Hunni, quàm iumenta primò necessarijs refecit alimentis, deindè ad dominum ipsorum remittit. Ità ergo reperto viri Dei habitaculo, non modò Hunnus, sed etiam plerique alij religiosi homines posteà ei res necessarias miserunt. Videmus hîc non imparem hac in parte Deodatum sanctissimis patribus Frontoni, Benedicto & Columbano, diuinitùs ei, sicut & illis, vlu necessario suppeditato.

Heb. 12.

Indicat Dominus Hunno in somnis vbi Sanctus lateat.

Iumēta spōte sua ad speluncam beati viri perueniunt.

Cap. 10.

Porrò ex ea benignitate Dei, tam benè de ipso soliciti, vir perspicacissimus colligens gressus suos eò à Domino directos, ad condendam sibi cellulam animū adiecit. Ea constructa, & in beatissimi Martini Episcopi honorem dedicata, reposuit illic & alia pretiosissima sanctorum pignora, quæ ex patria secum attulerat. Cumque fama sanctitatis eius in dies non solùm ad vicinas, sed etiam longinquas regiones dimanaret, homines fideles vndiquè ad eum cateruatim accurrebant. E quibus nonnulli sua prædia hilariter illi conferebant, permulti ad condendum mo-

Multi imitātur S. Deodati vitam

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius sese tra-dentes di-sciplinę.

sterium pecunias & quæcunque poterant, largiebantur. Pleriq; verò non sua dum-taxàt, sed eius etiam imitandi desiderio accensi, seipsos in eius disciplinam multa instantia tradebant. Nec pudefiebat fama, quæ eius virtutes prædicabat, cùm præsentes maiores in illo cernerent, quàm anteà auditione accepissent. Per id tempus

Hũnus prędium suum cum ecclesia ei donauit.

is, quem sæpè d iximus, Hũnus prædium suum, quod ab eius nomine nomne Hunuuilla ris acceperat, vnà cum ecclesia ei deuotus donauit, in qua ecclesia ipse cum sua coniuge humatus est, non dubiam fidem facientibus miraculis, quæ illic fiunt, ambos cum Christo in cælis viuere.

Cap.11.

Porrò etiam Childerici regis regalis munificentia eam vallem, quam Galilæam diximus vocatam, fisco regio abstulit, & integram viro Dei & eius successoribus annuli sui impressione in perpetuum assignauit: putà ab ipso ortu riuulorum vel amnium in eam vallem influentium, vsque ad exitum eorum: vt illic vir Dei monasterium conderet, & quem vellet seruorum Dei numerum illic aggregaret. Crederes Dominum pro multis molestijs, quibus hactenùs non vno ex loco depulsus affectus fuerat, sanctam eius animam iam egregiè cõsolari voluisse. Intellexit hoc etiam ipse beatus vir, maximè quòd & diuinitùs & humanitùs se iuuari cerneret, ibidem iuxta S. Martini oratoriolum monasterium extruere voluit. Quidã autem ex eius discipulis cùm vltra amnem Morimonte, qui nunc monasterio præeminet, operarijs, ædificio illi necessariam materiam succidentibus & præparantibus, intenderet, vellet́que iam sub vesperam redire ad cellam, sed ędificatum illum transire Mortam fluuium, cuperet́q; maturiùs redire ad opus, in colliculo, quem Iuncturas vocant, nocte irruente manere compulsus est. Colliculus autem id nominis inde accepisse putatur, quòd Rotbat & Morta non longè ab eius radicibus inter se commisceantur. Vbi frater ille somno correptus, per visum oratorij in beatissimæ Dei genitricis honorem illic construendi diuinitùs præceptum accepit. Quod cum

Cõstruitur basilica in honorem S. Virginis Mariæ matris Dei.

manè retulisset sanctissimo magistro, in ipso visionis loco ille lapidem erigi iussit. Nec diù pòst condita illic basilica, in ea altare collocatum est eo in loco, vbi vltro fratri oblata fuerat: idque in honorem beatissimæ matris Dei omniumq; Apostolorum, pariterque præcipuorum Treuericæ vrbis Episcoporum, Eucharij, Valerij, Materni & Maximini consecratum. Iuxta hanc autem basilicam aliud fabricatum est oratorium in beati martyris Mauritij & sanctissimi collegij eius honorem.

Cap.12. Hildulphus Archiepiscopus Treuirensis.

Qua in re facilè licet perspici, beatissimum Archiepiscopum nostrum Hildulphum cum primùs familiarem fuisse sanctissimo Deodato præsuli ab ipsis vique monasterij huius fundamentis, quippè qui illi largitus fuisse credatur reliquias iam dictorum Treuirensis populi antistitum, inprimis autem S. Maximini, cuius sacros artus nupèr admodùm in eam transtulerat ædem, vbi nunc illi pro dignitate in veneratione habentur. Fuit autem is annus Christi sexcẽtesimus sexagesimus septimus: quo tempore Deodatus etiamnùm in Alsatia morabatur, quem constat anno Domini sexcentesimo sexagesimonono in vallem Galilæam aduenisse. Nec ab re fuisse credendum est, Deo deuotissimum præsulem tot tamq; preciosis Francię suæ prætermissis patrocinijs, specialem aram Treuirensibus potuisse. Poterat sanè vir Domini Hildulphus, eremiticam ducturus vitam, Arduennæ vastissimos expetere saltus, quemadmodùm alios quosdam eius vicinos fecisse constat: aut certè Histriæ deserta repetere, è quibus ad Treuericam sedem olim raptus fuerat, sed amore singulari charissimi Deodati sui ad nostrum Vosagum pertractus fuit. Cui sententiæ si quis calumniator opponere se velit, priuilegijs vallis Galilææ legi ille conuincetur, in quibus multa charitas charissimorum patrum nostrorum luculẽter apparet. Et quia hîc sese offert opportunitas, de antiqua loci eius dignitate aliqua inseremus.

Cap.13.

In quibusdã iam sæpè dicti cœnobij regia & pontificia authoritate firmatis (priuilegijs vel literis) beati patris nostri Hildulphi nomen reperitur præfixum tricesimo duodecimo subscribentibus Episcopis. Inibi sanctæ compassionis vir Archiepiscopus, immò Patriarcha profitetur sanctam & compunctam religiosamq; possessionem venerabilis viri Deodati Episcopi suarum aurium intima penetrasse, & vniuersali affectu pietatis ità cor suum charitatiua petitione emolliuisse, vt voluntatem eius libentissimè non impleuisse, nimìs irreligiosum fore putauerit. Consequenter etiam ibidèm annotatur, quoniam sancti desiderij ardore succensus, rendus

dus Deodatus Episcopus, in valle Galileę, quam ex regis fisco promerauerat, cœnobia apud Iuncturas, sicut suprà diximus, construxit primus, vbi monachos vel peregrinos sub sanctissimorum patrum Benedicti & Columbani regula victuros deliberabat collocare deuotus. Cui randèm communi decreto sanctorum antistitum cõceditur, vt nullus regum vel principum aut Episcoporum seu quoruncunque clericorum suis vsibus audeat aliquandò præsurpare quicquam eorum, quæ ad Dei famulos, ibidèm sub Euangelica perfectione degentes pertinere videntur, & quæ ab ipso patre Deodato Episcopo acquisita fuerint, aut regio munere seu reliquorum fidelium collatione, tam in sacris voluminibus, donarijsque altaris & ecclesiasticis ornamentis, quàm in ijs, quæ deincèps ipsi serui Dei proprio labore addere potuerint. Et quandocunquè sæpedictus Deodatus, qui nunc est pater monasterij ipsius, à Deo fuerit vocatus, quem illa congregatio ex sese vnanimiter eligerit, subrogetur, & ad altaria benedicenda, vel sacros ordines percipiendos quem voluerint Episcopum expetant, nullaque ecclesia absque priuilegijs viuens quicquam sperare vel auferre ab eis præsumat, & nemini nisì inuitatione aut permissione totius congregationis liceat monasterij ipsius septa intrare. Quòd si quilibet pontificum ab eis communiter postulatus pro ipsorum vtilitate accesserit, mox secundùm voluntatem congregationis expleto suo ministerio abeat, absque requisitione vllius muneris: quatenùs sub sancta regula viuentes, de percepta quiete, iuuante Domino, per tempora exultent, & pro statu Ecclesiæ Catholicæ pleniùs Deum exorent. Si autem aliquam transgressionem regulæ suæ fecerint, & à proprio pastore obiurgari noluerint, etiamsi Episcopus eorum, qui & Abbas, seditionem congregationis sedare per se nequiuerit, tunc alios Abbates, eandem regulam professos, ad ipsum monasterium conuocet, qui sententia regulari scandalum deprimere curent. Quod vtiquè priuilegium infringere ausus, præsentium authoritate præsulum damnatur, & per venerabiles viros Blidoaldum presbyterum & Iahinum diaconum absentibus ad subscribendum destinatur. Quod & deinde factum, superiùs est dictum. Hactenùs ast istud: iamiam quod restat agatur.

Cap.14. Priuilegia ipsiũ monasterijs concessa.

Constituit S. Deodatus cœnobia in valle Galilæa.

Igitur currente sexcentesimo septuagesimoprimo anno ab incarnato Dei filio, & aduentu autem domini Deodati ad Galilæam tertio, semper imitandus pater Hildulphus Archipræsulatu Treuirorum sese abdicans, & ad moriendum cum Christo huic aridæ eremo sese addicens, dulcissimus vicinus & paratissimus confragio. Porrò beati illi ac semper memorandi patres nostri Hildulphus & Deodatus in solitudine, vt optauerant, vicini effecti, non se inertiæ aut desidiæ dedêre, sed vigilarunt alacriter erga mutui eiusque synceri amoris custodiam, tãto effecti familiariores, quanto viciniores. Vt enim maior existit splendor, si ignem igni, aut lucernam lucernæ adiungas: ità sanctis viris ex propinquitate, conspectu & mutuis colloquijs accreuit charitas. Etsì autem mutua conuersatione & familiaritate nihil illis esset iucunduius, at tamen indignum erat tantos hospites, ceu duo mundi singulos, maximè quòd possent singuli plurimos secum ad Deum adducere. Itaque statuerunt inter se clarissimi pontifices, dum in hac essent vita, semèl in anno inuisere, & nocte vna simul manere: quam noctem totam sanctis colloquijs & diuinis laudibus solebant insomnes transmittere: manè verò ab inuicem recedere. Discipuli autem illorum, si quid vellet alter alteri indicatum, inter vtrosque expediebant. Porrò dominus Hildulphus non ità procùl cum suis occurrere solebat venienti ad se domino Deodato & socijs eius: eumque manu apprehensum ducebat ad orationem more antiquorum patrum, & vt habet institutio beatissimi Benedicti Abbatis: fusaque pariter prece, salutabant se mutuò cum gaudio spirituali: & tũ demùm inuicẽ se osculabãtur, & cætera charitatis ac deuotionis officia prosequebẽtur. Itidẽ faciebat pijssimus pater Deodatus, venienteadipsum Hildulpho, cui etiam vltra Mortam amnem pergebat obuiàm cum suis, quoad vixit, cellam priorem, quæ erat apud sancti Martini oratoriolum, non nec potuit ferre hominum concursus, neque externis fratrum laboribus interesse: maximè quòd nihil illi iam liberet aliud, quàm vacare & videre, quoniam Domi-

Semèl in anno sese mutuò inuisunt

Militãt sub Regula sancti Benedicti.

Hildulphus sese abdicat archipręsulatu.

Adiungitur S. Deodato.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus ipse est Deus: gustare & videre, quàm suauis sit Dominus.

Cap.15. S.Deodatus statura procerus.

Fertur autem statura fuisse insigni & procera, forma cumprimis eleganti, animo clementissimo. At iam nimio labore & multa ætate confectus, curuus incedebat. Nonnunquàm tamen adibat fratres operantes, singulorumque consideratis & constitutis operibus, ad cellam noctu redibat. Hodieque monstratur semita, qua solebat ire ad monasterium, quod est apud Iuncturas. Beatus verò Hildulphus statura fuit mediocri, vultu angelico, mente valdè compunctus, voluntariæ paupertatis studiosissimus: quem promptum & alacrem ad omne opus bonum efficiebat etiamnùm virens senectus & in Deum suspensus animus. Nam & in extremis vitæ suæ annis manuum labore victum & vestitum sibi comparabat. Et quanuis ætate iunior, vitæ tamen sanctitate & morum integritate Deodato non inferior, alterum sibi mutuò præferebat. Humilimus equidē Hildulphus caniciem in Deodato, Deodatus verò in iuniore Hildulpho patriarchalem dignitatem & morum integritatem venerabatur. Qui tanquàm duæ cælestis fabricæ columnæ à Domino decenter erectæ, solido & inflexibili robore mentis, sic assistebant summo opifici vt maxima lapidum congerie sibi imposita non grauarentur. Ipsis enim dulce erat & delectabile, gregi sibi concredito attendere, infirmitates, onera & pusillanimitates patientissimè sustinere, vt sua spirituali biga eum ad cælestē ædificium transherent. Putares sanctos Patres illos gallinas esse intellectuales & Euangelicas, quæ pullos suos meritorum alis & orationum rostris ab inuisibilium miluorum rapacitate subtrahebant & tuebantur, manibus pedibusque illis alimoniam suppeditabant, necnon frigidos eorum, exemplorum plumis calefaciebant artus. Satagebant interim extra nidum proprias extendere pennas, & alter alterius subuenire necessitatibus. Facti sunt cum infirmis infirmi, vt infirmos lucrifacerēt: Omnibus omnia facti, vt omnes saluos facerent. Vixēre prætereà ad tempus soliciti, vt eorum successores aliquandò forent securi. Nec piguit eos laboris, quo sancto eorum successores vacarent ocio. Hoc opus, eorum structuræ, hoc studium, eorum exigebant fugæ, ac potissimùm beati Patris nostri Deodati, qui tot loca sibi magno labore constructa mutauit, donèc filijs suis aptam & quietam sedem inueniret.

S.Deodatus & Hildulphus medioctis.

Deodatus & Hildulphus duæ columnæ.

Itēm duæ gallinæ Euangelicæ.

1.Cor.9.

Cap.16.

Igitur Deo dignissimi Antistites spirituali insudantes operi, nullatenus à recto deuiabant itinere, quotidiè de virtute in virtutem progredientes. Etenim tanto reddebantur alacriores ad laborem, quanto viciniores properabant ad requiem. Nec sentiebant in Christi vinea pondus diei & æstûs, quibus iam instabat vesper, vt redderetur nummus. Tandèm postquàm in ista Vosago, hæc sancta Dyas, & vere sanctitatis ac virtutum biga Deodatus & Hildulphus septem annis cum sex meritis bus habitâssent vnà: largus remunerator Deus statuit beato Deodato laborum istorum reddere mercedem, qui iam percurso vitæ stadio tanquàm strenuus athleta respiciebat in remunerationis brauium. Quare vocatus à Domino, languore correptus decubuit lectulo. quod cùm absentibus discipulis nunciatum esset, accurrunt mœsti & tristes, magistrique grabato adstantes, nè tam dulcis ac necessarius pater filios desereret, communi eiulatu deprecabantur. Quos ille verbo salutari instruens compescebat, atque ad sanctæ regulæ ordinisque obseruantias exhortatus est. Quibus dictis, sese Deo & eorum precibus humiliter commendauit. Interea sancti viri exitum iam instare S. Hildulphus in visu noctis diuinitùs edoctus est, qui vt euigilauit, ad beatū quantocyùs properauit, sicut à Domino ei imperatum fuerat. Quem postquàm adhuc viuum reperit, eidem omnia ecclesiæ sacramenta administrauit. Decebat enim, vt amicus amico ad superna præcedenti tremùm valediceret, viaticum præberet, & ecclesiasticam conferret sepulturam. Cuius præsentia vir sanctus recreatus ac vehementer in Domino gauisus est, sed suo commilitoni Hildulpho exitûs sui diem reuelare dignatus fuerat. Nec mora, discessurus ab hac lachrymarum valle B. Deodatus, ad suscipiendum regimen ouium, quas ibidèm hactenùs verbo & exemplo enutriebat, superstitē amicum constituit, discipulisq; mandauit, vt eundem Hildulphum læti susciperent, & quamdiu viueret solicitè retinerent. Cuius desiderio ac pijs votis cùm discipuli & B. Hildulphus annuerent, inter adstantium manus sanctam animam, multis Deo commendatam precibus, continuis laboribus pro Dei honore & iustitia climatam, & mansionis virtutibus adornatam, efflauit, ac in manus Dei commendauit, quem facie ad faciem sine fine videre promeruit. Mortuus est igitur Pater noster Deodatus, &

S.Deodatus & Hildulphus Dyas & biga virtutum.

Infirmatur S.Deodatꝰ.

Defungitur vita S.Deodatus.

quasi (vt in Ecclesiastico scribitur) non est mortuus. similem enim sibi reliquit post se. In vita sua vidit, & lætatus est in illo: in obitu suo non est contristatus, nec confusus est coram inimicis. Reliquit enim defensorem domui suæ contra inimicos, & amicis reddentem gratiam. Ecclī. 30.

Tranſijt autem de morte ad vitam, de exilio ad patriā S. Deodatus, 13. Calen. Iulij, quæ tunc erat dies Dominica, anni ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi sexcentesimi septuagesimi nono, indictione septima: Ab ingressu verò eius in hanc Vallem Galilææam anni vndecimi: Regnante Theodorico Clodouei filio, fratre-que Childerici, sub quo pessimus apostata Ebroinus excellentissimum martyrem Leodegarium Episcopum, varijs tormentis vexatum, capitali damnauit supplicio. Omni ergo reuerentia sacrum funus à discipulis portatur ad ecclesiam beatæ Dei genitricis Mariæ, ibique pro eo immolata salutari hostia à deuotissimo Archipræsule, sepulturæ commendatur, expletis de more & ritu Ecclesiæ solitis exequijs. Et quanuis aquosum erat cœmeterium prioris eius monasterij, vtpotè situm in convalle, oportebat tamen tanti precij corpus in præsentia fratrum quotidianas laudes & preces persoluentium quiescere, vt eius frequens haberetur memoria. O quantus tunc luctus monachorum, dum viderent tam fideli pastore se esse orbatos? qui quanuis non erat deflendus, cohibere tamen nequiuerant lachrymarum inundantiam, quas non impetus carnis, sed spiritus eliciebat à præcordiorum intimis. Cupiebant enim cum ipso dissolui & regnare cum Christo in gloria, maximè cùm perpenderent se in luctu remansisse, nec hîc manentem ciuitatem in tempore, sed futuram esse inquirendam in æternitate. Itaque vir Dei S. Hildulphus sic obtemperauit extremis votis defungentis amici, vt vigintiocto annis & amplius (quibus ipse superuixit) eius præesset relicto gregi, per præpositos administrans necessaria ipsi domui. Et quanuis suî loco Abbatem propriæ congregationi in Vosago præfecerat, (propterea quòd desiderio supernæ contemplationis acsultu census, exterioribus negocijs occupari refugeret) vallem tamen Galilææam à sua cura non abiecit, quandiù in mortali degebat corpore: vis enim perfecti amoris erga sanctissimum Deodatum eum coëgit, vt laboris & curæ non pœniteret. Non enim grauabatur susципere aliena, qui præ lassitudine alijs commendabat sua. Dicebat enim apud seipsum: Qua fronte adibis amicum, si mandatum eius vltiumum refutaueris? Pro cuius perenni vita in cælis & gloria, primo depositionis illius anno cœnobium vallis Galilææ multotiès adire solitus erat, frequentans ad sacrum corpus Missarum solennia, discipulosque susceptos consolans, ac in sancto proposito sui instituti confortans. Sepelirut S. Deodatus. Philip.2. Præest conuentui S. Deodati annis 28. Hildulphus.

Elapso tandèm anno à glorioso obitu D. Deodati, in quo beatus Patriarcha Hildulphus assidua visitatione monachis, & frequenti immolatione salutaris hostiæ defuncti curabat prodesse spiritui: pristinam deincèps institutionem resumpsêre fratres vtriusque loci. Et quemadmodùm semèl in anno venerandi Antistites mutuas solebant frequentare cellas: ità posteà studuêre facere eorum discipuli, qui viro Dei Hildulpho vallem Galilææam inuisenti, loco patris sui Deodati occurrentes, offerebant magistri sui tunicam, quam ille reuerenter susceptam, tanquàm dignissimum pignus amici exosculatus & amplexatus est, & quasi in noua vestis impendebat insensibili tunicæ, id suo charissimo Deodato fecisse arbitratur, cuius efficacibus meritis seipsum adhuc in stadio huius vitæ decertantem, atque in spiritali palæstra desudantem, sustentari inter dulcia suspiria credebat & precabatur. Cap.18. Tunicam S. Deodati quanti fecerint discipuli eius.

Cùm iam sancti viri temporalis vita in multos annos (Deo disponente) tenderetur, quatenùs eius exemplo plurimi ad spiritualem vitam prouocarentur & excitarentur, factum est, vt circa vltimos vitæ suæ annos multo senio fragilis, frequentique labore & cura domestica debilitatus, cellam suam solitæ visitationis gratia egredi non valeret: non tamen destiterunt S. Deodati discipuli pro more, magistri sui tunicam eidem offerre, nè dulcis eius intermoreretur memoria. Igitur cùm diuina miseratio glorioſum suum militem Hildulphum ab huius seculi fluctuoso mari ad portum salutis æternæ vocare statuisset, per dilectum suum Deodatum dignatus est eidem transitûs sui diem denunciare, quatenùs is vtrique monasterio de bono Pastore prouidere satageret. Cap.19. Apparet B. Hildulpho S. Deodatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vndè vir sanctus plurimùm in Domino gauisus est, quòd ab hac lachrymarum valle ad perpetuæ consolationis tranquillitatem mox erat assumendus, vbi omnis lachryma ab oculis eius abstergeretur. Itaque proprijs sui monasterij fratribus designato Abbate domino Raimberto, vallis autem Galilææ domino Marcinanno, feliciter obdormiuit in Domino, ab incarnatione Iesu Christi anno septingentesimo septimo.

Moritur S. Hildulphus

Cap. 20. Imitantur maiorum instituta sequaces discipuli.

Intercà à deuotissimis discipulis inuiolabiliter fuit obseruatum, quod à praedentissimis Magistris fuit institutum: videlicet, vt semèl in anno mutuas inuiserent cellas, tanquàm præcipua pignora præferendo sanctorum Patrum sorum tunicas. Siquidem monachi S. Hildulphi, ipsius tunicam retinnerant sibi, sicut & monachi vallis Galilææ, S. Deodati. In quorum delatione tanta veneratio exhibebatur, vt dulcissimi Patres ad filios rediisse post longa seculorum volumina crederentur. Quòd si (peccatis exigentibus) cælestis ira in populum grassaretur, & siccitate nimia, vel imbrium continua refusione, aut pestilentia, seu qualicunque plaga plebs feriretur, mox hinc indè conglobata, tuncas patronorum suorum cum lachrymis & orationibus offerebat & ingerebat diuinis obtutibus: & amota est plaga. nam contra desæuientis flagelli impetum tantum valebant Sanctorum merita & populi fides, vt sine mora misericordissimus Deus iusti iudicij sui seueritatem à plebe cohiberet, atque optatæ misericordiæ consolationem ei distillaret. Quæ quidem consuetudo tam religiosa pia integerrimè inter hæc duo cœnobia conseruata est, donèc sancta corpora plurimis miraculis exornata subleuarentur de terræ gremio. Quocircà sicut nunc solebant discipuli Magistrorum tunicas offerre, ità nunc eorum posteri corpora Sanctorum suscipiunt & animarum exuuias, quorum per merita pax nobis nunc & in æuum, Amen.

Vide quantæ fuerint virtutis sanctorum tunicæ.

Conclusio Authoris.

Sufficiant igitur hæc religiosis animis, quæ pauperculo sermone cursìm explicuimus, de pijssimi Patris nostri Deodati gestis, vix attingentes pauca de innumeris, minima de maximis, quibus clementia Dei in terris sanctum suum glorificauit pro vitæ suæ meritis. Cæterùm tot & tantis quotidiè miraculis venerabile corpus eius nobilitatur, vt vix ad conscribendum ea sufficiat calamus, nec aliquis possit habere dubium, quin spiritus eius inter suprema regnet angelorum agmina.

MARTYRIVM SS. VRSICINI ET VITALIS MARTYRVM RAVENNATVM, VT HABETVR PRIMO LIBRO *Hieronymi Rubei historiographi doctissimi de gestis Rauennatum.*

19. Iunij.

PRAEDICANTE Euangelium Dei apud Rauennates sancto Apollinare, multi Christianam religionem amplexi sunt, in quibus Vrsicinus maximè fuit, natione Ligur, medicus egregius, qui medicinam Rauennæ faciebat. Hic ad Suetonium Paulinum virum consularem, multis Taciti & Plinij laudibus celebrem, Neronis, qui Claudio in imperium successerat, Vicarium, quòd Christianus esset, delatus, inter pœnas & tormenta Christianum nomen ingrum seruâsset, pœna tandèm capitali damnatus, ad mortem duceretur, nonnihil commouerit, animumque demittere visus est. Quapropter Vitalis Mediolanensis, qui erat ex Paulini familia, eiusque prætorianus miles, Christi tamen assecla, & apud Paulinum pro Vrsicino dixerat, conspicatus metum hominis, cœpit hortari, qui in sanandis aliorum corporibus tam strenuè insudâsset, propriæ animæ salutem, quæ longè antecelleret corpori, parui duceret: recurreret mente ad cogitationem iucundissimam numinis diuini: sic futurum, vti ea calamitas,

S. Vitalis pusillanimũ Vrsicinum confortat.

in sanctissima suauissimaque illius memoria conquiesceret.

Huiusmod verbis magis animatus Vrsicinus, ad Palmam (qui locus, seu quòd ibi palma arbor olim fuisset, seu quòd à victoriæ palma, ex religionis Christianæ hostibus adepta, ità dicebatur) promptè alacriterque accedit, ac intrepidè mortem subiens, ad decimumtertium Calendas Quintiles obtruncatus, euolauit in cælum. Statim autem perindè ac viueret, cadauer sanctum sese ex humo erexisse, caputque ambabus manibus apprehensum, ad locum vbi ad sepulturam dandum erat, attulisse, à plerisque memoriæ proditum est: aliqui etiam addunt ex eius collo tres palmæ ramos enatos: cuius admirabilis rei memoria cùm planè interisset, diuo Vrsicino Rauennatum Archiepiscopo, ad eius martyris sepulcrũ orantibus prodeuntibus sese ostendisse: quamobrèm ab eo die iussisse Archiepiscopum sanctum, quo perpetuò memoria seruaretur, eius imaginem hoc modo pingi: quod & ad hanc diem cernitur.

S. Vrsicinus obtruncatur.

Miracula ad eius sepulcrum.

Aliquorum est etiam sententia, Vrsicinum hunc quinto Calendarum Maij capite abscissum, diemquem tertiumdecimum Calẽdarum Quintilis cum esse, quo die in Vitalis templo, vbi diù iacuerat, ad D. Iohannis Baptistæ ecclesiam, multos post annos translatum est. Nam postridiè eius diei Vitalis, sanctum cadauer, summa veneratione, ipsa in vrbe sepulturæ tradidit: maioremque deincèps Deiamorem animo concipiens, mortalia & caduca, ipsumque Paulinum dominum, desertum, nulli rei, extra cælestem patriam, inhians. Quapropter cùm à Paulino accitus, accedere recusâsset, iratus Paulinus, præsertim cum illum & Christianũ iam esse, & quo minùs Vrsicinus dijs sacrificâsset, feciisse cognouisset, in carceres Vitalem iussit contrudi, tormentis exquisitis subijci, & in eculeo poni: quæ cùm omnia patienter fortiterq; tulisset, ad Palmam ductus, cùm sacrificare dijs renuisset, ipsumque Martis simulacrum contumelia affecisset, Paulini iussu, & sacerdote Apollinis consulente, in fossam coniectus, in cuius fundo erat aqua, terra & lapidibus obrutus, quarto Calendas Maij ad cælestis vitæ præmia migrauit.

S. Vitalis carceri inditur.

In fossam coniectus obruitur.

BEATI IVANIS, PRIMI IN BOHEMIA EREMICOLAE, VITAE CVRRICVLVM EX ANNALIBVS *Bohemorum per D. Nicolaum Salium Pragensem recèns descriptum.*

IVAN Gestimuli Dalmatiæ Regis ex Elizabeta filius, Latinè Iohannes dictus, salutaris parentibus in eremum Deo se credens profugit: & formidolosis syluarum flexibus duce Angelo pererratis in Bohemiam adhuc idolis deuotam, Neclane rerum summã in ea administrante, deuenit: idque circa annum Domini 857. Cumque in specu quadam tribus circiter miliaribus à Praga dissecta molestissimis dæmonum incursibus biennio quateretur, fessus tanta infectatione eorum, locum mutare aliorsum ferret. ille, quod res erat, fateri, dæmonum immoderatis se & conuis vexationibus adeò conturbari, vt nec consistere, nec moram ferre queat. Hic Baptista sanctus, rudem teneramque Tyronis Christi militiam miseratus, præsidio Crucis donatæ eam firmat. Qua ille fretus, intrepidè ad deserta castra redire, & contra quantes hostes clamoribus cum incessentes, quòd ibi se balneum haberedicerent, infesto signo procedere. Cuius virtutem illi non ferentes, quaquauersum dilabi: ille victoriam prosequi, & intimiùs ad eos penetrare. Vnus ibi reterrimus appresso petræ corpore proteruiùs hærebat dæmon, dirissimis vocibus & immani oris rictu, deuoraturo similis frendens. In cuius ille putentem Iliarum Cruem conijciens, adeò illum hoc iactu perculit, vt perfossa grandi pera foràs erumpere coactus fuerit. Cernitur nunc quoquè id altè ductum foramen, & profugi hostis pudendos conatus testatur. Sic compescitis dæmo-

24. Iunij quo die eius festum celebratur.

S. Iuanis parentes

Multas à dæmone patitur molestias in eremo.

Attẽde virtutem signi S. Crucis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vt dæmonũ infectationes virtute Dei compescuerit, & lacte ceruæ nutritus fit.

num efferatis ausibus, pacatiùs deindè 40. & duobus circulis annorum eremitam gessit Iuan, nulli mortalium annis 14. visus, lacte interim ceruæ, dininacura ei tempestiuè fœcunda vbera exhibere iussæ, pastus.

Quo tempore Bariuoius Dux feras persequens, ceruam hanc nutricem Iuanis & sagitta traiecit, & vestigijs eius hærens ad antrum viri Dei ignarus decurrit, miratus ceruam iacentem tam copioso lacte exuberare. Cùm vir procero corpore, veste promissa, impexo & intonso crine, supercilijs oculos tegentibus, specu progressus seueriùs cum Principe expostulare cœpit, quòd animal suum telis appetierit. Consternatus Princeps, non expectata talis viri facie, prodigiosamque belluam existimans, vnà cum comitum manu pedem retro tulit. Deindè animosior factus, imperat ei per Christum (quem primus Bohemorum Principum fide agnouerat) edicere quid hominis siet. Ille adiuratus nomen, patriam, genus euentusque suos palàm docet: quin & in petræam aulam qua exierat, flagitantem hoc Principem, inducit, & Dei circa se administrationem euulgat. Rogatusque enixiùs vt equo se in vrbem Tetinam deferri pateretur, (id quippè Boriuoius vitam priuatæ similè cum Ludmilla tenebat) recusauit, & quòd equitandi omninò ignarus esset, & quòd commodiùs consequenti tempore id fieri obsequium Principi exhibere posse opinaretur. Monuit interim, vt ceruam quam venator confecerat, egenis dispertiretur. Verùm Ludmilla, videndi tanti viri auida, Boriuoium perursit, vt mysta suo, cum sex famulis & asino emissis, cum ad se deportarent. Cui aduentanti, & illa, & ille honoris ergò longè progressi aue detulerunt, & susceptum intra limina dignis eorum nomine epulis honorârunt. Sed ille ieiunij lege perpetua appetitum gustatumque suum definiens, nihil ex eis libare, nedùm comedere elegit, sed ad suam specum anhelans, renito cum ijs de diuinis rebus colloquio, quamprimùm reuerti contendit. Reuersusque est Sacerdote Paulo & sex comitibus stipatus, omnibus regijs aulis, exesi sui antri præferens horrorem. Ad eum triduò pòst Paulus Mysta profectus, lapsibus vitæ veteris eius auditis, eum & expiauit, & re diuina ad adipem eius facta, sacro Christi corpore eum refecit. Quo ille summa animi & corporis demissione sumpto, traditaque presbytero cruce parua, quam D. Iohannis Baptistæ gratia ad retundendos impetus dæmonum acceperat, tertia die post Synaxim, ex spelunca tenebricosa, cæli regiam adijt, corpore tantùm ibi (nam ità fieri poposcerat) deposito. Quo in loco Boriuoius monasterium sub nomine D. Iohannis Baptistæ à se ædificatum, amplis prouentibus dotauit, deobusque sacerdotibus eius curam pro tempore tradidit. Eò postea viri ad normam D. Benedicti viuentes traducti sunt.

Boriuoius primus Bohemorum dux Christianus.

Illius Ludmillæ passio infrà in vita S. Venceslai describitur.

Venit ad S. Ludmillam S. Iuan.

Eius sobrietas.

Sacramẽtis ecclesiæ ante mortem munitur.

Abit in cælum.

Noster esse voluisti Iuan, vt nostra damna leuares: leua obsecramus.

EPISTOLA BEATI PETRI DAMIANI EPISCOPI OSTIEN. ALEXANDRO PAPAE MISSA, *de vita sancti Rodulphi Episcopi Eugubini & Confessoris, quæ habetur octauo Tomo Aloysij.*

Iunij 26.

DOMINO Alexandro beatissimo Papæ, Petrus peccator & monachus seruitutem. Præcepit mihi beatitudo tua, venerabilis pater, vt nunquàm tibi literas mittam, quæ leue quid & obliuione dignum, ac frioloum continerent: quas scilicet, mox vt lector transiliendo percurrerit, edax flamma consumit: sed tale tibi scribam, per aliquid scriberem, quod & ad ædificationem legentium suscipi, & inter scripturas merereturauthentias reseruari. Vndè patri luminum agendæ sunt gratiæ, qui sacrarium tui pectoris, hoc igne sui amoris accendit, vt & in antiquorum patrum studijs ingiter requiescas:

quiescas: & insuper si qui tibi videntur idonei, ad scribendum eos prouocare non negligas.

A vobis itaque nuper egressus, cùm Florentiæ vrbis mœnia subij, nuncius mihi mox repentinus occurrit, qui mihi diem medium in tenebras vertit: omniumque meorum viscerum venas, amarissimæ legationis felle compleuit, Episcopum scilicet Eugubinum esse defunctum, cuius vtiquè conuersatio si recolitur, non mediocriter ædificare poterit audientes. Valet enim & ad exprimendam rectè viuendi formam, & ad exhibendam corrigendis moribus disciplinam. Nam antè ferè septennium, ille cum matre & duobus fratribus se paulisper ætate præcedentibus, seruis duntaxàt libertate donatis, castrum suum mihi inexpugnabili munitione vallatum, cum omnibus quæ sui iuris erant prædijs contulit, atque ad eremum veniens, habitum monasticæ professionis accepit. Monasterium plané in eorum possessione construximus, de cuius nunc sancto conuentu regulariter viuitante, satis in Domino gratulamur. Vbi cum matre, & fratre, quo inferior est constitutus iste Rodulphus, qui postmodùm ad Episcopatûs culmen euectus est, & Petrus primogenitus frater eremiticam vitam tam continenter, tam districtè duxêre, vt & audientibus prædicaret eos fama mirabiles, & cõuiuentibus, vita monstraret insignes.

S. Rodulphi monasticus. Itém Petrus frater eius.

Sanè si de Petro vellem cuncta referre, quæ suppetunt, priùs schedula fortasis ista deficeret, cùm adhuc dicendi materia superesset. Nam vt è multis vnum sumam breuiter referam, dum in capitulo considéremus, aliquandò de disciplinis regularibus disputantes, ille vt erat nouitius, vnum ex seculari consuetudine ordinarum protulit verbum. Tunc ego velut ira permotus, dura satis illum incectione corripui, postque redargutionum atque correptionum longiora flagella, tanquàm quæstione pulsato sententiam inferens, per quadraginta dies illum vino abstinere præcepi, ea tamen intentione, vt tantùm ad præsens illum cum cæteris ab incautis sermonibus deterrerem, postmodùm verò sententiam discretæ remissionis moderamine temperarem. Sed cùm me contigisset diuersis intentum negocijs, neque hoc mihi aliquis in memoriam reuocâsset, elapso iam præscripto dierum circulo, tandèm recordatus expaui, & quid ex iniuncta sibi pœnitentia Petrus egisset, attonitus exquisiui. Fratrum vtiquè relationibus didici, pœnitentiam esse peractam. Pœnituit (fateor) prolatæ sententiæ, sed gaudens admodùm tantam patientiam fratris, vt pro vno solo verbo inconsultè prolato, tam longam pœnitentiam pertulisset, & neq; per se, neque per alios indulgentiam postulâsset.

Ecce vt olim viguit ordinis disciplina.

S. Rodulphi nihil de rigore monastico deponit in Episcopatu.

Nunc igitur ad Episcopum, à quo cœperat, sermo recurrat. Quanuis enim Petrus idem, vt maior erat ætate, nihilominùs etiam in ardui propositi & districtæ vitæ semper præcederet itinere, hic tamen ad sacerdotalis officij iura promotus, quod in eremo didicit, in Ecclesia non omisit. Eisdem quippè terebat membra cilicijs, eisdem semper contentus erat perexiguis ac despicabilibus indumentis. Planè dum iuuenilis ætatis ingruente natura grauissimam sæpè pateretur aciem, laquearibus cellulæ funiculos innectebat, sicque vlnis insertis psalmodiæ studio pendulus insistebat. Nunquàm adipe, nunquàm ouis vel caseo vescebatur. In eisdem verò, quæ apponebantur, edulijs continens cum frugalitas cruciabat, vt discumbens non tam se reficeret, quàm decertaret, & intestinum fortiùs esset gulæ bellum, quod extrinsecùs videbatur esse conuiuium. Sæpè puriùs esset gulæ bellum, quod extrinsecùs videbatur esse conuiuium. Sæpè puGnauit vt saltem in hyemalis inclementia frigoris, aut papyrinæ sibi storeæ stramenta supponeret, aut vestitus saltem nocte dormiret. At ille in nuda ligni tabula nudus sola contentus interula cubitabat. Ecclesiam porrò deputabat hospitium, solitudinis autem cellulam habitaculum decernebat. Inconditi siquidem mores populi, & indisciplinatæ ceruices, leue iugum Domini nequaquàm sibi patiebantur imponi, sed muneribus terrenis intenti, non ex ore Pontificis Dei verbo, sed tanquàm de manibus Præsidis commodis inhiabant. Hæc enim regio quò magis aliena inuenitur diuitijs, eò copiosius exuberat vitijs. Ab egendo siquidem ecclesiam, quam dimiserat voto, retinebat officio, in eremo tamen perseuerantius habitabat.

Lectus eius.

Quandocunquè impetrare poterat vt suo modo panis fieret, edebat panem, Panis.

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non fratrum, non puerorum, sed eum, qui vel ex puro fieret hordeo, vel ex cantabro potiùs, quod proijciēdum canibus de puerorum panibus remansisset. Et licèt præter celebriores dies hoc esset quotidiè pane contentus, mensuram tamen attentiùs æquatis lancibus appendebat. Vndè mecum quandoquè conqueſtus eſt, quia ſi ſibi menſura concederetur, hunc eundem panem prurienti gulæ largiùs indulgeret. Tanta quippè iuuenculum hominem caſtigabat inedia, vt vndè nam ſolatium alimenti perciperet, vacuo ventre ſtomachus non curaret. Aliquandò verò etiam diebus Dominicis pulmentum neſciens, pomis tantùm, & pane cum aquâ viuebat. Ferreo circa pectus circulo iugiter cingebatur, quem tamen circulum ſub ventre dimerſum, dum coram fratribus nudaretur, diligētiùs occultabat. Nunquàm ſcilicet capitulo confeſſor intererat, in quo non acciperet diſciplinam, & tunc feſtinus exultabat, ſi non ab vno tantùm, ſed à duobus fratribus flagellari iuberetur. Sæpè pœnitentiam centum annorum ſuſcipiebat, quam ſcilicet per viginti dies alliſione ſcoparum, cæterisque pœnitentiæ remediis perſoluebat. Pſalterium quotidiè, cùm bis non poſſet, ſemèl ſaltem non negligebat implere. Quod nimirùm, cùm eſſet in cellula cōſtitutus, armata ſcopis vtraque manu, totum cum diſciplina recitare conſueuerat.

Circulum pectorale.

Gaudet diſciplinis.

Porrò autem cùm in expeditione eſſet aliqua conſtitutus, quantalibet interdum diluceſceret, pſallere non ceſſabat. Quam videlicet conſuetudinem, dum in cella conſiſteret, diebus, ac noctibus ſine ceſſatione ſeruabat. Quamlibèt grauis bruma rigeſceret, ſimplicibus ſoccis muniebat pedes, cùm tamen frater eius ſolis calceis contentus eſſet. Sæpè me per clementiam Chriſti terribiliter adiurabat, vt ſi quandò fortaſsis excederet, nequaquàm me ab eius correptione ſubduceren, ſed omnem in eo diſciplinæ modum, qui monachis debebatur, impſerem. Ità planè & regulam monachi, & authoritatem Epiſcopi ſub alterna vicißitudine laudabiliter obſeruabat. Opportunè ſiquidem & importunè verbo prædicationis inſtabat, & quicquid ſurripere valebat expenſis, benè prodigus in pauperes diſpergebat. Congregans annualiter ſynodum, nullum aſſuetæ oblationis vel xenium canonem à clericis exigi permittebat, ſed ne ab ipſis quidem commodum aliquod, præter ſolam pœnitentiam, requirebat: Abſit, inquiens, vt ſynodū vendam. Lapſos etiam potiùs erigam, quàm ex eorum cadaueribus coruino more pinguis fiam. Tædet vlteriùs ſcribendo procedere, & velut paternas à pictura manus dolor videtur Icareus cohibere.

Inſtat ſancto prædicationi.

His igitur, & huiuſmodi virtutum floribus adornatum, quasi cādens lilium immaturæ mortis pruina decoxit, ità vt cùm vix triginta plus minus videretur annorum, ad veræ lucis authorem ex hac infelici luce migrârit. Conſummatus enim in breui (ſicut ſcriptura loquitur) expleuit tempora multa. Placita enim erat Deo anima illius. Et iure conſummatus in breui, multa tempora dicitur expleuiſſe, quia dum in eo paruo, quod vixit, iuſtitiæ tramitem tenuit, quantum ad ſe, omnia tempora in obſequium conditoris expendit. Planè quicquid illic de ſancto viro ſapientia loquitur, ità huic per omnia congruit, acsi de illo ſpecialiter diceretur. Senectus, inquit, venerabilis eſt, non diuturna, nec numero annorum computata. Cani ſunt autem ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata placens Deo. Vndè & ſequitur: Factus dilectus, & viuens inter peccatores, tranſlatus eſt. Raptus eſt, nè malitia mutaret intellectum eius, aut nè fictio deciperet animam eius. Propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatis, Amen.

Felix obitus eius.

Sap. 4.

Ibidem.

VITA

VITA SANCTI VIGILII MARTYRIS ET EPISCOPI TRIDENTINI, VT HABETVR IN FRONTE *operum eius contra Eutychen tomo quinto Bibliothecæ SS. Patrum, Margarini de la Bigne Doctoris Theol. Pariſienſis.*

VIGILIVS patria Romanus, illuſtribus ortus parentibus, Athenis liberales artes, & ſacras literas didicit, breuique tantum ſibi pietatis & eruditionis theſaurum per Dei gratiam comparauit, vt annos natus viginti, ab Aquilegiēſi Epiſcopo, ad quem diuina delatus fuit prouidentia, paſtor ordinaretur Tridentinorum, quibus mira fide & conſtantia Euangelium Ieſu Chriſti prædicauit, & potentiam beneficentiamque eius, miraculis in Chriſti nomine deſignatis commendauit. Cæcis enim viſum & ſurdis auditum reddidit, mutorum linguas ſoluit, & dæmoniacos, & varijs morbis vexatos ſanauit. Prætereà ſtylum in hæreſes ſtrinxit, & hæreticos, vt ſynceritatem doctrinæ Apoſtolicæ plenè aſſereret, & purgatam Eccleſiæ Chriſto contraderet. Exrant hodiè quinque eius libri contra Eutychen: non extant, quorum in quinto libro meminit. Ait enim ſe libros aliquot compoſuiſſe de Conciliorum decretis, & nouitate, contra Sabellium, Fotinum, & Arrium. Porrò cùm diuinæ bonitati iam viſum eſſet fidelem ſeruum in gaudium Domini ſui introducere, placuit, ipſum priùs martyrij quoquè corona decorare. Quemadmodum itaque hæreſes conſtanter impugnarât, ità idololatriam nefariam funditùs extirpatam cupiebat. Proſtabat autem in valle illa quæ flumen Sarcham fundit, Saturni æreum ſimulacrum, quod incolæ homines feri & agreſtes, magna religione venerabantur. In hanc itaque ſerendi Euangelici ſeminis gratia profectus Vigilius Raudenam, fratribus germanis Claudiano & Maiorano, Iuliano item preſbytero comitibus, peruenit, ac protinùs in ipſum idolum incidit. Zelo itaque Dei exæſtuans, ſpiritu lætus ac alacer, Saturnum aggreditur, ac ſpurcum idolum deijcit, frangit, & in præterfluentem conijcit, vt turpiſſimæ rei vel memoria apud poſteros interiret, ſolius autem Domini nomen ſanctificaretur & regnaret. Mox verò in baſim ſeu fulcrum deiecti idoli reſidens vir Dei, verbum Domini illis, qui eius facinoris ſpectatores fuerant, prædicare cœpit, teſtificans ſalutem veram non aliundè vel ſperandam vel petendam eſſe, quàm à Ieſu Chriſto, Dei & hominis filio. Cæterùm barbari & impij idololatræ, deum & religionem ſuam contumelia affectum putantes, concurrunt, & ſeruum Chriſti, animam ſuam Patri commendantem, lapidibus ſternunt, obtegunt atque colliſunt, anno ætatis ſuæ quadrageſimo, Epiſcopatûs vigeſimo.

16. Iunij.

Parentes & patria ſancti Vigilij.

Creatur Tridētinus Epiſcopus.

Miracula eius.

Libri 5.

Confringit Saturni ſimulacrum.

Lapidibus obruitur.

Floruiſſe videtur ſub Imperatore Anaſtaſio: quo tempore & Gelaſius Antiſtes Romanus, & Fulgentius Apher claruêre, circiter annum Domini 500.

MARTY.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MARTYRIVM SANCTI ZOYLI CORDVBENSIS, VT HABETVR IN LVCII MARINEI SICVLI,

Regij historiographi, de rebus Hispaniæ libro quinto.

Iunij 27.

Parentes & patria S. Zoyli martyris.

BEATISSIMVS martyr Zoylus, parentibus clarissimis Cordubensibus progenitus, ab infantia Christianus, cùm esset adolescēs, & publicè Christum confiteretur, subitò à paganis arreptus, ad prætorium cuiusdam iudicis præsentatus est: atque ab ipso vt ad culturam dæmonum rediret, diù est exhortatus. Qui dum multa dierum spatio tam sermonibus quàm muneribus admonitus esset, in cœmeterio prefatæ ciuitatis, cum peregrinorum corporibus est sepultus, nè aliquandò à Christianis cognosceretur, & digna veneratione coleretur. Sed cùm Christo donante pax Ecclesiæ dedita esset temporibus Regis Sisebuti, quidam vir nobilis de Gothorum propagine clarus, Agapitus nomine, ex laico vitam appetens monachi, sicad summum sacerdotium electus est. Et quoniam pro amore Christi seculum dimiserat, non distulit illum fraudare bonis suis. Cùm corpus suum iciunijs maceratum in stramine reclinaret, per quietem noctis ostensum est ei, quo loco corpus prædicti martyris iaceret: & quo nomine vocaretur, & pro cuius amore capite plexus esset. Qui manè facto, congregatis fratribus & vulgi multitudine, quæ viderat indicauit, atque cum omnibus Christianis ad ostensum sibi locum sine mora perrexit. Ad quem perueniens, rastrum manu arripiens effodere cœpit, quousquè ad corpus beatissimi martyris, sicut à paganis fuerat absconditum, Deo iuuante peruenit. Quo quidem inuento, gaudio magno repleti sunt omnes. Præfatus deniquè Episcopus, præ amoris magnitudine, cùm corpus beati Zoyli demulceret osculis, atque indignum se iudicans, vt manibus suis tanti viri tangeret reliquias, subitò, osculando crebriùs, caruit primorum dentium adiutorio. Quos ab oris officio, vt minutos esse conspexit, in sarcophago, vbi viri corpus humatum fuerat, proiecit. Peracto inuentionis obsequio, sequenti nocte per visum S. Zoylus ità affatus est ei: Cur me sæpiùs osculando verberasti? iam pro eis quæ à me poposceras intercedens à Domino Iesu Christo impetrasti, & nunc certus esto, quia dimissa tibi sunt peccata.

Sepultura eius inter peregrinos.

Corporis eius inuentio.

Deuotio priscorū erga sanctas reliquias.

SOPHRONII PATRIARCHÆ HIEROSOLYMITANI, DE LABORIBVS, CERTAMINIBVS, ET PEREGRINATIONIBVS SANCTORVM APOSTOLORVM PETRI & PAULI. HABETVR

tomo 2. Bibliothecæ sanctorum Patrum Margarini de la Bigne S. Theolog. Doctoris Parisiensis.

Iunij 29.

PETRVS genere fuit Hebræus, habitabat in Galilæa regione Palestinæ, patria eius Bethsaida. Simeonem iustum, qui Christum in vlnis tenuit, compatriotam habuit. Pater Petri Ionas, fuit temporibus Hircani, quibus res suas cum regno (id actitante fratre) amisit. Frater Petri Andreas. Cepitque vxorem Petrus filiam Aristoboli, fratris beati Barnabæ Apostoli, ex qua suscepit filium & filiam. Andreas cælibem ducens vitam, præsoris Domini factus est discipulus. Petrus senio prouectus tendebat, vt qui vxori, familiæ, ac patris senio prouidebat. A Christo, Petrus, ob mentis firmitudinem appellatur. Super fluctus maris tanquàm incorporeus ambulat. Transfigurationis Dominum inspector vocem primam audiuit.

Matth. 16. Matth. 14. Matth. 17.

Nota

Non exasperari contra peccatores eruditur, illique mundi procuratio committitur & traduntur cælestium thesaurorū claues. Super cœtum Apostolorum constitutus est. Mathiam sufficit in Apostolatum. Non solùm miraculorum magnitudine, sed & verborum efficacia auditores, vxorem habens, ad fidem Christi rapiebat: constituitq; 10000. virorum Ecclesiam. Ananiam & vxorē sola increpatione prostrauit. In Lidda Aeneam paralyticum sanat. In Ioppe Dorcadam suscitat. In Cæsarea, Cornelium centurionem, cum sua tota familia ad Christum vocat, baptizat: Spiritu sancto implet, lintheum videt, vt portam fidei, per reuelationem gentibus aperiat.

Mar. 9. Lu. 9 Iohan. 21. Matth. 16. Act. 1. Act. 5. Act. 10.

Ab Herode Agrippa duabus catenis vinctus, & traditus quaternionibus militum, carceri mācipatus soluitur ab Angelo. Occasione perfidiæ Simonis magi, Syriam discurrit, adhuc autem & Pontum, Asiam, & Galatiam, & vbiquè seminando verbum vitæ, Romam peruenit. Sidone, Beryth Billi Episcopos ex his qui eum comitabantur duos ordinauit. Apud Tripolim Phœniciæ, Marcum hospitem suum, Antiochiæ, Antaradi, Acadi, Balneis, & Peltæ, Gazatæ, & Laodiciæ. Martianum in Syracusa Sicilię, Brancatium Tauromenij, Thianum Cappadociæ, Ancyrę Galliciæ, vbi & suscitat mortuum, in Ponto Sinope, Mystico Hellespontis, Gauiræ Paphlagonum, Claudiopoli, Honoriadis, Nicomediæ, Bithyniæ, Neocæ: & ex prima profectione sua in Cæsaream per Cappadociam & Syriam (tertio iam anno vocationis elapso) redijt Hierosolymam. Deinde rursùm per Antiochiam & Nicomediam, vbi Prochorum præfecit in Episcopum: tum demùm Romam peruenit, ibique cum Paulo Apostolo 30. Neronis anno passus est. Vide Tertullianum vbi ait, mortis Petri & Pauli mentionem in annalibus haberi.

D. Petrus Romam venit.

S. Petr⁹ Romę passus.

BEATI PETRI DAMIANI EPISCOPI OSTIENSIS SERMO DE SANCTO PETRO APOSTOLO.

Io. Habetur octauo Tomo Aloysij.

ADOLESCENTVLAE dilexerunt te nimis. Petrus Apostolus Apostolorum princeps, & principū primus, hodiernam diem nobis reddidit clariorem. Sacra profectò dies, quia sacratissimo homini consecrata, & illius assignata præconijs, quem conuentus Angelicus non mediocriter reuereretur. Vnus est enim, quem nobilitant singularis primatūs insignia, clauicularius regni, cælorum lingua, fidei fundamētum. Consummatus honor, & dignatio glorioſa, hominem in terris positum cælis imperitare, & inter Angelorum choros iudiciariæ potestatis exercere virtutem. Sedet dominator Dominus inter agmina lucidiori luce fulgentia, & de Thronis ad Cherubin transuolans, vices sessionarias intermutat. Quamobrèm admiranda quidem sessionum mutatio, longeque rationis humanæ superducta conspectibus, cùm modò Thronos, modò Cherubin insedisse legatur. Et licet assistant Angeli Præsidentis imperium expectantes, & Administratorij spiritus assignata sibi ministeria sortiantur: nullus tamen eorum ligandi atque soluendi possidet potestatem. Adest Petrus, & ad eius arbitrium orbis vniuersitas soluitur & ligatur, & præcedit Petri sententia sententiam Redemptoris: quia non quod Christus, hoc ligat Petrus, sed quod Petrus, hoc ligat Christus, ipso idipsum attestante. Quodcunque, inquit, ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis.

29. Iunij. Cant. 1. Eccè quomodò beatus Petrus nobilitatus est singularis primatūs insignijs

Ad Petri arbitriū orbis vniuersitas soluitur & ligatur. Matth. 16.

O quàm potens dignitas, quàm digna potentia. Iudicat Petrus, & Petri iudicia cōfirmat Omnipotens, & est in manu Petri, manus Altissimi, solusque ille efficitur familiaris Christi, qui Petri familiaritatem habuerit. Quid est quòd Angelorum & hominum agminibus exclusis, solus Petrus in consortium diuinæ maiestatis, & cum Domino residet præsidente? Dulce colloquium, sancta conuersatio: consilium speciale Petri & Dei, vbi secretorum indifferentia mortalem hominem Deo copulat, & counit. Non ergò mirum, si ardentiori affectu diligit Saluatorem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Petrus Apostolus,cùm singularis amor refusus sit in eum,vt & singulariter diligat, & specialiter diligatur. Anima eius vna est de adolescentulis,quæ dilexerunt eum nimis. Puerilis ætas nondùm amori congruit, senilis desijt ab amore. Puer est,qui nondùm æternis studere cœpit: senex est, qui cœperat, sed dimisit. Vtrosque igitur ille summus amator excludit, & à maiestate suæ dilectionis eliminat. Sola adolescentia ardentissimis ignibus incandescens, eclipticum amorem non recipit, sed ardorem sibi vendicat copiosum. Inter adolescentulas igitur, animas videlicet electorum, quæ cælesti sponso dilectionem promiserunt & fidem, ista sola dilexit ardentiùs, & amoris impatiens ait: Domine si tu es, iube me venire ad te super aquas. Non timuit singularem elementi molestiam,& pelagi sæuientis vndositas affectum Apostoli retinere non potuit. Sed quid est quod dicit, Nimis, cùm nimis ille diligi non possit, qui toto corde, tota anima, totis viribus præcipitur diligendus?

Vt Dominũ dilexerit suus Petrus Apostolus.

Matth.14.

Tres gradus amoris Dei. quorum primus est amare dulciter.

Tres sunt gradus in amore Dei, quorum alterum sine altero conscendere, aut parum valet,aut nihil.Cucurrit eos Apostolus pede velociori,donèc in tertij sumitate repositus,ad cæleste palatium euolaret. Amandus enim est Deus dulciter, sapiẽter,& fortiter. Sed iam videamus,quid sit dulciter amare Deum. Dulcis enim est,& dulciter diligi debet, qui multitudinem dulcedinis suæ vel amantibus, vel mẽtibus se ministrare non cessat. Amatur in dulcedine,cùm amatur in carne, cùm nescimus nisì Christum Iesum, & hunc Crucifixum, cùm tota carnis eius frequẽtia frequenti memoria retinetur, & ossa nostra medullitùs concutit rantæ miserationis dignatio. Cùm enim recordamur Regem gloriæ paruuli vagientis sustinere miserias,pannorum vilium vilitate deuolui,fatigatum ex itinere residere,pharisæorum opprobria, conuitia Iudæorum aure patiẽtissima pertransire, nunquid non compungi debemus ad tantę pietatis intuitum?Considera Filium Virginis illirum, sputis,liuidum plagis,clauis confixum. Attende Rectorem cæli stantem in Cruce, pallidum morte, carne deformem. Nè pertranseas Dominũ Angelorum, factum opprobrium hominum, virum dolorum & scientem infirmitates, virum percussum à Deo & humiliatum, virum leprosum & omnibus expositum detrimentis. Hæc recordatio succendit cor, pectus adurit, interiora depascitur. Talis memoria elicit lachrymas, suffundit oculos, vultus humectat.

Esa.53.

Circa hunc ferè gradum obuoluitur omnis religiosorum instãtia, raraque auis in terris est,quæ possit hunc transire profectum. Adstat enim orantibus vel imago nascentis Dei, vel pendentis in Cruce, tenetque mentis affectum incalescens affectio, & ad vlteriora vix permittit excurrere. In hoc gradu Petrus impressus constebat,cùm carnem & cõuersationem Iesu Christi tenerrimè diligens,Saluatorem etiam à saluatione generis humani retraheret,dicens: Propitius esto,Domine tibi ipsi,nè fiat hoc. Cui Dominus: Vade,inquit,post me,satana,quia non sapis quæ Dei sunt, culpans consilium, non affectum. Diligebat enim dulciter, non tamen sapienter. Quomodò enim sapienter, qui mundi redemptionem & Dei prouidẽtiam nitebatur excludere? Sed succenderat cor eius familiaritas dulcior, & verbum de Redemptoris absentia pati non poterat benignitas diligentis. Hic diligitur Deus ex toto corde,cùm in corde hominis affectus & dulcedo inhabitet, solumque cor hominis amoris dulcedinem perseueranti stabilitate custodiat. Vndè & vulgaris vsus obtinuit,vt cùm aliquem ab aliquo vehemẽter amari conspicimus, dicamus: Ex corde diligit eum: quem scilicet amat, & sequitur.

Matth.16.

Dulciter diligere,id est ex corde.

Secundus est, diligere sapienter. Gradus iste multæ altitudinis est, & nimis difficilem pollicetur asscensum. Non autem cuadit ad cacumen eius,nisi mens prius dior,& quæ mundi huius sapientiam sapientia superuolat Angelorum, Non attendit hic nascentis, vel itinerantis Dei cumulata deuotio, sed Verbum in principio apud Deum. Recordare Filium Dei cum Patre omnia fabricantem,creantem Angelos, elementa iungentem, disponentem mundum, omnia gubernantem,& cognosce quàm excelsior sit ista cognitio, quàm illa. Intuere ineffabilem ipsius genituram, & Genitum Gignenti non dissimilem, nec priorem Patrem quàm Filium,& tunc intelliges quanta differentia natiuitatẽ vtranque distinguat,cùm aliud sit nasci in gloria, aliud in miseria, aliud æqualẽ Deo,aliud Angelis esse minorem. Hæc est sapientia singularis, supergredi corporis & corporeorum obstacula, & in illius lucis subsilire splendorẽ,vbi lumen videtur in lumine,& Deus non seruiens, sed

Grad⁹ secũdus,diligere sapienter.

imperans demonstratur. Felix anima, quæ fęculentæ carnis superata materia, in huius sapientiæ lumine requiescit. Vis videre Paulum, quomodò à primo gradu ad secundum asscenderit? Cùm dixisset, Mihi absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi: scripsit alio loco: Et si nouimus Christum secundùm carnem, sed nunc iam non nouimus. Hic affectus sapientiæ sedet in anima, quæ sola rationis capax est, incorporeumque & incircunscriptum spiritum indefessa meditatione prospectat. Hic diligitur Deus ex tota anima, id est ex tota sapientia, qui prius ex toto corde, id est ex dulcedine diligebatur.

Gal.6. 2.Cor.5.

Sapiẽter diligere,id est, ex anima.

Tertius gradus est amare fortiter,id est ex omnibus viribus. Fortiter diligit, qui, cùm necesse fuerit, pro Saluatoris fide corpus & animam tormentis exponit. Hic est fructus operis, laboris consummatio, probatio dilectionis. De gradu enim dulcedinis ad sapientiæ gradum asscenderat Apostolus Petrus,cùm diceret: Animam meam pono pro te. Nihil sapientius, neque fortius, quàm Animam meam pono pro te: nil insipientius,neque debilius,quàm Neque scio,neq; noui quid dicas. Profectò iam diligebat dulciter,iam sapiẽter,sed vtrunque perdidit, cùm fortiter non dilexit, cùm ad vocem mulierculæ Dominum & Magistrum suum celeriter abnegauit. Sed cùm mori pro Christo disposuit, dilexit nimìs: quia maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Affixus Cruci à fide separari non potuit. Vides ergò, quomodò tres gradus isti trinæ legis dilectioni conueniant. Itaque amemus dulciter, sapienter, & fortiter, vt ad Magistrum Petri, Petri intercessione peruenire valeamus, qui est benedictus in secula, Amen.

Tertius gradus, diligere fortiter.

Matth.26.

Iohan.15.

Fortiter diligere, est animã pro Christo ponere.

EIVSDEM BEATI PETRI DAMIANI SERMO DE SANCTIS APOSTOLIS PETRO ET PAVLO.

Habetur vt suprà 8. Tomo Aloysij.

HOdierna dies, dilectissimi, clara est & solennis, vniuersamq; ue creaturam suo lumine sanctificat, & infundit. Non enim est ignota festiuitas,vel alicuius obscuritatis tenebris offuscata, sed ab ortu solis vsque ad occasum toti cognita mundo, ipsis etiam cælis clara luce relucens. Duo enim Apostolorum principes, Ecclesiæ luminaria,martyres summi,legis doctores,amici sponsi, oculi sponsæ, pastores gregis, mundi custodes, hodierna die cælestia regna felici martyrio conscenderunt, alter princeps regni cælorum, alter raprus ad tertium cælum: alter Iudæis prælatus, alter gentibus datus: in vita socij, consortes in morte, in corona pares,æquales in gloria, iudices orbis,Domini confessores.

Sanctorum Apostolorũ Petri & Pauli festiuitas solẽnis, toti cognita mũdo.

Admiranda prorsùs dispositio Redemptoris, & iudicia Dei abyssus multa,cùm illos Ecclesiæ suæ præfecit, qui sic criminaliter lapsi sunt, vt in peccatorum fluctus absorberentur. Cùm intueor Petrum, quem ipsa manus omnipotentis regni cælestis clauibus inuestit, cui Pater reuelat Filij maiestatem, super quem fundatur Ecclesia, cui potestas ligandi & soluendi conceditur, qui cælos claudit & aperit, quod Cherubin & Seraphin habere non legitur, vehementer admiror. Rursùs cùm reflecto oculos, & eundem Petrum video à longè sequi Saluatorem, & ad vnius ancillæ vocem detestari, & iurare, Quia non noui hominem, ipsumque quem Dei Filium confessus fuerat, trepida fugatione relinquere, timore concutior,dicens mecum: Quis cognouit sensum Domini? Cùm respicio Paulum spirare minas & cædes in discipulos Domini, vinctos ducere, damnare morti, & in corpus Ecclesiæ tota debacchatione sæuire, intra memetipsum contremo, dicens: Nescit homo vtrùm amore, an odio dignus sit. Cùm respiro desuper, & video vas electionis portare nomen Christi coram gentibus, & Regibus, & filijs Israël, ad illam ipsam Trinitatem oculos figere clariores, gaudeo, dicens: Hic est vir, qui non est derelictus à Domino. Quid est, quòd sic labuntur, qui præficiuntur Ecclesiæ? Sapientia suauiter disponens omnia, hæc ideò fecit, vt in seipsis prædicti Principes discerent, qualiter alijs misereri deberent.

Pfal.35.

Matth.16.

Matth.26. Luc.22.

Rom.11.

Act.9.

Eccles.9.

2.Cor.11.

Cur Principes Ecclesię frequenter labantur.

Huius virtutem misericordię pręsens capitulum demonstrare conatur. Isti sunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apoc.11. inquit, duæ oliuæ. Digna prorsùs comparatio oliuæ ad Apoſtolos, nec alia digniòr eſt inuenta. Arbor enim iſta ſemper viridis eſt, & illum excellentiſſimum olei

Olei quatuor proprietates. liquorem effundit, ſine quo nec regia, nec ſacerdotalis conſtat authoritas. Oleum autem quatuor habet, ſupernatat omnibus liquoribus, illuminat, paſcit, & vngit. Cuicunque enim liquori oleum ſuperponas, ſtatìm ſibi ſuperioris loci vendicat

Pſal.144. Pſal.58. poteſtatem: ità & miſericordia Dei omnibus eius operibus præfertur, Pſalmiſta teſtante, qui dicit: Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Miſerator, & miſericors, patiens, mitis corde, & ſuauis vniuerſis, Dominus prædicatur. Eſt autem & iuſtus, ſed nunquàm multùm iuſtus legitur in ſcriptura, ſicut multùm miſericors. Vis videre quomodò diſcipuli ſequũtur Dominum, & Magiſtrum ſuum? Adſpice, quantus pietatis affectus Apoſtolorum principi ſe infudit, quandò circunſtete-

Act.9. runt illum omnes viduæ flentes, & oſtendentes tunicas & veſtes, quas faciebat illis Dorcas. Circundatur multitudine pauperum Apoſtolorum princeps, & vocibus lachrymoſis concutitur viduarum, Apoſtolicumque pectus irrumpit clementia multitudo. Orat Apoſtolus ante vultum gloriæ coram Domino maieſtatis, reſuſcitatur mulier, & miſeris redditur miſericordiæ propinatrix. Hæc miſericordia

Act.14. facit Petrum ab Hieruſalem in Antiochiã currere, ab Antiochia venire Romam, prædicare verbum Dei, ſubuenire peccatoribus, peccatis parcere, miſericordiam ſuperexaltare iudicio. Adſpice & Paulum, & intellige quàm dulcioris miſericordiæ cumulata benignitas totam Apoſtoli mentem vera compaſſione ſuccenderat.

2.Cor.11. Prima olei proprietas rectè Apoſtolis aſſcribitur. Quis infirmatur, inquit, & ego non infirmor? Doleo, inquit, & lugeo ſuper eos qui peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam. Beata anima, quæ omnium miſerias ſuas fecerat, vt omnes lucrifaceret. Hoc affectu nauigat mare, currit in Hieruſalem, lapidatur, verberatur, affligitur. Indè currit ad Epheſios, Corinthios quarto, circuit Coloſſenſes, Philippenſes viſitat, reuertitur ad Romanos, miſericordiam ſpargit, vbiquè diffundit pietatem, & cæleſtium ſeminat ſemina gaudiorum. Certis ergò, quia ſicut oleum omnibus liquoribus antecellit, ſic & Apoſtolica pietas omnibus eorum virtutibus antefertur.

Act.5. Illuminat oleum, illuminant & Apoſtoli. Recolea ctus Apoſtolorum, & videquanta luce fulgurat Apoſtolus Petrus. In plateis, ait ſcriptura, ponebantur infirmi in lectulis, vt veniente Petro, ſaltem vmbra illius obumbraret quenquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus ſuis. Oleum infinitum, admirabile lumen, & omni ſole lucidius, ad vmbram Apoſtolici corporis languores fugere, diſcedere infirmitates, & omnem morborum inſtãtiam inaudita velocitate fugari. Annon

Act.3. Rom.15. copioſa luminis immenſitas ab ore Petri largiùs exiliuit, cùm air claudo: In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula? Reſpice Paulum totum Illyricum peragrantem, ſuſcitantem mortuos, ſubuertentem templa deorum, & in ſplen-

Itẽm ſecunda. dore huius lucis totius orbis illuminare circuitum. Currit Paulus, & potenti virtute ſermonum illuminat quæ in tenebris ſunt, clarus ſermone, opere clarior, mi-

2.Tim.2. raculorum coruſcatione clariſſimus. Habete, inquit, formam veſtram, & attendite non ſolùm quæ audiſtis, ſed & quæ vidiſtis in me. Bonus & perfectus magiſter, qui fidem facit verbis opere meliori. In huius lucis clariſſima ſerenitate illuxerunt

Pſal.76. coruſcationes tuæ, Deus, orbi terræ. Commota eſt, & contremuit terra ad vocem Apoſtolorum, cùm in omnem terram ſonus eorum exiuit.

Itẽm tertia proprietas. Iohan.21. Oleum paſcit, paſcunt & Apoſtoli. Epiſtola Petri, & ſublimis illa ſermonum doctrina, nunquid non mirabiliter paſcit Eccleſiam Dei? Audi quid Saluator de hac ipſa paſtione dicat ei: Paſce, inquit tertiò, oues meas. Paſce verbo, paſce exemplo, paſce oratione. Paſce verbo, vt potens ſis exhortari in doctrina ſana & eos, qui contradicunt, arguere: paſce exemplo, vt quod prædicas voce, opere compleas: paſce oratione, vt pro illis intercedas, quorum anima tibi commiſſa eſt. Vas

1.Cor.3. electionis Paulus Apoſtolus vide quomodò paſcit populum Dei diuerſorum virtutum rietate ferculorum. Lac, inquit, potum dedi vobis, non eſcam: perfectorũ autem ſolidus cibus eſt, eorum, qui pro exercitatione conſummatos habent ſenſus. Et alibi: Facti eſtis, quibus lacte opùs ſit, non ſolido cibo. & iterùm: Sapientiam loquimur inter perfectos. Vides quomodò ſe cõtemperat & conformat, illos ſublimiHebr.5. 1.Cor.2. hos tenera imbuens doctrina?

Itẽ quarta proprietas. 1.Pet.2. Vngit oleum, vngunt & Apoſtoli. An non Petrus Apoſtolus vngit omnes, cùm dicit: Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis,

tionis, & virtutes annũcietis eius, qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumen ſuum? Paulus etiam ipſe non ne præcipit dicens: Si præoccupatus fuerit homo in Gal.6. aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis? Oliua ſemper eſt viridis, nec frigoris immenſitate percutitur: ità & Apoſtolorum fides inconcuſſa perdurat, nec vnquàm tyrãnica rabie potuit ſuperari: & ſi impulſus eſt Petrus vt caderet, non tamen cecidit, quia Dominus ſuſcepit eum. Stupefactus quidem ad momentum hæſit Apoſtolus, ſed ſtatìm in virtute fidei redijt, quia reſpiciente Domino, fleuit amare: & ſi ad tempus concuſſus eſt, non tamen deiici Luc.22. potuit: quia ſcientia veritatis caſſari non poterat, dicens: Ego pro te rogaui, Petre, Ibidem. vt non deficiat fides tua. Hodierna enim die crucifigitur Petrus, Paulus gladiatur, & vitam ponunt pro fide Chriſti, vt non deficiat fides Chriſti. Iſti ſunt ergò duo viri oliuæ, viri habentes fidem, illuminantes patriam, paſcentes Eccleſiam, peccatores vngentes. Quod igitur ſcriptura hæc dicit: Iſti ſunt duæ oliuæ: alibi planiùs Apoc.11. aperit, dicens: Hi ſunt viri miſericordiæ. Eſa.57.

Sequitur: Et duo candelabra lucentia ante Dominum. Candelabrum tribus pedibus innititur, & in altiora conſurgens cereum ſuperportat, vt qui ingrediuntur, lumen videant: ità & Apoſtoli tribus virtutibus innitentes, operatione, prædicatione, miraculorum coruſcatione, lumen verum Dominum Ieſum Chriſtum ingredientibus ad fidem tota claritate monſtrarunt. Et attendendum quod dicit, Ante Dominum. Hypocritæ etenim lucent, non ante Dominum, ſed ante mundum, vt videantur ab hominibus. Apoſtoli verò luxerunt ante Dominum, ſed non ante mundum, quia ludibria & verbera experti, diuinæ maieſtati ſolummodò placere ſtuduerunt. Quòd ipſi ſint duæ oliuæ, & duo candelabra lucentia, & ante Dominum, Zacharias Propheta manifeſtè his verbis innuit, dicens: Iſti ſunt duo filij olei Zach.4. ſplendoris, qui aſſiſtunt Dominatori vniuerſæ terræ. Sunt erenim filij olei, quia viri ſunt miſericordiæ: ſunt & ſplendoris, quia ſunt candelabra lucentia: lucent ante Dominum, quia aſſiſtunt Dominatori vniuerſæ terræ. Sequitur: Habent poteſtatem claudere cælum nubibus. Serenitas cæli nubibus impeditur, nè videatur, & diuinitatis contemplatio peccatis noſtris clauditur, nè videatur Deus, Propheta teſtante, qui dicit: Oppoſuiſti nubem, nè tranſeat oratio. Nubes opponitur, nè Thren.3. oratio tranſeat, cùm peccata noſtra ſeparant inter nos & Deum. Habent poteſta- Egregia hutem claudere cælum nubibus, id eſt peccatoribus, & portas eius fidelibus aperire. ius loci expoſitis. Miſa res, & omni ſtupore digniſſima, ad hominum linguam claudi & aperiri cæleſtium palatia manſionum. Amen.

Sequitur: Habent poteſtatem claudere cælum nubibus. Serenitas cæli nubibus impeditur, nè videatur, & diuinitatis contemplatio peccatis noſtris clauditur, nè videatur Deus, Propheta teſtante, qui dicit: Oppoſuiſti nubem, nè tranſeat oratio. Nubes opponitur, nè Thren.3. oratio tranſeat, cùm peccata noſtra ſeparant inter nos & Deum. Habent poteſta- Egregia hutem claudere cælum nubibus, id eſt peccatoribus, & portas eius fidelibus aperire. ius loci expoſitis. Miſa res, & omni ſtupore digniſſima, ad hominum linguam claudi & aperiri cæleſtium palatia manſionum. Amen.

VITA S. THEOBALDI PRESBYTERI, EREMITAE ET CONFESSORIS, A QVODAM EIVS *contemporaneo fideliter conſcripta, quam ex MS. codice excerptam huic adiecimus Tomo.*

PROLOGVS AVTHORIS.

ANtiquos dominos & bellicoſos gentium victores, vel ciuitatum conditores nouimus loquacium poëtarum præconijs, vt ità dicam, ad ſydera tolli, & longiſſimis annalium ſiue hiſtoriarum ambagibus ad memoriam poſterorum verbis crepitantibus audiuimus frequenter vaniſſimo ſtudio lectitando laudari. Quòd ſi laudes falſorum deorum ſeu ſuorum ſatellitum tanta efficacia verborum adornantur: cur non potiùs ad ædificationem audientium Dei omnipotentis gratuita dona, quæ ſuis fidelibus quotidiè præſtare non deſinit, omni elegantia ſermonis prout ipſe annuerit, debemus enarrare? Verus enim propheta & Saluator mundi, dum de quinque panibus & duobus piſcibus quinque milia hominum ſatiâſſet, turbis quærentibus ſe conſtituere Regem, ait: Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam. Et poſt pau- Iohan.6. ca: Pater meus, inquit, vſque modò operatur: qui ſine teſtimonio bonitatis ſuæ Attẽde quinullum ordinem ſeculorum patitur: qui Eccleſiæ decus in patriarchis & prophe- buus columtis inchoat, in apoſtolica firmitate ſolidat, in martyrum victoria coronat, in con- nis Eccleſia Dei ſuſtinefſeſſorum atur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fessorum munditia decorat, in virginum floribus exornat. Verè inquam vsque modò operatur: qui Ecclesiam suam, in bello rosis ambit, & in pace liliis vestit. Vndè ipsa Ecclesia, sponsa scilicet Dei, amoris telo vulnerata, sanctis prædicatoris bus ait: Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Per florem quippè tenera virtus inchoantium, per malum verò solida operatio perfectorum designatur. Ecclesia ergò fulciri se floribus postulat: quia infirmis quibusque inchoantium virtutem prædicari imperat. Stipari malis appetit: quia perfectorum mira facta fidelibus imitanda proponit. Igitur nè studiosas aures audientium, circunlocutione verborum offendamus, simpliciter ac fideliter, prout Deus concesserit, cur ità prælibauimus, aperiamus.

Cant.2.

Cur ecclesia Dei fulciri floribus & stipari malis appetat.

INCIPIT VITA.

Iunij 30.

Cap.1. Parentes S. Theobaldi, qui fuerint.

IGITVR Theobaldus bonæ indolis vir gente Francorum, patre Arnulpho, matre verò Gisla oriundus territorio Senonensi, castro autem Prunino educatus: Flos, vt ità dicam, è spinis erupit. Parētibus verò non solùm nobilibus, verùm etiam clarissimis atque ditissimis enituit. Cuius natiuitatem à sancto Theobaldo Viennensi Episcopo proculdubiò veracium familiarium eius relatione, & quod firmius est, matris eiusdem beati viri assertione prænunciatam comperimus. Is etenim Prasul auunculus auiæ sancti Theobaldi extitit, & ab eodem æquiuoci nominis vocabulum sortitus est. Qui dum aliquandò colloquium haberet cum matre dominæ Gislæ huius beati viri genitricis, inter cætera ait: O generosa parens gaude & lætare, quia ex te prodit mater, quæ paritura est magni meriti filium, qui omnibus nostræ affinitatis hominibus præeminebit, & ante Deum & homines magnus vocabitur. Huic etiam prasagio testimonium perhibuit quædam bonæ voluntatis paupercula, quæ iam grauidam matrem beati viri conueniens, verbis sic solatur amicis: Gaude domina, inquiens, quæ in vtero gestas filium, qui apud Deum præcipuum obtinebit locum, & suorum erit gloria parentum. O decus, ô dulcedo nectarea. Beatus Theobaldus à Præsule prædicitur sancto, à paupercula, illi euangelicæ viduæ comparanda, pranunciatur: vt veraciter illius credatur esse membrum, qui à prophetis est varicinatus, ab angelo annunciatus, à militia cælestis exercitus collaudatus, à stella declaratus, à magis adoratus, brachijs senis Simeonis baiulatus, & ab Anna vidua in templo est Deus agnitus.

Qualis sit futurus, à sanctis prædicitur.

Cap.2.

Redeamus ad proposita, & videamus de loco vndè tantum decus emanauit. Dehùm verò ponamus nomina regum vel principum, quorum temporibus vir iste floruit, vt & chronicæ scientiam posteris relinquamus, & ad laudem beati viri, ex quanta genealogia prodierit, & ex quali ambitione seculi ad voluntariam paupertatem conuersus fuerit, clariùs enucleare satagamus.

Quo tempore vixerit, & quę eius fuerit patria.

Pruinum castrum, vbi sanctum prædiximus ortum, populosus locus est, iuris quondàm illius Odonis famosi Comitis Campaniēsis, cuius propinquum beatum virum fuisse clarum est. Viguit autem temporibus Henrici Augusti, & Henrici regis Francorum, & filij eius Philippi. Qui vt adolescentiæ artigit metam, non lasciuiam secutus est mundi, sed potiùs quicquid prę ceptorum Dei auditu percipere poterat, velut prudentissima apis in aluearium memoriæ studebat conuehere. Mouebat animum adolescentis maximè eremitarum solitudo, quorum inter extitit Iohannes & Helias, & post eos Paulus & Antonius. Aemulabatur vitæ eorum tenuitatem, vestium asperitatem, animi contemplationem, & angelorum in solitudine contubernium. His igitur & huiuscemodi facibus accensus, claustina discessione adijt quendam eremitam in quadam insula Sequanæ latitantem. Cum quo cui cordis sui aperuit ardorem non comburentem, sed illuminantem. Cum quo inito consilio, assumptoque Gualtero quodā milite socio, assensis vtrque equis cum singulis armigeris ad Rhemēsem ciuitatem peruenerunt. Miles ergò Christi Theobaldus, relicta domo, patre, matre, fratribus, mancipijs, amplissimisq; præsidijs cū omnibus seculi pompis, quasi proximo Pascha accincturus militię cingulum, cum iam dicto socio iter arripuit. Cumque apud sanctum Remigium in prædicta ciuitate hospitati, fuissent occasione alloquendorum amicorum, armigeris atque equis

Assumit sui instituti socium.

Frequentat sacralimina S. Remigij.

equis in hospitio relictis, pedestri itinere noctu ad interiora pertentauerunt progredi. Inuentis verò duobus peregrinis, exuti suis optimis ac militaribus indutis, illorumque induti refarcitis, vt ità dicam, rapinis, nudis pedibus peruenerunt ad locum, qui dicitur Pitingo, in Teutonicorum videlicet regno. Ibique multo tempore voluntariam paupertatem pro Christi amore sustinentes, cum multo labore victum sibi quæritabant. Nam sicut generaliter non specialiter de Ioseph canitur in psalmo: Manus eorum in cophino seruierunt, & vsque ad vilissima ac laboriosa rusticorum opera deuoluti sunt: scilicet lapides ferendo, fœnum è pratis secando, stabula curando, & maximè, vt idem simpliciter posteà referebat, carbones ad opera fabrilia facienda, victum sibi cum paruo censu prouidebant. Tenuissimo igitur collecto nummorū quæstu, ad sepulcrum sancti Iacobi in Galicia Hispaniæ parte nudis, vt iam diximus, pedibus perrexerūt. Cumq; indè reuerterentur, diabolus in itinere humana specie assumpta, per obliquū in via se prosternens, compulit virum Dei ruere. Illo Christi nomen inuocante, Crucisque signo se munire, malignus hostis euanuit. Nec mirum, si viro Dei præparauit casum, qui Domino nostro Iesu Christo ausus est suadere ruinam, dicens: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Treuerensem demùm vrbem cum collega repetens, reperto ibi patre, admodùm contristatus est. Romam deindè regressus desiderio videndi sepulcrum Dei, Venetiam quasi mare transiturus, expetijt.

Iacob.1. Pſal.80.

Vexatur à diabolo.

Matth.4.

Amabilis igitur Domini Theobaldus hac intentione Italiæ fines oberrans, tandem peruenit ad locū, cui vetustas Salanica nomen indidit. Perlustrato verò loco & diuina, vt credimus, dispositione, reperit salrum adeò spatiosum, & ruinas quasi veteris ecclesię. Ibi post longinqui itineris fatigationem resedit, & à dominis loci, habitationis domum sibi poscens, libenter illis concedentibus impetrauit. Commodato verò paruo tugurio confidenter ibi habitare cœpit, & angelicā vitam in terris actitare inchoauit. Primùm à carne & omni pinguedine se abstinuit. Demùm vero pane hordeaceo & aqua tātummodò vsus est. Ad postremum à pane & omni potu se abstinens, fructibus tantùm & herbis, earumque radicibus aliquantis annis vixit: semper vsus cilicio. Diuina igitur dispositione actum est, vt proficientibus meritis, omnes ecclesiasticos gradus vsque ad sacerdotium in Vincentina Ecclesia adipisceretur, præsidente eiusdem ecclesiæ cathedræ Sindekerio Præsule, viro in Ecclesiasticis & secularibus negotijs strenuissimo.

Cap.3.

Attende vitam Dei in victu & vestitu abstinentiam.

Ordinatur sacerdos.

Iam verò quis explicet dignè, quas cruces corpori suo sęuus persecutor induxerit, cum quotidiè crucem suam baiulādo Christum secutus fuerit, quis dignè valeat enarrare? Quinquennio igitur, vt eius fideles & familiares contestantur, nunquàm facendo, sed tedendo somnum percepit, & hoc tanta peregit cautela, vt quasi tota nocte in somno mansurus, diligenter pannis tegeretur. Post absessum verò ministri sui statim exurgens, conticinij tempora in precibus & laudibus Dei, extensis manibus continuabat. Hora verò surgendi ad matutinales hymnos, vt suos lateres, ad stratum proprium regrediebatur. Illud autem stratum primò quædam aequalis superficiei extitit, subtrato quodam lineo linteolo, & capite admoto trunco durissimo, superadditoque laneo pileo suæ peregrinationis ab æstu defensore. Demùm verò, cùm omnia corporis sui membra armāsset supradicto linteolo suppositio cilicio, & pro arca vsus est quodam lato & dolatili ligno. Biennio autem expleto, ex quo vir Dei iam dictum cœperat incolere locum, socius eius Gualterus cum bona confessione naturæ soluit debitum, &, vt credimus, coniunctus numero fidelium.

Lectus eius qualis fuerit.

Gualterus socius eius, vita defungitur.

Beato igitur Theobaldo non defuerunt tentamēta antiqui hostis, nè videretur illius beatitudinis expers, de qua Iacobus ait: Beatus vir qui suffert tentationē, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Nempe quadam nocte, ipso in stratu recumbente, nec tamen dormiente, malignus spiritus, magna vi quatiens parierem affuit, & virum Dei, ad nocturnales hymnos nominatim compellans, surgere hortabatur. Cumque ille motus his claroribus, quēdam è fratribus se vocare putaret, ad cellulam eius properauit, hunque quiescentem, obserato ostio, inuenit. Diabolica igitur cognita illusione, Tripartem sanctā inuocauit, hostem, muniendo se signo Crucis, fugauit, & cum quasi rusticorum multitudinem securibus syluam prostrantium discedere audiuit.

Cap.4. Iacob.1.

Signo Crucis dæmonē fugat.

Quodam tempore, sancto legationē pacis agente, dum in plaustro sedens apud

Universidad de Deusto
Biblioteca

Leonicum castrum flumen nouum pertransiret, nam præ defectione pedum non valebat longiùs progredi, diabolus eum in flumen conatus est præcipitare. Vna enim ex rotis plaustri subitò nusquàm comparuit. Tamen non prævaluit inimicus vt virum Dei aliquatenùs humectaret, sed ità à voragine fluminis, ac si leuis pluma siue birota inhumectatus exiliuit.

Cap.5. Hactenùs in nocte laborum vel tentationum narrationis iter direximus. Nunc ad ea quæ plena sunt gaudijs, sicut in die honestè ambulantes, succingamur. Sepè & frequentiùs, vt veraces & cauti eius familiares, Christo teste, affirmant, visione Angelica hic beatus meruit visitari, & aliquandò in specie columbæ, aliquandò in specie viri, & in alijs schematibus, quæ ipse solus nouerat, spirituum supernorum assistentibus dignus fuit mulceri. Quadam die cùm sua commissa lugeret, & more Caleph filiæ irriguum inferius & irriguum superius suspiraret, vox ad eum facta est: Noli fiere, dimissa sunt tibi peccata tua.

Sancti Angeli eum visitant.

Iosue 15. Iudic. 1.

Eodem tempore sancti Hermagoras & Fortunatus, in quorum honore oratorium cellulæ habebatur consecratum, cum magna ei claritate apparuerunt atque dixerunt: Gratiam & benedictionem à Deo consequaris, qui tam sedulò nostri memoria huic ecclesiæ deseruis.

Eadem tempestate quidam eius minister nomine Odo nimia febris & fici addictus erat infirmitati, ità vt in promptu putaretur vitam exhalare. Cumque sæpiùs precaretur Sanctum pro se orare, primò quidem renuit, & columbina vt erat simplicitate respondit: Dei voluntati contraire timeo, cuius nutu te esse infirmum cognosco. At vbi, vidit ingraescente morbo, mortem imminere fideli ministro, dolens de eius absentia, iussit eum ferri ad ecclesiam. Cumque eo præsente Missarum sacrificia celebraret, mysterijs Christi illum participauit. Eadem hora ferrum ad cellulam suis pedibus redijt, qui aliorum adminiculo fuerat delatus.

Odo eius minister p sacrificium Missæ sanatur.

Audientes igitur pater & mater inclytam famam beati filij, cum multa nobilitate ad eum venerunt, eiusque visione nimiùm gauisi sunt. O quantis lachrymis mater exuberauit, cùm gauderet inuentum, quem doluerat amissum? & inter lachrymosa suspiria dubitabat penè quid mallet, quia & patriam cum viro & liberis nolebat deserere, nec ab vnicæ dilectionis filio Theobaldo volebat separari. Tamen amor filij, immò amor Christi vicit amorem seculi. Nam abruptis omnibus retinaculis seculi, soli Domino Deo cum filio seruitura adhæsit. Fortis enim est, teste Salomone, vt mors dilectio. Per filij dilectionem ad Dei peruenit charitatem, & quæ magnam in mundo possederat prædiorum amplitudinem, vnius breuis cellulæ cum filio Deo famulatura elegit solitudinem. Cui filius cum tanta humilitate obsecutus est, vt non facilè queat enarrari. Ex hoc verbo eius obsequium potest argumentari, quòd nullo hyemis rigore, nulla frigoris inclementia ingruente, à conspectu reficientis matris nec ad modicum passus est abesse.

Cant. 8. Mater suo filio adhæret Deo seruitura.

Cap. 6. Biennio igitur hic beatus ante suum transitum ab omni tentatione diaboli, ab omni pollutione carnali, suis credulis fratribus, se perhibuit immunem. Quo tempore ità vulneribus corporis ità obsitus fuit, vt aliquandò neque gressum figere, neque manum etiam ad os ducere valeret. Supernus enim artifex vas electionis sibi aptum, igne tribulationis & lima infirmitatis, voluit septuplùm purgare, vt eum sine rubigine in domo sua beatum faceret habitare. Illud vero magis stupendum est: quòd nullo genere infirmitatis, nulla defectione carnis ab proposito rigore ieiunij potuit flecti. Ingraescente ergò vlcerum valetudine, & sciuit & prædixit in proximo se migraturum. Cumque duodecimus annus volueretur, ex quo patriam reliquerat, nam tribus annis peregrinatus est, & nouem in solitudine mansit, ad extrema perductus, vigore corporeo cœpit omnimodè destitui. Accersito verò Petro Abbate præ omnibus sibi in amicitia familiarem iuncto, qui ei eodem anno monachicum schema sacrauerat, commendat illi matrem, suosque filios spirituales, cum totius eremi cura. Ante tertium dierum transgrationis quinquiès grauissimus terræ motus extitit, ex quibus quidam à foris astantes, omnes verò in cellula Sancti adstantes senserunt. Vndè conijcitur illius migrationis præsentiam migranti affuisse, de quo dicitur: Qui respicit terram, & facit eam tremere. Testantur autem qui affuerunt, durum eum mortis gustâsse calicem. Nec mirum. Illi enim adhæserat, qui pro nobis peccatoribus à Iudæis morte turpissima con-

S. Theobaldo nulla aduersitate ingeritur.

Commendat matrem & discipulos suo Abbati.

Psal. 103.

demnatus, peccata nostra ipse portauit, cuius liuore sanati sumus. Cumque diù in agonia desudaret, quidam è familiaribus diuinitùs, vt credo, inspiratus, quosdam è popularibus adstantes, blanda voce discedere suasit. Quibus recedentibus, viatico Dominici corporis accepto, cùm sæpiùs iterâsset: Domine miserere populo tuo, diuinis fatigatum officijs spiritum reddidit, suis plorantibus, angelis gaudentibus. Qui autem sancto corpori propiùs adstabant, testati sunt, quòd nec tenuis macula illum fuscâsset, sed quodam resurrectionis decore eius vultus niteret. Migrauit autem pridiè Calendas Iulij: Indictione quarta: Henrico filio Henrici Augusto, auxiliante Domino nostro Iesu Christo, qui in Trinitate perfecta viuit & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

Feliciter obdormit in Domino.

Vincentini igitur comperto sancti obitu, vnà omnes ad officium funeris ruêre, clerus, omnis plebs vrbana & rustica in vnam coiêre sententiam. Armati & inermes, iuuenes & senes non solùm ab vrbe sed etiam à vicinis castris eruperunt: & magna vi solitudinem penetrantes, ab ecclesia cellulæ eius beati viri glebam sustulerunt. Residui verò, qui in ciuitate restiterant, matronæ, pueri & puellæ obuiàm sancto corpori processerunt, duobus ab vrbe milibus in loco, qui dicitur ad Curtem, vbi geruli beati corporis quieuerunt.

Cap. 7.

Sepelitur in templo Mariæ genitricis Dei.

Posterà die, feria secunda, tertia die mẽsis Iulij cum magna frequentia & tripudio populorum conditum est corpus sanctum in basilica sanctæ Mariæ semper virginis, ad cuius titulum sacerdotij functus est honore. Per omnia benedictus Deus, qui facit mirabilia magna solus. Post tumulationem beati Theobaldi placatio & Carpoforo, in quorum basilica idem requiescit, mirificare sanctum suum cuius diuinæ maiestati, annuente beata Dei genitrice Maria, cooperantibus Leon- virtutibus & miraculis.

Sequuntur miracula.

Alta villa dicitur castrum ab vrbe Vincentia quinque distans milibus, vndè quædam fœmina acie oculorum damnata, dum sancti expetisset tumulum, Deo fauente luminis recepit officium.

Tres cæcæ mulieres illuminatur.

In eadem ciuitate Vincentia quędam fœmina oculorum simili lumine priuata, dum Dei implorat misericordiam, & sancti implorat clementiam, pristinum recepit visum.

Res est manifestissima, persona nota, nomen quia in promptu est omissimus. Notus locus: castrum Prixinum dicitur, vndè alia fœmina pari infortunio capta adueniens, ad sepulcrum sancti similem adepta est medelam.

Duo claudi curantur.

Quidam claudus gressu & membris contractus, ciuis Beneuentanus, ad sepulcrum eius clementiam Dei implorans, compagibus membrorum solidatis exiit.

Alia persona supradicti sexûs vigore membrorum destituta, manuum atque gressuum robore dissoluta, quæ beati Theobaldi mausoleum frequentans, eius inuentu ad propria redijt, firmato gressu. Villa dicitur Castranedrum, vbi morabatur, hanc adepta medelam.

Cap. 8.

Aliud miraculum.

O inclyta Venetia, etiam tu experta es herilem virtutem. Nam quædam sub specie religionis, mutato habitu velata, ariditate manûs fuerat debilitata: Hęc tuis illata ab oris, præsentibus populorum turbis, officium manûs recepit sancti Theobaldi meritis.

Aliud miraculum.

Placuit diuinę maiestati, interuẽtu beati Theobaldi geminare miraculum, cùm eiusdem regionis indigenam cæcum puerum reduxit ad pristinam oculorum claritatem. Quod miraculum quàm celebre, quàm credibile constet, milia populi circumstantis me, testantur. Et hoc etiam memorabile, quòd eadem hora vespertina celitùs à clero celsa voce modulabatur antiphona.

Iohan. vlt.

Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Ponamus aliud miraculum, quod quanuis sit ordinis temporis præposterum, tamen necessariò est permutatum. Puer de Villa noua Veneris nomine, pede & brachio paralyticus, in publico & celebri conuentu fidelium (vtpotè octaua Paschæ die, & præsentia sancti corporis) gratulanter congregatorũ, dum ad eius adductus fuisset oratorium, gressus & manûs cœpit vsum, & multo fauore suorum, sospes repetijt domum.

Paralyticus restituitur integritati.

Quidam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aliud miraculum.

Quidam de Nouaria ciuitate Italiæ,non quidem pro aliquo reatu,sed sponte,in dèm peruigilaret,& ad candelam quæ casu à candelabro ceciderat erigendam vnbrachio gestans circulum ferreum, peruenit ad Sancti sepulcrum. Cumque ibictum brachium extendisset,circulus ferreus confractus, magno tinnitu crepitans à brachio dissiliuit.

Aliud stupẽdum miraculum.

Alter Thuronensis nomine Martinus,vtroq; brachio manicis ferreis adstrictus, post multorum sanctorum locorum circuitiones,adhuc Sancto superstite,ad solitudinis locum,quo isdem Beatus morabatur, peruenit, eumque pœnæ suæ & reatûs conscium reddidit,& fratricidam se esse lamentabiliter manifestauit. Cui Sanctus propositum tum ad sepulcrum Saluatoris iter peragere suasit, eiq; prophetica voce dissolutionem vnius brachij prædixit. Perrexit ergò & iuxta viri Dei verbum apud Dominicum sepulcrum vnius brachij gauisus est dissolutione. Reuersus ab Hierosolymitano itinere, Beato iam ab hoc seculo translato,cum magnis lachrymosisque querimonijs eius experens sarcophagum, his verbis cœpit eum increpare: Tu,inquiens,iussisti me ire & reuerti, ecce veni, & te superstitem non inueni,miserere mei Sancte Dei, miserere infelicitati meæ. Solue rem, consolare peregrinum,qui tuo iussu tantum peragraui spatium. Illo ista prosequente & alia multa, repentè circulus ferreus à brachio cum strepitu longè exiliens, crepuit,adstantesque magno gaudio repleuit.Hęc quę retulimus,ab ore ipsius,de quo res agitur,didicimus.

Cap.9. Alij quatuor à cæcitate oculorũ curantur.

Quaternorum cæcorum generaliter exequimur illuminationem,quorum vnus fenex à iam dicta ciuitate Nouaria: à Lauagno puer: tertius à Taurinensi comitatu: quarta quæ & puella à Colonia castro noscuntur aduenisse. Sed puer in gradibus ecclesiæ,antequàm Sancti contingeret sepulcrum, illuminari meruit. Taurinensis verò dum alterius existeret pedisequa, solus & pedester post illuminationem ad sepulcrum sancti viri, vt proposuerat,constanter arripuit iter.

Alius puer cæcus illuminatur.

Nuperquoquè fidelibus populis celebrantibus festum Dominicæ affectionis multa populorum adstante frequentia & vigiliarum excubias obseruante,Forliensis puer cæcus ad beati Theobaldi mausoleum, oculorum recepit officium.

Item alij duo.

Gemini prætereà cæci, vnus de Matulino,alter de Paucilingo, caligine terræ cæcitatis absentes luci,dum beati viri implorarent auxilium,optatum merucrunt recipere visum.

Curatur hydropicus.

Quidam hydropicus ab Axano aduenies ad eiusdem Beati vrnam,deformi ventris tumore sedato,incolumis sese recepit natiuo solo.

Duo debiles sanantur.

Duo debiles,vnus attractus genu,alter priuatus gressu, vehiculo vsi alieno,post diurnam membrorum dissolutionem, ad sepulcrum ipsius receperunt officio corporei firmitatem.

Conclusio Authoris.

Si volumus cuncta percurrere, verba antequàm miracula deficient. Ponamus metam locutioni, quia non est possibile singulatim enumerare quot cæci, quot debiles vel ægroti seu varijs passionibus addicti, quot energumeni ad eius tumulum sunt sanitatem adepti. Testem inuoco habitatorem eius, Spiritum sanctum, me multa cognita prætermisisse, & de magna sylua vix paucos ramos perstrinxisse.

IVLIVS.

IVLIVS.

VITA S. RVMOLDI ARCHIEPISCOPI ET MARTYRIS, EDITA A VENERABILI VIRO DOMINO THEODORICO

Abbate monasterij sancti Trudonis, & in eius festo pro concione, vt apparet, recitata.

Iulij 1. Cap.1.

TRIVMPHALE & gloria Christianorum, miracula sunt & virtutes Sanctorum, quæ quo latiùs propagantur, eo & boni in Domino gloriantur, & mali erubescunt & cruciantur. Hoc insigne ab illa Crucis arbore natum est,in qua cùm vita mortem triumphâsset, & velut irrigata fœcundissimo aquæ & sanguinis imbre statim extendit ramos suos à mari vsque ad mare: eosque flores edidit, quorum fructus & suauissimus sapor orbis terræ sinum impleuit. Nouit hoc ab Ortu Aegyptus & India, ab Occasu alter penè orbis Britannia cum adiacente Scotia: qui statim vt ab illius æternitatis sole tacti sunt,illi sub vmbra eius quem desiderabant requiescere,isti ad ardorem vsque martyrij festinauerunt incalescere, & stridentia anhelantiaque verba in dulce Crucis melos didicerunt infringere. Vndè autem hoc tam latè diffusum germinarium, nisi quia in eorum cordibus coaluerant Iesu Christi amor & desiderium? Assentit hoc Herbipolis gloriosa martyris Kiliani meritis & corpore, nec minùs prona Scotorum talium & tantorum patrum gloriosa veneratione. Columbanus Italiam, Bertinus & VVinocus illustrant occidentalem Galliam, & innumerabiles alij suis quique in locis: qui vitæ sinceritate & fidei integritate multos ad iustitiam eruditunt,& quasi stellæ fulgent in æternitate.

Scoti Christum annũciant. S. Kilianus. S.Colũban⁹ S. Bertinus. S.VVinoc⁹.

Cap.2. S. Rumoldus.

Ex horum numero ex hoc orbis terræ remotissimo angulo beatus Rumoldus emicuit: de quo aliqua dicturi dum studium pietatis affectamus, minùs dicendi notam formidamus. Quo enim ore, qua facundia quis posset exponere, quem vix cogitatu sufficiat adæquare? Nè autem parentes eius & proauos omninò taceamus, ex regali quippè prosapia extitit oriundus: illustris regis Scotiæ satus extirpis hæres eiusdem. Fruſtrà tamen fructûs sapor eminùs in radice quæritur, vbi gratiùs in ramo pullulando cominùs demonstratur. Hic deniquè sceptro regni potiturus erat,generis insignia,deliciarum commoda,præsulatûs culmina lubrica æstimauit: & vt de bonis caducis & transitorijs fortunæque fallaci subiectis ad immarcescibiles diuitias mẽtem adspiraret, voluntaria paupertate sacratissimus Dei sectator carnem propriam domans,mentem sinceram & solidam Creatori suo cum omni deuotione dedicauit: vt in persona eius impleretur quod scriptum est,Eccè nos reliquimus omnia,& secuti sumus te. Omni autem virtutis bono ab ipsa infantia, cousquè prodijt, vt nihil eorum quibus Deus acquiritur intentum reliquerit. Accessit ad religionem literarum scientia: vt quodcunque agere omni terrarum gleba fœcundior, ità sanctorum gloriosa simplicitate beatior. Hæc est illa Scotia, teste Solino, olim inhumana incolarum ritu aspero: aliàs ità pabulosa,vt pecua, interdùm nisi à pascuis arceantur, in periculum agat saties. illic nullus anguis,auis rara, gens inhospita & bellicosa: adeò vt victores hausto prius interemptorum sanguine vultus suos oblinirent. Apis ibi nulla, intantùm vt aduectos indè pulueres seu lapillos si quis intra aluearia sparserit, examina fugiens,de peregrè cogitat,in id se totum expedit & præparat. Romam auditu didicerat: eam,vel studio inuisendorum locorum, vel veneratione Apostolorum appetendam deliberat. Omnibus exoccupatus,nec iam in angaria crucem Iesu gestaturus,

Ex regali prosapia ortus. Regno fastidito, voluntariam paupertatẽ sectatur. Matth.19. Sactis fuit litetis imbutus. Solini de Scotia testimoniũ. Peregrinatio eius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

turus, in Britanniam ex more gentis transmeat. Nauigant enim vimineis alueis, quos circundant ambitione tergorũ bubalorum. Indè transmisso Morinorum freto, qua breuissimus transitus maris est, in Galliã defertur, quoquò locorum venit, ens Iesum semper proloquens, de vita æterna, & quid sit Deus, homines instruens: sæpè etiam cùm ratio postulâsset, miraculorum gratia refulgens. Sic demùm laborioso itinere Alpium niues transpretat: qua olim Pœnus Hannibal acero & igni naturæ vim faciens scisso Apennino Romani nominis vires lacessitum tranuolauerat. Vrbem dehinc ingressus, aliquot dies continuat, Apostolicum piscatorem quotidiè studiosa oratione solicitat, & clauigerum cæli ad aperiendum inuitat. Mirabatur vrbem in qua olim totius orbis dæmonia velut in sentinam confluxerant, nunc vnius Dei cultum amplecti, feliciorem per omnia Apostolorum sacra passione, quàm eo quo primi olim eius muri maduerunt fraterno sanguine. Amplexatus & ipse triumphale martyrum nomen, qua ierant, qua steterant, qua pro nomine Saluatoris sanguinem fuderant, mille osculis & genuflexionibus satisfaciebat: & dulci mixto ploratu quædam bellatorum Christi spectacula ipse sibi in corde suo repræsentabat. Vincebatur totus ardore martyrij, vt tormentum & tortor si adesset, ad vitalis commercij mortem se ingereret. Sed quia non est in hominis potestate vita eius: ex prouidentia omnipotentis Dei de repatriatione admonetur.

Vbiquè Christum annũciat.

Romam venit.

Deuotio eius ergà pia martyrum loca.

De reditu diuinitùs admonetur. Cap 3.

Diuinitatis igitur se committens consilio, compendiosa peregrinatione Italiam reuersus, qua se Apennini montis dorso attollit, supergreditur: Galliasque ingressus, in eas occidentaliũ partes se deponit, qua Scaldis fluuius æstum maris ruperam vsque remittit. Locum incolæ Machliniam dicunt propter maris Mithnam & Ledonam, quæ certis temporibus cum corniculantis Lunæ consonantia nunc accessum, nunc recessum faciunt, nec vltrà quàm ad huius loci fretum vel damna vel lucra sua commutant. Nobilium quidã Odo nomine Comitatum gerebat, cum æquè moribus & genere nobili coniuge. Ambo religiosi, ambo ante Deum florentes castitate coniugali, vt antiquos illos Abraham & Saram esse putares: præter quòd Isaac tertius aberat. Hi solita religione virum mox visum inuitant, hospitio inducunt, conuiuio participant, ad commanendum postulant & impetrant. Felices ambo tali hospite, ad cuius ingressum diuina iocundari sunt benedictione. Vna enim dierum soli & sine arbitris diuinum aliquid cùm agerent, tota spiritum prophetiæ mente concipiens, manu imposita orationem præstat, veniens benedicens fœcunditatem pollicetur: seipsum compatrem promittit, denique prædicit. Accommodant fidem parentes stupidi: certi facilius naturam timine ci, quàm Rumoldum posse mentiri. Fidem efficacia comitatur: iuxta tempus & diem prædictam de priùs sterili filius nascitur: exceptus homini Dei præsentatur. Ille susceptum baptismate abluit: & Libertus nomen imponit. Aetas interea vsque in adolescentem profecerat, & ex pij doctoris magisterio dulcis puer omnis boni formam coaluerat. Parentes cum suis curialibus exultabant, & de futuro hærede quotidiè cogitabant. Vnius talis lætitię diem maximi mœroris nox obtenebrat, & totam domum caliginosa nube inuoluit & cæcat. Quadam enim dierum puer cum coæuis ludos in aluei littore dum meditatur, dumque nimiùm benè ripę credit, periculum inijt: elapsus submergium facit. Tristi femina totum statim littus concutitur: & proiectis qui mergentem extrahant, omnis natantium conatus deficit. Captiua pręda coram oculis abducitur, & absorpta cameratis videndis includitur. Rumoldus interìm aberat, rumor vsque ad parentes intonat, & nihil minùs suspicantes irremediabili vulnere transuerberat. Appensus præsepio lor cum priori lætitia præponderat: & quo olim lætiores de recèns nato filio, eo nunc tristiores de mortui submergio. Nihil enim sine dolore amittitur, nisi quod sine gaudio possidetur. Quid agerent, quò se verterent, quid consilij caperent, non habebant. Sola hæc spes: vt quo prophetante non habitum acceperant, eo orante amissum recipiant. Euocatus homo Dei de tristi luctu & ipse totus concutitur, nec minùs quàm ipsi genitores super spirituali suo filio compungitur: consolatusque alios, qui seipsum vix consolari poterat, littus adit, locum notat: & celebri oratione terque quaterque Iesum inclamat. Circunstat tristis concursus: præstolatur fidem euentus. Mirum dictu, vixdum ab oratione surrexerat, reiectis oculis propè adstantem puerum adspectat: non dissono tamen à trium Babylonicorum

Ledo & Malina ꝑ maris recessu vsurpat D. Augustinus lib. 1 de mirabilibus Scripturæ.

Odo, quem tamẽ Odonem alij vocant, eũ benignè suscipit.

Fœcunditatem sterilibus coniugibus prædicit.

Euentum fortitur prędictio.

Submersum Libertum puerũ inclamato Christi nomini parentibus incolumem restituit.

corum puerorum miraculo. Nam sicut illi caminũ triumphauerunt absque ignis ardore: ità & hic in contrario elemento supergressus est aquas absq; aquarum humore. Iesu bone, quid illud miraculi, quid illud fuit gaudij? Vbi nunc mors victoria tua? vbi nunc mors stimulus tuus? Eccè non solùm noster Christus, sed & qui sunt Christi, in nomine eius tibi imperãt: tu obaudis, ipsi spoliant. Gratias illi, cuius gratuita adoptione homines facti sunt dij. Rediuiuus puer parentibus immò à parentibus Rumoldo redditur: donaria auri, argenti, totiusque supellectilis addunitur. Vestra, ille respõdet, vobis sint: caduca enim aspernamur, nè cum cadentibus in præceps labamur. Aut quę nobis cum istis conuentio, quorum iam totus in cælis actus & intentio? Vt tamen satisfaciatis aduenę vestro, deserta paludis huius nobis dari obsecro, nõ vt alieno delectemur fundo, sed vt labore nostro inibi seruorum Dei proficiat mansio. Nec magnũ id esse debet, si vestra metamus carnalia, qui seminauimus spiritalia. Fauet statim Comes, quod petebatur ex voto offert: testamẽtalis conscribitur pagina adstipulatione subnixa. Nomen loco Vlmus: ob vlmorum illic luxuriantium copiam. Adunantur illic Deo militantium copiæ: accrescunt omnia, quę ad vsus pertinẽt ecclesię vsq; ad consummati operis summam. Ille ipse posthumus Libertus inibi adolescit & eruditur, postremò sub tãto patre Dominico gregi pręficitur: posteà persequendus & proprij cruoris laurea coronandus. Ea enim tempestate, qua Scytharũ furor excanduit, & de vagina Daciæ Getharũ gladius erepsit, omnibus ab ipsa maritima ora vsq; ad Agrippinẽsem Coloniam vastatis & incensis, hic homo Dei occasione euadendi periculi in Hasbaniam se transtulit: quem profecutum & captum effera gens ante ipsam S. Trudonis aram fecerunt Deo victimam. Corpus eius, vt aiunt, (veri enim periculum ad me non recipio) illic sepultum: de loco autem sepulcri non ambigua sententia est.

Munera respuit.

Extruendo monasterio locum impetrat.

Scythæ & Dani loca maritima Coloniam vsque vastãrunt.

S. Libertus occisus à Danis.

Cap. 4.

Inuidia interim recrudescit diaboli, nouos cœtus cernentis quotidiè adunari, se impigrè impugnari, interdùm etiã superari: inficit nota pestę duos quondàm sancti viri comites, qui solum aliquãdò gradientem & ex more psalmos ruminantem ex aduerso lethali vulnere excipiunt, spe adipiscendæ pecuniæ quam solitus esset circunferre. Miseri profectò & proditoris Iudę dignissimi laqueo: qui dum vanissimum sequuntur quęstũ & turpe lucrum, tanti ramq; religiosi sacerdotis incurrunt magistricidium. Prętercà factũ volentes palliare, sceleri crimen addunt, raptumq; sacratissimũ corpus pręterlabentibus vndis injiciunt: regressi, mendaciorum folijs rem gestam cooperiunt, frustrà tamen. Piscatoribus enim noctu circa negocia paratito labore occupatis lux cęlestis incanduit, & quo loco sacratissimũ illud corpus delitescebat, superfusis luminarijs apparuit. Perterriti homines, & nihil per se prætumentes, Comitem adeunt, nouitatem rei patefaciunt: prodigium aliquod id sibi videri persuadent & promittunt. * Odo sociũ se prętat nauigij, solitoq; iocũdatus luminariorũ miraculo, iactis retibus nobilem piscaturam haurit, & sacratissimum illud funus cum iubilo ad terram trahit. Impositum vehiculo quo nunc requiescit loco deportat, & sepulturam celebri sumptu curat: nec defuit digitus Dei, operatus statim ad glebam militis sui.

A suis comitibus auaritia excæcatis occiditur.

Diuino lumine piscatoribus sacrũ corpus designatur.

* al. Ado

Cæterùm Carolo Romę à Iohanne Papa in Imperatorem consecrato, ira Dei respondentis peccatis populi sui, Nortmãni adiunctis sibi Danis Franciam & Lothingiam peruagantur: fines pręcipuè Morinorũ, Menapiorum & Brachbatensium, omnemq; circa Scaldum fluuium terram ferro & igni deuastãt. Indè Vbal fluuium ingressi, totam Batuam, palatium etiam Neomagi incendunt. Eodẽ anno Godefridus & Sigifrdus reges Nortmannorũ cum inæstimabili multitudine iuxta Mosam in loco Hasson consedentes, Leodium, Traiectum, Tungros, sancti Trudonis, Coloniam, & Bunnam cum adiacentibus prouincijs & castellis comburunt. Aquis in palatio equos stabulantes, oppidũ & regiam domũ incendunt. Ad hęc mala Hugo filius Lotharij regis ex Vbaldrada pellice in Lotharingia & Boso tyrannizabant in Burgundia. At ne Chronicum magis videar texere quàm cœptum opus prosequi: hoc tali bellorũ incendio per decem & octo annos totus orbis dum arderet, iuxta prophetam nec scabelli pedum suorum Dominus in multitudine iræ suę recordatus est, ecclesia tamen huius martyris nostri illæsa permansit, nec quicquam tale daretur, ecclesia tamen huius martyris nostri illæsa permansit, nec quicquam tale efferà gens aduersùs eam aut potuit, aut pręsumpsit. Ad quam gratia prędę quidam ex eis cum accessisset, & superpositum campanarij, quod vulgus gallum propter similitudinem formæ, nos aurarium propter obseruantiam vocamus auræ, rapere

Cap. 5. Carolus Crassus hic fuit.

Nortmanni atque Dani Franciã &c. vastant.

Threm. 2. Ecclesia S. Rumoldi, omnibus bello conflagrãtibus, illæsa permansit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

præsumeret, lapsum facit: dignasque rapacitatis pœnas debita morte luit. Et quia iuxta Salomonem pestilente flagellato, sapiens sapientior erit: hoc vnius infortunium cæteris omnibus disciplinę fuit commonitorium.

Prouer. 19.

Cap 6.

Miracula.

Vt reliqua prosequamur, vel id in hoc sancto nostro mirabile, nec minùs iocundum est: quòd circa supplices suos hanc velut maternã curam exhibet, vt de miseris quoquè rogatus se quasi obuiũ præparet. Mulier matricularia eadẽ & nonna, Gerlingis nomine, pia deuotione ecclesię eius adhęserat: sonandarũ campanarum officiũ habebat. Prosequendarum horarũ die solennia, noctu sibi gallũ nutriuerat monitorem. Assueta domesticas parietes subrepere vulpecula, dum vnã alterampredã impunè asportat, maiora præsumit: in gallũ totum negocium intendit. Sed nec saliendo pennã volatilem, nec rependo fas erat adspirare ad trabeam altitudinem: nota vsa fraude, parat insidias, subintrat latebras, cùm interìm securum & supino gressu limen calcãtem de post ostium bestiola aggreditur, inuadit, & minaci pressum dẽte velut triũphans asportat, tum silue se reddit. Accurrit mulier, sed tardiori impedita gressu, vno & altero conatu frustrà cõsumpto, totius dampni querelam in Sanctũ retorquet & causando deficit. Quid, ait, mihi & tibi? Aut mihi reddatur gallus, aut matutinis careat Rumoldus. Nulla mora, redit bestiola: & captiuam prędam quodã suffuso pudore coram oculis mirantiũ deponit viuam: data delicti venia, frustrata præsumptrix nihil simile deincèps ausura, ad latebras se recolligit. Mirentur alij confragosum cælum, turbatũ mare, terram concussam: sufficit mihi in his quę putantur minima gloriari super hoc martyre. Penè enim nescio Aegyptij pestilentiùs ne cæsi sunt in ciniphe, an in omni primogenitorum occisione.

S Rumoldi opem implorat, neque frustrà, Gerlingis Nonna.

Exod. 8.

Cap. 7.

Aliud miraculum.

Superest & aliud eiusdẽ huius suæ matriculariç miraculum, non minori pietate amplectendum. Ea enim incursione, qua Danos omnia superiùs diuina & humana perturbâsse meminimus, hanc quoquè captiuã fecerãt, & mare trãsportaturi abduxerant. Ostiũ Scaldis necdùm attigerãt, trãstra, remos, & cætera quę sunt armamenta nauiũ, reparantur: figũt anchoras. Nox solito horridior, vtpotè vicina iam hyeme, in somnos vocat. Cęteris nocturnũ frigus duplici diploide cõsolãtibus, captiua in prora cõtractis insimul membris algoris & niuium pœnas luit. Extrema tandẽm vrgente necessitate, appensa oratione cũ lachrymis: Eia, inquit, S. Rumolde, si iure, si fideliter, si ad gratiã tibi seruiui, nudã & algentem tuã cooperi. Mira fides, tantum depressis oculis vt obdormiuit, omnibus quæ domi reliquerat vestimentis se cooperta sentit. Expergefacta miratur & stupet: officiosum sibi martyrem quibus potest laudibus magnificat & effert. Sol in diem fuso manè repubescebat, & nauis eo so sune solui parabat: hîc verò vires deficiunt, & quo ampliùs insudant, minùs proficiunt. Stabant fixa simulacra toto luctamine & conatu frustrà deficiẽte. Rugitus, instàr medijs inhærent fluctibus, alternatim quis quid agat innuentibus, cum interìm vnus captiuam admonet dimitti, hanc longarũ morarum cautam sibi videri. Ex consulto fauent cæteri: ea dimissa mox velut ex sarcina naui velificant omnes celeritate non difficili. Quod nè in hac tantùm captiua miremini, quis vsquein hanc diem carceratis & boiatis faciliori exauditione solet compati?

S Rumoldi, carcere vinctis implorato subuenire consuetum.

Cap. 8.

Prętereà de serendis arboribus & insitis carum non ignobile illud eius recordamur miraculum. Quicquid enim huiusmodi seminũ sanctissima eius manus ipse fisset, cum incremento cęlestis gratiæ donum comitabatur efficaciç. Memor enim Apostoli: Qui non laborat, nec manducet. & rursùs, Manibus nostris laborantibus nè quem vestrũm grauaremus: honesto hoc plerunquè exercebatur negotio, tantùm vt partito ipse sibi tempore nulla omnino hora quin aut labiũ in oratione aut manus occuparet in opere. Fagineam hoc negocio nutriuerat silualam, quarum plerunquè recubans tegmine meditabatur harmoniam Dauidicæ psalterię. Ad nostra vsque tempora vna harũ perdurat arborum, dulci digna religione & grata plãtatoris sui recordatione. Excrescit ad materiam laudis quidã Langerus nomine: qui in ecclesia beati Rumoldi coaluerat & in presbyterũ profecerat. Sed vt solet ex abundantia luxuria, & ex luxuria nasci superbia, corde tactus ad hoc vsque intumuit, vt nec pares dignaretur, nec quid sit homo recordaretur. Non tam priuata loquitur altiora præsumens, velut vter in pruina inani turgescens ipsiusstipendia quę ex quotidiana debebantur prębenda ducit contemptui: ad alia velut maiora migraturus se extendit. Sed lapis ille offensionis & petra scandali, quicunque per quemcunque ecciderit collidetur, & qui in eum impegerit confringetur, quem

2 Thes 3.

1. Thes. 2.

S. Rumoldus honesto semper labore ab oratione cessãs occupatus fuit.

Arbor D. Rumoldi manu fata ad ætatem vsque Theodorici Abbatis perdurat.

dam statim salubria fugitiuo suo opponit scandala: & occultis fatigatum importunitatibus, cunctis quibus antea iactabatur excludit rerum successibus. nam, vt scriptum est, pugnabit pro eo orbis terrarũ aduersùs insensatos, rerum primò flagellatur inopia, deindè quadam animi lapidatur acedia. Dies ipse & nox solito tristior: plerunq; etiã mors vitã iocundior. Sic dissipatus nec tamen compunctus pertinaci corde recedit: viamq; suam ingressus velut maiora appeturus, iterùm salubriter reprimitur, & oculorũ cæcitate percutitur. Quid multis moror? Eruditus ex verbere, ad horam pœnitet, & ad horam illuminatur: iterumq; priora præsumens, iterùm cęcatur. Edoctus tandèm quid sit contra torrentẽ niti, aut quid homo comparatus Deo, nil simile vltrà ausurus, ante manus illas quas nullus effugit humiliatur: & mediante nostro martyre non tantùm oculis sed etiam corde illuminatur. Clareat hoc vel exemplũ vel pœna eis, qui non cõtenti aurea mediocritate, inani ebulliunt auiditate: nati in paupere nido & rusticano tugurio, adspirant ad alta laquearia & tecta palatina: assueti olim panę cibario, similam & mella prægustant cum fastidio, de quibus Propheta: Væ qui coniungitis domum ad domum, agrum agro copulatis vsq; ad terminũ loci. Nunquìd habitabitis vos soli super terram? Fius patriarcharũ Esau propter lenticulam venditis primogenitis de gula arguitur. Dauid manu fortis & amicus Dei, propter aquã quã de cisterna Bethleem in sanguine virorũ fortium hauserat reprehenditur: quam nisi Domino statim libâsset, sanguinis pœnas luisset. Ipse filius hominis à filijs seculi vini potator accusatur: & qui sine omni peccato erat, de ebrietate calumniatur. Et Apostolus ait: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futurã gloriam quę reuelabitur in nobis. Si non sunt condignę passiones, quanto minùs ebrietates & comessationes? Ad quos specialiter loquitur propheta, Vacate & videte quoniam ego sum Deus, nonne ad Clericos? Eis quippè Deus vacationes, eis ferias instituit Papa Syluester: quas priùs à nominibus deorum suorũ gentiles vocabant. Nobis quippè vacare, nobis feriari instituũ est: vt quanto remotiores simus à negocijs secularibus, tãto omnipotentis maiestatem contemplemur viciniùs. Vndè Apostolus: Nemo militans Deo, implicat se negocijs secularibus. Aut nunquid non adhuc cum Deo eadem perdurat gratia suo martyri, vt contemptores & veneratores æquè aut certè ampliùs possit coronare aut punire?

Authoris exhortatio ad eos qui ex humili surgunt in altum.

Esa 5.

Gen. 25.

2. Reg. 23.

Rom. 8.

Pſal. 45.

Syluester ferias vocauit dies, à Deorũ nominibus antè nominatos.

2. Tim. 1.

Verum hęc, vt ait quidam, mordaciùs distribuenda B. Hieronymo relinquamus, nos verò ad cętera quę supersunt currenda redeamus, & quod superest diei in laudem beati viri percurramus. Compertum hoc signis euidentibus, nullum vnquàm frustrari fuis erga hunc patrẽ precibus, quibuscunq; grauaretur incõmoditatibus. Quidã Helinardus dum nimiùm indulget venatibus, & fugiẽtem prædã captat auidus, lapsu aut alio nescio incõmodo inclementer periclitatur. Erat languor vehemens ad mortẽ procliuior, vt paratis exequialibus nihil ampliùs quã extrema conclamatio expectaretur: cũ interìm recuperato spiritu, lingua adhuc obligata, quodam oculorũ nutu ad sepulcrũ B. Rumoldi gemitu interprete se postulat deferri. Satisfaciũt misero: & inter manus exceptũ ante altare illud plùs cadauer quàm homine proijciunt. Tristis turba, psequitur, & precio fidei diuinę misericordię stillicidium quocatur. Adest cuicta diuinitas: & prece omniũ vni huic redintegratur prior & auctior incolumitas. Mirarur seipsũ rediuiuus homo: & paulò antè aliorũ delatus ad minculo, plusquàm seipsum portare sufficit. Recordatusq; scripturę, Nec apparebis in cõspectu Dei tui vacuus: annui cẽsus votũ facit, & dum aduixit persoluit. Addamus & aliud non minùs exemplo dignũ quàm miraculo. Quidam eorum, quos stipendiarios vocant milites ab Antuerpia Machlines habebat negociũ. Feria cœnę illius erat, in qua à discipulo traditus Iesus perditi hominis salutẽ est operatus. Ieiunium ex antiqua patrũ institutione vniuersalis celebrat Ecclesia: vtpotè nondũ percursa solenni Quadragesima. Miles ille more eorum quibus quicquid libet licet, & quod noluerint non dignantur licere, absq; Missę audientia & ieiunij reuerentia confecto matutino prandio solus progreditur. Vixdum mediũ iter attigerat, & ecce coram oculis dissimilis militię armatura & copiæ. Legio enim dæmonũ sub fœmineo habitu crispantibus à tergo iubis, hastata manu, clypeo protegente humeros, improuisa progreditur. Spumantis equi pulueream quatit vngulam campũ: vrgentibus à latere calcaribus in vnũ illum totus ille intenditur furor & impetus. Ille contrà cuaginato gladio dum parat cõgredi, vno atq; altero ictu frustrà

Cap. 9.

Implorãtibus opem suam adest S. Rumoldus.

Exod. 23.

Cap. 10.

Ieiunium quadragesimale.

Ieiunij & Missę irreligiosus contemptor dęmonib⁹ ludificandus permittitur.

strā cōsumpto, auras dum verberat, inani conatus vires lassat. Iamiā infelix futurus victima equo labitur, & tota iniquorū massa velut voti cōpos conclamat & irruit: cùm ille vix ad mentē rediens, & toto conatu celebre Iesu inclamās nomen, addito etiā Crucis signaculo, omnē iniquorum perturbat aciem, & velut fumū reddit inanem. Cōfractus tamen & velut totis destitutus viribus, ad ecclesiā B. Rumoldi alienis defertur manibus: illic dies aliquot continuatur, & demū curatur. Tua hęc Domine gratia, tua hęc in sanctis tuis est gloria: vt nullū prorsùs sit incommodū, quod ad eorū preces non sentiat remediū. Fœmina quędam longo manûs lāguore grauata, fruſtrà in medicos multa consumpserat, laborabat non modò chiragra, sed etiā digitis in palmā relisis, truncum nulli profuturum officio ægra trahebat. Subrepserat etiam inopia, omniū semper incommodorū pedissequa. Hoc duplici pressa infortunio, quid iam ageret non habebat: operari non valebat, mēdicare erubescebat. Rememorata de largitate martyris, ad mēsam eius altaris accedit, cū supplice prece ęgrā manū porrigens: non micas panis, sed plenissimā sanitatem de manu propitiatoris sui recipit. Operępreciū est, dum breuitati studemus multa prętereundum affectamus officiale studiū, auditorū incurramus tędium. Neq; enim, etiam si vellemus, materiā æquare possemus, ad cuius superabundantem gratiā Tullianā eloquij fluuius siccaretur. Sed nec virū sanctū putet quis egere officiali eloquio, cuius laus & gloria tota pēsatur ab ęternitatis munere & beneficio. Veruntamen quod loquimur, quod scribimus, necesse est vt in laudem & gloriā eius expendamus, sine quo loqui & scribere nec debemus, nec possumus. Addamus tamen in calce, quāta virtute hostiles dæmonū ictus soleat propulsare: quod cùm sit de vna & simili re militer factū, non necesse fuit variare. Tres quidē à dęmonibus vexati ad medicinā lem eius tumbā sunt prędentati & curati. Quanta aūt putatis & quàm efficaci polliceri & velit suis supplicibus compati charitate, qui omnibus incōmodis patrocinatur authoritate? Redeamus iam tandē ad solēnem diē martyris, qui octauo Calendas Iulij est depositione eius celebris. Nec immeritò, vt qua die ęcursoris natiuitas nostra angelicū præconiū cum gaudio celebratur in terris, cadē ob meritum martyris tripudiū esset cęlo & terris. Sed nè quid Baptistę celebritati & officio detraheretur, octaua ab hac die martyris officium percolitur. Agè ergo pater sancte martyrum nicte, supplices tuos refoue, cum iudice seculi causas nostras compone. Si nostrę spicis miseriam, nihil fœdius se, omnipotētis misericordiā nihil pulchrius. Mediator Dei & hominū mediatorē te audiat inter nos & ipsū: quatenùs te orāte & ipso ppitiāte assequi peccati pōdere, ad ęternitatis mercamur scalā pertingere. Quod ipse prestare dignetur, q viuit & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

Christi gratia Sancti in mortalibus subueniunt, in quo eius etiā gloria vertitur.

A dæmonib⁹ correpti ad eā tumbam curati

Solēnis dies martyris est in Kal. Iulij trāslatus.

Inuocat S. Rumoldum author.

SANCTI PATRIS NOSTRI PROCOPII, EX LEGIBVS D. BENEDICTI VIVENTIS, ACTIONVM VITÆ compendium, partim ex annalibus Bohemorum, partim ex anti quo MS. per Dn. Nicolaum Salium Pragensem recèns descriptum.

4. Iulij festum eius celebrant Bohemi.

S. Procopij patria.

PROCOPIVS homo Bohemus, parentibus nec ēmentissimis, nec obscuris Chotumæ in Bohemia in lucem effussus, penè infans seueriorem quandam viuendi disciplinam amplectebatur. Sic enim Dei reuerentia, & maiorum intuitu, cor ad honestè viuendū firmarat, vt omnes voluptatum fucatarū fibras animo prorsus eradicaret. Quam eius, magnum quid pollicentem, animaduertentes, alacriter parentes circunspecti animadmodùm gratiā Tullianam & extēdendam rati, Pragam cum admodùm pueris transtulerunt, vt Visšegradi Dalmaticis litteris quæ id temporis ibi florentes erant, expoliretur. In quibus ille tantum desudauit, vt commilitonibus suis doctrina multis gradibus emineret. Viuendi autem eius ratio tam insigniter pura fuit, vt ea excitari præpui eius loci sacerdotes, eum licèt renitentem, Collegio suo cooptarent. In quo iam le statu peruigil in orationibus consistebat, die nihilominùs in diuino officio occutrito, tandèm Sacerdotij gradum conscendens, cogitare cœpit parum se hactenus in pietatis studio progressum, ni maioribus virtutum incrementis exortos foras prouchere eniteretur. Hæc animo agitans, in monachum D. Benedicti institutum professum, Deo hoc ità curāte, incidit. A quo & vitæ ab humanis negocijs sciunctæ normam excepit, & cultu corporis nouo inuolutus est, sicque parentes inuisit, non ea mente, tanquàm impotentiori aliquo conspiciendi eos affectu pungeretur, sed vt reconditā aliquam, & hominibus ignotam specum eligeret, in qua, liber à populari tumultu, liberiùs Deo officij sui pensum exoluere posset. Quod cùm ageret, & anxius per inuios saltus, atq; inaccessos montes singula lustrās oberraret: deuenit qui locus à fluuio prætерlabente Sassauæ appellatione percrebuit. Quod quidem tandēm in antrum quoddā duobus circiter miliaribus à castro Curimæ diremptū, antrum mille propemodùm dæmonia insedērāt, quæ non leues illi molestias crebris acriter depugnans, palmam certaminis referebat.

Assumit monasticæ vitę viuēdi normam.

In specu habitat.

Oratione dæmones fugat. Cap. 2.

Cuius tam grādes spiritus, & masculos labores, admirationis & imitationis ergò volens Deus orbi palām facere, Vdalricum Principē Bohemię, occasione venationis, prędonē virtutis eius & testem inculpatę actionis produxit. Hic enim Princeps cùm comites, & molossos suos, volucri cursu prętereuectos, nec assequi, nec ablatos oculis reuocare posset, colligēdarum virium causā, quas in ea ferarū insectatione exhauserat, sub opaca quadā eius siluæ arbore resedit. cùm insperatè ceruus ramosis cornibus mirandus maturo gressu eum quiescentem prætereuolans, secretiora lustra inire tentabat. Princeps aūt, quanquàm defectis viribus gratissimā corpori sedlo medelā ea mora afferret, videns tamen feram, qualē ea die nullā inuestigāsset, cupiensq; laudis aliquid ex ea cōfecta sibi decerpere, impotentium & effœtorū pedum, & damnati cursūs oblitus, cuestigiò è terra se corripit, & contēto arcu ceruū, vestigijs eius insistens, premit. Ille aūt tam diù ante insequentem se fugam capessit, quousque ad notam sibi specū patris Procopij decurrisset. Truncabat tunc vir Dei, post fusas preces, quercū quendam vsui suo seruituram, post cuius tergum, tāquàm humi subsēdit. Sanctus autem, incitatiori cursu eius & pauore excitatus, causam nouitatis huius assequi volēs, caput sustulit, & eminùs prospiciēs hominē lauta facie, & amictu corporis minimè agresti cōspicatus, neruo obuersum ex aduerso vultum in se direxisse videt. Steterūt aliquātùm ambo mutua admiratione defixi: tum Princeps percontari, quid hominis esset, cui ille, se magnis facinoribus obstrictum, Christi tamen seruū dicere. Hoc responso excepto, concussus religione Princeps, laxato arcu cernuus ad pedes Sancti ruit, & ad arbitriū eius nutumque se cōponens, salutares pœnas ex præscripto illius sibi decretas pensurum se offert.

Vdalricus Bohemiæ Dux ad specū viri Dei diuinitùs ducitur.

Vdalricus ad pedes Sancti prouoluitur. Cap. 3.

Beatus verò Procopius, ductū in penetrale suū viuo saxo erasum, quia cum anhelantiori loqui videbat, quiescendo aliquid laxamenti prostratis viribus corpori dare hortatur. Morem gerit Dux, & succedēs antro, locato corpore, primò orat hospitem suū, vt suæ torrenti siti remediū aliquo potu adhibeat. Nihil differt sanctus: aquam qua, guttur suum proluere assueuerat, Crucis signo perstrictam ei propinat, quę subitò in talem mollissimi vini saporem, diuina operatione transijt, qualem Vdalricus Princeps, nec in genialibus Cæsareæ mensæ epulis, (inter quas olim alitus fuerat) vnquàm se libâsse asseuerare non dubitaret. Diuinam ergò vim hîc sexcerere cognoscens pius Princeps, flagitare quasi importuniùs à sancto patre cœpit, vt leuandorum criminū suorum spe certiori, mulctam in se iudicio suo pater decernere non grauaretur. Admisit preces tam iustas sanctus Dei homo, & vt templum Deo sub nomine D. Iohannis Baptistæ à fundamentis erigeret, idque celebre religiosis viris eò contractis, & copiosis prouentibus dotatis efficeret, in mandatis illi dedit. Quæ omnia Dux, vt animosè & alacriter expetiuit, ità exauditus, strenuè extremam manum operi adiecit. Id autem ab eo perfectū est anno millesimo nono, quo tempore Henricus secundus fasces Imperij post Othonem tertiū possedit, & in Pannonia beatus Stephanus Rex diuinorum operum effector magnificus florebat. Vbi dum cælestibus negocijs vacās ageret Procopius, stipatus choro purgatorum spiritus hominū, quos sibi delectu acri habito collegerat, mirū dictu quantis vndiq; egenorum & morbis tentatorum examinibus, præcipuè autem eorum, qui comitiali morbo vexabātur, crebrò circūfundebatur. Quibus omnibus Apostolica pietate ità se commodum impartiebatur, vt nemo ab eo tristis, omnes lętabundi redirent. Ante omnia autem eò animum cogitationemque intentam veluti arcum tenebat, nè quid domestici eius, qui eodem cultu & sacramēto obstricti, Deo secum militarent, importuniori aliqua spiritus tempestate iactarentur, atque hæc

Vdalricus Bohemiæ Dux templū extruit, & S. Iohāni Baptistę dedicat.

Hic fuit S. Henricus dictus Claudus, qui Italis primus vocatur.

Pietas S. Procopij in pauperes & ægros.

Pragam litteris imbuēdus mittitur.

Initiatur sacerdotio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Procopij apud se gesta' prædicatione & memoria digna.

Cap.4. Quæ verò ab eo in luce & in propatulo patrata fuêre, talia ac tãta memorantur. Principio quidẽ Mennonẽ virũ piũ cùm illis diebus, quib⁹ inter Paſcha & aſſẽſum Chriſti Domini, viri Chriſtiani ſupplicationes ſtatas prælata Cruce obeũt, flumẽ nè Procopij choro copulari poſſet arceret, videretq; in vltrà poſita ripa ſcapha conto

Miraculum S. viri meritis. hærẽtem, orauit Deũ eius ſibi copiam intuitu meritorũ D. Procopij fieri. Orationi euẽtus felix reſpondit. Mox enim ſcapha reuulſo cõto à ripa reſilijt, criſpantes vndas ſecare, & ancillãti ſimilis, genib⁹ oratoris ſe applicare. Qua ille cõſcẽſa, & cõto quẽ ponè ſecũ cymba attraxerat nauiculã ſubigẽs, optatis ſe tãdẽ aruis expoſuit, & religiõe exolutus, cùm rem miraculo dignã Procopio aperiret, eamq; bonitati eius imputaret, ille à ſe declinare, & in dicẽtis fidẽ retorquere atq; cõgerere pſeuerauit.

Cap.5. Aliud deindè tale ab eo tantumq; patratũ eſt opus, quod viri ſancti ſolidam virtutem arguit. Nanq; vir quidam aſperrimo mali genij furore percitus, cùm ab eo inedia ſe caſtigare iuſſus paruiſſet, illeque potentibus verbis in exturbandũ diabolum prolatis incubuiſſet, repentè dæmon hominis illius incola, ſpeciem teterrimę

Dæmonem ejicit ab obſeſſo. volucris exhibẽs, ex ore illius, tãquàm ex nido prouolauit, & in culmine tecti conſiſtens, ità orationibus eius ibidẽ appetitus eſt, vt deorsùm corruerit, lapſúque illo tria ampliùs in fruſta diſſipatus ſit. Hanc tantã eius in affligẽdis gregalibus inuiſam habentes dæmones poteſtatem, dira & contumelioſa voce queſti ſunt, ſe ſuis ſedibus euolui, & exhortantium more ad emigrandum in Lobec (loci cuiuſdam nomen eſt) cum Milobuſenſibus inuitare. Quos Deo charus homo, nè ſibi moleſtias

Dæmones fugat. cõmentationi dedito crearent, potenter, immanem ſtrepitũ cientes, profligauit.

Cap.6. Interea Vdalricus Dux laxata ęgritudinis vi membrorũ compage, vita defungitur, hẽrede Bohemię Beretiſlao filio ſcripto. Qui non leuibus hominũ narrationibus excitus, quæ Procopij & quanta eſſet viuendi innocentia, & nobiliſi factorum claritas, ad eũ pergere, & coràm illũ alloqui deſtinauit. Quod dum perhumane &

Vdalrici Ducis obitus. demiſsè facit, ſuggeritur ei à proceribus ſuis, Patrẽ eius mortis præcipitis interuentu, non cumulatè monaſterio illi cenſibus pollicitis ſatisfeciſſe. Quibus auditis Dux, nihil protelandum cum hoc opere ratus, ſubitò in multis ſatisfecit, in pauciſ ſe ſatisfacturum propediẽm & hilariter recepit, Procopiumque deſignatum

Beretiſlaus filius eius, monaſterijs S. Procopij multis donat diuitijs, eũque Præfectũ creat. cœnobij eius Præfectum, obſirmate id munus defugientem, inextricabilibus rationum laqueis ità circuncinxit, vt enodare ſe minimè poſſet. Quod quidem ità geſſit, vt omnibus magnoperè eius gubernandi ratio accepta eſſet. Sic nanque

Attendant hæc deſides monachi, q voci ſuæ in choro parcũt. benignè ius ſuum in eos exercebat, vt nunquàm aliquem ſubiectorum duriori ore percelluerit, oẽs verò mirificè colloquijs ſuis, quibus frequenter eos ad officij initi perfectionẽ cohortabatur, permulſerit. Hinc factum, vt neq; ille, in quem ſanctus

Cap.7. Dei, quòd molliori & fractiori vocis ſono quàm par erat inter ſacrificandũ modulabatur, virgis animaduertere iuſſerat, quicquam ea punitione irritaretur.

Cognito tandẽ vitæ ſuę occaſu, palàm Emerano & Vito amantiſſimis iuxtà ac ſimilis ſecundùm Deum filijs, quòd ſibi intra triduum mortis agon impenderet denuntiare non deſtitit, atque epilentico, ſtipem tunc à ſe exigenti, vt tantiſper

Mortem ſuam & vẽtura mala, ſuis filijs prædicit. Gen.50. præſtolaretur monuit, quo ſibi vita functo, tunicam eleemoſynæ loco alporre liceret. Mox conuerſus ad ſuos, præſcio futurorum caſuum ſpiritu, quæ tempeſtas incommodorum eos quaſſatura ſe ablato eſſet, inſtàr Patriarchæ Iofephi apertè illis vaticinatus eſt. Aiebat nanque, Beretiſlao Bohemiæ domino ſolo ſecunda omnia illis: erepto eo, ſiniſtra quęuis eos occupatura. Spitigneum Principem pater Procopius hac in futurum porrecta oratione deſignabat, qui adeò deli odio in eos deflagrabat, vt vertere ſolum, importunitati eius cedentes, cogerentur, Verùm nè infauſtorum tantùm commemoratione admodùm conſe-

Felix obitus eius. rentur, commutatione feſtina proſperorum euentuum, quam ſub VVratiſlao filio ceſſore Spitignei experturi erant, eos mirificè permulſit. Tali ſermone ad eos habito conquieuit, & breuì pòſt vitam reliquit, idque circa annum 1053. Cal. Aprilis.

Cap.8. Poſt eius obitũ diſcipulorũ eius religioſum agmen, veritum nè exultãtes rerum prouido gubernatore caſſæ breuì defluerẽt, coeuntibus ſuffragijs Vitũ amantiſſimum patri Procopio, maturum & ſerium piumq; virum, omnibus rationibus

Vitus ei ſuccedit. id onus excutere conantẽ, Præfectum ſibi conſtituũt. Cuius adminiſtratio tam ſui integra, florenſq; extitit, quãdiù Beretiſla⁹ beneuolus Princeps in humanis agebat. Eo enim exanimi facto, derepentè Spitigneus turbo, beati illius ſiaga vocedenuo tiatus, in eos erupit. Cui colluctatus aliquantiſpèr Vitus, cùm ſe imbecillum tanto furori

furori reprimẽdo ſentiret, cedendo atq; in Pannoniã demigrãdo, victor euaſit. Vixit eouſq; in exilio Pannonico, quouſq; Spitigneus viuere ceſsâſſet. Intereà Abbas quidã Germanus homo aſper loco illi pficitur. Qui ad nocturnos cõcentus vadens, cùm ter à B. Procopio, ſibi in limine templi apparẽte, iuſſus cœnobiũ illud deſere-

Monachi tyrannidem Spitignei non ferẽtes in Pannoniam migrãt. re, minimè paruiſſet, tandèm baculo paſtorali ab eodem ineuſſus ſapuit, & verbere proteruorum pædagogo eruditus, pægaſo volucrior indè exilijt, Principáque Spitigneo, qui cum monaſterio præpoſuerat, duros caſus ſuos anhelans commemorauit. Quæ cùm crebris hominum ſermonibus vſurpata Vratiſlao, qui habenas regendæ Bohemiæ poſt Spitigneum ſuſcepit, inclaruiſſent: ità auditione eorum re-

Ab Vratiſlao principe reuocantur. iectus eſt, vt è Pãnonia Vitum Abbatẽ, reliquosque B. Patris diſcipulos reuocârit, eosque loco ordinique priſtino in Bohemia reddiderit.

Cap.9. Tum quoquè vir quidã Labeſſa nomine, aulę Principis aſſectator, malcuolorum iniquis accuſationibus appetitus, cùm vitæ fortunarumq; ſuarum ruinã certò prædiciſſet, fugã eques ad Sazauam flumẽ arripuit. Quod cùm trãſuadare non poſſet,

Quidam ab hoſtibus beati Procopij meritis miraculoſè liberatur. & infenſos hoſtes circunuolitare eminùs conſpicaretur, fuſa ad Procopium, cuius ædem vltrà intuebatur, prece, ſubitò amnem fluidũ glacie rigere videt, quam patientem ſui inuadẽs, iumento manũ ducentis ſequente, lento greſſu ſuperauit. Quæ non mora liqueſcens, atq; in currentes vndas reuoluta, illi tutelam, inimicis verò eius obſtaculũ comparauit. Factum id Auguſti menſe, quo ſole Leonem ingreſſo, feruentiori calore Bohemia huic ſigno ſubdita, torreri ſolet.

Cap.10. Mulier diuturno languore detenta, iuſſa eſt à Procopio ſibi apparente, vnum ex diſcipulis illius Vitum, aut Emeranum aduocare: quorum cùm Emeranus eam accelliſſet, & Deo illius iacentẽ valetudinem oratione cõmendâſſet, protinùs ex integro conualuit. Vpilio Sazauienſis amictus veſte, quam ſublegerat, à domino rei

Mulier ægra ſanatur. compræhenditur, & cippo, fruſtrà pro eo interueniẽte Vito Abbate, inſeritur. Hic inclamato nomine Procopij, vidit hominem canitie venerandũ, infula redimitũ, facie elegãti, ſibi adeſſe, & vt morum cõmutationem faciat præcipere. Tum canna,

Vincta ęipo liberatur. quam manu geſtabat, robora arctantia contingere, quæ ad tactũ illum tanto impetu diſſilierunt, vt ianuã eius loci deturbârint, illeq; retinaculis expeditus, liber euolârit. Martino cuidam, in ſacro viuendi genere tyroni, fures ſupellectilem, dum in ſupplicationibus nocturnis excubaret, depeculati ſunt: Ille ad ſepulcrum P. Pro-

Sanctus eos git fures ablata reſtituere. copij, velut ad tribunal iudicis cauſam ferens, locum ſe mutaturũ aſſeruit ni Procopius illos rerum ſuarum cuerſores coërceret. Audit voces queruli alumni ſanctus, coëgitq; fures illos ablatum eius peculiũ quamprimùm referre. Virginibus

Item furem alium. ſacris tenues eorũ fortunas tenebrio quidã furtim aſportârat, quas mœrẽtes noctù leniens verbis P. Procopius benè ſperare iuſſit: Moxque furẽ illum, hominũ quotidiè, ſub ſolis occaſum, ad ſuum ſacellum reuertentem, ſaxo obruendum opera captum, & pro ademptis omnibus ſatisfacientẽ, eis ſtitit. Oblatus

Aegra curatur. eõdem alteri mulieri Procopius iniunxit, vt cognatam ſuam ni perire morbo, quo afflictabatur, mallet, Sazauę monaſteriũ adiret, & orationis ſacrificiũ ab aliquo ex incolis eius poſtulare iuberet. Audit hæc, paruit illa, & curata eſt. Mulier alia alie-

Vincta ęipo abſoluitur. no viro adhærẽſcens, raptis bonis proprij mariti, fugam conſciuit: Hæc retracta ex ignobili illa profectione, verberibus liuida, cippo cõmittitur: Sed Procopij admonitu, iuſſa vitioſos amores ab animo pfligare, elaqueatur. eum enim illa importuno clamore plangoreq; cęlo ſibi euocârat. Quatuor annorũ ſpatio alia mulier &

Cæca & cõtracta ſanatur. visûs & membrorum vſu defecta, die Natalis Chriſti, dum ſacrificaretur, Procopij nomine ingeminato, ſibi reſtituitur, hunc ſuarũ precum, & inediarũ ad ſepulcrum eius ſuſceptarum, fructũ capiens. Quæ ſepienti ſe populo aſſeuerabat, Procopium, oculis ipſius ſacrum ſignũ Crucis efformantem, ſe vidiſſe, moxque inualetudinem amiſiſſe, idcircoque in nomen Procopij exaltata voce efferbuiſſe.

Cap.11. Blaſio cœnobij ſui Præpoſito, ter mandârat Procopius, vt Romano Pontifice

Apparet S. Procopius cœnobij ſui Præpoſito. adito, eum quo ſe albo diuorum, relatis non vulgaribus ſuis operibus, adſcriberet; excitaret. Paruit iuſſus, diſtulit rogatus: expoſuit iuſſa legatus, neglexit exequi ea prælatus. Egit quod debuit petitor ſupplex, non conſummauit requiſita, quę potu-

Item ſummo Pontifici, mandans vt catalogo Sanctorum adſcribatur it, Põtifex. Sic ergò attenuato annuo ſumptu, ſalutatis liminib⁹ Apoſtolorũ Petri & Pauli nocte abibat Blaſius. Cùm Procopius, indignanti ſimilis, Pontificem ſopitum corripere, quòd ſegniùs honori ſuo ſtudẽs, preces ſacerdotis ſui ità repulliſſet, vt adſpectum hominum non ferens, ieiunis loculis excedere Vrbe cogeretur: adiecitque, ni hominem via D. Laurentij ſuburbani gradientem reuocaret, tum verò ſe illum (pedum in ſublime tollens) perfoſſurum: Pontifex horribilis oſtenti facie ſomno reſolutus, ſemiſopita voce, quis eſſet percontatur, Procopius, ait ille, & eua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

S. Procopij Sanctorum catalogo adscribitur.

nuit. Procopij sacerdotem Pontifex Blasium per sagaces & expeditos cursores reductum, cùm auidè, præsentibus 13. purpuratis patribus, de Procopij gestionibus audisset, diuina re facta, Sanctorum numero illum asserit: missoq; in Bohemiam Guidone S. Mariæ trãs Tyberim S. Calixti presbytero Cardinali (Legato à latere vulgo dicto) Procopium sanctum, beatum, felicemq́ue credendum, vocandum, colendum pronunciat, ciq; tanti nominis & tituli apud omnes ferendi author est, idque anno Domini nostri 1204. quarto Nonas Iunij.

Cap. 12.

Neque verò Deus Legatum illum, tantùm cõfirmatorem nobilium facinorum Procopij, sed etiam testem atque præconem virtutum illius, apud suos Romę effecit. Nam & monumentũ, quod ille diffringebat, odorem gratissimũ ipsi inhalauit,

Multi ægri ad sepulcrũ eius curãtur

& complures cæci, surdi, muti, dæmonibus occupati, complures etiam insanabili morborũ genere labefactati, spectante ipso, cõmodam valetudinem assecuti sunt. Quibus ille visis, tanti Pocopiũ habuit, vt & munificis largitionibus eos secundùm animã cumulârit, qui Procopium salutaturi accederẽt, & ditissimos illos paratus, quibus sacrificio deditus fulgebat, ei templo in honorẽ Procopij, tanq̃ obsides suę erga eum amoris, donârit, præsentibusq; Episcopis tutelam eius loci cõmendârit.

Cap. 13.

Alio tempore, cùm festo D. Iohãnis (cui hoc templũ attributum est) egrediente

Apparet suis S. Procopij.

pompa tam mystarum, quàm prophanorũ hominum, Abbas quidã, ignotus omnibus, virga pastorali quosdã in eo agmine cõtingeret, visus est canẽtes eos pregredi, & cœnobio eorũ succedere, & illi quidem ianuam, quam discedentes clauserant, patentẽ offenderunt, & valentes, quos virga permulserat, notãtes, Procopiũ fuisse

Iterùm apparet quibusdam ægris, eos sanans.

non vanè crediderũt. Eodem die, non eodẽ anno, in eodem templo ægri caulam strepitũs rogati, nubem ab altari proferri, duosq́ue viros eam consequi, cosq́ue precari, & attactu virgæ se perstringere vidisse, indeq́ue morbum concelmatis depulsum, affirmabant. Aedituus templi D. Iohannis, quo recubat Procopius, vidit in somnis sanctum cæci oculos Cruce notantem, & plausu hominũ vigil factus, curatum adspexit. Eundem ædituum, somno grauiori profligatum, Sãctus Dei signum dare iussit, quo suæ familiæ homines strato euocati psalmodiæ insisterent. Parricidæ cuidã non semèl S. Procopij ædem visenti, catena asperrima, quæ ei impacta carnes eius eradebat, tanta vehementia in templo D. Petri ab eo refilit, vt strepitu homines ad miraculum cõtemplandum exciret. Fabianus vir sacer, institutum P. Procopij in eius cœnobio moribus exprimens, dum parietem templi ædificator attollit, vnà cum ponte & aceruo saxorum deorsùm ruit, ex ijs erutus amissa iam voce lectulo reponitur, noctu suspirat, surgit, opus prosequitur, narratq́ue virum quendam formosum, habitu suo agmen ruentium lapidum excepisse, eosq́ue sinu suo, nè se affligerent, condidisse.

Itèm alium curãs cæcũ.

Catenatum parricidam à vinculis soluit.

Conseruat ruentem in præceps à læsione.

Cap. 14.

Cliens cuiusdam, asperrimo dæmonio agitatus, omnisq́ue quietis impatiens, in templum cœnobio Procopij adiunctum inducitur, ibi cùm in morẽ volantis protensis latè manibus, & dirum vociferans, secundũ occiput procursaret: die natalis S. Procopij inter sacrificandũ, dum tranquillior ad sepulcrũ eius precaretur, turbulento illo hospite liberatus est. Adolescens spretis parentum monitis, posthabitaq́ue Missa & templo, die Dominico aliorsùm ludicer declinauit. Quem dæmon ligatum in piscinam contrusit, vt eum præfocaret. Sed parentes à seruulo inquilatore eius, quo in statu res eius versaretur certiores redditi, confestim aduolantes fluitantem illum morti eripiunt, & sensu excussum S. Procopij ossibus applicant, sanumq́ue beneficio eorum reducũt. Adolescens aliustetro facinore deliberans, noctem vnam dum compotaret, ità seipsum amisit, vt ad tactum omnem stupueret. Eum sepulcro S. Procopij admotũ, atque ex cyatho eiusdẽ sancti refectum, pro fectũ amici domũ prosecuti sunt. Puellæ cuidã diabolus molestias frequẽtes exabat, illa eas parentibus tam diù aperire differebat, quousq; ab eo in lecto comhensa, eminùs à domo euibraretur. Quam mater angulis omnibus domis non uentam, tandèm didicit penès fontis cuiusdam crepidinem apertis oculis cæcum, suijpsius ignaram, rigentemq́ue, desidere. Ergò festinè instãr Chananææ ad prosmum templum eam adducit, & tridui ieiunio, multisq́ue orationibus, cum ea cõsilio sacerdotis eius loci susceptis, cùm nihil se proficere notaret, Procopio eam restituendam offert, & restituta est ab eo firmæ & plenę sanitati, nec in cassum obcrationibus suis eum fatigauit. Et me totiès totiès vocantẽ te audi Procopi Pater, & hanc quam à te postulo, quamq́ue præstare potes, non alieno sed tuo sãcer ab scro, gratiam mihi benignus impertire.

Itèm alius.

Matth. 15. Vexata à dęmonio liberatur.

VITA ET MORS ESAIÆ PROPHETÆ, PER EPIPHANIVM CONSTANTIAE CYPRI EPISCOPVM *descripta. Habetur in libro eius de vitis prophetarum.*

6. Iulij.

ESAIAS Propheta quidẽ in Hierusalem de tribu Iuda ortus est: sub Manasse verò Rege Iuda sectus in duas partes, occubuit. Tumulatus est sub quercu Rogel iuxta transitum aquarum, quas olim Ezechias Rex obstruxerat, cùm eas vndas peruias efficeret. Fontem quippè Deus Seloam causa prophetæ effecit, quoniam priusquàm morereturpusillùm precatus est, vti vndas illic effingere dignaretur. Et confestim demisit illi cælitùs aquam viuentem, vndè sortitus est locus ille appellationem Siloam, quod, si quis interpretetur, sonat demissum. Sub Ezechia quoquè Rege, antequàm stagnum piscinasque fabricaret, precibus Esaiæ effectum, vt exigua lympha scaturiret, quòd populus in obsidione hostium teneretur, & nè ipsa periret vndis destituta ciuitas.

Vide efficaciam orationis Esaiæ.

Milites igitur perscrutabantur vndiquè, vbinàm sedare sitim daretur: ignorabant enim. Vrbe quippè iam potiti, obsidebant Seloam. Quandocunquè itaque Iudæi aquatum venerant, scaturiebat eis vnda, & aquabant: exterarum verò nationum homines reperire nesciebãt, latex nanque aufugiebat. Eoque ad hodiernum vique diem eructatur clanculùm, quò significet mysterium. Cæterùm quandoquidem Esaiæ prophetæ istuc acceptum referunt, in perennem eius rei memoriam, populus accuratè prophetam istic solo reddidit cum gloria, & honorificè, vt per eiusdem intercessiones in consummationem vsque seculi, aquæ eiusmodi fructus imperretur, cui scilicet vsum referebant acceptum. Extat autem monumentum Esaiæ finitimum sepulturæ principum post sepulcra sacerdotum, versùs Notum patremque meridionalem. Salomon enim Hierosolymam constituens, Regum excitauit Mausolea, prout illa Dauid descripserat. Existit autem Orientem versùs Sion, quæ introitũ à Gabaoth possidet, quæq́ue ab oppido viginti distat stadijs. Foueam prætereà fecit illic incomprehensibilem, magnæ etiamdùm parti mortalium incompertam.

Sancti post mortẽ orãt pro nobis, & impetrãt exhiberi nobis à Deo beneficia.

ITEM VITA ESAIÆ PER D. ISIDORVM EPISCOPVM HISPALENSEM SCRIPTA, HABETVR *in libro eius de patribus veteris testamenti.*

Saias filius Amos, non illius prophetæ, sed alterius qui simili nuncuparus est nomine. Ille ex genere pastorum fuit, oppido Thecue: hic autem genere nobili ortus in Hierusalem. Quem etiam aiunt Hebræi socerũ fuisse Manasse. In quo tanta fuit sanctitas & vitæ excellentia, vt vnam tantùm dicatur habuisse tunicam cilicinam. Quanquàm etiã postmodùm pro delictis populi posito, iuxta imperium Domini, nudo corpore, nudoque vestigio in conuentu populorum versatus est. Sicque æstiuum feruorem, hyemisque pruinas, atque imbrium rẽpestates sustinuit, vt Dei præceptis obediret, & deploraret populi delicta. Hic quindecim gradibus recedentem vmbram retrò ascendere iussit. Cuius oraculo Rex Ezechias mortis dilationem promeruit. Quem Manasses extẽsum à vertice per medium serra secuit, atrociq́ue supplicio & cruciatu extinxit. Tradunt autẽ Hebræi duabus de causis occisum fuisse Esaiam: Vnam, quòd eos appellauerit principes Sodomorum, & populum Gomorrhæ: Alteram, quòd testante Domino ad Moysen, Nemo poterit videre faciem, & viuet: iste ausus est exclamare, Vidi Dominum sedentem super thronum excelsum & eleuatum: Non arbitrantes cæsariamenti ludæi, quòd in sequẽtibus faciem & pedes Dei Seraphin texisse nouerat, ac mediam tantùm eius vidisse speciem. Sub quercu Rogel requiescit iuxta decursus aquarum, quas Ezechias Rex Iuda molem construendo terræ exposuerat.

Atrende vetustũ vilitatẽ in ꝓpheta, similiter & vitæ austeritatem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA SANCTARVM EARTONGOTÆ ET PROPINQVAE EIVS EDILBERGAE, SANCTIMONIALIVM

regionis Anglicanæ, per venerabilem Bedam presbyterum scripta. Habetur libro tertio historiæ Ecclesiasticæ gentis Anglorum Cap. 8.

Iulij 7.

ANNO Dominicæ incarnationis sexcentesimo quadragesimo, Eadbald Rex Cantuariorum transiens ab hac vita, Earcomberechto filio Regni gubernacula reliquit. Quæ ille suscepta vigintiquatuor annis & aliquot mensibus nobilissimè tenuit. Hic primus Regum Anglorum in toto Regno suo idola reliquit, ac destruxit: simul ac ieiunium quadraginta dierum obseruari principali auctoritate præcepit. Quod nè facilè à quopiam posset contemni, in transgressores dignas & competentes punitiones proposuit.

Eccè quomodò in principio acceptæ fidei Quadragesimale ieiuniũ præcipitur.

Cuius filia Eartongota, vt condigna parenti soboles magnarum fuit virgo virtutum, seruiens Deo in monasterio, quod in regione Francorum constructum est ab Abbatissa nobilissima vocabulo Fara, in loco qui dicitur Brige. Nam eo tempore, necdùm multis in regione Anglorum monasterijs constructis, multi de Britannia monachicæ conuersationis gratia Francorum vel Galliarum monasteria adire solebant, sed & filias suas eisdem erudiendas, ac sponso cælesti copulãdas mittebant, maximè in Brige, & in Cale, & in Andilegum monasterio. Inter quos erat Sethrit filia vxoris Annæ Regis Orientalium Anglorum, & filia naturalis eiusdem Regis, Edilberga. Quæ vtraque cùm esset peregrina, præ merito virtutum, eiusdem monasterij Brigensis Abbatissa est constituta. Cuius Regis filia maior Sexburg, vxor Earcomberechti Regis Cantuariorum, habuit filiam Eartongotam, de qua sumus dicturi. Huius autem virginis Deo dicatæ multa quidem ab incolis loci illius solent opera virtutum, & signa miraculorum visque hodiè narrari. Verùm nos de transitu tantùm illius, quo cælestia regna petijt, aliquid breuiter dicere sufficiat.

S. Edilberga Abbatissa.

Imminente ergò die suæ vocationis, cœpit circumire in monasterio catulas infirmarum Christi famularum, earumque maximè, quæ vel ætate prouecta, vel probitate erant morum insigniores, quarum se omnium precibus humiliter commendans, obitum proximè suum, quem reuelatione didicerat, non celabat futurum. Quam videlicet reuelationem huiusmodi esse perhibebat: videlicet se albatorum cateruam hominum idem monasterium intrare, hosque à se interrogatos quid quærerent, aut quid ibi vellent, respondisse, quòd ob hoc illò fuerint destinati, vt aureum illud numisma, quod eò de Cantua venerat, secum adfumerent.

Dies resolutionis S. Eartongotæ reuelatur.

Ipsa autem nocte, in cuius vltima parte, id est incipiente aurora, præsentis mundi tenebras illa transiens, supernam migrauit ad lucem, multi de fratribus eiusdem monasterij, qui alijs erant in ædibus, iam manifestè se concentus Angelorum plalentium audisse referebant, sed & sonitum quasi plurimæ multitudinis domum ingredientis. Vndè mox egressi dinoscere quid esset, viderunt lucem cælitùs emissam fuisse permaximam, quæ sanctam illam animam carnis vinculis absolutam ad æterna patriæ cælestis gaudia ducebat. Addunt & alia, quæ in ipsa nocte in monasterio eodem diuinitùs fuerint ostensa miracula. Sed hæc nos ad alia rendentes suis narrare permittimus.

Lux permaxima animã illã ad æterna patriæ cælestis gaudia ducebat

Sepultum est autem corpus venerabile virginis & sponsæ Christi in ecclesia beati protomartyris Stephani. Placuitque post diem tertium, vt lapis, quo monumentum tegebatur, amoueretur, & altiùs in ipso loco reponeretur. Quod dum fieret, roribus, quasi opobalsami cellaria esse viderentur aperta.

Sed & matertera eius, de qua diximus, Edilberga, & ipsa Deo dilectam perpetuæ virginitatis gloriam in magna corporis continentia seruauit: quæ cuius esset virtutis, magis post mortem claruit. Cùm enim esset Abbatissa, cœpit facere in monasterio

suo ecclesiam in honorem omnium Apostolorum, in qua suum corpus sepeliri cupiebat. Sed cùm opus idem ad medium fermè esset perductum, illa nè hoc perficeret, morte præerepta est, & in ipso ecclesiæ loco, vbi desiderabat, condita. Post cuius mortem fratribus alia magìs curantibus intermissum est hoc ædificium annis septem, quibus completis, statuerunt ob nimietatem laboris, huius structuram funditùs relinquere, ossa verò Abbatissæ illo de loco eleuata in ecclesiam, quæ esset perfecta ac dedicata, transferri. Et aperientes sepulcrum eius, ità inuenêre, vt à corruptione concupiscentiæ carnalis erat immune. Et ità denuò lotum, atque alijs vestibus indutum, transtulerunt illud in ecclesiam beati Stephani martyris. Cuius videlicet natalis ibi solet in magna gloria celebrari die Nonarum Iuliarum.

Corpus S. Edilbergæ post septennium eleuatũ apparuit incorruptũ.

VITA S. HILDVLPHI ARCHIEPISCOPI TREVIREN. ET PRIMI ABBATIS VOGASIENSIS, VT IN

MS. codicibus habetur, quanquàm suspicor hanc nisi Epitomen esse vitæ eius. Stylum modicè elimauit F. Iac. Mosander.

Iulij 11.

HILDVLPHVS claro genere ortus, ac à iuuentute literarum studijs traditus, in breui ità profecit, vt de virtute in virtutem quotidiè proficiscens, purus & integer ab his vitijs, quibus talis ætas solet implicari, persisteret. Deindè moribus ecclesiasticis assuefactus, apud Ratisponam vrbem clericali tonsura initiatus est. Interea Milone Treuiren. Archiepiscopo defuncto, totus clerus Hildulphum, eò quòd vir esset & animi & corporis nobilitate ornatus, in suum Antistitem vnanimiter postulat. Mox fama in aula Regis Pipini patris Caroli Magni percrebuit, atque ex eius sententia Hildulphus archiepiscopatu dignus declaratur, & ad id dignitatis assumendus diffinitur. Verùm Dei famulus, vitam magìs diligens anachoreticam, fugam meditatus est, sed detentus ac raptus à deuoto populo, in Galliam Belgicam deductus est, ac Treuirorum posteà consecratus Episcopus. Hoc igitur sublimatus honore, quàm sanctè & iustè vixerit, testantur perpulchra eius facinora. Tenerum nanque corpus suum, ieiunijs, abstinentijs, alijsque castigationibus ità affligebat, quasi multa flagitia perpetrâsset. Misericordię operibus vacabat: prædicationibus & sacrificijs salutaribus insistens, nullum penè diem pertransijt, quo non omnipotenti Deo sacras hostias, pro salute mundi & requie defunctorum offerret. Qui vt bonus pastor femina rectæ operationis præmittens, vberiores verbi fructus collegit, & quod ore docuit, operibus adimpleuit. Hic inter cætera magnifica sua opera quæ gessit, corpus S. Maximini Præsulis Treuiren. à loco, quo eum S. Paulinus Aquitanus sepelierat, in eum quo nunc veneratur, transtulit.

De Milone vide 13. Ianuarij in fatione ad vitam S. Romigij.

Perpulchra eius facinora

Quotidiè Missam celebrat.

Post quàm igitur multiplices pro grege Christi labores sustinuisset, Archiepiscopalem dignitatem resignans, & quicquid habebat diuitiarum ac possessionum relinquens, vt olim concupierat, eremum ingressus est: atque à domino Iacobo Leucorum Antistite pœnitentiæ locum efflagitauit. Qui eius sanctæ deuotioni annuens, saltum * Vosagi (vbi sanctorum virorum cellæ, à sanctissimo Deodato Episcopo priùs extructę inuenìebantur) eidem prouidit. Iam ad vicinam eremum prædictus Deodatus transmigrârat, huic Hildulpho, instituti monastici, perpetuus collega assumendus. Igitur cùm locum hunc habitare cœpisset sanctissimus Hildulphus, qui montibus vndiquè circunseptus, fluuiolo Rapido nomine, irrigatur, duas super eundem ecclesias fundauit, primam videlicet in honorem Dei genitricis Mariæ, quam medium monasterium appellauit: alteram in honorem beati Petri & omnium Apostolorum consecrauit. Quibus perfectis, soli Deo viuere cœpit. Cumque fama sancti nominis eius longè lateq; discurreret: multi viri tam seculari potentia, quàm nobilitate insignes, ad eum sæpiùs confluebant, ex quibus nonnulli cum eo remanebant, cælestis vitæ accensi desiderio. Itaq; dum numerus accur-

Valedicit mundo.

* aliàs Vogasi. S. Deodati Vita habetur 19. Iunij Tomo 3. editionis secundæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Multi sequũtur eius sanctũ institutum.. Luc.10.

accurrentium discipulorum ex diuersis mundi partibus magis ac magis accrescebat, cœpit plures ibidèm ædificare monachorum cellas, vt ab omnibus huius seculi nequam periculis liberi, cum sancta Magdalena soli vacarent Deo & puræ contemplationi. Tunc per merita ipsius sibique subiectorum Deus ibidèm multa operatus est miracula. Cæci illuminabantur, claudi curabantur, dæmones fugabantur. Sed cùm sanctus ille monachorum cœtus nimia infirmorum ac debilium hominum frequentia perturbaretur, atque à sancta contemplatione auocaretur: tertiam extra monasterij claustra extruxit ecclesiam, quam S.Iohãni Baptistæ Domini dedicauit, in cuius circuitu adiecit domos, quibus hospitio exciperentur ad-

S. Erhardus Episcopus Ratisponẽs. S.Hildulphi frater.

uenientes infirmi. Dum itaque ex remotis etiam terris ad virum Dei fierent accursus, contigit S.Erhardum Episcopum Ratisponensem, eius tam sanguine quàm sanctitate germanum aduentare, quem ille benigno ac fraterno affectu suscipiens, multo tempore, mutuæ ædificationis gratia, apud se detinuit.

Eodem namque tempore, quo sancta hæc & germana luminaria mutuæ conuersationis vinculo connecterentur, defertur eis cuiusdam Hesticonis Ducis filia, à natiuitate cæca, atque vt eius misereantur mœsti rogauerũt parentes, quam cùm sancti Patres cognouissent esse gentilem, factam priùs catechumenam, Domino commendârunt, & pro ea humiliter deprecati sunt. Posteà verò S.Hildolphus eam baptizauit. Quam de more Ecclesiæ, S.Erhardus de sacro fonte excipiens, iam

Cęca à natiuitate videt

mente & corpore illuminatam nominauit Odiliam.

Huius ergò tam præclari miraculi nouitate stupefacti parentes, totaque regionis istius nobilitas, sanctum Hildulphum maximè venerari cœperunt. Multiquè in augmentationem tam sanctæ religionis ibidèm institutæ, sua impendere auxilia. Ex quibus quidam nomine Beggo, suum fundum, qui in hunc vsquedies cella Beggonis appellatur, pro monasterio construendo viro Dei obtulit. Per-

*Vogasi

maximam quoquè * Vosagi partem quæ Folcodi rupes nominatur, iure perpetuo tradidit possidendam. Sanctus igitur Hildulphus prænominatam Beggonis cellam ad honorem sanctissimæ Crucis Dominicæ dedicauit: cui etiam profundilis humilitatis virum, Spinnulum nomine præfecit, vbi post multos labores numerosaque miraculorum insignia idem abbas Spinnulus vitæ suæ diem clausit extremum. Cuius mors quàm fuerit preciosa in oculis Domini, angelica reuelatio attestata est. Nam iussus fuerat Hildulphus defuncti corpus ad suum deferre monasterium ac honorificè sepelire. nec mora. Sanctus cinere, quo recubabat, excitatur, conuocatisq; fratribus, obitum sancti viri denunciauit. Qui accensis cereis, ad exequias celebrandas properant. Vis itaque ventorum, plùs solitò tunc inhorruerat, adeò vt permaximas quercus, antiquissimasque abietes in solum deiceret. In tali tamen turbine, ante corpus Sancti Dei, ardentes cærei vsque ad locum sepulcri delati sunt, absque luminis damno. Sed & infirmi quique sepulcrum eius visitantes sanabantur, quacunque etiam detinerentur infirmitate. Tantus enim ibi fiebat populi concursus, vt regionis istius indigenę tentauerint ibi forum statuere. Sed beatus Hildulphus ad tumulũ S.Spinnuli accedens, dixit ei quasi viuens: Frater Spinnule, propter animarum pericula, concurrentes comprime turbas. Tunc signis cessantibus, frequentia quoquè cessauit accurrentis populi. Tandem beatus Hildulphus plenus dierum & sanctitate, correptus febre feliciter obdormiuit in Domino, æterno pro meritis coronandus brauio, quinto Idus Iulias.

S.Spinnulus quàm sit fauorabilis;

Cærei ardẽtes vẽto nõ extinguuntur.

Feliciter obit S.Hildulphus.

Plura de hoc sancto habentur, quæ ad eius vitam spectant, 19.Iunij in vita S.Deodati Episcopi.

VITA

VITA LEONIS SECVNDI ABBATIS CAVENSIS PROPE NEAPOLIM, A QVODAM EIVS *ferè æquali docto viro conscripta.*

PROLOGVS AVTHORIS IN LEONIS, CONSTABILIS, *Petri & Alferij, eiusdem cœnobij venerabilium Abbatum vitas, quas suis locis Lector reperiet, excepta Constabilis Abbatis historia, quam septimo Tomo reseruauimus, propterea quod tardiùs ad nos allata sit, quàm vt suo loco inseri potuerit.*

Sicut iuxta diuinæ sententiam veritatis, lucerna in hoc accenditur, vt super candelabrum posita, lumen domum intrantibus præbeat, Matth.5. benè prolatæ sententiæ virtutem exequimur, si sanctorum virorum exempla, ad minorum formam altiùs subleuemus. Ex alto quidem suæ reuelationis ad instàr ignis quo longiùs lumen proferunt, inuitare eos, quos illustrant, meliùs possunt. Magna quidem cùm fuerint, & nesciuntur, magnum, quod habent, lumen non proferunt: quia in imis locis & abditis occultãtur. Et fortasse idcircò absconditi sub modio lucerna dicitur, quia ij qui sanctorum lucidam conuersationem sciunt, pro perfecta mensura illorum, quam continet, modij nomine designantur. Ex inferiori verò parte exprimuntur, quandò scita abscondunt, quia per meritum in imo & abiecto loco se constituunt. Hinc etiam scriptura sacra denunciat, dicens: Qui abscondit frumenta, maledictus erit in populis. Quid enim frumento- Prou.11. rum nomine, nisi sanctorum exemplа figurantur? Ex omnibus quidem granis excellentior cibus est. Excellentia ergò facta perfectorum, frumenti nomine designantur: quia quo dulciùs hæc fidelium mentes percipiunt, eo pleniùs velut de electiori cibo satiantur. Si ergò maledicitur, qui frumentum abscondit, cautè vigilandum est, vt ad quemcunque fidelium mira sanctorum facta peruenerint, hæc prædicando proferat, nè maledictum incurrat, & occultando in imo sit, qui exponendo fieri luminis candelabrum sublime potest. Vndè etiam in Euangelio Dominus dicit: Si in alieno fideles non fuistis, quæ vestra sunt quis dabit vobis? Luc.16.

Frumenta. exẽpla Sanctorum.

Ego igitur tam his & huiusmodi territus, quàm etiam audientium profectibus inuitatus, venerabilium Patrum, Alferij videlicet, Leonis, Petri atque Constabilis Abbatum Cauensium vitas atque miracula scribere proposui: vt quia authore Deo idem Cauense cœnobium magnæ religionis est, iamque eiusdem religionis Ordo longè lateque diffunditur, ij, qui eorum sequuntur institutionem, exemplis atque miraculis accendantur. Quod profectò vobis huiusmodi fratres specialiter conuenit, quos impositio pio religionis onere, ad Ordinis eorum normam redegimus. Valdè enim deuotiùs post illorum vestigia curritis, si apertè cernitis, quia qui vos laborando præcesserant, de labore suo iam ad æterna gaudia peruenerunt. Me quoquè quia hoc deceat, nulli vestrûm dubium est: vt qui de claustro illo, vestra promissionis egressus, in longinqua regione pascendos atq; multiplicandos suscepi greges, virgas exemplorum vario cortice instituendis proponam: quatenùs ij, qui ex vobis per diuinam gratiam fœcundantur in spirituali sobole, non solùm perpetua carnis incorruptione sint virides, sed omnimoda virtutum varietate fulgentes. Sed quia in vniuersalibus scriptis nostris, verborum quibusdam obstruere solemus, opusculi huius tenerum situm flaculis æmulorum accessus obstruere solemus, opusculi huius tenerum situm nullis reprehensionum spinis obducimus, quia cum domesticis nostris de rebus notis, fraternis affectibus fabulamur. Ad quod nimirùm opus priorum nostrorum non modico rubore succẽdimur, qui de suis agere, quod alij fecerant, noluerunt. Victor nanque Romanæ Ecclesiæ summus Pontifex, cùm adhuc illi monasterio, quod à sanctissimo Patre nostro Benedicto in Casino monte extructum est, in venerando habitu præesset, in libro, quem de Sanctorum miraculis scripsit, viri venerabilis Alferij mentionem fecit, eiusdem se familiarem asseruit, & ipsius quædam miracula, ità vt ab eo fuerant gesta, narrauit. Vir quidem sanctus, dum subiectorum animas ad cælestem patriam succẽdere per exempla meliorum satageret,

Cauẽsis monasterij religio.

Liber Victoris Papę, de miraculis Sanctorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ea quæ ad eorum formam producere voluit,& propè & longiùs quæsiuit.Quid ergò nobis,de nostris agendum est,si ab alijs iam & miris extollũtur laudibus,& scriptorum memoria celebrantur? Quia verò præfatus Pontifex quædam,nõ omnia, huius viri venerabilis miracula scripsit,& pro eius reuerentia, scripturæ ipsius authoritatem operi nostro præmittimus,& pro ædificatione audientium plura, quæ eum vel tunc latere potuerunt, vel post eiusdem obitum sunt gesta, supplemus. Quia itèm noua scribendi tempora contemni solent,fidem dictorum relatoribus, non scriptis Lector adscribat: quia etsi isto tempore scribimus,ea, quæ ab antiquis monasterij senibus sunt nobis dicta,narramus.

VITA.

Iulij 12. Cap.1. Iste Leo fuit beati Alferij discipulus

SECVNDVS Cauensis monasterij Pater Leo,vir valdè venerabilis fuit, viri reuerendissimi Alferij discipulus institutione, sed socius spiritu & virtute, quia fructum eiusdem magisterij in perfectione protulit summæ & sanctissimæ conuersationis.Hic nanque Luscus genere, ciuis Lucensis,in Salerni partes veniẽs, vbi ciuidem Patris celebrem famam comperit, ei se protinùs in sanctissima conuersatione erudiẽdum dedit. In qua nimirùm ità breuì profecisse cognoscitur, vt nõ solùm æmulator laborum magistri sui,sed etiam mirabiliũ operum cooperator existere videretur. Siquidem cùm pro resuscitando mortuo vir venerandus Alferius orare proposuit, hunc solum ex omnibus discipulis secum retinuit,cum quo pariter se in orationem dedit: quod vtique sanctus non faceret, nisi ex vitæ eiusdem perfectione colligeret, quia ad obtinenda tam grandia adiutorium sibi præstare potuisset. Qui licèt magistri sui tempore magnus haberetur, tamen post eiusdem mortem magìs claruit. Nam vt discipuli eiusdem, qui vsque ad nostra tempora in monasterio fuerunt, referre soliti sunt, in tantam cordis puritatem profecit, vt venerabilem Domini nostri genitricem orationis tempore videre mereretur. Prætereà tantæ humilitatis atque miseri cordiæ vir extitisse dicitur, vt ab adiacenti cellæ suæ eremo lignorum farcinas proprijs humeris Salernum ferret, easque distrahens, panes emeret, quos pauperibus erogaret. Haud secùs vtiquè se matris Domini adspectum promereri noverat,quàm si magnis virtutibus polleret, & se magna humilitate deijceret: vt despectus foris, intùs nequaquàm intumesceret, sed virtutum tenerũ ædificium in summæ humilitatis petra solidaret. Et fortasse vir sanctus se illi ministerio coniunxit, quia ad æternam vitam per labores temporales ire disposuit. Opus ergò misericordiæ illud probauit,quod cum corporei laboris sacrificio conuenire cognouit, vt ex vtroque velut pingue omnipotentis Dei holocaustum fieret, amoris videlicet flamma sic totus affluens,vt corpus omne laboribus,& totam mentem dederet pietati.

Itèm in resuscitando mortuo socius.

Leo videt Dei genitricem Mariã.

Humilitas eius quanta fuerit.

Quãta eius in pauperes misericordia.

Cap.2.

Ferunt etiam quía quadam die cùm à prædicta ciuitate veniret & lignorum farcinas sui panem porrexit, qui cùm primò oblatum sibi panem despiceret, reprehensus à militibus,quòd non panem sed in pane Dei hominem sperneret: confestim reuersus est, de viri Dei manibus panem accepit & comedit, atque ex illa iam die tanto Patri familiaris fuit.Ex qua nimirùm gratiæ vbertate accidit, vt in multã abundantiam norum messem panis ille fruftrà,vt putabatur,diuiti oblatus crescerer,& quasi bonum semen fructûs sui copiam abundanter effunderet. Nam cùm idem Princeps seculari potentia tumidus plura crudelia sæuaque proponeret, hic solus audebat obsistere,solus prauis eiusdem dispositionibus libera authoritate contraire,quæ nimirùm sæpè humilibus precibus liniens,sæpè comminationibus imperens,non nunquàm sibi subiectum & obedientem ità reddidit, vt obtineret quandoque quæ peteret,quandoquè quæ impendere nollet, ab inuito authoritate nõ precibus extorqueret. Nam scriptum de huiusmodi sanctæ Ecclesiæ potentibus est: Iustus vt leo confidit. Et iterùm sacra scriptura loquitur, dicẽs: Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit occursum.

Attẽde fructum panis viri Dei.

Prou.28.

Prou 30.

Cap.3.

Vir ergò Domini significatum sui nominis virtute magnæ cõstantiæ exhibebat, pauper

pauper siquidem rebus,cælestis patrimonij desiderij diues, huius mundi diuitibus tanto liberiùs obsistere poterat,quanto in mundo,quem non amabat, perdere nil metuebat. Eodem nanque tempore memoratus Princeps cõtra Amalfitanos bellum mouerat,in quos ità sæuire visus est, vt quoscunque ex eis caperet,magnis tormentorum cruciatibus deputaret. Quis verò explicare sufficiat, Pater venerabilis Leo quanta tunc captis authoritate, quanta liberalitate succurrerit,quàm largiter carceratos pauerit, spoliatos induerit, vinctos absoluerit, tortos eruerit, atque à vicina membrorum amputatione liberauerit? nam tanta libertate pro eis qui ad pœnas ducebantur, eidem Principi obstitit,vt eos ab ipsis cruciatibus violenter auferret atque non iussus absolueret.

Exercet sept em misericordęo-i pera.

Cap.4.

Quadam nanque die,dum ad mensam cum fratribus sederet, tristis nuncius affuit,qui venerando viro tres homines priuari lumine iussos à Principe indicauit, & ciulans atque exclamans subiunxit,dicens: Curre Pater,curre, quia iam miseri producuntur. Tunc Pater venerabilis à mensa surgens, & velut alter Tobias prandium deserens,Salernum concito gradu perrexit: & iam viros illos extra ciuitatem perductos inueniens,tenuit & absoluit, atque abire liberos iussit. Cumq; carnifices vehementer timerent, ipse pro eis se Principi reddere rationem promisit, quam profectò vt promisit exhibuit: quia se,vt dixit,vadem pro eis obtulit,sed de crudelitate,quam in Christi fideles exercebat,non vt vades pœnarum, sed vt tutor iustitiæ vehementer increpauit. Cui etiam aliquandò indignanti & superbiæ tumore salutis monita contemnenti, crudelitatis suæ meritum per prophetiæ spiritum pronunciauit, dicens: Pro crudelitate tua post parum temporis, huius terræ dominus non eris. Quod cùm Princeps audisset,timuit,sed tamen feritatem suam non reliquit: vndè non immeritò viri Dei minas expertus est. Post non multum denique temporis Salernitana ciuitate à Roberto Duce obsessa & capta,vt vir sanctus prædixerat, regimen, quod piè moderari Princeps noluit, amisit. Quo iure trium Patrum gratia floruisse venerandus Pater agnoscitur: Tobiæ scilicet, qui vt mortuos reconderet, reliquit prandium: S.Nicolai, qui vt insontes eriperet, tenuit spiculatoris manum: S.Benedicti, qui regi Totilæ futuram mortem nunciauit,& eiusdem feritatem, quam ex toto auferre nequiuit, terrendo minuit. Iudex quippè fulgore enituit, qui more sanctorum paracleti Spiritûs gratia pleni fuit.

Liberat tres viros excæcationi adiudicatos.

Increpat Principis crudelitatẽ.

Prædicit Principi Salernitano suũ casum.

Cap.5.

Neque illud silendum arbitror, quòd Gisulfus Princeps cùm Amalfitani cuiusdam opes depositas Salerni apud obedientiam monasterij videlicet S.Nicolai de palma cognouisset,ad locum accessit & depositum eruere tentauit: quod cùm beato viro innotesceret, præuenire Principem studuit,vt videlicet arcæ illi insidenti,nè depositum quod intùs latebat, sine suî iniuria educi potuisset. Tunc Princeps, qui tanto Patri iniurias inferre metuebat, quasi per iocum manus ad arcam tendere, & vt surgeret de eadem arca rogare cœpit. Sed vir Dei exterioris calliditatis arte blandienti eadem voluit arte illudere, vt prauè callentis intentio effectum habere minimè potuisset: nam quotiès ad arcam Princeps per iocum manum tendebat, vir Domini quasi sanctè ludendo manum Principis baculo feriebat, cumque hoc sæpiùs fieret, & idem Princeps iam non ioco sed seriò minabatur, importunè res arcæ latentes exigeret, vir Dei irato Principi non solùm non acquieuit, sed etiam facti temeritatem vehementer increpauit. Tunc Princeps tam constantia quàm solertia sancti viri superatus recessit, & depositum homini intactum reliquit. Sed de tanti viri authoritate ista tetigisse sufficiat. nam si quis per singula cuncta describeret, quoriès scilicet se pro soluendis vinctis obtulerit, quoties,vt alios eriperet, semetipsum obtulerit, quibus aut quantis blandimentis & precibus, quibus minis & terroribus, quot item vicibus & artibus cuncta per singula cuncta describeret, quoriès scilicet se pro soluendis vinctis obtulerit, quoties,vt alios eriperet, semetipsum obtulerit, quibus aut quantis blandimentis & precibus, quibus minis & terroribus, quot item vicibus & artibus eundem Principem aggressus fuerit, non paginam, sed enormem codicem impleret, quod profectò beati viri propositum quantùm Domino placeret, apertis rebus ostensum est.

Quanta fuerit Leonis authoritas & iustitia.

Cap.6.

Festum quippè beatæ virginis & martyris Cæciliæ, pro affectu, quem erga eiusdem meritum habebat, solenniter celebrare consueuerat, die autem illo qui festum eiusdem prædicandæ virginis præibat, ità apud iam sæpedictum Principem pro absolutione vinctorum fuit occupatus, vt ad cellam nisi incumbentibus iam noctis tenebris redire nullatenùs valeret. Peractis ergò negocijs & more suo car-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nota miraculũ de veſtimẽtis eiꝰ, & ardente cereo.

ceribus deprædatis, cùm extra cellam manere noluiſſet, ad lumen cerei ſequentibus fratribus iter arripuit & reuerti ad monaſterium cœpit: tunc orta tempeſtate, inter immenſa ventorum flamina atque ingentis pluuiæ inundationem, ardentem cereum detuliſſe fertur & ità ſicca veſtimenta ac ſi ſereno & tranquillo aëre, aut operta porticu veniſſet. Spelunca etiam non erat longè à monaſterio, quam miræ magnitudinis ſerpens obtinuerat, cumque terrore illius beſtiæ locum adire incolæ vehementer metuerent, venerando Patri Leoni hoc intimare curauerunt: quod vt cognouit, ſe homo Dei in orationem dedit, atque in loco illo in quo erat, ità draco extinctus illius oratione eſt, ac ſi nõ hunc verbis impeteret, ſed trabali telo viſcerum eiuſdem ſecreta perculiſſet.

Oratione occidit draconem.

Cap.7.

His ergò & huiuſmodi virtutibus clarus, cùm iam plena dierum ſenectute grauaretur, æternæ quietis leuamine, pondere carnis depoſito, ſuſceptus eſt. Cuius vtiquè meritum, vt ipſa etiam eiuſdem morte clareſceret, * ſenioris elementi virtute ſubtracta, non ſine ingenti omnium mentium ſtupore monſtratum eſt. Venerabile nanque ſancti viri corpus à ſtentibus & orantibus diſcipulis in oratorio ſecubabatur, cùm vnus ex cereis ſuper feretrum cecidiſſet, & ſuper pallium quo operiebatur, vt erat ardens incubuit: ſed vt tanti viri meritum panderet, vim luminis habuit ſine ardore combuſtionis. Nam cùm ad eundem lectum quidam fratres oculos leuarent, ardentem in pannis ignem adſpicerent, combuſtionis damnum accidiſſe crediderunt: cumque feſtinanter eundem cereum leuarent, ità operimentum ſancti corporis illæſum apparuit, ac ſi ignis in eo nullus cecidiſſet: tunc fratres omnes ingenti miraculo mirabilique lætitia ſtupere atque ſimul exultare cœperunt, dum ſancti Patris merita naturæ ſuæ ceſſatione elementa muta probarent. Quod fortaſsè ideò foris oſtẽſum eſt, vt ſpiritualis etiam viri dignitas conuenienti miraculo ſpiritualiter ſignaretur. Apertè quidem recolimus, quia ribus in quo Dominus in igne apparuit, illuminatus eſt & non arſit, habuit lumen, adore caruit, ſed vt ſedes Dei meritum habeat lucis, non habeat defectum diminutionis.

*leuioris

Viri dei ſancti ætẽ elementa muta præcurãt

Cap.8.

Pater ergò venerabilis inſignibus & conuenientibus miraculis oſtenſis eſt: quia hunc, vt locum proprium diuina lux ſemper incoluit, quem vt emeritum illuſtrauit, & quæ in eo per ardorem punirentur nequaquàm inuenit. Cuius etiam meritum ſi quis aliter velit hac oſtenſione cognoſcere, facilè poteſt: nam perfectionibus electis per ſemetipſum veritas repromittit dicens: Capillus de capite veſtro

Luc.21.

non peribit. Illius ergò operimentum corrumpi igne non potuit, cuius nullus labor perijt, ſed fructum optimum meruit æternæ mercedis.

VITA S. VVLMARI ABBATIS ET CONFESSORIS, APVD BOLONIAM FRANCIAE QVIESCENTIS, *conſcripta per monachum monaſterij eiuſdem S. Vulmari*

Bolonienſis. Stylum alicubi mutauimus.

Iulij 20. Cap.1.

SANCTVS Vulmarus in inferioribus Galliæ partibus, haud longè à maris litore in pago Bolonienſi in villa Syluiaco nuncupata, ex Chriſtianis atque ingenuis parentibus eſt editus. Pater eius Vulpertus, mater autem Duda, frater verò Vualmarus dicebatur. Sed postquàm fatus vir ſanctus Vulmarus tempore inuentutis ſuæ coniugem duxit nomine Hiſtoraldam, quæ priùs ſponſata alteri viro nomine Vuilmaro, ac propterea apud Francorum principem grauiter Dei famulus accuſabatur, cuius imperio & iuſſu, priori ſponſo Holdalda reddita eſt. Sanctus verò Vulmarus poſtquàm coniugium, petijt monaſterium quod in pago Hannonienſi ad Sambram fluuium ſitum eſt, diciturque Altimontis, vbi tunc monaſticus ordo floreba. Susceptus verò à Rectore eius cœnobij, demandatum ſibi ab illo ſaris vile & abiectum miniſterium obedientiæ cauſa in ſe recepit, vt quod circa paſcendos boues, & ligna ad fratrum officinas importanda verſaretur. Quod munus prompto

Parentes S. Vulmari.

Vxorem duxit, ſed ſtatim eam dimittit.

Fit monachus.

certè animo executus eſt. Sed poſteà, inſtigante eum ſpiritu Dei, adludum literarum perrexit, ac ſibi alphabetum exarari poſtulauit. nam anteà illit eratus erat. Indè reuerſus, dum quodam die de more pergebat ad ſyluam, tabellam alphabeticam arripuit, quam manu geſtans lectitabat, bobus ipſum cum vehiculo ſequentibus. Qui cùm intentus eſſet ſuæ lectioni, ſubſtitit parumpèr vehiculum, quo reſumpto inceptum peregit opus, lignisque eidem impoſitis ad fratrum cellas diuexit.

Poſtquàm verò ſanctum eius ſtudium Abbati innotuit, ab hoc miniſterio abſolutum, literis nauare operam præcepit, altero in eius locum ſubrogato. Deinde adſcriptus in clerum, nihil ſolitæ humilitatis depoſuit, ſed horis nocturnis, cùm ſe fratres quieti dediſſent, omnium purgabat calceos, mundatosque ſuis reſtituit locis. Cumque id operis indefinenter continuaret, obſtupefacti ſunt omnes vehementer, ac inito conſilio totam rem ſuo indicauerunt Abbati. Porrò Abbas dormitorio vbi cubabat, calceos ſuos ſordibus commaculatos dimiſit. Quos cùm Vulmarus more conſueto auferre vellet vt mundarentur, ab Abbate deprehenſus eſt. Qui ſemèl atque iterùm interrogatus quiſnam eſſet, tacuit: Verùm compulſus à præſidente ſuo, tandèm, Ego ſum, inquit, Vulmarus filiolus tuus. Tunc ait Abbas ad eum: Fac quod vis. Ille verò, aſſumptis calceis, conſuetum ſumma deuotione peregit opus.

Cap.2.

Fit Clericus

Præclara humilitas eius.

Intereà Dei miles in agone huius vitæ viriliter cõtendens aduersùs vitia & cupiſcentias, ac de virtute in virtutem progrediens, omnibus tanquàm lucidiſſima lampas radios bonæ operationis adminiſtrauit, Deo ſeruiens cum omni manſuetudine & humilitate. Quocircà ſuccedente tempore, dignus ſacerdotali munere ab Abbate & fratribus acclamatus eſt. Sacerdotio igitur initiatus, ob vitæ meritum ab omnibus cum magna reuerentia prædicabatur. Sed vir Dei laudes hominum non ferens, timensque per huiuſmodi adulationes ſe aliquandò æterno brauio priuandum (Sicut de quibuſdam in Euangelio dicitur, Receperunt mercedem ſuam) in eremum aufugit, nihil ſecum ferens niſi ſacerdotalia veſtimenta & bipennem.

Cap.3.

Fit preſbyter, ſed vt hominum laudes vitet, petit eremum.

Matth.6.

Poſtquàm igitur egreſſus eſt de monaſterio, perrexit recto tramite ad partes Aquilonares, veniensque in pagum qui Mempiſco antiquitùs dicebatur, vbi erat immaniſſima ſylua, ibidèm cauam arborem conſpicatus eſt, in qua tres dies delituit non ſolùm humano orbatus ſolatio, verùm etiam omnis cibi & potûs expers. Tunc pius & miſericors Deus, qui nunquàm deſerit ſperantes in ſe, ſed dat omnibus eſcam in tempore oportuno: miſit Angelum ſuum ad quendam eius loci virum fidelem, qui in viſione eum inerepabat, dicens: Tu quidem hîc delicias tibi præparas, & ſeruus meus illa in eremo periclitatur fame. Expergefactus ille, viſionem ſuæ pandit vxori: attamen teſtatus eſt, ſe ignorare locum, quo deferendi erant cibi, atque vbi Dei famulus moraretur. Cui vxor eius reſpondit: Fac, inquit, quod tibi iniunctum eſt diuinitùs. Dubium non eſt, quin Angelus Dei bonus comitabitur te, & deducet ad deſtinatum locum: ego verò parabo cibos, tu interìm aſcende equum, & freno remiſſo quocunquè voluërit eat, quia Dominus perducet te ad locum vbi eius famulus conuerſatur. Optemperat vxoris conſilio mariti, & rectà peruenit ad arborem, vbi ſeruus Domini Ieſu Chriſti ſedens orationibus vacabat: quem vt vidit, Tu´ne es, inquit, ſeruus Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui mihi præcepit tibi afferre prandium? Qui reſpondens, Licèt indignus, ait, tamen ſeruus Ieſu Chriſti ſum, eiſque quantum valeo militare deſidero: & gratias agens pro acceptà annona, ſurrexit, & cum hoſpite ſuo vnà cibum ſumpſit.

Cap.4.

Iſte locus nõ lõgè diſtat à Caſleto, oppidulo Flãdriæ.

Pſal.144.

Iuſſu angelico p quendam virum paſcitur.

Poſtcà ille idem vir ad Dei famulum ait: Cùm Dei ſeruus ſis & verè ei militare deſideras, veni mecum, & tribuam tibi fundum hæreditatis meæ, vbi monaſterium conſtruas, atque ad ſeruiendum omnipotenti Deo monachos congreges. Sanctus autem Vulmarus primò renuit: verùm poſteà eius precibus & ſanctæ deuotioni acquieſcens, cum eo profectus eſt: acceptaque hæreditatis eius portione, condidit monaſterium, plurimosque ad inſeruiendum Deo ſibi attraxit. Deindè vir meritis ornatus ei filium ſuum commiſit, vt eum tam literis quàm virtutibus imbueret, ac in omnipotentis Dei ſeruitio educaret. Poſthæc reliquam hæreditatis ſuæ portionem illi adiecit. Adiuncti ſunt etiam S. Vulmaro prænominati viri fratres germani,

Cap.5.

Conſtruit monaſterium.

Multi ſanctum eius inſtitutum amplectuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mani, alijque quamplurimi viri illustres, suas eidem monasterio tradentes possessiones.

Cap.6. Cùm itaque bonum ille certamen certaret, & fidelem Christo Domino nauret operam, cœpit multis clarere virtutibus & signis. Qua de causa multi tam ex longinquis quàm ex propinquis regionibus permoti fideles, ad eum confluebant, ac summa reuerentia amplectebantur. At ille humanos honores declinans, nè quam illi elationem animi adferrent, ad pagum Bolonienſem, in quo natus fuerat, ſe clàm ſubtraxit. Ingreſſus autem ſyluam, quæ vno tantùm miliari ab eius diſtabat patria, & iure hæreditario ad ipſum ſpectabat, cœpit in ſanctiſſimæ Deigenitricis Mariæ & beatiſſimi Petri Apoſtoli honorem ædificare eccleſiam. Quòd cùm illum inuiſendi gratia complures vtriuſque ſexûs conuolarent homines, verbo Dei eos reficiebat, & ſub regulari habitu regebat: diù noctuque ſeruiens Deo in vigilijs, in ieiunijs, in frigore & nuditate, in orationibus, atque in multa patientia.

Reuertitur Bononiam, ac in vicina ſylua aliud condit cœnobium.

2.Cor.6. & 11.

Cap.7. Quodam tempore ambulabat eiuſdè ſancti viri germanus frater Vualmarus nomine per memoratum nemus, reperiebatque anachoretam Chriſti ante ſuum rurium ſtantem ac manualibus inſudantem operibus, ignorans quia germanus eius eſſet, qui interrogabat eum, dicens: Quis es tu? & vndè venis, & quid hic agis? Eremita autem Chriſti non ferens illum diutiùs in tali ignorantia commorari, germanum eius ſe eſſe profeſſus eſt. Ille verò ex fratris reſponſo hilarior effectus, Eamus, inquit, & deſcendamus ad paternas ædes, & ſalutemus matrem noſtram & conſolemur eam, quæ longo tempore tuam doluit abſentiam. Sanctus verò Vualmarus fratris monitioni non acquieſcens, dixit: Non ibo. Tu verò & ipſa quàm tùm poteſtis, aliquam annonæ conſolationem mihi impendatis: & ego quantum prævaleo in conſpectu Dei omnipotētis memor ero veſtrî. Qui cùm reuerſus domum hæc ſuæ enarrâſſet matri, illa de filij ſalute multùm gauiſa eſt, & exindè eleemoſynaria eidem procurauit deferri.

Monachorum eſt, aliquādò manualib⁹ vacare operibus.

Recuſat inuiſere matrem.

Cap.8. Quodam tempore cùm prænominatus Vualmarus ſuo fratri cibos deferret, & eum ſolito loco non inueniret: cœpit magnos emittere eiulatus, & acclamare Vulmarum. Ille verò fratri occurrens, Nè, inquit, frater mi tales amplius edas clamores. Tunc ſuſpendens in quadam arbore ligneam tabellam cum malleo, iuſſit victualia deferenti decæterò tabellam percutere, & hoc ſigno fratrem euocare. Hæc enim in perpetuam rei memoriam cum prædicto malleo in eius cœnobio conſeruatur.

Tabella lignea loco nolæ.

Cap.9. Confluebant ad ſanctum Dei vtriuſque ſexûs complures homines, ſub eius ſacro inſtituto militare cupientes, quos ille omnes benigniſſimè ſuſcepit, ambroſia cæleſtis diſciplinæ depaſcens, ac nectare diuini amoris inebrians: Semper tamen habitatione virorum à manſionibus mulierum, quibus ſanctiſſimæ conuerſationis Bertannam Abbatiſſam neptem ſuam præfecit, eandem inſtruens, quomodò concredito ſibi ſanctimonialium gregi curam gerere debeat, ab inuiſibili lupo fidelium caulas circuncurſitante aliquæ ſuffocentur, ſed paternas eius exhortationes in fide, caſtitate, ac omni opere bono confirmetur. Ipſe verò paſtor erat monachorum, non mercenarius: ſed eius inſequendo veſtigia qui de ſeipſo ait, Ego ſum paſtor bonus, bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis. Mercenarius autem veniente lupo fugit & dimittit oues.

Conuētum monialium inſtituit.

Iohan.10.

Cap.10. Anno incarnationis Dominicæ ſexcenteſimo octogeſimo octauo, quandò prænominatam Baſilicam in honorem S. Mariæ Virginis & beati Petri Apoſtoli ædificauit vir Dei extruxerat, venit ad eum Ceadualla Rex Occidentalium Saxonum, tunc Britannia factus catechumenus, vt ab eo in fide Ieſu Chriſti magis inſtrueretur, & confirmaretur. Dixitque ei: Audiui te virum eſſe ſanctum. Duo igitur abs te peto, vt me fluctuantem animo in fide confirmes, & quæ ſit animæ meæ ſalus edoceas. Cui mul etiam ores pro me Dominum Deum, nam meæ orationes valdè frigent. Cui ergò vir Dei audiſſet regem, & ei benè precatus eſſet, ille diuinitùs permotus, profectus eſt Romam, atque illic ſacrum baptiſma ſuſcepit. Idem verò Rex triginta ſolidos maioris monetæ, viro Dei reliquit ad vſum prænominatæ eccleſiæ. Quibus età plenus operibus bonis, Deoque diù noctuque ſeruiens, feliciter ex hoc ſeculo migrauit ad Chriſtum.

De Ceadualla videBedā lib.4.cap.12. 15.&16. lib. 5.cap.7. hiſtoriæ gētis Anglorū. Idem Rex Romæ baptizatur.cōſentit Beda.

Hic

Hic paſtor bonus, commiſſis ouibus diligentiſſimè inuigilans, ſolebat frequenter prætactas viſitare & conſolari moniales. nam deerant illis aliquandò alimenta corporalia. Sed vir ſanctus pabulo euangelicæ exhortationis priùs eas enutriens: Quærite, ait, primùm regnum Dei & iuſtitiam eius, & omnia neceſſaria adijcientur vobis. Quid ſolicitæ eſtis? Iactate cogitatum veſtrum in Domino, & ipſe vos enutriet. Quod ità ſæpiùs noſcitur euenisſe. nam priuſquàm eius ſermo finiretur, quidam ſuperuenientes deuotionis cauſa, tabellam memoratam pulſabant, ac cibos abundantiſſimè deferebant, quibus illæ enutritæ, gratias Domino egerunt, qui non deſerit ſperantes in ſe.

Cap.11. Matth.6. Pſal.54.

Alio autem tempore fur quidam, praua ductus cupidine, abſtulit equum viri Dei. Qui cùm tota nocte errabundus vagaretur, nec poſſet artingere locum, quò tendebat: manè verò alterius diei ante portam monaſterij inuentus eſt equo inſidens, de quo nec per ſe deſcendere valuit, nec ab alio deponi. Quod cùm duo ex diſcipulis viri Dei animaduerterent, appræhenſum duxerunt ad Abbatem ſuum: qui corripiens eum, ac monens nè ampliùs tale ſcelus perpetraret, propiùs acceſſit, & eum ab equo leuauit, liberumque dimiſit. Tunc longè lateque diffuſa eſt ſanctitatis eius fama, ac permulti ad eum veniebant, eulogias ac permulta munuſcula eidem offerentes. Ille verò omnes in Dei ſeruitio confirmans, quæ attulerant bona, proprijs manibus pauperibus erogabat.

Cap.12. Fur quidam proditur diuinitùs. Benignitas viri Dei in pauperes.

Deindè quantas miles Chriſti ſatanæ paſſus ſit inſidias, quàm viriliter collucatus ſit aduersùs propriam carnem, quas toleraverit malorum perſecutiones, quantam famem, frigora, aliasque plurimas incommoditates pertulerit, longum eſſet attexere. Deniquè multo iam ſenio grauatus, in moleſtam corporis infirmitatem incidit: aceitisque ad ſe fratribus, ſuum obitum prædixit. Poſtquàm autem hæc ad notitiam ſanctimonialium peruenerunt, quæ non longè ab eo loco morabantur, rogabant, vt ſe inuiſendi copiam ipſis faceret. Verùm ille plenus ſpiritu ſancto proteſtabatur, quòd nunquàm hîc eſſet eum viſura aliqua mulier. Eadem noctè feliciter obdormiuit in Domino. Factusque eſt planctus magnus & vlulatus virorum & fœminarum in eodem cœnobio, propterea quòd tanto paſtore orbarentur.

Cap.13. Prædicit ſuum obitū. Feliciter obit mortē.

Deniquè impoſito eius ſacro corpore pro more iſtius regionis ſarcophago, accurrebant moniales illæ, cupientes vel defunctum videre, quem viuum non meruerunt viſitare: Sed nebula corpus eius obtegente, non nisì luminaria & faces quæ funus antecedebant, ac turbam quæ ſequebatur, conſpicere potuerunt, loculo in quo ſacrum illud pignus quieſcebat, ſub illarum adſpectum prorsùs non veniente: ſicut ipſe ſanctus adhuc in viuis prædixerat, non ſe vnquàm viſurum fœminam. Sepultum eſt autem beati viri corpus cum multa reuerentia apud Boloniam, vbi multis coruſcat miraculis. Obijt verò 13. Calendas Auguſti.

Cap.14. Nebula eius corpus obtegitur, nè à monialibus videatur.

Præterea quanuis permulta Dominus, per ſancti ſui Vulmari merita, operatus ſit ad eius ſepulcrum miracula, dimiſſis plurimis ad vitandam prolixitatem, pauciora perſtringam: quoniam adhuc oculati teſtes ſuperſunt, qui eæ vidiſſe affirmant. Quidam clericus Andeboldus nomine, paralyſi vexatus, ità vt quatuordecim annorum ſpatio, nullo ſui corporis membra fungerentur officio, diuinitùs admonetur, vt baſilicam ſancti Vulmari inuiſat. Quj manè conſurgens, venit Boloniam in profeſto ſancti Michaëlis Archangeli, quod tunc in diem ſabbati inciderat: nocteque ſequente, dum fratres eius monaſterij matutinas decantarent laudes, ille ad ſepulcrum Sancti Dei orationibus vacabat, atque ità miſeratione diuina priſtinæ ſanitati reſtitutus eſt, & remeauit ad propria.

Cap.15. Miracula ad eius tumulum. Sanatur paralyticus.

Alius quidam clericus Marcfridus nomine, qui eccleſiæ ſancti Martini ponticis præerat, conuocatis famulis ſuis ad ſecandum fœnum iuxta flumen quoddam regionis illius, quo die feſtiuitas beati Vulmari à populo ſolenniter celebrabatur: illi aiunt: Hodiè nobis minimè licet operari, quia feſtum ſancti Vulmari eſt. Ille verò auaritiæ ſtudens ſuperbè reſpondit: Colant eius feſta qui volunt, vos autem ſine dilatione iniunctum vobis implete ſeruitium. Verùm omnipotens Deus, volens declarare, quanti eſſet meriti, cuius feſta celebrabantur, tanta aquarum immenſitate fecit excreſcere vicinum alucum, vt ſua inundatione,

Cap.16. Attende vindictam Dei in violatorem feſti eius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iam tertiò superficiem terræ operiret, & omne fœnum ad litus maris vsque proijceret. Præfatus verò clericus horrore nimio perculsus, quandiù maneret in vita, se festum sancti Vulmari celebraturum deuouit. atque ità diuinæ pietatis dispensatione emendatus est.

Cap.17. Alio itèm tempore tertiodecimo Calendarum Augusti, cùm festiuitas sancti viri coleretur, quidam rusticus ab amico suo admonitus vt secum ad tanti viri solennitatem asscenderet, ire contempsit: sumptoque vehiculo ad vicinam syluam pro lignis deferendis perrexit. Iterùm cùm is ibidèm solus esset eo tempore quo sacra Missarum solennia agerentur, subitò tanta tempestas exorta est, tot fulgurum coruscationes & infesta tonitrua, vt extremam vitæ suæ horam adesse crederet. Qui cùm huc illucque discurreret, vt sub alta qua arbore saluaretur: ramorum fragor interitum illi minitabatur. Sed & vbi hiculum quod ad syluam deferebat, ante oculos eius confractum est. Tandem in se reuersus, clamauit in cælum, Dei misericordiam, ac sancti Vulmari crebris vocibus exorans clementiam: simulque professus est, se omnibus diebus vitæ suæ (si ei Dominus per sancti sui merita vitam concederet) eius festa deuota mente velle venerari. Nec mora, reddita aëris serenitate, domum incolumis peruenit, confracto tamen prætacto vehiculo. Quis non intelligat, pro contemptu sancti viri eum fuisse castigatum, ac rursùs per eius merita misericorditer liberatum?

Itèm in alium.

Cap.18. Hoc quoquè silentio prætereundum non est, quod ego ipse & complures alij proprijs oculis cõspeximus. Quodam tempore in natali sancti Martini Turonensis Episcopi, cùm inter diuina Missarum solennia sanctum legeretur Euangelium, quidam peregrinus surdus ac mutus, nostrum orationis ergò ingressus est monasterium, cuius diuina largiente clementia ac sanctissimi Vulmari intercedentibus meritis, vinculum linguæ eius solutum & aures apertæ sunt: ità vt is (ô stupendum miraculum) qui ab infantia hoc laborabat incommodo, apertè loqueretur, & ad interrogata responderet. Solebat idem nobis referre seriem suæ curationis & ordinem. Videbat enim quendam virum, cùm sacrum legeretur Euangelium, canitie & vultu venerabilem, & manu baculum ferentem, ad se accedere, qui insufflabat in auriculam eius, & linguam extrahebat. Quo facto, æger obriguit: & ipso in terram deiecto, sanguis per os & nares eius copiosè manauit. Post hæc cribilem emisit vocem, ità vt qui adstabat populus, crederet eum suis orbatum sensibus. Ast postquàm omnes intellexissent diuinam clementiam erga eum operatam, vna voce benedixerunt Deum, qui per S. Vulmari merita tales dignabatur operari virtutes.

Surdus & mutus videt & loquitur.

Cap.19. Eodem ferè tempore quidam puer, ex grauissima infirmitate percussus paralysi, ità vt per annum penè integrum ambulare nec sursùm se erigere valeret, vel ad momentum in scamno sedere, cui dum opportunitas adesset quoquàm eundi, instàr ranæ manibus se ad terram sustentans, debilia membra post se trahebat, ad silicam sancti viri adductus est. Qui in oratione prostratus, preces omnipotenti oratio, de terra, in qua pronus iacuerat, surrexit, atque ilicò omnibus videntibus ad altare deuenit, ibique orans, Deo & beato Vulmaro pro sua curatione gratias egit. Et exindè omnia eius membra ità solidata sunt, acsi nullam vnquàm essent passa læsionem. Intereà plurimi, diuersis temporibus, à sua infirmitate priti-

Paralyticus curatur.

nam sanitatem nobis adstantibus recipere meruerunt, largiente
Domino nostro Iesu Christo, cui est honor
& gloria in secula seculorum, Amen.

PETRI

PETRI DAMIANI SERMO I. IN FESTIVITATE S. APOLLINARIS.

HODIERNA die, fratres charissimi, ad iucundum nimis satisque delectabile spectaculum venimus, & gloriosæ palestræ certamen oculis fidei contemplati sumus. Vidimus enim vnum ciuem supernæ Hierusalem pro Rege suo strenuè ad bella procedere, & innumerum Babyloniæ vulgus vnanimi conspiratione contra vnum caput ferociter dimicare. Vidimus militè Christi contra mundum triumphale vexillum Crucis inferre, vidimus econtrà amatores mundi pro dilecto suo constiparis cuneis obuiare. Illi enim vndiquè circunfusi diuersa tela conijciunt, sagittas emittunt, machinas erigunt: & vt vallum Christi irrumpere valeant, omnia præliandi argumenta componunt: hic autem ense verbi spiritalis accinctus, lorica fidei indutus, spei galea præmunitus, sub patientiæ suæ se clypeum colligit, & hoc contra omnes bellicæ tempestatis ictus vigilanti oculo circunducit. Illi ignem adhibent: sed iste immensæ charitatis ardore succensus, incendia exterioris flammæ non sentit. Illi bullientibus aquis dilacerata membra perfundunt: iste largo sancti Spiritus imbre diuinitùs refrigeratur, cantans cum Prophera: Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Illi virgis cædunt, fudibus frangunt, eculeo suspendunt, in carcerem mittunt, postremò catenatum in exilium dirigunt: iste verò in arce mentis constitutus, quicquid erga se agitur, sub se fieri quasi alius quidam eminùs intuetur, dicens cum Paulo: Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. & iterùm: Licèt exterior homo noster corrumpatur, is tamen, qui intùs est, renouatur de die in diem. Id enim, quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Cuncta ergò hostium iacula facta sunt beato Apollinari gloriosè vincendi materia. Et vndè illorum crudelitas deijcere nititur, indè istius patientia ad standum firmiùs roboratur. Sanctus enim vir inter persecutionum bella deprehensus, quò duriùs telorum grandinem inhorrescere conspicit, eò cautiùs vndiquè scutum suæ grauitatis opponit. Et quò violentiùs pugnæ impetus videt ingrui, eò magis se studet & in vires colligere, & ad agendum fortiter excitare. Vbiquè paratus assistit, vbique vigilanter intendit, & venientibus vndiquè gladijs imperturbatus occurrit.

Iulij 23.

Ephes.6.

Pfal.65. Esa.43.

2. Cor.4.

Ibidèm.

Quia verò, fratres mei, beati Apollinaris agonem, palæstram superiùs nominauimus, vtrum nam congruè positum sit, si placet, paulò subtiliùs inquiramus. Palæstrita quippè nudus luctatur: & beatus Apollinaris mundanæ possessionis indumento nudus fuisse cognoscitur. In spectaculo autem ciuium huismodi lucta proprodonitur, & beatus Paulus de se alijsque Christi bellatoribus congruè testatur, dicens: Spectaculum facti sumus Angelis & hominibus.

1. Cor. 4.

Solet autem pueris oleum, quod videlicet Chrisma ab eis dicitur, à campiductoribus tribui, vndè eorum debeant omnia corporis membra perungi: sanctus verò Petrus Apostolus beati Apollinaris non dicam campiductor, sed discipulus Christi Spiritûs cum vnctione perfudit, cùm ad certamina persecutionum misit. Vt enim in sancta gestorum illius narratur historia, ait beatus Petrus Apostolus Iesus. Surge, accipe Spiritum sanctum, simulque Pontificatum, & perge ad vrbem, quæ vocatur Rauenna. Quod enim dicit, Accipe Spiritum sanctum, & perge, tale, est ac si diceret: Oleo membra perfunde, & bellum viriliter congredere. De hoc enim sancti Spiritûs oleo per Prophetam dicitur: Computruescit iumentum à facie olei. De hoc & per Psalmistam canitur: Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum.

Spiritus sanctus rectè oleum dicitur.

Esa 10.

Psal.88.

Mos verò esse campiductorum solet, vt priùs certaturi discipuli mẽbra peruideant, videlicet quàm latum validumque sit pectus, quàm sani pleniqué tumeant lacerti, quàm subterpositus venter nec mole grauet, nec extenuatione debiliter: & si cuncta bellico vsui apta esse perspexerint, mox eius segnitiem dura seueritate cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

corripiunt,& desides adhuc animos in amorem laudis accendunt & hortanter in-
stigant,& nè formidare debeat, suam ipsius coram eo fortitudinem laudant. Sic
nimirùm beatus Apostolus quasi ante ipsum arenæ vestibulum alumni sui mem-
bra considerat,& vt se ad congrediendum præparet,verbis suasoriæ adhortationis
inflammat. Quid est enim dicere,Quid sedes nobiscum? Iam depone desidiam,vt
Qualis esse debeat miles Christi. post peractam victoriam peruenias ad coronam? Et quid est dicere,Eccè eruditus
es de omnibus,quæ fecit Iesus,nisi omnes tui corporis artus iam perfecto vigent
robore,nihilque tibi superest,nisi vt timore postposito incipias dimicare? Vnde
aptè subiungitur: Prædica eis de nomine Iesu, & nè formidaueris: tanquàm dice-
ret:Ex iussionis meæ authoritate congredere,brachia conserе,vt communem vti-
1.Cor.9. usque Regis possis victoriam de triumphatis hostibus reportare. Percurre iuge
stadium,vt ad propositum victoribus merearis pertingere brauium. Non dubites
arripere pugnam,de qua nobilem referes,authore Deo,victoriæ palmam:Ego tibi
Eccè primatũ beati Petri Apostoli. præcipio,qui potestatem ligandi nõ solùm in terra,sed & in cælestibus habeo,ego
te ad pascendas oues Dominicas mitto, qui ouile totius sanctæ Ecclesiæ iniuncta
mihi cura custodio. Prærogatiua ergò magistri sit discipulo audacia præsumendi,
& mittentis authoritas sit fiducia missi.

O beate Apostole,quàm libenter,quàm alacriter motum tuæ diuersitatis in tue-
or,& nunc te debilem,nunc fortissimum pulchra varietate contemplor. Debilem,
inquam,negando magistrum: fortissimum verò,pro eiusdem magistri confessio-
ne mittendo discipulum. Non times discipulo Rauennam multarum vrbium do-
minam assignare, qui tibimetipsi expaueras vnius sacerdotis ancillam. Non
metuis illum in procellosos fluctus turbulentissimæ ciuitatis solum mittere,
Psal.88. qui cum ipso Creatore marium,super marinas vndas expaueras ambulare,illi nar-
Matth.14. que dictum est: Aquilonem & mare tu creâsti. Cùm enim dixeris: Domine,iube
me venire ad te: nisi statim expauisses, mergi vtiquè non cœpisses: nisi in nau fi-
Matth.16. dei aliquam naufragij vndam pertulisses,nullatenùs ex ore Veritatis audisses: Mo-
dicæ fidei,quarè dubitasti? Nec mirum, tibimetipsi maris tunc formidâsse pericu-
lum, qui pro eadem mentis infirmitate, Magistrum & Dominum tuum noluisti
Crucis subire patibulum. Cùm enim tibi diceret,quòd pro redemptione humani
generis crucifigendus esset,protinùs respondisti: Absit à te Domine,propitius tibi
esto Domine,nè fiat hoc. Quid est,beate Apostole? Nunquid vis claudere locum,
vndè nostræ redemptionis est precium exiturum? Nunquid vis fontem restringe-
Iohan.10, re,qui prauitatis nostræ descendit maculas emundare? Eccè iam nósti illum pro-
culdubiò Deum esse,& tamen dissuades mortem subire. Nisi enim Deum crede-
res, Propitius tibi esto Domine, non dixisses. Concordat quidem fides discipuli
cum assertione Magistri. Potestatem, inquit, habeo ponendi animam meam,& po-
testatem habeo iterùm sumendi eam. Sed qui fide stas,infirmitate iaces: quem fi-
des erigit,timor sternit. Qui ergò Magistro Crucis timueras mortem,&tibimetipsi
pelagi profunditatem,nunc dilectum discipulum non dubitas mittere inter per-
secutorum furentium rabiem. Cur hoc,nisi quia timor non est in charitate, sed perfecta cha-
1.Iohan.4. Iohan.21. ritas foràs mittit timorem? Iam enim iterùm audieras à Domino: Simon amas
me? Et respondens: Domine,tu scis quia amo te: ilicò audisti: Pasce oues meas. Dixerat iterùm Dominus: Sicut dilexit me Pater, & ego diligo vos. Sicut
Iohan.15. ergò te Dominus dilexit, cùm pro pascendis ouibus suis inter scandala perse-
cutorum misit: sic & tu discipulum diligis,cùm pro eisdem ouibus ad martyrium
dirigis.

Sed libet, fratres mei, hæc Apostolica verba subtili indagatione discutere, &
quomodò canonica ecclesiasticæ censuræ authoritas in eligẽdis præpositis vnam-
vbiquè teneat regulam præuidere. Dicitur enim beato Apollinari: Quid sedes no-
biscum? Eccè eruditus de omnibus,quæ fecit Iesus. Rursùs idem Apostolorum
princeps cùm in loco Iudæ alium subrogare voluisset Apostolum,vt neophyti
Act.1. rum reprimeret prauitatem,dixit: Oportet ergò ex his viris, qui nobiscum con-
gregati sunt in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Iesus, te-
Act.10. stem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Hinc idem ipse gentibus
Christum euangelizans aiebat: Hunc Deus suscitauit tertia die, & dedit eum
manifestum fieri non omni populo,sed testibus præordinatis à Deo, nobis, qui

manducauimus & bibimus cum illo, postquàm surrexit à mortuis. Hinc ipse Do-
minus in Euangelio cùm de mittendo sancto Spiritu Apostolis loqueretur: Ille, Iohan.16.
inquit,testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis, quia ab
initio mecum estis: tanquàm diceret, idcircò idoneum de me testimonium per-
hibebitis,quia quicquid alios docuer itis, longè conuersationis assiduitate ipsi an-
teà didicistis. Audiant neophyti, audiant elati,& quasi folles vento arrogantiæ & Attende, quàm sit ne-
ignè cupiditatis inflati, quia non volunt discere quod sciant, & in schola Christi phariũ am-
antè inhiant in cathedra præsidere,quàm ferulam sentiant: Dumque inordinato bire digni-
ordine non per ostium, sed aliundè ad regiminis iura prorumpunt, non se pasto- tates, præci-
res esse,sed & fures,& mercenarios parenter ostendunt: qui prodesse non curant, puè ineptis
sed præesse flamma pernicios issimæ cupiditatis anhelant. Hi profectò non præfe- personis. Iohan.10.
runtur,vt Christi ouile custodiant,non vt gregem Dominicum pascant,sed vt mi-
seram carnem suam in lasciuijs & cupiditatibus molliter nutriant: dumq; se pro-
dient ergò qui eiusmodi sunt, & vel curent se ab hac præsumptione compescere,
vel nouerint se à corpore sanctæ Ecclesiæ iam, etsi non apertè, verè tamen radici-
tus præcisos iacere. Eccè beati Apostoli,super quos quasi solidissimas bases, sancta
fundatur Ecclesia,non nouitium,non indoctum,sed illum ordinant,quem in do- Qui sint as-
trina & sanctæ conuersationis studio perspexerint esse maturum. Hoc quærit Pe- sumendi ad
trus in Matthia,cùm eligit in Apostolatum, hoc in Apollinare cùm promouet in præsulatum.
Episcopatum. Quod ergò Dominus prouiderat in Apostolis, hoc Apostoli consi-
derant in Apostolicis viris.

Illud etiam prætereundum non est,quòd beatus Apostolus osculãs discipulum,
emisit eum à se. Hic antiquorum patrum consuetudo recolitur,& in nouo seculo Nota patrũ
veterum Patriarcharum antiquitas reparatur. Eccè Isaac iterùm filium osculatur. traditiones
Eccè Iacob iterùm benedicitur, & Patriarcha à Patriarcha ex authenticæ traditio- in Ecclesia
nis ordine consecratur. Illi dictum est, Accede ad me, fili, vt benedicat tibi anima seruari.
mea: isti dictum est, Surge, accipe Spiritum sanctum. Illi dictum est: Det tibi Deus Gen.27.
de rore cæli,& de pinguedine terræ abundantiã frumenti, vini,& olei: isti verò di-
citur, Mittat Dominus noster Iesus Christus Angelum suum, qui præparet iter tu-
um & quæ postulaueris, annuat tibi. Sic & Iacob Ephraim,& Manasse filijs Ioseph Gen.48.
osculum præbuit, cùm eos inter reliquos Patriarchas constituens benedixit. Hinc
etiam Ecclesiasticus mos inoleuit, vt Pontifices his, quos consecrant, osculum tri-
buant. Hinc, fratres, hinc rogo colligite, beati Apollinaris quanta sit celsitudo, qui
vt Apostolus ad arcem Pontificatûs eligitur, vt Patriarcha solenniter ordinatur,
qui & ab illo, & non diuerso modo prouchitur, à quo & Apostoli promouentur.
Videtur ergò in illo & Apostolica dignitas, & Patriarchalis sublimitas: quia & A-
postolico ore prouchitur, & Patriarchali solennitate consecratur. Vndè fit, vt cùm Martyres
cæteri, qui pro testimonio veritatis supplicia passi sunt, martyres nuncupentur: hic vndè dican-
quia non solùm passus, sed etiam ad martyrium ab Apostolo tam nobiliter est ele- tur.
ctus, Apostolicus martyr iure dicatur.

Inter hæc vos, fratres charissimi, ad vosmetipsos redite, actus vestros solicita ex-
aminatione discutite, & qui laudes martyris libẽter auditis, laudabilem vitam ha- Eccli 15.
bere curate. non est enim speciosa laus in ore peccatoris. Illi enim dignè sanctos Vides vbi-
laudibus efferunt, qui laudabiliter viuunt. Et hi fortium virtutes vtiliter audi- què laudabilẽ vitam
unt, quos audita præconia ad amorem imitationis accendunt. Cæterùm quid requiri.
prodest si alios constitutos in sublimibus videas, ipse verò in præceps ad ima de-
scendas? Quid prodest fortium bellatorum triumphos extollere, si ipse non eru-
bescas quotidè terga hostibus dare? Quisquis ergò gaudes fortiter egisse martyres
Christi, corripe & ipse arma inter milites Christi. Desunt exteriùs hostes? Verte Gal.5.
manus in te,& multos seditiosos inuenies ciues. Doma superbiam, iugula iracun-
diam, extingue libidinem, reprime auaritiam, occide inuidiam, & vt breuiter
cum Apostolo cuncta complectar, crucifige carnem tuam cum vitijs & con-
cupiscentijs. Hoc est fortiter agere, hoc est viriliter dimicare. Nam quid iu-
uat si circa vallum te non obsideant acies persequentium, & intra vrbis mœnia
graſſetur barbaries vitiorum? Vis autem adhuc apertiùs discere, qualiter in pace
sanctæ Ecclesiæ valeas martyrium inuenire? Audi attentè, intellige diligenter.
Cor vigilet, oculus cùm dormitat. Quod enim dico, breuissimum est. Asse ende

igitur

Attende quomodò ad martyriũ spirituale perueniatur

igitur tribunal mentis, & temetipsum pertrahe ad iudicium quæstionis. Cogita tio accuset, animus iudicet, pœnitens conscientia velut carnifex feriat, lachryma rum riuus tanquàm vulnus erumpat. Sic sic per martyrij similitudinem, ad ve ram peruenies martyrum dignitatem, auxiliante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit, & gloriatur per infinita secula seculorum. Amen.

EIVSDEM SERMO SECVNDVS VNDE SVPRA.

Festum sancti Apollinaris Episcopi & martyris.

APostolici martyris gloriosa solẽnitas, fratres charissimi, alacrem fecit vestræ deuotionis adesse conuentum. Vndè dignum est, vt communi vobiscum lætitia pariter exultemus, & totam hanc di em in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus expendamus. Me rito hodiè profusis gaudijs totus vbiquè terrarum orbis exultet. Meritò sancta Ecclesia, dispositis fidelium choris, dulcisonas mu lodiarum voces alternat. Gaudeat Antiochia, quæ talem meruit

Duo hic adnota, sãctos ciuitatum esse patronos, & illorum corporibus ipsas sanctificari. Ephes. 2. 1. Pet. 2.

gignere filium: exultet Roma, quæ talem potuit habere discipulum: præcipuè re rò iubilet vrbs Rauenna, quæ tantum meruit referre patronum. Quæ enim ea dæmonum antea delubrum, per hunc cælestium senatorum facta est capitolium; ibi enim iam martyrum corpora requiescunt, ibi multorum sanctorum patrocinia reconduntur. Quæ ergò priùs malè fœcunda in filijs suis multas stipulas gro minabat inferno, iam per Dei gratiam multo ciues parturit cælo: vt iam populus illius non immeritò dicatur: Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei. & per Petrum: Vos estis genus electum, regale sacerdo tium, gens sancta, populus acquisitionis. Reges enim sumus, quia Crucis vexillum in fronte portamus. Sacerdotes autem iure dicimur, quia Chrismatis vnctione chri nimur. Iustè ergò egregia illa metropolis de beati Apollinaris festinitate speciali ter gaudet, per quem olim profana & rustica, facta est nunc sacerdotalis & regia. Cui cum Romanis arcibus adeò communis est dignitas, vt illa mater, ista dicatur congruè filia: quod enim illa in cælesti clauigero, hoc totum ista possidet in di scipulo: & quod illi prærogat Apostolus, hoc etiam isti martyr Apostolicus. Si enim Constantinopolitana ciuitas, quia Romanos in se transtulit ciues, secunda

S. Apollinaris spiritualis Romę filius.

Roma est nunc cupata: quanto magis hæc, quæ tantum Principem de Roma susce pit, secunda Roma est appellanda? Nunquidnam glorioſius est suscipere Quirites de Romana curia, quàm habere martyres de Romana Ecclesia? Ex ea igitur parte, qua Roma carnalis est, carnales genuit: ex ea verò qua spiritualis est, spiritua

Iohan. 3.

lem ex se filium procreauit. Quod enim natum est de carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Quod autem tantum ciuitati illi tribuimus, vt Ro mæ similem esse dicamus, ad laudem Dei referimus, non fauores hominum affectamus. Nam ornatus habitationis, decus est habitantis: & honor militis gloria est Imperatoris,

Libet autem, dilectissimi, pulchrum diuinæ dispensationis ordinem studiosè perpendere, & quàm mirabiliter omnipotens Deus regionis illius tenebras illu strare decreuerit indagare. Sicut enim matutinus lucifer ab ortu surgens solem præcedit, ità beatissimus martyr ab orientali plaga progrediens, nomen Domini nostri Iesu Christi, qui verè est sol iustitiæ, primus Rauennæ finibus introduxit. Et quàm benè sibi luciferi nomen congruit, qui primum aduentûs sui miraculum de

Cæcũ illuminatin sub urbijs Rauẽnę ciuitatis.

lumine fecit? Nam mox vt in suburbano est receptus hospitio, cæco Irenæi filio lumen reddidit, & sic de parentum cordibus infidelitatis tenebras effugauit. nam dum illi oculos reddidit frontis, istis multò felicius lumen aperuit cordis. Rectè ergò dicitur, quia sicut lucifer in orbem, ità beatissimus vir suam est dilatu rerit, ille quidem perferre mirabiliter potuit, referre quantalibet linguæ non facundia non valemus. Cæditur, vritur, vulneratur, eculeo tortus per membra cuncta discerpitur: sed quò magis caro per tormenta concutitur, eò mens in De um fixa firmiùs roboratur, & quasi igne succensa materies, quò plùs aduersitatum ventis impellitur, eò in amorem Dei ardentiùs inflammatur. Sanctus quippe vir dum foris tolerat turbinem persecutionis, intùs recurrit ad arcem mentis, & inde cuncta sub se ire despicit, inter quæ transire corporaliter etiam semetipsum con

Multa patitur Rauẽnę.

tur. Minas non metuit, tormenta alacriter patiendo contemnit. Hinc enim per Salomonem dicitur: Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. Hinc ab eo ite rum scriptum est: Non contristabit iustum, quicquid ei acciderit. Iam quippè spi ritus ad alta suspensus in hoc ineffabiliter gaudet, dum sibi cumulari gaudia per tormenta videt. Pœnis foueatur, incendio refrigeratur, fame reficitur, inopia dilatatur, & id maximum lucrum deputat, si grauem de passione Domini sarcinã portat, tantumque sibi minui timet de præmio, quantum sibimet subtrahi conspicit de tormento. Quid plura? Iterùm cæditur, iterùm cruciatur, ad extremum quoquè nudis plantis super ardentes prunas state compellitur: sed dum vterque pes supposito igne comburitur, lingua in confessione Christi liberiùs relaxatur. Segnior quippè fuerat ignis, qui exteriùs incendebat, quàm qui interiùs inflammabat, tanquàm alter coqueretur, & alter loqueretur, alius verba ederet, alius verbera sustineret: & reuerà alter, Veritate attestante quæ ait: Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et vt triumpho beatissimi martyris ipsa contraria elementa concorditer seruiant, dum ignis potentiori igne contemnitur, caro quæ vsta fuerat, aquis bullientibus elixatur, sicque in odore suauitatis Domino duo sacrificia ex vna fiunt victima.

Prouer. 25.

Matth. 10.

Actę de eius constantiã.

Agè agè responde mihi, turba frenetica, & ab ipsis furiosis meritò deridenda. Quid furis? Quid fæuis? Quid cruentis dentibus & lupina rabie debaccharis? Nunquid speras supplicijs Christi militem cedere, & à sancto proposito mentem posse mutare? Non est huiusmodi mens in Deum fixa, ignorat in bello perdere militiam Christianam. Nescit præliator noster rigore mollescere, nescit gladios formidare, immò quò magis impetitur, eò robustior inuenitur. Eià percute, incende, coque, gyra, regyra, diuelle à visceribus viscera, imprime vulneribus vulnera. Apollinaris noster si discutitur, idem ipse qui fuerat, inuenitur. Non potest iam Christum loquendo negare lingua, quem cætera patiendo confessa sunt membra. nam fictile sui corporis vasculum, dum adhuc sanum esset, pro conseruando fidei thesauro lacerari permisit, quantò magis tunc pro iam quassato & fracto, tam pretiosum thesaurum perdere formidabit? Tu ergò, tu miserabilis turba agonotheta Christi dum deijcere moliris, dum superare niteris, insuperabilem reddis. Tu facis, vt corpus suum ille despiciat, & ex eo egredi tota animi alacritate contendat, & dum nouis & exquisitis supplicijs eum mirabiliter crucies, vt mirabilem facias martyrem elaboras. tua enim stulta sapientia fecit, quòd hodiè nomen beati Apollinaris tam clarum & celebre per ora fidelium currit. seruisti nempe, dum sæuisti, & auxisti palmam, dum exaggeras pœnam: nam quid non ad victoris gloriam vecors ingenium tuum reperit, quandò in honorem transierunt triumphi ipsa etiam instrumenta supplicij? Sed adhuc diligentiùs laceratum corpus exanima, adhuc ea ipsa, quæ confecta sunt, membra retracta, coque, discerpe, iacta, cæde, verbera, percute, iam de toto corpore inuictissimi martyris quid aliud nisi plagas poteris vulnerare? Bulliat aurum, non minuitur: caditur adamas, non secatur. Iam deniquè ille ad cæli culmen anhelat, iam mente in sublimibus habitat: nihil dolet, nihil timet, nisi, ó persecutores, solam pietatem vestram, quæ si ei tribuitur, ab ipso impietas crudelissima deputatur, & si tela vestra ad eius vultis interiora pertingere, sola illum pietate ferite. Tunc enim grauiter indignamini, si miseremini: tunc multùm laceratis, si parcitis, & vt ità dixerim, tunc parcitis, cùm punitis.

S. Apollinaris auro & adamanti cõparatur.

O robustissimum pectus, quod nulla queunt tela perfodere, nulla possunt spicula penetrare. O munitissimum Christi vallum, quod non impacti arietis dicrunt, nulla machinarum armamenta conuellunt. Quanta hunc retributionis gloria nunc extollit in summis, quem tanta tribulationis aduersitas pressit in imis? Nunc enim cum ignitis beatorum spirituum cœtibus emicat, cum trabeatis senatoribus curiæ cælestis exultat, cum patriarchis in aureo sublimiter solio inthronizatus, cum purpuratis martyribus mirabiliter coronatus, cum his omnibus stola indutus gloriæ ineffabiliter emicat, & ante Imperatorem summelodum alleluia perenniter iubilat. Quò, te precamur, martyr beatissime, vt nos manus tuæ orationis erigat, quos reatus nostri pondus inferiùs grauat, quatenùs qui hîc tuæ virtutis præconia referre gaudemus, illic tuæ beatitudinis partem aliquam sentiamus: Per Dominum nostrum Iesum Chri-

Legãt hæc, qui mendaciter asserunt, Sãctorum animas post mortẽ non recipi cælo.

stum,qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

EIVSDEM SERMO TERTIVS VNDE SVPRA.

Attende quot & quãta superârit tormenta.

AVdiuimus hodiè,fratres charissimi,insuperabilem Christi militis fortitudinem,audiuimus triumphalem Apostolici martyris passionem.Mirabilis in persequentibus pugna,mirabilis in persecuto victoria.Illi enim ad expugnandum Christianę militiæ ſtrenuum bellatorẽ,non solùm ferrea arma corripiũt, sed ignes, aquas, ligna, lapides,& vniuersa penè elementa armorum materiam faciunt,& in præliandi argumenta conuertunt.Iste verò quò acriùs impugnatur,eò robustior inuenitur: & quò magìs corpus per tormenta diffenditur,eò magìs fides augetur. Insuperabilis deniquè miles est,cui virtus ex vulneribus crescit,ex minarum terroribus animositas surgit. Noua & inaudita pugna est, vbì peregrinus expugnat vrbem, incola ciuitatem,vnus populum,imbellis cuneum,inermis aciem,persona deijcit legionem.Mirabilis & stupenda victoria est, vbi viuit qui occiditur, surgit qui deijcitur,vincit qui superatur, & postquàm mortuus

Corporalis mors, principium vitæ animæ nostræ.

fuerit,omnem aduersæ partis aciem ad sui Imperatoris signa conuertit. Vbi mors euaditur,cùm subitur: vita incipit,cùm finitur. Nouum litigium,vbi iudicio præsidet populus,& vnus deducitur iudicandus:vbi vnus innocẽs accusatur,multorum damnabilium censura depromitur,vbi iustus vapulat,reus damnat.

Sed inter omnes beati Apollinaris non dicam iudices,sed carnifices,non Præsides,sed tortores,tua,Messaline,crudelitas luporum excedit rabiem, leonum exuperat feritatem. Nam post cruẽtorum verberum cædem,post patentiũ vlcerum multitudinem, post eculei appensionem,post aquarum feruentium vstionem, eius saxo contundi præcipis, & nouo tormenti genere verba verberibus punis. Ecce artifex sæuitia tua per effusam fellis amaritudinẽ noui re supplicij fecit author rem: & cęcatus per iracundiam mentis oculus illud excogitando nouo supplicio præuidet, quod sano consilio conspicere vix valeret. Et reuerà quid tibi reliqua membra fecerant cùm laniabas,cùm cruciabas,cùm torquebas,cùm omnia immaniter & lupinis morsibus depascebas? Ore te offenderat,ore te obiurgauerat, ore frontis tuæ inuerecundiam confutabat.Muta membra nil fecerãt. Cur ergò,quod non admisit culpam, sustinet pœnam? quod non læsit,cur læditur? quod non delinquit,cur vindicatur? Si vis ergò in reum districtæ sententiæ tuũ proferre vigorem, verbum examinetur, verbum iudicetur,verbum verberibus torqueatur. Et quid plus dicam? Anima linguæ,quæ peccauerat,ipsa moriatur. Sed quid prodest,si in eum exerceas vindictam, in quo vindictæ nequeas compescere causam? Si contuderis os carneum, est qui interiùs fabricet aliud,quod quidem possis audire, sed nulla valeas animaduersione punire,ille videlicet,qui discipulis suis dicit: Ego dabo vobis os & sapientiam,cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri: ille,inquam, qui dicit: Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.

Luc.21.

Matth.10.

Sed iterùm in carcere horrifico clauditur,grauissimo catenarum pondere constringendum quidem omninò carcer sufficeret, etiam si catena deesset : ad pondeditur,in ligno extenditur,omni alimentorum sustentatione priuatur. Ad cõtendum autem sufficeret ignis pœna,etiam si famis cessaret inopia. Sed cui reseca subtrahitur, cælestibus epulis enutritur. Et victus, quem iudicis impietas negat, Dei largitas administrat. Et quod non tribuit carcerarius, minister hominis factus exhibet Angelus. Angelus enim Domini nocte veniens ad cum, dentibus custodibus, pauit & confortauit. Quàm delicioſa fame affligitur, cælestis promptuarij dapibus satiatur, cui cælum fit cellarium, cælestis prouisio exhibet ministerium. Quàm feliciter miser est, qui dum terrenis eger impudicijs, Angelicis fulcitur obsequijs, cui xenium diuinitùs mittitur, angelitius ministratur.

Cælitùs depascitur sanctus Apollinaris.

Sed ô quàm pulchrum spectaculum,& quanta spectantium admiratione dignissimum, cùm tam strenuè dux Imperatorem sequitur,martyr Regẽ imitatur. Quis enim posset ab illius spectaculi visione satiatus abscedere,si ad videndũ quod iuuabat videbatur,clarum mẽtis oculum potuisset habere,cùm cerneret inuictissimũ latorem

latorem Christi, in carceris horrore concluſum, quem tam alacriter expectabat splendidissima aula regni cælorum? cùm adspiceret ciuem cæli cum tanto triumpho de exilio ad patriam reuocari? cùm videret Christi militem,tam potenter deuicto mundo,regna siderea penetrantem? Veruntamen adhuc differtur,adhuc in exilio retinetur,vt redeundi ad patriã magis ac magis desiderium augeatur : non enim cessat adhuc cruenta bestia totis malitiæ suæ viribus circa Christi martyrem insanire. Nam eccè iterùm catenatus, sicut de carcere trahitur, in naui ponitur, in exilium mittitur: deindè tempestas oritur, nauis frangitur, nautæ omnes naufragio moriuntur, beatus martyr cum tribus suis clericis & duobus militibus liberatur.

Eripitur à naufragio.

Quid est hoc,Messaline? Cur iterùm vesanis? Cur irerùm deciperis? & amisso rationis consilio,quid irrationabiliter facias non attendis? Eià rogo,dic mihi,quis potest exulem in exilium mittere,quis peregrinum peregrè destinare? Antiochenus potest de Rauenna in exilium dirigi? Orientalis de occiduis finibus deportari? Sed dum facis exulem,significas ciuem.Et cùm iure postliminij reuersus fuerit, in vrbanæ conditionis titulos,quibus deportatus fuerat legibus remigabit.Et certè si vir sanctus exilium timuisset, Rauennã vsque de Antiochia non venisset.Postremò quem longiùs ire compellis, cur catenarum nexibus non absoluis? Si vis tenere,cur mittitur? Si vis mittere, cur ligatur,maximè cùm catenæ tuæ non magis nexibus ligent,quàm ponderibus grauent? Econtrà vbi mare detumescit, tu inflaris: vbi ventus vim temperat, tu spiras: vbi Eurus cessat,tu sufflas: quem procella metuit mergere,tu non dubitas in oculeo subleuare: quem frigida vix audet vnda perfundere,tu non times aquis feruentibus elixare.Furor tuus omnium beluarum excedit sæuitiam. Stoliditas tua ipsam insensibilium rerum exuperat ignorantiam.Interroga nautas tuos,disce furores tuos. Eccè vbi ipsi vix tandèm laborando fessi brachijs pereunt,nostri ligati iacendo,& absque vlla molestia sui laboris, euadunt. Milites autem,& si non pereunt,tibi tamen funditùs pereunt. Nam iussum est militiam exulis. Aiunt enim ad eum milites: Domine pater, quò ibimus? quid faciemus? Quibus ait: Baptizamini in nomine Iesu,& viuetis. Qui statim renunciantes idolis baptizati sunt,in nomine Patris,& Filij,& Spiritûs sancti.

Spiritu Messalini in Christi martyrẽ quanta fuerit.

Nos autem,fratres dilectissimi,qui veritatem iterùm,Deo authore,recognouimus,qui tot virtutum insignia præ oculis posita ad exemplum imitationis habeamus,studeamus ad illam beatitudinem omni desiderio tendere, in qua iam nouimus triumphatores mundi de laborum suorum remuneratione gaudere.Eorum vestigia teneamus in via, quorum societatem habere desideramus in patria. Procedò illic erimus quod sunt, si hìc fuerimus quod fuerunt. Nam si compatimur, & conregnabimus : si commorimur, & conuiuemus. Et si complantanti facti sumus similitudini mortis Domini, similes & resurrectionis erimus. Non ergò diuidamur in itinere, si iungi volumus in peruentione : non abhorreat momentaneæ potionis amaritudinem bibere, qui ad perpetuæ incolumitatis dulcedinem desiderat peruenire. Qui vult adscribi inter milites Christi, nunc se accingat viriliter ad conflictum,vt post peractam militiam, beatæ quietis accipiat

Sãcti in cælis iam de ua remunerationegaudent.

2.Tim.2.

Rom.6.

2.Tim.2.

nuncupatum : nunc se præparet congredi,vt meritò valeat post victoriam coronari. Non enim coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Nam delicatus est miles, qui priùs vult vincere quàm incipiat dimicare, qui vult sine pugna victoriam, aut sine victoria anhelat ad palmam. Stultus autem agricola, qui vult turgentes vuarum botros de vite suauiter carpere, & negligit propaginum surculos laboriosè plantare: cupit implere frugibus horreum,non curans excolere inhorrescentem vepribus agrum. Sic, fratres mei dilectissimi,angustam nobis expedit & asperi laboris viam cum sanctis in hoc seculo carpere, si postmodùm volumus ad eorum gaudij latitudinem peruenire. Qui enim dicit se in Christo manere,debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Proculdubiò autem à vestigijs Christi exorbitat,qui anguſtam fugiens, latitudinis viam calcat. Per multas enim tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Eccè beatus Apollinaris, cuius hodiè nobis festiua dies illuxit, non terrenos honores voluit, non fallaces diuitias congregauit,non mundi gloriam petijt, non transitoriæ possessionis prædia dilatauit : proprios quos spreuit,patriam dereliquit, semetipsum quoquè funditùs abnegauit. Ad extre-

1.Iohan.2.

Act.14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

extremum quoquè per ferrum, per gladios, per tela, per ignes, per nouas & inu-
meras mortes regna siderea penetrauit. Sic in sanctis luce clarius manifestatur,
Matth.11. quod per Veritatem in Euangelio dicitur: Quia regnum cælorum vim patitur, &
violenti diripiunt illud.

Duo sunt martyrij genera: corporale scilicet, & spirituale.

Neque tamen hoc dicimus, vt illi solummodò cælestibus digni præmijs habean-
tur, qui persecutorum gladijs feriuntur. Sæpè enim multi perfectæ & laudabilis vi-
tæ viri, toto mentis desiderio ad martyrij voluërunt culmen attingere, sed qua di-
uina prouidentia aliter sensit, in suo gradu coacti sunt remanere, qui etiam si ne-
quaquàm fuerint per martyrium consummati, à martyrij tamen gloria minimè
sunt alieni. Nam & sancti Apostoli beati Apollinaris, Adhæritus videlicet, & Ca-
locerus, Matianus, & Eleuchadius, licèt nequaquàm carnificum gladio sint percus-
si, à martyrij tamen desiderio nullatenùs creduntur fuisse extranei: sed omnipotens
Deus, qui eos ante secula clementer elegit, in quo voluit ordine profunda consi-
lij sui dispensatione constituit: quæ quanuis sit nobis occulta, nullo modo tamen
credi debet iniusta: quanuis sit incomprehensibilis, nullo modo tamen censenda
reprehensibilis. Architectus cùm parietem domûs ædificat, alios lapides in æ-
qualiter construit, alios in summis artificiosa sublimitate componit. Sed dum illi
superiùs eminent, isti inferiùs iacent, concordi diuersitate vnum simul complent.
Sic peritus artifex cùm aurea vel argentea vasa componit, alijs diuersas sculpturas
& imagines imprimit, alia verò solummodò polita ex studio derelinquit: vt diuer-
in his, hoc est simplicibus, naturalis color clariùs rutilat, in illis verò anaglyphi
sculptoris ingenium ars studiosa commendat, spectantium oculos pulchra ad se
rerum varietas trahat. Indumentorum quoquè regalium alia videntur conchylij
vel muricis sanguineo rubore perfusa, alia verò niuei coloris nitore candere-
tia. Sed dum ex propria qualitate inter se admodùm differunt, vnam tamen di-
gnitatem de eo, quod communiter contegunt, corpore Regis trahunt. Sic nimi-
rùm omnipotens Deus, dum electos suos ad vnius felicitatis gradum prouehit, Ec-
Varia eccle-sie membra. clesiæ suæ corpus per varia membrorum lineamenta distinguit. Hinc est enim,
quod per Apostolum dicitur: Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam
Ephes.4. autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autè Pastores & Doctores, ad con-
summationem sanctorum in opus ministerij in ædificationè corporis Christi. Sed
Matth.7. licèt varia sit diuersitas transeuntium, vna tamen est via, per quam transitus fit
nimirùm, quam Veritas se sequentibus sternebat, cùm diceret: Angusta est via, quæ
ducit ad vitam, & pauci sunt qui ingrediantur per eam. Hanc viam ipse Dominus
tenuit, per hanc quicunque eum sequi voluërit, incedere iussit. Hanc viam sancti
martyres omni studio tenuerunt, antequàm ad martyrium pertingere meruissent.
Angustam viã perfectè tenere, quid sit, Angustam quippè viam perfectè tenere est, voluntates proprias in omnibus fran-
gere, & maioris imperio humiliter obedire. Quisquis autem per propriæ arbitrij
latitudinem defluit, pedem mentis ab angustæ viæ semita declinauit. Sed tamen
per hanc suum iter plenius dirigit, quanto se arctiùs in ligno clauis obedientiæ
crucifigit.

Sed quandò ad ædificationem nostram, dilectissimi, huius tam præcipuæ virtu-
tis exemplum ponere volumus, quia de nullo citiùs occurrit, hunc, de quo agere,
beatum Apollinarem ad medium deducamus. Vt enim iam audistis, in ipso gesto-
rum illius narratur exordio, quia beatus Petrus Apostolus ait Apollinari discipu-
S. Apollinaris Rauennam mittitur: lo suo: Quid sedes nobiscum? Ecce eruditus es de omnibus quæ fecit Iesus. Surge,
accipe Spiritum sanctum, simulque Pontificatum, & perge ad vrbem, quæ voca-
tur Rauenna: multitudo enim populi illic moratur: prædica eis de nomine Iesu,
& nè formidaueris. Et paulopòst subiungitur: Et osculans eum, emisit à se. Perge,
dite, fratres mei, quàm libera in magistro præcipiendi authoritas, quàm deuotus
discipulo obediendi humilitas: quàm promptus ille fuit ad imponendum iugum
rijiugum, quàm iste paratus extitit ad submittendum obedientiæ collum. Ille
sionis suæ seueritatem blandiendo non temperat, iste tanti laboris sarcinam
non recusat. Solent mundana eloquentia eruditi, locutionem suam rhetoricis flo-
loris suauitate componere, & quæque difficilia, cùm volunt, blandis & exquisitis
verbis leuia demonstrare: vt si quandò graue aliquid imperant, auditorem ad con-
uota conuertant. Beatus verò Apostolus non blanda verba composuit, non ra-
euentum prosperum repromisit, sed rem difficilem simpliciter imperauit. Nec

hæc illud etiam ad mentem redit, quod Dominus Abrahæ, dissimile quidem, sed
non dissimiliter iussit: Tolle, inquit, filium tuum, quem diligis Isaac, & offer illum Gen 22.
mihi in holocaustum. Sufficeret nanque Domino dicere, Tolle filium tuum, sed
adiungit, Quem diligis Isaac: vt reducta patri ad aures dilectione filij, probaretur
in animo quantus viueret amor Dei, quatenùs audita dilectio filij paternum pe-
ctus accenderet, sed rursùs exuperante diuini amoris flamma, semetipsum obedi-
entiæ gladio mactans, in ara cordis veriùs immolaret. Hoc etiam modo beatus
Apostolus, cùm discipulo suo diceret, Perge Rauennam, àc si terrorem sibi vellet
incutere, protinùs addidit, Multitudo enim populi illic moratur.

Poterat autem beatus Apollinaris magistro suo verbis huiusmodi respondere:
Multitudinem populi dicis, & vnum contra multitudinem dirigis? Multa esse ho-
stium agmina ipse non negas, & vnum inermem hominem contra eos mittere
non formidas? Quomodò pugnabit nuda lingua vnius hominis aduersùs arma-
tas manus aduersariæ multitudinis? Quid poterit imbellis peregrini persona ad-
uersùs tot frementium ciuium agmina? Non benè coæquatur pugna, vbi ex vna
lingua iaciuntur verba, & ex innumeris manibus incutiuntur verba: vbi hinc
emittuntur sermones, indè euolant vectes. Saltèm vnum mihi socium dares, sola-
tium tam irremeabilis peregrinationis, vel etiam ipsius prædicationis adiutorem
impénderes. Nam & ipse magister tuus Dominus Iesus Christus, cùm vos ad prædi-
candum mitteret, semper, prout opùs erat, vobis solatium adhibebat. Euangelista Luc.10.
quoquè, qui illum septuagintaduos destinâsse ad prædicandum narrat, non vnum,
sed binos ante faciem suam misisse pronunciat.

Hæc & multa huiusmodi excusationis verba beatus martyr potuisset obten- Nõ est præ-
dere, si indomita ceruice mentis iugum voluisset obedientiæ detrectare. Ve- ceptis Supe-
rùntamen non restitit, non contradixit: sed mox vt iubentis accepit imperi- riorum cõ-
um, omninò credidit necessarium, quod sibi per os magistri ab ipso Domino tradicendũ,
cognouit iniunctum. Et vt per omnia in virtute obedientiæ beatus Apollinaris sed simplici-
Abrahæ similis videatur, sicut illi Deus præcepit dicens: Exi de terra tua, & de co- ter obediẽ-
gnatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrauero tibi: qui dũ, quia Do-
nihil hæsitans paruit: Sic & iste mox vt verba Apostolicæ iussionis accepit, proti- minus per
nùs ad obediendum spe certa animum roborauit. Et quod docturus erat verbo, cos loqui-
operis præmonstrauit exemplo. Hoc deniquè studuit humiliter exhibere subie- tur.
ctus, quod iustè accepturus erat & ipse prælatus. Et, sicut de Domino legitur, priùs Gen.12.
coepit facere, & postea docere: vt in semetipso expertus disceret, qualiter accepta Act.1.
potestatis authoritate, alijs imperaret.

Sed quàm pulcher diuinæ dispensationis ordo cognoscitur, si huius rei dignitas
pro sui merito studiosè pensetur. Nam qui ab Adam primum inobedientiæ viti-
um malè instructi didicimus, primam obedientię virtutem ab hoc beatissimo mar-
tyre edocti sumus. Et sicut ille inter cætera vitiorum germina primam inobedien-
tiam, non loquendo, sed præuaricando, carnalem sobolem docuit: ità iste inter
alia documenta virtutum, in primis obedientiam, non loquendo, sed faciendo,
filios spirituales instruxit. Qui ergò inobediendo à supernæ patriæ sublimitate Iohan.6.
ceciderunt, ad hanc versis vestigijs per obedientiam de exilij nostri deiectione re-
dimus. Hinc est enim, quod per Veritatem dicitur: Omne quod dat mihi Pa-
ter, ad me veniet, & eum qui venit ad me, non eijciam foràs. Qui enim ad pri-
mum Adam non obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, in eo, Philip.2.
verò Adam factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, in eo,
quòd ad se venientibus exemplum obedientiæ tribuit, eos à paradisi gaudijs non
expellit.

Ad hæc gaudia, dilectissimi, redire festinemus, non passibus pedum, sed bono- Si per bono
rum profectibus operum. Nondùm seculum fortasse reliquimus, nondùm abre- rum profe
nunciatorum more vnum præ cunctis, cui obedire debeamus, elegimus: hanc ta- ctus operũ:
men virtutem, per quam præcipuè ad cælum reditur, obedientiam dico, habere ad paradiſi
cum Dei adiutorio possumus. Neque enim de renunciatoribus Saul fuerat, qui ab gaudia redi-
irato contra eum Samuele audiebat: Nunquid vult Dominus holocausta, & vi- mus, profe-
ctimas, & non potiùs vt obediatur voci Domini? Melior est enim obedientia, ctò sola fi-
quàm victimæ. Quisquis ergò perfectè vis hanc habere virtutem, esto obediens des non suf-
Deo, nec tamen sis inobediens proximo. Vis audire qualiter obedias Deo? Caue ficit ad sa-
lutem, vt di-
cũt hæretici.
1.Reg.15.

quod prohibet. neque enim vnum sine altero valet esse perfectum. Vis etiam audire qualiter obedias proximo? Cùm te frater tuus videt in aliquod vitium delabentem, & corripit te in bono opere tepidum, & ad feruorem te verbis charitatiuæ exhortationis accendit: si non resistis, si non contradicis, sed humiliter audis, & te ad id, quod vocaris, accingis, mox reditum tuum ad patriam, vndè inobediens deiectus fueras, per virtutem obedientiæ reformabis. Hoc itaque modo etiam si non valeas pro Deo mortem subire, vales tamen vitam Deo amabilem ducere. Magnum quippè est mori pro Christo, sed non est inferius viuere Christo. Vtrumque enim in statera Paulus æqua lance pendebat, cùm diceret: Siue enim viuimus, Rom. 14. Domino viuimus, siue morimur, Domini sumus. Dicis mihi: Non possum inuenire martyrium: Exhibe te martyrio dignum, & martyrij consequeris proculdubiò præmium. Non potes sanguinem fundere, potes temetipsum pœnitentiæ telo percutere, & in cordis contritione mactare. Præparetur ad feriendum iugulus, non deerit remunerator, etiam si defuerit gladius. Decet carnifex, qui ceruicem exteriùs feriat: adest Iudex, qui bonæ voluntati præmium reddat. Gloria enim in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Amen.

HISTORIA TRANSLATIONIS CORPORIS BEATISSIMI GERMANI EPISCOPI PARISIENSIS, PER *monachum quendam monasterij eiusdem S. Germani, qui eam ex ore Caroli Magni Imperatoris scripsisse asserit.*

Iulij 25.

PER AEPRECIVM reor nequaquàm silentio præterire, qualiter beatissimus Germanus venerabilè corporis sui transpositionem præcuntibus voluit signis ostendere. Etenim cùm ducentis circiter vel eo amplius annis in porticu ecclesiæ beati Vincentij leuitæ & martyris, iam quidem basilica facta, sanctum eius corpus sepultum cuisset humatum, anno xxiij. quo Carolus Pipini senioris filius regni Francorum tenebat monarchiam, venerabilis vir Lantfredus præfati monasterij pater, diuini spiritûs incitamento succensus, qualiter tanto patrono cõdigna deberet augeri veneratio, vt videlicet eius sanctissima membra infra maioris ecclesiæ aulam transferri debuissent, tacitus secum mente tractare, atque deuoto non destitit corde rimari. Sed quoniam pijs semper conatibus impedimenta huius se mundi obijciunt, eiusdem negocij dilato tempore, à suprascripto principe legationis causa in Aquitaniam mittitur. Interea Carolus moritur: idem verò Abbas ab Hunoldo ipsius Aquitaniæ patricio quasi explorator tribus semis annis inuitus detinetur. Sed tandèm subdstituto in regno Pipino minore, firmataque inter regna pace, Lantfredus absoluitur: qui reuersus annis ferè duodecim in restauratione monasterij, quod eo absente dissipatum fuerat, occupatur.

Carolꝰ Martellus Franciæ monarcha.

Lantfredus monasterij S. Germani Abbas.

Pipinus minor Francorum Rex.

Sed licèt his & alijs causis præpeditus, tamen nè deuotionis pristinæ posset edacitas uisci, recentibus & admirandis beati Germani rursùs cœpit miraculis admoueri. Siquidem anno sequenti, ex quo Apostolicæ Sedis Pontifex Stephanus ingressus Gallias, excellentissimi Pipini, quem idem vnxit in regem, contra gentem Longobardorum Romanam Sedem crudeliter opprimentem expetiuit auxilium, quidam fœminæ huiusce modi ostensa est visio. Putabat enim se quasi causa orationis

Fuit hoc sub annum 754.

Visio cuiusdã fœminę.

noctis tempore ad ecclesiam beati perrexisse Vincentij. Vbi dum veniens claustra ecclesiæ ianuas reperisset, ante fores orationi procumbens, audiuit psallentium multitudinem infra eandem ecclesiam resonantem, atque omnem humanæ cunditatis cantilenam modulationis suauitate superantem. Cumque tanti raculi auditu attonita, quid hoc esset, cuperet agnoscere: subitò quasi quandam præclari adspectûs pueri ministerio conspicit ecclesiæ sibi ianuas apertas, tantique splendoris luce eandem repleri, quæ etiam diei vinceret claritatem. Quam cùm ingressa fuisset præcedente se puero, respicit in partem finistram eo-

regionè sepulcri beati confessoris Germani: & eccè multitudo virorum angelicis vestibus indutorum, inter quos etiam præfulgidi adspectûs conspicit virum, niueâ senectutem canicie præferentem, cui quasi recognito ait: Sanctissime domine Germane, multum, inquiens, iam temporis est, quo hæc quæ video seruus tuus Lantfredus fieri desiderabat. Et ille: Scio, inquit. nam hodiè viginti anni sunt, ex quo ego illi, vt hinc me transferre deberet, ostendi. Tu autem vade & dic ei, quoniam voluntatis eius deuotio omnimodis mihi placet, at verò exquendi operis tarditas valdè per omnia displicet. Et si me hinc vel tandèm transferre deliberat, retrò beati Stephani altare me ponat. Quam visionem mulier dum Abbati & fratribus retulisset, duobus indicijs veram fuisse probârunt: fuit quia numerum annorum sola Abbatis retinebat memoria, seu quia omni congregrationi, quòd in altari quoquè sanctæ Crucis beati Stephani reliquiæ essent, adhuc manebat incognitum, quas tamen postmodùm sagax inquisitio prodidit.

Locum in quẽ trãsferatur suum corpꝰ S. Germanus designat.

Tunc sæpedictus Abbas glorioſissimum Regem Pipinum adijt, & tam ea quæ sibi præcedenti tempore ab ipso sancto fuerant ostensa, quàm etiam illa quæ nupèr ipsi fœminæ fuerant reuelata, fideli studuit narratione suggerere. Audiens autem hæc gloriosissimus & Dei cultor Rex Pipinus, gaudio gauisus est magno: conuocatisque vniuersis regni sui præsulibus, eis mysterium sibi reuelatum innotuit, qualiterque tantum perficere negocium debuisset, solerti ab eis indagine perquisiuit atque tractauit. Deindè quomodò illud expleuerit, licèt ipse non viderim, tamen multis qui viderunt narrantibus agnoui. Ex quibus omnibus vnum mihi in hoc opere excellentissimum authorem ponere placuit, dominum videlicet Carolum gloriosissimum Imperatorem, qui tunc puer septennis operi pijgenitoris interfuit, & ea quæ ibi vidit, admiranda memoria retinebat, necnon & admiranda fatebatur. Cuius vtiquè verbis maiorem vt decuit fidem adhibui, quàm si ea quæ dicebantur ipse vidissem. Vndè tot ferè tam Episcoporum quàm Abbatum, siue etiam reliquorum totius regni nobilium hęc eadem audientes, huctenùs testes existunt, quot penè magnitudo eiusdem ecclesiæ, vbi hæc stans loquebatur, capere poterat. Aiebat nanque (vt verbis ipsius eloquar) ad omnem circunstantium multitudinem: Videtis ó populi condignum decorem huius ecclesiæ. Reminiscor certè illius temporis, quo nihil horum ornamentorum, auri scilicet & argenti, excepta hac cruce, hîc fabricatum erat. Dominus itaque Germanus in illa adhuc crypta quiescebat. Et parùm quidem illud, quod ibi habebatur, pro magno computabatur. At vbi ipso sancto demonstrãte genitori meo placuit, vt hunc in hac orientali parte huius basilicæ tumulare condignè farageret: libet mihi narrare, vidisse me ibi talia miracula, qualia posteà nec vidi, nec anteriori tempore de aliquo sanctorum facta relegi.

S. Carolus Magnus adhuc puer translationi S. Germani interfuit.

Adueniente nanque bonæ memoriæ genitore meo vnà cum proceribus regni sui, adest optata dies: aperitur terra, leuatur cum omni facilitate ipsum sanctum corpus cum suo sepulcro diligenter clauso, atque pariete ecclesiæ perforato, intra aulam huius occidentali in parte cunctis exultantibus reponitur: ibique reliquum diei & sequentis noctis officium dignè celebrantes, crastinum præstolati sunt diem. Nec mora, adest primo manè diuæ memoriæ genitor meus, ego quoque germanusque meus pedisequi ipsius cunctique proceres ipsius regni, cupientes cœptum opus ad finem honestum vsque perducere. Vectes autem præparati sunt longissimi, quibus superpositum deberet sanctum corpus à multis efferri, non propter ponderis grauedinem, quod iam experti erant à paucis posse portari: sed propter religiosum obsequium, quòd gaudebat se vnusquisque vel alijs portantibus vectes contingere posse. Tum autem religiosè accedens ipse genitor meus & primates electi ab ipso, appræhenderunt sepulcrum, volentes perficere opus inchoatum: sed ità multorum manibus leuare nitentium perstitit immotum, acsi radicitùs terris teneretur affixum. Et cùm ab his diù diuersis machinis labor fuisset exercitatus, cœpit ipse genitor meus omnesque optimates illius contristari, seque metipsos vehementer reprahendere, quarè cum de loco quem sibi vicinum elegerat, in quo tot annorum curriculis iacuerat, leuare præsumpserint: vocanturque Episcopi, & interrogati dixerunt: Scit, ó gloriosissime Rex, serenitas vestra, beatissimum Germanum Episcopum esse, ideoque nobis

Caroli Magni Imperatoris, de translatione eius narratio.

Manet immobile corpus eius nec vllà Rege leuari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rectum videtur, & hoc ipsum sanctum delectari putamus, vt ab Episcopis sanctum eius corpus transferatur. Omnibus autem hoc consilium collaudantibus, & multa prece hoc ab eis fieri deposcentibus, remotis cæteris, accedunt Episcopi, conantúrque à terra leuare eum: sed nihilominùs ipsos vectes apprænhendentes, aliquantò diù frustrà laborantes, impossibilitatem suam omnibus patefecerunt, sepulcro immoto manente. Cunctis autem impossibilitatem ipsum leuandi expertis, tumsùm consuluntur Episcopi: dixeruntque, Certum est nobis, ó pijssime Rex, beatum Germanum se hinc ad designatum locum transferri velle: tamen quia nec celsitudo vestra, nec humilitas nostra id perficere potuit, opinamur quòd ipse sanctus seruientes sibi in hoc monasterio fratres de baiulatione sui corporis honorare velit, quo eos semper rectiùs & amabiliùs in sanctitate ipsi seruire delectet. Assensi sunt omnes, iussiq; accesserũt ipsi monachi ad sancti tumulum, volentes eum à terra leuare: sed nulla arte id facere valentes, diù multumque inaniter laborantes fatigati, impossibilitatem suam & opere & voce fatentes cesserunt.

Similiter nec ab Episcopis.

Nec à monachis.

Flet Pipinus Rex.

Pijssimo autem genitore meo flente, cunctisque optimatibus ipsius vehementer contristatis, extitit quidam qui diceret: Si dignetur clementissimus dominus noster Rex audire verbum ex ore tãtilli serui sui, causas huius impossibilitatis pueri to me veraciter narraturum. Est in hoc pago Parisiaco villa vestra vocabulo Palaciolum, & in circuitu ipsius sunt villæ istius monasterij constitutæ: ipsi autem fiscalini vestri ob fortitudinem celsitudinis vestræ valdè sunt insolentes & remerarij, & multa mala contra hunc locum perpetrant, videlicet homines & pecora cædendo, & occidendo, vineas & messes, prata & syluas deuastãdo, atque in alijs modis familiam huius ecclesiæ persequendo & affligendo. Ideoque spero quòd hanc à larga munificentia vestra hic beatissimus his impossibilitatibus expoſcat antistes. Quo audito, piæ recordationis genitor meus, stupore attonitus magno, ait: Vere iusta est in hac parte tribulatio nostra, & pia extat beatissimi Germani circa nos admonitio: quia dum nos valdè fuimus intenti hoc opus ócyús consummare, non auaritia nobis, sed obliuio hunc mœrorem, quem perpessi sumus, nosciut induxisse. Et ponens vadium suum super sanctum tumulum, Accipe, inquit, beatissime Germane villam nostram Palaciolum cum omnibus appendicijs suis, tibi familiæque tuæ hactenùs inimicam, amodò autẽ & deincèps perpetualiter futuram: tantùm vt sacri corporis tui portitor dignus existam. Simulque cum hac voce mittentes tam ipse quàm optimates ab ipso electi manus ad feretrum, tanta cum celeritate ac facilitate leuârunt, acsi nihil in se ponderis haberet. Visu autem tanto miraculo, tam Episcopi quàm reliqui clerici, quàm magna poterant voce, Te Deum laudamus, te Dominum confitemur, præcedentes sanctum feretrum iubilare cœperunt. Sed quis dignè referre queat lætitiam atque alacritatem totius populi, quomodò vnusquisque gaudendo certabat humeros sancto feretro supponere? Multi autem quibus hæc facultas minimè dabatur, magnum sibi lucrum ducebant, vel extremam partem vectium manu contingere posse. Alij verò quibus & hoc minimè suppetebat, vel vestes portantium se contingere posse gaudebant.

Rex tradit villam Palaciolũ nomine S. Germano ꝑpetuò possidendã.

Trãsfertur corpus eius.

Attẽde populi deuotionẽ erga sacras reliquias.

Attẽde miraculum.

Ventum erat ad fossam in orientali parte huius ecclesiæ, quæ præparata tantum onus expectabat susciperе: & eccè altera nascitur difficultas. Nam vectes, per quos sanctum delatum fuerat corpus, ob longitudinem sui & breuitatem eorum ptæ, ipsum sarcophagum fossæ aptari prohibebant. Iuuat ergò paululùm sistere, donèc quid facto opùs sit pleniùs possit videri. Consenserunt omnes, vt vectes superiori parte inciderentur, quatenùs ipse sarcophagus fossæ coaptari posset. Sed his obstitit genitor meus, dicens: Vereor nè dum secundùm vestram sententiam vectes reciduntur, sanctum sepulcrum his superpositum in aliquo, quod absit, datur: tutius ergò consilium exindè quærere oportet. Et illo hæc dicente, nullus hominum tangente, sed cunctis in verbo Regis suspensis, repentè motus est sarphagus de vectibus illis, & celeri lapsu, cunctis stupentibus & præ timore oranentibus, depositus in fossam sibi præparatam. In ipsa autem motione tantus odor miræ & inexpertæ suauitatis de ipso sepulcro euaporauit, totamque hanc ecclesiam repleuit, vt omnes inibì consistentes, quasi in ecstasi à dulcedine illa cœlesti per dimidam ferè horam nec aliquid sibi colloqui, nec se inuicem respicere possent. Tum demùm quasi de sopore euigilantes, vt data est copia fandi, inter se mutua cœperunt allocutione admirando conquirere quid sibi actum esset: respicientesque ad fossam, ipsum sepulcrum quod minutatim fractum esse timebant, vident sanum & integrum, tam ordinatè atque decenter compositum, vt nulli esset dubium hoc ministerio Angelorum fuisse peractum. Cunctis verò stupentibus, ego vtpotè pueriliter ludens, casu ipsam fossam insilij, vbì mox primum dentem de ore meo mutaui.

Eccè quid acciderit Carolo Magno in hac trãslatione.

EPISTOLA VENERABILIS HAIMONI MONACHI, *in miracula eiusdem sancti pontificis.*

STudiosis in Christo pijsque lectoribus, sempiterna salus & pax perennis à Iesu omnium dominatore dominantium. Quoniam non saturatur oculus visu, nec auris impletur auditu: siquidem pertrãsibunt plurimi, & multiplex erit scientia: hunc libellum miraculorum domini nostri Germani, elucentibus permicantem insignibus, per aliquorum manus minimè dubito reuoluendum. Hæc priscorum temporibus Danorum, Ranigenarij scilicet eiusque sociorum, meritis ipsius sancti pontificis superno fauore mundo concessa, ad aures vsque sereniſſimi Caroli digna passim relatione peruulgata fluxerunt. Quibus ille gauisus, veluti eorum preciositate se regnante munificentior redderetur orbis, mandauit ea solerti diligentia notari, atque ecclesiastico iure catholicis paginis aggregari. Tunc nanque memorati sancti præsulis cœnobio præerat dominus & Abbas vir venerabilis Ebronius Pictauensis ecclesiæ sedis Episcopus. Hic regali censura iniunctum sibi negocium quomodò perficere incumbens, duobus hoc delegauit agendum eiusdem nostræ congregationis fratribus, maturitate pariter ac scientia prouectis. Qui pro sui quisque sensus vbertate scorsùm scribentes, ediderunt exindè singuli singula opuscula: quod vtrunque à præfato domino antistite Ebroino alijsque recitantibus approbari placuit, sed alterum alteri vtcunquè præferri. Idcircò mansit amborum inusitatus labor vsque ad tempus domini Gozlini eiusdem loci præcipui patris. Quod cùm sibi iam aliquorum quidem post tempus annorum ità compertum fuisset, præcepit mihi non vt sapientiori, sed vt manuali potiùs fratri, quatenùs vnum è duobus coadunarem *corpusculum, tantùm vt si qua prorsùs inuenirem superflua recíderem, quæ ve minùs compta, florentioris styli venustate, nihil extra veritatem faciens, polirem. Quod ego fateor non viribus nisi cælitùs datis, aut ingenio tumens arripui, sed magis obedientia tanto primati debita fidens, suscepi: merebarque mihi noxam criminis, si iubentis domini iussa prosequi negligerem.

Miracula S. Germani Episcopi iussu Caroli Regis conscripta.

Ebroin⁹ Pictauensis Episcopus & Abbas S. Germani.

PROLOGVS HAIMONI MONACHI IN LIBRVM *primum miraculorum beati Germani.*

SIcut laude dignos credimus eos, qui gesta vel miracula sanctorum, quæ diuina virtus per eos operari dignatur, ad ædificationem fidelium scribere satagunt: ità absque dubio scimus culpari illos, qui pro desidia ac torpore mentis ea literis tradere ad profectum negligunt posterorum. Nam veluti à somno quotidiè ad amorem Dei studiumque benè viuendi excitantur plurimi legentes in libris facta sanctorum patrum, eorumque acsi præsentia sacra cernentes miracula. Proindè vnusquisq; talenti donum habens, timeat, nè fortè audiat quod ille malus seruus, qui accepram pecuniam, ac malè humo defossam, ad dominum sine vsuræ lucris reportare nõ formidauit. Et hoc non solùm sponte agendum, verumetiam & cùm iniungitur, summoperè iniungentis imperio parendum. Plura quidem ac stupenda dignaque relatu omnipotens Deus per eundem antistitem præteritis nostrisq; dignatus est patrare temporibus, quæ ob inertiam silentio sunt pressa, atque per incuriam scriptorum omissa. Tunc verò ea quæ nouiter cunctarum rerum conditori gratia eiusdem sanctissimi viri placuit operari, auxiliante Domino & ipsius sancti iuuãtibus meritis, iubente domino Rege, Ebroino antistiti eiusque monasterij rectori, licèt incompto atque inerudito, veraci tamen ac fideli sermone læti conamur perstringere, & vt veraciter sunt gesta, atque etiam in populo Nortmannorum iam vulgata, tam præsentibus quàm futuris legenda relinquere.

Matth. 25. Luc. 19.

LIBER

Universidad de Deusto
Biblioteca

LIBER PRIMVS MIRACVLORVM SANCTI *Germani Episcopi Parisiensis præcipui.*

Cap.1. Post mortẽ Ludouici Pij Gallia in partes diuisa, magnas passa est clades.

ANno incarnationis Dominicæ octingentesimo quadragesimo sexto, Regis autem præcellentissimi Caroli sexto, cùm regnum Francorum post obitum Ludouici Imperatoris varias diuisiones esset in partes, & peccata populi crescerent, sanguisque sanguinem tangeret, Deo permittente, flagitijs quidem exigentibus actum est nostris, vt exteræ nationes è proprijs egrederentur sedibus, videlicet gens Danorum, qui vulgò Nortmanni id est Septentrionales homines appellantur, & superbo tumentique corde cum valido nauium apparatu Christianorum fines intrarent. Qui huc illucque furentes, atque cum magna superbia cuncta gyrantes, ceperunt vastando diuersas insulas maris, donèc nemine sibi resistente fluuium Sequanæ ingressi, Rothomago sorte inonis principes (quod absque ingenti contritione cordis effari nequimus) ad beredibili applicarent. Cumque in eadem ciuitate aliquantispèr demorantes, regcœperunt vtriusque sexus multitudinem trucidare, captiuare, villas, monasteria, ecclesiasque depopulando cremare, totamque suæ libidinis immensitatem cum omni crudelitate in populum Dei debacchãdo exercere, quousquè ad locum qui vocatur Caroliuenna, ventis velisque suę malignitati iusto Dei iudicio secundantibus, vltra spem securi nauigando peruenirent. Tunc gloriosus princeps Rex Carolus, quia propter subitaneum eorum assensum ex toto non poterat, conuocata aliqua exercitûs sui parte, venit primùm ad monasterium Macharij Dionysij, vt eius orationibus fultus, securiùs contra Dei suosque pergeret hostes. Deniquè vt erat, vtì adolescens animo armisque strenuus, ad supradictum locum pugnaturus accessit, paratus non solùm dimicare, sed etiam pro fide proque defensione sanctæ Dei Ecclesiæ laudabiliter mori. Cuius aduersarij cognoscentes aduentum, diuerterunt ad alteram prædicti fluminis ripam, vbi quædam parua tantùm pars populi erat. Quibus confestìm in fugam versis, in insula quadam eiusdem fluuij ad opprobrium Christianorum plùs minùs centum xj. captiuos sudibus suspenderunt, multosque alios per domos & arbores confixerunt, atque nonnullos per villas cumposque miserabili insecutione trucidantes peremerunt: ipsoque sanctissimo Paschalis festiuitatis sabbato Parisius peruenientes, vacuam penitùs ipsam vrbem quondàm populosam, & omnia in circuitu illius monasteria suis habitatoribus deserta repererunt. Timor siquidem & metus vniuersos inuaserat, vtpote meritis iniquitatis diuino enudatos auxilio, atque ideò mundanæ defensionis delinitos solatio. Quis rogo non doleret antequàm bellum committeretur, fugarum exercitum: antequàm iaceretur sagitta, confossum, ante scuti allisionem ignominiosubactum? Vniuersorum nanque ordo penitùs in ecclesia confusus, atque à bonatatis studio permutatus, hoc ipsa priuatione boni vsque ad exitij fomitem digressatis vltione promeruerat. At pius pater iustus delinquentium semper correctorum rum nostrorum pondera crudelis damnaret, sed vt per immẽsam benignitatem largitatem afflictos emẽdaret. Tunc proh dolor sanctissimum beati Germani corpus de suo effossum sepulcro, in possessionem quandam eiusdẽ ecclesiæ, quæ Cubrs dicitur, delatum est. Sed quæ facũdia quisve sermo exponere posset, qualiter hæc agerentur quantusque in eadem ecclesia extitit luctus? Senes itaque ac iunones, pueri flebant & infantes, vtpotè nemo sese à lachrymis temperare valens, simiter & aliorum corpora sanctorum in eodem pago degentium exturnulata que per diuersa sunt loca deportata, exceptis membris duntaxàt Macharij Dionysij, sociorumque eius martyrũ. Quæ licèt à suis fuerint abstracta sepulcris, præsentiam Regis præsentiam non sunt tũncad alia loca transire compulsa. Statuit quippè, populo videlicet à se labẽte, vt vel iam dicti martyris monasterium deseret, eo quòd diuæ memoriæ genitor illius eum cùm esset paruulus eidem sancto speciali traditione commendâsset.

Attende tyrannidem Nortmãnorum in Christianos.

Deus tẽporaliter suos castigat, vt ab æterno supplicio conseruet.

Defertur S. Germani corpus in villã Cumbis asseruãdum.

Cap.2. Hoc intereà iuxta narrationis ordinem inseratur, quod dum sanctum eius moueretur corpus, cunctipotens Deus dignatus est ostendere. Nam dum in effossione ipsius,

ipsius, & quomodò portari deberet, vnanimes intenti essemus, cereis pro reuerentia accensis, casu accidit vt vnus, quem puer incautè tenebat, è manibus ipsius labẽs ueret, totoque priuatus extingueretur lumine. Quem cùm à solo idem puer cum omni velocitate leuâsset, lumen amissum ab altero mutuare cupiens, meritis tanti patroni actum est, vt statim in manibus eius cereus extinctus illuminaretur. Quod quidem mirum, nec ab re tamen ducimus, si ibidèm ignis diuinus resplenduit, vbi manuis lugubrẽ filius venerabatur lucis. Vndè qui aderãt vniuersi gratias Deo referentes, atque præclara pontificis merita collaudantes, cœperũt magìs magisque in psalmodijs Deique laudibus esse deuoti, quousquè opus licèt triste consummaretur honestè.

Cereus sancti viri meritis sponte accensus est.

Cap.3. Num visio illa, quæ ab aliquibus ipsius monasterij fratribus eadem nocte qua beatissimum eius corpus effossum est, antequàm aurora subsequentis appareret diei, ostensa est, vt non dicatur omitti debet? Cùm ergò ad fluuium Sequanæ sua quæque ad naues ferentes, prima ipsius noctis vigilia quidam perrexissent fratres, indeque ad monasterium iam remearent, apparuit eis, secumque etiam comitantibus famulis, tam immensus claritatis splendor super eam ecclesiæ partem, qua eiusdem sanctissimi viri corpus positum erat, vt claritati æquaretur diei, eademque ecclesia veluti igne suppositò videretur cremari. Qui cùm intra se nimiùm mirarentur, & eorum corda huiusmodi consideratione stupefacta hærerent, visio paulatim deficiens disparuit: peruenientesque ad monasterium, sciscitati sunt si aliquis fratrum ea hora cum lumine super ipsam fuisset ecclesiam. Nemine tamen qui fuerit reperto, cognouerunt visionem angelicam diuina virtute meritis sancti patratam, qui sua migratura ossa piosque cineres talis sibi claritatis concessa gratia munisse curauisset.

Sequana fluuius per mediũ ciuitatis Parisiensis trãsiens.

Lux cælitùs visa supra sanctas reliquias.

Cap.4. Illud quoquè insigne miraculum, quod ante biennium quàm hæc acciderint, cuidam monacho ipsius monasterij ætate & moribus grandæuo ostensum est, minimè oportet silere. Cuius exẽpla actusque eximij si sequantur, plurimùm prodesse poterunt ad salutem. Vidit idem quadam nocte positus in sopore beatum Germanum quasi suo egredientem de sepulcro, expeditum atque ad iter agendum præparatum. Qui veluti sciens eundem esse beatum Germanum Dei famulum, interrogauit humili voce, quò tali processu ire disposuerit. At ille migraturũ se ex eodem loco respondit. Qui rursùs animo quidem timenti interrogans, ait: Domine & sic hinc abieris, nos tantilli tui serui quid posteà faciemus? Cui quasì tristi vultu & cum magno mœrore, vt eidem fratri videbatur, ait: Et vos ex isto migrabitis loco. Attamen verè cognoscas, quoniam ego reuertar, vosque miseratione diuina simul cum tempore disposito remeabitis. Quam visionem verissimam fuisse, et quæ consequenti fine sunt complera, declarâ runt.

Visio cuiusdã monachi

Cap.5. Nec illud, quod cuidam in eadem ecclesia reuelante Christo patefactum est, silentio premere debemus: quoniam dum prædicantur talia, excitantur auditorum corda ad melliflua sanctorum deposcenda suffragia. Quidam verò religiosus eiusdem monasterij frater, cùm alij completorio peracto festinarent ad requiem, quò fessa post diei laborem corpora lectulis reclinarent, sese ille antè sepulcrum beati Germani peculiaris orationis causa proiecit. Cumque diù cæli ac totius mundi Dominum pro suis exorans delictis, opem beati Germani cæterorumque sanctorum intento corde fidelis cunctis deposceret, (iam enim frequens paganorum rumor ad nostras certissimè pererebuerat aures) anquindecim dies aduentús illorum hæc mirabilis sibi ostensa est visio. Nam ab oratione qua iacuerat surgens, apertis vidit oculis (vt olim totum mundum Pater Benedictus) sepulcrum beatissimi Germani veluti patefactum, ipsumque sanctissimum corpus indiruptis vestibus indutum, atque ministerio vt fuerat diuino in ipso sarcophago ordinatè compositum, quemadmodùm ipse post paulùm omnesque qui simul adfuimus dolendum inspeximus. Sic Dominus suo dilecto sanctusque Germanus ostendere voluit, quod in breui, peccatis nostris facientibus, erat implendum: nec visio priùs quàm visionis sequentia omnibus panditur.

Visio alterius monachi & quid talis visio præsignabat.

Cap.6. In memorato deniquè Caroliuennæ loco, ipsi Nortmannorum populi se victores sequeque superiores esse conspicientes dum adhuc morarentur, exeuntes è nauibus, cellam nostram, quę contra vel secus eundem locum posita est, cursu propero festi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

festinantes intrauerunt: vndè miraculum, quod illic tunc factum comperimus, optimum si narretur putamus. Nanque in eadem cella ecclesijs Apostoli Petri almique Germani ignem terque quaterque supponere nitentes, cùm defecissent, eas incendere amborum meritis non valentes, claustra eiusdem cellæ tandèm egressi, horreum quod ibi erat iuxtà positum intrauerunt, ex quo tantus flammarum globus aëris alta petens assèdit, qui quasdam arbores vltra etiam iam dictam cellam virentes incenderet, ipsas verò ecclesias intactas integrasque vt erant relinqueret. Cùm insuper ventus australis validissimè flaret, totumq; ferè incendium eandem in partem proijceret, ilicò septentrionalis eregionè spirans intumuit, atque in alteriùs partis latus australem mira conuersione reflectens, omnem vim ardoris pariter retorsit. Ità mirabilis Deus, qui per famulos suos secum fulgentes in cælis, semper mira communi pietatis gratia operatur in terris.

Nortmanni non valent incẽdere S. Germani ecclesiam.

Ignis ingẽs vicinus eidẽ nihil nocet.

Cap.7. Cùm igitur sabbato Paschali diffusa nauium classi Parisius, vt suprà dictum est, peruenissent, in crastinum cùm suos iam sol lucifluos emitteret radios, propria totum illustrans lampade mundum, è nauibus prorumpentes, ipsam ciuitatem, vt præmisimus, vicinaque suburbana absque habitatoribus repererunt: Ingressique monasterium beatissimi Germani, Dei fanum residuumque ecclesiæ quod securitatis damno remanserat apparatum contaminare, pollutisque manibus cœperunt destruere. Sed quia Domino miserante nec ibi virtus defuit eiusdem sanctissimi patris, minimè debent reticeri, quæ tunc illic totius mundi creatorad laudem sui nominis gratia ipsius pontificis ostendere dignatus est miracula. Quæ quia nemo nostrùm interfuit, penitùs ignorabamus: postèà tamen à fidelibus missis Ludouici Beuuariorum Regis Kobbone videlicet alijsque quos ad principem Nortmãnorum Horich nomine legationis causa direxerat, ea cognouimus. Qui nobis illa fideliter narrauerunt, quemadmodùm ipsi intestati sunt coram Horich, qui præsentes ex parte viderunt, atque ex parte ab ipsis qui tunc in ipsa ecclesia quandò hęc gesta sunt simul aderant Christianis audiérunt. Nam cùm trabes ecclesiæ miserrimus ille populus, qui erant abiegnæ & idcircò habiles nauigio, incedere tẽtauisset, tres ex maligno eorum numero ante altaris crepidinem beati Stephani inualidi totius virtutis robore ruentes ceciderunt, atq; confracti increduli Deoque odibiles animas, alijs timore perculsis, exhalãtes, perpetuas descenderunt ad vmbras, vbi edax vermis eorum non morietur, & nimius eorum ignis non extinguetur.

Vindicta Dei in deuastatores ecclesiæ S. Germani.

Esa.66.

Cap.8. Cumque illud Dei templum à trabibus ità cassatum, totumque simul depopularetur monasterium, accidit vt vnus eorum etiam apud eos nefandissimus, ad confessionem domini Germani strictum gladium polluta gestans manu (mira quidem dicentur) deueniret, columnamque marmoream, quæ ibidèm oranibus ad dexteram sita erat, tredeciès totius corporis annisu veluti capulãs hostem percuteret: cui continuò manûs dexteræ, qua columnam ipsam inciderat, vitium euanuit, vt post primum diem, quemadmodùm idem Kobbo vidit, qui & easiones nobis ignorantibus præsens ostendit, vsque ad infelicem eius ex hac vita decessum semper immobilis aridaque & vt fuerat extensa permaneret. Manubrium verò ferri ità manui compaginatum inhæserat, vt nunquàm ab ea aliquo ingenio vel arte, nisi cum cutis parte auelli potuerit. Qui tamdiù nimia vexatione cruciatus est, donèc miserrimam finiret vitam, plenus indignationis & iræ manibus dæmoniorum deuectus ad tartareas sedes Cocyti fœtidumque lacum auerni.

Alterius vastatoris manus manet immobilis & arefcit.

Cap.9. Operæprecium fore credimus, si & illud magnum narretur miraculum. Iam dum ipsum sanctissimum oratorium à crudelissima impiè violaretur turba tanta subitò nebulæ est densitate replerum, eiusdemque obscœni violatores uini iudicij cæcitate perculsi, quatenùs id metu ac tremore nimio paueſacti quere cupientes, vix ostia vel fores per quas intrauerant inuenire valerent. Sic in oberrando diutiùs fatigati, tandèm erumpentes quantocyùs effugerunt, tanto illo die tantoque peruasi terrore, quo nec ausi vlteriùs essent quacunque fetitate ipsam contaminare ecclesiam. Insuper & ità dysenteriæ morbo exanclati est vulgatum, sunt afflicti, vt dum quotidiè morerentur, nullus ex tanta multitudine se putaret euadere. Interea simulato languore, legationis causam simulgunt ad præcellentissimum Regem Carolum, vt eos cum pace fideles suscipiens,

Violatores templi cęcitate & incurabili affligũtur morbo.

ad propriam, dato regni tributo, redire permitteret patriam. His ità placitis, Rege quidem nolente, principibus tamen quibusdam, vt fatebatur, muneribus læsis, Ragenarius dux eorum cunctique principes ad Regem, qui tunc in monasterio Macharij Dionysij residebat, adducuntur, per deos perque omnia, quibus maximè se protegi & saluari putabant testantes, numina vel arma, quatenùs nequaquàm viteriùs vel sui regni * nisi fortasse auxiliatores intrarent aut contingerent. Qui ità dimissi, atque pro sui euasione quam minimè sperauerant gauisi, per iter quo venerant, accepta auri argentique summa imposita, læti rediérunt. Sed reuertentes, morbo quo in prædicta ecclesia perculsi fuerant, quotidiè deficientes cruciabantur, cruciatique nequissimas miserabiliter animas expirauerunt, nemine quos secum habebant Christianorum huiusmodi plagam sentiente. In quibus omnibus Dei est consideranda potentia, eiusque pietas amplectenda, qui tam mirificorditer saluat innocentes, tamque terribiliter sanctos suos mirificando punit profanos.

Dimittitur à Rege, sed omnes ex prædicto morbo pereunt.

Cap.10. Quod in eadem ecclesia, postquàm maior pars fratrum ab exulatu reuersa fuit, gestum est, silentio premere non debemus. necdùm enim sanctissima beati viri ossa ad proprium fuerant reportata sepulcrum. Vna nanque noctium custodibus eiusdem ecclesiæ dormientibus, antequàm fratres ad referendas Deo laudes more solito excitarentur, auditur ab eisdem coram altari sancti Stephani strepitus dæmoniorum ingens, velutì hominum multitudo ad aliquid putaretur discurrens. Qui confestim surgentes, & cum lumine totam ecclesiam circumeuntes, cùm neminem reperissent, intellexerunt fraudem fallaciamque dæmonum fuisse: qui nimirùm dolebãt se expelli à sanctis sedibus templi, in quo, dum à perfidis permissum fuerat pollui, haud dubium quin aliquantulùm iuxta illud, Et pilosi saltabunt ibi: intrandi licitum habuerint. Postquàm autem sacri eius cineres relati, atque suo loco Christo fauente sunt restituti, nil tale in eadem basilica ipsius sanctitate promerente auditum est.

Reliquiæ Sanctorum expellũt dæmones à suis templis.

Cap.11. Siquidem Ragenarius dux authorque totius memorati mali ante prefatum Horich Nortmannorum principem cum ingenti superbia veniens, ostendit ei quod secum hinc asportauerat aurum argentumque multum, dixitque quòd opinatissimam Parisius ciuitatem captam haberet, quodque mansionem Germani senis, quę in eadem terra decentissima habetur, intrâsset, insuper & quòd omne Caroli regnum sibi ratione tributi subiugatum haberet: Horich autem dum talia non crederet, iussit iam dictus Ragenarius partem incisæ trabis monasterij diui Germani feramque portæ Parisiacæ vrbis ante eum in testimonium adduci. Prætereà retulit ei quàm bonam quamque fertilem, vtì omnibus repletã copijs inuenissèt terram, populum verò eam incolentem, ad dimicandum pauidum actimentem. Referebatque dicens, quòd maiorem ibi mortui quàm viuentes haberent virtutem, nullumque sibi inuenerint resistẽtem præter Germanum senem mortuum. Hæc cùm dicereț, tremens ilicò ac pauens corruit in terram, atque terrifica cœpit voce clamare, Germanum coràm assistere, eumque se baculo quem manu gestabat grauiter flagellare. Quod vidẽtes Horich videlicet vniuersique sibi adstantes ipseque Kobbo Ludouici Regis illuc directus legatus, ex hoc quod acciderat stupore nimio permoti, admirati sunt. Idem verò Ragenarius sic humiliatus ac repentè contritus, aliorum manibus citò sublatus recessit: qui maximis per tridum tormentis ignominiosè afflictus, præcepit tandèm vnam auream suæ similitudinis statuam fieri, atque per eundem Kobbonem Germano seni deferri, spondens se si euaderet Christianum deincèps futurum, Deumque Christianorum indubitanter creditorum. Sed quia non erat ex ouibus Christi, idcircò quod petebat obtinere non meruit. Ità prorsùs inflatus, quemadmodùm nobis idem Kobbo manifestum fecit, ac totus turgidus extitit, vt nec auditus, nec visus, nec odoratus vel gustus in eius corpore mortis tempore discerni potuerit. Sicque diffusis ad postremum visceribus medius crepuit, vitamque miserrimus inanem finiuit. Statuta verò sacris oblationibus indigna, à quibus delegata fuerat retenta, velutì immundissima à mundissimo cordium inspectore refutata remansit.

Sancti virt mortui plus habẽt virtutis, q̃ viuentes in carne.

Ragenarius diuinitùs castigatur.

Miserè pit.

Cap.12. Sed adhuc qualiter qui residui fuerant ex hac defecerunt vita prosequendo narremus. Ab eo sanè die quo monasterium almi præsulis Germani ingressi sunt, donèc pœnaliter cuncti interirent, ità vt diximus turgenti sunt, Kobbone teste, viscerum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Reliquiæ violatorũ prænominatorum, omnes miserè pereunt.

rum inflatione perculsi, quatenùs omnis eorum cœtus etiam in patria quotidiè moriens periret, præter quos Horich posteà iussit occidi. Timens etenim ipse eiusque optimates & populus pariter vniuersus huiusmodi morte pessima damnari, præcepit omnes qui residui erant, exceptis paucis fuga lapsis, quos nec mortis crudelitas euasisse exitium, decollari, eorumque capita, veluti satisfaciens morbo, Christiano qui captiuus illic erat populo tradi. Nam ità clades ingrassata Deo permittente sæuiebat in plures, vt penè quicunque morbidum tãgeret, eodem extemplò attactus morbo & ipse deficeret. Insuper iussit cunctos captiuos qui Christianitatis vocabulo censerentur in regno suo perquiri, eosque cum libertate & honore absque alicuius contradictione in suam patriam reuerti. Qui etiam hæc & alia vltrà quàm sint inserta dicebant. Nos tamen ea, quæ à videntibus percepimus, solummodò ponere disposuimus, magnum satis habentes quòd victoriam quam populi multitudo communi obstante crimine ex inimicis habere non potuit, beatus Germanus inclytus meritis, glorioſus miraculis, apud Deum tali donatus triumpho obtinere promeruit.

Captiui oẽs Christiani dimittũtur liberi.

Victoria S. Germano adscribitur.

Cap. 13.

Quia verò duce Christo hucusquè signorum dulcedinẽ sequentes processimus, nunc ordinem quo ipsius beatissimi corpus relatum sit, dicere aggrediamur: his præmissis quæ in villa Cumbis accedentibus infirmis eius meritis donata cognouimus, quæ quo magìs narrantur, eo ampliùs iuuat à piæ narrationis tramite non discedere. Igitur cùm quidam puer Dagoẽnus nomine ex familia eiusdem monasterij, surdus & mutus, omniumque membrorum officio destitutus, ad præfatam villam auxilio parentum deportatus fuisset, ità est subitò meritis ipsius gloriosi pontificis pristinæ redditus sanitati, vt & loqueretur pariter & audiret: & qui paralyticus deuectus manibus venerat alienis, ouans ac lætabundus tribus in se mirabilibus ostensis, proprijs iam cœpit ire vestigijs. Nanque à terra post paululùm incolumis surgens, cum magna cordis alacritate illis qui aderant aiebat: Ecce ecce adest beatus Germanus, per quem me totum, Deo gratias, agnosco curatum.

Quidã puer à paralysi, cæcitate & mutitate curatur.

Cap. 14.

Nec illud omitti debet, quod Christus ad laudem & gloriam famuli sui largiri dignatus est, quod etiam audiẽtibus proficere credimus. Fuerunt itaque in eadem villa duæ puellæ longo tempore sic febribus valdè vexatæ, vt vix iam pedibus incedere valerent, quibus nec vlla medicinæ ars eatenùs potuit subuenire. Quæ cum fidutia magna ad eandem ecclesiam in qua sanctissima eius membra posita erant, pergentes, petiẽrunt à custodibus, vt saltem sub tanti pontificis venerabile corpus eis transitus præberetur. At illi fidem illarum plenam considerantes, permiserunt eis sicut humili petierant prece pertransire. Nec fides præmium distulit: ità ipsius corporis transito feretro, ab eadem mox infirmitate curatæ sunt, vt nullam exindè molestiam per idem tempus vlteriùs paterentur. Ergò mirabilis Deus in sanctis suis, qui non solùm eos in præsenti gratiarum donis mirificat, verùm & post mortem tantis beneficiorum muneribus, eorum meritis languentibus præbens, miraculorum glorificat signis.

Duæ puellæ à febribus sanantur.

Cap. 15. S. Germani corpꝰ ad ꝓpriũ locum reportatur.

Post hæc verò cùm eius sacratissimum corpus à supradicta villa Cumbis ad monasterium reportaretur, quid tunc in via actum sit, manifestare placet in populis. Tanti deniquè præsulis beatissima membra monachis cum laudibus & hymnis ad proprium referentibus locum, contigit vt cereus qui præferebatur, validissimo flante vento, etiam in laterna in qua positus erat, extingueretur: dumque eum equo quis ad villam propter ignem quo rursùs debuisset accendi ire voluisset, celitùs effulsit, vt omnibus qui aderant tanquàm extinctus non fuisset in eadem laterna rutilans appareret. Vndè ad huius rei testimonium in eodem loco Crucifidelibus lignea ponitur, vt quod ibi tunc gestum est, quodque priusquàm ad monasterium peruenireturgeminatum miraculum, à transeuntibus futurisque ignoretur generationibus.

Cereus extinctus, cælitùs denuò accenditur.

Cap. 16.

Ventum est autem, non paucis sanatis infirmis, cum magnificentia & honore obsequio ad Theodasium eiusdem sancti villam: vndè sequenti die comitantibus rursùm virtutum prodigijs gratanter egressi, venerunt psallentes rectoque itinere gradientes vsque ad vicinum fluuium: quo transmisso, venerabilis præsul & Abbas ipsius monasterij dominus Ebroinus obuiàm venit, multique vtriusq; sexus diuersi si gradûs & ordinis cum crucibus & cereis reliquoq; sanctissimo apparatu. Pietate quoquè ciuitatis villarumque circunquaquè non modica cum omni alacritate ac deuotione cordis vniuersi currẽtes. Nam clerici magna cum voce Deum laudantes, singultu interdùm quatiente psallebant. Populi autem nunc præ immenso gaudio lachrymas fundentes, nunc verò præ cordis iubilo exultantes, innumeras Deo gratias referebant. Nec vberior mœstitiæ fletus in transmigratione, quàm lætitiæ extitit in reuersione. Præfatus itaq; antistes alijque ad hoc delecti sacerdotes nobilesque viri sanctissimum eius corpus proprijs humeris vicissim gestantes, reliquis omnibus, ante & post feretrum cum laudibus & hymnis tripudiantibus, baiulantiumque vestes attingere festinantibus, ad propriam deportauerunt ecclesiam. Cumque ad primam monasterij portam peruenissent, cœperunt hymnum, Te Deuni laudamus, te Dominum confitemur, cælo resonante ante ipsum decantare, ponentes eum super altare S. Stephani in eadem ecclesia principale: vbi tamdiù mansit, donèc translationis eius festus dies, qui octauo Calandas Augustas celebratur, aduenirẽt. Tunc accedens memoratus Abbas dominus Ebroinus Episcopus, tulit illum & collocauit in suo sarcophago, cum metu & nimia diligentia, benedicentibus vniuersis qui aderant ac laudantibus Deum.

Attẽde populi deuotionem in reportatione S. corporis.

Dies trãslationis eius.

Cap. 16.

Deniquè postquàm eius sanctissimum corpus in suo est collocatum sepulcro, illam vilionem silentio præterire non debemus, quæ cuidã fratri nostro in eodem cœnobio quadam nocte reuelata est. Videbatur enim illi in sopore posito, omnes fratres ipsius monasterij stantes in choro vestibus indutos solennibus, loquentes ad inuicem quasi de his quæ acciderant malis: respicientesque contra orientalem eiusdem ecclesiæ partem, viderũt beatissimũ Germanum velutì in habitu militari ante altare S. Stephani galeatum arque mirificè loricatum stantem, & vtì ex campo certaminis armigeratum fessumque venientem: adspiciensque cunctos interrogauit vsitato gentis nomine vbi essent, vel quò abissent Nortmanni ipsius templi violatores, patriæ dissipatores, qui sua aliorumq; sanctorum membra effodi compulissent. Cui humili satis vt decebat responsione dixerunt, quia recessissent. Tunc venerabilis pater: Benè, inquit, & Deo gratias respondit. Deindè in sedili quod ibi ante memoratum altare paratum erat, vt eidem videbatur fratri, residens, vocauit eos, iussitque vt sese ad deponendum ea quę portabat arma militaria iuuarent. Interea quod adspiciebatur defecit. Nos verò tali habitu taliq; visione præfiguratum animaduertimus, quod iam veraciter factum esse cognoscimus, vltionem duntaxat à sancto viro ex inimicis cælitùs reportatam. Cuius interrogatio, eorum permissionis declaratio fuit. In armorum quoquè deponendorum adiuuatione collimus, quod cum, immò nosmetipsos benè viuendo adiuuare debeamus, nè talia nobis aut illi pro nobis vltrà proueniant.

Visio cuiusdã monachi

Arma S. Germani victoriam præfigurabant.

Cap. 17.

Nunc igitur paulisper considerare liber, quàm meruenda sint omnipotẽtis Dei iudicia, quantaque sit longanimitas atque iustitia pijssimi creatoris nostri. Verè terribilis in consilijs suis, patiens & æquissimus in vniuersis operibus. Qui si iratus seruis suis negligentibus fuerit, citò illis pœnitentibus placatus reconciliabitur, atque visibilibus siue inuisibilibus prostratis hostibus, pacem contritis corde cum victoria dabit. Sic de populo Israëlitico sæpè legimus, sic nostris temporibus frequenter audiuimus, sicque in nobis ipsis eius pietatis gratiam experti sumus. Ipse est enim Deus repellens & destruens, irascens & miserans, commotorumque contriones sanans. Attendendum etiam, beatissimus Germanus quantùm sit glorificandus, quantumque venerandus, qui sic misericorditer iuuat ad se cum fidutia confugientes, sicque terribiliter iustis (quod est fatendum) meritis percutit aduersantes. Et quia longum ac difficile est per singula eius virtutes retexere, maximè cùm & antequàm nasceretur ità dilectus gratusque Deo, vt Iohãnes in vtero matris exultans, inuentus sit, cui virtus miraculi famulatrix extitit: placet in eius laudem hoc loco paucis ludere versibus, sitque prioris libelli finis:

Psal. 59.

Hier. 1.

Luc. 1.

Hic est Germanus, voluit quem mater in aluo
Perdere, præsumptis hausitibus atriferis:
Sed quia vitali fuerat respersus oliuo,
Non potuit sanctum commaculare malum.
Nam fuit egregia genitus de stirpe parentum,
Qui quondàm terris nunc super astra nitet.
Optat enim fragili si quis dum carne manebat
Nósse qualis fuerit hic, sua gesta legat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

At cælos postquàm conscendit quanta per ipsum
Gesserit Omnipotens, promere lingua nequit.
Linquitur hoc illi, bibulas qui solus arenas
Ac pelagi guttas dinumerare valet.
Hortor enim cunctos, maculat quos actio vitæ,
Huius opem precibus poscere sæpè pijs.
Multi debiles ad eius sepulcrum curantur. Debilis ad cuius venit si turba sepulcrum,
Indè means redijt sana, fauente Deo.
Cui nunc & semper gratias agamus, qui nos meritis huius fidelissimi sui præsulis de tot tantisque malis eripuit, quique nobis quotidiè innumerabilium donorum beneficia eius suffragijs præstat, faciens magna & mirabilia sine numero: Cui sit honor & potestas, decus & imperium per infinita secula seculorum, Amen.

PRAEFATIO IN LIBRVM SECVNDVM, PER *eundem Haimonum monachum.*

QVia prioris libelli metas optatum propinquantes portum, Christo seruentes vela regente, attigimus: acceptum ducimus ea modò miraculorum subnectere signa, quæ posteà Dominus per eiusdem pontificis merita gloriosa dignatus est pandere. Illa quoquè quæ rursùs in ipsius sancti nostraque peregrinatione, sunt facta, non incongruè addenda censerentur, nisi fortè pudoris esse viderentur: scilicet qui castigationis diuinæ posthabitis eruditionibus, tempus emendationis necnon & fructum correctionis pertuipendentes, ad hoc iterùm prolapsi sumus, vt longiorem demùm exultationem dignissima expulsione pateremur. Sed absit vt vel nostra tacendo inacculatá pallietur iniquitas, aut cælestis qua sanaremur nobis clementer adhibita quo non præconetur, reticeatur benignitas, vel etiam tanti pontificis humanæ saluti largita virtutum gratia immemorata transiliatur.

LIBER SECVNDVS MIRACVLORVM *beati Germani Episcopi Parisiensis.*

Cap. 1. SAncti verò corpus dum reuectũ atque ordine suprà digesto situ in loco est restitutum, accessit ex pago Oximensi quædam paupercula mulier, nomine Hirmintrudis: hæc per nouẽ annorum curricula contractionis calamitate oppressa, de loco ad locum nisi aliorũ manibus delata, nequaquàm incedere valebat. Cumque eam Dominus per gloriosum antistitem Germanum curare voluisset, nocte quadam superuenière vidit duas sanctimoniales Visio cuiusdam mulieris paralyticæ. virgines præclaris vultibus coram se assistere, deferentes sibi panem & lac, signum futuræ sanitatis, hortantesque vt comederet. Molestia nanque infirmitatis fatigata obdormierat. Cumque comedisset ex his quæ attulerant, dixerunt illi: Surge, & quomodocunquè potes Parisius ad sepulcrum beati Germani ire festina, cuius munere noscas te ex propria corporis debilitate curandam. Quæ longo ægritudinis vinculo de sua desperata salute, putauit se vano somnij phantasmate delusisse. Et eccè subitò antequàm euangelium legi inchoaretur, cœpit ab eius ocidipsum & parentes quibus hæc retulerat dicebant. Sed alia iterùm nocte prodijt virgines eidem apparentes cum quadam indignatione, blando quidem sermone eam allocutæ, dixerunt: Gaudẽ, in proximo est enim vt cureris. Et quarè nostra præcepimus non isti? Vade igitur saltem nunc, nec moram feceris. Et quarè nostra gesacta mulier auxilio tandèm fratris asello leuatur, sicque ante tumulum sancti patroni delata exponitur. Permissa itaque est in atrio eiusdem ecclesiæ ipsa nocte Mulier paralytica restituitur integritati. requiescere: sed priusquàm mediæ noctis spatium transmitteretur cuigilans, quodam medicamine delibuta, per seipsam aggreditur ecclesiam, fratribus iam more vigiliarum solennia celebrantibus. Interea membra sibi malè cohærentia cœperunt resolui, atque in antiquum mox officium reuerti. Quæ pro anxietate cordis corporisque relaxatione magnas instituit voces emittere, vt omnes qui aderamus audiuimus: factoque manè, illi Domino beati Germani precibus misericordiam proprijs concessum est ambulare vestigijs. Sicque per iter quo venerat rediit, omnibus bonum sibi largitum narrans.

Nec illud præterire debemus, quod simili modo contigit factum miraculum. Cap. 2.
Nam inter cæteros ex diuerso properantes, venit quidam iuuenis ex pago Baiocassino, vocabulo Hildemodus, qui ità renibus contractus tribus continuè extiterat annis, vt eoipso dolore genuum ac tibiarum seu pedum priuaretur officio. Itaque multa venerabilium sanctorum circuiens loca, quò pristinam illorum suffragijs recuperaret sospitatem, à nullo prorsùs destinatus est sanari. Supradicta autem sanctissimi pontificis imminente translationis celebritate, à quodam venerabili viro per soporem est admonitus, vt monasterium eiusdem sanandus adiret. Qui nihil de visione dubitans, eo die qui eandem præcessit solennitatem nono Calendas Augustas cum ascellaribus venit, ante sancti patris sepulcrum iaciẽs se pronus in terram. Cumque diutiùs pro suî recuperatione Deum beatissimumque præsulem intentissimè exoraret, subitò cœpit coram oculis omnium illic adstantium membra prolixa ægritudine torpentia gemens extendere. Nec mora, statim nanque surrexit benedicẽs Deum, sanctumque glorificans Germanum: & non solùm ipse, verùm & qui præsentes eramus, omnisque frequentia populi quæ conueneQuidam iuuenis contractus, & renũ dolore vexatus, sanatur.
rat, pariter benediximus Domino, qui talia meritis sui confessoris dignatur concedere.

Illud quoquè quod diuina bonitas eodem vespere ad famam nominis tanti viri Cap. 3.
ostendere voluit, reticeri non debet, quin inter cætera narretur miraculorum insignia. Fuit quidam puer vt putabatur duodennis, de pago Aurelianensi & familia beati patris Benedicti, qui de matris vulua in lucem renibus contractus ac genibus proruperat, nec aliter vllo modo moueri poterat, nisi manibus nirens seminaliter promoueret corpusculum. Insuper & ità ab ineunte ætate officio loquendi priuatus adoleuerat, vt in ore ipsius lingua potiùs strepitum quàm verborum exprimeret sensum. Qui cùm ad beati Caronis martyris sepulcrum, quod iuxta oppidum situm est Carnotenum, à quolibet gratia pietatis deportatus fuisset, interuẽtu ipsius sancti Caronis pedes eius, contractione genuum perseuerante, à posteriobus solummodò sunt disiuncti. Indè verò ad patrocinia almi patroni nostri quandoquè perductus, obtentu misericordiæ permissum est ad sancti pontificis confessionem manere. Cumque iaceret fratribus iam in ecclesia vesperè psallentibus, cœperunt mox nerui atque nodi à necessitate contracti corporis resolui, necnon & ad vsum ambulãdi diuina miseratione per beati viri suffragium aptari, qui cum fide venienti impetrare potuit, quod natura vitiata negauerat. Item alius.

Non esse debẽt etiam (quod longè à fidelibus sit) oneri, quæ Christus suis sanctis Cap. 4.
amicis dignatur largiri. Nam qui gesta virtutesque eorum, qui iam cum Domino in cælesti regnant Ierusalem, audiri renuit, ipse sibi proculdubiò testis existit, quia nondum ad illorum perfectè suspirat consortium. Contrà verò qui recolit, legit vel audit, ille vtique licet in terris adhuc positus, conciuem tamen illorum se euidenter esse demonstrat in excelsis. Igitur ex quadam possessione ipsius beati viri, quæ in pago Pinciacensi sita Prunidus dicitur, fuit quidam homo nomine Adoardus, ità oculorum priuatus lumine, vt illi continua nox esset, nec quicquam lucis hanrire posset. Hic ad sancti pontificis festiuitatẽ manibus, vtpotè cæcus, aliorum perductus, ad sacra Missarum solennia inter reliquos qui conuenerant deuotus adstabat. Et eccè subitò antequàm euangelium legi inchoaretur, cœpit ab eius ocCæcus meritis S. Germani videt. lis magnus quasi lachrymatũ fluxus mirum in modum manare: cumque diù hoc ageretur, & ipse riuulorum fontem de suis maxillis crebra manûs adhibitione detergeret, superno mox respectus intuitu, incipit paululum splendoris inspicere. Deindè gratias agens, toto deuotionis affectu solo prostratus, obnixè precabatur, vt sibi iam partim reseratum lumen pleniùs redderetur. Nec eius sunt preces apud altissimum cordis inspectorem sanctumque cassatæ virum. Statim nanque exaudiens ante polyandrum beatissimi confessoris glorificans Deum, qui sibi eius precibus per tot annorum curricula luminis ademptam reddiderit dignitatem.

Vt igitur castigantis nos inæstimabilis diuinæ bonitatis miseratio euidentiùs Cap. 5.
prædicetur, ea quæ rursùs in eiusdem sancti ac nostra peregrinatione, vt meminimus, sunt facta miracula, prosequamur, & si non sermone verborum copia phaleNortmannorũ altera incursio.
rato, virtutum tamen speciositate colendo. Non post multos deniquè annos iteratio, virtutum sæpiùs malis, susciauit nobis Deus sæuissimam earundem gentium persecu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prospera in eleuationē: aduersa, ad vitæ emendationē nos reuocant. Esa.28.

tionem, qua nos meritò affligeret, afflictosque vt pietatis pater ad emendationem compelleret. Nam quemadmodùm prospera à recto tramite per mentis elationem aliquandò deuiant, ità & aduersa per contriti cordis humilitatem ad nostri nos custodiam reuocant. Sola enim vexatio intellectum dat auditui. Huius itaque persecutionis orto flagello, sanctorum circunquaque iacentium corpora non solùm à sepulcris instaurato dolore effossa, verumetiam & ad proprias sunt posessiones hac illacque deuecta. Cumque paratum fuisset quo sanctissimi corpus Germani ad superiùs dictam villam Cumbis iterùm ferri deberet, illud nos quod tunc ibidèm gestum est miraculum dicere iuuat. Quidam autem nostrùm nomine Adalarius monachus & sacerdos sic per tempus continua renum fatigatione debilis factus extiterat, quòd nullo modo per se, vel ad modicum, nisì vno & præfertim duobus sustentatus baculis incedere valeret. Quibus adductus venit ad ecclesiam inter reliquos gemens, accedensque ad sancti præsulis corpus iam ad efferendum feretro aptatum, studuit vnus, nec tardior quidem esse portantium: & hoc diuino suffragante auxilio, precibus sancti sublcuatus, relicto immò (vt ipse postcà aiebat) oblito baculorum officio vicissìm peregit, vsque dum ad præfatam Cumbis villam vinculo infirmitatis solutus pertingeret. Quo in loco beati corporis gleba super altare venerandum exposita, ipse gratias agens, ad omne quicquid voluit sanus cuasit.

Quidā frater debilis restituitur sospitati.

Cap.6. Deindè contigit post aliquod deuolutum temporis spatium, vt illuc quispiam dæmonio plenus adduceretur, quē quatuor fermè viri tenere vix possent. Maligna quippè vigebat virtute, eratque ex ipsius sancti familię colonis, atque de villa superiùs memorata Prunido. Aduenit ergò manibus violentorum impulsus, tergiuersatione reluctante hostis, iusti præsentiam nimiùm formidantis. Itaque multas illi adiurationes iuxta consuetudinem exorcismi quidam nostri fecerunt, dantes insuper ei hausturn aquæ benedictæ. Sed vt in eo potiùs apostolici viri præfulgeret meritum panderetur, vniuersis ab eo tandèm quiescentibus, accessit vltima cuidem exorabilis medicina: qua depulsa callidi peruasoris morbida fœditate, omnis in eo incolumitas sensùs vigore restituto informatur. Iniquissimo siquidem habitatore proiecto, liber exiuit captiuus ab angue, remansitque non solùm quatuor sed vno minùs homine valens,

Dæmoniac⁹ liberatur.

Cap.7. Adducitur & quædam fœmina vtranque manum gestans aridam. Hæc olim pro qualibet adhæsibili infirmitate ad sanctæ Mariæ basilicam, quæ ibi propè sita est, annuale votum iuxta suæ paupertatis modulum ex dimidij denarij quantitate constituerat: sed adueniente Dominicæ Resurrectionis die, emit indè blandas diei subripiente occasione edulium carnis atque comedit, paruipendens matinas non vouere, quàm post votum vota non reddere. Statimque vt sole clauso grata soporis, cubilis sui secreta petiuit, ità manibus voti violatricibus ea in nocte contrahitur, quemadmodùm emortuo in eis operandi officio, palmarum intima vngues producti penetrare viderentur. Quæ manè facto veniens, dum ante altare in quo sanctum quiescebat corpus statuta fuisset, sic post modicum emendato delicto, vt fuerat priùs sana regreditur, nec gloriosa Domina gloriosum dedignata est Germanum consortem seu reparatorem sui habere miraculi.

Eccles.5.

Contractæ manus cuiusdam mulieris sanantur.

Cap.8. Vt autem taceamus de reliquis ea tempestate per eundem sanctum in eodem loco patratis miraculis, dicatur nunc illud de quodam cæco mirabiliter curato, qui dum alieni gressùs solatio fuisset attractus, suam illic per dies exorando frequentabat salutem. Nam & solitus erat, alia nescio quadam intercurrente infirmitate, multas crebriùs quàm subitas cum gemitu doloris effundere voces. Vnde correptus, nimìs mœrens aliorsùm ire disponens recessit: destinauitque animo vt ad quandam ecclesiam in villa Ruoilo in ipsius sancti honore dedicatam, quæ propè erat, diuerteret, ibique dum tempus fuì veniret miserendi manerer: quod cùm præuio se ducente fecisset, antequàm eiusdem basilicæ ianuam intraret, Cęcus videt lumen oculorum recepit. Moxque tanta cælitùs sibi data visitatione iocundes, eundem sanctum videns laudesque vociferans Cumbis reuertitur. Fuit itaque gaudium fratribus vniuersisque inibi conuersantibus, atque per omnes circumquaque non modica admirationis lætitia. Hi ergò à quibus exasperatus recesserat peccator, nitentes, aiebant se & alios tali facto commonitos, ad pauperum debilium importunitates patientes esse debere.

Cap.9. Hinc Elagiam generosi sanguinis fœminam inter reliquos illuc venisse sananidam, simulq; sanatam redisse videamus. Hæc ità suffocationis molestia per prolixi temporis cursum elanguerat, vt nec saltèm diuinis interesse aliquandò cupiens officijs, dum solius tantùm legeretur Euangelij lectio, durare pedibus stando valeret. Nec; hanc Dominus pijs sancti carere voluit beneficijs. Quæ diebus plurimis alicuius portatu subuecta, eam in qua ipsius erat corpus frequentans ecclesiam, cum certis necnon & alijs oblationibus pijssimum ex animo venerabatur patronum. Cumque terminus, quo eius deuotionis labor remunerari deberet, diuinitùs iam prefixus incumberet, statim cælesti perfusa medicamine, tanta corporis valentia ante sancti corporis præsentiam donatur, quatenùs Deo ipsique beatissimo gratias agens reparata saluti exultans rediret.

Matrona quędam debilis & languens curatur.

Cap.10. Dignum duximus, quod in sequentibus rhythmo continetur, recolendum interserere miraculum. Nortmanni verò apud eundem locum qui dicitur Oscellus, in quadam Sequanæ insula residentes, Parisius sæpè dum prorsùs placebat, nauali excursu venichant. Rèdimebantur ergò omnia in circuitu vicina monasteria, nè illorum sæuitia impositis ignibus cremarentur. Studebantque præterea vicissìm equis, quatenùs aliquos nobilium gratia pecuniæ capere possent. Vndè velutì ex mitissimi viri domini Ludouici Abbatis redemptione non modicum & incomparabile acquirebant lucri negocium. Et quotiescunquè tale quid agere disposuissent, dissimulabant se multis diebus antè nullatenùs quoquàm ire, nè cui illorum furtiuus innotesceret aduentus. Proindè decreuerant mutua silentique consideratione Parisius, siue ad nostrum aliquandò percurrere locum, omnesque ibidèm sub malefida securitate commorantes insperatè decipere. Restiterant siquidem in eodem monasterio, qui ipsum custodirent, fratres ferè viginti. Quibus matutinale orto iam crepusculo Paschalis sacrosanctæ festiuitatis officium celebrantibus, aduenerunt Nortmanni, qui Parasceue die equis assensis iter arripuerant veniendi. Quos quidam nostrorum equites prœuenientes, eorum eis quanuis serò malignum nunciauerunt aduentum. Illis autem non credentibus sed magìs laudibus diuinis insistentibus, pagani sine mora insequentes venerunt, cunctosque vt erant in ecclesia circuncinxère psallentes. Tunc quod magnum fuit declinandi subsidium, elanssis in eorum oculis ecclesiæ portis, omnes sese in quæque latibula vel puteos immergentes absconderunt, quo non ex omnibus nisi vnum equo fidentem, tanti præsulis suffragantibus meritis, interficerent. Itaque fugientibus ante conspectum eorum ibant: nec aliter inquam verissimè, nisì vt quidam illorum ante enudatos etiam gladios, cum esset dies, illæsi transirent. Quibus ità angelica cælitùs administratione saluatis, interfectis prænuncijs atque alijs in circuitu & in medio monasterij ex familia plurimis, omnia velutì spurcissimi inuasores quæque in ecclesia vel extra inuenerant diripientes, cum prouentùs exultatione cellaria fratrum igne suppositò reuersi sunt. Tunc vniuersi de qualibuscunque quibus se abderant egressi latebris, concurrente etiam hinc indè populo ciuitatis, subuertunt tandèm spiritùs sancti gratia ignis ardorem, iam ad cuncta consumenda spatia altiora petentem. Neque, quod postcà nostris iteratò contigit delictis, locus tunc penitùs crematus disperijt.

Conferuantur fratres in choro psallentes S. Germani meritis.

Monasterij S. Germani iteratò liberatur ab incendio.

Cap.11. Cæterùm vt sit memoria iusti cum laudibus, ad ea quæ in Nouigento villa nostra super Matronam flunium sita, dum ibi moraretur dumque indè reuerteretur, facta didicimus, dicendi, sed non ad cuncta verramus sermonem. Nam si eamus per singula, exuberans erit modus in pagina. Contigerat ergò terrore paganorum, vltra Parisius iam & castelli Milidonis terminos excurrentium, sanctissimum corpus ab Acmando, quò nupèr delatum abierat, illuc transferri. Homo igitur ex eadem villa ità infirmus per annos vt vix incedere posset, totoque corpore nulla fidei, subueniente medicina debilitatus aduenies, candelam secum detulit, munus peregisset, quæsitum, videntibus qui aderant vniuersis, è cęlo respectus donum percepit. Ergò si regni cælorum inæstimabilis magnitudo cuiusliber quantitate precij emi potest, multomagìs verò fide sanitas corporis. Tantum enim Christianus accipit, quantum credit. Confestim siquidem oblato munere sanatur, atque domùs suę limina gaudens reuisit.

Quidam infirmus ex oblatione cādelæ vnā sanatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.12. Plurimi à suis infirmitatibus liberantur.

Erat ibidèm sanè concursus infirmorum hincindè confluentium plurimus, quorum causas vt sic breuiter colligam, cæci gaudebant videntes, claudi ambulantes curati, diuersi febricitantes atque plurimi varijs corporum contagijs liberati, gratias agebant lætantes. Singulisque largiebatur remedij gratia, prout digni inuenie-bantur medicantis clementia: ità quoquè duntaxàt, vt qui vesperè debilis aduenisset, manè facto sepissimè incolumis exiret. Inter quos quidam puerulus de pago Stampinsi insanus defertur, habebat enim contractione neruorum membra damnata. Qui à matre deportatus, deprecatur ipsa obnixè, vt se cum puero ea nocte in eadem basilica, in qua sancti præsulis corpus venerabatur, manere liceret. Deindè hora eiusdem noctis adueniente, vt putabatur, iam media, puer matre nesciente solus assurgens, per eandem ecclesiam, pedum cohæsione vtcunquè soluta, ambulare tentabat. Euigilat mulier, gaudetque de nati visa salute, sicque ipsa atque sequenti nocte eodem in loco transacta, totus post biduum sospes effectus, genitrice iocunda recessit.

Puer insanus & contractus sospitati restituitur.

Cap.13. In eadem deniquè Nouigento villa quæ & quanta fuerint, vt paulò superiùs retulimus, sanitatum charismata, eius bonitatis munere aduenientibus exhibita, sine crimine fatemur nos ignorare. Quàm verò fuerint innumera, ille qui dedit cooperator pijssimus solus nouit Iesus. Ideò ad id quod ardet animus transeuntes, eius reuersionem mente hilari exponere festinemus. Fratres igitur qui illic aderant sanctissima eius corporis membra custodientes, vnà cum ipso loci ruinas saltèm inuisere festinantes egressi, Nortmannis iam amico pacis fœdere regno eductis, iter reuersionis læti suscipiunt, fuitque eis in reuertendo naualis congruus apparatus. Vndè Matronæ fluuium pariterque Sequanam enauigantes, venerunt citra Biberis ac Sequanæ confluentia portum facientes: eductumque sanctissimum corpus è naui, excepimus illud multi vtriusque sexûs & ordinis ibidèm congregati, vt miraretur, vix clericos ad eum tollendum accedere posse. Nam ex sui quondàm episcopij domo Canonici primi vti pontifici assistentes, exceptionis peregêre ministerium, huiusantiphonæ cõgruam enantes melodiam: O quàm venerandus es egregie Germane confessor, qui terrena tempsisti, & cæli ianuam lætus petijsti: modò victor fulges in virtute cælesti, ideoque supplices te exoramus, vt intercedas pro nobis ad Dominum Deum nostrum. Factaque geniculatione ac oratione Dominica, & Missa pro vniuersis solenniter dicta, ex monasterio sancti Petri necnon & beatæ Genouefæ virginis religiosæ accedentes clerici eundem sequentes ordinem, cœperunt sancto humeris susceptio corpore hanc psallere antiphonam, dicentes: Iste est Germanus pontifex maximus, qui per supernam gratiam diuina dans miracula, promissa sumens munera, viuit perenni gloria. Deindè nos vti decebat seruulos corruentes, salutationis nouum habentes hymnum, verenter affuimus: surgentesque à solo, quo dignissima eius reuerentia prostrati iacueramus, post orationem & Collectam iam cuidam contractæ fœminæ ac cæcis duobus collato sanitatis beneficio, quo virtutum quæque videlicet exceptio proprio decoraretur miraculo, ità concrepantes intulimus:

Contracta sanatur. Duo cæci vident.

Cap.14. Authoris hymnus in laudẽ sancti decantatus.

Aue præsul benedicte, aue nunc pijssime
O Germane, venerande pater & eximie,
Plebis temet cum fideli, comitatus agmine
Veni iam veni benigne, redi pastor optime,
Oues proprias require, ac paci restitue,
Nec tristari vltrà sine de sublato pignore.
Deplorabat te cessisse dominum Lutetia,
Se plangebat & lugebat caruisse gloria,
Quam applaudet recepisse iam tua præsentia.
Heu quàm flebant ac gemebant serui tui monachi,
Et caterua populorum cuncta nimis propria,
Cùm fuisses exul loco à tuo sanctissime.
Quis illorum sermo valet planctus fari cordium,
Atque simul expedire fletus amarissimos,
Quòd sacerdos pietatis pulsus esset impiè?
Qui si cessit feritati paganorum rigidæ,

Necnon

Necnon loco, vel vltrici flammæ, tamen affuit
Votis dignis famulorum præsens in periculis.
Vndè iuuat nos adire illud dictu nobile
Quod stupendum & mirandum inferat miraculum,
Pro quo dignæ confessori referantur gratiæ.
Itaque dum illucescit Paschæ dies splendida,
Dumque laudes celebrarent matutinas monachi,
Circundantes se paganos miro ludunt ordine.
Nam vt cunctos gloriantur se cepisse miseri,
Vtque gyro mox vallârunt omnes ferè proximo,
Te præstante liberantur propè capti seruuli.
Dumque nullus sese putat habere superstitem,
Gladiatam euasisset qui Danorum aciem,
Omnes se de locis mergunt abditis incolumes.
Cerneres tunc lachrymantes non loquentes inuicèm,
Dum de necis quasi fauce se viderunt surgere,
Vota solùm cordis dabant tacita dignissimè.
Vnus tantùm præpeditur cæcæ mortis obice,
Atque telo perforatur hostis velocissimè,
Nè tanto summus careret pontifex libamine.
Salue clemens, hinc precamur, salue præsul agie,
Omnem clerum te colentem cum deuoto populo
In præsenti mereamur vti pace commoda:
Hincque celsi paradisi regnum nobis obtine,
Quò tecum simul psallamus Patri laudes Domino,
Atque toti Trinitati consonantes angelis:
Sanctus sanctus sanctus Dominus Deus exercituum,
Cæli tuæ pleni manent atque terra gloriæ.
Osanna qui benedictus in excelsis venerat.
Gloria sit Deo Patri atque laus altissimo,
Honor virtus & potestas Iesu Christo Domino,
Dignitas & vnus apex sit quoquè paracleto, Amen.

Quo ad finem vsque ità cõpleto, fuimus iam licèt exaduersò proximi partim aduisæ necnon & permultùm dissipatæ ciuitati, cuius demolita facies nos omnes in dolorem adducens, competenter exegit psallere: Adspice Domine quia facta est desolata ciuitas plena diuitijs, sedet in tristitia domina gentium, non est qui consoletur eam nisi tu Deus noster. Multi nanque canentes, plures verò cernebantur plorantes. Sicque processimus in pratum vsque, quod sub ipso est monasterio. Eramus verò mœrentes, quòd posteaquàm propriam intraueramus tellurem, nullas vt anteà ostensas noueramus virtutes. Sed eccè subitò ex tanta populi multitudine vnus procurrens accessit: habebat enim causa pœnitentiæ in brachio ferri circulum, vt solet fieri arctissimè obuolutum. Iamque tempus increuerat, ex quo illi casu propriam occidenti matrem huiusmodi pœna acceserat. Qui vociferans & tanti viri pietatem sibi adiutricem expostulans, vt manum ad feretrum, quo sancti sacrum baiulabatur corpus, pallium saltem desuper contingere cupiens protendit, ilicò ferrum de brachio exiliẽs, mirandum crepuit, ità vt in aëra fursùm euolans videretur à multis. Quæ res nos vniuersos hilariores efficiens, nonnullos etiam in lachrymas præ gaudio mouit. Sed & caro armillæ huiusmodi asperitate in profundum exesa, quod gestum erat precioſum pandebat miraculum.

Thren.1.

Attende stupẽdum miraculum.

Aduenerat & quædam mulier adiumentis fidei comitata, quæ à cunabulis ità nuncupata dicebatur Electa: hæc prorsùs, vt nobis quasi eadem adhuc infirmitate dolens aiebat, ità per annorũ decem curricula manûs dexteræ ariditate contabuerat, quòd nullo modo vel ad os eam porrigẽdi posse habuerit. Accedens itaq; cœpit magnæ humilitatis precibus supplicare, quemadmodùm sibimet tantùm sub eiusdem sancti corporis feretro, vt eramus in ambulando, transitus concederetur. At vbi vix intromissa (erat enim compressio populi multa) transisset, sic illius aridæ manûs debilitas extemplò curatur, quatenùs omni recepto vigore solitum

Cap.15.

Cuiusdam fœminę aridа manus curatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Itèm cæcus quidam.

litum propriæ actionis exerceret officium. Hanc nanque vidimus incolumem: Et Meroldum qui venerat cæcus, necnon & Aldegundem videntes.

Cap.16.

Peruenimus ergò psallentes, nimia lassitudine ac solis ardore fatigati hora quasi sexta ad monasterij ianuam. Annus autem circuli resurgentis Christi octingentesimus sexagesimus tertius, dies verò mensis quartodecimo Calendas computabatur Augusti. Tunc hymno, Te Deum laudamus te Dominum confitemur, incepto, intrauimus ecclesiam, deponentes eiusdem sacrosanctum corpus super ipsum in quo priùs iacuerat sepulcrum. Deindè concinentes Antiphonam, Laudem dicite Deo nostro omnes sancti eius & qui timetis eum, pusilli & magni: quoniam regnabit Dominus Deus noster omnipotens, gaudeamus & exultemus & demus gloriam ei. Facta oratione ac pro omni qui conuenerat cœtu peracta Missarum celebritate, intulimus illud in sancti Symphoriani cryptam, vbi primùm migrans quieuerat, atq; post eiusdem sancti martyris altare in præparato sibi tumulo venerandum posuimus. Vndè euolutis temporum spatijs atq; monasterio iam ex parte reædificato, aduenientes gloriosus semperque pius Rex Carolus, eiusque regnique consors Richildis regina, simulq; pater & pastor noster dominus Ganzlinus Abbas & Ingeluuinus Episcopus, alijque præsules siue regni sui principes, retulerunt eadem sanctissima membra cum laudibus & hymnis ad proprij locum sepulcri: Vbi auxiliante Deo & Domino nostro Iesu Christo, socia spiritûs sancti gratia, multi vsque hodiè venientes, eiusdem sancti pontificis meritis sanantur infirmi, ad gloriam & laudem sanctę & individuæ Trinitatis in secula seculorum, Amen.

Iste Carol' cognomine caluus multa monasteria restauravit.

VITA S. PETRI RAVENNATIS ARCHIEPI-SCOPI, COGNOMINE IVNIORIS, VT HABETVR

tertio libro historiarum Rauennatum Hieronymi Rubei viri doctissimi.

31. Iulij.

S. Petrus iunior fit Archiepiscop' Rauennas.

IOHANNE secundo Rauennatum Archiepiscopo vita functo, Petrus iunior in eius locum subrogatus est, cuius Archiepiscopatûs tempore Gelasius Pontifex Maximus fato concessit, in cuius locum Anastasius secundus subrogatur: qui cùm adhuc alterum annum Pontificatum non administrâsset, moriês, successorem habuit Symmachum Sardum, in cuius creatione dissensum est. Pars enim sacratorum virorum apud Constantinianam basilicam Symmachum decernit Pontificem: pars ad diuam Mariam in via noua, Laurentium creat. vndè seditio ingens, Senatu populoque Romano diuisi in partes diuiso, orta est. Quamobrèm omnium consensu Concilium Rauennæ indicitur: plerique iussu Theoderici scribunt. In eo maximè Petrus Archiepiscopus Rauennas enituit: & re tandèm omni controuersiaque discussa, Symmachus in Pontificatu confirmatur: qui certè ingenti benignitate vsus, Laurentium competitorem, Nucerinum Episcopum fecit. Illi Concilio post Laurentium Mediolanensium Antistitem subscripsit Petrus Archiepiscopus Rauennas. Verùm haud multò pòst seditiosi quidam sacrati viri, adiuuantibus Festo & Probino Senatorij ordinis, Laurentium reuocant. quapropèr indignatus Theodericus, Petrum Altini Episcopum Romam mittit, qui, pulso vtroque, sedem teneret. Cæterùm Symmachus, habito centum & viginti Episcoporum Concilio, cui interfuit Petrus Archiepiscopus Rauennas & subscripsit, obiecta constanter diligenterque diluit, omniumque sententijs obtinuit, vt Laurentius ac Petrus Altini Episcopus, malorum omnium capita, relegarentur.

Concilium Rauennẽse.

Dist.17. & 96.

Ei Episcop' Rauennas subscribit.

Templum extruit.

Moritur.

Sepelitur.

Petrus Archiepiscopus Rauẽnam reuersus, admirabile D. Petro Apostolorum principi templũ extruere, ad oppidum Classense, cœpit. Sed leui morbo correptus, vitam cum morte cõmutauit haud multò pòst, pridiè Calendas Sextiles. Vir innocentissimus, moribus cõpositis, corpore gracili ac tenui, procera statura, prominula barba, cuius gentiles ex Syria, D. Apollinaris tempore, Rauennã venerunt. Sepultus est in D. Petri quod inceperat: vel, vt alij putant, in D. Iacobi ad fontes: qua in

sententia est Andreas Agnellus. Cùm enim ipse, quo loco sepultus esset Petrus Archiepiscopus, hæsitaret, vnà cum Gregorio, D. Apollinaris in Classe sacerdote, & D. Seueriandituo, diuinitùs incensus, Apollinarjam in ædem se recipiens, ad fontem, vbi D. Iacobo erecta ædicula erat, cùm diligenter inquirerent, vidit ipse, quique secum aderant complures, sepulcrum ex Proconisso lapide egregium, cuius cùm operculum amouissent, ex Cypresso arca in conspectum sese dedit, cui erat Petri Archiepiscopi imago insculpta, his adscriptis verbis: Dominus Petrus Archiepiscopus. Arca derecta suauissimi vnguenti odorem efflauit, cadauerq; sanctissimum visum est, omnibus integrum membris, perindè ac sepulturæ traditum tunc primum fuisset.

Suauissim' odor ex eius corpore emanat.

Hic Petrus, diuinos, nouæ legis ab Christo Deo traditæ, libros tabulis exaratos aureis, præstantissimis gemmis ornauit, ad quos suam imaginem adiunxit, his verbis inscriptis: Dominus Petrus Antistes ob diem ordinationis suæ sanctæ Ecclesiæ obtulit. Hæcque omnia diù in Vrsiano templo persteterunt. Huius Petri tempore D. Arnulphus, qui è Regio sanguine Francorum, Lotharingiæ Dux, postea vitæ sanctitate miraculisque illustris, Turonensium fuit Episcopus, vt testis est Sigebertus, Rauennam venit: cumque Petrum Archiepiscopm inuisisset, die quodam Dominico festo ipsi in æde Vrsiana Deum contemplanti post matutinas preces, ferunt, animam viri improbi nupèr demortui, ad infernos cruciatûs locos sempiternos à dæmonibus pertractam, cunctisque qui aderant audientibus, Arnulphi viri sanctissimi opem implorantem, visam fuisse: pro qua cùm Arnulphus Deum rogâsset, ad corpus redijsse: cumque deindè virum rediuiuum, ingentem Arnulphi virtutem, & multa merita narrare solitum. Quamobrèm cùm maximus Arnulpho honor apud omnes conciliaretur, Rauenna illum, honores omnes fugientem, occultè abijsse, salutato tamen priùs Petro Archiepiscopo.

S. Arnulph' Episcopus eum inuisit.

Defunctum resuscitat.

Templum quod ipse inceperat, D. Petro dicatum, omnium quæ tunc in Italia essent, pulcherrimum testantur: fuisseque arbitrantur capitolium illud Iouis, de quo (vti suprà memorauimus in D. Apollinaris Archiepiscopi vita) Eleocadius eius discipulus, atque itèm Archiepiscopus Rauennas meminit, trecentas aras habuisse. Hocautem ab Theoderico Rege impetratum, Deo ac D. Petro, Petrum hunc Archiepiscopum dedicâsse. In eo pictam Christi imaginẽ fertur adeò exactè, diligenterque & eius similem, vt cùm in Aegypti solitudinibus vastissimis, vir quidam sanctus suppliciter ac instanter à Deo peteret Christi imaginem sibi ostendi, audierit, Rauennam vt pergeret, in D. Petri ædem illam visurum. Quapropter duobus leonibus comitantibus, Rauennam quàm celerrimè cùm venisset, & imaginem fuisset præ foribus templi conspicatus, eamque genibus innixus toto animi feruore veneratus, ex hoc lachrymabili hospitio, cælestem in patriam euolauit. Leones sepulturę locum, humo pedibus scalpto, effodientes, vnà cum populo, qui ad rei miraculum accurrerat, virum sanctum in fossam deponunt, desupèr humum congregantes, tumulum ex more composuerunt. Ingenti deindè fremitu rugientes, gestibusque præ se ferentes maximum dolorem, tandèm interijsse fama est: nouęque rei timore perculsos omnes, fossis hinc atque hinc factis, ibidèm leones sepelijsse. Huius Petri Archiepiscopi tempore Geruntium Phicoclensem Episcopum, cui nunc Ceruiensi nomen est, ob Christum supplicio affectum scribitur: qui & ipse Concilio Symmachi maximi Pontificis interfuit.

Eius vita habetur 23. Iulij, Tomo 4.

Imago Crucifixi ipsi Christo persimilis.

Insigne miraculum.

AVGV-

Universidad de Deusto
Biblioteca

AVGVSTVS.

VITA ELEAZARI SACERDOTIS, ET SEPTEM FRATRVM MACHABÆORVM, QVIBVS OCTAVA ADDITA FVIT, PER

D. Ambrosium Episcopum scripta. Habetur in lib. eius II. de Iacob & vita beata.

Augusti 1. Ex cap. 10.

NEC te Eleazare prætermittam, vtpotè sacerdotũ sacerdos, sed tuis iuuandus oratis, qui genere sacerdos, pertus in lege, maturus æui, cùm oblatus esses Antiocho persecutori, nec tentamentis potuisti capi, nec præmijs inflecti, nec suppliciorum acerbitatibus frangi. Denique à blandimentis cœpit, quia iudicabat tormenta sua

2. Mach. 6. posse superari. Erubesco, inquit, canitiem tuam, reuerendum or senectutem, miror prudentiam: Cur abstinendum bonis epulis putes, quas natura largitur? Relaxa istiusmodi peruicaciam, expergiscere aliquandò, dum adhuc mâlo tibi persuadere quàm extorquere, nè victus sup-

Attende quantæ sit constantiæ S. Eleazari responsum. plicijs, facias quod refutas ratione inuitatus. Ad hęc respõdit senex: Nos Antiochi non intentione ducimur, sed reuerentia legis tenemur, quę à suilla carne abstinendum præcipit. Pulcherrimam creaturam iudicas, negare tamen non potes quod potior sit temperantia, quàm voluptas: potior legis obediẽtia, quàm prœuaricatio. Quòd si hoc leue putas, vt carne vescamur suilla: qui in minimis legẽ contemperit, quomodò in magnis tenebit? Aut si preciosa est creatura huiusmodi, vindicans cùm eo quod sit pulcherrimum, defraudamur. Abstinentia autem nostra, disciplina est castimoniæ. Discimus enim resecare luxuriã, cupiditates vincere, excludere concupiscẽtias, delectationibus corporis obuiare. Fortitudinis quoquè exercitium est, pœnis pro lege non cedere. Iustitiæ quoquè insigne atq; prudentiæ, vt quod electum semel elegimus timore Dei, morte propositi reseruemus. Quis escam imperet liberis? Quis autẽ se ridendum prębeat? Quis autem in hoc seruiat, & non nihilominus

Grauiter verberatur. tur? Non sum ità senex, vt mihi non iuuenescat animi fortitudo. Sulpensusque cùm hinc atque indè grauiter verberaretur, nec iam ferrẽt senilia membra verberum pœnas, lassatis carnificibus atque extensoribus, in terram deflexus, inflexibilem mentem gerebat. Et quidam seu longæuam miseratus ætatem, seu tentamentis circunuenire desiderans, Respondè, inquit, tantummodò te manducaturum, nos te escæ eius immunem præstabimus. At ille clamans, Nequaquàm, inquit, cõtingent mihi vt fiam senex incentiuũ iuuenilis erroris, qui hucusquè eram forma salutaris instituti. His ergò ludibrijs vt paululùm viuam lucrabor, & totius vitæ labores sudicam breuis viatico senectutis? Senectus portus debet esse, non naufragium vitæ superioris. Non te negabo lex patria, non abiurabo vos sancta institutaq; maiorum, non decolorabo vos infulę sacerdotales, non te perfidię puluere turbabo canitiem.

Magisteriũ perseuerantiæ S. Eleazarus. Quid multa? Immoriendo tormentis factus est cęteris magisterium perseuerantiæ, qui electus erat ad infirmitatis exemplum. Beatus igitur, in quo non potuerit momenta rationem vincere. An non beatus, qui potuit virtute animi victor esse pœnarum, pietatisque remigio, seruare integram in tantis fluctibus passionem?

Ex cap. 11. Post ipsum statuti sunt pueri septem cum matre. Insultare licet tyrãno, qui duo callidè à sene incipiendum putat, magistrum eligit quo discipulos faceret fortires, quorum velut puerilem ætatem præmijs prouocabat ad culpam, arguebat roribus ad formidinem. At illi non degeneres tanto duci respondent: Quid nos contemnis vel circunscribis vt pueros? Sed fides cana est, sed valida disciplina. Experire certè, subijce quibus placet pœnis puerilia viscera, non inuenies corda puerilia, nec potentiores erunt tormentorum machinæ, quàm legitimæ obseruationes excubiæ. Quem vicit senectus, superabit æmula senectutis puericiã. Sequimur ve-

trem filij, discipuli doctorem. Collige suppliciorum instrumenta proposita: meditationem patientiæ, non terrorem * inscitiæ afferunt, dum videntur.

* aliàs, infantiæ

Iussit maximum natu eligi. At ille ridens: Rectè, inquit, naturæ ordinem seruas. Sed cur Dei legẽ temerandam putas? Et pro pietate quidem omnes maximi sumus, sed tamen à me inchoatũ gaudeo. Quod quęris tyrãne, confiteor, nos summo Deo seruire, & doces quid agere debeamus? Si tu tanta pertinacia vis extorquere veritatem, cur non omni virtute nos eam tenendam putemus? Quid plura? Adhibentur variarum genera pœnarum. Sed vicit pietas immanitatis furorem, exclusa est animã, non religio.

Varijs supplicijs affligitur primogenitus.

Secũdus accessit, nec degener fratris munia pię confessionis impleuit. Et cùm detraheretur membrana capitis, respondit: Aufertis quidẽ membranam, sed habeo galeam spiritalem, quam non potestis auferre. Et verè hanc galeam nemo auferre potest, sicut postea Apostolus docuit in Ecclesia Domini, quia caput viri Christus est, & eius sumus membra. Rectè puer istam diuino spiritu doctrinã Apostolicam prędicebat. Exuebãt immanes bestię coriũ capitis, pardalicis feritatibus sęuiebant. At ille deficiens: Quàm dulce est, inquit, mori pro religione, quàm suauis omnis acerbitas mortis pro pietate: quia manet horum remuneratio laborum. Tua sunt rex grauiora tormenta, tu tuis vehementiùs torqueris supplicijs, quia vides vinci in potestate.

1. Cor. 11.

Secundus occiditur.

Er hoc defuncto, tertiũ statui sibi iussit. Et cùm eum partim tentaret insidijs, partim cuperet terrore percellere, respondit ad eũ: Non faciam voluntatem tuã, non succumbam imperio tuo. Per beatã illam fratrum meorũ passionem & nobilem vitam, non negabo piam germanitatem. Quę vis adhibeto supplicia, quibus magis vrgeas, hoc proficies asperitate pœnarũ, vt maiora testimonia nostrę germanitatis accipias. Iussit itaque ei linguam amputari. At ille exclamans: Victus es, inquit, Antioche, qui organum vocis abscindi iubes. Confessus es te respondere non posse rationi, maioraque probas linguæ nostrę flagella, quàm tua verbera. Nos enim tua verbera non timemus, tu nostrę vocis flagella non potes sustinere. Sed hæc pietatis flagella sunt, tua flagella perfidiæ. Sed etiam lingua sublata, grauiùs te suo cadens murmure flagellabit. Euadere te putas Antioche, si vocẽ eripias? Et tacentes Deus audit, & magis audit. Eccè aperui os meum, laxaui linguam meam, abscinde linguam: sed non abscindes constãtiam, non virtutem auferes, non rationem oblitterabis, non eripies testimonium veritatis, nõ eripies cordis clamorem. Si lingua amputatur, sanguis clamabit, & dicetur tibi: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me.

Tertius abscisa lingua loquitur.

Gen. 4.

Audit enim sanguinis vocẽ, qui audit internas cogitationes. Tenebræ licèt operiant, & parietũ septa circundent, non dicat impius, quia nullus sibi testis assistat, explorat vniuersa, videt omnia Deus: neq; est aliquod facinus, quod possit latere omniũ iudicem Deum, qui cognoscit vniuersa antequàm fiant. Quid verba damus? Loquaciora sunt vulnera: & si vulnera tegantur, & si absc̃odatur cicatrix, non absconditur fides: nec tamen plaudas, quòd auferendo linguam, confessionem laudis eripias. Satis iam Deum sermone laudaui, nunc passione laudemus.

Eccli. 22.

Quarti fratris mẽbra dissoluuntur in rota.

Et hoc peremptо, iussit quartum vinciri ad rotam, vt eius vertigine membris omnibus solueretur. At ille cùm torqueretur immaniter: Dissoluis, inquit, corporis membra, sed adiungis gratiam passioni, nec eripis solatium morti. Est enim vox tonitrui in rota, quia in bono & inoffenso vitæ istius cursu, cælestе resultat oraculum, sicut in Iohãne & in Iacob filijs tonitrui resultabat. Itaq; illud quod legi, nunc manifestiùs recognosco, quia rota intra rotam currit, nec impeditur. Teres enim vita sine vlla offensione in quauis passione versatur, & intra hanc quoquè rota currit. Currit lex intra gratiam, & obseruantia legis intra diuinæ curriculum miseriæ tolerare, vt ibi à Domino cõsolationem inuenire possimus. Et iste consummans cursum suum, abrupit spiritum, animamque victor effudit.

Quintus, ignis supplicijs patitur.

Quintus cùm sisteretur, cæso priùs, eidem iussit ignes admoueri, subijci incendia. Manabat è vulneribus cruor, & effossis vlceribus sanguis effusus, ipsos flammarum extinguebat globos. At ille inter ignium crepitus audiebatur, dicens: Gratias tibi Domine, quod dedisti nobis dicere: Transibimus per ignem. Et sicut alibi idem tuus dicit Propheta: Igne nos examinâsti, sicut igne examinatur argentum. Asstabo tibi sicut aurum purgatus incendio: & si quid fuit culpæ, ignis exussit. Ita-

Psal. 65. Psal. 16. & 65.

que & iſte tranſlatus à corruptela ad incorruptionem, vitam exhalauit.

Sexto quoquè admota tormenta ſunt. At illę: Noli, inquit, fruſtrà errare, & tua hoc adſcribere poteſtati, quòd iſta aduersùm nos exerceas. Noſtrorũ hoc delictorum eſt precium, vt peccantes puniamur. Et gratias Domino, quòd hìc à nobis dæplicia peccata exigũtur, vt ibi nobis conſolatio deferatur. Gratias autẽ & tibi, quòd tam durus & immitis es, vt talibus noſtris ſupplicijs Dominus, in quẽ peccauimus, gẽti noſtrę propitius fiat. Nos quoq; ableuamus ęrumnã, dum fidei paſſionibus delectamur. Et iſte duris & aſperis dilaceratus ſuppljcijs, appoſitus eſt ad fratres ſuos.

Sexus grauib⁹ tormẽtis cruciatur.

Supererat iunior ex fratribus, & iam pudebat Antiochum immaturæ ætatis ſe ità fuiſſe ludibrio. Itaque dolis eum deſiderans circunſcribere, pollicebatur honores, diuitias, amicitiam ſuam, conſortiũ ſecretorum. At verò pia mater monebat filium ſuum, dicens & huic ſicut cęteris: Neſcio quemadmodùm in vterum meum introiſtis, neque ego ſpiritum donaui vobis, neq; membra formaui, ſed hęc omnia potentis Dei munera ſunt. Putauit Antiochus videns matrem ſolicitam, quòd ſeluti eius timeret, ipſi quoquè ſuadere cœpit, vt filium ab intentione ſua reuocaret. At illa voce patria dicebat filio: Tu ſolus ſuperes fili, ſumma votorum meorum, tu poſtremus clauſiſti partus meos, tu poſtremus cõclude gaudia mea. Miſerere mei, quę te in vtero tot menſium curriculo portaui, nè vno momento confundas ſenectutem meam, nè decolores tot fratrum tuorum trophæa, nec ſacrum eorum comitatum relinquas, nec conſortium deſeras. Te adhuc iſti expectant triumphi. Adſpice in cælum, vndè hauſiſti ſpiritum, ad patrem omnium: adſpice in terram, quæ tibi antè alimoniam miniſtrauit: adſpice ad fratres, qui collegam requirũt: adſpice ad matrem, quę tibi lac dedit: redde mercedem pij ſanguinis, noli à fratribus, noli à matre diuelli. Temporales opes ſunt, quas promittit Antiochus: temporales honores, perpetua corona quæ à Deo omnipotente defertur. Vos mihi ſeptem dierum lumina dedit Dominus, ſextum iam diem clauſi, & omnium operã bona valdè. Debes mihi fili, vt quæ in illis ſex laborauí, in te requieſcam ſeptimo, tamquàm à ſeculi operibus iam feriata. Itaque proripiens ſe iuuenis, ait: Quid ſuſtinetis? Et multa vociferans, quòd nequaquàm diuelli poſſet à fratrum conſortijs, quorum multò beatiora eſſent funera quàm regis imperia, cùm vrgerer conuicijs regem, & ipſe acerbis excruciatus tormentorum generibus, vitæ huius munus ſoluit.

Conſolatur mater filiũ iuniorem.

Glorioſum eius martyrium.

Nouiſſima mater oblata eſt neci. Quis hanc beatam neget, quæ quaſi ſeptena vallata muneribus, inter corpora filiorum nullum ſenſit mortis incurſum? Quis inquam, dubitet de eius beatitudine, quę ſeptem turribus circundata, in paradiſi ſedem caput extulit: quæ ſeptem filijs cincta, ſacratiſſimum Deo chorum, non ſolùm canorum vocibus, ſed etiam paſſionibus, ad concinendas Domini laudes celeſtibus inuexit altaribus? Quàm bonus fidei partus, quàm tutus portus iſte pietatis, quàm ſplendida lucerna Eccleſię, ſepteno fulgens lumine, & octauo vtero cumulatis luminibus oleum ſubminiſtrans. De quibus pulchrè dicitur: Date partem illis ſeptem, & illis quidem octo, eo quòd in vtroque numero conſortium gratiæ conſequantur, in lege nutriti, per gratiam coronati, ſeptem tanquàm in ſabbato, octo tanquàm in Euangelio. Pia mater ſupplemento paſſionis adiuncta, quæ in talibus filijs integram pietatis formam parturiuit & peperit.

Mater nouiſſimè primitur.

Eccli.11.

Recurrunt in memoriam ſermones ſanctæ fœminæ, dicentis ad filios: Ego vos genui, ego vobis ſuccum lactis infudi: nolite nobilitatem veſtram perdere. Sed aliæ matres reuocare à martyrio ſolent filios, non vocare. At iſta maternum in hoc ponebat affectum, ſi filijs vitam magis perpetuam quàm temporalem ſuaderet. Spectabat itaque pia mater filiorum certamina, & quanuis maternorum viſcerum compaſſione quateretur, tamen pietatis ſtudio premebat dolorem. Et offerente Antiocho, cùm poſſet ſalutem eligere filiorum, malebat dolorem. Et compreſſisque naturæ gemitibus, pœnas filijs optabat augeri, vt mors citiùs appropinquaret. Videmus conuerſa vota matris in filios, nè quem ſuperſtitem relinqueret, ſed omnes piæ coheredes mortis acquireret. Sed nec filij minores tali parente, qui ſe inuicèm cohortabantur, qui dicebant vno ſtudio, & quadam animorum acie: Mortis aduerſæ impetum petamus. Tunc enim viuemus, cùm fuerimus mortui. Nemo pietatis ordinem derelinquat, nemo ſe ſubtrahat prælio triumphali. Non homini, ſed Deo noſtras animas deuouimus: non homini, ſed

Ex cap.12.

Videt quòd ſancti viuũt cùm fuerint mortui.

authori omnium militamus. Talis hæc pugna eſt, vt ille glorioſiùs vicerit, qui crudeliùs occiſus fuerit. Itaque nemo timuit, nemo trepidauit, nullus ad mortem ex tot fratribus pigrior fuit: ſed omnes, tanquàm ad immortalitatis viam, ità ad mortem per acerba ſupplicia cucurrerunt, & mater conſona cernens filiorum agmina, tanquàm pia anima ſui membra corporis in filijs offerebat, & per artus proprios videbatur ſibi ſubire tormenta. Cadebant filij tormentis exulcerati, mortui ſuper mortuos aduoluebantur, corpora ſuper corpora volutabantur, capita ſuper capita execabantur.

Refertus erat locus cadaueribus filiorum, non fleuit mater, non lamentata eſt, non oculos cuiuſquam preſſit, aut ora morientis clauſit, non lauit vulnera, ſciens gloriоſiores eſſe, ſi cuiſcerati & concreti pariter puluere & ſanguine viderentur, quales ſolent de bello redire victores, qualia ſolent trophæa ex hoſtibus reportare. Non ſuperiacienda velamina, non proſequendas exequias, nisì ſuæ comitatu mortis arbitrata eſt. Quæ cithara dulciores ederet cantus, quàm morientes filij in tam grauibus ſupplicijs ediderunt? Erumpebat enim naturæ gemitus, & inuitus. Spectares peremptorum cadauera, ſicut fila chordarum audires heptachordum pſalterium triumphalibus gemitibus reſultare. Non ſic illecebroſi cantus ſirenum attraherent audientem. Illi enim ad naufragium trahunt, iſti ad ſacrificij victoriam. Nec ſic cygnea carmina aures animumque mulcerent. Cygni enim naturæ ſorte moriuntur, iſti moriebantur amore pietatis. Non ſic rauca reſonant ſecreto in nemore columbarum murmura, vt vltima verba morientium cum ſumma ſuauitate reſonabant. Nec ſic luna inter ſtellas refulget, vt inter filios mater: & cùm eos ad martyrium illuminatura deduceret, & cùm amplexata victores in medio filiorum iaceret.

Fortitudo matris quãta fuerit.

O vera mater Adamante fortior, melle dulcior, flore fragrantior: ô indiſſolubile pietatis vinculum, ô verè valida charitas ſicut mors dura, ſicut inferi zelus deuotionis ac fidei. Nulla tantarum diluuia paſſionum tuam potuerunt charitatem exludere, nulla inundare eam flumina tantarum acerbitatum. Sicut arca in illo mundi diluuio totius orbis ſpatijs innocua ferebatur, ità & tu aduersùs fluctus tam grauium paſſionum pietate immobilis reſtitiſti: & cùm poſſes ſalutem filiorum eligere, noluiſti.

Cant.8.

Quo affectu vos proſequar ſanctæ matris pia pignora? Quo penicillo ſermonis mei deſcribam formę veſtrę & animarum ſimilitudinem? Steriſtis inter exercitus regios, quibus totus fuit orbis terrarum ſubactus, quos India quoquè in extremi maris ſecreta refugiens declinauit, & ſoli de rege ſuperbo ſine bellico conflictu victoriam reportâſtis. Vicerunt in vobis ſola arma pietatis, dedit pœnas tyrannus, & quia vos non potuit vincere, & quia atroci peremptus eſt morte.

ITEM VITA SS. FRATRVM MACHABÆORVM, PER DIVVM GREGORIVM NAZIANZENVM SCRIPTA. *Et eſt oratio vigeſima in ordine orationum eiuſdem.*

t. Auguſti. Feſtiuitas Machabæorũ antiqua.

VID autem Machabæi? Horum enim præſens eſt feſtiuitas, qui licèt minùs honorantur à pleriſque, quòd non ſunt digni, quòd ob leges paternas fortiter egerint. Cùm enim ante Chriſti paſſiones martyrium ſuſtinuêre, quid facturi erant, ſi poſt Chriſtum perſecutionem pertuliſſent, ac illius pro nobis mortem imitati fuiſſent? Qui enim ſine hoc exemplo tanta eminuêre virtute, quomodò non generoſiores apparuiſſent, ſi cum exemplo pericli tati fuiſſent?

Proindè licèt ſermo iſte myſticus ſit & abſcõditus, miri tamen ac omnibus Dei amatoribus admodùm credibilis exiſtit, neminẽ, qui antę Chriſti aduentum martyrio deceſſit, id ſine Chriſti fide aſſecutum eſſe. Verbum enim, quod poſteà temporibus proprijs liberè prædicatum eſt, ijs etiam, qui merę puri fuerunt, anteà cognitum extitit: quemadmodùm ex multis liquet, qui ante illud honorati fuerunt. Non igitur deſpiciendi ſunt, quòd tales ante crucem,

Multi ante cruceẽ Chriſti, crucis tormentũ experti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cem extiterint: sed propter crucem laudandi,ac honore,qui ex sermonibus prodeuenit,digni: non vt ijs gloria indè augeatur,nam quo pacto eorum gloria crescere posset,quorum res gestæ tam gloriosum quid habuerunt? sed vt glorientur similia incitati.

Annuis festiuitatibus & panegyribus honorabantur septem Machabæi.

Cæterùm qualesnam hi fuêre? aut vndè,quáve sub initium institutione & disciplina impulsi,ad tantum virtutis & gloriæ fastigium sunt progressi, vt annuis festiuitatibus ac panegyribus honorarentur? Nam quòd maior quàm rerum vilium de eis opinio in omnium resideat animis,id liber de ijs conscriptus,discedi cupidis & studiosis ostendit. Qui etiam docet rationem passionibus imperare, dominamque esse,siue ad virtutem inclinet,seu malitiam. Sanè & alios liber ille martyres celebrat, inter quos & horum meminit certaminum. Mihi verò hoc tantùm dixisse sufficiat,Eleazarum primitias tulisse inter eos, qui hic ante Christum sunt passi,quemadmodùm post Christum Stephanus. Vir sacerdos,& senex, canus capillis, canus & prudentia, priùs quidem pro populo sacrificabat, & orabat,nunc autem semetipsum hostiam obtulit Deo perfectissimam. Purgationem plebis vniuersæ, dextrum certaminis proœmium, adhortatioque loquens & tacens. Adduxit autem & filios septem,institutionis suæ indicia,hostiam viuentem, sanctam, beneplacitam Deo, omni legali sacrificio splendidiorem & puriorem. Siquidem legitimum est & iustissimum,vt filiorum præclarè gesta patri referantur accepta. Pueri autem illi generosi & magnanimi,generosæ matris germina generosa,glorioſi veritatis certatores,Antiochi temporibus excelsiores, Mosaicæ legis discipuli genuini, patriarum consuetudinum obseruatores diligentes. Numerus olim laudabilis. Septenarius numerus apud Hebræos laudabilis,& propter septenarię quietis mysteriũ venerabilis,vnum spirantes,ad vnum respicientes,vnicum vitæ iter scientes, vt pro Deo mortem subirent, non minùs animis fratres quàm corporibus, inter se de morte æmulantes. Proh miraculum,tormenta tanquàm thesauros præripientes, sub magistratu pericula pro alijs subeuntes,quæ non magis ingruentia formidabant, quàm certantia quærebant,vnum hoc declinantes, nè tyrannus eos punire differret, ac quidam ex eis incoronati discederent, inuitique à fratribus separarentur, & ctoria superarent,ac nequaquàm in patiendi periculum incidirent. Mater ibi animosa & generosa,puerorum simul ac Dei amatrix, cuius materna viscera vltra naturæ dilaniabantur rationem. Non quia eam filiorum miseraretur cruciatus, sed quòd timore angeretur,nè paterentur. Neque magis desiderabat abeuntes, quàm optabat vt residui alijs adijcerentur. Et horum quidem rationem habebat maiorem,quàm eorum,qui iam decesserant. Nam horum certamen anceps erat, at illorum dissolutio secura. Et hos quidem iam Deo conciliauerat,illos autem vt Deus acciperet,curabat.

Maternus affectus erga filiorum salutẽ quãtus fuerit.

Laudat librũ Machabæorum.

O anima virilis in corpore muliebri. O specimen admirandum, & magnanimum.O sacrificij illius Abrahamici,nisi fortè maius quid audendum sit. Illic enim promptè vnum obtulit, licèt vnigenitum, & qui ex promissione erat, & ad quem promissio pertinebat: & quod maius erat,quòd non generis solùm, sed & talium sacrificiorum primitiæ & radix constitueretur. At illa totum filiorum populum sacrificauit Deo,tam matres quàm sacerdotes victimis in iugulationem prompti exuperans,holocaustis rationalibus,sacrificijs se vrgentibus. Illa vbera ostendebat & filijs enutritionem in memoriam perducebat. Canitiem prætendebat, senectutemque pro supplicatione subijciebat: non vt salutem quæreret, sed vt passionem moueret: nec mortem,sed dilationem periculum esse censebat. Nil eam flectebat, nihil emolliebat, nil audaciam eius minuebat. Non tormẽtorum instrumenta exposita,non rotę expeditæ,non catapultę,non vngularum acies ferrearum,non ensium acies iam subigebatur, non lebetes feruentes, non ighis incensus, non tyrannus minans,non populus vrgens,non genus inspiciens, non iuuentus, non senectus rata,non carnes dilaniatæ,non sanguinis riui fluentes, non iuuentus, quæ consumebatur,non mala præsentia, non quę expectabãtur: sed & periculi prolongatio, quæ alijs in talibus grauissima esset solet,illis erant leuissima: spectaculo enim oblectabantur,& passionibus ferè moram innectebant. Ità varia tormenta illa, tanquàm nullius essent momenti,contemnebant. Quin etiam persecutoris cõmentos multiformes, conuiciantes, comminantes, blandientes despiciebant. Quid enim

ille non tentabat, vt quod sperabat assequi posset?

Insuper & puerorum ad tyrannum responsiones tanta sapientia ac generositate erant refertæ,vt si cuncta aliorum bona in vnum fuissent congesta, parua tamen essent,si cum illorũ fortitudine essent collata. Immò fortitudo eorum parua fuisset,si cum prudentia eorum in sermonibus comparata esset. Quin & solis illis contigit,vt ità paterentur,ac interim contra minas persecutoris & terrores imminentes adeò sapienter responderent. Quibus tamen pueri generosi,vel parens generosior nequaquàm vincebantur. Cùm verò ipsa omnibus superstes extitisset, ac animi dolorem cum amore temperâsset, pulchram parentationem illis seipsam exhibuit. Eos enim subsecuta est, quos paulò antè præmiserat: Et hoc quonam modo? Spontè ad periculum processit. At cum quali oratione funebri? Pulchri sanè pueroru ad Tyrannum sermones existunt, pulchrorumque pulcherrimi. Et cur non? Cùm quibus se instruebant, & Tyrannum feriebant. At matris longè fuêre pulchriores. Primò quidem consolantes, posteà verò funebres. Quinam igitur puerorum sermones fuêre? Bonum enim est, vt & vos illorum reminiscamini, vt quemadmodùm certaminis habetis exemplum, ità etiam sermones de martyrij laude in talibus habeatis temporibus. Erant autem aliorum alij, & secundùm quod vnumquenque vel persecutoris sermones, aut peticulorum ordo, aut animæ armabat alacritas, & si typo effingere licet, tales erant.

Sapientia & fortitudo martyrum quanta.

Nobis Antioche,ac circunstantes omnes, vnus Rex Deus est, à quo facti sumus, & ad quem conuertimur: vnusque legislator Moses, quem haud prodemus, seu offendemus. Non per pericula viri, ob virtutem exantlata, ac miracula multa, etiam si alius adhuc Antiochus nobis minaretur, te etiam truculentior. Vna autem nobis securitas est,mandati obseruatio,& vt legem, qua muniti sumus, haudquaquàm præuaricemur. Vna gloria,omnem aliam gloriam præ illa contemnere. Solæ nobis sunt diuitiæ, quæ sperantur. Nihil autem terribilius, quàm à Deo aliquid timere. Cum his considerationibus sumus instructi, ac ità armati. Cum tali tibi iuuentute est controuersia. Dulcis equidem mundus hic est, dulce & solum patrium,nec non amici,& cognati, coætanei quę, ac templum istud magnum & nomine tam celebre,ac panegyres patriæ,& mysteria, reliquaque cuncta, quibus nos ab alijs differre videmur: non tamen dulciora sunt Deo,ac periculis, quæ propter honestatem sustinentur. Nec tu hoc censeas: Alius nobis est mundus longè rebus visibilibus sublimior & stabilior. Patria alia Hierusalem superna, quam nullus Antiochus obsidebit. Et quia fortis est,& inexpugnabilis, nullam timet desolationem. Cognati verò nobis sunt inspiratio, & qui secundùm virtutem sunt nati. Amici autem, Propheræ, ac Patriarchæ,à quibus nobis & pietatis est typus. Coætanei verò,qui hodiè nobiscum periclitantur, & fortitudine sunt contemporanei. Panegyres autem, Angelorum tripudia, mysteriumque vnum magnum, ac maximum, & à multis absconditum, Deus: ad quem & hæc respiciunt mysteria. Desine igitur nobis parua & indigna polliceri: non enim honorabimur inhonestis,neque lucrabimur damnosa,quoniam non ram infeliciter negociamur. Desine etiam minari: aut contrà minabimur: tuam impotentiam,& nostra arguẽ supplicia. Habemus & nos ignẽ, quo persecutores puniamus. Existimas tibi certamen esse cum gentibus, ac ciuitatibus? necnon regibus effœminatissimis? Ex quibus hi quidem vincent, illi autem fortassis superabunturus. Verùm nequaquàm eis de talibus periculum imminet. Contra Dei legem aciem instruis, contra tabulas à Deo insculptas, contra paterna ratione & tempore honorata, contra septem fratres vnica anima colligatos, septem te trophæis infamaturos. Quos vincere nequaquàm magnum est,ab illis verò superari turpissimum. Illorum genus sumus & discipuli,quos ignis columna & nubis in via deduxit: quibus mare diuisum est,& fluius substitit,& sol stetit,& panis pluuia descendit: quorum manuum extensiones orationis gratia factæ multa milia in fugam conuerterunt: à quibus feræ superabantur,& quos ighis non tangebat, ac à quibus reges generositatem admirantes, abstinebant. Dicemus & aliquid tibi cognitum. Eleazari mystæ sumus,cuius fortitudo tibi est comperta. Prior pater certauit, nunc filij succedunt. Prior abijt sacerdos,nunc subsequentur sacrificia. Multis nos terres, sed multò plura ferre sumus parati. Et quid ô superbissime, ministuis nobis facere poteris? num persua-

Fides martyrum quãta.

Exo.13.14.16.
Ioſ.3.10.
Dan.14.5.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

debis? At nihil fortius eſt ijs, qui omnia ferre ſunt parati. Cur moramini lictores? cur cunctamini? cur mandatum tam egregium expectatis? vbi enſes? vbi vincula? celeritatem exopto. Maior ignis accendatur, beſtiæ efferentur, tormenta augeantur, omnia ſint regia & ambitioſa. Ego primogenitus ſum: primum me ſacrificabo. Ego nouiſſimus, ordo mutetur. Sed & è medijs quidam inter primos exiſtat, quo æquis partibus inter nos honoremur. Sed parcis. Expectásne fortuitum quid, aut contrarium? Sæpè ac iterùm eundem repetemus ſermonem. Nequaquàm immunda comedemus, nec offeremus. Tu priùs noſtra veneraberis, quàm noſtra colemus. Summa ſermonis: aut crudeliora adhuc excogita tormenta, aut hæc à nobis contemni ſcias. Et hæc quidem ad Tyrannum.

Propter legis obſeruationes paſſi ſunt Machabæi.

At quibus inter ſe adhortabantur? qualiaque de ſeipſis ſpectacula exhibebant? quàm fuêre pulchra? quàm ſacra? omniq́ue viſione, ac auditione, Dei cultoribus ſuauiora? Ego enim recordatione ſolùm voluptate impleor, ac cogitatione cum certantibus verſor, enarrationeq́ue exornor. Amplectebantur ſe mutuò, & à collis pendebant. Panegyris erat, àc ſi certaminibus initiarentur. Eamus fratres ad pericula, clamabant, eamus, vrgeamus nos dum exeandeſcit Tyrannus. Nil nos emolliat, vt ſalute plectamur. Conuiuium nobis propoſitum eſt precioſiſſimum, nequaquàm illud negligamus. Pulchrum eſt fratres cohabitare, conuiuium celebrare, ac vnà conglobari. Pulchrius verò pro virtute periclitari. Quòd ſi poſſibile eſſet, corporibus etiam pro legibus certâſſemus patrijs: ſed & morsiſta inter laudabilia exiſtit. Verùm quia tempus hoc non admittit, corpora exhibeamus. Etenim ſi nunc haud morimur, num ideò nunquàm occumbemus? num generationi debitum ſuũ non reddemus? Ex neceſſitate gloriam faciamus, diſſolutionem cauillemur: quod commune eſt, proprium faciamus, morte vitam comparemus. Nullus igitur è nobis animæ curam gerat, nec puſillanimis exiſtat. Tyrannus poſtquàm in nos incidit, de aliorum tranſgreſſione deſperet, periculis ordinem ipſe ſtatuat, nos nihil in promptitudinis feruore differamus, primuſq́ue alijs via exiſtat, nouiſſimus verò certaminis ſignaculum. Hoc nobis cunctis pariter infixum ſit, quòd cum perpetua domûs noſtræ laude coronabimur, & quòd perſecutor nullam è nobis partem accipere poterit: vt quemadmodùm de omnibus gloriatur, ità vnica intumeſcat prauitate. Non minus tranſmigratione, quàm generatione, inter nos fratres appareamus, omnesque tanquàm vnus periclitemur, & pro omnibus ſinguli. Eleazare, ſuſcipe: mater lubens ſequere: Hieruſalem mortuos tuos magnificè ſepelito. Si ſepultura carebimus, poſteris noſtra referto: ſed & amatoribus tuis religioſum vnius vteri ſepulcrum oſtende.

Fratres Machabæi ſe mutuò ad ineundum martyrium hortantur.

ycce magnificam ſepulturam.

Et illi quidem talia dicebant & faciebant, & aprorum inſtàr, dentes inter ſe acuentes, in ordine ætatis & promptitudine qualitatis confortabãtur, voluptatiq́ue ac miraculo erant contribulibus ſuis: terrori autẽ & ſtupori perſecutoribus, qui cùm totam gentem ſubegiſſent, adeò ſeptem fratrum vnanimitate ſunt ſuperati, vt nec ſpem meliorem haberent de alijs. At mater generoſa, cùm illi virtute tot eſſent ac tales, animal inter legem & magnanimitatem medium, eouſq́ue gaudio pauter ac timore perfuſa erat, in medioq́ue duarum paſſionum campo conſtituta: gaudij, ob virilitatem, & ea, quę videbantur: timoris verò, propter ea, quæ immine bant, ac pœnarum immanitatem: & tanquàm auis pullos, cùm ſerpens adrepit, aut aliud quid inſidiatur, circumuolabat, circumgemebat, ſupplicabat, ſimul certabat, & quid non faciebat, quod ad victoriam conſequendam deſeruiret? ſanguinis quo tas rapiebat, membrorum detruncationes colligebat, reliquias adorabat, cum vno loquebatur, & hunc offerebat, alium verò præparabat. Omnes autem ità alloquebatur: Eugè filij, eugè optimi mei, eugè in corpore conſtituti, corpore ferè exiti. Eugè legis ac canitiei meæ defenſores, necnon ciuitatis, quæ vos aluit, & ad tantæ virtutis gloriam prouexit. Adhuc parùm, & vicimus. Fatigantur tortores. Hoc meo ſolum: adhuc parùm, & ego feliciſſima inter matres ero, vosq́ue beatiſſimos inter filios. Sed matris deſiderio tenemini? At nequaquàm vos derelinquam. Hoc vobis promitto, non enim ità natos odi.

Adorare, pro venerari, in ſacra ſcriptura frequẽtiſſ. eſt.

Poſtquàm autem defunctos vidit, ac ſecuritatem ex complemento eſt aſſecuta, caput admodùm lætè cum magna ſuſtulit conſtantia, non ſecùs ac ij, qui in Olympiacis vincunt: manibusq́ue extenſis, magna & ſplendida voce, Tibi, inquit, ô pater ſancte gratias ago, tibi lex magiſtra, necnon pater noſter Eleazare, qui ante filios tuos decertâſti, quòd meorum in partu dolorum fructum accepi, quodq́ue mater facta ſum omnibus matribus beatior. Nihil mũdo reliqui, omnia Deo tradidi, theſaurũ meum, ſpemq́ue meam ſenilem. Quàm magnificè ſum honorata, quàm abundè ſenectutis mercede perfruor, nutrimenti impenſam vobis filij remitto, cùm ità vos pro virtute decertâſſe video. Omnes coronatos conſpexi, tanquàm benefactores intueor tortores: ſed & parùm deeſt, quin me Tyranno ob ſeruatum ordinem gratias habere fatear, quòd me vltimam periculis reſeruauit, quòd ſobolem meam decertantem vidi, & cum vnoquoque filio depugnaui. Ità enim ſecura cum ſacrificijs digrediar, non comas dilacerabo, non veſtem diſcindam, non carnem vnguibus ſecabo, non luctum inſtaurabo, non præficas conuocabo, non in tenebris me occultabo, vt aër mecum ſicat, non conſolatores expectauit, nè corpus ſanctum & generoſum corpora tangerent polluta. Sic Eleazarus ſacerdotio eſt perfunctus è cæleſtibus initiatus, & initians. Ac Hieruſalem haudquaquàm externo, ſed proprio emundauit ſanguine, diemq́ue ſouiſſimum, myſterium quoquè fecit nouiſſimum. Ità etiam filij iuuentute ſunt defuncti, non quòd voluptatibus ſeruirent, ſed quòd paſſiones refrenarent, ac corpora ſanctificarent, ad vitamq́ue transferrẽt impaſſibilem. Sic mater fœcunditate ſua fructum accepit, ſic viuentes adornauit, & cum decedentibus quieuit: quosq́ue mundo genuerat, illos obtulit Deo, ac dolores ſuos certaminibus annumerauit, partusq́ue conſequentiam mortibus manifeſtam reddidit, à primo quidem filio vſque ad nouiſſimum, ijs, quæ fuêre certaminis. Et quemadmodùm in aquarum inundatione contingit, ſic & virtutẽ aliam ſuper aliam oſtendit, ad paſſionemq́ue adeò promptior erat periculis corroborata prioribus, vt tyranno gratũ fuerit, quòd non plurimorum mater eſſet: immò confuſus, & victus diſceſſit, ac primùm tum didicit, quòd non omnia armis ſubigi poſſent, cùm pueros inermes adortus fuiſſet, qui ſola pietate armati eſſent, & qui omnia potiùs pati, quàm quæ ille iubebat facere, parati erant.

Vide quãta ſit diuerſitas inter matres corporales & ſpirituales.

Num. 25.

1. Reg. 1.

Thren. 4.

Attẽde martyrij deſiderium in matre.

Mater adiudicatur morti.

Obdormit mater cum filijs in Domino.

Hoc Iephte ſacrificio ſecurius & magnificentius fuit. Nequaquàm enim neceſſitate eſt perſolutum, quemadmodùm ibi promiſſionis feruore ac victoriæ fa-

Iudic. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum est desperatione: verùm oblatio ista spontanea fuit,& quæ solùm meretur
Dan.6.14. haberet sperandam. Sed nec Danielis certaminibus hoc fuit ignobilius. Qui cùm
in cibum datus esset leonibus,manuum extensione feras deuicit. Immò nec in Af-
Dan.3. syria pueris posterius, quos Angelus refrigerabat in igne,quoniam legem seruabi-
paternam,nec cibum tangere volebant pollutum & prophanum. Quin nec certa-
men hoc gloria sua miraculis illis, quæ posteà pro Christo sunt exantlata, inferiis
fuit. Illi enim, quemadmodùm in sermonis dicebam principio, Christi sequeban-
tur sanguinem, & Deus talium certaminum ductor erat, qui tantum actam admi-
randum pro nobis obtulit precium. His verò haudquaquàm multâ, neque talia
virtutis fuêre exempla. Horum virtutem vniuersa admirata est Iudæa,& tanquàm
ipsa coronata esset, exultabat ac gestiebat. Certamen enim hoc maximum fuit ex
ijs, quæ vnquàm in ciuitate illa fuêre decertata. Necesse enim erat,vt in die illa lex
vel solueretur, vel glorificaretur: eratque res tum quasi sub nouacula posita,&
ad vniuersam Hebræorum gentem illorum pertinebant certamina. Sed & Antio-
chus ità stupore est percussus, vt minas verteret in admirationem (nam hominum
virtutē & hostes quoquè admirari nôrunt) cùm ira deferbuisset, & res per seipsam
fuit expensa, adeò vt infecto negocio abiret, multis patrem Seleucum, ob hono-
rem genti, necnon magnificentiam templo impensam,laudans, multisquoquè Si-
monem, qui eum adduxerat, inculpans.

Proindè hos nos,ô sacerdotes,matres,& filij,imitemur. Sacerdotes quidem Ele-
Tam sermone q̄ opere ostendere cõuenit qđ est optimũ. azari honorem patris spiritalis, qui tam sermone, quàm opere quod optimum es-
set ostendit. Mulieres verò generosæ matris illius gloriam, quo verè filiorũ ama-
trices esse videantur, ac Christo fœturam suam offerant, nuptiasque per talia san-
ctificent sacrificia. Filij autem, vt sanctos illos venerentur, ac iuuentutem nequa-
quàm in turpibus cõsumant affectibus, sed in certaminibus contra passiones initis,
& vt contrà assiduum Antiochum generosè pugnent, qui contrà membra cuncta
decertat, illaque multipliciter infectatur. Cupio enim pugiles habere, qui omnis
temporis, omnisque sint modi, vniuersum hominum genus, ac ætatem omnem,
quæ vel palàm oppugnatur, vel cui clanculùm tenduntur insidiæ, illamque vete-
ribus adiuuare narrationibus, adiuuare & nouis, ac vndiquè apiculæ instar vtilis-
ma colligere in alucarij vnius fœturam & suauitatem: quò tàm per vetusta quàm
noua in nobis glorificetur Deus, qui in filio & spiritu glorificatur, qui suos cogno-
scit, & à suis cognoscitur, confessus, & confitens, glorificatus, & glorificans in ipso
Christo, cui sit gloria in seculum, Amen.

ITEM ALIA VITA SANCTORVM SEPTEM MACHABAEORVM, PER D. IOHANNEM CHRYSOSTOMUM Episcopum Constantinopolitanum scripta. Habetur Tomo primo operum eius.

Laudat præclarã diem sanctorum Machabæorum. QVàm speciosa & grata ciuitas nobis enituit, & totius anni diebus splẽdidior hodierna præfulget,non de vsitatis solis radijs illumi-
nata præclariùs,sed de lumine martyrum suprà coruscum fulgo-
ris micantem illustrata sublimiùs. Multis etenim solibus illustre-
ores sunt martyres, & magnis luminaribus clariores. Properet
hodiè si dici potest, cælo ipso ornatior terra lætatur. Sed in hac
comparatione non attendas cinerem sanctorum corporum, nec
fauillam reliquiarum carnis, omniaque ossa consumpta temporibus: sed apertis
oculos fidei, & vide eos diuina virtute & gratia spiritûs sancti amictos, & diuino
luminis claritate radiantes. Hi ergò ipsi de superno solis circulo in terram radij
Radij ex Sãctorũ martyrum corporib⁹ prosilientes, Ecclesiam illustrant. Christo emittente iaciuntur, & à corporibus eorum prosilientes coruscã luce fulgoris, sicut speciem Ecclesiæ gaudentis illustrant, ità faciem diaboli inuidentis
obcæcant. Nam vt audaces latronum duces, siue impij sepulcrorum effossores, si
fortè dum prædas agunt, aut spolia capienda conquirunt, in arma vel ornamenta
Imperatoris incurrerint, quamlibèt cupidi prædarum: tamen ità agnitis Regis
insignibus deterrentur, vt fugiant, neque cominùs accedere vel attingere audeant. Vndè sibi non compendium procedere, sed periculum prouident imminere, si quid indè audeant vsurpare: Ità profectò & dæmones, qui verè latronum & prin-

cipes & magistri sunt, vbi coronatorum martyrũ corpora viderint posita,
longè ilicò à conspectu eorum pauidi fugiunt & absiliunt. Non enim ad naturam
eorum intendunt, sed in arcanam dignitatem, & gloriam Christi, qui in agone
certantium induta corpora martyrum suorum, sicut arma portauit. Huiusmodi
enim armis non angelus, non archangelus, non vlla alia creaturæ virtus induta
est, sed ipse Dominus virtutum, & Angelorum, sicut Paulus clamat, dicens: Si ex- 2.Cor.13.
perimentum quæritis, præliantis in me Christi. Preciosa enim sunt corpora mar-
tyrum, quoniam plagas pro Domino susceperunt. Et quia stigmata propter Chri-
stum membris suis impressa ferunt, & sicut corona regalis vndiquè decorata ful-
gores varios emittit: ità & sanctorum martyrum corpora,sicut preciosis lapidibus Vulnera sanctorũ gemmis longè nobiliora.
acceptis pro Christo vulneribus distincta, omni regum diademate preciosiora, &
spectabilia redduntur. Et illi quidem secularium spectaculorum præsides, siue
arbitri, quos Græci agonothetas vocant, proponentes certamina,magnum mune-
ris ambitum esse existimant, quandò iuuenes & robustos luctatores in stadium in-
troduxerint,vndè prima ostentatione miraculum spectatoribus præbeant studio.
Hoc verò spiritali in agone non ità est, sed omnia è contrario. Agonem enim pro-
ponens Christus, non talem, qualem illi terreni agonothetæ, sed horribilem &
plenum timoris. Non enim hominum contra homines luctamen, sed hominum
aduersùs dæmones pugna est. Ephes.6.

Tale ergò certamen nobis proponens Christus, non iuuenes exercitatos ad lu-
ctamina athletas, sed primæuos adolescentulos, & cum ipsis senem Eleazarum,
simulque mulierem anum matrem septem adolescentium vult cõsiderare. Quid
hoc noui est? quid paras? inutilem & adhuc teneram, in bellum, in arenam vel
prælium ducis ætatem? quis enim ante hanc diem vidit, vel audiuit mulierem in
vltima senectute positam dimicâsse, & terribilem mortis adijsse cõflictum? Nemo
huiusmodi factum audiuit vnquàm. Sed ego, inquit, admirabile hoc, & nouum,
quod neque auditu aliquandò perceptum est, ipsis operibus demonstrabo. Non
enim talis agonotheta ego sum,vt certaminis exitum in aliqua certantium virtute
conflituam, sed ipse assisto luctantibus, & auxilium præbeo, & manum præbeo
athletis meis, Et quod ex proprij arbitrij libertate suscipiunt, de bonæ voluntatis
affectu, vt pro legibus meis & nomine meo dimicent, id in victoriam ipsis proce-
dere, mei est auxilij.

Ergò cum videris mulierem annis confectam,senio tremulam, baculo indigen-
tem induci, & congressam prælio passionis dissoluere crudelem tyranni furentis
insaniam, & de incorporeis virtutibus triumphantem,& diabolo prævalentem,&
facilè vires illius concidentem cum potestate maiore: admirare diuini agonothe-
tæ gratiam,obstupesce ad intuendam Christi virtutem,cuius athletæ non corporis
robore,sed fidei virtute luctantur. Infirma eorum natura,vel vetus est,sed quæ eos
vnxit gratia,potens est. Resoluta sunt corpora senectute,sed solidatæ sunt mentes
desiderio pietatis. Non est sensibilis hæc pugna,neque insensibile certamen. Noli
ergò istos athletas extrinsecùs considerare, sed ingredere sensu rationabili ad in-
teriorem eorum habitudinem: conspice fidei eorum fortitudinem, vt intelligas,
quoniam qui contra dæmones pugnat, non robore corporali, neque valida com- Nõ robore corporali indiget,qui contra dæmones pugnat:sed spirituali.
page membrorum indiget, nec de ætate iuuenili fiduciam sumit: sed & si tener ad-
huc adolescentulus in flore primæuo agit, & si senex ad extremas ætatis suæ metas
perunenerit, animam verò fortem habeat & corroboratam fidem, nihil de ætate,
vel modica, vel extrema ab effectu certaminis impeditur. Et quid dico senem &
iuuenem,quandò etiam mulieres expeditæ ad hæc prælia cucurrerunt, & illustres
coronas adeptæ sunt? Nam illi extranei nobis, id est, mundani agones,& ætatis,&
formæ,& generis dignitatem requirunt. Vndè & seruis,& mulieribus,& senibus,&
pueris ad eos aditus denegatur: isthic verò apud nos omni personæ,omniquè æta-
ti,& vtriquè sexui indiscreta facultate stadium patet,& agonis ad eundi commune
ius,& vna libertas est, vt prompta omnibus sine inuidia bonitate, ineffabilem Sal-
uatoris nostri virtutem cognoscas, & Apostolicum sermonem opere confirmari
videas: Quia virtus in infirmitate perficitur. Quandò enim pueri, & senes suprà 2.Cor.12.
naturam valent,& internis viribus modos ætatis extendunt, euidenter operantis
in ipsis gratia manifestatur.

Et vt plenius appareat, quia infirmitas athletarum nostrorum, quæ in exteriori
est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

est,clariores faciat esse victores,& senem, & pueros relinquẽtes, infirmiorem ipsis producamus in medium mulierem, illam anum, & septem puerorum matrem. Nam labores partuum non vel modicè huic certamini impedimẽto sunt. Quid ergò eius priùs aut potiùs mirabimur? Quod ex natura infirmum, aut quod de æuo habuit prælijs inutile & immaturum,aut necessarię compassionis affectum? Mater enim erat, vndè facilè eam potuisset in tormẽtis viscerum suorum vincere misericordia. Ego verò & aliud his maius habeo dicere, quo & virilem mulieris fortitudinem,& callidam diaboli versutiam consideretis. Quid autem hoc est,diligenter inspicere debetis.

Attẽde diaboli calliditatem.

Immundi dæmonis maligna calliditas, non primam eam taxit in agonem, sed post filios eam duxit in prælium. Qua causa hoc? Ob hoc vtiquè, vt præuenientibus in conspectu eius septem filiorum supplicijs, deijceret sensum eius, cùm virtutem mentis in matre fregisset, varia crudelitate propositis ei spectaculis orbitatis suæ, cùm iam eneruatam & consumptam maternis doloribus facilè vinceret, & in ruinam mentis impelleret. Nè ergò hoc consideres, quòd illata sibi tormenta tolerabant: sed illud magis contemplare, quòd mater per singulos eorum dolores sustinebat dolores. Et hoc quod dicitur, benè nórunt quæcunque pariẽdi dolores expertæ sunt mulieres, & matres factæ sunt. Nam sæpè & mater, si videat filium suum febribus æstuare, ità perturbatur, vt ardores illius in sua cupiat membra transferri, & mutata in se si possit ægritudinis vice,trãsfundere in filium sanitatem suam. Ità omnibus domesticis malis eas, quæ de filijs malis acciderint, ærumnas grauiores existimãt,& intolerabiles fiunt, quæ matris sunt. Sicut ergò vera in cur-

Maior erat passio matris quàm filiorum.

ctis matribus talis affectio, ità profectò manifestum est, quia mater illa grauiùs in supplicijs filiorum puniebatur, quàm si ipsa pateretur:& maior erat passio in visceribus matris, quàm in corporibus filiorum. Si ergò vnius filij nunciata est ægritudo,auditu solo viscera materna turbantur.Hîc autem non vnum tantùm filiorum chorum vno tempore pariter interfici videns mater, nec absens per auditum facipiens passiones eorum: sed præsens oculis hauriens vulnera omnium, quos peperat,quid non patiebatur? Quomodò non excidit mente,vnumquenq; horum spectans horribiliùs, & diuersis pœnarum ingenijs cruciari,& per incisiones membrorum tam crudeli,quàm lenta morte consumi? Quomodò tam ferali spectaculo non dissiliẽrũt viscera eius,& desumpto corpore anima excussa est? Quomodò vel deterius filiorum spectaculum compendio mortis euaderet? Nam ersi sapiens esset, sed mater erat: etsi amans Deum, sed carnem portabat: etsi prompta fuerat de, attamẽ fœmineum sexum gerebat: etsi zelo diuinæ pietatis prompta feruerat, sed & maternæ affectionis vinculo memor partuum tenebatur. Si enim nos, qui viri sumus, frequenter cùm videmus reum per forum duci refrenato ore in mortis damnationem,& eum trahente carnifice, de solo eius adspectu frangimur, cum tamen sufficientem habemus consolationem ex ipsa conscientiæ securitate, quæ ab illius pœna mortis discernimur: facilè metiri possumus quid illa pertulerit, quæ non reum aliquem & extraneum, & damnatione commerita duci videbat, sed septem filios simul in vna die non ista morte consumi, sed varijs laniatos pœnis videbat interfici. Si enim lapidea quidem fuisset, & si viscera adamante compacta gessisset: ità fortè potuisset inconcussa durare, & nihil eorum sentire, quæ miserem & matrem perpeti, vis ipsa naturæ pietatisque cogebat. Denique cogita, quomodò admiremur Patriarcham Abraham, quòd filium suum offerens Deo, ipse vinxit in apparatu hostiæ manus eius, pedesque constringens, & eum paterna manu immolandum altari imposuit, & sapienter conferens: tunc videbis quanta mulieris huius virtus extiterit.

Gen.22.

O amarissimum illud, ẽmul & dulcissimũ matris spectaculum: ô amarissimum quidem propter naturam affectionis humanæ, & propter ipsorum faciem tormentorum: dulcissimum verò propter virtutẽ fidei, qua delectabatur domestico rum spectaculo passionum: quo impiam sacrilegi regis crudelitatẽ domebies rioſa vincebat. Vndè fortissima illa mater non frangebatur spectaculo orbitatum suarum,sed confortabatur:quia non profluentem eorum sanguinem adspiciebat, sed

sed magis ad coronas eorum,quæ texebantur in cælis intenta gaudebat. Non videbat ad receptaculum temporale cauari petram sepeliendis, quia prouidebat æterna ædificari tabernacula coronandis. Non considerabat circunstantes populos, quia videbat adstantes angelos. Oblita est dolores partuum suorum, contempsit naturam sexûs sui,nec memor etiam senectutis,ipsam quoquè naturę tyrannidem animo superante calcauit: naturæ (inquam) tyrannidem, quæ & bestiarum feritatem subigere consueuit. Sæpè enim difficiles capi beluæ, per amorem tamen suæ sobolis capiuntur. Dum enim natorum suorum dilectionem vitæ suæ præferunt, ità affectu pietatis incautæ in manus incidũt venatorum: qui priùs catulos eorum venantur, vt per affectionis captiuitatem perueniant ad capturam parẽtum. Nullum est animal, nec ità infirmum, quod non pro filijs suis defensandis robur assumat: neque ità mansuetum, quod abreptis catulis non irritetur, & aduersùs rapientem quanta potest virtute desæuiat. Sed istam totam ipsam, & per homines rationabiles, & per animalia irrationabilia pari iure porrectam, atque diffusam naturæ tyrãnidem fidei virtute dissoluit: & non solùm non insiliuit capiti sæuientis tyranni,neq; lacerauit faciem eius, vt bestia videns catulos suos diripi: sed tantam magnanimitatem fidelis animi omnem philosophiam supergressam monstrauit, vt immolationem filiorum suorum præpararet hortatu suo,& ingereret persecutori. Et cùm adhuc priores punirentur, residuos ad æmulationem eorum exhortantibus verbis in palæstra passionis iungebat.

Pia mater propter filiorum salutem,contẽpsit naturã sexûs sui.

Audiant hæc vniuersæ matres, & æmulentur virilem mulieris huius fortitudinem,& veram circa filios dilectionem, & secundùm illam septem martyrum matrem nutriant filios suos. Non enim educatio filiorum hęc naturę est,sed educatio matres facit: hæc enim voluntatis est. Et vt discas, quia non pariendo tantùm, sed magis benè nutriendo fit mater,audi beatissimum Paulum,quomodò honorificet & coronet viduam: non propter partum, sed propter educationem bonam filiorum,dicens enim: Vidua eligatur non minùs annorum sexaginta, testimonium habens in operibus bonis, vt horum bonorum laudem consummaret, adiecit: Si filios enutriuit: non dixit,si peperit. Quid ergò æstimabimus illam mulierem perviscera sua cruciari, alterius auulsos à suis manibus digitos super prunas ignium spargi,& vnius caput clauis configi, alterius capiti cutem detrahi,& totum corpus extracta pelle nudari, & eum qui talia patiebatur stantem fortiter, insupèr & ipsi tyranno pœnas æternas voce libera comminantem? Quomodò mater hæc expectans eleuauit vultum suum,& os aperuit,& linguam mouit in verba,non in verba materni doloris affectu mollia, sed verba virtutis? Quomodò non recessit à carne anima eius? Quo modò? ego dicam. Non enim in terrena præsentia intendebat, sed in futura cælestia præparabatur,in his omnibus filiorum suorum prælijs & tormentis vnum timebat,nè cuiquam tyrãnus parceret, & inuidia diaboli soluto certamine, triumphantium scinderetur chorus filiorum eius, nè quis eorum sine corona maneret. Et quoniam hoc timebat, minimum eorum, qui iam solus agoni supererat, tantùm quòd non manibus apprehendens in ignem ipsa incensum impulit: veruntamẽ pro manibus eum verbis exhortationis impulit,& armauit cum magna trepidatione pietatis, voce patria obsecrans eum, nè callidi persecutoris sæuioribus crudelitate blãditijs emollitus,euelleretur à fratribus glorioſis, & consertantium immarcescibilem coronam victus amitteret. Nos citra dolorem alienas ærumnas audire non possumus, sed illa proprias & domesticas passiones citra dolorem intuebatur. Hæc non negligenter, neque in ambustione audiamus, sed vnusquisque eorum qui audiunt,in filijs suis totam hanc rem sibi depingat, in cordè suo proponens virtutem eorum, quæ dicimus, de suis affectionibus metiatur: quamuis nec ità possit, quia naturales passiones sermo non potest explicare, experimentis autem tantùm percipi potest humanæ affectionis expressio.

Attẽde quę vera mater dicatur. 1.Tim.5.

Obsecrat filium iuniorem mater, vt in fide perseueret.

Quàm benè igitur ad eam matrem congruit sermo ille propheticus,vt post septem filiorũ coronas dicamus: Tu autem sicut oliua fructifera in domo Dei. Nam Olympiacis spectaculis, cùm innumerabiles sæpè conueniant luctatores, vnum tantùmodò manet corona victorem: isti verò de septem fratribus septem emicerunt coronæ. Et quam mihi ostendis regionem ità fertilem,quem nidum tam numerosa prole fœtosum? Nunquìd similes habuit parturitiones mater filiorum

pſal.51.

Zebe-

Zebedæi? Glorioſa quidem & ipſa Apoſtolorum mater, eſſe duorum tantùm. Septem verò martyres neſcio vnquàm vnum protuliſſe vterum, & ipſam eis matrem gloriosæ ſociam in conſortio paſſionis appoſitam: & quidem non vna, neque ſimplici adiectione meritorum atque virtutum. Nam filij eius ſeptem martyres erant, tantum autem corpus matris appoſitum eſt. Corpus quidem erat vnum, ſeptem verò martyrũ legio implebatur in matre. In qua dilata eſt gloria paſſionis, & coronna martyrij, in ea omnium virtus & gloria confluebat: quia per vnumquenque filiorum ſuorum paſſa eſt, & quoniam illos ipſos tales ipſa perfecit: hæc eccleſiam nobis integram martyrum peperit, ſeptem filios enixa ſublimiter, quorum neminem peperit terræ, ſed omnes cælo, magis autem Regi cælorum, cui omnes eos in vitam peperit æternam.

Mater per vnumquenque filiorũ paſſa eſt, quos peperit in vitam æternam.

Ergò callidus omnis malitiæ machinator diabolus vltimam eam duxit ad certamen, ea cauſa, quam ſuprà expoſui, vt virtute eius fracta, & in ſpectaculo filiorum per tormenta morientium debilitata, facilè poſteà debellaret afflictam. Si enim ſæpè ſanguinis humani fuſionem videntes homines, conſueuerunt pauore perculſi, & non modicæ curationis eguerunt, vt & deficientem vitam reſumerent, & labantem animam reuocarent: tantos illa videns ſanguinis riuos, non ex aliena, ſed de filiorum ſuorum carne manantes, quod non ſuſtinuit, aut quam perturbationem mẽte ſuſcepit? Itaque diabolus, vt ſuprà dixi, propter quod eam poſt filios ſuos, quaſi perfractam orbitatibus, & facilè vincendam in vltimum certamen induxerat, id totum in contrarium ſibi cecidiſſe perſenſit, & muliere per hæc ipſa quibus vincendam putauerat, vincente cõfuſus eſt. Maius enim, confirmata mater exemplis filiorum, aggreſſa eſt certamen. Quamobrèm per orbitates ſuas non fracta eſt, ſed fortior facta eſt. Non enim iam reliquerat ſibi pro quibus angeretur, vel quibus timeret, nè fortè infirmitate fraudarentur coronis, ſed omnes, ſicuti vnam reponens promptuarium, ad ſupernos præmittens triumphos, & ad inconcuſſa perennis gloriæ regna, gaudebat, confidens decæterò, & ſecura cum magnanimi voluntate. Et ſicut coronæ quædam preciosiſſimis lapidibus compoſitæ eminentem gemmam: ità carnem ſuam choro filiorum coaptans, ad deliderabilem Iesum pullos ſuos, vt aquila ſubſequens euolauit, magnum nobis relinquens ſolatium atque conſilium, per id, quod in ſemetipſa opere paſſionis probauit. Quod filijs valido ſermone perſuaſerat, vt corroborata anima, & ſublimi ſenſu inſtructa, audeat omnes ingredi paſſiones, & omnia ſiue tormentorum, ſiue diſcriminum viſibilium dura contemnere. Quis enim vir, quæ mulier, quis ſenior, aut quis iuuenis, decæterò veniam poſſit accipere, aut excuſationem habere fragilitatis cum mulier ſenectute confecta, & tantorum filiorum mater, & ante tempus grauis congreſſa, ſuſtinuit multis virorum per idem tempus metu mortis inclinatis crilegia perfidiæ, necdùm in Domini Saluatoris aduentu extincto peccato, peccatis morte deuicta, tantis animis & tanta virtute, tantas propter Deum pœnas ſuſtinuiſſe cernitur, & viciſſe cognoſcitur, vt euangelicam perfectionem in temporibus legis impleuerit?

Diabolus propria machinatione cõfuſus cecidit.

Vndè hæc ergò omnia cogitantes, & mulieres, & viri, & iuuenes, & ſenes, exemplum agonis huius, tantorumque in filijs, in matre luctaminum, ſicut in tabula, ita in corde veſtro deſcribite, aſſidua vobiſcum exercitatione meditamini. Contra omnem ſpiritualium inimicorum armaturam illius patientiam proponamus ad inuictæ virtutis exemplum, vt iſthic æmulantes fortitudinem ſanctorum illorum, ſimiliter illic eorum coronam poſſimus adipiſci. Quantam illi patientiam in paſſionibus irrationalibus conculis corporalibus oſtenderunt, tantam nos in paſſionibus irrationalibus contenentiam demonſtremus: id eſt contra iram & auaritiam, vel inanis gloriæ concupiſcentiam diuino timore muniti, ſenſibus repugnantes, & cõſilia diaboli deſtruentes in nobis. Si enim cupiditatum ignes vicerimus, ſicut illi tyrannidis ignes vicerunt, poterimus iuxta ipſos & matrem eorum, pari gloria conſtituti ſimul haberi. Porens autem eſt Deus vt præſtet nos omnes per eandem fidem ad paremgloriam peruenire: per charitatẽ & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem & cum quo eſt Deo patri regnum, gloria, cum ſpiritu ſancto, & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Qui cupiditatum ignes vincit, ſpiritualis martyr eſt.

ADHVC

ADHVC DE MACHABÆIS EX D. BERNARDO ABBATE. EST EPISTOLA EIVSDEM SINE *titulo, 98. in ordine Epiſtolarum.*

QVod per fratrem Heſcelinum tua charitas à mea paruitate quæſiuit, indè iam ad me ſcripſerat Fulco Sparnacenſis Abbas. Cui ego nil reſcripſi: volens ſi quam fortè ſuper hoc reperiſſem patrum ſententiam, ipſam potiùs ei tranſmittere, quàm nouum vel noſtrum quippiam reſpondere: qua non facilè occurrente, iam quod ſentio ego ſic interìm vtriq; reſpondeo, vt quodcũque fortè rationabilius quilibet veſtrûm ſuper eadem queſtiũcula quandoquè vel legerit vel audierit, vel certè ipſe ſenſerit, mihi viciſsìm impartiri non negligat.

In primitiua Eccleſia timebant ſancti noua introducere

Quæris itaque quidnam viſum patribus fuerit, vt ſolis ex omnibus antiquis iuſtis ſingulari quodam priuilegio Machabæis annuam celebritatem pari cum noſtris martyribus veneratione decernerent in Eccleſia ſolenniter exhibendam? Si dixero dignos meritò martyrum gloria iudicatos, quibus non impar fuit in martyrio virtus: erit forſitan ſolutum, cur ipſos, ſed necdùm planè cur ſolos, cùm & alios nonnullos ex veteribus pari conſtet zelo pietatis occubuiſſe, non tamen pari & tripudio recoli meruiſſe. Quòd ſi illis non immeritò huiuſcemodi negatur ſolennis celebritas, quia nimirùm quod præbuit virtus, præripuit tempus: cur non eadem fuit in Machabæis conſideratio? Siquidem & ipſi pro tempore non ad cæli mox gaudia, ſed ad inferni tenebras deſcenderunt: ne tunc quippè apparente primogenito ex mortuis, qui aperiret credentibus regna cælorum, agno videlicet de tribu Iuda, qui aperit, & nemo claudit: ad cuius introitum cum omni authoritate ſupernis poteſtatibus diceretur: Tollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Proindè ſi incongruum videtur cum gaudio recolere tranſitum, qui gaudij non fuit: caueatur & in iſtis. Aut ſi iſtos ob ſuæ virtutis meritum feſtiuo proſequi fauore placet: cur non itidèm deferetur & illis?

S. Machabæi ad tempus ad inferna deſcẽderũt.

Pſal. 23.

An dicendum eſt vtroſque quidem in morte communem habuiſſe cum martyribus pietatis cauſam, ſed non etiam vtroſque pariter eandem cum illis adeptos fuiſſe martyrij formam? Vniuerſis nempe tam veteris quàm noui teſtamenti martyribus æquè cõuenit, pro iuſtitia occubuiſſe: ſed intereſt quòd iſti paſſi ſunt, quia illam tenebant: illi, quia non tenentes reprehendebant. Iſti, quòd eam non deſererent: illi, quòd deſerentes perituros eſſe aſſererent. Et vt breuiter totum in quo differunt, proferamus: hos cultus, illos zelus iuſtitiæ martyres fecit. Soli ex veteribus Machabæi, quia non ſolùm cauſam, ſed & formam (vt dixi) noui martyrij tenuerunt, iure fortaſsè in Eccleſia cum nouis Eccleſiæ martyribus eandem conſuetæ celebritatis gloriam aſſecuti ſunt. Inſtàr quippè martyrum noſtrorum libare & ipſi dijs alienis, patriamque deſerere legem, immò mandata Dei tranſgredi cogebantur, renuebant & moriebantur. Non ſic Eſaias, non ſic Zacharias, non denique vel magnus ille Iohannes Baptiſta ità mortuus eſt: quorũ primus ſerra fertur ſciſſus fuiſſe, ſecundus inter templum & altare legitur occiſus, tertius in carcere decollatus. Si quæritur à quibus, ab iniuſtis & impijs. Si qua cauſa, pro iuſtitia & pietate. Si quomodò, non tam eas confitendo quàm proponendo. Proponebant veritatem odientibus eam: veritas pariebat eis odium, & odium mortem. Licèt iniuſti & impij, non tam tamẽ in illis pietatem perſequebantur, quàm à ſe repellebant: nectam in illorum iuſtitiam ferebantur, quàm propriam tuebantur iniuſtitiam. Aliud eſt, aliena inuadere: aliud, defendere ſua. Non eſt idipſum nolle ſequi veritatem, & perſequi: inuidere credentibus, & increpantibus indignari: obturare os confitentium, & redarguentium ſtimulos non ferre patienter. Deniquè miſit Herodes, & tenuit Iohãnem. Quamobrèm? Quia Chriſtum prædicabat? Quia vir bonus erat & iuſtus? Immò propter hoc reuerebatur magis illum, & audito eo multa faciebat. Sed quoniam arguebat Herodem Iohannes propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui, ideò vinctus, ideò & decollatus eſt: paſſus quidem & ipſe pro veritate, ſed quam zelare videretur, non negare cogeretur. Hinc eſt quòd hæc ipſa tanti martyris paſſio, multorũ etiam longè minorum feſtiuitatibus minùs ſe-

Matth. 23. Mar. 6. Matth. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

S.Machabęi Christianis martyribus in cõfessione persimiles & gloria

stiuè recolitur. Profectò si tali ratione & ordine passi fuissent Machabæi, nè vlla quidem fieret de eis mentio. Nunc autem quoniam similes illos fecit martyribus Christianis non dissimilis veritatis confessio, meritò eos similis prosequitur & reneratio.

Nec moueat sanè, quòd quemadmodùm martyres nominatim & ipsi pro Christo minimè passi sunt: quia non interest siue sub lege pro legalibus obseruantijs, siue sub gratia pro mandatis euangelicis quis patiatur. Vterque enim æquè pro veritate, ac per hoc pro Christo, qui dixit: Ego sum veritas: pati cognoscitur. Itaque plus contulit Machabæis in hac parte martyrij genus, quàm virtus: quandò nèhos quidem ex patribus, quos pari constat virtute illo in tempore pro iustitia decertâsse, pari etiam honore concelebrat præsens duntaxàt Ecclesia. Puto quòd arbitretur indignum quantumlibèt laudabili morti, quæ Christi mortem præcederet, diem festum impendere, præsertim cùm ante illam salutiferam passionem, non festiua gaudia, sed claustra tenebrosa quosque morientes exciperent. Sanè Machabæos ideò (vt dictum est) excipiendos iudicauit Ecclesia: quoniam quod eis negabat tempus, contulit martyrij genus. Nec solùm ipsos, sed & qui fortè vitæ iam in carne manifestatæ mortem sua morte præuenerunt, siue morientes in ipsa, sicut Simeon & Iohannes Baptista: siue etiam pro ipsa, sicut Innocentes: quos alia ratione, licèt ad inferos & ipsi descenderint, ritu nihilo minùs solenni veneramur. Et Innocentes quidem, quoniam iniustum profectò fuit innocentiam pro iustitia morientem vlla vel præsenti gloria defraudari. Iohannes quoquè sciens quòd à diebus suis regnum cælorum vim patitur, vndè & clamat: Agite pœnitentiam, appropinquabit regnum cælorum: simulque videns vitam se protinùs secuturam, mortem lætus excepit. Quod vtiquè ab ipso Domino moriturus scisciari solicitus fuit, ac certificari meruit. Nam cùm per discipulos eum interrogasset: Tu es, inquiens, qui venturus es, an alium expectamus? post enarrata plura miracula audiuit: Et beatus qui non fuerit scandalizatus in me. In quo nimirùm verbo significauit se Dominus moriturum, & tali morte quę posset ludæis esse scandalum, gentibus stultitia. Ad hanc vocem sponsi gaudẽs amicus sponsi alacri animo præcessit, quò & illum in proximo esse venturum, iam dubitare non potuit. Porrò qui lætus & tam lætus potuit mori, potuit & lætam sibi memoriam promereri. Sed & senex ille tam plenus virtutum quàm dierum, morte iam propinqua vitam balans in manibus, aiebat: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secũdùm verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum. Ac si diceret: Securus descendo in carcerem, qui tam præstò meam sentio redemptionem. Et hic ergò, qui cum tam securâ iucunditate, & iucunda securitate moritur, meritò in Ecclesia celebrari cum gaudio memoratur. Cæterùm illa qua ratione mors festiua reputatur, quam nulla gaudiorum festiuitas comitatur? Aut vndè gaudium sumeret moriturus, qui se & ad infernales descendere tenebras certus erat, nec certi quippiam secum ferebat, vndè in proximo de suî liberatore consolaretur?

Festum Machabæorum celebrat Ecclesia.

Item Innocentum.

Matth.3.

Luc.7.

1.Cor.1.

Luc.2.

Indè est, quòd vnus sanctorum cùm audiret, Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues: conuertit se ad parietem, & fleuit fletu magno, atque ità impetrauit exosæ mortis aliquam dilationem. Hoc denique & miserabiliter plangebat ait cens: In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. Et paulopòst, Non videbo, inquit, Dominum Deum in terra viuẽtium: non adspiciam hominem vltra, & habitatorem quietis. Hinc & alius quidam: Quis mihi hoc, ait, tribuat, vt in inferno protegas me, & abscondas me, donèc pertranseat furor tuus: & constituas mihi tempus, in quo recorderis meî? Israël quoquè ad filios aiebat: Deducetis nos meos cum dolore ad inferos. Quid in his solennis lætitiæ, quid festiuæ celebritatis apparet? Nostri autem martyres cupiunt dissolui, & esse cum Christo: eo vbicunquè est corpus, illò sine mora congregatum iri & aquilas. Mox, inquam, ibi exultant iusti in conspectu Dei, & delectantur in lætitia: Ibi ibi benignitatem Iesu, ibi statim vt de hoc seculo nequam sanctus quisque eripitur, adimplentur lætitia cum vultu tuo. Vna ibi vox iubilo resonat sempiterno, vox vna exultationis & salutis in tabernaculis iustorum. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium, laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Nunquid hoc decantare libebat apud inferos sedentibus in tenebris & vmbra mortis: dum non erat qui redimeret, neque qui saluum faceret: quandò necdùm vitiârat nos ea

Esa.38.

Ibidem.

Iob 14.

Gen.42.

Philip.1.

Luc.17.

Psal.15.
Psal.117.
Psal.123.

ens ex alto, primitiæ scilicet dormientium Christus?

Christus primitiæ dormientium. Rom.12.

Meritò igitur Ecclesia (quæ gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus nouit) quos pares iudicat ex virtute, discernit tamen ex tempore: nec pari putat prosequendum obsequio, & transitum ad vitam, & descensum ad inferos. Itaque martyrium facit causa, tempus genusque discernunt. Tempus quippè Machabæos à nouis martyribus disiungit, coniungit antiquis: genus verò nouis aggregat, segregatà veteribus. Et hæ quidem in Ecclesia præmissis ex causis differentiæ obseruantur. Cæterùm apud Deum vniuerso cœtui sanctorum commune est, quod sanctus ait Propheta: Preciosa in conspectu Domini, mors sanctorum eius. Vndè autem preciosam dixerit, exponat nobis. Cùm dederit, inquit, dilectis suis somnum: ecce hæreditas Domini, filij merces, fructus ventris. Nec putemus solos martyres esse dilectos, cùm recolamus dictum de Lazaro: Lazarus amicus noster dormit. Denique beati mortui qui in Domino moriuntur. Non soli qui pro Domino, sicut martyres, sed & qui in Domino moriuntur, sicut confessores, profectò beati sunt. Duę proindè res mihi videntur mortem facere preciosam, vita & causa: sed ampliùs causa quàm vita. Porrò illa erit preciosissima, quam & causa commendat & vita.

Causa facit martyrem, non pœna.

Psal.115.

Psal.126.

Iohan.11.

Apoc.14.

Vita & causa faciunt mortẽ preciosam.

MARTYRIVM SANCTISSIMORVM PVERORVM ET FRATRVM, IVSTI ET PASTORIS, QVOD MVtato passim stylo ex antiquissimis excerpsimus codicibus, quibus suffragantur Martyrologia.

6. Augusti.

IN tempore, quo crudelissimus Datianus instinctu infernalis serpentis, & consilio prouocatus diaboli, vniuersum rabidus perlustraret orbem, vt quoscunque inuenisset Christianos, per diuersas regiones dispersos, varijs tormentorum generibus cruciaret, & ad suæ sacrilegæ religionis cultum reuocaret: contigit eum ad Complutensem ciuitatem transeundi gratia deuenire. Cuius incolæ cùm tremendam eius opinionem intellexissent: duo infantes Iustus & Pastor, relictis scholæ tabulis, in quibus eorum teneræ ætates literis imbuebantur, iam non ad studium magistri vel doctoris istius seculi ire cœperunt, sed quasì probati Christi discipuli, ad spectaculum proprij martyrij alacres cucurrerunt. Cumque solicitè cernerent & intento perciperent corde, quid dementis Datiani inquireret furor: nunciatum est ei quòd hi duo infantuli essent Christiani, & à parentibus Christianis progeniti, ac propterea eos ad id spectaculi deuenisse, vt si Christianorum facta fuerit inquisitio, ipsi sponte sese offerant puniendos. Cumque hoc crudelissimus Datianus intellexisset, statim indignationis ira commotus, inaudita eorum parte, comprehendi, & eos cruciatu magno cædi præcepit: timens nè si ad interrogandum in eius præsentiam adducerentur, aliorum circumadstantium ad cõfessionem nominis Christi, animos præpararent: & dum eis non præualeret, ipse suam publicè adspiceret malitiam ab infantibus superari. Comprehensi igitur sancti martyres, priusquàm ad supplicium traherentur, sese mutuò, cælitùs edocti, læti confortabant. Dixit ergò Iustus: Noli, frater Pastor, hanc temporalem pertimescere passionem, noli propter cædentium flagella, quibus tenerrimum corpus tuum atteratur, à fide te subtrahere, noli incumbentem gladium formidare: quia si annuente Domino Iesu Christo, extinguis contigerit nobis ad ipsius gloriam proparare, digniorem in futuro seculo percipiemus fortitudinem, quæ nostram nõ minuat paruitatem, sed ad perfectionem martyrum, & Angelorum coronam perducat æternam. Hìc tempore exiguo constituti, paruam inter homines habuimus vitam, sed illic in longitudinem dierum, quæ Deo placita sunt fecerimus, æternę vitæ percipiemus abundantiam. Cui sanctissimus Pastor respondit: Dignè quidem frater Iuste sic te decet hortari, vt iustiam quam nomini tuo inscriptam portas, simul cum tuo fratre Pastore suscipias. Leue etenim sit nobis, pro cõfessione Domini nostri Iesu Christi, corpus nostrum iugulari & sanguinem fundi, vt in sacrario cælesti, diuinum corpus Christi & pre-

Datiani crudelitas.

Ecce ardẽs desiderium martyrij in duobus fratribus istis.

Magnis afficiũtur cruciatibus.

Alter alterũ confortat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Parentes propter Christum relinquendi.

cioſum ſanguinem eius,nobis liceat adorare. Non nos parentũ aut proximorum reuocet pietas,nec noſtræ condoleamus ætati: ſed celeriter ad cælorum culmina properemus, vbi noſtræ infantiæ, & parentum noſtrorum peccatis obtinere veniam mereamur. Aſt vbi illos,qui acciti fuerant violenti carnifices, vidiſſent vnanimiter talia ſibi colloquentes,nunciant Datiano: ſciſcitantes, quid de eis præceret quos audiërant ſic ſeſe mutuò pro nomine Domini conſolantes. Quibus auditis,ſtupefactus Datianus ait: Non ſunt iſti digni noſtris conſpectibus iſti, qui noſtram infantiæ ſuæ tenerum robur lucrari voluërunt, nec deorum noſtrorum compatiuenerabilem adorare culturam. Statim igitur iubet eos procùl à ciuitate gladio

Plectuntur capitali ſupplicio SS. martyres.

trucidari. Cumque producti fuiſſent in campum laudabilem, nulla obſtante macerie,ibi vltionem dignam pro Chriſti nomine ſuſceperunt. Quorum confeſſim animas Saluator,apertis cælis,triumphantibus Angelis,& martyrũ exultante choro,in cæleſtes ſedes ſuſcepit æterna requie fruituras. Poſt celerem verò profectionem immũdiſſimi Datiani,exeuntes Chriſtiani, corpora eorum eodem loco quo paſſi ſunt,honorificè ſepeliërunt: & per ſingulorum corpora,vna protegente baExt ruitu baſilica in eorum memoriam.

ſilica,in eorum titulis altaria veneranda ſacrârunt. Quem locum ſanctum tanta Dominus noſter Ieſus Chriſtus potentiæ ſuæ maieſtate repleuit, vt quicunque pura fide & integra deuotione eorum expetiërit veneranda ſuffragia, quacunque perit infirmitate detentus, vel inimicorum infeſtatione depreſſus,ſtatim ipſorum inuicto liberetur auxilio. Vndè oportet nos vnita laudis voce in eorum feſtiuitate pſalmorum cantica reſonare, dicentes: Gaudete iuſti in Domino, rectos decet collaudatio: vt qui pro cælorum regno & nobis omnibus conſeruandis, preciPſal. 32.

ſum ſanguinem effuderunt, dignas & nos in hac die pro eorum martyrio laudes, altiſſimo cum muneribus offeramus, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

MARTYRIVM SANCTI PORCARII ABBATIS ET SOCIORVM EIVS MONACHORVM LIRINENSIVM, *vt habetur in appendice Bibliothecæ ſanctorum Patrum, Margarini de la Bigne Doctoris Theolog. Pariſienſis.*

12. Auguſti.

IN partibus Galliarum,exigentibus cauſis, cùm diſponeret Dominus affligi genus humanum per ſauitiam paganorum, nefandæ gentis Sarracenorum exercitus, vaginam ſuæ habitationis egrediens, ac maritima quæque vltrà citraq; peragrans, peragrando demoliens, ad prouinciam venit, nominis Chriſtiani impugnãdi gratia, & ſuo eam dominio ſubiugandi. Cuius incolas ab vero culto Deus iudicio, eius mucroni tradidit feriendos. Quæ gens longè lateq́ue ſuæ cędis extendens crudelitatem, ità in ſolitudinem penè, totam redegit regionem, vt in eremi vaſtitatem loca priùs deſiderabilia conuerſa viderentur. Vrbes enim nobiliſſimas terræ coæquans, villasque depopulans, ſtella ſubruens,ouilia Domini euertens,nõ minimas Chriſtianorum ſtrages dedit. Vndè inter cætera facinora ſua,Lirinenſem Inſulam, religione pollentem depopulans,rebus omnibus inhabitabilẽ reddidit: ſeruos Dei, qui inibi inter religioſos immolabant, milliès ſeipſos immolantes gladio trucidans ferè quingentos aut eo amplius. Fertur enim (quod minoreor prætermittendum) quòd antequàm claſſis Sarracenorũ illò aduentaret, angelus Domini ſancto Porcario Abbati per viſum apparens, euidenter prædixit tempus,& diem,& horam, certumq́ue omnibus imminere exitium die abhinc octaSarraceni expugnant Gallos.

Viſio S. Porcarij Abbatis.

ptima illucente. Qua de re maturato conſilio, commonet, vt vnum è duobus eligant,aut fugæ conſulant,aut palmam martyrij incunctanter capiant.

In eorum arbitrio poſuiſſe Dominum hoc donum tam bonum,tam optimum, tamq́ue præcipuum,vtrùm velint aut nolint,breui ſanguinis commercio immortale acquirere compendium. Volũtas tantùm ad hoc prona,verùm neceſſitas ſuperquia non diſpar vtrunque armauerat profeſſio veritatis.

Martyrij donum longè optimum & maximum.

In Pictauiorũ monẽ beatus Porcarius cõuocatis fratribus cuncta quæ viderat,quæque audierat refert. Ex quibus quidam pauentes, quidam non credentes: vniuerſi quidem vel inopinata,ancipiti ſunt turbati periculo,hoc accepto oracu lo. Alios ad ſolitudines ſuas velle ſecedere,alios locum ipſum nolle relinquere.

Fit varie inter ſe diſſidentibus,expectata dies aduenerat, noctis tantùm intercapedine diuiſa. Iamq́; inſtante vigilia matutina, clara luce è ſpeculis in longũ diri-

Occludit pius pater Porcarius ſuis fratribus viã euadendi martytium.

gentes oborti,viderunt hoſtile agmen aduentare,oppanſiſq́; velis æquata fronte in obliquum deductis cornibus,totumq́; allabi claſſibus æquor. Extemplò turbati animis,diuerſiq́; à propoſito. Cumq́; cuperent malè euadere, nec pateret vſquàm locus effugij: iam enim & hoc per ſpiritum prænoſcens beatus Porcarius, naues omnes à portu clàm longiùs abduxerat,interdicẽs nautis, nè intra præfinitum ſibi tempus vllo modo redirent. Ergò cùm vidiſſet athletas Dei immenſo certaminis pondere fatigari,ingemuit tam triſte nefas fortiſſimus heros,dextro ſocios decedere cornu,inuictamq́; manum quondàm ſine cęde perire. Tum vexillum ſanctæ Crucis quod in agmine primo dux bonus præferre cõſueuerat, defixa cuſpide ponens,inſtaurat animos dictis mordacibus. O,inquit,fortiſſimi milites, ó inſtructiſſimi diuini prælij bellatores, quò ruitis? cui colla datis? Quis furor inſanas agitat caligine mentes? State precor,ſtate,nè velitis manu ſtiuam tenentes retrò reſpicere. Proh pudor, vicimus hucuſq; ſegnes, nec noſtra potentia perfert vim ſolitam? Quin potiùs omnium delecta iuuentus,hortor & moneo, reſides attollentes animos,nè nos tanquàm imparatos præoccupent, olim deuoti vltrò properãtes ſubdamur preciоſiſſimę paſſioni. Experimento iam cognoſcetis, quantus illis ex noſtra conſtantia timor,quãta nobis proueniat gloria. Talia ſenior perorabat, nomine quenq; vocãs, ſimulq́; acrimoniã quã geſtabat corde, frontis præferẽs dignitate. Eos hortatur pro nomine Chriſti mortem appetere.

Quibus verbis incaluit virtus, paulatimq́; timore depulſo, maduerunt corda tepentia,repentino Spiritũs ſancti rore perfuſa. Suda redit facies, velutì ſi videas cæli purpuream clareſcere lucem ſine nube diei. Agmina ſancta ſuper vultum ſenſêre tonantis,gaudentq́ue hilares Chriſtum ſuis victoribus, arcem ætheris, ac patrium famulis aperire profundum. Dat ſignum felix concordia,damna præcedentia lucris ſuccedẽtibus recompenſans. Itaq; alacres & de victoria iam ſecuri, procedunt caſtris, portis patentibus, omnes ornati, omnes albis veſtibus induti, tanquàm agni immaculati, & incontaminati Ieſu Chriſti, præcogniti ante conſtitutionem mundi. O quali gaudio tunc ille tripudiauit Angelicus cœtus, tantis beatorum martyrum occurrens agminibus? Nulli dubium omnem cæleſtem Hieruſalem tunc exultaſſe ineffabili lętitia, tunc iucundatam eſſe ineſtimabili charitate, tunćque cum vſque ad thronum, olìm ſibi etiam ante cõſtitutionem mundi paratum, cum laudibus & canticis ſpiritualibus perduxiſſe.

S. Porcarius cum ſocijs ab infidelibus truci-datur.

SERMO BEATI PETRI DAMIANI S. R. E. CARDINALIS AC OSTIENSIS EPISCOPI, DE SANCTO *Caſſiano martyre, vt habetur octauo Tomo Aloyſij.*

13. Auguſti.

ADMIRABILIS & glorioſa noſtri diſpẽſatio Cõditoris,ità curſum noſtræ mortalitatis inſtituit, fratres chariſſimi, vt per ſuccedentium viciſſitudines temporum, diuerſæ nobis victorioſorum Chriſti militum feſtiuitates occurrant, quæ noſtros animos ad amorem illius ſummę & continuæ ſolennitatis accendant. Planè cùm totius anni circulum triumphalibus modò martyrum, modò cõfeſſorum titulis Deus omnipotens variat, quid aliud, quàm velut ſertum gloriæ conſtruit, quod vtiq; decora liliorum atq; roſarum varietate depingitur? Inter quas nimirùm feſtiuitates & hodierna non ignobilis eſt, Hippolyti ſcilicet & Caſſiani martyrum, quæ tanquàm geminum rutilat duFeſtum SS. Caſſiani & Hippolyti.

ggg 3 Enim-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Enimuerò Cassianus,cui potissimùm famulaturus est sermo, diù quidem latuit, sed cùm ad certamen peruentũ est,quid acrimoniæ,quid saporis, quid fortitudinis granum sinapis occultaret,aperuit.Nam iuxta nominis sui præsagium, cùm in passionis pila persecutorum manibus pindi cœpit & atteri,mox fragrantiam odoris, ræ suauitatis,quę in se latebat,adsperſit.Cassia siquidẽ species est aromatica,quæ tegra quidem nullius esse videtur odoris, trita autem naturalis vim suauitatis emittit.

S.Cassianus scholarium magister.

Beatus itaq; Cassianus(vt gestorum illius testatur historia)dum scholaris doctor existeret,breuibusq; notis verba comprehendere pueros erudiret,pro fide Christi ad quęstionem deductus est. Cumq; zelo succensus fidei, iudicum decreta contemneret,& sacrificia profana calcaret, discipulorũ manibus ad cruciandũ traditus est,vt illis versa vice pœnas exolueret, quos ipse dudùm sub disciplinæ ferula terruisset. Mox itaq; indumentis exutus, manibus post terga ligatus, armato stylis &

A suis scholaribus, stylis ac tabulis tòto corpore discerpitur.

tabulis puerorum furentium agmine circunfunditur: qui vndiq; compunctis, atque discerptus,toto corpore laceratur.Nouum planè & inusitatum genus martyrij insignem Deo martyrem cõsecrauit. Videtur autem hæc martyrij species ad similitudinem comparandam,nulli meliùs posse congruere,quàm ipsi Regi martyrum Deo Saluatori. Nam & ille à suis discipulis occisus est,Iudęis videlicet,quibus præcepta decalogi proprio digito descripta tradiderat,quos cerimonijs suis, sacrificiorumq; ritibus instruxerat,quos certè ad omnem viuẽdi rectitudinẽ, tanquàm teneros sub disciplina pueros informauerat.Sicut ipse per Esaiam dicit:Filios enutriui,& exaltaui,ipsi autem spreuerũt me. Nam & illi carnales Israëlitæ puerorum nomine digni fuerant,qui mandata legis, Prophetarumq; mysteria non fenili gra-

Esa.1.

uitate pensabant,sed omnia superficietenùs ac pueriliter intelligebant.

De sunt aliqua.

Vt signo Crucis munita victores efficiantur.

Hinc est,quòd & hic inuictissimus Christi miles beatus Cassianus inter grauissima pœnarum suarum tormenta superari non potuit, quia non eum ferrea lorica circundedit,nõ galea cristata protexit, sed lignum tantummodò Crucis armabat,atq; idcircò mox in fronte percussus interijt,vbi scilicet vitæ sibi signaculum non impressit. Hoc signum salutis in frõte depingitur, vbi videlicet sacerdos signat. Nam qui ligni huius vexillo munitur,spiritualis insultus nequitię securus aggreditur. Hoc signum contra Dauid ad bella egrediens Philistæus ille sacrilegus ignorabat,atq; idcircò mox in fronte percussus interijt,vbi scilicet vitæ sibi signaculum non impressit. Hoc signum salutis in frõte depingitur, vbi videlicet sacerdos signat. mus in lege auri laminam in gloriam & decorem ponere videbatur:in qua scilicet lamina illud glorioſum & ineffabile nomẽ Domini Tetragrammaton videbatur insculptum. Quod nimirùm quid aliud, quàm Crucem videbatur exprimere Salua-

1.Reg.17.

Exod.28.

uatoris? Sicut enim Crux quatuor habet cornua,ità & nomen illud quatuor literis

Exod.12.

constat. Crux ergò,decor & gloria sacerdotalis officij, in fronte ponitur, vt liminari domũs agni cruore perfuso,transeuntis Angeli gladius euadatur. Ecce-

Psal.82.

trà in hac corporis parte Rex ille Ozias lepra percussus est (iuxta Prophetæ vocem dicentis: Imple facies eorum ignominia) qui dum regali culmine arroganter intumuit,sacrificandi licentiã,quæ solis debebatur sacerdotibus,sibimet vsurpauit.

2.Par.26.

Psal.4.

Hoc signum Dauid in spiritu præuidens gratulabundus aiebat: Signatum est super nos lumen vultûs tui, Domine. Ideoque subiungit: Dedisti lætitiam in corde meo. Quàm pretioſum,quamq; mirificum Crucis signum est,fratres mei, quod & superbos quosque cum ipso superbiæ authore destruit,& pro Christo certantibus prouectum gloriæ triumphalis attollit. Eccè,inquit Simeon, positus est hic in ruinam,& in resurrectionem multorum in Israël. Pretioſum, inquam, signum Crucis. Sed prout gestamus in fronte, vtinàm portemus in corde. Ille enim cordis signum Crucis veraciter habet impressum,qui Christum, qui in Cruce suspẽsus est, diligit, qui eum toto cordis amore complectitur, qui certè in eo totis visceribus delectatur,qui quæque ab eo prohibita respuit,qui sibi mãdata cum amore custodit. Sunt enim inimici Crucis Christi, quorum (vt Apostolus ait) finis interitus, gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Sunt & amici Crucis Christi, quorum videlicet conuersatio in cælis est. In tremendo nempe iudicio inter illos crit,quisquis vitalis huius signi characterem non habebit. Nec ab eo, qui crucifixus est, Iudice refert præmium, qui sibi Crucis insigne non ostendit impressum. In libro quippè Ezechiel hoc signum Dominus in frontibus gementium & dolentium præcipit imprimi, deindè cæteros omnes, qui absque hoc signo reperti sunt,

Luc.2.

Qui signum Crucis in corde suo impressum habeant:& qui non.

1.Reg.15.

Ezech.9.

iubet occidi.Nam si diligenter inspicimus,ipsa quoquè mandata veteris testamenti sacramentum Crucis redolere sentimus.Cùm enim lex diuinitùs data sub denario numero traditur,qui videlicet numerus per X literam designatur, quid in hoc aliud,quàm figura Crucis exprimitur? Hæc enim litera Crucis habet speciem,quæ dum denarium numerum in se comprehendit,Cruci militare omnia mandata legis euidenter ostendit.

X litera figura Crucis.

Amemus ergò,dilectissimi,Christum,amemus Crucem, & vnusquisq; nostrũm soleter inuigiler prauam in se reprimere voluntatem. Signum hoc vitæ non exprimamus tantummodò in fronte carnis, sed recondamus insuper in intimis visceribus castæ & sobriæ voluntatis,implentes illud, quod sponsæ sponsus iubet in Canticis.Pone me,inquit,vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.Perspicuum est,quòd cor cogitat,brachium operatur.Ille ergò Christum super cor suum, quasi signaculum ponit, qui eum medullitùs diligit, qui ad eum feruenter anhelat, qui eum anxiè flagitat,qui in eius desiderio iugiter perseuerat.Ille verò super brachium suum ponit Christum,qui extrinsecùs quoquè eius mandatis insistẽs,quem in visceribus cordis occultat,etiam in operatione demonstrat. Nam & nos in quolibet membro nostro signum ponimus, vt rei, quæ nobis chara est,memoriam non perdamus.

Cant.8.

Habeatur igitur Christus in corde, habeatur in operatione signaculum, vt eius in nobis semper viua memoria & subrepentium cogitationum praua compescat, & in his,quæ extrinsecùs agimus,Crucifixi characterem euidenter exhibeat.Enimverò si nobis Christus signaculum fuerit,& ipse nos sibi grata vicissitudine signaculum ponit.Iuxta quod Zorobabel Duci Iudææ pollicetur,dicens: In illa die suscipiam te, Zorobabel serue meus, & ponam te sicut signaculum in conspectu meo. In conspectu nanque Dei iustus sicut signaculum ponitur, quia per continui amoris gratiam in eius memoria semper habetur. At contrà de impio Rege Ieconia, qui quoniam Dei omnipotentis immemor erat, in eius & ipse non meretur esse memoria: Si fuerit, inquit,Ieconias annulus dexter in manu mea, indè euellam eum.

Vt Christus debeat nostrum esse signaculum.

Aggeꝰ 2.

Hier.22.

Quod inuiolabile firmumq́ue signaculum beatus martyr Cassianus in pectore suo posuerat,qui in tanta fidei constantia immobilis permanebat. Illiduntur plagæ verberum, infliguntur vulnera punctionum,intorquentur irrisionum iacula, vincula manibus innectuntur,accedit & nuditas corporis, sed & spectaculum circumstantium vndiquè deridentium.Inter hos procellarum sæuientium turbines, inter istas denique crebrescentium grandinum tempestates stat firma columna Dei prorsùs immobilis.Non concutitur,non quassatur,sed lapidi,super quem fundata est,recta semper & firma constanter innititur.Dicebat enim: Quis me separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Illi fremebant dentibus: iste mitis Agni mundi peccata tollentis patientiam cogitabat. Carnifices inferendo supplicia, satiabant cruentam pectoris rabiem: iste iam securus in mente versabat cælestis gloriæ dignitatem. Atque (vt ità dixerim) cautus ac prudens iste negociator, fratres mei, quàm felices cum remuneratore certantium Christo nundinas contrahebat? Deponebat siquidem sarcinam carnis, atque ad stolam festinabat Angelicę claritatis. Deferebat ferulam erudelium puerorum,vt sanctorum fieret socius Angelorum. Postponebat magisterium literas edocendi, atque ad illud vnum alacriter properabat Verbum,cui militant cuncta per orbem volumina literarum, Christum Dominum nostrum, qui cum Deo Patre in vnitate Spiritûs sancti viuit, & regnat in secula seculorum, Amen.

S.Cassiani constantia & fortitudo

Rom.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA SANCTISSIMI CONFESSORIS CHRISTI VVERENFRIDI, QVI FVIT EX APOSTOLICIS VIRIS, MISSIS EX ANGLIA, AD CONVERTENDOS HOLLANDOS, FRISONES, GELDRIENSES, SAXONES, ETC.

ex antiquissimo MS. codice ecclesiæ Traiectensis. de quo etiam in vita S. Suiberti prima Martij, Cap. VI. & XIIII.

Augusti 14. Cap. 1.

VM Dominus & Saluator noster sol iustitiæ, suæ claritatis radios vbiquè per mundum vellet clarificare, longè lateéque stellas per orbem eiusdem claritatis oriri fecit innumeras, quæ luce virtutum æternæ noctis effugarent tenebras. Sole etenim absente, solent stellę terram irradiare: ità doctores sancti, qui sunt stellæ firmamẽti, quasi sole perenni non vbiquè præsente, genus humanum sanctæ prædicationis perlustrãt lumine. Quorum perplurimos Hybernia siue Scotia mũdo protulit, nonnullos Britãnia eiq; adiacens Northumbria procreauit. Inter quos summus pater Vuilibrordus & lucifer inter stellas exoritur clarissimus, & meritorũ luce clarior cæteris in orbe præcreatur, cuius radijs non modica pars mundi perlustratam se esse lætatur, quia gentem Francorũ sanctæ eruditionis dono sublimauit: Frisonumq; feritatem diuino cultu prædicando mancipauit. Illeverò cùm postpositis omnibus peregrè profecti sibi proposuit: beatus Vuerenfridus, qui in eisdem partibus Anglorũ oriundus extitit, non solùm sanctum Vuilibrordum cum exemplis verum etiam studijs qui vestigijs. Spernens autem patriam parentesq; amore diuino, vtpotè pij patris eruditus exemplo, se prædestinauit in hac peregrinatione peregrinari, quà citius æternæ patriæ particeps postmodùm mereretur fieri.

Doctores sancti stellæ dicuntur. Dan. 12.

S. Vuerẽfridus beati Vuilibrordi socius & vitæ sanctæ imitator.

Cap. 2. S. Vuilibrordus primus Episcopus Vltraiectẽsis.

Sanctus autem Vuilibrordus, Deo prædestinante sedis Episcopalis in Traiecto gubernans cathedram, multisque tanti viri sanctitatem prospiciens esse profuturam, quendam suæ diœcesis locum Elste vocatum, paulò antè à Carolo sibi traditum, commendauit, eique sanctæ prædicationis cura regendum. Est enim quædam insula valdè populosa Batue nuncupata, quæ Rheni fluminis vndique circuncingitur, cuius in medio locus idem supradictus situs esse cognoscitur. Hunc igitur vir vitæ venerabilis, vt suus pastor decreuerat, diuina secum comitante gratia regendum susceperat, nil tamen ambiens terreni honoris, sed potiùs patris obtemperans præceptis. Quid plura? Res inibi quæ ad Ecclesiã attinet peragi perè construitur, antiqui erroris cultus omninò deijcitur, locus sanctorum patrocinijs oppidò dicatur, plebs sancta prædicatione sanctificatur, fit Deus per tanti viri meritum populo placabilis sibique populus esse meretur acceptabilis, iuxta illud quod scriptum est: Et ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.

S. Vuerẽfridus in Elste ad prædicãdum mittitur.

Apoc 21.

Cap. 3. Luc. 12.

Sanctus autem Vuerenfridus, vtpotè prudens dispensator quem constituit Dominus suus super familiam suam, gregi Dominico Euãgelici dogmatis affatim ministrans alimoniam, quod verbis edocuit, operibus adimpleuit: quod salutari admonitione præmonuit, moribus & exemplis ostendit. Fuit etenim vltra vires fandi bonorum operum exhibitione preditus, consolatione prouidus, humilitate nulli comparandus, susceptione pauperum cunctis imitãdus, mitis in animo, iucundus in eloquio, pernox in vigilijs, efficax in ieiunijs, solummodò fide viuens, quia iustus ex fide viuit: incultus in habitu, placidus in vultu, sedulus in oratione, studiosus in sacra lectione, iugi legis Dei meditatione deditus, castitate præcipuus, omniumque morum honestate perspicuus, desperantium reformator, dolentium consolator: Quia dolentibus condoluit, infirmantibus congemuit, iuxta vocem doctoris gentium, dicentis: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Sic igitur redeundo calle per huius mundialis naufragij circulum suæ professionis direxit remigium, vt id delicijs spiritalibus honestatum ad æternæ quietis perduceret felicitatis portum. Quid in tantis morabor? Sed adhuc vel pauca de multis, causâ compendij, memorabor. In hoc enim viro satis dictum puto, quòd mundum cum suis illecebris despectui habuit omninò, non nisi cælestia cogitauit, quæ Deo sunt placita inhianter perscrutari non cessauit, seculo nudus, fide ditatus, corporaliter tantundem constitutus in terris, spiritualiter proculdubiò versabatur in cælis, vt ait Apostolus: Nostra autem conuersatio in cælis est. Nec satis sancto viro videbatur, si ibidèm duntaxàt illius patriæ plebem Domino lucraretur, sed Ecclesiam in villa Vuesteruoert nominata constructam, quæ in ipsa Rheni fluminis ripa sita esse cognoscitur, à supradicto pontifice sub cura regendi suscepit gubernandam.

Attẽde quãtæ sanctitatis fuerit vir iste.

Hebr. 10.

2. Cor. 11.

Philip 3. Cura ecclesiæ in Vuesteruoert illi cõcreditur.

Beatus enim vir die noctuque secum tacitè reuoluens quid sanctis doctoribus scriptura veritatis promittat, dicens: Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Nec mora, vir per omnia Deo deuotus, cælesti rhomphæa viriliter armatus, Ecclesiasticæ rei destructa reædificat, pessundata strenuè restaurat, & restaurata deificè gubernat, spirituali vomere corda plebis euidenter exarat, insuper & Euangelicæ lucis semina non parcè seminat: quia qui parcè seminat, parcè & metet. Seminauit in benedictione, vt perennis gaudij messem meteret in remunerationę. Seminauit in spiritu, quatenùs de spiritu cælestis regni commercium collegisset in futuro. Messem verò Dominicę segetis superni roris fluentis incessanter irrigauit itriguis, & exindè fructum modò centesimum, modò sexagesimum Domini sui transuexit ad horreum. Quicquid terrenæ facultatis vel alio- vsum sibi poposcerat, sed per manus pauperum ad superni Regis studiosè transmisit ærarium, vbi fures non effodiunt nec furantur, nec ærugo nec tinea demolitur, illicque cot suum indissociabiliter defixerat, quoniam illò tota mentis intentione retenderat.

Cap. 4. Dan. 12.

2. Cor. 9.

Matth. 13. Ecce quàm vberes fuæ prædicationis fructus collegerit, qui semina bonę operationis emisit. Matth. 6.

Hæc & his similia dum vir sanctus per singula plenè peregit, vtrorunque loco- Cap 5. rum regimen in Christo firmiter stabiliuit, suæ resolutionis imminebat tempus, vt peracto temporalis militiæ congressu, Christi Regis castra mereretur intrare coronandus. Ille autem ad Dominum suum cum duplicato talento iam sibi credito lætus redire non trepidat, cui specialiter Dominica voce dictum fuisse nemo nostrum dubitat: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Vir igitur sanctus in villa Vuesteruoert supradicta, vi febrium corporaliter attactus, adoptabili dierum iam numero prouectus, cœpit carne languescere, quia tunc se persensit in anima conualescere. Conuocatis itaque ad se religiosis viris vtriusque videlicet ordinis, eos vt pater egregius in fide confortabat, eisque mox se migraturum esse de carne reuelabat. Nec longo pòst interuallo facto, sanctarum exequiarum more peracto, tumulationis immunis, meritorum trophæo insignis, ex huius carnis migrauit ergastulo, sine fine feliciter gauisurus in Domino. Quis ambigat omnium illorum lamenta grauiter ingruere? Quis adstantium gemitum vel fletum potuit sustinere? Erat illis itaque iurè lamentandus, qui modò nobis est suppliciter venerandus. Egrediente quidem sancta de mole carnis anima, circunstantes tam miri odoris inuaserat fragrantia, vt cunctis manifestissimè declaretur, quòd tanti viri spiritus per manus Angelorum ad cælestem aulam deducerẽtur.

Matth. 25. Luc 9. Laborat ardentissimis febribus. Prædicit mortẽ suam. Feliciter obit mortẽ, cum odoris suauissimi fragrantia.

Mox vt terram huiuscemodi rumor perstrepuit, plebs illuc vniuersa dolens affluxit, totaque Batua gemens atque mœrens per profunda supradicti fluminis stagna ruit illuc vndiquè confluentes, corpus exanime circunstetère dolentes. Fit ratio de sepultura corporis, quæ populo contulit causam non modicæ dissensionis. Feruet dolor vnus adstantium, sed non eadem voluntas omnium. Insulanensis enim multitudo sanctum corpus ad Elst depromit debere deferri, ibiq; loco proprio terram terræ commendari. Nobis, inquit, viuus extitit pastor, noster & erit apud Deum perpetuus intercessor. Quod nobiscum carne viuens inchoauit, nunc regnans in Christo adimplere debebit. Ad hæc aduersa pars altera populi: Rectè etenim, inquit, hic requiescit corpore, vbi ipse spiritum voluit relaxare. Sit vobis satis cum habuisse carne viuum, quem habere gaudemus & modò carne mortuum. Quod vobiscum conuersans erudiendo peregit, nobiscum & nũc requiescens regnando cælitùs adimplebit.

Cap 6. Fit altercatio populi de sepultura eius.

His

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.7. 1.Reg.6.

His etenim verbis populo satìs diù inter se altercante, quidam presbyterorum consilio meliores, in hanc vocem prorupêre: Legimus, inquiùt, de arca testamenti Domini quondàm in captiuitatem ducta, quòd ipsi qui eam captiuauerãt, super nouum plaustrum eandem imponerent, binasque vaccas, domi reclusis illarum vitulis, eidem plaustro subiugarent, vt ab eis plaustrum cum arca traherertur, & sic propria nutu diuino deduceretur. quod & factum est. Fiat & indè huius rei approbatio: sanctum corpus deferatur ad nauem ilicò, & si nauis ipsa, nullo vtstrùm remigãte, amnem vltrò transierit, manifestum erit nobis omnibus quid ipse voluërit. Nec minùs exindè plaustrum nouum cum duabus vaccis, quę domi lactabant vitulos, præparentur, vt in eo gleba sancta collocata, quocunquè deducenda sit, deducatur. Ad hæc protinùs omnes assensêre. Nec mora: nauim quantocyùs præparant, feretrum cum hymnis & psalmodijs ad litus deportant, nauim deponunt, in medio neminem intrare permittunt. Res admodùm cunctis admiranda, nauis eadem tam recto itinere amnem transmeans, se ad litus alterum applicuit, vt ipsam Angelico remige ductam esse cunctis patenter innotuit. Mox vt hæc cunstantes adspexêre, omnes vna voce Dominum collaudauêre, qui eis per talè miraculum dignatus est serui sui meritum ostendere. Tunc procul dubiò supradictæ rei exemplum assequitur: plaustrum nouum cum vaccis duabus, vt suprà dictum est, citiùs acquiritur, & sanctũ corpus in eo reuerẽter supponitur. Quid multa? Vaccæ quidem, quæ nunquàm iuga sustinuêre, tam priuatè vehiculum subiêre, quasi semper in eo solitæ essent opere, vitulorum prorsùs immemores, per deuia nequaquàm errantes, per rectam semitam iter retenderunt, sanctumque corpus vsque ad Elste perduxerunt, cum Angelorum, vt credendum est, comitatu atque populorum Deum collaudantium concursu. Illuc quoquè, vt dignum fuit, cum omni veneratione tantæ preciositatis thesaurus commendatur sepulturæ. Ibi enim per tanti patris intercessiones multæ miraculorum declarantur à Domino virtutes, quas prior ætas adhuc fide recens obliuioni tradidit, sed mox fide maturior, vix pauca de multis memoriæ commendare curauit, quæ in sequentibus lectio recitabit.

Corpꝰ eius naui exponitur, quæ sine remige ad alterum litus transmeauit.

Itèm plaustro, quod duæ vaccæ ad locũ Elste sponte trãsuexêre.

Thesaurus corporis eiꝰ in Elste sepelitur.

Cap.8.

Fuit quidam vir in partibus Aquitaniæ Ancelinus nomine, qui prorsùs omnium membrorum officio destitutus, solo aspiramine vixit anhelus. Ille autem cùm quodam vespere miserabiliter, vt cõtractus, stratu suo collocaretur, ei per noctem visionem nominatìm dicitur: Anceline vis sanus effici? Si sanari cupis, ostendam tibi quò iturus eris. Est locus in longinqua regione qui appellatur Elle, vbi confessor Christi Vuerenfridus requiescit corpore: si illò perueneris cumque suppliciter interuentum inuocaueris, per ipsius meritum adoptimæ sanitati restituéris. Post hæc expergefactus à somno sit attonitus in animo, nomen loci secum retinuit, sed viam per quam iturus esset, minimè sapuit: fidem ádhibuit visioni, quia lætus efficitur ex promissione remedij. Nec moram pergendi diù differt, stoque duce, quò sibi eundum erat, citiùs peruenire non tardauit. Cumque ille peruenit debilis, promissam sibi sanitatem confestim promeruit hilaris. Post vota naturali membrorum sospitate corroboratur, sua sponte iugi seruitio beati Vuerenfridi mancipatur. nam se deuouit illuc omni tempore sub eius famulatu perseuerare. Ast non multo pòst transacto dierum circulo, destinauit ad patriam redire cum gaudio. Cùm autem sanus sua subierat, mox ità fit contractus, vt ante fuerat: fit mente perculsus, sui conscius propositi, se pœnitet redeundi, pudet reuerti. Mœrens ac debilis iterùm remeauit, vndè gaudens ac incolumis recesserat. Diuina etenim pietas eum sanitati secundò restituit, quam incolumis recepit. Cumque tum incessanter vt sanaretur exorauit. Nec opus est morandi: per tanti viri remeando patriam debilis efficitur, terque pœnitens remeando per sancti viri clementiam sanitati restituitur. Tandemque victus, vult potiùs exulare quàm cum suis debilis habitare. Sicque sua perfruens sospitate, permansit ibidèm vsque ad finem vitæ suæ.

Paralyticus ad eius sepulcrum sanatur.

Rursùs incidit in paralysim votifragus.

Iam tertiò curatur, & vota Domino soluit.

Cap.9.

Nec hoc silendum est, quòd quædam mulier in vico Leona nuncupato debilem neruis omninò contractis infantem habuit, quem si sanaretur sancti Vuerenfridi se seruitio dare spopondit. Nec mora, surrexit properè, terendit ad ecclesiam pergere, secum contractum deferens inter brachia filium, vt cum offerret Domino

sicut promiserat offerendum. Cùm autem concito cursu properauerat, in medio campi paruulus ab amplexu matris ad terram deciderat, & cõsolidatis neruorum compagibus, ilicò sanatur diuinitùs, atq; post casum excipitur sanus, qui ad terram ruit antèà debilis. Mater verò gaudens excipit paruulum, & quem priùs gemebunda denouerat infirmum, iam iocunda pergens ad ecclesiam, sancti patris obtulit famulatui sanum.

Itém alius puer cõtractꝰ curatur.

Alio quoquè tempore in pago Felua vocabulum continente, quendam virum tantæ asperitatis lepra discolorauit, vt vix alicui præ scabie nimia, vultus illius apparêret, labes insupèr ipsam oculorum exæcauit aciem, quòd ille nequaquàm visu agnoscere potuit aliquem, quia tanta miseria cruciatus solummodò sibi superfuit anhelitus. Contigit autem illum quadam nocte visionem sibi videre, per quam obstupefactus à suo cecidit stramine, seque in modum crucis prostrauit, clamans ac vociferans, clamando Kyrieeleison sæpè iterauit. Eo clamore sui parentes expergefacti, cœperunt interrogare quid euenisset illi, quòd plùs solito impatiens esset. Ille visionem benè recolens, cuncta quæ viderat eis per ordinem retulit, ità dicens: Visum est mihi per quendam locorum ire debere, quem cœnosa palus circuncixit vndiquè, vt nullatenùs patuit via transeundi, per quam indè abire potui. Hiedum admodùm anxiarer mentis expers, obuiauit mihi sacerdos venerabilis adspectu, sacerdotalique venerabiliter indutus habitu, quasi processurus esset ad Missarum solennia, præparatoque ponte supra paludẽ me transduxit incolumem, & ait: Estne tibi cura sanari? Scito me Vuerenfridum appellari, & per me mereris à lepra curari. Cùm autem celebrabitur solẽnitas Archangeli Michaëlis, tu ad Elst peruenire debebis, ibique dum diuina à pontifice Missarum celebrantur solennia, tu mundaberis à labe mortifera. His auditis, parẽtes sui solito lætiores effecti sunt, & eum sicut ipse voluërat ad Elste perduxerunt. Nec diù visio promissionem distulit. Nam vt pontifex qui tunc temporis illic præfuit, sub eodem die quem prædixerat Missarum libamina Domino libauerat, ità euanuit ab illo pestis torrida, vt in eo veneniferi coloris non comparuerit macula. Ipse verò non solùm se à lepra mundatum esse persensit, sed etiam amissam oculorum lucem percipere meruit. Huius stupendi miraculi declaratio, nõ vnius vel duorum affirmatur testimonio, verumetiam totius populi, qui tunc ad ecclesiam confluxerat, manifestissima declaratio verum esse demonstrat. Hæc & multa alia miracula, quę perlongũ est cuncta narrare per singula, Dominus noster Iesus Christus dignatus est ibidèm ostendere, quatenùs per hæc miraculorum beneficia, quantæ dignitatis seruus suus apud se haberetur, nobis omnibus apertè monstraretur. Qua de re summoperè credendum est, quòd possit suis meritis vulnera peccatorum sanare, qui totidem modis corporum languores dignatus est subueniendo medicare: Præstante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria per immortalia secula seculorũ, Amen.

Cap.10.

Apparet S. Vuerenfridus vni ex pueris in somnis & iubet eũ suum visitare sepulcrũ.

Curatur idẽ à sua lepra & cæcitate.

Multa quotidiè ad eius sepulcrum fiunt miracula.

SERMO BEATI PETRI DAMIANI, S. R. E. CARDINALIS ET EPISCOPI OSTIENSIS, DE ASSUMPTIONE sanctissimæ Mariæ Dei genitricis & virginis. Habetur octauo Tomo Aloysij.

15. Augusti.

HIC totum decurrat ingenium, & aureus sermo tota reluceat maiestate. Voluntaria oris nostri beneplacita sibi faciat genitrix Dei, Domina mundi, cæli Regina. Ipsa sensum acuat, dirigat stylum, & linguã pauperis venustiori respergat eloquio. Illustret lucem hanc lumine clariori, & suo conuentui suam præsentiam donare dignetur. Sublimis ista dies, & splendidiori Sole refulgutans, in qua Virgo regalis ad thronũ Dei Patris euehitur, & in ipsius Trinitatis sede reposita, naturam etiam Angelicam solicitat ad videndum. Tota conglomeratur Angelorum frequentia, vt videat Reginam sedentem à dextris Domini virtutum, in vestitu deaurato, in corpore semper immaculato, circundatam varietate, virtutum multiplicitate distinctam.

S. Maria ad cælos assumpta à dextris filij sui residet.

Hæc est illa dies, quæ cęlorũ officinas sublimiori gaudio cumulauit, annua mundo, Angelis continua, continuans homines Angelis, & Angelos hominibus felici

fœde-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fœderatione coniungens. Intuere mentalibus oculis Filium assendentem, & Matrem assumptam, & videbis aliquid excellentius in assensione Filij exhiberi: & alium assumptum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Beata Virgo in vētre suo Deum concluſum geſtauit.

quicquid eſt,fuit,& erit,per Virginis vterum renouatum,& tunc tibi cogitatio ſegeret,quod locutio demonſtrare non poteſt.Electa,inquit,ſed & præelecta.Vt Sol,

S.Maria terribilis dæmonibus. Cant.3.

quia ſicut Sol ſolus orbē illuminat,ſic hæc ſola ſolidiori lumine & Angelos,& hominēs illuſtrat.Terribilis vt caſtrorū acies ordinata,terribilis dæmonibus,ordinata virtutibus,ſingularis timor malignorū ſpirituū,ſpecialis amor ciuiū beatorum.

Sequitur de eius conuerſatione.Quæ eſt iſta,quæ aſcendit per deſertū,ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ,& thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij?Ita eſt ſpecioſa inter filias Hieruſalem.Deſertum eſt vaſtitas huius mūdi,in quo beſtiæ agri frequentiùs ludunt,vbi princeps ille nequiſſimus omni fortitudine principatur. Deſertum autem dicitur, quaſi derelictum à virtutum adminiſtratione, cum earum conuētus,abundante iniquitate,ad proprios ortus reuolauerit.Quæ aſcendit,inquit.In huius ſeculi vanitates omnes vel deſcēdere, vel cadere cognoſcūtur, rarusq; qui nō vel deſcēdat,vel cadat in huius turbulentiſſimæ profunditatis oceanum.Sola illa Mater,& filia Creatoris,nec deſcendit,nec cecidit,ſed de virtute in virtutem aſſcendens,conſummatione virtutum veſtita eſt. Qualiter autem aſſcendit? Sicut virgula,inquit,fumi.Sed & hæc operatio quàm ſignificanti ſimilitudine ſit ſignata,recollige. Virgula fumi recta eſt,ſubtilis,odorifera,& quantò magis in aëra extēditur, tantò ampliùs dilatatur.Sic & Angelorū Regina,recta eſt in ſublimitate cōuerſationis, quia virga directionis,virga regni Domini. Subtilis in Deitatis

Luc.2.

contemplatione,quia ipſa eſt,quæ conſeruabat omnia verba hæc, cōferens in corde ſuo. Odorifera in virtutum opinione,quia currimus in odore vnguētorum iſtorum.Anguſta in temporalibus,quia non erat ei locus in diuerſorio.In ſpiritualibus dilatata,quia adſtitit Regina à dextris Domini. Hæc eſt virga illa, qua retūdun-

S.Maria virga Aaron.

tur impetus aduerſantinm dæmoniorum,virga Aaron,per quam fiunt ſigna & mirabilia. Baculum aūt Crucis intellige,quo non ſolùm verberatus eſt,ſed & occiſus ille inſanabilis homicida, qui mortibus hominum paſcitur & nutritur.In Virginis virga,& baculo Cruce,miſerorū ſpes & cōſolatio cōtinetur,ſicut ſublimis Propheta clara voce declarat:Virga,inquit,tua,& baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.

Pſal.22.

Sequitur: Ex aromatibus myrrhæ,& thuris.Nominantur ſpecies,de quibus aromatica virgula ſubleuatur, myrrhæ,& thuris.Myrrha corpora diſſoluta cōſolatur, & cadauer exanime ſibi vēdicat,nè putreſcat.Thus autem Deo in oratione accenditur,ſicut multiplicibus ſcripturarum teſtimoniis edocemur. In myrrha concinentiam,in thure deuotionem intellige. Caro enim Virginis ex Adam aſſumpta,

Maria virgo in carne ſua maculas Adæ non admiſit.

maculas Adæ non admiſit, ſed ſingularis continentiæ puritas in candorem lucis æternæ conuerſa eſt.Porrò quis eius deuotionem votiuis laudibus poterit adęquare,cūm rememoret miſſum Archangelum,ſuperueniētem Spiritum, Filium concipiendum,Deum natum,ſtellam nouam, Magorum gloriam, munerum gratiam, & ſuper hæc omnia teſtimonium conſcientiæ ſuæ? Hæc ſunt duo, quæ virginalē ſubſtantiam toto circundedēre virtute,continentia ſcilicet,& deuotio:quorum alterum carnem,alterum mentem ità poſſedit,vt caro mūdiſſima, mens puriſſima genitricem Domini ſingulariùs conſecrarent.

Sed nè putares his duabus ſolis virtutibus inſignitam Dominam orbis,& Reginam cælorum, ſubſequirur ſcripturarū authoritas:Et vniuerſi pulueris pigmentarij? Hîc expreſſum eſt quicquid exprimi potuit.Species quidem integræ odorē reddūt, ſed non tantū,quantū confractæ.Crebris enim tūſionibus ſupertritæ,remotiorem etiam locū odorifera cōſperſione refundūt.Sic & virtutes in pace quidem fortes

Virtūs in pace acquiritur, approbatur in victoria.

redolēt, ſed fortiùs in tribulatione:quia virtus in pace acquiritur, in perſecutione probatur,approbatur in victoria. Vniuerſus ergò puluis pigmentarius in coniectus eſt,quia in ea virtutū conuentus reuerendū ſibi thalamū conſecrauit.Nec integræ fuerunt in ea ſpecies, ſed in ſubtiliſſimum comminutæ,quia ipſa ſi cæteris per partes Spiritus affuit, Mariæ tamē tota plenitudo gratiæ ſuperuenit.

Iohan.19. Cant.3.

quæ fortioribus tribulationum malleis ſuperpreſſa,vidit ſuum & Dei Filium de gi Cruci,militari lancea vulnerari,& inter duos latrones poſitum expirare.

Sequitur de eius aſſumptione.Quæ eſt iſta,quæ aſcendit de deſerto,delicijs affluens,innixa ſuper dilectū ſuum? Hæc eſt Regina illa,quā videntes filiæ Sion,beatiſſimam prædicauerūt,& Reginæ laudauerūt eā. Aſcendit aūt hodiè de deſerto,hè eſt de mundo ad regalis throni celſitudinē ſublimata. Delicijs,inquit, affluens, quia multæ filiæ congregauerunt diuitias, hęc ſupergreſſa eſt vniuerſas.

S. Mariæ Virginis aſſumptio.

Deliciarum autem eius nō eſt numerus,quia dum Spiritum ſanctum ſuſcipit,concipit Dei Filiū,Regem gloriæ generat,penetrat cælos,cumulata diuitijs, & delicijs affluens ad Regnum euolat ſempiternum ſuum.Innixa ſuper dilectum ſuum.Rex virtutū dilecti Pater eſt, in quo ſibi benè complacuit. Super hunc innititur Mater illa felicior,& in aureo reclinatorio diuinæ maieſtatis incumbens,intra ſpōſi, imnō Filij ſui brachia requieſcit. O quanta dignitas,quàm ſpecialis potentia, inniti ſuper illum, quem Angelicæ poteſtates reuerentur adſpicere?

Hæc ſunt ergò,quæ præſenti feſtiuitati ſub vmbris & imaginibus dignanter alludūt,& ſacratiore tegmine velata,gratioſiùs lucēt,cùm potuerint reuelari, Amen.

EIVSDEM PETRI DAMIANI IN ASSVMPTIONE *ipſius ſanctiſſimæ Virginis Hymnus.*

GAudium mundi,noua ſtella cæli — S. Maria mundi gaudium.
Procreans Solem,pariens Parentem,
Da manum lapſis,fer opem caducis,
Virgo Maria.

Te Deo factam liquet eſſe ſcalam, — S.Maria ſcala.
Qua tenens ſummum,petit altus imum,
Nos ad excelſi remeare cæli
Culmina dona.

Te beatorum chorus Angelorum,
Te ſacri vates,& Apoſtolorum
Ordo prælatam ſibi cernit vnam,
Poſt deitatem.

Aula cæleſtis ſpecioſa Regis — Intēmaula Dei.
Fulta ſeptenis ſophiæ columnis,
Quem nequit totus cohibere mundus,
Claudis in aluo.

Quem tremunt cæli,metuunt abyſſi,
Fluminum guttæ,maris & procellæ,
Laudat Occaſus,veneratur Ortus,
Stringis in vlnis.

Lacte nutritur cibus Angelorum,
Fertur innuptæ gremio puellæ,
Qui ſua latæ ditione terræ
Pondera librat.

Sit decus ſummo ſine fine Chriſto,
Sancta quem Virgo genuit Maria,
Qui Patri compar,Flaminique ſancto,
Regnat in æuum. Amen.

EIVSDEM PARACTERICVM CARMEN DE EA-*dem ſanctiſſima Virgine Maria.*

SCala,thronusque Dei,nitor orbis,ianua cæli, — S.Virginis Marię encomium.
Mater aue Chriſti, ſcala,thronusque Dei.
Tu noua ſtella maris,qua lux eſt reddita terris:
Ortus & es Solis,tu noua ſtella maris.
Concipis abſque viro,tu ſola puerpera virgo,
Quæ Verbum verbo concipis abſque viro.
Tartara quod metuunt,tellus pauet,aſtra verentur,
Pectoris antra ferunt,tartara quod metuunt.
Virgine vita redit homini,quem virgo peremit:
Morsnece victa perit,Virgine vita redit.
Tu ſuper aſtra leua,petimus,quod ſubruit Eua:
Illa grauat culpa,tu ſuper aſtra leua.
Gloria ſumma Patri,genitæ ſit gloria Proli,
Flamine cum parili,gloria ſummo Patri. Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EIVSDEM RHYTHMVS DE EADEM.

Item eiusdē virginis prę-conium.

GEnitrix æterni, Virgo Maria, Verbi, quæ
Vox illa carnis par erit tuæ laudis?
Tu noua maris stella, celsa poli fenestra,
Scala, quę cælum terris iungis, ima supernis.
Immensum concepisti, Parentem peperisti.
Fit Factor ex factura, Creans ex creatura.
Quem mundus ferre nequit, totum Virgo concepit,
Quo circuitur æther, puellæ clausit venter.
Serui forma indutus, diuina non exutus,
Suscepit quidem tua, sed non amisit sua.
Oritur ortus rerum, fit antiquus dierum:
Orbis origo cœpit, factus ex his quæ fecit.
Conceptus fœcundauit, natus non violauit:
Intrauit & exiuit, sed clausam dereliquit.
S. Maria virga Aaron. Tu Aaron es virga fœcunda, licèt sicca,
Quæ germen protulisti, sed virgo permansisti.
Item rubus ardens. Te rubus prælucebat, qui ardens non ardebat,
Quæ sine æstu mentis fructum dedisti ventris.
Et ante partum virgo, sed post virginum Virgo:
Creuit in ortu prolis integritas pudoris.
Est Angelorum cibus tuo lacte nutritus:
Qui mari præbet vndas, papillæ fugit guttas.
Geris in sinu prolem, quæ terræ librat molem:
Foues à quo foueris: seruas à quo tueris.
Blandire, Mater, charo, qui te creauit, nato
Oscula grata fige, fascijs membra cinge.
Amplectere cælestem, quem genuisti, Regem,
Cui seruit Sol, & Luna, & omnis creatura.
Chori virtutum tremunt, quem viles panni tegunt.
Pauet cælum, & terra, quem baiulat puella.
Vagit in sinu Matris, regnat in throno Patris.
Legem Matris obseruat, mundi iura gubernat.
Item fons fontis viuentis. Tu fontis fons viuentis, oriens orientis,
Liber ille signatus victori viro datus.
Item porta templi clausa. Tu porta templi clausa, superni Regis aula,
Aerarium talenti, per quod sumus redempti.
Horrus deliciarum. Hortus deliciarum, odor suauitatum,
Tu ager ille plenus, cui benedixit Deus.
Ex te botrus egressus, qui Crucis prælo pressus,
Vino rigat arentes sancti Spiritus mentes.
Es & terra cælestis ferax lactis & mellis,
Ex qua Veritas orta tollit errorum dogma.
S. Maria regum filia. Arcem nobilitatis de prolis stirpe trahis,
Filia quidem regum, sed Mater Regis regum.
Salue iam, Virgo fœta, Aue gratia plena,
Nostrum Aue digneris, vt illud Gabrielis.
Ille dum te salutat, Euæ nomen commutat.
Reduc nos, Virgo sancta, vndè est nequam lapsa.
Tu solue quod debemus, auerte quod timemus,
Impetra quod optamus, perfice quod speramus.
Sit laus Trinitati, sit decus Vnitati,
Cui lex, & ordo rerum per omne patet æuum. Amen.

EIVSDEM VERSVS.

Annūciatio Dominica. FEcè parat clausam Regi prænuncius aulam.
Natiuitas. Natus ab æterno prodit de Virginis aluo.
Baptismus. En fluuijus fontem, mundum lauat vnda lauantem.
Purificatio. Ablue, Iordanis, per quem magis ipse lauaris.
Non capitur cælis, Simeon quem stringit in vlnis.

VITA

VITA BEATI RAYNALDI ARCHIEPISCOPI RAVENNATIS, COLLECTA EX SEXTO LIBRO HISTORIARUM HIERONYMI RUBEI VIRI DOCTISSIMI, DE GESTIS RAUENNATUM.

Verùm vtrum hic in Sanctos sit relatus ignoro.

MORTVO Opizone Archiepiscopo Rauēnate, sacrati viri Rauēnates, de more in Vrsiano tēplo comitijs habitis, cùm non vnū sentirent, elegerūt duos, Raynaldum Concorregiū Mediolanēsem, & Leonardum Flisci, ecclesiæ Brugensis, quæ est in Tornacēsi diœcesi, Præpositum. Verùm Benedictus vndecimus Pōtifex Maximus, qui tum primū Bonifacio successerat, Raynaldū probauit, qui rem diuinā coram Pontifice fecerat, Canonicus primò Laudunensis, mox vniuersæ Flaminiæ Præses, deindè Episcopus Vicentinus. Ad Archiepiscopū Rauennatē euectus, decimotertio Calendas Decembris apud Lateranū, anno Pōtificatūs primo, à Benedicto Pontifice consecratur, cùm omnes illum Rauennates ob sanctitatis famā à Pontifice Archiepiscopum postulâssent. Qui factus Archiepiscopus, in dies virtutibus ac religione proficiens, putissimum cultum numinis diuini, legibus persanctè editis, propagādum apud suū populum diligenter curauit: quapropter & sæpè Archiepiscopatūs oppida, Argentamque præsertim inuisit, ac prouinciale concilium anno ab ortu Christi millesimo trecēte-simo septimo Rauēnę celebrauit: curauitq;, vt Senatui Rauēnati, Lāberto presidē-te, atq; suadā placeret, Rauēnę, monetæ pecuniæq; ad Anconę modū vt cuderentur. Fitque id habitum non multo pòst, quàm Clemens quintus, qui Benedicto subrogatus fuerat; in Galliam Pontificatūs maximi Sedem transtulisset. Postea cùm Henricus Cæsar Cisalpinarū dissensionū peritissimus, regniq; prouisimoq; Senatore vsus est Raynaldo Archiepiscopo: cuius etiam, aliorumq; precā Senatorum consilio, cùm esset Astæ Coloniæ, omnes Cisalpinarū ciuitatum exules in patriam quenq; suam, reuocauit. Tametsi nō ità multo pòst, mutata sententia, omnem ferè Italiam perturbauerit, & Robertum Siciliæ Regem, pronunciato publicè edicto, regno priuauerit. Ad hæc accessit causa equitū Templariorum, quos Clemens Pontifex per hos dies acriter persequēs, Raynaldo Archiepiscopo eam causam cognoscendam mandauit, religione hominis & virtute plurimùm fretus. Cæterùm Raynaldus, vt iudicium legitimo iure faceret, cùm anno millesimo trecentesimo nono, Bononiæ habito conuentu aliquot sibi subiectorum Episcoporum, studiosè in illos inquisisset, tandèm anno 1311. eadem de re Concilium Rauennæ habuit, in quo hijsfuēre. Vgo, Placentinus: Vbertus, Feretranus: Friderius, Ariminensis: Vbertus, Bononiensis: Henricus, Regiensis: Matthæus Cerueniensis: Petrus Foropōpiliensis, Episcopi. Vgilinus designatus Fauentinus, Nicolaus & Iohannes cucullati Dominicani: Vincentius, Franciscanus: qui tres in Flaminia Quæsitores in hæreticos erant. Bonumcontrus, archipresbyter Mutinensis, pro sanctis viris Mutinensibus: Gerardus Curnazanius, sancti Donini Præpositus, pro Episcopo, sacratisque viris Parmensibus: Gentilis Ferrariensis Episcopi Vicarius: Præuostinus Mutinensis, Episcopi Foricorneliani item Vicarius: Iohannes Abbas Guellianus, pariter Episcopi Hadriani Vicarius: Armannus cucullatus Dominicanus, Episcopi Cymaclensis procurator: Guercius D. Damiani Canonicus, Episcopi Sarsinensis procurator. Omnibus igitur, suo quisq; loco, in æde Vrsiana considentibus, introducti sunt Raymundus Fontana, Iacobus item Fontana, Maurus, Iacobus, Albertus, Guilhelmus ab Pigazano, & Petrus Cazia, Templarij ordinis equites. Qui iurati cùm nihil essent obiectis criminibus, testibusque aduersis debilitati atque abiecti, ad omnia breuiter constanterque seorsùm singuli, respondebant. Erant autem hæc ferè quæstionis capita.

Sedes Romana trāsferrur in Gallias.

Robertus Siciliæ Rex regno priuatur.

Concilium Bononiæ habitū, causam Templariorum tractat.

Quæstionū capita Templarijs militibus obiecta.

Cum in ordinem cooptabantur, in ipsis sacrorum suorū initijs, Christum ne, aut Deum, aut Virginē Deiparam, aut Diuos abiurâssent, vel vt abiurarent, moniti fuissent, aliosve ipsi ad abiurandum incitâssent. An simulacrum quodpiam, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

idolum fictum, & commentitium, diuina veneratione coluissent. An tyrones, adolescentulos præsertim, libidinosè, atque alia quàm deceat parte, osculati fuissent. An dum rem diuinam facerent, sacra mysteriorum & consecrationis verba omisissent. An scelestum, & nefarium facinus putarent, hæc committere.

Illi se falsò accusatos affirmant.

Quod cùm affirmâssent, cæteris fortiter perpetuoque negatis, ab Concilio dimissi sunt. Raynaldus Concilium tunc consuluit, de tota re quid fieri placeret: in quo cùm multæ sententiæ dicerentur, tandèm interrogati primùm, an iudicium illud accuratè & legitimè constitutum existimarent, annuerunt: Deinde, an dandiessent in quæstionem, respondetunt, non dandos: Nicolaus tamen & Iohannes Dominicani, in hæreticos Quæsitores, dandos esse dixerunt. Præterea, an ad Pontificem Maximum deferendum esset iudicium: negatum ab omnibus est, quòd propè adesse Concilium generale dicerent. Postremò, essent ne omninò absoluendi, an iubendum vt se de obiectis purgarent, de purgatione affirmatum est. Hæc autem omnia cùm Clemens Pontifex accepisset, sic de tota tandèm re iudicauit, vt multis eorum combustis, vniuersum ordinem deleuerit.

Ordinis Templariorũ extinctio.

Paulò pòst, idem Raynaldus Archiepiscopus, Iohannis Pontificis iussu & authoritate Friderico, Guidoni, & Sperantiæ Comitis Vrbinatium fratribus, ipsisque Vrbinatibus, sacris interdixit: quòd cædibus indignissimis, maximisque factis, Vrbinum, & pleraque alia Romanæ Ecclesiæ subiecta oppida occupâssent, ciues multos expulissent, reliquos durissimo imperio opprimerent: ad hæc Friderico Auximatem, Ricmensem, exulum item Aesinorum, aliorumque, Picentium præfecturam sibi assumpsisset, ipsumque oppidum Piram, diuturna obsidione pressum circunallatum, cepisset, ac durè acerbeque diripuisset: Guidò in oppidum sancti Donati idem perpetrâsset, Amelijque Belmontis præpositi, qui Picentibus pro Pontifice præerat, Legatum cum literis comprehendi iuxta Vrbini portas, & in custodiam tradi iussisset: vndè nisi aufugisset Legatus ingẽti fortunę beneficio, capite pœnas dedisset. Neque verò has Pontificias interdicti literas, Raynaldus solùm intrepidè recitauit, diuulgauitque, sed omnes iussit, curauitque, ad quos ipse eas misisset, vt idem efficerent.

Iussa Pontificis fideliter & intrepidè Raynaldus Episcopus exequitur.

Tandèm cùm Bononiæ anno millesimo trecentesimo decimoseptimo Concilium prouinciale habuisset, Rauennæque in æde Vrsiana aram Cruci erexisset ac dedicâsset: in qua ex marmore arcam, multis ac præstantibus Sanctorum Reliquiis plenam incluserat, ac eam certis legibus latis, prædijs ditâsset: sacerdotumque conuentum, qui certis statisque diebus parentarent, & pro mortuis psalmos & preces ex libris sacris conceptas recitarent, iam multis antè seculis institutum, & hoc Raynaldi tempore, ob sacerdotum licentiam corruptum, restituisset: eodem anno 1321. non absque ingenti apud omnes sanctitatis opinione, quinto decimo Calendas Septembris, tranquillè decedens, in cælestem patriam euolauit. Sepultus est in monumento ex marmore, in æde Vrsiana: quod cùm superioribus annis Iulius Feltrius, ab Ruuere Cardinalis, Rauennatum Archiepiscopus, aperire coram se mandâsset, viri sancti cadauer integrum ac penè recens, promissa barba, statura procera, ingenua forma, & specie ad dignitatem apposita inuentum est. Ad eius cadauer, cùm adhuc in sepulcrum illatum non esset, multa miracula & insequentibus etiam diebus & annis facta sunt: & vt reliqua omittam, Iacobus Bennicasa, Iurisconsultus Rauennas, cùm desperata omni salute, & penitùs destitutus, acerrimis podagræ doloribus affligeretur, seque voto nuncupato, diem Raynaldi festum, quotannis solenniter celebraturum obligâsset, postridiè eius diei doloribus & morbo solutus est. Quod Iohãni quoquè Grado, in graui capitis oculorumque dolore, cùm esset ad Raynaldi sepulcrũ profectus, eiusq; opẽ supplicitèr implorâsset, per idem tempus contigit. Ex agro itèm Rauennati, eo vico, cui Horbosæ nomen est, mulier Blonda vocata, cacodæmone supra quàm dici potest agitata: à cognatisque suis, maxima vi, ad Raynaldi sepulcrum perttracta, liberatur.

Sanctè obit.

Eius corpus post multos annos apparet incorruptum.

Miracula ad sepulcrum eius.

Quidam à podagra, alius oculorũ & capitis dolore curatur.

Itẽm dęmoniaca.

Parifelicitate, sacra virgo cœnobij diuæ Mariæ cognomento Padrielis (quod in Cenceda à mœnibus haud procùl erat, nunc in vrbem translatum D. Stephani in Olitis appellamus) membrorum omnium resolutione oblanguens, cùm viri sancti

sancti patrocinium inuocâsset, repentè sanitati restituitur. Atque hæc pauca de multis quæ in dies fiunt, collegisse sat fuerit.

DE S. MARIANO RECLVSO, EX DIVO GREGORIO TVRONENSI, DE GLORIA *Confessorum, cap.* I.

EXIVIT autem in Termi termino Marianus eremita, cui non erat alter cibus, nisi poma agrestia: & si ei aliquotiès à quibusdam mel delatum fuisset, aut si ipse reperire potuisset in syluis, hoc ei erat cibus. Qui cùm plerunque visitaretur à plurimis, quodam tempore à quærentibus non poterat inueniri. Inuestigantes autem eum viri, qui venerant, deprehenso vestigio, inuenerunt locum, in quo flexo genu aquam hausit à fluuio: & exindè progressi reperiunt eum sub vna arbore malo iacentem mortuum. Vndè celebre ferebatur in populo, eum præcipitatum ex arbore, spiritum exhalâsse: sed euidenter non est cognitum, quoniam à nullo refertur visum. Tunc viri, qui aduenerant, eleuantes eum, attulerunt ad vicum Euannensem. Quem ablutum, dignisque indutum vestibus, sepeliẽrunt in Ecclesia. Festa verò obitús eius per singulos celebrantes annos, atque conuenientes populi, crebrò ab infirmitatibus sanabantur.

Augusti. 19. Vide mirã sancti viri abstinentiã

Nota consuetudinem abluẽdi corpora mortuorum.

Quidam autem de vicinis annonas diù infectas aqua, ac germine producto conflatas, facto igne super vimina contexta coquere parat ad pocula facienda. Accedens autem vnus vicinorum eius, ait: Quid tu, ô homo, detineris in opere? An ignoras quòd solennitas est beati Mariani? Qui cum furore respondit: Putas, ô tu, qui hæc loqueris, quia homo elisus ex arbore propter compendia gulæ, angelorum sit relatus consortio, & vt sanctus debeat adorari? Melius est, crede mihi, opus necessarium in domo exercere, quàm talem sanctum excolere. Quod ille audiens, discessit, & cum reliquis ad basilicam sancti abijt, relicto domi vicino in opere laborante. Nec mora flante vento appræhenditur domus incendio, exiturque omnis, nec quicquam de substantia restat hominis. Exindè eleuati globi flammarum super hospitiola, quæ circumlocata erant, huius hominis aream, sepes, turriola vel porcorum, vel pecudum, ac reliqua quæ ad eum pertinebant, flamma percussit, nec quicquam remansit huic misero, quod non fuerit igni succensum. Quod si euenisse quis fortuitò putat, admiretur, quòd nulli vicinorum circumanentium nocuit. Quid nũc agis, ô cruda rusticitas, quæ semper in Deum, & eius amicos murmuras, vt tibi exindè damnum acquiras?

Discе ex hoc loco sanctos venerari, & illis non detrahere.

Alterius autem hominis boues malitia furis abstulerat, qui appræhẽso vestigio, & eo inter infusos aqua viarum tramites, ad profundas luti voragines perdito, ad sancti recurrit sepulcrum, fusaque oratione, dum de basilica fuisset egressus, aduerit hominem per aggerem publicum venientem, qui boues illos ante se cum callo ex itinere lasso prosequens adducebat. errauerat enim à via, & quasi amens factus, in illam partem, de qua egressus fuerat, mente turbata redibat. Cognoscit ille boues, quos perdiderat, eosque recipiens, hominem absque calumnia redire permisit, quia cognouit hoc sibi per virtutem sancti Mariani præstitum, cùm in illa hora repererit perditum, qua eius adiuit plenus fide sepulcrum. Quæ postquàm gesta sunt, diligentiore cura confessorem Dei cœpit excolere Bituriga.

Aliud miraculum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE S. PRIVATO MARTYRE, ET CHROCO TYRANNO, EX D. GREGORII TYRONEN. *libro primo historiarum cap.32.*

21.Augusti. S.Priuatus Episcopus fustibus interimuntur.

IRRVENTIBVS autem Alemānis in Gallias,sanctus Priuatus Gabalitanæ vrbis Episcopus, in crypta Memmatensis montis, vbi ieiunijs, orationibusque vacabat,reperitur, populi Cerdonensis castri munitione cōclusus. Sed dum ones suas bonus pastor lupis tradere non consentit, dæmonijs immolare compellitur. Quod facinus ille tam execrans, quàm refutans, rādiù fustibus cæditur, quoadvsquè putaretur exanimis.Sed ex ipsa quassatione interpositis paucis diebus spiritum exhalauit. Chrocus verò apud Arelatēsem Galliarum vrbem comprehensus, diuersis affectus supplicijs, gladio verberatus interijt, non immeritò pœnas,quas sanctis Dei intulerat,luens.

Chroci interitus.

DE SS. TIMOTHEO ET APOLLINARE MARTYRIBVS, PER D. GREGORIVM ARCHIEPISCOPUM *Turonensem,de gloria martyrum cap.54.*

27.Augusti. Vides quòd olim in honorem Sanctorum ecclesiæ ædificabantur.

TIMOTHEVS & Apollinaris apud Remensem vrbem consummato martyrio cælestia meruerunt,quorum reliquias quidam ædificata in eorum honore basilica deportuna, & credo indigna merito, in via procedit,salutatoque presbytero,deosculatur linteum quo sacræ tegebantur fauillæ, rogat sibi de his aliquid condonari. Tunc presbyter diù dubitans,& tribuere differens,victus tandèm ab improbitate eius, dimisit ei particulā, ascendensque sonipedem iter expedire cœpit iniunctum,& percutiens vtraque equi latera, nequaquàm poterat promoueri. Ipse verò granatus erat vt vix caput valeret erigere. Intelligens autem martyrum se virtute teneri,pœnitentia motus, vtiliter recepit quod negligentia intercedente largiri præsumpsit, restitutoque in capsa quod abstulerat,abire permissus est.

Miraculum

B. PETRI DAMIANI SERMO DE SANCTO BARTHOLOMAEO APOSTOLO.

24.Augusti.

LAETAMVR, & gloriamur in Domino, dilectissimi, de sancto vestræ dilectionis affectu, quia quātò vberiùs diuini verbi poculū bibitis,tantò feruentiùs in idipsum desiderij faucibus æstuatis. Nec immeritò. Nam ità est omnis Apostolici culminis beatitudo coniuncta,& tot gratiarum compage, vt glutino,probatur vnita,vt cùm vnius eorum festinitas colitur, protinùs omnium Apostolorum nō diuersa sublimitas interioribus obturibus ingeratur. Vna scilicet inter eos excellentia iudiciariæ potestatis,eadē dignitas ordinis,nec diuersa in ligando, siue soluēdo virtutis habetur authoritas. Hę sunt enim illæ preciosę margaritæ, quas in Apocalypsi B.Iohannes se cōspexisse pronunciat, ex quibus etiā cælestis Hierusalem portas perhibet esse cōstructas. Singulæ, inquit, portæ erāt ex singulis margaritis.Ipsi nimirū portæ,ipsi sunt nihilominùs margaritæ,quia dum signis,atq; prodigijs quosdā diuini splēdoris radios mittunt,ad inperię Hierusalē gloriā conuersis ad fidem Gentibus aditū pandunt.Et quicunq; salutem, per hos quasi portas ad vitā viator ingreditur.Quorū mysticā renuēre figurā lapides illi,qui, Deo iubente Moysi, rationali summi Sacerdotis legūtur imprelli: quod quidē rationale Sacerdos ferebat in pectore,cùm ingrederetur sancta sanctorū. Præceptū est ergò,vt in eo ponerētur duodecim lapides, terni per quatuor angulos,inclusi auro, qa nimirū sancti Apostoli per quadrifidū orbē,de Trinitate,quę Deus est,prędicārūt catholicę fidei veritatē.Qui eriālapides auro referūtur inclusi, quia

Sanctorum Apostolorū festa colenda. Apoc.21.

Exod.28. Sensus mystic⁹ in scriptura quærendus.

pti & beati Apostoli in sapiētiæ cęlestis arcano perseuerāt inuiolabiliter cōfirmati.

Legitimum ergò est,vt Sacerdos,cùm ingreditur sanctuarium,duodecim preciosos lapides in rationali pectoris deferat,quatenùs quisquis sacris altaribus appropinquat, Apostolicæ sibimet rectitudinis exempla proponat, vt quorum ministerio fungitur, eorum vitam, in quantum prævalet; imitetur, & quorum gerit officium,in eos sanctæ æmulationis studio mentis defigat obtutum. Et quid mirum, si nos imbecilles,& paruuli,beatorum Apostolorum,qui sanctæ Ecclesiæ bases sunt & columnæ, iubeamur imitari normam,sanctamq; tenere doctrinam, cùm & ipsi Apostoli priorum suorum,antiquorum scilicet patrum, sint authoritate firmati? Vndè & in constructione tabernaculi,vt columnæ argenteæ interiùs starent,paxilli ærei figi per circuitum exteriùs iussi sunt, in quibus religatum tabernaculum teneretur. Columnæ itaque argenteæ interiùs, paxilli verò ærei in circuitu figuntur, atque in ipsis funes ligati sunt, vt tabernaculum fixum maneret, quia videlicet vt sancti Apostoli in luce sermonis sui solidi starent,vtque totum tabernaculum,id est sancta Ecclesia, in fidei integritate consisteret, tanquàm paxilli ærei in circuitu patres testamenti veteris ac Prophetæ exteriùs fixi sunt,qui verborum suorum funibus prædicatorum mentes in soliditate constringerent, atque hoc habitaculum Deifidei stabilitate ligarent. Extrà verò paxilli sunt,quia ante tempus huius sanctę Ecclesiæ fuerunt. Sed tamen eos ligant,qui in ipsa sunt, quia dum cælestia mysteria ventura prædicant, hæc postquàm ostensa sunt, creduntur omnia fecerunt. Vt ergò intùs columnę immobiles stent, foris paxilli funes cōtinent,quia vt sancti Apostoli perfectæ incarnationis Dominicæ mysterium crederent,illorum prædicatio obtinuit,qui hoc,priusquàm fieret, & videre, & prædicare potuerunt. Vndè rectè quoque ipse primus Apostolorum, magna scilicet columna veri tabernaculi, loquitur dicens: Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis intendentes,quasi lucernæ in caliginoso loco. In quibus verbis indicat (quanuis ad alta surrexerit) ex culmine, vbi religata persistat in fide. Quæ tamen lucerna propheticī sermonis iam quidem intelligentibus lucet,sed adhuc non intelligentibus est occulta est sapientia in Prophetis.

S.Apostoli Ecclesię bases & columnæ. Exod.38.

Prophetæ paxilli ærei in circuitu tabernaculi id est ecclesiæ.

Petrus primus Apostolorum prædicatur. 2.Pet.1.

Psal.17.

Nec immeritò columnæ argenteæ, paxilli verò ærei facti sunt, quia quod clarè iam Apostoli prædicāt, hoc Prophetæ sub intellectu mystico obscurè locuti sunt. Recte verò per æris metallum signati sunt, qui clari in suis prædicationibus non fuerunt. Sancti verò Apostoli, quia de Redemptoris nostri mysterio lucem prædicationis habuerunt, argenteis columnis expressi sunt. Et notandum quia argentum sonat,& lucet, æs verò sonat, & non lucet, quia prædicatores noui testamenti apertè locuti sunt, quæ etiam monstrare potuerunt: prædicatores verò testamenti veteris,quia per allegoriarum vmbras de cælesti mysterio obscura dicta protulerunt,quasi sine luce sonitum dederunt: quanquàm æs & sanctis aliquandò congruè reperiatur Apostolis, de quibus sub Aser specie per Moysen in Deuteronomio dicitur: Ferrum & æs calceamentum eius. Calceamentum quippè in scriptura sacra munimentum prædicationis accipitur, sicut scriptum est: Calcea- Ephes.6. pedes in prædicatione Euāgelij pacis. Quia ergò per ferrum virtus, per æs autem perseuerantia longanimitatis exprimitur,ferrum & æs, Apostolorum dicitur esse calceamentum,necnō & sanctorum quorumlibet prædicatorum. Per ferrum sciliceet aduersantia mala patienter tolerant,per æs verò bona proposita longanimiter seruant. De quibus Apostolis,siue apostolicis viris,prædicatoribus scilicet sanctis,ad eundem Aser,cùm præmisisset: Assensor cæli auxiliator tuus: ilicò subdidit: Magnificentia eius discurrunt nubes. Quis enim est assensor cæli, nisi Salvator noster, qui postquàm mortis imperium moriens perdidit, cælum Angelis comitantibus,& discipulis suspicientibus, penetrauit? Huius magnificentia nubes discurrunt, quia eius authoritate Doctores sancti per mundū salutiferæ prædicationis imbrē pluunt. De qbus & Propheta: Qui sunt, inquit, isti, qui vt nubes volāt? Iæ nubes resoluuntur in aquam,cùm terram cordis nostri doctrinæ suæ fluentis inebriant,vt eam ad proferenda pij operis germina fertilem reddant. Vndè & Bartholomæus (quod vtiquè Syrum nomen est, non Hebræum) interpretatur Filius suspendentis aquas, filius vtiquè Dei, qui prædicatorum suorum mentes ad cælestia

S.Apostoli ferro, æri,& nubibus cō parantur.

Esa.60.

Nomē Bartholomæi quid significet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cælestia contemplanda suspendit, vt quantò liberiùs se ad intelligendum Creatorem suum pennis virtutum librant, tanto feraciùs & vberiùs imbrem cælestis eloquij nostris cordibus infundere valeant: vtque ex illo fonte suspensi bibant, quod in nos postmodùm propinando transfundant. Vndè benè Moyses mysticè de sancta dicit Ecclesia: Non est terra, ad quam ingredimini possidendam, similis terræ Deut.11. Aegypti, de qua existis, vbi iacto semine, in hortorum morem aquæ deducuntur irriguæ, sed de cælo pluuias expectans, quam Deus suus inuisit omni tempore. Secularis enim prudentia, quasi coluber per humum serpit, & huc illucque lubrica varietate declinat, diuina verò sapientia de cælestibus intonat. Hortus etiam hic sinistram habet significationem. Nam carnalis scientiæ videtur designare lasciui- 3.Reg.21. am. Sicut & illic, vbi Achab petijt vineam Naboth. Da mihi, inquit, vineam tuam, vt faciam mihi hortum olerum. Ille quippè in hortū conatur vineam vertere, qui rigorem virtutis iucunda carnalis illecebræ vult amœnitate mutare. Et Psalmista superbos oleribus comparat, dicens: Tanquàm fœnum velociter arescent, & sicut olera herbarum citò cadent. Pſal.36.

Sensus scripturæ à patribus hauriendus est. Pſal.144. Terra itaque repromissionis, hoc est sancta Ecclesia, de cælo pluuias præstolatur, quia sapientiæ cælestis imbre perfunditur, & nubes eius, scilicet Doctores, de cælesti vno fonte inuisibiliter hauriūt, quod in nos postmodùm suauiter eructando transfundunt. Vndè Propheta: Memoriā, inquit, abundantiæ suauitatis tuę eructabunt, & iustitia tua exultabunt. An non ad illū fontem Paulus, magna scilicet 2.Cor.12. nubes, redijt, cùm supra tertium cælum raptus, verba, quæ loqui non licebat, audiuit? An non ad eundem fontem reuersus est Petrus, cùm in ecstasim subitò rapi- Act.10. tur, & non modò diuersa animantium genera, sed & serpentia mactare, & manducare iubetur? Nam hæc quidem nubes non erat tunc aqua sapientiæ plenior grauida, quia communis omnium gentium vocationis erat ignara. Sed accessit ad fontem, & hausit limpidissimam atque perspicuam de salute gentium puritatem. Nunquid & beatus iste Bartholomæus de plenitudine fontis huius hauAct.2. Spiritus sanctus aqua viua dicitur. Iohan.7. stum cælestis gratiæ non percepit, quandò super eum cum coapostolis suis omnibus venit Spiritus sanctus in ignitarum diuersitate linguarum? Sed qui ignem adis, aquam forsitan non intelligis. Audi quomodò Dominus eundem Spiritum sanctum, qui in igne super Apostolos venit, aquam vocauit. Si quis, inquit, sitit, veniat ad me, & bibat. Moxque subiungit: Qui credit in me (sicut dicit scriptura) Pſal.35. flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem (ait Euangelista) dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. De quibus credentibus per Prophetam dicitur: Inebriabuntur ab vbertate domûs tuæ, & torrente voluptatis tuę potabis eos, quoniam apud te est fons vitæ. Philosophi dicunt, spatium aëreæ crassitudinis non plusquàm decem stadijs à terra distendi, quæ nobis aliquandò Solis Eccles.1. splendorem subtrahit, & pluuias fundit. Istæ verò, de quibus nunc loquimur, nubes cælorum celsa transcendunt, & lumen veri Solis non auferunt, sed ostendunt. De quibus etiam sub fluuiorum nomine per Salomonem dicitur: Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: ad locum, vndè exeunt, flumina reuertuntur, vt iterùm fluant.

Exod.25. Inter quos vtiquè fluuios beatus Bartholomæus insignis est, atque conspicuus, qui quodam prælagio futurorum, huius mystici vocabuli titulo cernitur insignitus. Nam cùm dicitur Filius suspendētis aquas, dicitur proculdubiò filius Dei, non quidem naturalis generationis origine, sed propēsioris gratiæ dignitate. Erat enim verè Dei templum, cælestis gratiæ sanctuarium, arca fœderis, tabernaculum testimonij. Nam sicut arca illa legalis ex imputribilibus lignis sethim mystica fuerat arte composita, auro quoquè purissimo resplendebat, intùs & extrinsecùs inaurata: ità vir iste mirabilis, qui spem suam in æternitate posuerat, & exteriùs radiabat imitandæ vitæ splendore, & intrinsecùs prælucebat diuinæ sapientiæ claritate. Egregia sacræ scripturæ expositio. illa quoquè arca erat vrna aurea, in qua manna seruabatur, tabulæ nihilominùs stamenti, & virga Aaron, quæ fronduerat. Quid est autē vrna aurea, nisi caro Christi munda, syncera, atque ab omni reatûs contagione purissima? Quæ tecondium habet manna, Angelicū videlicet panem, hoc est diuinitatis æternæ dulcedinem. Duæ verò lapideæ tabulæ inuiolabilem vtriusque testamenti significant firmitatem. Quid autem Aaron virga, nisi summi verique Pontificis nostri salutare vexillum, & viuificæ Crucis exprimit sacramentum? Quæ etiam in eo, quòd germinãdo perhi-

buerit, præfigurauit beatam Crucem immortalis memorię viriditate vernantem.

Hæc sunt sacramenta vniuersalis Ecclesiæ, hæc etiam salutaris instructio cuiusque fidelis animæ Christianæ. Quod enim arca per adumbratam prætendebat imaginem, hoc nūc Ecclesia, vel quæque mens iusti per efficacissimam & apertam possidet veritatem. Hæc beati Apostoli mysticæ refectionis alimenta portabant, hæc tanquàm panem paruulis exponendo frangebant. Nam postquàm Euangelicus ille sermo prorupit, quoniam aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas, prophetica querela cessauit, qua dicitur: Paruuli petiērunt panem, & non erat Thren.4. qui frangeret eis. Hic est panis ille quotidianus, fratres mei, quem nos Veritas docuit inhianter expetere: hoc cælestis sapientiæ pabulum, quod debemus iugiter edutire.

Prouer.9. Audiamus itaque per os Salomonis sapientiam nos ad mensam spiritualis alimoniæ claris vocibus inuitantem. Sapientia, inquit, immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam: misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem, & mœnia ciuitatis: Si quis est paruulus, veniat ad me: venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis. Christus enim, qui sapientia Patris est, victimas immolauit, cùm ad nostræ imitationis exemplum beatos Martyres occidi permisit. Miscuit vinum, quia propinauit credentibus Spiritum sanctum. Proposuit mensam, quia cælestem parauit hominibus gloriam. Misit ancillas suas, id est sanctos Verbi ministros, qui se infirmos & fragiles asseuerant. Quid ergò iam restat, nisi vt, relicta fame seculi, properemus ad mensam Dei? Sed ad hanc ingrediendi aditū reperire non possumus, nisi per sanctos Apostolos, quibus claues commissę sunt Regni cælorum. Vndè scriptum est: Sapientia foris prædicat, in plateis Prouer.1. dat vocem suam, in capite turbarū clamitat, in foribus portarum. Ipsi quippè sunt caput turbarum, foresque portarum, quia ipsi sunt populorum principes, ac superne Hierusalem, sublimioris excellentiæ priuilegium, ianitores. Ipsi sunt regales illæ sedes, de quibus in libro Sapientiæ dicitur: Dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotēs Sermo tuus, Domine, de cælo à regalibus sedibus venit. In aduentu quippè Domini medium silentium omnia continebant, quia iam & Prophetæ cessauerant, & nondùm Apostoli ad prædicandam nouæ fidei gratiam veniebant. In quodam planè mundus meditullio consistebat, dum nec Prophetarum oracula superessent, & Apostolica nondùm prædicatio coruscaret. Quid autem hîc nox intelligitur nisi diabolus, qui author est tenebrarum? qui nimirùm quodammodò tunc ambulat, cùm non facilè valet implere quod optat: tunc verò currit, cùm malitiæ suæ vota absque vllo contradictionis obstaculo perficit, & non iam viæ marginem, sed medium iter tenet, dum nihil sibi videt occurrere, quod sui cursus impetum valeat retardare. Cùm igitur sub tam noxio mūdus silentio conticescet, & hæc ad perdendos homines occasio diabolum prouocaret, ille nō modò medium iter habebat, sed curebat, quia quicquid nequitiæ suæ mente conceperat, efficaciter adimplebat. Nam & cuncta iam Romanum occupabat imperium, & necesse erat eos, qui legem Dei catenus saltem vtcunquè tenuerant, iam subesse legibus paganorum. Sub hoc igitur pereuntis mundi silentio, Sermo Domini à regalibus sedibus venit, quia de pectoribus Apostolicis, quæ Regis æterni veraciter sedes sunt, verbū Euangelicæ prædicationis erupit. Ipsi quippè regales sunt sedes quas Deus inhabitat: ipsi Reges & Patres Eccl esiæ, sicut dicitur: Omnis gloria eius filiæ Regum abintùs. Isti sanè Regis armati gladio spiritûs, quod est verbum Dei, debellârunt principem mundi. De quo nimirùm Apostolorum gladio legitur: Durus debellator in mediam exterminij terram profiliuit, gladius acutus in similatum imperium tuum portans, & stans repleuit omnia morte, & vsque ad cælum attingebat, stans in terra. Sap.18. Item regales sedes Regis æterni, & patres Ecclesiæ. Pſal.44. Ephes.6. Sap.18.

Horum itaq; Regum, dilectissimi, subdamur imperijs: eorum magisterijs instrui, eorum patrocinijs elaboremus absolui: quatenus absoluti per concessam beatis Apostolis authoritatem, ad ipsum Apostolicæ dignitatis introducamur authorem Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Deo Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

CER.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CERTAMEN S. EVSEBII ET SOCIORVM EIVS MARTYRVM, EX SPECVLO HISTORIALI S. VINcentij lib. II. cap. 119. cui correspondent Martyrologia.

Augusti 25.

TEMPORIBVS Commodi sæuiente persecutione in Christianos, adueniente natali die ipsius, decretum ab eo exijt, vt omnis plebs Romanæ vrbis in vnum aduenret, & in laudem Herculis ac Iouis pompatica voce acclamaret. Ventum est, & circunstat Regem penè vniuersus orbis. Ipse autē deformiter indutus, regiam cum mitra assendit sedem, ac priùs thurificauit auream Iouis statuam. Tantæ enim superbiæ erat tantæque iactantiæ, vt indueret se pelle leonis, desiderans in vestimento volens, quòd sicut leo bestiarum, sic & ipse esset Rex & magister populorum. Cui omnis populus acclamauit, dicēs: Protector est Hercules reipublicæ & defensor libertatis Romanæ audaciæ. Eodem tempore morabantur in vico, qui appellabatur Carnarius, Christiani nominis cultores, inter quos erant viri religiosi Eusebius, Vincentius, Peregrinus, atque Potentianus, serui Dei orationibus instantes, mori pro Christo desiderantes. Hi ad imitationem Apostolorum sua omnia vendiderunt & pauperibus erogauerunt, quatenùs nudi ab hoc seculo liberiùs soli seruirent Deo. Qui cùm audissent vicos & vrbes perlustrant, trinum & vnum Deum prædicant, dicentes: Recedite charissimi à cultura dæmoniorum. Date honorem Deo trino & vni, patri & filio & spiritui sancto omnipotenti, & agite pœnitētiam & baptizemini, nè simul cum Commodo pereatis.

Antonini Commodi Imperatoris superbia quanta.

S. Eusebius cum socijs Christum prædicat.

Itaque quidam senator Iulius audiens monita huiusmodi salutaria, introduxit eos in domum suam, & audiens solicitè prædicationem, credidit: & facultates suas varias, per manus eorum distribuit. Accersito igitur quodam presbytero Rufino, baptismum cum omni domo sua suscepit. Cœpitq; ipse publicè profiteri Christum, & pro eo mortem concupiscenti animo desiderare. Quòd cùm audisset Cæsar, amaritudinis felle exagitatus, iussit eum ad se induci, & sic eum cœpit affari: Iuli, qualiter amens effectus es, vt deserēs Iouem & Herculem, sequaris nescio quam amentiam vanam? Cui viriliter respondit Iulius, dicens: Tu simul peribis cum tuis, quos vano errore deos esse, temerario ore mentiris. Confusus itaque Cæsar his & alijs verbis, accersiuit quendam virum nomine Vitellium magistrum peditum, animo fero, opere crudelem, omnibusque vitijs obsessum, & præcepit ei, dicens: Exquire diligenter facultates huius sacrilegi, & compelle eum ad sacrificandum inuictissimo Herculi. Qui nisi acquieuerit, nō protrahas eum diutiùs viuere. Suscipiens Vitellius Vicarius, fecit eum coarctari in custodia. Post triduum verò iussit sibi tribunal præparari in tellude, & sanctum Iulium catenis adstrictum ante se exhiberi. Erat autem corpore nudus, sed ex integro fide munitus. Quem sic alloquitur, dicens: Audisti quid iussit princeps? Depone iam pertinaciam, & adora deos, per quos vniuersus subsistit orbis Romanus. Nam si non feceris, diuersis afflictus pœnis punieris. Cui sanctus cōstanter respondit: O miser & miserande, simul cum tuo principe perfido peribis. Ad hæc Vitellius dixit: O Iuli, in quo confidis, cùm iam damnatus sis? Iulius respōdit: Fiducia mea vita æterna est, spes mea Christus est, qui te cum tuo principe damnabit in æternum interitum. Hæc audiens Vitellius, iracundiæ stimulis instigatus, iussit eum fustibus cædi. Qui dum cæderetur, emittens spiritum, cælestia petijt. Cuius corpus præcepit Vitellius ante amphitheatrum iactari. Quod audientes Eusebius, Vincentius, Peregrinus, atque Potentianus, collegerunt corpus sanctissimi Christi martyris, & sepelierunt in cœmeterio Calepodij xiiij. Calen. Septembris.

Iulius Senator cū omni domo sua credit.

Siftitur Iudici Vitellio S. Iulius senator,

Dum cæditur fustibus obdormit in Domino.

Hæc audiens Vitellius, perquiri eos fecit, sibiq; præsentatis dixit: Manifestū certio est, diripuisse vos facultates Iulij, cùm corpus illius collegistis, simulq; & sepulturæ tradidistis. Tunc gloriosus vir Eusebius locutus est: Quod nobis obiicis, proculdubiò fecimus, quodque meruimus præsule Christo exceuti sumus. Iudex nequissimus dixit: Quia meruistis thesauros diripere, difficultas non sit vobis eadem

dere, nè pereatis, sicut & ille perijt. Respondit Eusebius: Hoc omnibus votis appetimus, hoc communi animo concupiscimus. Cumque constanter persisterent, confusus Vitellius, eadem hora iussit vt in eculeo facie ad faciem suspenderentur, obtunderentur nerujs, & fustigarentur. Quibus suspensis, præco etiam clamabat: Deos & principes nolite blasphemare. Diutiùs autem eis tortis, iussit cessare pausam à tormentis. Quibus dixit: Parcite vobis, & sacrificate dijs. Eusebius ad hæc: Miser, inquit, quod incepisti perficere, noli desistere. Antè enim tibi deficiet tempus ad torquendum nos, quàm noster deficiat in Christo persistens animus. Nè ergo putes nos terreri, nec separari nos à paternitate domini nostri Iulij. Vitellius circunstantibus ait: Isti securi de arte magica, in tormentis gaudent. Respondit Vincentius: Nos gaudemus & exultamus in Domino nostro Iesu Christo. Tyrannus verò iussit extemplò flammas applicari eorum lateribus. Illi alacres effecti, dicebant: Gloria tibi Domine, qui nos tua visitatione circundas. Igitur vnus carnificum Antoninus, intentis oculis eminùs vidit cum fongia iuuenem stātem, fulgore nimio coruscantem, & eorum latera extergentem. Tunc emissa voce, cum ingenti gaudio cœpit clamare: Vnus verus Deus est Christianorum, quem hi cuidentissima ratione prædicant. Video enim Angelum Domini circunstantem eos, & à pressura flammarum protegentem. Tunc velut leo frendens Iudex, cum clamore ait: O magica ars, ô seductores, qui alienauerunt mente sua hominem clarissimum ac probatissimum in republica. Antoninus autem pœnitentia ductus, deuouit se crediturum Christo Domino. Statim verò Antoninus Rufinum presbyterum adijt, & vt ab eo baptizaretur, humiliter impetrauit. Itaque Vitellius sanctos martyres de eculeo deponi iussit. Quibus depositis ait: Vt quid tam crudeles estis vobisipsis? Cur non deponitis insaniam vanam, adorantes deos & glorificantes, quos iusserunt principes, vt nobiscum frui mereamini vita æterna? Beatus Vincentius ait: O omnium infelicissime & crudelissime, qui tibijpsi non parcis. Nos in gloria iam constituti sumus, tu verò cum principe tuo in gehenna perituru es. Tunc Vitellius iussit linguam præcidi sancti Eusebij, æstimans illi deesse linguæ officium, in cuius ore semper Christus resonabat. Antoninus autem accurrens clamabat: O Vitelli miserrime, quid tibi & iustis his? vt quid eos cruciās? Tunc Vitellius per os sanguinem vomere cœpit, recto scilicet iudicio Dei, vt qui exarsit ad puniendum os iusti, acri dolore torqueretur in suo. Athleta verò Domini Eusebius sine lingua laudes in excelsum Christo dabat. Huic igitur lamentabili spectaculo quidam vir intererat Christianus clarissimus, nomine Faustus. Qui colligens linguam martyris Christi Eusebij, reposuit eam sub tunica sua in sinu suo, & fugiendo latuit. Dehinc iussu Vitellij Antoninus ductus est à carnificibus via Aurelia iuxta formam Traianam, & capite plexus XI. Calend. Septembris.

Eusebius cū socijs in eculeo suspōditur & grauiter fustigatur.

Vrūtur eorum latera.

Antoninus carnifex credit & baptizatur.

S. Eusebius præcisa lingua loqtur & Deū laudat.

Plectitur capite S. Antoninus.

Porrò Eusebium ac socios eius diutiùs maceratos supplicijs, in ima carceris iussit retrudi. Ibi non diebus neque noctibus ab oratione cessabant. Percurrebat autem eorum opinio circunquaquè. Ad quos veniens non minima multitudo Christianorum, & audiens ab eis æternæ vitæ monita, non mediocriter proficiebat. Post triduum apparuit eis beatus Iulius, cunctisque audientibus, ventura prophetando hæc intulit: Saluate custodem carceris. Hæc dicens, ab oculis eorum cuanuit, mentesq; eorum sua gratissima visitatione lætificauit. Tantam verò contulerat Dominus vim virtutis suæ suis fidelibus, vt vndiquè illuc populorū confluentibus turbis, varijs detentis languoribus nulla difficultas esset in cōferenda sospitate eorum orationibus. Veniens itaque sacerdos Capitolij, nomine Lupulus, qui ritu paganismi fungebatur officio illo sacerdotali vanissimo, rogauit vt instrueretur à sanctis martyribus, & baptizaretur. Erat enim cæcus. Cui dixerunt: Si credideris ex toto corde, illuminaberis, & vita æterna nobiscum frueris. Respondit Lupulus: Ego absque vlla ambiguitate credo in quem vos creditis, nec vllatenùs cupio separari à vobis. Ideò enim ad vos confugi, desiderans vobiscum in his vinculis pro amore Christi mancipari. His auditis, confestim miserunt, & rogauerunt ad se venerabilem Rufinum presbyterum venire. Qui veniens ad carcerem, catechizauit & baptizauit eum. Tunc subitò ab oculis eius caligo discessit, & lumen Christi in eis emicuit. Tunc accurrens custos carceris, & videns illustratum superno lumine, qui annis quatuor cæcus fuerat, misit se ad pedes sanctorum,

Appāret SS. martyribus S. Iulius, eorū sua visitatione lætificans.

Multi ægri curātur eorum orationibus.

Lupul⁹ idolorū sacerdos per fidē & baptismū à duplici cecitate curatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& vt baptizaretur rogauit. Quem ilicò beatus Rufinus sacro baptismate purificauit, cumque armis fidei muniuit. Abiens Vitellius, intimauit Regi omnia, quæ à sanctis gesta erant, qualiter superâssent omnia tormentorum genera, & quomodò contempsissent dijs libare sacrificia, qualiterque loqueretur Eusebius sine lingua. Cui ità Rex ait: Extingue eos. Qui iubens tribunal præparari sibi, & illos introduci ait: Afferte tripodam, vt sacrificent hi. At illi expuentes cõtempserunt eum. Cuius etiam cor impœnitens admirans, beatus Eusebius ait: O miser, cuius cor est sedes Sathanæ. Tunc Vitellius fecit eos ante amphitheatrum tandiù plumbatis acriter cædi, donèc spiritũ exhalarent. Quorum corpora beatus Rufinus collegit, & non longè ab vrbe Roma sepeliuit, viij. Calend. Septembris.

SS. Martyres plũbatis occiduntur.

MARTYRIVM S. VICTORIS, AVTHORE LVCIO MARINEO SICVLO, REGIO HISTORIOGRAPHO, *de rebus Hispaniæ libro quinto.*

26. Augusti. S. Victoris patria. Vitam agit asperrimam

DIVI Victoris martyrio mirum in modum gauder Hispania. Hic enim in Ceresano natus oppido, adolescentiam literis & sacris diuinisque rebus impẽdit. In antro primò vitam egit asperrimam, quod ipse suis manibus effodit. Deindè verò Mauros patriam suam oppugnare Angelo nunciante, & Christianos amouere & abdurcere ab Christi cultu: protinùs occurrit, & Christianos omnes catholica retinuit in fide, & in hostes vehementer hortatus est. Quod cùm Mauri animaduertissent, Martyrio coronatur. cum pœnis acerbissimis sustulerunt. Itaque martyrij corona donatus, à Christo in cælestium numero aggregatus, sempiterno gaudio perfruitur.

DE SANCTO BIBIANO VRBIS SANTONICÆ EPISCOPO, EX D. GREGORII TVRONENSIS *De gloria Confessorum cap. 58.*

28. Augusti

IN suburbano quoquè vrbis huius Santonicæ Bibianus Antistes quieuit, cuius virtutum præstantiam liber, qui iam de eius vita scriptus tenetur, enarrat. Nunc autem exoratus crebrò languentibus tribuit sospitatem. Vndè videtur vt de tantis miraculis vel vnum fari præsumam. Mulier quædam, cuius manus aruerãt, vtraquibusque iam sauciatæ, contractis neruis, opus operandi perdiderant, ad beati sepulcrum deuota prosternitur, factaq; oratione, manus reintegratas, laxatis digitorum filis, ad agendas Domino gratias meruit eleuare.

Miracula ad S. Bibiani sepulcrum.

VITA SANCTI MEDERICI ABBATIS, EX SPECVLI VINCENTII LIB. XXV. CAP. XCII.

Augusti 29.

ANNO Domini nongentisimo octogesimoquarto, qui fuit primus annus Ottonis tertij secundùm chronica, eleuatum est Parisius corpus S. Mederici Abbatis, ipso die depositionis eius, scilicet quarto Calendas Septembris. Hic Eduæ ciuitatis pago ortus, nobilis genere, cùm tredecim annos implêsset, inuitis parentibus ad monasterium eiusdem ciuitatis abijt: & ingressus, tantæ abstinentiæ fuit, vt in hebdomada non nisì bis edulij quicquam caperet, quod non nisì pane hordeaco, vel quod vilius reperire poterat, & aquæ modico fiebat. Corpus cilicio asperrimo occultè tegebat, & desuper in vestibus sed onus se accepisse considerans, omnibus sibi commissis verus pater apparere studuit.

S. Mederici patria & genus.

Abstinentia eius.

Creatur Abbas.

duit. Ipso tempore, quidam monachus eiusdem loci, cùm libidinis æstu grauiter vreretur, & hoc patri pio indicâsset: ille tunicam, qua induebatur, ei ad induendũ direxit. Qua indutus, ilicò dæmon incentor ipsius mali, fugiendo delituit, magnis vocibus proclamans: Sancte Mederice, cur incendis me precibus tuis? Vasculum quod diù possideram abstulisti, & me inextinguibili incendio mancipâsti. Tunc sanctus diuina voce eum increpauit, & ille abcessit. Monachus verò ille postmodum in tanta sanctitate permansit, vt plurimæ per eum virtutes efficerẽtur. Alius quoquè prædicti patris discipulus, ità erat diabolica illusione subactus, vt quandocunque operi diuino insistere deberet, statim vt synaxeos oratio cõsueta finienda erat, ab ecclesia exiret. Qua de causa frequenter admonitus, non tamen est emendatus. Tunc sanctus Abbas panem accepit, & benedicens, eulogias fratri tribuit, & ab eo mox inimicum exclusit. Cùm de diuersis regionibus, audita ejus fama, ad eum multi properarent, desertum locum expetijt, & sub statu diù desiderato sese conclusit: ità vt quicquid ciborum sumendum esset, proprijs manibus elaboraret. Fratres verò de abscessu eius tristes effecti, per vastam eremum longè lateque eum perquirunt, & tandèm inuentum, cùm reducere non possent, Episcopum adeunt. Qui cum eis pergens, sanctum in eremo reperit: & excommunicationis vinculo cum alligans, ad monasteriũ perduxit, vbi multa pòst sanctitate floruit, & multas infirmitates curauit. Tandèm orationis causa, Parisius proficisci voluit: in quo etiam itinere, multa per eum Dominus miracula fecit. Deniquè Parisius veniens, in cellula quę sub nomine S. Petri Apostoli fuerat consecrata, duobus annis & nouem mensibus Deo militauit, ac demùm vocatis discipulis suis, obitũs sui diem indicauit, in quo expletis omnibus, valedicens eis, inter verba orationis ad Deum migrauit quarto Calendas Septembris.

Tunica sua monachum liberat à libidinis æstu

Alium monachum ab infestatione diaboli pane benedicto eripit.

Vult latére mundũ, sed non potest.

Felicissimus obitus eius.

VITA SANCTI FIACRII CONFESSORIS ET EREMITAE, VT HABETVR IN EGREGIO MS. CODICE *Ecclesiæ Traiectensis. nomen Authoris deerat, quod dolendum in eiusmodi libris rarò extare.*

Augusti 30. S. Fiacrij patria & parẽtes.

BEATVS Fiacrius ex Hybernia nobilibus ortus parentibus, solitariam vitam appetens, Meldis ad sanctum Faronem Episcopum cum quibusdam socijs suis aduenit. Cuius desiderium cùm põtifex cognouisset, & ei locum in nemore, ad se ex proprio patrimonio pertinentem, nomine Brodolium assignâsset, eum ibidèm perduxit. Beatus autem Fiacrius, eulsdo nemore, monasterium in honore beatæ Mariæ Virginis construxit, & exiguam domum seorsùm ædificauit, in qua manens, hospites suscipiebat: & de die in diem virtuti studens, in Deo proficiebat, corpori proprio hostis nimis austerus, & quod sibi subtrahebat, peregrinis & pauperibus erogabat. Fama igitur eius sanctitatis longè lateque comperta, omnes robore priuati, clingues siue contracti, aut obsessi, aut alia incommoditate detenti, qui ad eum veniebant, vel deferebantur, sola manûs impositione sanitati pristinæ reddebantur. Cuius beata opinio vbiquè diffusa adduxit ad videndũ eum. Quem sanctus Fiacrius sibi sanguine cõiunctum cognoscens, spirituali cognatione & gaudio suscepit: atque diuino alloquio cum eo currens, sanctum Gillenum, qui ex Romanæ peregrinationis itinere applicuerat, vocans, aliquandiù apud se detinuit in Domino.

Monasteriũ construit & hospitale.

Claret miraculis.

In vita Faronis 28. Octobris Chillenus vocatur.

Posthæc Fiacrius non habens vndè inopiam aduenientium releuaret, accessit ad Episcopum, petens vt liceret ei tãtum nemoris euellere, vt ibidèm posset hortum facere ad nutrienda olera pro pauperibus peregrinis. Cùi pontifex tantum rogati nemoris, quantum in gyro circa domum suam propria manu fodiendo, in vna die fossato posset circundare: & quicquid intra fossatum concluderet, liberum absque cauillatione, quasi hęreditarium possideret. Quo audito ad solitudinem reuersus, facta oratione, baculũ quem manu tenebat, per terram trahebat, & quod est dictu mirabile, ad nutum viri Dei, tractu baculi, terra dehiscens patebat: & nemus hinc & indè funditùs corruebat.

Cum sumno omniũ stupore, bacu lo terrã ape rit, ad modũ fossæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mulier accusat eũ maleficij apud S. Faronem Episcopum.

Intereà mulier quædam aduenit, quæ viso terræ dehiscẽtis miraculo, stupefacta ad Episcopum celeriter festinauit: Eremitam magnificum, esse magum, maleficum, & incantatorem asserens, & non Dei cultorem. Deindè cum celeritate ad eremum reuersa, sancto viro conuicia, contumeliasque & blasphemias irrogauit, & eum authoritate Episcopi ab incepto opere cessare præcepit: ipsum etiam Episcopum aduenire nunciauit. Hac de causa ab incepto opere cessans, sanctus contristatus, super petram resedit. Mirabilibus mirabiliora succedunt: Petra nanque durissima, nutu Dei, vt sessioni sancti esset habilior, sub ipso concauum eidem præstitit locum. Quæ petra in hodiernum diem, eodem in monasterio seruatur, & locus sessionis eius demonstratur, cuius tactu debiles sæpiùs restituuntur sanitati.

Miraculum ingens.

Tenere eum diligit Episcopus.

Precibus ingressum monasterij mulieribus occlusit.

Prouocatus igitur pontifex verbis mulieris, aduenit: & videns vtraque miracula, intellexit Eremitam magni esse meriti apud Deum, & deinceps eum feruentiùs dilexit, & quandiù vixit, ei familiariùs adhæsit. Fossata verò tactu baculi viri Dei facta vsque in hodiernum diem ab incolis demonstrantur. Ab illo tempore quo mulier sanctum virum Dei accusauit apud Episcopum vsque in præsens mulieres in eius monasterium non intrauerunt. Ad iram siquidem prouocatus à muliere, orauit quòd omnis mulier quæ eius monasterium ingrederetur, sui corporis infirmitatem incurreret.

Castigatur diuinitùs mulier temeraria.

Item alia.

Obdormit in Domino S. Fiacrius.

Postmodùm igitur, quædam mulier diues & nobilis volens experiri quid accideret mulieri monasterium prædictum intranti, ad illud ancillam suam manibus proprijs impulit. Quo facto, videntibus omnibus qui aderant, ipsa vnum oculum amisit: ancilla verò illæsa permansit. Sed & moderno tempore mulier de Latiniaco in monasterio vnum pedem posuit, quistatim intumnit, tumorque ascendendo, tibiam, genu & crus occupauit. Sunt & alia multa, quæ mulieres ab ingressu monasterij prædicti compescunt. Beatus itaque Fiacrius in eodem loco, signis & virtutibus coruscans, cursum vitæ feliciter consummauit. Ad cuius tumulũ quasi continuè gloriosa fiunt miracula.

Pater cum duob⁹ filijs à submersione eripitur.

Inter quæ accidit quòd quidam vir de Montiaco, qui duos habebat paruulos, dilectissimè infirmatos, & tandèm vt ad beatum Fiacrium duceret, iumento impositi, vnum antè, alium retrò, medius verò ipse resedit. Et cùm iter aggressus peruenisset ad pontem, qui dicitur Pons rapidus, iumentum suum pedem offendit & in fluuium corruit, cum patre & filijs proclamantibus, Sancte Fiacri succurre nobis. Et cùm rei exitus à circunstãtibus præstolaretur: subitò pater emersit & filij. Aqua insuper duorum hominum longitudine profunda, se calcabilem patri præbuit, qui filios dextera læuaque arripiens, sine difficultate ad terram reduxit, sanctum asserens sibi affuisse Fiacrium. Quod vt manifestiùs pateret, sicut de periculo, ità de morbo, quo, vt dictum est, diù priùs laborauerant, in ipso articulo liberati sunt.

Filij ab infirmitate curantur.

Quatuor pueri balneantes se, apud Nouiomum in flumen Isara nomine, fortuitò submersi, & à piscatoribus à sexta hora vsq; ad solis occasum quæsiti nec inuenti: tandèm à matre duorum illorum, quos sanctus Fiacrius à submersione & morbo pridèm liberauerat, inuocatus est, & ab ea adiuratus, vt simili facto ostenderet quantùm posset apud Deum. Post ipsius mulieris orationem, statim pueri emersi serunt viuentes: dicentes se à quatuor dæmonibus fuisse ligatos, sed per sanctum

Quatuor pueri balneantes submersi reuiuiscunt.

Quidã curatur à nariũ polypo.

Fiacrium nunc solutos.

Quidam de territorio Ambianensi, polypum quasi ouum super nasum habens, vt anser sibilans, omnibusque monstrum apparens, ad Sancti Dei monasterium confluens, ibique orans, obdormiuit: ac statim surgens sanatum se inuenit.

Castigãtur diuinitùs sancti viri irrisores.

Septem peregrini de S. Dionysio venientes, cùm non longè essent à monasterio S. Fiacrij, dixerunt quatuor ex illis: Eamus ad sanctum Fiacrium. Reliqui verò tres dixerunt: Nos viscosi non sumus, non habemus necesse ire ad eum, ipse non habet peregrinos nisi viscosos. Quatuor tamen ad Sanctum incedentibus, tres prædicti eos irridentes sæpiùs clamabant: Ite viscosi ad medicum viscosorum. Nec mora: cæci facti sunt, & apertis oculis nihil videbant. Pœnitentes igitur clamabant post quatuor socios, qui ad Sanctum Dei properabant. At illi putantes eos vt priùs irridere, ipsis non intenderunt. Tandèm visitato sancto Fiacrio reuersi, prædictos sex socios suos inuenerunt cæcos, errare per agros. Cognoscentes verò culpam, eos ad sanctum Fiacrium duxerunt, & cum ipsis Sancti misericordiam implorantes, obtinuerunt eis visum restitui. Tanta autem quotidiè, meritis beati con-

Rursùs consequuntur misericordiã & à cæ-

confessoris perpetrantur in diuersis partibus miracula, quod de singulis non est nostræ possibiiitatis scribere.

citare liberantur.

MARTYRIVM SANCTORVM FELICIS ET ADAVCTI, VT HABETVR IN MS. CODICIBVS, *quibus suffragantur omnia Martyrologia & Ado.*

Augusti 30.

CVM feruor Diocletiani & Maximiani sanctos Dei diuersis pœnis interficeret: duos fratres Felices nomine & opere, presbyteros sanctæ Ecclesiæ catholicæ, impietati suæ oblatos, ad Dracum vrbis præfectum dirigi iusserunt, dicentes: Si sacrificare contemnerent, punirentur. Intereà vnus ex ipsis Felix, qui erat senior frater, cùm ex iussione præfecti ductus fuisset ad templum Serapis iuxta secretarium vbi erat præfectus: dum cogeretur ad sacrificium, exufflauit in faciem statuæ æreæ, & statim cecidit. Item ductus est in aliam ædiculam vbi Mercurij statua erat constituta, vt ibi thura incenderet: similique modo exufflauit in illam, & corruit. Item in tertiam quoquè ædiculam ductus est ad simulacrum Dianę, & exufflans in eam, statim corruit. Tunc reductus est ad præfectum, imponitur eculeo, & inquiritur quibus maleficijs hoc fecisset. Qui respondens ait: Ego hoc non maleficijs diaboli, sed beneficijs Dei mei omnipotentis egi. Tunc furore repletus præfectus, iussit eum duci iuxta murum vrbis via Ostiensi ad locum qui secundo miliario ab vrbe erat. Et quia in eodem loco arbor excelsa stabat, ibi sacrificare eum compelli fecit. Quod si minimè adimpleret, Draco præfecto renunciaretur. At vbi S. Felix adductus est in memoratum locum, vt nefandissimis sacrificijs inquinaretur, insufflauit in arborem, & ait: Præcipio tibi in nomine Domini mei Iesu Christi, vt à radicibus tuis corruas, & templũ cum ara & simulacro eius ità cõminuas, vt ampliùs per te animæ nullatenùs decipiantur. Et statim ad verbum serui Dei à radicibus euersa est, & templũ atque aram cum simulacro eius ità comminuit, vt nihil ex ipsis penitùs appareret. Quod cùm nunciatum fuisset ab officio, Draco vrbis præfecto, iussit eum eadem via duci, & in eodem loco decollari, corpusque eius inhumatum lupis & canibus derelinqui. Qui cùm duceretur, obuium habuit quendam virum Christianum, hominibus quidem abscõditum, Deo verò manifestum. Hic cùm didicisset quòd beatus Felix presbyter pro Christi nomine iussus esset capitalem subire sententiam, cœpit clamare & dicere voce magna: Et ego ex eadem lege sum, & ipsum quem hic sanctus prædicat presbyter, confiteor Dominum Iesum Christum, & pari sententiæ subiacebo. Elegi enim cum eo potiùs ad tempus mori, & in æternum triumphare cum Domino Iesu Christo; quàm cum nefandissimis principibus vestris ad tempus viuere, & in æternum cum ipsis, pœnis perpetuis cruciari. Intereà ducti ad locum in quo prædicta arbor steterat, cùm eis spatium orandi datum fuisset, exurgentes ab oratione, osculati sunt se inuicèm, & pariter capitalem subierunt sententiam. Corpora autem eorum inhumata relicta sunt, sed Christiani noctù venientes, ibidem vbi arbor steterat, quia nimiam terræ altitudinem aperuerat euersio eius, sepeliérunt eos. Altera verò die volentes pagani ex nimia rabie corpora eorum effodere, quicunque tentauerunt manus admouere, à diabolo arrepti sunt. Vbi postea pacis tempore, basilica fabricata est: in qua beneficia diuina exuberant vsque in hodiernum diem. Passi sunt sancti martyres Felix presbyter & Adauctus, 3. Calend. Septemb. regnante Domino nostro Iesu Christo sine fine, Amen.

S. Felix effatu tres comminuit deorum statuas.

Similiter & arborem radicitùs deijcit, & templũ subuertit.

Subeuntur cũ quodam socio capitalẽ subire sententiam.

Arripiuntur à diabolo, volẽtes sanctorum profanare reliquias.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA S. BONONII ABBATIS MONASTERII LOCEDENSIS, QVOD EST IN AGRO VERCELLENSI,

quam ex duobus codicibus, quorum alter apud Canonicos Cathedralis Ecclesiæ, alter apud Monachos S. Stephani Bononiæ asseruatur, Illustrissimus & Reuerendissimus Cardinalis & Episcopus Bononiensis Gabriel Palæotus ad nos exscriptam misit, vndè eam, de sententia nihil, at stylum aliquantum immutantes, excerpsimus.

30. Augusti. Cap. 1.

BEATVS Bononius Bononia oriundus, cùm vitam sapientis hominis mortis esse meditationem legendo didicisset, serìò hoc & sæpè apud animum voluens, à primis statim annis mundi huius delicijs repudiatis in S. Stephani monasterium, quod est Bononiæ, se abdidit, vt seculo excluso & mũdo mortuus Christo totus viueret: nihil intereà pensi habens, quæ homines vel loquerẽtur, vel sentirent. quippè qui legerat, primam monachi virtutem esse, hominum iudicia cõtemnere, & illud Apostoli semper memoria repetere: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. In illo autem S. Stephani monasterio cùm in sanctarum virtutum diuinæque contemplationis pijsimis exercitijs multùm per aliquot annos profecisset, ad perfectiora charismata contendens, patria, amicis, domo, vrbisque frequẽtia desertis, Babylonis Aegypti solitudinem adijt, vt asperioris ac durioris vitæ freno corpus perfectè edomaret, ac spiritui obsequens planè redderet. Euenit autem famę & virtutũ eius fragrantia ad Aegypti incolas peruadẽte, vt ea capti ac deliniti Aegyptij proceres, ac potior pars populi ad eum amore ac singulari beneuolentia complectendum, vehementer incitarentur: ità quidem, vt potestatem facerent ea istis in locis instituendi, quæ ad religionis restaurationem barbarica feritate conculcatam pertinere cernerent. Quod cùm frequenter vrgerent, gauisus pius pater, & Deo, qui feroces barbarorum mentes mitigâsset, gratiam referens, occasionẽ tantam minimè sibi negligendam ratus, operi sedulò institit, primùm diruta multis in locis templa restaurans, & post iactum hoc virtutum suarum quasi spiritale fundamentũ monasteria deindè plurima reparans, per quæ cœtus mọnachorum distribuit, Abbates constituit, cosque secundùm à D. Benedicto præscriptam regulam vitam religiosè traducere iussit.

Gal. 1.

Secedit in Aegypti solitudinem.

Templa per Aegyptũ & monasteria restaurat.

Cap. 2.

Ipse autem non in vno loco consistens Aegyptum peragrabat, verbi Dei semina vbiquè spargens, ex quibus magnus credẽtium numerus succreuit, ac tanquàm ager quiuis fertilis messem copiosam fructumque & centesimum, & sexagesimum, & tricesimum produxit: cùm signis etiam atque miraculis editis, eorum animos ad assensum adhibẽdum frequenter permoueret. Sic cùm fortè in naui Aegyptijs mercatoribus, quibus cum Alexandriam vnà nauigabat, Christum annunciaret, & subita tempestas exorta in certum omnes vitæ discrimen conijceret, illique attoniti, & omnia alia spe destituti, Deum quem ipsis annunciabat se credere profitẽri, ad eius opem confugerent, obtestantes, vt pro salute omnium Deum suum deprecaretur, nuncupato insupèr voto Christiana sacra se susceпturos si præsens eius numen experti, salui euaderent, postquàm ad precum præsidium sanctus secessit, uertit Bononius, tempestas repentè discussa, & serenitas reddita est, & Alexandriam incolumes ad portum omnes applicuerunt. nec mora, quos ad ipsius preces ex mortis quasi faucibus Deus eripuerat, in eis per baptismi gratiam ipse nouam vitam restaurat.

Aegyptijs Christum annunciat.

Precibus ad Deum fusis tempestatẽ sedat.

Cap. 3.

Hæc aliáve eiusdem generis admiranda opera celebrem eum per Alexandriam effecêre. quorum, ciuium nè fauor eum nimiùm extolleret ac transuersum ageret, clàm indè egressus Babylonis ad amicam solitudinem iterùm secessit, vbi vigiliis, ieiunijs, orationibus, pijsque alijs bonorum operum exercitijs, cùm ipse sedulò operam daret, tum alijs vitæ viam præbat, præmonstrabatque: neque potentibus blãditus, & eorum per turpem adulationem amicitiam ac fauorem nimis abiectè appetens, neque tamen eos quanuis superbos & insolentes per nimiam austeritatem negligendos, aspernandos ac fastidiendos sibi ducens: hoc quidem, vt omnibus omnia factus omnes lucrifaceret: illud autẽ, diuinæ illius non immemor comminationis, Væ vobis qui consuitis puluillos & ceruicalia sub omni cubitu ad decipiendas animas. Eccè ego disrumpam eos, vt non vltrà capiatis animas volantes. Non ille prosperis nimiùm efferebatur, aduersa eum deijcere non poterant. Pauperum indigentiam non tantùm ipse subleuabat, sed ad opem illis ferẽdam etiam diuites sedulò exhortabatur, ac incitabat. Et tam quidem erga alios solicitam curam gerebat: ipse autem in susceptа semèl vitæ austeritate perseuerans, pro molli lecto duram humum, pro delicatis linteaminibus asperum cilicium, pro ceruicali commodo lapidem, cui caput inclinaret, commutabat, ac sic quiescere consueuerat, si quies dicenda est, quæ iugibus per dies & noctes orationibus fatigabatur, ità quidem, vt Dauidis illud sibi vsurpare potuerit, Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.

Ezech. 13.

Pauperum curã gerit.

Eius vitæ austeritas.

Psal. 6.

Graues per illa tempora procellæ Aegyptum vniuersam concussêre, Romanis Aegyptios bello persequentibus, commissoque prelio cùm vtrinquè magna strages fieret, neque triumphus Christianis satis feliciter succederet, eorum etiam plurimi captiui ducti sunt, & inter eos etiam diuinæ memoriæ vengrandus Vercellensis ecclesiæ antistes Petrus. Qui in tantam pertractus miseriam, inquirebat diligenter, si quis per eam regionem Christianus esset, cuius consilio atque ope liberari posset. Indesinenter autem suspiranti neque vllum precandi finem facienti, adfuit qui in se sperantes nunquàm deserit Deus, & S. Bononium in illis regionibus vitam agere admonuit. Qui accersitus nihil prætermisit, quæ ad eum cæterosque qui carceribus concluſi tenebantur consolandos ac liberandos excogitare posset. Itaque & carceris custodes, vt ad eos sibi liber aditus pateret, muneribus sibi deuinxit; & regiam familiam ipsamque regis coniugem in suas partes pertraxit, vt pro captiuis suis fratribus intercedere vellent. Regem ergò, cùm per hortos odoratissimis balsamis consitos animi causa certo quodã tempore obambularet, vnanimes vnóve ore diuino planè instinctu, aggressi quod supplices rogabant, vt captiuos Christianos Bononio condonaret, facilè impetrârunt. Naui ergò impositos postquàm mare transissent Hierosolymam primùm, indè in montem Sinai perduxit, quem ipse sibi habitationem iam tum animo designabat, vt in eo sicut Moyses olim Dei legem, sic ipse spiritũs sancti gratiam adipisceretur. Post quæ loca perlustrata Constantinopolim contendit, vbi cùm ad littus appulissent, tanquàm à quibus metuendæ insidiæ essent ad Imperatorem delati, eius iussu custodiæ mancipati sunt, antequàm qui essent, & quid venissent edoceri se esset passus. quorum cùm deindè innocentiam referentibus in ea vrbe Dei cultoribus didicisset, non solùm liberos, sed muneribus ex fisco insupèr vestibusque donatos, eorum sortem miseratus dimisit. Conscensa igitur rursùs naui, cùm læti in suã quique patriam reuersi essent, etiã Petrus Episcopus suæ sedi est restitutus, cui multo pòst tempore præfuit.

Liberandis captiuis operam diligentem nauat.

Petrus Vercellẽsis Episcopus ad sedẽ suam redit.

Cap. 5.

Cærerùm Bononius Dei seruus ad montem Sinai regressus cùm totum illic diuine se legi mancipâsset, magnarum virtutum signis ità inclaruit, vt gratissimo sanctissimæ suæ opinionis odore Hierosolymam & vicina Hierosolymis loca repleret. Cùm non multò pòst autem Locedensis monasterij, quod est in diœcesi Vercellensi, Abbas obijsset, qui suprà nobis memoratus est Vercellensium Pontifex Petrus eũ accersendum duxit, vt defuncto Abbati sufficeret. quod quãuis à se onus reijcere seriò conaretur, tamen cùm is nullum solicitandi & rogandi finem faceret, ne diuinæ vocationi resistere velle videretur, cessit tandèm, & humeros ei submisit, paterque monachorum quanuis inuitus factus est. Eccè autem antiquus humani generis hostis, virtutum eius, quibus hîc quoquè coruscare incipiebat, vt est bonis operibus infestus, splendorem non ferens, aduersùs sanctum pastorem consurgit, & monasterio procellæ quodam turbine commoto, eum oppugnare aggreditur, vt lætam bonorum fructuum segetem, quam hunc cultorem producturum conijciebat, remoraretur. Ille verò memor huius ad suos discipulos Christi consilij. Si vos persecuti in vna ciuitate fuerint, fugite in aliam, per summam humilitatem scandalum declinans in Hetruriam interim secessit. vbi reparato ad plenum, & secundùm legem Dei & sancti Benedicti regulam instituto monasterio, miraculis patratis celebris etiam redditur.

Locedensis Abbas fit inuitus.

Matth. 10.

In Hetruria monasteriũ restaurat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap 6. Conquieuerunt intereà excitati motus, quibus Locedense monasterium concutiebatur, & ipse Domino reuocãte ad illud reuersus, plantas quas diuina adiutus gratia conseuerat, pię conuersationis quasi fomentis, vt coalescerent, lateque ramos diffunderent, irrigare satagebat. Quo magis autem etiam hîc in monasterio per multa annorũ curricula, quibus hoc rexit, omnibus conspicua eminerent fulgerentque virtutum eius insignia, eo de se submissiùs sentiebat, & latere studebat magis, illud secum reputans, quod Saluator inculcat: Cùm feceritis quæ præcipio Luc. 17. vobis, dicite, Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. Inter cętera quę præclarè in vita gessit, magnis impensis, cura atque labore templo extruendo incubuit, quo consummato opere, cùm se per omnem vitam irreprehensibilem exhibuisset, tempusq; adesset, quo eius labores Deus remuneratus æternæ ei gloriæ brauium donaret, spiritũ creatori reddidit 3. Calend. Septembris anno Dominicæ incarnationis 1026. Actum quidem, qualis quãtusque in vita fuisset, clarè omnibus patuit, per ea quæ ad eius sepulcrũ edebãtur miracula. Nam ad illud plurimas ægritudines curatas nouimus, & de die in diem ipsius meritis fidem credentium inforMiraculis post mortẽ claret. mari gaudemus, sicut olim prædicationis suæ verbis, ità nunc miraculorum signis. His verò permotus venerabilis Vercellensis Ecclesiæ Episcopus Ardericus, non multis post eius ex hac vita transitum diebus, diuino planè instinctu atque consilio, Christi Confessori debitam deuotionem impensurus, altare supra sacratissimum eius corpus erigendum & dedicandum piè censuit: quod suum consilium cùm ad Clerum & suæ fidei commissam plebem retulisset, cum plausu exceptum fuisse est, vt vnanimes decernerent Apostolica authoritate, consensu, & approbatione roborari ac confirmari oportere, vt quandò hoc ille ratum haberet, & religio, & beatissimi Bononij commemoratio maiori pietate celebrarentur. Romam ergò ad Iohannem Pontificem pius hic pontifex profectus, postquàm commemoratis quæ ad eius sepulcrum edebãtur miraculis de eius sanctitate fidem satis fecisset, assensum statim & approbationem impetrauit, ac tum domum reuersus altare cum magna vniuersæ plebis lætitia erexit ac consecrauit, adiuuante Domino nostro Iesu Christo.

Verba hæc scriptoris arguunt æqualem illorum temporum fuisse. quod in præfatione ad miracula & in ipsis miraculis clarius cernere licet.

Sigonius Iohannem XX. circa hæc tempora habet.

AD MIRACVLA AB EO EDITA PRAEFATIO,
incerti quidem authoris, sed quæ æqualem illorum temporum fuisse arguit.

GRatiâ nostri Redemptoris, qui fideles suos mundo mortuos secum viuentes & in cælestibus conregnantes multorum signis miraculorum ostensis perspicuè demonstrat, apparet viros fuisse quorum studio ac labore veteris & noui Testamenti sanctorum patrum opera atque virtutum per eos cælitùs facta signa, quibus ad diuinum amorem excitarentur, posteris scripto relinquerentur. Quisq; autem illorum, sancto Spiritu vbi vult spirante, & non omnes suas gratias vni, sed per partes cunctis tribuente, pro virium seu ingenij capacitate vèl pauca vel plura studuit prout potuit exarare. Ergò fraternæ deuotionis, vt miracula per sanctum Bononium, siue dum viueret, siue post eius obitum facta schedulis traderem obnixè rogantibus, atque præfatorum scriptorum mihi renuenti exempla obijcientibus, quorum ego minimo nullo modo me audeo comparare, sciens me modicę scientiæ, sed in Domino spei maximæ, qui linguas infantium facit disertas, tandèm diutina eorum deprecatione destructus, atque in ipsorum obsecrationibus, tantique Confessoris supplicationibus pro me ad Dominum confisus, pauca de multis vltra meas vires negotium præsumendo, non patiẽs cuncta esse incognita, conor memoriæ tradere. Quorum finalia fieret descriptio, nè meriti commissum talentũ absconderis in terra partiens esse timeo, cùm testante scriptura bonũ sit secretum regis celare, & honorificare opera Domini laudare & magnificare. Vndè obnixè oro lectores, vt non sint hi Visa à se & à fide digna audita narrat author. ius operis detractores, nec verborum rusticitatem attendant, sed quę hîc habentur vera esse credant. Quia eorum quæ refero plura ego ipse vidi, non visa autem à nisi à veridicis & fidelibus viris audiui, multorum testimonijs confirmata. Beato

Beato igitur Bononio solennis hic mos erat, vt nocturnis hymnis laudibusque peractis, in oratorio persisteret, & fusis vbertim lachrymis Deum pro felice Ecclesiæ statu, pro fidelium omnium & viuorum & defunctorum salute, abstractus à cæteris & humanæ laudis plausum declinans, sedulò deprecaretur. Accidit autem vt frater quidam, cui nomen Liuitefredus, vir magnæ reuerentiæ & proiectæ ætatis, elegantem candelam cupiditate victus subreptam in sinu suo reconderet: neque id impunè. Dei enim iusto & occulto iudicio, quanuis hoc ille tum nondũ sentiret neque animaduerteret, ab Angelo percussus est. Vtrunque hoc B. Bononium, cuius perpurus mentis intuitus cęlestia in ecstasi penetrabat, minimè latuit. Itaque prima diei hora manè in fratrum collatione, cùm, quæ ibi dicenda essent, absoluisset, & quæ corrigenda, iustè misericorditerque correxisset, etiam hunc fratrem clementer de candelæ surreptione increpatum, vt eam custodi redderet, admonuit. Et dissoluto conuentu, quibusdam ad se accersitis, mœstus de morbo, quem is frater non sine vitæ periculo esset incursurus, commonefecit, vtque lectum præpararent, & diligentem eius curam gererent, est adhortatus. Parent illi, & fratri obuiàm facto exponunt, quæ ex Patris mandato curâssent. Quod ille contemnere tanquàm sominium visus est. neque enim morbo se admodùm grauari tum sentiebat. At sensim ingruente & inualescente inualetudine, ità sunt vires eius ea ipsa die labefactatæ, vt de eius vita desperaretur: quo in statu permultos deindè dies permansit, neque, vt ipse posteà solitus erat referre, & sicut credi planè licet, morbi vim superaturus fuisset, nisi B. Bononius meritis & orationibus suis subueniisset.

I. Solennis S. Bononij cõsuetudo.

Morbum fratris prædicit.

II. Vt corpus suum cum vitijs & concupiscentijs crucifigeret, ab ipsa adolescentia B. Bononius à carne, adipe, ouis atque caseo, sed & à vini vsu abstinebat, nisi quòd valdè modico vteretur propter stomachi euersionem, quibus diebus Eucharistiam accipiebat. In quo more cùm etiam in solenni Paschæ festo perseuerare vellet, miraculo non est à superna clementia hoc facere permissus. Quippè celebratis ritè diuini officij mysterijs, cùm minister pro more ad mensam duo illi pocula attulisset, quorum alterum vinum, alterum aquam contineret, & illud, in quo aqua erat, post impressum Crucis signum ori admouisset, eam vinum factam reperit. Et minister gustare iussus sic reuerà esse cognouit, ac admiratus est, cùm aquam se fudisse cerneus esset. Sed iussus effuso priùs vino aqua iterùm repleuit. Quæ itidèm postquàm eam ori admouisset, post imploratũ Dei nomen & Crucis signum impressum optimi vini saporem retulit. Obiurgare ergò ministrum, qui sibi illudere cogitaret: ille verò Deum testem vocare, suis manibus aquam hausta esse. Cùm verò tertiò etiam hoc sic euenisset, diuinam virtutem atque operationem agnoscens, eiusque ergà se miseratione hoc ità fieri colligens, eius numen celebrauit & gratias retulit. Sed fauorem popularem modestè declinans, ministro, qui solus erat conscius, efferre hoc & palàm facere vetuit.

Abstinẽtia eius.

Solenni Paschæ festo abstinentiæ eius rigorẽ Deus temperat, aqua tertiò in vinum cõuersa.

III. Mulier quædam multis annis infœcunda, cùm magna cupiditate prolis susciperendæ teneretur, medicinis adhibitis, liberos quidem, sed minùs vitales tamen, iusto Dei iudicio pariebat. Quæ in peccata causam reijciẽs, & pœnitentia sibi ea esse diluenda rata, fama sanctitatis B. Bononij excita, ad eius se pedes supplex abiecit, cumque aduentũs sui exposuit. Quam consolatus benignè B. Bononius sanctis suis monitis instruxit, pœnitentiam indixit, suisque orationibus commendatam se habiturum pollicitus, domum redire iussit. Quæ posteà, quoàd vixit, sancti confessoris precibus atque meritis adiuta voti cõpos hæredibus masculis & fœmellis nunquàm caruit.

Partus vitales precibus suis mulieri à Deo obtinet.

IIII. Id quod nunc referam matri meæ per eius intercessionem collatum à Deo beneficium est. Nam febri acriter correpta ipsum cõueniens, orationibus se eius cupiditè commendare studebat. Quam benignè gratanterque suscipiens, & Deum pro eius salute se oraturum promittens, in hanc vocem erupit: Vade, & noli amplius febricitare. Quid fit? cõtinuò meliusculè habet, & domum reuersa tota conualuit.

Hoc miraculum circa ea tempora vixisse scriptorem hũc satis arguit.

V. Cùm aliquandò iter faceret, in diuersorio, ad quod diuerterat, in ipsis noctis tenebris, tanta eum lucis claritas circunfulsit, vt incendio conflagrare domum, qui in vicinia commorabantur, crederent. Ad quod restinguendum cùm festinarent, splendore illo lucis sensim euanescente, inustam domum & intactam ab igne reperierunt. Sic eum, qui opera tenebrarum omni conatu à puero perfectè abiecerat,

Lucis eum claritas circunfulget.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cella viri sancti post eius obitum lumine circunfusa.

rat,armaq; lucis & fidei claritatem assumpserat, splendore illustrari dignum fuit. Post eius verò ex hac vita transitum,etiam cellam eius lumine eodem pacto circunfundi à multis frequenter visum & obseruatum est, manifesto indicio, in ea sanctis studijs & Deo placitis operibus eum instanter vacâsse.

VI.

Cognouit hoc miraculũ scriptor, ab eo qui præsens adfuit cùm hoc pa traret.

Inuitatus etiam à quadam matrefamiliâs,eius precibus cessit, vt apud eam prandoret: consumptis autem,quæ illic erant, edulijs, ficus postulauit. Cui presbyter, qui ad eas colligendas antè missus fuerat, negauit maturas se vllas reperisse. Iussus tamen à viro Dei redire & colligere,paruit,& ad easdem ficus, quas priùs lustrauerat,redijt,&,vt eodem referente cognoui,tot in eis maturas inuenit, vt viro Dei,& qui vnà in mensa erant omnibus,sufficerent. Vndè credentium fides informari simul debet atque augmentari. Nam vnicus summi patris omnium Dominus seruo suo præstitit,quod ipse quærens fructum in ficulnea sibimet non exhibuit. neque hoc mirum. spopondit enim in se credentibus: Opera, quæ ego facio, facietis,& maiora etiam. Sed quoniam nonnulla, quæ viuus peregit, prout quiuimus summatim scribendo perstrinximus,ad recolendum ea,quę post transitum egit,Domino adiuuante stylum vertamus.

Christus maiora per seruos suos miracula exhiber,quàm viuus exhibuerat.

VII.

Anno igitur Dominicæ incarnationis 1026. dormitionis suæ tempore ingruente,B.Bononius Angelis gaudentibus,at mœstitiam lachrymis testificante populo, ad omnium bonorum remuneratorem feliciter perrexit, brauiumque sui agonis optimus athleta ab eo est consecutus. Fama autem sanctitatis eius confestim sic per omnem prouinciam circunquaque diffusa est, ac si per emissos præcones,& obijsse illum,& ad eius sepulcrum signa edi denunciatum esset. Ergò quidam arcta custodia & compedibus vinctus, ad quẽ ea quoquè fama perlata erat, Deũ obnixè rogare cœpit,vt si quæ de viro Dei nunciarentur vera essent,eius meritis atque intercessione ex illis,quibus constrictus tenebatur compedibus, expediri posset. Et quidem voti compos factus,nihil moratus eadem vincula ad sacri corporis tumulum perferens,illuc memoriæ causa suspendit: gratijsque Deo ac sancto Bononio actis,nobis,quomodò per eius intercessionem liberari meruerit, exposuit. Quæ quidem compedes diù pòst suspensæ eodem in loco permanserunt.

Vincula captiui eius meritis & intercessione dissoluũtur.

VIII.

Eodem, quo S.Bononius obijt, anno, frater quidam, quem ipse religioso habitu induerat,adeò acri dentium dolore torquebatur, vt neque noctù, neque interdiù quiescere posset,vndè tanquàm amens & mente captus per monasterij septa vagabatur. Fit autem, vt post longam fatigationem in ministri infirmorum gremium caput inclinaret,& modicum somni caperet. Quo in somno sanctus illi Bononius apparere visus est, & ipse ad sacra eius vestigia osculanda prorueret, sanctusque Bononius mento eius amanter appræhenso ipsum erigere. Ad cuius tactum illicò omnem à se dolorem amoueri sensit, & expergefactus ministrum compellans, Iam,inquit,S.Bononij apparitione & consolatione omni dentium dolore careo. neque ex dentibus,quoàd vixit,vnquàm posteà frater ille laborauit.

Dẽtium dolorem,quo quidam frater acriter torquebatur, mitigat ac sanat.

IX.

Septennali pœnitentia quidam ob fratricidium damnatus, qui ex eo, quo fratrem peremerat, mucrone circulum brachio dextro circundederat, cùm in septimo pœnitentiæ anno versaretur, non cessabat diuorum multorum memorias & Sanctorum limina inuisere: & quidem natali S.Bononij die,ad eius etiam sepulcrum supplex venit,Deumque flens atque eiulans,altaque ex intimo cordis suspiria trahens,precabatur,vt tanti sui famuli intercessione sibi propitius esse dignaretur. Dum orationi autem feruenter insistit,& S. Bononium interuentorem arque suffragatorem solicitat,eccè in magna virorum atque mulierum circunstantiũ turba, circulus,cui cutis atque caro superexcreuerat, per Christi clementiam dililit. Qui apud Sancti altare ad eius rei memoriam longo pòst tempore pependit. Fuit autem hoc indicium eodem momento ab animæ etiam reatu liberatum.

Memorias, & limina Sanctorum pœnitens frequentat, eorumque pro se preces ambit. Circulꝰ ferreus ad patrati miraculi memoriam ad altare Sancti suspensus.

X.

Eodem etiam die quidam ab ipsa infantia mutus sermonis est vsum consecutus, dum ex ore eius copiosus sanguis effluer et,quod fracti linguæ vinculi indiciũ fuit. Quibus conspectis signis,ad maiorẽ spem & fidem in Deum, atque veneration erga sanctum Dei Confessorem qui conuenerant, excitati,magno cum gaudio de mum quique suam reuersi sunt. Tua sunt, Domine Iesu Christe, hæc opera. Sic cui tu semper viuere fuisti,nunc mortuum magnificas,à quo,dum viueret,fideliter magnificabaris. Qui lucerna lucens non sub modio latuit, sed super candelabrum positus,omnibus in domo tua conspicuè splenduit.

Muto loquendi facultas donatur. Miracula quæ Sancti faciũt, Dei sunt opera.

Alio

XI.

Alio verò anno ipsius natali die cùm ex multis orbis partibus ad eius sacri corporis tumulum plurimi Dominũ adoraturi,& ipsius suffragia postulaturi confluerent,certa spe & fidutia, posse se eius interuentu ab instantibus futurisque malis liberari: mulier etiam quædam adfuit, quæ à dæmone vexata, ad aliorũ Sanctorum memorias liberationẽ frustrà expetierat. neq; enim illis dæmonis expulsio à Deo concessa fuit,sed S.Bononio reseruata. in cuius ecclesiam introducta, eius se orationibus grauiter torqueri dæmon clamare ac vociferari non desinebat. Triduum autem in templo morata, multis coram adstantibus sanguinem vomuit,per quem vomitum diuina pietas ab ea dæmonium, quod Dei plasma diù possederat, per S. Bononij intercessionem eiecit,magno strepitu templum complens,& coronam argenteã altari imminentem ictibus quales audiri atque cerni poterãt, cùm ipsum tamen dæmonium non videretur,concutiens.

Dæmoniaca ad Sancti huius ecclesiã perducta liberatur.

XII.

Alia quoquè fœmina,cùm ex partûs laboribus sitiens aquam postulâsset, eamque signum sanctę Crucis facere oblita bibisset,spiritu maligno Fumareth,quo nomine ipse interrogatus se vocari perhibuit,correpta est. Qui eam tamen, cùm post partûs purificationem ad quãdam in eius honore dedicatam ecclesiã perducta esset,& presbyteri & cæteri fideles preces pro ea funderent, sanctosque pię inuocarent,per Domini nostri Iesu Christi virtutem coniuratus, coactus & confusus sancti Confessoris interuentu deseruit,& vt fumus,à quo videtur vocabulum sumpsisse,euanuit,nunquàm eam posteà molestare ausus.

Alia itẽm dæmoniaca curata.

XIII.

Adolescens quidam,cui Adamo nomen,ab ipsis cunabulis contractos pedes & ad nates adductos ità habebat,vt ijs nequaquàm insistere, neque ambulare posset, reptando autem progredi cogeretur. Is sanctissimi Confessoris meritis confisus, ipse recuperandæ illic sanitatis ad eius sepulcrum aduectus est, vbi cùm continuis tribus diebus se ad altaris crepidinem abiecisset,ipsiusque suffragia postulare non destitisset,quam à Deo optauerat,sanitatem eius famuli intercessione est consecutus. In cuius curatione hoc admirandum fuit, quòd redeunte sospitatis vigore, tanto calore,quanuis hyems esset,æstuaret,vt interulam,quam erat indutus,abijceret,& nudus quasi permaneret. Qui tantus calor post recuperatam sanitatem se etiam remisit. Sed ipse etiam,vt & Deo & sanitatis largitori iugiter gratias referret,eius se ecclesiæ mancipauit, & seruitium ei exhibens vsque in hodiernum diem apud nos degit.

Adolescens pedibus captus, ad eiꝰ altrare pedũ vsum recipit.

Author,Locedẽsis monachus.

XIIII.

Eodem etiam tempore, eandem eius opem,sed grandæuus vir,cuius nomen fleti,vtriusque etiam pedis officio destitutus,vt genibus manibusque se sustentare cogeretur,expertus est. Atque is etiam eius patrocinio ad sacri corporis sepulcrum ad priſtinam celeritatem reuocatus, in eadem adhuc ecclesia degens, Domino Deo & S.Bononio non cessat gratias referre,& quicquid seruitij potest,in ipsius ecclesia Deo seruientibus fratribus deuotè exhibere.

Alter itẽm debilis pedibusque captus ad eius sepulcrum curatur.

XV.

Sed Comitissa etiam VVaria Comitis VVillelmi vxor, ad ecclesiã, in qua sancti viri corpus humatum erat, oratura veniens magno comitatu stipata,ad eius altare Missas celebrari curauit: Interuenit autem mendicus quidam, filium in scapulis gestans,cuius pes & manus sinistri lateris paralysi aruerant, sibi atq; filio stipem robãs aggressa est,non sibi tãtas copias esse,quæ omnibus,qui à se quicquam rogarent, sufficerent: Iret potiùs & sancto Confessori Bononio filiũ sisteret, & pro eius incolumitate Dominũ deprecaretur. Scilicet Psalmographus hoc appositè expressit: Tibi,inquiens,Domine derelictus est pauper,orphano tu eris adiutor. Sed ille tamẽ,quod fuit monitus,exequi non distulit. Filium siquidẽ in genua prouolutus pòst fusas ad Deum preces ex scapulis,quibus gestabatur,sumptum prope sacri corporis tumulum prostrauit,ac tum ad petendas eleemosynas ecclesiam peragrauit. Adest euestigiò,opitulantibus almi Confessoris meritis, puero diuina bonitas, & cui eleemosyna fuerat negata,vt olim claudo ad portam templi sedenti aurũ & argentum,ità auro carior membrorum sanitas donatur. Quo viso miraculo,plausus atque exultatio ad laudem & gloriam omnipotentis Dei eiusque Confessoris subsecuta,ad quam præter cæteros accurrit etiã pater. Quid ergò & quomodò actum sit exquiritur: neq; Comitissam hoc, quemadmodùm gestum esset, referre piguit. Sic omnipotens Dominus, qui omnia admirabili dispensatione gubernat, palàm hoc miraculum mundo voluit inclarescere, cùm ad serui sui venerationem atque cele-

Psal.9.

Act.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

celebritatem amplificandam, tum quia, testante scriptura, signa infidelibus dantur, vt ab infidelitate declinantes discant sperantes in Domino, non deficere omni bono: cui per omne æuum laus est atque gloria sempiterna.

VITA SANCTI AIDANI EPISCOPI LINDISFARNENSIS ET CONFESSORIS, PER VENERABILEM *Bedam conscripta lib. 3. Historiæ Ecclesiasticæ gentis Anglorum.*

Augusti 31. Ex cap. 3.

SANCTVS Aïdanus ad Osuualdū Regem est de insula quę vocatur Hu, destinatus, cuius monasterium magno monachorū pollens examine, in cunctis penè septentrionalium Scotorū & omnium Pictorum monasteriis non paruo tempore arcem tenebat, regendisq; eorum populis prærat. Quę videlicet insula ad ius quidem Britannię pertinet, non magno ab ea freto discreta, sed donatione Pictorū, qui illas Britaniæ plagas incolunt, iamdudùm monachis Scotorū tradita, eò quòd illis prædicantibus fidem Christi perceperunt.

Ex cap. 5. Ex Huensi monasterio S. Aidanus vocatur ad Episcopatū.

Ab hac ergò insula, ab horū collegio monachorū, ad prouinciā Anglorū instituendā in Christo, missus est Aïdanus, accepto gradu Episcopatus: quo tempore eidē monasterio Segenius Abbas & presbyter prefuit. Vndè inter alia viuendi documenta, saluberrimū abstinentię vel continētiæ clericis religionis exemplum. Cuius doctrinā id maximè cōmendabat omnibus, quòd non aliter quàm viuebat cū suis, ipse docebat. Nihil enim huius mundi quęrere, nil amare curabat. Cuncta quę sibi à Regibus, vel diuitibus seculi donabantur, mox pauperibus qui occurrerēt, erogare gaudebat. Discurrere per cuncta & vrbana & rustica loca, non equorū dorso, sed pedū incessu vectus, nisi si maior fortè necessitas compulisset, solebat: quatenùs vbicunquè aliquos vel diuites vel pauperes incedēs adsp exisset, confestim ad hos diuertēs, vel ad fidei susciptiēdæ sacramentū, si infideles essent, inuitaret: vel, si fideles, in ipsa eos fide cōfortaret, atq; ad eleemosynas bonorūque operū exequutionem & verbis excitaret & factis. Intantùm autē vita illius à nostri temporis segnitia distabat, vt omnes qui cum eo incedebant, siue attonsi, siue laici, meditari deberēt, id est, aut legendis scripturis, aut psalmis discendis operam dare. Hoc erat quotidianum opus ipsius, & omniū qui cum eo erant fratrū, vbicunquè locorum venissent. Et si fortè euenisset, (quod tamen rarò euenit) vt ad Regis conuiuium vocaretur, intrabat cum vno clerico, aut duobus, & vbi paululùm refecibatur, accelerabat ocyùs ad legendum cum suis, siue ad orandum egredi.

Vacat misericordiæ operibus.

Ieiunium quartæ & sextæ feriæ antiquissimum.

Cuius exēplis informati tempore illo religiosi quiq; viri ac fœminæ, constituta & sexta sabbati ieiuniū ad nonam vsq; horam protelare. Nūquàm diuitibus honoris siue timoris gratia, si quę deliquissent, reticebat, sed aspera illos inuectione corigebat. Nullam potentibus seculi pecuniam, excepta solummodò esca, si quos hospitio susciperet, vnquàm dare solebat. Sed ea potiùs quę sibi à diuitibus donaria pecuniarum largiebantur, vel in vsus pauperum, vt diximus, dispergebat, vel ad redemptionem eorū qui iniustè fuerant venditi, dispensabat. Denique multos quos precio dato redemerat, redemptos postmodùm suos discipulos fecit, atque ad sacerdotalem vsque gradum erudiendo atque instituendo prouexit.

Nō respicit personā hominis S. Aidanus.

Multos cōgregat discipulos.

Fertur autem quia cùm de prouincia Scotorum Rex Osuualdus postulasset Antistitem, qui sibi suæque genti verbum fidei ministraret, missus fuerit primò alius austerioris animi vir. Qui cùm aliquandiù genti Anglorū prędicans nil proficeret, nec libenter audiretur à populo, rediērit in patriam, atque in conuentu seniorum retulerit, quia nihil prodesse docēdo genti ad quam missus erat potuisset, eò quòd essent homines indomabiles, & duræ ac barbaræ mentis. At illi, vt perhibent, deliberatum magnum in concilio, quid esset agendum, habere cœperunt, desiderantes quidem genti, quam petebant, salutem esse, sed non recepto quem miserant prædicatore, dolentes. Tunc ait Aïdanus (nam & ipse concilio intererat) ad eum, de quo agebatur, sacerdotem: Videtur mihi, frater, quòd durior iusto indoctis audiroribus fuisti, & non eis iuxta Apostolicam disciplinam primò lac doctrinæ mollioris

1. Cor. 1.

porrexisti, donèc paulatìm enutriti verbo Dei, ad capiēda perfectiora, & ad faciēda Dei sublimiora prēcepta sufficerent. Quo audito, omniū qui consedebāt, ad ipsum ora & oculi conuersi, diligenter quid diceret, discutiebant, & ipsum esse dignū Episcopatu, ipsum ad erudiendos incredulos & indoctos mitti debere decernunt, qui gratia discretionis, quę virtutum mater est, ante omnia probatur imbutus. Sicque illum ordinantes, ad prædicandum miserunt. Qui vbi tempus accepit, sicut priùs moderamine discretionis, ità postmodùm & cæteris virtutibus ornatus apparuit.

Discretio omniū virtutum mater.

Huius igitur reuerendissimi Antistitis doctrina Rex Osuualdus, cum ea, cui prærat, gente Anglorum institutus, non solùm incognita progenitoribus suis regna cælorum sperare didicit, sed & regna terrarum, plusquàm vlli maiorum suorum, ab eodem vno omnipotenti Deo, qui fecit cælum & terram, consequutus est.

Ex cap. 6. Optimè instruit Anglorū gentem.

Translato verò ad cælestia regna Osuualdo, suscepit regni terrestris sedē pro eo frater eius Osuuinus, qui vna dierū donauerat equū optimū Episcopo Aïdano, in quo ille quāuis ambulare solitus, vel amniū fluenta transire, vel si alia quęlibet necessitas insisteret, via pergere posset. Cui cùm paruo interiecto tēpore pauper quidam occurreret, eleemosynā petens, desiliens ille præcepit, equū ità vterat stratus regaliter, pauperi dari. Erat enim multùm misericors, & cultor pauperū, ac velut pater miserorum. Hoc cùm Regi esset relatū, dicebat Episcopo, cùm fortè ingressuri essent ad prandium: Quid voluisti, domine Antistes, equū regium, quem te conueniebat propriū habere, pauperi dare? nūquìd non habuimus equos viliores plurimos, & alias species quę ad pauperū dona sufficerent, absq; quòd illum ei equum dares, quem tibi specialiter posìsidendū elegi? Cui statìm Episcopus: Quid loqueris, inquit, Rex? Num tibi charior est iste filius equi, quàm ille filius Dei? Quibus dictis, intrabant ad prandendum: & Episcopus quidem residebat in suo loco.

Ex cap. 14.

Benignitas eius erga pauperes.

Porrò Rex venerat de venatu, & cœpit cōsistens ad focū calefieri cum ministris. Et repētè inter calefaciēdes recordans verbū quod dixerat illi Antistes, discinxit se gladio suo, & dedit illum ministro, festinusq; accedēs ante pedes Episcopi corruit, postulās vt sibi placatus esset, quia nūquàm, inquit, deincèps aliquid loquar de hoc, aut iudicabo quid vel quantū de pecunia nostra filijs Dei tribuas. Quod vidēs Episcopus, multùm pertimuit, ac statìm exurgēs, leuauit eū, promittens se multùm illi esse placatum, dummodò ille residens ad epulas, tristitiā deponeret. Dumq; rex iubente Episcopo lætitiam reciperet, cœpit cōtrà Episcopus tristis vsq; ad lachrymam profusionē effici. Quem dum presbyter suus lingua patria, quam Rex & domestici eius non nouerāt, quarè lachrymaretur, interrogâsset: Scio, inquit, quòd non multo tempore victurus est Rex. Nūquàm enim vidi antehàc humilē Regem. Vndè animaduerto, citiùs illū ex hac vita rapiendum. Non enim digna est hęc gens tali habere rectorem. Nec multò pòst dira Antistitis præsagia tristi Regis funere, de quo suprà diximus, impleta sunt. Sed & ipse Antistes Aïdanus, non plùs quàm duodecim post occisionem Regis, quē amabat, dies, id est pridiè Calendas Septembris, de seculo ablatus, perpetua laborum suorum à Domino præmia recepit.

Præuidit in spiritu Regis mortem S. Aidanus.

Excap 15.

Qui cuius meriti fuerit, etiam miraculorū signis internus arbiter edocuit. Erat quippe in prouincia Bernicorum quędam deuota Christi famula, cui nomen Vtta, multę grauitatis ac veritatis vir, & ob id omnibus, etiā ipsis principibus seculi honorabilis, cùm mitteretur Cantuam ob adducendā indè cōiugem Regi Osuuino, filiam videlicet Eduini Regis Eanfledā, quę occiso patre illuc fuerat adducta: qui terrestri quidem itinere illò venire, sed nauigio cū virgine redire disponebat: accessit ad Episcopum Aïdanū, obsecrans eum, pro se suisque, qui tunc iter erant aggressuri, Domino supplicare. Qui benedicens illos, ac Domino cōmendans, dedit etiam oleum sanctificatum: Scio, inquiēs, quia vbi nauē assenderitis, tempestas vobis & ventus contrarius superueniet. Sed tu memēto, vt hoc oleum, quod tibi do, mittas in mare, & statim quiescētibus ventis serenitas maris vos læta prosequetur, & cupito itinere dominum remittet. Quæ cuncta, vt prędixerat Antistes, ex ordine completa sunt. Equidem inprimis furētibus vndis pelagi, tentabāt nautæ, ancoris in mare missis nauem retinere, neq; hoc agentes aliquid proficiebant. Cumque mergentibus vndiquè & impletibus incipientibus nauē fluctibus, mortem sibi omnes imminere, iam iamque adesse viderent: tandèm presbyter reminiscens verba Antistitis, assumpta ampulla misit de oleo in pontum, & statìm, vt prędictum erat, suo quieuit à feruore. Sicq; factum est, vt vir Dei per prophetię spiritū tempestatem prędixerit futuram, & per

Epiſcoporū est semper alijs benedicere.

Eccè quid valeant benedictiones rerum creatarum, quas nostri cacocuangeitici reprobant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

virtutem eiusdem spiritûs hanc exortam, quanuis corporaliter absens, sopiuerit. Cuius ordinem miraculi non quilibet dubius relator, sed fidelissimus mihi nostræ ecclesiæ presbyter Cynimund vocabulo narrauit, qui se hoc ab ipso Vtta presbytero, in quo & per quem completum est, audîsse perhibebat.

Ex cap. 16. Aliud eiusdem patris memorabile miraculũ ferunt multi, qui nósse potuerunt. Nam cùm tẽpore Episcopatûs eius hostilis Merciorũ exercitus, Penda duce, Nord Humbrorũ regiones impia clade longè lateq; deuastans, peruenit ad vrbem vsque regiam, quę ex Bebbę quõdam Reginæ vocabulo cognominatur, eamque, cùm neque armis, neque obsidione capere poterat, flãmis absumere conatus est. Discessitque, & vehiculis quę in vicinia vrbis inuenit, aduexit illò plurimã cõgeriem trabium, tignorum, parietum virgeorum, aliarumq; rerum. Et his vrbem in magna altitudine circundedità parte quę terræ est contigua. Et dum ventũ opportunum certa neret, illato igne comburere vrbẽ nisus est. Quo tempore reuerẽdissimus Antistes Aïdanus in insula Farne, quę duobus fermè milibus passuum ab vrbe procul abest, morabatur. Illò enim sępiùs secretę orationis & silẽtij causa secedere consueuerat. Denique vsq; hodiè locum sedis illius solitariæ in eadem insula solent ostendere. Qui cùm ventis furentibus globũ ignis ac fumum supra muros vrbis exhalare conspiceret, fertur eleuatis ad cælũ oculis manibusq; cum lachrymis dixisse: Vide Domine, quanta mala facit Penda. Quo dicto, statim murati ab vrbe venti, in eos qui accenderant, flammarum incendia retorserunt: ità vt aliqui lęsi, omnes territi, impugnare vltrà vrbem cessarent, quam diuinitùs iuuari cognouerant.

Oratione liberat vrbem ab hostium expugnatione.

Ex cap 17. Hunc cùm dies mortis egredi è corpore cogeret, completis annis Episcopatûs sui septendecim, erat in villa regia non longè ab vrbe, de qua præfati sumus: in hac enim habens ecclesiam & cubiculum, sępiùs ibidẽm diuerti ac manere, atque indè ad prædicandũ circunquaquè consueuerat exire. quod ipsum & in alijs villis regijs facere solebat, vtpotè nihil propriæ possessionis, excepta ecclesia sua & adiacentibus agellis, habens. Tetenderunt ergò ei ægrotanti tentorium ad occidentalem ecclesiæ partem, ità vt ipsum tentorium parieti hæreret ecclesiæ. Vndè factum est, vt accliuis destinæ, quæ extrinsecùs ecclesiæ pro munimine erat appositа, spiritum vitæ exhalaret vltimum. Obijt autem decimo septimo Episcopatûs sui anno pridiè Calendarum Septembrium. Cuius corpus mox indè translatum ad insulam Lindisfarnensium, atque in cœmeterio fratrum sepultum est. At interiecto tempore aliquanto, cùm fabricata esset ibi basilica maior, atq; in honorem beatissimi Apostolorum Principis dedicata, illò ossa eius translata, atque ad dexteram eius altaris iuxta venerationem tanto pontifice dignam condita sunt. Successit verò ei in Episcopatum Sinan, & ille ipse ab Hu Scotorum insula ac monasterio destinatus, ac tempore non pauco in Episcopatu permansit.

Feliciter obdormit in Domino

Ossa sancti Episcopi translata sunt in ecclesiã principis Apostolorum S. Petri.

Contigit autẽ post aliquot annos, vt Penda Merciorũ Rex cum hostili exercitu hęc in loca peruenies, cùm cuncta quæ poterat, ferro flammaq; perderet, vicusque ille, in quo Antistes obijt, vnà cum ecclesia memorata flãmis absumeretur. Sed mirum in modũ sola illa destina, cui incumbẽs obijt, ab ignibus circuncincta vorantibus, absumi nõ potuit. Quo clarescente miraculo, mox ibidẽm ecclesia restaurata, & hęc eadem destina in munimentũ est parietis, vt antè fuerat, forinsecùs appositа. Rursumq; peracto tempore aliquanto, euenit per culpam incuriæ vicum eundẽ & ipsam pariter ecclesiã ignibus consumi: sed nec tunc quidẽ eandem tangere flamma destinam valebat. Et cum magno vtiquè miraculo ipsa eius foramina ingrediens, quibus ædificio erat affixa, perderet, ipsam tamen lędere nullatenùs sinebatur. Vndè tertia ędificata ibi ecclesia, destinam illam non vt anteà de foris infulcimentum domûs apposuerunt, sed introsus ipsam ecclesiam in memoriam miraculi posuerunt: vbi intrantes genuflectere, ac misericordiæ cælesti supplicare deberent. Constatque multos ex eo tempore gratiam sanitatis in eodem loco consequutos, quinetiam æstulis ex ipsa destina excisis, & in aquam missis, plures sibi suisque languorum remedia conquisiêre.

Ignis, eius ecclesiam non lædit.

Plura de hoc sancto viro Dei Aïdano, habentur in vita S. Cuthberti capite quarto, cuius festum occurrit 20. Martij. Nam ibi enarrat venerabilis Beda quomodò S. Cuthbertus viderit S. Aïdani animam ab Angelis in cælum deferri.

SEPTEM-

SEPTEMBER.

DE S. VICTORE CENOMANENSI EPISCOPO ET CONFESSORE, VT HABETVR CAP. LVI. GREGORII *Turonensis de gloria Confessorum.*

VICTORIVS Cenomanorum Episcopus, magnis se virtutibus sępiùs declarauit. Nam fertur quadam vice, dum ciuitas ipsa cremaretur incendio, & validis globis flammæ huc illucque impellente vento propellerentur, hic quasi pastor bonus, non perferens ecclesiasticas caulas ab insidijs satanæ deuastari, obuiàm se turbini obtulit: eleuataque manu facto signo Crucis econtrà, illicò omne cessauit incendium. Liberataq; ciuitas gratias pastori retulit, eò quòd non permiserit res suas ab imminenti igne vastari. Ad huius quoquè sepulcrum sępiùs infirmi sanantur.

1. Septẽbris

S. Victor signo Crucis extinguit ignem.

ITEM BEATI PETRI DAMIANI SERMO, HABITVS IN FESTIVITATE SANCTI VICTORIS, VT *habetur octauo Tomo Aloysij. Verùm vtrùm hic S. Victor sit, cuius ipse mentionem facit, vel alius, compertum non habeo.*

HIC ille magnus prouidentiæ oculus dulciori verbere carnẽ carnaliter ambulantem afflixit, & confixit timore suo. Qui enim patientiam Dei, pœnam inferni, gloriã regni, animo irreuerenti & infrunito cõtempserãm, paratus sum, & non sum turbatus, vt custodiã mandata Domini. Intùs erat vrens conscientia multis obuoluta criminibus, & artificioso velamine detestandũ silentium diligens, plùs elegerat mori, quàm loqui, perire, quàm redire. Sic obdurationis suę legibus pressa, oculos suos statuerat declinare in terram. Sed ille, qui non dormit, neque dormitat, pauperis animę recordatus, aggressus est flagellis vincere, quam vincere beneficijs non valebat. Adest illa maxima febris, quam acutam Physici nominãt, & membris omnibus profusiùs superfusa, miserabili corpore insedit. Exaggeratur calor, & in ipsam animę sedem ignis furiosus irrumpit. Iam flamis vltricibus peccantis substantia conflagratur, & æternalium sentit præludia tormẽtorum. Intelligens igitur, quia horrendũ est incidere in manus Dei viuentis, multiplicitatem facinorũ meorum recolligo, confessus illi, quem electio patrem, amicitia fideiẽ, familiaritas consortem effecit. Vtrùm taliter responderit, qualiter ego clamauerim, eius discretioni censui relinquendum. In proposito meo est, & pęnitentia mea plangere, & cauere futura. Donet ille perseuerantiam, qui negligentiam excitauit. In ipsius misericordia, non in iustitia sua confidit seruus suus, vt minor fit mandatorũ ipsius, non solùm ad scribendum, sed ad faciendum ea. Hæc causa fuit operis interrupti. Hæc tãræ taciturnitatis occasio. Nunc igitur scribo, tantò lætius, quantò securiùs, cùm summum periculum sit docere, nec facere: nec attendatur hic styli lenocinantis excursus, cùm veræ religionis sit, cuentilatis aquisse sermonibus, nec verborum gloriam redolere.

1. Septẽbris

Pſal. 118.

Heb. 10.

En habes hic confessionem sacramentalem factam sacerdoti.

Docere, nec facere, summum periculum est.

Ad manum est patris nostri Victoris solennitas, ad cuius sacratissimum corpus, si vera est antiquitatis fides, quotidiè residemus. Hic est vir, qui in virtute Domini virtutum signis & mirabilibus gloriosus effulsit, Apostolis & apostolicis viris miraculorum gloria comparandus. Quę & quanta sint, & quanta sublimitate fulgentia, libellus de vita & ortu eius latiùs exaratus sufficit indicare. Huic significanter assignari potest illud, quod in illa solenni visione Angelo Ephesi Ecclesiæ scribitur: Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. Ipse etenim no-

S. Victor miraculis clarus. Apoc. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

men ex opere sortitus antè vicit, quàm vincere nôsset, nec quemlibet hostem, sed illum, de quo rara, & nunquàm secura victoria. Lignum vitæ est sapientia, de cuius
Psal.79. fructu & hic in spe, & illic manducat in re, fructu vtiquè speciosо, & preciosо: speciosо propter speciem, preciosо propter vtilitatem. Hæc est illa sublimis arbor,
Cant.2. cuius vmbra mones, & arbusta cedros Dei operuerunt. Cedrus Libani, quæ ramos
Esa.4. Matth.13. sua densitate Angelicas perumbrat stationes. Sub vmbra huius arboris sedet sponsa, & fructus eius dulcis gutturi suo. Huic dicimus: In vmbra tua viuemus inter gentes. Huius vmbraculũ protegit ab æstu diei in securitatem, & absconsionem à turbine, & à pluuia. Hoc est illud granum sinapis, quod in vtero Virginis Dei Patris manibus seminatum, minus fuit omnibus oleribus terræ, sed in tantam altitudinem exurrexit, vt veniant volucres cæli, & habitent in ramis eius: lignum quod
Psal.1. plantatum est secus decursus aquarum, lignum vitæ in medio paradisi.

Dei filius de ventre matris in gremium Ecclesiæ enixus.

Et attende magnum sacramentum. Filius Dei totus, & integer eructatus est de corde Patris in vterum Mariæ, de ventre Matris in greminm Ecclesiæ. Quantus in Patre, tantus in Virgine, quantus in Virgine, tantus in Ecclesiæ vnitate. In Patre ineffabiliter, in Matre mirabiliter, singulariter in Ecclesia. Cum Patre eiusdem & æqualis substantiæ, cum Matre eiusdem, & diuisæ, cum Ecclesia eiusdem, sed occultę. Sic distillauerunt cęli misericordiam, sic Verbum Dei transfusum est, & effusum vbiquè rorum, sine quo nihil totum. Felix effusio, quæ currentes adolescentulas ad odorem suauitatis inuitat, visu recreat, satiat gustu, vbiquè autem in medio. Nam & in illa Deitatis essentia, media est inter Patrem, & Spiritum, persona familiaris
Pfal 66. humano generi benignitate, familiarior identitate, cùm sola nostræ carnis susceperit pauperratem. Vndè & Dauid in ipsius diuinitatis abyssum immersus, ait: Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: & illum in medio maiestatis esse protestans, & nostrum asserens specialiter, qui nostrę mortalitatis induit vestimentum. Pater enim & Spiritus impleuerunt quidem Virginem, sed maiestate,
Pfal.73. non susceptione. Est & in medio Virginis ipsius vtero substantialiter illapsus, qui medietatẽ statęrę comprehendit humanę. Deus enim noster Rexante secula operatus est salutem in medio terrę, terrę vtiquè illius, de qua scriptum est: Nemo erat,
Gen.2. Pfal.45. qui operaretur terram. Est etiam in medio Ecclesiæ, dicente Psalmista: Sanctificauit tabernaculum suum altissimus, Deus in medio eius non commouebitur.

Colligamus pauca de pluribus, qualiter Saluator medius sit, & semper in medio
Luc.9. videatur. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: ipse non habet nidum, excluseam ignorat, angulum nescit, locum illum elegit, vndè pateat omnibus, exclusa
Esa.1. Luc.2. Matth.18. Luc.22. Iohan.19. & 20. Apoc.1. personarum acceptione. Deniquè & natus positus est in medio duorum animalium, & quæsitus inuenitur in medio doctorum, & medius Iudæorum stat, quem ipsi nesciunt. Loquitur & ad discipulos: Vbi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum: &, Ego in medio vestrùm sum, sicut qui ministrat. Crucifixus est etiam in medio duorum latronum. Resurgens stetit in medio discipulorum suorum, & à Iohanne visus est in medio septem candelabrorum aureorum. Medius ergò medium sequere, nec angulorum sordibus, nec foucarum tenebris delecteris, sed dic cum iusto: In medio Ecclesiæ laudabo te. Hoc est igitur lignum vitæ plantatum in medio paradisi, arbor aromatica, purissima, balsamorum
Pfal.21. Gen.2. mella distillans. Ex huius arboris substantia septemplicium ramorum corona progerminat, in quorum summitate fructus illi dependent, quos cælestis illa filiaRami septẽ ligni vitæ, quorum primus est incarnatio Christi. Luc.23. la, Paulus Apostolus, verbis elegantibus explanauit.

Primus ramus est incarnatio Filij Dei. Ille siquidem subtilis, & necessarius, cùm & instauret cęlestia, terrestria restauret, & vtranque naturam sua viuificet viriditate. Si in viridi, inquit, ligno hoc faciunt, in arido quid fiet? se vocans viride lignum, de virginali pullulatum virore, cùm nos & natiuitatis munditiam, & fidei viriditatem in primo parẽte verum sit amisisse. Viriditas hæc tam sapienter ab ipsa sapientia excogitata est, vt & cordis, & oris transeat facultatẽ. Oportebat enim ad redemptionem hominis, vt victus homo victorem diabolũ vinceret. Sed vndè fieret hoc, non habebat. Omnes enim in illo proscripti eramus, & per illũ originalis peccati grauitate depressi. Deus autẽ non debuit, cùm potiùs potentia videretur, si seruum à se recedentẽ, cui illũ subiugauerat, enodaret. Quod igitur homo per se nõ posset, Deus per se non debuit, artifex sapiẽtia Deum & hominem collocauit, vt ex parte hominis pro hominibus satisfaceret, & ex parte Dei superbũ sicut vulnerarum humiliaret. Clausa est principi tenebrarum hæc tam gloriosa coniunctio, nec versuta calliditas consilium Dei potuit coniectare. Assumitur purum semen de virginea puritate, & illum propitiationis fontem sapientia Dei secretiori nouitate repurgat. Primus itaque ramus est incarnatio eius: fructus eius spiritus sapientiæ.

Fructus eius primus spiritus sapientiæ.

Secundus ramus est baptismus Christi. Intuere filium Virginis non ad ablutionem membrorum suorum, quæ de virgineis membris exierant, fuisse baptizatum, sed vt tantæ mundationis priuilegium in aquarum substantia sanciretur. Tene intellectu, quod visu non potes, descendere in aquam, cùm aliquis baptizatur, illum diaboli, & ascendere filium Dei, vasa iræ in misericordiæ vasa conuerti, cuncti peRom.9. catum originis, subuerti latronis ædificium, diuinitatis domicilium præparari. Adest Spiritus sanctus, & de summa cælorum arce descendens, elementum sanctificat, deificat baptizatum, clarificat ministerij dignitatem. Constipantur Angelicæ virtures alludentes sacramentalibus institutis, & cælestibus creaturis vnda purificans coronatur. Cordis, nõ carnis oculos desiderat sacramẽti transcensio, quia intelligibilis est. Secũdus ergò ramus est baptismus Christi: fructus eius spiritus intellectus.

Secundus ramus.

Fructus eius spiritus intellectus.

Tertius est passio Redemptoris. Vide consilium Dei, quod in abysso iudiciorum ejus clausum fuerat ab æterno. Consilium tuum antiquum, Domine, verum fiat: fit vnus illorum, qui ad arcanum diuinæ prouidentiæ fuerat intromissus. Nunquid non consuluit tibi, cui non erat adiutor, cùm sanctissimam illam carnem addixit opprobrijs, tormentis exposuit, & inclinato capite emisit spiritum? O quàm indebita miseratio, quàm gratuita, & sic probata dilectio, quàm inopinata dignatio, quàm stupenda dulcedo, Filium Dei sic affligi, Regem gloriæ in lacu miseriæ cruciIohan.19. figi. Deniquè nihil melius ad re redimendum habuit, quàm quòd semetipsum exinaniuit, nec excellentiorem modum inuenit sapientia Dei in omni sapientia sua. Passio ista consilium tuæ redemptionis est. Ramus necessarius, & mirabilis: cuius fructus est spiritus consilij.

Tertius ramus.

Fructus spiritus consilij.

Quartus est descensio eius ad inferos. In fortitudine singulari descendit ad inferos, tanquàm potens crapulatus à vino, & conturbauit virum, qui conturbauit terram, qui posuit orbem desertum, confringens malleum vniuersæ terræ, & horrendum illud palatium fortissima subuersione concutiens. Fortis quidem erat ille, sed fortior superuenit, qui vasa diriperet, auferret arma, ligaret inimicũ. Et ramus quidem iste rectus, atque subtilis: cuius fructus est spiritus fortitudinis.

Quartus ramus.

Luc.11. Fructus spiritus fortitudinis.

Quintus est resurrectio Christi. Hîc ostendit nobis exemplo, quod promiserat in præmio, & scire nos fecit, quòd carne sua resurgente resurgeremus, quæ etsi dissimilis gloriæ, tamen eiusdem naturæ in vtero Virginis fuerat fabricata. Excusa est totius ambiguitatis offensio. Viderunt Apostoli manus, tenuerunt pedes, palpaIohan.20. uerunt latus, & omnia mortis insignia beatis oculis adspexerunt. Et hic igitur ramus magnus, atque sublimis: fructus autem eius spiritus scientię.

Quintus ramus.

Iohan.20. Fructus spiritus scientiæ.

Sextus est ascensio ad cælos. O singularis pietas, suauitas specialis, cùm lumen carnis nostræ sublimibus intulit officinis, & ad dexteram Patris collocauit in gloria. Vident, & admirantur cælestium agmina legionum, & ad tantæ gratiæ largitatem incessabiliter obstupescunt: exuperat enim sensum omnem tantæ dignationis intuitus, ipsi soli peruius Trinitati. Sed & hic ramus spectabilis, & mirandus: fructus verò eius spiritus pietatis.

Sextus ramus.

Fructus spiritus pietatis.

Septimus est dies iudicij, quandò veniet cum potestate magna, & maiestate, reddere in ira vindictam, & vastationem in flamma ignis. Tunc erit timor ille timendus, cùm cælis ardentibus, pugnantibus elementis, terra succensa, conscientijs obsolutis, dæmonibus accusantibus, trementibus Angelis, Iudice furibundo & misericordiam nesciente, fiet illa discussio, quæ vtinàm nos paratos inueniat. Ramus iste magnus, & metuendus: fructus eius spiritus timoris Domini.

Septimus ramus. Luc.21. 2.Thes.1.

Fructus spiritus timoris Domini.

Amemus ergò lignum vitæ, & de fructu eius assiduè manducemus, quia fructus iste Filius Mariæ est, qui est Deus benedictus in secula seculorum, Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA ET AGON SANCTORVM DVODECIM FRATRVM MARTYRVM, PER D. ALPHANUM *Archiepiscopum Salernitanum versu hexametro edita.*

EPISTOLA AVTHORIS AD ROFFRIDVM.

VNDE nimis studuit tua nos reuocare voluntas,
Res leuis hæc, Roffride, fuit contenta meoque,
Et paucorum iudicio, quos nostra iocoso
Sæpè leuare solent multumque poëmata risu:
In quibus esse quidem valet omnis idoneus author,
Et facili poterit quod dicere conuenit arte.
At quod ferre iubes, non est tolerabile pondus,
Viribus & nostris æquum: nam si dabit ausum
Improbitas tua, mox facundia nostra videbis
Quòd cadat in vitium, tibi nec fortassè placebit,
Quod tanto studio desiderioque requiris.
Præcipis historiam duodenûm scribere fratrum
Versibus herois veterem, sint vndè creati,
Et generis titulos, Fideique celebria facta:
Indè tyrannorum cum quo fortissima bella
Conseruëre, quibusque locis, quo tempore palmam
Martyrij, dignas & susceperê coronas:
Postque quòd Arethis magnus Princeps Beneuentum
Corpora diuersis sparsimque iacentia terris
Transtulerit, nunc & qua sunt, sepeliuerit æde.
Hæc magni repetis, quàm si mihi creditor esses
Aeris, & es certè, tibi nos debere negamus
Nunquàm: sed vellem non his parcere rogatis,
Si possem. Non is tamen es, qui cœpta relinquas,
Teque sinas vinci. Parebo: iussio tanta
Excusabit opus, vel si non distet ab illis
Vni quæ tantùm Cicero vult esse legenda.
Tu prece continua multò studiosiùs insta,
Vt qui martyribus fuerat dux spiritus, idem
Horum me faciat tandèm pro laude disertum.

VITÆ HISTORIA.

Septẽbris 1. Aphrica quondàm probatorũ virorum fetax.

APHRICA post Latium terrarum maxima quondàm
Egregios habuisse viros virtute probatos,
Viribus & summis præclaros pace vel armis,
Artibus insignes, terraque marique potentes,
Fertur, quos in Cannensi certamine victi
Romani sensêre duces, quod mundus iniquum
Extimuit facinus. Iuxta, propiusque perennem
Tum fuit & miseram caput orbis Roma ruinam.
Hæc regio, postquàm Deus immortalis ab alto
Virginis in gremium descenderat, vndè salutem
Humani generis decreuit sumere carnem,
Sacra Redemptoris seruantem iura cohortem
Occultabat ob immites sine fine tyrannos.
Hîc vrbs extabat Drumentum nomine dicta,
In qua magnus & illustris cum coniuge Tecla
Vir Bonifacius à Fescenninis erat armis
Indutus fidei, simplex & iustus vterque.
His tot erant nati numero, quot habent duo lustra
Annos, adiunctis annis super illa duobus.

Patria & parentes sanctorũ duodecim fratrum.

Dictus

Dictus Donatus prior est, Felixque secundus,
Tertius (vt perhibent) Arontius est vocitatus,
Quartus Honoratus, quintus * Fortunatianus. *aliàs Fortunatus
Hic, & de reliquis duo sunt, quos posse venire
Lex pedis in carmen prohibet: nam tertia quintum
Primaque postremum, sic hunc, qui septimus extat,
Syllaba de versûs pellit statione secunda.
Hæc tamen his pedibus decurrere nomina fas sit,
Et liceat solitum ius soluere carminis huius:
Non erit hoc vitium. Sextus quoquè * Sabinianus, *al. Sauinianus
* Septiminus septimus, octauus * Ianuari, *al. Septimius * Ianuarius
Et nonus Felix, decimus Vitalis habetur,
Vndecimus * Satorus, Repositus duodenus. *al. Satyrus
Hos simul assiduè sanctam docuêre parentes
Obseruare fidem, nec eos nisi quod didicerunt, In fide Catholica à sanctis parentibus instruuntur.
Scire volebant te natum de lumine, Christe,
Iustitiæ, vel virtutis quem semper amare
Est: cui sæpè parens hac voce locutus vterque
Accipitur: Iesu bone, qui sine labe vocaris
Agnus, quique nouo reparâsti lumine mundum
Affectum tenebris, scelerum sub nube iacentem,
Facsis natorum solita pietate misertus,
Quos monui seruire tibi, propriosque dicaui:
Effice nè pereant, nec quenquam scire deorum
Fas sit eis præter te, qui super omnia regnas.
Iamque probis æras pueriles actibus annos
Sanctorum superare suo pro posse parabat.
Seminibus patrijs erat illis fertile pectus,
Frugibus vt segetum campus solet ingeniosus.
Instabat suprema dies, fundique larisque,
Spernere quæque placet, quibus in præcordia Christus Omnia temporalia spernũt propter Christum.
Spem dederat, quàm sit mundus potiora ferendi.
Non socij, non cognati, non ille parentum
Qui solet affectus naturæ lege valere,
Plùs reliquis retinere valent, Primumque fideli
Multos Pœnorum cœtus munimine verbi Multos reuocant à simulacrorũ cultura.
A simulacrorum defendunt ignibus atris.
Indè velut totidem præclara micantibus horis
Illa dies, quam tunc nitidissimus exhibet annus,
Cùm sol octipedis sub tempore solstitiali
Prima tenet cancri vestigia, noctis opacas
Summis auxilijs radiorum summouet vmbras,
Sic statuunt proprijs à ciuibus exitialem
Pellere culturam celeri ratione, vel omni
Signorum virtute: Iouem nam quisque prophanus,
Et simul Alcidem vesana mente colebat,
Pontifices & eis solenni iure litabant,
Thure, quod Euphrates mandârat naue, Sabæo,
Omne domicilium fumabat dæmonis. Huc se
Proripiunt fratres: Cæco quid pectora, dicunt, Docẽt non esse sacrificandum dæmonijs.
Turbine vestra nimis miseri confunditis vsque?
Num Deus Alcides natus Ioue? surdus vterque
Non habet, orantes qua vos exaudiat, aurem.
Disce creatori, non tè factura creatis
Subdere, supremoque Deo persoluere vota,
Quæ tantis studijs das infernalibus vmbris.
Non valet opprobrium tantum sufferre sacerdos
Herculis, in medium veniens Florentius ira

Universidad de Deusto
Biblioteca

Valdè commotus, magna comitante caterua
Pontificum, dixit: Cuius vos religionis,
Edite, vel quibus estis vos natalibus orti?
Cœtus ad hæc fratrum: Nostrum cultumque genusque
Vera fides Christi decorat. Florentius inquit:
Ergòne venistis cultus reprobare deorum?
Nota nec Herculei sunt vobis Maximiani,
Alcidæ atque Ioui quæ perdunt iussa rebelles?
Hunc, quem constanter fertis vos credere, Christum
Innumerabilibus pœnis perière professi.
Talia dicentem fratrum sic turba refellit:
Nulla fides, & nulla salus est prorsùs in orbe
* quam Præter quam colimus. * Quis nam Tirynthius iste,
Et Iouis hic vobis poterit præstare salutem?
Quos etiam barathri Stygialis pœna tenebit,
Feruida Plutonis comburet flamma perusti
Victima Vulcani fabricantis fulmina. Vester
Hic erit Augustus, quem Minos, vel Rhadamanthus
Omni iudicio condemnat. Vana quidem hæc est
Fabula vestrorum nugis comperta deorum:
At peiora satis vestros artus, animasque
Iohan.5. Debita nequitijs tantis tormenta manebunt,
Quorum nullus erit post omnia secula finis:
Quosque putatis vt insanos vinciquè, moriquè
Sap.3. Tormentis actos, cælestis curia sertis
Vsque coronabit non deficientibus vnquàm:
Hos Deus in mundo, velut in fornacibus aurum
Artifices docti, probat: horum spectat agones,
Et vincentibus his habitis meliora rependet,
Pro terra cælum, modico pro tempore vitæ
Apoc.7. Viuere perpetuum, pro natis cuncta polorum
Agmina, pro rebus paradisi gaudia summa:
Non sitient, non esurient, non percutientur
Sole, vel æstu, clamor, luctus, non dolor vllus
Amplius ex illis quenquam turbare valebit:
Cumque dies torum concusserit vltimus orbem,
Multi credùt in Christum & baptizantur. Censores mundi Christo cum principe fient.
Maxima pars plebis, sanctis dicentibus ista,
Grande sacramentum fidei baptisma recepit.
Dicagè, Florenti, dat donatiua ministris
Alcides proprijs, tantis æquanda triumphis?
Qui sibi, nec tibi defunctus valet auxiliari,
Vtque suis verbis vtar, qui dura Leonis
Contriuerat facili, dum viueret, ora labore,
Perculit & Cacum proflantem fortiùs Aetna,
Atque renascentem totiès prostrauerat Hydram,
Fregerat Anthęum procùl à tellure retentum,
Quisque suis omnem subiecit viribus orbem,
Non potuit vestis Centauri sanguine tinctæ,
Pellicis inuectæ, quam Deianira furore
Texuerat, solita virtute leuare dolorem.
Sic ait: O varios, validos & passe labores,
Non te Centauri, non Cerberus atque gigantes,
Non, quæ fudisti, mouerunt monstra, sed arte
Fœmineaque manu moreris, furialis amictus
Viscera dilacerat, flatum pulmonibus haurit.
Iuppiter, in me nunc fulmen iace quæso coruscum,
Pascere, Iuno, meis, quas condis, cladibus: Hęc sunt

Quæ

Quæ nimis inuiso decuit donare nouercam:
Eripe me vitæ, corpusque laboribus aptum
Confice, non tibi iam de me sperare licebit.
Interea Rhetor præclarus, philosophusque, S. Cyprianus Carthaginensis Episcopus ad martyrium eos animat.
Post martyr Cyprianus fungebatur honore
Pontificatûs Ecclesiæ Carthaginensis.
Hic vbi tot fratrum sensit mirabile factum,
Orantem direxit eos ad se properare
Quantocyùs, patrio quos sic animauit amore!
Si respondendum vobis certantibus esset
Humana re, non etiam si cuncta darentur
Quæ sunt in mundo, morientes illa iuuarent.
Muneribus quis enim post mortem à talibus vsum
Expetat? Hæc quanuis se plùs vtentibus ipsa
Durent, intereunt tamen omnia: gloria vestra
Christus erit, Iesus merces, Deus ipse corona,
Quem iam confessi primordia religiosa
Fecistis: Constanter & hoc, quod restat, inite
Certamen: Corpus, crucis est quod morte redemptum,
Non timeat fustes: Quòd si mortalia membra
Stringuntur nexu non spiritus ille ligatur,
Qui cælum scandit, carnis statione relicta.
Pœna brevis, gladius si guttur fregerit, omnes
Mœroris curas in gaudia longa remutat.
Vos dignæ proles, dignisque parentibus ortæ
Estis, sicut in exemplo perpenditur almo,
Fructus nanque bonos bona semper germinat arbor. Matth.7.
Postquàm sic dixit, cunctis ætate priorem
Presbyterum fecit Donatum. Nec mora Felix Donatum presbyterũ, Felicem hypodiaconũ creat.
Hyppodiaconus est factus: quos intrepidanter
Vt tribuant ægris animis consulta salutis,
Accumulans fidei cultum cum pace suprema
Dimisit. Fratrum mox concio docta fidelis
Cunctorum morbos expellere cœpit ab vrbe,
Non medicinali ferro, nec melle, nec herbis, Claręt multis miraculis sancti martyres.
Vndè fit antidotum: Sed eis medicina probata
Christi nomen erat. Vim verbi non feret huius
Languor: ad hoc teter tenuit quos spiritus artus
Effugit obsessos, sanctisque dicata potestas
Se quoquè pellendi: quòd sit sermone, fatetur.
Hoc probat euentus. Quædam matrona senatrix
Nomine Restituta, domo plus, tristia multò
Signa ferens erat in vidua: spes vnica cuius
Filius immanes motusque ferebat acerbos
Dæmonis. Hic pueri clamabat ab ore furentis:
Huc nisi Donatus, Felix, & cætera fratrum
Concio conueniat, non hoc à vase recedam. Quædã matrona rogat sanctos fratres vt eijciant dęmonem ab obsesso filio.
Est ad eos missum: nam supplicium tolerare
Nati non poterat mater. Carthagine nondùm
Exierant missi, subitò cùm stare gregatim
Inueniunt sanctos: dicunt mandata precanter,
Vt placeat pueri tormenta videre, parentem
Solari propè casuram de limine vitæ.
Dat pietatis amor legatos esse sequendos.
Conuenêre domos fidutia maxima fratres,
Ducentes secum pellentes dæmona curas.
Restituta suis complens clamoribus æthra,
Ante pedes horum lachrymando corruit, orat

Dona-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Donatum, potiùs quem nomine prodit iniquus,
Felicemque sibi misereri, reddere natum,
Hostis quem vesanus habet, quem nocte dieque
Afficit, & lacerat, suffocat, territat, arctat.
Cui sancti dixêre: Deos quid posse putatis
Vestros? Cur non subueniunt pueroque tibique?
Nonne Iouem decuit succurrere casibus istis?
Cur hoc tale malum nec Apollinis arte leuatur?
Pauca Deodatus respondit ad ista Tribunus
Pacificis dictis: Vtinàm medicamina vestra
Prodessent, vt magnificè donis pretiosis
Donatos hodiè vos vrbs Carthago videret.
Sancta cohors risum tunc significando modestum
Talia spondentem sic est affata Tribunum:
Omnia quæ tellus, quæ pontus præstat, vt aër,
Vilia sunt valdè, nobis inhonesta putamus,
Et cunctis mortalibus: est hoc munere maius
Scilicet id, quo vera Dei titulatur imago:
Hic fuit eius naturæ, quò viuere semper
Deberet felix, ea sed vitiata prioris
Fecerat hunc miserum vitio natura parentis:
Quod fuit, est & idem, solumque manere beatè
Desijt, & meritò pœnas hinc & cruciatus
Sustinet æternos tandèm mens, carne relicta:
Cui nisi morte sua mundi spes vnica Christus,
Amissam nullus potuit reparare salutem,
Ad quam credentes ducit, reliquosque perenni
Concremat igne. Parum ne videtur, ab exitiali
Hos reuocare via? Ne nos certamus in ista,
Hic labor incumbit, plùs omni munere nobis
Ista placent, pluris facimus, quàm corpora, mentes.
Vos hac, quæ cinis est, tantùm de carne timetis,
Est quæ gemma, nihil pueri de mente doletis.
Spondeat hunc mater simulacra nefanda relictum
Ire, creatori seruituramque, videbis
Quòd dæmon fugiat, puerum nec torqueat vltrà.
Mater sic, potuit quàm festinantiùs, inquit:
Ex vobis quoniam pendet mea vita, salusque,
Spondeo facturam me iam quodcunque iubetis:
Confiteor Christum vestrum, quod protinùs omnis
Nostra domus faciet, tantùm mihi filius esto
Sanus. Nonne satìs paucis dixisse videtur?
Itur ad auxilium pueri, precibusque seorsùm
Atque diutiùs instatur. Promissa manentes
Intenti sunt conciues hinc, indè clientes,
Mater & illa sui nati confecta ruinis,
Sat tempestiuam seram putat esse medelam.
Surgit Donatus, fit lecto proximus ægri,
Et dicit: O Deus æternorum Christe creator,
Qui prolem Chananæapœnis eripuisti
Talibus, istius miseræ miserere dolores,
A te solamen, quod puro corde requirit,
Annue: progeniem proprium columenque decusque
Dæmonis è laqueo tetri dissolue maligno.
Finierat. Subitò rugiens ferus exilit hostis,
Indiciumque sui nullum fugiendo relinquit.
Insonuit lætata domus clamoribus: illuc
Vndiquè concursum fuerat: memorabile factum

Spondent se erecturos, si ea credere velit.

Eccè orationis virtus.

Expellitur dæmon ab obsesso.

Sanctorum

Sanctorum populi tollunt ad sydera plures,
Tale nihil quenquam dicunt fecisse deorum.
Sanatus terræ prostratus semina vitæ
Postulat æternæ, quæ mox data suscipit ipse.
Tunc mater Christo (Quid enim dubitaret?) adhæsit,
Et quod promisit, compleuit mente fideli.
Tum magnam populi diuina potentia partem
Traxit ad immensum patriæ cœlestis amorem.
Hincque suam fratrum repedat conuentus ad Vrbem,
Robore quassatas mentes firmare virili,
Néve labent, fidei fortes opponere muros.
Auribus hoc iam Roma suis, quibus omnia, sentit,
Et scelus approbat, atque nefas contemnere sacra
Tarpeij Iouis, & magni ius Cæsaris ipsum:
Hostiles animo motus, & iurgia captat
Non odij veteris, non cædis, non aliquantùm
Abstinet irarum, tanquàm Barchina propago
Pullulet, & porta modò sit cernenda Latina:
Disponit gladios, sanctorum viscera ferro
Præcipitem præceps scrutatum Valerianum
Dirigit: implent vt Carthaginis omnia plausu
Mœnia, tympana cum citharis, & barbitus, Vrbis
Præfectum venisse docent. Is tristis ad ædes
It Restitutæ, nam linea sanguinis alti
Regibus ex atauis inerat communis vtrique.
Clauserat illa domum sonitu concussa senatrix,
Officiumque Deo gratum, præconia laudis
Christicolis coniuncta choris, immensa ferebat.
Hanc ità Præfectus verbis affatur ineptis:
Ni consanguinitas, qua iungimur, ipsa vetaret,
Sacrilegam noster gladius te iure feriret,
Et fieres canibus, truncato vertice, pastus:
Euacuas leges, quibus est & subditus idem
Terrarum dominus Cæsar: libamina spernis,
Quæ teretem stabili conseruant fœdere mundum.
Quis tua vipereo cordis penetralia virus
Infecit? Quis & illustrem natalibus, atque
Forma, diuitijs, & sensu præcipitauit
Crimen in obscœnum? Veneris plùs luce coruscа
Ora quis obduxit tenebris? Vbi vestis & illa,
Quæ soleat aurato plumata nitescere cocco?
Quóve laborabas, vbi sunt gestamina cultús?
Non video digitos solito radiare hyacintho,
Vlla nec in flauos rutilantia serta capillos:
Te tam deiectam, tam vilem, tam tenebrosam
Numina fecerunt, hæc numina spreta rependunt.
Dixerat. Illa refert: Horas Præfecte fuisse
Me patris atque viri cùm diuitijs opulentam
Exoticarum rerum, tum fundis, domibusque:
Omnia penè dedi pro dulci prole tuenda,
Atrox quam dæmon vexabat. Nam ego Ianum,
Qui nunc Clusius est, nunc ipse Patultius idem,
Ridendum numen, donaui cum sale farre?
Et caricis Aristeum, boue culta Priapum?
Herbiferique rudi seruantem ruris asello?
Semicaprum capro Faunum? Titanaque tauro?
Alciden raptis? cautis immanibus orcum?
Mille Iouem vitulis? totidèm te falcifer agnis?

Mater cum filio credit.

Valerianus venit Carthaginē ad inquirēdum sanctos martyres.

Restituta matrona Valeriani cognata.

Nónne

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nónne racemifero feci ſolennia Baccho?
Multotiès etiam Veneri, Cereriq́ue litaui:
Sed mihi poſcenti non affuit vllus eorum.
Proh pudor à quibus auxilium decepta petebam,
Quorum pars ſtupris, pars cladibus antè vacabat,
Et furtis: alios Regno terriſq́ue repulſos,
Exuſtos alios, omnes & morte retentos
Nouimus. Eſt ſed vera ſalus medicinaq́ue Chriſtus,
Qui me ſeruauit, natum ſaluauit, auerni
Faucibus abſtraxit, meritis precibusq́ue ſuorum
Sanctorum, dæmon quos peſſimus omnibus horis
Nomine clamabat, quos & virtute ferebat
Præcipuos His auditis, Præfectus iniquus
Inquit: Dic vbi ſunt hi, quáve morentur in vrbe.
Cui ſic illa refert: Drumentinis potiuntur
Hoſpitijs. Victorem mox accire Tribunum
Præfectus iubet, & Drumentum dirigit, iſta
Mandans: Perge celer ſtipatus milite, ſæuos
Et fratres blaſphemantes decreta deorum
Omnimodis inquire, repertos colla catenis
Nexos, fac noſtrum præſentes ante tribunal.
Victor ad hoc animo faciendum tendit eodem,
Quo directus erat: ſed talibus excidit auſis
Aetherea virtute repreſſus, repperit omnes
Orantes, vultum quibus intulit ipſe minacem,
Hæc referens: O turba deis inuiſa ſupremis,
Vos, hominum crimen quo certiùs omne piatur,
Spernere libamen populos ſuadendo docetis.
Donatus reſpondit: Auarum ſpero putares
Plenum diuitijs, ſi nil conferret egenis:
Rebus abundamus, quas vos & habere deceret:
Hæ ſunt cæleſtes, damus has cupientibus omnes,
Sponte Deo viuo qui colla tumentia flectunt.
Victor ad hæc: Pòſt ergo Iouem qui credat & acrem
Non erit Alciden, ſi cuncti credimus iſtum
Eſſe Deum ſolum, quem dicitis. Indè beatus
Donatus dixit: Ratione probauimus apta,
Hos, Victor, non eſſe Deos. Hominum prior ætas
Antè pererrato quàm Cæli filius orbe
Saturnus naui Tuſcum veniſſet in amnem,
Montibus & ſyluis vitam ducebat agreſtem,
Moribus & rectis, potuq́ue ciboq́ue ferarum.
Hic docuit tam diſperſos & legibus vti,
Et ratione frui, Latium meritoq́ue vocari
Italiam, cuius tutus latuiſſet in oris.
Indè rudis Regem diuino cœpit honore
Laudibus & ſummis extollere concio, vel quòd
Struxerat huic animos humanis cultibus ipſe,
Vel quòd adulanti ſibi præmia grata ferebat.
Deniquè ſic charus proprijs cùm ciuibus eſſet,
Mortuus effigie quò donaretur acerna,
Eſt viſum populo, quæ teſtaretur amorem,
Imperiumq́ue ſuí: quem poſteritas coluiſſe
Dicitur, vt cupidos faceret de more ſequentes
Ad benè regnandum. Sic India maxima Bacchum,
Creta Iouem, Venerem Cyprus, plebs Delphica Phœbum,
Nobilis atque Samus Iunonem, Troiaq́ue Martem,
Alciden Lindus, ſacrauit Roma Quirinum.

Ea docet, chriſtũ filiũ ſuũ liberâſſe à dæmonio per merita ſanctorum fratrũ, deos verò gentiũ nihil poſſe.

Victor tribũs mittitur vt comprehendat martyres.

S. Donatus probat Iouẽ & cæteros, falſos eſſe deos.

Vt reliquos taceam, Saturnum pectore ſano
Eſſe Deum cenſes, qui nati ceſſerat iræ,
Qui pulſus Regno fugit, latuitq́ue tot annis?
Quòve modo credis non vim mortemq́ue timere,
Qui fugit, vt lateat? qui nullam ſperat habere,
Ad pelagi fluctus niſi confugiendo, ſalutem?
Quis Deus hic erat? Hinc ſequitur, quòd cella poteſtas
Natorum non ſit, cùm non fuit vlla parentis.
Ergò nec Alcides Deus eſt, nec Iuppiter ipſe.
At verè Deus eſt, cui nulla ſuperflua, nulla
Imperfecta valent, aut extera, prorsùs ineſſe.
Hic de materia nulla, nec pondere quouis
Mundanam molem tam mira condidit arte,
Caſibus addictam nullis, ſed creditur eius
Perpetua ratione regi, virtute tueri.
Hunc homines infelices cognoſcere nolunt,
In ſimulacrorum dum corda ſuperſtitione
Deponunt, & ſublimem, quem conditor idem
His dederat vultum, quo poſſent cernere cælum,
In terram flectunt potiùs, quæruntq́ue deorsùm,
Quod debent ſursùm. Quantùm ſit mente minutus,
Dicere quis poterit, ſtatuas qui poſcit, & orat?
Atque die toto ſuſpirat, ſupplicat, adſtat?
Aſſidet illis, ſiue ſtipem iacit, aut litat? Et cùm
Suſpiciat tanto ſtudio, qui fecerat illas,
Contemnit fabrum? Quæ res peruerſior iſta,
Si ſtatuarius eijcitur, ſtatuæ venerantur,
Quiq́ue deos fecit, votis non poſcitur vllis?
Quam've poteſtatem, quam vim retinere valebunt,
Cùm qui fecerit, haud habeat? Sed nec faber illis
Quos habuit ſenſus, audire, videre, aliosq́ue
Ferre quidem potuit. Viuum, qui viuere quærit,
Eſſe Deum credat: Moriatur nanque neceſſe eſt,
Qui ſe defunctis adiudicat. Eſt tibi, Victor,
De Ioue, vel reliquis dubitatio quælibet? Vna,
Victor ait, tantùm: cur effigies dare poſſunt
Supplicibus reſponſa ſuis? Nam quòd deitatis
Nil habeant penitùs, facili ratione probâſti
Donatus dixit: Res, de qua conſulis, hæc eſt
Humani generis deceptio, perniciesq́ue,
Vndè quod emergat, rationem ſi cupis, edam.
Has priùs in ſpecies quàm pontus, terra, poluſq́ue
Extarent, opifex rerum Deus arte ſuprema
Compoſuit Cherubin, Seraphin, necnon aliorum
Agmina ſpirituum: quos inter condecorauit
Sic mirabiliùs, ſic & precioſiùs vnum,
Eius ad ornatum reliqui quasì veſtis vt eſſent,
Quo precioſa animis tantorum gloria longè
Præcipuum faceret, cui non æquabilis eſſet.
Qui cùm ſic inter ſociorum caſtra niteret
Perſpicuè, ſtellas velut inter Luna minores,
Mox maieſtati diuinæ, qua fuerat tunc
Inferior tantùm, ſimilem ſe poſſe putauit
Atque parem fieri. Sed quid latet Omnipotentem?
Dum cupit hæc, cecidit, ſecum deiectus & ordo
Nequitiæ fuit eiuſdem: genus vndè creator
Protinùs humanum finxit tellure madenti,
Cui patriam, decus, & lucem præberet eorum:

Oſtẽdit hũc eſſe Deum, qui fecit cœlũ & terrã.

Miratur Victor, deos ſupplicibus dare reſpõſa.

Luciferi caſus cum ſuis adhærentibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Homo creatur, vt possideat diaboli locum. Gen. 2.

Id quoquè militiæ bonitatis amore ligatæ
Aequandum numero decreuit prole futura.
Principioque virûm cum coniuge protulit orbi,
Et posuit medijs paradisi in fructibus, illi
Mandans, Ex omni paradisi vescere ligno,
De ligno verò nè mande bonique malique,
In quo consistit nocitura scientia vitæ,
Mortis & intentans pœnam, si fortè fuisset
Hæc transgressus homo. Sed apostata spiritus ille
Vidit, & inuidit, doluitque, quòd vndè superbus
Decidit, humano generi locus ille daretur.
Tunc oculis Euæ dirum se vertit in anguem,
Arboris & vetitæ iciunia soluere fructu,
(Res erat hæc etenim pulcherrima) suasit, & illa
Decepit decepta virum: mox deliciarum
Cum consorte loco caruit, vitamque perennem
Qui fruiturus erat felix, nisi culpa fuisset,
Præcepti, pœnæ, vel muneris immemor idem
Perdidit, & mundo regioni mortis adhæsit.
Hoc ità confuso, lamentum, mœror, & angor,
Et dolor, obtrectatio, desperatio, luctus,
Aerumna, angor, solicitudo, molestia, languor,
Et metus, atque pudor, pauor, exanimatio, terror,
Ira, libido, odium discordia, si qua vel huius
Sunt generis, genus omne suum cepere: priusque
Post protoplasti delictum pestifer egit
Angelus immensum facinus liuoris iniqui,
Perderet vt frater fratrem. Scelus indè, nefasque
Crimen, & omne malum Domino cælique solique
Inuisum docuit populos, tantumque subegit
Hos, vt adorarent, spreto factore, creata,
Aëra scilcet, & terram, pontumque, polumque,
Ignem, sydera, stellas, fontes, flumina, ventos,
Et nemora, & lapides, immania monstra ferarum,
Vel quicquid solui poterat: statuasque deorum,
Per quas deceptis responsa nociua referret,
Instituit, iussitque coli, sic impulit illos
In barathrum mortis, quo se miser excruciandum
Nouerat æternum. Fuit hoc miserabile cunctis
Ius mortalibus impositum, dum cunctipotentis
Filius, humanæ summa pietate ruinæ
Compatiens, mirabiliter de Virgine carnem
Sumpsit, & effuso precioso sanguine priscum
Soluit delictum, culmen credentibus atque
Præbuit, vndè priùs primi cecidêre parentes.
Hinc est, quòd Sathanas doctissimus arte nocendi,
Nam nec momento desistit perditus vno
Exercere nefas: regesque, ducesque, tribunos
Christum confessis multos facit esse tyrannos,
Vt pereat secura fides, quam sæpè doloris
Interitusque sui causam videt esse secundi.
Hic tuus, ô Victor, Iouis est, Saturnus, Apollo,
Hic Cyrrhæa quidem secreta retexit, & iste
Anseris horrenda Capitolia voce tuentis
Ignauum numen peiores vtpotè cunctis
Gentibus edocuit dominos seruire Quirites.
Nunc agè, nè cæcus furor hic te perdat & error
Tantis supplicijs, ex toto corde fatere

Peccat homo seductione diaboli Gen. 3.

Dæmon hominem docuit adorare simulacra per quæ responsa ei dedit.

Lapsus hominis per Christũ reparatur.

Esse Deum Christum, sacroque renascere fonte.
Victor vrà cuncto fratrum pia dicta senatu
Hæc sensit, cum militibus diuina salutis
Perpetuæ lætus suscepit munera. Longo
Cumque moram vetitam fecissent tempore, plures
Qui caperent illos Præfectus misit, & omnes
Compedibus nexos Carthaginis arce retrusit.
Iamque dies alius comitantes ocia somnos
Expulerat, roscis solaris stella quadrigis
Ibat in excelsum, sibi cùm iubet ante tribunal
Adduci sanctos acer Præfectus, eosque
Increpat his verbis: Summosque, hominesque, deosque
Iure quidem rebar studijs huc vsque colendos
Omnibus, irrita nec digitis incendere thura,
Vana nec orantem me soluere vota putabam.
Vos (vt comperimus) nixu quocunque valetis,
Exhibitos superis tot religionis honores
Temporibus cunctis, contemnitis, esseque nusquàm,
Nescio quo pacto tamen, hos impunè probatis.
O quotiès quotiès esset mihi cultus inanis
Victima perniciem, sed non latura salutem.
Talibus ipse fidem forsan nugis adhiberem,
Ni Iouis auxilijs mundus confideret omnis,
Illius & nutu Romana potentia semper
Mitteret indomitas sub fortia fœdera gentes.
Sed vos obtestor per cæli numina, qui nunc
Orbis ad exitium scelus hoc defenditis, vndè
Improba tam dirum primùm mens ista venenum
Hausit, & Herculei fœdum plùs sanguine monstri?
O pietas innata deis, quæ sola furentes
Blasphemosque reos non mortis damna ferendo
Perdit, sed patria tantùm bonitate monendo
Suffert: nam meritò vos iam palus illa teneret,
Quæ negat asscensus inferna petentibus vmbris,
Si quenquam superis hæc ob maledicta placeret
Perdere. Deniquè nos, quibus est iniuria nulla
Auribus iratis non admittenda deorum,
Dignos supplicijs decernimus omnibus illos,
Qui contra patrias leges pia sacra refutant.
Sacrificate deis, cesset vesania vestra
Vltrà diuinos animis audacibus, auxit
Quos dominus Cæsar terrarum, soluere cultus.
Sin aliter, per Cæsaream tormenta salutem
Præcipites acerrima vos sub tartara mergent.
Maximus hic furor est, insania maxima, crimen
Grande, scelusque nouum, cælestia numina cuidam
In cruce crudeli postponere morte perempto.
Finierat. Retulit Donatus verba quieto
Pectore, corde pio, facie vultuque sereno,
Fratribus adnitentibus: O Præfecte, refelli
Quàm facilè possis, conflictus hic ipse docebit.
Sacra deis vestris nunquàm facimus, neque thura
His incendimus: hunc proprijs infundat amorem
Supplicibus, quibus auxilium Tarpeius opemque
Fert Iouis ille suam, solito qui fulmine rupem
Terret: non odium nobis valet eius obesse,
Non amor ipse quidem, non trux valet ira timorem
Addere: si qua tibi vis est, licet experiaris

Credit Victor cũ suis militibus in Christum.

Sancti martyres ad tribunal Præfecti sistuntur.

Egregiũ S. Donati ad iudicem responsum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vtrùm dæmonibus possit plebs cedere Christi.
Sed volumus te nôsse, quòd hoc certamine cuncti
Possumus occidi, vinci non possumus, & quòd
Defunctus nostrùm fuerit quicunque, superstes
Fortior apparebit, erit victoria nostra,
Virtus nostra, vigor noster, nostrumque trophæum
Crux Christi, quod polluto scelus ore vocâsti.
Infremuit Præfectus ad hæc: Tunc mandat in omnes
Fustibus hos animaduerti. Constanter ad ictus
Corpora multiplices tenduntur sacra, cutisque
Scinditur, atteritur caro, sanguis defluit, ossa
Franguntur, nudantur viscera, spesque, fidesque,
Et dilectio sola manent, quæ tam cruciatus
Immanes superant: tantùm sunt dulcia Christi
Præmia militibus. Post ista pericula tetro
Carceris & diro sancti religantur in antro,
Vt Regi, si res sinat, omnes Maximiano
Repræsententur: media cùm nocte repentè
Cælesti fulsit custodia lumine, quod non
Lumina custodum valuerunt ferre, sed vnus
Ex his dum studiosiùs intendit, profitetur
Amisisse suum: factumque stupentibus ipsis,
Angelus in tantis fulgens splendoribus inquit:
Misit me Dominus dissoluere vincula vestra.
Dixerat, & subitò, quibus arctabantur eorum
Colla, manusque, pedes, ruptæ cecidêre catenæ.
His mirabilibus Carthago superba mouetur,
Exultat populus, collaudat & omnipotentis
Christi virtutem, sanctos veneratur: iniquum,
Immanem, sæuum, violentum, carnificemque
Dicit Præfectum, cuius furor impietatum
Transcendit metas, humanæ rupit & ipsa
Fœdera naturæ, quem mentis non pudor vllus
A scelerum tanto valuit reuocare reatu.
Senserat attonitus populari voce tyrannus
Ciuibus execrabile factum displicuisse,
Mœnibus atque viris illustrem fortibus vrbem
Coniurare timet, vel, quod solet ipsa, rebellis
Nè fiat, nè plùs noceat, nè deniquè contrà
Arma furor reparet, timido tum pectore curas
Colligit ingentes: & secum mente volutat,
Quid sit opùs facto, nec eum suffragia possunt
Vlla, fugam præter, causà quacunque tueri.
Noctis ad ingressum nauem de littore solui
Secretò iubet, & trucius dubium variumque
Carpit iter pelagi, nocturna silentia rixæ
Eripuêre metus, & cuius luce potiri
Non potuit, tandèm tenebroso tempore sumpsit
Noctis amicus opem: nullum formidinis vltrà
Stare locum reputauit amens, sed perdere sacra
Intrepidus sæuis deuouit corpora pœnis.
Prospera gauisi, sicut rebantur, in altum
Vela dabant nautæ, procùl & Carthaginis altæ
Mœnibus abducti gratam tribuêre quietem
Corporibus fessis: subitò cùm turbidus Auster
Aëra concutiens rutilantia luce serena
Sydera condensis & nubibus abdidit atris,
Flatibus horrisonis vasti maris vnda procellis

Fustibus cæduntur SS. martyres.

In carcerē detrudūtur.

Angelus Domini dissoluit eorum vincula.

Tota ciuitas hoc mouetur miraculo.

Fugit Præfectus nocte media, assumptis secū sanctis fratribus.

Intumuit.

Intumuit. Trepidæ nauis tunc rector in omnes
Clamat, vt euigilent, pelagique proreuia, monstrat,
Quanta paret, totumque polum Zephyrisque nothisque,
Et mare confusum, nescit qua parte carinam
Obuertat: ferit hanc contrarius vndiquè ventus.
Ensifer Orion sydus trepidabile nautis
Solus habet cælum, dux quæ solet esse viarum
Congrua temonis non lucet stella minoris:
Omnibus efficitur momentis sæuior ira
Ponti: puppe, simul prora dextraque sinistra
Intrat parte fretum, desperat quisque salutis
Auxilium. Iam Præfectum suprema minantem
Pœnitet aufugij, superos, Acherontaque poscit,
Votaque decernit non perficientia quicquam.
Vertitur ad sanctos, si fortè iuuamina ferre
Possent in tanto casu: tandèm vocat omnes
Nominibus fratres, rogat hos, oratque superna,
Quam profitebantur, virtute fugare procellas.
Cui mox arcano sic reddunt pectore voces
Donatus, Felixque sacras: Præfecte, nocentem
Si te numinibus, quæ cunctis excolis horis,
Omne scelus faceret, non plùs irata nocere
Deberent meritò tibi, quàm tot mortibus vltrà:
Nec dici fas est, vt iusti quidlibet in se
Obtineant, operantibus illis si modò credas
Euenisse nefas tantum: sed credere quenquam
Mente quidem sanum nequaquàm posse putamus,
Vt bona, vel mala, quæ non sunt, tua numina præstent.
Ergò superstitiosa nimis cultura recedat
Prorsùs, & à solito læsum libamine pectus
Facures, Christumque colas, simulacra refutes,
Vt quòd te pudeat quæ dæmonis arte maligna
Feceris, hinc certè maris indignatio cessat.
Et Præfectus ad hæc: Mihi res hæc iusta videtur,
Numen adorari, quod tanta pericula soluit:
Nec tam praua mihi mens est, nec dira voluntas,
Vt cuius fuero liber virtutibus, illi
Ingratus fiam: tantùm nè corpora nostra
In tumulis tumulare suis mare possit iniquum,
Scilicet horrendo nè belua quælibet ore
Sorbeat, efficito precibus. Sic fatur: at illi
Protinùs incipiunt aures pulsare tonantis
Vocibus his: Elementorum dominator & author
Christe Deus, cui tam pelagi, quàm cætera rerum
Inclinat natura caput, quæ prodere nunquàm
Præter te potuit, proprias nec condere vires,
Has ponti depelle minas, non iusta tyrannum
Vltio, tot miseros non insipientia mergat,
Quanuis hoc meruisse suo pro crimine certum
Sit, tamen his emptis precio maiore cruoris
Vt fauceas instare licet, tu fons pietatis,
Spes solaminis, auxilij fiducia, vitæ
Subsidium, portus requiei, semita pacis,
Irradia miseris, pereuntibus auxiliare,
Erige labentes, mergentes excipe, sicut
Quondàm discipulos his casibus interituros.
Talibus in dictis condentia nubila cælum
Discedunt, vltrà nec tangere fluctibus audet

Periclitatur de vita, agitatus marinis fluctib⁹.

Poscit sanctorum suffragia.

Promittit se crediturum Christo, si p sanctorum orationes possit liberari à periculo.

Vide mirū orationis effectū, qua

Universidad de Deusto
Biblioteca

fugãt marinas procellas.

Aequoris ira ratem: leni componitur aura
Tunc facies pelagi, tumidi maris vnda paludis
Efficitur ſtagnum. Iam fletus omnis amaros
Nauita compeſcit, gaudetque timore fugato,
Se nimis horrendæ mortis fugiſſe ruinam
Sanctorum meritis, multique repentè ſecuti
Sunt Chriſtum: ſolus mendaci clamitat ore
Præfectus, virtute Iouis pacata videri
Aequora, ſeque Iouis tantùm munimine tutum,
Atque reſeruatum patriæ, conciuibus, aris.
Acta ratis velo, iuuentum validisque lacertis,
Felici curſu Siculis allabitur oris:
Præcipitis memores fluctûs, mirabile ducunt
Heſperiæ tetigiſſe ſolum, littusque tenentes
Optata potiuntur humo, ſpatiantur arena.
Indè venenatis tentat configere telis
Alloquij Præfectus amens penetralia caſta
Sanctorum, ſtabili promittens fœdere, tantùm
Sacrificare Ioui placeat, fore ſemper amicos
Cæſaris, auctos diuitijs, & honoribus illis,
Quos nouit patribus Romanis ferre ſenatus.
Nil agis, ô Præfecte, putas corrumpere verbis,
Quos nôris pœnis nullis potuiſſe moueri.
Inconcuſſa fides non excutietur ab illis
Verborum phaleris, quam nec mucro remouebit,
Cùm ceruicibus inſtiterit vibratus eorum.
Viribus hinc iterùm nautę pro tempore ſumptis,
Altiùs æquoreas trepidantes ire per vndas
Proponunt, littus remis pulſare ſiniſtrum,
Perque Syracuſios portus, Catinoſque meando,
Meſſanos tandèm, ventis ſpirantibus, intrant.
Hincque renaſcenti tenebris Phaëthonte repulſis,
Regia Lucanis vrbs nobilitata colonis
Hos recipit: nec iam Præfecto, credere ponto
Seque ſuoſque, placet: via quæritur altera nulli
Cognita nauigio, tunc Imbritiamque Locroſque,
Quaque Cuſentinus ſuaues ager efflat odores,
Linquunt præcipiti curſu Scyllatia rura,
Et mare Tyrrhenum, Calabroſque notantia fines
Sanctorum ſenſêre pedes, ſenſêre catenas
Colla recuruantes gemmis meliora vel auro.
Extimuitque duces Aphrorum nomine priſco
Drumentina phalanx, forteſque potentia vidit
Atque triumphantes diſtinguens Apula rura
A Calabris & Lucanis. Vbi verba Tyrannus
In faſto recitanda die, reticenda nefaſto,
Sede tribunali dicturus, quatuor ex his
Officio citare iubet, qui ſic vocitati
Sunt, Arontius, Honoratus, Sabinianus,
Et Fortunatianus, quos conuenit amicis
Dictis: O quotiès monui vos cultibus vti,
Quos, ſua poſt ſuperos qui dat moderamina mundo,
Magnus amat Cæſar: ſi non inſania veſtram
Confundit mentem, vel nunc parere ſupremis
Thura cremando deis. Cui ſic Arontius inquit:
Vt dijs ſacrificet noſtrûm quem torſeris, optat
Pro Chriſto plecti, quàm viuere pro ſimulacris.
Vix benè deſierat, reliqui cùm torua minanti

Adſcribit votifragus Præfectus hoc miraculum Ioui.

Nititur blãditijs eos reuocare ad idolorũ culturam.

Quatuor fratres citãtur ad iudicis tribunal.

Præfecto

Præfecto referunt: Aliud nil dicimus vltrà,
Nec facimus, quàm quod fratris vox ſacra probauit.
Indignatus ad hæc veſana mente Tyrannus,
Hos iubet occidi quintæ ſub luce diei
Ante Kalendas Septembris. Pòſt in Venuſinam
Vrbem, alia redeunte die, venit: hîc quoquè fratres
Hi, Septiminus, Felix, Ianuariusque,
Conſolidata ſibi fidei documenta tenentes,
Et manifeſtantes virtutum præmia Chriſti,
Cæduntur gladio ſub eadem luce. Recedens
Indè Tyrannus Velimanum tendit, ibique
Plenus quæſitis epulis terraque marique,
Et vino, quod gemma capax, aurumque ferebat,
Plùs ſed adhuc ſitiens humani ſanguinis hauſtum,
Ante recumbentes allatos decapitari
Iuſſit Vitalem, Satorum, Repoſitumque,
Virgine ſub quarto ſolem referente Kalendas.
Vltima lux magno finem poſitura labori,
Magnanimos ſummosque duces, & robora belli,
Ad quæſita diù poſcebat præmia, cæli
Regia ſigniferi reliquos exceperat omnes,
Congaudete polo celebres, quos celſa triumphis
Curia ſupremis inter ſua ſceptra locauit,
Patritios fecit, Dictatoresque creauit,
Non, Capitolina velut eſt in rupe ſtatutum,
Semeſtri ſpatio, ſed tempore perpetuali.
Nam neque diuinis humana potentia rebus,
Nec honor æterno breuis eſt æquandus honori.
Conſulis ad culmen tendentem cura ſenatûs,
Plebis & aſſenſus magnis maioribus indè
Erigit officijs, intercurrentibus annis,
Et maieſtati tantæ ſic præbet honorem,
Vt tamen hic ſolo non ampliùs imperet anno.
Egregius Chriſti miles ſemèl omnia ſumit,
Omnia ſemper habet, prætoria iura, curules
Sedes, & ſummos apices: non temporis illi,
Non alius caſus, non ius, non vlla poteſtas
Auferet imperium. tanti ſunt quippè vigoris
Præmia perpetuis non deficientia gazis.
Euolat interea Præfectus versùs Ecanam
Vrbem, quam vulgus mutato nomine Troiam
Dicit, & in fundo quodam remoratur eundo.
Huius erat fundi perpaucis auribus vſa
Fama priùs, ſed martyrio præſtante decorem,
Terrarum, quà geſta ſonant, Sentianus vbique
Fertur, & eſt multis monumentum Relligionis.
Hic Donatus & alter Felix ſiſtere iuſſi,
Hoſtiles bello confringere vindice vires,
Atque coronari, ſed non nisì ſanguine fuſo,
Exoptant: non terret eos crudele Tyranni
Iudicium, non & Phalaris miſerabilis illa
Pœna, nec vngula diſcerpens penetralia, ſed nec
Anceps in iugulum gladius condendus: inane
Ducunt certamen, ſi ſeſe corpore nudo
Hoſtibus obiectent: orbem quàm vincere, plus eſt
His in agone mori: nôrunt ità nanque coronas
Germanos meruiſſe ſuas. His inclyta fratrum
Portio, quæ ſupereſt, Dominum firmata precatur:

Gladio cædũtur prænominati quatuor.

Itẽ alij ſex, diuerſis tamen tẽporibus.

Vides ſanctorũ animas poſt mortẽ recipiĩa cælo?

Venit Ecanam tyrannus cũ duobus fratrib⁹ ſupertſtitibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Oratio sanctorum Donati & Felicis ad Dominum.

Iustitiæ Deus omnipotens & amator & author,
Conscie votorum, pariles attende, labores
Fraterni placuêre tibi, placeant quoquè nostri,
Nec patiare tuo sumpti pro nomine belli
Victores non esse: duces, te remige, fratres
Quòd gratæ portum primi subiêre quietis,
Innumeras tibi nos agimus grates & habemus.
Hoc solum pietate tua concede, rogamus,
Vt quos vna fides, affectus, sanguis & vnus
Germanos fecit, meritum non separet vllum.

Accersit eos impius tyrannus ac publicè increpat.

Hæc inter Præfectus eos accersit, & ante
Armatas acies sic increpat ore minaci:
An ne duces scelerum vos estis, solicitantes
Fraternos animos mortem præferre saluti?
Ergò ne tam dirum putat improba vestra voluntas
Tot populos seruire deis? censeris & esse
Cælicolis libare nefas, quod Regna, quod vrbes
Innumeræ faciunt? Iam nunc primordio vestra
Quæ fuerint, res ipsa docet: peiora probabit
Infelicior euentus: mutate malignam
Mentem, peruersum simul & reprobabile scite
Præferri polluta sacris: desistite cœptis,
Pœniteatque negâsse deos, dum tempus habetis
Mutandi votum: sacros celebrate penates,
(Si dici fas est) quos Cæsar & orbis adorat,
Esse sacros: aliter sententia vos capitalis,
Vt reliquos, ferier. Sic fato fatur vterque,
Fisus nulla sibi contraria posse nocere:
A nobis moniti fratres felicibus armis
Perfidiam vicêre tuam: nos turpe putamus
Cedere, qui semper socios instruximus hostem
Vincere: pro nihilo tua ducimus omnia dicta,
Teque tuosque deos contemnimus, esse retrusos
Quos scimus barathro, non cæli sede locatos.
Cæca tibi rabies obtutus cordis ademit,
Nec verum spectare sinit: mendacia tantùm,
Quæ semèl admisit tunc in puerilibus annis,
Seruat adhuc pectus, quem non fortuna saporem,
Non valet ingenium, non immutare senectus.
Sed tamen hoc animi studio quòd iura tueris
In præfecturæ commisso munere, posses
Vel modicè tecum reputare, sceleста deorum
Gesta quid exhibeant: An non ibi furta leguntur?

Docet sancti, gentium deos sacrilegos fuisse homines.

Non & adulterijs maculata cubilia? scorta,
Iurgia, conflictus, periuria, damna, rapinæ,
Incestus, rixæ? pellex ibi filia matris?
Et pater est natæ coniux, fraterque sororis?
Hi possent habitare polum, quos vilis inopsque
Vrbs excluderet? Adde domicilium quibus ipsum
Dicuntur decorâsse modis immanibus, omnis
Atque feris plenus beluis ostenditur æther.
O decus occultum Tarpeium, qua ratione
Monstrorum sedes diuina putabitur ædes?
Quis pecudis vellus, quis Taurum parte latentem
Dimidia, quis Tyndaridas, Canerumque, Leonem,
Virginis & thalamum, Chelas, & Scorpion atrum,
Arcum non vnquàm vacuum stridente sagitta,
Illic imposuit? Capricornus, Aquarius, atque

Pisces

Pisces sunt ibi: Serpens cum geminis micat Arctis:
Pegasus, Eridanus, Centaurus, & Hydrus, & Argo
Illustrant cælum. sunt hæc credenda peritis,
Et dominis Terræ? Non vos fidei pudet huius?
Cornigeros tua Roma deos fallens, secus vndam
Fontis Auentini, quos nunc religauit, adorat:
Semicanemque virum colit, & phantasmata cælo
Credit & esse docet, nolentes credere multis
Supplicijs lacerat: quàm perdita, quàm furiosa
Sit, Præfecte, patet. Cur non reminiscitur eius,
Qui mare, qui terras sibi contulit atque subegit,
Arbitrio curanda suo, qui principiorum
Est ortus sine fine manens, qui protegit omnes
Inuicta virtute suos, qui fortibus aulam
Cælestem confert, nox non ibi lumina condit,
Non Sol iste diem facit: at sua omnia plena
Luce creatoris, cuius recreantur odore,
Affectu gaudent, pascuntur amore fideles.
Tunc Præfectus eos, feruenti concitus ira,
Suspendi manibus iussit post terga ligatis,
Torquerique diù clamantes: Sint tibi grates
O Iesu pie, qui nobis tormenta ferendi
Virtutem præbes. Instanti tempore noctis
Distulit immitis pœnis certare tyrannus,
Semineces nox vna leuat. Redeunte dici
Luce, cruenta deis libamina ferre iubentur.
Nolunt, nolentes deflectunt colla, minaci
Truncantur gladio, corpus mortale repellunt,
Mercedem sumunt æternam. Taliter ambo
Septembris primo, cum sole ruente, ruerunt,
Victuri cum Rege Deo, cum sole perenni.
Tunc Marcus præsul venerabilis vrbis Ecanæ,
Cum clero veniens, sanctorum corpora noctù
Detulit, & precij fundens opobalsama magni,
Atque peregrino peregrinis rebus odori
Permixtis studio, solennibus & celebratis
Exequijs, eadem veluti res tanta petebat,
Mœnibus in proprijs summo tumulauit honore.

Grauiter torquẽtur.

Capite plectuntur.

Honorificè sepeliuntur.

MARTYRIVM SANCTORVM ANICETI COMITIS, ET PHOTINI FRATRIS EIVS CVM *socijs, vt habetur in antiquissimo MS. codice.*

VM Diocletianus in ciuitate Nicomedia corã multitudine populorum Christianis diuersa genera tormentorum minaretur, si idolis non sacrificarent: quidã Comes nomine Anicetus, vir optimus, moribus & nobilitate generis præclarus, hoc modo Imperatori respondit: Mine tuę, Imperator, quas aduersùs Christianos proponis, nullum nobis timorem faciunt, & omnia tormenta tua quasi pro nihilo ducimus, nec ad cultũ idolorum inclinamur. Quod audiens Diocletianus, & constantiam verborum suorum non ferens, iussit ei linguam præcidi, & posteà neruis taurinis tam diù cædi, donèc eius viscera nudarentur. Inter hæc tormenta martyr Christi vultum tranquillum portabat, & in conspectu populi Christum voce magna prædicabat. Tunc Imperator furore repletus, iussit eum in theatrum portari, & ad eum fortissimum leonem mitti, qui

Septẽbris 2. Sæuit in Christiãos Diocletian⁹ Imperator.

Præciditur lingua S. Aniceti, & is neruis vapulat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Obijcitur leoni, nec lædítur.

qui currens ad sanctũ virum, guttas quas facieś eius distillabat ſuis pedibus leniter extergebat. Tunc sanctus Anicetus exclamans, dixit: Gratias tibi ago Domine Iesu Christe, qui me à dentibus huius bestiæ liberâsti: deprecor te, vt in reliquo certamine auxilium dexteræ tuæ mihi porrigas, quò possim sæuitiam tyranni vincere, & à te coronam accipere. Hac autem oratione fusa, terræmotus magnus factus est, in quo statua Herculis cecidit, & fanum ciuitatis corruens, plurimam multitudinem occidit. Quod audiens Imperator, iussit eum decollari. Sed spiculator volens eum decollare, in terram corruit, & immobilis steti. Videns hoc Diocletianus, dixit: Præparate rotam, & ignem substernentes, cum desuper alligate, vt velociter spiritum exhalet. Quo facto, sanctus Anicetus dixit: Domine Iesu Christe solue me de vinculo isto propter circunstates, nè terroribus deficiant, sed confortati contra tyrannũ, victoriæ coronam à te percipiant. Ad hæc orationem vincula destructa sunt, & ignis extinctus est. Post hęc iussit ollam plumbo repleri & igne succendi, & illuc sanctum Anicetum proijci. Quo facto, visus est Angelus cum martyre in ollam descendere, ad cuius aduentum frigida facta est.

Oratione statuã Herculis & fanũ ciuitatis euertit.

Ab igne & liquefacto plumbo nõ læditur.

Eodem tempore frater sancti Aniceti, nomine Photinus, cernens potentiam Christi circa fratrẽ suum, timore omni deposito & paratus pro Christi nomine pati, de turba, vt fratrem suum deoscularetur, cucurrit, & Imperatori dixit: Erubesce idolorum defensor, dijtui nihil sunt, paratus sum quoquè ipse pugnam ingredi, vt simul victoriæ coronam cum fratre meo à Christo consequi merear. Audiens hæc tyrannus, dixit: Percutiatur hic gladio. Spiculator autem cùm festinaret, vt eum percuteret, conuertens in se gladium, genua sibi præscidit, & in terram corruens expirauit. Imperator dixit: Mittantur in carcerem, donèc excogitem qua morte eos perdam. Igitur post tres dies Diocletianus martyribus sibi præsentatis dixit: Nunc mihi consentite. Si enim mihi consenseritis, honoribus & diuitijs vos ampliabo. Cui sancti responderunt: Honores tui ac diuitiæ sint tibi in perditionem. Tunc furens iussit candelas ad eorum latera poni & postèà lapidari. Adhuc impius sæuiens iussit eos ad equos indomitos ligari, & sic per diuersa loca trahi. Cumque traherentur, se inuicèm confortabant. Dei autem potentia equi temperati sunt, pedes sanctorum soluti, & ad confusionem inimici quasi in carruco sancti portarentur Deum glorificabant. Post hæc iussit carnes eorum sale condiri & in custodiam mitti. Triennio autem expectato, iussit publicas thermas per tres dies incendi, & illic sanctos mitti. Post dies verò duos custodes aperientes thermas, viderunt martyres sine vlla læsione ambulantes. Diocletiano venienti ad thermas sancti dixerunt: Nos in omni certamine victores sumus. Tu autem confusus, in Dei famulos pœnas excogita nouas. Tunc iussit magnum caminum fieri quo posset multam turbam Christianorum colligere. Quo præparato, Christiani multi cum vxoribus & pueris ad martyrium currentes, clamabant: Vnum Deum colimus, Christiani sumus. In caminum igitur æstuantem præcipitati, manus ad cælum leuantes, dixerunt: Gratias tibi agimus omnipotens Deus, qui nos per vnigenitum tum ad istud martyrium congregâsti. Extende quæsumus manum tuam & suscipe animas nostras in æternam requiem, quam confessoribus præparasti. Et hæc dicentes, animas Domino tradiderunt. Passi sunt autem sancti martyres Anicetus & Photinus cum alijs multis quarto Nonas Septembris.

Spiculatoris interitus

Varijs tormentis cruciãtur sancti martyres.

In thermis ardentibus nõ lędítur.

Camino ignis expositi Deo animas reddũt.

VITA SANCTISSIMÆ IDÆ, CONSCRIPTA AB VFFINGO MONACHO VVERTINENSI S. LVDGERI

PROLOGVS AVTHORIS.

Act. 10. Ephes. 6.

PIVS humanæ salutis prouisor Iesus Christus, qui operarios suos adhuc in vineam suam mittere non desinit, diuersis ab initio Ecclesiam suam sublimauit honoribus: dum innumera què gentilium voluit sanctorum suorum florere patrocinia, nec vllam terrarum partem donorum cælestium esse expertem, quo scriptum est: Reipsa comperio, quòd non sit personarum spectus apud Deum, sed in quauis gente, qui timet ipsum, & operatur iustitiam, is acceptus est illi. Quod vtiquè iam vespere mundi in beatissimæ

Dei famula Ida completum esse comperimus: Cuius (si Deus annuerit) sanctitatis indicia signorum stipulatione subnixa, prout possumus, enucleare gestimus. Quæ videlicet veneranda Christi ancilla, summo inter suos loco nata, tempore magni Regis Caroli clarissime refertur. Ex regali scilicet indole sanctarum virginum Odiliæ & Gertrudis filiæ sancti Pipini, quarum, si quis sanitatis indigus, salutiferas lipsanas frequentat, testem se protinùs recuperatæ sentiet sospitatis. Hæc itaque, vt in sequentibus dicemus, licèt coniugali lege constricta, nihil tamen cælestis sponsi prætulit amori, & ideò non solùm nullum pudicitiæ & castitatis damnum pertulit: immò centesimum fructum supernæ mercedis, cum primæ horæ conductoribus, victorum victrix, percipere meruit. Huius permulta miracula vel antiquitate temporum, vel scriptorum inopia obliterata, nobis manent incognita: illa verò quæ à personis idoneis diuulgata didicimus, modernis temporibus visu simul & auditu propalata, quanuis obtuso ingenio & imperito sermone, veraci tamen & simplici relatione, beatæ Idæ comite interuentu, conabimur explicare. Illorum nanque in veteri testamento non refutatur oblatio, qui post aurea & argentea, quæ à diuitibus in domo Dei offerebantur donaria, pelles etiam rubricatas & pilos caprarum deuota mente in thesauros Dei ad vsus legitimos transmiserunt. Ob hoc, summoperè huius codicilli lectorem obsecramus, nè si quid in hoc opusculo compositius indoctiúsve grammatico incedit tramite, temeritatis notam no-bis opponat, qui fortiora nobis aggressi, de ignauiæ nostrę nidulo saltem ad lucem respirare audeamus. Cæterùm degener stylus lineam historicæ prosequitur veritatis, cuius hinc felix sortiemur initium.

Exod. 35.

Iste Pipinus fuit Maior domûs Frãciæ, vt habetur in eius vita 21. Februarij. Matth. 19. & 20.

Egberrtus præfectus Caroli Magni grauissimè infirmatur.

Humanissimè à sancta Ida tractatur.

Succincta de præfecti Egberti morbo narratio. Cap. 1.

IN tempore quo victoriosissimus Imperator Carolus Saxonum & Francorum sceptra, multarumque gentium frena feliciter gubernabat, expeditio exercitûs, propter Galliarum seditionem, in Occidentem dirigitur: vbi tunc inter alios Orientis proceres, præfectus quidam Egberrus nomine aduenisse dicitur, qui grauissimam ibi incurrit ægritudinem. Cùm autem inualescente morbo penitùs se ab hac præfectura subtraheret, Imperator illum cuidam de suis summis ipsius loci primatibus procurandum diligentissimè commendauit. Erat enim prædicto Augusto, præ inuictæ constantiæ & prudentiæ præconijs, non mediocriter acceptus. Perlato ergò ad hospitium magna humanitate seruitur, quia & hanc eius infirmitatem, non ad vitæ pernicionem, sed ad rerum sequentium consummationem, ex diuina (vt liquet) prædestinatione credimus euenisse. Erat prefato Comiti, apud quem hospitabatur, vnica filia, Christo sibi dilecta, venusta fronte & egregia forma, quæ intantùm ægrotanti est compassa, vt per seipsam aliquotiès illi obsequendo, quantùm suam personam decuit, & eius vulcera oppalparet, & congrua doloribus exhiberet fomenta, cuius ipse solatio valdè delectabatur.

Septẽbris 4.

De recuperatione sanitatis domini Egberti. Cap. 2.

INterea Imperator rebus in tutũ compositis, victor reuersus, præcellentissimi sui Comitis haud immemor eãdem, qua illũ pridèm reliquerat, ciuitatem visitan di adijt gratia. Eumque iam per Dei saluantis gratiam & clementiam valentiorem, atque animatum aëria, reperit. Dumque mutuo aliquandiù colloquio fruerentur, inter sermocinandum illustris vir Egberrus, de præfatæ virginis nuptijs, principi suggessit: vt eius consilio, immò Dei auxilio, huius consequeretur effectum. Princeps verò de eius recuperatione, simul & postulatione multùm gauisus, & summa ad hoc assensum & parentum adeptus est fauorem, deditque illi in eisdem partibus multas possessiones de publico, quarenùs viciniori potentia soceris acceptior factus, non minori apud illos quàm in genitali solo præcelleret dignitate. Insuper etiam cunctis Saxonibus, qui inter Rhenum & Vuisurgim maximas fluminà inhabitant, ducem præfecit. Post hæc sponsam suam Christianissimam, ipse admodùm religiosus, cum Dei timore suscepit, & ab omni illa parentela honorificè

Carolus Imperator eũ visitat.

Egberꝰ petit sanctam Idam sibi dari vxorẽ.

Carolus Magnus dat illi multas terras prõ dote nuptiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

S. Ida nubit Egberto principi.

honorificè dimissus, ad sua commigrare decreuit, semper ad mentem reuocans, quantos cælitùs successus in illa peregrinatione sit adeptus, multasque saluatori Deo gratiarum reddidit actiones.

De hoc quòd in somnis Angelum audiuit de situ loci. Cap. 3.

QVadam die dum adhuc itineri insisterent, venerunt ad locum quendam iuxta Lupiam flumen, qui Saxonica lingua Hirutfeldt nuncupatur, amœnis nemoribus consitum, ibique inuenta non magna planitie, vespertino iam incumbente crepusculo, tentoria fixerunt, lassisque ex profectione somnos dabat herba subtres. Omnibus itaque alto sopore depressis, venerabili matronæ Idæ Angelum in somnis Dominus mittere dignatus est, qui post multa, quibus eam instruxit, monita, oratorium ibidèm ex suis sumptibus construendum prædixit, vbi Domino quandoquè liberiùs deseruiret, postque huius vitæ cursum consummarum illic ei Dominus remunerationis æternæ locum quietudinis vnà cum viro suo præfaga voce promisit. Illa mox diuina tacta compunctione, dum primum manè illuxit, domino suo, quæ angelico relato didicerat, plenissimè exposuit, à quo statim, qualiter ista animo eius viderentur, gratulabunda scisitatur. Qui dum verbis fidem ad omnia accommodaret, beata Ida solotenùs inclinata Domino, vt felicia cœpta ad calcem vsque perfecti operis perduceret, submissa voce rogabat. Non multò post in loco supradicto, vbi quondàm densissima syluarum obductione astra ipsa occultebantur, lapidea Basilica, opere polito construitur, ac in sanctæ Mariæ genitricis Dei honore, sanctique Germani Episcopi conserata est.

Visio sanctæ Idæ.

Cõstruitur ecclesia in honoré Mariæ virginis & S. Germani.

Quandò in prouinciam Dreni peruenit. Cap. 4.

AD illum nanque dicatum locum, qui est in pago Dreni in Lupiæ fluminis ripa, nonnulla illustris viri Egberti prædia respiciebant, vbi Deo dilecta matrona Ida frequentiùs commorari & semper recentibus in Dei cultu laboribus intentè consuescrat insudare. Studebat nihilominùs ex occasione copulæ carnalis Deo, quæ Dei erant, reddere, sic forinsecum amorem temperare, vt nullius leuitatis næuus rigorem animi eius potuisset obfuscare. Si enim, vt apostolicus sermo sonat, sanctificatur vir infidelis in muliere fideli: quanto magis vasa paria sanctitatis, alterutris emicant suffulta virtutum instructionibus? Quid super hoc conueniens tiùs profertur, quàm duobus in carne vna, vnam inesse spiritus sancti indiscissam operationem, quæ illos deforis connubiali iure connexos, ardentiori cælestium intùs inflammauit amore.

Grauitas eius. 1. Cor. 7.

De obitu domini Egberti. Cap. 5.

NOn paucis post hæc annis elapsis, militiæ suæ penso expleto, dominus Egbertus vir in Christo honorandus, humanis rebus excipitur, cuius spiritus mox cælorum palatinas sedes beatus hospes promeruit obtinere. Post cuius migrationem beata Ida quàm districtè tenerum corpus arctauerit, difficile dictu est: Quippè quæ totum spatium quod residuum fuit huic incolatui, incredibili & paucis imitabili duxit abstinentia, nunquàm mentis propositum à Dei cultu relaxans. Secundùm Apostoli dictum, mortificauit membra sua super terram ab omni illicito appetitu ventris & linguæ, omnemque eximiam pompam gloriæ, qua delicatissimè fuerat educata, ad nanciscenda laborum suorum emolumenta feliciter immutauit. Quæque verò de redditibus in matrimonio eius annuatim reseruauit, ea ad pauperum vsum in cælestes apothecas reposuit, metuens nè parcè seminans, parcè & meteret: propterea seminauit in benedictione, quod in posterum centenis manipulis in area vniuersalis messionis lætabunda triturauit. Et vt supernorum meditatione arctiùs occuparetur, in præfatæ ecclesiæ plaga meridiana, contiguam eius parieti porticum construxit, in qua remotiùs orare & à vulgari strepitu immunis conuersari posset, vbi dominus Egbertus laudandæ memoriæ conditor pausat.

Obit dominus Egbertꝰ maritus eiꝰ.

Castigat corpus suũ beata Ida multis abstinentijs. Colos. 3.

Vacat misericordiæ operibus. 2. Cor. 9.

Itém contẽplationi & orationibus.

Quantis profectibus sancta Ida vitam suam ornauerit. Cap. 6.

MArmoreum sibi sarcophagum longè ante obitum iussit præparari ob incerti temporis momentum, quem duabus quotidiè vicibus, quandiù superuixit, diuersis alimentorum aliarúmve rerum impensis summotenùs impleuit, & viduis carentibus hilariter distribuit. Verè beata, quæ intellexit super egenum & pauperem, & fregit ei panem suum, vt in die mala liberet eam Dominus. Excubiarum & orationum priuata studia, quæ satis dignè textûs descriptio delineabit? Sufficiat tantùm humanæ curiositati, de his quæ foris gessit mirari. Ea verò quæ sub obtentu exteriorum in solius Domini prospectu clandestinis sudoribus peregit, cuius vbana sufficiat enarrare facundia? Theoricæ quippè intenta disciplinæ, nunquàm extra ianuam quam incoluit cellæ, pedem fertur amouisse: saluo eo dum inopum stipendijs deseruiret, semper factis imitans quod scriptum est: Redemptio animę, propriæ diuitiæ. Talibus virtutum prærogatiuis sacrosanctum suum adornauit velamen. Necnon inter agendum cautissimè studuit popularem vitare fauorem, firmissimam in cælis spei anchoram figens, fragosa seculi obstacula fidei thorace, quasi tuta carina tranauit, vt ad plenam perfectionis (quæ Deus est) pertingeret charitatem.

Ecce quàm fuerit solitaria. Prouer. 13.

Quomodò de hac vita transmigrârit. Cap. 7.

HIs ad desiderabilem finem perductis, cùm remunerator omnium Deus turtûrem suam ad altiora volare disponeret, vt post tristia lethi, in arduis cæli excellentiùs nidificaret, molesta vitalium valetudine acriter pulsata, horam præsentis vltimam. Et accito presbytero suo nomine Bertgero, sibi iustis ex causis fidissimo, pluribusque seruis Dei, preces eorum expostulat, vtque in ipso pausæ suæ articulo ducatum viæ ad Dominum illi impetrent, profusis lachrymis precatur. Factum est, oratum est, de cælis auditum est, quod iam olim prædestinatum est. Hac reuerenda orationis clausula carnali fasce laxata, spiritum amatori suo Christo transmisit, beata perennitate cum cælicis agminibus in æthere fruiturum. O inexhausta saluatoris largitio, quàm magna super omnia eius miseratio, sine cuius nutu nec folium arboris incassum defluit, cuius immissione tam sublimiũ natalium propago, cunctis quæ illicita essent reiectis, veræ viti inhæsit, vt in regno Dei multorum palmitum vindemias carpere mereretur. Positum est autem sacrosanctum corpus cum pijs laudibus in arcam saxeam, quam suprà retulimus, & in ipsa portiũ, qua se diuino cultui mancipauit, honorificè tumulatur, vbi attestantibus meritis, qualiter apud Deum habeatur, lucidissimè eatenùs comprobatur.

Feliciter obdormit in Domino.

Honorificè sepelitur.

De Bertgero presbytero, & obitu eius. Cap. 8.

FRat autem præfatus Bertgerus ex illorum contubernio, quos beata Ida primùm de Gallijs secum aduexerat, vir religiosæ conuersationis & probatæ castitatis: Quippè eorum disciplinis informatus, qui in lege Dei sui sine querela incesserant, qui etiam ipsam ecclesiam & sacra mausolea, aliquot annis strenuissimè diuinis humanisque obsequijs excoluit, honorauit, & venustauit. De quo & illud per fidelium ora diffamatum est, quia inter cærera grauitatis eius insignia nunquàm in suis tectis muliebrem personam aut commorari aut domesticis vsibus inseruire consensit: ideoque contra æmulum dimicans castitatis, omnem occasionisaditum non solùm præcauere, sed & radicitùs extirpare curauit. Cui etiam ob tantam cordis innocentiam à Deo collatum esse fertur, extremam vitæ horam præscire, quod eo magis liquet, quia ipso quo obiturus erat die, Missarum ex more sacramenta consummauit, ac mox Dominico consignatus viatico, in ipsis vestibus sacerdotalibus ante sanctum altare animam reddidit creatori, & prope sanctæ Idæ tumbam dignè humatus est. Vt enim tam medicabilis glebæ consortium obtinuerit, magnum quoddam fortasse, quod eum commendaret, iustitiæ meritum præcessit.

Bertgerus presbyter qualis fuerit.

Omnẽ mulierem à sua domo exclusit.

Feliciter obit, ac prope S. Idam sepelitur.

De effossione infantis. Cap. 9.

POst hæc autem cùm ipse locus ab alijs hæreditaria successione possideretur, & ob præsidentiũ incuriam vilitatibus obsolescere cœpisset, continuò benignus Dominus sanctæ famulæ suæ merita Idæ, ad castigationem improborum, terribili parefecit euentu. Nam præclari Comitis Ludolphi amabilis soboles, dum adhuc in albis ab hac luce raperetur, ad eandem ecclesiam defertur. Et quia sanctæ Dei opinio necdùm in aperto emicuit, penès eam pusionẽ sepeliêrunt, qui die sequenti de tumulo extractus, ante ianuam vestibuli inuenitur in quo erat inclusus. Stupefacti, quibus res erat commissa, corpusculum denuò pristino loco abdiderunt, quod nihilominùs inuisibili iterùm violentia eminùs proiectum repererunt. Obstinatis ergò, animis incassum laborem prestigijs imputantes, tertiam vicem audenter auxerunt. Sed inuanùm vires expenderunt: quia quod hesterno labore fuerat

Quãtæ sanctitatis hæc matrona extiterit, effossio iltius pueri protestatur.

Psal. 40.

Universidad de Deusto
Biblioteca

oppilatum,tunc in extremo atrij angulo viderunt euulsum. Quo demùm pudore mulctati,ibidèm terræ commiserunt. Hoc prorsùs formidabili portento claruit, quanta prouectione beata Ida in cælis vtatur,cuius sepulcrum Deus nullo carnalis corruptelæ fœtore in terris zelatus est maculari.

Oratorium beatæ Idæ à paganis non potuit concremari. Cap. 10.

EA tempestate,qua Hungariorum gens detestanda cuncta incendio absumpsit, præfatæ quoquè sanctæ Idæ oratorium nefanda legio adijt, cruces, capsulas, & omnem ornatum ecclesiasticum deprædati sunt. Deindè in altiora scandentes,focos nonnullos in laquearibus construxerunt: sed virtute Dei carbo sopitus, nulla flammarum incrementa haurire valuit,excepto quòd raras quasque tabulas insidendo peredit,per quas sine mora in inferiora dilapsus est. Huic operi frustrà incumbẽtes peruicaci conatu nolarium aggressi sunt,campanas saltem deposituri: sed ad has inuanùm cucurrerunt, quia eas nullis argumentis enodare potuerunt.

Precibus S. Idæ, ignis extinguitur & hostes fugantur.

Hi nanque (vt legitur) ignorant iusto,sed semper viuere rapto, omnia sub fraude deducunt tempora vitæ. Tandèm victæ pertinaciæ & virium elumbes effecti, aliquid ibi esse diuinitatis suspicati sunt: ac mox solius fugæ cupidi, pedibus talaria nectunt. Quæ autem vi diripuerunt,post illorum fugam in castris reperta sunt, & suo loco incolis omnia restituta. Tunc omnium ora in laudes summi protectoris generaliter prorumpunt,dum tam euidenti indicio sanctæ Idæ præsidia præsentialiter cernunt.

De muliere quæ vestem clàm surripuit. Cap. 11.

DVm igitur radios sanctitatis eius latiùs fauorabilis fereret rumor, multique ob experiendæ salutis votum,ad sepulcrum illius confluxissent, forte accidit aduenientibus viatoribus sarcinulas suas foris porticũ deponere, vt quid quisque ex suo deferendum haberet, liquidiùs perspecto,pòst expeditior ad procedendum fieret. Quædam autem ex illis muliercula dum sua marsupia euacuare cœpisset, stimulis cupiditatis agitata,comiti suæ furata est camisiam: & aliter eam occultare nescia,sub propria obstruit veste,seque simulata religionis specie orantibus miscuit. Illa verò quæ damnum accepit,cuncta oculis peruagando, hostilem faciem citiùs deprehendit,ipsamque ream sceleris coram omnibus impetere cœpit. Tunc infelix fœmina amenti similima,quò se verteret æstuat anceps,fugæque confidere, tutissimum rata est esse consilium. Fit virorum constipatio, vbi talis auditur acclamatio. Iamque illa miserrima (spatio euadẽdi adempto) sepem,qua cœmeterium ecclesiæ ambiebatur,moribunda insiluit,quæ mox acutissima fuda transfecta,ilinis omnibus euiscerata,ibidèm patrati sacrilegij pœnas luit, cunctis hominibus horrendum præbens exemplum. Dispari quippè vice tale commissum expiari crederetur,si non scelus solummodò,sed & dehonorationem loci cælestis seueritas zelaret. Sicut enim vberior ex hinc animis ratione iunctis compunctio,ità ediuersò inertibus & temerarijs maior confusio & horror incussus est.

Sacrilega sui criminis pœnas luit.

Restitutio aridæ manûs mulieris. Cap. 12.

IN prouincia Dreni mulier fuit,Eggua vocitata, cui dextera manus in volam plicata ac penè fuerat arefacta,& ob huiusmodi incommodum multos annos seriata,cui quadam nocte in somnis dictum est,vt instàr semiuiuæ manum cereum formando exprimeret,& ad sanctæ Idæ tumulum deferret, ibique orationum contenuaret instantiam. Quæ ilicò intellecta veritatis serie, iter optatum maturare haud segniter cœpit,plantis agilitatem voti auiditas ministrat, æstuatque currendo longos breuiare calles. Quò dum festinatò veniens,luctuosis singultibus opem

Eccè pium vsum in ecclesia luminaria accẽdendi.

medicaminis flagitâsset,& luminaria ob sanctorum reuerentiam, propter quos & ad quos venerat supplicatura, accendisset, salubriori vsa consilio, ibidèm permandi permissum impetrauit,ac mox solitum manûs vigorem secundùm pernegam sponsionem per Dei auxilium ex integro recepit. Sentiens verò postmodùm sese maiore quotidiè inedia premi,eò quòd pridèm sub mendicitatis obtextu, non stipem tantùm,sed & quæstum adipisci consueisceret: diabolicis tendiculis irretita,finitima rura deserit,& vbi facilè dignosci nequiuerat,nefaria simulatione mentitur vncam. Nec talis vltorem mali Dominum latuêre doli, cuius iusto examine vltronea fraus haud impunè præteritur: nam mox recenti dono frustrata,in pristinũ deformitatis statum,vt priùs suaptè,sic tunc redigitur coactè. Aequa-

Sanatur arida mulieris cuiusdam.

Redit infirmitas.

vriquè vice tanta libratur peruicacia,vt quæ dono Dei pauperior fieri verebatur, geminum postèa experiretur.

De curatione hydropicæ. Cap. 13.

ADducta est etiam ad eundem locũ alia mulier hydropica valetudine horribiliter affecta,quę tãtùm distento tumuit ventre,vt vix per vllũ ostium prępediente mole corporis potuerit efferri. Magna ergò difficultate sacrã ędẽ intrãtes qui illã eò euexerãt, nocturnas ibi excubias cũ ipsâ & pro ipsa celebrant, lachrymis sepulcrũ, precibusq; ęthera pulsant. Necdùm postera illuxit aurora, & totus lethalis humor de illa fœtidissima lacuna effluxit,& omne pauimentũ,àc si de grãdi tumba aqua euerteretur,excussa perfudit alluuies. Quę statìm laxata cute & vẽtre vacuatò ità leuis est effecta,veluti nũquàm tam enormis sarcinę fastidia ptulisset. Ad sua deindè plùs solitò gratulabũda redijt,quę olìm hãc exosa lucẽ iam in extrema pendebat margine lethi,nec vltrà per sanctę Idę merita istiusmodi infestabatur passione.

Sanatur hydropica.

De sanitate quam monialis quædam ibi consequuta est. Cap. 14.

VIculus est non grandis in Nordegoa Seudinon vocatus, vbi quædã sanctimonialis Vuerẽsuidis nomine,honestę inter suos opinionis habebatur. Hęc artiũ compaginũ destitutione per quinquennium anxiè torquebatur, & quoquè necessitas viarũ medẽdi causa appulit,aut sago vel alio gestatorio portari ẽsueuerat. Cui etiã Angelico oraculo in visione pręcipitur,salutifera venerabilis Idę limina petere, & nullã reformandę sospitatis diffidentiam fide comitante habere. Hac reuelatione multùm exhilarata,fratrẽ ilicò suum omnesq; quos poterat cõsanguineos accersiuit,quale sibi consilium,diuinũ contulerit vaticinium, alacriter explicat, & vt cupito itineri ocyùs subuenirent, æstuanter precatur. Fauent cuncti eius suggestionibus,ad fertilem signorũ deducta est locũ, & diem illum ac noctem in orationis studio peruigiles expenderunt. Cùm verò iam dies albescerẽ videretur,cœpit pristina virtus sensim reuiuiscere per venas,fibrarũ connexio dissociatos cõglutinat artus, totaq; compositio membrorũ iteratò reuertitur. Missarum deindè precibus inchoatis, tantum roboris accepit,vt per seipsam oblationes presbytero redderę,& psalteriũ proprijs potuisset manibus retinere. Prodijt mox in publicum tam stupendum miraculum: ab vtroque sexu mixtim concentus attollitur,tantoque propensiùs,quanto magis sanctæ Idæ Dei ancillæ suffragia visibiliter agnouerunt. Remeat mulier insueto gressu ad currum suum,(erat enim de nobilibus)& paruo pòst momento perfectè recuperata conualuit.

Sanatur alia quædã contracta.

De eo qui auditum perditum recepit. Cap. 15.

IN pago Pedargoa homo quidam cephalalgiæ concussione nimis vexabatur, ex cuius intolerabili infestatione per totum decennij spatium auditûs priuatus fuerat vsu. Quem in somnis (vt ipsi videbatur) venustæ formæ & niuei amictûs fœmina compellat,quę cum Crucem ligneam moliri,in qua capitis sui imago figeretur, clementer edocuit, quam ad sæpè dictum oratorium cum amicissimis sibi fidelibus pro sui deferret restauratione. Expergefactus de somno, iussa perficere nõ distulit, & fido comitatu, quò fama sanitatum proditrix persuaserat, cursum flectere cœpit. Iam verò mediantis viæ terminum transgressi,sinistrę quidem auris obturatio reseratur,altera adhuc prisco stupore concluſa, & per hoc mirabile indicium meliora ausi sperare,residuum viæ,Kyrieeleison cantando,peregerunt. Ad atrium interim psallentium turba peruenit,dum eccè dextera auris subitò crepuit,velutì fermentum torridum subitò frangeretur,ità vt euicinò adstantes stupore hebetati,hunc ibidèm coniectarent supremo vitæ periculo citiùs occasurum: à quo crepitu mox tabifluus de aure humor cœpit emanare,totaque discessit sanies, donèc venenoso liquore penitùs egesto,rediuiuo rursùs auditu donatur,veris euentibus somnij assertionem in seipso expertus. Hoc certè miraculum non rarus quilibet inspector,sed omnis penè plebecula,quæ ad ecclesiam solenniter cursitauit,ad declarationem meritorum beatæ Idæ cognouit ostensum.

Visio surdi cuiusdam.

Surdo redditur auditus.

De cæca illuminata. Cap. 16.

COngruit superioribus miraculis illud quoquè,quod sub præscripti oratori religioso presbytero Bilone ad nostram notitiam per multorum ora volitauit. Tempore quodam cùm plurimi ad easdẽ dicatas reliquias cateruatìm confluxissent, mulier capta oculis etiam interfuit,quæ eo magis præ cæteris intentiùs ora-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nit,quo visibilium rerum maiori affligebatur dispendio. Cùm verò Missarum celebratio circa horam tertiam ageretur, cœpit illa magnis precibus circumstantes expoſcere,vt presbyterum ad se facerent venire: quo præsentato, sic eum mulier percontatur: Est ne (vt reor,aut visus me fefellit) quòd alba & stola nunc sis indutus? Ille ità vt dixerat veraciter esse affirmauit. At illa, Et ego, inquit, nec talem vestis candorem,nec vllum omninò colorem per viginti annorum curricula meminerui videre,sed nunc per sanctorum istorum patrocinia clarè præsentem hîc pogr

ad non esse. Cuius gratia adiuti, residua adhuc miracula, prout quimus & in veritate sentimus, repetere studebimus.

Qualiter ædituus pro negligentia sanctorum sit correptus. Cap. 2.

REs quam explicare conamur, illis diebus accidisse refertur, quando prædictus Bilo nondum in presbyterum promotus est, sed apud Hertzfeldienses officium custodis administrauit, quem in eiusdem gremio loci quandiu vixerat, deuotis nouimus insudasse obsequijs. Magno enim illic à primæua ætate delectabatur amore, ac pro virium suarum modulo, si quid potuit, ibi honestatis impendit. Sabbatis quoque & cæterarum festiuitatum præcipuis vigilijs ecclesiam verrere, altaria obuelare, cereos accendere, ac beneolentibus herbis spargere humum consueuerat. Quem huiusmodi obedientiæ sedulò insistentem quadam nocte incognitæ personæ species in somno his verbis seueriter affatur: Benè quidem te & vtrè deseruis, sed valdè in hoc tua redarguenda est stolida temeritas, quia egestos quisquiliarum & purgamentorum ab ecclesia aceruos ad sanctorum tumulos effundis & salutiferam humum cœnosis sordibus profanare præsumis. Caue ergò, si saluti tuæ consulere velis, nè vlla ibi vlteriùs dehonoratio loci fiat. Huius scilicet piaculi se notabilem & ipse publicè professus est, & talibus elogijs reprehensum, cum iuramento affirmauit. Ille posteà cautè interdicta vitauit, sequeadmonitis comminantis monita emendatiorem in posterum dedit. Hinc benevolus lector diligenter animaduertat, qui sacra monumenta destinato animo profanare præsumit, quanta seueritatis censura sit plectendus, si & ipsi culpa impingitur, qui per ignauiam & non per malitiam (quantum nobis conijcere licet) contigua illis loca improuidè attrectauit? Ideò perspicuũ efficitur, quia Dominus custodit omnia ossa sanctorum, dum ea & in terris manent semper, & in Dei regno sine lethi pauore eorum nomina laudesque manebunt.

Sanctorum sepulcra, nõ sunt cœnosis sordibus profanãda.

Psal. 33.

Quomodò infantulus ad tumulum eius perducitur, & quid de eo gestum sit. Cap. 3.

Parit quædã serua insolitũ fœtũ.

MVlier quædam de Saxonia miserandæ prolis erat genitrix, cuius facies a primo natiuitatis ortu ad scapulas reflexa inconuertibili stringebatur rigiditate, monstri cuiusdam potiùs quàm hominis prætendens effigiem. Hæc portentuosa deformitas anxiæ matri luctuosa admodùm contulit suspiria, & tolerabilius arbitrabatur malum, si nunquàm puerperium pertulisset, quàm semper succrescentibus curis vixisset. Audita autem curationum gratia, quas per sanctam Idam languentibus Dominus clementer impartitur, dominam suam festinanter adijt, & illi infortunij sui euentum exposuit, atque vt eius adminiculo cupitum perageret iter, gemebunda popposcit. Paruit illa quò postulantis & quò æstuantis optio compulit, secum mulierem cum transuersa sobole adduxit, ac oratione præmissa, domina per se infantulum super altare locauit, hæc subitò obortis lachrymis inquiens: Si tua apud Deum interuentio, ô beata Ida, huius pusioli reformationem obtinere dignatur, tuo illum famulatui mancipandum protinus perpetuo iure condono. Hanc ilicò sponsionem oratio, & orationem exauditio comitabatur. Nam sub horulæ ipsius interstitio, cunctis intuentibus infantis cerula repentina ratione reflectitur, vultusque in suum compactus statum decenter ornatur, nulla ex hinc prioris damni stigmata monstrans. Minor mox in expletis votis non fuit acceleratio, quàm in agendis Deo laudibus acclamatio, ac laetis successibus domum se conferentes, Dei circunquaquè magnalia disseminatrigebant.

Offert domina suę famulæ prolẽ beatæ Idæ.

Infans restituitur integritati.

De eo qui pedem cum tibia habebat ad posteriora retortum. Cap. 4.

ACcidit quoquè tempore quodam adolescẽtulum alium hũc adduci, cuidextrum crus cum pede ità ad posteriora erat resupinatum, vt illud nullatenùs ad terram valuisset deponere. Ad huius miseriæ cumulum sinistri lateris vexationem non modicam patiebatur, ac per hoc omni penè sanitatis spe destitutus, non solummodò debilitatem, sed etiam inutilis membri pondus pro subsidio gestabat. Iste etiam pia parentum solicitudine coram venerabili transpositus virna, generali omnium consilio, voto se obligauit, vt si ambulandi poteſtate beatæ Idæ intercessione vtcunquè donaretur, eius famulitio semetipsum perpetuo iure obtulit, non differret. erat enim ex libera progenie natus. His conditionibus præfixis, postquàm

postquàm diù fuit oratum, impressus alieno loco pes paulatìm videbatur dilabi: ossis quoquè diutina ligatura laxatur, totaque lateralis compago vitali calore deliburata in pristinum vigorem animatur. Qui deindè processu temporis sanitate crescente, adeò conualuit, vt licèt claudicante adhuc pede per se gressum figere potuisset, ac non multò pòst sine baculi sustentaculo ab eo quem priùs portabat, ipse cœpit portari & portatorem suum benigno attrectauit intuitu. Promissi autem sui non immemor, pro resumpta sospitate in eodem loco sanctis seruiturus libera colla submisit, ac totum vitæ æuum in beatæ Idæ obsequio expendere decreuit.

Offert se quidam claud. S. Idæ.

Curatur à sua claudicatione.

Sanctæ Idæ gloriam, neminem perfectè enumerare posse. Cap. 5.

STupenda summi largitoris magnalia, quibus electos suos in terris mirificauit, ad dignè conscribendum valdè perplexa videntur, & quantum humana capacitas sensu apprehẽdit, ab omni indagationis calculo in prima admirationis fronte resiliunt. Si enim humana sapientia (etiamsi omnes suos neruos intendat) temporariam illam claritatem non sufficit de verbo ad verbum suis coloribus depingere, quanto minùs ipsam æternam perfectionem delineare poterit? Humanam quippe refugit notitiam, quàm magna multitudo dulcedinis cælestis his præparatur, qui Deum diligũt & colunt in veritate. Interìm innumera quoquè sanctorum millia, quæ per orbem quadrifidum orthodoxa veneratur religio, multò numerosior eorum æstimatur frequentia, qui mortalium cognitioni subtrahũtur & solius remuneratoris sui obtutibus irradiantur, nec tamen minimus eorum capillus despectui habetur: quanuis enim alij ab alijs propter obscuritatem famæ impariter impari perfruantur honore, omnes tamen pariter pari æternitate sublimantur in astris. Hinc & vernulam suam beatam Idam Dominus sub telluris aggere non passus est occultari, sed latitantẽ sub modio lucernam gratissimum multis speculum facere decreuit, vt eminentiori loco posita vastiores etiam sanitatis radios eminùs dilataret: Saxea scilicet arca, in qua veneranda eximiæ mulieris ossa recondita, terreque fuerunt commendata, inuisibili quadam mobilitate sursùm cœpit emergere, & quasi violentiam terrenæ molis dedignata, contra prementem se intrinsecus luctabatur, sicque per nonnullos annos sensim erumpendo, sese que liquidò intuentibus ostendit, donec funditùs ab humo sequestrata, in superficie pauimenti integra resedit. Tanto quippè deposito idoneum terra non inuenit hospitium, vndè & eius non præualuit sufferre consortium. Quòd si quenquam huius rei quasi fictæ (quod absit) æmulatio tacita angit, testem inuitamus Deum, nos plurimos in hac luce vidisse, qui supremum non ampliùs operculi verticem in sua puericia apparuisse, & postmodùm in id, quod nunc cernitur, exuberâsse testantur. Si verò huic adstipulationi nec sic fidem accommodauerit, eccè in promptu habentur ex gratia Dei, quæ dicuntur: si aures illum refellunt, oculorum hæc indicio probet, & probando credulus fieri discat. Miramur ergò, & indubitanter veneremur, non fortuitam sed semper essentialem misericordiam Domini, ex cuius præuentione tam frugifera apud nos pullulauit oliua. aliorsùm enim ista & his similia non interpretantur, nisi qui animæ suæ detrimenta sectatur.

Psal. 30. Multa sanctorũ millia quæ hominũ cognitioni subtrahuntur.

Saxea arca eius, sponte è sepulcro sursùm exurgit.

Quomodò fama beatæ Idæ etiam Episcopum Dodonem non latuit. Cap. 6.

ALiquanta ex parte commemoratis miraculis, per quæ beatæ Idę sanctitas vicinis populis saluberrima innotuit: non incongruum suspicamur de translatione sanctarum reliquiarum aliquid huic nostræ historiæ strictim inserere: vt vndè beati funeris promotio certior, indè auditoribus maior religio accrescat. Nec enim scientiæ nostræ gracilima scintilla, laudũ illius erit exors, quam ad multorũ noticiam de occiduis mundi partibus in has terras superna perduxit clementia. Cuius etiam inexhaustę largitati iure imputatur, quòd Saxonicis in aruis talis margarita reperta est, ac tam humilem situ planitiem preciosissimis dignatur ditare pignoribus. Huiusmodi miraculum rumusculis dum plurimorum animos permulsisset, ad Reuerendissimum quoquè Mimigarfordensis Ecclesię pręsulẽ Dodonem, huius rei notitia peruenit. Tantis ille cõgratulans bonis, quòd vel suis temporibus aut in lòco suæ prouinciæ subiecto, hæc maximè euenire debuerant, opifici omnium Deo immensas referebat gratias. Vndè cùm famosior quotidiè de his relatio inerebresceret, visum est seniori nostro Ludulpho eundem prędarum Episcopum

Dodo Episcopus Mimigarfordensis, aliàs Monasteriensis.

Ad instantiam Ludolphi & Hugij monachorū S. Idæ corp⁹ translatum est.

precibus conuenire, quatenùs beatæ Idæ ossa de tumulo in ecclesiam transferre, ac eius basilicæ consecrationē peragere dignaretur. Huius exhortationis efficaciam, fratris nihilominùs nostri Hugij benevola iuuit industria, cui id temporis illius in partibus nostrarum procuratio rerum fuerat iniuncta, qui & eandem ecclesiam non modica restauratione nobiliter ampliauit. Cùm verò huius nuncij veritas primitùs parochianis innotuisset, videlicet quòd electa Dei tyruncula ad suum oratorium esset deportanda, aceruatim illuc confluentes, reuerendis optabant interesse obsequijs.

Aduentus Episcopi & translatio reliquiarum hic describitur. Cap. 7.

TVnc memoratus præsul petitis benignè annuens, die statuto supervenit, & sacrosanctum reuisit sepulcrum: ibique oratione fusa, quod initiandum prosuerat, intentissimè summo delegauit cōsiliario Christo. Pontificalibus deindè ornatus infulis sacratam aggreditur tumbam, comitante secum inferioris ordinis agmine dealbato, vbi primùm seniorem nostrum omnesque, simul adstantes admonuit, totius bonitatis originem generaliter inclamare Deum, vt suæ voluntatis effectum in huius facti inchoatione monstrare dignaretur. Licèt enim de sanctæ Dei meritis nullo modo hæsitaret, solita tamen prudentia vsus, nil per se inconsultè aut inordinatè agere voluit. Hac supplicatione præmissa, pari omnium

Ex sepulcro S. Idæ suauissimus odor emanat

consensu & voto operculum marmoris amoueri præcepit. Quibus iussa maturantibus, suauissima mox fragrantia de monumento eructans, odorifera adstantes iucunditate respersit, vt liquidò omnes sentirent ob innotificanda beatæ Idæ merita illam cælitùs esse destinatam. Quo facto, Episcopus sacris exuuijs osculum præbet, & cum omni honore de sarcophago subleuat, necnon & in scrinio illorum receptui aptato diligenter reponit: monachis interim ac clericis psalmos & litaniam

Eccè antiquū & laudabilē ecclesiæ ritum & vsum cereorū, vexillorum, &c.

instanter psallentibus. Deindè præcedentibus crucibus, vexillis, cereis atque tribulis, cum dulci modulantium cantilena, benignus pontifex cum nostro seniore sanctum gestatorium portandum suscipit, & in ecclesia honorificè superaltare collocat. Ibi quoquè aliqua gesta de beatæ Idæ sanctimonia populo succinctè recitat, ac mox ipso, Te Deum laudamus, incipiente, cuncti laudis succentu omnia concrepant. Vt autem sacrorum pignorum veneratio celebrior alicubi habeatur, memoratus pontifex aliquas ex eis secum tulit particulas, quasdam dominus Abbas ad nostrum transuexit monasterium, quas etiam omnes sacris vestibus indutus, ad Calendas Decembris magno honore & apparatu officiosissimè suscepimus.

Beatæ Idæ & consecrationis ecclesiæ indicta festiuitas. Cap. 8.

Dedicatur ecclesia Mariæ Virgini & S. Idæ.

HIs ità peractis, venerādus antistes australem ecclesiæ structuram, id est, turrim in honorem sanctæ Dei genitricis Mariæ ac sub beatæ Idæ nomine consecrat, cunctisque in vicino degentibus diem translationis & dedicationis annuali sempertia dum strenuè cuncta perpetrauit, populum benedictione Dei munitum ad propria ire permisit, ipse quoquè cum suis indè discessit. Facta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis nongentesimo octuagesimo, 6. Calendarum Decembrium die,

Otto II. hic fuit.

Feria 4. Indictione octaua, Imperante victoriosissimo Cæsare Ottone, Anno ex quo cum felicis memoriæ seniore Augusto genitore suo regnare cœpit vigesimo, ex quo augustalem Monarchiam solus obtinuit anno octauo. Super omnia regnante æterno principe Domino nostro Iesu Christo: Cuius imperij authoritas totius orbis frena solo moderatur arbitrio, & à cunctis creatis per omniacelebratur, laudatur, adoratur, & spes & omnis fiducia nostra in illum tanquàm redemptorem, saluatorem, protectorem nostrum collocatur, ipsi soli honor & gloria in secula seculorum, Amen.

VITA

VITA ET MORS ZACHARIÆ PROPHETÆ, PER D. EPIPHANIVM CONSTANTIAE CYPRI Episcopum descripta. Habetur in libro eius de vitis Prophetarum.

6. Septēbris. Genus & patria Zachariæ Prophetæ. Prophetia eius.

ZACHARIAS Propheta natus Barachia, è terra Chaldæorum soluit, & inter proficiscendum per multa populo vaticinatus est, demōstrationis causa, siue ad ostētationem. Plurima quoquè designauit miracula. Hic est, qui in os annūciauit Iosedech: Nascetur ex te filius, qui sacris initiatus Hierosolymis sacrificabit Domino. Hic etiam benedixit Salathiel in filio, dicens: Procreabit filium, & indet nomen illi Zorobabel.

De Cyro quoquè Rege Persarum Zacharias ostentatum dedit, idque ad victoriā. Signum itèm super Crœso Lydorum Tyranno obiecit: necnon & super Rege Medorum Astyage. Deque publico ministerio, quod Cyrus Rex designaturus esset Hierosolymis vaticinatus est, laudibusque euexit illum, nec vulgariter benedixit. In vaticinio porrò, quam prophetiam vocant, propriè locutus est de Hierusalem, de consummationeque gentium, & de rempli Hierosolymitani ædificatione. De quadam crisi exposuit. Decessit in vltima senectute in Iudæa, & proximè cum Aggæo propheta humatus est.

Mortuus apud Aggeum prophetam sepelitur.

VITA S. HVMBERTI CONFESSORIS, IN HANNONIA QVIESCENTIS: EX PERVETVSTO MS. codice. Natalis eius incidit in Annunciationis Dominicæ diem: Elevatio verò in sextum Septembris, quo die Cameracensis Ecclesia eius festum celebrat.

Septēbris 6. Patria & parētes S. Hūberti.

TEMPORIBVS Childerici Regis Francorum floruit sanctus Domini Humbertus de Macerijs villa, ex beato Eurardo patre, & Popita matre, claris Francorū proceribus. Qui ab ipsis puerilibus annis egregia futuræ sanctitatis dedit indicia: præsentia scilicet fastidire, nihil in mundo appetere, sola quæ fructum beatitudinis veræ pariunt, ambire. Ob hoc parentes eius aduertentes puerum superna illustratione visitatum, Lauduni viris peritissimis commendārunt sacris literis imbuēdum. Vbi proficiens ætate & gratia, in monasterio recluditur, & vsque ad sacerdotium vitæ merito promouetur. In præfatæ autem vrbis ecclesia supra coæuos & senes sanctitate tanta pollebat, vt multi eius exemplo animati, viuere beatiùs eligerent. Euoluto autē aliquanto tempore, accepto ab Episcopo benedictione, ad possessiones sibi relictas à parentibus perrexit, vt eas Dominicæ familiæ condonaret. Cùm autem ad quendā locum ditionis suæ peruenisset, supervenit ibi sanctus Amandus Episcopus cum venerabili viro Nicasio, qui peregrinationis gratia ad Apostolorum limina pergebant. Cùm ergò à beato Humberto hospitio recepti & consolati fuissent, ipse sanctus Humbertus eadem deuotionis gratia peregrinationem cum ipsis accepit.

Tiraditur literis imbuendus, & sacerdotio initiatur.

Adiungit se S. Amando cum solo cō mire Nicasio Romam euntī.

Illis ergò iter agentibus, dum quadam die fatigati ex itinere residerent: eccè subitò ex sylua, quæ fortè contigua erat, miræ magnitudinis vrsus prosiliens, apprehendit vnum ex sagmarijs eorum, quem in terram prosternens suffocauit. Intenti beati viri familiare damnum ignorabant. Parantibus iter repetere, cùm non adesset equus ad subuehendum sarcinulas, vnum è famulis beatus mittit Amandus ad educendum equm, quem gramina carpentem æstimabat. Parens puer, properauit ad locum vbi cadauer equi bestia corrodebat. Cùm autem famulus perterritus moraretur, currens beatus Humbertus inuenit equum euisceratum, & iuxta eum vesum sanguine cruentatum. Quem cum magna apprehendens securitate,

Sagmaria, equi vel mulæ sunt.

Quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Imperat vrso, vt sarcinas suas Romam vsque ferat.

Quia tu, inquit, quod nobis in solatium itineris Deus dederat, necâsti iumentum, oportet vt nobis illud hucusquè obsequium suppleas, & sarcinulas nostras toto peregrinationis nostræ itinere feras. Videres horribilem bestiam statim mansuescere, & quæ feritate bestijs & hominibus fuerat infesta, iam velut familiare mansuescere, & quæ feritate bestijs & hominibus fuerat infesta, iam velut familiare mancipium stat obedire parata. Vocata citiùs accedit, membra componit, onus pacipium stat obedire parata. Vocata citiùs accedit, membra componit, onus patientes suscipit, cum procedentibus procedit, cum stantibus ipsa quoquè subsistit. Illis cœnantibus, illa modesta adstabat atque portionis suæ stipendia demanporrigentis humiliter sumebat. Dehinc ad sarcinas rediens, eas, dum sancti viri quiescerent, seruabat. Verùm iter illis agentibus, nimia per vrbes erat admiratio, stupentibus cunctis ferum animal humanis vsibus famulari. Sed nè sancti fortè iactantiæ vitio tentarentur, ipsis Romæ appropinquantibus, eiusdē sedis Episcopum admonuit Dominus per Angelum, dicens, ab occiduis finibus homines aduenisse meritis sublimes, quibus ad obsequium fera comitatur agrestis. Mitte ergò in occursum eis, nè cum ostensione tali vrbem introeant, sed bestiam ad latebras ire permittant, nè tumultuosæ plebis in se admirationem excitent. Qua Pontificis iussione audita, sancti viri, quod mandabatur, deuotè fecerunt.

Visitat sancta loca Romæ.

In præsentibus locis postea fuerunt extructa monasteria.

Visitatis igitur sanctis locis, sanctus Amandus cum beato Nicasio Helnonense territoriũ expetiuit: sanctus verò Humbertus se Maricolis inuexit. Verùm elapso aliquanto tempore, beatus Humbertus eandem peregrinationem secundò solus arripuit, vbi cùm in oratorio beati Petri orationi diù incumberet: eccè Angelus ei de cælo adstitit, & super verticem illius signum Dominicæ Crucis expressit, multis fidelibus hoc cernentibus. Cùm verò visendi desiderio beatum Amandum ad Gallias properaret, Angelus Domini eidem sancto Amando assistens, dixit: Dilectum Domini Humbertum noueris te visitatum aduenire, cui tu occurrens, contemplare cuius signum gestat in capite, & illius hostiam fore scias. Nec mora beatus Dei sacerdos procedens in occursum beati Humberti, vidit super caput illius radiantem Dominicæ Crucis speciem incredibili fulgore coruscare, & præmissa oratione corruit ad genua eius, eum colligens hospitio cum gaudio spiritali. Post hæc ædificauit sanctus Humbertus monasterium super alueum Helpræ Maricolis nominatum, in quo monachos constituit. Aliud quoquè non procul cœnobium extruxit, in quo clericos vtriusque conditionis & gradûs triginta constituit. Venatoris cuiusdam canes, ceruum inter syluam insequebantur, fortè vir Dei agrum excolebat, vt fratrum habitacula construeret. Quod vt expeditiùs ageret, pallium procùl abiecerat. At venatores tubis perstrepentibus feram cursu & clamore vrgebant, iamque victa fera, cùm nullum ei patuisset refugium, inter morsus saltum dedit, & sese sub ipso pallio anhela composuit. Quid vltrà? Canibus circunlatrantibus accedere propiùs fas non erat. Agitantibus venatoribus, retrò potiùs timidi agebantur, tanquàm vultum minantis fugerent. Ipsi etiam venatores in dissoluti-onem versi, obrigente mole corporum, tela deponebant. Quidam eorum beatum virum conspiciens, protinùs ab equo desiliuit, & meritum sancti percipiens, patrimonium suum ad vsus fratrũ beato Humberto obtulit. Ex quibus sanctus solummodo vnam sui iuris villam illius benigna importunitate susceptit: quam Liniatas dicunt, & stipendiariam in vsus fratrum delegauit.

De hoc signo S. Crucis in frõte S. Humberti lege Vitam S. Amandi p S. Aldegundē scriptã, 6. Februarij. Construit monasteria.

Canes non audẽt inuadere ceruũ sub pallio viri Dei latitantem.

S. Aldegundis eum inuisit.

Prouulgata longè lateque fama sancti, beata Aldegundis eum visere aggreditur, vbi per aliquot dies ab eo spiritualibus epulis est refecta. Cùm autẽ sitim moderij & circuniacentia arua colloquendo lustrarent quodam die æstiuo, cõtigit beatam Aldegundem intolerabilem sitim incurrere. Progredientibus paululum, virgo acriùs vrgebatur, donèc violentia sitis cuicta deficere se clamat. Eius moestiam vir sanctus non ferens, orationi incubuit donèc expleto vnius horæ spatio sensim ab arenti solo & arenoso scatentis aquę vena prosiliens, largũ ex se fontem excitauit. Sed dum sanctus virginis aduentui hoc præstitum fuisse diceret, & illa meritis eius potiùs asscriberet, ambo munus cæleste gustauerunt. Paret vsque hodiernum diem: nec deficit fons ille suauis ad gustum, vtilis ad vsum.

Sitienti Aldegundi in arenoso loco fontem precibus excitat.

Vicinꝰ mortí mittit ad Aldegũdem pro linteamine ad inuoluendum corpus suũ.

Adueniente tempore obitûs sui, ipse sanctus misit ad beatam Aldegundem, vestes in vsus exequiarum sibi mitteret, vt linteis virgineis manibus textis, virgineos artus componeret. Missus itaque nuncius cùm iter medium explicuisset, eccè à beata virgine alter missus occurrit, ferens secum linteamina, quibus obuolui deberet corpus defuncti. Hi inter se causas & tempus itineris mutuo sermone discutientes, aduerterunt vnam eandemq; horam fuisse, qua vterque executionis mandata susceperat. Quod non absque diuino nutu contigit, vt longè posita virgo, nec fama nec nuncio præmonita, funus sancti viri curaret. Cuius corpus in oratorium, quod ipse construxerat, discipuli sepelièrunt in magna gloria, vbi innumerabilia postmodùm contigerunt miracula.

Sepultura eius.

Translatio eiusdem.

CEntesimo quinquagesimotertio anno post mortem S. Humberti, monente Angelo, ab Abbate Rodino leuatum est de tumulo sancti viri corpus. Admirari autem nemo sufficit, quanta miri odoris suauitate perfusi sunt qui aderant. Et quod magis stupendum, sacrum corpus ità illæsum & incorruptum inuentum est, ac si eadem die spiritum emisisset: vt si lectulum compositum videres, dormire hominem existimares. Verùm linteamina, quibus ipse inuolutus fuerat, nihil in se corruptionis habebant. Sed & herbæ, quæ sepulturæ eius die appositæ fuerant, quas nullas pro temporis antiquitate putares, adeò virides sunt repertæ, àc si terræ radicitùs inhærentes, irriguis aquis virescerent.

Corpus eius post 153. annos incorruptum apparet.

VITA SS. SYRI ET IVENTII, SEV IVVENTII, TICINENSIVM EPISCOPORVM, GRAVITER CONSCRIPTA.

Cuius authorem cùm non exprimant MSS. libri, incertum est, illáne sit, quam B. Syri discipulus Pompeius, an verò, quam ex hoc Paulus Diaconus edidit, à quibus scripto relictam doctissimus Petrus Galesinius Protonotarius Apostolicus annotauit. Porrò S. Iuuentij natalis in 6. Id. Feb. incidit, quanuis Martyrologia passim hoc loco habeant.

12. Septembris secundùm martyrologia. Cap. 1.

CAELESTIS exorta prosperitas, dulci reuelata facundia, erga aures fidelium circunquaquè clarescit. Nullius enim assertionis imbecillitas sacra valet enarrare mysteria, nisi superno magisterio fuerit erudita, dicente sapientissimo Salomone: Dominus dat sapientiam, & ex ore ipsius scientia & prudentia. Quod & beatus Iacobus Apostolus affirmat, dicens: Omne donum optimum, & omne datum perfectum, desursùm est, descendens à patre luminum. His itaque veritatis assertionibus præmissis, qualiter Ticinensium vrbs, quæ proprio Papia nomine vocitatur, diuinæ respectu misericordiæ & visitatione superne gratiæ sit illuminata, vel in quibus diebus, quibusque prædicantibus, intimetur. Nam vt à primo statu crescentis Ecclesiæ & Apostolorum vicinia Ticinensis ciuitatis populus ad Domini sit fidem conuersus, actus beatissimorũ Syri atq; * Iuentij, qui huius vrbis primi prædicatores ac præsules extiterunt, scripta informant. Redemptore etenim nostro, peractis pro quibus venerat cernis passionis mysterijs, remeante ad cælos, reparato discipuli duodenario numero, ac sancti spiritûs aduentu glorificati, vniuersum mundum sortes mittentes diuiserunt, ac vt quibusque sors dedit, proprias prouincias susceperunt. Quibus etiam incarnationem Dominicam prædicantibus, crescebat numerus fidelium, ità vt, relicto infidelitatis errore, se eorum magisterio sociarent. Vndè factum est, vt adiutores & successores Apostolorum existerent, per quos Ecclesia veris informata assertionibus ad fidem Christi & ad cultum cælestem proficeret. Quo in tempore fundata beatissimus Petrus Christi Apostolus Antiochena ecclesia, in qua primùm nouellę gentis Christianum nomen exortum est, ędificaturus Romanam Ecclesiam, ad Romanam vrbem transiuit: ibique prædicans Christum crucifixum, omnesque virtutes faciens atque miracula, quę coram cõspectibus Iudæorũ fecerat, multos ad credulitatem sui conuertit oraculi. Quibus in diebus Marcus Euangelista, adiutor & interpres eius effectus, de omnibus quæ ex ore illius didicerat mirabilibus Saluatoris nostri Iesu Christi Euangelium edidit, quod plurimi etiam beati Petri esse confirmant, eo quòd eiusdem documento eruditus Euangelista Marcus Euangelium illud conscripserit, & eius sit authoritate firmatum, atque

Papia in prima ecclesia fidem recepit.

* al. Iuuẽtij

Act. 11. Christianũ nomen vbi & quandò exortũ sit.

Euãgelium Marci, authoritate S. Petri cõfirmatum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

atque ad legendum Ecclesiæ traditum. Marcus verò Euãgelista post hæc digressus Roma, in Aegyptum perrexit, atque Alexandrinam ecclesiam ex doctrina Magistri operarius veritatis mira concordia & sanctissima conuersatione fundauit. Euangelium autem, quod rogatus à fratribus Romæ confecerat, secum deferens,

Syrus & Iuentius S. Hermagoræ auditores, qui fuit S. Marci discipulus.

beatum virum Hermagoram, quem ipse educauit & enutriuit, ordine vicis suæ Italiæ prudentia & sanctitate reliquit insignem. Huius auditores atque ministri venerabiles viri Syrus fuerunt atque Iuentius. Eccè enim à fonte luminis inæstimabilis claritas procedens, per beata pectora deriuata, Ticinensis populi animos circumfulsit: ità à Christo in Petrum, à Petro in Marcum, à Marco verò in Hermagoram, ab Hermagora in beatissimos viros Syrum atque Iuentium transcucurrit, vt impleretur illud Psalmistæ præconium: Qui emittit eloquium suum terræ, velocitèr currit sermo eius.

Psal.147.

Cap.1. Eius natalis est 12. Iulij.

Porrò his secundùm diuinæ scripturæ traditionem præmissis, ordinem, quem ex sermonis vitæ eorum narratione didicimus, exequamur. Igitur beatissimus Hermagoras dum apud Aquileiensem vrbem populis insçijs Christum Dominum innoteseceret, cœpit ex diuersis partibus ad eius dogmata infinitæ multitudinis cœtus concurrere, & superno afflatu veloci felicitate Christi Ecclesia germinare, ità sanè, vt ad credulitatem prædicationis eius mentes conferrent, ad quos verbi illius eruditio peruenisset. Conuocans autem alumnum suum Syrum Episcopali fastigio dedicauit, atque consocians illi beatum Iuentium, ad euangelizandum nomen Domini nostri Iesu Christi Papiam vrbem direxit, quatenùs ibidèm honoris huius fungeretur ministerio, & fidem Christi populo in eadem commoranti ostenderet, ac paganorum animos Christi gratiæ copularet. Absoluti itaque à Patre, auctique benedictionibus eius, viam sancti huius ingressi sunt operis. Proficiscentesque dum Veronensium oppidum introissent, non potuit abscondi, iuxta Euangelium, ciuitas super montem posita. Nam quædam nobilissima fœmina superno crebrò nutu admonita, ingressum eorum agnoscens, summa ad eos cum festinatione cucurrit: Orbatam se vnico filio deplorans, pedibus sanctissimi prosternitur Syri, promittens se suosque Christianæ religionis participes fieri, si orationibus eius sobolem sibi cerneret restitutam. Cuius voci protinùs vir Dei respondit: Si ex toto corde credideris: omnia credenti possibilia sunt. Illa autem in hac permanente constantia, vir Dei domum eius protinùs perrexit, ibique super iacentis corporis funus orationem ad Dominum fudit, atque vitæ & saluti pristinę defunctum restituit. Cœpit itaq; adolescens glorificare Dominum, quòd per ôrationē famuli eius à tenebrosa fuisset ereptus custodia. Ad quod verò miraculum multi concurrentes, dicebant: Verus est Deus Christianorum, quem prædicat hic famulus eius, ipsum enim adorare debemus. Illa autem nobilissima vidua, videns filium suum sanum, quod pollicita fuerat, festinanter impleuit: statimque baptizata cum filio & vtriusque sexûs familia, relinquens sacrilegium idololatriæ, Christi se collegio sociauit. Sed & immensa multitudo paganorum, hoc viso miraculo, baptizata est Christum Dominum confitentes.

SS. Syrus & Iuuẽtius Papiam euangelizatũ ab Hermagora missi.

Matth.5.

Marc.9. Excitat mortuũ S. Syrus apud Veronẽses.

Multi credũt in Christum. Cap.3.

Egressus dehincà Veronensi vrbe vir Domini Syrus, cùm Papiam tenderet, fama præcurrente relatus est. Iam verò ante ingressum eius plurimæ populi turbæ ex ciuitate confluxerant, expectantes summo cum desiderio aduentum tanti Patris & Prædicatoris salutis suæ. Ad quem aduenientes vestigijs prosternuntur, his vocibus exclamantes: Ingredere, ingredere desiderabilis Pater, reuoca errantes, fugientes hostis, cipe abiectos, doce imperitos, libera, quos captiuos crudelissimus detinet hostis, erue nos, ac institutis salutaribus informa, & transfer nos in cœtum veri Dei, vt cognoscamus quem nos adorare oporteat. Hora autem eadem operante Dei clementia, quinque tetigerunt eum infirmi, & confestim integerrimæ saluti sunt restituti. Ingressusque vrbem, futuræ prosperitatis eius annunciansdepromplit prasagium: Delectare gaudijs vrbs gloriosa Papia, quia veniet tibi ab æternis mõtibus exultatio, nec vocaberis minima, sed copiosa in finitimis ciuitatibus: & væ tibi Aquileia, cùm in impiorum incideris manus, destrueris, nec vltrà reædificata consurges. Populi autem multitudo clamabat: Ipse verè solus est Deus, quem prædicat hic beatissimus Pater: Qui autem idola colunt, vanitate stultitiæ pleni sunt. Annuens autem vniuerso collegio vir Dei, dixit: Constãtes estote charissimi filij, certatimque implete opere, quod voce profertis. Credite Iesum Christum Dei esse filium,

Quinque infirmi ad ingressum eius curãtur

Vaticinium hoc refert Liutprand⁹ Ticinensis lib.3.ca.2.

filium, ante secula cum Patre manentem, Deum ex Deo, inuisibilem de inuisibili, omnipotentem de omnipotente: Et vt nos redimeret assumpsisse carnem ex Virgine, & per tempora & actus creuisse vt verus homo, in Deitate permanens verus Deus. Secutusque Dominicæ passionis & resurrectionis, atque in cælos ascensionis gloriam, omnibus audientibus aperuit sacramentum, annuncians illis & diem iudicij, atque credentium gloriam sempiternam sanctorum, dicens: Hæc si credideritis, erit semper vobiscum Deus, sicutì nobiscum, & quicquid fideliter petieritis in nomine eius, consequemini. His autem & alijs multis sanctis exhortationibus populus ad fidem conuertitur Christi, atque baptismatis gratiam consequuti, patrem & salutis suæ ostensorem miro omnes venerabantur affectu.

Prædicat Papiẽsibus Christum S.Syrus.

Iohan.16.

Cap.4. Persecutiõ Neroniana Anolino Præside.

Geruasius & Protasius coniecti in vincula.

Nazarius in mare, pjectus, incolumis euasit. Vide 19. Iunij.

Nazari⁹ cũ Celso capite plectitur.

Eo verò tempore dum orta esset persecutio Christianis in Mediolanensium vrbe à quodam paganissimo Comite Anolino nomine, & aliquanti ex Christianis pro amore Christi punirentur: beatos Protasium & Geruasium, glorioso viros professione Christiana, idem crudelissimus Præses carceralibus tenebris mancipauit, plurimis Christi fidelibus latitantibus. Beatus verò Nazarius claris ortus natalibus, ea tempestate Christi nomen constantissimè prædicans, despectis huius rumnosæ vitæ negocijs, multorum animos illustrabat. Sed detentus impiorum manibus, marinis fluctibus immergitur. Succurrente autem diuino præsidio, naufragium tanti periculi verus Christi athleta liberatus euasit. At post ista diuina magnalia incunctanter prædicans Dominum Iesum Christum Dei esse filium, ad eandem Mediolanensium vrbem peruenit, in qua videlicet iussu nequissimi Neronis ab eodem Comite mortis sententiam sustinuit: & quia erat nobilis, præclaroq; ex genere, metuens sæuissimus persecutor, intempesta nocte capite eum truncari præcepit cum assecla suo paruulo nomine Celso.

Cap.5.

Cumque relatione multorum beatissimus Syrus hæc cognouisset, venerandum virum Iuentiũ alloquitur, Summa, inquiens, alacritate ac celeritate Mediolanum transcurre, omni solicitudine inquirẽs Christianos viros alloquere: Supernæ vos ardor charitatis detineat, & erga Christi martyrum reuerentiam vincat, vt corpuscula fratrum nostrorum Nazarij & Celsi, quorum sanguis pro Christi effusus est nomine, dignæ sepulturæ cum maximo honore tradantur, atque epitaphium certaminis eorum sacris apicibus conscribentes simul recondite. Protasium autem & Geruasium dignissimos Cõfessores, qui à pestifero Præside clausi carcere detinentur, cùm pro Christi fide & ipsi fuerint martyrio coronati, debito honore & meritò condentes, certaminis eorum libellum pro futuris temporibus ad laudem Domini nostri Iesu Christi & gloriam ipsorum ad capita eorum reponite. Quia præfinatum est à Deo, veris fidelibus, qui tempore opportuno crediturí sunt, ob confirmandas mentes eorum, sanctorum corpora reuelari, & honoribus atque virtutibus præfulgere, multorumque infirmantium valetudinibus restituere medelam salutis.

Iuuentius mittitur Mediolanũ ad sepeliendũ sanctorum martyrum corpora.

Libellus talis legitur 19. Iunij.

Cap.6.

Cumque omnia fideli pectore Patris monita suscepisset, lætus ac festinus hus præcipuè legationis iter arripuit, atque ad eandem vrbem licèt anxius iam noctu peruenit: inuentisque quos sanctus Pater prędixerat Christi fidelibus, quæque ei commissa fuerant, auribus retexuit. At illi corpora martyrum Nazarij & Celsi se condidisse respondertunt. Quibus beatus Iuentius: Obsecro, inquit, vos, vt dum certaminis sui hi, qui supersunt, beatissimi Protasius & Geruasius finem accepe-rint, aliquid pro amoris dulcedine eorumque reuerentia, de vestibus vel corporibus eorum pignus retinentes, nostris desiderijs offeratis. His verò auditis, qui aderant responderunt: Quandam Dei famulam, dum sancti Nazarij caput ab impio lanista abscisum fuisset, vidisse se, linteo sanguine eius recepto fugam petisse. Quo vir Dei Iuentius responso commonitus, anxius tali insinuatione, dum remearet, in ipso itinere eandem conuenit Christi ancillam: Quæ diuina admonitione præmonita, gratuita voluntate martyris ei obtulit cruorem, quem ferebat. At ille accepto tanti muneris quem quærebat thesauro, lætus ad mœnia Ticinensis reuersus est ciuitatis. Cuius portam tanti doni portitor dum intrâsset, quidam dæmonio puer arreptus volutabatur in platea, ex cuius ore dolens ac luctuosa voce ciulans clamabat diabolus: Væ mihi, quia torqueor martyris ingressu cruoris. Quod vt audiuit miles Christi Iuentius,

Eccè quo in precio apud veteres fuerint sanctorũ reliquiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dæmoniac' curatur virtute cruoris S. Nazarij.

Item multi cæci & ægri.

super vexatum puerum sancti Nazarij martyris sanguinem imposuit, statimque ab eo dæmonium quod vociferabatur expellit. Contigit autem, vt pro confirmanda fide Catholica ipse prudentissimus vir Iuentius, operante Christo in multis signis, probabilem faceret sancti martyris cruorem Nazarij. Nam positus super cæcorum oculos, lumen restituit: & varias infirmitates concurrentium ad se frequenter curauit. Atque ex hoc tempore, beati Nazarij meritis & patrocinio promerente, plenæ credulitatis augmentum huius vrbis Ticinensis populus adeptus.

Cap. 7.

Post non multorum dehinc temporum curricula, cùm sanctorum martyrum Protasij & Geruasij apud Mediolanum finita essent certamina, preciosa corpora eorum à Christianis occultè sublata, sepulturæ sunt reddita, nè impiorum atrocitas, sicut viuentes, ità persequerentur & mortuos. Tunc quidam Christi fidelis Liberius nomine, cum reuerentia & amore à sanctis eorum exuuijs fidissima temeritate, quandam quæ fas fuerat detrahens particulam, beatissimo Syro Ticinensis vrbis Patri & doctori idoneo, vt ab eo fuerat postulatum, amicabiliter detulit. Vir autem venerabilis suscipiens pignora beatorum martyrum, multis in eis virtutibus vsus est. Cumque signa sanitatum longè lateque splenderent, cœpêre languentium etiam ex inopinatis partibus ad eum turbæ confluere, eumque immensa frequentia perurgere. Inter hæc sacerdos Dei eximius exultans de mirabilibus quæ per merita sanctorum martyrum Christus Dominus sedulò faciebat, concepit animo non procùl ab huius vrbis mœnijs extra ciuitatem templum Domino in memoriam nominum eorum erigere, idque in modum Crucis, vt aggressus est, consummauit. Atque hoc primum cælestis Regis vexillum in hac vrbe erectum est, & ouile Dominicum: intra cuius caulas pastor verissimus oues regebat Dominicas, quas peruigili custodia à faucibus extrahebat serpentis nequissimi. Quod & Dauid fortissimus designabat, quandò brachia confringens vrsorum, conterensque colla leonum, ex cruentis dentibus raptas ouicilas auferebat.

Syr' episcopus multa signa facit virtute reliquiarũ SS. Geruasij & Protasij.

Cõstruit basilicã in eorũ memoriã

1. Reg. 17.

Perfectis igitur templi siue altaris dedicationis insignibus, quotidianas Deo laudes in eo & hostias offerebat. Vna autem dierum dum Missarum solennia singularis Pontifex ibidèm celebraret, & copia filiorum eius, quos verbi semine iuxta Apostolum Deo genuerat, deuota sanctis mysterijs interesset, audenter Iudæus ecclesiam ingressus, maligno instigante spiritu, corpus Dominicum suscipere, atque in sterquilinium proijcere molitus est. Qui inter turbas fidelium admirans viri Dei perueniens, ausu nefario immundo ore corpus susceptum. Quod vt animo reijciendi os aperuit, digna vltione percussus, sine affatu verborum cunctis audientibus & videntibus clamare cœpit. Volebat labia iungere, nec valebat: conabatur verba edere, sed lingua rigida officium loquendi non præbebat, & quasi ignitum iaculum in ore portans immensis torquebatur doloribus. Resonabat omnis illa ecclesia ineptæ vocis clamoribus, & tam egregij virtute miraculi Christi fidelium lætabatur conuentus. Impleturque illud: Dextera oppressionibus arguas, & nolentes magicæ artis tremore concutias, vt irridetur. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Iudæus ergò incredulus nec audierat nec legerat ista præconia scripturarum, qui putauit Spiritûs sancti deesse præsentiam. Quem vir Dei suo conspectui præsentari præcepit, atque aduenienti dixit: Incredula & perfidiæ mens plena, quarè tam iniqui hostis implêsti consilium? æstimâsti corpus Christi vilissimum? Eccè quod clandestinus perfusior te miserum illexit vt faceres, cunctis fidelibus suis diuina virtus ostendit. Iudæus autem nimio dolore superatus, voces emittere absque sermonibus non cessabat, habens in gutture suæ malitiæ cruciatum: quia secundùm sanctissimi viri dictum Simeonis, vt incredulis est pernicies & ruina, ità fidelibus suis vita & exultatio est verbum Dei. Nam subtiliùs adspectantibus, mirabili ratione compagine Dominicum in ore videbatur Iudæi dependére, vt nec linguæ subtèr compagines sidéret, nec desupèr immundo adhæreret palato. Sed postulantibus fidelibus pro eius miseria, vir Dei beatus Syrus manum tetendit, & sanctæ Eucharistiæ mysterium à sacrilego ore abstraxit, dicens: Eccè nunc liberatus es, decæterò caue huiusmodi simile nè facias, & nè vlteriùs repetere hoc præsumas. Iudæus autem pedibus eius aduolutus, clamabat se Christo Deo crediturum, si sacri eum baptismatis vnda perfunderet, ac pio eius conuentui copularet. Tibi, inquit vir Dei Syrus, ibi Omnipotens refero gratias, qui Iudaicam perfidiam non dedignaris corrigere, sed ad tui vnigeniti fidem ampla pietate conuertis. Baptizato autem illo, multi ex Iudæis credentes, cum eo sacro renati baptismate, Christi fidelibus ac spiritali cœtui sunt vniti.

Cap. 8. Vide antiquiss. dedicationis tẽpli & altarium vsum.

2. Cor. 4.

Diuinitùs castigatur Iudæus volẽs mala intẽtione corpus dominj suscipere.

Gal. 6.

Mirabile quid.

Item alij multi cũ eo.

Igitur dum multa per hunc Patrem nostrum Syrum laudanda Deus ostenderet, & quia iam spiritu prophetiæ illuminatus enitebat, quendam ad se superbo spiritu sub figura pietatis aduenientem intuens, Silére te magis oportet, inquit, quàm loqui: quia quæ cogitas manifestè clarescunt. Obmutescens verò ille, nec aliquid profari valuit, sed pedibus sancti viri aduolutus, gemitibus ac lachrymis iniquæ cogitationis pandebat arcanum. Vir autem Domini lachrymis ac gemitibus ipsius inclinatus loquendi mox ei officium restituit, atque diuini muneris dimissa sancti viri fama, ex diuersis partibus multorum ad eum frequentia concurrebat populorum. In qua felicissima vrbe instituit ecclesiasticos ordines, discipulumque suũ Iuentium & Pompeium mitissimos Diaconos fecit. Chrysanthum autem virum illustrem, & Fortunatum clarissimum, presbyteros ordinauit: Eiusdemque vrbis expletis octo hebdomadarum curriculis sedem obtinuit, multosque à paganissimis idolorum cultibus retrahens animos, ad Dei seruitium & credulitatem perduxit.

Cap. 9. Spiritu prophetico videt cogitationes hominis impij S. Syrus.

Reddit eidẽ linguæ officium quod amiserat.

Iuuẽtius & Pompeius fiunt Diaconi.

Ité duo alij, presbyteri.

Egressus autem quodam tempore ex vrbe memorata, dum vicos ac villas ciuitatesque circunquaquè peragraret, & prædicationis sanctæ verbo ignorantium corda imbueret, vir quidam pedibus eius prosternitur, qui mutum surdumque se habere filium clamabat, eumque sanctæ eius præsentiæ rogitabat offerri, si dignaretur forsitan loquendi ei audiendique gratiam condonare. Cuius iussu eius præsentiæ puer oblatus, cunctis audientibus orationem fudit ad Dominum, dicens: Domine Iesu Christe, qui humanam formam cum Patre & sancto Spiritu sine vitio ad / tuam similitudinem plasmare dignatus es, & dedisti ei libertatis arbitriũ, qui mutis loquelam, cæcis visum, surdis auditum, mortuis vitam reddidisti: respice super hunc puerum, & os atque aures eius obturatas adaperi, quia tibi plasmatori hæc pertinet reformatio, cuius digito compacta sunt vniuersa congruentia corporum membra humanæ substantiæ. Completa autem oratione, in ore & auribus eius signum Crucis digito suo fecit, statimq; apertæ sunt aures eius, & lingua ipsius absoluta est, ità vt voce clara confiteretur puer, ac benediceret Deũ. Quod miraculum videntes increduli, crediderunt in Dominum Iesum Christum, perceptaque fide baptizati sunt.

Cap. 10.

Digitus Dei Spiritus sanctus.

Surdus & mutus puer loquitur.

Dehinc exorta aduersùs Christianos grauissima persecutione, intantùm vt per diuersa loca plurimus sanguis effunderetur, ad eandem ciuitatem, in qua vir Dei talia signa faciebat, operarij iniquitatis properare gestierunt, sed penè factos omnes ciues Christianos cognoscentes, minimè ausi sunt appetere eam, vel impias super eos manus inferre, sed ad virum Dei properantes, quasi comminantes dicebant: Quis tibi dedit hanc potestatem, vt nobiles & ignobiles Christianæ Christum, quem Iudæi crucifixerunt, quasi filium Dei adorent, quem nec viderunt, nec visuri sunt, & deos veros, quos Romana colit religio, detestentur? Si hoc ad aures inuictissimi Principis relatum à nobis fuerit, simul te cum his omnibus, qui tuo consilio adhæserunt ac dogmati consentiunt, multis supplicijs punire præcipiet. Placeat tibi consilium nostrum, recede ab hac stultitia, & noli subuersionem facere animarum, quæ vero cultui seruientes, viuunt pacifice. His eorum sermonibus beatissimus Syrus dulcissima benignitate respondens. Nolite, ait, falli dilectissimi filij, neq; antiquus error in vestra mente permaneat, qui parentum vestrorum obcæcata corda possederat. Nolite adorare idola muta, surda atque vanissima, sine sensu & anima, & quæ humana prouidentia facta sunt diabolo suggerente, quia nequeunt vobis conferre medelam: sed credite potiùs in Deum cæli & terræ, omniumque creaturarum factorem, qui mundum fecit ex nihilo, & terram fundauit super aquas: Qui limitibus maria circũdedit, & fecit omnia quæ in cælo sunt sursùm, & in terra & in aquis deorsùm: Qui firmauit terram super abyssum, & aquas fluere fecit ex summi-

Cap. 11. Sæua persecutio in Christianos.

Eccè letiferũ impiorũ hominum consilium.

Conuertit eos vir Dei, suis sanctis doctrinis & admonitionibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gen.1. tate petrarum & montium: Qui producit flumina ex abditis, & discurrentia ma-
Luc.1. rinis miscet in fluctibus. Credite huic Christo filio Dei, qui propter nostram sa-
lutem dignatus est formam serui susc̃ipere, quem Gabriele Angelo nunciante
Matth.1. integerrima Virgo concepit Maria: Qui nouem mensium plenitudinem, Virgi-
nis matris crescendo adimpleuit in vtero: Natum per nouæ stellæ apparitionem
Magi agnouerunt, & ea præuia in Bethleëm Iudæ adorare venerunt, & vt Regi Re-
gum munera obtulerunt: Qui ab Herode vt inueniri possit atque necari exqui-
Iohan.11. tus est: Qui in sanctis innocentibus persecutus est, qui in multis fulsit miraculis,
Luc.17. suscitauit mortuos, leprosos mundauit, cæcis visum reddidit, surdis auditum, mu-
Matth.8. dis gressum, mutis loquelam, atque iussu ac voluntate vniuersa curauit: Qui vt ve-
Iohan.6. rus homo dormiuit, & vt verus Deus ventorum flatibus imperauit: Qui vt ve-
Iohan.4. rus homo esuriem sensit, & vt verus Deus de quinque panibus & duobus piscibus
quinque millia populi satiauit: Qui vt verus homo sitiuit, & vt verus Deus fon-
Matth.27. tem indeficientem in se credentibus dedit: Quem principes Iudæorum per iniu-
diam sub Pontio Pilato flagellatum crucifixerunt: Quo crucifixo, tenebræ factæ
Act.1. sunt super vniuersam terram ab hora diei sexta, vsque ad horam nonam. Quid
Matth.28. plura? Mortuus est & sepultus, sed tertia die surrexit, conuersatusque cum disci-
pulis suis per dies quadraginta, ipsisque adspicientibus atque mirantibus ascen-
dit in cælos, promittens in se credentibus discipulis sempiternam gloriam: non
credentibus autem, æternas flammas supplicij, quæ præparatæ sunt ijs & patri eo-
Iohan.8. rum diabolo. quoniam vnusquisque cuius opera agit, eius est filius. Ego verò pol-
liceor vobis, confidens in Domino, quia si credideritis in filium Dei Iesum Chri-
Apoc.7. stum, & malis actibus atque vanissimis idolis abrenunciaueritis, quòd possidebitis
perpetuam vitam: In qua lux indeficiens erit, & tenebræ nullæ: in qua nec esuries,
nec indigentia tegumentorum, sed Christus ipse vera refectio suorum fidelium,
qui dat credẽtibus in se candidissimas stolas & quotidianæ felicitatis gloriam sem-
piternam.

Cap.11. Cumq; eos vir Domini his alloqueretur sermonibus, diuinæ respectu clemen-
tiæ conuersæ omnium mentes, quasi ex vno ore dixerunt: Tali ergò nos conuenit
credere Deo, qui non in lapidibus sed in cælis habitat. Omnesque prouoluti ad
Multi bapti zantur, credentes in Christum. sancti viri vestigia, postulãt se baptismi gratiam adipisci. Quibus vir Domini ape-
riens fidei Catholicæ sacramenta, tradensque omnibus donum sancti baptisma-
tis, corpori Catholicæ coniunxit Ecclesiæ. Die autem quadam egressus ab vrbe
Ticinensi causa sanctæ prædicationis, dum ad Brixianæ ciuitatis tenderet ple-
bem, quidam puerulus Eustachius nomine, plenus dæmonio, exclamauit: Quis
est hic, qui hanc vrbem penetrat? aut quo genere collactaneos & compatriotas
meos suo subdit imperio? & occurrens ei obuiàm, Sufficit tibi, dicebat, Syre, quan-
tis in locis me persecutus es: vel hîc habitandi mihi concede licentiam. Quis
te misit, vt de meis me excutias domicilijs? de longinquis partibus egressus es, nul-
la tibi hîc causa, nulla tibi hîc consanguinitas, nostra possessio facta est tibi hære-
ditas. Vir autem Domini hilari in eum vultu respiciens, dixit: Quis tibi misericor-
buit hunc licentiam possidendi? possessio tua ignis æternus est. Dæmon respon-
dit: Nec solius mei arbitreris possessionem eius incendij, quia multi mecum de
Expellit dæmonem ab obsessio pueto Syras Episcopus. hac vrbe illuc ituri sunt, qui meas nunc faciunt in omnibus voluntates. Tu au-
tem solus econtrariò me debellas, & frequenter de mea angeris euersione. Pro-
tinùs vir Dei in cælum oculos eleuans orauit, imperauitque dæmoni, dicens: Im-
munde ac deceptor animarum spiritus, exi ab eo, & nè vlteriùs audeas ingredi ad
eum: sed vade ad præparatã tibi æterna tormenta. Mox autem ad vocis eius im-
perium gemens & dolens, discerpensque puerum, exijt ab eo, nec vltrà eum au-
Multitudò maxima amplectitur fidem. sus est appetere. Hora autem eádem multi, hæc videntes mirabilia, crediderunt
in Iesum Christum. Puer verò tota cum domo sua & multitudine maxima
credentium populorum baptizati sunt. In qua vrbe sanctissimus Pater plures
diebus apud fideles remoratus Christianos, sanctæ Ecclesiæ plures auxit filios, ri-
tales.

Cap.13. Egressusque è ciuitate Brixiana vir Dei, dum Laudensium oppidum introis-
set, obuiàm ei cæcus à natiuitate occurrit, subnixè postulans eius se precibus ad-
uari. Cui vir Dei: Credis, inquit, in Dominum Iesum Christum Dei filium? Cæ-
cus respondit: Credo, tantùm illuminentur oculi mei. Sanctissimus Syrus dixit: Si ex

Si ex toto corde credis, ipse in quem credis aperiat oculos tuos: statimque oculo-
rum suorum percepto lumine, cæcus cœpit glorificare Dominum nostrum Iesum Cæcus à nati-
uitate illu minatur.
Christum, vnigenitum ac verum filium Dei: baptizatusque cum omni domo sua
ac multitudine maxima, permansit in fide Christi. Sequenti quoquè die dum Pa-
piam reuerteretur, multi eum, sancta eius eloquia diligentes, secuti sunt: quique
morati diebus plurimis apud ipsum, fundamentum veræ fidei perceperunt. Ciues
autẽ sancti viri cognoscentes regressum, & mirabilia quæ in memoratis vrbibus fe-
cerat, exeuntes obuiàm tam viri quàm fœminæ laudabant & glorificabant Deum,
qui eis talem & tantum dignatus est Patrem concedere. Reuertens autem ad pro-
priæ functionis cathedram, accersiuit ad se prudentissimum virum Iuẽtium: Non Prædicit Iuentio q̃ tertius post eum sit futurus Episcopus.
te lateat, ait, fili charissime, tertiũ te post me ad huius officij honorem pertingere.
Confortare & viriliter age, nè terreat te perturbantium rabies. admonensque
eum de vniuersis ecclesiasticis disciplinis, migrauit ad Dominum, expletis cunctæ Obdormit in Domino cũ esset 82. annorum.
vitæ suæ octo hebdomadarum geminatis recursibus. Cuius sancti corporis reliqui-
as conuentus fidelium populorum, quos venerabilis Pater prædicatione sua Do-
mino acquisiuit, cum sacerdotali cœtu & copia clericorum, in basilica sanctorum
martyrum Protasij & Geruasij, quam ipse construxerat, debito honore & summa
diligentia condiderunt.

Post cuius decessum Pompeius, quem ipse gradu Diaconatûs sublimauerat, sim- Cap.14.
plicitate & humilitate præclarus, eius sedis est insulas assecutus: quique paucos Pompeius ei⁹ successor, feliciter obit.
atque pacificos agens annos, migrauit ad Dominum. Post quem beatissimus
Iuentius dum peteretur ad susc̃ipiendam curam Pontificij, occultari maluit, tan-
to se indignum honore iudicans. Sed declinare non valuit denunciata sibi à Pa- Fugit nẽ fiat Episcop⁹ S. Iuentius.
tre pontificalis dignitatis insignia. Dumque aliquantum temporis apud Lau-
densium vrbem confugiens delituisset, diligentissimè inquisitus à populo Tici-
nensis vrbis reperitur: & coactus Papiam reducitur, & Ecclesiæ conuentui re-
præsentatur. Qui summa vi sacerdotale culmen susc̃ipiens, gratissimæ plebi Cle-
roque aptatur, Patris ac nutritoris sui sequens vestigia. Copiosus in Dei laudibus,
in orationibus, in ieiunijs, vigilijsque assiduis perstites. Erant pauperum munera- Viduarũ & pupillorum defensor S. Iuentius.
tor, viduarum ac pupillorum defensor. Nam quædam vidua dum à creditore
quodam durius opprimeretur, atque crudelis nummularius duplum pecunia-
rum ab ea exigeret quàm dedisset, ad virum Dei protinùs confugiens, misericor-
diam postulabat. Cognito vir Dei hoc negocio, Diaconum suum, nomine Exu-
perantium, cum eadem vidua ad prædictum creditorem direxit, dicens: Vade ad
eum, qui hanc viduam crudeli exactione opprimit: admone eum vice meæ po-
stulationis, dicens: Pater tuus rogat, sufficiat tibi quod tuum est, nec exigas quod
minimè dedisti, nè id quod habere videris amittas. Si autem te audire noluerit,
accè do tibi summam precij, porrige ei & reuertere. Implens autem Diaco-
nus sancti iussa Antistitis, ibat cum ea, atque vniuersa quæ ei iuncta fuerant,
auaro creditori per ordinem retulit, sed immutare eum à prauitate cordis nul- Vitio diuina in creditorẽ auarũ.
latenùs potuit. Mox autem vt aureos, quos vir Dei pro vidua miserat, accepit, cor-
ruens in terram expirauit. Factus est autem timor circa omnem regionem atque
incredulos, qui hæc audiebant, Christi verò fideles lætanter glorificabant Domi-
num Iesum Christum.

Alio quoquè tempore dum quidam de exactoribus fisci, fluenta vellet transme- Cap.15.
are Ticini, deportans secum talentum pecuniæ, arreptus à fluminis vnda, corruit:
demersusque sub aquis, omnem illam auri pecuniam amisit, vix semiuiuus euadẽs.
Cum verò recognouisset se amisisse pecuniam, multa tristitia afflictus, concitus ad
virum Dei cucurrit Iuentium, dicens: Nisi me tua merita liberent Pater, mortis
supplicio subiacebo. Cui vir Dei: Quid est, inquit, quòd tanta tristitia affligeris fi-
li? Publicum, ait, dum transuaderem Ticini alueum, in eiusdem fluminis fluctibus pecuniam perdidi. Cui vir Dei: Illuc vbi amisisti, ait, pecuniam, me ducito.
Cumque ad locum peruenisset, ait beatus Iuentius: Tibi dico aqua in nomine Do-
mini nostri Iesu Christi, qui pedibus super te ambulauit, nè retineas pecuniam, pro Iohan.6.
qua affligitur homo iste. Continuò autem vasculum, in quo pecunia erat recondi- Ad imperiũ S. Iuuentij aqua euomit amissas pecunias.
ta, super aquas natare cœpit, & vndarum impulsibus reuocatum, ad viri Dei vesti-
gia, in loco quo stabat applicuit. Quam pecuniam apprehendens restituit tribu-
lanti. Dignus imitator Helisei, qui ex Iordanis gurgite coram oculis filiorum Pro-

4.Reg.6. phetarum ferramentum, quod in eum dilapsum ceciderat, super aquas natare fecit, missoque in aquis manubrio, qui amiserat, mœrenti restituit. Quod quum miraculum omnes qui aderant vidissent, gratias egerunt Deo, qui suis fidelibus præstò esset per orationes Patris sui.

Cap.16. Beatissimus verò Iuentius spiritalibus inflammatus desiderijs, ambulansque de virtute in virtutem, Mediolanum perrexit propter sæuientium contumaciam paganorum. Quam vrbem dum ingredi cœpisset, ministri dæmonum adnisu ingenti conabantur ei resistere, dicentes: Resipisce: nè vrbem deludas, sicut alij tui complices, nè & tu similiter puniaris. Et cœperunt eum varijs afficere iniurijs. Virtutem Dei in cælum eleuans oculos, dixit: Domine ignosce illis, quia ignorantia

Psal.67. pleni sunt. Sed quia dat Dominus verbum euangelizantibus virtute multa: eadem hora procellosus turbo emicuit, & fortissima super eos grando descendens,

Diuinitùs castigantur, qui viro Dei restiterunt. capita, brachia, & ossa inimicorum veritatis validissimè contundebat: neque aliquis eorum ex tanta tempestate valebat effugere, sed fixis stantes vestigijs, ictibus immensæ grandinis fundebantur. Tandèm reminiscentes prauitatem reatûs sui, clamare cœperunt: Sancte vir Iuenti Pater & domine, libera nos, vt non in tali pœna moriamur, & credemus in eum quem tu credis & prædicas. Orante autem beatissimo Iuentio, mox ab eis recessit tempestas. Quique tali supplicio liberati, pedibus eius se protinùs prosternentes, postulabant vt baptismatis vndam mererentur percipere. Et quia ad hoc miraculum multi concurrebant, omnes

Cõuersi credunt & baptizantur. cum eis ab eo sunt baptizati. Qua in vrbe moram faciens beatissimus vir, & apud fideles Christianos Clerum sacerdotiumque ordinans, Papiam vrbem regressus est. Sed in ingressu ipsius, paralytica quædam iacens in lectulo, salutis ab eo auxilium postulabat: quam vir Dei intuens, extenta dextera, signum Crucis super eam

Paralytica curatur. imposuit, statimque plenissimè reddita sanitati, omnis ab ea paralysis & dolor aufugit.

Cap.17. Alio quoquè tempore dum impijssimus Vespasianus Cæsar aduersùs Christianam religionem exarsisset, Porphyrium quendam Præfectum vrbis Romæ

Sæuit in Christianos Vespasian⁹ Cæsar. direxit, qui peragraret omnes ciuitates ac vicos, vt si quos inuenisset Christianos, adscriptos ei pictacijs literarum apicibus nunciaret, & quicquid de ipsis agere ret suæ iussionis expectaret sententiam. Iamque tua, Christe, miseratione omnis hæc prouincia, fidelium turba repleta erat, & infinita multitudine stipata adcreuerat: quòd nec describere nec denunciare valebat Porphyrius. Cumque vrbem Papiam introisset, idem Porphyrius à plebe susceptus est. Hora verò cadem vir Dei Iuentius in basilica S. Nazarij, quam ipse ædificauerat, Missarum

Vexatur à dæmonio Porphyrius, volens cum suis satellitibus virum Dei inuadere. celebrabat solennia. Porphyrius hæc audiens, nimio furore vexatus, effero in eam corde ingrediens cum armata manu, populum Dei ac tantum Præsulem supplicijs atque iniurijs affligere cogitabat. Sed priusquàm imperum in Christi famulum faceret, arreptus dæmonio cum omnibus secum ingressis alterutrùm pugnis, ora, guttur & faciem cædentes, extra atrium ecclesiæ seipsos cœperunt expellere. Ipse quoquè Porphyrius ex ore & naribus sanguinem profluens maximum defaciebat superficiem terræ. Et amentes effecti, luctuosis vocibus nimium clamorem super sua capita emittebant, quousquè vir Dei Missarum adimpleret

Officiũ Missæ in primitiua Ecclesia, cũ omni plebe celebratur. solennia. Completo autem mysticæ oblationis ministerio, egressus cum omni plebe ecclesiam, grande vidit miraculum. Nam chori ad choros circulum facientes, vnus super alterum immensis fletibus vlulabat. Tunc vir Domini Iuentius omnes fideles in terram prosterni præcepit, vt pro eis Dominum exorarent, quatenùs à tali pœna ereptos ad intellectum mentis suæ eos Deus reduceret, & ad fidem sui nominis aggregaret. Ipse quoquè S. Iuentius omnem faciebat pro eis, dicens:

Orat S. Iuẽtius pro salute inimicorum. Domine Deus Pater cæli & terræ, qui omnibus gentibus sanctum tuum nomen prædicari iussisti, & misisti vnigenitum filium, redemptorem nostrum, vt nos liberaret ab omni iniquitate & præcipitio, suscipe preces nostras pro stultitia istorum, & eximе eos de manu inimici, qui in eos potestatem accepit, & dirige corda eorum in viam salutis, vt cognoscant te Creatorem suum, & nullum alium præter te, te solum adorent & quem misisti Iesum Christum. Orante autem sancto viro & omni populo, terræmotus factus est magnus, & circunsepsit eos subitò cunctis videntibus ignis de cælo, & statim relictis fletibus cœperunt quasi ex vno ore clamare, dicentes: Verè

Verè magnus est Deus Christianorum, idola autem qui colunt, omnes vani sunt. Porphyrius autem incessanter clamabat: Iuenti prudentissime vir, ora pro mea miseria verum atque tremendum Deum quem colis, vt dignum me faciat ditione sua, quia ab hac hora pro nihilo habeo imperialia iussa & idolorum cultura. Cui vir Domini respondit: Superna pietas non vocis auditrix est, sed cordis rimatrix: tu tamen si ex toto corde credideris, quicquid petieris, impetrabis. Die verò eadem antequàm sumeret cibum, omnibus qui cum Porphyrio venerant baptizatis, & ipse Porphyrius baptizatus est. Iterumque Missarum celebratis solennijs, secum omnes mensæ refectionibus adesse præcepit: Omnisque ciuitas visis his miraculis lætabatur. Porphyrius verò sequenti die gaudens & exultans migrauit ad Dominum. Qui autem cum eo aduenerant, fide recepta ad sua habitacula sunt reuersi, parùpendentes imperialia iussa.

Redeunt ad mentem, & confitentur Iesum Christum.

Baptizãtur.

Porphyrius felicitèr obit.

Diuulgabatur autem fama tanti Pontificis longè lateque per mundi spatia & virtutes quas per eum Christus Dominus faciebat: Nam sicut Heliæ Heliseus, ità hic prudentissimus vir S. Syri hæres virtutum extiterat ac spiritualium successor in omnibus gratiarum. Ordines autem Mediolanensium vrbis Cleri, qui ab eodem fuerant constituti, quotidianis eiusdem augebantur exhortationibus in fidei religione confirmandis, ibat frequentiùs, ibique multorum mirabilium virtutes operans, vrbem reuertebatur Papiam. In qua supernæ gratiæ largitate officij sui honore fungens, triginta & nouem annis Episcopalis dignitatis cathedram possedit. Hic tantus operarius Christi crebris in basilica beati Nazarij, quam ipse construxerat, vigiliarum excubijs pernoctabat in sacris orationibus. Sed quadam die filijs adstantibus, sacerdotibus ac clericis, retulit apparuisse sibi circa mediæ noctis silentium S. Syrum, quem etiam Patrem memorabat ex baptismo, cum Nazario & Celso, Protasio atque Geruasio venerandis martyribus, talia proferentibus: Iuenti dilectissime, iam te oportet gaudere nobiscum in cælestibus. ac scias te proximè ad nostra consortia transiturum, atque tertium post hunc diem au-

Cap.18. 4.Reg.2.

Frequenter visitat eccle siã Mediolanensem S. Iuẽtius Episcopus.

Præest suæ ecclesiæ 39. annis.

Apparet ei S. Syrus ante mortem.

Omnes verò qui præsentes aderant, auditis his sermonibus, valdè tristes effecti sunt. Ipse autem immenso gaudio lætabatur, & biduò intra eandem peruigil consistens basilicam, tertio die qui est Dominicæ resurrectionis, Missarum solennia celebrans, omnes populos benedixit, ac sacerdotes, ministros, cunctosque clericos cælestibus alloquijs admonens, lucidæ mansionis & beatæ vitæ habitacula possessurus intrauit. Sanctas verò eius exuuias ad honorem & reuerentiam tanti sacerdotis competentem, in eadem basilica intra crepidinem ad altaris vicinam condientes posuerunt. Sub die sexto Iduum Februarium, vbi & nunc vsque sancta ossa eius quiescentia, virtutibus florent atque miraculis: præstante Domino Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto regnat in secula seculorum, Amen.

Felix obitus eius.

BEATÆ LVDMILLÆ DVCIS ET MARTYRIS CHRISTI GLORIOSAE VITA, EX BOHEMORVM ANnalibus per Reuer. Dn. Nicolaum Salium Pragensem descripta, & ad nos transmissa.

SLABIVOR Hrabota Pessouicensis vir & splendore generis, & rerum publicè priuatimque gestarum monumentis & morum grauitate constantiq; gloria insignis, eo seculo in auita hereditate Melnicij & latifundijs eius vitam agitabat, quo tempore apud Boëmos anno 873. Hostiuitus imperium tractabat. Hic filiam præstantis formæ & generosæ indolis ex Lidoslaua cùm procreâsset, amabilem his dotibus populo futuram certò peruidens, Lidmilam eam nuncupauit, quam Latinus paululùm ab origine primæua deflectens Ludmillam cõmutatione & adiectione literæ expectorauit. Eius adultio-

16. Septemb. Cap.1. S. Ludmillæ patria & parentes.

Egregiæ eiꝰ dotes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris tantum in suscipiendis & moliendis rebus grauioribus robur ingenij, tanta in tractandis subiectorum hominum etiam asperis mentibus solertia fuit: vt quan-

Traditur Boriuoio Duci Boëmię comitę.

uis plurimæ aliæ ea tempestate præstarent oris habitu, & fortunarum copia heroinæ in Boëmia florerent, omnibus tamen his ità vitæ cultu prælata fuit, vt Boriuoio hæredi & domino Bohemiæ sola matrimonij vinculis innecteretur. Quem tanta obseruantia venerata est, & quoàd vixit semper coluit, vt ad amussim ex præscripto legibusque eius viueret. Ille verò tanti eam fecit, vt non modò postulatis eius promptus facilisque annueret, sed etiam quod gratum illi acceptumque fore conicctaret, id sedulò & accuratè promoueret. Quarè cùm eam inflãmato studio honorandorum delubrorum agi obseruâsset: ad solatium eius idolum aureum fe-

Errore gentili decepta colit idolũ aureum.

minei vultûs fabrefecit, quod altitudine sua magnitudinem cuiusuis hominis excederet: idque in penetralibus ædium suarum habitaculis erexit. Quod Ludmilla errore vano implicita nunc prece, nunc donis, nunc sacrificijs onerabat, & æternos illi ignes sacrabat. Nomen idolo Crosinæ datum. Nec mirum illud tanto auro conflatum. largissimo enim venarum aurearum prouentu id ætatis Boëmia scatebat.

Cap. 2.

Intereà legatio Suatopluci Marcomannorum Regis, Belgrado regia vrbe digressa Pragæ successit, petitiones & dona Regis Boriuogio exponens. Donorum vnum erat vini meracissimi capacissimus culeus, insolens inuisumque ijs seculis in Bohemia liquoris genus, & hoc commendabilius. Quod cùm Ludmilla pitissaret, mollissimasque eius per venas insinuationes demiraretur, dignum hûc potum non tantùm hominum conuiuijs, sed Deorum immortalium mensis videri dixit.

Præbet ei potum viaum optimum.

Eapropter prompto illo trullam impleri & Crosinæ suæ libare æquum esse duxit, & libauit. Accidit autem vt restrictis anteà nubibus terra omnis trium mensium numero iciuna areret: illo autem die, quo libaminis loco vinum à Ludmilla statuæ propositum fuit, fœcundis imbribus humectaretur. Homines id pietati Ludmillæ acceptum referre, illa verò benignitati indulgentissimæ Deæ suæ imputare. Aestimare difficile non fuerit, quæ Ludmilla veluti planta in subactum Ecclesiæ Christi solũ translata germina tandẽ ediderit, quæ in macro adhuc sabulo sita, tãta

Boriuoius Dux fit christianus.

frondium pubertate luxuriauerit. Nec fefellit sanè expectationem, sed vicit. Reuersus enim à Marcomannis Boriuoius sacris iam nostris imbutus, cùm immortalis vitæ gloriam & præmia eius Ludmillæ, quæ à D. Cyrillo Episcopo hauserat, exposuisset, adeò hac narratione eius capta est, vt cum eo seueriùs expostularet, quòd salutis curam consortis suæ minoris fecerit, quàm vt illum diuinorum praceptorum magistrum secum in Bohemiam transuehendum meminisset, à quo & illa vitæ Christianæ conscia efficeretur. Atque in eo voto non tantùm secundis &

Quanto desiderio S. Ludmilla flagrârit religiõis Christianæ suscipiendæ.

ad voluntatem fluentibus rebus constans perdurauit, sed & calamitosis turbulentissimisque temporibus eodem æstu fidei nostræ suscipiendæ flagrauit: tunc nimirùm, cùm maritus eius ob nouatam religionem, desertaque prophana Erhnicorum sacrilegia, extorris à terra sua pelleretur. Cuius tantam tamque procellosis casibus benè exercitam virtutem, & animi firmitudinem, breuì sic est remunératus Deus.

Cap. 3.

Restituto enim postliminio, repositoque in pristinum statum, & sibi reddito marito, Episcopum quoquè Cyrillum coniugis sui secundùm Deum parentem exhibuit, vt religionem, quam animo complexa iam erat, cæremonijs quoque assequeretur. Eius illa affusa genibus submisse rogabat, vt sine prolixiori mora opera

Baptizatur cũ duobus filijs.

illius salutiferis aquis tingeretur. Fecit compotem voti Episcopus, ipsamque & Spitigneum maiorem, & Vratislaum minorem natu filios, quibus illa stipata pedibus eius se aduoluit, Christi Ecclesiæ per baptismum transcripsit. Ex illo tempore velutì nouum hominem induta, antegressæ vitæ maculas fletibus eluere, tenebras errorum suorum detestari, Crosinæ, anteà tantoperè amatæ, ne nomen quidem

Extruit in Boëmia multas ecclesias.

sustinere. Semper ferè medium diem cum marito in templo expendere, pauperum lucris inhiare, filijs Christi nomen maiestatemque verbis ostentare & exprædicare, idola proterere, in templis Deo diuisque in sublime euehendis & extendis Boriuoio se æmulam præbere. Eius opus est priuato anniuersario templum S. Catharinæ Tetinensis, Beatæ autem Mariæ apud Pragenses, quod Tainense vulgò appellitant, iugatis cum Boriuogio manibus sublatum. Aedes enim D. Clementis Cralouegradi, quæ prima Christianarum Ecclesiarum in Bohemia est, & fronte Septen-

trionali obuertitur, fanum quoquè S. Michaëlis Tetinæ, & D. Clemẽtis Vissegradi propria Boriuoij effecta sunt. Rursùm aũt diuorũ Petri & Pauli in noua Pragẽsi ciuitate, quod Zderasiũ vocant, & D. Iohãnis templũ, quod in petra nomẽ obtinuit, cõmuni amborum coniugum consensu & opera ędificata sunt. Est autem hoc D. Iohannis templum prope id antrum exædificatum, in quo Iuan Regis Dalmatiæ filius anachoreticæ inspectioni vacabat, quem miro synceri affectûs honore, venerandum illud par coniugum in sua arce excepit. Ludmilla etiam diuinis super se ab eo prolatis verbis muniri se confirmarique depoposcit.

Vita ipsius Iuanis habetur superiùs 25. Iunij.

Magna sunt hæc & illustria Ludmillæ facinora, sed maius illud, & admiratione multò dignius, quod subiungam, in quo virtutis eius apex mirificè splendescit. Ludmillam nostram in prosperrimo vitæ cursu successuque rerum suarum lætissimo, id egisse, vt eminentissimo dignitatis fastigio se sponte deiecerit, & principis throno sceptroque vnà cum marito abdicârit, quo commodius diuturniusque tempus cælestibus rebus se immergendi sortiretur: Neque vllis precibus vel obsecrationibus procerum suorum pulsata perpelli potuit, vt vel ipsa vel eius Borijoius semèl positam cum diademate purpuram resumeret, quanuis Spitigneus grandior natu filius in dignitate patri subrogatus ob contempta Christiana patrum suorum (vt augurare licet) præcepta, intempestiua morte vita expulsus fuerit, & truncæ desertæque res Bohemicæ sine capite viderentur. Quo factum, vt summa rei ad Vratislaum penè puerum deuolueretur. Qui parentibus & maioribus natu dicto audiens, eam cum Deo hominibusque gratiam inijt, vt omnes illi benè, nemo malè vellet. Et proceres quidem principis sobolis propagandæ non parùm soliciti vxorem ei Drahomiram iungunt, quæ dæmonum mancipium iuxtà addictissimum ac obstinatissimum cùm esset, id tamen vereratoriè coram marito tegebat, nè fauori eius excideret. Hæc duos filios ei peperit, Venceslaum priùs, posteriùs Boleslaum.

Abdicat se vnà cũ marito principatu, vt liberiùs Deo vacet.

Vratislaus eorum filius princeps efficitur.

Vxorem ducit infidelẽ Drahomirã.

Cap. 4.

Cap. 5.

Hic Ludmilla animo sapiens eum qui priùs in lucem productus esset, de more patriæ, si occidere Vratislaum contigisset, patri in potestate sufficiendum: nec futile momentum ad augendam tuendamque rem Christianam esse, qua ratione educaretur prospiciens, tali cõsilio eripere matri Venceslaum aggressa est: Orbam se primò morte mariti Boriuogij quiritari: deindè non facilè se solam dolori suo mederi posse, tum orare vt sibi ad mitigandam calamitatem suam, submouendos-

Venceslaus eorum filius traditur S. Ludmillæ imbuendus.

que animi angores, quos ob vita functum Boriuoium collegerat, Venceslai nepotis sui apud se degentis crepundijs oblectari liceret. Drahomira paululùm cum Vratislao collocuta, cùm præsentibus tantùm negocijs intenderet, nec rerum consequentias, Deo illi obstante, metiretur, facilè ei Venceslaum commodauit. At Ludmilla tantam tamque opportunam occasionem benè gerendæ rei nacta, nè eam pateretur ociosè effluere, acceptum secùm nepotem, tum ipsa per se, tum per Paulũ, qui ei in ijs, quæ ad Deum sunt, assiduus hærebat, fingere, formareque & in omnem partem versare cœpit, tam diuque in eo colẽdo insistere, quousque sepsam in eo exprimeret, talemq; eũ redderet, qui tutò Budecij in perdiscenda Latinitate inter lubrica laxioraque adolescentũ ingenia, seueriorẽ viuendi disciplinam tenere sciret. Vbi dũ agit, interea pater eius Vratislaus in humanis esse desijt.

Vratislaus Dux S. Ludmillæ filius moritur.

Cap. 6.

Cuius obitu erecta Drahomira diù meditatam, sed metu viuentis mariti dissimulatam, procellam tandèm in nomen Christianum effundit, in quo occisione occidendo quanuis impotenti & efferata rabie baccharetur, ima summis, diuina humanis confundens: non tamen conatus suos optato euentu claudendos speraret, quousque Ludmillam, quæ sola Venceslao armata machinationes eius discutere posse videbatur, supereesset. itaque hãc tali nefaria fraude euertere aggressa est. Tumanem & Cumanem viros vt apprimè nobiles, ità ingenij profligati, & audaciæ proiectæ, muneribus & pollicitationibus inflammatos ad opprimendam socrum suam destinat. Qui Tetinam specie visendæ Ludmillæ ingressi (erant enim ambo olim in aula eius educati) perhumanè & hospitaliter ab ea suscipiuntur. Antequàm tamen Ludmilla cum ijs discumberet, instinctu diuino admonita est, eos esse vitæ suæ insidiatores. quare accersito Paulo mysta suo, exomologesin vitæ suæ coram eo facit, deindè diuina Synaxi se munit, mox, fusis non paucis precibus, ad terrimos illos emissarios reuersa, benignè cum ijs & sermones miscet & exporrecta fronte epulatur.

Drahomira sicarios pecunia corruptos ad opprimendam S. Ludmillã destinat.

Illa diuinis sacramentis se prœmunit

Remotis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. 7. Remotis postmodùm mensis, somni desiderium mentientes præcipuis domûs suæ thoris dignatur. ipsa coacta omni familia sua singulis pactam mercedem ad denarium persoluit, persoluta omnes incensè hortatur Christum optimum maximum venerari & suspicere, fidei Christianæ immotis vestigijs inhærere, aduersis nec exanimari nec cedere. Cohortatione finita complexis singulis, atque ob officium fideliter obitum collaudatis, & vale dicto, quieti seruire, stupentibus omnibus insolitæ rei nouitatem, iussit. Ipsa quoque cubiculum ingressa cùm multam ad noctem peruigil in strato iacens Deo supplicaret, sentit ianuam penetralis sui hostili ausu disturbari, disturbatamque procumbere. Ergò cùm ad necem se peti animaduerteret, Tumanem & Cumanem, nocturni sceleris molitores, graui oratione castigat, modestiamque hospitalitatis ab eis requirens, reuocat collocati olim in eos beneficij memoriam. Sed surdis canebatur fabula. Nam illi hostiliter capiti eius peplum diripiunt, ex eoque laqueum nectentes furenter eam lectulo præcipitant. Quæ, nobilius genus mortis rata, si pro Christo sanguinem funderet, ferro se ab eis concidi non offocari obtestatur. Verùm in cassum se id egisse apud eos cognoscens, tantisper sibi vitæ vsuram prorogari postulat, quousque se Deo suo offerre possit. Obtenta & decursa, peplo suo illaqueatur, & per spatia cubilis sui, immaniter hinc indè raptatur. Tandem protracta ad saxum quo orans genibus niti solebat allisò sæpiùs illi capite tam diù affligitur, quousque animam exanlaret. xvi. Septemb. Quo quidem in saxo hodiè quoquè sanguinis eius maculæ, testes innocentiæ Ludmillæ, & crudelitatis hostium, liquidò apparent. Sepulta est autem in æde diuæ Catharinæ Tetinensis, cui loco & cœmeterio illi attributo, hanc prærogatiuam Deus in honorem martyris suæ prolixè indulsit, nè quis ibi hominum condi possit, conditus si fuerit, etiam nunc à terra euomatur.

Eccè quàm prudenter domui suæ dispouerit S. Ludmilla.

Ianua cubiculi sui à sicarijs infringitur.

Peplo capitis sui Ludmilla illaqueatur.

Saxo allisò capite intermittur.

Vestigia sanguinis eius in saxo remanent.

Miraculum.

Cap. 8. Diuus posteà Venceslaus cùm in ducem Bohemiæ inauguratus esset, pia memoria merita Ludmillæ aujæ suæ sibi præstita repetens, quam viuenti non poterat, mortuæ gratiam sic remetiri studuit. Missis enim sacerdotibus religiosis, exhumari corpus eius, & Pragam asportari mandauit, vt nobiliori tumulo inferretur. Qui egesta terra, qua thesaurus tantus tegebatur, capsam compertuisse videntes, procliuiùs eadem passum esse corpus eius pronunciant, discessissentque re infecta, nec inspecta, ni Paulus Ludmillæ viuentis olim conscientiæ auriga, discussa carioſa arcula, saluum integrumque corpus eius ibi contineri concelamâsset. Tum in laudes Christi ab omnibus proruptum, resque insignis prodigijs loco habita, corpus anima euacuatum biennio ferè incorruptum, facie paulùm à natiuo splendore degenere inueniri. Perlatum Pragam inclytus princeps Venceslaus, tanquàm pius Phœnix, ingenti pompa ad templum D. Georgio dicatum, vbi nunc quoquè quiescit, pullatus deduxit, multique idololatrorum miraculo rei expugnati, eiuratis erroribus suis, Christi leges acceptârunt. Gesta sunt hæc anno 922.

Eleuatio eius.

Itèm eius translatio ad ciuitatẽ Pragensem.

Vale Ludmilla, & sordidi scriptoris tui collapsam valetudinem precibus sustenta.

Plura de sanctissima Ludmilla hac, habentur infrà in gestis S. Vuenceslai Ducis, nepotis eius, 28. Septembris, cap. 1. 2. 3. 4. & 9.

VITA

VITA SANCTI GOERICI EPISCOPI METENSIS ET CONFESSORIS, VT HABETVR IN VETVSTISSIMO MS. codice Ecclesiæ Traiectensis, cui ea ferè ad verbum correspondet quæ est in Vincentij Speculi libro 24. cap. 74.

SANCTVS Goëricus primò quidem miles egregius de Aquitania, corpore non voto seculi actibus seruiẽs, cùm apud Deum & homines in magna honestate floreret: licèt quæ pacis sunt sectaretur, quandocunquè tamen paganorum infestatio perurgebat, primus aciei militari se opponẽs, barbaricam rabiem Dei fretus auxilio potentissimè deuincebat, & spolia amplissima reportabat. Deniquè subitò, oculorum & visûs amissione percellitur, virtute tamen patientiæ vndiquè munitus, Deo gratias agens dicebat: Sicut Domino placuit, ità factum est &c. Eo tempore regnabat in Gallia Theodoricus in silentio noctis quiescenti Angelus Domini affuit, dicens: Serue Dei Goëriche, venit tempus quo mœror tuus in gaudium transferatur, quo etiã lux amissa tibi restituatur. Ergò Metensem ciuitatem aggredere, & limina beati Stephani denotè ingredere, Deoque preces ibi funde, & recipies ilicò visum & totius corporis sospitatem. Arnulphus autem tibi charus amicus & propinquus ibi pontifex reperies: cui spiritus sanctus te ilicò affuturum præmonstrabit, & quicquid Deus tibi impensurus est manifestabit. Expergefactus ergò vir sanctus, milites conuocauit, & de Aquitania ad præfatam vrbem iter arripuit. Cui appropinquanti sanctus Arnulphus adfuit: & facta oratione, dataque benedictione, eum in domum induxit. Qui obtentu sancti Stephani visum & totius corporis sanitatem recepit plenissimam. Post hæc sanctus Arnulphus spiritali mentis intuitu videns Goëricum successorem sibi fore dignissimum, consentiente clero & populo, eum constituit: & diù desideratam eremum petijt. Igitur Goëricus, qui alio nomine dicitur Albo, pastorali cura adstrictus, vocibus & moribus cæteros informabat. Et quoniam ante Episcopatum corpus districtissimis ieiunijs attriuerat: enarrare fas non est quàm dura ieiunia cumulabat, quot etiam dies incibatus, vsque in diẽ alterum pertransibat: quantùm biduanas & triduanas alacri vultu & mente abstinẽtias celebrabat. Defuncto autem sancto Arnulpho in eremo, cùm beatus Goëricus assumptis Tullensi & Virdunensi Episcopis sanctum corpus ad sedem cui præfuerat transferret, sole ad occasum vergente, fortè villam iniqui & incesti hominis offenderant: quam intrare volentes sacrarum reliquiarum portitores, diuinitùs retenti repensi subsistunt. Sanctus autem Arnulphus dum viueret, præfatum iniquum sæpè vt resipisceret commonuit, nec quid efficere potuit: idcircò nunc eius hospitium subire contempsit. Quia verò nox imminebat, & nulla alia villa tantæ multitudinaptapræsto erat: orante sancto Goërico, affuit quidam diues, qui dixit: Est mihi præsidium in hac patria, vobis quidem non satis contiguum: sed noui ad cuncta accessaria præsentem Deum nostrum. Hoc autem sanctus audiẽs, corpus sanctum illinc verti omnesque sequi imperat. Cerneres tantam in eundo esse velocitatem, vt quod vnius diei integri spatio vix peragi credere posses, duabus vel tribus horis implerum mirareris. Cumq; ad villam peruenissent, ceruisiæ parùm se habere honore, ministris conferentibus, comperit. Et iterùm fide repletus, sancti Goërici meritis & precibus hoc committit. Qui nota præsidia petens, Deum suorum necessitatibus subuenire postulat. Tantaque populi multitudo ex paruo liquore (quod vix credibile est) abundantissimè est satiata. Quicuit autem in pace vir Domini xiij. Calendas Octobris, quo die eius festum celebratur: ac tumulatus est in ecclesia Metensi.

Septemb 19. S. Goërici patria.

Fit cæcus.

Iob 1.

Apparet ei Angelus mense vt in vita S. Stephanũ Metis.

Recipit visum & corporis sospitatem.

Fit Episcopus Metensis.

Abstinentia eius.

Translatio corporis S. Arnulphi.

De hoc & subsequente miraculo, lege Vitam S. Arnulphi 16. Augusti circa finem.

Felix obitus eius.

DE

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE SANCTO SEQVANO ABBATE ET CONFESSORE, VT HABETVR IN S. GREGORII ARCHIepiscopi Turonensis libro de gloria Confessorum cap. 88.

Septēbr. 19.

S. Sequani miracula.

MAGNAE autem virtutis fuit & ille Sequanus Lingonici Abbas territorij, qui viuens sæpè homines à vinculo diabolici nexûs absoluit, & post obitum ad sepulcrum suum ergastulari catena reuinctos, liberos meritis abire permisit. Denique Gunthrannus Rex cornu, cuius voce vel molossos colligere, vel illa cornutorum arborum armenta effugare consueuerat, furto ablatum perdidit: quæ res multos in vincula coniecit, & nonnullos facultate priuauit, ex quibus tres viri memorati Confessoris monumentum petierunt. Quo Rex comperto, iussit eos catenis atque compedibus necti. Factumque est ità. Media verò nocte lux in basilica humana luce clarior oritur, diffiliunt ferrearum compedum repagula, catenarumque disruptis bassibus, vincti laxantur. Quo audito Rex exterritus, velociùs eos liberi arbitrij potestati donauit.

Itèm signa ad sepulcrū eius.

VITA S. IOHANNIS REOMAENSIS ABBATIS, VT HABETVR IN PERVETVSTO MS. CODICE.

Verùm stylum opportunis locis mutauimus.

Septēbr. 22. Patria & parentes.

VIR per omnia prædicandus Iohannes, nulliq; suo tempore secundus, ortus in territorio vrbis Lingonicæ, nobili genere, patre Hilario, matre verò Quieta: puer literis imbuendus traditur. Cùm autem fuisset annorum viginti, inuitis parentibus seculo valedixit, ac in remoto loco villę, proprijs manibus cellam & oratorium construxit: vbi adiūctis secum duobus pueris, soli Deo vacabat. Indè verò ad perfectiora tendens, in desertō quod sub axe Lingonico iacet, cum dictis pueris se contulit, & primò ibi in paruo tugurio habitauit. Crescente autem numero discipulorum ad eum confluentium, remuit nè plebi dominando, periculum potiùs elationis incurreret, quàm vitæ meritum acquireret. Quocirca cum duobus prænominatis socijs nocte fugiens, perlustrauit Galliæ monasteria: tandemque perueniens in insulam marinam, monasterium Lirinum petijt, ibique receptus, districtissimè vixit, ac sanctissimè inter eos-

Valedicit mundo vitā solitariam eligens.

Clàm fugit, nè præficiatur multitudini.

Hìc igitur postquàm anno & mensibus sex delituisset, per vniuersam patriam quæsitus, à quodam, qui de Galliæ partibus aduenerat, vix agnitus propter habitus sui vilitatem, inuentus est. Cognito autem eo, monachi Lirinenses, quem priùs fama celebrem reddebat, veniam suæ ignorantiæ humiliter petierunt, quòd eum iuniores locum dedissent. Interìm reuersus agnitor ille, ineffabile gaudium deuentione beati Iohannis reportauit. Quod cùm Gregorius piæ memoriæ Lingonensis Episcopus intellexisset, duas conscripsit epistolas, vnam per duos fratres, domino Abbati Lirinensi transmittens, qua virum Dei rogabat sibi restitui: alteram verò Abbati Iohanni, qua eum reuocauit ad suos: terrendo etiàm, quòd esset ante tribunal iusti Iudicis Christi reddituras rationem, ob sui desolationem, ac fratrum dispersionem. Regressus igitur vir Dei, non tamen patriæ, quàm suis filijs multum attulit gaudij, ac breui spatio reformauit monasterij disciplinam.

Eius humilitas.

Reuocatur ad suos filios per D. Gregorium Lingonien. Episcopum.

Cùm ergò in dicto deserto Tornodorensi præesset, fratres nimiam patiebantur aquæ penuriam: cui incommodo quærentibus remedium, nunciatur, eodem loco antiquitùs fuisse puteum multæ profunditatis, quem vulgaris incuria, & rerum vetustas nimia lapidum obstruxerat congeries. Serpens verò basiliscus in eodem

eodem putei loco habitabat. Sanctus verò Dei plenus fide, prior ad locum accedens, rastro fodere cœpit, ac alijs iuuantibus putei ostium aperuit, & serpentem oratione interemit: Ex quo puteo copia aquæ in præsens vsque hauritur.

Oratione occidit basiliscum.

Per idem tempus mater sua, magno eum videndi tenebatur desiderio, quod cùm per fratres ei esset significatum, primò renuit, sed posteà nè fidem matris videretur velle contemnere, eam admisit, ac transiens ante eam cum reuerentia, parumper obtutibus eius seipsum exhibuit, moxq; discessit, rogans per ministros, nè in hac re ampliùs molestaretur, quia deincèps se eum nullatenùs visuram in præsenti vita, prædixit.

Mater sua eum visitat.

Alio quodam tempore cùm fratres ligna cæderent in sylua, casu ad monasterium reuersi, reliquerunt secures suas in cœpti operis loco, quas quidam superueniens inuentas furatus est. Posteà fratribus id suo patri referentibus, ille iussit eos lectioni vacare. Et exiens ad prædictum locum, ibidèm intentissimè orauit. Fur igitur reuersus, ad pedes sancti viri corruit, secures restituit, & veniam commissi criminis humiliter expostulauit, asserens se ante restitutionem de nemore exire non potuisse.

Fur quidam diutiùs cogitur restituere ablatas secures.

Eidem sancto Dei mirabilis effugandorum dæmonum collata est potestas, quoque in viuis manebat: vndè & filium clarissimi Nicasij obsessum, cùm propè flansiret, & ille proclamaret non posse diutiùs tolerare Iohannis Abbatis præsentiam, ad eum accessit, & oratione sanauit. Alium quoquè mutum obsessum curauit, qui vsque ad obitum in monasterio posteà laudabiliter vixit & perseuerauit.

Dæmoniac⁹ curatur.

Item alius.

Quodam tempore literas suas ad Secundinum patricium misit, quibus cuiusdā pauperculi causam egit. At ille, spreta eius commendatione, literas in terram proiecit & pedibus conculcauit. Sed non defuit Dei vindicta. nam toto corpore tanto tremore ac pauore subitò concutitur, vt intelligeret, ob tanti viri contemptum se ista mala perpeti. Mox igitur per internuncios humiliter veniam deprecatur, & tandèm imperata sibi per sanctum complens, sanatur.

Secundinus patricius diuinitùs castigatur.

Curatur.

Plurimos quoquè infirmos, missis eulogijs, mortis faucibus eripuit. Quodam enim famis tempore, dum egentium caterua ad sanctum confluoret, & ipse omnibus misericorditer subueniret, minister eius superueniens, ei indicauit, tantum non superesse frumenti, quantum omnibus sufficeret. Mox pius pater vas iussit pro pauperibus impleri, capiens plus minus modios quinquiès quinos, cætera quę restabant, in vsus fratrum reseruari. Cùm ergò turba egenorum per aliquot temporis ex eo aleretur, euenit vt quidam iuxta morem mendicaret. Sanctus autem consuetam mensuram dari iubet egenti. Minister verò respondit, nihil in vase existere, sed totum pauperibus erogatum. Quo audito, sanctus oculos in cælum attollit, & genuflexo orauit Dominum. Qui surgens ab oratione, iubet ministro, vt fideliter alimenta deferat indigenti. Pergens ergò minister, vas quod priùs vacuum reliquerat, repletum reperit, & pauperi consuetam mensuram dedit.

Mira eius benignitas in pauperes.

Pro pauperibus sibi alimenta cælitùs administrantur.

Vir quidam religiosus Sequanus nomine, audita fama sancti Iohannis Abbatis, more patrum, quadam nocte à partibus Magnimontensis aduenit, & basilicam sancti Iohannis oraturus latenter intrauit. Quod vbì vir Dei diuina reuelatione intellexit, iubet ministro, vt dato signo sodales excitet, quia frater communis Sequanus, absconditè fores ecclesię penetrans orat. Abeuntes ergò fratres ad ecclesiæ fores, famulum Dei orantem inuenerunt, cui hospitalitatis officium deuotè perfoluerunt. Obijt autem sanctus Iohannes Abbas anno ætatis suæ centesimo vicesimo: Cuius oculi non caligauerunt, nec dentes damna pertulerunt, nec eius memoria lapsa est. Sepultus, quotidiè nihilominùs viuit miraculis.

Felix obit⁹ eius.

DE EODEM S. IOHANNE ABBATE, EX GREGORIO TVRONENSI DE GLORIA *Confessorum Cap.* 87.

Septẽbr. 22.

EVIT in Tornodorensi pago in parochia Lingonicensi vir sanctitate præcipuus Iohannes Abbas, iuxta sui nominis etymologiam, diuina gratia præuentus. Denique fertur, quia cùm monasterium ædificare vellet, quod Reomaus nuncupatur, & fratres nimiam aquæ penuriam paterentur, reperit puteum immani profunditate altum, vbi pessimus serpens basiliscus habitabat. Hic itaque diuina inuocatione per empto serpente, ac mundato puteo, puteum potabilem fratribus reddidit: de qua aqua & nos, cùm Lugdunum pergeremus, à fratribus illius monasterij benignè suscepti, causa miraculi hausimus: cuius etiam haustu plurimi frigore tici curantur.

Basiliscum precibus necat.

Nota pœnã fratricidæ.

Fertur & de præfato viro tale miraculum: Quidam fratricida pro enormitate criminis, ferreis circulis alligatus, præceptum habuit, vt septem annis loca sanctorum peragrando circuiret. Hic cùm Romam venisset, reuelatione diuina compertum, nullo aliter se posse absolui, nisi ad sancti corporis reliquias Iohannis Reomaensis Abbatis perueniret. Hic ergò passim lustrando loca, tandèm peruenit ad basilicam, vbi haud longè à monasterio sacratissimum corpus eius locatum est. Ibique orationibus ac vigilijs incubans, vinculis omnibus absolutus est. Vixit vir hic iustus & vir religiosus, sicut legislator Moyses, centum viginti annis, cuius nec oculus caligauit, nec dens motus est. Fuit autem institutor viri memorabilis, de quo in suo loco narrabimus.

Grãdis ætas beati viri. Deut. 34.

CERTAMEN GLORIOSI MARTYRIS CHRISTI, SOSII DIACONI, AC IANVARII EPISCOPI BENEuentani, & sociorum eorum, authore Iohanne Diacono S. Ianuarij, qui eiusdem S. Sosij translationi interfuit.

PRÆFATIO AVTHORIS IN PASSIONEM & translationem.

POST nonnulla tyrocinij mei opuscula, quibus aliquantisper iuuenilem animum charitatis exercuisse videbar imperio, nullior fore disponebam intentionis, nisi vt magis hebetarer desidiã, quàm fomenta liuidæ stomachationis alicui pro talibus subministrares experimentis. didiceras quippè, & satis didiceras, qualiter bilis ignita, linguæ faculam torrens, contiguos vrereret dentes. Huic ergò decreto cùm inclinatus animo adhæsissem, interplurimorum sodalium cœpi etiã & domini Iohannis venerabilis sancti Seuerini abbatis, quem vnquàm refellere nefas æstimaueram, detrectare imploratores, adeò scilicet, vt ad id quod de sancto Sosio fieri postulabat, multifaria euadens obliquitate diuersus, modulum excusationis nullatenùs inhiberem. Quod vbi vir strenuissimus animaduertit, non est passus vltrà dissimulationis prolongari fastidium, sed peridoneos peruentores domino Stephano suggessit Episcopo, quatenùs eius amplitudinis interuentu obtineret, quod adipisci sua impertinacia nequibat. Extemplò me pontificalis accersitum sublimitas, taliter increpando cepit: Excidit'ne tibi diacone, qualis sit fructus obedientiæ? excidit'ne Samuelis iusta indignatio, dicentis, Melius est obedire quàm sacrificare? Cur ergò da præteris aure, quod à Iohanne Abbate totiès posceris? An ignoras quantes vtilitates talium narrationum scripta conuectent? Si enim in eis totius Christianitatis emolimenta percipiuntur, quarè tu tua quærens, ostendis te colaphis non esse disciplinatum Apostolicis? Sic præsul. & præsuli sic submissa voce respondi:

Iste Seuerinus Noricorum fuit Apostolus, cuius corp' translatum est Neapolim.

1. Reg. 15.

Si vestræ priùs discretionis lance pensatur, quò potissimùm nostra vergat accusatio, iustissimè castigamur: sin aliâs, quarè tantis fatigamur redargutionibus? habet, inquam, habet affatim nostri compertus acumen ingenij, quomodò plurimę martyrum passiones ex historijs & annalibus sunt decerptæ, in quibus seriatim cõmendabatur quicquid gentilis illa perpetrabat examinatio. At nos, quibus nulla taliũ facultas suppeditat, quo exequi pacto cogimur, vndè rectissimè fauorali denotemur mendacio, & inexcusabile pseudepigraphi discrimen incurramus? Hanc præsul ipse apologiã tali protinùs authoritate conclusit: Procùl hinc, procùl, si placet, totius obiectionis ambago recedat. Est enim exindè quædam scriptura lepida vt reor digestione contexta, quam me olim vidisse recordor, & quidem quoniam lõgi temporis meta relabitur, idcircò cunctando assero vtrùm necne sancti Ianuarij gestis, cum quo fortissimus Christi athleta immortalem percurrit agonem, aliqua sit ex parte diuersa. Tamen hæc qualicunque stylo prolata constet, sumenda est à te, & sicut certum est tuos fecisse maiores, quæq; fiunt superflua reseca, necessaria subroga, inepta abijce, & vnà cum his quæ de inuentione corporis eius sunt, fidei tuæ qui interfuisti, in ciuilem redige compositionem, quatenùs pro tãti laboris recompensatione, municipatu tandèm martyriali Christo largiente perfrui merearis. Ad hæc ego nihil vltrà respondere præsumens, coactus inchoaui quod spontaneus recusabam. Sed quia in memoratis scriptis infatuato quanuis sale perunctis, nulla parentum ipsius, nec pontificis saltem, qui eum Leuitali redimitione dicãrat, mentio inerat, & conquerentes ex hoc viros etiam non spernendæ grauitatis perspeximus: ideò summatim commemorare libuit, vt nec ego sim in anteà obnoxius, nec illius temporis pertinaciter incusentur scriptores, quoniam multa accedere potuit euentus, aut latibuli scilicet, aut mortis, necnon & ignorantiæ, vel aliud quid verisimile, vndè iusta possit oriri excusatio, quòd silenter præterierunt: Tamen quomodocunquè acciderit, quia nulla valet modò coniectura censeri, constat me credulitate media, nihil irritum, nihil ambiguum in istis posuisse narrationibus. Decæterò nunc agendum est honorabilis abba, vt nupèr promissis orationibus sic sic meam iuues inertiam, quatenùs sit Deo acceptum & hominibus ratum huius nostri laboris conamen.

Author ab Episcopo rogatus præsentem conscripsit historiam.

PASSIONIS HISTORIA.

CAPVT I.

NVMERIANVS igitur Augustus cùm ex Parthicæ regionis demolitione reuerteretur, & propter oculorũ quam incurrerat ægritudinem lectica in itinere vreretur, ità est ab Apro socero suo clandestinis peremptus insidijs, vt vix fœtore cadaueris necẽ eius post aliquot dies milites comperissent. Qui statim Aprum interficientes, Diocletianum cuiusdam ex Dalmatia scribæ filium, tumultuosa vociferatione Cæsarem acclamârunt. Hic autem versipellis vt erat, Maximianum continuò Herculeum, moribus & feritate haud sibi dissimilem, consortẽ sibi assciscens, iniquo prælatu reipublicæ summam inuaserunt. Sed quia Carinum præfati Numeriani germanum, qui superstes adhuc cum omni exercitu Galliarum commanebat in partibus, metuendum ducebant: idcircò in suis primordijs lentam commouerunt persecutionem in Christianos, scientes illi proculdubiò plurimos hærere amicos, quos huius tituli sacratissima decorabat professio. Vbi autem Cæsar iste penès Murgum prælio deuictus occubuit, confestim illi tempus nanciscentes quo tyrannidem suã sæuire permitterẽt, proh dolor, per vniuersum orbẽ complices suos direxerũt, quatenùs quicqd Christianitatis culturę reperirent, aut suis possent obscœnis mãcipare cęremonijs, aut exquisitissimis addicerẽt pœnis. Succurre Domine Iesu, succurre agonizãti Ecclesiæ tuæ, vt perspicuus fidei candor, quò quia magis densitate caliginosæ gentilitatis obrui satagitur, eò ampliùs te illustrante martyrialibus renitescat lucernis.

23. Septembris. Numerianus à socero suo occisus. Diocletianus, Apro interfecto, Cæsar acclamatur. Carini Cæsaris cædes. Diocletiani & Maximiani crudelitas.

CAP. II.

CRuentissimis itaq; satellitibus omni solicitudine suorum iussa dominorum adimplere studentibus, licèt omnis Campania, immò totus afflictaretur mũdus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dus,tamen in oppido Miſenatium potiſſima incubuerat perſecutio: quia illic cele-
bris paganorũ frequentabatur occurſus, propter Vatis Sibyllæ ſepulcrum, haud
Sosius Miſenatæ ciuitatis Diaconus. indè longè diſcretum. Hac ergò tempeſtate beatiſſimus Soſius eiuſdem eccleſiæ
Diaconus, vir in quo cælitùs omnium chariſmatum dona confluxerant, ſecun-
dùm congruam ſui nominis vocationem, quia Soſius,ſi à σώζω Græco ſermone de-
riuatur, Latinè Salutaris exprimitur: cùm nocte dieq; quanuis palàm, ob inſidias
perſecutorum non auderet conuerſari,tamen ad nil aliud erat intentus,nisi vt in-
credulos inuitaret ad fidem,& fideles ad imminentes corroboraret agones. Cuiꝰ
induſtria dum longè lateq; flagraret, & opinio bonitatis in dies accreſceret,intan-
Ianuarius Beneuentanus Epiſcopus Soſio familiaris. tùm cœpit ab hominibus fore dilectus, vt Ianuarius Beneuentanæ ſedis egregius
Antiſtes, licèt maioris eſſet dignitatis, magni tamen Dei vſq; ad mortem ſe humi-
liantis imitator effectus, ſedulus ad illum viſitandi gratia properaret, & doctrinæ
pabulum mutua ſibi ſubminiſtrantes affluentia, non ſolùm animos ſuos ad cæle-
ſtia ſubleuarent,ſed & Dominicum gregem per ſacra colloquia informarent. Mi-
ra ſanctorum dilectio, mira & ſtupenda conſtantia. Nam cùm nulla fatigatione
itineris,nulla terroris intentione retraherentur, quin vicariam ſibi exhiberent af-
fectionem: accidit autem nutu diuino, vt idem Domini Antiſtes ex more veniẽs,
reperiret illuꝫ fortè in cœtu fidelium, ſacroſanctæ Euangelia ſonoro iubilo per-
ſonantem: mox pater optimus pietatis amore contractus ſubſtitit, & ſeruorem
Viſio ſancti Ianuarij. tantæ alacritatis diù multumq; admirans, ſubitò clericatum verticem eius vidit
perſpicuam effundere flammam,cuius oblectatione perculſus,intellexit protinùs
documento ſcripturæ imbutus,quid coruſcationis radiaret in illa, quid ve porten-
deret inflammatio ipſa, & lætus in cælum cum gaudio palmas ſuſtollens, ineffabi-
lem Chriſti gratiam ſeriamq; diſpenſationem ex intimis cordis organis collauda-
uit. Dehinc perpendens id nulli præſentium nisi ſibi ſoli apparuiſſe, properanter
Vaticinium eius. acceſſit, & conſtricto ſuper eum incumbens amplexu, flammigerum illud caput
ſpiritualibus deliniebat oſculis, & coram adſtantibus martyrij tandèm diademate
coronandum iterùm iterumque profitebatur.

CAP. III.

O religio ſanctitatis,ô deuotio charitatis,ô vaticinatio veritatis. Dum enim ra-
lia tantaq; præſulis pariter & Leuitæ dona conſideramus, omnis penitùs ad-
miratio nobis adimitur, ſenſus hebeſcit, lingua torpeſcit. Quis vnquàm tam elo-
quens tamq; facundus dignè poteſt exprimere, qualiter iſti de religione ad ſanctu-
tatem, de deuotione ad charitatem, de vaticinatione conſequenter ad veritatem
pertingere meruerunt? Illam inquam veritatem,quæ multò antè ſpondere dignã
Luc 12. ta eſt: Ignem veni mittere in terram,& quid volo nisi vt ardeat? Si enim per ignem
1. Iohan. 4. charitas,quæ Deus eſt,& per terram corda humana intelliguntur: rectè ignis iſte
in vtrorunq; ardebat precordijs,& tam vehementer ardebat,vt vni,qui ſecundùm
S. Ianuarij & Soſius, charitate & Spiritu ſancto pleni. Apoſtolum Chriſtum habebat caput,in vertice redundaret: alteri quoquè,qui ſe-
cundùm Euangelium beatos habebat oculos, reſplendeſceret in obtutu. Ambo
ergò beati,ambo felices,quia ambo nimirũ illis ſunt donati muneribus,quæ olim
filijs naſcentis Eccleſiæ loqui & prophetare vnanimiter inſtigabant. Quid enim?
Act. 2. nunquìd iſte non fuit ille ignis,qui repentè ſuper Apoſtolos intonãs, ora illorum
per varias diſcreuit loquelas? nunquìd non huius illapſu Petro loquenti fides &
Act. 10. eleemoſynæ Cornelij centurionis ſunt approbatæ? nunquìd ad impoſitam Pauli
Act. 19. manum ſuper viros decem iſtius non eſt illuſtratus aduentu? Et quid per ſingula
ducor, ſi ipſe illos, proculdubiò clarificauit & iſtos. Videamus qua conuemione
ad martyrij gloriã ſacratiſſimus pertigerit Diaconus,de quo veraciſſimus prophe-
tauerat Antiſtes.

CAP. IIII.

Cùm igitur Soſius Leuita benigniſſimus, ſicut prælatum eſt, famoſis polleret
moribus,& vitæ virtutisque propoſito inſiſtens, bonus odor alijs ad vitam
2. Cor. 2. alijs ſecundùm Apoſtolicam inſtitutionem eſſet ad mortem: factum eſt,vt ab his
qui bono perierunt odore,ſæpiſſimè ad Dracontium tunc Campaniæ Iudicem,
Ducitur ad tribunal Iudicis S. Soſius. cuſaretur. Quorum frequenti ſuggeſtione, vtpotè paganitatis miniſter, in furas
actus, lictoribus ſuis tranſmiſſis arctari cum & ad ſe vſque perferri præcepit. Mos
Matth 5. autem,quia lux in tenebris latére non poterat, neque ciuitas abſcondi ſupra mon-
tem poſita, vbi conuentus eſt à militibus fortis athleta Dei, & coram ſolio Iudicis præſen-

præſentatus ſtetit interritus. At ſceleratus arbiter diù multumque admirans ele-
gãtem eius ſpecioſitatem,Aptè,inquit ad illum, forma corporis cum fama nomi-
nis tui congruit. Sed quia quadam ſuperſtitione pollutus aſſeueraris, neceſsè eſt
vt accedens libamen offeras,& fruſtreris accuſationem, quæ totiès de te noſtras
perculit aures. Ad hæc ſanctus reſponſum reddidit paucis: Abſit hoc,Iudex,abſit
à me, vt debeam aliquo modo illam commaculare religionem, cui ab ipſis, vt ità
dicam,cunabulis oblatus,toto corde,totaq; intentione ſeruiui. Tunc cenſor in-
tumuit,& felleam vultu * prætentans amaritudinem,Nè confidas, ait, in hoc ver-
nantis corpore iuuentutis: quia ſi ſcitis Imperialibus & meo protinùs conſulto
non paruëris, illo te priùs vehementer affectum tormentis iubeo mancipari erga-
ſulo, vndè ſaltem nec ipſe te Deus tuus poſſit eripere, ſed ſqualore intolerabili &
famis ſic adigaris penuria, vt ſpontè perſpicias, quod modò paruipendendo recu-
ſas. Mox propugnator veritatis omni refertus conſtantia, ait: Non tibi vnquàm
benè ſit arbiter iniquitatis, vt quibuſq; aliquãdò pœnis deuincar, & deteſtabile tuæ
peruerſitatis adimpleam votum. Ego autẽ firmiter in Deo meo ſperans, cum eius
Apoſtolo ſemper decanto: Nullus me ſeparabit à charitate Chriſti,nõ tribulatio, Rom. 8.
non perſecutio,non gladius,non carcer,non fames,non nuditas: quoniã propter
eum tota die mortificor,vt tandèm cũ illo cõiungar: ſed tibi ô miſerrime, ô ſcele-
liſſime, potiùs eſt ingemiſcendũ & dolendum, qui iuſtè quodã præſagio Dracon- Iudex,cur Dracontius ſit appella-
tius es appellatus. Reuerà enim nunc ille temerarius draco per oris tui organum tus.
loquens, inualidam Dei mei præſumit aſſerere poteſtatẽ,qui olim protoplaſtis ob Gen. 3.
appetitæ Deitatis rapinam mortem infligens,contra conditoris interdictum veſci Epheſ. 2.
eis de ligno vetito perſuaſit. Tamen licèt illis hominibus occulto Dei iudicio præ-
ualuiſſe lętatus ſit, mihi verò, cui iam per lignum Crucis vita eſt reſtituta, nũquàm * for. deeſt, præualebit, vel, præua-
per te Dracontium,qui ad inſtàr eius,nomen & venenatam poſſides linguam *. luiſſe lætabitur.

CAP. V.

His Iudex auditis,ſecum infremuit,& furibundus ad lictores conuerſus ait: Ve-
ſtras expromite vires, & loquacitatẽ huius audacis validis cõprimite flagris,
quatenùs reſipiſcens animaduertat ante cuius ſublimitatis tribunal aſſiſtit. Dixit, Grauiſſimè cæditur Soſius Leuita.
& dictum cominùs miniſtri exequentes, totum corpus ſancti fœdiſſimè laniârunt.
Cernens itaque dæmonum arbiter,robuſtiſſimum Chriſti militem paleſtra illa pa-
tienter flagella tolerâſſe,ſtomachando intulit: Hic quia ſe vultum longanimitatis Mãcipatur carceribus.
induiſſe ſimulat, clauſtris eſt teterrimis deputandus, vt ibi frigore fameque defi-
ciat,& florida ipſius,qua gloriatur,iuuenta tabeſcat. Erat nempe tunc beatiſſimus
Soſius annorum circiter triginta, ſicut ipſe cuidam benigno reuelârat Epiſcopo
nomine Theodoſio,quem propter vitæ meritum valdè dilexerat. Aduenerat au- Theodoſius Epiſcopus vir ſanctiſ-
tem iſte de Græcia,& propter religionẽ multa cum eo ſodalitate fuerat coniũctus, ſimus.
quique etiã & de eodem fatebatur Diacono, quòd verè Domini noſtri Ieſu Chriſti
diſcipulus & imitator eſſe ſtudebat. nam & opportunè & importunè prædicationi
inſtabat,& ob inſidiantium procacitatẽ vulgares plerunque declinabat adſpectus.
Recluſo itaque fortiſſimo martyre Soſio ſecundùm decreta Iudicis in ardua ar- Eccè S. Proculi, Eutice-
ctaque cuſtodia, Proculus diaconus, & Eutices atque Accutius illuſtriſſimi ciues tis & Accutij pro fide
Puteolani, feruore deuotionis accenſi, ethnicos clamoroſis obiurgationibus in- Chriſtiana zelum.
crepabant, dicentes: Miſeri, dementes, inſani, quarè benignum & innocentem
hominem verberibus afflixiſtis & tenebris addixiſtis? Nunquìd quia veſtrarum Matth. 5.
principis tenebrarum noluit eſſe famulus,ideò lucernam ardentem, quæ non po- Luc. 8.
teſt ſub modio contegi, carceris obſcuritate voluiſtis extingui? Heu deteſtabile
iudicium, heu execrabile factum, quod omnis lex abrogat, omniaque iura con-
demnant. Quis vnquàm legiſlator, vel iuris peritus indixit, vt iuſtus condemnare-
tur,aut innoxius puniretur? Hæc & his ſimilia vociferantes,ad ergaſtula properâ-
runt,& ſanctum Leuitam omni ſolamine omnique alleuiabant affatu.

CAP. VI.

Dic,rogo, dic inſaniſſime cenſor, nunquìd & iſti alienationem mentis patiun-
tur,qui & innocenti viro,ex intimo compatiuntur affectu, & penitùs impro-
bant tuæ iniquitatis examen? Cæce, ſi ſenſus tuus non eſſet peruerſus, videres vti-
què quia iſti ſunt de quibus prophetica clamat admiratio: Qui ſunt iſti, qui vt nu- Eſa. 60.
bes volant, & quasi columbæ ad feneſtras ſuas? Verè vt nubes & vt columbæ vola-
bant, quia nullis implicati contagijs, tã perſpicuo tamq; claro obtutu ea quæ ſunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

æquitatis intuebantur & veraciter profitebantur. Sed quia nullius vtilitatis respectum tua capit obstinatio, ideò præceps velut in reorum duceris accusationes. Lictores nanque verbis illorum auditis, statìm ad iniquum Iudicem properantes, Domine, inquiunt, eccè homines Christianæ sectæ, quos vbiquè perscrutari vestra dignatio iussit, sponte sua venientes ad carcerem, cum Sosio damnaticio in constabulatione iunguntur.

CAP. VII.

Præsentantur Dracontio præsidi.

DRacontius ilicò citatis eos ad se vocans officijs, præcepit vt cum sancto Sosio sibi præsentarentur. Qui læto coram eodem vultu dum adstarent, talem Iudex prorupit in vocem: Miseri, quæ vos fatalis coëgit impulsio, vt huic insano uentes homini, nostra nostrorumque principium decreta paruipendatis? An nescitis, quanta super huius Sosij complices Imperatorum deferuerat indignatio? Relinquite ergò has vanas, quas somniatis spes, nè vos appetisse pœnitcat istius sodalitatem vecordis. Ad hæc sancti constanter tale edidêre responsum: O vtinàm,

Egregiũ eorum responsum.

Iudex, cælitùs insaniam stolidi huius fuissemus incurrere digni, qui vos vestrosque tyrannos fide contemnit, humilitate despicit, patientia vincit: viceramus, inquunt, & nos iram indignationis non vestræ sed Dei, qui venturus est ponere orbem terræ desertum, cuius illecebras tanta vos auiditate sectamini, vt meritò filij eius adstruamini. Filij ergò mundi proculdubiò quia cum mundo perituri sunt, ideò eligendum est nobis, vt temporalem Augustorum & vestram pro nihilo ducamus sæuitiam, & desideremus in huius collegio inueniri, quem vos insanisse putatis, quatenùs cum eo vitam adipisci mereamur æternam. Talibus extemplò dictis cen-

Atrocissimè vapulant.

for exarsit in iras, & sine mora furẽs, vapulare sanctos penè ad internitionem præcepit, ipso etiam desuper intonante: Hæc est suauitas collegij, hæc est iocunditas

Irridentur à Iudice.

contubernij, hæc inquam sunt oblectamẽta Sosij, in quibus vos toto epulari optãstis affectu: in his porrò delectabiliter conuenit gratulari, donèc consultiùs excogitemus, quid aliud nostræ humanitatis vobis dignanter impartiri possimus. Crudelissime arbitrùm, quarè in famulos Dei furia tanta baccharis? quarè vltra modum sæuire disponis? necesse est enim, vt aula fidei eorum procacioribus impetetur turbinibus. Sed quia iam tu ex parte compertum habes, quo fundamento lata consistat, subrogandus est tibi alter sequissimus, qui ex toto cognoscat, qualiter

Matth. 7.

illam architectus Christus supra petram suam inconcussè fundauit.

CAP. VIII.

Timotheus Præses à Diocletiano creatur.

CAEsis ergò martyribus, & cum sancto Sosio in vno conclaui reclusis, Diocletianus execrabilis Imperator Timotheum quendam paganissimum Campaniæ præsidem substituit, ità duntaxàt, vt insatiabili feritate fideles persequeretur. Qui aduenies, dum ex more vrbes accepti præsidatûs inuiseret, Nolam adijt, ibiq; diebus aliquot remoratus, officium de gestis & iudicijs præcedentium subtiliter inquirere cœpit. Mox autem vbi reperit, quòd Sosius Dei confessor & martyr cum

Ianuarius Episcopus, apud Iudicẽ accusatur.

Proculo diacono, Euticete simul & Acutio laicis, apud Puteolanam vrbem ergastulis macerati pro Christi nomine tenerentur, statim & beati Ianuarij mentio facta est, eo quòd Sosium pro quodã inflammationis præstigio officiosissimè visitaret, & propensiùs omnes ad passionis tolerantiam confortaret. Hac protinùs suggestione cõsul inflatus, Eià, inquit apparitoribus, perniciter iste accersatur, qui tantæ præsumit authoritatis esse, vt ipse ocyùs perpendat quanti sit vigoris alituo nostra, & ità, si est illi commodius, cæteris consulere discat. Citò ergò & citiùs pucherrimus præsul ante tyrannum allatus, multis sponsionibus hortatus est, vt sacrificia libaturus accederet: Sed cùm nullis posset blanditijs ab orthodoxæ intentionis culmine deijci, proiectus est in fornacem, quam per triduum dux ipse nimis accendi præceperat: de qua ità Deo custode incolumis est egressus, vt nec crinibus

Proiectus in fornacẽ ardentẽ nõ læditur.

esset nec vestimentis saltem adustus.

CAP. IX.

Dan. 3.

ECcè Timothee, antiquum illud trium puerum miraculum nouiter Dominus per martyrem suum operari dignatus est: sed quia tu peruersissime dæmonia id magis ludificationibus, quàm diuinæ potentiæ adscribis, cui debito iure omnis creatura famulatur, recto de te dici potest examine: Rex Babyloniæ iurgerin iudicio cum Timotheo isto, & ampliùs condemnabit eum. Quia ille, viso tanto miraculo, statim Chaldææ dignitatis fastus deposuit, & ad prædicandum Dei virtutem,

Attende lector hanc sententiam.

tem, voce, literis, hortamentisque omnibus est accinctus, & vt nè quid minùs exhiberet, famulos eius tanta sublimauit honorificentia, vt in omni regno suo primates eos fore decerneret: Tu autem è contrario phantasma putans tantum miraculum, nec Christo magnitudinem, nec martyri eius aliquam exhibuisti reuerentiã. Et ideò nunc te, tuumq; complicem Dracontiũ vna manet remuneratio, quia vna fuit mentis excæcatio. Ille nanq; Sosium Diaconũ tenebris obtulit, vt tenebrarum principi manciparet: Tu Ianuarium præsulem in ignem proijcis, vt vnà vobiscũ perpetuo combureretur incendio. Sed quia perspicua sanctorũ deuotio & ignẽ spreuit & tenebras: supereſt, vt atrocius supplicium Ianuario inferas, quatenùs tandèm cum Sosio copulatus, pariter ad desiderij sui pertingant effectum.

Ibidẽm.

S. Ianuarius Sosio in passione socius

CAP. X.

NEquissimus itaq; consul denuò sanctum Ianuarium suis præsentari fecit aspectibus: quem cùm robustiorem in fidei reperisset arce consistere, iussit vt nerui à corpore ipsius abstraherentur, & ità decretis ad custodiendum militibus traderetur. Heu ducem cruentum, heu crudelem tyrannum, cuius atrocitas etiã elementa transcendit. Ignis quidem potuit suæ voracissimæ repugnare naturæ, & martyrem incolumem custodire: Iste verò communis naturæ oblitus, vndè compungi ad veniam debuit, indè carnificis feritatem exuperauit. Miser ille aut non fuit humano figmento cõpactus, aut crudelitas eius sæuior fuit sæuissimis cunctis.

Iterùm grauiter torquetur S. Ianuarius.

CAP. XI.

ADuidentes intereà duo ex agmine clericorum eius, Festus scilicet Diaconus & Desiderius Lector, quòd eorum pastor pro Christi nomine in vinculis teneretur, continuò inflammati à spiritu sancto, Nolam properârunt, & eiulantes clamabant: Quarè talis pontifex coarctatur? Quarè tantus pater affligitur? qui vt omnes lucrifaceret, omnium compati necessitatibus procurauit? Mox eos impijssimus dux sibi cum suo præsentari iubens Antistite, scisciatus est beatum Ianuarium si suæ ditionis essent. Cumque ille respondisset, quòd vnus Diaconus eius esset, & alter Lector, præses intulit: Téne, inquam, & isti sequentes, Christianos se autumant esse? Erectis itaq; pijssimus pastor in cælum oculis, Spero, inquit, in Deo meo, quòd non solùm verbo, sed & opere veracissimi sint Christiani. Tunc consul eius de huiusce modi religione interrogatis, vbi audiuit quòd ouanter pro tanto nomine mori essent parati, nimio succensus furore, præcepit illos ante currum suum catenis innexos, vsq; Puteolanam protrahi vrbem, vt vnà cum Sosio & Proculo diaconibus, nec non Euricete & Acutio laicis, ad discerpendum bestijs traderentur: quatenùs artubus sanctorum horribiliter lanitatis, ille videndo suam rabiem satiaret. Dic, rogo, insanissime consul, dic irarum minister, quò te furor tuus impellit? Hactenùs Ianuarius solus, fide non ferro munitus, facilimam de tua vecordia sumebat insultationem, & nunc cum Sosio cæterisque coniunctus, minoris virtutis efficitur an potioris? Si enim præcipiti furiarum tua voragine nõ fuissent absorpta præcordia, nequaquàm sanctos Dei, sicut erant mente, ità corporibus sociares. Ergò quia nunc de teipso facis ludibria, videbis qua facilitate martyres nostri de te bestijsque tuis triumphent.

Festus & Desiderius eius discipuli Christum profitẽtur.

Ducuntur captiui.

CAP. XII.

CVm autem beatus Ianuarius carcerem esset ingressus, quo fortis Leuita Sosius tenebatur, cœpit omnium deosculari capita, maximè sancti Sosij caput amplexans aiebat: Eccè sanctum & venerabile cãput, quod olim spiritus sanctus marfera paradisi coronandum prefigurauit. Eià nunc fratres viriliter contra antiquũ hostem & eius famulum Timotheum pugnemus, viriliter dimicemus: quia idcirco me huc Dominus direxit, vt nec pastor à grege, nec grex à pastore videatur diuelli. Nullius, inquam, blandimentis, nullis comminationibus à Christi societate sequestremur: quia fortissimus Iesus cælitùs prosternet omnes aduersariorum nostrorũ acies. His ità peractis, altera die præcepto tyranni in eadẽ ciuitate arena parata est, & consul ad amphitheatrũ cũ innumerabili multitudine promiscui sexũs & ætatis perueniens, palæstras Christi pariter ad bestias exponendos fecit adduci. Tunc martyres Crucis se munientes præsidio, velut ferrei montes stabant immobiles, & oculos palmasq; leuãtes ad sidera, intimis ex organis propulsabãt ronantẽ. Mox mirum in modũ, vbi bestiæ catenis solutæ, & in sanctos furibundo impetu ire

S. Ianuarius omnes commilitones suos in carcere consolatur, & confortat.

Sancti martyres feris obijciũtur, sed non læduntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

coactæ sunt, sic affuit misericordia Domini, vt velociter omnem feritatem in mansuetudinem conuertentes, velut oues mitissimæ ad pedes sanctorum procumberent. Cerne vecordissime consul, cerne trophæa martyrum, quos facilius sub vno collegio, quàm singulari congressione vincendos existimâsti. Torquere nunc magis magisq; liuore sæuissimo, & lymphatica intrinsecùs rotare vertigine: quia illo sunt omnes in bestiali summissione circunuallati tutamine, quo Ianuarius in voraciſſimis flammis, & Sosius in carceralibus tenebris. Discе ergò miser, discе dona hæc fuisse cælestia, & non magicæ artis phantasmata: quoniam nihil vnquàm potest ab immundo mundari, & à mendace nihil veri aliquandò dici.

CAP. XIII.

Iubẽtur capite plecti.

POpulus autem, qui ad tale confluxerat spectaculum, in stuporem & submurmurationem conuersus, tantum pauorem stultissimo præsidi incussit, vt sanctos cõtinuò ex amphitheatri squamate ad forum duci præciperet, & furentem diaconos, vnà cum Desiderio lectore, Euticete atque Acutio laicis, quos à Christi cultura nullis potuimus reuocare tormentis & Imperialibus subijcere cæremonijs, capite plecti iubemus. Beatus verò Ianuarius fide promptissimus, pietate pro uidus, extemplò Dominum deprecatus est, vt oculos iniquissimi præsidis, qui multos à lucis tramite pro defensione dæmonum deuiârat, tenebris prosterneret, quatenùs hoc alij videntes, ad lucis fidem & salutis resipiscerent pœnitentiam. Mirabilis Deus in sanctis suis. necdùm martyr verba finierat, & nimius horror ducis oculos ità obtexit, vt præ dolore ingẽti festinaret officium ad martyrem reducendum. ducebatur autem iam à carnificibus cum alijs ad sulphuratoriam, vt ibi decollaretur. Eccè nunc Timothee, si iustè pro tuis dimicâsti dijs, eruant te de hac intolerabili cæcitate quam incurristi: si autem nequeunt tibi restituere sanitatem, implora martyris suffragia, vt luminis tibi ministerio restituto cognoscat gentilitas omnis, quia plus martyres nostri possunt quàm dij vestri.

S. Ianuarij oratio pro cõuersione populi.

Psal. 67. Consul oculorum ęcitatẽ incurrit.

CAP. XIIII.

Orat S. Ianuariũ pro illuminatione eius.

CVm autem velociter beatum Ianuarium reduxissent, consul cœpit clamare & dicere: Ianuari serue Dei excelsi, deprecare Deum tuum pro me, vt lumen valeam recipere quod amisi. Mox sanctus Ianuarius pro circunstantibus populorum cateruis vociferanti duci compatiens, celerem illi sospitatem à Domino impetrauit. Sed quia reprobi, semper de beneficio peiores fiunt, consul vtpotè derelictus à Deo, cernens tantam multitudinem hominum fetè quinq; millium conuersam ad Dominum, valdè turbatus est, & nè decreta principum præterirer, iussit properè sanctum protrahi, & cum cæteris martyribus decollari. Sancti verò dum psallendo ad locum destinatum peruenissent, flexis in oratione poplitibus Deo se commendârunt, & spiculatorem vt feriret hortantes, brauium sunt perpetuæ felicitatis adepti. Christiani autem diuersarum vrbium cùm solicitè lucubrarent, vt patronos sibi rapere diuina collatione valerent, Neapolitani beatum Ianuarium reuelatione commoti sustulerunt: Puteolani quoquè S. Proculum, & sanctos Eutycetem & Acutium: Sanctus verò Festus & Desiderius, promerente Ciphij cuiusdam deuotione, Beneuentum perlati sunt: Beatissimum denique Sosium Lentiani ciues sui Misenates tollentes, in mirifica collocauerunt ecclesia die nono Kalendarum Octobrium, de qua Deo prouidente post multorum annorum curricula qualiter Neapolim translatus sit, sub testimonio fidei veraci & simplici stylo prosequemur.

Quinque hominum millia eius illuminationẽ cõuertuntur.

Plectuntur capite prænominati martyres.

Diuersis locis eorum corpora sepeliuntur.

Inuentio & translatio corporis sancti Sosij.

CAP. XV.

De S. Seuerini translatione, lege Vitam eius 8. Ianuarij circa finem.

POst euersionem igituru Luculani oppidi, sicut in alio est at libello expressum, cùm memoratus Abbas corpus sancti Seuerini meruisset adipisci, cœpit sedulis omnibus præparare impensis, vt ad honorem eius opitulante Deo basilicam ex merato posset ædificare labore: ac pro hoc dum vbiquè solicitus inuestigaret sibi tanto operi competentem valeret inuenire materiem, ad Misenate oppidum stellum. nam sexaginta cuolutos iam penè per annos, ab Hismahelitis crat destlitum oppidum illud, & ad solum vsque prostratũ. Monachi verò qui ad hoc transmissi fuerant, dum humana curiositate, quæ more solito stimulat semper ignora scrutari, diuersa per loca subîssent, ad contemplandam ipsius Episcopij fabricam proce-

Misenate oppidulum olim ab Hismahelitis funditùs euersum.

processerunt. Indè cùm ecclesiam sancti Sosij fuissent ingressi, & sub illo ingenti iustrâssent singula templo, tres literas propè obliteratas ex eiusdem sancti vocabulo conspexerunt. Quarum schemate protinùs exhilarati, Eamus, inquiunt, eamus, & domino Abbati talia nunciare non remoremur. Qui cuestigiò regredientes, & cuncta quæ fecerant secundùm regularem institutionem recensentes, adiecerunt: Si tua, pater honorande, voluntas est, possumus sanctum reperire Sosium. vidimus enim in ipso pariete, cui altare subiacet ipsum, tres apices quasì latitãtes, qui nostris pro certo mentibus indiderunt quòd si quilibet lector idoneus affuisset, incunctanter ad rei veritatem pertigeramus. Horum itaque assertiones tacito Abbas ipse corde reuoluẽs, compescere priùs eos honesta studuit grauitate. Dein, quia illi quodam instinctu magis ac magis talia repetebant, insuper & promptis affirmabant attestationibus, consentit tandèm. Sed quia non fore canonicum æstimauit, absque pontificali licentia, cuius & iuris erat, illuc transmittere, per auxilium Domini sacerdotem meæ indolis præceptorem, supplicando direxit domino Stephano Episcopo, quatenùs si diuina largitate donatus munere tanto tamque præclaro fuisset, permissu eius in suo monasterio collocaretur.

Monachi S. Seuerini inueniunt S. Sosij sepulcrum.

CAP. XVI.

TVnc Præsul pio suspirans affectu, Annuat, inquit, Dominus precibus seruorum suorum, & aperiat illis thesaurum misericordiæ suæ: quia multi fuerunt, prorsùs multi, qui se ad illum inueniẽdum omni studio accinxerunt, sed occulto Dei iudicio nunquàm exindè ad effectum pertingere potuerunt. Nam Sicardus princeps Longobardorum, post innumera mala quibus vrbes nostratium afflixit, etiam ad hoc prorupit, vt sepulcra suffoderet, & sanctorum ex eis corpora subleuaret: sed martyrem hunc, licèt alium pro alio reperisset, & nomini eius ecclesiam consecrâsset, nequaquàm inuenire potuit. Postmodùm quoquè dominus Athanatius Episcopus sanctæ memoriæ germanus meus summa probitate, huius margaritæ inuestigator extitit, sed nec ipsi collatum fuit. Nunc autem, si diuinæ voluntatis est vt illis pandatur, quis est tam demens, qui contraire supernæ dispositioni nitatur? Talibus confestim eulogijs animatus Abbas ipse, accersiuit me Iohannem sancti Ianuarij diaconum, & Aligernum primicerium, & Petrum subdiaconum: & facta nobis præceptione, iniunxit, vt cum Iohanne cognomento Maiorino præposito suo, & Athanasio illustri monacho Misenum proficiscentes, nostro discerneretur arbitrio, si quid acceptabile tanta monachorum infinuâsset assertio.

Obtinent à Stephano Episcopo licentiã trãsferẽdi S. Sosij exuuias.

Hic habes huius historiæ authorem Iohannem Diaconum.

CAP. XVII.

NOs quidem tanto viro haud segniter obsecundantes, altera die iam inclinata ad vesperum Sagenam asscendimus & Puteolos annauimus, ibiq; paruaquiere corpora procurantes, simili nos somnio de inuentione martyris lætificârunt Athanasius monachus & Petrus subdiaconus. Sed quia multos errare somnia fecerũt, idcircò nec penitùs detraximus, nec accommodauimus fidem. Tamen cuestigio surreximus, & ante lucem ad illud sancti Sosij properauimus templum: vbi dum ex more matutinales decantâssemus hymnos, & velut homines diù ad tantarum enormitatem camerarum obstupescereмus, inuentores literarum tandèm vocauimus, & nobis apices ipsos monstrari præcipimus. Quibus examussim perpensis, & fratrum simplicitate considerata, nõ subsannando sed compatiendo diximus: Hæc, inquam, fratres tria grammata vestram potiùs declarant intelligentiam, quàm aliquid emolimenti conferant. Si enim euidenter cognoscere vultis quid hæc innuissent exaratio, versus fuit olim huius abolitæ imaginis desuper stantis. Mox omnium deriguit animus, & quanta priùs lætitia gestierat, tanta subitò mœstitia retrahebatur: Ità duntaxàt vt memoratus Præpositus commotus aduersus ipsos monachos diceret: O vtinàm nunquàm vestra loquacitas audita fuisset, ecce homines isti tantam fatigationem pro charitate fraternitatis arripientes, vacuos sese hinc discedere timent. nam cœperant fodere circum altare quod illis ostenderam, sed nihil inueniebant, nisi sepulturas inanes.

Desperant prænominati monachi de S. Sosij corpore inueniendo.

CAP. XVIII.

ATego interìm vnam contemplabar fenestram, & tacitus admirabar non solùm situm eius qui in tãta mole tam tenuis videbatur expressus, sed antiquorum maximè industriã, quæ in condendis corporibus, immò in omni artificio tãta calluit

Universidad de Deusto
Biblioteca

calluit astutia, vt difficiliùs posterorum animaduersio pateret. Dum hæc autem mecum ipse reuoluerem, subitò quadã inspiratione perculsus, Aligerno primicerio & Athanasio monacho, qui mihi dextrosùm assistebant, dixi: Si quid veri mea conijcere potest, plus hæc fenestra deceptionis quàm lucis habere videtur. Et illi: Quo, inquiunt, modo? quibus ego: Si ad integrum lustrari quiuissem, qualiter locata consistat, statim propalatum fuerat, quomodò cunctos quæsitores martyris huius valdè fefellit. Sic fatus vnà cum ipsis, ex templo foràs egredientes, certim per dumos & vepres aditum tentabamus. Succreuerat enim illic horribilis saltus, quem densi complêrant vndiquè sentes. Horum ergò laceratione cùm fœdissimè vulnerati debilitaremur, Athanasius plenæ deuotionis monachus quãuis laniatus, tandèm prorupit, & me præ gaudio terq; quaterq; nominatim exclamans, se cominùs applicuisse vociferauit. Tunc nos alacriter in eandem regredientes ecclesiam, innixumq; illum super eandem fenestram conspicientes, scilicet ad sumus quo curtis vergeret illa, quali themate piscina surgeret ipsa: cumque ille consultiùs ad singula respondisset, latomis confestìm accitis: Eià agite, inquam, præcipitate moras, & altare hoc ad demoliendum totis insurgite viribus. Nulla cunctemini reuerentia: quoniam melius est, vt nostris honorificè nunc euellatur manibus, quàm posteà Saracenorum vel sacrilegorum perfidia contemptibiliter diripiatur, si fuerit integrum in tot ruinis relictum. Et spero equidẽ in Deo meo, quòd hodiè totius fatigationis & lassitudinis immemores pariter de bonis Domini gestiamus.

Athanasius sedulus explorator pdit locũ sepulturę S. Sosij.

CAP. XIX.

MOx illi velut si cælesti oraculo exhortati fuissent, properè corripiunt trullas, & ouanter nostra iusta facessunt. Cito ergò citiùs altari destructo, apparuit musiua quæ sub eo latebat effigies, sancti Sosij titulata literulis, & Angelicis coronata manibus, cuius habilis nitor ità omnes illiciebat, vt Iohannes præpositus illã ex ipso pariete, non nisì immutilatam euellere, & secum exindè integram perferre desideraret. Sed quia omnis ista intentio sub vno cæmentarij est ictu frustrata, conuersus ad transfodiendum ipsum parietem vnà nobiscum fremere cœpit auditate tota. Nam visa illa prærogatiuæ inuentionis effigie, sic sic omnium incluerat animus, vt esset videre, quasi alter alterum niteretur excludere, dum vnusquisque singulariter suum ostentare feruoris studebat affectum. Sub hac nempe laudabili altercatione largiùs exciso pariete reperimus inextricabilem adinstar spècuum machinam, quæ cunctum nobis auferebat prospectum. erant nanq; quatuor sepulcra inania, super inuicèm posita & duo hincindè subiecta, sed sibimet vno mechanicæ artis glutino copulata, ad quorum mirabilem concatenationem exprimendam facundissimus, vt reor, etiam torpuerat, si ab inferis emersisset Homerus. Sed quid potest contra benignam Dei largitatem humana valere sagacitas? cùm scriptura proclamet, Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum? Celeriter ergò contritis & istis, tantæ iocunditatis odor, àc si cupressi videlicet efflauerit ab intimis, vt non solùm ipsa die nos inexplebilter, sed etiam penè ad medium mensem satiaret omnes illuc accedentes: & mirum in modum quanto plùs naribus odor ille ambrosius attrahebatur, tanto delectabiliùs hauriebatur. Huius itaque suauitatis manante fragrãtia, quid nisi quòd suprà in Domino confisus spoponderam? protinùs abolita est omnis grauitudo laboris, fugit omne fastidium ambiguitatis, & succedente lætitia, curiosissimis oculis latebrarum penetralia considerabamus. Sed quia sub illis cauernis varièrefundebantur acies intuentium; allatum est lumen, & euidenter introspicientes, cùm vidissemus arcuatam tumbam abinstàr basilicæ breuioris expressam: percussus sum ilicò relatione euentûs domini Athanasij maioris Episcopi, qui quendam presbyterum ætate prouectum & Misenatis excidij superstitem, eidem præsuli suggerentem audiêrunt, quòd sanctus Sosius, sicut prædecessorum suorum continua traditione didicerat, in ecclesiola super se reconditus esset. Ad hanc ergò cognùs accedentes, corpusq; sanctissimum intuentes, non mihi si linguæ centum fuissent, oraq; centum, & ferrea vox, exprimere potuissem quanto gaudio gestissemus. Reuerà enim pro ingenti lætitia vbertìm etiã lachrymas fudimus, & debitas omnipotenti Deo gratias consona voce persoluentes, misimus ex consulto circumquaque, vt omnes occurrerent, & essent nõ solùm ineffabilis nostrę epulationis participes, verùm etiam & tantorum Christi magnalium testes. Interea nos coram ipso mausoleo diuisis chorulis, hymnos Dauidicos concinentes, mirabamur tam celerem tamque frequentem populi concursum. Affluebant enim plurimi, non tantùm ex adiacentibus castellis, sed etiam ex illis qui pro fouendis corporibus ad ipsas venerant thermas: quoniam fama, mirabile dictu, præuenerat iam nuncios nostros, & omnium penetrârat ad aures.

Ecce antiquorum patrum curam in recõderdis sanctorũ reliquijs, nẽ aliquandò ab Ecclesiæ hostib⁹ prophanentur.

Prou. 21.

Suauissimus odor ex sepulcro S. Sosij emanat.

Multi ad celeuationem sancti corporis eius confluunt populi.

CAP. XX.

HOrum siquidem cùm tota die sustinuissemus aduentum, & eadem nocte illic excubâssemus, delectabile somnium, immò, sicut pòst docuit exitus veritatis, indicium vidi. Nam cùm vigilijs curisque confectus, eminùs procubuissem, & vt matutinalibus horis assolet plerunque fieri, ancipiti fuissem sopore correptus: duos ex eiusdem tumuli adytis conspexi prodire iuuenculos, crine nigerrimos, oculis sidereos, vultu prospicuos, habitu niueos, & vt breuiter dicam, tota iocunditate Angelicos, quorum pulchritudo sic me attonitum reddidit, vt nequirem interrogare qui essent. Tamen cùm ipsi ad me studerent quasì pedetentim accedera, nè videlicet gressus alliderent in lapidibus ibidèm congestis: & ego quodam præstolarer affectu, cum eis impartiri sermonem, Iohannes præpositus insolenter exclamans, me è grauissimo somno excussit. Contra quem grauiter commotus dixi: Non tibi vnquàm feruide frater relinquatur inultũ, qui tua me improbitate tanto bono repentè priuâsti. Et expositа illis visione mihi pertæsum & cęteris, ipsi quoquè præposito miseranda confusio ingeminabatur, adeò quippè, vt ora vicissim replicantes, vario conijcere studeremus assensu quid tanta visio innuisset. Aestimantibus autem alijs sic, & alijs aliter, eccè Iohannes Cumanus Episcopus cum omnibus suis, & ipse accitus affuit, qui diligenter martyrialia membra perlustrãs, & ea omni adhuc compage solida obstupescens, Verè, ait, olim Dauid sanctorum incorruptionem attendens cecinit: Dominus custodit omnia ossa eorum, vnum ex eis non conteretur. Et conuersus ad populum exclamauit: Nulla fratres interfit dubitatio, nulla cunctationis vestigia cuiuslibet in corde remaneant, quia hic est profectò Sosius Leuita & martyr, cuius caput quondàm pro Christo abscisum ceruicetenùs illi modò locatum & dexterum paulispèr ad humerum inclinatum, luce clariùs contemplamur. Dixit, & Missarum solennijs ibidèm celebratis, vnà nobiscum alternatim coram loculo psallentibus, vsque ad mare descendit.

Visio Iohãnis Diaconi, authoris huius historiæ.

Iohannes Cumanus Episcopus venit ad S. Sosij celeuationem.

Psal. 33.

Corpus S. Sosij apparet integrũ.

CAP. XXI.

REuertente autem eo, & vniuerso populo, nos ratem ascendimus, & cum ingenti tripudio cœpimus tranquillissimum remigare per æquor, vbì nobis accidit haud silendum miraculum. Nam cùm litus auerni tuto cursu præterissemus, & oris iam Puteolanis successissemus: subitò nimbosus turbo assurgens, toto in nos stridore, totaque intensione fremere videbatur. Mox conturbatis monachis & valdè fluctuãtibus animo, Nolite fratres, aiebam, nolite frustrà metuere: si enim iste sanctus ad ea vult loca subire gloriosus, ex quibus aliquandò fortis propugnator euasit, non fortuitò, sed quodam superno nutu, credamus hanc nobis ingruisse procellã, & ideò nec obniti contrà, nec tendere fas est: sin aliàs, & magis ac magis crebrescit, nihil est aliud nisì sedet huic, vt post sexcentos & quindecim annos ex quo ad superos migrâsse creditur, marinis abluatur lymphis: quòd si præuideo ego, ante omnes cui cominùs assidet, tam diù caput locelli huius istis impromo vndis, quousquè aut benè lotus ex eis emergat, aut istos tumentes velit nolit præstet componere fluctus. Mirandis plùs miranda succedunt: vix hæc ediderã, & tanta consequuta est tranquillitas, vt iam pacatum per fretum litori scapham appulissemus, obstupescentes nimirùm virtutem martyris, etiam in verborum facetijs efficacem.

Exponitur nauigio.

Sedantur marini fluctus S. Sosij meritis.

CAP. XXII.

REfectis itaque celeriter in ipsa puppi, quæ necessaria erant, ire perreximus. Sed quia propter innumerabilem diuersę conditionis & ętatis occursum, eodem die Neapolim attingere nequiuimus, Luculanum sumus ingressi castellum quamquàm euersũ: & posito locello in ecclesia vbi priùs sanctus requieuerat Seuerinus, copiosas asciariarum & insignum fœminarum cateruas obuiàm habuimus. Tunc nihilominùs & Iohannes Abbas nuncio nostro excitus, cum omnibus monachis quos

Is est Seuerinus vt sup.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quos inuitauerat, aduenit, & gratiarum actione in Deum celebrata, per totam noctem vnanimes Græcam Latinamq; psalmodiam sonoris vocibus concrepârunt. Manè igitur facto, Stephanus Episcopus & Gregorius consul cum omni populo sanctis occurrerunt exequijs, & pro inexplebili gaudio, præceperunt nobis cunctis sibi suggerere quæ de inuentione ipsius fuerunt. Quibus cùm omnia seriatim sicut præscripta sunt insinuâssemus, quinetiam & congruè subiunxissemus, qualis amplitudo corporis eius secundùm staturam æquiorem ad quam metiri & comparari potuit venia digna, quinque pedum & sex digitorum prolixa fuisset: protinùs idem Antistes miro succensus amore, inquit: Felix ille, quem, & in hoc seculo ad expugnandam ethnicorum perfidiam robustissimum Christus formauit, & nunc in illo triumphantium grege inter primos primum coronat athletam. Hæc & his similia cùm longi sermonis affatu protraxissemus, & insatiabilis audientum deuotio, eadem iterùm iterumq; repeti concupisceret: deductum est sanctissimi manus prælibati Antistitis reconditum est in altario ecclesiæ sancti priùs Seuerini vocabulo dedicatæ, vbi omnibus se petentibus innumera præstare beneficia non desinit, ex quibus tria tantummodò istis commendamus literulis, cætera quia multa sunt, & incomprehensibilia, feruore potiùs celebrentur.

Eccè antiquâ populi deuotione in excipiendis Sanctorũ reliquijs.

Recõditur sacrum corpus eius in ecclesia S. Seuerini Episcopi.

CAP. XXIII.

QVædam deniquè puella nobilium famula, miserabilibus articulorum coarctata doloribus, cùm ad huius sancti ecclesiam perlata fuisset, & lita membratim ex oleo lucernæ coram ipso altari indeficienter ardentis: reuecta est domum, ibiq; post aliquantulos dies tantam est consecuta sanitatem, vt illam martyris interuentu fuisse saluatam nemo fidelium ambigat.

Puella quædam paralysi vexata, curatur.

CAP. XXIIII.

FIlius deniquè puer, cùm propter horribilem capitis dolorem sæpiùs crassum vomeret ore cruorem, & nullam medicinali artificio posset adipisci medelam: ductus est iam seminecis à parentibus, & coram ipso altari proiectus. Quorum fidem & eiulatum custos ecclesiæ, vir celerrimæ compassionis, vt vidit, confestim pueruli frontem & tempora ex memoratæ lampadis oleo perunxit, atque ità vt allatus fuerat moribundum iacére permisit. Mox mirum in modum cœperunt ex auribus eius vermiculi prodire quàm plurimi, & velut si quodam stimulo agerentur præcipites in terram defluere: quibus ad vnum explosis, laudabile dictu, redintegratus est sensim puer vigori pristino, & quem genitores ante paulùm moriturum lugebant, repentè gaudebant incolumem, magnificantes Deum, qui per martyrem suum tanta beneficia præstat indignis.

Quidã puer æger sanatur.

CAP. XXV.

QVidam prætereà nomine Stephanus quotidiano languore correptus, ad hoc ipsa diuturnitate peruenerat, vt iam desperari ab omnibus cœpisset. Hic ergo cùm quadam nocte humanæ legis angore contritus, simul & inualitudine grauatus, nimiùm tristis recumberet: vidit quasi per somnium quẽdam inuenem omni decore nitentem, seque placidissimè scisciantem qualiter esset. Cui cùm ille moestis terrore perculsus respondisset, malè prorsùs, & intantùm malè, vt ex hac infirmitate nullo modo credam euadere: protinùs audiuit, Constans esto, & veni ad me. Tunc ille solicitus inquisiuit, dicens: Tu quis es Domine, qui iubes me venire ad te? Cumque ex ore leniter respondentis, Sosium, intellexisset, expergefactus, diù multùm de visione hæsitauit: tandèm aduocatę vxori suæ cùm omnia recensuisset, cœpit illa viriliter eum exhortari: Proficiscere, quia ipse est proculdubiò sanctus Sosius, quem pro salute omnium in hac terra cælestis Dominus condonauit. His monitis animatus homo venit, & spe credulus tam diù perseuerauit, quousquè sanitatem reciperet secundùm veridicam quam in somno sponionem acceperat: cuius beneficij memor voti compos, semper occurrit, & in virtute martyris Christum collaudat totius salutis authorem.

Quidã Stephanus letali morbo correptus, curatur.

DE SS.

DE SS. EPISCOPIS ARVERNICIS VENERANDO ET RVSTICO, EX D. GREGORII TVRONENSIS *libro 2. Historiarum, cap. 13.*

APVD Aruernum verò post transitum sancti Artemij, Septẽb. 24. Venerandus è senatoribus Episcopus ordinatur. Qualis autem fuerit hic Pontifex, testatur Presbyter Paulinus, dicens: Si enim hos adeas dignos Domino sacerdotes, vel Exuperium Tholosæ, vel Simplicium Viennæ, vel Amandum Burdegalæ, vel Damianum Albigæ, vel Diuamium Engolismæ, vel Venerandum Aruernis, vel Rusticum Cadurcis, vel nunc Pegasinum Petrogoricis, vtcũquè aduersùs seculi mala videas profectò dignissimos totius fidei, religionisque custodes. Hic in ipsa natalis Domini vigilia transisse fertur. Manè autem facto, processio solẽnitatis, funeris eius obsequium fuit. Post cuius transitum fœda apud ciues pro Episcopo contentio vertebatur. Cumque partes inter se diuisæ, diuersos fauere vellent, magna collisio erat populi. Residentibus tamen Episcopis die Dominico, mulier quædam velata atque Deo deuota audenter ad eos ingreditur, quæ ait: Auditeme, sacerdotes Domini, scitote enim quòd nõ est in his beneplacitum Deo, quos hi ad sacerdotium elegerunt. Eccè enim Dominus hodiè ipse sibi prouidebit Antistitem. Itaque nolite conturbare, neque collidere populum, sed patientes estote parumpèr, Dominus en im nunc dirigit qui regat Ecclesiam hanc. His itaque mirantibus hęc verba, subitò Presbyter Rusticus nomine, qui erat ex ipsa vrbis Aruernæ diœcesi, aduenit. Ipse autem iam mulieri per visionem fuerat indicatus. Quo viso, ait: Eccè ipsum, quem elegit Dominus: eccè qualem vobis Dominus Pontificem destinauit: hic ordinetur Episcopus. Hæc ea loquente, omnis populus, contentione postposita, clamauit dignum ac iustum esse. Qui in cathedra positus, septimus in eodem loco Pontificatûs honorem populo gaudente suscepit.

S. Veneradi Episcopi obitus.

S. Rusticus diuinitùs in eius locum subrogatur.

INVENTIO CORPORIS S. SOLENNIS EPISCOPI, ET QVAEDAM EIVS MIRACVLA, PER D. GREGORIUM *Turonen. in gloriam Confessorum cap.* 21.

TLicèt de Turonica vrbe aliqua iã scripserimus, tamen quoniam nuper beati Solẽnis sepulcrum adspeximus, silere nequiuimus, quod apud Malliacense monasterium comperimus in cacumine montis constitutum, & ab antiquis vallatum ædificijs iam dirutis. Nam ferunt quòd in eo loco, cùm crypta adhuc haberetur occulta, & nulli Christianorũ locus ille esset reuelatus, per singulas Dominicarũ solẽnitatũ noctes ab habitatoribus lumen cernebatur accensum, sed nullus sciebat quid sibi hoc vellet mysterium, tãtùm suspicio detinebat homines aliquid ibidèm retineri diuinum. Intereà aduerunt duo energumeni ex basilica sancti Martini, qui collisis in se palmis clamare cœperunt, dicentes: Hîc requiescit Solennis beatissimus in crypta abdita. Recedite igitur sepulcrũ amici Dei. Quod cùm repereritis, velis tegite, lumen accendite, cultumque debitum ei exhibete. Erit regioni huic salubre, si quæ loquimur adimpleueritis. Et hæc dicentes cum clamore magno, effodere tellurem vngulis niterebantur. Tunc videntes incolæ quæ gerebantur, accepto sarculo effodientes aperuerunt cryptam, in qua per seriem graduum descendentes, repererũt sepulcrum magnum, de quo testabantur illi adhuc mente infirmi, hoc esse sepulcrum Solennis beatissimi. Qui mox sensu discesserunt recepto. Post hæc autem cœperunt ad eum diuersorum morborum ægroti confluere, & accepta sanitate redire incolumes. Sed & Litthomeris vrbis ipsius indigena, cùm à quartani typi ægrotatione fatigaretur, acceptis ex hospitiolo cereis, illisque manu propria per totam no-

Septẽbr. 25.

Lumen videtur circa sancti viri sepulcrum.

Eius inuentio.

Miracula ad sepulcrũ eius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctem ibi detentis, vigilias celebrauit. Facto igitur manè, rediuit ad propria, nec vltrà ab hoc morbo frigoritionis, vel confractionis vllius pertulit grauitatem.

VITA ET MARTYRIVM SANCTISSIMORVM COSMAE ET DAMIANI, AC FRATRVM EORVNDEM

Antimi, Leontij, & Euprepij, vt habetur in antiquissimis MS. codicibus, quibus vetustissima suffragantur Martyrologia.

Septēb. 27. Cap. 1.

DECET vt omnium sanctorum veneranda merita reuerenter à pijs animis legantur, atque nuncientur, nè quisquam possit, seu legendo siue audiendo gesta sanctorum, piger ac fide tepidus remanere, & non discussa mentis infirmitate, alacer ad eorundem sanctorum venerabiles palmas festinare. Denique temporibus Diocletiani & Maximiani fuit quædam mulier in ciuitate Aegæa, venerabilis ac Deum timens, nomine Theodota. Hæc omnibus diebus vitæ suæ seruiens Domino, & pijs operibus insistens ac faciens mandata Dei, sanctos geminos fratres Cosmam & Damianū enixa est. Quos cùm nutrisset, & literis instruxisset, Medicinæ artem à spiritu sancto edocti sunt, curare scientes secundùm Euangelium omnē ęgritudinem & omnem infirmitatem, nō solùm in hominibus, sed etiam in iumentis, vt impleretur sermo prophetici: Pſal. 35. Homines & iumenta saluabis Domine. Passiones verò quas curabant, hæ sunt: Cęcis visum in nomine Iesu Christi restituebant, claudis gressum, surdis auditū, mancis restaurationē: spiritus immūdos ex obsessis corporibus repellebant, & omnem amaritudinem à corporibus humanis per gratiam cælestem detrahebant. Et hoc facientes, à nullo aliquid, tam à diuite quàm à paupere accipiebant, mandatū Saluatoris custodientes: Gratis accepistis, gratis date.

Patria & mater sanctorum Cosmæ & Damiani.

Gratis curationes ęgris adhibent.

Matth. 10.

Eo tempore fuit matrona quædam, nomine Palladia, clinica: Hæc omnem censum proprium cùm erga Medicos expendisset, & nihil profecisset, cognita opinione sanctorum Cosmæ & Damiani, festina cucurrit, complexaque pedes eorum postulabat, vt eorum visitationem mereretur. Qui fide eius explorata, prompto animo eam, Domino iuuante, curauerunt. Quæ agnoscens quoniam per eos Dominus curare eam dignatus est, laudem dedit Deo, qui illis hanc coronam virtutis, & curationum contulit gratiam. Sciēs autem, quia à nullo quicquam accipiebant, occultè obtulit sancto Damiano quoddam munus: & cùm nollet accipere, voluit se pedibus eius, & sacramentis terribilibus constrictus suscepit munusculum eius, nè spernere videretur nomen Domini per quod adiuratus est. Hoc cùm S. Cosmas comperisset, valdè contristatus est, & præcepit nè corpus eius vnà cum ipso sepeliretur. In eadem nocte apparuit seruo suo Cosmæ Dominus, dicens: Quare sic locutus es propter illud munus, quod non mercedis gratia, sed per nomen meum adiuratus suscepit?

Cap. 2.

Palladia matrona, clinica ab infirmitate curatur.

S. Damianꝰ coactus suscipit paruū munusculū.

Cap. 3.

Multis igitur mirabilibus factis, quadam die inuenerunt camelum debilitatum arte diabolica, quem sanum restituentes, illæsum abire iusserūt. Sed vt eorum virtus ampliùs per passionem clarescceret, facta est persecutio Christianorum in ciuitate Aegęa à præside Lysia. Sedens itaq; pro tribunali, audiuit ab officio suo beatissimorum martyrū Cosmæ & Damiani gesta, quæ & quanta per eos Dominus circa ægrotantes ageret, & quòd essent Christiani, & Medicinæ artis industria imbuti, circumeuntes ciuitates & prouincias, infirmos sanantes, & omnes oppressos à spiritibus immundis, in nomine eius, qui dicitur Christus, curantes: sed & alia signa in eius nomine facientes. Hæc videntes, inquiunt, deorum nostrorum cultores, recedebant à sacratissimis immolationibus, his magis consentientes. Audiens igitur præses hæc verba, dirigit quosdam de officio, qui eos tenerent. Et statim ab apparitoribus præsentati, stabant hilari vultu. Adspiciensque eos impijssimus præses, dixit: Quarè vos circumeuntes ciuitates & prouincias, quamplurimos cogitis recedere à deo.

Accusantur apud Lysiā præsidem sancti martyres.

Docuntur ad tribunal iudicis.

deorum nostrorum cultura? Nisi acquieueritis mihi, diuersis tormentis consumam corpora vestra. Primùm autem dicite mihi cuius sitis prouinciæ, & quæ sint nomina vestra, vel cuius sitis fortunæ. Martyres dixerunt: Hoc si vis scire, Arabiæ prouinciæ ciues sumus, nomina autem nostra hæc sunt: Ego quidem Cosmas dicor, frater meus Damianus. Fortuna autem quid sit, ignoramus. Christiani enim sumus ex magno genere. Habemus autem & alios fratres, & si vis, nomina eorum dicimus tibi. Præses dixit: Dicite ergò, nihil metuentes. Sanctus Cosmas respondit: Nomina eorum hæc sunt: Antimus, Leontius, & Euprepius. Præses dixit: Facite eos ad me venire.

Antimꝰ, Leontius, & Euprepius eorum fratres vocantur ad præfidem. Cap. 4.

Euntes verò beati martyres cum officio, adduxerunt eos ad præsidem. Videns eos præses, dixit: Tractantes quod expedit vobis, accedite & sacrificate dijs nostris. Si verò nolueritis, crucians vos tormentis, negare faciam Christum. Sancti martyres quasi ex vno ore dixerunt: Tormenta tua contemnentes, non timemus: fac ergo quod vis. Nam idola surda & muta, quæ sunt lapides & æramenta, deos dicere non possumus. Audiens hæc præses, præcepit vinctos manibus & pedibus fortiter torqueri. Sancti autem martyres dum torquerentur, dicebant: Domine refugium factus es nobis à generatione & progenie: Priusquàm montes fierent, aut formaretur terra & orbis, à seculo vsque in seculum tu es. Nè auertas hominem in humilitatem, & dicas, Conuertimini filij hominum. Conuertere Domine aliquātulùm, & deprecare super seruos tuos, & libera nos à laqueo diaboli, & filij eius Lysiæ præsidis: quia in te speruimus Domine, & tu es gloriosus in secula. Hæc autem orantes, manebant illæsi. Et dicebant ad præsidem: Si habes crudeliora tormenta, infer nobis, vt cognoscas, quia nihil nobis tormenta tua nocere possunt, adiuuante nos Christo. Præses dixit: Ego quidem putabam, per parua tormenta suadere vobis, vt applicarem vos ad propitios deos: sed vt video perseueratis adhuc in impietatibus vestris, nolentes cōuerti à stultitia vestra, vt impleatis Imperatorum præcepta. Propter hoc præcipio vos catenis vinctos in mare præcipitari. Sancti martyres dixerunt: Expecta paululùm, & videbis Dei virtutem fieri in nobis. Vincti igitur catenis, secundùm præsidis præceptum, pergebant gaudentes & psallentes: In vijs testimoniorum tuorum Domine delectati sumus, sicut in omnibus diuitijs. Propter nomen tuum Domine, si ambulemus in medio vmbræ mortis, non timebimus mala, quoniam tu nobiscum es. Virga tua & baculus tuus, ipsa nos consolata sunt. Parâsti in conspectu nostro mensam spiritualem, aduersùs eos qui tribulant nos. Impinguâsti in oleo capita nostra, & poculo tui noui testamenti inebriâsti nos. Et misericordia tua subsequetur nos omnibus diebus nostris, perducens nos in portum voluntatis tuæ.

Fortiter torquentur.

Pſal. 89.

Pſallūt Domino in tormentis.

Pſal. 118.

Pſal. 22.

Hæc illis psallentibus, venerunt ad locum: & accipientes eos ministri, secūdùm quod eis fuerat præceptum, miserunt eos in mare. Statìm angelus Domini affuit, & dirupit vincula eorum, & exposuit eos ad litus illæsos. Euntes verò milites nunciauerunt præsidi quæ viderunt. Audiens verò præses, iussit eos ad se perduci, & adstantibus eis dixit: Per deos magnos, maleficijs vincitis, quia & tormenta cōtemnitis, & mare sopitis. Docete ergò & me maleficia vestra, vt & ego sequar vos, communicans operibus vestris. Sancti verò Cosmas & Damianus dixerunt: Nos maleficia nescimus. Christiani enim sumus, & in nomine Christi maleficiorum virtutem ad nihilum deducimus. Si vis, esto Christianus, & videbis Domini nostri Iesu Christi virtutem. Præses dixit: In nomine Dei Apollinis sequar vos. At vbi hunc sermonem dixit, statìm aduenerunt duo nequissimi spiritus, & cædebant eum in faciem. Præses verò dum diù torqueretur, dixit ad sanctos martyres: Deprecor vos milites Christi, orate pro me ad Deum vestrum, quò possim à dæmonibus istis liberari. Sancti verò Cosmas & Damianus orauerunt ad Dominum Iesum Christum, vt cessarēt dæmones, nè eum torquerent: & statìm dæmones nusquàm comparuerunt. Cùm autem recessissent dæmones, dixit: Videtis qualiter dij indignati sunt aduersùm me, quia eos derelinquere cogitabam? Sancti martyres dixerunt: Non intelligis insensate canis, Domini nostri misericordiam in te fieri, sed adhuc permanes in incredulitate? Deos nominans idola surda & muta, & sine Deo? Percipe intellectum, & cognosce Deum verum qui tibi vitam tribuit, & noli confidere in operibus manuum hominum. Hæc audiens præses, furore repletus dixit: Iam non patiar vos blasphemare deos, sed me iniuriantes, implebo in vobis Imperato-

Cap. 5.

Præcipitantur in mare, sed statim ab Angelo liberantur.

Cæditur præses à dæmonibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Reducũtur sancti in carcerem. Pſal. 97.

torum iuſſa, ſi nolueritis acquieſcere eorum diuinis ſanctionibus. Et hæc dicens, iuſſit eos in carcerem recipi, donèc cogitaret quomodò eos perderet. Cùm autem ducerentur ſancti martyres, pſallebant dicentes: Cantemus Domino canticum nouum, quia mirabilia nobiſcum fecit. Saluauit nos dextera ſua & brachio ſanctò ſuo. Notum feciſti ſalutare tuum Domine, & coram gentibus reuelâſti iuſtitiam tuam. Memor fuiſti miſericordiæ tuæ Iacob, & veritatis tuæ domui Iſrael. Viderunt omnes fines terræ, ſalutare Dei noſtri. Et hæc pſallentes, in carcere Deum laudare non ceſſabant.

Cap. 6. Pſal. 59.

Sequenti verò die præſes ſedens pro tribunali, iuſſit in cõſpectu ſuo adduci ſanctos. Cùm autem adducerentur, dicebant: Da nobis Domine auxilium de tribulatione, & vana ſalus hominis. In Deo faciemus virturem, & ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos. Et hæc dicentes, venerunt ad præſidem. Videns autem eos præſes, dixit: Cogitâſtis vobiſcum, aut adhuc permanetis in inſania veſtra? Sancti martyres dixerunt: Audi inimice veritatis. Nos Chriſtiani ſumus, & vſque in finem pro veritate dimicamus: & non negamus omnium Deum, qui nos fecit cùm non eſſemus, nec vanas imagines deos nominare poſſumus. Nunc autem ſi quid cogitâſti aduersùm nos exerce. Audiens hæc præſes, & cogitans quia nihil aduersùs eos præualeret, & nec eos poſſet ſeparare à fide Chriſti, furore commotus, iuſſit afferre ſartamenta, & ignẽ copioſum accẽdi, & ſanctos Dei in eum mitti. Miſſi autem in ignem ſancti martyres, deambulabant in medio fornacis, ſicut in paradiſo amœniſſimo, & exultantes pſallebant Domino, dicentes: Ad te leuamus oculos noſtros, qui habitas in cælis. Eccè, ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum, & ſicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ: ità oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donèc miſereatur noſtrî. Miſerere nobis Domine, miſerere nobis, quia multùm repleti ſumus cõtemptione. Reſpice in nos Domine Ieſu Chriſte, vt non dicant qui non nouerũt nomen tuum, Vbi eſt Deus eorum in quem ſperauerunt? Orantibus autem ſanctis, ſtatìm nutu Dei egreſſa eſt flamma, & cõbuſſit plurimos impiorum, & mortui ſunt. Sancti verò martyres apparuerunt illæſi, ità vt nec capilli eorum exuſti fuerint ab igne.

Mittuntur in ardẽtem ignem, ſed non lædũtur. Pſal. 122.

Pſal. 78.

Egreſſa flãma vt olim ex camino Chaldęorũ, multos exuſſit. Cap. 7.

Videns hæc præſes, obſtupuit in mirabilibus quæ fiebant, & in ſemetipſum conuerſus, dixit ad ſanctos: Per deos magnos, miror ſuper hanc viſionem nouam. Dicite mihi, vſquequò caliginem nobis immittitis magicis artibus veſtris, & non ſanificatis dijs ſaluantibus orbem terrarum? Sancti martyres dixerunt: Nequiſſime inimice Dei, vſquequò æſtimas artem magicam, Dei noſtri virtutem, vt præcipias nobis ſacrificare lapidibus ſurdis, à quibus dicis poſſe ſaluari orbem terrarum? Nos autem non recedimus à Deo omnium creatore, gubernante nos. Audiens hæc præſes nequiſſimus, iuſſit ſuſpendi ſanctos in eculeo & torqueri. Statìm autem Angelus Domini adfuit, qui eos cuſtodiebat illæſos: fatigati autem ſunt miniſtri, & facti ſunt quaſi mortui. Videns hæc præſes, iuſſit deponi ſanctos. Stabantque hilari vultu ante præſidem, tanquàm ſi nihil fuiſſent perpeſſi. Præſes dixit: Perdeos victoriam obtinent maleficia veſtra. Nunc autem affligam vos tormentis, quouſquè acquieſcatis Imperatorum voluntati, & dijs ſacrificia reddatis. Sancti verò Coſmas & Damianus dixerunt: Nos Imperatores tuos contemnimus: habemus enim Regem in cælis Chriſtum filium Dei. Tormenta autem tua quòd non timemus, tu meliùs nôſti. Audiens hæc præſes, valdè iratus eſt, & iuſſit ſanctos Coſmam & Damianum crucifixos lapidari: Anthimum autem & Leontium & Euprepium vinctos duci in carcerem. Carnifices verò fecerunt quod eis fuerat præceptum, & crucifigentes lapidabant eos. Lapides autem conuerſi retorquebantur in eos, qui illos mittebant.

Irerùm exhibẽtur ante Iudicis tribunal.

Grauiſſimè torquentur in eculeo martyres.

Coſmas & Damianus in cruce ſuſpenſi lapidantur, ſed non lędũtur.

Videns autẽ inſanus iudex miniſtros ſuos vulneratos, furore ſuccenſus, iuſſit venire quatuor ordines militũ qui eos ſagittarẽt, reliquos verò ſanctos iuſſit eiici de carcere, & ſtare ante cruces. Quod cùm factũ eſſet iuxta iuſſum præſidis: accedentes milites, expenderunt omnes ſagittas ſuas in ſanctos, & nihil nocuerũt eis. Sagittæ verò retroactæ interfecerunt plurimam multitudinem virorum ac mulierum concurrentiũ ad eundem locum. Videns autem præſes omnem malitiam ſuam vanam, perturbatus vſque ad mortem, iuſſit gladio amputari capita eorum. Suſcipientesque eos carnifices, ducebant ad locum vbi decollandi erant. Cumque ducerentur, tanquàm ex vno ore ſic pſallebant: Bonum eſt confiteri Domino, & pſal-

Cap. 8. Iudex ſagittarios vocat, qui ſanctos ſagittis confodiant, ſed reuerẽtes populum vulnerant.

Pſal. 91.

pſallere nomini tuo altiſſime. Ad annunciandum manè miſericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Quia magnificâſti ſuper nos miſericordiã tuam. Sed vir inſipiens non cognouit, & ſtultus non intellexit eam. Et hęc dicentes, venerunt ad locum, & extẽſis manibus ad orientem, oculos intendebant in cælum, & orantes in cordibus ſuis quaſi ex vno ore dicebant omnes, Amen. Et ſtatìm accedentes carnifices, gladio amputauerunt capita eorum, & ſic in pace animas ſanctas Deo reddiderunt, ſuſcipientes victoriæ palmam.

Plectuntur capitali ſupplicio.

Cap. 9.

Tunc piæ mentis homines rapuerunt corpora eorum, & memores verbi quod dixerat S. Coſmas, nè corpora eorum in vno ſepelirẽtur loco, repleti magno mœrore, cogitabant vbi vel quo loco ſepelirent eos. Et eccè, ſubitò curſu mirabili camelus aduenit, humana voce proclamans & dicens: Homines Dei, quia multa ſigna & mirabilia per ſanctos martyres Chriſti percepiſtis, non ſolùm vos, ſed & nos inmẽta, quæ vobis ad miniſteria deputata ſumus, idcircò cum omnibus & ego gratias agens aduẽni nunciare vobis, vt nõ ſeparentur corpora ſanctorum, ſed in vno loco recondantur. Hæc cùm audiſſet omnis multitudo, quæ ex equis eorum famulabatur, laudem Deo dedit reuelanti myſteria per animal mutum & irrationale. Omnibus itaque ritè geſtis, ſepelierunt eos. Hi fratres germani fuerunt ſpiritu & ſide, & vſque in præſentem diem innumera beneficia largiuntur in eodem loco. Martyrizati ſunt autem ſancti martyres Coſmas & Damianus, Antimus, Leontius & Euprepius, die viceſimaſeptima menſis Septembris.

Camelus virtute Dei (vt olim aſinus Balaã) loquitur.

Eodẽ loco ſancti martyres ſepeliuntur.

Cap. 10.

Non poſt multum temporis paſſionis ſanctorum ruſticus quidam egreſſus eſt ad metendum, & dum poſt laborem ſumpto cibo, ſomno ſe dediſſet, & aperto ore dormiret, ſerpens ingreſſus eſt per os eius in ventrem. Qui expergefactus, non intellexit quid paſſus eſſet, ſed inſiſtens operi, campum quem reliquerat, permeſſuit. Serò autem cùm domum rediſſet, conſueta hora comedit & bibit: & cùm ſe cubitum collocâſſet, cœpit violenter ſerpentis infeſtatione torqueri, & gemitus cum clamore emittere. Qui verò in hoſpitio eius erant, contriſtabantur, ignorantes paſſionem eius. Ille autem voce magna dixit: Deus ſanctorum Coſmæ & Damiani adiuua me. Igitur cùm à ſerpente magìs ac magìs torqueretur, cucurrit ad locum, vbi erant ſanctorum corpora, & clamans iterùm dicebat: Deus ſanctorum Coſmæ & Damiani adiuua me. Exaudita itaque voce eius, famuli Chriſti eum dormire fecerunt, vt eo ordine quo ingreſſus eſt malignus ſerpens, egrederetur foràs compulſus. Itaque cùm exiret per os eius, caput erexit, & cùm totus egreſſus fuiſſet, expergefactus homo dixit: Nemo manum ſuam ſuper ſerpentem iſtum inijciat, quia præceptum eſt illi in gehennam ignis ire. His dictis, ſerpens nuſquàm comparuit.

Sancti curant hominẽ in quem ſerpens intrauerat.

Cap. 11.

Erat etiam quidam Malchus nomine, qui ſeruiebat in templo ſanctorum, quo niam videbat mirabilia quæ per eos Dominus operabatur. Hic allocutus eſt conſugem ſuam, dicens: Eamus ad baſilicã ſanctorum Coſmę & Damiani. Quæ promptò animo maritum ſecuta eſt. Cumq; illuc veniſſent, ait vxori ſuæ: Eccè profectuſum in regionem longinquam, ſed commendo te Deo & ſanctis Coſmæ atque Damiano: domui tuæ præſide, & erit tibi ſignum hoc. Cùm voluerit Deus, mittã & accerſiam te. Poſt hæc profectus eſt iter ſuũ, & vxor eius domi reſedit. Interiectis autem paucis diebus, ſciens diabolus ſignum quod maritus dederat, transfigurauit ſe in hominem, & dixit vxori: Eccè maritus tuus ab illa ciuitate direxit me, vt adducam te ad illum. Cui illa, nolens ire, reſpondit: Signum quidem agnoſco, ſed non poſſum hoc facere, quoniam ſanctis Coſmæ & Damiano commendauit me. Sed ſi vis vt veniam tecum, accede & cornu altaris tene, & iura te nihil malè factũrum mihi, vt credam tibi. Tunc iurauit diabolus, dicens: Per virtutem ſanctorum Coſmæ & Damiani, nihil mali faciam tibi, ſed incolumem re marito tuo repræſentabo. His dictis, ſecuta eſt eum. Et cùm veniſſent in quendam locum ſecretum, voluit eam de iumento præcipitare, vt interficeret. Illa verò eleuatis ad cælum oculis, voce magna clamauit: Deus ſanctorum Coſmę & Damiani adiuua me, vobis enim credidi & ſecuta ſum eum: Feſtinate in adiutorium meum, vt liberetis me de manu nequiſſimi diaboli. Statìm apparuerunt ei ſancti in habitu equitum, cum multitudine albatorum. Princeps autem iniquitatis, hoc viſo, præcipitem ſe dedit, & nuſquàm comparuit: Et impleta eſt ſcriptura dicens: Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam quam præparauit. Conuerſus eſt dolus eius in ca-

Verſutia diaboli ad decipiendum hominem, quanta.

Mulier liberatur à laqueis diaboli. Pſal. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

put eius,& in verticem ipsius iniquitas eius descendit.Sancti autem apprehendentes mulierem,perduxerunt in domum suam,& dixerunt ei: Nos sumus Cosmas & Damianus,quorum sacramento credidisti,ideoque festinauimus venire ad auxilium tuum. Sed & alia multa mirabilia, quæ enumerare longum est,præstat Dominus in eodem loco vsque in hodiernum diem, ad laudem nominis sui: cui est honor & gloria in secula seculorum,Amen.

DE IISDEM SANCTIS MARTYRIBVS, EX GREGORII *Turonensis De gloria Martyrum libri primi cap.98.*

DVo verò gemini,Cosmas scilicet & Damianus,arte medici,postquàm Christiani effecti sunt,solo virtutum merito & oratione num interuentu,infirmitates languentium depellebant.Qui diuersis cruciatibus consummati,cælestibus sunt coniuncti,multa miracula incolis ostendentes.Nam si quis ad eorum sepulcrum fide plenus orauerit,statim adipiscitur medicinam. Referunt etiam plerique, apparére eos per visum languentibus,& quid faciant,indicare.Quod cùm fecerint,sani discedunt.Ex quibus multa audiui,quæ sequi longum putaui,hoc existimans posse sufficere,quod dixi:Cuncti fideliter deprecantes,sani discesserunt.

Apparet laguentibus.

MARTYRIVM SANCTI VENCESLAI DVCIS BOIEMIAE ET MARTYRIS, EX D. IOHANNIS DVBRAVIJ *Olomucensis Episcopi historiæ Boiemicæ libro quarto & quinto conscriptum.Consentiunt MS.codices & antiquissima Martyrologia.*

Septēb.28.

SANCTVS Venceslaus Boiemiæ Dux, patre Christianissimo simul ac religiosissimo Vratislao, matre verò Drahomira Lucensi,à Christiana religione alienissima, progenitus fuit.Siquidem longè seueriorem immanioremque in Christianos, quàm Iezabel in propheras,ea se exhibuit.Qua de causa Ludmilla Vratislai Ducis mater, per speciem visitandi salutandique Drahomiram nurum suam Pragam adijt. Reuerà vt alterū filiorum (duos enim habebat Venceslaum & Boleslaum) sibi daret nutriendum impetraret. Cui cùm oblata esset ram à patre quàm à matre legendi, vtrum accipere vellet,potestas, Venceslaum, in quo melior indoles meliorque spes elucebat, sibi adoptauit,aluitque deinceps pro suo : præceptorem ei adiungens Paulum sacrificulum suum, virum opinione sanctitatis celebrem. Hic domi aliquandiù puerum docuit, pòst author fuit, vt Budecum, ad Nycenum presbyterum illic magistrum mitteretur, inquiens, maiores ibi cùm in literis & disciplinis Christianis profectus facturum, inter multos condiscipulos Christianos : Nam hæc præcipua cura erat auiæ, vt nepos Christianam religionem ante omnia disceret colereturque.

Cap.1. S.Venceslai parentes,

3.Reg.18.

Educarur S. Venceslaus à Ludmilla auia sua.

Interim marito funerato,filijsque adhuc ætate imbecillioribus,Drahomira regimen inuadit, ac statim odium in Christianos malè diù dissimulatum detegit, edicto proposito, vt templa Christiani occluderent,à cultu cæremonijsque abstinerent. Sacerdotes populum nè docerent, nec ludimagistri discipulos. Secus facientibus carcer,exilium,mors denunciata.Pragæ magistratus immutati, & pro Christianis idolatræ crudelissimi substituti,quorum instinctu clàm,palamque,ac semper impunè fidei cultores indignè tractabantur occidebanturque. At si quis ex Christianis,vel se defendendo,vnum illorum aliquem interfecisset,pro vno ijs decem capita animaduertebatur.Tum verò,secundùm tam impia, tamque immania matris facinora,Venceslaus qui hactenùs,nè in principatum succederet,ætatis studiorumque excusatione vtebatur, auiæ maximè hortatu, pollicentis se quæque curarum nepotis fore participem, magno omnium assensu, regimen in Boiemos suscepit.

Cap.2. Drahomiræ in Christianos persecutio.

S.Venceslaus creatur Dux Boiemiæ.

Ad

Ad tollendam igitur fraternam discordiam, quam plerunquè inter fratres bona indiuidua suscitare solēt, in ipso statim principatūs inttoitu decernitur, vt Boleslao fratri iuniori pars aliqua hæreditatis assignetur, finesque vtriusque ditionis constituantur.Boleslauia ei assignata est cum territorio suo vltra Albim,ità vt Albis fluuius citra vltraque terras finiret. Mater iuniorem filium moribus suis congruentem secuta est: Venceslaus principis thronum solus Pragæ obtinuit. Alius fortasse mutato honore,id quod subindè vsuenire videmus,mores quoquè aucta dignitate & potentia immutaret: at Venceslaus ab omni ambitione inuictus, demissius penè princeps,quàm priuatus agebat, aliquantoq; diligentiùs obseruabat, nè quid de instituto prioris vitæ apud auiam transactæ intermitteret. Nam & nocibus intentius quàm priùs ad psallendos psalmos, laudesque Deo dicendas vtebatur,& dies per plura pietatis officia transigebat,crebriùs in funus prodeūdo,languentes inuisendo,laceros nudosq; conuestiendo, pauperes alimentis sustentando. Instituerat præterea sibi inediæ ac vigiliæ quoddam,quasi cum auia certamen, experiri satagens,ipse,an illa sæpiùs ieiunaret,peruigaretque.

Cap.3. Boleslao fratri hæreditatis portio datur.

S.Venceslai pietas.

Interim Drahomira dirumpi præ inuidia, secumque nefaria aduersùs socrum meditari, quòd illa maiore gratia apud Venceslaum, quàm ipsa mater polleret, religionemque Christianam nimis prolixè proueheret. Nec longiùs nefariè mora perficere distulit, quàm inuenit cædis perficiendæ audaces ficarios. Instante exitij die,quem Ludmilla futurum diuinitùs præuiderat,vocat ad se clientulos omnes, mercedemque cuique suam dissoluit. Et præterea quicquid in penu, in cella, in horreis, in loculis redundaret,id sua manu in sinus vsusque pauperum transfudit. Post hæc remotis arbitris,ac solo adhibito Paulo sacerdote, ante aram prouoluitur, factaque exomologesi,de manu eiusdem sacerdotis sacrosanctum vitæ accipit viaticum,mox indè fini suo propitium Deum exorat,cùm eccè tibi eadem hora submissi à nuru, Thomas & Gumo, non tam genere quàm scelere nobiles,in sacrarium irrumpunt,ac velo, quo sancta vidua caput velatum habuit,elisis faucibus prostratam suffocant.

Cap.4. Drahomiræ in S.Ludmilā inuidia.

S. Ludmilla se præparat per bona opera ad martyrium.

In templo necatur.

Non defuēre qui Venceslaum ex cæde auiæ vehementer perturbatum, ad vlciscendum inflammarent. Alij,si ipse vlcisci nollet,sibi hanc dari prouinciam deposcebant.Vtrosque ille,quàm potuit,grauissimis verbis corripuit,quòd aliena à pietate erga qualemcunque matrem, aliena deindè à modestia & tolerantia Christiana suadere auderēt,ignari,aut parùm memores,quid ore suo dicat Dominus: Mea vltio est,& ego retribuā illis in tempore. Quemadmodùm euenit,anno nondùm reuoluto,vt ambo sceleris ministri,non solùm miserè,sed etiam notabiliter extinguerentur: notam videlicet vterque suam ad posteros transmittens. Nam cùm alter eorum barba rutila insignis, alter malè pedatus esset, non aliter nati natorum, & qui hodiè nascuntur ab illis, vel ruffescunt, vel à pedibus laborant: nam vtraque familia apud Boiemos etiam nunc extat. Cæterùm impiæ matri ideò impunitas diuturnior concessa videbatur, vt filij pietas, quò diutiùs illam mater insectaretur, hoc clarior ecuaderet. Tametsi alios quoquè præter ipsam matrem, molestos sibi infestosque habuit, quasi parùm idoneus ad exequenda Principis munia,quæ exequi, non per sacra & cæremonias, sed magis per arma & acies oporteret.

Cap.5. Nulla in Venceslao vlciscendi libido.

Deut.32.

Sicarijs diuinitùs inflicta pœna & eorū posteris.

Ante alios autem Radislaus Gurimensis princeps, Mistibogij filius, hàc vana spe inflabatur; quasi solo armorum terrore Venceslaus expugnari posset, agros eius incursare, armatosque illi viros ostendere incipit, nec vllos legatos de pace audire vult,immò quò magis Venceslaus paci studuit, eò maiorem etiam suspicionem pauoris aduersario faciebat, adeò vt superbissimè tandèm Venceslao responderet : Se, nisi tradito sibi totius Boiemiæ principatu, ab armis non discessurum. Coactus igitur à suis Venceslaus, militem atque aciem contra Radislaum instruit : videnſque omninò iam sibi dimicandum esse, classicum cani vetat, priusquàm ipse Radislaum alloquatur. Data alloquendi potestate, Si aliter, inquit, nisi prælio res pacificari nequit, cur non potiùs sine magna aliorum clade, sine multo insontium sanguine, ipsi inter nos singulari certamine decernimus? victoriæ permissuri, vter vtri iustiùs imperare debeat. Perindè quasi iam manibus victoriam Radislaus teneret, conditione proposita lætari, instareque, & ad pugnam iucundam festinare. Loriculam super cilicinam vestem indutus,

Cap.6. Radislaus quidam aduersùs sanctum virum insurgit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

paruoque ensiculo succinctus erat Venceslaus, cùm in arenam prodiret. At Radislaus cataphractus hastatusque, cum longa insuper machera contrà sese inferebat, erecta vtrinquè acie velut ad nouæ rei spectaculum. Nouum enim esse videbatur,

Assumit arma S. Crucis contra hostem suũ S. Venceslaus.

vt ipse Venceslaus pro imbelli habitus, componere se cum bellatore auderet. Vbi sub ictum ventum est, alter signo crucis frontem pingit, alter hastam vibrare festinat, idemque subitò Angelos videt, atq; hanc vocem velut ab homine promptam,

Diuinitùs liberatur.

ponè se exaudit: Nè feri. Ac nemine conspecto, qui illam promiserit, vim numinis, fauore propitio Venceslaum prosequentis veritus, humi procumbit, veniam audaciæ exposcit, secq; potestati victoris permittit. Alleuat prostratum Venceslaus, datag; venia, & dignitate ei restituta, monet vt contumaciam in obsequium debitum vertat, nè pòst grauiùs ab irato numine plectatur.

Cap. 7.

Hæc in Germaniam celeriter nunciata, aulam Cæsaris, apud alios admirationem, apud quosdam irrisione affecerunt. Ottho tunc regnabat, qui Germanorũ primus

Iste Ottho Imperator Germanorũ primus, regnauit anno 936.

coronam Cæsaream legitimè sibi traditam in Germaniam intulit, vir illo honore, ob celebrem pietatem & raram in bellis felicitatem non indignus, nec alienus à Venceslao, propter eximias ipsius virtutes: & qui vnà cum alijs Germaniæ Principibus, maiestatem Cæsaream officiosè comiterque conseruabat. Is Ottho deliberandi causa diem ad conueniendum Principibus Vormaciam, edixerat, quò vbi

Venceslaus vocatur ad imperialia comitia.

Venceslaus quoq; euocatus sine vlla dilatione venisset, dicitur, postridiè dum solenne sacrificium cunctantiùs sacerdos facit, ipse similiter cunctantiùs curiam introijsse, eamque moram, quasi ex ambitione nata fuisset, Principes adeò egrè tulisse, vt conspirarent, nè quis ipsorum venienti assurgere, neu supra se locum consedi dare vellet. Persuasum deniquè Cæsari fuisse, vt sine vllo honore Boiemum,

Prodigiũ à Cæsare visum.

velut arrogantem transmitteret. At Cæsar ex conspectu duorum Angelorum, qui Venceslaum in curiam deducebant, subitoq; ibidèm disparuerant, obstupefactus, throno exilit, aduersùm vadit, ipsumque Venceslaum tantùm non adorat, ac manu mox sua ad subsellia perductũ, assidere sibi proximum iubet. Cæteris vehementer factũ admirantibus, Cæsar facti causam aperit, vicissimq; miratur, quòd nemo præter se quisquam Angelos, tam clarum manifestumque sui spectaculũ exhibentes, oculis suis adspexerit. Hìc Moguntinus Pontifex, se quidem nihil planè vidisse inquit, cæterùm horrore quodam se perfusum fuisse confitetur, ac tunc demùm fœmæ quoquè nupèr inuulgatæ, quemadmodùm videlicet interuẽtu numinis ab hostis impetu seruatus fuerit Venceslaus, fidem se habere, quādò in præsens parta numina, eundem à calumnia vindicauerint: quarè indè simul vniuersi errati veniam deprecantur.

Cap. 8.

Cæsar præterea hunc tam liberalem hospiti habuit honorem, vt potestatem ei petendi concederet, quicquid petendum sibi à Cæsare putaret. Existimabat autem Cæsar, glorioſa cum & ambitioſa periturum. At is brachium diui Viti ex Gallia,

Sacras reliquias à Cæsare sibi dari petit.

sub Ludouico Pio Corbeiam in Saxoniam translati, magnaque religione in Boemia culti: dein Sigismundi quoquè Burgundiæ Regis, propterea quòd Vandalicæ nationis fuerit, reliquias sibi dari postulauit. Ad quæ postulata Cæsar subridens, Feres tu, inquit, primo quoque à reditu nostro in Saxoniam tempore, quas

Rex salutatur, tributo absoluitur, insignijs donatur.

habere cupis reliquias: interim dona Cæsare digna à nobis accipe, Regium imperium decus quo te ex dignitate tua meritò decoramus, deindè tributo absoluimus, quod Carolus quondàm soluendum Cæsaribus instituerat. Iussit postremò & insignia sua Venceslaum ferre, fuscam aquilam in clypeo candido. Facilè hoc, & illud alterum de tributo amplexus est Venceslaus, sed idem caput suum diademate cingi, seque Regem inungi, aut Rex à suis appellari nullo pacto sustinuit:

Abnuit regiam dignitatem.

quanquàm à Cæsare, atque ab alijs Regibus, & Principibus, Rex in epistolis salutaretur.

Cap. 9.

Allatis ex Saxonia sanctorum corporum Pragam reliquijs, Venceslaus omnia alia ædificia missa faciens, applicare architectum manus ad ædem diuo Vito dedicandam, constituendamque imperat. Subijciẽs dignissimum esse, vt profanis sacra anteuertant. Cæterùm antequàm illa inchoata erat, iam in templo diui Georgij à patre suo extructi Venceslaus locum sepulcro, in quod auia Ludmilla transferretur, delegerat, simulque absoluerat, ità vt nihil iam reliqui superesset, nisi vt translatio funeris ex arce Thetin, in arcem Pragensem à sacerdotibus peragereturAuertere vnus aliquis ab instituto Venceslaum cupiebat, inquiens, iam pridem

Delubra ab ipso cõstruuntur.

ptidèm corpus auiæ computruisse: quandoquidem plus triennium esset, cùm illud terra obrutum iacéret, proin nimis seram fore eius corporis translationem. Excipit Venceslaus, Et si quidem iam in puluerem sit redactum, vel ipsum puluisculum perferri ad me cupio: sed contrà fortasse euenier, àc tu mi pater autumas: fac modo vt desiderio meo vnà cum cæteris morem geras. Paret ille, seque suis collegis addit comitem, vsque ad locum vbi sepulta erat Ludmilla: sepulcro reclusso, nares statim omnium odor perfudit suauissimus, adhucque suauior arcula reclusa, in qua corpus tabe incorruptum, integrumque iacebat, nisi quòd parum quiddam ei de naso decerpserat arculæ tabella confracta, quam incuriosè quidam tractauerat. Igitur læti re præsenti sacerdotes, feretrum subeunt, corpusque miraculis clarum, quò iubet Venceslaus deportant, conduntque. Sedenim Archi-

Corpus S. Ludmillæ, post triẽnium, apparet incorruptũ.

Translatio eius.

tecti quoquè in templo diui Viti proximo operas vrgent, vt opus celeriùs excrescat, festinante Venceslao ad noui templi dedicationem, sanctarumque reliquiarum consecrationem.

Cap. 10.

At tunc primùm creandi Pontificis mentio orta: siquidem nullus ad eam vsque diem Pontifex in Boiemia creatus erat, sed à principio Morauiæ Antistes, postea ex Bauaria Ratisponensis, officio pontificali apud Boiemos fungebatur. Idem Ratisponensis in Morauia quoquè aliquandiù faciebat, quandiù videlicet noua sedes ibidèm suo Præsule fuerat, nempe annis quinque & triginta. Quam igitur Venceslaus Ratisponam pro Pontifice (diuus Vuolffgangus tũc Pontifex ibi erat) qui templum diuo Vito destinatum in arce Pragensi dedicaret, suos quosdam miserit, non ideò tamen curam remisit quærendi viam, qua facilimè ad inducendum Pragam Præsulem, vt instituerat, peruenire posset, sed has eius pias curas, sicut plerasque alias ad religionem pertinentes, mater nimis impia interturbare non destitit. Pari modo, vt mater, Boleslaus filius moratus, armatusque ad turbandam & oppugnandam fratris pietatem fuit. Nam si aliàs vnquàm educatio ostendit, quantum momenti afferat ad ingenerandos hominibus mores, tum certè in illis duobus alumnis, ex ijsdem parentibus prognatis, mirificè demonstrauit. Nam Venceslaus, qui à Ludmilla muliere religiosa eductus à puero fuerat, omnibus pietatis, & cuiusuis prætereà virtutis numeris vir absolutissimus euasit, sicut è diuerso Boleslaus tum impius, tum sæuus, tum indomitus & violentus: quia Drahomira, quæ Boleslaum aluit, comparibus vitijs infectissima erat, paratissimaque per quamlibet occasionem, incrementa bonæ religionis impedire, ac potissimùm in sacerdotes desæuire, quasi penès illos culpa resideret, quòd disciplinæ (vt ipsa dicebat) ignauissimæ deditus Venceslaus, maiorem diei noctisque partem, circum sacella & aras aliasque cæremonias, quàm in negocijs seriis, & ad Principem pertinentibus contereret: quodque illorum ipsorum sacerdotum instinctu, neque reuerentiam erga matrem, neque charitatem erga fratrem continuaret.

Iti' Vuolffgangi Vita habetur vltimo Octobris.

Educatiõis fructus.

Boleslaus matrisat.

Cap. 11.

Itaque custodes plagosi per vias appositi erant, qui ictu plagarum sacerdotes prohiberent, quò minùs Venceslaum per quotidiana officia adire possent. Qua de re factus certior diuus Vuolffgãgus, venire in Boiemiam ad dedicãdum templum superedit, hac excusatione vsus tanquàm breui futurum esset, vt Antistes Pragæ inangurare tur. Cæterùm nec Venceslaus fauorem erga sacerdotes, cultumque, nec vicissim illi officium solitum, qualicunque iniuria accepta, interrumpi sibi permiserunt. Furente indiès magis ac magis Drahomira, cùm quotidiè fermè audiret, tanti esse Venceslaum in sacerdotes obsequij, vt ipse suis manibus vinum inter sacra, libaque & thura illis subministraret, vt identidèm illos domi quenque suæ inuiseret, necessarijsque rebus ante tempus succurreret, vtque à seruitute profana multos redimeret, & ad seruitia Dei illos conuerteret: vt deniquè noctu plerunque, vel in ipsa hyeme nudis incederet pedibus ad templa, in quibus peruigilia celebrabant sacerdotes. Ferunt Podiuinum, qui intimus Venceslao, & assiduus comes fuerat, malè aliquandò à frigore & niuibus acceptum fuisse, quanquàm ipse calceatus, Ducem suum discalceatũ subsequeretur, rursùs tamen subitò incaluisse, cùm primùm videlicet pedes suos quemadmodùm iussus erat, vestigijs Ducis imprefferit.

Implacabile Boleslai in sacerdotes odium.

S. Venceslai benignitas.

Podiuinus Venceslao intimus.

Cap. 12.

Paulisper inter hæc suam rabiem Drahomira remisisse videbatur, postquàm certior facta erat, Venceslaum tædio vitæ aulicæ & curarum publicarum, circunspicere

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecce religiosum S. Vēceslai animum.

spicere locum sepositum, in quem cum sodalibus diui Benedicti cucullatis, ipse quoquè sodalis futurus diuerteret. Nam & Romam ad Pontificem suos iam miserat, se inaudierat, qui peterent, vt illius authoritate liceret, in Boiemia eiusmodi sodalitium institui. Sed dum Romanus Pontifex legatos diutiùs propter domesticas seditiones retinet, dumque interim Venceslaus de consuetudine sua, deque sacris & cæremonijs nihil quidquam intermittit, non sustinens vlteriorem dilationem impatientissima mulier, conceptum iampridèm de tollendo Venceslao parricidium exequi properat. Natalis tunc dies infantuli, recèns ex Boleslao edito se obtulerat. Ad hunc simul concelebrandum mater iuxtà atquè Boleslaus frater vetus suauissimis Venceslaum inuitant, gaudio ipsorum communi oblatum esse tempus dicentes, quo tota domus Principalis meritò gaudere debeat, nato ex Boleslao Principe, qui spem successionis in principatu Boiemiæ cōtinuaret. Siquidem Venceslaus præter aliam rebus in alijs abstinentiam & continentia, constantiaque seruatæ quoquè in omne æuum suum virginitatis suæ clarus fuit: Et Boleslaus tunc primùm pater esse incepit, producto ad spem successionis filiolo.

Boleslao fratri infans natus.

S. Venceslaus perpetua virginitate celebris.

Cap. 13. Inuitatur ad natalitia

Hoc igitur modo inuitatus Venceslaus, tametsi multo satis tempore, à quouis matris fratrisque contubernio se remouisset, attamen, vt antiquum seruaret morem suum, nemini cuiquam, non solùm natura coniunctissimis, officium suum denegandi, ad natalitia se Boleslauiam venturum ad diem recepit. Interimque in cubiculum secedens, quos fidelissimos habuit, secum ad fenestram seducit, iubetque eos in atrium Pauli presbyteri, frequentia sacerdotum refertum despicere: ac mox altè suspiria ducens, Quàm cuperem, inquit, vanus videri augur, vtinamque fiat, vt irritum venti secum auferant meum augurium, videre tamen mihi iam videor, eum locum, qui mea cura, tanto sacerdotum cœtu, quantum cernitis celebratur, paulò pòst discessu hinc meo, repentè desertum iri, cædem videlicet sacerdotum futuram per ista diuinans, quæ illis ab interitu suo immineret. Cæterùm qui tunc præsentes aderant, non intelligebant, quorsùm dicta hæc tenderent. Podiuinus tamen, scopum coniectura attingebat, cùm Ducem suum reuocare à proposito Boleslauiam eundi tentaret, sed in cassum. Olim nanque pro religione & pietate Venceslaus, nullum periculum, nullum casum, nullum vitæ discrimen fibi vitandum putauit, ideoque die lustrali apperente, nihil ampliùs moratus, quàm dum se apud sacerdotem expiat, dum aræ adstat, dum sacrosanctum delibat lebum, extremum salutis viaticum, indè continuò Boleslauiam petit. Sed neque Boleslaus procrastinat fratri ire obuiàm, cum complecti, gratulari aduentui compossita adulatione. Conuiuio dein mater adhibita, quanto magis ad omne facinus exercita erat, tanto blandiùs hospitem filium habuit, traxitque in seram noctem conuiuium.

Præsagia de cæde sacerdotum.

Vadit Boleslauiam.

Cap 14. At Venceslaus quanquàm intelligeret quò tenderent blanditiæ, & quamobrèm produceretur conuiuium, non tamen omisit, quin de media nocte surgens, iret in templum, vt orationes solitas Deo optimo commemoraret. In ea re occupatum inuadit Boleslaus frater, à matre ad scelus vigilantiore excitatus, ac primo ab ictu suo frustratur, ense sibi de manibus ob insperatum stuporem elapso, mox redeunte animo & furore, quem sceleris participes clientuli extingui non patiebantur, ictum repetit, ac facilè inermem fratrem, patienterque plagam excipientem, interficit: dissimulataque nece manè statim filium lustrat, nomenq; ei inter lustrandum, Strachyquas, à terrore conuiuij mutuato vocabulo, quod ipse terribile parricidio effecerat, indit. Adeò gloriari in malitia etiam sua gestiebat, qui potens erat in iniquitate, nescius adesse Deum bonis omni tempore, tum in vita tum in morte, quemadmodùm illustrissimo tunc patuit exemplo. Eadem quippè nocte Rex Daniæ (vide quanto interuallo à Boiemia semotus) per quietem se admonitum oraculo testatus est, vt martyris Venceslai in Boiemia à fratre obtruncati, memoriam sibi colēdam susciperet: id quomodò ab ipso factum, cæremoniæ, sacerdotes, templum in Dania diuo Venceslao dedicatum declarant: Vt interim alia penè infinita miracula data opera transeamus, partim quia nota & illustria, partim quia alibi cantata à nostratibus, diebus penè omnibus habentur.

S. Venceslaus à fratre in templo trucidatur.

Strachyquas filius Boleslai. Psal. 51.

Rex Daniæ in somnis monetur, templum S. Venceslao construere

Cap. 15. Boleslaus, parto audacia & scelere principatu, audacter etiam illum, & non sine scelere ab initio gessit, idque non obscurè. Siquidē clara voce, omnibus qui aliquā cum diuo Venceslao familiaritate coniuncti erant, ac præcipuè sacerdotibus, quibus

cunque sua sponte Boiemia non decederent, carcerem, exilium, cædem denunciauit. Adiecit mater, nè cæsi terræ mandarentur, sed abiecti, vt in campis iacerent, esca dilanianda canibus, alitibusque. Intra breue igitur tempus vaticinium diui Venceslai completum fuit, vaticinātis, Fore vt à discessu suo, atrium Pauli presbyteri, sacerdotibus vacuum redderetur. Correptus inter præcipuos ad supplicium Podiuinus quoquè, totum biennium in furca sub dio pendens, nulla tabe violari, nedùm corrumpi conficiq; potuit, donèc post haustam terræ hiatu Drahomiram, crudelissima atq; impijssima muliere exigenda fuerat, eo loci, quo adhuc insepulta iacebant ossa occisorum sacerdotum, terra sua sponte dehiscens, viuam Drahomiram, vnà cum curru, & qui simul vehebantur absorbuit, auriga solo incolumi, qui ad aram iuxtà sitam (nunc haud extat) equo desiliens accurrit, cùm fortè tinnabulum tinnire audîsset, vt corpus Domini adoraret, execrante illum Drahomira omnibus maledictis. Quarè locum eum etiamnùm, vt execratum, funestumque declinant viatores, qui arcem Pragensem ab occidentali plaga petunt. Quamquàm terra eodem loci in statum pristinum cohæserit. Puniti & illi diuinitùs, qui Boleslaum assectati, gladios etiam suos aduersùs diuum Venceslaum strinxerunt: ipsis enim eorum mente alienata, in rabiemque versa præcipites ex alto deorsùm ruebant: quidam in eos gladios, quos nudauerant, incubuêre. Ad hęc, templi paries, quem prope occisus fuit diuus Venceslaus, velut cædis ipse quoquè conscius, aut potiùs, vt testis foret sceleris sempiterni, nulla vllius opera abstergi eluique potuit à cruore, quo respersus ex corpore diui Venceslai fuerat.

Podiuinus laqueo plectitur.

Drahomira terræ hiatu absorpta.

Necis conscij omnes diuinitùs puniti.

Hæc tandèm tot prodigia, tamque varia supplicia, Boleslaum exterruerunt, vt mitiùs deincèps cum Christianis agere, sæuitiamque suam aduersùs illos remitteret inciperet. Accessit præterea nouus ex Cæsare Otthone terror, minitante fratricidij vltionem, cùm primùm Hunnicum bellum confecisset. Quippè Hunni ex Pannonia vsque in Sueuiam progressi, vrbem Augustam obsidione premebant, tanta suorum multitudine, vt dubitauerit Ottho, prodire ne in aciem contra tantas copias, an castris se tenere securius fuerit: sed dubitantem Vldri cus Augustæ Præfut, in diuorum numerum posteà relatus, indicto vnius dici ieiunio, ad inundam pugnam impulit: certam ei victoriam (si pugnauerit) promittens. Nec fefellit. tantam enim inter Hunnos stragem Ottho edidit, vt Lycus Augustanus fluuius, mutatis in cruorem aquis, alueum suum fœdauerit. Capti in eadem pugna Cōradus, Otthonis gener cecidit. Atq; hoc interìm spatio, quod per moras huiusce prælij interiectum fuit, Boleslaus, vicum quem inhabitabat, fossis, vallis, mœnibus cingendum, muniendumque suscipit, & quo celeriùs susceptum opus perficiat, vicinæ nobilitati iniūgit, vt certum quisque paterfamiliâs colonorum suorum numerum operi continuando attribuat. Cœpit abnuere operam eiusmodi senex quidam nobilis, inquiens: Exemplum se à maioribus non accepisse, vt ædificandis muris operam aliquam locaret, sed vt potiùs pro salute principis in campo, & in ipsa acie siue eques, seu pedes dimicaret. Hîc sæuus Boleslaus (sic iam is passim cognominabatur) solita sæuitie incensus: At ego, inquit, nunc statim exemplum in te statuam, quo cæteri admoniti discant parere Principibus, non autem imperia illorum contemnere. strictoque gladio miserandum senem confodit, ac denuò vicinis iniungit, vt iussa obedienter faciant.

Cap. 16. Prodigijs territus, de sæuitia remittit Boleslaus.

Eius Vldrici Vita est 4. Iulij.

Otthonis Cæsaris victoria contra Hūnos.

Sicarij Boleslai crudelitas.

Operi absoluto, cinctoq; oppido, nomen Boleslauia manet. Huic oppido cùm Ottho appropinquaret, missis obuiàm legatis Boleslaus pacem magnis precibus cum ipsis oppidanis cœpit petere. Valdè præcisè Ottho eis respondit, aliter pacem coire non posse, nisi dedito sibi fratricida Boleslao. Porrò Boleslaus omnibus rebus ad sustinendam obsidionem necessarijs, frumento, pecore, telis, armis, viris instructus in oppido erat. Non ità Cæsar foris commeatu abundabat, vacuis vbique ex vicino horreis, & pecoribus in syluas longiùs abactis. Vndè paulò pòst fatum, vt Cæsar ob rerum penuriam mutata duriore sententia, animum ad molliora inflecteret. Cùm igitur denuò Boleslaus, quanquàm satis vt dixi instructus, conscientia tamen scelerum timidus, gratiam Cæsaris ambiret, pacemque oraret, eam his tandèm legibus impetrauit. Prima erat, vt commissa piacula omnibus modis expiaret. Altera, vt exules Christianos reuocaret ab exilio. Tertia, ad tributum nupèr

Cap. 17. Otthō obsidet Boleslauiam.

Cōditiones pacis Boleslao propositæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nupèr remissum, denuò exoluendum reciperet. Vltima, vt eadem conditione atquè cæteri Germaniæ principes, in nomen Cæsaris iuraret.

Cap. 18. Obsidione soluta, Boleslaus suis præcepit, vt è conspectu suo sepulcrum & corpus S. Venceslai remoueant, idque noctù, per multas tenebras Pragam transferãt, occulteque sine arbitris condant in æde diui Viti ab eodem Venceslao ædificata.

Fratris & incadauer inuidia. Grauiter nimirùm ferebat signa & prodigia, identidèm ad corpus sanctum nunc in cæcos, nunc in claudos, nunc in surdos edi: putabatq; fore, vt illo ad diui Viti ædem sepulto, Vito etiam potiùs, quàm Venceslao miracula edita attribuerentur. Sed vide, vt se innocẽtia & sanctitas, vt deniquè ipsa veritas contra astum & improbam calliditatem perfacilè defendant. Plaustro corpus impositum fuit, susque auriga quantùm posset accelerare, vt ante lucẽ è Boleslauia Pragam peruenirent. At aurigã magis equi, quàm ipse equos regebant. Itaq; cùm primò ad amnem

Translatio S. Vẽceslai. cui Rochetnicze vocabulum, aquis tunc multis redundantem, deindè ad Vltauiam adhuc redundantiorem ventum esset, non ponte, vt ille volebat, sed pleno alueo, vtrunq; amnem equi transeunt, pedibus tantùm non siccis, mox vltra Vltauiam ad carcererem arci Pragensi subiectum, immobiliter subsistunt, nec indè vlla vi se amoueri patiuntur nisi die clarissimo, cùm iam multorum aliorum spectatorum oculis res esset testatissima, corpus diui Venceslai vectores vehere, id quod obstinatè priùs illi negabant, quàm vincti ad vnum omnes è carcere illo dimissi fuissent. Corpus præterquàm quòd à corruptione post triennium incolume repertum est, insuper etiam ab omnibus vulneribus erat percuratum, vna tantùm auricula capiti defuerat, eam Premyslaua Venceslai soror ad limen templi, in quo occisus frater erat, inuentam, arcula clausam habuit. Cæterùm re, vt gesta fuit cognita, nè quid de corpore sancto desideraretur, eandem statim Pragam milit, statimque illa capiti suo adhæsit.

Manet eius corpus immobile, donec vincti è carcere dimittantur.

Corp⁹ eius post triennium incorruptum.

Auricula ei⁹ absciſſa, capiti adhæret.

BEATI PETRI DAMIANI SERMO IN FESTO BEATISSIMI MICHAELIS ARCHANGELI

26. Septẽbr.

IRCA rerum cardinem versamur, & magnificentiam operum Domini stylo prosequimur inpolito: nec est præsumptio, sed deuotio, quia non temerarij scrutatores, sed pij pulsatores accedimus. Honorauerunt siquidem stylũ maiestas Virginis, & dignitas Crucis, & vtrunque præsumpsimus vtroque saluati. Nunc ad Angelos sermonem conuertimus, & illius purioris naturæ contemplamur originem, & hoc quidem conuenienter. In primis nanque locis illa duo prima posuimus, quæ sibi primatum vendicant in rerum creaturis. Tertium autem locum sortiuntur Angeli, sicut in cælo, ità in scripto, sentitque anima, quod continet pagina, & authoritas ratione munitur. Beata illa regio supernarum virtutum, in qua felices spiritus circunuolant Dominum Sabaoth, & sublimi pennarum applausu in plateis supernæ Hierusalem, Sanctus, Sanctus, Sanctus, clara voce decantant. Vidi (inquit Propheta) Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & plena erat omnis terra maiestate eius, & ea, quæ sub ipso erant, replebant templum. Seraphin stabant super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri. Singula ista verba suo pondere librata sunt, & diligentissimam quærunt expositionem, cuius nos immunes insipientia & ineloquentia fecit. Aliquid nihilominùs exculpere tentabimus, si non ità solenniter, veraciter tamen.

Esa. 6. Visio Esaiæ propheræ.

Expositio eius.

Visio hæc corporalis non est, vel fantasticis inuoluta præstigijs, sed spiritalis & pura, purioris intelligentiæ desiderans sanctitatem. Hanc non vident nisi videntes, & qui mundi caliginem supergressi, splendorem diuinitatis lucidissima mente suscipiunt. Et, vt breuiter eam diffiniamus, Spiritus Dei nostro spiritui dulciter applicatus hanc efficit visionem, cùm nos de præscientia cumulat futurorum. Hoc igitur modo ille totius Prophetalis eloquentiæ gloria vidit Dominum, & sedentem. Filius Dei triginta & tribus annis seruus fuit, non dominus, minister, non magister, vilis non gloriosus, & licèt dixerit Discipulis: Vos vocatis me Magister, & Domine,

Dei Filius 33 annis seruus. Iohan. 13.

Domine, & benè dicitis, Sum etenim: &, Ego sum lux mundi: pauci tamen verborum altitudinem notauerunt, Pharisæis inuidentibus, Iudæis non credentibus, & illum arguentibus præsumptionis. Sed postquàm resurrexit à mortuis, & in triumphali sede receptus est, imperatoria decreta propalata sunt orbi, fixitque Crucifixus in totam mundi latitudinem suæ dominationis insigne. Iam maiestatiuis nominibus circunfunditur ille pauper, & vnicus, & seruilium nominum vilitate dimota, Rex regum, & Dominus dominantium multa luce prefulgurat. Vidit ergò cum filius Amos, non humilem, sed sublimem, non iudicatum, sed iudicem, non opprobrium hominum, sed gloriam Angelorum. Iohan. 8.

Nunc verò Dominus & Rex regum dicitur.

Sedentem, inquit. Triplicem legimus Creatoris sessionem: vnam post mundi creationem, quandò requieuit ab omni opere, quod patrârat: aliam post Ascensionem, quandò assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei: tertiam post resurrectionem, cùm sederit in sede maiestatis suæ, & nos cum eo sedebimus. Solet quietem labor præcedere, statio sessionem. Sed quandò laborauit illa Maiestas, quæ nec afficitur passione, nec labore distringitur? Audi quomodò plurimus ei labor incubuit, cùm illum pessimum præsumptorem de cælis ad inferna detrusit, & hominem peccato penè simili comprehensum, de paradiso voluptatis in æruminosum immisit exilium. Quantum putas tumultuũ in cælestibus efferbuisse palatijs, cùm mortifer ille vastator irreparabile dissidium in illa cælesti curia fabricaut, conuentũ proscidit Angelicum, & agmina stellantia secum traxit in mortem? Desuit tunc Omniporentis indignatio, totaque diuinitatis dextera percussus est inimicus, & in perditionis deuolutus est abyssum. Huic tam graui damno, tam grauiter vindicato, succesit & aliud. Peccauit nanque ille, qui huic resarciendæ ruinæ fuerat subrogatus, propter quem omnia subcælestia fuerant constituta. Peccante autem illo, multum splendoris sidereis detractũ est luminaribus, totamque elementorum materiam infectio deploranda confudit. Nondùm auersus erat furor Domini, sed adhuc manus eius extenta, & dexteram eius singulari vulnere fatigatam prouocauit in se fragilis & lutosa substantia, sensitque reliquias fulminei furoris miser homunculus, & personale delictum proscripsit vniuersos. Deturbatus igitur tumultibus frequẽtibus rationabiliũ creaturarum, Dominus maiestatis, & super suis hostibus vindicatus, cadentes Angelos cum desperatione damnauit, & hominem castigauit in spe, præuidens quanta bona de illius peccato esset factuus. Et ob hoc forsitan angelicũ peccatum in scripturis non inuenitur expressum, nè scripturæ mandaretur, quod emendari non poterat. Requieuit ergò Deus, ratione abili fine tantis malis impositio. Sed rursùs tactus dolore cordis intrinsecùs, & peccantium hominum enormitate grauatus, deleuit quem creauerat hominem, & diluuium inhabitare fecit: nec hoc cõtentus, super Sodomam & Gomorrham ignem pluit & sulphur, Aegyptios submersit in fluctibus, Israëlitarum cadauera prostrauit in eremo, vbique turbulentioris Domini repræsentans imaginem. Ad extremum venit ipse nube nostræ carnis obtectus, & dolorum particeps & laborum, didicit obedientiam ex his, quæ passus est. Gen. 7. Gen. 14. Exod. 19. Luc. 2.

Consummata autẽ carnis susceptione, eleuatus est in cælum, & sedet à dexteris Dei: nec tamen sedet ad plenum, quia assistit adhuc vultui Dei pro nobis. Erit autem ei tertia sessio gloriosa, cùm bonos & malos diuerso fine, diuersisque clausuris ineluserit. Sedebit in sede maiestatis suæ, cùm nos traxerit ad se, & erit Deus omnia in omnibus. Prima sessio est gratiæ, qua gratis omnia fecit. Secunda misericordiæ, qua nos misericorditer redemit. Tertia gloriæ, cùm nos glorificabit. Attende autem sedentis gloriam, & excellentiam sessionis, vbi nulla creatura consedere præsumit. Seraphin, inquit, stabant, non sedebant. Vidi Dominum, & vniuersam militiam cæli assistentem ei, (ait Propheta) assistentem dicit, non sedentem. Millia millium ministrabant ei, & deciès milliès centena millia assistebant ei, Daniele testante. Omnes Angeli stabant in circuitu throni, ait Euangelista. Et alibi: Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus populis, & linguis, stantes ante thronum. Sed & Virgo singularis adstat à dextris in vestitu deaurato. Moyses, vt videat transeuntem Dominum, stat in petra, & Elias stat in conspectu Domini, & omnis creatura imperatoriæ maiestati assistit. Solus ille transfuga spiritus, dissensionis principium, princeps malitiæ, malorum summa, voluit cõsedere. Sedebo, inquit, in monte testamenti. Omnes stant, omnes ministrant, & tu, pacis inimice, Matth. 16. Matth. 25. Cur Deus sedeat. Dan. 7. Apoc. 7. Angeli & sancti current. Psal. 44. Ex. 33. & 34. Esa. 14.

Homo resarciendæ Angelicę ruinę subrogatus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inimice, ſedere præſumis? Ipſe Filius idem, quod Pater, ſedere neſcit, donèc dicat Pſal.109. ei Pater: Sede à dextris meis. Talem vidit eum Eſaias, & Dominatorem vniuerſæ terræ, & in aureo throno ſuæ diuinitatis ſedentem, in illa ſecunda ſeſſione, qua carnem noſtram cælis inuexit.

Sequitur, Super ſolium excelſum. Excelſum ſolium, Angelicam naturam intelige, primam Omnipotentis creationem, & primaria dignitate præditam potentem. Super hanc ſedet, & ſuperuehitur Filius Virginis, ſuſceptum hominem ornatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quia igitur spes multùm præsumit, & timor diffidit nimis, vtrunque iungere non moreris, vt in commune faciant, quod diuisa non possiunt. Discę sic sperare, vt timeas: sic timere, vt speres. De his scriptum est: Duæ pennæ singulorũ iungebantur.

5. ala humilitas. Psal. 33. — Quinta est humilitas. Propè est Dominus his, qui obtriuerunt cor, ait scriptura. Humilitas est mater virtutum, superbia vitiorum regina. Hæc sola virtus virtutum nutrix, quam solam in Virgine Matre respexit Altissimus: cuius, quandiù conuersatus est in terris Filius Dei, & executor extitit, & magister. Discite à me, inquit, quia mitis sum, & humilis corde. Sexta est charitas. Hæc est principium, & finis, bonorum clausula, singularis filia summi Regis. Superfluum est eam verbis prolixioribus commendare, cui alludit tam secularium, quàm diuinarum literarum tota facundia. De his dicitur: Duabus alis volabant. His geminis alis illi pennati euolant ad superna, de quibus dicitur: Fruſtrà iacitur rete ante oculos pennatorum. Quod si istis volauerimus, nec defecerimus, quandoquè etiam pennis Angelorum volabimus, & videbimus illum in decore suo, qui est Deus benedictus in secula seculorum, Amen.

Matth. 11. — 6. ala charitas. — Prou. 1.

MARTYRIVM SS. VRSI ET VICTORIS CVM SOCIIS SVIS, EX GLORIOSA THEBAEORVM LEgione, quorum Historia ad nos perlata est ex Francia per venerabilem D. Petrum à Leydis Carthusiæ Colonienſis olim Priorem.

30. Septẽbr. Diocletiani & Maximiani in Christianos persecutio.

VM tempore Maximiani Imperatoris (qui cum collega Diocletiano imperium tenuit) grauis persecutio Christianorum esset exorta: erant in legione S. Mauritij Vrsus & Victor cum socijs lxvj. viri in bellicis rebus strenui, quorum hodiè natalitia colimus. Qui beati Mauritij passione & gladij terrore turbati, non absque diuino nutu castrorum tumultus occultè relinquentes apud Solodorum castrũ antiquissimum, quod est super Arulam fluuium, peruenerũt, vt per eos ibidèm multorum infidelium cæcitas, fidei lumen reciperet. Interea Maximianus Imperator audiens sanctum Vrsum sociosque eius ab Agauno fugam dedisse, nimis furore succensus est. Accito igitur Hyrtaco, prædicti Solodorensis oppidi Præside, præcepit & iniunxit, vt vestigia sanctorum diligenter perscrutando indagaret, & vbicunquè ipsos inueniret, aut ad sacrificandum dijs omnipotentibus Ioui & Mercurio velitis vos inclinare. Alioquin vos vitam faciam varijs finire tormentis. Illi verò cælitùs corroborati dixerunt: Christiani sumus, nec sacrificãdo surdis & mutis idolis, Christianę religionis ritum volumus inquinare. Hyrtacus videns sanctorum constantiam, nec posse blanditijs flecti, nec terroribus emolliri, præcepit manus & pedes eorum catenis nexibusque constringi, ac varijs tormentis ipsos atrociter cruciari. Quod cùm carnifices studiosè peragerent, diuina clementia (quæ sperantes in se non deserit) tanto super eos splendore claritatis illuxit, vt tortores fulgore perterriti, ad terram prosternerentur. Diuinitùs liberantur. Soluti starent, iuxtaque semiuiui, sanctique martyres catenis ruptis vinculisque dissolutis starent, Multi credunt. perterriti, glorificantes & laudãtes Dominum Deum Israël. Pagani verò, vnà cum Præside confusione ducti, dolore & angustia torquebantur, videntes quòd multi ad Christum per miracula prædicta conuerterentur. Alloquitur itaque Præses sanctos martyres, dicens: Vnum de duobus eligite, aut dijs immortalibus sacrificate, aut vitam vestram varijs faciã tormentis finire. Respondentes sancti dixerunt: Christus pro nobis passus est, nos etiam pro Christo, quæcunque tormenta tua decreuerit malitia inferre, parati sumus sustinere. Imperat igitur Præses furore repletus, magnam componi lignorum congeriem, & præparari maximum ignem, vt sanctorum corpora cremarentur. Cumque præsentibus multis sanctis martyres fuissent

Sancti martyres ab Hyrtaco præside comprehẽduntur.

Diris suppliciis excruciantur.

fuissent adducti, Hyrtacus ait ad illos: Nisi à vestro errore resipiscatis, in his flãmis corpora vestra concremabo. Sancti Spiritu sancto confortati responderunt: Nullæ nos minæ, vel tormentorum timor, à sancto & iusto proposito reuocabunt, & parati sumus ad omnia pro Saluatoris nomine sustinẽda. Sanctis igitur ad ignem, vt in illum mitterentur, accedentibus, eccè ventus validissimus de cælo veniens, lignorum congeriem vndiquè succensam, tanto conamine impulit, vt dissoluta & in varias partes diuisa, penitùs extingueretur. Quod videntes multi, ad fidem cõuersi sunt. Videns autem impius Præses sanctos martyres duplici miraculorum splendore clarificatos, plurimos capite truncari præcepit. Intereà sancti martyres, Vrsus cum socijs suis, vtriusque sexûs homines doctrina & exemplis in fide confortabant. Hyrtacus verò Præses, vir Belial furore plenus, super pontem prædicti fluminis sibi sanctos martyres iussit præsentari: vt eodem loco capite cæsos mox in alueum fluminis præcipitaret. Cæduntur ergò beati martyres, & in flumen præcipitantur, nec tamen longè à dicto ponte defluxerunt. Nam diuina misericordia (apud quam omnia possibilia sunt) suæ mansuetudinis potentiam in eis demonstrauit. Non longè nanque à dicto ponte, capita sua in manibus portantes, flumen egressi sunt, & ad locum, vbi nunc in honore ipsorum basilica fabricata est, peruenerunt. Mirabilia hæc, & mirabilibus mirabiliora succedunt. Sancti enim martyres genua ad terram flectentes, quasi ad vnius horæ spatium, priusquàm corpora sua ad terram deponerent, cunctis cernentibus orabant. Orationi verò fine dato, corpora sua ad terram dimiserunt, acsi dicerent: Hæc requies nostra in seculum seculi. Venientesque surdi, cæci, claudi, imbecilles & paralytici, seu quacunque infirmitate detenti, tangebant corpora sanctorum: & subitam recipiebant sanitatem. Energumeni quoquè seu dæmonibus obsessi, ad tactum sanctorum curabantur martyrum. Et vsque in hodiernum diem, si fides petentium non titubet, per Dei gratiam curantur. Passi sunt autem Vrsus & Victor cum socijs suis apud Solodorum pridiè Calendas Octobris, regnante Domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula, Amen,

Cæduntur gladio & in flumen præcipitantur. — Manibus cãpita sua deportant ad locum sepulturæ. — Stupendum miraculum. Psal. 131. — Multi ægri curantur.

VITA SANCTI EXVPERII EPISCOPI TOLOSANI PER D. HIERONYMVM PRESBYTERVM scripta. Ex epistola D. Hieronymi ad Rusticum monachum, in fine.

28. Septẽbr. S. Exuperij in pauperes liberalitas.

SANCTVS Exuperius Tolosæ Episcopus, viduæ Sarãptensis imitator, esuriens pascit alios: & ore pallente ieiunijs, fame torquetur aliena: omnemq; substantiam Christi viscęribus erogauit. Nihil illo ditius, qui corpus Domini canistro vimineo, sanguinem portat in vitro. Qui auaritiam eiecit è templo: qui absque funiculo & increpatione, cathedras vendentium columbas, id est, dona sancti spiritus, mensasque subuertit mammonæ, & nummulariorum æra dispersit, vt domus Dei, domus vocetur orationis, & non latronum spelunca. Huius è vicino sectare vestigia, & cæterorum qui virtutum illius similes sunt, quos sacerdotium & humiliores facit & pauperes.

Matth. 21. — Omnẽ auaritiã ab Ecclesia ejicit.

Idem ad Furiam.

HAbes sanctum Exuperium probatæ ętatis & fidei, qui te monitis suis frequenter instituat.

ITEM DE EODEMPER EVNDEM EX EPISTOLA eiusdem ad Gerontiam viduam.

NOn possum absque lachrymis Tolosæ facere mentionem, quæ vt hucusque non rueret, sancti Episcopi Exuperij merita præstiterunt.

Ecclesiæ suę defensor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE EODEM ADHVC EXVPERIO, EX EODEM HIERONYMO.

Est prologus D. Hieronymi in primum commentariorum Zachariæ prophetæ ad ipsum Exuperium.

VLtimo iam autumni tempore frater noster, filius tuus, Sisinnius monachus, tuæ mihi dignationis epistolam reddidit: qua lecta, gauisus sum te esse sospitem, & memorē mei, omniumque fratrum qui in sanctis locis Domino seruiunt: in quorū refrigerijs facis tibi amicos de iniquo mamona, & præparas æterna tabernacula, vt possis cum Dauid dicere: Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutū: cōcupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Si enim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, vbi ponat pullos suos: cur tu qui pontifex Domini es, & calcas in fine mundi torcularia, vt sitientibus populis sanguinis Christi vinum tribuas, non liberè proclamabis ac dices: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum: beati qui habitant in domo tua? Audio te in valle lachrymarum, in loco quem Deus posuit ad certamen, vt vincentibus coronam daret, ascensiones in corde tuo disponere, & ire de virtute in virtutem: & imitari Domini paupertatē, vt cum illo diues fias, & in terecliner capput, & per singulos dies suscipiatur, visitetur, alatur, vestiatur, & præcipuè in sanctarum scripturarum lectione feruere.

Pſal.83. Ibidem. S. Exuperius imitatur Domini paupertatē.

Cumque tibi cuperem ingenioli mei aliquod offerre munusculum, & cœpta in duodecim prophetas explanatio peruenisset ad calcem, susceptum opus deferere nolui: sed quod & absque te dictaturus eram, tuo potissimùm nomini consecrari, & gaudeo quòd obscurissimus liber Zachariæ prophetæ, & inter duodecim longissimus, eo tempore differendus est, quo ob festinationem eius qui reuersurus est, nullam moram patitur interpretatio: sed velim nolim, saltem lucratiuis per noctem horis atque furtiuis dictare compellor, quod tibi dirigam.

S. Hieronymus explanationē in 12. prophetas illi dedicat.

Scripsit in hunc prophetam Origenes duo volumina vsque ad tertiam partem libri à principio. Hippolytus quoquè edidit commentarios: & Didymus quinque explanationū libros me rogante dictauit: quos cum alijs tribus in Osee & Michea προσφάτως: sed tota eorum ἐξηγητὶς allegorica fuit, & historiæ vix pauca tetigerunt. Itaque imitari cupiens illum patrem familiâs, qui profert de thesauro suo noua & vetera: & sponsam de Cantico canticorum, quæ dicit: Noua cum veteribus fratelis meus seruaui tibi: historiæ Hebræorum tropologiam nostrorum miscui, vt ædificarem super petram & non super arenam, ac stabile iacerem fundamentum, quod Paulus architectus posuisse se scribit.

Matth.13. Cant.7. 1.Cor3.

Tuæ beneuolentiæ erit, non eruditionem nostram, quæ vel nulla, vel parua est; sed pronam in te suscipere voluntatem: vt nos ad cætera prouoces, & in longo scripturarum campo currere cohorteris. Si qui autem sunt quibus interpretationem & horum & aliorum voluminum antè promisi, ignoscant incredibili inter amori meo: & quicquid tibi scripsi, sibi scriptum arbitrentur. Charitas enim benigna est, charitas non æmulatur: non quærit quæ sua sunt.

Eccè quàm de se sentit humiliter S. Hieronymꝰ. 1.Cor.13.

ITEM DÈ EODEM EXVPERIO, EX EODEM HIERONYMO.

Habetur in proœmio in secundum librum commentariorum Zachariæ prophetæ.

ITaque mi Exuperi papa venerabilis, adesto præsens orationibus, qui corpore absens es, & impetra à Domino vt auferatur à facie mea velamen Zachariæ, quod ante oculos ostēdebatur Moysi, quia fulgorem vultūs eius vulgus ignobile ferre non poterat: vt ego quoquè cum Dauid queam dicere: Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.

Pſal.67.

Secundi libri explanationum in Zachariam istud exordium est: quem tanta ceritate dictamus, vt penè non sit emendandi spatium, dum frater Sisinnius Aegyptum ire festinat, vt odorem bonæ fragrantiæ qui à te missus est fratribus, illinquoquè perferat: Et nequaquàm Aethiopiæ flumine, sed Galliarum largissimis aquis rigentur a rua sitientia.

S. Hieronymi testimoniū de odore virtutum S. Exuperij.

OCTO

OCTOBER.

ENCOMIVM SANCTI REMIGII,

PER HINCMARVM ARCHIEPISCOPVM RHEMENSEM.

1. Octobris.

VIDEAMVS etiā quomodò hic beatus pater & pastor noster benedictionibus sibi à legislatore Deo datis, ipsius auxilio in seculi huius connalle lachrymarum assēsiones in corde suo disposuit, & de virtute in virtutem gratia Dei prouectus excreuit, vsquequò ad supernarum Virtutum & numerum & sortem congruunt? Et beatus Remigius, & in corpore positus, & post obitum, vt suprà ostendimus, mira fecit: signa valenter operatus est: ad supernarum igitur Virtutum sortem & numerum congruit.

Pſal.83.

Et sunt nonnulli, qui etiā de obsessis corporibus malignos spiritus fugāt, eosque virtute orationis & vi accepræ potestatis ejciunt. Quò itaq; isti meritum suum, nisi inter Potestatum cœlestiū numerum, sortiuntur? Et sanctus Remigius virtute orationis & vi acceptæ potestatis, vt suprà ostēdimus, de obsessis corporibus malignos spiritus effugauit. Ergò inter Potestatum cælestium numerum sortem accepit.

Iohan.14. In æterna beatitudine quisque secundùm meritū mercedē accipiet.

Et sunt nōnulli, qui acceptis virtutibus etiā electorum hominū merita transcendunt. Cumq; & bonis meliores sunt, electis quoq; fratribus principantur. Quò ergò isti sortem suam, nisi inter Principatuū numeros acceperunt? Et beatus Remigius, huius Rhemorum ciuitatis Archiepiscopus, sanctis fratribus Vedasto scilicet à se ordinato in Atrebato, Medardo in Viromandis, Lupo Suessionis, Genebaldo in Lauduno, & reliquis in subiectis sibi ciuitatibus electis fratribus principatus, sortem suam inter Principatuum numeros accepit.

1.Cor.15. Hominum ministeria, cum Angelicis copārat officijs. Luc.12. 1 Cor 3. Malach.2, S.Remigius Angelorum consortium meruit. Itē Archangelorum. Item superiorum Virtutum. Suprà in eiꝰ Vita 13. Ianuarij. Item cælestium Potestatum. Episcopi à B.Remigio ordinati. Item cælestium Principatuum.

Et sunt nōnulli, qui sic in semetipsis cunctis vitijs, omnibusque desiderijs dominantur, vt ipso iure munditię Dij inter homines vocentur. Vndè & ad Mosen dicitur: Eccè cōstituite Deū Pharaonis. Quò ergò isti, quorum cōparatione cæteri homines, vt ità dixerim, serui sunt, nisi inter numeros Dominationū currunt? Et beatus Remigius cūctis vitijs omnibusq; desiderijs in semetipso dominatus, iure mundiciæ solus faciem Christi videre potuit, quandò ad eum & ad Regem Ludouicum ac Reginam, cæterosq; adstātes in oratorio sancti Petri, vt suprà est demonstratum, aduenit, & vt seruo sibi subiecto baptizādo Regi potestatiuè præcepit, dicēs: Deponē colla Sicamber: & Pipinū Regem, villam Anisiacū de ecclesia Laudensi auferre molientem, flagellauit. Inter Dominationū ergò numeros sortē suam accepit.

Exod.7. Hæc omnia suprà in eiꝰ Vita 13. Ianuarij fol. 297. & 302. Item cælestiū Dominationum.

Et sunt nonnulli, qui dum sibimetipsis vigilāti cura dominantur, dum se solicita intentione discutiūt, diuino timori semper inhærentes, hoc in munere virtutis accipiunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

De lapsu Genebaldi Episcopi habetur ibidē 13 Ianuarij fol 298.

cipiunt, vt iudicare rectè & alios possint. Quorum profectò mentibus dum diuina contemplatio præstò est, in his velut in throno suo Dominus præsidens, aliorum facta examinat, & cuncta mirabiliter de sede sua dispensat. Quid ergò isti, nisi throni sui conditoris sunt, vel quò, nisi ad supernarum sedium numeros adscribuntur? Per quos dum sancta Ecclesia regitur, plerunquè de quibusdam suis infirmis actibus etiam electi iudicantur. Quod & per sanctum Remigium actum fuisse legimus, quandò electum Dei Genebaldum Episcopum de suis infirmis actibus iudicauit, & post iudicium cordi suo Domino præsidente, ipsius iussione in ordine episcopatûs illum restituit. Constat igitur beatum Remigium ad supernarum sedium numerum esse adscriptum.

Irém super norũ Thronorum.

Et sunt non nulli, qui tanta Dei ac proximi dilectione pleni sunt, vt Cherubim iure nominentur. Quia enim Cherubim plenitudo scientiæ dicitur, & Paulo docente didicimus, quia plenitudo legis charitas: omnes qui Dei & proximi charitate cæteris ampliùs pleni sunt, meritorum suorum sortem inter Cherubim numerosit. Igitur sanctus Remigius meritorum suorum sortem inter Cherubim numeros percipere studuit.

Rom. 13.

S Remigius plenus charitate & scientia, ideò consortium Cherubim meruit.

Et sunt nonnulli, qui supernæ contemplationis amoris facibus accensi, in solo conditoris sui desiderio anhelant, nil iam in hoc mundo cupiunt, solo æternitatis amore pascuntur. Terrena quæque abijciunt, cuncta temporalia mente transcendunt. Amant & ardent, atque in ipso suo ardore requiescunt. Amando ardent, lucent & vrit: Quia & mentium oculos ad superna illuminant, & compungendo in fletibus, vitiorum rubiginem purgant. Quia ergò ad amorem sui conditoris inflammati sunt, quò nisi inter Seraphim numerum sortem suæ vocationis acceperunt? Qualiter autē beatus Remigius in amorem sui conditoris arserit, loquendo & alios accēderit, gens integra Francorum, cum Rege ad catholicam fidem prædicatione illius conuersa, testatur. Qualiter verò terrena quæque abiecerit, cuncta temporalia mente transcēderit, solo æternitatis amore passus ad amorem sui conditoris inflammatus extiterit, fidem faciunt verba quibus cōditoris deliderio succensus, penè continuè ore, semper autem corde dicebat: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Sitiuit anima mea ad Deum viuum, quandò veniam & apparebo ante faciem Dei, satiabor dum manifestabitur gloria eius. Inter Seraphim ergò numerum sortem suæ vocationis accepit. Cum quibus sancta eiusdem viri Apostolici anima vnà cum suis consortibus in cælesti lætatur gloria.

Pſal. 41. Sanctus Remigius ardens in Dei amore inter Seraphim locum sortitur.

Sed tunc nimirùm multò perfectiùs idem & sui comparticipes lætabuntur, cùm recepta carne immortali, receptis in eadem beatitudine conseruis suis & fratribus cunctis, quos adhuc in terris certare conspiciunt, non habebunt vltrà quò intuitum cogitationis suæ foràs vel ad modicum mittant, habentes secum intus Dominum, de cuius visione superna gaudeant. Vbi illud primum & maximum Domini mandatum integrum perficietur, ad cuius perfectionem in hac vita iusti pro viis quique viribus accinguntur: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & in tota mente tua, & diliges proximum tuum sicut ipsum. Quia quo viciniùs præsentem Domini vultum cernunt, eo se ardentiùs eius dilectioni totos impendunt, quò proximos suos omnes esse electos ac Deo dilectos agnoscunt. Quo corda illorum non minùs quàm sua, sincero amore refert a respiciunt, eo illos ipsi non minùs quàm seipsos amare delectantur. Nam pro fideliter laborantibus in huius vitæ agone sancti Dei orant, sicque compatiuntur. Sed & pro eis, vt suprà dictum est, qui propter bona quidem opera ad electorum sortem sunt præordinati, sed propter mala aliqua, quibus polluti de corpore exeunt, post mortem castigandi pro qualitate operum, pœnis excipiuntur, & purgati, ad beatorum peruenient requiem. Pro his verò, qui iam corporis exuti sunt æternis supplicijs traditi, quanuis in suæ iustitiæ coniuncti, tanta rectitudine misericordiam habeant, iam authoris suæ iustitiæ coniuncti, naturæ bonitate constringuntur: ipsi quippè iudici concordant cui inhærent: & eis quos cripere non

Matth. 22. Mar. 12.

Sācti in cælo p nobis viuentibus orant.

Ecce purgatorium.

non possunt, nec ex misericordia condescendunt, quia tanto illos à se vident extraneos, quanto & ab eo, quem diligunt, authore suo conspiciunt repulsos: & erectiam per iustitiam iudicij, eis nullo modo ex aliqua compassione miserentur. Verùm & ante retributionem extremi iudicij, iniusti in requie quosdam iustos adspiciunt, vt eos videntes in gaudio, non solùm de suo supplicio, sed etiam de illorum bono crucientur. Iusti verò in tormentis semper intuentes iniustos, vt hinc eorum gaudium crescat, quia mala conspiciunt, quæ misericorditer euaserunt. Tantoque maiores creptori suo gratias referunt, quanto vident in alijs quid ipsi perpeti, si essent relicti, potuerint. Nec illam tantæ beatitudinis claritatem apud iustorum animum fuscabit adspecta pœna reproborum: quia vbi iam compassio miseriæ non erit, minuere proculdubiò beatorum lætitiam non valebit. Et quanquè dubio semper adspiciunt. Quia qui creatoris sui claritatem vident, nihil in creatura agitur quod videre non possint.

Cur reprobis iustos, & cōtrà iustis reprobos in suis pœnis intueri cōcessum sit.

Sanctis ex facie Dei omnia quæ in creaturis aguntur vident.

Sicut igitur audita sanctorum gloria, audita reproborum miseria, auditis huius sanctissimi patroni nostri meritis, auditis beneficijs, quæ in miraculorum patratione ac sanitatum largitione, credentes & deuoti homines ipsius patrocinijs per dominum gratiæ meruerunt, & nobis talia eius intercessione impertiri desideramus, ità auditis vltionum vindictis, quæ peccantes ac rebelles, ipsius meritis per retributionem iustitiæ sustinuerunt, in peccatis, & quod adhuc est grauius, in peccatorum pertinacia rebelles persistere timeamus, nè similibus aut grauioribus supplicijs obruamur, si tantis ac talibus exemplis cognitis, nec beneficijs ad benè agendum prouocamur, nec territi vindictis à malis nos cohibemus. Flagellorum enim vindictæ nobis illatæ, si nos à peccando reuocant, & ad pœnitentiam prouocant, & post pœnitentiam nos crimina non remaculant, finis sunt nostrorum præcedentium peccatorum. Sin aliter, sunt initium sequentium tormentorum. Cognoscentes ergò hunc patronum ac protectorem nostrũ esse vnum de illis, de quibus scriptum est, Hi sequuntur agnum quocunquè ierit: timeamus in conspectu Dei & in oculis eius peccare: peccantes autem, non erubescamus peccata nostra, quę nouit, Deo, & illi corde contrito & humiliato, per lachrymas confiteri, & indulgentiam cum dignis pœnitentiæ fructibus postulare. Nemo aliqua suorũ numerositate vel enormitate scelerum confusus, de salute impetranda diffidat, & barathrum desperationis incidat, iuxta illud Salomonis: Impius cùm venerit in profundũ malorum, contemnit. Habemus eim confitentes peccata nostra, & petentes veniam, de impetranda indulgentia ancoram fidei ac spei, per Iohannem Apostolum nobis depromptam. Si confiteamur, inquit, peccata nostra, fidelis & iustus est Deus vt remittat nobis peccata nostra. Et quia sine peccato in hac vita esse non possumus, prima salutis spes est confessio, nè quisquam se iustum putet, & ante oculos Dei erigat ceruicem: deindè dilectio, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Pulchrè autem vtrunque Apostolus simul nobis insinuat, quòd & rogare pro peccatis debeamus, & impetremus de Deo indulgentiam cùm rogamus. Ideò & fidelem dixit Dominum ad remittenda peccata, fidem pollicitationis suæ seruantem: quia qui orare nos pro debitis & pro peccatis docuit, paterna misericordia promptior & veniam secuturam. Iustum quoquè eum assuerat, quia veræ confessioni iustè dimittit. Peccata nostra præterita in baptismatis perceptione nobis donata sunt, attamen post baptisma multa commisimus, sed lauari iterùm baptismatis aqua non possumus. Quia ergò & post baptisma inquinauimus vitam, baptizemus lachrymis conscientiam, & quasi quotidiano Iordanis baptismate lachrymis conscientiam nostræ compunctionis ab omni vitiorum subripientium contagione purgemus, iuxta eum qui dicit: Lauabo per singulas noctes lectum meũ, lachrymis meis stratum meum rigabo. Vndè rectè Iordanis riuus iudicij interpretatur. Quia dimirum electi quique quo solicitiùs suam conscientiam discutiendo examinant, eo latiores ex intimo cordis fonte lachrymarum fluuios fundunt. Et quia minùs perfectos se esse deprehendunt, sordes suæ fragilitatis vndis pœnitentiæ diluunt, & paruulos cogitatus suos ad petram, videlicet Christum, allidunt, omnesque sensus mentis ac corporis petra spiritalis exercitûs circuncidere studeant, Petra, inquit, erat Christus. Cuius fide, spe & charitate non solùm in baptismate, sed & in omni prorsùs actione deuota purificantur corda bonorum. In quo pietatis exercitio, si

Deber Sanctorum gloria ad iustitiã nos animare, malorũ verò pœna à peccatis arcere.

Omnia peccata Baptismate diluuntur.

Similiter baptismo pœnitētiæ. Pſal 6.

Iordanis riuus iudicij dicitur.

Apoc. 14. S Remigius virgo.

Prou. 18.

1. Iohan. 1.

Cōfessio est prima salutis spes: secunda, Dilectio.

1. Pet. 4.

Tertia, oratio.

1 Cor. 10.

nos

Universidad de Deusto
Biblioteca

S. Remigius fidelis apud Dominum pro nobis intercessor.

nos viderit hîc Dominus & patronus noster fideliter laborare, data intercessionis manu, cursum nostrum iuuabit, qualiter ad portum æternę salutis peruenire possimus. Legit enim in lumine incircunscripto cum beatissimis spiritibus gloriæ coditoris sui assistens, quia libenter obliuiscitur omnipotēs Deus quòd nocentes fuerit, paratus est pœnitentiam nostram nobis ad innocētiam deputare. In die quippè baptismatis, omnibus nos antiqui hostis operibus, atque omnibus pompis abrenunciare promisimus, sed quod promisimus minimè seruamus. Ad exercenda pua opera, ad concupiscendas mundi pompas dilapsi sumus. Inquinari ergò poaquam salutis, renascamur ex lachrymis. Apud misericordem nanque iudicem nec ille fallax habebitur, qui ad veritatem reuertitur etiam postquàm mentitur. Quia omnipotens Deus dum libenter nostram pœnitentiam suscipit, ipse suo iudicio hoc quod errauimus, abscondit.

Misericordis Dei in pœnitentes clemẽtia.

Matth. 18.

Cęterùm nemo fidelium de huius patroni nostri meritorum in cęlis virtute dubitet, cui adhuc mortali carne in terra degenti Dominus potestatem dedit ligandi & absoluendi, mortuos suscitandi, omnem languorem & omnem infirmitatem curandi. Ad cuius corporis sepulcrum, sicut multis indicijs frequenter est demonstratum, viuentes ægri veniunt & sanantur. Periuri veniunt, & à dæmonio vexantur. Dæmoniaci veniunt, & liberantur. Quomodò ergò viuit illic, vbi viuit, si in tot miraculis viuit hîc, vbi corpus eius mortuum iacet? Hunc ergò in causa nostræ examinis quam cum districto iudice habemus, patronum faciamus. Hunc in die tanti terroris illius, defensorem adhibeamus. Certè si apud quemquam magnum iudicem causa quælibet nostra esset die crastina ventilanda, totus hodiernus dies in cogitatione duceretur, aliquem patronum quæreremus, magnisque precibus ageremus, vt apud tantum iudicem nobis defensor veniret. Ecce districtus iudex Iesus venturus est, tanti illius Angelorum Archangelorumque concilij terror adhibetur. In illo conuentu causa nostra discutitur, & tamen nos patronum modò quem præstò habemus, non quærimus, quem tunc defensorem habeamus. Adest defensor noster beatus Remigius, rogari vult, atque, vt ità dixerim, quęrit vt quęratur. Hunc ergò adiutorem nostræ orationis quæramus, vt tunc protectorem nostri reatûs inueniamus. Quia nè punire peccatores debeat, rogari vult & ipse qui iudicat. Vndè & tam longo tempore comminatur iram, & tamen misericorditer expectat. Sic autem nos & misericordia eius refoueat, vt nullo modo negligentes reddat. Sic peccata nostra perturbent, vt mens in desperationem non prorumpè adepturi sumus, istius patris & patroni nostri meritis & Deo dignis orationibus. Quia etsi præsumentes metuimus, & metuentes speramus, æternum regnum citius Curramus ergò velocissimis fidei pedibus, extensis mentium manibus, ad proctionem illius, atque ad sacratissimum corpus eius fletibus insistamus. Promereri nos veniã eius intercedentibus meritis deprecemur, vt quia nostris non possumus, eius meritis apud Dominum veniã impetremus. Et qui velamen bonorũ operum, quo peccata nostra tegamus, non habemus, eius meritis & intercessionibus, confessionibus & profusis lachrymis, ante eius sanctam memoriam procidentes, nostra crimina diluamus, & bonis operibus abstergamus. Sed & vbicunque in adiutorium nostræ salutis fideliter eum inuocauerimus, non deerit ab exauditione, inhærens Christo, sicut & alia eminentiora membra ipsius qui vbiquè præsens maiestate, quique dum districtus iudex sustinet, & adhuc manum non exerit in percussione, dum à retributione vltionis intimæ, esse quædam temporis securitas indicetur, debemus malum quod sequitur, flammarum scilicet pœnas æternas, intolerabiles atque continuas pensare, pensantes gemere, gementes vitare, ea quæ commisimus peccata indesinenter adspicere, adspicientes flere, flentes abstergere. Crimina in quibus delectabiliter diù iacuimus, non perfunctoriè, sed quotidiè atq; si fieri potest cõtinuè amarissimis lachrymis studeamus abluere, clemẽtissimis precibus tergere, sacris hostijs expiare. Hæc est pacis petendæ nostra legatio, quæ Regem discutiendum & iudicandum nos veniẽtem placat. Nulla nos prosperitatis transitoriæ lætitia dissoluat, nec mentis nostræ oculos ea quæ sunt transitoria obstrepant, nè cæcos ad ignem ducant.

Christus vbiquè præsens maiestate.

Attẽde quibus exercitijs sint expianda peccata.

Curandum quoq; magnoperè nobis est, & cum magnis quotidiè fletibus cogitandum, quàm sæuus, quàm terribilis sua in nos opera requirens in die exitus nostri princeps huius mundi veniet, si etiã ad Deum carne moriẽtem venit, & in illo aliquid

Diabolus, quod suum est, in Christo quęsiuit,

quid quæsiuit, in quo inuenire nil potuit? Quid itaque nos miseri dicturi, quid acturi sumus, qui innumera mala commisimus? Quid requirenti aduersario & multa sua in nobis inuenienti dicemus, nisi solùm quod nobis est certũ refugium, solida ipes: quoniam à peccatis quæ post baptismum commisimus, lachrymis abluti, per confessionem & dignos pœnitentiæ fructus expiati, & meritis ac orationibus sanctorum Christo reconciliati, atque per acceptionem corporis & sanguinis eius, in fide recta permanentes, vnum cum illo facti sumus ipsi incorporati, in quo princeps huius mundi & suum aliquid requisiuit & inuenire minimè potuit? Quoniam solus est inter mortuos liber, à quo nos & à peccati iam seruitio veraci libertate soluimur, quia ei qui verè liber est, per corporis & sanguinis eius acceptionem vnimur. Sicut enim verè carnem corporis nostri Christus assumpsit, & verè homo ille qui ex Maria Virgine natus est Iesus, Dei filius est, non quemadmodùm alij homines per gratiã, sed natura filius ex substantia patris: ità vera est caro & verus est sanguis eius, quæ ad manducandum & porandũ in mysterio sumimus, sicut ipse testatur. Et nos qui verè sub mysterio carnem & sanguinem corporis sui sumimus, per ea naturaliter vnum cum illo efficimur. In quibus manet post consecrationem similitudo panis & vini, nè quidam sit horror cruoris, sed manet in eis gratia redemptionis. De naturali enim in nobis Christi veritate, ipse ait: Caro mea verè est esca, & sanguis meus verè est potus. Qui edit carnem meam, & bibit meum sanguinẽ, in me manet, & ego in eo. De veritate carnis & sanguinis eius nõ relictus est ambigẽdi locus. Nunc enim & ipsius Domini, pfessione & fide nostra verè caro est, & verè sanguis est. Et hęc accepta atq; hausta, id efficiunt, vt & nos in Christo, & Christus in nobis sit. Est ergò in nobis ipse per carnem, & sumus in eo dum secum hoc quod nos sumus in Deum est. Quoniam autem in eo per sacramentum communicatæ carnis & sanguinis eius simus, ipse testatur, dicẽs: Et hic mundus me iam non videt: vos autem me videbitis, quoniam ego viuo, & vos viuetis, quoniam ego in patre meo, & vos in me, & ego in vobis: vt cùm ille in patre per naturam diuinitatis sit, nos contrà in eo per corporalem eius natiuitatem, & ille rursùm in nobis per sacramentorum inesse mysterium creditur. Quàm autẽ naturalis in nobis hæc vnitas sit, ipse ità testatus est: Qui edit carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me maner, & ego in eo. Non enim quis in eo erit, nisi in quo ipse fuerit, eius tãtùm in se assumptam habens carnem, qui suam sumpserit. Perfectæ autem huius vnitatis sacramentum, ipse docet, dicens: Sicut misit me viuens pater, & ego viuo per patrem, & qui manducauerit me, id est carnem meam, & ipse viuet per me. Viuit ergò per patrem, & quo modo viuit per patrẽ, eodem modo nos per carnem eius viuimus. Omnis enim comparatio ad intelligentiæ formam præsumitur, vt id de quo agitur secundùm propositum exemplum assequatur.

Hæc ergò vitę nostrę causa est, quòd in nobis carnalibus manentem per carnem Christum habemus, victuris nobis per eum ea conditione, quia viuit ille per patrem. Si ergò nos naturaliter secundùm carnem per eum viuimus, id est, naturam carnis suę adepti, quomodò non naturaliter secundùm spiritum in se patrem habeat cùm viuat ipse per patrem? Per patrem autem viuit, dum natiuitas non aliam intulit diuersamque naturam, dum quod est & ab eo est, nec tamen ab eo per aliquam incidẽtem naturæ dissimilitudinem separatur, dum in se per natiuitatem habet patrem in virtute naturæ, cui veraciter vnimur per incarnationis suę mysterium. Quod quotidiè in catholica celebratur Ecclesia, sicut præfiguratũ legitur in sacra historia. Venit Elias ad Iordanem, & exutus pallio suo percussit aquas ac diuisit. Venit Dominus ad fluuium mortis quo genus humanum mergi consueuerat, & exuens se ad tempus habitu carnis quem sumpserat, mortem moriendo percussit, ac vitæ nobis iter resurgendo patefecit. Rectè etenim per Iordanem fluxus nostræ mortalitatis ac defectus exprimitur, quia & Iordanis Latinè descensus eorum dicitur, & ipse fluuius in mare mortuũ influens, laudabiles suas ibi perdit aquas. Transit autem Elias diuiso Iordane per siccum, transit & Eliseus: quia resurgens à mortuis Saluator, fidelibus quoque suis spem resurgendi tribuit. Trãsito Iordane Elias, dedit optionẽ Eliseo postulãdi quę veller. Et Dominus impleta resurrectionis gloria, pleniùs discipulorũ sensibus inseruit, quod & antea promisit: quia quodcũq; petierit is in nomine meo, hoc faciã. Petijt Eliseus vt fieret spiritus Elię duplex in se, & edoctia Domino discipuli promissam spiritus gratiã accipere desiderabãt, qua non

vni

Pigoi sunt pœnitentiæ fructus faciendi.

Psal. 87

Vnimur cũ Christo, per sacræ Eucharistiæ susceptionem.

Nota lector quæ hic dicuntur de S. Eucharistia.

Iohan. 6.

Probat Author nos cũ D. o vniri p S. Eucharistiam.

Ionan 14.

Iohan. 6.

Ibidẽm.

Christ⁹ per Patrem, & nos p. Christum viuimus.

Christus propter carnis dissimilitudinem à Patre separatur.

4. Reg. 2

Pallium Eliæ figura corporis Christi.

Iordanis quid designet.

Quid trãsitus.

Iohan. 13. & 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid duplex spiritus Elisei. Iohan.14.

vni tantùm genti Iudææ, quam ipse præsens in carne docuit, sed & cunctis per orbem nationibus prædicare sufficerent. An non duplicem spiritûs sui gratiam polli-
cebatur, cum ait: Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet?

Quid currus & equi. Psal.67.

Sermocinantibus Elia & Eliseo, subitò currus & equi ignei rapuerunt Eliam, quasi vsque in cælum. Qui profectò currus & equi, Angelicæ sunt intelligendæ Virtutes. De quibus scriptum est: Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium: Dominus in illis: & iterùm: Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem. Horum nanque Elias subsidio, vtpotè homo purus, quò à terra tolli posset agebat. Et Dominus cum Apostolis loquens, subitò videntibus illis eleuatus est, & si non Angelico fultus auxilio, Angelico tamen comitatus obsequio. Vereque est assumptus in cælum, Angelis quoquè idipsum attestantibus, qui illis dixerunt: Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet. Subleuatus ad cælum Elias, dimisit Eliseo pallium quo erat indutus. Ascendens in cælum Dominus, sacramenta humanitatis assumptæ discipulis, immò Ecclesiæ quibus sanctificaretur in virtute dilectionis, ac calefieret, reliquit. Assumens Eliseus pallium Eliæ, percussit eo aquas Iordanis, & vbi inuocauit Deum Eliæ, diuisæ sunt, & transiit. Assumpserunt Apostoli, assumpsit instituta per eos omnis Ecclesia, sacramenta sui redemptoris. Quibus spiritaliter erudita, abluta & cõsecrata, ipsa quoquè inuocato nomine Dei patris, impetum mortis superare, eiusque obstaculo contempto, ad vitam transire didicit sempiternam, iuxta quod Dominus in Euangelio dicit, inquiens: Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ità exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Quoniam qui credens in Christum, passionis suæ sacramenta credendo, confitendo, sinceriter imitãdo, fideliter sumit, saluatur inperpetuùm ab omni morte quam peccando in anima pariter & carne contraxit, & non solùm perditionem euadet pœnarum, sed & vitam percipiet sempiternam.

Mar.vlt.

Act.1.

Quid palliũ Eliseo relictum.

Quid percussio aquarum Iordanis.

Iohan.3.

Attẽde virtutem sacramentorum Ecclesiæ.

Ad quam beatæ & gloriosæ semper Virginis & genitricis suæ Mariæ Dominæ nostræ, ac istius patroni nostri beati Remigij meritis & intercessionibus, in fide recta & bonis operibus nos perseuerantes, & per acceptionem corporis & sanguinis sui vnum secum effectos perducere dignetur, & per eadem humilitatis eius sacramenta vsque ad contemplandam diuinitatis eiusdem gloriam, quam ipse fideli-
bus seruis suis fideli pietate pollicetur, dicẽs: Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Meipsum manifestabo, inquit, id est, non qualem me omnes conspicere, qualem etiam inuidi crucifigere, sed qualem in decore suo Regem seculorum soli videre possunt oculi mundi sanctorum: talem me ad rependendam vicem dilectionis, his qui me diligunt, ostendam. Pertingere faciat Christus Iesus Deus & Dominus, conditor & redemptor, atque ab omni morte ac corruptione Saluator noster, in qua cum Deo Patre, Spiritu sancto coæternus & consubstantialis ac coæqualis, viuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

Sumentes digné corp' & sanguinẽ Christi, vnũ cum eo fiũt. Iohan.14.

Esa.33.

VITA S. MAGDALVEI VIRDVNENSIS EPISCOPI ET CONFESSORIS, VT HABETVR IN *peruetusto MS. codice.*

Octobris 4. Eius patria.

MAGDALVEVS in vrbe Virdunensi natus, & liberarum studijs traditus, cùm artes liberales strenuè percurrisset, ad sacram scripturam conuersus, vt virgines

Apoc.14.

agnum quocunquè ierit sequi posset, mox virginitatem

Vouet Deo castitatem.

suam Christo vouit, & exhinc tam sanctè vixit, vt omnium acclamatione Virdunẽsium efficeretur Episcopus, tempore Pipini, primi huius nominis Francorum Regis. Quam sedem dissensione principum & turbine bellorum plurimùm desolatam inueniens, mirabiliter Deo se iuuante reformauit, sanctis operibus insistens, & miraculis æquè refulgens. Posteà sepulcrum Domini

Visitat terram sanctã.

in Hierusalẽ deuotissimè visitauit. Cùm supra mare in naui cum pluribus periclitaretur

taretur tempestate suborta, ità vt non nisi spes mortis superesset: rogatus à socijs, subitò tranquillitatem à Domino precibus impetrauit. Fama autem eius sanctitatis, quæ vbiquè ante eum præcurrebat, Imperatorem Constantinopolitanum attigit, qui accersiens sanctum Episcopum, & ab eo suæ saluti vtilia audiens, preciosa eidem xenia obtulit, quæ omnia ille contempsit, dimissusque est cum reuerentia. Cumque venisset Hierosolymam, & sancta loca deuotè visitaret: intellexit Eusebius Patriarcha adesse virum Dei, quem ad se accitum, cum magno susceptt honore. Qui cùm sanctitatem conuersationis eius miraretur, & eum secum retinere cogitaret quandiù maneret in viuis: reuelatione diuina est admonitus, nè proprijs intentus, aliorum inuideret vtilitatibus, nec detineret peregrinum, cùm iam eius filij, in dies patris sui præstolarentur recursum. Dimisit ergò cum Patriarcha, dans ei caliçem crystallinũ, opere mirifico scalptum, in mutui pignus amoris, vnà cum multis alijs sanctis reliquijs. Reuersus verò ad propriam ciuitatem beatus Magdalueus, virtutes virtutibus accumulans, ad Christum in senectute bona transiuit. Statim autem, vt cælo spiritum reddidit, duæ columbæ niue candidiores, ab æthere cunctis videntibus lapsæ, super Crucem quæ ante corpus eius erat sederunt, & per omnes exequiarum moras, vsque quò traditum est sepulturæ, manserunt. Sicque cernentibus illis iterùm poli secreta petiêrunt. Cùm autem sepulcrum eius quotiannis virtutum floreret prodigijs, & crebris populorum frequentaretur excubijs, quadragesimo post obitum suum anno, sacrum corpus eius est sepulcro leuatum. Quod velutì soporatum & viuens, candoreque liliorum ac roseo rubore respersum, nulla macula, nec aliquo mortis signo fuscatum est inuentum, odorem spirans suauissimum.

Fugat oratione tempestates.

Eusebius Patriarcha Hierosolymitanus.

Felix obitus eius.

Miracula ad eius sepulcrum.

Eleuatio eius.

MARTYRIVM SANCTI THYRSI ET SOCIORVM EIVS, SIMILITER SANCTORVM PALMACII *proconsulis, Maxentij, & eorum sociorum Treuirensium, vt habetur in antiquissimo MS. codice Ecclesiæ Traiectensis.*

Octobris 4&5.

ANNO Dominicæ incarnationis ducentesimo nonagesimoprimo, Maximianus Imperator cognomento Herculeus, propter frequentes Gallorum tumultus, Thebæos milites ab Oriente in auxilium accersiuit. Hi Thebæi ab antistite Hierosolymitano fuerant baptizati: deindè à Marcellino Papa Romano, qualiter sub armis Romanæ libertatis Christianam innocentiam custodire deberent, instructi. Prælati autem huic legioni duces duo. Quorum vnus Thyrsus, alter Secundus vocabatur, & Mauritius eiusdẽ legionis Primicerius: quorum ordine & nomine Secundus, apud Victimilium Italiæ castrum, martyrio vitam finiuit. Mauritius verò apud Agaunum, cum socijs suis pro Christo gladio occubuit. Thyrsus autem & Bonifacius cum suis plurimis socijs & principibus Treuerim deuenerũt, ibique in campo Martio castra fixerunt, vbi ab eiusdem ciuitatis Christianissimis principibus, Christianitatis pacisque signa in ipsis cognoscentibus, hospitaliter & honestè atque in charitate quæ in Deo est recepti sunt.

S. Mauritij vitã habes 22. Septembris Tom.5.

Thyrsus cũ socijs venit Treuerim.

His ergo dum causam suæ ab Oriente profectionis, suæque ad hunc locum peruentionis flebiliter retulissent, eorumque consilium & auxilium humiliter postulassent: flagranti adeò Spiritu sancti ardore, corda omnium & ciuiũ & hospitum in Dei amore succensa sunt, vt magis ad mortem pro Christi amore, quàm ad idolorum veneration em vel Christianorum oppugnationem sese mutuò animas ponere hortarentur. Vix igitur sanctæ exhortationis armis se inuicèm munierant, eum eccè Rictiouarus à Maximiano Imperatore Treuirorũ præfectura donatus, eandem vrbem cum maximo militum agmine stipatus intrauit. Qui vocatos ad se primis, quorum causa præcipuè venerat, Thebæorum legionis Christianos, interrogauit vt & ipsi Romanorum deos adorare, eorumque detractores armis vellent subiugare. Cui dum dux legionis Thyrsus responderet, se, suosque omnes, &

sese mutuò ad martyrium animãt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnes trucidantur.

socios & milites pro Christi amore malle mori, quàm huiusmodi sacrilegio polui: Rictiouarus diffusis per totum campum militibus, omnes præcepit interfici, & corpora eorum feris & auibus deuoranda relinqui. Ex his innumeris, tanta multitudo ad litus Mosellæ iuxta Capitolium martyrizata est, vt sanguinis riuuli defluentes aquas fluuij in suum colorem conuerterent, & naturali claritate neglecta peregrino magis quàm proprio colore ruberent. Inhumatis tunc etiã sanctorum corporibus vnda præbebat tumulum, quos redeunte grata compage membrorum futuro præsentabat iudicio. Hoc idem Capitolium posteà in honore Dei genitricis Mariæ semper Virginis est dedicatum. Et ipse locus ad memoriam martyrum, Litus ad martyres, accepit vocabulum. Hanc cædem exercuit Rictiouarus, videlicet Thyrsi & sociorum eius, die quarta Nonas Octobris.

Nota.

capitolium Maximiani inecclesiam conuersum.

Palmatius consul cum xij. principibus, & tota ferè ciuitate Treuirensi occiditur.

Sequenti autem die Palmatium proconsulem & patricium ciuitatis cum vndecim principibus occidit. Quorum nomina hæc sunt: Maxentius, Constantius, Crescentius, Iustinus, Leander, Alexander, Sother, Hormisda, Papirius, Constans, Iouinianus. Tertio nihilominùs die Rictiouarus cædem exercuit in plebem, sexus vtriusque, totamque vrbem occisis innumerabilibus Christianis implenit. Pauci verò Christiani qui declinauerũt huius persecutionis procellas, cessante aliquantulùm persecutione, horum martyrum corpora partim sepulturæ demandârunt, partim in quendam ingentis capacitatis puteum iniecerunt.

Extruitur in honorem Mariæ Virginis & sanctorũ martyrũ ecclesia.

Postmodùm verò Felix, eius nominis secundus, Archiepiscopus Treuirensis, construxit grandem basilicam in campo Martio ad honorem Dei genitricis Mariæ, in qua corpora sanctorum martyrum à Rictiouaro occisorum honorificè recondidit, quę anteà dispersa & incomposita fuerunt: ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, Amen.

VITA ET PASSIO BEATISSIMI MARTYRIS PLACIDI, DISCIPVLI BEATISSIMI PATRIS NOSTRI SANCTI BENEDICTI, & fratrum eius, Victorini, Eutychij ac sororis Flauiæ virginis, Donati, Firmati diaconi, ac Fausti, & aliorum triginta, edita à Gordiano eiusdem martyris famulo in noua Roma Constantinopoli, iussu Iustiniani magni Imperatoris. Habetur in Bibliotheca Vaticanæ vetustissimo MS. codice.

PROLOGVS AVTHORIS.

IN claro & renitenti triumpho beatissimorum martyrum Placidi, Eutychij & Victorini fratrum, eorumque sororis Flauiæ virginis, & sociorum triginta ac trium laudes aliquas addere ociosum quiddam & superuacuum est. Quos enim Christus in cælesti regno locauit, quos etiã cum Angelis & Archangelis indiuiduam maiestatem laudare constituit, hos nimirùm hominũ laudibus non egere mõstrauit. Verùm quia omnes spiritus & omnes creaturas ad Domini laudem psalmographus vates inuitat, operæpecium reor ego Gordianus, patris Benedicti discipulus, ad Regis æterni gloriam, eorundemque martyrum passiones almificas Argolicis apicibus annotare. Tanta enim miracu-
lorum prærogatiua, tanto virtutum iubare sanctissimus Placidus, horum martyrum dux & prœuius splenduit, vt non solùm fideles, verumetiam infideles in Christi laudem exclamare cogantur. Et meritò. nam iuxta magistri sui Benedicti præceptum, Christum toto corde, tota anima, tota virtute dilexit, & pro eius nomine cum supradictis martyribus suum sanguinem fudit. Hi nanque sunt cæli, qui enarrant gloriam Dei. Hi lux mundi, qui sedẽtes in tenebris ad veram lucem reducunt. Hi sal terræ, qui mentes nè tædij torpore deficiant, saliunt, & ad cælestę regnũ inducunt. Freti nanque Dei omnipotentis virtute, eiusque sapientia debriati, fremitem mundum velut stercora contempserunt, & veram fidem opportunè prædicauerunt, & pro eadem animam posuerunt.

Pſal.148. & 150.

Pſal.18. Matth.5.

Hanc nanque Dei magnitudinem, virtutem & sapientiam Dauid admirans, dicebat: Magnus Dominus Deus noster, & magna virtus eius, & sapientiæ eius non

Pſal.146.

est numerus. Magnus siquidẽ, cùm nos inenarabiliter ex luti materia cõdidit, & ex nihilo cuncta creauit. Magna virtus eius, cùm tartareas legiones dirupit, mundi principem vinxit, vasa & arma eius abstulit, regnũ destruxit, humanum genus suo precioso sanguine redemit, pacis coagulum inter Deum & hominem reformauit, terrenis cęlestia sociauit, ac filios hominũ de terra eleuãs, in cęlesti regno supernarum Virtutum ordinibus iunxit. Intonet ergò iam sancta & vniuersalis Ecclesia, & cum eodem celeberrimo sublimiq; citharista cęlestis harmoniæ tympanũ sumens, det vota, promat cantica, dicens: Magnus Dominus noster, & magna virtus eius, & sapientię eius non est numerus. Magnus vtiquè ipse, magna virtus eius, & sapientia, quitab ipso ferè mũdi principio paruulos, senes, insipientes, sapientes, armentarios, ruricolas, piscatores & monachos, ęterni regni oratores & milites cõtra diabolum fecit. Ad quam rem nobis idoneè confirmandam, adest cum socijs & sorore Flauia virgine, ac duobus fratribus Eutychio & Victorino, Placidus sanctissimus & beatissimus patris Benedicti discipulus, qui terrenis cęlestia commercia mutans, Patriarchis, Prophetis, Apostolis, Martyribus ac Cõfessoribus similis apparuit, & in carne adhuc lutea positus, labentes delicias vt quisquilias spreuit, & Crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro Christi nominis amore portauit.

Ibidem:

S. Placidus labẽtes delicias vt quisquilias spreuit.

In huius itaq; martyris passione explicãda cuius ad iussum agere orsus sum, prodam. Diues enim Iustinianus triumphator, inuictus Aeneades, dum agnouisset qualiter iam dictus martyr Domini Placidus triumphalem lauream suscepisset, illico nostram exiguitatem aduocans, præcepit vt passionem illius atque miracula, prout oculis ipse prospexeram, exerens, sanctę Ecclesię filijs ad legendum morigerarer. Cuius sacratissimo imperio parens, ad tanti martyris passionem describendam animum dedi, sciens indubiè, quia omnia, quę fuerunt & sunt, ex Dei voluntate & permissione consistunt & permanent. In hoc tamen opere studiosi lectores non panegyricum requirant, sed veritatem. Alij sua scripta phaleris ornent, promentes quod turpe videtur & tenebrosum: nos omissa purpura obumbrationis, nudum ostentabimus, quod in se honestum sit ac luculentum. Non est autẽ Ecclesiasticorum virorum molles & delicatas orationes appetere, quæ mentes hominum ad praua & noxia quæque illiciant, vt faciunt Comicorum & Tragœdorum: sed quæ ad puritatem, castitatem, integritatemque mentes audientium ædficent, & ad vitam æternam perducant. Quòd autem Deo dilectissimi Placidi & sociorum eius passionem rusticano describimus calamo, non ideò spiritalis homo, qui 1. Cor. 2. diiudicat omnia, vt animalis, qui nescit quæ sunt spiritûs, surda aure prętereat, cùm sola quæ sunt spiritûs sapiat. Superni itaque Regis munimine fultus, tantorum martyrum passionem scribere aggrediar.

VITA S. PLACIDI.

IN TEMPORE, quo Theodoricus Augustus in seniori Roma, in noua verò Iustinus senior & Iustinianus Romani Imperij sceptra retinebant, sedi verò Apostolicę Iohannes primus & Felix præsidebant, Tertullus vir nobilissimus ac præclarissimus, & in vtraque curia Romani Imperij post Augustos nulli secundus, homo illustrissimus ac dilectissimus, in seniori Roma patriciatûs retinebat habenas. Qui ex Aniciorũ sanguine stemmatis lineam ducens, adeoque sapientia, fortitudine atque prudẽtia viguit, vt ab Imperatoribus omnique Romano populo pater patriæ vocaretur. Hic de Octauiæ gentis familia ducens vxorem, corpore ac moribus speciosissimam, bonæ arboris bonos fructus ex ea suscepit. Primum nanque Placidum, secundum Eutychium, tertium Victorinum, quarto autem loco dum puellam enixa fuisset, pro eo quòd ex Octauiorum & Flauiorum stirpe descendebat, Flauiam nominauerunt. Hos cùm dicto patricio peperisset, viam Domini illos colere docuit, sectari patientiam, humilitatem, sobrietatem, castitatem & charitatem. Patres siquidem erant pauperum, iudices viduarum: causam autem quam nesciebant, diligentissimè inuestigabant. Ipsius autem Patricij animus, licèt Imperialibus negocijs implicitus esset, semper tamen aut circa ecclesias, aut circa monasteria erat, semper ea quæ Dei sunt quæ-

Octobris 5. Cap. 1. Is Theodoricus fuit 2. Gothorum in Italia Rex.

S. Placidi pater.

S. Placidi fratres & soror.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Multi in S. Benedicti disciplinam se tradunt.

rens. Eodem tempore beatissimus ac Deo dilectissimus Benedictus, velut Lucifer inter astra, apud Sublacum radiabat. Cœperũt deindè in eodem loco ad eum multi confluere, & sub leni redemptoris iugo cordis ceruices edomare, multíque eadem patre in eadem regione ad omnipotentis Dei sunt seruitium coadunati, ità vt illic duodecim monasteria construeret, in quibus sub statutis præpositis duodenos monachos deputauit: nonnullos verò secum retinuit, quos adhuc in sua præsentia aptiùs erudiri iudicabat.

Cap. 2.

Fama itaque tanti patris per totum Romanum Imperium volitante, vrbem ipsam Romam, quæ Romani Imperij omniumque vrbium caput est, ceu sol radians, repleuit intantùm, vt Tertulli patricij peruenirent ad aures. Qui cum optimatibus Romani imperij, temporibus * Iulij Papæ, diuinæ autem incarnationis anno xxij. ac quingentesimo, ad patrem sanctissimum Benedictum peruenisset, vir excellentissimus, & Imperatoris in orbe Romano præcelsus ac singularis, purpura indutus, gemmis & auro radians, pedibus eius prouoluitur, vtque pro suis commissis Domini flagitaret clementiam, cum lachrymis atque singultibus exposcebat. Vir autem Domini Benedictus, patricij humilitatem aduertens, è terra cum leuauit, & de his, quæ ad æternam vitam attinent, sufficienter instruxit. Idem verò Patricius serui Domini doctrina delectatus, eo die obtulit Deo & eidem patri Benedicto Placidum filium suum septennem, nutriendum & erudiendum secundùm regularem normam institutionis. sicque benedictione munitus, ad Vrbem reuersus est.

*for. Iohannis aut Felicis. Hic locus mendosus videtur.

Placidus septennis sit monachus.

Cap. 3.

Placidus autem sanctissimus cùm sub beatissimi Benedicti regulari magisterio cresceret, sanctam & Deo placitam vitam in omnibus ducere cœpit. Quem vir Dei cernens ad alta succrescere, ac sicut proprium filium illum vnicè diligens, de his, quæ Dei sunt, solicitè instruere cœpit, ac contra tentantia præmunire vitia, qui ab ipso pueritiæ suæ tempore abstinentiam ac vigilias est secutus. Cursu namque præpete cælestem tendens ad patriam, ardua & sanctiora appetere non desinebat, noctibus atque diebus, horis ac momentis quæ Dei sunt quærere non cessabat. Obedientiæ verò ità sibi callem vendicauit, vt pro hoc ipsi sanctissimo Benedicto admirabilis haberetur. Quadam verò die dum aqua in cella deesset, ad hauriendam aquam de lacu Placidus est beatus egressus: qui dum vas, quod rencbat, incautè in aquam misisset, ipse quoquè cadendo secutus est, quem continuò vnda rapuit, & penè in vnius sagittæ cursu à terra introrsùs traxit. O inenarrabilis clementia Saluatoris. O, inquam, indeficiens super eius electos vsque in finem mundi diuina custodia. Ille nanque fuit cum Placido in aqua, nè necaretur, qui fuerat cum Petro in mari, nè mergeretur. Hoc ille egregius Psaltes præfiguraucrat, cùm dicebat: In mari viæ tuæ, & semitæ tuæ in aquis multis. Sed quid præualet contra Dei potentiam antiqui hostis versutia? Mox enim vt sanctus in aquam Placidus cecidit, cuentum rei Spiritus sanctus, qui in sanctorum cordibus principaliter obtinet locum, Benedicto patri sanctissimo reuelauit. Qui cuestigiò beatum Maurum sub magna celeritate vocauit, dicens: Frater Maure curre velociter, eumque iam longiùs dus, qui ad hauriendam aquam perrexerat, in lacum cecidit, eumque iam longiùs vnda trahit. Res mira, & post Petrum Apostolum omnibus retrò seculis inaudita. Benedictione enim postulata atque percepta, ad patris imperium concitè Maurus perrexit, atque ad eum locum, quo sanctus Placidus ab vnda trahebatur, pertendram se ire existimans, super aquas cucurrit, Placidumque beatum per capillos rapuit, rapidoque cursu redijt. Qui mox vt terram tetigit, ad se Maurus reuersus, post terga respexit, & quia super aquas cucurrisset cognouit, & quod præsumere non potuit vt fieret, miratus expauit factum: reuersusque ad patrem, rem in se gestam maturiùs per ordinem pandit. Vir autem Domini Benedictus, hoc non suis meritis, sed Mauri cœpit deputare obeditioni: contrà Maurus pro solo eius imperio factum dicebat, seque consciũm in illa virtute non esse, quam nesciens fecisset. Sed in hac humilitatis mutuę amica contentione, accessit arbiter Placidus, qui ereptus est, puer. Nam dicebat: Ego cùm ex aqua traherer, super caput meum Abbatis me lotem videbam, ipsumque me ex aquis educere considerabam. Hic planè respici endum est, qualis sub patris Benedicti doctrina Placidus fuerit, cui omnipotens Deus illud donauit cernere, quod beato Mauro non est permissum cõspicere. Dic nunc coluber venenose, quid profuit tibi sæuitia tua? vbi est nunc victoria tua? Ecce

Cadit in lacum.

Matth. 14. Psal. 76.

S. Benedicti in spiritu discit lapsum Placidũ in aquam.

S. Maurus super aquã currens, eũ extrahit.

Visio Placidi.

Ecce terebra Christi perforatum est guttur tuum: ereptus est ab aquis Placidus sanctus, super cuius casu non mediocriter gaudebas. O beatissimi viri admiranda sanctitas, qui quod suis effici non dubitabat meritis, discipuli potiùs adscribendum censebat obedientiæ.

Ex his autem monasterijs, quæ in eodem loco Benedictus pater extruxerat, tria sursùm in rupibus montis erant, & valdè erat fratribus laboriosum semper ad lacum descendere, vt aquam haurire debuissent, maximè quia ex deuexo montis latere erat graue descendentibus in itinere periculum. Tunc collecti fratres ex eisdem tribus monasterijs, ad beatissimum patrem Benedictum venerunt, dicentes: Laboriosum nobis valdè, ô pater, propter aquam quotidiè vsque ad lacum descendere: & idcircò necesse est ex eodem loco monasteria mutari. Quos venerabilis pater blandè consolatus, ad sua loca eos discedere iussit. Nocte verò insecutà, vnà cum beatissimo Placido discipulo suo montis ascendit verticem, orationemque ibidèm faciens, tres petras in eodem loco pro signo posuit, atque ad suum vnà cum Placido, cunctis illis nescientibus, monasterium redijt. Cumque die alio pro necessitate aquæ prædicti fratres venissent, dixit: Ite ad rupem illam, in qua tres super inuicèm petras positas inuenietis. ibi modicum cauate: valet enim omnipotens Deus etiam in illo montis cacumine aquam producere, vt vobis laborem tanti itineris dignetur auferre. Qui euntes, rupem iam sudantem inuenerunt. Cumque in ea concauum locum fecissent, statim aqua repletus est: quæ tam sufficienter emanauit, vt nunc vsque vbertìm defluat, vtque ab illo montis cacumine vsque ad inferiora deriuetur. Nemo ergò dubitet beatissimum Placidum tanti miraculi participem extitisse, quem beatus magister solum huius signi voluit habere consciũm.

Cap. 4. Tria in vertice montis monasteria.

In montis vertice erũpit fons ad preces S. Benedicti.

Cumque omnia loca eadem in amore Domini nostri Iesu Christi longè lateque feruescerent, & secularem vitam multi relinquerent, quidam presbyter Florentius nomine, antiqui hostis veneno debriatus, sancti patris studijs cœpit æmulari, quosque etiam posset ab eius visitatione compescere. Cumque iam se conspiceret eius profectibus obuiare non posse, panem veneno infectum ei quasì pro benedictione transmisit. Quem vir Domini cum gratiarum actione suscepit, sed cum quid pestis lateret in pane non latuit. Ad horam verò refectionis illius ex vicina sylua coruus venire consueuerat, & panem, quem presbyter transmiserat, vir Dei ante coruum proiecit, eique præcepit, dicens: In nomine Iesu Christi tolle hunc panem, & tali cum in loco proijce, vbi à nullo homine possit inueniri. Tunc coruus aperto ore, expansis alis, circa eundem panem cœpit discurrere & crocitare, acsi apertè diceret, & obedire se velle, & tamen iussa implere non posse. Cui vir Dei iterùm præcipiebat, dicens: Leua, leua secure, atque eum ibi proijce, vbi inueniri non possit. Quem diù demoratus, quandoquè coruus momordit, leuauit & recessit. Post trium verò horarum spatium abiecto pane redijt, & de manu hominis Dei annonam quam consueuerat accepit. Venerabilis autem pater contra vitam suam inardescere sacerdotis animum videns, illi magis, quàm sibi doluit. Sed prædictus Florentius quia magistri corpus necare non potuit, se ad extinguendas discipulorum animas accendit, ità vt in horto cellæ, cui Benedictus inerat, ante eorum oculos nudas septem puellas mitteret, quæ coram eis sibi inuicèm manus tenentes, & diutiùs ludentes, illorum mentes ad peruersitatem libidinis inflammarent. Quod sanctus vir de cella conspiciens, lapsumque tenerioribus discipulis Placido & Mauro pertimescens, eos custodiri præcepit, dareque insidiæ locum disposuit. Hæc dum solicita secum mente tractaret, reuelatio cælestis tali illum adhortari est dignata oraculo: Vt quid dulcissime ac dilectissime Benedicte tristaris? Nunquid nam non reminisceris illud, quod ego discipulis meis locutus sum, dicens: Si me persecuti sunt, & vos persequentur? Tibi enim alia est eligenda via, aliud iter quærendum. Te nanque elegi ex omnibus incolentibus orbem. Tu Euangelij mei tuba cælestis existens, spiritu es meo repletus. Surge iam, & vade ad castrum Cassinum, & populum eiusdem prouinciæ, qui adhuc idolorum nefandis cultibus seruit, & in quorum præcordijs sathanæ versutia regnat, qui nihil sciunt aut dicunt, nisì quod in cordibus eorum veteriosi serpentis versutia scripsit, sermone verifico prædicans, meum ad cultum conuertere stude: quia tecum ego ero, & non te deseram & confundam omnes

Florentij presbyteri inuidentia.

Coruus S. Benedicto obedit.

Maleuolentia & malignitas eiusdẽ Florẽtij.

Iohan 15.

Iubetur S. Benedictus ad castrum Cassinum trãsmigrare

Universidad de Deusto
Biblioteca

aduersarios tuos. Proficiscere idolorum ad pugnam, confortare & esto robustus, quia castrum tibi tradam, & illic sedes nominis tui in perpetuum erit. Taliadum sanctus pater Benedictus audisset, suos ad se discipulos euocans, sic eis orsus est fari:

Cap.6. Oratio eius ad discipulos.

Audite me fratres & filij, cohæredes & socij in promisso Regis æterni. Nam mihi Dominus meus Iesus Christus præcepit, vt ad culturam idolorum exterminandam æternæque obliuioni tradendam castrum petam Cassinum: ideoque voluntas Dei nostris voluntatibus modis omnibus anteponenda est. Nostis præterea & benè nostis, quantos dolos, quantasque insidias Florentius presbyter intulit, qui me veneno interficere, & discipulorum meorum Placidi & Mauri animas extinguere voluit. Quapropter cedendum loco est, iuxta illud æterni Regis eloMatth.10. quium: Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Et quia ità est, iussioque eiusdem Domini nostri Iesu Christi imminet, parére debemus, cundum est. Super hoc autem & illa nobis lex est, vt viscera pietatis omnibus aperiamus, & fraterno charitatis amore omnibus mortalibus iuuamen conferamus, sicut & nos accepimus à Domino Iesu Christo. Vos autem state, & permanete in gratia & conuersatione sanctæ religionis, proculdubiò scientes, quia quanto studiosiùs in spiritualibus disciplinis permanseritis, tanto maiora præmia in futuro examinis die percipietis. Hæc cùm dixisset, anno Dominicæ incarnationis quingentesimo vigesimonono, temporibus Iustini monocratoris, oratoria cuncta quæ construxerat, adiunctis in vnoquoque duodenis fratribus, sub statutis præpositis ordiAngeli comitãtur eũ. nauit, & duobus Angelis, tribus coruis se comitantibus, ad Cassinum castrum pergere cœpit.

Cap.7. Cumque iuxta ciuitatem Alaternam deuenisset, in monasterio sancti martyris Christi Sebastiani hospitio susceptus est. Indè quoquè vir Dei recedens, & sancto Seruando diacono valefaciens, cum discipulis suis Placido atque Mauro iuxta ciuitatem Herculanam deuenit, in locum scilicet, qui Aurcola abaccolis appellabatur: in quo dum peruenisset, agnouit per Spiritum sanctum congregationem religiosorum virorum ibidèm esse futuram, fundamentaque ipse pro ecEcclesiã in honorem S. Erasmi cõstruit. clesia construenda manibus suis iaciens, præcepit discipulis suis Placido atque Mauro, quatenùs eandem ecclesiam in honore sancti martyris Christi Erasmi à se fundatam ad finem perducerent, sicque Cassinum venirent. quod & fecerunt. Ipse autem pater sanctissimus indè procedens, Cassinum tendebat. Sed cùm per ignota loca solus viator incederet, vbicunquè biuium vel triuium occurrebat, duo, vt antè diximus, in figura iuuenum aderant Angeli, qui tanto patri per montium deserta quò gressum dirigere deberet indicabant. In eodem verò loco sanctus quidam vir, nomine Martinus, tunc habitaculum habebat, cui diuinitùs ità dictum est: His tu parce locis, alter amicus adest. Illeautem continuò diuinis iussionibus aurem accommodans, montem Marsicum, petijt, ibique vitam virtutibus gloriosam sancto fine concluſit.

Cap.8. S. Benedict⁹ in monte Cassino cõstruit monasterium.

Cumque ad Cassinum castrum Benedictus pater peruenisset, per quadraginta dies non longè à templo Apollinis Deum omnipotentem orans permansit. Demùm verò contriuit idolum, subuertit aras, succidit lucos, atque eum sua corporali requie regulæque descriptione, caput omnium monasteriorum constituit. Vbi autem templum Apollinis erat, ecclesiam beati Martini; vbi verò ara Apollinis fuit, oraculum sancti Iohannis construxit, & circumquè manentes populos ad Christi fidem conuertit. Sed hæc antiquus hostis

Vides quomodò patres nostri ecclesias & altaria in sanctorum honorẽ extruxerunt.

tacitè non ferens, non occultè, vel per somnium, sed aperta visione eiusdem patris se oculis ingerebat, ità vt etiam voces illius Placidus & Maurus audirent, quanuis imaginem minimè cernerent. Vt enim discipulis suis Placido & Mauro idem pater dicebat, corporalibus eius oculis diabolus tetrimus & succensus apparebat, qui in eum ore oculisque flammantibus sæuire videbatur.

Cap.9. Quadam verò die dum sanctissimi viri Placidus & Maurus habitacula cœnobij Cassinensis construerẽt, lapis in medio iacebat, quem in ædificium leuare decreuerant. Cumque eum mouere non possent, plures adiuncti sunt, sed ità immobilis permansit, acsi radicitùs in terra teneretur: vt palàm daretur intelligi, quod super eum

eum ipse per se antiquus hostis sederet, quem tantorum virorum manus mouere non possent. Difficultate igitur facta, ad virum Dei Placidus & Maurus miserunt, vt veniret, & orando hostem repelleret, vt lapidem leuare possent. Qui mox vt venit, orationem dedit, & tanta lapis celeritate leuatus est, acsi nullum priùs pondus habuisset. Tunc in conspectu viri Dei placuit, vt in eodem loco terram foderent: quam dum fodiendo altiùs penetrâssent, æreum illic idolum fratres inuenerunt. Quo ad horam casu in coquinam proiecto, exire ignis repentè visus est, Ignis phantasticus ex dæmonis. atque in Placidi & aliorum fratrum oculis, quia omne eiusdem coquinę ædificium consumeretur, ostendit. Cumque iacendio aquam & ignem quasi extinguendo perstreperent, pulsatus eodem tumultu vir Dei aduenit. Qui eundem ignem in oculis fratrum esse, in suis verò non esse considerans, caput protinùs in orationem flexit, & eos quos phantastico reperit igne deludi, reuocauit fratres ad oculos suos, Vide quãta sit oratiõis virtus. vt & sanum illud coquinæ ædificium assistere cernerent, & flammas quas antiquus hostis finxerat non viderent.

Cap.10. Rursùs dum sanctus Domini Placidus cum fratribus parietem paulò altiùs ædificaret, viro Dei in oratione constituto diabolus apparuit, & quia ad laborantes fratres pergeret indicauit. Quod vir Dei per nuncium celerrimè mandauit fratribus, dicens: Fratres cautè vos agite, quia ad vos hac hora malignus spiritus aduenit. Qui mandatum detulit, vix verba compleuerat, & diabolus parietem qui ædificabatur euertit, atque vnum puerulum monachum, nomine Seuerum, opprimẽs, Seuerũ monachum à diabolo læsum sanitati restituit. cuius contriuit, quem in sago ad patrem Benedictum portantes, non solùm membra, sed etiam ossa contrita habentem, in matta qua sanctus pater orare consueuerat proiecerunt, orationemq; faciens, hora eadem illum sanum restituit & valentem vt priùs, atque ad eundem iterùm laborem misit, vt ipse parietem cum Placido & fratribus perficeret, de cuius se interitu antiquus hostis Benedictio insultare credidisset.

Cap.11. Igitur cùm ad aures Tertulli Romanæ curiæ patricij peruenisset, quòd sanctus Domini Benedictus vnà cum Placido eiusdem patricij filio & discipulo suo Mauro in sua possessione Cassini monasterium construxit, gauisus est gaudio magno, filioque suo dirigere studuit, vt patris Benedicti voluntatem super suo aduentu perquireret, & sibi remitteret. velle enim se aiebat, si id seruo Domini placeret, & Cassinense cœnobium, & Placidum filium suum videre. Quæ cùm idem sanctus Placidus patri Benedicto referâsset, vir Dei respondit sibi placere, vt tam idem patricius, quàm amici eius ad monasterium visendum venirent. Placidus autem cerInuisit sanctum Benedictum Tertullus patricius. tum diem Tertullo patri suo quo ad cœnobium visendum venire deberet, & iuxtà quod pater Benedictus in mandatis dederat, transmittere studuit. Qui confestim accersitis ad se nobilissimis de ciuitate Romæ viris, Boëtio scilicet, Symmacho, Vitaliano, Gordiano atque Equitio, assensis equis concito gradu ad prædium possessionis suæ, quod ei de paterna hæreditate obuenerat, Cassinum peruenit. Cuius aduentus dum patri Benedicto nunciatus fuisset, cum discipulis suis Placido & Mauro ante ianuam monasterij in eius pergit occursum. Patricius autem beatissimum patrem Benedictum corpore præ abstinentia exhaustum perspiciens, de equo quo insederat celeriter descendit, & ità vt erat auro gemmisque ornatus in terram corruens, deosculabatur vestigia eius. Quem pater sanctissimus à terra eleuans, & ad pectus suum constringens, deosculatus est. Demùm verò in ecclesiam sancti confessoris Christi Martini inducens, & præ gaudio in fletum prorumpens, illum & reliquos in fratrum conuentum deduxit. Tertullus verò, deosculata omni congregatione, rogauit patrem Benedictum, quatenùs cum fratres dignarentur in suam recipere societatem. Qui cùm celeriter ea quæ summa deuotione poscebat, vnà cum patricijs, consulibus ac senatoribus, qui cum eo venerant, impetrâsset, obtulit Deo & eidem patri beatissimo Benedicto totum ex integro Cas- Dat illi mõtem Cassinũ possidendũ. sinum montem cum vniuersis pertinentijs suis, atque à suo proprio iure illum abscindens, eidem patri tradidit in perpetuum possidendum. Conuocansque ad se Reipublicæ primiscrinium, testamentum iuxta morem Romanum cõscribi fecit, abomnium mortalium iure atque dominio locum eundem perpetuò mansurum alienum decernens.

Cap.12. Pariter amodò eidem patri obtulit castra, villas & possessiones, quæ sibi in re hæreditaria pertinebant, cum vniuersis appenditijs suis, habentes hos fines: Ab vna

Universidad de Deusto
Biblioteca

siquidem parte fluuium Vulturnum, ab alia fluuium Ligirlanum, à tertio fluuium Sacrum, à quarto latere municipium Carsiolanum, cum vniuersis quæ intra prædictos fines tunc temporis habebantur. Domum verò in qua Placidus filius eius natus fuerat in vrbe Roma in Cælio monte, beati Erasmi nomini dicans, patri sanctissimo ex toto concessit. Obtulit etiam ipso die Deo & sanctis eius medietatem de lacu Lucrino, necnon & insulam Caprariam in salo Neapolitano locatam, pro tumque Traiesensem & Vltranensem, & totam piscariam Lesinensem vnà cum fasce sua, simul etiam tres insulas Diomedis & fluuium Lauri iuxta piscariam Lenensem. Propria verò quæ in Apulia habebat, rogatu Placidi filij sui parimodo concessit, quorum nomina hæc sunt: In Canusia fundum Melitensem, Podensem, villam Pertusam, campum Caliensem, Babolianum viculum, & ecclesiam sanctæ Mariæ in eadem Canusina ciuitate constructam cum cortibus istis, Mirazanum, Plazanum, campi pascua, lacum Romanum in territorio Capuano, fundum Pacenariesem & Amartonum in territorio Consino, fundum Curritanum, Laudanensem, Melassanum, Funiclirum, nec non & res suas in Magella, vbi postea ab eodem patre Benedicto monasteriū Domini Liberatoris constructum est, vnà cum omnibus quę ibi idem patricius possidere videbatur, regiones scilicet has: Theate, Aprucium, Pinæ Asculum, Firmum, in mari Adriatico portum Sabini & portū Mauritij. In Liguria cortes has: Adili, musalinum, montironem, fraguanelum, rongalia, campodulfum laurentianum, argelæ, ragogusosa, calderaria, frassetula, seratam, petrosam, pontem longum berseli, gremanum, moncerionem. In salo Gadicano insulas has: Pontiam, Pontateriam, Palmariam, & portum fluuij Gariliari, lita omnia Tertullus patricius cum Placido filio suo patri Benedicto per scriptum tradiderunt in perpetuum possidenda.

Eccè quomodò anti qui monachi bona immobilia fideliū elargitione cōcessa acceptârunt & possederūt.

Cap.13. Hunc æmulatus ad bonum Equitius senator, obtulit & ipse vnà cum filio suo Mauro fundum Gentianum cum cella sancti Agapiti, & cortem suam in ciuitate Neapolitana locatam, cum ecclesia sanctæ virginis Christi Cæciliæ & sancti Seuerini. In surrētoni sari intraui, in quibus posteà à patre Benedicto ecclesiæ sitæ sunt, necnon eccclesia sanctæ Mariæ in Cosentia. Gordianus quoquè Romanæ vrbis vir spectabilis, horum deuotione delectatus, obtulit pro se & Siluia vxore sua vilam Enchelíam in suburbio Aquinēsi locatam cum pertinētijs suis inter hos fines: Ab vno latere silicem & riuum qui ex nomine beati Mauri posteà nominatus est, ab altero campum longum & riuum qui vadit per agrum de matilia famelica, & fluuium Caruellum, ab altero à riuo siluatici vsque in silicem. Pari etiam modo obtulit fundum granarium inter hos fines qui incipit, à sancto Firmano, & vadit directè in Camarda, & indè in fluuium Melphua, indè in limitem sub granarium, & vadit ad montē sancti Angeli. Concessit etiam fundum Reginæ inter hos fines: Ab vno latere haber viam Latinam, ab alio silicem, ab alio fluuiū Melfua, & viam Campaniā indè in Portariciam, & vadit in fossam, & mittit in silicem. Hæc omnia cum alijs quamplurimis rebus eidem sanctissimo patri Benedicto idem Gordianus vir illustrissimus obtulit iure perpetuo possidenda.

Plurimi offerunt viro Dei bona sua ppetuo iure possidenda.

Cap.14. Eodem tempore iam dictus Tertullus patricius hortatu sanctissimi Placidi filij sui obtulit beatissimo ac venerabili patri Benedicto decem & octo patrimonij sui cortes quas in Sicilia habebat, & in diuersis locis vir præpotens possidebat, bonas valdè & magnas, cum portubus suis, syluis, aquis, piscarijs, molēdinis, aquarumque decursibus ad easdē cortes pertinentibus, cum seruis septem millibus exceptis vxoribus eorum & filijs, cum procuratoribus earundem cortium, atque à proprio iure easdem cortes abscindens, eidem patri per præceptum tradidit in perpetuum possidendas, pœna appositа quatuordecim millium talentorum auri qui id temuere tentâsset. His quoquè diebus Gordianus quidam natione Romanus, literis Græcis apprimè eruditus, ad venerabilem patrem Benedictum peruenit, fèque eius magisterio subdidit. Placidus autem beatissimus dum robur virilis inualesceret ætatis, se in omnibus magistro suo Benedicto subdere studuit, & sub eius præsentia Angelicā vitam in terris ducere cœpit, quem pater Benedictus ac sicut proprium filium vnicum diligens, cum summa industria de his quæ Dei sunt, solicitè ac diligenter instruxit.

Gordianus Roman⁹ fit monachus.

S. Placidus agit vitam Angelicam.

Cap.15. Per idem tempus procuratores cortium, quas in Sicilia Tertullus patricius patri Benedicto concesserat, legatos Cassinum ad beatissimū patrem Benedictum direxerunt,

xerunt, eo quòd cortes ipsæ à quibusque deuastarentur, adeò vt à procuratoribus nullo modo possent defendi, neque debitum pensum à possessoribus exigi. His venerabilis pater auditis, omnem conuocans congregationem, quæ in suis possessionibus acta, sibique nunciata essent, per ordinem pandit. Demùm verò ex consultro Cassinensis congregationis Placidum sanctissimum discipulum suum ad tantum laborem sustinendum aptissimum iudicans, ob id vel maximè, quia nullus eas dem possessiones sicut ipse defendere & custodire valeret, euocat, illumque ad tuitionem earundem cortium dirigens, dixit ad eum: Ad suscipiēdum militiæ laborem, dilectissime, accinge sicut vir lumbos tuos, quem per me nunc tibi dat Rex omnium Christus, qui factus est obediens vsque ad mortem. Reminiscere igitur sermones eius dicentis, Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui misit me patris. Non te longi itineris conturbet austeritas, recordare illud Apostolicum, quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis, &, per varias tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Pro Christi quoque nomine qui in hac vita decertauerint, in futura æternam remunerationem accipient, illam scilicet, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Iesus Christus autem filius Dei sit semper tecum, perducat te ad vitæ æternæ consortium.

Mittitur in Siciliam.

Philip. 2. Iohan. 5. Rom. 8. Act. 14. Vides quòd per huius vitæ certaminibus, in futuro remunerario æterna accipitur? 1. Cor. 2. Cap. 16.

Hæc dum perorâsset, dedit cōmilitones tanti itineris Gordianum & Donatum, mandans vt ità beato Placido vnico sibi ac charissimo sicut & sibi eatenùs in omnibus obsequerentur, osculansque beatum Placidum & benedicēs, dimisit à se, anno Dominicæ incarnationis quingentesimo trigesimosexto. Igitur benedictionem & osculum suscipiens tanti patris, tertiodecimo Kalen. Iunij beatissimus Placidus cum duobus famulis suis Gordiano & Donato ascensis equis, primo diluculo iter aggrediens, aduesperascente iam die Capuanam peruenit ad vrbem, vbi benignè cum suis à beato Germano ciuidem ciuitatis Episcopo susceptus est. Primicerius verò ciusdem Capuanæ ecclesiæ nomine Zoffas, laborans valdè pessima infirmitate capitis, quam medici Græco vocabulo cephaleam vocant, vbi comperit illic adesse Placidum beatissimi patris Benedicti discipulum, cuius iam per totū orbem Romanum miraculorum fama radiabat, procidit ad eius pedes, dicens: Adiuro te Placide serue Dei summi per venerandum nomen preciosissimi magistri tui Benedicti, vt digneris super caput meum manus tuas sanctas imponere, ac preces Redemptori & Saluatori omnium fundere: confido enim & constantissimè credo, quia si hoc feceris, continuò recipiam sanitatem. Sanctus autem Domini Placidus ab eodem primicerio talia dum verba audîsset, pauore perterritus, omnimodis contradicere cœpit, dicens: Recedite, quia hæc mea non sunt, sed beatissimi patris Benedicti, & illorum qui Saluatori omnium placuerunt. Ego enim peccator sum, & perfectissimorum virorum suffragijs indigens. Sanctus verò Germanus Episcopus vnà cum clericis suis serui Domini Placidi ore hæc audiens, & Deo & hominibus illum charissimum ac dilectissimum esse prænoscens, primicerij precibus vindictus, pro eiusdem languidi incolumitate illum rogare instantissimè cœpit. Vir autem Domini, supplicationem tanti patris minimè contemnendam ducens, erexit se, surgensque manum capiti eius imposuit, & ad cælum oculos eleuans, dixit: In nomine Domini nostri Iesu Christi, cuius virtute nihil læsus, sum ereptus de aquis à quibus trahebar, adiutus meritis & orationibus magistri nostri Benedicti, si fidem habes tantę credulitatis, restituat te Deus in pristinam sanitatem. Cumque omnes qui aderant respondissent Amen, confestim dolor capitis, quo per multos annos fuerat fatigatus, ab eo discessit, cœpitque laudare & benedicere Deum, dicens: Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui me sanum fecit meritis & intercessionibus beatissimi patris Benedicti per sanctissimum Placidum discipulum eius.

Sanat languidum S. Placidus, manūs impositione.

Cap.17. Itaque dum beati Placidi sanctitas per ora omnium volitaret, quidam cæcus inopinato vociferantis populi clamore perculsus, solicitè interrogare cœpit quid esset. Qui cùm respondissent quòd Placidus discipulus beati Benedicti venisset, cæcus fide feruens, duci se ante beatum Placidum fecit, roganſque eum per sanctum & terribile nomen Domini, & obtestās vt suis sanctis precibus sanitatem impetraret à Domino. Sanctus autem Domini Placidus more sibi soliro in fletum erumpens, iussit eum adduci ad se, & cùm appropinquâsset, super eius oculos signum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Signo Crucis & oratione, cæci oculos illuminat.

signum salutiferæ Crucis faciens, orauit ad Dominum, dicens: Mediator Dei & hominum Domine Iesu Christe, qui ideò de cælis ad terram descẽdisti, vt sedentes in tenebris & vmbra mortis illuminares, qui beatissimo magistro nostro Benedicto tantam gratiam contulisti, vt omnibus languoribus & vulneribus subueniret, tu per ipsius merita huic cæco lumen restitue, vt videns magnalia tua, te Patrem, te Dominum veneretur & adoret. Expleta oratione, sanctus Domini conuersus ad cæcum, dixit: In nomine ipsius qui solem & lunã in cæli ornamento constituit, & cæco nato oculos quos natura negauerat condonauit, adiutus meritis sancti mi magistri nostri Benedicti, surge sanus & incolumis, & prædica omnibus mirabilia Dei. Ad hanc vocem sanus exurgens, ac improuiso sanguine manante de lumine, salutem suam oculi mirabiliter receperunt. Mox verò vt lucem conspexit, ad eius vestigia ruens, pedes illius insatiatus gaudio deosculari auidissimè cœpit, pariterque Gordiano & Donato præ compunctione deflentibus, qui Dei laudabant magnalia, quia eidem cæco oculos restituit. Sed hæc quidem præsente sancto Germano Episcopo gesta sunt.

Iohan. 9.

Cap. 18.

Indè quoquè sanctus Domini dum recessisset, ac iuxta ciuitatem Calatiamiter ageret, quidam languidus ei factus est obuius, conquerens quòd accolæ regionis illius graui tædio laborarent. Vir autem Dei illius fidem admirans, oratione præmissa, salutiferæ Crucis vexillo languidos cunctos qui præsentes erant conlignans, pristinæ saluti restituit. Tunc temporis quædam mulier filium paruulum habens in vltimo flatu palpitantem, iam iamque moriturum, ante sanctum Domini Placidum obtulit, dicens: Placide pater honestissime, qui sanitatis gaudia quàm plurimis reddidisti, respice quæso voces ancillæ tuæ, attende fletum, suscipe preces, & mihi vnicum filium iam in extremis positum redde, vt plena gaudio, vacuaque mitu, cuncta regentis laudare possim magnalia. Vides infelicem extorquente morte rapinam, aut mihi filium restitue, aut pariter cum ipso funeratam me obtiue. Indulge parer Placide miseræ, per magistrum tuum Benedictum te adiuro, quam dolor reddit audacem. Qua flebiliter poscente, mox vt beati Placidi dextra supra expirantem signum salutiferæ Crucis expressit, quasi cuigilans de sopore, mortis papillas expetijt qui iam frigebat in mortem. Ità in momento temporis filius de matris fauce, mater tollitur de mœroris funere. Gratia creatori & gubernatori ab omnibus redditur, patris Benedicti sanctitas cunctorum ore prædicatur, qui talem dignus fuit nutrire discipulum, à quo morbis iugiter ac languoribus imperabatur. Post hæc oblatus est ei quidam paralyticus vniuersorum membrorum damnata ferens officia, nullumque vigorem retinens plantæ vel dexteræ. Sanctus autem Domini Placidus, qui dona larga præstabat mortalibus, super eum salutiferæ Crucis signaculum fecit, confestimque morbus excluditur, salubris vigor illabitur, recreatisque visceribus meliùs renascitur salute, quàm germine, plus acquirens & plus sumens ex munere, quàm sumpsit ex origine.

Vide aliud eiusdem generis miraculum.

Nota virtutem signi salutiferæ crucis.

Et hîc Crucis signo sanat paralyticum.

Cap. 19.

Alius intercà vir cùm quartano typo grauiter affligerertur, fidens de beneficio Dei, beato occurrere studuit Placido, quem sanctus vir attritum conspiciens, orationem fudit ad Dominum, dicens: Domine Iesu Christe, qui socrum Apostoli tui Petri, puerumque Centurionis solo verbo curâsti, te quæso per suffragia dilectissimi serui tui magistri nostri Benedicti, huic languido portum salutis ostende. Necdùm verba finierat, & quasi impetus fluminis ità quartanæ febris ignis extinctus est, sanusque consurgens, laudem dicebat altissimo.

Ecce quãta orationis virtus.

Cap. 20.

His porrò diebus quidam claudus vix à duobus aduectus, ei præsentatus est, qui erat mutus & claudus, lingua vigebat immobilis anhelitu palpitante, pars erat tota de funere, vt videntibus oculis reliquum esset cadaueris. Super quem misericorditer vt signum salutiferæ crucis Placidus pater impressit, confestim omnis viror per membra diffunditur, venarum fluxus àc si riuulus esset luctantur, neruorum imbecillis stupor excutitur, naturali motu ad viralem vsum tota fabrica renouatur. Mox linguæ plectrum, digitorum glomi rendunntur, pedum bases solidantur, totaque viscerum moles. Hoc fuit Placido viuificare quod tangere, ac conualescente medela, Deo gratias referens, sancti deosculabatur vestigia.

Ad signum crucis sanatur æger.

Cap. 21.

Eo quoquè tempore quidam vir ad sanctum Domini accedens, supplicare cœpit vt ad amicum suum aut ipse aut missi eius venirent. Sed quia seruo Domini huc accessus

accessus difficilis, parumpèr distulit. Alteraque die exoratus, ad eum accedere studuit, qui sub tortore duplici, hinc pressus valetudine erat, indè podagræ vulnere cruciabatur. Quem vir Domini præmissa oratione signauit, eodemque momento debilis, manibus directis de languore longinquo gressu solidato prosiluit. Sed vt duplicaretur tunc sanitatis mysterium, sanitas quæ præcessit in vno, peruenit ad alium.

Oratione & signo crucis & hic ægrotus sanatur.

Cap. 22.

Nam quidam vir habens filiam mutam, cæcam & surdam, exponit viuum cadauer ante sancti viri vestigia, dicens: Pater sanctissime, quod tibi de medicina restat, huic languidæ impende. Nam tibi credimus reseruatum esse, vt ei restituta sanitate acquiratà te quod amisit de germine. Tunc pietas insignis euocatur in lachrymis. Mox ad militiæ suæ Placidus belliger arma conuertitur, ad obtinendam victoriam preces offert summus inter oratores orator. Vir autem sanctus ab oratione exurgens, salutiferæ Crucis signaculum super languidum faciens, eo momento in Trinitatis nomine trino depulso languore, statim patefactis aurium oculorumque meatibus, plaudentibus cunctis, muta loquax, surda audiens, cæca videns effecta est. Quo facto, vniuersi laudem dederunt altissimo, & Placido beatissimi patris Benedicti discipulo. Alius prætereà Romanæ vrbis incola cùm pessimum typum infirmitatis incurrisset, ad sanctum Domini deductus, sanitati pristinæ redditus est. Ista taliter prælibatis, prosequamur & reliqua.

Muta, cæca & surda restituitur integritati.

Quidam prætereà non ignotæ gẽtis municeps, missa manu in vulnere cuiusdam, tota intumuit, hinc crassante feruore tota pars brachij relaxatur putredine. His sancto Domini nuncium mittens vt ad se diuerteret, precibus fusis obtinuit. Sed mox vt eius brachium vir Dei sacro vexillo muniuit, mirificus medicus quicquid inerat vlceris, precioso signo restrinxit. Alij intereà viro dum manus contractæ fuissent, ad sanctissimum virum morbo instigante percurrit, quem sacro signo addita oratione, sanitati priori restituit. Mirandis plùs miranda ad gloriam Christi succedunt. Quidam prætereà vir dum spiritu immundo acriter infestaretur, ad sancti viri præsentiam curandus deductus est. Quem pater sanctissimus sanitati restituens, videntibus enim circumadstantibus velut fumus de capite energumeni vmbra fucata egreditur.

Cap. 23.

Virtute S. Crucis, multas citrationes facit.

Quidam prætereà non ignotæ gẽtis municeps, missa manu in vulnere cuiusdam, tota intumuit, hinc crassante feruore tota pars brachij relaxatur putredine. His sancto Domini nuncium mittens vt ad se diuerteret, precibus fusis obtinuit. Sed mox vt eius brachium vir Dei sacro vexillo muniuit, mirificus medicus quicquid inerat vlceris, precioso signo restrinxit. Alij intereà viro dum manus contractæ fuissent, ad sanctissimum virum morbo instigante percurrit, quem sacro signo addita oratione, sanitati priori restituit. Mirandis plùs miranda ad gloriam Christi succedunt. Quidam prætereà vir dum spiritu immundo acriter infestaretur, ad sancti viri præsentiam curandus deductus est. Quem pater sanctissimus sanitati restituens, videntibus enim circumadstantibus velut fumus de capite energumeni vmbra fucata egreditur.

Cap. 24.

Oratione & signo Crucis languidum sanat.

Eo etiam tempore viro Dei oblatus est languidus, cui duplex morbus inerat, indè vetustas, hinc cæcitas, qui salutem deprecari verbis trementibus incepit. Qua supplicatione Placidus pater permotus languidi senis & debilis, oratione præcedente, sanctæ Crucis signaculo lucernæ oculorũ reddunt luminis radium, & dato speculo Crucis, tenebræ diffugerũt. Qui illuminatus, Deo patri reddidit gloriam, per quem Christus operatur, sanctique præconia circunquaquè diffamabat, dinumerantur morbi, vt Christus glorificetur fons Placidi patris sanctissimi.

Cap. 25.

Signo quoque Crucis hydropicũ sanat.

Quidam nanq; languidus ità capite, oculis & totis hydropis morbo tensus erat visceribus, vt in vtris similitudinem quasi totus vẽter esset pertractus in vitalibus, & velut vitrum perluceret infecta cutis extrinsecùs, qui à medicis desperatus ad beatum confugit extrema sorte remedium, quique mox vt vestibus exutus, & sanctissimæ Crucis est signo munitus, hydropis incluſus liquor sacri signi impressione consumitur. Sic modo admirabili nec intùs humor retentus est, nec foris egressus, arte prædicabili humorem signo siccauit. Is autem qui languidus fuerat, diuinum beneficium per beatissimum Placidum in se paratum aduertens, Deum laudare & benedicere cœpit, dicens: Domine Iesu Christe, qui mihi sanitatem reddidisti meritis sanctissimi serui tui Benedicti per preciosissimum Placidum discipulum eius, te benedico.

Cap. 26.

Ecce oratio cum eleuatione oculorum ad cælum.

Vir autem Domini cùm iam ad furcas caudinas propinquaret, quidam cæcus lucem postulaturus ad eum accessit. Quem sanctus Domini vt vidit, iussit illũ pernici ad se. Et dum appropinquâsset, manus suas super oculos eius clausos imponens, atque ad cælum sua lumina vertens, orauit ad Dominum, dicens: Lux mũdi Deus, qui in fine temporum filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum incarnari de Virgine constituisti, qui mundum in peccati fouea iacentem misericorditer per iam dictum filium tuum erexisti, qui beatissimum patrem nostrum Benedictum Ecclesiæ tuæ speculum & legislatorem dedisti, qui dedisti ei potestatem mederi omnibus vulneribus atque languoribus, tu per eius sanctam intercessionem huic misero in tenebris constituto lucis gaudia condonare dignare.

Cum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vide miros orationis & signi Crucis Christi effectus.

Cumque orationem complêsset, super eius oculos signum luciferæ Crucis imprimens, dixit: Illuminet te Dominus noster Iesus Christus filius Dei, qui cæco nato lumen restituit. His dictis, mox vt super eius oculos signum Crucis expressit, lux effulsit, & totum laborem medici virtus Crucis cessare fecit.

Cap.27.

Quædam interea mulier dum grauissima infirmitate detineretur, audita fama miraculorum sancti viri, solicitè interrogare cœpit vndè tantum gaudium in populo esset. Qui cùm respondissent, quòd eò Placidus beatissimi patris Benedicti discipulus transiret, qui cæcos illuminat, dæmones fugat, omnibusq; necessitatem patientibus diuina dona impertit: mulier fide in Deum, spe in sanctum Dominum feruens, ad eum accedere studuit. Vir autem sanctissimus præscius futurorum, videns mulierem venientem, interrogare cœpit, vndè vel qua ex re ad eum venire voluisset. Illa autem vestigijs eius prouoluta, dixit: Diù est, pater reuerende, quòd diutino languore afflicta, sanitatis beneficium ex toto amisi. Vndè supplex tuam paternitatem exoratura aduenj, quatenùs preces ancillæ tuæ exaudias, luctum consideres, & pietatem in me exhibens, redemptori & gubernatori omnium pro me preces effundas. confido enim & fiducialiter credo, quòd per tuam sanctam intercessionem ostendat in me Dominus gratiam suam. Placidus mulieris fidem & deuotionem admirãs, expansis in cælum manibus orauit ad Dominum, dicens: Lux æterne Deus, vita, via, decus, sapientia celsa tuorum, expelle quæso ab ancilla tua omnem languorem, vt sanitati restituta, nomini tuo sancto gratiarum præconia persoluere valeat. Vix in oratione Placidus sanctus verba compleuerat, & recunte sanitate, mulier ad verbum viri Dei festina consurgens, facienti mirabilia in cælo & in terra laudum munia decantare deuotissimè cœpit, confitens Placidi interuentu sanitatis sibi aduenisse beneficium.

Mulier languida sanatur.

Cap.28.

Hæc dum per ora circummanẽtium serperent, quidam vir per quamplura tempora febricitans decubabat in lectulo. Huic dum beatissimi Placidi miracula relata fuissent, cursu quo poterat beatum adiens Placidum, postulabat ab illo benedictionem. Quem vir sanctus viuificæ Crucis vexillo muniens, dixit: Benedicat te Dominus Deus ex Sion, vt videas quæ bona sunt in Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ. Ad hanc itaque viri vocem valitudo languoris recessit, dolor fugatus est, omnesque adstantes in stuporem & admirationem conuertit dicens, quòd vere Deus visitauit plebem suam, qui tantũ ac tale ad partes illas dignatus est transmittere donum. Ipse autem sanctus vir licèt tanta magistro suo iuuante patraret, & stupenda miracula, humilitatis amicus, humiliratem modis omnibus retinens, vltimum se omnium hominum iudicabat, dicens: Vermis sum & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis.

Psal.117. Item febricitans, Luc.1. Psal.21.

Cap 29.

Post patratum itaque per beatum Placidum in languente miraculum, quidam debilis manu contracta ad eum accessit. Quem dum sanctus vir perspexisset, occurlis in cælum erectis, dixit: Domine Iesu Christe, qui ad interuentum Apostoli tui Petri claudum ad fores templi sedentem mirabiliter erexisti, tu per intercessionem dilectissimi serui tui Benedicti magistri nostri huic contracto manum restitue. Ad hanc vocem dum digitos eius suis sanctis manibus contrectãsset, subito sicca palma reuiruit. Ijsdem porrò diebus quidam vir grauiter à spiritu immundo vexatus, ad sanctum Domini Placidum curandus adductus est. Cumque pro eo omnipotentis Dei clementiam exorâsset, manu sua signum Crucis super eum faciens, statim à circunstantibus de eius naribus scintillante igne fumus egredi visus est, cunctisque patenter innotuit prauæ cogitationis authorem in specie fumi ab eo discessisse.

Act.3. Item manꝰ contracta. Item dæmoniacus.

Cap.30.

Iam verò si exequerentur miraculorum singula quæ in tali præcipuè floruerunt itinere, hæc sine numero essent, nec esset modus in pagina. In quocunque enim loco vbi Placidi beati se conuertit præsentia, nulla morborum generibus eius interuentu defuit medicina: quia quot se obtulissent languẽtium vulnera, tot super ægros fundebat salutis semina. Nam beati Placidi quis exæquare poterit prima, vltima? cùm per signum Crucis saluaret languidos, curaret energumenos, aperiret quem quanuis occultè veniſſet antiqui hostis versutia, statim se manifestauit fraudulenta fallacia. Hac de re à conspectu sancti viri quia celari non poterant, nec terlerabant præsentiam, terribili vlulatu sua gemebant incendia, passim per loca vicinia lenter exponebant crimina, suspensa per aëra frequenter nec interroganti confitebantur

Quot miracula per signum Crucis operabatur sanctus vir?

tebantur & nomina, & sæpè suo impulsu currebant ad sanctum virum crucianda dæmonia, pendebantque religati energumeni aërio vinculo, & quasi clauis defixo tendebant vestigio. Cumque iter ageret, strages dæmonum ante Placidi beati obtutum cadebant cateruatim, per vestigia diuersis modis effusa. Hæc muta, illa clamantia, illa fixa, hæc lubrica, & velut ante iudicem dum gesta ferrent, non effugiebant tormenta. Sed ad sancti viri præconium quanta est hæc laudatio, cùm ineffabiliter multa & stupenda fierent sub momento? Iam verò de miseria egenorum releuanda quantùm fuerit prodigus, explicare quis poterit? Intantùm enim etiam in itinere constitutus, miserias & egestates aliorum releuare studebat, vt iure cum Iob dicere posset: Ab infantia creuit mecum miseratio.

Dæmones ad eius obtutum cadunt.

Iob 31.

Cap.31.

Tunc temporis quidam iuuenis intantùm fuit membrorum destitutus officio, vt calcanea natibus quasi clauis inhærerent affixa, manusque ad mamillas & brachia retrò hinc indè costis quasi quodam glutino necterentur, oculis quoquè & auribus ipsique linguæ propria erant negata officia. Hic adiutorio suorum impotens in sistarcia, comitantibus sibi pueris, ad beatum Placidum peruenit, prostratusque pedibus eius, rogabat vt sibi solita pietate succurreret. Quem flebili voce misericordiam poscentem sanctus Domini cùm perspexisset, inquirit vndè venisset. Tum ille, Propter te, inquit, pater sanctissime, patria parentibusque relictis, aquaquàm de pollicitatione dubius, sed Christi virtute securus, huc ad te sananduus aduenj. Ad hæc sanctus erectis incælum manibus & oculis, Dei omnipotentis clementiam deuotissimè cœpit supplicare, vt per merita sanctissimi Benedicti misereretur sola pietate succurreret. Cumque orationem complêsset, languidus magnis vocibus cœpit clamare, ità vt vocibus eius omnes percellerentur. Et eccè repentè cohærentia cœperunt membra resolui, atque decurrente cruore paulatim crura & manus diutino glutino coarctatæ, in pristinum vigorem restitui. Sicque factum est, vt æger qui alienis manibus delatus aduenerat, proprijs iam sanus incederet vestigijs. Et ità est in eo plenitudo restaurata salutis, vt in vno eodemque tempore & vilum oculi, & aures auditum, & lingua eiusdem rectè loquendi pristinum recepissent officium.

Curatur toto corpore debilis.

Quidam verò dum per annos quamplures manuum ac pedum, sed & oculorum fuisset priuatus officio, ad Placidum patrem almificum veniens, vniuersa debilitatis molestia liberatus est. Alius quoquè adolescens qui erat à renibus vsque deorsùm, omnium immobilis rigiditate membrorum, ità vt manibus innitens vniuersum post se corpus trahens, ad instàr vermium per terram reperet. Hic ad sanctum Placidum adductus, salutem integerrimam recuperauit in omnibus membris.

Cap.32. Item alij debiles duo.

Per eos dies dum sanctissimi Placidi miracula per ora hominum volitarent, Deoque ac patri sanctissimo Benedicto magistro eius super tanta prodigia gratias agerent: Quidam cæcus duci se ad beati Placidi præsentiam fecit, clamans & dicens: Placide serue Dei viui, adiuro te per magistri tui Benedicti dulcissimum nomen, vt mihi à Domino Saluatore illuminatore omnium visum impetrare digneis. Confido enim, & fideliter credo, quia quicquid à Domino petieris impetrabis. Sanctus autem Domini Placidus pietatis discipulus, more sibi solito ad misericordiam flexus, viuificum signum Crucis super oculos eius faciens, dixit: Domine Iesu Christe, qui cæco nato oculos quos natura negauerat reddidisti, & sedentes in tenebris & vmbra mortis illuminâsti, tu per merita serui tui magistri nostri Benedicti, huius cæci oculos illuminare dignare, vt videns mirabilia tua, sanctũ nomen tuum, quod est benedictum in secula, laudet hîc & vbiquè. Cùm à circunstantibus responsum fuisset Amen, ilicò aperti sunt oculi eius, cœpitque laudare Deum, dicens: Benedictum sit nomen Domini glorioſissimi, qui me illuminauit per intercessionem beati patris Benedicti, & per sanctissimum Placidum discipulum eius. Fit vox letitiæ per ora cũctorum, pueri cum mulieribus, iuuenes cum senibus, Domino & saluatori Domino Iesu Christo laudem decantantes occurrunt, clamabantque: Gloria tibi, salus ac vita cunctorum, qui tantum ad partes nostras dignatus es transmittere donum.

Iohan.9. Cæcus à natiuitate videt.

Indè itaque Placidus beatissimus pater egrediens, Beneuentum deuenit, atque à sancto Martiano Episcopo ob amorẽ beatissimi patris Benedicti cum omni reuerentia susceptus est. Ibi itaque vir Domini Placidus dum cum eodem sancto Pontifice

Cap.34. Venit Beneuentum S. Placidus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tifice resideret, claudus quidam Malo nomine, iuxta Episcopum eundem commanens, qui nõ aliter quàm genibus repens, cum scabellulis terram verrebat, comperità Gordiano & Donato ac ciuibus vrbis illuc aduenisse Placidum beatissimi patris Benedicti discipulum, cuius sanctitatis & virtutis fama se iam per totum orbem extenderat. Hic nisu quo poterat beatum adiens Placidum, cœpit clamare, dicens: Adiuro te Placide serue Dei excelsi, per orationem magistri tui sanctissimi Benedicti, cuius meritis, sicut audiuimus, liberatus es nè ab aquis lædi potuisses, vt me sanitati restituas. Et cùm à sancto Martiano Episcopo & ab omnibus rogaretur, iussit eum adduci ad se, & stans super illũ orationes fudit ad Dominum, dicens: Domine Iesu Christe, qui totum mundum cùm esset perditus restaurâsti, per merita beatissimi patris Benedicti adesto nobis & huic famulo tuo, opem salutis ei inferendo, vt pristina sanitate recepta, nomen tuum gloriosum benedicat in secula seculorum. Et cùm omnes respondissent Amen, protinùs consolidatæ sunt bases eius & plantæ, & sanissimus surgẽs, clamabat: Gloria tibi Domine Iesu Christe, qui me saluum fecisti per beatissimum Placidum discipulum sanctissimi Benedicti serui tui. Habitatores autem ciuitatis Beneuentanæ tale miraculum per beatum Placidum patratum videntes, laudabant & benedicebant Deum, dicentes: Iubilet & psallat tibi Deus terra, pontus, & plebs fidelis hymnum decantet, qui seruo tuo Benedicto tam preciosum concessisti discipulum.

Claudus ambulat.

Psal. 65. & 97. 99.

Cap. 35.

Talia dum quidam cæcus audîsset, propinquorũ manibus ad patris Placidi præsentiam se duci fecit, lachrymosisque singultibus clamabat, dicens: Placide serue Dei dilecte, qui meritis magistri tui Benedicti adiutus, sanitatis gaudia quamplurimis reddidisti, succurre quæso meæ miserabili cæcitati, quatenùs deletis tenebris lucem possim adspicere, & cuncta regentem cum cordis iubilo valeam collaudare. Sanctus verò Domini Placidus ad misericordiam flexus, erectis in cælum manibus, dixit: Domine Iesu Christe lux vera, quæ illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, tu per merita magistri mei serui tui Benedicti, huic cæco lumen donare digneris, vt videntes mirabilia tua laudẽt & benedicant nomen tuum, quod est glorioſum in secula. Hi verò qui aderãt, cùm respondissent Amen, exaudiuit Dominus de templo sancto suo seruum suum, eccoque pòscenti lumen restituit. Qui sanitati redditus clamabat, dicens: Tibi sit Christe laus, honor, decus & iubilatio, qui me illuminâsti intercessione sanctissimi serui tui Benedicti perbeatissimum Placidum discipulum eius. Fama huius rei omnem continuò replevit vrbem Beneuentanam. Ad tantum miraculum ruunt cuncti obuiàm, cuncta regentem cum magna exultatione laudantes.

Oratio cum manuũ erectione.

Iohan. 1.

Cæcus videt

Beatissimus verò Placidus sanctum Martianum Episcopum salutans in osculo sancto, post aliquos dies ad Canusiam Apuliæ ciuitatẽ deuenit, in qua cum ingenti gaudio & dilectione ob amorem beati Benedicti à sancto Sauino ciusdem ciuitatis Episcopo susceptus est. Idem sanctus Sauinus Episcopus tam beatissimo Placido, quàm & omnibus qui cum eo venerant, omnem humanitatis curam exhibuit. Sanctus autem Sauinus per tres dies beatum Placidum secum retinens, dulcia internecum perennis vitæ inter se ferebant colloquia, & per interualla horarum intercabant illum de virtutibus quas per beatissimum patrem Benedictum diuina exercuerat maiestas, simul etiam de vita & melliflua ac discretissima doctrina eius.

Cap. 36. Venit Canusiam S. Placidus ad S. Sauinũ Episcopum.

Cap. 37.

Intereà dum ista dicuntur, & illa referũtur, Laudulfus quidam nomine, manum aridam & incuruatam habens, vbi comperit illuc aduenisse Placidum discipulum beati Benedicti, flens & eiulans venit, clamauitque: Placide virorum sanctissime, adiuro te per eum qui cũcta creauit, & per magistri tui Benedicti sanctum nomen, vt mihi sanitatis beneficium implores à Domino. confido enim, quia per te ostendet in me Dominus misericordiam suam. Hæc cùm dixisset cum ingenti luctu, arridam manum beatissimo Placido ostẽdebat. Id ipsum omnes qui in eodem spectaculo erant, & qui occurrere poterant, vnà cum sancto Sauino Episcopo supplicabant. Mater expoſcebant, rogantes eum vt pro eo omnipotenti Domino supplicaret. Ipse vt erat pijssimus, ex intimo cordis trahens longa suspiria, cum lachrymis orationem fudit ad Dominum, dicens: Deus omnipotẽs cui nihil est impossibile, qui cælũ, terram, mare & omnia quæ eis sunt, ex nihilo creâsti, qui dedisti huic famulo tuo in baptismate remissionem omnium peccatorum, tu hunc per merita beatissimi patris nostri Benedicti in pristina incolumitate reintegrare dignare, per Dominum

Psal. 123. & 145.

minum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat Deus in secula seculorum. Hæc cùm dixisset, vtraque manu sua manum eius aridam appræhendens, ait: Sanet te Dominus Iesus Christus, qui dignatus est extendere manum aridam in synagoga. Continuò itaque extensa est illius arida manus & incuruata, & pristinæ sanitati restituta est. Sanctus verò Sauinus Episcopus tale miraculum per beatum Placidum dum aduertisset, glorificabat Dominum, dicens: Gratias tibi refero cunctorum vita salusque, qui beatissimo seruo tuo Benedicto talem nutrire concessisti discipulum, per quem tibi signa & prodigia patrari sit placitum. Sit nomen tuum benedictum ex hoc nunc & vsque in seculum. Hi autem qui præsentes erant, hoc videntes glorificabant Deum, patremque sanctissimum Benedictum summis adorijs extollebant.

Matth. 12. Marc. 3. Luc. 6.

Manº arida integritati restituitur.

Psal. 112.

Sanctus verò Placidus beato Sauino Episcopo valefaciens, & indè iter accelerans, post non multos dies deuenit Regium Calabriæ ciuitatem. Quem sanctus Sirinius eiusdem ciuitatis Episcopus ob reuerentiam quam in sanctissimo patre Benedicto habebat, cum omni diligentia susceptit, duobusq; diebus secum retinuit. Itaque dum fama per omnem prouinciam Calabriæ de beati Placidi aduentu vocaret, leprosus quidam, audita opinione miraculorum sancti viri, venit ad eum, humans & dicens: Placide serue Dei, adiuro te per magistri tui Benedicti sanctum venerabile nomen, vt tuis sanctis precibus sanitatis gratiam pro me implores à Domino, ideò te Dominus ad has partes direxit, vt lãguidis & debilibus sanitatem cordis & corporis conferas. Vir autem Domini Placidus erigens se in cælum, orationem fudit ad Dominum, dicens: Deus omnipotens solus sine fine & initio, qui eorum mundum creâsti ex nihilo, qui in fine temporũ filium tuum nostrũ Iesum Christum incarnari de Virgine, & Crucis patibulum subire fecisti, quò vetustum solueret proprio cruore peccatum, tu per merita sanctissimi serui tui magistri mei Benedicti hunc leprosum dignare emundare, vt sanitate corporis sui animæque recepta, nomen tuum sanctum collauder hîc & vbiquè. Confestim itaque sanitati redditus, benedicere cœpit & laudare Deum, qui tanta mirabilia per beatum Placidum ostendere dignatus est.

Cap. 38. Venit Regium, eumque Sisinius Episcopus reuerenter excipit.

Leprosus mundatur.

Hæc dum ad notitiam cunctorum peruenissent, quidam vir diutino languore vexatus, ad sanctum Domini venit, procidensque ad pedes illius, cum lachrymis dicebat: Credo pater sanctissime, quia tuis sanctis interuenientibus meritis, in recipiẽda sanitate Deus petitioni meæ dabit effectum. Pater autem sanctissimus pro eo orationem ad Dominum fundens, sanitati restituit. Et qui semiuiuus venerat, cunctis mirantibus incolumis redijt. Non solùm verò ibi, verùm & per omne itineris spatium ad laudem & gloriam sui nominis multas virtutes operari dignatus est Dominus Iesus Christus per beatũ Placidum, meritis & orationibus beatissimi Benedicti magistri sui interuenientibus. Cæcis nanque visum reddebat, surdis auditum, exinanitis & stolidis rectum sensum, claudis gressum restituebat, dæmones effugabat, leprosos mũdabat, omnibus infirmitatibus subueniebat. Ob quam rem Deum in omnibus glorificantes, beati Placidi merita magnis præconijs extollebant, dicentes: Benedictum sit nomen Domini glorioſum à seculo & vsque in seculum, qui per sanctissimum seruum suum Placidum beati Benedicti discipulum, tales ac tantas virtutes operari dignatus est. Donatus prætereà eiusdem beati Placidi famulus, dum solicitè quæreret nauem cum qua posset in Siciliam nauigare, obuium habuit quendam clericum mutum & surdum, nomine Siconem, inaudi-tis ac flebilibus morbis laborantem, cui ex auribus putredo cum vermibus profluebat. Hic quanuis auditum & loquelam in infirmitate amisisset, scientia tamen agnoscendi & videndi quàm maximè vigebat, & ea quæ ad corporis sustentationem congrua erant, nutibus & indicijs exposcebat. Quem cùm Donatus tanto infortunio depressum & aggrauatum vidisset, eos qui cominùs stabant ex re tantæ calamitatis inquirit. Dictumque est ei, quia loquelam & auditum vi longæ infirmitatis amisit. Hæc Donatus à ciuibus dum verba cepisset, calamitatem eius miseratus, ad virum Dei illum perduxit, atque ad pedes eius proijciens, rem prout erat per ordinem pandit. Ipse nanque seruus Domini tunc residens, lectioni operam dabat, cumque à ciuibus & clericis, qui ad eum visitandi gratia venerant, rogaretur vt pro eodem languido omnipotentis Dei exoraret clementiam, surgens paulisper intra se Dominum rogauit, dehinc conuersus suas manus super caput in-

Cap. 39.

Quidã æger sanatur.

Multas curationes facit,

Gen.2. firmi posuit,dicens: Domine Deus omnipotens,qui hominem de limo terræ plasmâsti, & inspirâsti in faciem eius spiraculum vitæ, qui dedisti ei dignoscentiam boni & mali,tu Domine per orationes & merita sanctissimi patris nostri Benedicti, & omnium monachorum qui tibi sub eius magisterio famulantur,dignare adesse nobis,& per nos humilimos & peccatores seruos tuos occurrere huic famulo tuo,conferendo ei sanitatem,vt omnes videntes & audientes dent gloriam nomini tuo sancto, quod est benedictum ante omnia secula, & benedicatur nunc & per infinita secula. Cumque omnes qui aderant respondissent Amen, ilicò solutum est vinculum linguæ eius,& apertæ sunt & sanatæ aures illius,& audiens planissimè loquebatur sine offensione,laudans & benedicens Deum & patrem sanctissimum Benedictum.

Surdus & mutus curatur.

Cap.40. Alio verò die valefaciens beato Sisinio Episcopo, nauem conscendit, transtansque Farum,Messanam Siciliæ deuenit ad vrbem. Cumque descendisset ad terram,Gordianum famulum suum direxit ad ciuitatem,mandans vt Messalinum euocaret. erat enim ditissimus. Quem vbi inuenit, ad litus maris vbi sanctus Domini Placidus morabatur, secum adduxit. Videns autem Messalinus beatum Placidum iuxta maris litora stantem,formamque eius vultui Tertulli patris ipsius assimilantem, equo quo insidebat descendens, ad pedes eius cecidit. Quem sanctissimus Placidus à terra eleuans,osculatus est eum,atque benedicens, rem propter quam à sanctissimo patre Benedicto directus fuerat, per ordinem pandit. Messalinus verò beatum Placidum diutiùs complexans,& ad pectus suum adstringens, lachrymas quoque inuicem præ gaudio fundentes immorati: demùm quoque idem Messalinus Gordianum & Donatum famulos eius deosculans, apprehendens iterùm dexteram beati Placidi ac diù exosculans, cum ingenti honore duxit ad domum suam, & repleta est omnis ciuitas Messana gaudio super aduetu eius. Messalinus autem dum in domo sua cum beato Placido resideret, & nonnulla de his quæ ad æternam vitam attinent ab ipso audiret, requisitus ab eodem seruo Domini est de possessionibus ac portubus, de seruis & ancillis, quæ ipse vnà cum Tertullo patre suo imperpetuum possidenda beato Benedicto tradiderat. Desiderabat enim videre singillatim loca in quibus possessiones erant. Rogauit etiam vt aduentum suum omnibus amicis Tertulli patris sui notificaret,necnon seruos & ancillas quos ibi habebat, offendere,procuratores quoquè quos iam dictus genitor suus super cæsdē cortes præfuerat,ad se accersiri iussit. Messalinus verò Metellum filium suū euocans, præcepit vt cum vno ex seruis suis cortes & possessiones Tertulli patricij percurreret,& earūdem cortium procuratores ac portuum custodes cum amicis iam dicti patricij ad beatum Placidum duceret.Qui paternis iussis obtemperans,vno tantùm euocato assumpto ascensis equis,quæ sibi iniuncta fuerant,implere solicitè cœpit.

Honorificè à Messalino excipitur.

Venit in Sicilia S. Placidus.

Cap.41. Notent hoc illi Monachi, qui passim per secularium ædes vagantur, putãtes hoc sibi licere. Lucescente verò die beatus Pacidus Messalinum euocans, dixit ad eum: Non decet Monachum in domibus laicorum stationem habere, quia contrarium est omnibus modis ordini nostro. Quaproptèr si vestræ nobilitati non habetur contrarium,eamus,& prouideamus locum in possessionibus patris mei, in quo monasterium construere valeam.non ædificare enim supra fundamentum alienum desiderat. Veniensque post hæc ad portum maris, inuenit locum habilem ad monasterium construendum, & cum baculo quod manu gestabat, designauit locum, in quo oratorium Baptistæ Iohannis,in quo domum suam & omnis monasterij officinas construere valeret. Post hæc beatus Placidus conuersus ad Messalinum, dixit: Præpositus istius portûs Messanæ ciuitatis vbi est,& quo nomine nuncupatur? Et Messalinus,Hic,inquit,propè est: de nomine autem vndè interrogásti scias,quia Pompeius Cilius appellatur. Tum sanctus iussit illum vocari ad se: qui dum veniret,cecidit ad pedes eius. Quem beatus Placidus è terra eleuans, præcepit quòd de precio quod de portu acceperat, construeret domum, in qua ipse cum suis habitaret, simul etiam & ecclesiam ad honorem b eati Baptistæ Iohannis, in qua die ac nocte omnipotenti Domino deseruiret. Et dixit ad illum: Tuum volo vt sit, artifices in hoc loco ad operandum, vbicunquè eos per totam Siciliam inueneris, adducere,necnon seruos & ancillas ad lapides & quæq; necessaria sunt comportanda adunari,vt hoc opus ipsum celeriùs possit expleri, maximè tamen domus in qua habitare valeam. Et vt hæc omnia citiùs fiant, omnes præpositos portuum & procu-

Iubet construi monasterium S. Placidus.

procuratores cortium tanto labori interesse volumus, dando sumptus & quæque necessaria sine dilatione aliqua. Filium verò tuum vice tua super portum præponere. Tu verò insta fabricæ,vt citò possit expleri. Præcepitque vt de redditibus cortium, & de censu portuum pecuniam Romam ad columnas & epistylia emenda transmitteret. Designauit etiam coram Pompeio Cilio, in quo loco dormitorium, refectorium, coquina, cellarium & omnes monasterij officinæ construerentur.

Congregatis itaque quampluribus artificibus, iactisque in Christi nomine fundamentis,cœptum opus certatim & sine intermissione perficiebatur. Primò nanque ibi domum, in qua beatus Placidus maneret, amplam satìs extruxerunt. Messalinus autem interdiù aptissimam mansionem beato Placido assignauit,in qua liberè posset solus sedere,legere & orare.Cibos verò afferebant ei & suis,serui illius, & omnes amici patris eius. Idem quoquè Messalinus cum familia sua sequestratus in alia domo manebat. Pompeius autem Cilius iuxtà quod sibi beatus Placidus imperauerat,vice sua posuit super portum Messanæ ciuitatis filium suum nomine Pillium Vitellium,iuuenem prudentissimum,sapientia & bonitate multa pollentem. Quadam verò die dum à constructione monasterij ad domum suam,quam sibi Messalinus commodauerat, sanctus Domini Placidus rediret, obuium habuit quendam cæcum nomine Siluium,natione Romanum,qui plorando lumen amiserat,& per decem & octo annos penitùs non viderat. Illo nanq; tempore omnes qui insulam Siciliæ habitabant, incolæ Romanorum erant. Puer autem qui cæco ducatum præbebat, Placidum patrem sanctissimum venientem prospiciens, dixit ad eum: Eccè sanctus Domini Placidus beati Benedicti discipulus, nupèr ab Italia veniens,de quo per totam Siciliam rumor exiuit,iam appropinquat.Cæcus autem exore pueri talia dum verba audîsset,cœpit clamare voce magna,dicens: Adiuro te Placide beatissime serue Dei,per Crucem Domini nostri Iesu Christi & sanguinem illius pretiosissimum,quem pro salute humani generis fudit, vt digneris pro me intercedere ad Dominum, vt reddat mihi lumen oculorum meorũ quod plorando amisi,quia per decem & octo annos omninò lumen cæli videre non potui. Idipsum Messalinus cum famulis suis,& alij quamplures qui vnà cum eo ad ciuitatem redibant,exorabant. Tantis itaq; vir Domini Placidus supplicationibus motus,substitit, iussitque cæcum adduci ad se. Et dum venisset, posuit manum super caput eius,orans intra se parumpèr. Completa oratione sacrosanctum signum super oculos eius faciens,& manus suas super eum imponens, cunctis audientibus, dixit: Domine Iesu Christe,qui es Lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,qui cæcum à natiuitate illuminâsti, & dedisti ei lumen quod natura negauerat,tu illumina oculos istius cæci ad gloriam & laudē tui nominis,qui cũ patre & spiritu sancto viuis & regnas Deus in secula seculorũ, Amen. Statim verò aperti sunt oculi eius,& ità acutissimè cœpit videre,acsì infantulus esset. Hi verò qui aderant,hæc videntes & audientes, procidentes in terram, benedicebant & glorificabant Deum,patremque sanctissimum Benedictum digna extollebant veneratione. Diffamatum est hoc miraculum per vniuersam Siciliam, ità vt ex omni insula ægroti & languidi coadunati ad eum producerentur.

Oratione & signo Crucis cæcum illuminat. Iohã.1.& 9.

His quoquè diebus quidam vir à dæmonio correptus dolendo exitu cruciabatur.Rogatus itaque vir Domini Placidus vt pro eo omnipotentis Dei exoraret clementiam, iussit eum ad se attrahi, & stans super illum orationem fudit ad Dominum,dicens: Domine Iesu Christe,qui mundum diabolica fraude seductum de eius potestate liberâsti,qui regnum illius destruxisti, tu per intercessionem dilecti serui tui Benedicti magistri nostri, hunc hominem ab hac dæmoniaca vexatione dignare mundare,vt videntes nomen tuum sanctum collaudent in secula seculorum. Cumque circunstantes respondissent, Amē, vir Domini Placidus signũ Crucis contra vexatum faciens, immundum spiritum ab eo effugauit. Hi verò qui præsentes erant,cœperunt laudare Deum,qui per sanctissimum Placidum beati Benedicti discipulum,tam insigne dignatus est operari miraculũ. Igitur cùm fama per Siciliam exisset,quòd esset in eadem prouincia Placidus beati Benedicti discipulus,qui ægrotantibus manus imponit & sanantur,cæcis reddens visum,surdis audítum,claudos erigens, dæmones fugans, & omnes infirmitates curans: ex tota Sicilia, necnon etiam de Africa conuenientes, omnes infirmantes in vnum con-

Cap.42.

Cap.43.

Dæmoniac curatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnes eg. toti⁹ Sicilię curantur.

gregauerunt, rogantes, ac per patris Benedicti nomen Placidum attestantes, vt illis sanitatis gratiam impetraret à Domino. Sanctus autem Domini tantis calamitatibus condolens, simul etiam & fidem admirans, orauit sic: Domine Iesu Christe, qui magistro meo Benedicto dedisti potestatem apud te impetrandi quod velet, tu per ipsius sanctam intercessionem omnibus languoribus istis salutem conferre dignare, vt sanitate percepta laudem referant nomini tuo sancto. Et dum responsum fuisset Amen, sani effecti sunt, laudantes & glorificantes Deum. Quanquam etiam miracula per beatissimum Placidum illis temporibus Dominus Iesus Christus operari dignatus sit, enarrare ea omnia valdè longum esset, de quibus tamen aliqua dicemus.

Cap.44.

Dum enim in ciuitate Messana maneret, & Messalinus cum amicis iuxta eum resideret, quidam viri eidem seruo Domini paralyticum quẽdam ità afflictum obtulerunt, vt nequiret quis discernere compages membrorum. Rogante verò Messalino & his qui præsentes erant pro eo, vir Domini Placidus oratione facta, contrectansque dissolutos artus, dixit ad eum: In nomine Domini nostri Iesu Christi filij Dei viui, cuius virtute vniuersa consistunt, adiutus meritis sanctissimi magistri nostri Benedicti, surge sanus & incolumis, & perage opus tuũ. Statim itaq; ad eius iussionem consurgens, benedicebat Deum & patrem sanctissimum Benedictum. Quod miraculum videntes Siculi, benedicebant Dominum nostrum Iesum Christum, qui tantam gratiam diligentibus se conferre dignatus est.

Sanatur paralyticus.

Cap.45.

His quoquè diebus quidam Siculus ad virum Domini venit, rogãs & multa precce deposcens, vt sodalem suum ex multo iam tempore paralysis languore deretum, sua visitatione sanaret. Obsecrante itaque eo vnà cum his qui præsentes aderant, ad lectum ægrotantis accedere studuit, orationemq; ad Dominum fundens, ait: Domine Iesu Christe altissimi patris fili, qui paralyticũ in lecto iacentem nostri, verbo curâsti, tu per intercessionẽ dilectissimi serui tui Benedicti magistri nostri, hunc paralyticum à lecto doloris absoluc, quatenùs curatus à tanto languore, gratiarum tibi in ecclesia tua referat actionem. Completa oratione signum Crucis super eum faciens, de lectulo consurgere iussit. Confestim is qui priùs nequaquàm proprijs viribus præ ægritudine & dolore surrexerat, ad Placidi præceptum sanctissimi surrexit incolumis. Omnes autem qui aderant, tanto perculsi miraculo, magnificabant Deum facientem mirabilia solum, cœperuntque ei certatim infirmos offerre, quos ille signans & benedicens, incolumes reddebat.

Luc.5.

Itẽm alius.

Cap.46.

Eodem quoquè tempore quidam vir à dæmonio obsessus, ab beatum Placidum adductus est, cuius virtutem vt sensit hostis nefandus, clamare cœpit per os eius, dicens: Quid est Placide? animaduertis quòd ipse sim quem superatum esse paulò antè gratulabaris? Sanctus autem Placidus cõuersus ad vexatum, dixit: Dominus meus Iesus Christus filius omnipotẽtis, cui omnis creatura cælestis & terrestris obtemperat, ipse tibi in virtute sancti spiritûs, per intercessionem sanctissimi patris nostri Benedicti, imperet execrabilis dæmon, vt exiens recedas ab hoc homine, & vlteriùs nõ habeas potestatem introeundi in eum. Confestimque ab homine exiens, strepitum immanem & terrificum dedit. Hi autem qui spectaculo aderant, ingens stuporem couuersi, benedicebant Deum.

Dæmon ab obsesso expellitur.

Cap.47.

Quidam vir mentis depressus insania, cùm ad sanctum Domini perductus fuisset, orationem super eum faciens, benedictionem dedit, sicque perditæ mentis effectus est particeps acsì dementiam nullo vnquàm tempore perpessus fuisset. Reuersùs verò ad patriam, sonora voce patris Benedicti merita, & beati Placidi præconia modis omnibus prædicabat.

Infanus redit ad mentem.

Cap.48.

Tunc temporis duo cęci, audita fama miraculorum sancti viri, dixerunt ad inuicem: Cur exterioribus tenebris obcæcati, interioris hominis lumen perdidimus? quicunque enim languidus ad beatũ Placidum accedit, sanus abscedit, & nos torpentes desidia in tenebris remanemus. Eamus itaq; ad virum Dei, quatenùs per eius sanctam intercessionem donet nobis Dominus Iesus Christus gratiam suam. Hæc dum inter se collocuti fuissent, propinquorum adminiculo fulti, ad patrem Placidum peruenerunt. Hos sanctus pater vt vidit, illorum cæcitati condolẽs, eleuatis in cælum oculis dixit: Domine Iesu Christe fili Dei, qui cum patre & spiritu sancto in principio cuncta creâsti, qui cæci nati oculos aperuisti, qui mundum in pectore cœno & in tenebris & in vmbra mortis iacentem tua potenti virtute erigens, ad

ad veræ lucis splendorem reduxisti, intret oratio mea pijssime in conspectu glorię tuæ, inclina ad me aurem tuam & exaudi me, & per suffragia dilectissimi serui tui patris nostri Benedicti, his lumine priuatis visum restitue, vt tuũ sanctum nomen benedicere valeant per omnia seculorum secula. Cumque hi qui præsentes erant respondissent Amen, exaudiuit Dominus de templo sancto gloriæ suæ seruum suum, cæcisque lumen restituit clamantibus & dicentibus: Benedictus Dominus Deus Israel à seculo & vsque in seculum, & benedictum nomen gloriæ suæ sanctum, qui percutit & sanat, vulnerat & medetur, qui illuminauit nos orationibus sanctissimi Benedicti per beatissimum Placidum discipulum eius. Sicque gaudentes & exultantes, cum benedictione sancti viri ad sua reuersi sunt. Nullus nanque in Sicilia & Africa, & in toto Oriente inueniebatur præter Placidum, qui plùs inter homines miraretur. Et sicut inter multas gemmas preciosissima gemma micat, & iubar solis paruos stellarum igniculos obruit & obscurat: ità in Oriente & Meridie cunctorum virtutes & potentias Placidus solus suis virtutibus superauit. Minimũ nanque se faciebat inter omnes, vt omnium maior esset, & quanto plùs se deijciebat, tanto magis à Christo subleuabatur. Omnibus nanque erat clementissimus, omnibus bonus: nihil animo eius clementius, nihil humilius, nihil blandius fuit. Flebat, vt semper gauderet: despiciebat, vt semper amaret. Fugiebat laqueos contritus, vt fontem indeficientem reperiret.

Oratione duo cæci illuminãtur. Luc.1. Dan.3.

S. Placidi encomion.

In talibus itaque exercitijs vir quidam dæmonis infestatione quatiebatur, quem ante Placidum quoquè varijs dæmon tunc torquere cruciatibus cœpit: vllulabat inporum more, latrabat vt canis, fremebat vt leo, sibilabat vt serpens, mugitum dabat vt taurus, rotabat caput, & post tergum terram vertice tãgebat. Miserebatur super tanto vexati infortunio Placidus, & lachrymas fundens, Dei omnipotentis clementiam deprecari cœpit, dicens: Domine Deus cunctorum restaurator, vitæ protector & portus, qui hominem ab antiquo hoste obsessum, tuo precioso sanguine liberâsti, tu per intercessionem magistri nostri Benedicti dæmoniacum virum ab hoc seruo tuo expelle, vt pristinæ sanitati redditus, sanctum & venerabile nomen tuum glorificare valeat. Ad hanc itaque precem vexatus sanus effectus, laudare cœpit & benedicere Deum.

Cap.49.

Demoniacꝰ liberatur.

Cap.50.

Isdem porrò diebus quidam vir omnium mẽbrorum officio fuerat destitutus, adeò vt nunquàm absque magno dolore manum ad os ducere, vel ad ambulandum pedes mouere valeret, quoniam durius natibus adiuncti tenebantur. Eratque ei mors ipsa vitalis, quia in corpore eius velut in quodam vasculo, intrinsecùs latebat anima. Qui dum ab affinibus ad sanctum Domini Placidum perductus fuisset, eumq; suppliciter poscerent, quatenùs pro eius liberatione Iesu Christo Domino preces fundere dignaretur: illorum sanctus acquiescens postulationibus, ait: Domine Iesu Christe fili Dei viui, qui es lux vera, salus, decus & vita generis humani, qui confractos restauras, & restaurando conseruas, qui elisos erigis, qui compedi-

Pſal.145.

tos soluis, tu per ineffabilem misericordiam tuam restaura, repara ac consolida hanc creaturam tuam, quam de diaboli laqueis liberâsti, vt videntes mirabilia tua, nomen tuum sanctum benedicant in secula. Expleta oratione, signum Crucis super debilem faciens, dixit: Sanet te Dominus Iesus Christus, qui dignatus est curare paralyticum in lecto iacentem. Mirabilis Deus in sanctis, qui glorificantes se in sua præcepta seruando glorificat, & in momento exaudit. Nam ad verbum viri Dei sanitati restitutus, laudem decantare cœpit omnium Redemptori. Populi autem qui ad spectaculum venerant, hoc videntes, ingenito patri & vnico genito simulque flamini sancto perennem gloriam & laudem decantare cœperũt. Sanctus autem Domini Placidus, licèt tanta per Christi Domini gratiam patraret prodigia, tanta exerceret vndiquè ad se venientibus stupenda miracula, à constructione monasterij sui nequaquàm cessabat.

Matth.9.

Solito Crucis signo & oratione paralyticũ sanat.

Cap.51.

Die autem trigesima Metellus filius Messalini cum seruis suis, simulq; cum præpositis portuum omniũ & procuratoribus cortium & multitudine amicorũ Tertulli patricij, ad beatum Placidum veniens, pecuniam infinitam secum deferens, sancto Domini Placido obtulit. Quam accipiens, ad patrium solum, id est, ad vrbem Romanam direxit, ex qua columnas & epistylia emit, quæ cùm in Siciliam delatæ fuissent, locari iussit in ecclesia quam tunc construebat in honore sancti Baptistæ Iohannis. Cum villicis autem & præpositis portuum & procuratoribus cor-

Construit ecclesiam in honorem S. Iohannis Baptistæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cortium diù multumque est locutus: & ob quam rem ad partes illas à sanctissimo magistro suo Benedicto directus fuisset retulit, reddiderunt que singuli rationem villicationis suæ de cortibus & portubus Tertulli patricij patris sui, quas tenuerat. Post hæc omnibus in commune præcepit, vt sine fraude & dolo aliquo & absque qualibet dilatione quotidiè impenderent, quicquid sibi & suis in cibo, potu atque vestitu vel in cœnobij constructione necessarium esset, dixitque ad eos: Ego vero am viſere vos, & omnes possessiones quas pater meus in hac prouincia tenuit, id eoque ità agite, ità studete, vt nostram gratiam obtinere possitis. Hoc scientes indubiè, quia si me scandalizaueritis, scandalizabimini. Hæc cùm dixisset, cum benedictione sancti viri redierunt vnusquisque in sua.

Cap 52.

Ipse autem pater sanctissimus, ea quæ à magistro suo Benedicto didicerat, modis omnibus implere satagebat. Refulgebat sanè doctrina pietatis in eo, dilatabatur que sanctæ conuersationis doctrina agrum serendo iustitiæ. Vndè factum est, vt per beatum Placidum ac discipulos eius, patris Benedicti & Cassinensis cœnobij veneranda religio per totum orbem terrarum diffusa sit & diffamata. Idem verò sanctus Domini Placidus spiritu sancto repletus, sine intermissione castigabat sanctum corpus suum, & in seruitutem omnem redigebat, vt membra quæ sunt super terram mortificaret. Sermo verò eius aliud non erat quàm mundi huius delicias spernere, onera orbis relinquere, vt Iesum Christum Dei filium liberè sequeretur, memorans illud quod Dominus locutus est, Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. In sermone autem eius quanta grauitas, quanta modestia erat, enarrare quis valeat? Orationi & lectioni solus quotidiè insudabat, ac sæpè & multùm cùm meditationi inseruiret, lachrymis fluebat. habebat enim spiritum magnæ compunctionis. Non diebus, non noctibus à colloquijs diuinis & psalmodia cessabat, omni tempore quadragesimalem vitam ducens, vinum nunquàm bibens. In Quadragesima Dominico die, tertia & quinta feria, pane tantùm & aqua contentus erat, alijs diebus nihil omninò recipiens. Cilicio semper ad carnem vsus est, & cùm fatigatus esset ab oratione seu à genuflexione, sedendo potiùs quàm iacendo somnum capiebat. Nemo illum vnquàm aliquandò vidit in aliquo actu commorum, sed semper honestum, humilem, grauem, mansuetum, benignum, nemini nocentem, nemini inuidentem, nemini quod malum est quærentem. erat enim omni hora, gratia Dei plenus. Nunquàm aliquandò alicui homini locutus est nisi necessitas coëgisset, aut fratrum affectio, seu bonorum hominum vel pauperum, aut cùm monasterij necessitas exposceret, semperque spiritus eius in Deo positus erat. Sed in omnibus virtutibus in quibus eum perfectissimus magister suus Benedictus instruxerat, de die in diem proficiebat atque crescebat: non æqualem se aliorum ducens, sed vtimorum omnium seruum. Iam verò de eius quid dicam clementia? nil enim menti eius carius fuit, quàm potentem pauperi non præponere. Si pauperem videbat, sustinebat: si diuitem, ad benefaciendum hortabatur, illud prædicans Euangelicum: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat, vt cælorum regnum accipere valeat. Ibat autem frequenter ad operarios, qui cœnobium & ecclesiam construebant, ad portum quoquè maris & cortes patris sui visendas, sicque demùm reuertebatur ad domum quam sibi accommodauerat Messalinus.

Silentium eius.

Clementia.

Cap.53.

Quarto verò anno postquàm in Siciliam sanctus Domini Placidus venerat, monasterium omne vnà cum ecclesia sancti Baptistæ Iohannis satis decenter in omni constructione perfectum, atque ab Episcopo eiusdem Messanæ ciuitatis ecclesia dedicata est quinto Kalend. Augusti. Rogauit etiam idem sanctus Episcopum, vt totius monasterij ambitum aqua exorcizata respergeret, & orationem daret, sicque in eum sanctus Domini ingressus est cum suis ad habitandum. Cœperunt deindè nonnulli mundum relinquere, & sub beati Placidi magisterio cordis cultices edomare. Intra breue nanque temporis spatium, triginta fratres in eodem loco ad omnipotentis Dei seruitium congregati sunt.

Luc. 3.

Cap.54.

Post hęc oblatus est eidē seruo Domini Placido quidā energumenus, qui diutiùs sathanæ laqueis irretitus, dirè afficiebatur. Quem cùm vir Dei ità attritum vidisset, eius calamitati compatiens, orationem fudit ad Dominum, dicens: Domine Iesu Christe lux vera, qui es pius, clemens & misericors, expelle à figmento tuo per

intercessionem sanctissimi magistri nostri Benedicti inimicum sæuientem, vt à laqueo insidiatoris ereptus, laudem dicat nomini tuo sancto. Qui cùm orationem complesset, signum Crucis contra vexatum faciens, antiquum hostem ab eo proti nus effugauit. Igitur quia longum esset euoluere quanta per eum Dominus operatus est, ad eius glorioſissimam passionem exarandam veniamus.

Oratione & signo crucis energumenū liberat.

PASSIO S. PLACIDI ET SOCIORVM EIVS.

Cap.2.

PER idem tempus dum in Vrbe fama creuisset, quòd sanctus Domini Placidus à venerabili patre Benedicto ad monasterium construendum, & cortes ac possessiones Tertulli patris sui retinendas, in Siciliam directus fuisset, & quia in cœnobio à se constructo triginta iam fratres sub patris sui Benedicti regula aggregâsset: Eutychius & Victorinus germani eius, quorum superiùs memoriam fecimus, vnà cum sorore sua Flauia virgine, Placidum fratrem videndi desiderio ducti, & in eius amorem vltra modum accensi, ex consilio parentum suorum vrbem Romam egredientes, nauem conscendunt: dantesque carbasa ventis, Siciliam adeunt, & ad portum ciuitatis Messanæ applicantes, classem in litore soluunt: descendentesque de naui, ad sancti Iohannis cœnobium tendunt, videntesque fratrem, repleti sunt gaudio magno. Et primò quidem non cognouerunt eum, ob id scilicet, quia ex quo beato Benedicto oblatus est, illum vlteriùs non viderant, & post tanti temporis spatium vir factus, & monachali habitu indutus, atque præ nimia abstinētia ac enormitate vigiliarum & orationum, corpore tabefactus & annihilatus erat. At vbi per indicia agnouerunt eum, in oculis eius ruentes, & se diutiùs complexantes, ob nimietatem amoris & gaudij, in fletum maximum proruperunt. Post hæc cùm omnia monasterij habitacula perlustrâssent, ac conuenienter constructa laudâssent, aliquantis diebus apud beatum Placidum fratrem suum remorari decreuerunt.

Inuisunt eū fratres & soror eius.

Ecce monasticum habitū, abstinētiam, vigilias, & orationes.

Cap.2.

Eodem tēpore apud paganos qui in Hispania inhabitabant, Abdala impijssimus Christi insectator & hostis, regnum administrabat. Hic Christianæ religionis culturam funditùs de terra eradere, & Molorchi templa & Luciferi culturam augere cupiens, centum nauium expeditionem cōgregauit, & super eas quendam crudelissimum Agarenum, nomine Mamucha, ducem præficiens, contra Romanum direxit Imperium, mandans vt ciuitates & castra igni cremaret, ecclesias destrueret, Christianos ad dæmonum, * Molochi, Rempham & Luciferi culturam compelleret, non consentiētes diuersis supplicijs enecaret. Cuius ille imperio parens, cùm plurimam stragem nostrorum dedisset, post aliquantos dies in quibus Eutychius, Victorinus & Flauia virgo ad beatum Placidum venerant, cùm fratres nocturnalem synaxim in ecclesia decantarent, iam dictus Mamucha in nauibus cum paganis sexdecim millibus octingentis adueniens, fores monasterij confringi, & omnes in vinculis iussit adstringi. Quod dum factum fuisset, Gordianus iam dictus, qui cum beato Placido à Cassinensi cœnobio ad Siciliam venerat, cùm esset iuuenis, per quandam posticam domûs aufugiens euasit, Donatus verò qui iam senio affectus erat, absque aliqua interrogatione capite truncatus est. Sanctus autem Placidus vnà cum fratribus suis Eutychio, Victorino & Flauia virgine, Fausto, Firmato diacono, simul etiam cum monachis triginta, catenis vinctus, Mamuchæ adspectibus præsentatur. Quem truculentus arbiter vt vidit, dixit ad eum: Quid vocaris? Sanctus Placidus respondit: Christianus sum. Dux dixit: Nega Christum tuum, & dic in eum conuicia, & iuxta ritum inuictissimi Regis nostri Abdalæ deum adora, & dimitto te. Sanctus Placidus respondit: Ego Dominum Iesum Christum nunquàm negaturus sum, & pro eius nomine mori desidero. Dux verò ad hæc fæuè indignans, dixit ad Eutychium & Victorinum, Flauiam, Faustum, Firmatum diaconum & reliquos triginta: Vos quid dicitis? Obtemperabitis præceptis excellentissimi Regis Abdalæ, vt Christum relinquentes, deum nostrum adoretis? Sancti autem martyres quasi ex vno ore dixerunt: Quod in animo insidet vestro, perficite. Vnus enim nobis animus est, vna fides, vnus ordo viuendi, quapropter ea quæ à primo audisti, ab omnibus dictum esse putate. Pro amore nanque Christi parati sumus animam ponere.

Mamucha tyrannus ad Italiā & Siciliam mittitur ad persequendos Christianos.

* Molorchi

Videmorā chos antiquitùs vsos esse psalmodia etiam dominicis die.

S. Donatus capite truncatur,

Ad horum itaque martyrum famina dux Mamucha vehementer iratus, iussit sanctos

Cap.3.

Sancti Placidi & sociorum ad duc̄ præclarum responsum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanctos Dei Placidum, Eutychium, Victorinum ac virginem Flauiam cum reliquis sanctis expoliari, & grauissimè fustibus cædi, dicens: Verba verberibus cedant. Sancti verò martyres exultabant & gaudebant in Domino, quoniam digni habiti sunt pro nomine eius verberum supplicia pati. Videns verò impijssimus dux quòd iam in extremis essent, dixit ad eos: Dicite morti destinati, si relinquere vultis Crucifixum, an perire decreuistis? Sancti martyres dixerunt: Nos Dominum Iesum Christum verum Deum esse corde credimus, ore confitemur, & ab eius cultura nunquàm recedemus. Fac quod vis, Christiani sumus. Stupefactus ad hæc crudelissimus arbiter, dixit ministris: Iterùm flagellentur, crudelissimè torqueantur, verbera verberibus addantur, forsitàn resipiscent hi, qui in errore decreuerũt permanere. Ministri itaque iuxta ducis imperium flagellantes & torquentes eos, clamabant, dicentes: Negate Christum vestrum, negate. Sancti autem dum torquerentur, rogabant Dominum, dicentes: Domine Iesu Christe fili Dei, libera nos ab omni tentatione, & ab scandalis operantium iniquitatem. Dux verò ad martyrum tolerantiam permotus, præcepit vt manibus à tergo ligatis, & compedibus vincti includerentur, per septem dies, & neque panem neque aquam eis dari, vt deficerent, procrastinans eorum interitum, si fortè plagis corporalibus fatigati, eius nefandis iussionibus obtemperarent. Sanctus autem Domini Placidus in tanto supplicio constitutus, non diebus neque noctibus à colloquijs diuinis & oratione cessabat.

Fustib⁹ grauissimè cædũtur.

Crudelissimè torquẽtur.

Carceri mãcipantur.

Cap. 4.

Dum hæc agerentur, tempestas magna in mari exorta est. Barbari verò ob aëris incommoditatem, dum ad Hispanias se remeare non posse perspicerent, ita permòti, circunquaquè cuncta igni ferroque deleuerunt, & adulteria ac innumerabilia mala in ecclesijs & in hominibus committentes, & viros ac mulieres ob Christi fidem trucidantes, ciuitati Messanæ ineffabilia mala intulerunt. Sanctosque Dei martyres Placidum, Eutychium, Victorinum & virginem Flauiam cum socijs in terram suam transferre decreuerant. Itaque dum maris inclementia viam illis obtrusisset, videntes sanctum Placidum cum socijs absque cibo & potu Christo gloriam ferre, mirati sunt, cursuque concito ducis tentorium adeuntes, quæ acta & dicta fuerant, per ordinem pandunt. Qui beluina rabie accensus, iussit sanctos Dei martyres per singulos dies acerrime fustibus cedi, & sine aliquo cibo vel potu dimitti. Et dum cæderentur, clamabant pagani: Negate Christum vestrum, & dicite in eum conuicia, & dimittemini. Sancti autem martyres quasi ex vno ore dixerunt: Neque Christum Dominum nostrum negamus, neque conuicia in eum, qui creator est omnium, inferimus, facite quod vobis videtur. Barbari verò de sanctorum constantia vltra modum mirati, cursu rapidissimo ducem adeuntes, rem prout erat exponunt. Dux autem solita inflammatus nequitia, iussit sanctum Placidum cum socijs, pedibus versis suspendi, & flagellis hinc indè crudelissimè laniari, & sub capite vniuscuiusque fumum horridum subministrari. Quod dum factum fuisset, clamabant more solito contra sanctos pagani: Negate Christum vestrum, negate. Sancti verò martyres paganorum monita velut stercora contemnentes, clamabant ad Dominum, dicentes: Si constiterint aduersùm nos castra, non timebimus magna, quoniam tu nobiscum es Domine. Cumque omnes singillatim vnus post vnum hoc ordine cruciati fuissent, iussit dux Mamucha dari vnicuique sanctorum pugillum vnum hordei crudi ad manducandum, & paululum aquæ ad bibendum. Dicebantque ad Sanctos: Si negaueritis Christum Deum esse, quicquid petieritis, dabimus vobis, & annumerabimini inter primos amicos ducis nostri Mamuchæ, & eritis quasi fratres Regis nostri Abdalæ, ac domini in omni regno eius. Sancti autem fratres Placidus, Eutychius, Victorinus & sanctissima Flauia virgo soror eorum, quasi ex vno ore dixerunt: Si pollicemini nobis facturos dominos orbis terrarum, non negabimus Dominum nostrum Iesum Christum, qui pro nobis mortuus est & surrexit, ascendensque in cælum, viuos & mortuos & omne seculum per ignem iudicaturus aduenit. Quinimmò vos, qui miseria pleni estis, qui æternæ morti addicti, vos potiùs credite in Dominum nostrum Christum Iesum, & salui eritis in æternum. Dirissimus autem Mamucha ex beati Placidi ore talia dum verba audîsset, ac sæuè indignans, iussit eum cum socijs carceri tradi.

Cap. 5.

Sanctũ iterũ grauiter cædũtur.

Constantia eorum.

Horrẽdum supplicium.

Psal. 26.

Iterùm mittuntur in carcerem.

Nocte

Nocte verò adueniente Gordianus iam dictus, qui tempore quo beatus Placidus captus fuerat, fugiens euaserat, venit ad eum in carcere, procidensque ad pedes eius, confortabat eum, dicens: Constans esto domine mi Placide, & noli timere, quia tecum est manus Domini, qui tibi mansionem in cælesti regno locauit lapidibus preciosis instructam. Si tibi persecutores verbis blanditi fuerint, noli illis adhibere consensum: si aurum vel argentum, aut lapides preciosos obtulerint, nè accommodes animum, sed potiùs illum respice, illum intende, qui fecit cælum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt. Nihil enim martyrio laudabilius, nihil excellentius, nihil honorabilius inuenitur, quippè cuius adiutor Christus Dominus est, & illi qui eum diligunt & cupiunt, immortalitate ac gloria perenni remunerantur. O, quàm terribilis est, & quàm metuendus iudicij dies aduenit, in quo iuxta Apostolum vnusquisque recipiet secundum suum laborem. In quo etiam Angeli trement, qui non peccauerunt, ac iusti terrebuntur, qui Domino placuerunt. Hunc diem Prophera designabat, cùm dicebat: Dies illa dies iræ, calamitatis & miseriæ, dies tubæ & clangoris, dies magna & amara valdè, dies nebulæ & turbinis, plena indignatione, qua cæli magno impetu mouebuntur. Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, ac stellæ cadent de cælo, & virtutes celorum mouebuntur. Iam aduersùs communem inimicum pugnam arripuisti, iam caput serpentis antiqui conculcâsti: constantiæ & fortitudinis arma sume, vt possis tela & iacula eius scuto fidei repellere, & iuxta Apostolum indue armaturam Dei, vigila strenuè, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, cui fortiter in fide persistentes, resistere conuenit. Diem supremum ante mentis tuæ oculos reuoca, nocte simul & die horis atque momentis, & quàm fluxa, quàm breuis sit huius mundi gloria, quàm caduca, & quibus ærumnis subiaceat. Aduerteque qualiter illam turbo repentinus auferat, & sedula mente pertracta. Vbi tunc erit sublimium honor & gloria Regum? vbi Duces & Principes? vbi fortes & diuites? vbi tunc erunt qui ex obliquo egenos despiciebant, & sua locutione indignos censebant? vbi argentum & aurum, nunquid nam non ceu puluis præterijt, & velut vmbra euanuit, iam recessit, iam transijt, ad Erebi profunda descendit, in quo vermis impiorum non morietur, & ignis non extinguetur. Ibi tunc potentes potenter tormenta passuri sunt, & fortioribus cruciatus intolerabilis erit: ex quo non educet pater filium, aut filius patrem, nec sodalis erit qui redimat, neque frater qui eripiat. Leua cor tuum cum manibus ad Deum, dicens cum Propheta: Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab insurgentibus in me libera me, de manibus odientium me eripe me. Iam pugnare cœpisti, pugna vt vincas, & coronam immortalitatis accipias.

Cap. 5.

Gordianus eos cõsolatur & confortat.

Psal. 145.

2. Cor. 5.

Soph. 1.

Luc. 21.

Ephes. 5. 1. Pet. 5.

Psal. 89.

Esa. 66.

Psal. 17. & 58.

Audiens hæc beatissimus Placidus, gratias egit redemptori omnium Deo. Deindè conuersus ad Gordianum, dixit: Omissis frater verborum ambagibus, vinentem mundum inuocemus, rogantes vt qui dedit velle, donet & posse. Illum enim desidero, illum suspiro, ad illum pergere cupio, cui animam meam deuoui, qui me dignum fecit pro suo nomine pati. Et post hæc vide, inquit, vt quicquid erga me euenire prospexeris, in scriptis notifices magistro nostro Benedicto, necnon condiscipulis & consanguineis meis Mauro & Felicissimo. Ego enim iam delibor, iam alligatus corpore, alligatus & spiritu vadam, quò me duxerit Dominus Iesus Christus. Testis enim mihi est Deus, quia omnibus hominibus puram exhibeo charitatem, rogans Deum omnipotentem, vt nos in periculis constitutos sua protectione defendat, & inter procellas & tempestates huius mundi illæsos custodiat, & pacem Ecclesiæ suæ sanctæ quantocyùs tribuat. Hæc cùm dixisset, expansis in cælum manibus, & oculis in altum erectis, orauit ad Dominum, dicens: Vnigenite fili Dei, Verbum incarnatum, protege ac defende Ecclesiam tuam tuo preciosissimo sanguine redemptam, conserua Casinensem Ecclesiam in sancta religione, meque ad te venire, victo diabolo, iube.

Cap. 6.

Eccè quãto affectu desiderârit coniungi Christo S. Placidus.

Orat extensis in cælum manibus.

Manè itaque facto, dux Mamucha rabido inflammatus furore, iussit sanctũ Placidum cum socijs suis sibi præsentari. Cumq; ante impijssimum ducem manibus retrò ligatis præsentati fuissent, indicto silentio, dixit: Testes inuoco deos, excellentissimumque omnium Luciferum, quia nec interrogatione dignos vos nostra excel-

Cap. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

excellentia iudicauit. Hinc autem non vt criminis obnoxios, sed vt fratres vos alloquor, vt deponentes pertinaciam vanæ superstitionis, acquiescatis salutaribus monitis, obtemperantes præceptis Regis nostri Abdalæ, & magnificum Prophetam nostrum Moloch venerantes. Hoc si feceritis, huius vitæ gaudijs feliciter fruemini, & dabimus vobis infinitas possessiones & vxores: quod si non feceritis, diuersis supplicijs interibitis. Sancti martyres dixerunt: Neque nobis blandimenta suadere poteris, nec minarum asperitatibus terrorem incutere valebis. Tunc furibundus arbiter furore & ira magna accensus, iussit sanctum Placidum cum sociis suis expoliari, & fustibus cædi, & membris omnibus crudelissimè torqueri. Cumq; ministri iniquitatis ducis iussa perficerent, Gordianus cum omnibus Christianis, qui ducis Mamuchæ manus euaserant, cum fletu ingenti clamabant: Domine Iesu Christe, martyrum fortitudo & palma, veni in adiutorium Placidi serui tui in huius agonis discrimine constituti. & hoc diebus ac noctibus postulabat sine intermissione pro eo lachrymarum & orationum hostias Domino immolans.

Irerùm fustibus grauiter cædũtur martyres.

Cap. 8.

Idem autem sanctus Domini Placidus cùm à paganis vltra modum cum sociis cruciatus fuisset, iussu sæuissimi ducis à supplicijs amotus est, & beatissima virgo Flauia incredibili decore micans, tribunalibus est præsentata. Quam truculenta bestia dum perspexisset, dixit ad eam: Dic scelerata & omni misericordia prorsus indigna, adquiescis præceptis regalibus, an in stultitia permanere decreuisti? Ad quem beatissima virgo Christi Flauia respondit: Ego stultitiam nunquàm habui, quia semper Christum cuncta regentem dilexi: præcepta verò Regis tui, velut lutum quod pedibus conculcatur, abijcio. Dux autem aduersùs virginem Flauiam ingenti ira succensus, dixit ministris: Expoliate hanc, & pedibus in altum erectis, in sublime suspendite. Habeat honoris sui dignum commercium, quæ salutaribus monitis cordis ceruicem flectere renuit. Pagani verò iuxtà quod dux imperauerat, sanctam virginem Flauiam pedibus in sublime erectis suspenderunt. Quam dux ità allocutus est, dicens: Stultissima omnium fœminarum, non verecundaris in turpitudine nuditatis tuæ? Et virgo Christi ad hæc: Sacra scriptura refertur, quia est conditor viri & fœminæ, ob quam rem de sexu nulla mihi adscribetur iniuria, pro eo quòd nuda sum: neque nuditatem tantùm corporis sustinere parata sum, sed etiam gladium & ignem propter eum, qui pro me denudari & flagellari & crucifigi voluit. Dux verò ad hæc laruali furia fretus, dixit ministris: Quid agitis? Fustes afferte, & eam sine intermissione acerrimè flagellate. Cumque milites sanctam virginem Flauiam crudeliter flagellarent, virgo Christi clamabat ad Dominum, dicens: Domine Iesu Christe fili Dei viui, adesto nunc famulæ tuæ Flauiæ in huius agonis stadio, nè dicant inimici tui nè dicant, Prævalumus aduersùs eam. Conturbatus ad hæc crudelissimus censor, ait: Si ista cruenta non fuerit, maximum Regi nostro Abdalæ conferet detrimentum. Et post hæc, Eià, inquit, frontem & mammillas, necnon & brachia torquentes dirisipate. Subtùs verò fumum acerrimum submini strate, varijsque tormentis corpus illius excruciando necate. Illi itaque toto mentis conamine perficientes, clamabant: Nega Christum tuum turpissima & omni dedecore digna, quia iam parata tibi imminet mors. Itaque in talibus die decurso, dux Mamucha sanctam Dei virginem deponi, & cum beato Placido ac reliquis in carcerem includi iussit, itaque commotus præcepit, vt quotquot Christianorum inuenissent, diuersis supplicijs enecarent.

S. Flauia pedibus in altum erectis suspenditur & grauiter torquetur.

Gen. 3.

Constantia eius.

Oratio eius Psal. 12.

Inauditum tormentum.

Cap. 9.

Iam verò quis dignè enarrare valeat, quantis supplicijs Christiani eo tempore in Sicilia sint affecti? Nonnullis nanque palorum vectibus ora referãtes, fœtidum cœnum ingerebant. Alios in frontibus & in tibijs remugientibus neruis torquendo cruciabant, plerunquè aquam marinam, acetum, amurcam & liquamen & alia multa & crudelia, tanquàm vtribus imbutis ori appositis, sine misericordia porrigebant, stimulis ferreis ad ambulandum vrgentes. Paruulos etiam ab vberibus maternis rapientes, insontem infantiam elidebant ad terram. Alios è regione pedes tenentes, à meatu prorsùs narurali vsque ad arcem capitis dissipabant. Alij carnis dentis ferri laminis adusti sunt, aptantesque fustes in modum serrarum ex palmis cum stirpibus, & dorsa Christianorum cum illis flagellantes, non tantùm cassa contringebant, sed etiam terebrantes aculei intrinsecùs remanebant, dissipatisque carnibus viscera pandebantur. Nonnulli verò ligatis pedibus post terga currentium equorum, inter spinosa loca syluarum ducebantur, vt ducti & reducti, dumosis lignorum aculeis eorum corpora carperentur, ac diù & sæpiùs tibias torquendo tinnientibus chordis cõstringebant. Fœminas autem per vnum pedem appendentes, palis minoribus dentatis rectis in capite, crinibusque in eisdem colligatis, ac vehementiùs stringentes simul cum capillis omnem pelliculam auferebant, ingentia pondera in vno pede colligãtes, & laminas ferri ignitas dorso, ventri, mammillis ac lateribus apponentes.

Cap. 10.

Sancta verò virgo Flauia dum in carceris ergastulo cum fratribus esset retrusa, Placidum fratrem suum alloquebatur, dicens: Iam sacris tuis orationibus, Placide frater, fauentibus, inchoaui martyrium, nunc verò obsecro, nè desistas inchoata perficere. Ora attentiùs rogo, vt dignum faciat Dominus Iesus Christus desiderium cordis nostri ante conspectũ gloriæ suæ, & tribuat nobis quod promittere dignatus est suis fidelibus, & omnibus quærentibus gratiam suam. Sanctus autem Domini Placidus aperiens os suum, Eutychium & Victorinum fratres suos & virginem Flauiam sororem suam sociosque triginta tres consolabatur, dicens: Forti animo estote, suspicite in cælum, & precibus exorate cuncta regentem, vt patris Benedicti intercessione nobis patiendi tolerantiam donet. Alia verò die dux Mamucha residens in consistorio, iussit sanctos Dei martyres Placidum, Eutychium, Victorinum & virginem Flauiam cum triginta tribus socijs suis sibi præsentari, & grauissimè fustibus cædi, & per pedes suspendi, ac membris omnibus acriter torqueri, fumumque horridum sub eis administrari, dicens: Negate Christum vestrum, & dicite in eum conuicia, & dabimus vobis bona huius mundi. Post hæc sanctus martyr Christi Placidus erectis in cælum oculis clamabat ad Dominum, dicens: Narrauerunt nobis iniqui fabulationes, sed non ità vt lex tua Domine. Omnia mandata tua veritas, iniqui persecuti sunt nos, adiuua nos Domine Deus noster. Quinta verò die videntes pagani quòd sancti Dei martyres Placidus, Eutychius, Victorinus & Flauia virgo speciali quodam amore essent obligati, & honore se inuicem prævenirent, quòd vnà cibum caperent, quòd segregati ab alijs starent, quòd simul soli orarent, mirati sunt, & dicebat alter ad alterum: Isti affinitate coniuncti sunt, ideò ab alijs diuiduntur. Interrogans itaque sanctos vnus ex paganis per interpretem quo vtebantur, dixit ad eos: Quam generositatem fertis inter vos? Respondentes hi: Quatuor germani fratres sumus ex vno viro & fœmina generati. Ille verò rursùs percontatus est eos, dicens: Ex ista patria estis, an ex alia regione? Et responderunt sancti, dicentes: Romani sumus, & Christiani. Et ille, Benè, inquit, contingit vobis, quia hominum omnium genus semper voluistis humiliare, & dominium exercere, nulli vnquàm genti voluistis subdere colla. Sed dicite nobis, quæ sunt nomina vestra? Ad hæc sanctus Placidus proloquens ait: Hi duo fratres mei Eutychius & Victorinus vocantur. Hæc autem soror mea & virgo, Flauia dicitur. Ego verò peccator, Placidus monachus vocor. Et ille, Assentite, inquit, nobis, & proderit vobis: negate Christum vestrum Deum esse, & nostro more Luciferum sidus dei nostri Rempham excolite, vt frui possitis vnà nobiscum huius gaudijs vitæ. Respondens autem sanctus martyr Placidus, dixit: Absit hoc à nobis, vt Deum nostrum Iesum Christum creatorem cæli & terræ negemus, & hominem perditum pro Deo colamus, qui iam à Domino Iesu Christo cum diabolo & angelis eius damnatus est in inferno perpetuo igni exurendus.

Consolatur fratres & sororẽ ac cæteros martyres S. Placidus.

Irerùm vapulant.

Psal. 118.

Dij gentiũ perpetuò igni exurendi.

Hæc pagani ex martyris ore dum verba audissent, Mamuchæ duci nunciare curarunt. Sæuissimus autem dux furore nimio accensus, iussit sanctissimum Placidum cum duobus fratribus & cum sorore Flauia tamdiù virgis mactari, donèc inter manus deficerent. Quod dum factum fuisset, pagani existimantes eos mortuos, recesserunt. Sed Deus omnipotens, cui cura est & solicitudo suorum, misit Angelum suum sanctum, qui sanctorum martyrum Placidi, Eutychij, Victorini & virginis Flauiæ roborauit corpora, & curauit plagarum vulnera. Manè autem facto, pagani redeuntes ad stadium, sanctosque martyres Dei illæsos consistere perspicientes, dicebant ad eos: Animaduertite & videte quanta misericordia vsi sunt deus & Prophera noster in vobis, qui cùm debuissent interficere vos, contulerunt vobis sanitatem. Relinquite ergò vanitatem & sectam superstitiosam, & adorate eos qui præstiterunt vobis sanitatem, & gubernant vitam vestram. Sanctus Placidus

Cap. 11.

Virgis iterũ vapulãt SS. martyres.

Curãtur eorum vulnera cælitùs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dus respondit: Vos potiùs relinquite diabolum quem adoratis,& adorate Domi-
Psal.145. num nostrum Iesum Christum, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt, & relinquite perditum ipsum vestrum propheram, & sathanam, quem is pro Deo coluit,cum quo damnatus est in ignem æternum.Saraceni autem cùm vi-derent quòd neque minis neque promissionibus sanctos Dei ad suam culturam valerent inflectere,acta & dicta duci seriatim referre curârunt.Dux verò sæuus in-dignans, iussit sanctum Placidum cum sorore & duobus fratribus suis per pedes suspendi,& fustibus cædi, & fumum acerrimum subministrari, clamantibus pagā-nis iuxta consuetudinem, Negate Christum vestrum,negate. Quod dum factum fuisset,clamabat beatus Placidus vnà cum fratribus suis Eutychio & Victorino ac virgine Flauia, quasi ex vno ore dicentes: Gratias tibi agimus Domine Iesu Chri-ste,qui confortas seruos tuos in te sperantes. At durissimus dux dolore & ira per-motus,beatissimo martyri Placido,qui præ omnibus & pro omnibus loquebatur, cum lapide os & arterias confringi iussit, dicens: Si non negabis Christum tuum, & tu & alij mala morte peribitis.Sanctus verò martyr Placidus glorificabat Domi-num,dicens: Gratias tibi ago Domine Iesu Christe,qui me computare dignatus es in numero seruorum tuorum.

Os S.Placidi lapide confringitur.

Cap.12. Non ferens autem impijssimus dux quòd sic beatissimus Placidus sæpè Chri-stum nominaret,ira magna accensus,iussit ei linguam radicitùs amputari.Sanctus verò Placidus clamabat lingua præcisa, dicens: Benedictum nomen & virtus Do-mini nostri Iesu Christi, cuius nomen & virtus permanent in secula,qui & liberat nos ab omni malo semper. Cumque fratres eius & soror respondissent Amen, præ nimia irâ frendens dentibus sæuissimus dux,iussit eos iterùm grauissimis fusti-bus cædi. Sanctam verò virginem Flauiam truculentus arbiter præcepit tradi quibusdam lenonibus de exercitu suo ad corrumpendum,dicens: Inuitate ad tur-pitudinem eius omnem exercitum. Sancta autem virgo Flauia sententiam in se
Psal.30.&70 prolatam dum agnouisset, suspexit in cælum, & ait: Deus qui sedes super thro-nos & iudicas æquitatem, esto mihi in Deum protectorem, & in locum refugij, vt saluam me facias. Surrexit in me iudex iniquus, mordens carnes meas canina ra-bie, misit truces manus ad verbera, pedibus appensa sum, fustibus acerrimè verberata sum, omnibus membris crudelissimè torta sum, fumus horridus sub me administratus est, impinguatur dux sæuus sanguine meo, tuus est amor, tua fidelitas, pro te hæc omnia patior : respice in me sancte Deus Sabaoth, nè polluant inimici famulam tuam, nè dicant, Prævaluimus aduersùs eam. Ora-uit, & eccè subitò virtus diuina super virginem sanctam respiciens, suo illam munimine sepsit. Nam cùm ad ducis imperium lenones sanctam virginem Flauiam vellent stuprare, vim ei inferre volentes, quicunque manus ad eam contingendam missent, stupebant nerui eorum, & arefiebant manus & bra-chia illorum,& præ dolore ex intimo corde mugitum reddebant.Ipsa autem bea-tissima virgo Flauia cùm fuisset, sicut iam diximus,cum fratribus suis multoties pro Christi nomine cæsa & torta, & diuersis supplicijs affecta, immobilis in fide Christi permansit.

Diuinitùs puniuntur volentes stuprare S.Flauiã.

Cap.13. Post hæc impijssimus dux Mamucha sanctos Dei martyres Placidum,Eutychi-um,Victorinum & virginem Flauiam suo examini fecit assisti, quos tumenti pe-ctore,facie furibunda,vibranti capite,ità est allocutus: Quousquè insipientes vos nostra tolerat clemencia ? Hortor & commoneo vos Crucifixum negare, & ado-rare deum,cui excellentissimus Rex noster Abdala ceruicem suam flectit: sin ali-às,acerrima morte peribitis Sanctus Placidus respondit: O infelices,quare men-tis vestræ oculos atra orbatos caligine non exeritis ? Credite in Dominum Iesum Christum creatorem cæli & terræ,& dimittite diabolum quem adoratis,& falsum vestrum prophetam relinquite, quod si non feceritis,ignis vos æternus excipiet. Mamucha verò post hæc conuersus ad sanctos martyres Eutychium, Victorinum & virginem Flauiam,dixit ad eos: Dicite infelices & miseri, derelinquitis Cruci-xum,an cum Placido seductore perire decreuistis? Sancti martyres dixerunt:Iam sæpiùs tibi diximus,quia nullo pacto nullaque ratione Dominum nostrum Iesum Christum relinquimus, monita verò vestra, velut lutum quod pedibus conculca-tur, abominamur. His auditis sæuissimus Mamucha nimijs furijs incitatus, iussit sanctos Dei martyres Placidum, Eutychium, Victorinum & Flauiam strictiùs ligari,

gari, & super tibias eorum anchoras nauium poni, & super anchoras lapides ma-gnos superponi,vt hoc dolore compulsi Christum negarent. Pagani verò iussa ini-quissimi ducis perficientes, clamabant : Nisi negaueritis Christum vestrum De-um esse,acerba morte in tali supplicio consummabimini.Cumque die ipsa & no-cte tota in tanto cruciatu perdurâssent,& sanctus Domini Placidus psalleret,& so-ror ac fratres eius orarent,& Deo gratias agerent,die altera illucescente Pagani ad martyres reuersi sunt, videntesque illos immobiles in fide Christi persistere, dice-bant: Num vobis corneas fibras, num lapidosa pectora nutritis, qui salutaribus consilijs non acquiescitis? Respicite vosmetipsos,& Christum Deum esse negate, & dabimus vobis aurum & argentum, pallia deaurata,& lapides pretiosos. San-ctus Placidus respondit: Neque pro auro, neque pro argento,siue pro pallijs de-auratis, aut lapidibus pretiosis, vestræ impiæ & peruersæ suggestioni assensum da-bimus vt Christum negemus.Iustitiæ nanque rigor & veritatis via flecti non nouit, si forti pectore retinetur.Idipsum sancti Dei Eutychius,Victorinus & beata Flauia virgo affirmabant.

Nouo tormenti genere cruciantur.

Respuũt SS. martyres oblata munera.

Cap.14. Ad hæc satellites sathanæ vehementer irati, rem prout erat duci per ordinem pandunt. Sæuissimus verò Mamucha terribili furore & ira succensus, dictauit sen-tentiam, dicens: Placidum, Eutychium,Victorinum, Faustum,Firmatum diaco-num Christianorum,ac virginem Flauiam vnà cum Christicolis inuictissimi Re-gis nostri Abdalæ præcepta contemnentes,& Christum qui à Iudæis crucifixus est, pro Deo colentes, nostramque culturam nostrumque prophetam Moloch abo-minantes, capite cædi iubemus, & corpora eorum inhumata supis ac canibus & volucribus cæli deuoranda relinqui. Nequissimi autem ministri concito gra-du reuertentes, ciecerunt sanctos de custodia in qua clausi detinebantur, & vs-que ad litus maris in quo decollandi erant, eos flagellando perduxerunt. Quò dum venissent Pagani, ad sanctos proloquentes dixerunt : Obsecundabitis ius-sioni inuictissimi ducis Mamuchæ, vt Christum negetis, & deum more nostro ad-oretis & colatis? Sancti autem martyres eorum monita abdicantes, dicebant : Nunquàm creatorem nostrum negamus, nunquàm ab eius cultura recedimus. Alium verò Deum omninò nescimus, neque adoramus, præter Dominum no-strum Iesum Christum, cui nosmetipsos hostiam viuam in sacrificium offerimus. Christiani sumus,& pro nomine Domini nostri Iesu Christi magis mori quàm vi-uere desideramus. Iam perficite in nobis quod vobis videtur. Hæc vbi dicta dede-runt,beatissimus martyr Placidus oculos in cælum eleuans, orauit ad Dominum, dicens: Domine Iesu Christe fili Dei viui,qui de cælis ad terram descendisti,& pro nostra salute Crucis patibulum sustinuisti, propitius esto nobis famulis tuis, & per intercessionem magistri nostri serui tui Benedicti, da nobis virtutis con-stantiam, vt participes gloriosissimæ anastasis effecti, huius agonis stadium in-trepido animo, mente robusta percurrere valeamus, nè humani generis inimi-cus aliquod obstaculum nostris anteferat mentibus, nè princeps tenebrarum & complices eius impediant. Sed Angelus testamenti tui Michaël nostras ani-mas in pace susciptat, quia tu es Deus benedictus & gloriosus in secula seculo-rum. Cumque sancti martyres, Eutychius, Victorinus & virgo Flauia, cum tri-ginta tribus socijs suis respondissent Amen, flectentes genua decollati sunt vnà cum beatissimo Placido, tertio Nonas Octobris, apud Siciliam,in portu Messanæ ciuitatis.Iacuerunt autem post decollationem corpora eorum iuxta mare diebus quatuor.

Oratio S. Placidi sub mortem.

Capite cæduntur SS. martyres.

Cap.15. Post passionem verò beatissimi Placidi martyris & sociorum eius, Mamucha impijssimus dux Saracenorum, necdùm saturatus de sanguine sanctorum quem innocenter effundi fecerat,præcepit vt monasterium illud,quod beatus Placidus ædificauerat, in quo etiam & habitauerat,incenderetur, & à fundamentis euerte-retur.Sicque factum est,vt per quatuor dies in quibus post decollatonem corpora sanctorum iacuerunt in litore,monasterium omne incensum,& solorenùs euer-sum est,ità vt etiam fundamenta monasterij Saraceni euellerent, & lapides in ma-re proijcerent. Interea hoc mare sedatur, ventorum turbines pacificantur,nautis via panditur. Quod crudelissimus dux perspiciens, imperat, vt omnes Saraceni ad mare redirent,quatenùs signo dato naues conscenderent. Aurora autem quin-ti dici illucescente,Saraceni cum duce suo Mamucha naues conscendentes,æquo-

Monasterium solorenùs euertitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris alta fulcare cœperunt. Præ celsitudinis verò magnitudine, ecclesiam quam intra monasterium suum beatus Placidus in honore sancti Iohannis Baptistæ ædificauerat, cùm esset ampla & alta, Saraceni succendere siue euertere nō potuerunt, sed modis omnibus, quibus poterant, polluerunt & profanauerunt. Nam trabes quas intùs in ecclesia inuenerunt, minutatim præciderunt, ecclesiam adulteriis coinquinauerunt, altare Domini stercoribus & vrinis fœdauerunt, & super illud secessum iêrunt, & quicquid prauum vel dici vel cogitari potest, ibidèm exercuerunt. Et sicut antè descripsimus, naues conscendentes, quanta instantia poterant, nauigare cœperunt. Cumque iam in fari medio essent, nam Regium tendere disposuerant, subitò tempestas magna exorta est, ità vt nec retrò nec antè vltrà procedere possent, sed comprænsæ à currentibus vndis in medio fari, iusto Dei iudicio centum naues simul cum Saracenis sexdecim millibus octingentis demersæ sunt in profundum maris.

Nostri hæretici Saracenis nō dissimiles, eadē patrare non abhorrent.

Omnes Saraceni in mari submergūtur. Cap.16.

Corpora verò sanctorum martyrum adhuc iacebant in litore, vbi nulla fera, & nulla auis ea tetigit, & pro fœtore suauissimum odorem emanabant. Gordianus autem, qui beatum Placidum à Cassinensi cœnobio secutus fuerat, quique, vt suprà retulimus, tempore captionis eius fugiens euaserat, qui & requirebat sanctos noctis tempore, & confortabat dum essent in carcere, tulit corpus beati Placidi martyris domini sui, & corpora sanctorum Eutychij & Victorini fratrum eius, ac sanctæ virginis Flauiæ sororis illius, & capita eorum iungens corporibus prout potuit, in ecclesia sancti Iohannis Baptistæ sepeliuit, mundans eam priùs ab omni Saracenorum immunditia. Nam sola eadem ecclesia, vt suprà descripsimus, ex omnibus monasterij ædificijs remanserat. Reliqua verò sanctorum triginta trium martyrum corpora miro odore flagrantia, ibidem vbi decollati fuerāt, in arena sepeliuit, vbi beneficia sua Iesus Christus Dominus noster, meritis sanctorum martyrum Placidi & sociorum eius interuenientibus, præstare non desinit vsque in hodiernum diem. Cæci nanque ibidèm illuminantur, claudi curantur, surdi audiunt, leprosi mundantur, dæmones effugantur, & omnes infirmi salutem recipiunt, quique cum socijs suis, diuersis tribulationibus & supplicijs agitatus, dealbauit stolam suam in sanguine agni qui tollit peccata mundi, quem modò sequitur per paradisi amœnitates, inter sanctus apostolis, quia totum reliquit: martyribus, quia martyrium pacis & perfectionis in se sustinuit: confessoribus, quia Christum coram fidelibus & infidelibus confessus est: virginibus, quia virginitatem cordis & corporis custodiuit. His insertus choris, Regem immensum collaudare non cessat, ferens coronam rosis & lilijs intextam, cantansque canticum in exultatione & gaudio voce infatigabili & merito. Nam per hunc facta est Cassinensis ecclesia purpurea, quæ anteà in patris Benedicti operibus extiterat candida, quia primus ex eadem verbo & exemplo plurimis in Christi bello extitit doctor. Hic Benedicti patris temporibus primus contra paganos prælium cœpit. Hic inter Christi milites antesignans. Hic inter persecutionum furentium initia cum ipso infestationis principe & authore Mamucha congressus, dum inexpugnabili firmitate aduersarium vicit, vincendi cæteris viam fecit. Ideoque nunc cum his, qui agnum sequuntur, canticum nouum decantare non cessat. Apud hunc agnum dignetur pro nobis intercedere, vt maculis omnibus expiatos nos vellere velit induere. Omnes repræsentans ciues dem quem sequitur agno, vt quos redemit sanguine suo, non sinat iuri subiacere alieno.

Gordianus sanctorum corpora sepelit.

Multa ad sanctorū sepulcra fiunt miracula.

Apoc.14.

Cap.17. Passus est autem beatissimus Placidus martyr Domini nostri Iesu Christi procellosus, anno ætatis suæ vigesimo sexto, cum duobus fratribus suis Eutychio, Victorino & sorore virgine Flauia, Fausto & Firmato diacono simul, ac monachis triginta, sub sæuissimo Rege Abdala & duce Mamucha, tertiodecimo anno Iustiniani Imperatoris, apud Messanam Siciliæ ciuitatem, tertio Nonas Octobris, regnante Domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat cum patre in vnitate spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum, Amen. Dies autem vitæ beatissimi martyris ità numerantur. Oblatus est Deo à patre suo Tertullo patritio, & traditus beato Benedicto, septimo anno ætatis suæ, habitauit cum eo apud Sublacum annis quinque, commoratus est in monasterio Cassinensi, quod ipse vnà cum magistro suo Benedicto & condiscipulo Mauro in proprio rure ędificauerat, annis nouem. Con-

S. Placidus primus martyr ordinis Benedicti.

S. Placidus septennis fit monachus.

Construxit in suo patrimonio monasterium apud Siciliā per annos quatuor. Præfuit eidem monasterio anno vno, qui simul fiunt anni sex atque viginti. Natus anno Dominicæ incarnationis quintodecimo ac quingentesimo. Martyrio coronatus quadragesimoprimo ac quingentesimo.

Series destructionis & restaurationis monasterij eius.

Cap.18. EXplicitis his, quæ ad passionem beatissimi martyris Placidi sociorumq; eius pertinebant, nunc eius destructionem restaurationemq; cœnobij, vel quælia quantaq; post ipsius decessum loci incolæ sint perpessi, curabo posterorum mandare memoriæ, siue vt rei notitia habeatur in prōptu, siue vt in eorum multimoda mirabiliq; erectione, Domini misericordia collaudetur, qui flagellat omnē filium quem recipit, & post lachrymationem & fletum, exultationem inducit. Postquàm peruersi doli artifex Mamucha cū omni exercitu suo in maris profunda demersus est, & ad Siculorū notitiā peruenisset, qualiter sanctus Domini Placidus cum fratribus & socijs suis martyriū susceperisset, ilicò ex tota insula innumerabilis turba occurrit, sciscitans qualiter hoc euenisset. A minimo nanque vsque ad maximū acerrimus fletus omnes tenebat. Messalinus verò & filij eius, audientes sanctū Domini Placidū martyrio coronatū, scissis vestibus, puluere asperso capite, ad sepulcrū venerunt. Post hæc Messalinus & Pompeius Cilius consilio habito, legatos Cassinum ad patrem Benedictū direxerunt, destinantes epistolam, hæc continentem: Vniuersali monachorum institutori atque doctori Benedicto, serui & filij eius desolati & destituti pastore, cum subiectione debita obedientiam. Quia nihil paternitati vestræ incognitū esse rectum duximus de his quæ apud nos actitata sunt, scire vestram sanctitatem volumus, religiosissimum ac sanctissimum discipulum vestrum Placidum, tertio Nonas Octobris post multa tormentorum genera gladij animaduersione migrâsse ad Dominum. A duce nanque Saracenorum Mamucha, cum fratribus suis Eutychio, Victorino ac sorore virgine Flauia, Fausto, Firmato & monachis triginta captus, post verberum mactationem, suspensionem, fumi administrationem, membrorum omnium tortionem, arteriarum & dentium confractionem, necnon & linguæ abscissionem, capite cum omnibus socijs truncatus est. Vndè suppliciter vestram paternitatem poscimus, vt ad cortes & possessiones retinendas discipulos mittere dignemini &c.

Messalinus S. Benedicto filij sui Placidi martyrium literis indicat.

Cap.19. Exhilaratus itaq; de sanctis apicibus pater sanctus, palmas ad alta sustollēs, gratias egit Redemptori omnium, dicens: Grates tibi nunc promo cunctorum vita salusque, qui fructum labiorum meorum dilectissimū Placidum singularem & vnicum mei pectoris filiū, ad tuum fecisti conscendere solium. Hęc pater sanctissimus proclamans, & super beatissimi martyris passionem vltra modum spirituali lętitia congaudens, omnem Cassinensem conuocans concionem, talem ad eos protulit orationē: Sicut patris est gaudere in suorū profectibus filiorum, ità & filiorum est augumentū patris sua lucra reputare. Quapropter noueritis dulcissimum filium meum Placidum martyriali trabea adornatum migrâsse ad Dominum. Iam enim meis interioribus oculis eius immaculatam hostiam & Deo beneplacentem, deduxi in alta cælorum. Hunc nempe tempore, quo illum à patre suo susscepi, memineram esse mortalem, nec fefellit opinio. Nunc non est quod cōqueratur. Habeo, in quo Deo gratias agam, quia semper optaui, vt de fructu cordis mei omnipotenti Deo sacrificiū offerretur. Nihil enim hoc sacrificio habui preciosius, nihil amabilius, nihil carius. Elegit nanque Placidus pro Christo momentaneam mortem, & peruenit ad eum in cælesti solio ad dexterā patris regnantem. Ob id enim Christus pro omnibus mortuus est, vt nos non nobis, sed Christo viueremus. Grates autem omnium Redemptori refero, quia ingratus esse non possum. Congaudēdum enim mihi, scilicet quòd talem discipulum habuerim, non dolendum, quòd amiserim. Nam illud munus fuit, hoc debitū, scilicet quòd functus sum famulatu Placidi discipuli mei quādiù Deus voluit, & pòst qui dedit recepit. Quod naturæ communis fuit, Placidus pro Christo posuit, & quod singularis est gratiæ, meruit. Cur autem ego doleam mihi Placidum filium meum ereptum, cùm ad salutē nostram Deus filio suo nō pepercerit, sed pro nobis omnibus tradidit illum? Quis vnquàm exceptus est à conditione moriendi, qui non est exceptus à conditione nascendi? Non ergò defleam Placidum filiū, quem scio transisse de morte ad vitam. In illius nanq; morte gaudendum est, non dolendū, quia illam pro veritate & æterni Regis

S. Benedicti ad suos filios oratio.

Benedictus pater deducit Placidi animam in alta cælorū suis interioribus oculis.

2. Cor. 5.

Rom. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fide gustauit. Nam cur ergò te Placide fili charissime desleam, qui mihi sic ereptus es, vt omnium esses? non enim perdidisti vsum naturæ tuæ, sed commutásti. Antè

Placidus cũ Deo nũc indiuidu⁹ permanet.

corpore inseparabilis à Deo existens, nunc indiuiduus cum Deo es permanens. Felicia verba quæ in te expendi, felices labores quos in te sustinui, dum viueres mecum. Non te Tertulli patris tui amor à me diuellere potuit, nec ipse mihi vnquàm patrem prætulisti, quousque ad æternam vitam migrásti. Hæc & his similia patre Benedicto proloquente, ex consilio totius Cassinensis cõgregationis quosdam ex discipulis suis ad Siciliam direxit, præcipiens illis eos citiùs properare ad prædictam insulam, ad monasterium beati martyris Placidi restaurandum, & cortes ac villas Tertulli patricij gubernandas.

Alij monachi mittuntur in Siciliam.

Cap.20.

Qui præceptis obsecundantes, dum ad Siciliam peruenerunt, seruos beati martyris Placidi euocantes, dixerunt: Vbi posuistis lumen mundi, & decorẽ Cassinensis ecclesiæ Placidum patris Benedicti discipulum? dicite nobis vbi panis requiescit, vbi cælestis Regis abscondita est pecunia, & multa his similia. Illi autem reiacet, vbi cælestis Regis abscondita est pecunia, & multa his similia. Illi autem respondentes dixerunt, illos ad ecclesiam sancti Baptistæ Iohannis esse, & locum, in quo Placidus Christi testis sepultus iacebat, ostenderunt. Qui ruentes in terram cum tremore & gaudio magno, sanctum sepulcrum deosculari cœperunt, exequias, vt ità dicam, agentes quasi quidam Angeli carnei beato martyri Placido, incius passione cæli patuerunt, Angeli incubuerunt, homines exultauerunt, terra lætata est. Videntes itaque fratres sepulcrum in quo Placidus pater sanctissimus reconditus erat, cum singultu & lachrymis clamabant, dicentes: Virorum sanctissime, qui superni Regis vallatus munimine, mundi conculcâsti principem, intercede pro nobis ad Dominum, quatenùs tuis suffragantibus meritis, per tua vestigia incedere, & cælica gaudia capere valeamus. Hæc & multa alia cùm dixissent, quasi corporaliter eum viderent, lachrymis nequaquàm parcebant, sine intermissione sanctum deosculantes sepulcrum. Odor enim paradisi suauitate, vt ità dicam, ex sepulcro manabat, irrigabant lachrymis, leuigabant ingemiscentes, exosculabantur delectantes. Episcopus nanque Messanæ ciuitatis, vbi patris Benedicti discipulos ad monasterium restaurandum & cortes ac possessiones gubernandas venisse comperit, ad eos accedere studuit, salutansque in osculo sancto, dicebat ad eos: Non passus est Deus opera atque labores patris sanctissimi Deo dilectissimi Placidi perditum iri, sed quasi post transmigrationem Israelis de Aegypto, restituit filijs Sem, possessam à Chananæis regionem Palestinæ propriam, quibus propter naturalium filiorum eius opus, pater eorum hæres mundi, cum iuramento confirmauit distributionis testamentum, vt nullo aliquandò tempore diriperent inuicem possessiones, vt ante cataclismum fecerant, & iniquitatibus & sanguinibus terram contaminarent, ità & super beatissimo Placido patre nostro iusta retribuens fecit Deus noster, transmittendo fratres eius & filios ad monasterium gubernandum & restaurandum, & cortes & possessiones illius retinendas. Etenim iuxta scripturam, in multas generationes Deus bona tribuit, qui secundùm Mosaicum obitum spiritum Placidi restituit patri. Siquidem ille audiuit: Ascende in montem, & ibi morere. Hic, Exi, inquit, à Cassino Placide. Et post paululùm, Siciliæ insulam ingrediens, per martyrium carneam transibis vitam atque corruptibilem. Igitur Deus verax est, & impossibile est mentiri Deum. Sic accidit Placido beatissimo patri. Facta sunt autem hæc dispensatione Dei, nam ideò Mamucham crudelissimum Christianorum persecutorem, & violentæ vocis ventosum, surreptionem, tempestatem, luctum atque turbationem ad has partes venire permisit, vt Placidus cum fratribus & discipulis suis martyrio coronarentur. Dirumpens igitur vinculum ligaturæ corporis suæ, per medios fluctus vitæ præsentis, volauit in alta cælorum.

Ecce in quãta reuerẽtia sancti hi viri martyris sepulcrum habuerunt.

Invocant sanctũ Placidũ, vt pro eis ad Dominum intercedat.

Deus in multas generatiões dona distribuit. Deut.32.

Heb.6.

Cap.21.

In talibus die decurso, Episcopus cum multitudine populi quæ cum eo venerat, deosculans sanctum sepulcrum, recessit ad sua. Anniuersario autem passionis die beati Placidi & sociorum eius adueniente, turba multa cum cereis & thymiamatibus ad sanctissimi Placidi martyris & sociorum eius sepulcra conuenientes, die noctuque ad eius honorem persistentes in ecclesia, Domino laudes decantabant, omnes inquam conuenientes, à viris vsque ad mulieres & infantes, obliationes & vota regaliter comportantes. Oportebat enim sanctam festiuitatem celebrare in lumine scientiæ, & intellectu splendoris populum adornatem. His

Vides antiquum Eccle siæ morẽ fuisse, sanctos cereis & varijs donarijs honorare.

His quoquè temporibus beatissimus pater Benedictus plenus virtutibus & sanctitate, feliciter migrauit ad Dominum, Anno Verbi incarnati quadragesimo secundo ac quingentesimo, cùm præfuisset in Cassinensis cœnobij regimine annis quatuordecim, sepultusq; est ibidèm ante aram sancti Baptistæ Iohannis. Huic sanctissimo patri sanctus Papa Vigilius per priuilegium confirmauit omnes cortes ac possessiones, quas Tertullus patricius in Sicilia ei obtulerat. Id ipsum fecerunt successores eius numero 49.

S. Benedicti felix obitus.

His taliter succinctè libatis, quid Gordianus martyris Placidi famulus egerit, opusculo præsenti tradamus. Postquàm enim idem Gordianus sanctorum martyrum corpora tradidit sepulturæ, quid faceret, vel quid diceret nesciebat. Dicebat enim intra se: Si hîc maneam, nihil vltrà proficiam: si ad Cassinũ redire voluero, omninò impossibile mihi videtur, scio enim quanta pericula in tanto itinere mihi incumbant. Hęc dum secum tacitus volueret, beati Placidi & sociorum eius suffragium diebus ac noctibus exorabat attentiùs. Quarta intereà die adueniente, valdè diluculo nauis Neapolitanorum mercibus onusta, in portu Messanæ ciuitatis deuenit, descendentesque nonnulli corũ ad terram, sancti Iohannis Baptistæ, in qua sanctus Domini martyr Placidus cum socijs suis sepultus erat, ecclesiam deuenerunt. Quos Gordianus adspiciens, post salutationis officia osculatus est, ac deindè percontatus est eos, dicens: Qui estis, vel vndè, & quò tenditis iter? Tum illi: Neapolitani (inquiunt) sumus, & cursus noster Constantinopolim tendit. Gordianus verò talia ab eis dum verba audisset, gaudio ingenti perfusus est, datoque naulo in eorum naui conscendit, longissimaque maris itinera cum eis transfretans, Constantinopolitanam peruenit ad vrbem, in quam ingressus, in domo cuiusdam potentissimi viri annis quampluribus hospitatus est. Ibique iussu Iustiniani Imperatoris enucleatiùs vitam atque miracula necnon passionem beatissimi martyris Placidi & sociorum eius notificare, atq; ad posteritatis memoriam Græcis literis, quibus apprimè imbutus fuerat, latiùs annotare curauit. Illi autem hæc audiẽtes, glorificauerunt Deum, vtque secum Gordianus in eadem vrbe maneret, hortati sunt. quod & fecit. Post aliquanta verò annorum curricula, Gordianus ille valefaciens, passionẽ beati martyris Placidi & sociorũ eius, quam ibidèm, vt suprà taxauimus, Græcis apicibus exarauerat, apud illos reliquit, ipse verò nauem conscendens, Siciliam rediit, atque ad Syracusanam vrbem deueniens, pauco illic tempore superuixit, in quo semper piè sanctæque viuendo, finem vitæ compleuit, acquirens sibi regnum æternum, intercedentibus sanctis martyribus, quibus fuerat famulatus. Ex die verò qua sepulta sunt corpora sanctorum martyrũ Placidi, Eutychij ac Victorini fratrum, & beatissimæ virginis Flauiæ sororis eorum, in ecclesia sancti Baptistæ Iohannis, vltrà iam basilica illa sancti Iohannis vocata non est, sed in honore sanctorum qui intùs erant sepulti, sancti Placidi ecclesia vocabatur, vsque ad tempora scilicet illa, quandò Romani Siciliam amiserunt. Omnibus etiam temporibus quibus Saraceni Siciliæ dominati sunt, ecclesia ipsa ex beati martyris Placidi nomine vocabatur.

Gordianus S. Placidi vitam & passionẽ Græcè describit.

Ecce quomodò Sancti pro viuẽtibus intercedunt.

VITA S. MARCELLINI RAVENNATIS ARCHIEPISCOPI, VT HABETVR IN HIERONYMI *Rubei viri doctissimi historiarum Rauennatum libro primo.*

AGAPITO, Rauẽnatum decimo Archiepiscopo, Marcellinus successit, trigesimum circiter annum supra ducentesimum ab ortu Christi, Vrbano adhuc Romano Pontifice. Septem & quadraginta annis Rauennati Ecclesiæ præfuit Marcellinus, tanta sanctitate atque innocentia, vt vel sola opinione homines à maleficio deterreret, & ad leges diuinas seruandas accolendas inflammaret. Sæpiùs cacodæmonum furorem (tanta in illo fuit magnitudo & præstantia benignitatis diuinæ) nullo labore compressit. Cumque virum sanctum illi, dispositis insidijs, vallatum tenerent, ac circunuenissent;

Octobris 5.

S. Marcellinus fit Rauennatum Antistes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quære eius passionem præsenti Tomo, 13. Februarij.

sent: eo Deum suppliciter inuocante, statim prostrati, miserèque afflicti sunt. Huius tempore Fusca virgo nobilis Idibus Februarij sub Quintiano præside, qui in Sicilia Agatham trucidauit, ob Christi religionem Rauennæ interfecta est. Ea quoquè tempestate adeò in Christianos sæuitum est, vt paucissimæ eorum familiæ, nedùm ciuitates, eius calamitatis expertes fuerint. Nam Germani, Alpibus, Rætia, vniuersaque Transpadana Gallia penetratis, Rauennam vsque, facta excursione, omnia deprædati sunt: & vndiquè nouæ gentes finibus egressæ, ipsum orbem vniuersum perturbaturæ videbantur. Gothi in Græciam, Macedoniam què erumpunt: Quadri & Sarmatæ Pannonias depopulantur: Germani occupant Hispaniam: ipsumque Imperium ab tyrannis triginta arripitur. Sub id igitur tempus Marcellinus Rauennatum Antistes, in tanta perturbatione, vario rerum euentu, miserè grauiterque affectus, animam exhalauit tertio Nonas Octobris. Dum extremum spiritum duceret, eius cadauer ferunt vnguentorum suauissimorum diuinum odorem efflauisse. Sepulus est in diui Probi basilica.

Sanctè obit S. Marcellinus Antistes

VITA S. ATTILANI EPISCOPI ZAMORENSIS ET CONFESSORIS, VT HABETVR IN LVcij Marinei Siculi, Regij Historiographi, de rebus Hispaniæ libro quinto.

5. Octobris.

PERAE precium est, Sanctorum vitam, virtutes & gesta cognoscere, vel propter eorum memoriam, quæ semper eluceat, vel maximè propter exempla, quæ sunt nobis salutifera documenta. Quarè beatus Attilanus annum agens quintum & vigesimum, audiens in Morerola monasterio, quod à Samora non longè distabat, homines sanctissimè vixisse, illuc statim se contulit. Vbi decennium sub Floriani Abbatis disciplina militauit. Cuius honestatem, sanctitatemque cognoscens Florianus, cum in monasterij Priorem constituit. Quorum temporibus Zamorensis arque Legionensis pontifices à mortali vita discesserunt. Attilanus in Episcopatu Zamorensi, & Florianus in Legionensi successerunt, propterea quòd per omnem regionem clarissima eorum fama virtutum peruolabat: Qui die sancti Spiritûs illo mysterio fuêre roborati. Quapropter Attilanus templa, loca, omnesque populos summa cura gubernabat, & annos ferè decem magnos & assiduos labores tolerabat. Qui memor exactæ vitæ, criminumque suorum quæ anteà commiserat, peregrè proficisci statuit. Episcopatûs itaque reditus pauperibus mandat communes fieri, quod multis rationibus suos hortatur, quoniam necessitate coactus, se per aliquot tempus recessurum dicebat. Quod si secus mandatum fecissent, Deus iratus maledictione condemnaret. Hoc audientes, qui vitam eius nouerant, clamant omnes: Te sequemur quocunquè vadis, ô mortalium omnium clementissime, quarè nos in tanta calamitate relinquis? per Deum vnicum quicquid rogas, nos facturos testamur. Ille autem fidem veritatis illorum adhibens, cùm eos benedixisset, statim discessit. Cumque venisset ad pontem prope templum sancti Laurentij, annulum quem digito gestabat, de ponte proiecit in flumen, dicens: Quandò annulum hunc remisero, tunc ab omnipotenti Deo omnium delictorum meorum veniam promerebor. Indè autem discedens cum vno comite quem plurimùm diligebat, adeò festinauit, vt eum defatigatum reliquerit in itinere. Solus itaque se pannis induquàm vilissimis, adeò vt à nemine cognosci posset, & duos annos eleemosynis vixit. Quem tandèm vox in somnis audita, diuinitùs sic admonuit: Attilane, iamiam tuum ad pontificatum perge, tuæ enim exauditæ sunt preces. Ipseque præcepto audito, se itineri accinxit. Venit itaque nocte ad eremum quæ sancti Vincentij de Cornu vocabatur, & conuicina sancto sepulcro, vbi

S. Attilanus fit monachus.

Creatur Prior.

Fit Episcopus Zamorensis.

Subtrahit se ab Episcopatu ad tempus, vt peccata sua deficat.

Viuit ex eleemosynis.

quædam muliercula cum marito suo illum in parua domo receperunt, eique cœnam non lautam quidem dederunt. Manè autem maritus & vxor pro piscibus ad Episcopi domum vadunt, vt anteà consueuerant, & Attilanum rogant vt interim domum custodiat. Quibus dantur pisces. immemores vnius quem domi reliquerant, reuersi pro eo dederunt piscem maioris ponderis. Quos pisces Attilanum rogant vt præparet, donèc ipsa pro aqua, & maritus pro igne vadunt. Quibus Attilanus respondit, obsequenter. Cumque maiorem piscem accepisset, dum eius viscera voluerat, annulum quem à ponte dejecerat, inuenit. Tunc repentè pronus, & genibus flexis Deo gratias egit, & continuò spontè campanæ sonitum dederunt, & magna totius ciuitatis admiratio orta est. Quapropter per omnes domos, & hospitia atque hospitales perquirunt, nihilque comperiebant. Cùm essent itaque omnes soliciti, tandèm vir quidam, procurator rei familiaris Episcopi, meminit de viro quodam, quem muliercula sibi dixerat hospitatum apud se, nescius cuius dignitatis esset. Omnes illuc concurrunt sacerdotes, & tota ciuitas. Attilanus autem veste non preciosa, neque noua, sed vili atque detrita inuentus est, Deo gratias agens. Quapropter omnes ei gratulantes & Deo gratias agentes, cum magno gaudio reduxerunt in ciuitatem: qui posteà vixit annos circiter octo, sanctis semper operibus incumbens. Quem vita functum nomine ciuitatis, Vrbanus Pontifex Maximus, in Sanctorum numerum canonizatum aggregauit: Anno millesimo secundo, quo regnabat in Hispania Rex Henricus.

Cognoscit ex inuento annulo dimissa sibi esse peccata.

Redit ad suam residentiam.

Defunctus in Sanctos adscribitur.

MARTYRIVM S. DOMNINI MILITIS ET SOCIORVM EIVS, VT HABETVR IN PERANTIquo MS. libro, cui consentiunt vetustiora Martyrologia. Dictionem bincindè mutauit F. Iac. Mosander.

Octobris 9.

TEMPORE Maximiani Imperatoris magna persecutionis procella detonuit in Christianos, qui se à sacrilega dæmonum cultura abscindebant. Nam legis iniquæ edictum exierat, vt si quis Christiani numinis cultor inuentus esset, vel dijs immolare cogeretur, vel, si nollet, diuersis tormentis excruciatus, capitali supplicio plecteretur. Promulgato igitur huiusmodi edicto, Maximianus sexto Imperij sui anno relicta Roma venit ad Mediolanensem ciuitatem, ibique iterato edicto præcepit Christianos inquiri, ac diuersis tormentorum generibus affici, vt medio hoc, vniuersum populũ ad immundorũ deorum culturam reuocaret. Rursùs Mediolano eodem ferè tempore discedens, venit in fines Germaniæ, assumptis secũ sui exercitûs aliquot militibus. Qui cùm aliquandiù in finibus illis hæreret, intellexit quosdam adesse, quĩ virtutibus ornati, sectam sequerentur Christianorum, studẽtes suo Domino Iesu Christo per omnia placere. Quibus ille accitis, cuius essent religionis, inquisiuit. Illi vero vno ore Christum professi sunt. Quibus Maximus: Quis ille Christus? Sancti martyres responderunt: Iesus Christus filius Dei viui. Rursùm ille, cui Crucis mysterium stultitia videbatur, Illúmne, inquit, Christum profitemini, qui à Iudæis crucifixus est? Is enim manibus eorum non valuit eripere se, sed opprobrijs affectus & verberibus, tandèm ab eis crucifixus est & occisus. Quam ergò fiduciam aut spem collocatis in eum? Sancti verò responderunt: O Imperator, si donum Dei scires, nullos vtiquè blasphemiæ sermones in ipsum conijceres. Ipse enim Dominus noster Iesus Christus terrenus non est sed cælestis, qui de sinu Patris descendens in Mariæ virginis vterum, ex ea incarnatus ac natus est, qui multa prodigia operatus est coram principibus sacerdotum & populo Iudæorum, mortuos suscitando, leprosos mundando, paralyticos curando, dæmonia effugando, ægris, corporis ac spiritûs sospitatem elargiendo, ac spiritu oris sui omnibus verbum vitæ administrando.

Maximian⁹ Christianos occidi edicto præcipit.

S. Martyres apud Imperatorem accusantur.

1. Cor. 4.

1. Cor. 15.

Audiens

Audiens hæc Imperator, furore succensus, præcepit deos suos in medium proferri, dicens: Venite, adorate deos meos, qui hucusquè vos patientissimè sustinuerunt, & offerte eis sacrificium & incensum, nè malis tormentis excruciati capitali sententiæ deputemini. Sancti verò responderũt: Deos tuos, ô Imperator, non colimus, qui cùm non ambulent nec loquantur, sed nec spiritus sit in ore ipsorum, Psal.113. bi quicquam boni præstare valent. Qua enim ratione sacrificaremus eis, qui iam Christi Iesu, Domini nostri seruitio deputati sumus, nosipsos viuam hostiam ipsi offerentes? Tũc Imperator ira repletus, iussit eos appræhendi & capite cædi. Erant autem Christiani qui ante conspectum impijssimi Imperatoris stabant ferè quin- S. Domnin' Imperatoris cubicularius. gẽti: Inter quos vir clarissimus Domninus cubicularius Imperatoris, cui & diadematis cura demãdata erat ac Imperatorem iustis temporibus coronabat. Hic, conuocatis Christianis, ità exorsus est: Videtis commilitones charissimi hominem sa- Oratio eius ad socios. crilegum, qui nec Deum timet, nec animæ suæ curam gerit, vt possit eam de inferno inferiori eripere, sed qui repletus omni malitia & diabolicis operationibus, conetur fidem nostram extinguere. Videtis, inquam, eum obcæcatum & deuium, ad inferni claustra properantem, cui os eius pateat, ac omnia tormenta, quæ ante mundi initium diabolo parata sunt & angelis eius, illi debeantur. Antiquus enim ille serpens redegit eum in suam potestatem ità vt nũquàm recordetur salutis animæ suæ. Nil enim ei proderit Imperialis dignitas, nõ aureum diadema in extremo illo examine iudicij, sed pro sceleribus iustam vltionem accipiet. Proindè charissimi fratres, demus locum iræ iuxta Dominicum exemplum, & ab huius scelerati Rom.12. Iohan 8. hominis insidijs paululùm nos subtrahamus.

Quibus auditis, statuerũt quingenti illi Christiani ad ciuitatem Romanam confugere, qui priùs se præsentãtes Imperatori dixerũt: Audi pessime Imperator. Nos omnipotenti Deo Patri seruimus, & Domino nostro Iesu Christo filio eius, cuius vultum nec dignus es adspicere, nec gloria frui. Deos verò tuos non colimus, nec Psal.113. Apoc.2. Hier.17. tuæ fallaciæ consentimus. Est enim Deus noster in cælo, cui nos deuouimus syncera mente seruire. Hic corda scrutatur & renes, hic nouit quid nobis expediat, & auxilium præstare potest in tempore oportuno, à quo etiam remedium liberationis ac salutis pura mente expectamus. Audiens hæc Imperator, ira stimulante præcepit velociùs impleri antè latam sententiam. Statìm ergò aliqui ex ipsis detenti, in eius præsentia detruncati sunt. Reliqui verò se subtrahentes, cum omni festinatione Romanum arripiunt iter, alij per Flaminiam, alij per Aureliam, alij item per Fugiunt Christiani à conspectu tyranni. Claudiam fugientes à cõspectu furoris impijssimi tyranni. Beatus verò Domninus perrexit via Claudia: Qui cùm venisset quintodecimo miliario à Iulia Crisopoli Capite caditur S. Domninus. ciuitate, à ministris Imperatoris insecutus appræhenditur, & circa fluuium Sisterionem nomine, in media, quæ Claudia vocatur, via publica capite plectitur. Quem statìm virtute diuina abscisum caput è terra subleuans & palmis portans, transiuit per medium Sisterionem, atque ad iactum lapidis vltrà progrediens substitit, ibique caput reposuit. Quo loco sacra eius ossa seruantur. Ad cuius sepulcrum multi ægri, quacunque fuerint infirmitate detenti, sacris eius interuenientibus meritis curantur.

Multa ad eius sepulcrum fiunt miracula. Contigit tempore quodam inter infirmos qui ad sancti huius imploranda suffragia conuolabant, quendam ægrum equo vectum intrare ecclesiam, eodé equo ad fores templi alligato, qui post multos lachrymarum imbres sospitate adepta egressus foràs, inuenit equum furto ablatum. Qui memor prioris accepti beneficij, reuersus in templum, proiecit se in terram ad sepulcrũ sancti Domnini, lachrymis ac precibus rogans sibi restitui ablatum iumentum: Egressusq; foràs post ora- Memorabile exemplũ. tionem, vidit illum hominem, qui equum abstulerat, rapido cursu remeantem ad fores templi, qui exiliens tradidit eum suo possessori in manus proprias. Tunc ille duplici lætificatus beneficio gratias egit Deo & sancto Domnino, cunctis referens quanta Deus per sancti sui interces sionem fecisset magnalia. Decollatus est verò sanctus Domninus septimo Idus Octobris, regnante Domino nostro Iesu Christo cum suo Patre & Spiritu sancto in sempiterna secula, Amen.

MAR-

MARTYRIVM SS. FAVSTI, IANVARII, ET MARTIALIS, AVTHORE LVCIO MARINEO SICVLO,

Regio historiographo, de rebus Hispaniæ libro quinto.

13. Octobris

LIM cùm Præses Eugenius Cordubam venisset, ei Faustus, Ianuarius, & Martialis occurrerũt dicentes: Quid tibi vis Eugeni, qui Dei seruis mauis inuidere quàm credere? Tũc Eugenius ira percitus, dixit: O infelices homines, quid vos esse vultis? Faustus respondit: Nos Christiani Christum fatentes, qui Dominus vnus est, per quem omnia & nos per ipsum facti sumus. Eugenius dixit: Vndè vobis est hæc tam desperata societas? Faustus respondit: Desperatio in nobis non est, nisi in re solo, qui nos Deum negare frustrà compellis. Hoc cùm dixisset Faustus, magìs iratus Præses, Imponite, dixit, Faustum in ecu- Martyrum confessio. leo, qui tam irreuerenter mihi respondit. Tunc Ianuarius Fausto dixit: O charissime, tu pro nobis hoc pateris, qui meritis peccatorum nostrorum te socium esse voluisti. Cui Faustus respondit: Societas nostra, Ianuari, mansit in terra semper, & imperpetuùm manebit in cælo. Hoc cùm audisset Eugenius, admiratus dixit: Quæ ista nunc allocutio vestra, quòd tam impiè voluistis respondere mihi? Ianuarius dixit: Nobis confessio Christi, & nulla impietas est. Tunc Eugenius ad Martialem conuersus dixit: Vides istorum animi dementiam, qua te in societatem suam contraxerunt: Noli maleficis istis & impijs te credere. Cui Martialis dixit: Solus Deus immortalis est, qui cælum fecit & terram, ipse pro tuis malis operibus te puniet. Quod audiens Eugenius, Et hic, inquit, ponatur in eculeo. Quod cùm fieri vidisset Martialis, ô beata, dixit, immortalitas gloriæ Christi, qua nos tibi frater Fauste sociãsti. Tum dixit Eugenius satellitibus suis: Torquete eos donèc adorent deos nostros. Faustus autem dum torqueretur, Difficile est, inquit, tibi, & patri tuo, qui diabolus est, nos à paternis legibus, ad mortalitatem tuam conuertere. Propter quod Eugenius dixit: Abscindantur ei nares, & auriculæ, supercilia radantur, dentesque mandibulæ superioris euellantur. Quod cùm factum esset, Faustus Deo gratias agens, magis hilaris factus est. Eugenius Ianuario dicebat: Vides ne Ianuari, quanta tormenta passus fuerit Faustus, dum deceptus opinione sua, pertinaciter imperio meo parere recusat? Ianuarius autem dixit. Impietas ista & pertinacia Fausti in me maneat, & eius vinculum charitatis. Ad cuius verba dixit Eugenius: Auferantur & huic quæ illi præcepimus. Dumque torqueretur Ianuarius, Eugenius Præses Martialem sic alloquitur: Vides Martialis sociorum tuorum dementiam, & quæ illis mala venerunt? Tu igitur consule tibi, teque disiungeab illorum mala consuetudine, prauaque voluntate. Martialis autem dixit: Consolatio mea Deus est, quem ipsi magna voce testantur, ideoque confitendus & laudandus est Deus, Pater, & Filius & Spiritus sanctus. Tunc Eugenius maiori furore succensus, iussit eos igne comburi. Cumque perducti fuissent ad locum suæ passionis, sic vno spiritu plebem Christi alloqui cœperunt, dicentes: Vos charissimi mei, & Christi fideles, nolite credere huic diabolo inimico, sed agnoscite vos ad Dei similitudinẽ & imaginem esse factos. Illum igitur adorate, & illum benedicite qui author est omnium: non, vt isti dicunt, adoretis opera manuum ipsorũ, quoniam ligna, & petra, aurum & argentum sunt, opera manuum hominum. Vos itaque contemnentes huius iniuriam, & confidentes in Iesu Christo, soli Deo sine cessatione quotidiè referte laudes. Et cùm ducerent eos lictores, per quorum manus fuerant cruciati, cœperunt eos igni compellere, simulque traditi flammis, exultantes tradiderunt Deo spiritum.

13. Item S. Martialis.

S. Fausto nares & auriculæ præciduntur.

Item S. Ianuario.

Gen.1.

Psal.113.

Sancti martyres ignibus comburuntur.

MAR-

MARTYRIVM SANCTI CALIXTI PAPÆ ET SOCIORVM EIVS, VT IN ANTIQVISSIMIS *MS. codicibus habetur, quibus suffragantur peruetusta Martyrologia.*

Octobris 14 Cap. 1.

TEMPORIBVS Macrini & Alexandri Imperatorum incendio diuinitùs missò concremata est pars Capitolij à meridiano, ac intra templum Iouis cecidit manus statua aurea statuæ ipsius Iouis & liquefacta est. Venerunt autem aruspices & sacerdotes ad Alexandrum suadentes, vt sacrificijs & odoribus dij ipsorum placarentur. Quibus auditis, eorum petitioni annuit, ac iussit offerri sacrificia. Qui dum die Iouis manè aëre omninò sereno sacrificarent, mox fulmine cælitùs ciecto, quatuor idolorum sacerdotes extincti sunt, ara Iouis incendio consumpta, factusque est aër nubilus ac tenebrosus, ità vt omnis Romanus populus fugeret extra muros vrbis. Qui cùm huc illucque vagabundus dispergeretur, venerunt quidam trans Tyberim in vrbem Rauennatium, & intrantes templum audierũt in quodam cœnaculo multitudinem Christianorum psallentium, inter quos erat Calixtus Episcopus Vrbis cum Clero suo. Audiens autem vnus ex Consulibus, nomine Palmatius, multitudinem Christianorum psallentem, indicauit id Alexandro, dicens: Magne princeps, hæc templi & sacerdotum ruina nobis accidit, quia sordescit ciuitas. Si ergò purificata fuerit, gaudebimus simul, & gloria culminis vestri augebitur, & Respublica nostra fulgebit. Alexander dixit: Purificetur. Sed indica, quæso, quæ & qualis sit ista purificatio? Respondit Palmatius: Vt prophani non sint. Alexander dixit: Qui sunt prophani? Respondit Palmatius: Christiani. Alexãder ait: Ego præcepi semèl ac iterùm, vt vbicunquè inuenti fuerint puniantur, aut certè offerant dijs immortalibus thura. Respondens Palmatius dixit: Per claritatem vestram, ô Imperator, dum contristarer propter hæc infortunia & signa quæ facta sunt, & transfugerem in regionem trans Tyberim, audiui ibidèm multitudinem Christianorum psallentium, & suis vacantium incantationibus, in quodam loco. Qua de causa, credendum certè est, id nobis nupèr accidisse infortunij. Dicit ei Alexander: Accipe potestatem, & vbicunquè eos inueneris, aut cogas ad sacrificandum dijs, aut certè exquisitis eos tormentis affligas.

Regio trãstyberina Rauennatium vrbs vocata Vide Barth. Marlianum in topohraphia vrbis Romæ lib. 5. cap. 19.

Accusantur Christiani apud Imperatorem à Palmatio.

Cap. 2.

Tunc Palmatius accepta potestate, collectaque multitudine militum, venit trans Tyberim vbi congregatus fuerat Christianorum grex vnà cum suo pastore Calixto Episcopo, inter quos erat Calepodius presbyter. Et intrantes cœnaculum, irruerunt in eos decem milites, qui cæcitate subitò percussi sunt. Quibus Calepodius presbyter, Quem queritis, inquit, filioli mei? Illi autem vociferabantur, dicentes: Accendite nobis luminaria & lucernas, quia obscuratus est nobis locus iste, & caligo occupauit nos. Ait Calepodius presbyter: Deus qui intuetur omnia, ipse obcæcauit oculos vestros. Illi autem palpantes descenderunt de cœnaculo. Eodem cùm vidisset Palmatius, timore perterritus fugiens, indicauit Alexandro. Eodem die iussit Alexander, vt cæci illi satellites in eius conspectum adducerentur, quos dum agnouisset, ait: O ciues optimi, videtis magicam artem? Respondit Palmatius: Si magica arte id factum est, vbi sunt virtutes deorum nostrorum? Iubeat itaque claritas vestra dijs omnipotentibus offerri sacrificia, nè pereat populus tuus per incantationem eorum. Præcepit ergò Imperator vt immolaretur Mercurio, & responsa cognoscerent. Exijt ergò edictum, vt omnes Romani ad Capitolium conuolarent, sacrificia oblaturi, & qui Mercurij die inuenti essent in suis manerædibus, interficerentur. Statuto igitur die, adest omnis populus. Palmatius quoquè cum omni domo sua intrat Capitolium cum porcis & vitulis.

Diuinitùs excæcantur milites ad compræhẽdẽdos Christianos missi.

Edictũ Imperatoris.

Cap 3.

Et factum est dum occisione pecudum effunderetur sanguis, & carminibus decantandis vacarent sacerdotes, virgo templi Iuliana nomine, arrepta à dæmone clamauit, dicens: Deus Calixti, viuus & verus est Deus, qui indignatur pollutionibus Reipublicæ vestræ, & conteret Regem vestrum mortalem, quia non adorauit veritatem. Ad hanc vocem salubriter motus Palmatius, profectus est in regionem trans

Dæmoniaca cõfitetur Christum.

trans Tyberim ad vrbem Rauennatium, ac intrans domum vbi congregata erat Christianorum multitudo, procubuit ad pedes S. Calixti, dicens: Profiteor Dominum Iesum Christum verum esse Deum quem dæmones confessi sunt hodiè. Per ipsum te coniuro ac deprecor, vt liberes me à cultura dæmonum, & baptizes in nomine Dei quem prædicas. Respondit ei Calixtus Episcopus: Noli errando deridere veritatem. At ille cum lachrymis dixit: Non derideo, domine mi, quia verè cognoui ex cæcitate militum, & responsis Iulianæ virginis templi, à dæmonio obsessæ, quòd Dominus Iesus Christus, verus sit Deus. Respondit Calepodius presbyter, & ait Episcopo: Noli beatissime pater petenti baptismum denegare. Tunc indixit ei Calixtus ieiunium vnius diei, ac catechizauit eum, allatamque aquam ex puteo eiusdem domûs benedixit, repositoque in peluim Palmatio dixit: Credis ex toto corde in Deum patrem omnipotentem, factorem omnium visibilium & inuisibilium? Respondit Palmatius: Credo. Deindè Episcopus: Et in Iesum Christum filium eius? Et ait: Credo. Iterùm ait Episcopus: Qui natus est de Spiritu sancto, ex Maria Virgine? Palmatius respondit: Credo. Ait Episcopus: Et in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, remissionem peccatorum, & carnis resurrectionem? Et exclamauit cum lachrymis Palmatius dicẽs: Credo domine. Qui baptizatus, Verè, inquit, vidi Dominum Iesum Christum lucen verum, à quo illuminatus sum. Baptizata est & omnis domus eius, vxor sẽ & filij ac alij promiscui sexûs numero quadragintaduo. Ab eo enim tempore, omnem suam facultatem Palmatius pauperibus distribuit, perquirens per omnẽ regionem vbi latitarent Christiani, ijsque de facultatibus suis victum & vestitum, aliaque vitæ necessaria subministrando.

Palmatius credit.

Ecce antiquissimũ Ecclesiæ morẽ in benedicẽdo fonte baptismatis & exigẽda fide.

Post dies verò trigintaduos requiritur Palmatius ab Alexandro. intellexerat enim quòd Christianus esset, ac alijs Christo credere persuaderet. Qui cùm à Torquato tribuno tentus esset ac missus in custodiam Mamertini, iussit eum sibi præsentari, qui vinctus catenis adductus est. Hunc cùm vidisset Alexander catenatum, iussit solui, & ait: Sic amens factus es Palmati, vt deseras deos, & quæras ac colas hominem mortuum? Palmatius verò tacuit. Ait illi rursùm Alexander: Loquere fiduciali ter, nè timeas. Respondit Palmatius, dicens: Si datis licentiam, loquimur veritatem. Dicit ei Alexander: Excepta deorum iniuria, loquere. Respondens Palmatius, Si benè aduertas, inquit, non dij dicendi sunt, sed factura hominũ mortalium: Siquidem discernat mansuetudo vestra vtrùm debeant coli, qui fabricantur ab hominibus? Quales enim dij sunt, vos iudicate. Sed precor ego claritatem tuam, vt dicas deo tuo, vt loquatur, & cùm eũ interrogauero, respondeat mihi: quod dum factum fuerit, non desero deos quos dicis. Dicit ei Alexander: Tu qui à cunabilis eos adorâsti, quomodò nunc eos relinquis? Respondit Palmatius: Hoc feci infelix quasi ignarus, nunc verò cognoui veritatem: Hinc deprecor Dominum Iesum Christum, vt mihi ignoscat, quia ignorans peccaui. His auditis Traditur Simplicio Senatori custodiendus. Cap. 5. Simplicius igitur Palmatium humaniter recepit, ac vestibus preciosis nobiliter indutum duxit in domum suam, præcipiens vxori & maioribus familiæ suæ, vt omnẽ domum Palmatius in sua potestate haberet. Tunc ille ieiunijs, orationibus ac vigilijs insistens, non cessabat cum lachrymis Deum patrem omnipotentem & Dominum Iesum Christum filiũ eius profiteri, pœnitentiã agendo de errore suo. His temporibus quidam Felix nomine venit ad eum, cuius vxor clinica, iam annis quatuor ea tenebatur infirmitate, qui procidens ad pedes eius, ait: Confessor Domini nostri Iesu Christi, deprecare quæso pro ancilla tua Blanda, vxore mea, vt eleuetur de lecto doloris, ac sospitati restituatur pristinæ. diù enim est ex quo, paralysi resoluta membra fatigentur, & nostra iam facultas defecit. Ego enim & eadem sacerũ baptisma suscipiemus. Huius precibus permotus Palmatius, præsente vxore Simplicij ac omni familia multisq; alijs, cecidit in terram, fusisq; lachrymis orare cœpit cum Felice, dicens: Domine Deus, qui illuminâsti seruum tuum, & donâsti mihi lumen æternum, salua ancillam tuam Blandam, ac erige eam à lecto doloris, vt cognoscant omnes quia tu es Deus creator omnium rerum. Eádem autem hora, venit Blanda pedibus suis currens, ac domum Simplicij Senatoris intrans,

1. Tim. 1.

Vacat oportunis iustitiæ viri sanctus.

Precibus curat paralyticam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

baptiſmum humiliter exorat, dicens: Baptiza me pater in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui tenuit manum meam & leuauit me. Tunc Felix cœpit vrgere Palmatium vt baptizaretur.

Cap. 6. Ad eius ergò inſtantiam acciuit Calixtum Epiſcopum Palmatius, qui veniens baptizauit Felicem cum vxore ſua Blanda. Hoc viſo miraculo, Simplicius Senator

S. Calixtus baptizat domum Felicis & Simplicij. Matth. 13. prouoluitur ad pedes Calixti Epiſcopi, eidem humiliter ſupplicans, vt & ipſum baptizet cũ omni domo ſua. Tunc Epiſcopus fidutialiter dixit: Congreget Dominus triticum in horreum ſuũ. & catechiſmo inſtructã baptizauit domum eius, animis ſcilicet promiſcui ſexûs circiter ſexagintaocto. Tũc beatus Calepodius preſbyter, in medium ſanctorum conuolans, cũ gaudio exclamauit, dicẽs: Gloria tibi Domine Ieſu Chriſte, qui dignatus es de tenebris ad lucem perducere facturam tuam ac

Nouelli Chriſtiani omnes capite plectũtur. de errore eripere: fac cum ſeruis tuis ſecundùm magnã miſericordiã tuam. Audiens verò Alexander quia multitudo hominũ baptiſmum percepiſſet à beato Calixto Epiſcopo, miſit exercitum militũ, ac tenuit omnes qui baptizati fuerant, præcepitq; eos capitalem ſubire ſententiam, & per diuerſas portas vrbis Romæ, capita eorum ſuſpendi ad exemplum Chriſtianorum. Tenuit autẽ & beatum Calepodium, quem fecit occídi gladio, & corpus eius per ciuitatem trahi, ſub diem Caledarum Maij, & tandèm in Tyberim proijci ante inſulam Lycaoniam. Sub hac perſecutione fugit beatus Calixtus cum decem clericis ſuis, latitans in domo cuiuſdam Pontiani. Qui noctù conueniens piſcatores, rogauit eos, vt quærerent corpus beati Calepodij. Quo inuento, tradiderunt illud Calixto Epiſcopo. Acceptum verò cum gaudio Epiſcopus, linteaminibus inuoluit, aromatibus condijt, ac honorificè cum hymnis & laudibus ſepeliuit in cœmeterio eiuſdem, ſeptimo Idus Maij.

Cap. 7. Ab eodem die cœpit Alexander ſtudioſè inquirere vbi lateret Calixtus Epiſcopus, quem cùm intellexiſſet manere trans Tyberim in ædibus Pontiani, iuxta vrbem Rauennatium, miſſo occultè milite, vinxit cum, præcipiens vt in eodem

Cruciatur fame Calixtus Epiſcopus, & fuſtibus cęditur. loco fame cruciaretur. Qui ibidèm detentus per quinque dies nihil alimoniæ accepit, ſed ieiunijs & orationibus vacans, pane depaſcebatur verbi Dei, ac indiès magis confortabatur. Quod audiens Alexander, iuſſit eum quotidiè fuſtibus cædi, demandans vt ſi quis ad eum, vbi cuſtodiæ mancipatus erat, accederet, interficeretur. Qui cùm longo dierum ſpatio ex ſqualore carceris eſſet maceratus, apparuit ei nocturna tua iam perfecta eſt, vt accipias mercedem pro me. Beatus autem Calixtus inſiſtens orationi, non ceſſabat Dominum deprecari. Erat ibidèm quidam miles nomine Priuatus, qui vlceribus ac doloribus plenus, die noctuq; grauiſſimè cruciabatur, hic ad pedes Epiſcopi prouolutus, rogabat auxilium ſibi impendi, dicens: Salua me pater ab vlceribus meis, quia credo Dominum Ieſum Chriſtum, Deum viuum & verum eſſe, qui Blandam ab infirmitate liberauit, & me ſaluare poteſt, quia iam diù conſumor in afflictione ardoris mei. Reſpondit beatus Calixtus Epiſcopus: Si credideris ex toto corde, & baptizatus fueris in nomine ſanctæ Trinitatis, mundaberis. Reſpondit Priuatus: Ego credo quia me ſaluabit in baptiſmo Dominus Ieſus Chriſtus, per manum tuam, & omnia vulnera morbosque quibus

Curat ægrũ per baptiſmum Epiſcopus. neor mundabit. Qui virtute Dei per baptiſmum mundatus, alta voce magnificabat Dominum, dicens: Deus verus eſt & ſanctus, Dominus Ieſus Chriſtus, quę prædicat Calixtus Epiſcopus. Omnia verò idola vana ac muta conſumentur. Deus autem æternus Dominus Ieſus Chriſtus eſt.

Cap. 8. His auditis Alexander, iracundia plenus, miſit apparitores, qui Priuatum militẽ

Præcipitatur, & ſubmergitur S. Calixtus. plumbatis cæderent, donèc deficeret. Calixtum verò Epiſcopum iuſſit per feneſtram domûs præcipitari, & ligato ad collum eius ſaxo in puteum demergi, & ſùper eum rudera cumulari. Effluxis verò ſeptendecim diebus, quidam ex preſbyteris eius nomine Aſterius, cum clero noctù veniens, leuauit corpus beati Calixti Epiſcopi, ac ſepeliuit in cœmeterio Calepodij via Aurelia pridiè Idus Octobris. Poſt dies verò ſex tenuit Alexander Aſterium preſbyterum, quem præcepit per pœnam præcipitari. Cuius corpus inuentum eſt in Hoſtia, & à quibuſdam Chriſtianis ſepultũ

Itèm Aſterius preſbyter. in eadem ciuitate Hoſtienſi quartodecimo Calendas Nouembris, in pace regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui viuit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

VITA

VITA ET MARTYRIVM S. MONONIS MARTYRIS IN NASSONIA, LEODIENSIS DIOECESIS, QVIescentis, vt habetur in antiquo MS. libro eccleſiæ collegiatæ eiuſdem S. Mononis Naſſonien. quam vitam fideliter exſcriptam nobis tranſmiſit Dominus Iohannes Charlier eiuſdem eccleſiæ Præpoſitus. Dictionem tamen ſubindè mutauimus, quam in alio MS. codice inuenimus latiniorem.

PROLOGVS AVTHORIS.

QVotieſcunquè, fratres chariſſimi vnicè percolendi, ortum, vitã, & obitum dignè recolimus ſanctorum, quorum memoria redolet precioſa, toriès fructum ſalutis noſtris miſerijs credimus affuturum. Quapropter ſanctiſſimi patroni noſtri Mononis, martyris ſcilicet egregij, noſtræ fragilitati ſpecialiter à Domino bonorum largitore prædeſtinati, ortum, vitam, ac martyrij palmã, ſecundùm ſermonis noſtri ariditatem àliquantulùm recitãtes, eodem Chriſto Domino propitiante, aggredimur deſcribere.

VITA.

IVIT igitur ſanctus Monon de occiduis mundi partibus oriundus, videlicet ex Scotia, quæ multos ſanctorum velut ſtellas luciſluas ad diuerſas mundi tranſiſit partes, vt fuit precioſus confeſſor Furſeus, quem Patrona retinet lęta, cum fratre ſuo Vltano: & Foillanus eorum frater magni meriti vir, cuius præſentia caſtrũ cõgaudet Foſſenſe: Sanctus quoquè Bertuinus, ſanctus Fredegandus, necnon ſanctus Eloquius confeſſor magnificus, quem Vualciodorum veneratur cœnobium: alijq; complures ſancti, quorum numerum & nomina ſanctæ prædeſtinationis continet liber. Huic ergò memorato Mononi poſt vigilias nocturnales, quibus Deo velut miles inuictus ſeruiebat, cùm ſe ſopori dediſſet, nuncius cæleſtis affuit in hæc verba: Monon ſerue Dei fidelis, mandat tibi altiſſimus cælorum poſſeſſor, vt Gallias impiger adeas, locumque in ſylua Arduenna, cui nomen Fridier, perquiras, quem fons Naſania leniter irrigat, ibique locum tuæ habitationis vendicabis, donèc generalis dies examinis, peccatoribus reatûs ſui tormentum, iuſtis verò ac tibi æternæ vitæ brauium pro labore redditurus eſt. Qua viſione vir Dei ſolicitus petijt, vt ſi à Deo hæc eſſet viſio, ſecundò ac tertiò ſibi appareret. quod & ità factum eſt. Nec mora, iam de Angelica viſitatione certior factus, ſumptis neceſſarijs quibus indigebat, iter ſuum vir iuſtus arripuit, hunc pſalmi verſum decantans: Vias tuas Domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua & doce me, quia tu es Deus ſaluator meus, & te ſuſtinui tota die. Huic tamen ſedit in voto priùs limina Apoſtolorum Petri & Pauli inuiſere, quatenùs eorum fretus auxilio, poſtmodùm in locum ſibi deſtinatum felici peruenire omine.

Octobr. 18. S. Mononis patria. S. Furſei vitam quære 16. Ianuarij.

Angelus ei in ſomnis apparet.

Pſal. 24.

It Romam.

Ea verò tempeſtate dignæ memoriæ Iohannes, dictus ob morum ſimplicitatem Agnus, (cuius poſſeſſio paterna fuerat villa Tihancia iuxta Huyum caſtrum ſita) cũ benedictione Apoſtolica Romæ accepta, iam tranſgreſſis in redeundo alpiũ iugis, Tongrenſis Epiſcopij partes repetebat, viro ſancto factus eſt obuius, Mononi ſcilicet iam Leuitico ordine ſublimato: à quo auditis ſui itineris cauſis, & quid indè eſſet acturus, benedictionem ei elargitur, demandãs tanquàm fidiſſimo ex mutua collocutione facto amico, vt in redeundo pallium Epiſcopale, quod ex mandati itineris anxietate intermiſerat, ſibi fidelis deferat baiulus. Locum autem à Deo ſibi deſignatum ad ſe reuertẽti promiſit certiùs ſe oſtẽſurum, ſuumq; illi conſilium & auxilium, prout tempus & ratio expoſceret, in omnibus præbiturũ: quod ità factum conſtat. nam reuerſus, à prædicto Iohanne Epiſcopo venerabiliter ſuſceptus eſt. Quantus verò qualiſve poſtmodùm fuerit in famulatu prælibati pontificis, breuiter enarrabimus. Fuit nanque dapſilis & largus in pauperes, pernox in

Iohannes Agnus, Tungrenſis Epiſcopus.

Catalogus virtutũ ei⁹.

Universidad de Deusto
Biblioteca

orationibus, ieiuniorum executor laudabilis, pacis amator præcipuus, proximorum defensor promptissimus, ac Dei amator feruentissimus. Quid plura? Quicquid in seruis Dei attenditur laudabile, hoc in isto eius famulo vbertim crescebat: quotidiè, intantùm, vt consodales eius videntes talia in Dei homine dona, inde pessundati sunt ad peius, vndè sublimari debuerant in melius.

Hic verò Dei iustus, inter ista non immemor visionis nocturnæ diuinitùs sibi factæ, cum licentia præscripti Episcopi expetit locum ab Angelo præsignatum, quo truncis ac vepribus pro posse mundatum in oratorium commutauit & consecrauit, vbi congruè Deo redderet solennia precum vota. Huic operi sic incumbenti obtulit Christi miseratio largiflua leuamen amabile, videlicet nolam ferream, in viri Dei præsentia à porco de terra effossam, quæ adhuc in sua dependet ecclesia. Quo dono nõ parùm lætificatus, agnouit intrepidus, pium Iesum inchoato operi benignè fauere. Mox fama quietis nescia circunquaq; volitans, pagenses excitauit non mediocriter, vt huic Dei homini adhærerent, quorum ope & labore nimiùm sustentatus erexit ædiculam, diuitijs quidem seculi vacuam, sed virtute supera plenam. Nam promerentibus eius meritis viuacibus, multorum languentium corpora inibi sua offerentium munera, ex integro sospitati restituta sunt. Verùm hostis humani generis supra modum indignè ferens, etiam locum istius eremi titulo Christianitatis à iusto viro sic nobilitari, anxius quid ageret, qualitérve cœptum opus interrumperet, secum tractabat. Tandèm face accensus inuidiæ, qua protoplastum patrem nostrum Adamum pròh dolor expulit ab horto deliciarum, appulit sibi suæ voluntatis compotes, scilicet latrones sicarios, quos iamdiù sibi obiectos, crudeli morti mancipant sanctum Dei. Sic martyr effectus glorioslus Monon calcato mundo cum suis concupiscentijs, indefectiuis fruitur gaudijs, conspiciens cũ Angelis desiderabilem vultum Dei, associatus haudubiò Prophetarum choris, Apostolorum collegijs, Martyrum dignitati, Confessorum sodalitati, Virginum dulcisonis choreis.

Quæres postquàm vicinorum grauissimo perculit aures nuncio, accurrentes, ac sanctum Dei letali affectum vulnere conspicientes, lachrymarum riuulos præ dolore abundè effuderunt, gaudebant tamen spiritu, quòd in suis confinijs talem mererebant habere patronum ac tutorem apud Dominum, vigilantissimũ. Indè quamplurimi martyris precioli locum adeunt, quem vndiq; sentientes diuino lumine illustrari, glorioſas exequias celebrant, ac corporis thesaurum incomparabilem inuictissimi testis Christi sepulturæ tradunt, candidis vndiq; (vt decebat) honoribus ornamentis. Quo loco quot posteà deriuârint beneficia Dei in ægrotantium membra, claudorum scilicet, cęcorum, aridorum, febricitantium, alijsq; plurimis detentorum doloribus, nullus sermo noster ad dicendum sufficit.

Beatus verò Iohannes memoratus Episcopus, ad Exemplum sequentium adhuc superstes, indoluit seruũ Dei sibi in familitio deinctũ, à cõuersatione hominum, quos sanctis monitis informabat, exemploq; dignos Deo reddebat, sic vitę trãsitoriæ insperatò percurrisse stadium: quanuis sciret, potiùs ei congaudendũ iam in ęternum præmijs, ait ad eam blando sermone: Quod est nomen tuum? Cui sancta Fides, nullo perterrita metu, respõdit: Fides nomine & opere vocor. Præses dixit: Quis cultus religionis ac fidei tuæ? Sancta Fides respondit: Ab exordio iuuentutis meæ Christiana sum, & Domino meo Iesu Christo tota mentis deuotione deseruio, illiusq; nomen confiteor, illi me tota intentione committo. Præses verò calida simulataq; tranquillitate paulò indulgentiùs respondit: Accipe, inquiens, ô iuuencula consilium pulchritudini atq; iuuentuti tuæ necessarium, & cessa ab hac confessione, & sacra Dianæ sacrifica, quia ipsa est sexui vestro consimilis: & multis muneribus te amplificabo. Quam promissionem Christi virgo velut nihilum reputans, ità respondit: A patrum traditionibus cognoui, quia omnes dij gentium dæmonia sunt, & tu mihi blanditijs persuadere vis, vt ego eis sacrificare debeam?

Construit cellam in eremo.

Multi ægri eius meritis sanantur.

Occiditur à latronibus vir sanctus.

Locus martyrij eius cęlesti illustratur lumine.

Multa ad eius sepulcrum miracula.

Iohannes Episcopus in honorem S. Mononis & Virginis Mariæ basilicam construit.

summoperè admiratus est sancti martyris virtutes: ac prostrato corpore, deuotè exorabat eius apud Deum suffragia. Atque vt ibidèm relinqueret memoriam sui regalis beneficij, per pileũ quod capite gestabat, auro gemmisq; ornatum, omnes decimas quas habebat inter fluuium Vrtam & Letiam, perpetuo iure tradidit beato Mononi possidendas. Ipsumq; pileum, in testimonium huius largitionis suæ, in eodem loco seruandum reliquit. Atq; exindè facta est ecclesia collegiata, constitutis ibidèm Canonicis, qui tempore diurno ac nocturno persoluerent odas Domino, eiusq; glorioso martyri Mononi, orantes pro felici statu regni Francorum, maximeq; pro salute Regis Pipini, cuius munificentia dotata est & exaltata eadem ecclesia: præstante & adiuuante Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & Spiritu sancto regnat Deus in omnia secula, Amen.

Pipinus Frãcorum Rex S. Mononẽ visitat, multaque dona eiꝰ ecclesiæ confert.

Præscripta omnia cantantur in lectionibus matutinalibus prænominatæ ecclesiæ sancti Mononis, in festo eiusdem & per octauas: habenturq; in libro lectionum ex pergameno laudabiliter conscripta, qui conseruatur in eadem ecclesia Nassonienſi.

MARTYRIVM SS. CAPRASII ET EIDEI, VT EXTAT IN PERVETVSTIS MS. CODICIBVS,

quibus consentiunt antiqua Martyrologia hoc loco & VI. Octobris, vbi S. Fidei meminerunt.

SANCTA Fides Agennensium ciuitate oriũda fuit, & ex parentibus clarissimis splendidissima proles procreata, alumna loci illius in ortu, facta est patrona in passionis obitu. Nobilis quoquè veterũ & generosa stirpe parentum, facta est Christi munere nobilior: quia candida stola virginitatis induta, fulgens fide, in Domino Iesu Christo odorem bonæ suauitatis protulit. Hęc prima in ciuitate Agenno decus & exemplum martyrij cunctis Christi fidelibus fuit. Vitam nanque temporalem perdere voluit, vt possideret æternam: quia ab infantiæ cunabulis Dominum Iesum Christum dilexit, & suum duxit esse authorem. Iuuenis quidem illatæ passionis fuisse dicitur tempore, sed sensu & opere senex manebat. Pulchra erat facie, sed pulchrior mente: virginitatis quoquè candore formosissima, vultusque hilaritate serena.

20. Octobr. Parentes & patria S. Fidis.

Ecci. 24.

Senilis maturitas in virgine.

Eodem igitur tempore præses sceleratissimus, nomine Dacianus, directus à profanis Imperatoribus Diocletiano & Maximiano, qui tunc Romanæ arcis primatum regere videbantur, cùm Agennensem vrbem ingrederetur dolo instigatus diaboli, quatenùs sacrilegos beneficijs remuneraret, atque Christianis ibidèm metu ipsius latentibus atrocissimas pœnas inferret, continuò beatissimam virginem Fidem iussit accersiri & suis conspectibus repræsentari. At illa se sponte ministris offerens, corpusque suum vndiquè signo sanctæ Crucis muniens, orabat ad Dominum, dicens: Domine Iesu Christe, qui tuos semper in omnibus adiuuas, adesto hunc mihi famulę tuę, & præbe ori meo sermonem acceptabilem, quem in conspectu tyranni huius respondeam. Et armata vexillo sanctæ Crucis in fronte, ore & pectore, sanctoq; roborata spiritu, hilari animo perrexit. Cùm autem adstaret coram præside, ait ad eam blando sermone: Quod est nomen tuum? Cui sancta

Sistitur ad tribunal Daciani.

Iudex nititur blanditijs & muneribꝰ eam subuertere.

Pſal 114.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præses verò ira motus, ait ad eam: Vtquid præsumpsisti deos nostros dicere damonia esse? Aut prostrato corpore quantocyùs dijs sacrifica, aut diuersis te faciam interire tormẽtis. Tunc sancta Fides secura de præmio, exemplo magnorum martyrum roborata, has audiens minas, & desiderans à terrena vita ad supernam gloriam migrare, in hanc vocem prorupit, dicens: Ego pro amore Domini mei Iesu Christi non solùm pati diuersa sum parata tormenta, sed etiam mortem pro eius confessione subire desidero. Tunc præses magis succensus, iussit satellitibus vt sanctam virginem inferrent in lectum æreum, & superpositam per quatuor partes extenderẽt, ignemq; supponerent, vt eius tenera membra tam crudeli diuersa perirent. Quæ ricatis membris per quatuor partes extenditur, lorisq; ferreis coarctata, perflamtur supplicio. Itaq; candentem craticulam sancta virgo vltrò conscendens, diuameam cratem prouoluitur. Cui impij ministri ferreis batillis prunas ardentes subijciunt: adipeque flammis iniecto, ad latera vsque torrida incendia subuolare cogunt. Quod videntes qui aderant, vna voce clamauerunt, dicentes: O impietas & iniusta iudicia, innocens & Dei cultrix, & primæ dignitatis honore prefulgens, cur absque vllo facinore grauissimis supplicijs mancipatur? Multi enim qui videbant sanctæ Fidis constantiam, crediderunt in Dominum Iesum Christum, & gloriosam sunt martyrij coronam consecuti.

Constans eius responsum.

Assatur in craticula, & Grauiter torquetur.

Multi credunt.

Dum hæc ità agerentur, à Deo electus, martyrq; futurus, sanctus Caprasius cum cæteris Christicolis persecutionem sacrilegi tyranni declinans, ad septentionalẽ vrbis plagã sub foramine cuiusdam rupis positus latebat, & omnia, quæ intra muri ambitum gerebantur, clara oculorum acie exindè prospiciebat. Qui sub eiusdẽ diei articulo, ab ipso speluncæ foramine ad vrbis propugnacula adspectum dirigens, vidit sanctam martyrem super carbonum incendia impiorum immanitate torqueri. Eleuatis igitur oculis, & cælum intuens, orationem Domino profudit precibus effundebat, vt famulam suã in præsenti certamine faceret esse victricem. Rursusq; athleta Christi eleuatis oculis in cælum tota mentis auiditate prospexit, & iterùm humo prostratus petebat à Domino, vt ei cælestem ostenderet virtutem, statimq; petitionis suæ desideratum consecutus est effectum. Vidit nanque denubibus columbam, vt niuem candidã descendere, & coronam interlucentibus gemmis supra solis splendorem rutilãtem, cælestibusq; margaritis refulgentem, super caput gloriosæ martyris ponere. Ipsam quoquè Dei famulam niueo splendidoq; habitu indutam prospiciens, agnouit perpetuæ salutis brauium esse assecutam, quã tanto munere videbat ditatam. Columba igitur è cælo veniens, vt diuina potentia in reliquum tempus circa martyrem sacrã mirabilior fuisse prædicaretur, blando alarum volatu dulcique pennarum applausu cum imbrifero rore, totam vim flammarum extinxit, pyramq; incendij torridi quasi irriguis fontibus tali volatu repressit. Vir etiam sanctus vidit beatissimam Fidem veluti pugilem egregiam, nõ tortorum ictibus læsam, non igni exustam, neque corpore sauciatam, sed cælestibus ornamentis stare redimitam. Quam virtutem tam præclaram tamq; mirabilem mox vt prædictus Dei famulus Caprasius oculis spiritalibus conspexit, supernis gaudijs dignam eam futuram intellexit.

Ignis per columbam diuinitùs extinguitur

Virgo manet ab igne illæsa.

Visio eius.

Tunc securus non imparibus meritis eandem gloriam subiturus, rupem, sub qua habitabat, dextera sua percussit, & continuò indè fons iugis aquæ emanauit. Quæ vsq; in hodiernum diem currens indeficienter salutis remediũ cunctis aduenientibus in virtute Dei præstare non desinit. Quocunq; enim tædio languorum quilibet detentus fuerit, mox vt de ipsius rupis fluento haustum gustauerit, oprata salutẽ recipiet meritis ipsius sancti martyris. Hic ergò vultu hilaris, spiritu alacer, corde intrepidus, cæteris ignorantibus ad locũ, vbi gloriosa virgo & martyr Fides fixa marum incendia sustinebat, improuisus aduenit, Christum publica voce prædicans. Quem statim ad audiendum impius tyrãnus suis adspectibus statui iussit. Ille verò intrepidus coram eo stetit, & preses eius nomen, patriã, genusq; requirit. Ad quem sanctus Caprasius dixit: In primis quod præclarum est Christianum me confiteor, & in regenerationis lauacro Caprasius à sacerdote nuncupor. Hoc audito, præses blandis eum cœpit lenire sermonibus: Video, inquit, te decorum iuuenem, qui si fortè sermonibus meis acquieueris, poteris in palatio summorũ principũ amicitia perfrui, & multa prædia consequi. Tunc S. Caprasius cœlestibus admonitus miracu-

Fons miraculosè exoritur ad tactũ manûs viri Dei.

S. Caprasius ex latebra videt virginem in craticula torreri.

S. Caprasius exemplo S. Fidei animat', Christianum se proclamat.

bilibus, sanctæ Fidis martyris exemplo ad supernã gloriam spem totam figens, ità respon-

dit: In illius desidero habitare palatio, quẽ à baptismo dilexi & redemptorem omnium in se credentium agnoui. Præses dixit: Vellem te, ó iuuenis, ab hac malesana pertinacia reuocare, & prædiorum amplis possessionibus ditare. Ad hęc S. Caprasius respondit: Ab illo credo consequi indeficientia prædia, qui est fidelis in verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Præses ergò vt vidit immutabilem eius mentem & inuincibilem sermonem, ait suis: Vereor cum homine isto diutiùs verbis cõcertare, nè ab eo iurgijs fatigatus vincar. Tunc iubet ministris suis cum assumi, & sine pietate carnes eius laniari. Cumq; hoc factum fuisset, fortiter pœnas tolerauit, atque alacri vultu constanter Christi nomen populis præsentibus prædicauit. Qui pietatis affectu super eum lachrymantes, magnoque eiulatu frementes, vna voce clamabant, dicentes: O impietas & inaudita iudicia, cur sanctum Dei & omni pietate ornatum tanta crudelitate vis perditum iri?

Egregium eius ad præsidẽ responsum. Plal. 144.

Grauiter torquetur, nec vincitur.

Erat enim sanctus martyr amabilis omnibus, & inter tormẽtorum examinationem speciali decore vir Angelicus. Cuius constantiam nulla iniuriarũ vi superandam, nulloq; excogitatorum argumento cruciatuum reprimendam, duo fratres, nomine & meritis Primus & Felicianus admirãtes, amore Dei anhelo pectore flagrantes, tam fide quàm opere continuò huic se agoni sociauerunt, mortisq; periculis alacriter iniecerunt. Quos omnes ad iugulum mortis vna conspiratione collectos mox vt vidit sæuus ille carnifex, blandimentis eos demulcere minisq; terrere cœpit: sed nec sic vllo modo flectere potuit. Sicq; ira graui cõmotus, vbi se aduersùs eos nullatenùs posse prævalere sensit, ad vltimum data sententia, omnes simul cum beata virgine & gloriosa martyre Fide duci ad delubrũ præcepit, vbi aut dijs immolare, aut capitibus flexis, omnibus certum esset debere vitã finire. Ducti sunt ergò Christi milites vnà cum beata Fide ad prædictum locum. Ibi verò cùm nulla vi possent compelli ad sacrificandum, capitibus cæsis vnius dici hora cum triumpho martyrij ad coronã gloriæ feliciter simul peruenire meruerunt: vt quibus pulchra & venerabilis extitit in fidei constantia societas, esset pulchrior atque excellentior in martyrij societate felicitas. Dignum nanq; & felicem Agennẽsis vrbis deputamus locum, qui origine martyrum floruit, atque per eorum gloriosa certamina fidem Christi promeruit, & post agones tumulanda eorum corpora recepit: Quos Christus cum summa veneratione cælestium virtutum, inter beatorũ spirituum consortia ouantes assciuit: cum quibus stola immortalitatis decorati, & corona immarcescibilis gloriæ laureati, inenarrabili claritate perfruuntur, atq; cum Deo & Agno sine fine regnaturi, diuinæ visionis iucunditate potiuntur.

Constantia eius.

Primus & Felicianus martyribus sese associãt.

Plectuntur capite sanctimartyres

Apoc. 7.

Horum autem corpora tormentis miserabilibus lacerata, cæsisq; capitibus obtruncata, infidelis gẽtilitas in platea tanquàm neglecta reliquit: quæ deuota Christi plebecula cum summa veneratione latẽter colligens, & sacri effusionẽ sanguinis mundissimis pannis extergens, in loco tantæ sanctitati digno sepulturæ commendauerunt, vbi non tam sepelisse eos, quàm metu tyrannorũ abscondisse videntur. Graui enim percussi pauore, verebantur nè sanctorũ corpora malignorũ inuidia aliò transferrentur, vel quod nefarium est tetris vicini fluminis gurgitibus submergerentur. Sed Dei prouidentia à fidelibus actũ est, vt vrbs quę eos habuerat inquilinos tripertito honore, videlicet ortûs, passionis ac sepulturæ ditata, cosdẽ ad promerendam Dei omnipotentis gratiam habere mereretur & patronos. Quo in loco multis annorum recursibus iacuerunt sancta corpora, donec ablata omni gentilitatis prophanitate sanctus Dulcitius Episcopatum susciperet, & pastoralem curã gerens, pro omnium salute vigilaret. Cui ante omnia placuit, vt sanctorum martyrum reliquias ab indecenti loco eleuans, in eorum veneratione constructa noua basilica, in lucem efferret, ecclesiam ipsam sanctæ Virginis titulo dedicans. Qui cùm tantum thesaurum aperire non incredulus, sed metu & reuerentia territus, dubitaret diutiùs: ad vltimũ per quietẽ noctis admonitus, nè negligẽter dimitteret quod fideliter crederet, cõuocatis monachorũ turbis, ac reliqui ordinis prælatis, secretũ suum omnibus detegit, quorũ consilio adiutus, ad effectũ vsq; perduxit. Eorum autẽ & vobis cętera plebs concordans, sanctorum reliquias de ignobili loco erigunt, & in locum sacrum recondunt, quorum meritis ad salutem omniũ innumera cælitùs ostenduntur miraculorum insignia: Præstante Domino & Saluatore nostro Iesu Christo, qui in Trinitate perfecta viuit & regnat vnus Deus per omnia secula seculorum, Amen.

Clãm à fidelibus eorum corpora collecta sepeliũtur.

S. Dulcitius Episcopus, sanctorum corpora eleuat, & in ecclesia S. Mariæ recondit.

Miracula ad sepulcrũ eorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA S. *VVOLFI LAICI, SICVT HANC EX IPSIVS VVOLFI RELATIONE DESCRIPSIT *Cap. 15. lib. 8. historiæ gentis Francorum S. Gregorius Turonensis. Festum eius hoc die 21. Octobris tabulæ Benedictinorum habent.*

*Vulfi

21. Octobr. *Eposium

PROFECTI in itinere ad * Exosium castrum accessimus, ibiq; Vulfi laici Diaconum nacti, & ad monasterium eius deducti, benignissimè susceptisumus. Est enim hoc monasterium quasi milibus octo ab antedicto castro, in montis cacumine locatum, in quo monte magnam basilicam ædificauit, quam beati Martini, & reliquorum sanctorum reliquijs illustrauit. Commorantes autem ibi, petere ab eo cœpimus, vt nobis aliqua de conuersationis suæ bono narraret, vel qualiter ad clericatus officium aduenisset, quia erat genere Longobardus. Sed nolebat exponere, vanam tota intētione cupiens gloriam euitare. Quem ego terribilibus sacramentis coniurans, pollicitus primo vt nulli quæ referebat expanderem, rogare cœpi, vt nihil mihi de his quæ interrogabam occuleret. Cumq; diutissimè reluctatus fuisset, victus tandèm tam precibus, quàm obsecrationibus meis, hæc effarus est:

Ecce quomodò sanctorum reliquiæ basilicas illustrant.

Dum essem, inquit, puer, & paruulus, audito beati Martini nomine, nesciens adhuc vtrùm martyr, an confessor esset, vel quid boni in mundo gessisset, vel quæ regio beatos artus tumulo meruisset accipere, iam in eius honorem vigilias celebrabam, ac si aliquid numismatis inter manus aduenisset, eleemosynam faciebā. Iamque in maiori ætate proficiens, literas discere studui. Ex quibus priùs scribere potui, quàm ordinem scriptarum literarum scirem. Deindè Aredio Abbati coniunctus, ab eoque edoctus, beati Martini basilicam adij. Reuertensque ille mecum, parumpèr puluueris beati sepulcri pro benedictione sustulit. Quem in capsula posuitum ad collum meum appendit. Deuectis autem nobis ad monasterium eius Lemouicino in termino, acceptam capsulam in oratorio suo locauit. Factum est autem, vt non solùm totam capsam repleret puluis, verumetiam foris inter iunctu-ras, vbi aditum reperire potuit, scateret. Ex hoc mihi miraculi lumine animus magis accensus est, totam spem meam in eius virtute defigere. Deindè territorium Treuiricæ vrbis expetij, & in quo nunc estis monte habitaculū, quod cernitis, proprio labore construxi. Reperi autem hîc Dianæ simulacrum, quod populus hic incredulus quasi Deum adorabat. Columnam etiā statui, in qua cum grandi eruciatu sine vllo pedum stabam tegmine. Itaque cùm hyemis rempus solitò aduenisset, ità rigore glaciali vrebar, vt vngues pedum meorum sæpiùs vis frigoris excuteret, & in barbis meis aqua gelu connexa, candelarum more dependeret. Magnam enim hyemem regio illa persæpè noscitur sustinere.

Visitat cum Aredio Abbare suo S. Martini reliquias.

Construit ecclesiam.

Sed cùm nos solicitè interrogaremus, quis ei cibus, aut potus esset, & qualiter sustinere patitur loci positio. Descende potiùs, & cum fratribus, quos congregâsti tecum, inhabita. Ad quorum verba, quia Sacerdotibus non obedire ascribitur crimini, descendebam, fateor, & ambulabam cum eisdem, ac cibum pariter capiebam. Quadam verò die prouocans me Episcopus longiùs ad villam, emisit operarios cum scalpris, & malleis, ac securibus, & eliserunt columnam, in qua fiare solitus eram. Postridiè autem veniens, inueni omnia dissipata, fleuiq; vehementer, sed erigere nequiui, quæ destruxerant, nè dicerer contrarius iussionibus Sacerdotum. Et ex eo tempore cum fratribus, sicut nunc habito, habitare contentus sum.

Ecce quāta fuerit eius abstinentia.

Magneric* Treuerensis fuit, cuius cap. 12. huj* libri memi-nit Gregorius.

Euertit Dianæ simulacrum.

Mulacra montis illius subuertisset, ait: Potus, cibusque meus erat parum panis & oleris, ac modicum aquæ. Porrò vbi ad me multitudo vicinarum villarum confluere cœpit, prædicabā iugiter nihil esse Dianam, nihil simulacra, nihilque, quæ videbatur exerceri, culturam: indigna etiam esse ipsa, quæ inter pocula, luxurias, profluas cantica proferebant: sed potiùs Deo omnipotenti, qui cælum fecit ac terram, dignum esse sacrificium laudis impendere. Orabam etiam sæpiùs, vt simulacris Dominus dirutis dignaretur populum ab hoc errore discutere. Flexit Dominī misericordia mentem rusticam, vt inclinaret aurem suam in verba oris mei, vt scilicet relictis idolis Dominum sequeretur. Tunc conuocatis quibusdam ex eis, vt simulacrum hoc immensum, quod elidere propria virtute non poteram, cum eorum adiutorio possem eruere. Iam enim reliqua figillorum, quæ faciliora fuerant, ipse confregeram. Conuenientibus igitur multis ad hanc Dianæ statuā, millis funibus trahere cœperunt, sed nihil labor eorum proficere porerat. Tunc ego ad basilicam propero, prostratusq; solo diuinam misericordiam cum lachrymis flagitabam, vt quia id humana industria euertere non valebat, virtus illud diuina de-

strueret. Egressusq; post orationem, ad operarios veni, appræhensoq; fune, vt primo nixu trahere cœpimus, protinùs simulacrum ruit in terram: quod confractū cum malleis ferreis in puluerem redegi. Ipsa quoquè hora cùm ad cibum capiendum venissem, ità omne corpus meum à vertice vsque ad plantam pedis pustulis malis repletum est, vt locus, quem vnus digitus tegeret, vacuus inueniri non posset. Ingressus autem basilicam solus, denudaui me coram sancto altario. Habebam enim ampullam oleo plenam, quam de sancti Martini basilica detuleram. Ex qua proprijs manibus omnes artus perunxi, moxque sopori locatus sum. Expergefactus verò circa medium noctis, cùm ad cursum reddendum surgerem, ità corpus totum incolume reperi, àc si nullus super me vlcus apparuisset. Quæ vulnera non aliter, nisi per inuidiam inimici emissa cognoui. Et quia semper ipse inuidet, Deum quærentibus nocere conatur. Aduenientibus autem Episcopis, qui me magis ad hoc cohortari debuerant, vt cœptum opus sagaciter explicare deberem, dixerunt mihi: Non est æqua hæc via, quam sequeris, nec tu ignobilis Symeoni Antiocheno, qui in columna insedit, poteris comparari. Sed nec cruciatum hunc te

Ecce vim orationis iusti huius.

Item sancti olei.

Felix obitus eius.

Sacra ossa eius ab igne non læduntur.

Nec à pluuia dū trāsferuntur.

Eccè vim orationis iusti huius.

Item sancti olei.

Felix obitus eius.

Sacra ossa eius ab igne non læduntur.

Nec à pluuia dū trāsferuntur.

Quæ sequuntur, ex MS. codice monasterij Rubeæ vallis descripsimus, in quo ijsdem penè verbis vita hæc etiam erat.

HIc sanctus Vuolfus bonorum semper operum incrementis proficiens, multisque clarus virtutibus, in pace tandèm quieuit, sepultusque est in eodem loco in ecclesia quam ipse ædificauit, in qua multa apud eius memoriam referuntur fieri crebrò miracula. Contigit autem cùm idem locus ex antiquitate esset neglectus, vt quadam die ob incuriam incendium patere-tur. Cumq; ecclesiam & omnia in circuitu ignis absumeret, mœsti ciues de beati viri reliquijs turbari cœperunt, quia eas velut fracto loculo detectas antiquitas reliquerat. Et eccè sedato igne diligenter intuentes, ossa viri sancti ab hac vstione intacta reperiunt, àc si nullum locus ille incendium esset perpessus. Ob hanc causam, & maximè quia solitarius erat locus, visum est venerabili Egeberto Treuerorum Episcopo, vt ossa sancti viri in memoratum superiùs castrum transferrentur, quatenùs ibi cum maiori reuerentia & custodia haberentur. Inito itaque consilio, cùm ex eodem loco præsente Episcopo & clericis vel monachis aliaque populi frequentia deportarentur: euntibus illis, cùm iam fluuium præterissent, larga super eos repentè pluuia descendit, sed vt tanti viri Dominus meritum ostenderet, per omne quod à prædicto loco ad castrum tendebatur spatium, cùm nequaquàm imber cessaret, super sancti viri feretrum nec vna pluuiæ gutta cecidit. Itaque ab illa inundatione fuit protectus, sicut à supradicta fuerat ignis læsione defensus, Amen.

DE

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE MORTE S. LVPENTII MARTYRIS ET ABBATIS GABALLITANI, EX LIB. VI. HISTORIARUM *Gregorij Turonen. Cap.* 37.

22. Octobr.

S. Lupētius multis supplicijs affectus, capite cæditur.

LVPENTIVS verò Abbas basilicæ sancti Priuati martyris vrbis Gaballitanę, à Brunichilde Regina accersitus aduenit. Accusatus enim (vt fertur) fuerat ab Innocētio supradictæ vrbis Comite, quòd scelestum aliquid effatus de Regina fuisset. Sed discussis causis, cùm nihil de crimine læsæ maiestatis conscius esset inuentus, dimissus est. Verùm vbi viam carpere cœpit, iterùm ab antedicto Comite captus, & ad Ponteconem villā deductus, multis supplicijs est affectus. Dimissusq; iterùm vt rediret, cùm super Axonam fluuium tentorium rendisset, iterùm irruit super eum inimicus eius. Cuius vi oppressi amputatum caput in culleum oneratum lapidibus posuit, & flumini dedit, reliquum verò corpus vinctum cum saxo immersit gurgiti. Post dies verò paucos apparuit quibusdam pastoribus, & sic extractus à flumine, sepulturæ mandatus est. Sed dum necessaria funeris pararentur, & ignoraretur à populo quis esset, præsertim cùm caput truncati non inueniretur, subitò aduenies aquila leuauit culleum à fundo fluminis, & in ripa deposuit. Admirantesq; qui aderant, apprehenso culleo, dum solicitè quid contineret inquirunt, caput truncati reperiunt: & sic cum reliquis artubus est sepultum. Ferunt autem lumen ibi diuinitùs nunc apparere. Et si infirmus ad hunc tumulum fideliter deportatus fuerit, accepta sospitate recedit.

Capitis eius miraculosa inuentio.

MARTYRIVM SANCTARVM SORORVM NVNILONIS ET ALODIAE, AVTHORE LVCIO MARINEO Siculo, *Regio historiographo, de rebus Hispaniæ libro quinto.*

22. Octobr.

Sarracenorum impiū edictum.

ANNO Christianæ salutis octingentesimo quinquagesimoprimo, cùm Sarracenorum gentes Hispaniam retè totam occupâssent, præceperunt vt qui Christianus esset, aut Christum Dei filium denegaret, aut gladio sectus occumberet. Quod impium edictū & ferale præceptum, per Hispaniam totam diuulgatum, magnum timorem Christianis omnibus incussit. Quapropter Hispanorum complures religioni Christianæ, sibique prudentissimè consulentes, & nefandam Mahometi sectam fugientes, patriamq; suam deserentes, ad Pyrenæos montes, & Cantabriæ, Galletiæq; montana loca sese contulerunt: quorum successores post multos annos Hispaniæ fuerunt recuperationis authores. De quibus in libro de Aragoniæ Regibus historiam scripsimus pleniorem. Quarè nunc ad Nunilonem & Alodiam martyres redeo.

SS. Nunilonis & Alodiæ patria & parentes.

Ieiunijs, vigilijs & orationibus vacant.

Martyrio coronātur.

Erant itaque sub idem tempus in Osea citerioris Hispaniæ ciuitate duæ sorores, ætate admodùm paruulæ, quarum altera natu maior Nunilo, & altera dicebatur Alodia, quas pater iniquus dereliquerat, & mater quæ Christiana erat ab infantia nutrierat, & in fide Christi diligenter edocuerat. Illæ autem matre defuncta, cùm ad intellectùs ætatem peruenissent, cœperunt in fide Christi proficere, ieiunijs, vigilijs & orationibus incumbere: Quibus, & gratia sancti Spiritùs adiutæ, martyrium fortissimè pertulerunt acerbissimum. O beatissimæ virgines atq; fortissimæ, quæ amore Christianæ religionis accensæ, mundi fallacias, tyrannos, & mortis tormenta vicerunt, vt in cælum victrices & triumphantes ascenderent.

MAR-

MARTYRIVM SS. SERVANDI ET GERMANI, VT HABETVR IN LVCII MARINEI SICVLI, REGII *Historiographi, de rebus Hispaniæ libro quinto.*

23. Octobr.

Sancti martyres miraculis coruscant.

LEGIMVS quoquè Seruandi & Germani martyrium, qui cùm viri nobiles essent, dæmones expellebant, & per impositionem manuum multos languores curabāt in Emerita vrbe Lusitaniæ prouinciæ. Quod cùm præses audîsset, eos ad se vinctos catenis adduci iussit: & in Mauritaniam prouinciam profecturus, secum ducere decreuit. Illi autem labores itineris, carenam & famē gaudentes, animi virtute tolerabant. Tandē cùm ventum esset in locum qui dicebatur Vsianus, apud Gades, iussit præses vt colla eorum carnifices amputarent. Ducti igitur ad collem, flexis genibus orantes Deum, gladium sacris ceruicibus exceperunt: Quorum Seruandus Hispali cum Iusta & Rufina, Germanus verò in Augusta Emerita sepultus est.

Cæduntur capite.

VITA S. LVCIANI MARTYRIS, PER SVIDAM SCRIPTA, ALBERTO LINO INTERPRETE.

26. Octobr.

S. Lucianus fit presbyter

LVCIANVS martyr Samosatensis, quæ est Syriæ ciuitas, vir nobili genere natus, ab ineunte ætate cum quodam Macario Edessę commorante, sacrasq; literas explanante versatus, quicquid apud illum optimum ac præstantissimum inuenit, haud multo tempore percepit, atq; in solitariam vitam secessit, omnesq; absolutæ virtutis numeros expleuit. Prouectus est autem & ad sacerdotium, presbyter Antiochiæ factus, ibiq; ludum literariū magnum aperuit, vndiquè studiosissimis alijs aliundè ad eum disciplinæ causa concurrentibus.

Sacra Biblia multis mendis adulterata, corrigit & in integrum restituit.

Hic quum sacra volumina multis esse mendis adulterata corruptaq; comperisset, quòd & tempus, & frequens eorum descriptio multa in ijs vitiauerant, ad hæc quòd improbissimi quidā homines, qui doctrinæ Gentilium præerant, germanum eorum sensum peruertere volucrant, adulterinaq; multa interseruerant: hic, inquam, quum sacros codices vniuersos sumpsisset in manus, eos ex Hebraica lingua, quam & ipsam optimè callebat, in pristinam integritatem restituit, non mediocri ad huiusmodi correctionem labore susceptо. Quin etiam diuinorum dogmarum puritatem apud hunc omnium maximè qui illa tempestate fuerūt, summè conseruatam inuenias. Nam & epistolas edidit admodùm certè egregias, ex quibus facilimè quiuis perspiciat, quam vir ille in rebus diuinis sententiam tenuerit. Affectus est autem martyrio Nicomediæ, quæ est in Bithynia, Maximiano imperante.

Martyrio afficitur.

BEATI PETRI DAMIANI SERMO HISTORICVS IN FESTIVITATE SANCTI *Fidelis martyris.*

28. Octobr. Cap. 1.

Ecclesia antiquitùs, sanctorū Vitas in festis eorū populis confluentibus enarrauit.

NOSTIS, fratres charissimi, quia idcircò ad audiendas martyrum Christi victorias frequenter ex institutione Ecclesiastica conuenimus, vt dum eorum gestis instruimur, ad amorem cælestis patriæ, quam viriliter decertantes adepti sunt, feruentiùs accendamur: dumq; illos audimus edicta Regum, minas principū, tribunalia iudicum contemnētes, tot suppliciorum genera percurrisse, pudeat ingenuos fidelium animos saltem carnis suæ vitijs non obsistere. Pudendum nanque est, si bellatorum Christi spectare victorias, vt dum alios triumphalibus titulis insignitos, spolia ex hostibus reportare conspi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

conſpicimus,ipſi in pace domeſtica ſurrepentibus vitijs,velut inſidiantibus aduerſarijs eneruiter ſuccumbamus. Porrò autem beati martyres, & antequàm in certamine ſanguinem funderent,diuerſis floruêre virtutibus. Nobis autem,quia pro defenſione fidei mori non poſſumus,cõſummata victoria eſt, ſi in ſanctarum conuerſatione virtutũ viuere ſtudeamus,vt indè nos protinùs transferamur ad regnũ, vndè illi meruêre martyrum. Ex vitæ quippè meritis, quibus illi obtinere meruerunt ſui certaminis palmam, indè nos abſque vllo perſecutionis obſtaculo perducimur ad coronã. Aliud igitur in ſanctis martyribus ſolummodò venerari & admirari debemus,aliud etiam imitari. Admiremur ſcilicet conſtanter & ingenuè morientes: imitemur honeſta morum conuerſatione viuentes. Veneremur in illis,quòd corpus ſuum pro fide diuerſis tradidêre ſupplicijs: imitemur autem, quòd carnem ſuam antè crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs. Admiremur illos viriliter morientes,nè vitam ipſi negarent: ſed & imitemur per charitatis zelum ſanctis exhortationibus inſiſtentes, vt ad vitam & alios traherent. Et vt breuiori quod geſtio ſermone concludam, tunc memoria martyrum dignè recolitur,ſi dum mors eorum ingerit audita miraculum, præcedens etiam vita ducitur in exemplum.

Sanctos in quibus imitari debemus.

Eccè beatus martyr iſte Fidelis,cuius hodiè feſtiuitatem colimus,ſicut geſtorum eius teſtatur hiſtoria, & antequàm martyrij præberetur occaſio, vitam martyrio dignam duxiſſe cognoſcitur. Nam cùm claris natalium titulis fulgeret,& arridente rerum copia, viam mundi poſſet non inglorioſus arripere, ſpreto magnarum quorumlibet patrocinio, religioſo deuotus Epiſcopo maluit adhærere, vt ſe patienter oſtenderet non ad gratiam vel diuitias anhelare potentis, ſed benedictionem potiùs eligere ſacerdotis. Cum quo videlicet non ad litigiorum forenſium iurgia,non ad pręſtigioſa figmenta ſcenarũ,non ad theatralia dignum duxit commeare ſpectacula, ſed martyrum potiùs carceres viſitabat. Et quia deuotus martyribus fuit, quandoquè martyr fieri & ipſe promeruit. Sic & olim diſpenſator ille domûs regiæ Abdias,quia Prophetas centum in ſpecubus abſconditos pauit, prophetalem gratiam & ipſe poſtmodùm dignè remunneratus accepit. Et qui tunc pane ſimul & aqua Prophetarum aluit piæ ſedulitatis miniſterio turbam, nunc Prophetiæ ſuæ oraculis,cæleſtibus videlicet alimentis, vniuerſam recreat & paſcit Eccleſiam. Sic Ioſue,qui Moyſi,ductori videlicet Iſraëliticę plebis,obſequium famulatús impendit, eidem poſtmodùm plebi & laudabiliter præfuit, & de eius aduerſarijs cũ magna gloria triumphauit. Quid Eliſęum referam, qui dum ab Elia ſepararí nec ad momẽtum patitur,eius ſubindè ſpiritum duplicem promereтur? ecce iam tunc Dominus illud Euangelicum intonaret: Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ,mercedem Prophetæ accipiet.

Mundo moritur.

3. Reg 18.

Ioſue 1.&c.

4. Reg. 2.

Matth. 10.

Enimuerò nec ſolùm ſanctis martyribus beatus iſte Fidelis officium piæ humilitatis exhibuit, ſed diligentiam ſuam ad lucrandos etiam eos,qui idolorum erroribus tenebantur, extendit. Et ſicut ipſe proprijs videtur verbis aſſerere, dum in ſeculari militia verſaretur, magis diuino parebat imperio, quàm terreno, adeò vt nonnullos à profana idololatriæ cultura compeſceret,& ad veri Dei notitiã ſalutiferis admonitionibus aduocaret. Militaribus quidẽ caſtris intererat, ſed cæleſtis militiæ ſigna gerebat. Armatus deniquè videbatur cũ eis admiſceri, ſed pro cæleſtibus caſtris ſociare ſibi alienæ profeſſionis milites ſatagebat. Quibus nimirùm non terrenæ militiæ balteum,non temporalis ſtipendij donatiũ,ſed cæleſtis promittebat curiæ municipium. Sub terrenæ itaque militiæ chlamyde pro caſtris cæleſtibus ſtabat, vt de terrena tranſfugas facerer, quibus numerum militiæ cæleſtis augeret. Huic & Dauid ſimilẽ quid feciſſe cognouimus, videlicet cùm apud Achis Regem Geth, Saulem fugiens moraretur. Opulenta nimirùm ſpolia de his ſæpè regionibus auferebat, quibus prædictus Achis imperabat: &, vt ait ſcriptura, peremebat Dauid omnem terram, nec relinquebat viuentem virum & mulierem, tollensque oues,& boues,& aſinos,& camelos, & veſtes,reuertebatur, & veniebat ad Achis. Quem cùm interrogaret Achis: In quem irruiſti hodiè? fatebatur ille ſe contra meridiem Iuda,vel contra regiones Iſraël inſiluiſſe. Dauid itaque alienigenæ Regi quasi deuotum ſe,vrgente neceſſitate,præbuerat,ſed ex profano eius populo ſtrages plurimas coaceruabat: Beatus verò Fidelis ſub ſeculari profeſſione militiæ in procinctu caſtrorum cæleſtium deſudabat. Propterea mundo, immò

Feſtũ S. Fidelis martyris.

Multos conuertit ad Chriſtum.

1. Reg. 27.

Sub ſecularibus armis militiæ ſpirituali vacat.

immò principi huius mundi, cui ſpecietenùs ſeruire videbatur, illudens, ſequaces quoſque ſaragebat abſtrahere, potiorisque militiæ cœribus aggregare.

Ille igitur ferro nationes barbaricas obtruncabat: iſte gladio ſpiritûs, quod eſt, verbum Dei, à carnali vita, inconditi & reuerà barbarici ritûs homines occidebat. Ille diuerſorum turmas animalium rapuit: hic brutos homines ad Eccleſiæ ſtabulum, & capeſſendæ rationis pabulum vitale perduxit. Ille quæſitus Dei ſe populo teſtabatur extitiſſe contrarium: iſte etiam parti fidelium quodam modo ſe perhibebat obſiſtere, dum ſecularem militiam videretur cum infidelibus baiulare. Militari nanque profeſſione hoc ſuperficietenùs videbatur aſſerere, quòd hæreditatem Dei, cuius ipſe pars erat, diuerſis moribus, velut quibuſdam gladijs, oppugnaret. Sic nimirùm, ſic ſancta fraus liberiùs procedebat, dum is, cui ſuſpicio deerat, acquirendis Chriſto fidelibus inſiſtebat. Videmus igitur quia beatus Fidelis ad coronam martyrij, merito præcedente, peruenit, qui lucrandis animabus veræ charitatis ſtudio & ante martyrium deſudauit. Quasì enim bona terra & ferax priùs germen ſancti operis protulit, & ſic deindè triumphalis gloriæ lumen excepit. Hinc eſt enim quòd in huius mundi primordio priùs terra germinare præcipitur, ſequenti verò die luminaria in cælo fiunt: quia neceſsè eſt nos primo ſanctæ operationis vitales fructus afferre, vt ad contemplandum ſummæ veritatis lumen valeamus poſtmodùm peruenire. Domum nempe ſuam ſupra firmam petram in face fundauerat,vndè poſtmodùm, dum venti minarum furerẽt, dum diuerſi ſuppliciorum fluctus impingerent, immobilis permanebat: & tanquàm radix egregij frunci robur priùs in occulto conceperat, quo fulta poſtmodùm adulta ſeges auris impellentibus non cadebat. In pace igitur ex bona operatione promeruit, quòd inuictus in perſecutionis ſtadio & imperterritus ſtetit. Elaborauit in ocio, quod ſuperauit in bello. Intra pacis mœnia conquiſiuit, quod in campo victor obtinuit.

Præcedente vitæ merito venit ad palmam martyrij.

Gen. 1.

Matth. 7.

Inter cætera autem meritorum eius inſignia, illud quantæ gloriæ eſt, quòd beatus hic & inuictiſſimus martyr, mox vt capite cæſus eſt, turbida tempeſtas & nimia coruſcatio dicitur emerſiſſe? Hoc ſiquidem diuinæ fuit æquitatis indicium, vt per hoc manifeſtè clareſceret,quòd qui martyrem ſuum recipiebat in gloria, tortores eius dignè terrebat in ira. Ad terrificandum itaque reprobos coruſcatio & tempeſtas erupit,quibus videlicet comitantibus ſupernus arbiter ad iudicium venit,ſicut per Prophetam dicitur: Ignis ante eum præibit, & in circuitu eius tempeſtas valida. Porrò in morte Domini elementa turbata leguntur. Quantæ ergò dignitatis eſt,quamque nobilis inſigne triumphi, adinſtàr Dominicæ mortis,etiam in decollatione martyris elementa fuiſſe commota? vt ex aliqua parte mortis eius morientes teneret formam, cuius imitatus eſt viuendo doctrinam.

Cur ſancto Dei decollato,tempeſtas orta ſit.

Pſal. 49.

Matth. 27.

Illud etiam paruipendendum non eſt,quòd quidam ex perſecutoribus à dæmonio perhibetur arreptus, qui nimirùm cùm promitteret ſepulturæ ſe corpus martyris cum magna reuerentia traditurum, ſi eo interueniẽte mereretur à dæmonio liberari, mox vt cadauer martyris tetigit, dæmon abſceſſit. In hoc etiam eiuſdem noſtri Redemptoris perſpicuè videtur exemplum. Siquidem ex ipſis perſecutoribus Domini quicunque myſterium ſacroſancti corporis eius attingere meruerũt, à dæmonum iugo ſoluti ſunt, ipſo redempti ſanguine, quem fuderant. Atque vt in martyrio ſuo ſeruus paſſionem Domini ſui videatur quasì pediſequus imitari, dum carnifices principi ſuo miracula, quæ per beatum martyrem oſtenſa fuerant, nunciarent, cuiquam talia referre omninò prohibuit, perpetuoque celari territus imperauit. Quis enim hoc audiens, non illud protinùs ad memoriam reuocet, quod principes ſacerdotum dixêre cuſtodibus: Dicite, inquiũt, quia diſcipuli eius nocte venerunt, & furati ſunt eum vobis dormientibus: & ſi auditum fuerit à Præſide, nos ſuadebimus ei, & ſecuros vos faciemus. Iſti quidem docuêre cuſtodes, vt mendacium fingerent: ille præcepit officialibus, vt veritatem ſilentio ſupprimerent. Vtrique nimirùm veritatis ſunt inimici, dum aut commenta fallaciæ nequiter fabricant, aut veritatem ſilentio malignitatis occultant.

Dæmoniacus ad eius corpus curatur.

Matth. 28.

Nos autem, fratres chariſſimi, qui tam egregij conſtantiam præliatoris audiuimus,qui tantæ virtutis inſignia tanquàm poſita ſub oculis intuemur,& ipſi virtutes habere cum Dei omnipotentis auxilio ſtudeamus. Pudeat ſub ignauiæ torpore langueſcere, qui alios cernimus cum tanta ad cælum gloria peruenire. Incaleſcat

Universidad de Deusto
Biblioteca

Per Christũ datur in agone victoria.

mens nostra ad agonem certaminis: & si non timet audacter cum hoste consligere, non dubitet duce Christo facilem sibi victoriam prouenire. Et quidem nobis minor est labor, cùm tamen commune sit præmium. Quis enim nesciat incomparabiliter esse difficilius, gladio ceruicem subdere, quàm gulæ illecebras cohibere? Quis non malit æstuare laboribus, vel nuditate frigescere, quàm flammarum furentium incendia sustinere? Quis non leuius censeat esurire & sitire, quàm rabidi vngulis, vel bestiarum morsibus tradi? An non periculosius est, in publico minantia frementium Regum mandata contemnere, quàm latenter in mente prauis cogitationibus contraire? semetipsum morti vltroneum tradere, quàm voluntates proprias, & carnis desideria refrenare? Cùm itaque minùs laborando ad eandem beatitudinem tendimus, cur decertãtes in stadio imitari negligimus, vt consortes in patria victoribus existere valeamus? Pugnemus igitur, fratres mei, & infestantium nos vitiorum illecebras amputare curemus: non enim possumus hic gaudere de seculo, & illic regnare cum Christo. Et quidem beatos martyres cum membris diaboli dimicâsse cognoscimus: nos autem cum ipso iniquorum capite infœderabilis pugnæ luctamen habemus. Illi vicerunt cum per membra sua inimiciter sæuientem: nos superare præcipimur sub insidiarũ fraudibus latitantem. Vtroque modo triumphum de illo glorioſus martyr Fidelis obtinuit, qui in pace per ædificationis gratiam ab eius vinculo nonnullos eripuit, & oblato persecutionis articulo, blandientem nihilominùs, & terrẽtem per sua membra contempsit. Victus vicit, deiectus ascendit, proprium caput gladio subdidit, & ceruicem diaboli perpetuæ victoriæ pede calcauit. Nunc procul dubiò inter ignitos supernæ Hierusalem lapides emicat, & cum purpuratis commilitonibus Imperatori suo cælestis harmoniæ carmen alternat. Felici nimirùm commercio fragilem corporis exuit tunicam, & candidam immortalitatis adeptus est stolam. Caput decollatus amisit, & precioso nunc lapide coronatus incedit. Ille quippè eum remunerat in æterna iam quiete victorem, qui & inter bella dudùm protexerat decertantem, Iesus Christus Dominus noster, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Vides Sanctorum animas statim post separationẽ à corporibus recipi in cælo?

EIVSDEM HYMNVS DE S. FIDELE MARTYRE.

MAgna Fidelis merita sancta promit Ecclesia,
Qui morte mortem perdidit, & victor astra petijt.
Abiecto carnis onere, stola vestitur gloriæ:
Tersis ab ore lachrymis, veris potitur gaudijs.
Vt ense cæsus moritur, sæua tempestas oritur,
Sic intentatur impijs vindicta iusti Iudicis.
Quendam sed ex tortoribus malus inuadit spiritus,
Mox sanctæ glebæ iungitur, dira pestis excluditur.
Cordis orisque precibus te, martyr alme, petimus,
Nos tua per vestigia ad vitæ ducas præmia.
Sit Patri laus ingenito, sit decus Vnigenito,
Sit vtriusque parili maiestas summa Flamini,
Amen.

VITA

VITA DIVI LVDOVICI MORBIOLI BONONIENSIS, EX CARMINIBVS FRATRIS IOHANNIS BAPTISTÆ Mantuani Carmelitæ ad Innocentium octauum Pontificem: compendio conscripta per Carolum Sigonium virum doctissimum, quam ad nos misit Illustrissimus Cardinalis Gabriel Palæotus Episcopus Bononiensis.

LVDOVICVS Morbiolus Bononiæ natus est ex gẽte obscura, vir fuit mediæ staturæ, formæ decoræ, barba & capillo nigro, cæsarie crispa. Ab ineunte ætate auaritiæ & libidini fuit deditus, verùm mox graui & periculoso morbo oppressus, ad Deum se conuertit, ac patientiam inprimis & vitæ asperitatem amauit. Religionem autem professus, primùm colore Carmelitarum est vsus, deindè albo. Pellibus ouium sæpè corpus velauit, inhorrescente hyeme vestem tenuissimam induit, & calceos respuit, ità vt etiam nudis pedibus glaciem premeret. Pro cingulo funem adhibuit. Crines aluit, sed promissos & incomptos. Primùm sedem propriam nullam habuit, sed huc atque illuc errauit: pòst in domo Pauli Lupari ciuis Bononiensis habitauit. Cæterùm aut humi, aut in duris stramentis cubare assueuit, lapidem sibi pro ceruicali sternens. Cibo delectatus est non solùm tenui, sed etiam vili, eumque, si delicatior videretur, cinere sæpè conspersit. Omninò carnibus abstinuit: ficus, poma, nuces atque olera frequentauit, quæ aut cruda sumpsit, aut certè sine oleo coxit. Ità ex summa inedia maciem summã contraxit. Per noctem lachrymans lapide pectus percutiebat, totus in meditatione passionis Christi defixus. Interdiù, nè ocio langueret, sacras ex ossibus imagines sculpere didicit, aut prædicationi se tradidit, homines ad cælestem gloriam consectandã & humanam contemnendam adhortans. Cùm iter faciebat, asello vehi consueuerat: & cùm manus vinculis, collum capistro implicitum gereret, ridente hominis insaniam populo, de mundo & de semetipso triumphare dicebat. Huius prædicationis Bononia, Mutina, Regium, Ferraria & Mantua testes fuerunt. Cultus diuinus auctus est, ab eo luminaribus ad altaria institutis.

Octobr. 28. S. Ludouici patria.

Fit monachus.

Vitæ eius asperitas.

Abstinẽtia

Prædicat Dei verbũ.

Cùm vitam ad annum vsque quinquagesimumsecundum produxisset, quinto Calend. Nouembris migrauit ad cælum, sepultusque est in cœmeterio ecclesiæ cathedralis sancti Petri: & post sex menses, cùm miraculis clarere cœpisset, in ecclesiam translatus est. Huius vitam frater Baptista Mantuanus Carmelita versibus scripsit ad Innocentium Pontificem octauum, vndè hæc sumpsimus.

Felix obitus eius.

Translatio.

VITA SANCTÆ ERMELENDIS VIRGINIS, IN VILLA MELDARIENSI QVIESCENTIS IN FINIbus Brabantiæ. Habetur in antiquissimo MS. codice Ecclesiæ Traiectensis.

BEATA virgo Ermelendis, ex Ermenoldo patre & Ermensende matre tam genere quàm diuitijs spectabilibus exorta, ab ineunte ætate studuit de virtute in virtutem ascendere, vt Deum deorum in Sion mereretur videre. Quæ cùm adhuc parentum in domo, puerilis ætatis vinculo teneretur adstricta, nihil tamen puerile gerebat in opere, sed quandam maturitatem morum in gestu intuentibus se præferebat. Declinabat siquidem lasciuiam atque consortia coætanearum, in thalamo genitricis suę residens, psalmosque Dauidicos discens. Si quandò verbum Dei audisset, memoria sagaci recõdebat, sępiusque ad os reducens, quasi mundum animal nouo semper pietatis affectu ruminabat. Iamtunc suauitatem sponsi sui cælestis prægustabat magno & incomprehensibili modo,

Octobr. 29. S. Ermelendis parẽtes.

Qualis fuerit in pueritia sua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.41. modo, desiderioq; illius exæstuans, cum sancto Dauid dicebat: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quandò veniam & apparebo ante faciem Dei mei? Et iterùm: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ità desiderat anima mea ad te Deus.

Vouet Deo virginitatẽ. Cumque pueritia transisset in adolescentiam, parentibus eam nubere filiosque procreare volentibus, nullatenùs consensit: dicens se Christo virginitatem suam deouisse. Arrepto deniquè ferro, capillos per lacteam ceruicem dependentes præscidit, relictoque seculo & omnibus pompis eius, Christum, quem sibi sponsum elegerat, per arctam & angustam viam secuta est. Nec retraxit pedem, donèc ad brauium peruenire: in memoria semper habens, quid pro nobis fecerit, quidque fuerit passus. Parentes autem illius nec minis, nec blanditijs propositum eius immutare valentes, redditus cuiusdã villulæ Odenca nomine, ad famulatùs sui vsum vnanimiter tradiderunt.

Odenca vilgò dicta prope Louanium.

At beata virgo Ermelendis, relicta domo, rebusque parentum postpositis, solitaria incedebat, solicitè exquirens locum vbi soli Deo vacare posset. Venit ergò ad quandam villam, cui præerant duo germani fratres, primo iuuentutis flore vernantes. Isti necdùm legitima contraxerant matrimonia, sed vanitatibus seculi atque illecebris inseruiebant. Ibi ergò venerabilis virgo aliquandiù commorata, hunc locum æstimabat à Deo sibi præparatum. Diebus verò ac noctibus frequentabat ecclesiam, nudis pedibus incedens, Domino in holocaustum, proprium corpus offerens: humiliabat se seruituti subijciens, nihil sibi de generis nobilitate blandiens. De nobili enim eius prosapia descendisse dicitur Pipinus pater sanctæ Gertrudis, cuius meritis beata Ermelendis studuit esse coæqualis. Necdùm in tempore illo sanctus Amandus gubernacula Traiectensis Ecclesiæ susceperat, cuius doctrina & institutione multi posteà de errore suo ad vias iustitiæ redire coacti sunt.

Villa illa Benecum vocitatur

Istius S. Pipini Vita habetur Februarij 21. Tom. 1.

Fuit igitur hæc virgo suę generationis singularis lucerna, inter quos enituit candore virtutum, sicut lilium inter spinas. Nec defuit ei tentatio inimici. Antiquus enim hostis calcaneo illius insidians, moliebatur effundere oleum quod adhuc in vase fictili conseruabat. Siquidem prædicti fratres introitum illius & egressum iàm piùs considerantes, exarserunt in concupiscentiam eius, ignorans alter cogitationem alterius. Vterque tamen obseruabat tempus & horam qua eam solam deprehendere potuisset, quatenùs decore illius suam libidinem satiaret. Sed cùm rempus cõgruum malitiæ suæ implendæ minimè reperirent, interiùs cæco crucibantur amore. Quid tamen agerent? Non enim sine graui scandalo totius oppidi, vim infere poterant tantæ opinionis virgini. Vnus autem ex eis, quem flamma libidinis amplius exurebat, expetijt custodem ecclesiæ, dona maxima repromittes, si per eum consensum virginis habere potuisset. Illi enim sæpiùs atque familiariùs loquebatur, per eum singulis noctibus ad ecclesiam habebat accessum, quanuis iuuenis ouina pelle sanctitatem tamen virginis diù latére non potuisset. Ille verò de consensu virginis omninò desperans, (sciebat enim mentem illius solidatam esse, & in Christo fundatam) rapiendã potiùs fore sub conticinio noctis iuueni suadebat. Hac enim hora gustato paulisper somno, solita erat venire ad ecclesiam, offerens seipsam hostiam viuam, sanctam, Deo placentem. Et quid agis ô humana malitia? Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.

Duo iuuenes ardent in concupiscentiã eius.

Cant. 2.

Rom. 12. Prou. 21.

Igitur nocte qua rapienda erat, meruit Angelicam vocem audire se monentem ex nomine: Recede, inquiens, virgo recede, & virginitatẽ quam Deo consecrãsti, inuiolatam custodi. Quæ valdè perterrita, obediens iussioni iter cepit. Cumque spiritusancto duceretur, Angelus Domini ei secundò apparuit, & viam quam ceperat nè desereret, imperauit. Venies (inquit Angelus) in villam, quã Meldricem nuncupabis, ibi nanque præparauit tibi Dominus locum ad perficiẽdum desiderij tui votum. Peruenit igitur venerabilis virgo in locum quem prædixerat ei Angelus: ibique parsimonia miræ abstinentiæ diùs viuens, geminæ dilectionis in se continebat mandatum. Alebatur autem beata Ermelendis solummodò herbis agrestibus, nõ inferior summis eremi cultoribus: puellares quoquè artus teneros, diris cruciabat iniurijs. Frequentabant quoquè eam quique religiosi, sed quanto Dominus famã eius dilatabat, tanto humiliùs se agebat. Tandèm verò post multa certamina euocata à Domino ad cęlestem peruenit gloriam, quam in terris potita, tota

Angelitùs monetur Iecco cedere, & in Meldricem, vulgò Meldaert/ cõmigrare.

Abstinentia eius.

Obitꝰ eius.

tota deuotione quæsiuit. Ad cuius exequias non hominum resonabat turba, sed hymnidici Angelorum chori Christo cecinerunt gloriam. Et quia Christo fuit dilecta, ab ipsis est officiosissimè sepulta. Hæc intereà virgo beata, quadragintaocto annis latuit aliena à cultu seculi, solis venerata ciuibus cæli. Sic deniquè Christus manifestauit eam seculo huic, vt quæ erat iam apud eum glorificata in cælis, etiam apud homines honoraretur in terris. Erat igitur homo quidam, qui præfatam solitudinem ab Angelo simul & beata Ermelende Meldricem vocatam cùm transiret, contigit Deo disponente, vt longiùs ire nequiret. Media autem noctis hora apparuit tumulus virginis solis claritate lucidior, audiuitque Angelos psallentes. Apparente autem luce diei, disparuit visio cælestis: sed odor nimiæ suauitatis in eodem loco permansit. Post hæc prædictus vir deuotus, peracto negocio, ad prædictum redijt locum, atque ad tumulum sui signi secundo deuotissimè excubauit: nec frustratus est spe sua. Nam pius Dominus iterùm dignatus est illi reuelare glorificationem sponsæ suæ. Quam enim apud se glorificauerat in cælis, disponebat & magnificare in terris. At ille Domini voluntate certior effectus, surgens manè lætus, agensque Deo gratias, inquit: Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Et statim reuersus ad propria, omnibus quæ sui iuris erant assumptis, super tumulum virginis capellam fabricauit, ibique cum sobrietate viuens, finem dignum in pace sortitus est.

Angelico ministerio sepelitur.

Sepultura eius cuidam deuoto viro reuelatur.

Gen. 28.

Audientes igitur populi quod gestum erat, cõuenerunt ad locum, corde & animo concinentes hanc antiphonam: Tua sunt hæc Christe opera, qui sanctos tuos ità glorificas &c. Statimque aperientes terram, apparuit sarcophagus, in quo iacebat inuiolatæ virginis corpus. Et subitò tanta sanitatum emanauit copia, vt ei congruenter aptari posset, quod Dominus in Euangelio dicit: Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Nam cæcis visus, surdis auditus, claudis gressus, omnibus quoquè piè pulsantibus salus & incolumitas reddebatur. Dæmones etiam ex obsessis corporibus egredientes, expulsione sua virginis meritum inuiti prodebant. Deniquè quicunque sepulcrum eius fideliter tetigisset, sanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate. Odore virtutum eius commoti, ex longinquis regionibus superueniebãt viri cum mulieribus, & virgines delicatæ, nudis pedibus misericordiam Domini implorantes. Per meritum autem beatæ virginis Ermelendis gratiam Dei sibi affuisse sentiebant: læti & alacres remeantes ad propria, Amen.

Eleuatio siue inuentio corporis eius Iohan. 14.

Multa ad eius sepulcrum miracula.

NOVEMBER.

SANCTI IOHANNIS DAMASCENI, DE ADORATIONE IMAGINVM IESV CHRISTI ET SANCTORVM EIVS, SERMO: IAC.

Billio interprete. Habetur libro eius quarto cap. 17.

De orthodoxa fide.

QVONIAM autem nonnulli eo nomine nos reprehendunt, quòd Saluatoris, ac Dominæ nostræ, reliquorumque Sanctorũ, ac Christi seruorum, imagines adoramus, atque honore afficiamus, audiant velim, quòd Deus ab initio hominem ad imaginẽ suam finxit. Quî fit igitur, vt alij alios adoremus, nisi quia ad Dei imaginem facti sumus? Nam vt ille, magna rerum diuinarum præditus eruditione Basilius ait, Imaginis honor ad exemplar transit. Exemplar porrò est id, cuius effigies exprimitur, ex quo forma hinc ducta fit. Quid ergò causæ fuit, quamobrèm Mosaicus populus tabernaculum illud, quod cælestium rerum, immò vniuersæ creaturæ imaginem ac figuram gerebat, vndiquè

1. Nouembris.

Gen. 2.

Cur adoratio hominibus adhibeatur.

Exod. 35.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exod.25. Heb.9. 3.Reg.6. adoraret? Ait quippè Deus Mosi: Vide vt omnia facias iuxta formam tibi ostensam in monte. Quid? Cherubin illa quæ propitiatorium obumbrabant, an non humanarum manuum opera erant? Quid? Hierosolymitanum illud clarissimi nominis templum, an non manu, atque hominum arte constructum erat? At scriptura diuina eos, qui sculptilia adorant, dæmonijsque victimas offerũt, insectatur. Siquidem, tum Græci, tum Iudæi sacrificabant: verùm Græci dæmonijs, Iudæi autem Deo. Ac proindè Græcorum quidem sacrificium reijciebatur ac damnabatur: Iudæorum autem Deo gratum & acceptum erat. Obtulit enim Noë sacrificium: & odoratus est Deus odorem suauitatis, vt qui probæ ipsius voluntatis, atque ergà se beneuolentiæ, suauitatem comprobaret. Ità, Græcorum quidem sculptilia, quoniam dæmonum simulacra erant, improbata quoquè atque interdicta erant. Adhæc, quisnam est, qui inuisibilis, & corpore vacantis, ac circunscriptionis & figuræ expertis, Dei simulacrum effingere queat? Extremæ itaque dementiæ atque impietatis fuerit, diuinum numen fingere ac figurare. Atqui hinc est quòd in veteri testamento minimè tritus ac peruulgatus imaginum vsus erat. Posteaquàm autem Deus ob viscera misericordiæ suæ, salutisque nostræ causa, homo verè factus est, ac non iam vt Abrahæ, nec vt prophetis, humana specie conspicandum se præbuit verùm essentialiter, ac verè homo extitit, atque in terra versatus est, & cum hominibus consuetudinem habuit, miracula edidit, passus & Cruci affixus est, resurrexit, assumptus est, atque hæc omnia verè contigerunt, & ab hominibus perspecta sunt: literarum quidem monumentis, ad alendam memoriam nostram, & doctrinam eorum, qui tum non aderant, ista mandata sunt: vt ea quæ non vidimus, audientes ac credentes, beatitudinem eam quam Dominus prædicauit assequamur. Verùm quia non omnibus hoc contigit, vt literas nórint, ac lectioni operam impendant: idcircò Patribus visum est, vt refricandę quam primùm memoriæ causa, hæc tanquàm præclara quædam trophæa, in imaginibus pingerentur. Siquidem persæpè vsu venit, vt passionem Domini animo minimè versantes, conspecta Christi crucifixi imagine, ad salutiferæ passionis memoriam redeamus, ac prostrati non materiam, sed eum cuius imago effingitur adoremus: quemadmodùm videlicet nec Euangelici codicis materiam, nec Crucis materiam adoramus, verùm id, quod per ea exprimitur. Quid enim alioquì discriminis est inter Crucem eam quæ Domini imaginem expressam non habet, & eam quæ habet? Quod etiam de Dei matre sentiendum est. Etenim is honor, quem ei adhibemus, ad eum qui carnem ex ea assumpsit, refertur: Itemque egregia sanctorum virorum facinora, quæ nos ad animi magnitudinem, & zelum, virutisque eorum imitationem, ad Dei gloriam extimulant. Nam, vti diximus, honor ille quo probos conseruos afficimus, nostræ erga communem Dominum beneuolentiæ argumentum est: atque imaginis honor ad exemplar transit. Est autem hæc traditio ex earum numero, quæ scripturæ verbis minimè expressæ sunt, quemadodùm & ea, qua ad Orientem conuersi adoramus, & ea qua Crucem adoramus, aliæque complures his similes. Quin historiæ quoquè proditum est, cùm Abagarus Edessę Rex eo nomine pictorem misisset, vt Domini imaginem exprimeret, neque id pictor ob splendorem ex ipsius vultu manantem consequi potuisset, Dominum ipsum diuinæ suæ ac viuificæ faciei pallium admouisse, imaginemque suam ei impressisse, sicque illud ad Abagarum, vt ipsius cupiditati satisfaceret, misisse. Quòd autem Apostoli quamplurima, nullo sacræ scripturæ loco prodita nobis tradiderint, his verbis testatur ille gentium Apostolus Paulus, State igitur fratres, & tenete traditiones nostras, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Et ad Corinthios scribens, Laudo vos, fratres, quòd per omnia mei memores estis: & sicut tradidi vobis, traditiones tenetis.

Deus depingi nequit ficuti est.

Bar.3.

Cur inducta imaginum vsus.

Honor sanctis habitus ad Deum redit.

Imaginum cultum ex traditione habemus.

Dominꝰ Iesus imaginẽ suã Abagaro mittit.

2.Thess.2.

1.Cor.11.

DE SANCTO AVSTREMONIO EPISCOPO ARVERNO, EX GREGORII TVRONENSIS

De gloria Confessorum Cap. 30.

PER sanctum autem Austremonium, qui & ipse à Romanis Episcopis cum Gatiano beatissimo, & reliquis, quos memorauimus, est directus, primùm Aruerna ciuitas verbum salutis accepit, eoque prædicante, Saluatorem mundi, Redemptoremque omnium Christum Dei filium credere cœpit. Huius autem sepulcrum apud Isiodorensem vicum habetur, cui cruda rusticitas, licèt sciens quis in eo quiesceret, nullum tamen exhibebat honoris cultum. Post longa verò annorum curricula, Cantinus, qui ipsius Aruernæ vrbis modò prælatus est, in diaconatu suo Ecclesiam vici illius rexit. Igitur dum nocte quadam in lectulo cellulæ suæ, quæ huic basilicæ adhærebat, decumberet, audiuit psallentium resonantes voces, & surgens vidit templũ magno splendore lumine, & obstupefactus adspicit intrinsecùs (erat enim cellula illa in superiore cõtra fenestras templi) & eccè circa tumulum multitudo albatorum renentium cereos, & psallentium. Quod diutissimè cernens, postmodùm discessit, & statim facto manè iussit tumulum cancello vallari, ac palliolis nitentibus obuelari, præcepitque reuerentiam loco illi impendi. Ex hoc tempore oratio super tumulum funditur, & auxilia Antistitis impetrantur. Hęc ab ipsius Episcopi ore audiui.

Nouẽbris 1. Nota & hũc Episcopum missum fuisse in Gallias cum alijs à Romanis Episcopis.

Visio Cantini Episcopi.

Honor sancto Dei exhibetur.

DIVI IOHANNIS DAMASCENI, QVOD II QVI CVM FIDE EX HAC VITA EXCESSERVNT, VIVORUM *Missis ac beneficijs iuuentur, Oratio, Iacobo Billio interprete.*

Nos eam in 14. capitula distinximus.

SVAVIBVS & exquisitis cibis propositis, sæpenumerò non ij tantùm qui fame laborant, ad edendum attrahuntur, sed nonnunquàm etiam ij, quos iam satietas cepit, extimulantur: quemadmodùm etiam poculis ingenti suauitate atque fragrantia præditis non illi duntaxàt, qui siti afficiuntur, sed illi quoquè, qui sitim expleuerunt, ad bibendum illici solent. Atque itèm, qui opum cupiditate flagrant, cùm amplissimas diuitias adepti sunt, amor tamen eos huc adigit, vt occasiones vndecunquè captent, quibus quotidiè facultates suas augeant. Ad eundẽ igitur modum, ô præstantissima & selecta Ecclesiæ Dei membra, sacerdotes & patres, fratres, matres ac filij charissimi, nec diuinorum oraculorum fames, nec sacrarum disciplinarum sitis, nec rursùs diuinæ scientiæ penuria, vt ad eas, quas nunc proponimus, sermonis epulas accumbatis, efficit: verùm cupiditas verè diuino beneficio insita, quæ de virtute in virtutem, & de gratia in gratiam, & de memoria in commemorationem nos prouehit. Plerunquè etenim vsu venit, vt quod homines adulta ætate fugit, hoc puer inueniat: & quod eruditos præterijt, indoctis in mentem veniat: & quod magistros fefellit, discipulis occurrat. Quanquàm ne hac quidem oratione mihi ad vos vti licet. Quin potiùs, vt qui racemulum aliquem post vindemiam relictum, aut spicam post demessas segetes ob ingentem frugum copiam neglectam, aut denique poma aliquot, post collectos arborum fructus obliuione transmissa congesserunt: ità nos, Christo Deo vero adiuuante, ac sermonem per opera confirmante, eos qui voluerint, epulis accipiemus.

Ergò serpens ille atque execrandus hostis, qui circa præclaras ac Deo gratas actiones omnes & cogitationes serpit ac iugulatur, quique fraterna charitate perstringitur, & fide disrumpitur, & mutua commiseratione concutitur, ille inquam sceleratus ac nefarius nouũ quoddam & absurdum, sacrisque sanctionibus omni-

2.Nouẽbris Cap.1.

Psal.33.

Mar.vlt. Cap.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nò contrarium dogma quibuſdam in animum iniecit, nempe pia omnia opera, quæ mortem ſequuntur, nullam omninò defunctis vtilitatem afferre. Concluſit enim, inquit Scriptura, Deus aduersùs eos. Et, Reportabit vnuſquiſque per cor-
Ioh 16. 2.Cor.5. pus, iuxta id quod fecit, ſiue bonum, ſiue malum. Et, In inferno quis confitebitur
Pſal.6. Pſal 61. tibi? Et rurſus, Quia tu reddes vnicuique iuxta opera ſua. Ac denique, Quod quiſ-
Gal.6. que ſeminauerit, hoc & metet. At, ô ſapientes viri (ſic enim eos alloquamur) peſ-
tigate, quæſo, atque iſtud diſcite, magnum quidem Dei omnium Domini me-
Dei miſericordia iuſtitiam ſuperat. tum eſſe, verùm multò maiorem bonitatem: & horrendas quidem ac pertime-
rare. Animaduertite enim, quid Scriptura ſacra de Iuda Machabæo memoriæ
2.Mach.12. prodiderit, nimirùm eum in Sion Regis magni ciuitate, cùm populum, cui præ-
erat, ab exteris hoſtibus cæſum & obtruncatum vidiſſet, ſinusque eorum excuriens,
condita in ipſis Idola comperiſſet, ſtatim expiandi huiuſce ſceleris cauſa Domino,
ad miſericordiam prompto atque propenſo, pro vnoquoque eorum munera
obtuliſſe: in eaque re ſummæ pietatis & charitatis munere perfunctum fuiſſe.
Vndè etiam factum eſt, vt diuina Scriptura, quemadmodùm omnibus alijs nomi-
nibus, ità hoc quoquè nomine ſummis eum laudibus euexerit, ac mirificè com-
mendârit.

Cap 3. In Miſſa mortuorũ memoriam agere, traditio Apoſtolica. Porrò autem Verbi diſcipuli atque conſpectores, à quibus orbis vniuerſus ca-
ptus eſt, illi inquam Saluatoris diſcipuli ac diuini Apoſtoli, vt in tremendis ac pa-
ris vitamq; afferentibus myſterijs, eorum, qui cum fide diem vitæ extremum clau-
ſiſſent, memoria fieret, inſtituerunt. Quod etiam firmè atque conſtanter, ac ſine
vlla controuerſia Catholica & Apoſtolica Eccleſia, ab extremis finibus ad extre-
mos vſque fines, ab eo tempore ad hunc vſque diem ſemper retinuit, ac tantiſpèr
dum mundus hic erit, retinebit. Nec verò inconſideratè ac temerè & ſine ratione
Chriſtiana religio nihil habet, qđ vtile nõ ſit. hoc ab illis eſt inſtitutum. Neque enim quicquam, quod vtilitate careat, Chriſtia-
norum religio, quæ ob omni errore âliena eſt, ſuſcepit, fixumque ſemper ac ſtabile
retinuit: ſed frugifera omnia, Deoque grata atque accepta, maioremque in mo-
dum vtilia, atque ità comparata, vt maxima ex ijs ſalus oriatur. Quocirca eruditiſſi-
mus ille, atque in explicandis rebus diuinis exercitatiſſimus Dionyſius (liber enim,
Hierarch. Eccleſiaſt. cap.7. quò planius fiat id, quod probandum inſtituí, diuina ac veneranda ipſius verba
vſurpare) in myſtica ſua de ijs qui mortem obiérunt contemplatione, diſertè hoc
aſſerit, ſanctorum preces in hac quoquè vita, nedùm poſt mortem, in ijs qui ſanctis
precibus digni ſunt, hoc eſt pijs ac fide præditis, efficaces eſſe: (Non eſt autem dubi-
um, quin hoc loco per voculam hanc, Nedùm, nihil aliud intelligendum ſit, quàm,
quanto magis.) Non enim diuinus pontifex, ac diuinæ iuſtificationis interpres, ea
Pro infidelibus defunctis non eſt orandum. vnquàm in animum induceret poſtulare, quæ Deo quamgratiſſima non eſſent,
quæque ipſe ſe daturum minimè recepiſſet. Ob idque prophanis, hoc eſt, ijs qui ba-
ptizati non ſunt, cùm è vita deceſſerint, iſta haudquaquàm precatur, atque optat.
Et rurſus: Diuinus itaque pontifex, quæ Deo grata ſunt, poſtulat, quæque ille prò-
ſùs daturus eſt. Ac rurſus: Hoc igitur ſupplex à diuina bonitate petit pontifex, vt
errata per humanam imbecillitatem admiſſa, ei qui è vjuis exceſſit, remittat, cum-
que in viuentium regione collocet, in ſinu Abrahæ, Iſaac, & Iacob, in loco vndè
profugit dolor & triſtitia & gemitus: diſſimulante nimirùm pro ſua bonitate diui-
na clementia maculas eas, quas is, qui vita abijt, ex humana fragilitate contraxit.
Iob 25. Quandoquidem nemo, vt ſacris oraculis proditum eſt, mundus eſt à ſorde. Vidés-
ne aduerſarie, quemadmodùm preces eas vtiles eſſe affirmet, quæ pro ijs adhiben-
tur, qui ſpe diuina freti vitam cum morte commutârunt? Poſt hunc autem rurſus
Gregorius ille, qui à Theologia cognomentum traxit, in ea Oratione quam in
Cæſarij fratris funere habuit, de matre ſua ad hunc modum loquitur. Auditum eſt,
inquit, præconium dignum quod ad omnium aures perueniat. Ac matris mœror
per egregiam ac ſanctam pollicitationem, qua ſe filio, quicquid opum ipſe habe-
bat, ipſius nomine in parentale munus oblaturam recepit, exhauritur. Ea ijs qui-
buſdam interiectis: Atque hæc ſunt, quæ à nobis profiſciſcuntur. Ac quædam iam
perſoluimus, quædam rurſùs perſoluemus, anniuerſarios nimirùm honores ac
commemorationes offerentes.

Cernísne vt præclara & pia ea munera eſſe aſſerat, quæ eorum, qui vita functi
Cap.4. ſunt, nomine Deo offeruntur: anniuerſariasque commemorationes ab eo luben-
Anniuerſariæ exequiæ & alia pia exercitia pro defunctis Deo grata. ter admitti? Deincèps ille verè aurea loquens, atque ab auro cognomentum na-
ctus Iohannes, ille inquam amoris erga pauperes ac pœnitentiæ dux & magiſter, in
luculentiſſima ſua enarratione in Epiſtolas ad Philippenſes & Galatas his verbis
vtitur: Nam cùm Gentiles ſimul cum ijs, qui mortem obiérunt, bona ſua combu-
rant, quanto tandèm æquius eſt te, qui fide præditus es, operam dare, vt eius, qui
fide præditus erat, bona cum proſequantur? non vt ea in cinerem, velut illa, dila-
bantur: ſed, vt maiorem ipſi gloriam concilies, ac, ſi peccator erat is, qui fatis con-
Hom. 3. ad Philippenſ. ceſſit, eius peccata deleas: ſi autem probus ac iuſtus, ea illi in mercedis ac remune-
rationis cumulum cedant. Et rurſùs in altera Oratione: Excogitemus quemad-
modùm de ijs, qui obiérunt, benè mereamur. Auxilium, quod nobis in promptu
Eleemoſynæ & oblationes pro defunctis faciendæ. eſt, ipſis offeramus, hoc eſt eleemoſynas, & oblationes. Id enim vberem fructum
atque ingentem vtilitatem ipſis acceríit. Non enim hæc fruſtrà ac temerè inſtitu-
ta, Eccleſiæque Dei à ſapientiſſimis ipſius diſcipulis tradita ſunt, nimirùm vt ſacer-
dos, pro ijs qui in fide obdormiérunt, in tremendis myſterijs vota faciat. Probè
ſiquidem nórant hinc ingentem quæſtum & vtilitatem ad eos redire. His etiam
adſtipulatur doctiſſimus Gregorius Nyſſenus ad hunc modum loquens: Nihil in-
Loca Scripturæ explanata. Pſal.61. Gal.6. ſolitè atque incaſsùm à Chriſti præconibus & diſcipulis proditum eſt, & in
omnibus Dei Eccleſijs obtinuit: verùm id vtile ac Deo gratum eſt, nempe vt in di-
uino ac ſplendidiſſimo ſacro, eorum, qui è vita in recta fide diſceſſerunt, memo-
riam agamus. Hæc enim, Tu reddes vnicuique iuxta opera ſua, &, Quæ quiſque ſe-
minauerit, ea & metet, & quæ his ſimilia ſunt, proculdubiò de Creatoris aduentu,
& horrenda illius temporis ſententia, atque huiuſce mundi conſummatione di-
cta ſunt. Tum enim ferendi auxilij neutiquàm tempus erit: verùm omnis depre-
catio fruſtrà adhibebitur. Solutis enim nundinis, negociari iam atque quæſtum
facere non licet. Vbi enim tum pauperes exiſtent? vbi pſalmorum cantiones? vbi
beneficia & probæ actiones? Ac proindè ante horam illam id curemus, vt alij
alijs opitulemur, ac benigno & hominum atque animarum amanti Deo ea, quæ
ex fraternæ charitatis officio ſunt, offeramus. Perlubenter enim id accipit, ijs-
que, qui improuisò, atque, vt ità dicam, imparati ex hac vita diſceſſerunt, eas,
quas propinqui ac familiares ipſi offerunt, prætermiſſi officij vices adſcribit, per-
Miſſæ & cæteræ virtutes defunctos iuuãs. indéque reputat, àc ſi ipſimet his operibus functi fuiſſent. Sic enim facilis ille
ac clemens Dominus à ſe poſtulari vult, eaque tribuere, quæ ab ijs, quos cre-
auit, ad ſalutem petuntur. Ac tum demùm ad eorum preces omninò inflecti-
tur, cùm quis non modò pro animæ ſuæ ſalute contendit, ſed proximi quoquè
cauſa operis aliquid nauat, (hac enim ratione Dei ſimilitudinem in ſe expreſſam
refert) aliorumque dona, vt ſua beneficia, perit, ac perfectæ charitatis metam at-
tingit, beatitudinemque, dum de proximi anima benè meretur quammaximè
percipit.

Quidnam autem eſt, quamobrèm graue ac moleſtum hoc quibuſdam videatur? Cap.5.
An non ea, quæ martyrio prima perfuncta eſt, Falconillæ vita functę ſalutem attu-
lit? At dices fortaſsè, hanc meritò, quia princeps martyr erat, hoc conſecutam eſſe, Falconilla, precibus vitæ reſtituitur. aquumque fuiſſe preces ipſius exaudiri. Rectè, inquam, ais, eam primam marty-
rem fuiſſe. Velim autem hoc rurſùs conſideres, cuiuſnam cauſa poſtulabat. Nem-
pe pro Gentili, & Idolorum cultrice, prophanaque prorsùs opifice, atq; à Chriſto
auerſa. Hic autem fidelis pro fideli ad eundem Dominum preces fundit. Fac igitur
alterum cum altero compares, vt res ipſa exequetur. Confer te rursùs ab his ad alia
eiuſdem generis & facultatis, nimirùm ad Lauſiacam illam Palladij hiſtoriam, in
qua miracula à magno ac mirifico viro Macario edita veriſſimè perſcripta ſunt. Is
etenim de ijs qui fatis conceſſerant, ſiccum quoddam cranium ſciſcitatus, omnia
perdidicit. Cumque ex eo quæſiuiſſet, Nunquámne igitur ſolatij aliquid inuenitis?
(Vſi ratum enim ac familiare ſancto viro erat, pro ijs, qui è vita migrauerãt, vota fa-
cere, auebarq; ſcire, an fructuoſæ illæ arque vtiles eſſent) hoc Dominus, cuius mirus
erga animas amor eſt, ſeruo ſuo indicare exploratumque reddere volens, veritatis
ſermonem ſicco illi cranio inſpirauit. Quo tempore, inquit, mortuorũ cauſa pre-
ces offers, tum ſanè nõnullius ſolatij ſenſu afficimur. Rursùs, alij cuipiam è diuinis
Patribus, cuius diſcipulus quidam negligenter vitam inſtituebat, tandemque in ea
incuria

Universidad de Deusto
Biblioteca

incuria extremum vitæ spiritum ediderat, ille singulari misericordia atque erga
animas benevolentia præditus Dominus, senis lachrymis precibusque commo-
Luc.16. tus, eum instàr diuitis illius, de quo in Lazari historia mentio fit, ad collum vsque
Vidésne defunctos orationibus viuorum adiuuari? deflagrantem ei ostendit. Ac deindè, cùm senex permultis sese laboribus affixis-
set, Deumque cum lachrymis obsecrâsset, ad zonam vsque rursùs demonstrauit.
Posteaque itèm, cùm vir sanctus labores laboribus adiunxisset, liberum prorsùs
eum, atque ab ignis ardore vindicatum per visum seni ostendit. Et quidnam tot &
his rebus testimonia, in Sanctorum vitis ac diuinis reuelationibus sita, ordine re-
censere possit, quibus id perspicuè ostenditur, defunctis, etiam post mortem pre-
ces eas ac Missas & eleemosynas, quæ pro illis fiunt, magnoperè prodesse? Neque
enim quicquam eorum, quæ Deo mutuò dantur, omninò interit: verùm cum ma-
Psal.6. ximo fœnore ab eo rependitur. Nam quod ad illud Prophetæ attinet, In inferno
Dei misericordia ipsius seueritatem vincit. quis confitebitur tibi? superiùs iam à nobis dictum est, minas quidem illius omni-
um rerum inspectoris graues atque horrendas esse: verùm eas ab ipsius humanita-
te, quam nulla oratio assequi potest, superari. Siquidem postquàm hæc Prophera
locutus est, fuit profectò quibusdam in inferno confessionis locus, ijs videlicet,
qui in salutari Domini descensu fidem amplexi sunt. Neque enim ille vitæ author
omnibus sine exceptione salutem attulit: sed ijs demùm, qui illic quoquè, vti di-
ctum est, ipsius fidem amplexi sunt.

Cap.6. Ac nonnulli quidem per eos qui antè crediderunt, Patres & Prophetas, & Iudi-
ces, & Reges, ac principes intelligunt, aliosque nonnullos Hebraici populi, qui fa-
cilè recenseri possunt, omnibusque noti ac perspicui sunt. Nos verò aduersùs eos,
qui ità sentiunt, ad hunc modum disseremus. Nec beneficij loco ducendum, nec
nouum ac mirum hoc censendum est, ijs nimirùm, qui crediderint, salutem à Chri-
sto allatam esse: quippè cùm solus ipse iudex æquitate præstet, nec periturus sit,
quisquis ipsius verbis fidem adhibuerit. Quocirca eos omnes salutem consequi,
atque ad Dei ac Domini descensum inferni vinculis solui, necesse erat. Id quod
etiam ipsius prouidentia contigit. At verò cuncti illi, mea quidem sententia, sola
Quinam sola Dei benignitate salutem acceperint. ipsius benignitate ac misericordia salutem acceperũt, qui etiamsi alioqui vitæ pu-
ritate excelluissent, atque optimis quibusque actionibus perfuncti fuissent, tenue
terque ac temperanter & castè vixissent, tamen puram ac diuinam fidem haudqua-
quàm perceperant, vt qui nulla omninò disciplina aut cuiusquam magisterio era-
diti excultique fuissent. Hos quippè ille omnium moderator ac Dominus retibus
diuinis inclusos sublimè traxit, eisque cùm diuinorum radiorum splendorem in-
iecisset, ac veritatis lumen ostendisset, ità eorum animos inflexit, vt in eum crede-
rent. Neque enim ille naturâ misericors tot labores fruſtrà atq; incassùm ab ipsis
susceptos fuisse sustinebat. Perdifficilem enim & ærumnosam, ac, suprà quàm dici
queat, angustam vitam duxerant. Nam & animi perturbationibus imperauerant, &
voluptates respuerant, & paupertatem ac continentiam ad extremum vsque colu-
erant, & vigilijs se confecerãt, atque, vt paucis complectar, omnia virtutis muner,
haud piè illi quidem, sed tamen expleuerãt, summęq; prouidentiæ, vt quidem ipsis
videbatur, prestantissimè, tametsi non sine erroris labe, cultũ & veneration em ad-
S. Trinitas à quibusdã philosophis vtcunquè cognita. hibuerãt. Quin fuerunt etiã nonnulli, qui diuinam omnipotentis Trinitatis fidem,
exiliter illi quidem ac perobscurè, sed tamen perceperunt. Alij autem Verbi incar-
nationem, venerandosque ipsius cruciatus, reditumque ad vitam prędicãrunt. Alij
ortum ex virgine, atque adeò nomen ipsius enunciãrunt. Maria enim, inquit, no-
men puellę. Alij rursùs eximia illa omnia, naturæq; vim excedẽtia, à Christo edita
miracula vaticinati sunt, hoc est mortuorum excitationem, cæcorum, mutorum,
leprosorum, surdorum, febricitantium, hydropicorum, ac manùs siccitate labo-
Itèm Christi mors, vita & miracula. rantium, paralyticorum, atque eorum, qui dæmonum intemperijs vexabantur, cu-
rationem, obambulationem itèm in mari, & panum ac piscium benedictionem,
rursusque aquæ in vinum commutationem, hæmorrhoissæ denique ac curuę pros-
sùs mulierculæ sanationem, vnà cum quamplurimis alijs rebus prædicentes. Hos,
inquam, diuina Verbi potentia perire, optimarumque actionum fructu carere,
minimè sustinuit. Temporis enim pars, ipsi, vt diximus, commodata, in obscuritã
tem haudquaquàm abit: verùm omnibus ijs, qui vitæ curriculum honestè confe-
cerint, seruata, cumulatiore posteà mensura refertur. Contrà, qui turpiter & sce-
lerատè vixerunt, nihilque omninò, quod cum virtute coniunctum esset, egerunt,

nec semen vllum aut fructum habuerunt: verùm & vita, & sermone, & fide prorsùs aberrârunt, nec, pluuia diuina cælitùs in eos fusa, vllum germen ediderunt, (neque enim, vt iam à me dictum est, sementem vllam fecerunt) nec, vt prorsùs steriles, illucente glorię Sole maturuerunt, his profectò nullo modo Christus profuit, Obstinatis peccatoribus Christi mors non prodest.
nec lapsos, vt opinor, secum excitauit, vt qui salute penitùs indigni essent. Quin ne
in ipsum quidem eos credidisse existimo. Primus etenim ille ex superbia in tene-
bras lapsus draco, quem à prima ætate coluerunt, mentes eorum ac spirituales cor-
dis oculos cæcauit, vt videntes non viderent, quemadmodùm scriptum est, & in- Esa.6.
telligentes omninò non intelligerent. Reliqui autem omnes, qui semen susceperunt, illapsa pluuia germen protulerunt, atque exorto Sole maturitatem contra-
xerunt. En quò nos oratio prouexerit, vt rem penè opertam & occultam iuuante
Deo explicaremus, atque id non velut sententiam quandam pronunciantes, (ne-
que enim id patitur nostra indignitas) sed rationibus atque coniecturis, vt charitas
postulat, vtentes. Hi sunt videlicet, vt quidem mea fert opinio, quibus Christus in
inferno salutem attulit.

Sic igitur à nobis iuuante Christo demonstratum est, in inferno quoquè con- Cap.7.
fessionem extitisse. Nec verò hæc eò commemoranda duximus, vt prophetiam
euertamus, (procùl hoc Deus auertat) sed vt planum faciamus, illum bonitate
omni præstantiorem Dominum ab humanitate sua clementiaque vinci: quem-
admodùm in Niniue, Subuertetur: & tamen subuersa ac deleta non est, verùm iu- Ionæ 3.
dicij seueritatem benignitas superauit. Et in Ezechia, Dispone domui tuæ, morie- 4.Reg.20.
ris enim & non viues: nec tamen morte abreptus est. Et in Achab, Inducam, in- Esa.38.
quit, mala: nec tamen induxit, verùm his verbis vsus est, Vide quo pacto compun- 3.Reg.21.
ctus est Achab. quamobrèm in diebus eius mala non inducam. Hîc quoquè rursùs
benignitas latam sententiam vicit, quemadmodùm & in plerisque alijs iudicijs,
semperque vsque ad extremum referendæ mercedis tempus superabit. Nam tum
nundinæ soluentur, nec ferendi auxilij tempus erit: sed vnusquisque sarcinam su-
am gestandam habebit. Nunc verò & opis ferendæ tempus est, & tempus negoci-
andi, & tempus contrahendi, & tempus laboris & ærumnæ. Ac beatus quidem ille,
qui ipse minimè titubârit atque elanguerit. Beatior autem, qui & sua & proximi Charitas in proximum, quàm sit Deo grata.
causa laborârit. Nam hoc etiam misericordem Dominum impensiùs oblectat
& exhilarat, cùm quisque ad proximum iuuandum celebri cursu contendit.
Hoc, inquam, misericors ille vult, gratumque habet, vt nos omnes, tum in vi-
ta, tum post confectum vitæ curriculum, mutuò alij ab alijs iuuemur. Neque
enim alioquì ansam hanc nobis porrexisset, vt eorum qui è vita migrâssent, in in-
cruento sacrificio meminissemus, neque vt tertio & nono, & quadragesimo die, De precib⁹ pro mortuis, nota.
ac deniquè anno vertente in eorum memoriam sacra obiremus, (quæ quidem ci-
ra vllam controuersiam Catholica & Apostolica Ecclesia, diuinitusque colle-
ctus ipsius populus, constanter ac sine vlla ambiguitate retinet) nisi hoc in ipsius
oculis rectum esset. Non enim dubium est, quin, si ridiculum id esset, fructusque
atque vtilitatis expers, cùm multi diuino numine afflati sancti viri, Patriarchæ,
Patres, ac magistri extiterint, hoc cuipiam eorum in animum iniecisset, vt erro-
rem comprimeret. Atquì nemo ipsorum ritum hunc sibi vnquàm conuellen-
dum & euertendum putauit: immò verò confirmauit: indiesque res hæc auge-
tur, ac nouas subindè accessiones facit. Quòd si alios insuper Historicos comme-
morare opùs est, prodeat in medium Gregorius Dialogus antiquioris Romæ Epi-
scopus, vir, vt omnes nôrunt, tum vitæ sanctitate, tum eruditione clarus ac cele-
bris, quem, cùm sacris operaretur, cælestem ac diuinum Angelum sacrosancti mu-
neris socium habuisse narrant. Hic cùm per locum lapidibus stratum aliquandò De hoc exemplo lege Vitã S. Gregorij Tomo 2. Martij 12.
iter faceret, dedita opera constitit, intentissimasque pro peccatorum Traiani re-
missione preces ad animarum amantem & misericordem Dominum fudit, sta-
timque vocem huiusmodi diuinitùs emissam audiuit, Preces tuas exaudiui, ac
Traiano ignosco. Tu verò posthàc cauero, nè mihi pro impijs supplex sis. Quod-
que istud verum sit, atque ab omni calumnia alienum, Oriens totus atque Occi-
dens testantur. En hoc præstãtius eo est, quod de Falconilla refertur. Illa enim prę-
ter idolorũ cultum nihil aliud sceleris perpetrârat: hic contrà plurimos martyres
crudelissima morte affecerat. Mirabilis es, Domine, & mirabilia opera tua: ac tu- Psal.138.
am omni sermonis facultate præstantiorem misericordiam laudibus vehimus:
quoniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoniam nunquàm non ad benignitatem atque clementiam pronus es, tuisque seruis, tum colendæ mutuæ inter se charitatis, tum firmæ erga te fidei ac spei, occasionem præbes, nec frustrà ac temerè per seruos tuos id nos edocuisti, vt mutuo alij pro alijs beneficia præstemus, expiationesque & holocausta, hymnosque item & psalmorum cantus atque orationes obeamus. Tu enim ab errore omni abes, distasque plurimùm, atque ad largiendum promptus ac procliuis es, ijsque qui in gloriam tuam quiduis offerunt, vicem infinitis partibus maiorem rependis: nec quicquam omninò ex ijs, quæ nominis tui causa fiunt, fruge sua & vtilitate caret.

Cap.8. Pulchra similitudo.

Quocircà nè quis hoc existimet, Fratres ac Patres, ea quæ Deo cum fide offerantur, non cum magno fœnore referri. Quemadmodùm enim qui vnguentum, aut aliud oleum sanctum ægroto admouere cupit, primùm vngitur ipse, atque ità ægrotum deindè vngit: sic quisquis pro salute proximi laborat, primùm sibijpsi, ac deindè proximo, vtilitatem affert. Neque enim iniustus est Deus, vt boni operis obliuiscatur, quemadmodùm Apostolus loquitur. Quin magnus quoque Athanasius in elegantissima illa Oratione, quam de ijs, qui è vita discesserunt, edidit, his verbis vtitur: Etiamsi in aëre collocatus sit ille, qui cum pietate diem vitæ extremum egit, tamen implorata Christi Dei ope oleum ac ceram ad ipsius sepulcrum accendere nè recuses. Grata enim & accepta hæc Deo sunt, ingensque ab eo præmium referunt. Oleum enim ac cera, holocausti instàr sunt: incruentum autem sacrificium, Deum placat. Beneficentia denique ergà pauperes, bonæ omnis remunerationis incrementum est. Quamobrèm ei, qui pro defuncto oblationem facit, idem sit propositum, quod illi, qui paruulum filium, ac prorsùs infirmum & imbecillem habet: ac deindè eo morbo laborante cereos & suffitum cum oleo coniunctum ad diuinum templum affert, eaque filij nomine adolet atque absumit. Non enim hæc puer ipse tenet, atque offert, quemadmodùm neque renunciationes atque coniunctiones ipse obit, cùm diuinitùs regeneratur. Consimilem in modum existimet cum, qui extremo vitæ die in Domino perfunctus sit, cereos & oleum, eaque omnia quæ pro ipsius redemptione offeruntur, & manibus tenere, & offerre. Hac enim ratione per Dei gratiam ab eo scopo, quem cum fide intuetur, haud quaquàm aberrabit. Nam & diuinarum rerum præcones Apostoli, & sacri magistri, & Spiritu sancto inspirati Patres, ac numine diuino, quantum fas est, correpti, potentiæque ipsius, quæ hominem extra se rapit, vt cunquè participes effecti, diuino ore, vti Deo gratum erat, ista omnia, hoc est Missas & preces, ac psalmorum cantus, anniuersariasque eorum, qui morte prærepti sunt, commemorationes instituerunt, atque sanxerunt. Quæ quidem ad hunc vsque diem benigni Dei gratia, ab Ortu Solis vsque ad Occasum & Septentrionem ac Meridiem, in Domini Dei, qui regium in Reges imperium obtinet, laudem atque gloriam augentur, ac nouis subindè accessionibus amplificantur.

S. Athanasij de mortuis sententia.

Dionysius lib. de diuinis nominibus. cap. 4.

Cap.9. Aduersariorũ obiectio diluitur.

At, inquit aduersarius, si res ità se habet, omnes salutem consequentur, nec quisquam erit, qui ab ea aberret. Rectè sanè: atque vtinàm ità contingat. Hoc enim ipsum & sitit, & vult, & quærit, & expetit, atque in hoc gaudet & oblectatur, ille bonitate omni sublimior Dominus, vt nè quis diuinis ipsius beneficijs excidat. Quid enim? An præmia & coronas Angelis parauit? An ea de causa in terram venit, & ex virgine sine vlla corruptionis labe carnem suscepit, atque homo extitit, cruciatusque & mortem subijt, vt cælestibus Mentibus salutem afferret? An Angelis dicturus est, Venite benedicti Patris mei: percipite regnum quod vobis paratum est? Hoc certè, ô aduersarie, dicere non potes. Verùm quemadmodùm hominis causa passus est, sic & omnia ipsius causa parauit. Ecquis enim est, qui cum epulas instruxerit, atque amicos inuitârit, non omnes ipsos venire, ac bonis suis fartiari velit? Quorsùm enim conuiuium instruxit, nisi vt amicos suos exciperet? Quòd si hoc tantæ apud nos curæ est, quid de munifico illo ac solo naturâ quam optimo Deo dicemus, qui cùm largitur ac tribuit, maiore gaudio perfunditur, quàm is qui accipit, ac salutem maximam sibi comparat? Hoc itaque recum reputa, quisquis es, qui de ijs, quæ à nobis dicta sunt, ancipitis animi es, quòd quisquis illius mortalium, qui exiguum quidem virtutis fermentum collegit, cæterùm non hoc consecutus est, vt panem ex eo conficeret, verùm istud quidem in animo habuit, sed vel ob socordiam & incuriam, vel ob animi imbecillitatem, aut de die in diem

Matth.25.

diem dilationem, id nequiuerit, morteque præuentus, ac præter spem dissectus fuerit, hunc æquus ille Iudex ac Dominus haudquaquàm obliuiscetur: verùm ipsi, postquàm è vita discesserit, propinquos ac necessarios excitabit, eorumque mentes reget, & corda trahet, & animos ad opem & auxilium ipsi ferendum inflectet. Atque ità, Domino diuinitùs ipsorum corda tangente atque impellente, summa cum festinatione in hoc incumbent, vt prætermissas ab eo, qui è viuis excessit, officij vices expleant. At quisquis rursùs improbam ac flagitiosam vitam, atque vndiquè spinis obsitam, impurisque materijs confertam duxerit, neque vnquàm in instituenda vitæ ratione conscientiam in consilium adhibuerit, verùm sine vllo metu ac delectu in voluptatum cœno sese volutârit, omnibus carnis cupiditatibus obsequens, de anima autem ne tantillùm quidem laborans, affectumque omninò carnalem habens, hic si ità hinc abreptus è vita migrauerit, neminem prorsùs habebit, qui manum ipsi porrigat: verùm ea conditione erit, vt ne ab vxore quidem, aut liberis, aut fratribus, aut cognatis, aut amicis, quoquo modo iuuari queat: vtpotè quem ne Deus quidem vllo loco ac numero habeat. Mihi enimuerò (ijsque quibus ego charus sum) illud quidem, si fieri potest, contingat, vt mihijpsi subsidium feram, nec vllam officij partem inchoatam relinquam.

Deus nunq̃ obliuiscitur suorum.

Reproborũ verò nunq̃ recordatur.

Quòd si me fata antè interceperint, vtinàm saltem ille amplissima misericordiæ præditus Dominus mihi propinquos & amicos inflectat, animasque ac corda eorum calore afficiat, vt per opera proba & Deo grata perquàm lubenter ac promptè mihi suppetias ferant, & si quid, pro humana imbecillitate, officij prætermiserim, illud meo nomine post mortem meam expleant. Vtinàm inquam, Domine, qui miraculorum es Deus, ijsq; qui penuria conflictantur, liberalem manum porrigis, nihil in aduentu tuo, quod vel mihi desit, vel cuiquam eorum, qui fiduciam suam in te sitam habent, reperiri queat. Sic quippè is etiam, cuius antè mentionem fecimus, diuinus præco Chrysostomus clara voce docet, ac vociferatur. Atque vt præclarissima ac prorsùs aurea ipsius verba rursùs vsurpem, Si, inquit, cùm adhuc superstes esses, non eò progressus es, vt animam tuam omni ex parte probè compositam haberes, saltem illud in vitæ calce tuis manda, atque impera, vt post obitum tuum facultates tuas ad te transmittant, ac per opera bona, hoc est eleemosynas & oblationes, tibi subsidium ferant. Nam hinc quoquè fiet, vt cum Redemptore in gratiam redeas. Hæc enim ipsi grata sunt, & accommodata. Ac rursùs idem alio loco: In tuis, inquit, codicillis vnà cum liberis & cognatis cohæredem quoquè Dominum scribe. Charta tua iudicis nomen complectatur, nec pauperum memoriæ sit expers. Atque ego horum fideiussorem me profiteor. Nec verò his verbis ansam atque occasionem cuiquam damus, vt, dum viuit, ab eleemosynis faciendis abstineat, easque post mortem seruet. Absurdum enim omninò ac profanum id esset, atque à diuina lege alienum. Quin potiùs id quidem pulcherrimum, Deoque gratissimum ac prorsùs acceptissimum est, vt quilibet homo pius, Christique amore præditus, per omnia probarum actionum genera sese purget, atque ab omni spurcitie cohibeat, clarissimisque Dei præceptis arctissimè hæreat, vt cùm ad vitæ finem peruenerit, fidenti atque intrepido animo ad Dominum dicat, Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum, sicque adurgentibus Angelis lætus obuiàm prodeat.

Cap.10.

S. Iohannis Chrysostomi de eleemosynis pro defunctis faciendis sententia.

Item de oblationibus Missæ.

Pſal.107.

Verùm paucis istud ac rarò contingit, quemadmodùm ex his Domini verbis patet, Pauci sunt qui saluantur. Quanquàm non simpliciter & absolutè istud à summa sapientia dictum est, verùm perindè ac si quis per admirationem dicat, Quàm, pauci sunt qui saluantur! Hoc igitur cùm nobis sit exploratum, perquàm difficile esse, vt quispiam in prima classe reperiatur, secundam proindè, de Apostolorum ac Patrum sententia, necessariò subiungimus, nimirùm vt per Dei benignitatem ijs, qui in fata concesserint, vtilitas afferatur, & charitas crescat, & resurrectionis spes confirmetur, & oratio fidesque in Deum robur concipiat, & crebriùs, acrioribusque animis ad diuina templa concursùs fiat, & benè de pauperibus merendi studium amplificetur, latiusque sese porrigat. En quot nominibus res hæc vtilis ac fructuosa sit, quotque rationibus nitatur ea vtilitas, quæ defunctis affertur. Siquidem ea omnia, quæ recensuimus, ex ea occasione trahunt. Alioquì si causam sustuleris, nihil est quamobrèm non ea quoquè, quæ ipsam sequuntur, simul tollas. Etenim quæ tandèm necessitas homines animi imbecillitate præditos adducet, vt

Cap.11. Matth.7.

Saluandorũ classes duæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

excitentur,atque istud munus expleant, nisi compertissimum habeant fore, vt de propinquis atque amicis suis benè mereantur? Quin pauperum quoquè portiones in testamentis adscribi desinent,simulque etiã & Missę pro mortuis,& hymnorum ac psalmorum cantus finem habituri sunt,& quadragesima cum tertijs ac nonis, & anniuersariæ commemorationes & ceremoniæ, quæ quidem à magistris haud fruſtrà inuentæ ac moribus receptæ sunt. Absit autem vt quicquam horum vllo modo vel sentiamus,vel suscipiamus. Quòd si quis pro peregrinis ac pauperibus, quique aliorum subsidiaria opera carent,nec quicquam in Missas piasque erogationes relinquere possunt,ad hunc modum loquitur, Quid tandèm iste ait? Anquia ipsi opibus destituuntur,exterasque regiones incolunt,nulloque loco ac numero censentur,nec habent qui laboris socios sese illis adiungant,propterea salutem non assequentur ? Iniquitas ergò in Deum cadet, siquidem habenti daturus est, non autem habenti nihil tribuet? Apagesis istud, quisquis ex ipso es. Iustus enim est Deus ac Dominus,immò,vt veriùs loquar,iustitia ipsa,& sapientia,& bonitas,& potentia vera, ac per se consistens. Quocircà pro sua iustitia, pauperi, ac rerum omnium inopia laboranti, copias amplissimas rependet : pro sua sapientia id aget,vt ea quæ ipsi desunt, permutatione suppleantur: pro sua tentia id quod robustum est franget, & quod infirmum est corroborabit: pro sua bonitate id quod manibus suis effinxit, conseruabit: nisi quis perspicuè deploratæ improbitatis fuerit, rectamque fidem contempserit, in eaque causa sit, vt sinistra ipsius lanx deorsùm præ grauitate maiorem in modum propendeat.

Pauperibus & peregrinis quibus modis Deus subueniat.

Narrant enim viri quidam diuinitùs illustrati, hominum actiones in extremo vitæ spiritu,non secùs atquè in trutina perpendi. Ac siquidem dextra lanx supra alteram efferatur,non esse dubitandum, quin quisquis ille sit, inter dextros Angelos animam exhaler. Si autem paria vtriusque lancis momenta sint, Dei clementiam proculdubiò victoriam obtinere. Quin,vt à sanctissimis viris proditum est,etiamsi trutina nonnihil ad læuam vergat,tum tamen Dei quoquè misericordia supplet id quod desideratur. Habes iam tres diuinas Domini sententias,quarum prima iusta est, altera benigna atque humanitatis plena, tertia bonitatem omnem excedit. Sequitur quarta,quæ quidem tum deniquè locum haber,cùm improbæ & flagitiosæ actiones nimiùm præpõderant. Eheu,Fratres: nam hęc quoquè profectò iustissima est,vt quæ damnatis non nisi iusta pronũciet. At illud quidam commemorabunt, quod ab illo orbis vniuersi lumine beato Basilio dictum est, Nolite errare, Deus non irridetur. Cadauer ad altare non adhibetur. Viuum enim, inquit ille,sacrificium tuum offer. Regis purpuratos ex mensæ tuæ reliquijs epulo accipere non potes. Etenim qui ex eo,quod redundat, offert, vt huius munus grato animo accipiatur,fieri omninò nequit. Tu verò ea, quæ post exactum totius vitæ curriculum tibi superfuerunt, ei, qui te beneficijs affecit, offerre non dubitas? Ad hoc nos ità respondemus: Præclarè magnus Basilius & loquitur & docet. Verùm ad quos orationem habeat,animaduertas velim. Nimirùm ad auaros, ad raptores,ad homines ab omni humanitatis fœdere ac misericordia alienos: quemadmodùm ipse testatur,cùm ait,Ad cor saxeum loquor. Et rursùs, Quandiù in vita versatus es,voluptatibus ac delicijs indulgens, ac luxu diffluens, pauperes ne contueri quidem sustinebas. Nunc autem cùm è vita excesseris, quæ tandèm merces operi tuo debetur? Ac rursùs, Vicini domus luminibus meis officit. Et, Auarus nec tempus veretur,nec limites vllos agnoscit: sed ignis instàr cuncta inuadit ac populatur, &, rapidi fluminis in morem, impetu suo, quicquid occurrit, secum trahit. Et alia his similia,quæ quidem ij omnes,qui in sanctissimum huiusce viri librum sedulò ac diligenter incubuerunt, aduersùs eos conferri non ignorant,qui pauperibus non modò nihil dederunt,sed ea etiam quæ habebant,ripuerunt. Neque mihi quisquam hîc dicat, Potestne reperiri quispiam homo eiusmodi,qui cùm opibus circunfluant, pauperum tamen calamitate minimè commoueatur? Ità certè inueniri potest,quemadmodùm etiam, cùm multis alijs temporibus,tum clarissimi quoquè ac sanctissimi illius Iohannis Eleemosynarij tempestate inuentus est Petrus, quondàm publicanus, qui ex summa inhumanitate & morum truculentia ad summam ac numeris omnibus absolutam erga pauperes misericordiam sanctitatemque sese conuertit. Cùm enim aliquandò, vt in beatissimæ ipsius vitæ libello proditum habetur,extra se raptus fuisset, suaque opera ad lancem expendi videret,siligineum vnum panem,quem etiam ipsum ira percitus in pauperis cuiusdam faciem saxi loco coniecerat,in dextra trutinæ lance conspexisse dicitur. Atque hac visione commotus,ad ingentem pietatis magnitudinem beatus hic vir euasisse fertur.

Cap.12. Hominum actiões velut in trutina expenduntur.

Hom.ad diuites auaros.

Merces auari infernus.

Iustius Iohannis Vita habetur Tō.1. die 23. Ianuarij.

Itaque facilè ac sine vlla dubitatione constat, ad quosnam magnus Basilius eam orationem condiderit. Nam eo tempore fames ingens atque atrox exorta erat: ac diuites quidem tenacitate atque auaritia victi opes suas comprimebant : pauperes contrà egestate ac fame confecti peribant. Quamobrèm diuinus hic pastor aculeatis, simulque & inflectendi facultate præditis, & ad perstringendos animos accommodatissimis suis sermonibus diuitum horrea patefecit. Nisi enim hoc orationis genus adhibuisset, nec pauperes fame leuati, nec rursùs diuites ad misericordiam inflexi fuissent. Atque hæc quidem ille. Nos verò pro virili nostra prouideamus, nè in horrendo illo & extimescendo die, hoc est in secundo Iudicis aduentu, à propinquis necessarijsque nostris eo nomine accusemur, quòd eorum saluti consulere neglexerimus, ijque præsertim, quibus id ab illis mandatum fuit,velutque fidei nostræ commissum. Neque enim hoc quisquam existimet,nos in formidabili illo cœtu ignotos inter nos fore. Nam profectò proximum quisque suum agnoscet, non quidem ex corporis figura, verùm perspicaci animæ oculo. Vndè hoc demonstremus, poscis ? Audi Christum Dominum in pauperis Lazari parabola id apertè docentem. Sublatis, inquit, oculis diues pauperem Lazarum in Patriarchæ Abrahæ sinu sedentem, eumque Abrahamum agnouit. Nec est quòd quisquam hoc contendat, quia parabola res ea sit, idcircò quod probandum susceperam, haud satis probatum atque confirmatum fuisse. Quandoquidem diuinæ Saluatoris nostri narrationes,tam certarum ac stabilium rerum sunt,quàm earum quæ contingere possunt, aut etiam quæ certissimis argumentis nituntur. Quin, vt est apud Iohannem Chrysostomum,non eos duntaxàt,quos hîc nouimus,sed eos quoquè, quos nunquàm vidimus, agnoscemus. Nam nec Abrahamum, nec Isaac, nec Patriarchas, nec Prophetas, nec Apostolos, nec Martyres vnquàm vidisti: & tamen, cùm eos in amplissimo illo & horrendo cœtu conspexeris, protinùs agnosces, ac dices: En Abraham, & Isaac, & Iacob, & cæteri Patriarchæ. En Petrus & Paulus, & omnes Apostoli. En Dauid Dei parens,& Prophetarum examen. En præcursor Iohannes,& Stephanus princeps martyr,& sanctorum agmen. Ac rursùs ille diuinarum rerum peritissimus Basilius ad auaros sermonem habens: Non tibi, inquit, Christi tribunal ante oculos pones? cùm videlicet ij, quos iniuria affeceris, vndiquè te cingent, & clamoribus insequentur? Nam quocunquè tandèm oculos conuerteris, perspicua scelerum tuorum simulacra conspicies : hinc pupillos, illinc viduas, aliundè pauperes quos pugnis contudisti, famulos quos flagris lacerâsti, vicinos quorum animos offendisti, & quæ deinceps sequuntur.

Cap.13. Benignitas eius in pauperes.

Proximum quisque suũ in resurrectione mortuorum agnoscet. Luc.16.

Christi parabolæ non sunt contemnendæ.

Beatus itèm Effrem, exactissima secundi Christi aduentûs cognitione imbutus, ad hunc modum loquitur : Tunc, inquit, liberi parentes condemnabunt, vt qui probis actionibus minimè animum adiecerint: atque in illa hora familiares ac necessarios suos miseri cernent. Cumque nonnullos ex ipsis in dextra parte collocari viderint, seiuncti ab ipsis, extremumque vale ipsis dicentes, in fletum erumpent. Ac rursùs ille Theologi cognomentum consecutus : Tunc, inquit, Cæsarium, clarum, illustrem, & gaudio exultantem perspiciam : qualis mihi etiam in somnis visus es,fratrum charissime. Ille insuper,& vita, & doctrina clarus, Ecclesiæque Dei columen, Athanasius, de ijs qui in Domino mortem obierunt, ad hunc modum verba facit : Illud quoquè Deus ijs, quorum certa salus est, concessit, vt vsque ad communem resurrectionem animis vnà versentur & oblectentur, diuina beneficia, quæ ipsis tribuenda sunt, expectantes. Peccatores contrà hac quoquè consolatione orbati sunt. Non enim eam vim habent, qua sese mutuò internoscant. At verò in amplissimo illo ac generali theatro, quemadmodùm actiones omnium detectæ, ità omnium quoquè facies omnibus notæ atque conspicuæ erunt,quoadusquè omnes extremùm à se inuicem seiungantur,atque, quem sibi quisque locum parauit, in eum mittatur. Ac iusti

Cap.14. Fletus damnatorum horribilis. Oratio. funebri in Cęsarium.

Impij in iudicio sese minimè agnoscent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iusti quidem,& cum Deo,& secum vnà erunt: peccatores autem in exteris ac miseris locis,etsi alij cum alijs,sic tamen vt mutuò sese minimè agnoscant. Nam huiusmodi quoquè, vti antè dictum est, solatio carebunt. Quonam enim alioqui pudore suffundentur ij, qui tum in pudore atq; infamia versabuntur,si non omnibus conspicui sint? Etenim tum deniquè ingens & grauis pudor oboritur, cùm quispiam simul & agnoscit, & agnoscitur. Quisquis enim erubescit, eos demùm, quibus notus est, erubescit. Quandoquidem is, qui ignotus inter ignotos versatur, in nulla propemodùm infamia versatur, cùm erubescit. Quòd itaque omnes nosmet mutuò agnituri simus, extra dubitationem omnem & controuersiam est. Ac tum omnes, qui turpiter & fœdè vixerunt, ante omnium oculos coarguentur. Ac proindè, ô miseros omnes meî similes! Et,vt beati Effrem verbis vtar, Væ ijs, qui in siniſtro ordine censebuntur. Contrà, beati, ac summè beati, quos Dominus à dextris collocabit, quique benedictam illam vocem audient: quam vtinàm diuino beneficio nobis omnibus, qui orthodoxam fidem seruauimus, audire contingat, ac bonis illis omnibus impleri, quorum pulchritudinem, nec mortalium oculus vidit, nec aures prorsùs audierunt, nec mens omninò cogitatione complexa est. Amen. Ità contingat, Domine, vitæ dator, intercedente purissima matre tua,materiaque carentibus ac venerandis Angelis tuis, atque omnibus simul sanctis tuis, qui tibi ab orbe condito grati fuerunt.

Matth.25.

1.Cor.2.

VITA ET MORS ZACHARIÆ, PATRIS IOHANNIS BAPTISTAE, PER D. EPIPHANIVM

Constantiæ Cypri Episcopum scripta. Habetur in libro eius de vitis prophetarum.

6.Nouembris Zacharias sacerdos occiditur.

ZACHARIAS adhuc alius fuit, cùm Propheta, tum sacerdos,Iodas sacerdote prognatus,Iohannis Baptistæ parens, quem Herodes ille Tyrannus iuxta aram domumque Dei occidit. Effususque est sanguis eius in vestibulo templi Domini. Is natione Hierosolymitanus erat,de familia Dauid, officialis in domo Domini. Inter cætera,quæ vaticinatus est ille,de origine quoquè & natiuitate Christi nonnulla prophetauit. Eo igitur in loco propheta,cùm in domo, tum à templo haud procùl humatus est. Ex eo sanè facta sunt in delubro illo, seu templo, & ostenta, & stupenda miracula, phantasiæ nempe, hoc est visiones. Cæterùm sacerdotes nequibant ampliùs neque angelorum visa oculis vsurpare, neque oracula siue responsa populo ex Dabir reddere.Neque etiam poterant in Ephod per signa & portenta respondere,quemadmodùm priùs soliti fuerant,vsque ad tempus hodiernum.

ITEM DE HOC EODEM ZACHARIA, PER DIVVM BASILIVM EPISCOPVM.

Basilium Episcopum. Ex homilia eiusdem de humana Christi generatione.

QVòd autem Maria perpetuò virgo remanserit, etiam Zachariæ declarat historia quædam, quæ ex traditione ad nos vsque peruenit. Zacharias enim Mariam post Domini conceptionem in virginum loco constituens, à Iudæis inter templum & altare interfectus est. A populo namque accusatus,quòd rem prodigiosam inauditamque prædicaret, virginem videlicet parientem citra virginitatis corruptionem.

ITEM

ITEM DE ZACHARIA PATRE IOHANNIS BAPTISTAE,

ex diuo Gregorio Episcopo Nyssæno. Habetur in oratione eius habita in die natiuitatis Domini,nuper per Petrum Franciscum Zinum Veronensem Latinè reddita.

NOn erit intempestiuum,si incorruptæ matris testem eum,qui inter templum & altare fuit occisus,proferamus. Hic est sacerdos Zacharias, non sacerdos solùm, verumetiam propheta. Ac prophetiæ quidem potestas in Euangelij libro declaratur,cùm viam hominibus muniens diuina gratia,nè Virginis partus incredibilis putaretur,minoribus miraculis fidelium assensum sic exercuit,vt fœmina sterilis,& vir iam ætate confectus,filium susciperent. Hoc mirandi virginis partûs proœmium fuit. Etenim sicut Elisabeth,quæ sterilis ad senectutem peruenerat, non potestate naturæ fit mater,sed ei diuino consilio filius nascitur: sic quod in virgineo partu non credendum videtur,si referatur ad Deum, credibile est. Quoniam igitur ex virginitate prouenientem præcedit nuncius sterilis,qui ad vocem illius,quæ Dominum vtero gerebat,antequàm in lucem prodiret,in aluo matris exiliuit,simul àc natus est præcursor Verbi, prophetico spiritu Zachariæ silentium soluitur. Quæcunque autem disseruit Zacharias prophecta, ad futurum spectabat.

Luc.1.

Zachariæ prophetia.

Hic igitur diuino numine ad occultorum cognitionem ductus, cùm virginitatis mysterium in partu incorrupto non ignoraret, in sacro templo virginem matrem à loco virginibus per legem assignato non semouit, Iudæosque docuit naturam humanam vnà cum reliquis omnibus rerum omnium effectori & Regi ità subiectam esse,vt arbitratu suo eam ipse regeret,non autem ab ea regeretur. Itaque in manu ipsius esse,nouam ortûs rationem moliri,quæ matrem esse virginem non impediret. quamobrèm eam se à virginum loco non excluſisse. locus autem ille erat spatium quoddam inter templum & altare.

Cùm igitur audiuissent Iudæi rerum omnium Regem in vitam humanam diuino ordine prodijsse,metuentes,nè Regi subderētur,sacerdotem,qui hæc de ipso partu testificabatur,ad ipsum altare sacrificantem interfecerunt.

A Iudæis in templo interficitur.

VITA SANCTI VVINOCI ABBATIS, GRAVITER ET DOCTE SATIS CONSCRIPTA: SED NOMEN AUTHORIS VEL AB IPSO SUPPRESSUM, VEL À LIBRARIO NEGLECTUM & OMISSUM, MS. CODEX NON HABET.

PROLOGVS AVTHORIS.

CVm titulos olìm maiorum copia honestauerit dicendi, & fortia facta veterum in posteros non parùm gloriosè transmiserit: eo etiam exemplo plerique quos nostra ætas habet affectati, sanctorum facta virorum vel dicendo vel scribendo cælo nisi sunt æquare. Sic Seuerus Martinum, Fortunatus Hilarium, sic alij alios conscripsêre, eosque in ornamentum Ecclesiæ dedêre. Cumque in dicendo nihil minus à magnis oratoribus effecerint, nullo modo tamen (vt sine detrimento maiestatis eorum dixerim) virtutes sanctorum scriptis æquare valuerunt. Et nè derogationis in tam præclaros Ecclesiæ Dei oratores arguar: idem ipsi vnà mecum sentiunt: minus esse meritis sanctorum,omne quicquid dixerint. Nec mirum: Ad quorum enim nutum creatura, Creatore disponente, naturam interdùm ignorauit, & elementa iussa sunt pati, in eorum laudibus oratorum linguam succubuisse parum est. Hæc idcircò diximus, vt tantò scribenti mihi ignoscatur,quantò à magnis oratoribus minus habet ingenium,& coram quibus, vt ità dicam,nostra sordescit oratio.Sed nè me scribentem temeritatis accuset quicunque ille est, causas scribendi prænoscat: & tum demùm vel accuset, vel ignoscat. Nam à fratribus cœnobij sancti Vuinoci, quorum charitate non parùm iocundè refrigeratus sum, non sine confusione fateor meî, suggestum accepi, vt vitam & actus memorabilis, quem

Vitæ Sanctorum, Ecclesiæ ornamentum.

Cœnobium S. Vuinoci in castro Bergensi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

præfatus sum, patris nouo stylo ex veteri sumpto cuderem, Ciceronis linguam in ore rustico quærentibus. Quid enim? Satìs mihi timebam patribus non parére, vicemque eis, quibus multa debui, non reddere. Et quid agerem, qui multa debui exactus quod non habui? Hinc charitatem, hinc imperium illorum considerans, inter vtrunque positus: charitati vicem, imperio obedientiam debui. Cumque diuersus has in partes ægrè spiritum traherem, & conatus sum posse, quæ non habui posse: venit in mentem os prophetæ calculo de igne altaris sublato emundatum, & quod mirabilius est os asinæ in verba distinctum. Proindè sanctus hic, quem laudare compellor, facilè habet in apertione oris mei glorioſus fieri, qui cùm voluit, mutorum linguas absoluere, promptum habuit. Et quanuis parùm glorioſum sit diuina humanis laudari: habet tamen deuotio sancta laudis suæ præmium, negligentia periculum. deuotionis enim est, piè laudare: negligentiæ, non laudare. Et licèt non sit speciosa laus in ore peccatoris: de negligentia tamen iudicabitur, si non conatur vtcunquè mereri vt laudet. Precibus ergò patrum confisus, aggrediar opus quod iniungunt, obediendi scilicet deuotione, non scribendi præsumptione. Cumque extremam manum operi dedero, pensumque operis patribus reconsignauero: si quid manus nostra errauit, iubẽti magis, quàm obedienti lectori imputare habebit: quia facilè potiorem me in hoc opere scriptorem admittere potuerunt. Quia ergò non piguit magna iubere, nec me pudebit magnis parére, quanquàm futuro operi longè viribus impar sim.

Esa.6.
Num.22.
Eccl.15.

VITA.

De beati viri natiuitate, & pro Christo peregrinatione. Cap. 1.

Nouẽbris 6

Magna perfectio S. Vuinoci.

BEATVS Vuinocus in Britanniæ finibus ex nobilium virorum prosapia nascendi exordia sumpsit, sed nobilitatis titulum probitatis indole ornauit. Qui cùm à prima ætate nouus virtutibus quasi semper inciperet, inter ipsa tamen primordia consummator apparuit: & in mundo positus, extra mundum fuit, & sub habitu seculi gessit militem Christi. Inter hæc stupebat in sinu suo Britannia ciuem suum peregrinari, & intra fines proprios nouis quotidiè actibus exulare & morari. At qui mente iam à patria exulârat, vt etiam corpore esset exul, non ægrè operam dabat. Itaque vt alter Abraham, exire de terra & de cognatione sua, meditatione versabat assidua. Porrò succedentibus ad integrum votis, consilium inuenit res diù mente concepta & agitata. Habuit proindè in consortium suscipiendæ peregrinationis coniuratos in Christi sacramenta tyrones, Quadanocum videlicet, Ingenocum, atque Madocum, genere quidem spectabiles, & vita probabiles. Hi vnà cum beato Vuinoco rerum suarum onere expediti, patrio solo parentumque opibus exuti, ad currendam viam mandatorum Dei passibus fidei ducebantur, illud Apostolicum operum suorum vocibus clamantes: Non habemus hìc manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.

Gen.12.

Cum tribus socijs peregrinationẽ suscipit.

Hcb.13.

Quomodò hi quatuor sancti viri beato Bertino Abbati se subdiderint. Cap. 2.

IGitur post longa viarum spatia regioni tandèm appulêre Morinorum, vbi fama vulgante sanctorum hominum tunc florere religionem compererant. Peridem tempus in ea Morinorum seu Taruanensium regione beatus Bertinus in ornamento Ecclesiæ Dei erat lapis precioſus, in Sithiu monasterio merito & officio Abba. Hic sanctitatis suæ aromata longè lateque spirauerat, & in militiam Christi suo exemplo permultos inuitârat atque pertraxerat: cuius laudabilia gesta nõsse qui velit, ex libello, quo eius actus plenissimè continentur, perspicuè discere poterit. Tanti ergò patris regimini viri illi, quos diximus, deuoto se obsequio subdiderunt, & egregium omninò duxêre, ad doctrinam sancti animo peruigili pendere. Eorum verò laudabili deuotioni gratulans beatus Bertinus, sub norma pij patris Benedicti docuit eos ferre suaue iugum Christi: monasticisque parére sanctionibus, & verbis & factis instituit. Cumque eos inter ipsa conuersionis primordia culmen perfectionis iam attigisse miraretur, locum eis, in quo singularius Domino vacarent, attribuit, vtque cellam illic sacris occupationibus congruentem extruerent, imperauit. Párent imperio, construendo incumbunt ædificio. Locus ille in Morinorum territorio situs, vsque in præsentem diem mons sancti Vuinoci vocatur: vbi illi viri Dei aliquandiù degentes, & se mundo, & sibi mundum crucifixerunt.

Veniunt ad S. Bertinũ.

Vita eius habetur To. 5. Septemb. 5.

S. Vuinocus fit monachus.

De illustri viro Heremaro, largiente suum prædium sancto Vuinoco, ac de monasterij constructione in prædij possessione. Cap. 3.

HAbebat tum sanè mater Ecclesia egregium membrum suum, virum illustrem Hermarum, tam opibus quàm moribus præclarum. Hic pro adipiscenda in terra viuentium portione, Deo sanctoque Vuinoco quoddam sui iuris obtulit prædium, quod Voromholt ab incolis vocitatum, vsitatissimum ad nos vsque seruat vocabulum. Adiacet ea possessio cuidam fluuiolo in Taruanensium & Flandrorum confinio, habetque pingue satis solum & fertile frugum. Eò autem Abbas Bertinus destinatis Dei famulis, operam dat construendis seruorum Dei habitaculis, in quibus & Christus in pauperibus chariùs exciperetur, & monasticus ordo secretiùs atque deuotiùs excoleretur. Viri ergò Dei, in militiã Christi succincti lumbos mentis, imperio se iubentis accommodant, iniunctumque opus maturare contendunt. Feruet opus, surgunt ædificia, instruuntur xenodochia: ità vt breui absoluta & exædificata illa domus Dei, facilè posset ab incolis honorem promereri. Sancti autem viri illi in labore manuum suarum adeò erant diuina gratia instructi, vt non sua, sed quæ essent Iesu Christi, quærentes, aliorum salutem suæ anteferre, & aliorum leuandis incommodis sarciendisque detrimentis sua lucra facere viderentur. Nihil enim in omni vita iucundius habuêre, quàm hospitum pauperum & peregrinorum commodis prospicere: eratque eis cor vnum & anima vna, & quod dici solet, erat alius alij dimidium animæ. His ergò instrumentis in semetipsis templum spiritussancti construentes, vsque ad finem vitæ à rigore propositi nihil remiserunt.

Monasterium in Voromholt construitur.

Quomodò sanctus Bertinus post obitum trium prænominatorum virorum beatum Vuinocum gregi præfecerit monachorum. Cap. 4.

POrrò post decessum trium sanctorũ virorum, beatus Vuinocus superstes fuit: qui regularibus disciplinis apprimè imbutus, profecerat sanè in omnibus fidei doctrinis, proferens de thesauro cordis noua & vetera. Cumque sæpè memorati tres viri extremum clausissent diem, perpetuam translati in requiem, sanctus Bertinus virum Dei gregi monachorum voluit præesse, quippè qui iam humiliter subesse didicerat. Erat ille quidem antedictis tribus viris ætate minor, sed non inferior sanctitate. Adeò enim in præcedentium sanctorum vestigijs institit, vt in nulla eum virtute posteriorem Ecclesia miraretur. Non enim, vt dici solet, posterior currebat rota, sed præeuntes quosque in bonis actibus maturè attingebat, illud Apostolicum & animo voluens, & opere complens: Quæ quidem retrò sunt, obliuiscens, ad ea, quæ priora sunt, me extendens, ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis. An mihi eius iam prædicanda est humilitas & patiẽtia? De quibus sanè quicquid dixero, minus inuenietur, quàm pro meritis tanti viri. Didicit ille mitis esse & humilis ab eo, qui dicit: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. & itèm: Qui maior est vestrûm, erit minister vester. &: Qui se humiliauerit, exaltabitur. Egregium duxit subiectis sibi fratribus ministrare: quia nouit Christum non venisse ministrari, sed ministrare.

S. Vuinocus præficitur monasterio.

Philip. 3.

Matth. 11. 20. 23. 20.

De mola ad orationem viri Dei diuinitùs rotata. Cap. 5.

HOspitalitas in eo prompta fuit, quia charitas non ficta: adeò vt illum diem egregiè lætum duceret, cùm hospitem, immò in hospite Christum, suscipere meruisset. Quicquid operis aliorum manus vel arduum & graue refugiebat, impigrè ille & incunctanter arripiebat. In tantarum autem argumentum virtutum accessit ei à Domino gratia signorum, & qui paruulus in oculis suis fuit, gloriosus factus est per eum, qui dicit: Super quem alium requiescam, nisì super humilem, & trementem sermones meos? Et iam vltimo senio confectus, non fatiscentem causabatur ætatem: sed in emeritis artubus adhuc Christi militiam gessit, in eaque, licèt corpore fessus, fortiùs pedem fixit, & virtute, qua potuit, ad erogandam

Esa.66.

familiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

familiæ Christi tritici mensuram fidelis dispensator incubuit. Sæpiùs autem illud
2. Thess. 3. Apostolicum animo reuoluens, Qui non laborat, non manducet: itemque illud
Psal. 127. Psalmographi: Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & benè tibi erit: eisdem præceptis non solùm affectu, sed etiam effectu paruit, atque labore manuum tam suis, quàm aliorum, necessitatibus prospexit. Aptauit enim sibi molam quandam, (nimirùm opus, in quo solet iniuriæ locus esse) quam subindè manibus versando, subindè quoquè orando, suis pauperumque vtilitatibus inseruire coëgit: & mirum in modum, cùm vicissìm operi succederet oratio, orationem diuina secuta est benedictio, qua illum celebrem reddidit. Deus enim parcere volens labori fessi senis sui, molam, quod dictu quoquè mirum est, sua sponte fecit circumagi, consulens famuli sui & defessæ ætati, & necessitati. O verè mirabilem Deum in sanctis suis, qui in creaturarum ministerio sic ministris suis ministrat, vt etiam naturæ legem excedere compellat.

Præclaro miraculo eum Dei illustrat

De curioso fratre cælitùs cæcato, sed per orationem sancti viri illuminato. Cap. 6.

ID verò ille animaduertens, iam securus de labore suo, quippè qui Deum adiutorem experiretur, frustrà se labori manum admouere existimabat, cùm Deus illi suam admoueret: qui dat escam esurientibus, & implet omne animal benedictione. Itaque oculis & manibus semper in cælum intentus, pro collatis sibi à Deo beneficijs, cordis offert sacrificia. Interìm fratres, qui labore manuum eius iucundè reficiebantur, & alimentorum copiam, & in sene operis efficaciã mirabantur. Nec erat incerta suspicio, senem diuinitùs adiuuari, cui & ætas prolixior, & ad occasum procliuior esset. Illis ergò admirantibus hinc copiam panis, indè imbecilla membra senis, vnus eorum curiositatem temeritate armauit, omnemque rei ordinem oculata fide explorare tentauit. Accedens ergò ad domum illam, vbi vir Dei & labori manuum, & orationi incumbebat, oculis ad foramẽ curiosè admotis, vidit molam, orante viro Dei, diuinitùs moueri, atque farinæ copiam euomere. Sed ad eius intuitum solito cursu refrenato, mola immobilis mansit, moxque hominis temeritatem vltio diuina secuta est, quæ illum & humi prostrauit, & iusta cæcitate damnauit. Pœnam hanc immodicus quisque & temerarius maiestatis scrutator pertimescat, & à noxia curiositate resipiscat. Plùs enim velle sapere, quàm oportet sapere, quid est aliud, quàm desipere? Ità enim quidam exciderunt à veritate, iustam in seipsis suæ temeritatis mercedem recipientes. Sed ad rem: Ille ergò fratter tam visu, quàm gressu orbatus, aliorum manibus reductus est: & qui in non sua plùs, quàm debuit, extitit curiosus, in suis minùs, quàm oportuit, officiosus effectus est. Minùs, inquam, officiosus, quia oculorum & virium officio destitutus. Altero autem die, quid viderit, quid've perpessus sit, ijs, qui aderant, indicauit: & ad virum Dei perductus, pedibus eius aduoluitur, se temerarium, se reum non sine lachrymis fatetur. Nec res potuit reuocari in dubium, quam & cæcitas & pauor hominis demonstrarent. At seruus Dei condolet reo, fontemque illi misericordiæ aperit: condonat iniuriam, consignat eius oculos: dehinc orationis antidotum parat, visum cæcato reparat: & quàm facile ei fuit remittere iniuriam, tam non difficile est cæco visum instaurare. Itaque mœror restituti fratris mutatur in gaudium, confusio in iubilum: tamque iucundum erat errati meruisse veniam, quàm cæcitatis pœnam euasisse.

Pfal. 145. & 144.

Fratris cuiusdã temeritas castigatur diuinitùs.

S. Vuinocus cæcũ sanat.

De multimoda viri Dei deuotione, eiusq; in Christo dormitione. Cap. 7.

SEd ad alias viri Dei virtutes veniamus. Erat ille planè, vt de quodam in Euangelio Dominus dicit, verè Israëlita, & doli expers. Iam mente Deum cernebat, à quo se dolebat in corpore peregrinari. Fidelis in domo Dei œconomus, plùs amari studebat, quàm timeri: & ministrare potiùs, quàm aliorũ ministerijs foueri: nec occasione regiæ nobilitatis, qua præclarè pollebat, cuiquã seruilis conditionis ad conuersionem venienti se anteponebat. Animo & vultu hilaris, fide robustus, spe longanimis, charitate diffusus: à dextris & à sinistris, armis iustitiæ munitus, nec prosperis efferebatur, nec aduersis deijciebatur. In consilio prouidus, in intercessione strenuus, sapientiæ sale conditus, lorica virtutum contra spiritales nequitias instructus. His & id genus alijs virtutibus armatus, Dominica bella peregit, & vt vir fortis, principem huius mundi subegit. Cupiens verò dissolui, & esse cum Christo:

Iohan. 1. Virtutes S. Vuinoci.

Christo: Educ, inquit, Domine, de carcere animam meam ad confitendum nomini tuo. Eius autem desiderijs Dominus annuens, petitioni eius non defuit. Mittit Angelos, qui eum ad se euocent, donatiuum largitur emerito militi suo, quod oculus non vidit, auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit. Obijt octauo Idus Nouembris, atque in prædio, quod iam suprà diximus Voromholt appellari, humatus est: regnante in perpetuum Domino nostro Iesu Christo: Cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Pfal. 141. 1. Cor. 2.

Sequuntur miracula. Et primò de oratorio sancti concremato, sed sepulcro eius ab incendio diuinitùs præseruato Cap. 8.

NOn multum temporis post excessum sancti viri effluxit, & res seculis inusitata contigit. Quadam die cùm Sol à meridiano feruore reperet, fratrumque caterua præfato in loco somno paululùm indulgeret, ignis ex vicina domuncula flammam euomuit, quæ proxima quæque ædificia exurendo absorbuit. Nam & in ecclesia membrorum viri sancti seruatrice, totis regnauit habenis, nec furoris sui refrenauit impetum, donèc ad beati viri veniret tumulum. Vbi ex virtute Dei metuentium longè refugit. Sicque exemplo trium puerorum rem contigit euenisse: sicut enim tunc in illis, ità & nunc ad sepulcrum sancti viri flamma vires perdidit. Exhinc omnibus igni absumptis cùm fomes ignis defecit, flamma in se victa refedit. Tunc qui aderant rei nouitate perterriti, ad tumbã viri Dei concurrebant, vndè nihil aliud quàm penè adustam credebant. Sed res in admirationem versa est intuentium: quia sepulcrum sancti vnà cum adiacentibus sibi ornamentis inter medios ignes videbant intactum. Quod vt viderunt, pro cæteris damnis consolationem receperunt: quia in membris sancti incendia nihil valuêre, quæ in adiacentibus materijs nihil reliquerunt.

Dan. 3.

Ignis non audet appropinquare sepulcro sancti Vuinoci.

Quòd iter manus baiulorum immobile manserit corpus sacrosanctum. Cap. 16.

PLacuit fidelibus, corpus sancti patris de proprio sepulcro leuare, & remotiùs ex iam vsto oratorio transferre, donèc damna quæ ignis intulerat repararent, atque pristino item loco illud restaurarent. Sed tam piæ intentionis affectum, diuina prohibuit virtus trãsire in effectum. Nam leuato sacrorum loculo membrorum, erat cernere immobilem fieri inter manus baiulorum. Sed dum quid facto opùs esset anxiè quærerẽt, tandèm intellexêre diuini non esse iudicij sacrosanctum corpus longiùs transferri. Et consilio accepto, operæprecium censebant precibus à Deo obtinere, quod humanis viribus non valuêre. Nam dum in horto, qui fortè ecclesiæ adhærebat, proponerent illud transferre, ad mouendum celerem mox effectum inuenêre: leuantesque, præscripto in horto posuêre. In quo loco in argumentum adhuc sanctitatis eius signa non defuêre, quæ odore suo populos longè lateque contraxêre.

Non vult aliò transferri vir sanctus.

De quodam meritis sancti reparato. Cap. 10.

QVia cœpi, loquar magnalia Dei. Quidam officio pedum mulctatus, capitis manuumque tremore insuper damnatus, ad sepulcrum sancti, aliorum manibus venit. Et mediantibus Dominicæ resurrectionis nocturnis vigilijs, precibus indulgens & lachrymis, pro recuperatione sui meritum expectabat sancti. Nec eluſa est spes confracti. Nam inter recitandũ post nocturnas vigilias Euangelium, cæleste eidem adest remedium. Immenso quippè lumine circundatus, quasi gemmas, igneas sagittas vtrinq; singulis in auribus sensit vibrari. Erat cernere vtraque ex aure sanguinis copiam fluxisse, officiumque membrorum hominem recepisse. Sicque fidem hominis medela sancti non fefellit, quæ inopinata salute venit, impletumque est illud prophetæ: Tunc saliet sicut ceruus claudus. Mox pro collato sibi diuinitùs remedio, immenso exultauit gaudio, & pro recuperatione sui gloriam prædicat sancti. Rei ordinem his qui aderant pandit, noctemque diemque in laudes Dei expendit. Perpendite quæso in hoc miraculo, quàm celebris sit hic sanctus in populo, quàm potens miraculorum, quàm efficax curationum. Quanti putas glorioſior est in cælis, qui sic glorioſus est in terris? Certè pudorem nostrum nullo modo excusamus, si talem habentes medicum ægrotamus.

Quidã debilis & cõtractus curatur

Esa. 35.

De viro virtute sancti nullum post ruinam incommodum perpesso. Cap. 11.

Virtus

Universidad de Deusto
Biblioteca

VIrtus virtutem comitatur, & adhuc in sancto suo Deus glorificatur. Neque silentio est prætereundum, quicquid in sancto Dei est iocundum, quanquàm ætas veterum plura nobis inuideat, & pauca de plurimis futuræ ætati perspicua faciat. Gerardus quidam comitatum gerens, Deo sanctoque Vuinoco adeò erat deuotus, vt impensas magna ex parte de collaboratu proprio, pro restaurando sancti viri administraret oratorio. Sed hanc boni viri industriam humani generis inimicus vidit, & amica sibi zelotypia inuidit, fraudisque suæ commentis cœptum opus parat impedire, quod inuidus non potuit non inuidere. Nam cuidam, qui cõsummando operi deseruiebat, præcipitium ex alto dedit, quem vitam finisse ipsa ruini suspicabile fecit. Sed virtus sancti fraudem elusit inimici. Nam post horam ipsi meritis sancti incolumis surrexit, vt non solùm nulla præcipitij damna sentiret, sed promptiùs, quàm solebat, ad cœptum opus rediret. Sicque ex hoc miraculo stupor simul & gaudium accreuit in populo.

Cadens à summitate templi non læditur.

De præfati illustris viri Gerardi donatione, calicisque vitrei conquassati redintegratione. Cap. 12.

POstquàm fama tanti miraculi ad præfatum illustrem Gerardum peruenit, magis magisque ipsum in amorem sancti accendit, adeò vt illum pro ea, quam habebat deuotione, patrimonij sui donaret largitione. Cum omni nanque integritate Spirliacam ei villam dedit, sumptuum etiam copiam adiecit pro cõstruendo eodem in loco in honorem sancti viri oratorio. Cui operi honestiùs maturando fratres de cœnobio sancti viri euocãtur, atque industria eorum ad plenum omnia formabantur. Vita enim eorum, doctrina & virtutibus egregia erat: ideoque ad sententiam eorum facilè omne opus processerat. Quo in loco quadam die Dominica contigit ad conficiendum corpus & sanguinem Dominicum, calicem deesse: cumque non parua solicitudine super hoc mouerentur, nè fortè hac sacrosancta die sacramentis Dominicis frustrarentur, casu vitreum vas erat appositum, sed confractum. Quod quidam fratrum cùm leuiter aqua purgaret, inter lauandum paulatìm resolidatur, sicque mirum in modum diuino ministerio aptatur: adeò vt etiam vsque ad nostra tempora in similes vsus haberetur.

Illustris vir Gerardꝰ reparat S. Vuinoci oratorium.

Vas confractum integratur.

De reliquijs sancti per incuriam perditis, gratia eius mirabiliter inuentis. Cap. 13.

DIes Rogationũ aduenerat, populus cum Crucibus, reliquijs, & cambuca sancti longiùs processerat, sed tardiùs solitò monasterium repedauerat. Sed cùm circa reliquias sancti negligentiùs quàm oportuit ageretur, negligentia meritò damnum meretur. Nam à fronte cambucæ particula auri cum reliquijs cecidit, atque inueniendi se vestigia nulla reliquit, tantique perditio thesauri vsque manè latuit. Manè autem facto capicerius Ecclesiæ damnum rei publicè primùm experitus, incredibili timore diriguit, remq; fratribus retulit, si fortè huiusmodi damno conscientia alicuius subuenire posset. Sed cùm in hac re nihil in eorum conscientia perspicuum foret: tum etiam earundem reliquiarum baiulus nil scisciantibus satisfacere posset, via qua venerant ad requirendum repedatur, sed quærentium labor frustratur. Res mira, tantæ desolationi diuina pietas subuenit, atque gloriam sancti in gloria sua palàm fecit. Nam manum casu ad capitium ducens capicerius, desiderio inueniendi quod quærebatur est satisfactus, quia in eodem capitio, quas quæsiuerat, reliquias est nactus. Sicque præter spem inuenit, qui super inuentione earum ex integro diffidebat. Asseuerabat etiam coràm, extra conscientiam suam rem euenisse, quia sibi conscius non fuerat, vel se, vel quenquam mortalium rem super qua quæstio erat in capitium suum deposuisse, eandem quoquè vestem nocte se exuisse, & manè rursùm induisse. Vndè non incerta erat suspicio, rem ob meritum sancti diuino geri imperio. Fratres verò super vitio incuriæ pœnitudine ducti, & in reliquum cautiores facti, Deum in sancto laudibus extulerunt, quem sic gloriosum & in ipso & in omnibus sanctis intellexerunt.

Dies Rogationum.

Inueniũtur diuina gratia aliquot reliquiæ sancti per incuriã priùs deperditæ.

De vitrea ampulla ad tumulum sancti post ruinam illæsa. Cap. 14.

VIncit materies stylum & tempus, atque impar est sermo miraculis. Nam antè diem clauso componet vesper olympo, quàm poterunt sancti virtus & facta referri: tempori tamen & ingenio, dicendi æquabitur ratio. Ad memoriam sancti, oleum cum lumine perpetuabat, quod ampulla vitrea in vmbone pendens seruabat: quam Quadragesimæ diebus hora diei sexta contigit ruinam dedisse, & in aures

res circunstantium sonum adeò iniecisse, vt in æstimatione esset omnium, muri corruisse arcum. A fratribus tunc in orationem prostratis concurritur, vestigium ruinæ quæritur: erat enim æstimare rem non sine damno euenisse. Sed secùs àc putabatur res euenit. Nam ne ruinæ vestigia quisquam inuenit, quia virtus Dei in sancto suo id insigne facti dedit, ampullam vitream post ruinam tam sine suî contritione, quàm sine olei effusione. Ignorauit quippè vas olei inter ruinas læsionem: quia seruauerat illud sanctus hic in honorem. Libet hic hoc facto intueri, in dilecto suo virtutem Dei. Quoniam sanctus iste quoàd vixit in vase habuit oleum, hoc est in conscientia opus bonum, vas materiale cum oleo æquè materiali testimonio erat: vas, inquam, post ruinam non confractum cum oleo sine damno suî mirabiliter seruato. Sic sic quotidiè inter ruinam iustus quisque seruatur. Iustus enim septies cadit & resurgit, at cùm ceciderit non collidetur. Quia Dominus supponit manum suam.

Siluminarium vsus ad sepulcra sanctorum Deo esset ingratus, non vtiquè tantum miraculum fieret.

Prou. 24.

Psal. 36.

Depiratarũ in fines Flandriæ irruptione, sacriq; corporis translatione. Cap. 15.

CArolus cognomine Caluus Francorum in sceptris imperium agebat. Balduinus eiusdem gener monarchia Flandrorum gloriosè pollebat, vir cuius ingenio & militia nihil in viris clarissimis preciosius vnquàm habuit Flandria, cui ex occasione fortissimi animi cognomen accessit Ferreus. milite enim multo & militia de hostibus triumphare non parùm erat strenuus. His diebus mucro diuinæ animaduersionis de vagina sua eductus, circa marina maximè loca vlciscẽdi frena laxauit. merito enim sui erroris populus terræ id promeruit. Nam regia Danorum satellitem funestum de sinu suo euomuit, qui quæque circuncircà gladio igneque absorbuit, maximeque in Flandrorum atque Menpescorum confinio incredibili desæuit exterminio. Vndè contigit sacrosanctum corpus beati viri de loco propriæ quietis Vuoromholt efferri, & ad Sithiu in ecclesiam beati Audomari transferri. Quo in loco, non infimo Audomaricolis honori fuit, donèc pestis præfata Dei miseratione sopita quieuit.

Balduinus Flandriç Comes, cui dictus sit Ferreus.

Flandria à Danorũ milite deuasta tur.

Corpus S. Vuinoci Audomaropolim transfertur.

De castri Bergas constructione, sacriq; corporis illò translatione. Cap. 16.

SVccessu interea temporum surrexit in Flandria optimum inter millia caput Balduinus cognomine Caluus, famam cum rebus peperit cui plurima virtus. Hicà progenitoribus Flandriæ monarchiam sortitus, tum facilè habebat obuium sibi suisque consultum ire, tum & ingenio & armis diuina humanaque iura ex æquo librare. Qui suspicione eruptionis aduersæ partis (quæ iam post longum furorem vix quieuerat) ductus, fines Flandriç facilè vsque ad id temporis accessibiles & peruios hosti, castris munierat, omnique in reliquum impugnationi clauserat. Tunc etiam locum Bergas dictum præsidio placuit munire, quòd munitioni omni circunquaquè esset patriæ, vbi etiam ecclesiam construi fecit, quam titulo confessorum Christi Martini atque Vuinoci insignitam perfecit. Animo insuper quidam honestè vtile, & vtiliter honestum concepit, quod tam honestè quàm vtiliter opere perfecit, sacrosanctum videlicet corpus beati Vuinoci illò transferre, vt Flandria vlteriùs secura laborum, tanto gauderet protectore. Tenebat ea tempestate sceptra Francorum Rex Carolus, quem dolo captiuauerat Heribertus. Quem præfectus Flandrorum monarches adiens (habuit enim apud ipsum plurimum posse) consilium animi sui Regis roborauit consilio, & magnificauit priuilegio. Nam mox vt animum Regis super præfati loci mentione conuenit, proprij sese voti compotem inuenit: quia super eodem loco priuilegiũ regale facilè obtinuit, affectusque sui effectum authoritate regia promeruit. Tum demùm Sithiu perrexerat ire, quò iam vt diximus timor hostilis sacrosancti Vuinoci membra coëgit transferri: Et licèt arte qua poterant obnitentibus Audomaricolis, sacrosanctum corpus abstulit, & ad locum Bergas, quò destinauerat, transtulit, quem iam regali & priuilegio & munificẽtia, vt diximus, adeò ditauerat, vt eum Flandria honestam sui partem hodiè habeat. Acta est hæc translatio à Balduino cognomine Caluo, Anno humanati Verbi nongentesimo, Caroli Regis, ab Heriberto Virmandorum postea capti, anno octauo, indictione tertia.

Balduinus Caluus Flãdriç Comes multis castris Flãdriam munit.

Sithiu mõnasterium apud Audomaropolitanos.

Transfertur rursùm corpus eius Bergas.

Hunc Carolum Simplicẽ Galli scriptores vocant.

De corpore sacrosancto Vuoromholt deportato, & cæco illuminato. Cap. 17.

FIdelibus sanè Deo sanctoque Vuinoco deuotis conuenit, sacrosanctũ corpus sancti ad pristinę quietis locum Vuoromholt quotannis deportari, cùm natale præcur-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quotannis fit processio cũ sacro corpore in Vuoromholt.

præcursoris Christi annuus indicit cursus celebrari, quanquàm nostra ætas ad deportandum illud morem gerat, cùm aduentum spiritûs sancti Ecclesia solenniter celebrat. Deportandi illò, quò diximus, sacri corporis dies illuxit, plebs non modica, inuitante merito sancti, vndecunquè confluxit, visura gloriam Dei in gloria sancti sui. Nam in magno grege confluentis eò populi, quidam Adalbertus cum vterino fratre suo Tanchrado pars erat populi: cum fratre, inquam, à primis cunabulis cæco: cæcitas enim penè æquæua sedecim iam annos in homine æquauerat. Hic fide in spem recuperaudæ per sanctũ sanitatis erectus, excubias noctis ante loculum sacri corporis longis vigilijs trahebat, & indefessè vigil lumen, quod non habebat, quærebat. Et eccè resoluentibus ora in laudes nocturnas fratribus, dormitans dormierat, vigilijs enim in longũ continuatis lassescerat: moxque in articulo

S. Vuinocus dormiẽti eẽ eo appáret.

quo oratio Dominica euãgelij pronunciationẽ præcesserat, senem canis iocundè resperſum, splendidè circumamictum, baculo nitentem viderat, hisque verbis inclamantem audierat: Quid sopore & desidia sopite deprimeris? Minimo insuper digito palpebras semiuigilantis adiecit ferire, vtque somno expergisceretur imperare. Hanc visionem inconditus mox expergefacti clamor sequitur, anhelantibus dehinc verbis sese percussum conqueritur. A circunstãtibus accurritur, causa

Cæcus meritis sancti viri videt.

clamoris inconditi inquiritur: sed non egent doceri, quibus res ipsa pro se loquitur. Nam erat cernere rem spectaculo nouam & laude dignam, oculos paulò antè cæci sanguine taboque madere, cæcum se videntes videre. Animi populorum impore concutiuntur, gaudio eriguntur, & in laudem Dei præter iubilum nihil erat audiri. Altera dies illuxit, populus reditum vnà cum sacris artubus maturauit: adolescens pridiè illuminatus, loculo sancti Crucem præferebat, & pro reparatione luminis non parùm Deo sanctoque exultare habebat.

De cæca illuminata. Cap. 18.

ALiud, non dissimile huic miraculo, non dissimiliter cernentibus fuit spectaculo. Quædam mulier emporio Furnẽsi oriunda, rebus paupercula, vtroque oculorum lumine orbata erat: cui cùm cæcitas triennio consenuisset, eamque medicorum manus eisdemipsis rebus, quæ inopi fuerant, exhausisset, sed nihil remedij attulisset, animo induxit sanctorum loca peragrare, longeque à melioribus medicis salutem expectare. Et peragratis quaquauersùm sanctorum cubilibus, tandèm visere locum venit, quo pausam membrorum sanctus Vuinocus elegit. Quæ luminare paruum, quo potuit sumptu elaboratum, tulit, comitante secum duce viæ ad altare sancti venit, corpus humi, cælo animum dedit, & ab hoc efficacissimo animarum corporumque medico remedium quærit. Vix humi prostrata,

Cæca videt

orationem Dominicam perorauit, & eccè vota sua præueniri diuina pietate sensit: humo resilijt, oculos aperuit, quos trima cæcitas lumini clausit. Vespertina synaxis tũc à fratribus agebatur, res palàm populo gesta non parùm stupori habebatur. Mulier verò salutis suæ authori grates non modicas dedit, & quæ duce venit, duce rediens non quærit, altero duce veniens, se duce rediens.

De reo captiuato, meritis sancti liberato. Cap. 19.

QVendam ex familia Vuoromholtensi, quæ sancto viro attinebat, reipublicæ præfectus captiuatũ loris adstrinxerat. Vbi cùm omnem salutis spem exhaustam haberet, hoc vnicum remedij credebat, in inuocatione huius sancti dies noctesque perpetuare, & ab eo ereptionem suî expectare. Eccè prima vigilia noctis

Captiuus quidã meritis sancti à vinculis absoluitur.

cernit adesse senem magno fulgore nitentem. Hic nitet, ille stupet, prorsùs vterque silet. Cumque aliquandiù in hoc lux, in illo stupor, in vtroque silẽtium, cum sene lux abijt, captiuo ereptio venit, nam vinculis manuum pedumque expeditus, libertate eundi quò voluit est potitus: claustris apertis egreditur, viam quę

Captiuus quidã meritis sancti à vinculis absoluitur.

Vuoromholt ducit ingreditur. Nec mora, nec requies, ad præfatum locum festinato peruenit, ereptori suo gratias dedit, ereptionis suæ ordinem cunctis palàm fecit. Testabatur etiam profugo prosperos ad votum successus arrisisse, nec feram nec hominem, quod facilè nocturnis profugis timori esse solet, obuium habuisse.

Item de quodam captiuo virtute sancti erepto. Cap. 20.

ALiud alio tempore nec dissimile miraculum hoc authore gestum, ex scriptis futura ætas habeat manifestum. Adalardus quidam erat, non infimum ex fami-

familia præfati cõfessoris caput, villam vocabulo Suinesela mansionem habebat, famulos ipse famulus plures possidebat. Quorum plerique fugam noctù capere, Boloniam parant tendere. Erat tunc temporis eisdem Boloniæ partibus quidam Mirolfus prauipotens, rebus pauper, alieni appetens. Qui præfatos fugitiuos facit sibi captiuos, auaritia & ipse captus, seruans eos cismarinis vendendos negociatoribus. Adalardus quẽ præscripsimus suos è vestigio insequitur fugitiuos, eos apud Mirolfum reperit captiuos, virum conuenit, suos publicis legibus repetit. At ille insanire, Adalardum æquè concaptiuare, vinculis pedicisque damnare, postremò omnia quæ reorum sunt in ipsum intentare. Sed magis ille reus, quàm qui sine crimine læsus. Nocens ille vincula, innocens iste preces ingeminat, preces inquam, quibus beati Vuinoci nomen interdiù noctuque frequentârat. Neque fieri potuit

Eccè quomodò sanctos non lareat quãdò inuocãtur.

in inuocatione nominis sui, pietatem sancti deesse, qui multotiès antequàm inuocetur solet adesse. Nox media aduenerat, homines sopor altus habebat, catenatus etiam ille somnum ceperat, sed in somno salutem sibi iamiamque aduentare sentirat. Viderat enim senem canitie iocunda caput resperſum, virgam manu præferentem, quem vidisse salus & gaudium videntis fuit. Nam somno excitatus, vincula colli ferrea cum manicis & compedibus æquè ferreis tum gremio cecidisse, tum

Vinctus à catenis & cõpedibus absoluitur.

plaustra custodiæ suæ videt patuisse. Sicque liber vinculorum, securus suî, dum desinit esse captiuus, incipit esse fugitiuus, reliquum noctis indulgens fugæ, & per palustria viæ consulens vitæ. Nam palustria loca octo ferè miliarijs continua ingressus, felices adeò abeundi habuit successus, vt aqua quæ paludibus deesse non solet, plantis paludem ingredientis deesset. Sicque exemplo Israëlitici populi res gesta

Siccis plantis idem obambulat loca palustria.

est: sicut enim illi fugienti maria, sic isti æquè fugienti cesserè palustria. Perpende prudens lector in vno eodemque homine duplex miraculum: Hinc vincula sine manibus dissoluta à manibus pedibusque captiui: hinc loca palustria solidata sub pedibus fugitiui. Euadens itaque homo captiuitatis suæ periculum, post multa deuia sancti intrat oratorium. Hoc authore, se ereptum clamat, Deo grates, populo spectaculum ingeminat.

De muliere à natiuitate cæca coram lipsana sancti illuminata. Cap. 21.

SAnctum hunc in artubus suis defunctis viuere, plura adhuc documenta sunt, quanquàm cõpendij gratia ad finem festinet oratio. Annuus indixit recursus sacro sanctum corpus sancti Vuoromholt deportari, cùm aduentus spiritûs sancti solenniter solet celebrari. Accurrit populus, properat sine nomine vulgus. Habebat enim summè festinum patrocinia sancti ire comitatum. Mulier cæca à natiuitate populo se immiscuerat: tandemq; ad locum destinatum populo euecta magis quàm adducta peruenerat, & indice strepitu populi, prope lipsana accessit sancti. Cuius gemina cæcitas tũc præsentibus tam spectaculum quàm compassionem suscitauit. Et pro recuperatione ipsius, hinc preces, hinc vota fundunt, tum recursum suî annuum, tum dona etiam annua spondent. Indè preces iterãt, voces & vota frequentant, adeò vt voces fratrum in synaxi psallentium vincerent. Sed & cæca mulier lachrymis indulget & precibus, precum suarum mox lætificanda effectibus. Quid plura? Sanguinem orbes oculorum euomuêre, nec minùs quàm pressi copiam lactis. Cerneres cæcam cæcitate vsque ad id informem, perspicuam videndi accepisse formam, & in miraculo visibili erat mirari medicum inuisibilem. Sed

Sancti in mẽbris suis defunctis quomodò viuant.

Mulier cæca videt.

primùm nouitate rei mulier concussa humi æquatur, dehinc tam cõfortata quàm illuminata in pedes constitit, perpetuos quoad viueret famulatus sancto vouit, quosque vouit adeò exhibuit, vt in obsequio sancti viri, contritione carnis & spiritûs senesceret, & ad exitum vitæ, cursum ab hac intentione non reflecteret. Hęc de viro sancto dicta sufficiant, quanquàm signorum ipsius materies omnem stylum exuperet, miraculisque eius omnis sermo inferior sit. Nec credi non debet in artubus suis defunctis ipsum adhuc viuere, cui olim in terris viuenti Christus fuit viuere. Pro nobis oret hic sanctus, sub quo Flandria floret: Scribentem simul respiciat atque legentem, Amen.

Vouet sancto perpetuum famulatum.

VITA ET MARTYRIVM sancti Herculani Episcopi Perusini, cuius festiuitas septima Nouembris celebratur, habetur Tomo 2. prima Martij: Itaque Lectorem eò remittimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA DIVI AMARANTI MARTYRIS, PER DIVVM GREGORIVM ARCHIEPISCOPVM TVronen. *Scripta libro de gloria Martyrum, Cap. 67.*

7. Nouembris Sanctorum animæ post agones viuunt in gloria.

AMARANTVS martyr apud Albigenſem vrbem, exacto agonis fidelis curſu, ſepultus viuit in gloria, cuius (vt hiſtoria paſſionis declarat) ſepulcrum diù vepribus ſepibuſque cõtectum latuit, ſed Domino iubente, Chriſtianis populis reuelatum eſt: & crypta, in qua quieſcebat, patefacta reſplenduit. Sed cùm hoſtilitate impellente, locus ab habitatoribus fuiſſet eneruatus, à longinquo venientes incolæ, honorem beato martyri, quasi cuſtodi proprio nitebantur impendere. Igitur cùm cereos frequenter deuotio Chriſtiana deferret, quadam die contigit, vt quidam præ longinquitate itineris incrementum ignis, quo accenderetur cereus, non haberet: arreptamque ſilicem ferro verberat, quasi ignem eliciturus. Quod cùm ageret, & crebris ictibus lapidem quatiens, nihil foci poſſet excutere, cæleſti lampade cereus, qui iam beato ſepulcro affixus erat, illuminatur. Sicque factum eſt, vt quæ humanæ non expleuerant induſtriæ, peragerentur diuini numinis maieſtate. Ceſſante humano ſtudio, cæleſtia officia adminiſtrantur, luminisque noui fulgore cereus clarificatur accẽſus. Quod cùm populis manifeſtum fuiſſet, incrementum foci vlteriùs, ad accendendum lumen nullus exhibere præſumpſit. Poſtquàm verò locus ille inhabitari ab hominibus cœpit, atque ibi domus in quibus ignis accenderetur adeſſent, hoc miraculum non eſt vltrà præſtitum plebi, cùm alijs miraculis frequentiùs illuſtretur.

Cereus ad ſepulcrum martyris diuinitùs accẽditur: vndè liquet cereorũ vſum Deo gratũ.

Multa ad ſepulcrũ eius fiunt miracula.

DE SANCTORVM ET RELIQVIARVM HONORE, SERMO BEATI IOHANNIS DAMASCENI.

Habetur libro quarto cap. 16. De orthodoxa fide. Iac. Billio interprete.

8. Nouẽbris ſecundùm Carthuſianos.

SANCTIS, vt Chriſti amicis, & Dei filijs, atque hæredibus, honor haberi debet, quemadmodùm inquit Theologus & Euangeliſta Iohannes: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Quocircà non iam ſerui ſunt, ſed filij. Quòd ſi filij, profectò & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Ac Dominus in ſacris Euãgelijs ad Apoſtolos ità loquitur: Vos amici mei eſtis. Et, Non iam dicam vos ſeruos. Seruus enim neſcit quid faciat dominus eius. Quinetiam cùm Rex regum, & Dominus dominantium, & Deus deorum, ſummus ille rerum omnium architectus ac Dominus dicatur, profectò Sancti quoquè tum dij, tum domini, tum Reges ſunt neceſſe eſt. Horum enim Deus, & Deus, & Dominus, & Rex eſt, & appellatur. Ego enim, inquit ad Moſen, ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob. Ac Moſes Pharaonis deus, à Deo factus eſt. Deos porrò & Reges ac dominos non naturâ dico, ſed quia perturbationibus animi imperârunt, ac dominati ſunt, atque imaginem diuinam, ad cuius ſimilitudinem procreati fuerant, integram, minimeq; adulteratam ſeruârũt, (nam & ipſa Regis imago Rex dicitur) & quia animi inductionem, ac voluntate Deo vniti ſunt, eumque hoſpitem ſuſceperunt, ac per eius perceptionem, quod ipſe naturâ eſt, hoc per gratiam extiterunt. Ecquid igitur cauſæ eſſe poteſt, quin eos honore cõplectamur, qui Dei ſerui, & amici, ac filij appellati ſunt? Etenim is honòr, qui probis conſeruis habetur, beneuoli erga communem Dominum animi argumentum eſt. Illi ſanè Dei promptuaria, & pura domicilia extiterunt. Inhabitabo enim in illis, ait Deus, & inambulabo, atque ero illorum Deus. Ac quòd iuſtorum animę in manu Dei ſunt, nec mors eos attingat, literis ſacris proditum eſt. Mors enim ſanctorum ſomnus potiùs eſt quàm mors. Laborauerunt ſiquidem

Iohan. 1. Rom. 8.

Iohan. 15.

Sancti, curdij vocẽtur.

Exod. 3.

Exod. 7.

Honorandi ſunt ſancti vt ſerui & amici Dei, 2. Cor. 6. Sap. 3. Pſal. 48.

dem in hoc æuo: & in æternum viuent. Ac precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. Quid autem præclarius ac plurisæſtimandum, quàm in manu Dei eſſe? Deus quippè vita & lux eſt: Ità fit, vt qui in manu Dei ſunt, in vita quoquè ac luce ſint. Quòd autem Deus etiam per mentem in ipſorum quoquè corporibus ſedem ac domicilių habuerit, his verbis Apoſtolus teſtatur: Neſcitis quòd corpora veſtra templum ſunt Spiritûs ſancti qui habitat in vobis? Dominus autem ſpiritus eſt. Et, Si quis Dei templum violauerit, diſperdet eum Deus. Quid igitur afferri poteſt, quin animatis Dei templis, & viuis Dei tabernaculis, honor ſit adhibendus? Hi cùm huiuſce vitæ vſura fruerentur, Deo fidenti animo adſtiterunt.

Pſal. 115. 1. Cor. 6. 1. Cor 3.

Sanctorum reliquiæ, fontes ſaluti ferri.

Chriſtus Dominus ſanctorum Reliquias, velut ſalutiferos fontes præbuit, ex quibus plurima ad nos beneficia manant, ſuauiſſimumque vnguentum profluit. Nec verò quiſquam huic ſermoni fidem detrahat. Nam ſi aqua in deſerto, ex aſpera & ſolida rupe, atque ex aſini maxilla ad ſedandam Samſonis ſitim Deo ità volente profiliit, erit ne cur cuiquam in credibile videatur, ex martyrum reliquijs ſuaue vnguentum ſcaturire? Minimè certè, ijs quidem, quibus Dei potentia, honorque, quo ſanctos ſuos afficit, perſpectus & exploratus eſt. Atque illud quidem veteri lege comparatum erat, vt quiſquis mortuum contigiſſet, immundus cenſeretur. Verùm hi in mortuorum numero minimè habendi ſunt. Ex quo enim ipſa met vita, ac vitæ author inter mortuos adſcriptus eſt, eos qui in ſpe reſurrectionis, ideque erga eum, diem extremũ clauſerunt, mortuos haudquaquàm appellamus. Qui enim mortuum corpus miracula edere queat? Quonam itaque modo per ea dæmones expelluntur, morbi profligantur, ægroti ſanantur, cæci proſpiciunt, leproſi mundantur, tentationes ac mœrores diſcutiuntur, ac deniquè omne donum optimum à patre luminum, eorum opera ad eos, qui fide minimè dubia poſtulant, deſcendit? Quid non laboris ſuſcipias, vt patronum quendam nanciſcaris qui te mortali Regi offerat, ac tuo nomine ad eum verba faciat? An non igitur ij honorandi ſunt, qui totius humani generis patronos ſe profitentur, ac Deo noſtra cauſa ſupplicant? Honorandi certè: & quidem ità, vt in eorum nomine templa Deo extruamus, dona offeramus, eorum memoriã colamus, atque in ea ſpiritualiter oblectemur, quo nimirùm lætitia noſtra ijs, à quibus inuitamur, cõgruat, ac non, dum eos colere ac demereri ſtudemus, offendamus potiùs & irritemus. Quibus enim rebus Deus colitur, ijſdem quoquè ſerui ipſius oblectantur. Quibus autem Deus offenditur, ijſdẽ etiam ipſius milites offenduntur. Quocircà in pſalmis, & hymnis, & cantibus ſpiritualibus, & compunctione, & eorũ qui in egeſtate verſantur miſeratione, (quibus obſequijs Deus potiſſimùm conciliatur) Sanctos colamus: Statuas ipſis ac viſibiles imagines erigamus: immò ipſi virtutibus eorum imitãdis hoc conſequamur, vt viuæ eorum ſtatuæ, atque imagines ſimus. Dei genitricem, vt propriè ac verè Dei matrem honore afficiamus: Prophetam Iohannem vt præcurſorem & Baptiſtam, vt Apoſtolum & martyrem. (neque enim, vt Dominus dixit, maior quiſquam Iohanne inter natos mulierum ſurrexit: regnique ipſe præconium primus obijt) Apoſtolos itèm vt Domini fratres, & conſpectores, miniſtroſq; ipſius paſſionũ, quos Deus ac Pater præſciuit ac prędeſtinauit conformes fieri imagini filij ſui, primùm Apoſtolos, deindè prophetas, dèmùm paſtores ac magiſtros, ac Domini teſtes, ex omnibus ordinibus electos, vt Chriſti milites, quique ipſius calicem biberunt, & viuificæ mortis eius baptiſmo tincti ſunt, velut paſſionũ ipſius, & gloriæ ſocios (quorũ anteſignanus fuit ille Chriſti primus Diaconus, & Apoſtolus, & primus martyr Stephanus:) tum etiam ſanctos Patres noſtros, ac diuinitùs afflatos monachos, qui diuturniore ac moleſtiore conſcientię martyrio perfuncti ſunt, qui circuierũt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, afflicti, anguſtiati, in ſolitudinibus errantes, & montibus, & ſpelũcis, & cauernis terræ, quibus dignus non erat mundus: ac deniquè eos, quorum ætas gratiam anteceſſit, prophetas, patriarchas, iuſtos, qui Chriſti aduentum prænunciârũt. Horum omnium vitæ rationem intuentes, fidem, charitatem, ſpem, zelum, vitam, tolerantiam in cruciatibus perferendis, ac patiẽtiam vſque ad ſanguinem, imitemur. Sic enim fiet, vt gloriæ quoquè coronas communes, cùm ipſis habeamus, Amen.

Sanctis ſtatuę ſunt erigendæ.

Matth. 11.

Rom. 8.

Heb. 11.

Quibus reb⁹ Deus colitur, ijſdem quoquè ſanctis eius.

Epheſ. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA BREVIS SANCTI VICTONIS VIRDV-NENSIS EPISCOPI ET CONFESSORIS, VT HABE-tur in antiquissimo MS. codice Ecclesiæ Traiectensis.

9. Nouembris S. Victo sit Virdunensis Episcopus.

TEMPORE Clodouei Regis Francorũ idem Rex cùm ciuitatem Virdunensem sibi rebellem obsidens subiugâsset, defuncto sancto Firmino eiusdem vrbis Episcopo, beatũ Victonem fama nimiæ sanctitatis fulgentem totius cleri & populi acclamatione Episcopum fieri procurauit. Qui pontifex factus, & sanctissimè viuens, multis miraculis & præcipuè in leprosorum curatione refulsit. Inter cætera verò cùm quodam tempore serpens miræ magnitudinis in quodam specu quod erat in loco vbi nunc vsque Crux magna lapidea cõsistit, iuxta viam publicam prope sancti monasterium latitaret, ex cuius flatu tam homines quàm animalia ibidem transeuntes occidebantur, & incolæ illius terræ sanctum Victonem interpellâssent, vt eos ab huiusmodi interitu liberaret, sanctus post triduanum ieiunium omnibus indictum, cum vniuerso populo ad foramen speluncæ perrexit. Cuius aditum cùm fuisset ingressus nil cunctatus, stolam arripiens qua erat indutus, serpentem illum horrificum fortiter aligauit, eumque sub diuo foràs extrahens, spectante populo, dicto citiùs extinxit: populum & iumenta liberans à morte pestis. Tandèm post sanctæ prædicationis & pietatis exercitia, & maxima miracula, sanctus Victo, spiritibus Angelicis ei obuiam venientibus & coronam imponentibus, quinto Idus Nouemb. migrauit ad Dominum. Ad cuius tumbam meritis eius cæci illuminati, dæmoniaci curati, claudi erecti, & leprosi sunt diuina virtute mundati. Tempore etiam quodam cùm tanta siccitas & ariditas illam patriam occupâsset, vt nulla spes fruges haberi & colligendi superesset, & vniuersus populus lugens & ieiunans sæpiùs corpora sanctorum cum pignoribus eorum circumportâssent, siccitatis remediũ à Domino postulando, illa die qua corpus sancti Victonis cum deuotione portauerunt, meritis, vt creditur, ipsius sancti, eodem die dedit Dominus terræ pluuias opportunas, & terra deincèps reddidit fructum suum. Econuersò autem, cùm alia nimia tempestas opprimeret terram illam, & populus patrocinium sancti, corpus circunferendo petissent, mox largiente Domino facta est tranquillitas magna super terram.

Serpentem ingẽtis magnitudinis diuina virtute occidit

Feliciter obit.

Miracula ad sepulcrũ eius.

Miraculum

BEATI PETRI DAMIANI SERMO, DE SANCTO MARTINO EPISCOPO TVRONENSI:

Vt habetur octauo Tomo Aloysij.

11. Nouẽb. Solẽnis dies S. Martini Episcopi.

NOBILIS ille confessor, Sacerdotũ gloria, gemma Pontificum, Clericorum forma, lumen Monachorum, solennem diem vniuersitati nostræ præfixit. Hic est Martinus miraculorum potestate sublimis, qui terrarum orbem lumine suæ cognitionis impleuit. Aegyptus religionis mater, & eremitarum fœcundissima nutrix, Martinum tantis filijs posuit in exemplũ. Creuit in immensum fama nominis eius, & ausa est in ipsam Apostolicam irrumpere dignitatem, quorum manus tractauerunt de Verbo vitæ, qui Filium hominis inter filios hominum felici vocis officio diuulgârunt. In omnem terram peruagata est memoria tanti Pontificis, & vbicunquè resonat fides Christi, sonat vita Martini. Glorificatur Imperator in milite, laudatur miles in Imperatore. Testatur hoc Turonensis Ecclesia thesaurum corporis eius continens, quæ possessiones suas extendit à mari vsque ad mare, quam fœcundauerunt Reges, & ornauerunt Principes, cui Romani Pontifices summæ libertatis fastigia prouiderunt. Accedit etiam ad gloriam Confessoris, quia in ipsius honore nõnulla sedium Episcopalium fundamenta locata sunt, quod (nisi fallor) de alio non legitur Confessore.

Nõ improbat beatus author laritudinẽ possessionum, quas habet Ecclesia, vt

faciunt nostri tẽporis hæretici.

Scintillat longè lateque fulgor claritatis illius, & de remotis mundi partibus ad præsentiam sancti corporis festinatur. Clementia diuinitatis & Regibus & regno nostro prouidit misericorditer, vbi tantum lumen ad remedium peccatorum in seculum collocauit. Actus eius & vitam Seuerus insignis orator ità suo nobilitauit eloquio, vt & historiam relatione plena veritate proponeret, & rhetoricis legibus multipliciter insigniret. Et nunc arida vel ieiuna lingua nostra quid audeat de laudibus eius immurmurare, cuius laudis plena est terra?

Sub tribus verbis Euangelicis totiꝰ humanæ perfectionis summa recluditur. Eccẽs. 2.

Nè tamen in tantis gaudijs cuiusque sermonis videamur immunes, recurrendum est ad Euangelicam lectionem, in qua sub trium breuitate verborum Sapientia Dei Patris totius humanæ perfectionis summam incluſit. ait enim: Videte, vigilate, & orate. Ille, qui videt omnia, hortatur nos, vt corporalibus oculis positis, mentis lumine videamus, oculis illis, de quibus per Salomonem dicitur: Oculi sapientis in capite eius. Præcipit ergò, vt soli solitudinem nostri cordis ingrediamur, & reuoluamus veterum sarcinas peccatorum, quibus polluti sumus, & obuoluti. Primùm ergò videamus apud nos peccatorum abundantiam. Propter nomen tuum, Domine, propitiaberis peccato meo, multum est enim: ait vnicus ille conſecrarius Regis æterni. Peccauimus super numerum arenæ maris, & multiplicata sunt peccata nostra. Tu innumerabilia numerare contendis, & in summa ponere, quod summam exuperat? Eccè grandis aceruus, impetuosus torrens, nec potest discuti tãta miseria, quoniam iniquitates nostræ supergressæ sunt caput nostrum. Ambulauimus collo extento, oculi nostri pleni sunt vanitate, aures detractione. Odoramus non odorem vnguẽtorum, in quo sponsa se currere gloriatur; sed odorem mortis in mortem, quorum os maledictione & amaritudine plenum esse describitur. Manus nostræ plenæ sunt sanguine, pedes veloces ad sanguinem effundendum, contritio & infelicitas in vijs nostris, & via pacis abiecta, non est timor Dei ante oculos nostros. Quid igitur faciendum, in quo sperandum, quóve confugiendum? Standum est in hoc aceruo, non nouarum, sed veterum frugum, & videnda visio timescenda, vt statuamus nos ante oculos nostros, nè ludex quandoquè arguat nos, & statuat nos ante faciem nostram. In hac visione Dei videtur à nobis ventus turbinis, quia secũdùm virum iustum, hîc inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum. Nè putes autẽ hanc visionem inter parua cõnumerandam, cùm hæc perducat ad visionem Cherubin, & animalium pennatorũ, & ad ipsius Dominantis introducat adspectum.

2. Par. 36.

Psal. 24.

Pfal. 13.

Iob 6.

Visa igitur abundantia peccatorum nostrorum, videamus secundò negligentiam nostram. Traximus peccata nostra sicut restem longam, & sanguis sanguinem tetigit, & dissimulauimus, vulnus, & liuor, & plaga tumens, & non adspeximus. Zelus Dei recessit à nobis, & nos contempsimus. Sic peccatorum multitudini negligentiam cumulantes, obstruximus nobis iter confessionis, semitas iustitiæ euitauimus, non solùm negligentes, sed & de negligentia gloriantes, iuxta illud viri sapientissimi: Qui cùm malè fecerint, lætantur, & exultant in rebus pessimis. Vis scire, quia de peccatorum abundantia, negligentia pessima filia generatur? Peccator cùm venerit in profundum malorum, contemnit. E contrario autem, qui Deum timet, nihil negligit, quia Qui modica spernit, paulatìm decidet. Peccatorum multitudo negligentiam, negligentia contemptum, contemptus mortem interminat sempiternam.

Esa. 1.

Prou. 2.

Prou. 18.

Cõtemptus peccatorũ mortem interminat sempiternã.

Vide & tertiò patientiam & longanimitatem Dei nostri. Hæc feciſti, & tacuit. Omnia videt, & omnia audit, nihilque remotum ab oculis eius, de quo dicitur: Oculi Domini in omni loco contemplantur bonos & malos. Oculos hominum timuisti, oculos autem Altissimi non expauisti? Eccè ipse cognouit omnia nouissima, & antiqua: neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus locus est fugiendi, quoniam Deus ludex est. Vidit opera tua, recursus & excursus flagitiorum tuorum, & continuit iram suam. Cælum non fulminauit, aqua non submersit, non absorbuit tellus: & cùm omnis terra plena sit gloria Domini, in gloria eius tuam miseriam euomuisti, nec reueritus es præsentem Dominum, & coram tanta munditia tuas immunditias exercere. Ipse autem quid? Ego, inquit, quasi non videns. Nunquid alicui ministrorum suorum, qui vindices sunt iræ eius, in hoc ipsum constituti, reuelauit ignominiam tuam? Eccè videt, & tacet: videt, nec manifestat: videt, nec iudicat: videt, nec vindicat: videt, & videre dissi mu-

Prou. 15.

Psal. 74.

Dissimulat peccata hominũ Deus propter pœnitentiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dissimulat: vocat, & non audis: promittit, & contemnis: minatur, nec metuis, & thesaurizas iram tibi in die iræ. Cùm ergò sit Iudex iustus, & fortis, multùm est patiens, nec irascitur per singulos dies. Eccè continet iram, reprimit furorem, auertit oculos, peccantibus parcit: & illi omnia hęc in suum iudicium congregant, omnium rei. Nunquìd qui ità tacuit, & siluit, semper ità tacebit? An non legisti, quia ad iudicium veniet, patientiam abijciens, humilitatem nescíens, ignorans misericordiam?

Iudæ.

Esa.42.

Attendisti patienter tacentem, attende & impatiẽter loquentem. Sicut parturiens, inquit, loquar. Vidisti dissimulantem, vide etiam quæcunq; minima numerantem. Vestigia, inquit, pedum meorũ dinumerâsti. Quis locus erit spei, cùm venerit Iudex, qui stetit sub iudice, præcinentibus tubis, conclamantibus Angelis, elementi bus ardentibus? Ad cuius fugiemus auxiliũ, cùm ventis ex transuerso furentibus, mundialis machina diuelletur, & ignis incandescens, cælũ & terram finalibus immisce bit incendijs? Veniet ipse cum potestate magna & maiestate, non cum dulcedine & humilitate: quia illic iustitia plena est dextera eius, quę hìc misericordiam seminauit & sparsit. Tunc ille misericors oculus non parcet, & nõ miserebitur, sed percutiet, & occidet indutus iram, furore repletus, plenus crudelitate. Peccatores autem quid? Videntes turbabuntur timore horribili, sed incorrigibili, audiẽtes illud horrendum tonitruum: Ite, maledicti, in ignem æternum. Quanti, putas, doloris erit excludi à facie Dei, videre, & perdere Deum, cùm Rex gloriæ ciuitatem sublimem intrabit, miseris peccatoribus omni spe misericordiæ in perpetuum sigillata? Quisquis ergò es, qui cõtemnis diuitias bonitatis & patientiæ Dei, relege textum epistolæ ad Romanos, & illa tibi plenius dicet, quia non euasisti iudicium Dei.

Iob 13.

Dies extremi iudicij terribilis.

Matth.25.

Rom.2.

Adspice & quartò misericordiam eius. Licèt peccaueris, licèt neglexeris, & prouocaueris patientiam Dei, paratus est tamen misereri, cùm volueris, & reuerti ad reuertẽtem, obliuisci & tegere peccata tua, & proijcere in profundum maris. Nec erit mora inter confitentem, & remittentem, inter gementem, & gemitus exaudientem, quia benignus & misericors est. Sunt homines mundi faciles ad iram, difficiles ad misericordiam. Deus autem & ad irascendum difficilis, & facilis ad miserandum. Reuolant illi ad opprobria, quæ remiserunt: iste cùm remiserit, sic etiam quasì non fuerit. Ad limina potentium frequentiùs excubamus, non habentes liberos accessus ad colloquendum: & si quid deliquimus, supplicibus oculis, facie tribulata, verbis humilibus emendamus. Illi autem plerunquè superbo oculo, & humero dedignanti, pedibus suis prouolutos vel respicere nolunt. Non sic Dominus Iesus, qui libentiùs loquitur mecum, quàm ego secum, quem inuenio, quotiès quæro, qui occurrit cum panibus fugienti, qui vultum lætum ostendit mihi, qui meam pœnitentiam, sicut innocentiam amplexatur: vbiquè lætus, vbiquè bonus, vbiquè pius, vbiquè dulcis cum magna multitudine dulcedinis suæ. Non facit lupercilium, oculos non obliquat, non detorquet faciem, nec verba resonat amplosa: sed occurrit reuertenti, & accurrit in amplexus, flens super collum meum, & iubet proferri stolam primam, dari annulũ intelligentiæ, & calceari pedes in præparatione Euangelij, in choro & symphonia ad superna gaudia reuocari, & occidi vitulum saginatum in remissione peccatorum meorum. Vides ergò, quàm longa patiẽtia sit in Deo, quàm velox misericordia? Longanimis, ait Sanctus, & multùm misericors. Libenter igitur ad te confugio, Domine Iesu, qui diutiùs pateris, & velociter misereris: quia tu es Deus, & non homo (sicut Propheta dicit) qui seruet iram, abscondat malitiam, vindictam inquirat.

Deus difficilis ad irascendum, facilis ad miserandum.

Luc.15.

Ephes.6.

Psal.102.

Osæ 11.

Misericordia dei quãta.

Ad hæc & istud considerandum in misericordia miserantis, quia seculi homines semèl, aut bìs, aut vt multùm septiès, vel deciès dimittũt: hic autem milliès in die, si fieri posset, quę committimus dimittit, & hoc quandiù viuimus, quàdiù peregrinamur ab ipso. Visis igitur his, quæ enumerauimus, attolle quintò oculos ceream ad videndum Domini largitatem, siue familiaritatem. Si cui maximè potenti fecimus, quod ei displiceret, nũquid amplius nobiscum loqui, nedùm aliquid largiri, vel familiaris esse dignatur? Graues sumus ei etiam ad videndum, & pro magno beneficio computat, si saltem à nostra læsione desistat, & licèt multiplicibus & deuotis obsequijs defendamus offensam, semper tamen iniuriæ memoria præteruolat oculos illius, nec obliterari valet vel beneficio, vel obsequio, vel ipsa etiam vetustate. Nunquìd ità Deus meus, misericordia mea? Absit. Consecuta

enim honorare pœnitentes, magìs quàm innocentes, reuertentes plusquàm remanentes: quia deuotior est feruidus pœnitens, quàm tepidus innocẽs, cùm ille materiam feruoris habeat, hic tepiditatis.

Deus iniuriarum immemor semper recipit pœnitẽtes.

Fortassìs præsumptionis arguar, qui contra præceptum Apostoli verborum nouitates induco, sed habeo ad manum testimonia, nec parua, nec pauca, quæ & ipsa credibilia facta sunt nimis, & quæ possint satisfacere murmuranti. Petrus Apostolus, non quilibet Apostolus, sed princeps Apostolorum, cui traditus est principatus cæli & terræ, nunquìd non de choro pœnitentium est, & de sorte grauiter iniustorum? Nónne ipse est, qui Deum negauit, reliquit Magistrum, amicum deseruit, fefellit promissum? qui cœpit detestari, & iurare, quia non nouit hominem, negationi periurium addens, crimini crimen adijciens? Cecidit, sed non est collisus, quia Dominus suppositit manũ suam. Vide quid dicat scriptura. Respexit, inquit, Dominus Petrum. Respectum Christi sequitur fletus Petri, & lachrymarum amaritudo dulcedinem antiquæ dignitatis instaurat. Felices, sancte Apostole, lachrymæ tuæ, quæ culpam abluunt, gradum restituunt, debita dimittunt, ampliora committunt. Respexit pietas, & impietas cessit, & accessit prisca familiaritas. Denique, Simon Iohannis, diligis me plùs his? Pasce oues meas: & his similia, quid sunt, nisi magna documenta familiaritatis? Illud etiam singulare sancti Spiritũs organum, quem inuenit Dominus secundùm cor suum, cui reuelata sunt incerta & occulta sapientiæ Dei, nónne cum homicidio & adulterio insignitus est nota & nomine proditoris? Sed vide, quàm celeri pœnitentiæ saltu resiliuit ad arcem innocentiæ, & grandia vulnera sic reuinxit, vt non solùm vulneris, sed nec etiam cicatricis vestigia remanerent. Redargutus enim à Propheta, & retorsione parabolica fugillatus, dixit, Peccaui: & ille ex thesauro diuinæ misericordiæ statìm subintulit: Transtulit Dominus peccatum à te, & non morieris. Translatum est peccatum & ablatum, quod diuidebat inter Dauid & Deum, & sublato eo, Dauid idem qui priùs. Sed & ille vas electionis, qui volauit super pennas ventorum, qui plus omnibus laborauit, cui credita sunt eloquia Dei, nónne primus in primitiuam Ecclesiam cæteris ardentiùs fertur efferbuisse? Actus Apostolici sunt in testimonium, quanta malafecerit sanctis Dei in Hierusalem. Hic autem, qui tanta mala fecit, tanta postèà passus est pro nomine Christi, & lucet in firmamento cæli, nec est aliqua gemma preciosior in corona Regis æterni. Accedat & illa mulier, quæ septem dæmonijs, id est vniuersis vitijs, cumulata fuit, cui multùm amanti multum dimittitur, quæ prima videt Dominum à mortuis resurgentem, Apostolorum Apostola, dilecta propriè Saluatoris. Veniat nunc omnis innocentium chorus, & tota virginea puritas adunetur, quis erit, qui ad istorum gloriam adspirare, nedùm transcendere audeat? Propterea confitebor tibi, Domine Iesu, & laudem tribuam nomini tuo, quia apud te propitiatio est, & propter legem tuam sustinui te, Domine. Quæ est ista lex, quæ propitiatio? Quia offensus, te clementem promittis, pœnitentem admittis, punire prætermittis. Magna est igitur virtus, pœnitentia vera, cùm Ambrosius dicat: Faciliùs inueni eos, qui innocentiam seruauerunt, quàm qui congruam egerunt pœnitentiam.

Iohan.21.

Act.9.

Mar.16.

Psal.129.

Plures innocentiam seruant, quàm qui veram agunt pœnitentiam.

Vide & sextò custodiam eius, quia nisì ipse custodierit, nos frustrà vigilamus.

Decursis igitur sex visionibus istis, transeamus ad secundam Saluatoris vocem dicentis: Vigilate. Vigilandum omninò, & somnus ab oculis auferendus, quia latrones multi obsident iter nostrum toxicatis missilibus formidandi, nullum prorsùs intentatum transire sustinentes. Tres enim hostes præcipuos habemus, & præcipitium suadentes: carnem, diabolum, & mundum: ex quibus duo, etsì aliquandò intermittunt, nunquàm tamen dimittunt: tertius autem, diabolus videlicet, ità inexorabile odium aduersùm nos exercet, vt nunquàm ab eo inducias vel in ictu oculi potuerimus extorquere. At vt verba illius Oratoris ponamus, qui vbique redolet Ciceronem: Cum hoc quotidianus & anceps congressus: ex hoc innumerum vulnus, nec ex facili cicatricem promittens: sub hoc cæsus frequens, & respiratio difficilis: de hoc rara, & nunquàm secura victoria: huic voluntas semper iniqua, & fallendi principatus. Quis aduersùs hunc poterit vigilare, nisì custos ille de nocte venerit in auxilium nostrum? Per nos nanque non sufficimus, immò deficimus, si confidamus in nobis.

Tres hominis hostes.

Vide nihil valere ad bonum meritorium liberũ nostrũ arbitrium sine diuina gratia.

At tende aũt de hoste illo inuisibili, quãtus ingrediatur ad singulare certamen, qualia

Universidad de Deusto
Biblioteca

qualia gerit arma, quàm fortia, quo turbine torqueat haſtam. Recole librum Iob, & hiſtoriam Regum, & armatum & arma conſidera: quia qui Golias in libro Regum, idem eſt diabolus in regno Chriſtianorum. Habet enim haſtam delectationis, obdurationis clypeum, deſperationis loricam, gladium occiſionis, ar-
Exod.15. migerum ſuperbiam, qui antecedit eum, & exprobrat agminibus Dei viuentis, & dicit inimicus: Perſequar, & compræhendam, diuidam ſpolia, implebitur anima mea. Tu autem quid? Aſſume Apoſtolicam armaturam, ſcutum fidei, lori-
Pſal.17. cam iuſtitiæ, gladium ſpiritûs, circunſpectionis haſtam, & præcedat te humilitas, & dic: Perſequar inimicos meos, & compræhendam illos, & non conuertar, donec
Pſal.49. deficiant. O Domine Ieſu, nunquìd æqua pugna eſt hominis & dæmonis, duplicis & ſimplicis, fortis & imbecillis? Inuoca me in die tribulationis, (ait Domi-
Pſal.82. nus) & eruam te, & honorificabis me. Inuoco te, Saluator: appræhende arma & ſcutum, vt videam contra fortem armatum, fortiorem armatum, & conteras Aſſyrium in terra tua. Facta ergò congreſſione, inimicos tuos comminuet vt pulueream ante faciem venti, & vt lutum platearum delebit eos. Sic autem contra iſtum vigilandum eſt, vt ſemper de rediuiuo certamine timeas, & de victoria non deſperes.

Caro autem ſub neceſſitatis ſpecie furioſi tumultûs ſui velat imaginem, & nunc ferculorum varietate repleta, nunc precioſa vina commutans, incipit lâſciuire, laxatisque frenis tota ferturin præceps. Statìm recrudeſcunt affectus, cogitationes rebellant, viſæ proponuntur imagines, & pingimus in cordibus noſtris, quod multis diebus deleri non poſſit. Ingurgitati enim, non confortati, impleti, nec nutriti, & corpore & corde diſtendimur, completurque illud Satyricum: Inguinis & capitis nullum diſcrimen habetur. Parco ſermonibus, quià turpis ſententia non niſi verbis turpibus explicari poteſt, & vnicuique noſtrûm notum eſt, vel quid
Eccè quomodò laudat tenuitatem menſæ, aſperitatem cibi, & potûs ſimplicitatem. cemus, vel quid volumus præterire. Tenuis autem menſa, cibus aſperior, ſimplicior potus, corpus firmant, confirmant animum, & vtriuſque hominis ſtatum reddunt alacriorem.

Mundus verò quid facit? Offert nobis quicquid pulchrum eſt viſu, & concupiſcentiam carnis & oculorum, & ambitionem ſeculi, vt illaqueet miſeros, illaqueatos ſtrangulet, ſtrangulatos ſempiternis inuoluat incendijs. Tentat nos multiformibus inſidijs, ſuperiùs per ſuperbiam, per luxuriam inferiùs, à dextris per proſperitatem, per aduerſitatem à ſiniſtris, anteriùs per mundi concupiſcentiam, poſteriùs per præteritorum vitiorum recordationem, in orbiculari motu per inuolutio-
Eſa.21. nem ſenſuum. Vigilare igitur neceſsè eſt aduersùs huiuſmodi latrunculos ma-
Epheſ.6. numque ſicariam, & cum Eſaia dicendum: Super ſpeculam Domini ego ſum, ſtans iugiter per diem, & ſuper cuſtodiam meam ego ſum, ſtans totis noctibus. Nec ſolùm ſtare conuenit, ſed armatum ſtare armatura illa, quam Apoſtolus dicit: Induonem feci, vernans vbiquè flore ſermonum, armaturam in hunc modum lucidiſſimis capitulis inaurauit: Si fabuloſi ſpiritus, & incantatores motûs carnis circa te
Pſal 118. obſtrepuerint, confide, & dic: Diſcedite à me, maligni, & ſcrutabor mandata Dei mei. Si recalere carnem ſenſeris, & velle reuolare ad ineptias ſuas, eſto conſtans, &
Matth.8. dic: Confige timore tuo carnes meas, Domine. Si paupertatem odiſſe cœperis, & deſiderio diuitiarum inceperis ſuſcitari, expergiſcere, & dic: Væ vobis, diuites, qui
Pſal.140. habetis hìc conſolationem veſtram. Si te demulceat adulator, & ad plebeculę laudes animus hilareſcat, confortare, & dic: Oleum peccatoris non impinguet caput
2.Pet 3. meum. Si tibi ſuggeratur, in futurum tempus bonum differre propolitum, conſurRom.14. ge, & dic: Dies Domini, ſicut fur, ità in nocte veniet. Si gula deſæuiens lautiores tibi commendauerit apparatus, recalcitra, & dic: Non eſt regnum Dei eſca & potus. His velut quibuſdam increpationibus diffugiunt inimici, delabitur memoria voluptatum, carnis gurgulitas cõticeſcit, ſanctæ conuerſationis initia conualeſcunt, mundus contemnitur, ſuperatur hoſtis antiquus.

Sic igitur videns, & vigilans fac funiculum triplicem, qui difficilè rumpitur, & tranſi ad orationem, ingrediens interiora veli cum ſummo Põtifice Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui aſſiſtit vultui Dei pro te. Admiſſus autem, non ſic audacter & frontosè ingeras te oculis Maieſtatis, ſed humilima trepidatione concuſſus, ſaltem quomodò ad tanta miracula admitti potueris, admirare. Sit ergò oratio verecunda, vt erubeſcamus peccata noſtra, & tantæ reuerentiæ deferamus: pura, vt nihil ab ipſo præter ipſum quæramus: deuota, vt in pinguedine ſpiritûs eam protendamus: ampla, vt extendamus eam vſque ad inimicos: ſit continua, nè intermiſſione fiat remiſſior: ſit pacata, nè turbulentis cogitationum fluctibus ſubmergatur. Fateor, exceſſi modum, & magis ſolitò veſtras aures onerare non timui, dum ſtylus in longinquitatem extẽditur. Sed ſcio, quia patienter audîſtis me de illius patientia diſputantem, qui eſt Deus benedictus in ſecula, Amen.
Oratio qualis eſſe debeat.

VITA BREVIS SANCTI LIVINI ARCHIEPISCOPI ET MARTYRIS, EX BREVIARIO ECCLESIAE *Gandenſis excerpta, vbi eius ſanctum corpus quieſcit.*

LIVINVS in Scotia nobili genere natus, admodùm adhuc puer non modò ſupra ætatem eximia pietate conſpicuus, verumetiam miraculis clarus fuit. Adultæ autem ætatis factus, præceptoribus vſus eſt, primùm egregio Dei ſacerdote Benigno: deindè ſuſceptore ſuo è ſacro fonte, magno illo Auguſtino Anglorum primo Epiſcopo. A quo tandèm etiam ſacro ſacerdotij ordine decoratus, tanta cum laude eo in ſtatu verſatus eſt, vt cum Scoti haud multo pòſt in Archiepiſcopum ſuum eligere non dubitauerint. Quod munus tametsi Regę populoque compellente ſuſceperit, & magno cum fructu annos aliquot adminiſtrârit, poſteà tamen maluit infidelibus ad Chriſtum conuertendis operam dare, (ad quam rem mira Spiritûs ſancti gratia prędituserat) quàm in Epiſcopatu ſuo vni tantùm prouinciæ quietiùs & minori cum labore præeſſe.
12.Nouẽbr. S.Liuini patria. Initiatur ſacerdotio. Creatur Archiepiſcop⁹.

Itaque relicto in Scotia loco ſuo magnæ ſanctitatis & virtutis Syluano Archidiacono, ipſe Euangelij plantandi cauſa, tribus cum diſcipulis Foillano, Helia, & Kiliano, Oceano traiecto deuenit in Flandriam. Et ingreſſus cœnobium Gandenſe, à beato Amando Epiſcopo tunc recèns extructum, humaniter à Florberto Abbate fratribusque exceptus eſt, anno incarnationis Dominicæ ſexcenteſimo tricefimotertio, decimoſeptimo Calendas Auguſti. Vbi quum B. Bauonẽ triennio iam defunctum, magnis coruſcantem miraculis inueniret, memoriam viri celeberriam & præſentia ſanctitatis teſtimonia admiratus, triginta continuos dies ſuper eius ſepulcrum Miſſarum ſolennia celebrauit, ſuî illi multis precibus, & monaſterij Gandenſis curam, commendans. Poſteà autem indè prædicationis cauſa profectus, innumeros ad Chriſti fidem verbo, exemplo, magnisque adiunctis miraculis, conuertebat.
Relicto Epiſcoparu, venit in Flandriam prædicationis ergô. Eius vita habetur prima Octob. Tomo quinto. Multos ad fidem conuertit.

Sed virtutẽ vmbra ſua ſtatìm inuida ſequitur. Homines enim impij, quibus Chriſtus & pietas omnis erat exoſa, animaduertentes ſanctum Epiſcopum tantam hominum multitudinem ad nouam religionem, erroribus priſtinis, vitijsque ſpretis, adducere, atque adeò ſuijpſorum prauis cupiditatibus non parùm obſiſtere, miris modis cum perſequebantur. Nec omninò deſiſtebant, donèc linguam eius extractam canibus deuorandam proijcerent (quę tamen illi mox fuit miraculo reſtituta) ac tandèm apud Heſcham Flandriæ vicum, multis vulneribus ſaucium, etiã obtruncarent, anno antè memorato, pridiè Idus Nouembris. Quo eodem loco nobilem quoquè & religioſam matronam Craphahildem Liuini hoſpitam, vnà cum filiolo eius Brixio, quem Liuinus de ſacro fonte ſuſceperat, quũ palàm quererentur immeritò interfectum eſſe ſanctum Epiſcopum, immaniter trucidârunt. Quo facto, diſcipuli beati martyris collectum eius corpus, ſimul cum beati Brixij corpuſculo, vno codemque in loculo in Hauthem vicino pago decenter ſepeliêrunt, ac iuxta eos ſeorsùm, ſanctam martyrem Craphahildem.
Lingua abſciſſa ei reſtituitur. Obtruncatur. Sepelitur cũ Brixio & Craphahildę ſocijs.

De eleuatione & tranſlatione eius.

AVdiens Theodoricus Epiſcopus Cameracẽſis ſepulcrum beati Liuini in Hauthem, territorij Aloſtenſis, ſuęq; diœceſis pago, celeberrimis miraculis coruſca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

scare,eò mox aduenit,& locũ visurus,& rei veritatem coràm intellecturus. Cumque maiora multo quàm audierat re ipsa experiretur,rogatus à religiosis cœnobij D.Bauonis, qui multum ibi authoritatis iure patronatûs, antiquaque possessione obtinebant,sanctorum Liuini & Brixij corpora omni cum reuerentia & gaudio è terra sustulit, & loco celebriori decenter collocauit. Contigit hoc sub Eynardo Abbate: anno partæ redemptionis octingentesimo quadragesimosecundo, quarto Calendas Iulias.

Theodoricus Episcopus Cameracensecorũ corpora eleuat.

Multis autem pòst annis felicis memoriæ Eremboldus Abbas, qui & peregrinum S.Macarium hospitio susципere meruit,cœnobio cui præerat maiorem etiam cupiuit dignitatis gloriam conciliare. Metuebat enim vt sanctissimæ reliquiæ in manus quorundam, monasterio suo parùm fauentium, aliquandò peruenirent, sicque ecclesia sancti Banonis tanti martyris patrocinio priuaretur. Fusis ergò ad Deum precibus,atque in Domino confortatus,Hauthem cum fratribus proficiscitur. Propiusque accedens, loculum Sanctorum aperuit,& pignora illorum omni ex parte integra vniuersis ostendit. Atque ità multa cum fiducia & gaudio repolita,ad suum monasterium deportauit, anno liberati humani generis millesimo septimo. Tum verò Deus præsentibus miraculis communem lætitiam magnoperè promouebat.Nec deerat populus Gandensis suo officio,qui ingenti numero ciuitate effusus obuiàm magnis laudibus veniebat,& vnà cum reliquis cœnobij fratribus,reliquias S.Bauonis,aliorumque Diuorum, in occursum aduentantium reliosissimè deferebant.

Istius Macarij vita habetur decimo Aprilis,Tomo secũdo.

S.Liuini translatio prima.

Hoc in loco quum Anno supra millesimum octuagesimotertio prima sacrarum reliquiarum translatio per Radbodum Nouiomensium Tornacensiumque Episcopum & Vuithmannum Abbatem facta esset,rursùm post nonaginta propè annos altera translatio celebrata est Bettonis Abbatis tempore,qua thesaurus illesanctarum reliquiarum nouo loculo ornatissimè præparato inserta est, Vualthero Episcopo Tornacensi, qui & caput, & corpus integrum populo, fratribusque, magna omnium lætitia,spectandum exhibuit,& diem translationis huius singulis annis quinto Cal.Iulias,quo facta erat, Episcopali authoritate celebrari præcepit. Cumque eleuatio corporis quarta Calendas Iulias primùm facta esset, eius rei memoriam voluit eodem die cum memoria prædictæ translationis coniungi, vt rerum gestarum diuersitas materiam duplicet gaudiorum, ad gloriam omnipotentis Dei in secula seculorum,Amen.

Translatio eius secũda.

VITA S. MARTINI PAPÆ, QVI PRO DEFENSIONE CATHOLICAE FIDEI EXILIVM PASSVS EST:

à quodam eius familiari vel comite scripta. Extat in antiquis MS.codicibus.

Nouemb.12. secundùm Martyrologia. Cap.1. Patria S. Martini.

SVMMA deuotione recolendus, meritisque præclarus, Deo per omnia dignissimus Martinus, vir Apostolicus generosa traductus propagine, Tudertina ciuitate oriundus fuit. Qui cùm in annis puerilibus à parentibus acutissimi ingenij magistris ad instituendum fuisset delegatus, vtpotè bonæ spei iam & indolis, ità cœpit, magistrante sibi spiritu sancto, acumina literarum archiuo mentis * palati recondere, & in omnem intelligentiam proficere, vt iamtunc non immeritò Dauidicum illud canere posset Domino : Super omnes, inquiens, docentes me intellexi. Et rursùm : Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua Domine. Præparauit namque Dominus Ecclesiæ suæ non ignauum Euangelici frumenti dispensatorem futurum, qui vt scriba doctissimus in regno cęlorũ, quod est Ecclesia,proferre sciret de thesauro suo noua & vetera. Omnia verò iam ephebus sophiæ molimina voti compos * scitè enodauit, &, vt * puta diuini bellator belli, sese in propatulo contra omnes veritatis inimicos dedit, scuto fidei vndiquè munitus, galea salutis protectus,& gladio spiritus sancti,quod est verbum Dei, armatus,imperterritus extitit & inuictus. Fuit verò formosus facie, sed formosior castimoniæ sanctitate,nec aliquo modo poterat tanti iuuenis ætatula facilè deflecti ad procliuia peccandi, cuius tota intentio,sine aliqua impeditionis morula,aut discendi semper extitit,aut docendi.

for.* paulatim

Psal.118.

Ibidem.

Matth.13.

* scita for.* potè Ephes.6.

Cumque iam nouum vas electionis Domini, atque armarium spiritus sancti mundissimum, beati Martini pectus fuisset effectum, & omnium mundanarum diuinarumque literarum subtilitates prudentiæ scalpello ad liquidum penetraret,& Dialecticorum strophas enodare sine rubore addiscceret,sapienti satis consilio studuit non hominibus,sed soli placere omnipotenti Deo. Quoniam autem vit Domini ad cumulum perfectionis philosophiæ euasit,ipsius diffiniens philosophiæ perfectionem, oportere Rhetorem peritum esse loquendi, bonum, pium,iustum, beniuolum, ac benè moratum : conuertit namque magno pietatis nisu magnificentiam à Deo sibi datæ sapientiæ,ad impletionem omnis iustitiæ. Et quia in Physica operam dedit,scire intelligere,falsa à veris discernere : per Ethicam conatus est mores componere : illos ità studuit propagare atque pronunciare.Decisa nanque cæsarie,honorem clericatûs deuotus accepit,atque ad Ecclesiasticos gradus conscendit dignissimus.Postèà totus in Deo suspensus, de animæ suæ salute semper erat solicitus, & ità seruus vixit in seculo,vt dum genuina substantia opulentus videretur, iam quasì nihil habens,& omnia possidens,pauper cum Zachis,spiritu dives erat Christo.Totus crucifixus erat mundo,quandoquidem ille mundus erat crucifixus.Viuere quippè illi Christus erat,& mori lucrum. desiderium nanque multotiès habuit cum Apostolo dissolui,& esse cum Christo : quippè martyrij palmam,si temporis occasio non esset impedimento,ardentissimo iam tunc sitiebat pro veritate desiderio.Sed omnipotens Deus desiderium illius distulit,atque ouibus suis talem arietem necessariò reseruauit, donèc per pastoralem curam peruenire ad martyrij coronam.Sed iam ratio ordinis examussim expetit,vt qualiter ad vniuersalem & Apostolicam Romanæ Ecclesiæ sedem diuina fit electione promotus,qualive modo pro assertione veritatis improborum insidijs de propria sede fuerit expulsus, atque exiliatus,Deo opitulante, qualicunque stylo elucubrare debeamus.

Initiatur tonsura clericali.

2.Cor.6.

Gal.6.

Phil.1.

Feruet martyrij desiderio.

Beatæ recordationis Papa Theodoro vita excedente,viamque vniuersæ carnis ingrediente,sancta & Apostolica mater Ecclesiarum Dei Romana Ecclesia, à proprio pastore viduata, atque lamentabiliter destituta, nè ouile Domini diutiùs & plùs æquò prouisore careret, Archidiaconus collecto in vnum clero, omnique simul cœtu Romano,disquirere cœpit communi omnium consilio,qualiter sanctę Ecclesiæ consulerent,& dignum domui Christi patremfamiliâs præponerent. Ad quod peragendum ex præcedentium consuetudine patrũ à Deo monuit esse quærendum.simulque indicto ieiunio triduano,omnes vnanimiter rerũ inuentorem obnixè supplicant,quatenùs * orbatum Ecclesiæ suæ cita dignaretur consolatione lenire.Quo pacto omnes à minimo vsque ad maximum diuino instinctu attacti,B. Martinum Theosophum, ac Tudertinæ ciuitatis philosophum dignissimis extollunt sanctitatis atque sapientiæ laudibus vsque in cælum,solumque ipsum in toto orbe Romano tanto præsulatu dignum, nimiumque idoneum existere altisona voce proclamant. Cumque omnes pari voto parique consensu Christi tyronem Martinum eligerent,directa Imperatori epistola,electionem Pontificis annunciant.Qui diuinitati grates retulit,moxque præscriptum beatum Martinum ordinari præcepit ; lætus itaque & gratulabũdus totus senatus vnà cum clericis ac presbyteris simulque omni populositate Romana,tantum talemque Pastorem suscepit, & honore præmagnifico in sede Apostolica sublimauit.

Cap.2. Multa eius diuinarum humanarũque literarum peritia,

Cap.3. Theodorus Papa vita defungitur.

*id est,orbitatem.

S. Martinus dignus summo Episcopatu, acclamatur.

Martinus in sede S.Petri collocatur.

Nimiùm felix domina mundi aurea Roma,quæ sicut omnes præcellis vrbes dignitate mœniorũ, numerositate sapientiũ,ità etià prędita haberis speciali probitate præsulum.Induit quidẽ Pontifex fauorabilis,secundùm Prophetam pallium laudis pro spiritu mœroris. Ordinatus autem secundùm electionem Domini, & confirmatus in sede Apostolica, secundùm Psalmistam emisit coruscationẽ Domini iuxta hoc quod abyssus abyssum inuocat, & dissipauit omnes malorum inuentores. Non enim ignorauit cum Paulo Apostolo versutias multiformes antiqui prædonis, qui dormientibus hominibus superseminare solet manu inimica in agrum Dominicum zizania : sicut nardus dedit odorem suum, & factus est

Cap.4. Encomium vrbis Romæ & Martini Papæ.

Esa.61.

Psal.76.&41

2.Cor.11.

Matth.13.

Cant.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.Cor.2. Imitatur Syluestrum Papam S. Martinus.

est quibusdam odor vitæ in vitam, quibusdam odor mortis in mortem: in his qui saluandi erãt, & in his qui perituri. Videres nanq; nouum Syluestrum in Martino: quippè qui omnium virtutum illius imitator extitit gloriosus. Largus quippè pauperibus erat, & opes Ecclesiæ, quas illi Deus largitus est, per manus egentium quotidiè trãsmisit in cælum. Monachos religiosos amauit, hospites & peregrinos coluit, & iuxta mandatum Domini, pedes eorum geniculatim acclinus lauit. Crebrò videlicet in orationibus, laudibusque diuinis pernox permansit, diem sibi

Vacat misericordiæ operibus.

consecrans ieiunio, noctem verò vigilijs sacris. Mœstos & peccata sua lugentes, salubri temperantia studuit per satisfactionem ad innocentiam reformare: promittens eis ex abundantia supernæ clementiæ spem consolationis & reparationis,

1.Cor.9.

faciens semetipsum infirmum infirmis, vt infirmos lucrifaceret. Clericos ac presbyteros vt fratres diligebat, Episcopos orthodoxos atque Ecclesiarum Prælatos, cùm caput esset omnium, sibi quasi dominos præferebat. Bonos ac benè moratos laicos honorificauit, improbos verò ac dyscolos discreta correptione, vt se corrigerent, admonuit. Ecclesias verò quæ partim vetustate temporis, partim negligentia prædecessorum offuscatæ ac rimosæ videbantur, maxima curauit solicitudine restaurari. Hilari semper vultu menteque tranquilla existens, indefatigatis humeris Apostolici ordinis cælibatum ferens, & vt familiæ Domini œconomus moderatissimus, mensuram tritici certo in tempore pro vniuscuiusque capacitate largiter omnibus nouerat erogare. Omnes quos discordantes inuenit, ad concordiam reuocare magna celeritate studuit. Quid plura? omnium quidẽ artifex virtutum, nulli se passus est post Apostolos inferiorem existere patrum. Et si volumus cũctas eius virtutes calamo retexere, vt verum fateamur, dies antequàm verba cessabit. Sed hoc tantillum de innumeris eius virtutibus prælibãsse, hactenùs sufficiat. In sequentibus verò quæ & quanta pro veritate, quæ Christus est, perpessus sit, præsentis vitæ incommoda, ac persecutionis vastissimæ pericula, Domino authorante non piget * caraxare.

Ecclesias Vrbis multa vetustate collapsas restaurat.

Discordantibus pacem conciliat.

* Sic est clarè in lib. ant. S. Mar. & videtur significare: oculis subijcere, tãquàm depicta in tabella. Cap. 5.

Inter hæc verò dum beatissimus Pontifex atque auriga Domini Martinus vniuersalem Ecclesiæ puppim Christo gubernatore per mundanum pelagus tranquilla nauigatione regeret, exemplo in Charybdis mortali voragine, per sentinam quasi irrepserunt crudelissimi piratæ, qui naufragium vniuersæ naui minabantur. Sed peritissimi nautæ vigilantia eorum nefanda molimina (Deo gratias) adnihilabantur. Sed vt planiùs atque pleniùs cunctis clarescat fidelibus: tempore illo eruperunt antichristi, hæretici videlicet, atque schismatici, quasi lupi voraciissimi, qui ouile Domini insidiando obambulantes, dente minaci mortium mortiferum parauerunt ouibus Christi. Sed pastor vigilantissimus Martinus, non solùm oues commissas ab eorum dentibus illæsas eripuit, verumetiam irreuocabili fuga de area Dominica eosdem lupos veræ fidei cornu ventilauit, confusosq; perpetualiter eliminando pepulit. Et ipsi quidem lupi, id est hæretici, olim ouibus Christi admixti, sub ouina pelle lupinum pectus occultauerunt, donèc pastores ouium ipsi constituti sunt miseri, & per occasionem pastoralitatis comprehendere incautos tendiculis æternæ perditionis.

Lupi multũ infesti suis ouibus.

Eos vir sanctus à suo ouili eliminat.

Cap.6. 1.Iohan.2.

Fuerunt nanque ex eorum numero de quibus beatus Iohannes Theologus in epistola sua dicit: Exiêrunt à nobis, sed non erant ex nobis: si ex nobis essent, permansissent vtiquè nobiscum. Horum autem signifer & præuius quidam exstitit Paulus Constantinopolitanæ vrbis Episcopus, qui antiqui serpentis sibilo illectus, atque superbiæ spiritu inflatus, aduersùs rectam sanctæ Ecclesiæ dogmata, audacter præsumpsit paternis diffinitionibus contraire. Insuper studuit ad cooperimentum proprij erroris quibusdam subreptionibus, vt dementissimo principi suaderet dogma depraum, hoc est morbum inuentæ hæreseos publicare, quo Catholicum dogma destrueret. In quo typo omnes omninò voces sanctorum patrum nefandissimorum hæreticorum dictionibus eneruauit, nec vnam, nec duas voluntates aut operationes in Christo Domino nostro diffiniens, confiteri. Qua de re huiusmodi prauitatem defendens, quod nunquàm nec à prioribus hæreticis præsumptum est, ipse illicitè præsumere studuit: intantùm vt altare sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quod erat in domo Placidiæ sacratum, in venerabili oratorio subuertens diripuerit: prohibens nè adorandam & immaculatam hostiam apocrisarij Apostolici Pontificis ibidèm Deo offerre valerent, nec communionis sacramenta perciperent. Qui vi-

Paulus Cõstantinopolitanus Episcopus, hæreticorum signifer.

Constans Imperator à Paulo cortumpitur.

O nefandã hæreticorũ insaniam.

delicet apocrisarij, quia ex præceptione Apostolicæ authoritatis commonuerunt eum, vt de tali hæretica intentione recederet, necnon & contestari nisi sunt, persecutionibus diuersis cum alijs orthodoxis viris, & venerabilibus sacerdotibus insequutus est eos, quosdam eorum custodiæ retrudens, alios in exilium deportans, alios autem verberibus submittens.

Cap.7.

Cumque idem vir diabolicus vnà cum alijs commanipularibus suis penè totum mundum conturbaret, ex diuersis locis querelas contrà eos ad Apostolicam sedem plurimi orthodoxi detulisse monstrantur, coniurantes vt totius mali, tantæque euersionis commentum per Apostolicam authoritatem abscinderetur, quatenùs minimè catholicæ Ecclesiæ integritatem, nocibilis eorum hæreseos languor dirumpere valeret. Tunc Martinus sanctissimus ac beatissimus Episcopus missit, & congregauit Episcopos in vrbe Roma numero centum & * VI. & fecit Synodum secundùm instituta patrum orthodoxorum in ecclesia Saluatoris, iuxta episcopium Lateranense: residentibus Episcopis, Presbyteris, adstantibus Diaconibus & Clero vniuerso: & condemnauerunt Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, & Paulum patriarcham Constantinopolitanum, qui nouitates contra immaculatam fidem præsumpserũt innectere. Quippè quoniam ipsam excludere properantes, hæreticorum dogmatum contra catholicam Dei Ecclesiam confusionẽ consunnauerunt, spiritûs sancti iudicio anathematis vltione perculsi sunt. Quam Synodum vsque hodiè archiuum continet sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Et faciens exemplaria, per omnes Ecclesias Orientis & Occidentis direxit, & per manus orthodoxorum fidelium disseminauit.

* V. Concilium Romanum 105. Episcoporum sub Martino I.

Paulus Cõstãt. Episcopus cũ suis in eodẽ cõdemnatur.

Cap.8.

In ipsis diebus direxit Imperator in Italiam Olympium cubicularium exarchum ad regendam omnem Italiam, & præcepit ei, dicens: Oportet gloriam tuam, vt sicut nobis suggessit Paulus Patriarcha huius à Deo conseruandæ vrbis negocia peragere. & si quidem inueneris ipsam prouinciam non consentientem in typo à nobis exposito, tene omnes qui ibi sunt Episcopos hæreticos, siue habitatores, vel possessores, siue etiam peregrinos, & compelle, vt in eundem typum subscribant, & pro veritate fideliter teneant ac defendant. Si autem, quemadmodùm nobis suggessit Plato, gloriosus patricius Euparaxius, poteris suadere, exercitu ibidem consistente, iubemus teneri Martinum, qui hîc erat apocrisarius in regia vrbe, & postmodùm per omnes Ecclesias relegere eum qui factus est à nobis orthodoxus typus, vt omnes Episcopi Italiæ in ipso subscribant, & consentiant. Si autem inueneris contrarium in tali causa exercitum, tacitum habeto, donèc obtineas prouinciam, & possis exercitum aggregare, tam Romanæ ciuitatis quàm Rauennatis, vt ea quæ tibi iussa sunt quantocyùs valeas explere. Qui prædictus Olympius Romam veniens, inuenit sanctam Romanam Ecclesiam cõadunatam cum omnibus Episcopis Italiæ, sacerdotibus vel Clero: & volens adimplere ea quæ sibi iussa sunt, armans se cum exercitu virtute voluit schisma sanctæ Ecclesiæ intromittere: hoc autem per plurimum tempus actum est, & non illum omnipotens Deus permisit ea quæ nitebatur perficere. Videns ergò se à sancta Dei Ecclesia Catholica & Apostolica superatum, necessè habuit de sua mala intentione declinare. Sed quod non potuit per manum armatam facere, subreptitio modo per Missarum solennia in ecclesia sanctæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ ad Præsepe, dum ei sanctissimus Papa Martinus communionem porrigeret, eum interimere voluit: præcipiens spathario suo, vt sibi clanculò hora illa spatham in manibus daret, quo tantum nefas ocyùs impleret. Sed Deus omnipotens, qui solitus est seruos suos orthodoxos circuntegere, & ab omni malo eripere, ipse excæcauit spatharium Olympij exarchi, & non est permissus videre Pontificem Apostolicum, quandò exarcho communionem porrexit, vel pacem dedit, nè tanti præsulis effunderetur sanguis innoxius, & Catholica Dei Ecclesia nefandæ hæresi subiugaretur, quod postmodùm prædictus armiger multis iureiurando professus est. O præclara Dei pietas, ô diuinæ bonitatis infinitas. Quisnam apud semetipsum constitutus, non videat quomodò pius Dominus ac redemptor noster Iesus Christus ouibus suis pastorem necessarium in medio luporum constitutum reseruauit illæsum, nè pastore perempto, oues facilè, nullo obstante, luporum laniatu periclitarentur? Nam & hoc magnum veræ fidei præstat adiumentum, quod sine dubio ab omnibus creditur perfectis fidelibus: quia in illo nostræ

Nititur dolo S. Martinũ occidere Olympius tyrannus.

Spatharius Olympij diuinitùs excæcatur, nè suo domino spatham porrigat.

S. Martinus suis ouibus reseruatur illæsus.

Vocat Episcopos hæreticos, quemadmodùm lebant consentire ipsi.

Eccè quos dolos moliatur Imperator hæreticus aduersùs sanctam Ecclesiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

redemptionis mysterio, ad vocem sacerdotis cæli aperiuntur, & ipse sacerdos Angelicis circunstipatur ministris, quandò agnus Dei Christus, qui semèl pro peccatis nostris in cruce mortuus est, qui resurgens à mortuis iam non moritur, & mors illi vltrà non dominabitur, iterùm per mysterium patitur, vt panem Angelorum manducare possit homo, & non remaneat homo. Et hoc est mirum & admirabile cunctis seculis sacramentum, quomodò agnus Dei, qui est in dextera patris, quotidiè in sacrosancta altaris mensa crucifigitur, moritur, à fidelibus comeditur, & cùm per mysterium in esu fidelium consumitur, viuus & integer manet. Sed quia secundùm Psalmistam, omnia opera Domini in fide, & iustus non nisi ex fide viuit, qui non potest tantæ profunditatis sacramentum * intelligendum penetrare, sufficiat illi veraciter credere. Nam beatus Christi Pontifex Martinus in illo cælesti mysterio constitutus, quid mirum si inimici fraus aduersùs illum non præualuit: quandò non solùm Angelica erat militia septus, verumetiam ipsum Angelorum Dominum portabat in manibus? certè ipsum, & non alium, quàm quem Simeon senex infantem portabat in vlnis, beatus Martinus tunc crucifixum portabat in manibus: & quomodò Angelorum vita præsente, mortemque pro fidelibus patiente, vir angelicus mortis potuit dispendium subire? Sed quia de sacramento Dominico tantisper per excessum diximus, ad cœpta redeamus.

Rom.6. Præclarũ testimoniũ de veritate corporis Christi adstruenda in sacramento Eucharistiæ. Pſal.77. Pſal.32. Heb.10. * intelligendo

Missę sacrificio Angelorũ militiæ interſunt. Luc.2.

Cap.9. Videns ergò Olympius exarchus, quia manus Domini tegebat Martinum sanctissimum Papam, necesse habuit se cum illo concordare, & omnia quæ ei visa fuerant, eidem sanctissimo viro indicare. Qui, facta pace cum sancta Dei Ecclesia, colligens exercitum profectus est in Siciliam aduersùs gentem Sarracenorum quitibi habitabant: & peccato faciente, maior interitus in exercitu Romano prouenit, & post hoc idem exarchus morbo interijt, atque viuendi finem fecit. Audiens ergò Imperator, quia sancta Romana Ecclesia nullo modo acquiesceret fidei orthodoxæ contraria recipere, sed in pace vnanimitatis ac veræ fidei immobiliter perseueraret: denuò antiqui hostis inuidia stimulatus, direxit Theodorum exarchum, qui & cognomẽto Caliopas, cum Theodoro Imperiali cubiculario, quatenùs beatum Martinum magnificum Papam vi & potestate tenerent, & suæ præsentię offerrent. Cùm venissent autem viri iniqui secundùm Imperiale præceptum in vrbem Romam, dolo & fraude diabolica pleni, inuenerunt Martinum in consistorio Lateranensi diuinis vacantem laudibus. Egressus ergò vir beatissimus obuiàm illis, circunfusa multitudine vallatus fidelium, in præsentia exarchi Theodori, Presbyteri ac Clerici clara voce dixerunt: Anathema sit quisquis dixerit, vel crediderit quia dominus noster Apostolicus Pontifex Martinus vsque ad vnum apicem fidem vnquàm mutâsset, vel mutaturus sit. Et anathemati subiaceant, qui in orthodoxa fide vsque ad mortem non permanserint.

Olympij exarchi interitus.

Theodorus Caliopas ab Imperatore mittitur ad compræhendendum S. Martinum.

Cap.10. His auditis Caliopas cœpit rationem reddere, aliam fidem non esse præterquàm Romanos constat tenere, neque aliter se credere. Sed hoc propter eos qui audiebant, non propter fidem dicebat. Beatus autem Pontifex Martinus de falsis calumnijs, quæ illi aduersùs veritatem obijciebant, ità fidelibus orthodoxis constantissima assertione testificari iurauit: Opitulantibus orationibus vestris, ac omnium fidelium Christianorum, & viuens, & moriens salutis nostræ fidem defendam, quemadmodùm beatus Paulus Apostolus docet: Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. De falsis accusationibus, quas nouiter hæretici faciunt, abijcientes veritatem Christi Dei, qualem omninò poterunt hominibus veritatem loqui qui Dei veritati resistunt? Testor eum qui iudicaturus est mundum istum per ignem, qui & reddet vnicuique secundùm opus suum, ego aliquandò ad Sarracenos nec literas direxi, nec eum quem dicunt tomum qualiter credere debeant, aut pecuniam nunquàm transmisi: exceptis duntaxàt quibusdam illic viuentibus seruis Dei causa eleemosynæ, minimè Sarracenis transmissam. Porrò de Domina nostra gloriosa semperque virgine Maria, quæ Dominum ac Deum nostrum Iesum Christum peperit, quam omnes sancti & catholici patres Theotocon, id est Dei genitricem, appellant, falsò contra me, immò contra suas ipsorum animas iniqui viri testificati sunt. Nam quisquis beatam super omnem creaturam, & naturam humanam, absque eo qui nasci dignatus est ex ea, venerabilem, semperque virginem matrem Domini nostri non honorat atque adorat, anathema sit, & in præsenti

Cap.9.

Phil.1.

Apoc.21.

Sancta Maria virgo, à sanctis Patribus rectè Theotocos dicitur.

præsenti & in futuro. Talibus pro beneficijs ac fidei constantia sacer Christi Martinus de Apostolica sede expulsus est, sicut passer vnicus ab ædificio raptus. Nec mirum, quia Dominus noster de nequam temporibus illis in Euangelio prædixit discipulis suis: Erunt, inquit, in diebus illis tribulationes tales, quales non fuerunt ab origine mundi vsque nunc: & nisi abbreuiati fuissent dies illi, non posset sustinere omnis caro. hoc in paucis de Antichristo dicitur. Nam & sanctus Paulus secundùm datam sibi gratiam spiritùs pronunciauit dies illos Timotheo discipulo suo dicens: In nouissimis diebus discedent homines à fide, & à veritate auditum auertent. Notum ergò sit omnium charitati fidelium, quia hoc modo venerabilis Pontifex Martinus sublatus & eductus est à Romana vrbe. Omnia enim præsciuit per multum temporis, quæ contra illum meditabantur inimici veritatis, & cum omni Clero priuatim mansit in ecclesia Saluatoris nostri Iesu Christi, quæ cognominatur Constantiniana, quæ prima in toto mundo constructa & stabilita est, à beatæ memoriæ Constantino Imperatore, & est iuxta episcopium. Illic enim morabatur cum suis die illa Sabbati quandò Caliopas, vt iam suprà dictum est, cum Rauennati exercitu & Theodoro cubiculario ciuitatem introiuit. Misit autem in obuiam eius quosdam ex Clero, quibus in palatio susceptis, æstimauit & Papam cum illis adesse: cùm autem quæsisset, & non inuenisset, dixit primis Cleri: Nos volumus dominum Apostolicum adorare, sed cràs Dominica die obuij ei erimus, & salutabimus eum, quia hodiè non sufficimus. Porrò Dominico die datis Missarum solennijs in prædicta sancta Dei ecclesia, suspicatus est Exarchus turbam multam propter diem Dominicam conuenire, & ob hoc remandauit beato Martino, dicens: Quia multùm fatigati sumus ex itinere, & non possumus hodiè occurrere, cràs enim omnimodis occurremus.

Matth.24.

1.Tim.4.

Basilica Cõstãtiniana à Cõstantino ædificata, omniũ ecclesiarũ orbis prima.

Simulat Caliopas salutare velle, quem venerat vincire, Põtificem.

Cap.11. Erat autem sanctus præsul tunc graui infirmitate detentus, ab Octobrio scilicet mense vsque ad tempus illud, id est, vsque ad sextumdecimum Calendas Iulij. Ergò feria secunda diluculò misit chartularium suum & quosdam ex obsequio suo ad Papam, dicens: Quia arma præparâsti, & armatos habes intùs, & multitudinem lapidum collegisti ad repugnandum, ideò non visum est nobis ad te venire, sed hoc necessè non habes, nec aliquid tale fieri permittas. Cumque hoc in præsentia præfecti audiret beatus Pontifex, necessarium magis non habuit qualiter nuncios super hac re certos redderet, quàm mitteret illos gyraturos per totum episcopium, & si lapidem vel arma sensissent, ipsi testimonium perhiberent. Cùm autem issent, & nihil inuenissent, subintulit eis clàm * Exarchus, quòd nunquàm aliquandò aliter, sed semper per circumplectionem, & fallacem accusationem incederent aduersùm Pontificem, & infamis Olympij exarchi aduentum, cum armis potuisse cum repellere faterentur. Sanctus verò Domini agonotheta & Romanæ vrbis Archimandrita Martinus, ante altare ecclesiæ lectulum habebat, in quo post vigilias repausare solebat: & cùm debilia membra collocâsset, nondùm transacta media hora, eccè (proh nefas) exercitus irrumpens in ecclesiam loricati omnes, omnes tenentes lanceas & spathas suas, quin & arcus suos paratos vnà cum scutis suis, & facta sunt illic, quæ nec dicenda sunt, quia honestas non sinit. Quemadmodùm nanque in hyemali tempore vento valido flante, folia ex arboribus concussa cadunt: ità percutiebant in pauimentum, & audiebatur sonitus qui in eadem fiebat ecclesia, veluti tonitrus quidam horribilis, tam ex collisione armorum, quàm ex multitudine candelarum ab eis confractarum. Quibus cum fastu introeuntibus, iussio à Caliopa porrecta est Presbyteris & Diaconibus, in qua tanti præsulis continebatur abiectio: Et quia sibi fine lege Episcopatum subripuisset, nec dignus esset in Apostolicam sedem institui, sed omnimodis in regiã vrbem transmitti, subrogato in locum eius Episcopo. quod * vt dum aliquandò factum est, nec iure vnquàm fieri habet, quia in absentia Pontificis Archidiaconus & Archipresbyter, & Primicerius locum præsentant ipsius. Quòd autem vir Domini armauerit manum ad resistendum secundùm suspicionem falsorum hominum, quandiù signifer voluitur, à sancta Romana Ecclesia eius sanctitati testimonium perhibetur, potiùs illum velle deciès mori, quàm vnius hominis sanguinem in terram videre effundi.

Timet impius, vt ait Psalmista, vbi non est habendus timor.

*Locus mẽdosus.

Eccè precursores Caluistarũ nouarũ tẽporis.

Cap.12. Eadem itaque hora beatus Pontifex, quasi agnus innocens dedit semetipsum ad exhibendum Imperatori, & non resistendum. Porrò acclamantibus illi quibus-

Bijcitur è sede sua sanctus Põtifex, Constantinopolim relegandus.

Nõ vult resistere Imperatori

dam

Universidad de Deusto
Biblioteca

peratori vir Apostolicus

dam ex Clero, nè faceret hoc, nulli eorum aurem accommodauit, nè subitò fierent homicidia, sed illis, qui eum ducebant, dixit: Sinite mecum venire ex Clero qui necessarij mihi sunt, Episcopos videlicet, Presbyteros, & Diaconos, & absolutè qui mihi videntur. Respondit Caliopas: Quotquot voluërint venire cum bono veniant: nos cuique necessitatem non facimus. Respondit beatus Martinus Episcopus: Clerus in potestate mea est. Exclamantes autem quidam de sacerdotibus,

Clerus non vult ab eo diuelli,

dixerunt: Cum ipso viuimus, & cum ipso morimur. Post hæc cœpit dicere Caliopas, & qui cum ipso erant: Veni nobiscum ad palatium. & non recusauit beatus Episcopus, sed iuit cum eis in palatium. Eadem secunda feria & tertia venit ad eum omnis Clerus, & multi erant qui se parauerant ad nauigandum cum illo, qui etiam res suas iam immiserant in nauiculas, ex quibus onera ex litore in naues maiores, vel ex eis ad litus asportarent. & alij quoquè nonnulli præparabantur Clerici ac laici, qui festinabant venire ad eum.

Cap. 13.

Excludit Clerum tyrannus, nè sanctum virum comitetur.

Eadem ergò nocte quæ lucescebat in quartam feriam, quæ erat tertiodecimo Calendas Iulias, tulerunt illum de palatio, retrusis omnibus qui cum illo erant, & non nisi cum sex pueruli, & vno cancellulo eduxerunt eum de Vrbe. Et cùm immitterent eum in vnam nauiculam, quam leuamentum vocant, circa horam ferè quartam dicì ad portum peruenerunt. In ea sanè hora qua egressi sunt ab vrbe Roma, statìm obseruauerunt portas vt anteà erant, & sic remanserunt, nè exirent alicui de ciuitate post illum. Vndè contigit, vt res, quæ in leuamento erant, eorum, qui cum beato viro nauigare voluerant, in portu dimitterentur, & mox eadem die mouerunt, & peruenerunt Calendas Iulij Messinam ciuitatem. Non autem Messinæ tantùm, quæ in Calabria est, quę subdita est magnæ vrbi Romanorum, impediè runt beatum Episcopum, sed in alijs insularum ciuitatibus sine humano solatio tribus mensibus eum retinuerunt, nullam compasitionem adipiscens, excepto in insula Naxia. Quoniam verò ibi annum integrum fecit, meruit lauari tribus balneis, & in vrbe mansit in hospitio quodam. Posteà verò non meruit calida nec frigida aqua derigari, & effluxit, & refriguit toto corpore, quoniam ventris infirmitas

Multa aduersa patitur vir sanctus.

& in naui & in terra requiem illi non dedit, intantùm, vt ea quæ necessaria ad confortandam naturam erant percipere minimè valuisset: quia quandò habuit, reduxit: quandò autem non habuit, in fastidio fuit. Sed beatus Episcopus in tali angustia positus, quasì semetipsum consolando, & inimicis dolendo, in hæc verba prorupit: Credo in virtutem Dei, qui omnia conspicit, quia cùm de præsenti seculo subductus fuero, requirentur hæc omnia de his qui me persequuntur, & saltem ad pœnitentiam sic ducti ab iniquitate sua conuertentur.

Cap. 14.

Scribere decreui afflictionum mœrores, & lachrymas, communemque vocem, quæ mœstissima eximo cordis prolata est. Puto autem quia & profertur ab his qui sunt Romę in conspectu diuinitatis. Adhuc autem & in omni loco dominationis eius degentibus sanctis & fidelibus, ex quo facta est persecutio aduersùs sanctissimum Patrem nostrum, Deo beatissimum Martinum & fidelem sacerdotum principem, & Apostolicum vniuersalem Papam, ac per hoc aduersùs catholicam Ecclesiam. Credo autem hunc eundem mœrorem hactenùs retineri in vobis, & multam solicitudinem habere scire cupientibus, quomodò peractum est contra eum, quandò exulatus est, & persecutione pulsus à Roma nauigio vsque Byzantium.

Qui hęc scripsit, fuit comes sanctissimi Pōtificis Martini. Hier. 9.

Hæc in mente habens, humilis ego famulus vester, quædam quidem exteriùs solicitudine multa addiscens, plurimorum propriè contemplator factus, iudicaui literis reminiscì, & nota facere, claraque constituere omnibus Christi amatoribus, & zelum culturæ diuinæ habentibus: quatenùs cognoscentes, cum cordis mœstitudine mecum illum propheticum sermonem proferant: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte contritionem catholicæ Ecclesiæ & omnium Christianorum, propter ea quæ acta sunt in beatum & Deo plenum ducem veritatis & prædicatorem? Veruntamen gloria Deo, qui dedit ei virtutem, & sufferentiam stabilem in tentationibus, quæ superuenerunt illi à contrarijs virtutibus, & vires in expugnando & viriliter dimicando pro cultu Dei irrefragabiliter, & spe firma, ponens animam suam vsque ad mortem, vt potens imitator eius qui eum constituit athletam, ad informationem pro veritate dimicandam.

Cap. 15.

Videns ergò vir venerandus, vt iam prælibatum superiùs est, gladios acutos, & con-

certos adinuicèm, tentos à pluribus militibus paratum habētibus eximere eñses & priuare vita beatum Episcopū, in circuitu altaris assistere & in toto templo catholicæ Ecclesiæ Romanæ quę cognominatur Constantiniana, in qua sacerdotio fungens recubabat, ingrauatus inualetudine beatus æger, contritus animis, & artubus constrictus, impulsus & expulsus, raptus & extractus ex Apostolico throno, in quo eum Deus constituit loco sui inspectorem, Apostolum, & prædicatorem orthodoxę veritatis. Sed ipse non fecit animam suam preciosiorem se, sed posuit eam vsque ad mortem, imitans, sicut dictum est, Dominum suum dicentem:

Non timet vir sanctus animam suam pro ouibus ponere. Iohan. 10.

Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis, quo saluaret vbiquè errantem & perditam plebēab insurgentibus tēporibus illis hæreticis. Traditur igitur Romę de catholica Ecclesia beati Iohānis à potentibus seculi huius, his qui in hoc erant ministerio dignissimis, atque à custodibus depositus est ad portum, & coniectus est in lembum. Et nauigantibus quantocyùs, cuntibusque eum auiditate in insula quæ vocatur Naxon, non * cesserunt illi beato & Apostolico viro penitùs custodes contingere terram, dolentibus prorsùs pedibus eius, cùm ipsi per loca conferent, & omninò quiescerent. Hi autem qui per loca erant sacerdotes & cæteri fideles regionis ipsius, dirigebant beato Episcopo munera non paruæ quantitatis, cau-

* f. concesserunt

si videlicet eius vtilitatis. Quas quidem directas species & quantitates custodes bestiales continuò coram eo diripiebant, improperiosa & amara plurima ingerentes contra eum: eos autem qui munuscula detulissent, iniurijs & verberibus afficiebant, dicentes ad eos: Quicunque vestrûm diligit istum, inimicus est Reipublicæ.

Impij custōdes deseū omnibus bonis spoliant: & offerentes ei munera, iniurijs afficiunt.

Nunquidnam ei hoc solùm non valebat inferre dolorem incomparabilem, super infirmitatem quæ illum valdè deprimebat? Exindè igitur custodes, qui retinebant eum, præmittentes nuncium ab insula Naxon in Byzantium, aduentum & captionem eius nunciauerunt, proferentes aduersùs eum plurima mala, proclamantes illum hæreticum, & rebellem, Deique aduersarium, & subuertentem vniuersam terram Romanorum.

Accusāt eū hæreseos & rebellionis viti sceleratī.

Cap. 16.

Cunique tandèm peruenisset beatus Martinus Byzantium septimodecimo die mensis Septembris, in portu Euphemiæ iuxta Archadiā, non permittebant illi ministeri recubare in grabato nauis, à manè vsque in horam decimam, eratque spectaculum omnibus & angelis & hominibus. Accedebant enim varij homines, quos propter ferales mores dixerim lupaces, & talia fecerunt contra sanctum Papam, qualia à Christianis dici non oportet. Videres nanque miserabiliter sanctum virum ità deiectum, atque despectum, vt etiam ethnici multas illi blasphemias inferrent, nihil aliud quærentes nisì vt auferrent animam eius. Dehinc circa solis occasum venit quidam scriba nomine Sagoleba cum multis excubitoribus, & auferentes beatum virum de lembo, posuerunt in gestorio, duxeruntque in custodiam excubitorij, quæ cognominatur Prandiaria, & fecit illum scriba includi sub multa custodia, præcipiens vt nullus penitùs de ciuitate sciret quòd in eodem esset excubitu. Mansit igitur idem Apostolicus sanctus in illa custodia nonaginta tres dies sine participatione alicuius sermonis. In ipsa verò nonagesimatertia die, quæ est dies Parasceue, manè tulerunt illum de custodia, constituendum in cella sacellarij, iubentes pridiè conuenire omnem senatum, quod & factum est. Iusserunt autem illum introduci, & introduxerunt eum in sella portatoria, erat enim penitùs æger, præcipuè autem illis diebus præ nauigatione, & afflictione custodiæ per tot dies effectæ. Intendens autem in eum primus qui præsidebat sacellarius cum reliquis principibus à longè, iussit eum surgere à * ferculo & adstare. Agentibus quibusdam ministrorum non valere eum stare, turbatus præ multa ira sacellarius exclamauit, & quidam de custodia cum illo, surgere cum debere & adstare * sensuræ subnixum. Vir autem Domini surrexit, & stetit in medio. Sacellarius autem inquit ad eum: Dic miser, quid tibi mali fecerit Imperator, tulit à te aliquid, aut oppressit te ibi? Ille autem tacebat. Tunc ait ad eum sacellarius: Imperatoriæ voci non respondes? eccè nunc ingredientur accusatores tui. Et continuò introducti sunt multi accusatorum contra eum. omnes autem erant mendacij filij, & discipuli eorum, qui Dominum nostrum Iesum Christum negauerunt: contradicebant verò sancto viro quemadmonùm prǽmoniti fuerant. erant enim voces eorum præmeditatæ & præparatæ. Quibusdam verò interrogatis de sancto viro, profitebantur de illo se nihil mali scire: & continuò

Multa patitur ab aduersarijs fidei opprobria vir Apostolicus.

Recluditur in custodia Prandiaria.

* hoc est, sella illa gestatoria.

Sistitur ad tribunal sacellarij & senatūs.

* sessure

Falsò accusatur à mendacij filijs.

£ª examen

turbati qui prætendebant * certamen, incipiebant validis minis increpare eos, donèc suaderent eis proferre quæ erant conuenientia in mortem beati viri & iusti Martini.

Cap.17.

Contemplatus ergò sanctus Papa introeuntes testificari, subridens, dixit: Isti sunt testes? erant enim primi ingredientes nomine quidem melliti, lupaces autem & bestiales sententia,& quidam eorum qui erant Olympij, cum quibus erat & Andreas qui fuit eius notarius. Erant autem inter accusatores infelices Imerites,& Therinus,& reliqui numero quasi viginti. Iurabant autem super textum sancti Euangelij,& sic testificabantur. Erat autem primicerius Dorotheus nomine patricius Siciliæ inter illos, qui iurans dixit: Si quinquaginta capita haberet homo iste, non oporteret illum viuere, eo quòd solus subuertit & perdidit vniuersum Occidentem & deleuit. Et re vera vnius consilij cum Olympio fuit,& inimicus & homicida Imperatoris & Romanę vrbanitatis. Videns ergò iustus vir introeuntes eos, & iurantes sine parcitate testificatores, compassus perditioni animarum eorum, ait ad eos qui præsidebant principes: Obsecro vos per Dominum, nolite præparare eos iurare, sed absque sacramento dicant quæcunque volunt: vosque facite quæcunq; vultis. Et quid opùs est etiam iurando perdere illos animas suas? Ingressio equidè vno testium & dicente, quoniam coniurationes fecit cum Olympio, & milites præparauit vt iuuarent: interrogatus Deo preciosus vir, si hæc ità se haberent, respondit: Si vultis audire veritatem, dico vobis sequentia. & cœpit dicere: Quandò factus est typus & directus est Romam ab Imperatore. Et hoc tantùm dicente beato Episcopo, aliud quid non concessum est illi loqui: sed continuò ante omnes incipiens Troilus inquit: Non inferas nobis hîc de fide, de duello nanque nunc scrutaris, quoniam & Romani,& nos Christiani sumus. Et respondit illi verus Ecclesiæ pastor Martinus: Vtinàm, inquit, inueniatis me in illa die tremendi examinis, restem etiam in hoc. Denuò inter accusantes ait ad eum præfectus Troilus: Qualis homo es tu? quoniam audiens & cernens talia contra Imperatorem nitentem effodiendum Olympium, non prohibuisti eum, sed consensisti ei? Ad quem contiuò respondit ipse beatus Apostolicus Papa: Dic Troile, quandò, sicut scitis etiam vos & nos audiuimus, Georgius, qui erat ex monachis vrbis huius, à magistratu Imperatoris indutus est purpura, & consedit ei, quo eratis & vos? non eratis hîc? Cur ergò tunc non prohibuistis eum, dicentes: Nè attingas res non opportunas tibi? nónne omnes econtrà * conuenistis ei? quomodò habebam ego tali viro aduersùs stare, habenti pręcipuè brachium vniuersæ militiæ Italicæ, an potiùs ego illum feci Exarchum? Veruntamen obsecro vos per Dominum, quodcunque vultis & diffinietis in me fieri, citiùs explete. Nouit enim Deus, maxima dona tribuetis, quacunque me clade iugulaueritis.

Ecce quot accusatoribus obruatur vir iustissimus.

Nõ permittit verus animarũ pastor, vt pluribus animas suas perdãt.

Interrumpitur eius sermo nè excuset.

£ª quomodo

* cõnuistis Reddit rationem cur Olympio non restiterit.

Cap.18.

Percontatus autem sacellarius quendam de ministrantibus Sagolebæ scribæ, si sunt foris alij aliqui qui testificari debeant, respondit: Sunt domine plurimi alij. Deficientes autem hi qui præsidebant, sancto & venerabili viro adstante in conspectu eorum, & potissimùm spiritu sancto eum confirmante, dixerunt sufficere testes. Erat quippè interpres eorum, quæ à sancto viro dicenda erant, vel dicebantur, verborum Innocentius consul, filius Thomæ, qui erat ab Africa. & cùm interpretaretur ea quæ à beato viro dicebantur, non ferens sacellarius, videns ignita iacula sancti spiritûs à Deo honorabili viro contra eos prolata, ait ad Innocentium cum furore: Cur nobis interpretaris quæ dicit? noli dicere quæ dicit. Surgens ergò continuò sacellarius cum plurimis qui consederant ei, ingressus est nunciare Imperatori quæque ipse voluit. Eduxerunt autem sanctum Apostolicum virum de cella iudicij, magis autem ex aula Caiphæ, in gestatorio sedili sedentem, & statuerunt eum in medio atrij, quod erat ante cellam sacellarij & Imperialis stabuli, quo consueuerant omnis populus conuenire, & expectare sacellarij ingressum. Circundederunt eum excubitores, eratq; omnibus spectaculũ formidabile turbis. Post paululũ ergò iusserũt inferri eũ in solario dispositionis, vt esset ibi, quatenùs prospiceret Imperator per cãcellos reclinij sui ea quę futura erãt fieri. erat itaque multitudo populorum vsque ad hyppodromũ conferta conuenientium illuc.

Innocentius consul, sancti Martini apud senatum interpres.

Exhibetur vir sanctus populo illudendus.

Statue-

Statuerunt ergò reuerendissimum virum in medio solarij dispositionis in præsentia totius senatûs subnixum hinc & indè. Facta est ergò constipatio subitò non minima,& exiens ab Imperatore sacellarius, apertis ianuis triclinij in solarium dixit: Vidi populum iussit. Veniensque ad sanctum ac venerabilem virum Martinum Apostolicum, dixit ad eum: Vide quomodò te Deus adduxit & tradidit in manus nostras: Tu nitebaris contra Imperatorem. Quid tibi spei erat? ecce dereliquisti dominum,& dereliquit te Deus. Et continuò vocans sacellarius quendam adstantium excubitorum tonsorem, præcepit, sine mora illi auferre psachmon summi & Apostolici viri, atque præcipui pastoris omnium Christianorum, qui orthodoxam sanctorum parum & Synodorum confessionem, hoc est fidem confirmauit, & noui erroris exortos authores, videlicet nouos hæreticos, cum impijs dogmatibus eorum canonicè & synodicè anathematizauit. Cùm ergò excubitor incidisset psachmon beati viri, & corrigiam compagiorum eius, statim tradidit eum sacellarius præfecto vrbis, dicens: Tolle hunc domine præfecte,& continuò membratim incide illum. Cum his autem omnibus iussit adstantibus anathematizare eum. quod & fecerunt. Non responderunt autem huiuscemodi voci viginti virorum animæ, sed omnes qui hoc videbant, & sciebant, quia Deus est in cælo conspector eorum quæ fiebant, submisso vultu cum magna mœstitudine recedebant.

Ecce, qua contumelia vir sanctus afficiatur ab impio sacellario.

Anathematizatur vir iustus ab impijs.

Cap.19.

Cap.20.

Suscipientes ergò carnifices beatum Episcopum, exuerũt illum pallio sacerdotalis stolæ,& scindẽtes alas tunicæ eius quæ erat interiùs à summo vsque deorsùm, circumposuerunt ferrea vincula in sanctam eius ceruicem, & per omne corpus traxerunt eum cum vi, & non concesserunt ei penitùs alicubi residere & animam resocillare. Duxerunt autem illum à palatio, publicantes & dehonestantes per medium ciuitatis vsque ad prætorium, & gladius coram eo. Erat autem viro beato dolor magnus, & inenarrabilis: oppidò enim erat fessus, & infirmus præ tantis incommodis, futurus reddere animam à pressura nimiarum passionum,& tenuitate corporis. Attamen gaudens spe confortabatur in Domino, in quo habuit fiduciam æternæ consolationis & præmium tanti pro veritate laboris. Et quo magìs afflictione & vi trahebatur, eo magis sereno obtuitu ductus, cum multa animi constantia iustus cum vno solummodò indumẽtò à summo discisso in duas partes,& sine cinctorio incedebat vir tantus, fide & gratia Domini cinctus. Heu, proh dolor, cerneres virum Deo plenum tanto opprobrio subiectũ, vt interiora eius quodammodò nuda panderentur. Multifariè quidem contentiones populorum agebãtur propter sanctum virum, alij gemebant,& mœrore confecti lachrymabãtur: aliqui autem ministrorum satanæ gaudebant,& subsannabant. & sicut scriptum est, transeuntes mouebant capita sua,& dicebant: Vbi est Deus eius? & vbi fides eius, & doctrina ipsius? Cumq; venissent sanctus Domini in prætorium dehonestatus, & à carnificibus vinculatus, proiecerunt eum in ima carceris cum homicidis: & transacta quasi vna * tulerunt eum indè,& transposuerunt illũ in custodia Diomedis in prętorio præfecti. Tanta autem instantia & vi trahebãt illum vinculis nexum, vt dilaniarẽtur crura & poplites eius,& sanguis preciosus flueret per asscẽsum scalæ eiusdem custodiæ. erant enim gradus scopulosi & asperi valdè, ac penitùs in altũ porrecti. Erat autem beatus Episcopus iamtunc morti proximus, supplicijs anima deficiente. Introducentes ergò quomodocunquè in custodiam sanctum virum decidentem sæpiùs & surgentem, posuerunt in scamno indutum ferro & catenis.

Maxima eõ tumelia & opprobrio afficitur.

Matth.27. Deut 32.

Detruditur in teterrimum carcerem associatus latronibus.

Vincula in eius sanctã ceruicem conijciũtur, & grauiter torquetur.

Cap.21.

Postquam enim traditus est præfecto à sacellario vt cruciaretur, continuò carnifices exuerunt eum vestimentis suis, grauiter enim algoribus vexabatur. quia intolerabilis hyems erat. imposuerunt autem ei grauissima pondera ferri, & nullus ei aderat de suis excepto vno clerico adolescente. Qui commanens ei in custodia, & superstans lamentabatur magistrum, sicut Petrus Dominum. Erat autem magister custodiæ coniunctus beato Episcopo, quia sic erat mos, vt futurus pati per gladium conuinceretur magistro custodiæ illa nocte: erant autem ibi duæ mulieres mater & filia deuotæ valdè, prænominatæ custodiæ claues tenentes, quæque adspicientes importabilem dolorem sanctissimi patris, qui inter tot pœnarum genera quæ aderant, ardore quatiebatur dirissimo: motæ compassionibus, quærebant aliquam misericordiam facere cum illo, & contegere eum volebant mater cum filia, sed non audebant propter vinctum & custodientem

Multo frigore & vinculorũ pondere in carcere cruciatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

carnificem. Putabant enim actutùm venturã censuram vt trucidaretur. Post quasdam verò horas quidam ex ordine militari vocabant ab imo magistrũ vigiliæ carceralis. Descendente eo, vna mulierum ergastulorum illorum pietatis viscere ducta, accedẽs, amplectensque bellatorem Christi, & Apostolicum patrem, portansque reclinauit eum in prædiolo suo cõtegens vtiliter, & inuoluens. Manſit autem vsque ad vesperum sine voce. Vespere autem facto misit ad eum Gregorius præfectus eunuchus ex cubicularijs maiorem domús suæ cum paucis cibarijs, & refecit eum, dicens: Nè deficias in tribulationibus, confidimus in Deum, non morieris. In quo magis aggrauatus ille beatus ingemuit. Abstulerunt autem continuò ferrea vincula ab eo.

Sãctus Dei, carceris squallore intermortuus à quadã matrona conteg tur & humanissimè tractatur.

Cap. 22.

Sequenti autem die abiens Imperator in patriarchium visendi gratia Paulum Patriarcham, proximus enim erat morti, narrauitque ei quæ cõsummata erant in sanctissimum Papam. Ingemiscens verò Paulus & cõuersus ad parietem, dixit: Hei mihi, & hoc ad abundantiam iudiciorum meorum actum est. Percontatus ergò ab Imperatore quarè hoc dixerit, respondit: Nunquidnam domine non est miserabile talia pati Pontifices? Tunc attentiùs adiurauit Imperatorem, sufficere ei in his quæ passus est, & nihil ampliùs sustinere. Hoc autem beatus Papa Martinus, & quia non suscepit quod expectauit, non gratum habuit tale promissum: sed penitùs mœstus effectus, festinabat enim implere bonũ certamen, & peruenire ad eum quem desiderabat. Sed quid morer? post dies octo defuncto Paulo dirigitur ab Imperatore ad magnanimum Papam Martinum, qui fuit in custodia Diomedis: legatus autem fuit Demosthenes rescriptor & collaborator sacellarij, & Libelthisius cum eo. Intrantes verò dixerunt ad eum: Dominator noster eximius Imperator misit nos ad te, dicens: Eccè in quanta gloria existens, in qualem ordinem te ipsum duxisti? Nemo tibi fecit hoc, sed tuipse tibimetipsi. Ipse autem nullum aliud responsum dedit nisi solùm hoc: Gloria, gratiarum actio per omnia soli immortali Regi. Dicit ad eum Demosthenes rescriptor: Significauit tibi Imperator ista, dic nobis ea quæ à Pyrrho hîc & Romæ subsequenter, gesta sunt. Pro qua causa abijt Romam, iussus, an proprio proposito? Respondẽs sanctus Papa dixit: Proprio proposito. Ait Demosthenes: Libellum illum quomodò fecit? compellente aliquo? Respondit sanctus vir: Nemine compellente, sed propria propositione. Demosthenes inquit: Veniente Pyrrho Romam quomodò eum suscepit sanctus vir Theodorus prædecessor tuus? Dixit æquanimus Papa: Vti Episcopum decuit. & quomodò nanque priusquàm veniret Pyrrhus Romam manifestè scripsit beatus Theodorus ad Paulum, vtporè ad eum qui supplantationem fecit, & alreri us thronum inuasit? deindè autem veniente eodem Pyrrho Romam sponte sua ad vestigia beati Petri, quomodò nõ haberet eum susciperе prædecessor meus Papa Theodorus, vtporè Episcopum? Respondens, Demosthenes dixit: Verè veritas sic se habet. Vndè autem sumebat ea quæ ad vsum sui corporis erant necessaria? Dixit beatus Martinus: Manifestè de Patriarchio Romano. Ait cõcertator: Quanam? dico enim quia quisquis venit illuc miserabilis homo hospitari, omnia ad vsum præbentur ei, & nullum immunem suis donis sanctus Petrus repellit illuc venientium, sed panis mundissimus, & vina diuersa dantur ei, non solùm autẽ illi, sed & hominibus eius. Si ergò in pauperibus ista fiunt, qui venit etiã honorabilis, sicut Episcopus, qualem sumptum habet suscipere? Dicit ad eum Demosthenes: Dicimus nos sicut & audiuimus, quia Pyrrhus vi fecit libellum Romæ, & quia lignea vincula sustinuit, & multa dolenda passus est, & in armario reclusus fuit. Respondit sanctus Martinus, & dixit: Nihil tale factum est: nam nisi quia formidine aliqui tenentur, & non possunt loqui veritatem, hîc sunt Cõstantinopoli plurimi, qui tunc erant Romæ, & sciunt quæ ibi gesta sunt: ex quibus interim superest Plato patricius, qui tunc exarchus erat, quique direxit tunc homines suos ad Pyrrhum Romam: percontamini eum de his, si mentior. Veruntamen quid volumus plurima quærere? eccè in manibus vestris retinetis me, quodcunque vultis in me consummate. Deo indulgente in vestra est potestate. vtiquè si membratim inciditis carnes meas, sicuti præfecto iussistis, cùm me illi traderetis, non communico Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Eccè hîc sum, exanimate me, & tentate, & inuenietis experimento gratiam Dei & fidelium seruorum eius.

Sedis Apostolicæ hospitalitas.

Dicit rationem Pontifex, quomodò Pyrrhus sua sponte Romam venerit.

Eccè quomodò vir sanctus iussus fuerat membratim incidi.

Interim

Interim Pyrrus in medium venit, qui totiès anathematizatus est, & nudatus honore diuino. Stupefactus autem Demosthenes rescriptor, & admirans super constantia atque audacia beatissimi Papæ Martini pro Christo velle voluntariè mori: quia ad hoc positus erat calix passionis, accepto libellario seriatim omnia quæ à beato Papa dicta erant, scribentes, recesserunt. Fecit autem athleta Christi Martinus in eodem Diomedis ergastulo octogintaquinque dies, post primos nonaginta tres, hoc est, omnes simul centum septuaginta quinque. His transactis, venit Sagoleba scriba dicens ad beatum Episcopum: Iussum est mihi auferre te hinc, & ducere in domum meam, & post duos dies dirigere te quò iusserit sacellarius. Interrogauit autem beatus Martinus quò ducendus esset, & in quem locum, sed ille noluit ei dicere. Rogabat autem cum, vt sineretur in eadem custodia, quousquè exularetur, & ad horam auferretur de custodia: nec hoc concessum est ei. Circa occasum verò solis venerabilis Papa Martinus dixit his qui erant in ergastulo: Accedite fratres, valefaciamus, quia eccè nunc aderit, qui auferet me hinc. Et hæc dicente eo, biberunt singuli charitatis causa calicem. Exurgens vir venerandus cum multa constantia atque gratiarum actione dixit ad vnum occurrentium dilectum sibi, qui erat ibi: Veni domine frater, da mihi pacem. Erant quippè in illa hora præcordia fratris illius, vt existimo, sicut discipuli illius qui vidit Dominum in cruce pendentem. Cumque osculum præberet sanctissimo Papæ, præ nimia charitatis abundantia copiosissimè inter se lachrymas fuderunt. Omnes vero quiaderant lamentum terribile faciebant. Anxiatus in hoc vir Domini Martinus, sereno vultu flagitabat omnes nè hoc facerent. & impositis venerabilibus manibus suis super ceruicem fratris illius, subridens, ait: Bona sunt hæc domine frater, hæc sunt opportuna, & te non oportet flere, sed magìs gaudere super me. Ad quem ilicò cum cordis contritione frater ille pius respondit: Deus nouit famule Christi, lætor in gloria, quia dignatus est Christus Deus noster propter nomen suum sanctum, hæc te omnia pati: sed lamentor omnium perditionem. Salutantes ergò eum, omnes recesserunt: veniens autem continuò scriba, & auferens eum, intulit in domum suam. Dictum est ergò quia in Chersonam insulam exulatur.

Cap. 23.

Ducitur de custodia ad custodiam, more Christi ab Anna ad Caiphã.

Valedicit suis cum lachrymis in Chersonam insulam relegandus.

Post paucos autem dies ipse sanctissimus & Apostolicus vir, transuectus est nauigio clàm in præfatam insulam. Ibi quippè sicut Iohannes Apostolus in insula Pathmos, omni humano solatio destitutus, diuinæ contemplationis & angelicæ visitationis consolatione, meruit crebrò releuari. Ieiunijs quippè & orationibus semper intẽtus, egit bonus Ecclesiæ vniuersalis pastor & fidelis dispensator & prudens, vt nec ouibus absens deesset, nec hæreticis pateret victoria falsitatis. Curauit quippè pastor pius, qui animalia Domini veritatis pabulo saginare solitus erat, nè fame fidei attenuata, mortis æternæ dispendium subirent, & antiqui deuoratoris fauces intrarent. Gaudebant quippè inimici veritatis, quasi iam mater Ecclesia tanto præsule exulante finẽ habitura esset rectè credendi. Sed cùm vir beatissimus Martinus fide & deuotione Iesu Christi Domini nostri stigmata in corpore suo gestaret, per dies plurimos * impertæsus præ nimia inopiæ pressura, virium mœrore iam totus tabesceret, & effœti corporis flaccciditatem spiritu agonizante, natura autem compellente præsentisceret, per Epithomum Romanæ valefecit Ecclesiæ, mandans fideliter & præsentis vitæ valida quæ pro statu & integritate eius perpetiebatur, iam infortunia, & vt se à peste hæretica per omnia caueret apostasiæ commenta.

Cap. 24. Mittitur Chersonam exulatum. Apoc. 1. Multis virtutibus vacat. Cura eius de salute ouium. Galat. 6. * id est, valde tædio affectus.

Postquàm autem vir Deo charus & cælicis amicus ciuibus iam omnium dolorum cumulamenta expertus est, id est confusionem expulsionis, scandalum falsitatis, squalliditatem protractiorem carceris, discissionem sacerdotalis infulationis, inediæ acrimoniam, nuditatis contumeliam, improborum multicolorem blasphemiam, exilij solitudinem, soliti honoris effugacissimam absentiam, & multa alia quæ piget enarrare, percursoque iam viriliter agonis fidei stadio, totis ad cẽlum extensus conatibus puris luminibus compellare cœpit Dominum, dicens: Domine Iesu Christe pastor fidelium æterne, tu scis quæ pro te, & propter fidem inenarrabilis nominis tui vsque in horam hanc perpessus sum, nè permittas me ampliùs elongari abs te. Si autem me voluëris carne exarcinari, & peruenire ad te, oues tuas, quas mihi ad prouidendum commisisti, de quibus admodùm

Cap. 25. Catalogus dolorũ passionis eius. Oratio eius sub mortẽ.

suspen-

suſpenſus ſum, cuinam commendo, tu Rex clementiſſime, qui tui precioſi ſanguinis adſperſione de manibus inimici eas dignatus es emancipare, per glorioſa merita præcipui Apoſtoli tui Petri Domini & magiſtri mei, ab omni ſemper diabo-
*munimine lica incurſione tui eas clypei * nomine miſericorditer defendere dignare. Sicque precioſus Chriſti confeſſor, martyrque probatiſſimus Martinus, vmbone veræ fidei circundatus, inexpugnabili lacerto, omnem antiqui peccatoris armaturam deuicit: & ipſe vt miles inuictiſſimus æterni Regis caſtris verę reportauit vexillum victoriæ.

Cap. 26. 2. Tim. 4. Et re vera bonum certamen certauit, glorioſiſſimè curſum conſummauit, fidem Deo deuotus ſeruauit, ad vltimum reddita eſt ei corona iuſtitiæ, quandò de
Felix obitus eius apud Cherſonam Lyciæ. *forsit. manu Domini brauium eſt aſſequutus felicitatis æternæ. Migrauit autem beatiſſimus Papa Martinus, martyrque Chriſti præcelſus, de præſentis vitæ anguſtijs ad Dominum, die * ſexta decima menſis Nouembris, fide & ſpiritu ſancto plenus, & angelorum manibus lætus deportatus eſt Abrahæ ſinibus. Poſitus eſt autem in tu-
Sepultura eius. Pſal. 64. mulis ſanctorum Cherſonitarum ciuitatis extra murum quasi ſtadio vno, charus & dignus Deo, & precioſiſſimis odoramẽtis ſepultus eſt, angelicis canentibus choris, atque hunc hymnum alternantibus: Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti Domine. Eſt autem glorioſum eius ſepulcrum: vbi pro ſanctitatis eius magnitudine tumulatus eſt in monaſterio perpetuæ virginis Mariæ matris Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod magnifico conſtat decore ornatum. Ibi quippè eius inclyta merita ex tunc, & nunc, & quandiù cælum voluetur, cæleſtium beneficiorum euidentiſ-
Miracula ad ſepulcrũ eius. ſima declarant indicia. Quia vt verum fatear, omnia humanorum corporum incommoda ibi frequenter inueniunt optatæ ſalutis certiſſima medicamenta. Aegri diuerſi infirmitatis priſtinam adipiſcuntur ſoſpitatẽ, cæci illuminantur, paralytici agglutinantur, ſurdi auditum, muti ſe gaudent percipere loquelam, arreptitij & energumeni promerentur à maligno manſore liberari, nullusque miſer inue-
nitur, quem de ſuo mauſoleo mœſtum redire patiatur. Cuius nos precibus glorioſis Chriſtus Deus ac Dominus noſter, qui eum elegit, aſſumpſit, & in perpetui paradiſi delicijs cum cæligenis collocauit, corroboret nos in veræ fidei ſoliditate, quam ille ad liquidum intellexit, conſtantiſſima aſſertione docuit, & pro qua ad mortem vſque certauit, vt mereamur præmium cõſequi quod promiſit: Qui cum Deo patre & ſpiritu ſancto viuit, & gloriatur Deus, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

VITA ET MARTYRIVM QVINQVE FRATRVM BREVNOVIENSIVM, MATTHAEI, BENEDICTI, IOHANNIS, *Iſaac, Chriſtini: necnon Barnabæ contubernalis eorum & Confeſſoris, per Reuer. D. Iohannem Dubrauium Epiſcopum Olomuzenſem, hiſtoriæ Boiemicæ libro ſexto.*

12. Nouẽb. Breunoniẽſem Abbatiã S. Adelbertus fundat. SANCTVS Adelbertus ſecundus Pragenſis Epiſcopus & martyr, vnà cum Boleſlao principe Boiemiæ cœnobium, quod Breunouiam vocant, ædificauit, ac munificentiſſimè dotauit, deductis in contubernium ſodalibus, quos ex Italia ſecum adduxit: illique nomine Abbatis præpoſito Anaſtaſio, qui poſthàc apud Hungaros Strigonienſem egit Pontificem, viro tantæ ſanctitatis & virtutis, vt mortuum diſcipulum precibus ſuis à morte excitauerit. Sæpiùs in hoc contubernio Adelbertũ, quàm in domo ſua pontificali reperiſſes, adeò moribus & natura cum ſanctis illis patribus congruebat. Sed nec Boleſlaus à conſuetudine illorum abhorrebat, feſtis præſertim diebus ſponte veniens (vt bonis mos eſt) ad bonorum conuiuia, quæ à precibus illi incipiebant, & cum preci bus finiebant magna cum modeſtia & diſciplina, atque abſtinentia ci-
Conuiuia precibus inchoanda & finienda. borum.

Præter Anaſtaſium autem Abbatem, & Gaudentium fratrem (quem Præſulem ciuitatis Gneznæ Polonis idem Adelbertus dederat) alios inſuper ſex contuberna-

les Breunouia habuit, vtì vitæ ſanctimonia celebres, ità celebritate hominũ minimè gaudentes. Illi igitur deſiderio ſolitudinis (cùm migrandi ex Boiemia in Poloniam conſilium cepiſſent) occiſo Adelberto Epiſcopo, ad Gaudentium diuerterunt, cupidiſſimum illos penès ſe retinendi, niſi quòd cupidiùs illi ſecretum ſibi
Monachi Breunouiẽſes in Poloniam tranſmigrant. dari oſtendiq̃ue petebant. Euictus precibus Gaudentius, deduci illos in locum planè ſolum, longeque ab hominibus ſemotum iubet. Nacti illi quem optabãt ſeceſſum, in eo tugurioluin, & iuxtà ſacellum ex lignis coagmentatum ſibi conſtituunt. Nomina contubernalium Matthæus, Benedictus, Iohãnes, Iſaac, Chriſtianus,
Eremum incolunt. Sanctiſſimè viuunt. Barnabas. Frugalitatis omnium iſtorum, innocentiæque & continentiæ atque vigiliarum, indicium hoc fuerit, quòd nõ ſolùm ab iniuriæ noxa, ſed ab omni prorſus ſpecie mala abſtinuerint, quòd famem ſæpiùs pane ſolo, rarò olere adiuncto, quod ſua ſibi manu ſeuerant legerantque, explebant: ſitim autem aqua ſemper ſedabant: quòd à pecunia poſſidenda ità temperauerint, vt ne teruncium quidem in zonis ſuis, aut marſupijs poſſidere vellent: quòd deniquè ſtratis humi in matta ſcirpea, corporibus cilicio veſtitis, ſomnum ante mediam noctem interruptum habuerint, & quasi iam aurora illis illuxiſſet, reliquum noctis dieique perpetuò in hoc vigilauerint, vt Deum peccatis hominum offenſum, aſſiduis depre-
Miraculis clarent. cationibus placarent. Nam ipſi ità propitium illum habebant, vt morbo impeditos homines, aut à malo dæmone obſeſſos, ſola oratione percurarent liberantque.

Quoniam autem rumor iam pridèm de bona iſtorum vitæ conſuetudine ad Meſchonem principem Poloniæ peruenerat, inuaſit eundem Meſchonem cupido videndi & alloquendi viros ex rumore ſibi laudatos. Vbi igitur ad latebras eorum peruenit, ſummotaque aſſectantium turba, ipſe cum paucisſimis ſacellum, in quo ſacros pſallebant hymnos, introijt, offuſa ſubitò oculis & animo ſuo religione, perindè eſt permotus, atque ſi introijſſet penetrale numinum, non hominum. Deniquè illos velut præſentia numina veneratus eſt, tractauitque liberaliter à pecunia, quàm abiẽs illis etiam inuitis reliquit, præſidium futuræ inopiæ, quam ſummam adeſſe cernebat. Sed enim illi, qui non adumbratã, non coactam, ſed ſolidam
Paupertatẽ ſectantur Euangelicã. atque vtroneam colebant paupertatem & continentiam, magisque pietatis offi-
Inſontes à latronibus occiduntur. cijs, quàm vllis diuitijs diteſcere quærebant, accerſito Barnaba, quem panis & olerum diſpenſationi præfecerant, tollere eum exitialem pecuniam & ad Meſchonem continuò referre iubent.

Abeunte Barnaba ſuperueniunt latrũculi quidam, & in tugurium nocte irrumpunt, quæſitaque inibì, & nõ inuenta principis pecunia, iram & furorem in cædem
Felix Barnabæ exitus. inſontium virorum conuertunt: occiſi ad vnum omnes, ac ſolùm Barnabas per abſentiã incolumis eſt ſeruatus, cum magno animi ſui dolore, quòd præſens eandem cum interfectis martyrij palmam aſſecutus non fuerit. Nihilominùs ſuis ſimilis permanens, vitam quam cœpit colere, puram inculpatamque ad fatalem vſque exitum non deſijt: poſt quem in tumba Gneznæ, in quam, ante ſe interfecti ſodales elati ſunt, conditus eſt.

SERMO BEATI RADBODI S. TRAIECTENSIS ECCLESIAE FAMVLI, ET POSTEA EPIſcopi, *de S. Lebuino presbytero.*

12. Nouẽb. SAEPE contingit, fratres chariſſimi, vt inter epulas grata ſit conuiuantibus fabuloſa narratio, & oppreſſum cibis carnalibus animum quælibet figmentorum perſequatur eſuries: dumque ſuî oblita mens, ad tempus obrepletionem corporis obſonium ſpirituale faſtidit, magis appetat ſpecies vanitatum quibus aures carnis oblectet, quàm doctrinæ cæleſtis dulcedinem qua nauſeantem animam vera & perpetua ſuauitate reficiat. Verùm nobis in præſenti lectione multò aliter euenire lætamur, qui quanto hanc ſolẽniùs carnis aure percipimus, tanto eam auidiùs incordamus, atque idipſum quod ſumimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Historiæ Sanctorum quid vtilitatis lectori adferant.

sumimus post venerãdam esuriem satietatis opulentiam, post felicem satietatem, rediuiuam esuriem in nobis creare non dubitamus. Itaque vt manifestiùs eluceat, quæ (vt dicitur) cupedia spiritualibus famelicis hoc narrationis genere promittuntur, ponantur iam super cælestem mensam fercula delicijs omnibus huius seculi gratiora, ex quibus suauissimas vitæ perennis epulas capientes, tam iocundæ refectionis authori Deo gratias referamus, qui per singulos annos dulcissimi conuiuij participatione clementer nos exhilarat, dum beatissimi nobis Lebuini memoriam annua natalis sui festiuitate, tanquàm panem Angelorum ex ipso pietatis suæ cophino prolatum repræsentat. Quo dum deuotè vescimur, salubriter esurimus, copiosissimè pascimur, hilariter exultamus. His consequenter adiungitur habitudo mentis pulcherrima, fortitudo inuicta, salus cõtinua, contemptus mundi, appetitus cælestium, desiderium futurorum. Quocirca oportet nos perpendere fratres, quantæ sint deliciæ quæ porriguntur, vt easdem sumere auido corde non differamus: quibus repleti nulla formidemus machinamenta hostium, nullo terreamur grandine secularium tempestatum. Atque vt hoc diuina miseratione assequi valeamus, huius nobis sanctissimi viri exemplum sufficere posse credimus,

S. Lebuinus inter aduersa & prospera semper stabilis & constans.

qui inter aduersa mũdi & prospera, sæuientis fortunæ impetum, quemadmodùm turris Sion, & porta Hierusalem præsidio Angelico defensa recussit, cassatisque ictibus machinarum in sempiternæ fidei soliditate persistere meruit. Ad tantam verò perfectionem quibusdam bonorum naturalium gradibus ascendit, quibus quasi scalis euectus, terrenà transiliens cælorum alta feliciter penetrauit. Denique in infantia sua Deo & hominibus charus extitit: cumque esset ingenio docilis, animo mitis, pauper spiritu, meritis diues, viris probatis certatim annitentibus habitum religionis assumpsit, in quo ità Christo & Ecclesiæ suæ deuotus effectus est, vt coæuos suos literali sagacitate præcederet, maioribus officiosissimè pareret, perfectorum imperijs tanquàm à Deo datis vera humilitate præditus acquiesceret. Porrò in pueritiæ annis, morum honestate sectatus est venerandam senum canitiem, innocentis vitæ simplicitatẽ doctrinæ cælestis eruditione componens. Pubertatis autem spatia, non lasciuientis animi voluptatibus effœminauit, sed potiùs rigore frugalitatis, & iugi laborum exercitio, rebellionem iuuentutis edomuit, castigans corpus suum & in seruitutem redigens, nè fortè cùm alijs prædicaret, ipse reprobus efficeretur. Huius siquidem philosophiæ nobilissimos professores, multos in sancta Ecclesia esse sciebat: inter quos felicis memoriæ Vuillibrordum atque Bonifacium Pontifices in vineæ cultura Dominicæ apprimè laborâsse audierat, ideoque animum Deo placitis operibus exercebat, vt quos habuerat in Christianitatis prouectibus socios & patres, eosdem haberet in æterna felicitate consortes. Enimuerò quia tantorum familiæ Christi luminarium sacra mentio nostris relationibus, acsì quidam venerandæ lucis radius, illapsa est, intermisso paululùm superiore stylo, viros non sine mentis alacritate memorandos, dignis laudum præconijs ad honorem Dei, prout possumus, extollamus: vt Lebuino nostro tanto crescat altior gloria, quanto se præcedentium probabilior fuisse dicitur vita: quandoquidem nullis diuerticulis ab eorum tramite declinauit, qui tantorum vestigia ducum summis nisibus fuerit executus. Quapropter cùm illorum religiositas exprimitur, iste laudatur. Cùm horum studia prænotantur, iste totus depingitur. Cùm illorum præliandi aduersùs potestates aëreas certamina referuntur, huius triumphus euidenter exponitur. Atque ex huiusmodi coniecturis facilè colligitur memoria * piorum vitam illustrari sequentium: & augeri filijs honestatem, cùm eorum patrum gloriosè viuentium fulcit authoritas. Viros igitur, quos præmissimus, sanctos admodùm fuisse non dubitamus: quorũ alter confessione, alter martyrio in comitatũ Agni susçipi meruit, habentque nunc hæreditatem cum Christo, qui in hac vita nunquàm passi sunt separari à Christo. Hos certè nobis imitabiles diuina pietas condonauit: vt quem deterret à gladio manus violenta carnificis, magnum Vuillibrordum in diuinæ pacis quietudine Domino laudabiliter seruientem, si possit se æquiparet: qui autem se agonistis comparabilem existimat, sanctum Bonifacium fuso pro Christi amore sanguine subsequi non formidet. Quòd si defuerit peremptoris atrocitas, ipse sibi manum diuina romphæa perarmet, ipse sibi spiritualiter, & persecutor efficiatur, & martyr, dummodò aut vnius in pace munditiam, aut alterius in carnificio adipisci non neligat palmam. Sed his summotenùs

Fit Monachus.

Is ætate puer, moribus canus.

1. Cor. 9.

S. Vuillibrordus & Bonifacius, huius sancti conterranei & prædicationis socij lege vitam S. Swiberti 1. Martij.

for.* ptiorũ

S. Vuillibrordi Vita habetur 6. Tomo, 7. Nouẽbris.

S. Bonifacij verò martyrium Iunij quinto.

motenùs memoratis, repetenda est nobis historia, quam pauloantè nos omisisse perscripsimus: quæ tamen penitùs omissa non est, quia subindè se inter cætera animo huic semper inhærente opposuit affectus dictantis, nescio qua dulcedine delibutus dum superiora componeret reliquorum quidem digitis, Lebuini autem iugiter corde conterunt. Sanè quia de illo inprimis scriptitare decreuerat, licèt viros precipuos repentè in medium proferret, ab huius tamen intuitu cogitantis intentio summoueri non potuit: quoniam bona quæ de ipso dici queant vltrò se offerunt. quæ si quis omnia exponenda præsumeret, Tullianæ, Plautinæve eloquentiæ floribus indigeret. Beatus igitur Lebuinus inter feros & semibarbaros hominum mores constitutus, agni innocentiam retinebat, memor Dominicæ vocis qua dixerat, se Apostolos sicut agnos inter lupos missurum. Nec viro sancto defuit serpentina prudentia, dum si quis capiti suo, id est, Christo, iniuriam facere pertentaret, ille pro eo totum corpus indubitanter obijceret. Vndè factum est vt in virtute Altissimi, ad diuinum caput membra connecteret, vtpotè vt qui se inter illa medium quasi charitatis viscarium inserebat, infimaque summis copulans, infirmitatem humanam dignitati Angelicæ coæquare studebat. Sapiens planè Architectus, qui cælestem ædificans domum, petram in fundamento locauerat, nè flurentibus ventis, nè procellis æstuantibus, postremò nè impugnata totius aduersitatis machinis virtutum contignatio læderetur. Petra autem erat Christus. Age ergò quisquis hæc audire desideras, num tibi quippiam videtur aut illa connexione salubrius, aut ista firmitate solidius, dum quod ibi copulatum est nulla resolutione laxatur: quod hîc fundatum est, nulla tempestate subuertitur. Quòd si fortè cuilibet monstruosis fabulis aurem accommodare vacat aut placet, inuisum se veris relationibus, huiusmodi vanitate demonstrans, poëtarum deliramentis incumbere poterit, qui vsque adeò præstigiosis figmentorum imaginationibus dementati sunt, vt ne ipsa quidem, quæ interdùm esse falsissima asserebant, falsa esse cognoscerent. Nos de sancto Dei Lebuino nihil mentios esse, testem habemus Ecclesiam, quæ huius beneficijs cumulata, quàm grandis apud diuinitatem meriti fuerit, crebris remediorum prouentibus confitetur. Cui quidem ea quæ de illo dicimus grata fore indicio est, quòd legenti tantus adsistat populus auditorum, vt compressum multitudinis etiam hi pertimescant, qui in tuto loco stare videntur, vixque in digressu aliquis inueniatur, qui non Deo gratias referat pro eo quòd se patrocinium Lebuini audisse pariter & sensisse commemorat. Vndè nobis adhuc vel pauca locuturis arbitramur neminem succensurum, quippè cùm spiritum Dei in ipso templum ædificâsse, atque id sibi habitabile fecisse procedens sermo declamet. Idipsum verò inter Matutinas laudes (vt credo) cantabitur. sed in lectione omitti non debuit, quo vtriusque vocis ministerio quanti apud suos habeatur vir Christo amabilis accipiat commendatum. Quod autem præmittitur tale est. Spiritus sanctus (vt ait scriptura) in corde viri iusti habitat. Nam templum ipsius est anima ab omni iniquitate aliena, in qua non carnalis victima cæditur, sed spirituales hostiæ offeruntur. nec fit ibi sola emundatio corporis, sed & remissio vera peccati & abolitio perpetuæ mortis. Hoc templum dici & esse meruit beatus Lebuinus, cùm præstante Domino à criminum fieret contagio mundus, per eum qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

S. Lebuinus agnina innocentia præpollet. Matth. 10. Luc. 10.

Matth. 7.

1. Cor. 10.

Poëtarum deliramẽta plena mendacijs.

S. Lebuinus quanti sit apud Diuinitatẽ meriti.

S. Lebuinus templũ spiritũs sancti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ORATIO DE SANCTO LEOPOLDO AVSTRIAE MARCHIONE ET CONFESSORE, HABITA A *Francisco Patauo Aduocato consistoriali, 12. Calendas Decembris anni 1484. sedente Innocentio VIII. & Friderico III. Imperatore suadente: in publico consistorio.*

15. Nouēbr. Cap. 1.

SI quam dicendi facultatem, si quod humanum ingenium posse satis exequi laudes diui Leopoldi existimarem, P. S. Reuerendissimi domini: non ego apud vos adeò auderem, vt viri tanti virtutes exiguis dicendi viribus vellem attingere, & debilis in re tanti ponderis inexercitatusque athleta certamen hoc inire perarduum. Sed quoniā nemo tam eloquēs, tam felici ingenio præditus est, vt eius magnitudini virtutum orationem æquare valeat: immò cuiusuis disertissimorum eloquentia, studium, opera, facultas, ingenium, longè superatur & deficit, cùm vel cogitare, vel expromere verbis conatur, quantùm moribus, quantùm deniquè tota vita claruerit: hinc ego, etsi in hoc mihi inusitato genere dicendi parùm vehemens orator videar, tamē pro mea tum in eum ipsum pietate, tum in vniuersam Christiani ritûs religionem obseruantia, dicendum vel id mihi pro viribus censeo. Neque enim id alienum siue officium siue patrocinium à quolibet puto homine Christiano, quandò omnes debiliores sunt, quàm vt de tanta re satis dicere queant. Accedo igitur ad vestrum venerandum & planè diuinum conspectum: vestra vtor liberiùs dignitate, fretus videlicet pietatis quo fungor officio, certusq; apud vos plus valere loquentis animum in causa pia, honesta, religiosa, sancta, quàm orationis copiam & ornamenta vacua negocio rerum & authoritate. Et si mansuetudo sanctitatis vestræ fœnerò mihi pias humanasq; causas & pro pauperibus peroranti faciles porrexit aures: quanto faciliores in præsentia sperare possum illas mihi porrigi? Cùm hic de religione, de vera, de sancta republica, de fide agatur catholica: dum virum insignem pietate laudamus, eumque ipsum referendum in sanctorum numero ducimus. Leopoldum dico, quem solum in terris Deus ipse immortalis nobis præcipuo exemplo constituit. Alios nanque ad beatam vitam liberiùs cuexit solitudo, atque ab humanis negocijs separatio, remotaque vita & à seculi curis penitùs expedita. Vnum hunc inter paucissimos mortales humanis implicitum rebus humana cotempsisse, & inter ipsarum humanarum rerum impedimenta semper diuinis inhæsisse constat. Rarum profectò & memorabile sanctitatis exemplum: quòd non nisi arbitrandum sit ipsum cælestem gloriam consecutum. Et cùm hic maximè status, ea vitæ conditio distrahere soleat: in eo potissimùm sanctitas quæsita & inuenta sit. Nam & si plurima sit dignum laude, tamen perdifficile maiores nostri iudicârunt, in magna videlicet peccandi licentia iustè vixisse. Accedit & rei vxoriæ & liberorum cura. Quod quidem (vt cum Apostolo dicam) à cælestium cogitatione maximè diuidit.

S. Leopoldi moribus & vita clarus.

Viuit inter curas mundanas sanctissimè.

1. Cor. 7.

Cap. 2.

Aggredior igitur his munitus præsidijs, Redemptoris implorato numine, sine quo nihil incipere fas est: vitam beati Leopoldi ab omnibus planè imitandam ac eius probatissimos mores, frequentissimam deindè miraculorum multitudinem, explicaturus: vt in actis constat, super ea re de cuius agitur canonizatione productis coram reuerendissimis in Christo Patribus, Rodorico Portuensi Episcopo sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellario, Marco Episcopo Prænestino, Francisco sancti Eustachij Diacono Cardinali, ad talia obeunda deputatis. In quorum enarratione, compensata rerum magnitudine cum tempore quo illa recensebo, pauca me percurrisse vos iudicaturos non dubito. Illud in primis rerum natura vel lata lege fixit, vt à robore robur generetur, ab aquila similis auis, & à forti ac constanti idem nascatur: & contrà nil existimamus fieri posse. Leopoldus cognomento Pius,

S. Leopoldi patria & parentes.

Pius, patre Leopoldo Marchione Austriæ natus est, familia vtriusque parentis illustri, & tota diuini cultûs, & in qua duo præcipuè claruêre, religio & populorum regimen. Cui omnia pietatis munera adiunxit, & in eo tenore perseuerauit, vt animi moderatione & misericordia reliquos anteiret: Maioresq; suos orthodoxos tanto antecelluit, quanto Pij cognomen, quo Leopoldus meruit insigniri, cæteris præstat. Leopoldus enim Pius vbiquè inscribitur, hocque ei cognomen viuenti inditum est, quod post trecentos & quinquaginta ferè annos, quibus in Domino quieuit, adhuc inconcussum inextinctumque manet, & æternum seruat per secula nomen. Hic ab infantia non se delicijs aut voluptatibus quibus ætas illa permaximè irretiri solet, neque ijs quæ omnes faciunt pueri se accommodauit, aut aliqua ex parte corrupit inter regios luxus opesque innumeras: ab omnibus enim huiusmodi se abdicauit: & quod iam Dei nutu fas est credi, inter tot rerum omnium delicias, sobrium, continentem, abstemium, & in carne quodammodò viuentem præter carnem cerneres: & cousquè, vt qui illius temporis res gestas & huius incorrupti viri vitam conscribunt (qui quidem plurimi sunt dignissimi scriptores) vnum hunc pleno commendant ore, admirantur, extollunt, solumq; adolescentem dicunt carum rerum expertem quas fert adolescentia.

Cur Pius cognominatus.

In carne præter carnē viuere, Angelicum est.

Cap. 3.

Huic non equi, non canes præcipuum fuêre studium: sed diuina eloquia, veræque fidei cultus assiduus cognitioque studiosissima placuêre. Sæpiùs enim sacros codices intentum erat videre: necà diuinarum rerum contemplatione seu operatione vacuum inuenire facile fuisset. Genitore vita functo, regni habenis hæreditario iure susceptis, populos natura feroces ea moderatione animi gubernauit, vt eis non præesse sed prodesse curaret, & se rectorem & exemplum ad benè beateque viuendum subditis præberet. Quippè qui non eorum opibus (vt nonnullis regnantium mos erat) inhiaret: sed populum sibi à Deo commissum rectè, quietè, sanctè, ac æqua lance conseruare studeret: horumque animas vnà cum sua innocias, mundas & Deo gratas reddere, bonos propositis præmijs meliores efficere, summisque honoribus afficere gauderet. In iure erga fontes administrando ità se habuit, vt nunquàm misericordiæ fuerit immemor, iuxta illud: Nolo mortē peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat. Ità vt, cùm scelera coërceret, à tormentis aut cæde semper abstineret: vt verus imitator Saluatoris haberetur. Vxor ei pari sanctitati ac moribus, Deoque Max. ità iubente, anno M. C. VI. oblata Agnes Imperatoris filia, pudicitia insignis, & quæ viro spontè ad bona opera properanti calcaria subderet. Et quod præcipuum munus mulierum dicit Iurisconsultus fœcundissima, liberos duodeuiginti enixa est, ità quòd ex ipsa fœcunditate intelligi potest, verum Dei cultum, quo vir & vxor ducebantur, ipsis viuentibus hæc beatitudinis pignora non denegâsse: vt illud verè testari possit: Vxor mea sicut vitis abundans in lateribus domûs meæ: filij mei sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ meæ: Eccè sic benedicetur homo qui timet Dominum. Inerat enim illi fœcunditati iuncta continentia quædam: & ità quòd, vt diceret Hieronymus, non voluptatis impetu, nec præceps ad ipsius ferebatur affectum. Quoniam qui de genitura sunt authores, illud in primis adstringunt, vt longum post interuallum & cum sobrietate fiat commixtio: aliàs quoàd impotentiam aliter se copulantes ebrijs decrepitis & infantibus eos comparari non est dubium, Auicenna teste & aliis authoribus medicæ artis. Quo fit, vt cùm hic Leopoldus suum vas, iuxta dictū Apostoli, cum omni sanctitate custodiret, non voluptatis sed procreandæ sobolis gratia & non aliter congrediebatur vxori.

Agnes vxor eius, Imperatoris filia.

Pſal. 127.

Continētia coniugalis quæ.

1. Tim. 4.

Cap. 4.

Hi ergò sic sanctissimo copulati matrimonio, mira cùm essent ambo præditi bonitate, ambo in redemptorem nostrum pientissimi, nilque indiès cogitarent nisi quo maximè pacto placere ac summo Deo gratificari possent: concordes animi & vno spiritu arbitrati rem gratam altissimo fore, si quam ære proprio sacram constituerent ædem, cui quæque commoda & ministeria præstò essent: beatę Mariæ templum condere, in eoque sanctæ & approbatæ religionis viros collocare decreuerunt, quorum precibus, beata Dei genitrice intercedente, salutis eorum æternæ felicitas impetraretur. Et cùm de loco ædis construendæ cogitarent, miraculo datum est (vt in vrbe Roma de niue scribitur) diuina quasi voluntate ventus coortus flammeolum Agnetis capite leuiter sublatum procùl ab oculis in remota detulit loca: quod nono pòst anno, cùm relaxandi animi gratia vir Dei deambu-

Diuinitùs ostenditur locus, construēdæ basilicę aptus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ambularet oculosq́; ad vepres verteret, cõspectum super frutice illæsum & inuiolatum lætabundus accepit. Deindè velut Deo iubente ædificatum templum, est beatæ Mariæ virgini dicatum, conspicuum & opulentum, situm in ripa Danubij octauo à Vienna lapide: duratq́; adhuc nouum claustri burgum cognominatum. Sed cùm eius templi fundamenta iacienda essent, proceres & magnates qui cum eo aderant illud monebant, vt ipse primum in fundamentis poneret lapidem. Verùm ipse studiosus humilitatis, eorum vanis monitis subridens, sacerdotum id esse muneris perseueranter affirmauit. Nimirùm accersitus Ottho loci eius Præpositus primus lapidem iecit, pòst alij subsecuti sunt. Finito operi dotem dedit, priuilegio sanxit, ibiq́ue Canonicos quos seculares vocant sacris præesse voluit. Vbi cùm negligentiùs ministrarent, Canonicos regulares beati Augustini, sanctimonia vitæ præditos & fidelibus gratos, qui adhuc præsunt, substituit: conuocatis priùs ad id opus Conrado Saltzburgensi tunc Episcopo, Raimario Episcopo Patauiensi, & Romano Curcensi Episcopo, alijsque non spernendis consultoribus. Deindè, vt fortiùs omnia tenerentur, ab Innocentio secundo Pontifice maximo, sine cuius authoritate omnia irrita existimamus, Leopoldo per nuncium poscente confirmata sunt. Extant Pontificis illius literæ, quibus ob præclarum hoc facinus, Leopoldi bonitatem ac fidem commendans, etiam beati Petri filium reuerenter ac religiosè appellauit. Extat pontificale priuilegium, quo canonibus multæ conceduntur immunitates. Eugenius etiam tertius Pontifex maximus Viterbij, & Vrbanus quartus successor Veronæ, literis Apostolicis, priuilegijs ac monumentis, pro confirmatis & benè gestis rebus, pro Leopoldi meritis post eius obitum habuêre. Ità & Innocentius sextus, cùm referre Leopoldum ob singularissima eius in Deum benemerita in numerum Sanctorum decreuisset, & iam super ea re legatos in Germaniam misisset, increscentibus bellis, efficere quod vehementer optabat non potuit: vel, vt verisimile fit, pullulante etiam Boëmica hæresi, coactus ab incepto destitit. Is enim patria Leuionensis inter maximos vtriusque Iuris consultos aduocatus celeberrimus fuit, & cuius virtute Ecclesiæ patrimonium recuperatum est medio Aegidio Cardinali Hispano: cuius opera & ingenio quàm plura præclara facinora tempore suo peracta fuerunt. Sed ad rem redeo.

Extruitur ecclesia collegiata in honorem Mariæ Virginis.

Cur S. Leopoldus beati Petri filius dictus.

Boëmica hæresis à Iohanne Hus excitatur.

Alterum monasterium ordinis sancti Bernardi ædificauit sub titulo salutiferæ Crucis in valle nemorosa, duodecimo à Vienna lapide: in quo quam plurimi monachi & ministri abundèaluntur. Instaurauit à maioribus suis antè conditum, sed relictum, vi atque hostili metu procùl abactis & deletis hostium viribus atque incursionibus, ampliori etiam fructu dotauit. Hæc Leopoldus, beatissime Pater, inter tot regni occupationes ad thesauri cælestis reconditoria viuens posuit, hanc sibi voluntatem delegit, his veris delicijs vsus est, hoc sibi ad futuram vitam iter apparauit: & in tam laudabili beneuiuendi tenore, & tam præclaris monumentis, M. c. xxxvj. salutis anno orbe cessit cælosque migrauit. Post cuius obitum idem Innocentius secundus Pontifex maximus, non vnis literis, paterna vt decet charitate tanti viri vxorem & filios honestauit: & collato eidem Leopoldo benedictionis ac absolutionis munere, non exiguis laudibus ipsius sanctitatem prosequutus est. Accessit hoc amplum testimonium atque pro dignitate Vicarij omnipotentis Dei prædecessoris tui ad augendum Leopoldi gloriam & sanctitatem. Poscebant id insignia eius merita, poscebant id curæ, labores & vigiliæ, omni tempore pro incorruptæ religionis metu. Non enim aliter esse potuisset de tam integro & consummato erga Deum viro. Non indiget profectò laudatore atque enarratore gestarum rerum is qui ità se gessit, vt opera ab se palàm edita multis locis testimonio sunt, & cuius vitæ rumor in exemplar venerit. Refero vera, Pater sancte, non vana loquor, non vtor carmine ficto: adsunt enim præclara & non vulgaria monumenta, & sic res ipsa fidem vendis præstat. Singulare monumentum Regumberti de probatissima Leopoldi vita, de sanctissimis moribus extat: necnon in cœnobio Clausstripurgensis vetustus inspicitur codex, in quo Leopoldorum familia summa cum veneratione & præcipuè præsentis Leopoldi natalis dies tenorque vitæ legitur. Et monasterio Nouimontis altero Martini codice Prædicatorum ordinis, per tempora digestionem confecto, plurima de Leopoldo commemorantur. Idem testatur Andreas annalium Christianorum conditor. Sic & in alio codice monasterij

Cap. 5. Alterũ extruit monasteriũ S. Leopoldus.

Annus obitûs eius.

Multorum scriptorũ de sanctitate S. Leopoldi testimonia.

nasterij Nouiburgensis Heroico hexametro & carmine dactylico multa huiusmodi referuntur. Sic & in cœnobio Cælinensi Cistertiensis ordinis liber seruatur, in quo miracula istius inclyti viri leguntur. Idem non præterit Honorius non vulgaris author in monumentis monasterij Cellæ Mariæ. Quid referam de libro temporum, quem de rebus Austriæ Haselpach Theologus non mediocris digessit? Quid de vetusto codice nuperrimè reperto in bibliotheca Posonienſis Præpositi? cuius locupletissimus testis accedit R. dominus Cardinalis sancti Marci, cui, cùm tempore Xisti prædecessoris sanctitatis vestræ legatus Pannonijs præsideret, Leopoldi vitam eiusque mores integerrimos inspiciendi cura demandata est. Quid de Pij secundi prædecessoris etiam S. V. summæ doctrinæ viri, historiarum authoris, & vetustarum rerum indagatoris acerrimi, historia de principibus Austriæ, eo veriore quo ab homine vltimæ dignitatis & penè in terris diuinæ conscripta, diceam? Multa ille equidem de eodem Leopoldo grauiter, ornatè & accumulatissimè, vt sui moris erat, conscripsit.

Item Pij II. quē Aeneā Syluiũ vocant.

Iam habes, beatissime Pater, de vita Leopoldi, moribus ac sanctissimis institutis, & gubernandi suos probatissima ratione, quæ non sine magna laude viuens exegit: & quanti Pontifices prædecessores tui cum fecerint: Innocentius maximè secundus, qui munere benedictionis & absolutionis post mortem condonato, talia, tanta, tam præclara, sanctitatem omnia spectantia de eo prædicauit exempla, quibus non solùm persuadere nobis possumus, immò credere cogamur Innocẽtium secundum non nisi pro sancto Leopoldum habuisse. Restat vt sacratissimæ vitæ post iam memorata, non leue testimonium adducam. Magna quidem res est, quæ solùm in catalogum sanctorum scribere compellit. Animaduerte obsecro, Pater sancte: hæc enim silentio prætereunda non sunt, cùm scilicet incitamentum sint cæteris ad benè beateque viuendum. Labor enim fastidium afferre non debet, quando laudabile & certum expectatur præmium. Maius æterna gloria dari non potest: & quidem rebus supernaturalibus se asserit. De miraculis loquor & præcipuè Leopoldi, vt annalibus Germanorum latè & copiosè narratur. Referre non piget, vt quæ illic latent, nobis aperta & velut ante oculos posita conspici & intueri possint. Et in eorum monumentis seruata hæc leguntur:

Cap. 6.

Innocẽtius II. S Leopoldi coẽtporaneus, quanti eum fecerit.

Sanctorum vitæ, incitamenta ad benè operãdum.

Mulier quædam Carinthia, immundo vexata spiritu, Leopoldi ope liberatur. Puer mutus nouem annis ex Herzogemburga, vocalis fit. Alius captus manibus & pedibus, conualuit. Presbyter Herbipolensis cæcus, relictis tenebris, diem vidit. Virgo icta fulmine, reuixit. Altera lapillo obcæcata, Leopoldi tumulo porrectis precibus, recuperat visum. Puer chiragra laborans & officio manuum penitùs carens, eiusdem ope salutem recipit. Sic & mulier podagra vno pede, & alter duobus, eiusdem ope liberi fiunt. Eques quidam gutture tumefacto, ossibus crescentibus, ità eius miraculo liberatur, vt sine cicatrice vel alio signo liber factus fuerit.

Cap. 7.

Innumerabilia miracula S. Leopoldi.

Alia mulier ære alieno grauis, cùm à creditoribus vehementissimè vrgeretur, destituta soluendi spe, Leopoldi tumulum adijt, ibiq́ue non sine magno dolore ingemuit, numini se commendans. Auditæ fuerunt preces, & vox auribus quiescentis intonuit, vt domum repeteret, & scrineum aperiret, quo inuentura erat satisfactionis debiti schedulas: quod vbi inuenit, domos creditorum, qui & Christiani & Iudæi erant, petijt, vt chartas obligationis redderent. Qui responderunt, se dedisse cuidam vestibus cælestinis induto, & qui debita soluerit. Tunc statim exhilarata mulier, apertissimè intellexit Leopoldum fuisse, à quo mortales plurima miraculorum beneficia & assiduè accipiunt. Sed longè maiora multoque præclariora fecisse constat Leopoldum, quæ omnia literarum monumentis mandata tunc interiêre, cùm monasterium Nouumburgæ incendio conflagrauit. Circa quorum solennia etsi complura in medium adduci possint, loco & rei quam sum explicaturus fortè non inconuenientia, potissimùm in his quæ ad fidem, ad grauitatem, ad constantiam, ad concordiam testium spectant: cùm sint accuratè diligenterque discussa ab ijs qui summæ rei præfuerunt, pro præpositis consultò præterire statui. In his etenim adsunt Leopoldi miracula non à lenibus mulierculis, non à senibus deliris, non à corruptis, non ab inconstantibus, sed ab hominibus fama & integritate præditis: non gratia, non amore, non prece, non precio, non vi, non metu, nec deniquè vlla spe, pro veris com-

Egregiũ fanè miraculum.

Multa eius præclarè gesta incẽdio periêrunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

probata. Accedit adhæc testium multitudo in vnum idemque consentiens: quæ vulgata fama Leopoldi mores, fidem, iustitiam, religionem, pietatem, constantiam, integritatem, sanctimoniam vitæ, testantur abundè. Quæ cùm ità sint, absque prædictorum in singulis repetitione, ad enarrationem deueniam miraculorum, ex quibus sanctitas hominis facilimè percipi potest. Et cùm illa recentissima sint, & quæ nostra vidit ætas, centum & nonaginta miraculis corroborata R. domino S. Marci tunc vt suprà Legato: paucis absoluam, præclariora duntaxàt explicans. Reliquorum numerum in medium afferens, nec ea penitùs exhauriam, sed degustantis more percurram.

Cap 8.

Agnes vxor Iohannis Ausman, annos nata sexaginta, quintus testis, ab infantia post quartumdecimum diem, immenso capitis dolore tribus diebus excruciata, medicorum & omni humana spe destituta, precibus emissis, nuncupato ad Leopoldum voto soluto, libera fit: & statim acsi nunquàm illa aduersa laborâsset valitudine, nec ampliùs tali morbo affecta est. Hoc testatur ipsa super xix. articulo, quòd post mortem Leopoldi varijs claruit miraculis, existimans id alio modo accidere non potuisse. Et hoc anno M. cccclxvj. circa Pentecosten. Alia mulier, quadragesimusoctauus testis, ingenti capitis dolore vexata, & cui iam portio sinistræ partis oris maxima cum deformitate defecerat, quatuor mensibus destituta spe medicorum, nuncupato voto, conualescere cœpit: soluto, libera fit. Hoc testatur & ipsa eodem anno.

Quædã mulier dolore capitis liberatur.

Item alia.

Volfgangus Patauiensis, lxxvj. testis, dolore dentium viginti annis affectus, ità quòd singulis annis quandoquè viginti continuos dies non sine magno gemitu præteriret, audita fama Leopoldi, voto emisso statim liberatur, nec vnquàm ampliùs tali morbo laborauit. Et hoc anno lxvij. in die Cinerum, qua die increscente dolore, completo voto sanum se vidit.

Alius quidã à dolore dẽtium.

Valentinus Patauiensis diœcesis, testis cxxij. annis duobus laborans ingenti capitis dolore, & cùm septem hebdomadibus somnno caruisset, adhibitis quibuscunque & nõ sine impensa medicis Christianis & Hebræis, quos adire potuit, tandèm precibus porrectis ad Leopoldum liber fit. Hoc testatur ipse, in medium adducens quàm plures contestes, affirmans nullo modo se liberari aliter potuisse. Et hoc anno sexagesimooctauo circa Resurrectionem.

Item alius.

Item alius à dolore capitis.

Volfgangus Patauiensis, lxxvj. testis, infantem filium quatuordecim diebus laborantem dolore tumefactionis inguinum & ruptura, indiès lãguore excrescente, voto nuncupato statim liberum vidit, circa Natiuitatem Domini anno sexagesimooctauo. Sic deponit ipse, addens se non manifestantem citatum ad hoc Commissarijs, puerum vidisse flentem & se torquentem dolore vehementissimo, persuadensque sibi hæc accidisse quòd non manifestâsset. Commissarijs retulit: domum deindè rediens, lætum ac ridentem puerum vidit. Alius dimidio anno passus rupturam à die natiuitatis, (quod indicium est morbi incurabilis) mater decurrens ad benemerita Leopoldi, sanum puerum vidit. Hoc testatur eodem anno mater fuisse: contestem habet vnum. Anna vxor Stephani, puerum habens annorum septem, in quartum mensem suæ natiuitatis fractura inguinum laborantem, quatuor verò mensibus excrescente dolore, ità quòd niger quandoquè vt mortuus videbatur: nuncupato voto in die Simonis & Iudæ anno sexagesimonono, dum arbitraretur filium mori, sanum & statim liberum conspexit.

Quidã puer curatur à ruptura.

Item alius.

Item alius.

Cap. 9.

Mulier non valens mediam acûs partem manu sinistra extrahere, vehementissimo dolore cruciata, eodem anno inuocatione sola libera fit. Hoc testatur & ipsa. Elisabeth eiusdem diœcesis, viginti annis menstruis propè exanimata, meritis Leopoldi libera fit anno sexagesimonono. Mulier octo annos sanguinis fluxu excruciata, expertis varijs medicorum curis, ad tumulum Leopoldi profiscitur: vbi statim cessat fluxus, & ab ea hora testatur ipsa nescisse morbum illum. Duos alios similiter morbo laborantes, ope Leopoldi liberatos, testibus comprobatur.

Menstruosa curatur.

Mulier à sanguinis fluxu liberatur.

Item tres in partu laborantes adiuuantur.

Magdalena Georgij Patauiensis vxor grauida, liiij. testis, cùm ob nimium tumorem ventris ingenti dolore vexaretur, superuenientibus & menstruis, iam & à medicis & ab obstetricibus salute desperata, implorata ope diui Leopoldi, nũcupatoq; voto, marem peperit: statimq; & tumore & dolore liberata est, anno sexagesimo-

gesimosexto circa Natiuitatem. Hęc contestes habet duos. Sic & aliæ duæ in partu nimiùm laborantes, eodem morbo liberantur, & felices enixæ sunt. Elisabeth Stephani vxor, dolore ilium excruciata, iam menses sex varijs medicorum remedijs frustrà expertis, ad Leopoldum confugiens, eiusq; numini se commendans: quod tam diù à medicis nequiuerat, post tres dies quàm sese commendauerat, à diuo sanitatem recepit. Martha Patauiensis ex colico laborans iam biennij interuallo, manibus ità imbecillibus ac propè stupidis, vt earum vti ministerio non posset, ab eodem diuo Leopoldo, ad cuius auxilium opemque confugerat, fit incolumis.

Item alia à dolore iliũ curatur.

Alia ex colica passione.

Thomas Patauiensis, lxiiij. testis, vir & nobilis & prudens, nouẽ menses manibus ac pedibus stupidis, quos contractos vulgò vocant: quam neque apud medicos, neque apud balnea potuit, apud diuum Leopoldum medicinam salutis inuenit, anno sexagesimo. Mulier per sexdecim annos lecto decumbens, manibus pedibusque contracta, cùm nulla posset medela sanari, omni humano auxilio desperata, ad tumulum Leopoldi deducta illicò sospes euasit.

Contractus sanatur.

Item contracta.

Anna Iohannis Patauiensis vxor, cxv. testis, manibus item pedibusque morbo implicitis, ad sepulcrum diui Leopoldi delata, factis precibus salutemque impetrata, paucis pòst diebus omnem morbum doloremque deposuit, anno sexagesimosecundo. Eodem modo Dorothea Iohannis vxor ità phrenesi acta, vt suorum neminem agnosceret, vincta manibus pedibusque, nè quid eo furore impulsa malli committeret, ad sepulcrum Leopoldi delata, quod vt faceret, in somnis admonita erat, voti rea facta est. Hoc de se ipsa testatur. Lodouica proba mulier, post editum infantem mente capta est, postque menses quatuor ad eiusdem diui sepulcrum cùm delata esset, pristinæ restituta est sanitati. Mulier pedibus podagra laborans, nuncupato voto, conualescere cœpit: completo, salutem recipit. Alterius ab eodem morbo affecti vndecim annos, modò tribus mensibus, modò sex excruciati, lecto se continentis, emisso voto, cessat dolor: completo, nullus fuit, ità vt quid podagra esset nesciret. Testis est ipse.

Item duæ aliæ ægræ.

Item alia.

Duo curantur à podagra.

Vrsula, quartus testis, vidisse se olim dicebat nouem annos puellam natam, cui nomen esset Elisabeth, ità epilentico affectam morbo, vt deciès, sæpè duodeciès in die corrueret: eam deindè ad sepulcrum Leopoldi curru euectam, habitis de more precibus orationibusque, & conualuisse, & viro traditam pueros aliquot peperisse. Sex contestibus hoc probatur, anno sexagesimonono: etsi legum authoritate optimis rationibus, ad probationem miraculorum testis de seipso quis esse possit, nullo etiam conteste adhibito. Anna quoquè mulier, vxor Stephani, vicinam habere se dicebat, cuius filius supradicto morbo cùm iam per annum laborâsset, auxilio Leopoldi sanatus est. Alios item sex eodem morbo implicitos, eodemque modo sanatos, memoriæ proditum est. Dorothea Patauiensis, continua vexata febre, atque hydropisi, menses quinque non sine ingenti dolore brachij, apud sepulcrum Leopoldi salutem inuenit. Georgius Patauiensis febre implicitus, & iam ictericus, atque adeò pauper, vt quotidiano labore indiès sibi victum compararet, ope Leopoldi liber factus est: quòd vxor Barbara primæ operę mercedem diuo vouisset, idque Georgius comprobâsset.

Alia ab epilentico morbo.

Alij sex prem.

Duo curantur à febre.

Dorothea Pauli vxor, febre oppressa, idque menses octo, cùm se ad Leopoldi sepulcrum voti suscipiendi gratia contulisset: primo die magna parte morbi leuata domum redijt. Postero die maiore virium robore: tertio nullo omninò affecta morbo, omnibusque viribus recuperatis, vota persoluit. Eadem post aliquot annos cùm in grauissimum morbum incidisset, omnibus membris manca atque contracta trium mensium interuallo, diui Leopoldi numine inuocato, in pristinam redijt sanitatem. Holfringus quartana correptus, cùm menses sex tædio morbi affectus, non solùm medicorum opem implorâsset, sed etiam ad nonnullorum diuorum numen confugisset auxilij gratia: postremò à circunstantibus admonitus, vt sese diuo Leopoldo commendaret: voto nuncupato, quartanam fugauit: isque inposterùm quid febris esset non ampliùs se scisse affirmauit. Michaelem idem Leopoldus non solùm febre, sed etiam multis alijs morbis inuocatus liberauit. Mulier anno continua exagitata febre, modò bis, modò tèr, modò quatèr in eam incidens valitudinem, tumefacta paralysi, eodem liberatur numine. Sic testatur & ipsa. Alios sex diuersis febrium generibus implicitos, à

Cap. 10.

Bis curatur ægra mulier

Alius à quartana febre.

Item alij octo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Leopoldo liberatos memoriæ traditur. Mulier quædam peſtilenti morbo affecta tribus partibus corporis, octo dies per inediam cùm duxiſſet, pro mortuaque haberetur, viſo per ſomnium Leopoldo, ſalutem recepit. Alij item quinque eodem affecti morbo, eiuſdem diui auxilio ſe curatos eſſe teſtantur. Adoleſcentem aqua feruenti in faciem perfuſum, cui maxima deformitas perpetuò duratura videbatur, liberauit Leopoldus.

Item ſex à peſtilentia.

Quidam per belli tempora conſcenſa naui profecti ad cremandum monaſterium Nouiburgenſe vnà cum oppido, ſubita tempeſtate acti, cùm iam perituros ſe intelligerent, facti pœnitẽtes, inuocatoq; Leopoldo, naui ad litus appulſa, ſtatimque ceſſante procella, liberati ſunt. Mathias Furberger Patauienſis diœceſis, cùm ad perſoluendum votum, quod pro recuperata ſalute filiolæ ſuæ beato Leopoldo emiſerat, cum vxore filijsque duobus & eadem filia ſanitati reſtituta, qui curru vehebantur, ſecus Danubij ripam pergeret, euerſo curru præcipites equos, ipſámque familiam per decliuium montis eo impetu ruentem vidit, vt ab ijs etiam qui aderant colliſa omnia eorum membra cùm à curru tum ab ipſis equis exiſtimarentur. Ille verò, qui iam ſemèl in ſalute filiæ diui auxilium expertus fuerat, idẽ pro vxore totaque familia ſaluanda numen implorauit: voto emiſſo, in vallẽ quò quadriga ruerat deſcendit, ſuoſque omnes reducens, contra omnes naturæ vires, non niſi numinis fauore gratulabundus amplexus eſt. Sic Mathias ipſe, ſextus teſtis, & Florianus famulus aſſeuerârunt.

Benignitas ſanct. in pœnitentes.

Stupendum miraculum.

Cap. 11. Captiuus à vinculis & carcere ſoluitur.

Iohannes ſcholaſticus Patauienſis diœceſis annos quadraginta natus, pedibus manibusq; ligatus & catenis, equidem & ab hoſtibus vnoq; pede ad currum adſtrictus, adeò quòd non ſine ingenti dolore pedum & carnium ruptura: decurrens ad beneméerita Leopoldi, liber à carceribus, à gemitu, & catena fit. Iureiurãdo firmat, hoc non niſi miraculosè fieri potuiſſe. Catherina vxor Nicolai Patauienſis, xcix. teſtis, non niſi adiuta baculo valens pedibus ſe mouere, abſoluto voto, ſana abſque aliquo præſidio domum redijt, anno ſeptuageſimo. & hoc miraculosè factum teſtatur & ipſa, conteſtem habens vnum.

Clauda ambulat.

Iohannes Fracher Patauienſis, cxlij. teſtis, duobus annis non valens ambulare, pede ſiniſtro laborans nimio dolore: nuncupato voto & completo, ſanus fit, anno lxx. in Quadrageſima. Iohannes Patauienſis, annos natus ſexaginta, filium habens claudum à natiuitate, caſu accedens ad tumulũ Leopoldi, precibus & lachrymis nuncupato & completo voto, ſanum vidit filium, anno lxxj. Sic atteſtatur & ipſe, addens hoc non niſi miraculo adſcribens. Eliſabeth teſtis accita ad miraculum Leopoldi, cùm rem negligeret, nec ſe iureiurando patereturadſtringi: ſubitum dolorem ſenſit, colore amiſſo: ſtatimque pœnitens & diuo ſe commendans, pulſo dolore ſana facta eſt.

Item duo alij.

Curatur poſt caſtigationem mulier.

Periclitãtes liberantur.

Preſbyter cum laicis quatuor vi tempeſtatis acti, ab eodem diuo, cuius numen ſupplices inuocârant, periculo erepti ſunt. Item tres alij idem paſſi, eodem modo liberati, diuo vota perſoluerunt. Anna Patauienſis, per triennium paralytica, ad tumulum profecta Leopoldi, ſanatur. Item Michaelem quendam per triennium in lecto cubantem. Item Matthæum eodem morbo laborantem, inſuper & lumine captum, cùm cereę imagunculã vouiſſet, reddidit incolumem. Margeretha vxor Stephani eodem morbo implicita, ab eodem diuo liberatur. Lucas annos natus lx. luminibus captus, idque per annos quatuor, ductus ad tumulum Leopoldi, recuperato viſu domũ rediuit. Mulier quædam per quatuor hebdomadas excæcata, cùm nulla poſſet medicorum ope curari, voto completo quod ad Leopoldum emiſerat, viſum recepit. Infans præ dolore oculorum per octo dies excæcatus, ſi quandò aperire oculos tentabat, è palpebris eius ſanguis exibat, pluribusque per parentes remedijs fruſtrà expertis, tandèm diui Leopoldi auxilium implorantes, filij ſalutem impetrârunt. Hoc Eliſabeth mater teſtatur, conteſtem habens vnum. Pari modo Iohanni per octo dies nihil videnti idem diuus ſanitatem lucemque reſtituit. Item puerum, cui tuberculum carnis ſiniſtro oculo innatum, deſperata ſalute ab omnibus, inuocatus Leopoldus ſanauit. Mulierquædam triennio dolore oculorum afflicta, poſtremò cæca facta, à Leopoldo liberatur. Item quatuordecim alij diuerſis oculorum morbis afflicti, ab omnipotùs morbo fiunt immunes.

Quatuor paralytici.

Multi cæci S. Leopoldi meritis vident.

Cap. 12. Stephanus puer ſeptem annorum, nec audiens nec ingrediens, eodem numine inuocato, ſanitatem recepit. Mulier ob infirmitatem, quam in ore perpeſſa fuerat, per ſex annos nullum rectè vt intelligi poſſet proferens verbum, voto completo examuſsim vocalis euaſit. Adoleſcentula per integrum annum muta, ſurda & cæca iacens, diuo Leopoldo ſe commendans, priſtinæ reſtituta eſt ſanitati. Alius à natali die mutus delatus ad tumulum Leopoldi, loqui incepit. Barbara duobus menſibus muta ſurdaque, priſtinæ ſaluti à Leopoldo reſtituitur. Alium decem annos mutum liberauit Leopoldus. Georgius Hiſter per menſem ſurdus, Item Thomas, Item duo alij, à diuo Leopoldo auditum receperunt. Quidam cùm auditu per menſem caruiſſet, nec humano remedio curari valeret, ad merita decurrens Leopoldi, votum emiſit, ſanusque effectus: ſpreto voto, in eundem incidit morbum: reiterato voto, conualuit.

Surdi & muti audiũt & loquuntur.

Vidésne Lector ſoluenda eſſe vota?

Cap. 13. Iohannes Ruperger Mirbergaforenſis, in carcere coniectus, vinculis implicitus manibus pedibusque, inuocato Leopoldo, miro modo carcerem egreditur, loco ità angusto quà exeundum fuit, vt capax hominis nõ eſſet: triplicem murum trãſit, lacunam aquæ ſuperat, nulla arte, nullo humano ingenio ſuperabilem. Liberatus, numinisque oblitus, voto non perſoluto, anno pòſt in eundem carcerem coniicitur, iiſdem vinculis vincitur: in quibus menſes quatuor habitus, iterato quod neglexerat voto, iterùm liberatur. Tanta eſt Dei Opt. Max. clementia, vt ne ſpretus quidem ſpernentem deſerat. Idem Leopoldus alium in carcerem coniectum arctiſſimis vinculis liberauit.

Captiuus liberatur.

Spretus Deus, ſpernentem nõ deſerit.

Puer paruulus decem & octo fermè menſium, cùm in ſcapham ſemiplenã aquæ cecidiſſet, atque in ea dimidiæ horæ ſpatio permanſiſſet, pedibus cælum versùs directis, à matre Barbara & Petri vxore inuentus, ac domum Annæ vicinæ relatus, dum pro mortuo deploraretur, afflicta mater Leopoldi opem atque auxilium implorauit. Cui cùm pro ſalute pueri imaginem ceream vouiſſet, puer cõfeſtim quaſi à morte ad vitam reuocatus, mouere ſe atque ad matrem reſpicere cœpit. Deindè conſurgens, ad perſoluendum diuo votum mater cum filio profecta eſt. Teſtis eſt Barbara mater, conteſtem habens vnum. Catherina filium Petrum habuit duos natum annos. Is in aduerſam incidens valitudinem, quatuordecim ferme dies duxit inedia, nullo neq; cibo neq; lacte guſtato. Itaq; cùm, eius ſalute deſperata, iam quæ ad funus neceſſaria erant pararentur, miraculorum diui Leopoldi recordata mater, eius nomen inuocauit: quo facto, delatus puer ad ſepulcrum diui, & riſit & cibum cepit. Alius item puer annorum duorum, vi ingentis morbi pro mortuo deploratus, inuocato à patre Iohanne Vianenſe diui Leopoldi nomine, ſtatim reuixit. Eodem modo puer alius pro mortuo habitus, à diuo Leopoldo vitam recepiſſe affirmatur. Infantula quædam, ob ægritudinem per tres dies amiſſa loquela ſemimortua decumbens, cùm iam parentes breui eam morituram crederent, voto à matre emiſſo, quod vt faceret in ſomnis fuerat admonita, quam primùm loqui cœpit, ab omni penitùs ægritudine liberata. Puer grauiſſima correptus infirmitate, ad extremũ ità debilitatus, vt mori crederetur: cùm oblationem quandam pro ſalute filij diuo Leopoldo vouiſſet mater, ab ægritudine liber fit. Matre verò non offerente quod promiſerat, idem puer iterùm in acutiſſimas incidit febres: reiterato voto perfectoque adimpleto, peroptimè conualuit.

Mortuus reuiuiſcit.

Tres pueri morti proximi reuiuiſcunt.

Item duo alij morti proximi.

Idem Leopoldus mulierem quandam lepra liberauit. Adoleſcens à ſeipſo vulneratus, inciſis vt iudicabatur venis, repertus in lecto, mortuusque ab omnibus iudicatus: cùm vltra horam nullum vitæ ſignum in eo appareret, emiſſo à matre voto, orationibus priſtinam adeptus eſt valitudinem. hoc de ſeipſo teſtatur. Conteſtes ſunt parentes. Sic & alios tredecim morituros, ad priſtinam bonam valitudinem redactos monumentis traditur. Sed quid de morituris dicam? quandò etiam defuncti vita, raro mirabilique Dei Opt. Max. experimento, poſitis Leopoldo votis, reſtituuntur?

Item alius.

Item alij 12.

Eliſabeth, lxxxj. teſtis ſuper xix. articulo, quo quæritur quid de Leopoldi miraculis noſcatur: ſe vidiſſe affirmat puerũ ſuper altare poſitũ ante monumentũ Leopoldi, vbi aderat magnus gentiũ tumultus, nigrũ & omni iudicio exanguẽ, exanimémque, & precibus porrectis à nonnullis numini, viuum vidiſſe. Hoc & alij ſex eiuſdem loci indigenæ, addentes eum vidiſſe dum puteo extraheretur, nigrũ vt ſuprà, & in eccleſia, & ſi diuerſis verbis, eadem tamen ſententia confirmârunt. Teſtes in hoc depoſuerunt omni exceptione maiores.

Cap. 14

Puer ſubmerſus reuiuiſcit.

Puer

Universidad de Deusto
Biblioteca

Puer alius trimus, Volfgangus nomine, eiusdem loci flumine lapsus, vbi aderant molenæ, perquisitus inuentus est: Semotus à loco vndè ceciderat, quantum bis emissa valido arcu sagitta spatij complet, nullo viuacitatis in eo apparente signo: mater versa ad Leopoldi benemerita, nuncupatis votis, restitutum puerum ad primam vitam conspexit. Historia hæc non caret testibus. Nam & pueri parens Fredericus, super dicto articulo se vidisse testatur, & interfuisse dum rueret, multis & clericis & laicis videntibus, prout suprà. & hęc anno milleno quadringentesimo septuagesimo, Septembri mense. Sic & alij duo super circunstantijs & interrogatorijs legitimè responderunt.

Item alius.

Item alius. Puer pro mortuo habitus, cùm ad sepulcrum beati Leopoldi delatus esset, subito miraculo vitam recepit. Hoc barbara quinquaginta annos nata fœmina grabuis testatur. Alius puer trimus, Fredericus nomine, cùm in puteum decidisset, ac per horam propè mediam mansisset sub aquis, eductus è puteo frigidus & niger, nullumque indicium vitæ toto corpore præ se ferens, tandem effusis à matre precibus ad omnipotentem Deum, beatumque Leopoldum, pristinæ saluti restitutus est. Bonreuerser vxor Iohannis, & altera vxor Laurentij Saltzburgensis diœcesis, hoc fuisse & vidisse testantur.

Item alius.

Item alius. Alius in ipso partu per horam, post partum verò plùs, pro mortuo deploratus, cùm nulla iam de eo spes esset, precibus porrectis à matre ad Leopoldum, timente furorem viri, nè crederet negligentia sua hoc peractum, repentè & spirare & viuere cœpit. Hoc Dorothea vxor Guilermi Patauiensis firmat. Dorothea vxor Guilermi Patauiensis diœcesis, non sine ingenti dolore omnibus videntibus eam ferè mortuam, & puerum peperisse mortuum, eodem numine liberatur. Infans se mouere cœpit & liber fit. Hoc mater, obstetrices duæ, & aliæ contestantur vicinæ.

Alius submersus vitæ restituitur.

Puer quidam septem annos natus, in profluentem cadens, ac per duas fermè horas in aquis iacens, nullis occurrentibus, cùm ea die ludis festiuis ferè totus populus concurreret: perquisitus tandèm hasta, sub ponte repertus est: extractus, & ad domum portatus, nullo vitæ signo apparente: cùm ferretrum iam luminibus accensis paratum esset, ad Leopoldum per matrem voto emisso, illicò mortem cum vita commutauit, multis videntibus, ac Deo & beato Leopoldo gratias agentibus. Hoc Margareta Friderici Patauiensis annos quinquaginta nata testatur.

Alius mortuus reuiuiscit.

Alius puer Vianensis, statim editus plusquàm hora media mortuus iacens, cùm pro eius salute ad beatum Leopoldum factæ preces essent, quasi rum primùm anima in corpus infusa, datam iterùm vitam, ad multam perduxit ætatem. Vitus Viannensis oppidanus, ætatis annorum quinquaginta, hoc firmat cum circunstantijs vt suprà requisitis. O gratiam homini benemerito gratis datam. O diuinæ potentiæ munus inæquabile: quo nostra quoquè sęcula in posteriorem felicem recordationem, non sine religiosa admiratione venire potuerunt. nihil enim tantùm ab oculis hominum natura remouit, nihilq; tantùm ab animis prudentium alienum esse constituit, vt aliquandò diuina fauente gratia in mentes oculosque omnium redire non possint.

Cap. 15.

Quidam vxori irascens, quòd ad monasterium claustri Nouiburgensis, venerationem beati Leopoldi, Martis post Palmarum diem quotannis eleemosynam panis, vini & trium obulorum accepturis obtulisset, in hæc verba prorupit: Vrinàm eleemosyna viueres, nè quid auferres habuisses. raptisque continuò, quæ pauperibus destinauerat illa, domum reuertens, eo pane degustato, mandendo assumptũ, neque deglutire potens, in lectum se contulit. Vbi hàc illàc diù circunuolutus, præcluso spiritu occubuit: vt facilè intelligamus, etiam ociosa verba vindicem habere Deum: neque impunè in illos, qui de se benè meriti sint, admitti nefarios sine animaduersione contumaciter permisisse. atque eius rei testis eiusdem filia est.

Cœlestis vindicta in temerarium obtrectatorem pauperum.

Sed iam habes, Pater sancte, quid sedente Xisto Pont. Max. prædecessore tuo, ab Reuerend. dominis Cardinalibus in tam pium opus deputaris sit, R. domino Vicecancellario referente, cuius rei minimè, vt opinor, S. T. oblita est, cùm vnus è sacro consistorio tunc esset. Idq; iam omnes accepisse reor, quibus parentibus orti Leopoldus sit, quàm præclari, quamq; illustres: quantùm diuinis incubuerit: quonam

pacto, extincto patre, se gesserit: quemadmodùm leges iustitiamque coluerit, matrimonij seruauerit iura, quas ædes construxerit sacras: quanti eum fecerint prædecessores tui, & dum vixit, & postquàm è vita migrauit. Habes & miracula, testimonia vitæ, tum magna, tum maxima, & quæ prior, & quæ nostra vidit ætas: quibus quàm sanctus, quamq; Deo fuerit acceptus, demonstratur apertè: & quę ad obseruandam æternitatem vir magnus & totus Dei exegerit. Poscebat hominis altitudo longiorem orationem: materia suppeditabat, quàm ingentia implere volumina. Ego verò morem illorum, qui paucis calculis innumerabilium fermè rerum summam complectuntur, his paucis exegi. Defecissent aliter latera, & lingua compressa obmutuisset: obseruantiaq; benè meritorum tanta apud te est, vt cùm intelligis quempiam æternitatem promereri, ilicò tua bonitate id cõfirmes. Iam virtutes ipsius Leopoldi, quas creator omnium etiam miraculis comprobauit, ab Dei Vicario, qui solus in terris es, asscribere in numero Sanctorum iure meritoq; exposcũt, expectantque. Ad quæcunq; enim loca Leopoldi nomen peruenerit, pro sacrosancto veneratur & colitur. idq; non simpliciter, prout à nonnullis fieri consuecuit, sed indelebili atque inuiolabili titulo sanctus Leopoldus appellatur & pro sancto habetur. Quæritur tamen pro laudabili consuetudine solennitateque, à sacrosancta Ecclesia introducta, S.T.nutus, quo absq; nil tutum, nil nobile, nil deniquè sanctum creditur. Id exigi mea oratione non existimes velim. Iam inprimis Christianissimus fidei nostrę totiusq; religionis orthodoxæ verus, legitimus, indubitatus defensor Fridericus Imperator Augustus, à quo eius bonitate nihil adhuc perperàm peti audiuimus: nec verò idcircò tantùm, quòd ex sanctissima Leopoldi familia Australi ducat originem, verùm etiam vt Deus in suis glorietur creaturis, eius filius Maximilianus Austriæ ac Burgundiæ Archidux inclytissimus, patrem sortitus est Cæsarem. Sic inclytus Hungrorum Rex, cæteriquę Principes catholici illarum prouinciarum, & deniq; omnes eorum populi, nutũ, vocemq; sanctitatis tuæ sitibundi cupiunt, præstolantur, expectantque. Quid enim his testibus magis in mundo dari possit non video. Magna profectò res est, vt mortales, Deo propitio & fauente, gloriosissimos & cælestes titulos benefaciendo sibi quærant. Iam tempus est, iam te sic velle conspicimus & tenemus omnes: vt tua videlicet hac cælesti voce Leopoldũ, qui cùm iam in cælis sanctus sit, etiam in terris sanctum esse declares sanctissimo tuo decreto, longa hominum expectatione optato. Diù mortales hoc in augmentum fidei, in monumenta Romani & Ecclesiastici ritûs, in gloriam æternitatis quàm nimio ardore exposcunt, & vt beneficiis longo labore quæsita iam præmia declarentur.

Summa virtutum sancti Leopoldi.

S. Leopoldi nomẽ quàm sit celebre.

Rogat prator, cum in numerum Sanctorum referri.

Extat alius liber de innumeris miraculis & canonizatione eius, per Reuerẽdum patrem, dominum Iohannem Franciscum de Pauinis conscriptus, ad quem lectorem remittimus.

BREVIS MEMORIA S. EVGENII TOLETANI EPISCOPI ET MARTYRIS, VT HABETVR LIBRO QUINTO HISTORIARUM HISPANIÆ, LUCIJ MARINEI SICULI, REGIJ HISTORIOGRAPHI.

15. Nouẽbr.

RAYMVNDVS olim Toletanæ sedis Antistes, ad Concilium apud Rhęmos Galliæ populos celebrandum, temporibus Eugenij summi Pontificis, cum alijs multis Episcopis in Galliam profectus est. Qui cùm in vrbe Parisiorum ad ecclesiam sancti Dionysij orandi gratia diuertisset, in eadem ecclesia quoddam sepulcrum inuenit, quod apud eos magnæ venerationis habebatur, in quo ex eius superscriptione, beati Eugenij Toletani Archiepiscopi corpus humatum esse cognouit. De quo diligentiùs inquirens, quis fuerit, vel qua ratione à propria sede quieuerit, tum ex relatu hominum, tum ex eius vita, quam ibi descriptam inuenit, deprehendit. Scriptura siquidem continebat, hunc Eugenium à beato Dionysio in Galliam proficiscente, ab vrbe Arelatensi in Hispaniam directum Toletanæ sedi præfuisse.

S. Eugenius à B. Dionysio Areopagita Toletanæ Ecclesiæ præficitur.

Qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui postquàm visitauit magistrũ suum Dionysium, cùm iter esset ingressus, à gentilibus deprehensus, & ex fidei confessione quis esset, cognitus, gladio aperiente viam, qua magister suus illuc iam præcesserat, cælum coronatus ingreditur. Cuius corpus post multum temporis, diuina reuelatione repertum, in ecclesia beati Dionysij, magna fidelium lætitia & exultatione conditur: vbi propter meritum sanctitatis, & gloriam miraculorum quæ ibi fiebant, ab omnibus quàm deuotissimè venerabatur.

Capite cæditur.

De huius Eugenij medij corporis translatione, multa habentur in vita sancti Gerardi Abbatis Bronienſis. quære in Tomo quinto, tertia Octobris, capitibus verò, 11. 12. 13. & 14.

DE SANCTO SYLVESTRO CAVILLONENSI EPISCOPO, EX DIVI GREGORII ARCHIEPISCOPI *Turonensis De gloria Confessorum, Cap.* 85.

Nouẽbr. 20.

BEATISSIMVS verò Sylvester Cauillonensem rexit Ecclesiam: qui quadragintaduobus annis sacerdotio ministrato, plenus dierum atque virtutum migrauit ad Dominum. Habuit autem lectulum funibus subtilibus innexum, sub quo cùm semèl atque iterùm infirmi, siue quartanarij, siue varijs febribus oppressi, subderentur, statim virtute diuinitùs indita sanabantur. Idcircò hic lectulus in ecclesiæ sacrarium deportatus, simili virtute nitescit. Multi enim (sicut oculis proprijs inspexi) abscissis de funibus illis particulis in longinquum deferebant, ipsisque super infirmos locatis, sanitatis adesse beneficium contuebantur. Nam mater mea ab hoc decisam particulam vt puellæ à frigorijs febricitanti collo dependi fecit, morbo extemplò depresso, puellam sanam adspexit.

Multi ægri meritis sancti Sylvestri sanantur.

CERTAMEN GLORIOSI MARTYRIS AGAPII, EX EVSEBII CAESAREENSIS ECCLESIASTICAE *historiæ libro octauo, cap. sexto decimo, interprete Iohanne Christophorsono Anglo.*

20. Nouẽbr.

QVARTO anno persecutionis in nos grassantis, ad duodecimum Calend. Decembris, hoc est, vigesimo die mensis qui Dius vocatur, die Veneris, in eadẽ vrbe Cæsarea, tale facinus, dignum reuerà quod literarum monumentis commendetur, ipso tyranno Maximino præsente (qui eodem die, qui natalis suus dies erat, spectacula populo, magno cum apparatu ac sumptu edebat) patratum fuit. Et quia cõsuetudo inueterârat, vt varia spectacula, si etiam vnquàm aliàs, præsentibus ipsis Imperatoribus summa cum magnificentia ac splendore, proponerentur spectatoribus, ad eorum animos oblectandos, caq; nouis ac peregrinis formis, præter communem & vsitatum morem variarentur, sic vt interdùm animalia ex India & Aethiopia, aut aliundè acta in amphitheatrum introducerentur: interdùm viri mimicis corporis gestibus, permira animorum oblectamenta spectantibus ostenderent: ob eam causam cùm iam Imperator ipse ludos faceret, eximium quoddam spectaculum, & quod multum haberet admirationis, in magnifico eorum apparatu omninò elucere oportebat. Quod nam igitur erat istud quidem? Martyr & testis nostræ in Christo religionis, adducitur in medium, strenuè pro sola & vera pietate decertaturus, Agapius nomine: quem vnà cum Thecla sociatum, bestijsque traditum ad deuorandum, paulò antè demonstrauimus. Iste aliàs è custodia eductus, simulque cum maleficis ad spectacula populo edenda coniunctus, cùm palàm egregiè suas partes in stadio

Spectacula præsentibus Imperatoribus edi solita.

S. Agapius in medium adducitur, decertaturus.

stadio egisset, idque tèr ac sæpiùs, propterea quòd iudex post minas illi varijs temporibus oppositas, siue illum commiseratus, siue spe propositi & sententiæ eius commutandæ inductus, ad alia semper noua certamina distulerat, tandèm ipso præsente Imperatore denuò producitur, velut opportunè & commodè in illud tempus reseruatus: vt hoc dictum salutare, quod Dominus discipulis suis, diuina præscientia prædixisset, (nimirùm quòd coram Regibus adducerentur propter testimonium eius) verè in eo compleretur. Matth. 10.

Primùm igitur in medium stadium, cum quodam malefico & sceleſto homine, quem cædis domini sui reum fuisse ferunt, vnà rapitur. Deindè hic domini sui interfector, qui bestijs obijci debuisset, misericordia & clementia Imperatoris (pro pè ad similitudinẽ Barrabæ latronis, quem Seruatoris loco Iudæi mortis periculo eripiebant) nece liberatus est: & propterea strepitu & acclamationibus totum ideo personabat theatrum, quòd homicida Imperatoris beneficentia, non solùm seruatus esset, verùm etiam honore & libertate donatus. Cæterùm hic veræ & diuinæ pietatis athleta, primùm à tyranno accersitur: deindè inficiationem suæ voluntatis & instituti rogatus est: promittitur ei libertas. at ille magna voce palàm testatur, non turpis & nefarij criminis causa, sed pietatis in Deum omnium rerum opificem, libenter & cum voluptate omnia supplicia, quæcunque sibi imponerentur, se pacato & tranquillo animo subiturum. Atque hoc elocutus, dicto citiùs fatum exequitur: & vrso in illum dimisso, ex aduerso veluti currriculo factus obuiam, seipsum libentissimè vorandum dat. Pòst adhuc superstes spiritum ducens, in carcerem mittitur. vbi vno die in vita commoratus, postridiè lapidibus ad pedes eius appensis, in medium mare demergitur. Tale Agapij martyrium fuisse constat.

Ecce Iudaicum tyrannum. Luc. 23. Iohan. 18.

Martyris constantia.

Vrso ferocissimo obijcitur.

In mare demergitur.

VITA SANCTORVM MARTYRVM OCTAVII, ADVENTICII, ET SOLVTORIS TAVRICORVM, PER D. *Ambrosium Episcopum scripta. Est sermo 77. in ordine Sermonum eius, quanuis etiam similis inter Homelias D. Maximi Taurinensis Episcopi inueniatur.*

20. Nouẽbr.

QVM omnium sanctorum martyrũ fratres deuotissimè natalem celebrare debemus, tum præcipuè eorũ solennitas tota nobis veneratione curanda est, qui in nostris domicilijs proprium sanguinem profuderunt. Nam licèt vniuersi sancti vbique sint & omnibus prosint, speciàliter illi tamen pro nobis interueniunt qui & supplicia pertulêre pro nobis. Martyr enim cùm patitur, non sibi tantùm patitur, sed & ciuibus. Sibi enim patitur ad præmium, ciuibus ad exemplum. Sibi patitur ad requiem, ciuibus ad salutem. Exemplo enim eorum didicimus Christo credere, didicimus contumelijs vitam æternam quærere, mortem didicimus non timere. Videre ergò quid martyribus debeamus, in quo alter tortus est vt alius saluaretur: Alter carnificem pertulit vt Christum alter agnosceret: Alter morti addictus est vt alius vita potiretur æterna, & postrèmùm sanctus occisus est vt peccator euaderet.

Martyr cùm patitur, non sibi tantùm patitur, sed suis ciuib⁹.

Beati igitur martyres nec sibi vixerunt, nec sibi sunt mortui. Exemplum enim nobis reliquerũt benè viuendo conuersationis, tolerando fortiter passionis. Nam ideò Dominus per totum mundum diuersis in locis pati martyres voluit, vt tanquàm idonei testes nos præsenti quodam fidei exemplo suæ confessionis vrgerẽt, vt humana fragilitas quæ prædicationis Dominicę auditu longiore vix credit, vel præsenti oculorum testimonio martyrio crederet beatorum.

Cuncti igitur martyres deuotissimè percolendi sunt, sed specialiter ij venerandi sunt à nobis, quorum reliquias possidemus. Illi enim nos orationibus adiuuant, isti etiam adiuuant passione. Cum his autem nobis familiaritas est, semper enim nobiscum sunt, nobiscum morantur, hoc est, & in corpore nos viuentes custodiunt, & de corpore recedentes excipiunt. Hîc nè peccatorũ labes nos absumat, ibi nè inferni horror inuadat. Nam ideò hoc à maioribus prouisum est vt sanctorum

Sancti martyres deuotissimè colendi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ossibus nostra corpora sociemus, vt dum illos tartarus metuit, nos pœna non tangat: dum illis Christus illuminat, nobis tenebrarum caligo diffugiat.

Matth.16. Cum sanctis ergò martyribus quiescentes euadimus inferi tenebras, eorum proprijs meritis, attamen consocij sanctitate. Ait enim Dominus Petro: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt ei. Si ergò Apostolo & martyri Petro inferni porta non prævalet, quisquis sociatur martyri, tartaro non tenetur. Martyres enim inferni porta non possidet, quoniam eos paradisi regna suscipiunt. Nam videmus eos vtique iam regnare. Cernimus enim ab ijs frequenter obsessos immundissimis dæmonibus homines liberari, ità vt cœlesti medicina & captiua anima de diaboli laqueis eruatur, & ipse diabolus vinculis igneis alligatus producatur de sua captiuitate captiuus, vt qui quædam paulò antè ceperat, ipse subdatur in prædam.

Martyrum merita, quâti sint ponderis apud Deum.

Hæc & alia potiora mirabilia per sanctos fieri omnibus notum est. Et ideò fratres veneremur eos in seculo, quos defensores habere possumus in futuro. Et sicut eis ossibus parentum nostrorum iungimur: ità & eis fidei imitatione iungamur. In nullo enim ab ipsis separari poterimus, si sociemur illis tam religione quàm corpore.

DE SANCTO AMPHILOCHIO EPISCOPO, ET DE LIBERTATE EIVS, QVA ILLE IN ORATIONE

ad Theodosium Imperatorem vsus est, ex Sozomeni Ecclesiasticæ Historiæ libro septimo cap.6. Interprete Suffrido Petro Leouardiensi Frisio.

23. Nouēbr. ADHVC autem isti quia numero pollebant, Constantij atque Valentis præiudicio freti, securiùs conueniebant, ac de Deo, eiusque essentia publicè disputabant: & vt Imperatoris animum pertentarent, eos subornabant quos in aula suæ sectæ fautores habebant. Rebantur enim se obtenturos id quod proposuerant, cùm ea considerarent, quæ sub Constantio acciderant. Quæ quidem res & Ecclesiæ Catholicæ sectatoribus formidinem ac solicitudinem incusserat: qui tamen non minimè & hinc metuebant, quòd considerarent, quantum esset Eunomij in disputando acumen. Hic enim non multò antè ob controuersiam quam cum Clericis suis, imperante adhuc Valente, Cyzici habuerat, ab Arrianis discessione facta, priuatus agebat in Bithynia, eregionè Constantinopolis, ac frequens ad eum populus traijciebat: multique aliundè confluebant, partim vt illum pertentarent, partim vt eius doctrinam cognoscerent. Huius rei fama ad Imperatorem quoquè permanârat, qui iam conueniendi eius desiderio tenebatur. Cæterùm Imperatrix Placilla eum studiosè deprecando cohibuit. Nam cùm Niceni Concilij doctrinam ipsa fidelissimè conseruaret, metuebat, nè (quod consentaneum videbatur) maritus colloquio circunuentus, in illius sententiam deflecteret. Vigente autem adhuc vtrinquè huiusce contentionis fluctuatione, Amphilochius quidam senex, Episcopis ijs qui Constantinopoli versabantur, palatium Imperatoris salutandi gratia (vt moris erat) frequentantibus, etiam Amphilochius cum his vnà venisse dicitur, ignobilis oppidi sacerdos, simplex, ac nullo rerum vsu tritus, sed in diuinis apprimè cordatus. Cùm autem cæteri candidè admodùm ac religiosè Imperatorem consalutâssent, etiam sacerdos ille senex, ipsum consimiliter salutauit: filio verò Imperatoris qui patri assidebat, æqualem honorem non exhibuit, sed propiùs accedens, velut puero, Salue (inquit) fili. simulque caput illi digito demulcebat. Commotus igitur ira Imperator, & quasi ob iniuriam filio factam indignatus, quem ille non æqualiter honorâsset cum patre, foràs exturbari cum contumelia senem iussit. Ille verò cùm raptaretur, conuersus: Ad hunc, inquit, modum Imperator existima, & cælestem quoquè patrem excãdescere in eos, qui filium cum patre non æqualiter honorant, & genitore inferiorem nuncupare audent. Delectatus hoc dicto Imperator, senem reuocat: & veniam precatus, verè

Eunomij in disputando acumen.

Imperatrix Placilla orthodoxa.

Amphilochij cum Imperatore παῤῥησία.

verè illum locutum esse confitetur. Firmior itaque factus, eos, qui ab hoc diuersum sentirent, non admisit: contentiones etiam & conuentiones in foro habere vetuit: & vt de essentia ac natura Dei solito more disputare, tutum deincèps non esset, effecit, latâ in eam rem lege, & constituta pœna. Theodosius Imperator orthodoxã fidem amplectitur.

DE SANCTO ROMANO BVRDEGALENSI PRESBYTERO, EX DIVI GREGORII TVRONENSIS

Archiepiscopi De gloria Confessorum cap.46.

24. Nouēbr. HABETVR in hoc territorio & sanctus Romanus Presbyter, quem, vt scripta vitæ eius edocent, Martinus noster sepulturæ locauit. Est autem sepulcrum eius contiguum Blauiensi castello, super litus amnis Garonnæ, in quo sæpiùs naufragio perituri, virtute eius saluati sunt, proclamantes inter fluctus torrentis vndosi: Misereri nostri, sancte Romane Confessor Dei. Mox enim, sedata tempestate, optato litore potiti sunt. Nec enim fas est, vllum perire naufragio, qui eius basilicam amnis de medio contemplari meruerit. Quod & nos in grandi necessitate experti sumus. Nam cùm imber creberrimus per multos defluens dies, amnem Garonnam extra litora eiecisset, atque impellente vento validis fluctibus exundaret, eleuarenturque fluctuum montes validi, qui non paruum intuentibus ingererent metum, exoratus beatus Confessor obtinuit, sicut credimus, virtutis suæ suffragio, vt compressis fragoribus, planum præberet flumen alueum. Et sic ingressi nauem, ad ripam alteram sine periculo sumus deuecti.

Eccè sancti inuocatio, & ad inuocationẽ auxilij exhibitio.

VITA SANCTI FELICIS ARCHIEPISCOPI RAVENNATIS, VT HABETVR LIBRO QVARTO

historiarum Rauennatum Hieronymi Rubei viri doctissimi.

25. Nouēbr. SVBROGATVS est in locum Damiani Felix, anno à partu Virginis septingentesimo, quàm, vti suprà memorauimus, duobus pòst annis Theophylactius Rauennæ adhibuit. Hic enim Felix Rauennatum Archiepiscopus, ab Romano Pontifice insignitus sacra infula, cùm veterem pecuniæ pensionem denegaret, quæ more maiorum, veteriquè instituto, & recenti superiorum Archiepiscoporum testimonio debebatur, atque ità se in cæteris rebus, à Pontifice Maximo Rauennati ecclesiæ præscriptis, gereret, quasi nihil sibi negocij cum illo esset, cõuocatis ciuibus, efficaci oratione habita, hortatus est, vellent antiquæ nobilitatis spiritus retinere, neque libertatem, tantis laboribus partam, adeò facilè ereptam, paterentur sibi diutiùs occupari: præsertìm quòd Cæsar, quanquàm non esset opem Rauennatibus apertè laturus, (quod neque credi poterat) tamen nec etiam Pontifici Maximo esset assensurus, aut affuturus, ob tot in illum inimici animi significationes iam exhibitas. Augebant animos Rauennatibus, vetus cum Longobardorum Rege, Archiepiscopi familiaritas atque vsus, & arctissima cum Mediolanensi Antistite & Aquileiensi consuetudo: qui Theodori Archiepiscopi facinus ægrè tulisse visi fuerant. Itaque Rauennates Felici assentiuntur, tributumque Pontifici & obedientiam negant. Verùm Constantinus Pontifex plurimùm Rauennatum insolentiam ac superbiam miseratus, admiratusque, cùm eos hortatus diù fuisset, nec quicquam proficeret, de omnibus certiorem Iustinianum fecit. Qui Theodoro Patritio, classem apud Siciliam agenti, imperat, vt, aucta quamprimùm classe, Rauennam contendat, detque operam, vt Felix Archiepiscopus Pontifici

S. Felix à Rom. Pontifice, sacra infula insignitus.

Rauẽnates obedientiã & tributum summo Põtifici negãt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

satisfaciat. Archiepiscopus & factionis proceres, re cognita, ex omnibus cõfestim Flaminiæ ciuitatibus auxilia euocare, idemque ex omni Exarchatu, curareq; Padi aluеum, eo loco, vbi Ferrariam nunc videmus, incidendum, illud flumini aluеum sternẽtes, quod vulgò ad Turrim fossæ appellatum, ad hanc diem influit. id autem ob id factum est, vt maiore aquæ copia in Padusam effusa, in quam Padusam tunc Padus eo riuo influebat, ager, qui circa Rauennam est, aqua magis compleretur: atque hac ratione, vti Agnellus, referente Blondo affirmat, Theodoro aditus ad vrbem intercluderetur. Theodorus impiger, in Illyrio aucta classe, à Venetis, quot quot naues in promptu haberent, accersit, monetque vti ad Rauẽnam in tempore adsint. Postquàm autem classis in conspectum se dedit, Rauẽnates, & sceleris conscientia, & tanto apparatu exterriti, raptim & temerè omnia agere. Accedẽte proinde piùs classe, ad arma tumultuariè concurrũt, quòd milites, quos ex agris & finitimis ciuitatibus euocauerãt, inermes, ac militiæ rudes essent. Theodoriani milites tranquillam tempestatem nacti, toto litore descensiones faciunt. Ibi cum Rauennatibus & nonnullis mercenarijs veteranis manus consertæ, sed minimo negocio in vrbem, fusi fugatique, repelluntur. Quapropter rei benè gerendæ occasionem arripiens, cum fugientibus Theodorus Rauennam ingressus, ea potitur: & quæstione habita, eorum qui Felici Archiepiscopo fauissent, nonnullos interfecit: alios Romam relegat: plerosque vnà cum Felice in vincula coniectos, direptis omnibus Byzantium deducit. Iustinianus Felicem candentis æris intuitu obcæcat, atque vnà cum cæteris Rauennatibus, per Ponti oppida relegatos diuisit. Hanc cladem Rauennatem, vt scriptores tradunt, si quis non huius solùm Longobardi belli tẽpora percensеat, sed Gothorum quoquè numeret calamitates, vix vllam reperiat, huic, ab infelicis Antistitis temeritate ortæ, cõferendam. Quo fit, vt omninò sit falsum, quod Spretus scribit, nulla vnquàm vi Rauennam fuisse captam, cùm id sæpius, magno malo, experta sit. Tantus ab hac Rauennati calamitate, reliquis ciuitatibus timor incussus, vt Cæsarianas ne partes, an Longobardorum sequerentur, incerta, ingenti mœrore, & extremis casibus penè oppressæ viderentur: in tanta præsertim Italiæ perturbatione: siquidem Aisprandus, superato auxilio Bauarorum, Ariperto, auitum Longobardorum regnum fuerat adeptus: breuique moriens Luitprandum filium successorem reliquit.

Rauẽna capitur, ac iterùm Pontifici subijcitur.

Felix Episcopus in exilium relegatur excæcatus.

Constantinus Pontifex, cùm adeò insigni calamitate Felicem Archiepiscopum, Rauennatesque affectos audiuisset, ægrè admodùm tulit, minimeq; rem probauit, quòd hominem in sanitatem restitui, non tot calamitatibus affici voluerit. Postea Felix Archiepiscopus relicta hæresi (vt Platina testis est) patriæ ac sedi restituitur, ijs Rauennatis ecclesiæ thesauris receptis, quos Iustinianus Cæsar habuerat. Antequàm in exiliũ pulsus esset, elegantissimo stylo plurima composuerat: atque inter cætera in Danielis solationem, quæ apud Matthæum Euangelistam habetur, lucu lentum commentarium: quem sacerdotes sui vix incolumem seruauerunt: quòd ipse libros omnes ab se scriptos, cùm ob cæcitatẽ expolire, & absoluere non posset, Chrysologi conciones: quod opus, magnam partem adhuc extat, cùm commentarius & cætera perierint. Admirabili eloquentia cõcionari ad populum consuerat, tantaque religione ac sanctitate post exiliũ floruit, vt multa supra naturam prodigia ex ipso manârint. Exeunte enim illo Byzantij portam: quam ad vrbem, gratias Cæsari de restituta patria acturus, se contulerat: cùm se quidam claudum simularet, peteretque ab eo, opis sibi aliquid fieri, Curte, inquit, Felix, quod non es facis? Cur illudis? Surge, & seruos Dei irridere nè velis. Alijà nauibus haud procùl præstolabantur, vt ab eo, quem in egentes munificum, liberalemque sciebant, pecuniarum aliquid elicerent. Quapropter consilio inito, ex socijs vnum in via iacentem constituunt, cum affirmantes aduenam, iam mortuum, seque ab eo expectare auxilium, in quo sepulturæ tradi posset. Quamobrèm vir sanctus pallio protiecit, quo vestiebatur: mox abeunte illo, socium iacentem vocantes, vt surgeret, exanimem ac verè mortuum inueniunt. Hæc Cæsar cùm resciuisset, Felicem iubet ad se è naui accersiri: summaque veneratione excepto eo, impetrauit ab homine plurimùm renuente, vt manu in formam Crucis deducta, sibi benè precaretur.

Pontifex Felicem pœnitentem suæ sedi restituit.

Opera eius vt perierint pro maiore parte.

Sanctitas eius.

Nouit secreta hominũ corda.

Igitur Felix Archiepiscopus Rauennam regressus, post multas virorum sanctorum reliquias, in Vrsiana æde pluribus locis honestissimè positas, pateras ex argẽto dono

Ecclesiã suã Sanctorum reliquijs ac

dono dedit: & supercilij arcum, cui & carmina inscripserat, & martyrum complures reliquias incluserat, extruxit. Arcas pro aris, ex cupresso conficiendas curauit, ipsumque, vt appellant, salutatorium, vndè Archiepiscopi ad sacra solennia inchoanda, coram populo procedunt, erexit: regiasque ianuas, admirabili opificio carmine exornauit. Tandèm verò septimo Calẽdas Decembris, ex hoc lachrymabili hospitio, cælestem in patriam profectus est, in numerumque Sanctorum adscitus, & in D. Apollinaris Classensis, sepulcro ex marmore, ab ara diuæ Feliculæ haud procùl compositus. Præfuit Rauennati Ecclesiæ, annis circiter xiix.

variijs vtensilibus exornat.

Feliciter obit & sanctorum cãtalogo adscribitur.

REVERENDI IN CHRISTO PATRIS D. IACOBI BILLII PRVNAEI, SANCTI MICHAELIS IN *Eremo cœnobiarchæ doctissimi, præfatio in vitam sanctorum Confessorum Barlaam & Iosaphat.*

DE sequentis historiæ authore à quibusdã dubitari video. Quidam enim Damascenum verum ipsius authorem esse censent. Quidam autem eam falsò ipsi tribui contendunt. Ac certè in clarissimi viri Fumæi codice Iohanni Sinaitæ adscribitur. Ego verò etsi Lectoris non ità multum interesse puto, vtrius ea sit, modò pia & lectu digna sit, quemadmodum re vera est, tamen si mihi iudicium meum interponere liceat, verum Damasceni fœtum eam esse affirmare non dubitem. Nam vt omittam quòd Trapezuntius, vir natione Græcus, & magni non inter suos tantum, sed etiam inter nostros nominis, non alium quàm Damascenum eius authorem protulit, primùm ipsa phrasis, reliquis ipsius operibus quàm simillima, Damascenum authorem testatur. Deindè ad eam opinionem confirmandam illud mihi magni momenti est, quòd ipse in libris De orthodoxa fide, ac reliquis penè omnibus, Damascenus multa è Basilio, Gregorio Nazianzeno, aliisque eiusdem notæ Patribus, libenter corrogat, atque integros sæpè versus, immò etiam totas periodos ab ipsis mutuatur: eodem modo in hac quoquè historia multa ex ijsdem authoribus, suppresso interim nomine, produci animaduerti, ac præsertim ex Nazianzeno, vt cap. 7.8.10. 11.15.17.20.24. ac plerisque alijs locis. Adde quòd non solum ab illis lubẽter mutuò sumit, sed etiam multa quoque affert, ex libris De orthodoxa fide ad verbum transcripta, vt ea omnia quæ cap. 15. de arbitrij libertate disputat. Quod quidem, vt opinor, non tam apertè faceret, nisi tanquàm suo ture ijs, vt suis, vteretur. Demquè cap. 19. disputatio ea de Imaginibus, quæ Damasceni ætate fer-uebat, in eadem sententia non parùm me confirmat. Vt autem hæc omnia pro Damasceno faciunt, ità hanc historiam Iohannis Sinaitæ minimè esse apertissimè conuincunt. Nam cùm ille sexti Oecumenici tempore fuerit, vt patet ex lib. 13. histor. Miscell. Pauli Diaconi, quonam pacto in hac historia, quam Author ex India transuectam testatur, Nazianzenum, cuius scripta vix dùm in hominum manibus versabantur, citare potuisset, atque etiam eo antiquiorem Episcopum, ac Valentis tempore vita functum, Basilium, suppresso licèt nomine, cap. 19. vbi de Imaginibus tractat, & cap. 34. vbi Iosaphat eam ad Deum Orationem habet, quam ex Constitutionibus Basilij, cap. 1. perspicuè hausit. Quonam itèm modo Barlaamum de Imaginibus ad Regis filium disserentem induceret, cùm ea quæstio nondum eo tempore excitata fuisset? Quod autem ad ipsam historiæ veritatem attinet, ob quasdam causas, quas nihil hoc loco commemorare attinet, videri fortasse nonnullis potuisset, hoc opus non tam veram historiam esse, quàm sub historiæ specie, tacitam vitæ monasticæ, atque ad Christianam perfectionem exactæ, collaudationem, nisi author sub finem eam se ab hominibus à mendacij crimine alienis accepisse testaretur. Ei ergò, præsertim asseueranti, diffidere, hominis mihi esse videtur, plus suis suspiciombus, quàm Christianæ charitati, quæ omnia credit, tribuentis. De Trapezuntij autem translatione nihil aliud dicam, nisi eam mihi quidem anteà semper valdè rudem & impolitam visam fuisse, post autem (vbi per Iohãnem à Sancto Andrea, virum vt optimum & doctissimum, ità etiam optimorum & doctissimorum librorum copia instructissimum, exemplaris Græci copia facta est) innumeris etiam locis vitiosam. Quod quidem lubentius certè nimiæ festinationi, quàm Græci sermonis ignorationi tribuendum putarem, nisi nimis multa loca essent, in quibus vix festinationis excusatione inscitiæ notam Interpres deprecari queat. Quæ res suspicionem mihi nonnullam iniceret, Trapezuntium fortasse versionis huiusce parentem non esse, nisi in quibusdã etiam alijs eum Græca perspè non satis assecutum esse comperissem. Vtcunquè se res habeat, nouam à nobis translationem habes, si nihil aliud, præcedenti profectò, nisi fallor, paulò clariorem ac fideliorem. Vale, & humanissimo viro Sancti Andreæ, cuius libro sum vsus, gratiam habe.

Iohan. Damascenum subsequẽtis historiæ authorem esse cõprobat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA SS. BARLAAM ET IOSAPHAT, PRÆNOMINATO BILLIO INTERPRETE, VT HABETVR *in operibus S. Iohannis Damasceni, recèns editis & auctis.*

PROLOGVS.

Rom. 8. Naz. Ora. de Atha.

QVicunque spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei, vt ait Apostolus. Illud porrò, Spiritu sancto donari, & filios Dei fieri, expetendorum omnium extremum est, & quò cùm ventum fuerit, conquiescit omnis contemplatio, quemadmodùm diuinis literis proditum est. Hanc igitur excellentem, & expetendarum omnium rerum supremam beatitudinem sancti omnes, qui ab æuo concio consecuti sunt, vt qui partim martyrium subierint, atque ad sanguinem vsque aduersùs peccatũ in acie stererint, partim religiosæ ac Deo deuotæ vitæ certamen exantlârint, arctamque viam tenuerint, animique destinatione martyres extiterint. Quorum luculentas virtutes, ac præclara facinora (hoc est, & eorum qui martyrio perfuncti sunt, & eorum qui per religiosam exercitationem angelicum vitæ genus imitando expresserunt) literarum monumentis commendare, atque ob virtutis exemplum ad posteras ætates transmittere, à diuinis Apostolis & beatis Patribus Christi Ecclesia accepit: hoc videlicet ad nostri generis salutem velut lata lege promulgantibus. Etenim via ea, quæ ad virtutem ducit, aspera est atque ardua & permolesta, ijs præsertim qui nondùm sese totos ad Deum transtulerunt, verùm adhuc vitiorum animique perturbationum tyrannide conflictantur. Quo fit, vt multis ad eam illecebris indigeamus, nimirùm & consilijs ac cohortationibus, & exemplis eorum qui hanc viam priores inierint. Id quod etiã minore cum molestia ad eam attrahit: efficitque, nè ob vitæ difficultatem animis frangamur, ac desperatione afficiamur. Siquidem ei quoquè, cui ardua & difficilis via ineunda est, non perindè quispiam monendo ac cohortando, vt eam ingrediatur, persuaserit. At cùm multos ostendit, qui eam confecerint, ac tandèm percommodum diuersorium nacti sint, tum verò magis eum adducet, vt eandem quoquè viam capessat. Huic igitur ipse quoquè regulæ insistens, ac præterea impendens ignauo illi seruo periculum metuens, qui talentum à Domino acceptum in terram abdidit, quodque ei quæstûs faciendi causa datum erat, ità occultauit, vt nihil ex eo lucrũ faceret, historiam animabus vtilem ad me vsque allatam silentio minimè præteribo: quam mihi pij quidam viri interioris Aethiopiæ (quos Indos vocant) ex veris commentarijs translatam narrauerunt. Hæc porrò ad hunc modum se habet.

Exẽplis potiùs quàm præceptis ad virtutis studium trahimur.

Matth. 25.

NARRATIO.

27. Nouẽbr.

INDIA, quæ ingens ac frequentissima est regio, procùl ab Aegypto distat, atque vndiquè ab Aegypti parte mari alluitur: à continente autem ad Persidis fines accedit. Ea porrò atra Idololatriæ caligine olim obducebatur, atque extrema barbarie scatebat, nefarijsque flagitijs addicta erat. Posteaquàm autem vnigenitus Dei Filius, qui est in sinu Patris, figmentum suum peccati seruitute oppressum indigno animo cernẽs, misericordia erga ipsum commotus, instãr nostrî excepto peccato apparuit, ac Patris throno minimè relicto nostræ salutis causa (hoc est vt nos in cælis habitaremus, atque à veteri lapsu excitaremur, ac peccato liberati priorem adoptionem reciperemus) in Virginis corpore habitauit, atq; expletis omnibus carnis propter nos assumptæ muneribus crucem ac mortem susci piens, ac terrenis mirandum in modum cum cælestibus coniunctis à morte ad vitam rediens, & cum gloria in cælos ascendens, & in Patris dextra magnificè sedens, Spiritum paracletum discipulis, à quibus conspectus fuerat, pro eo ac promiserat, in ignearum linguarũ forma misit, ipsosque ad omnes gentes legauit, vt eos, qui in ignorantiæ tenebris sedebant, illuminarent, atque

Iohan. 1.

Luc. 1.

atque in Patris & Filij & Spiritûs sancti nomine baptizarent, adeò vt deinceps illi partim orientales sedes, partim occidentales regiones, quæ ipsis obtigerant, circumirent, ac septentrionalia & meridionalia climata peragrarent, vt imperatum munus exequerentur, tum sanctissimus quoquè Thomas, vnus ex duodecim Christi Apostolis, in Indiam salutiferæ doctrinæ illic prædicandæ causa missus est. Domino autem cooperante, ac sermonem per sequentia signa confirmante, Gentilitiæ superstitionis tenebræ depulsæ sunt, atque illi simulacrorum sacrificijs & cultu liberati, ad rectam fidem se adiunxerunt. Sicque Apostolicis manibus velut refícti, Christo per Baptismum conciliati sunt: ac tacitis incrementis augescentes, in fide ab omni labe aliena proficiebant, ecclesiasque per totam regionem extruebant. Cùm autem etiam in Aegypto monasteria exædificari, ac monachorum ingentia agmina cumulari cœpissent, atque eorum virtutis, & vitæ rationis ad Angelorum imitationem accedentis fama orbis terrarum fines peruasisset, atq; ad Indos vsque peruenisset, ipsos quoquè ad eiusdem vitæ studium excitauit: adeò vt complures ipsorum relictis omnibus rebus in solitudines concederent, atque in mortali corpore, eorum qui corporis expertes sunt, vitæ rationem susciperent. Cùm igitur res præclaro statu essent, atque aureis pennis, vt dici solet, in cælum plerique conuolarent, exurgit quidam Rex in eadem regione, Abenner nomine, vir opibus quidem ac potentia, victorijsque & bellica fortitudine, corporisque proceritate insignis, ac præterea vultûs elegantia clarus, atque ob mundanos ocyssime que marcescentes rerum successus insolenter se efferens, cæterùm, quantũ ad animam attinebat, extrema paupertate laborans, ac multis malis constrictus & enectus, quippè qui Gentilium partes teneret, ac superstitioso Idolorum errori magnoperè addictus esset. Porrò cùm Rex in magnis delicijs ac vitæ oblectamentis & voluptatibus versaretur, nec res vlla esset, quæ non ex ipsius voluntate ac cupiditate succederet, vnum id demùm erat, quod ipsi lætitiam interrumperet, animumque ipsius curis pulsaret, nimirùm sterilitatis malum. Nam cùm filijs careret, hæc eum cura solicitum habebat, quonam pacto his vinculis solueretur, ac suscepti s liberis patris nomen obtineret: quo videlicet apud plerosque nihil est optatius. Atque huiusmodi Rex hic erat, eaque mente ac sententia. At illustrissima Christianorum natio, & monachorum caterua, Regis cultum ac venerationem pro nihilo ducentes, nec ipsius minas metuentes, per Dei gratiam amplissimos progressus faciebant, vt qui in multitudinem omni sermone maiorem excrescerent, ac paruam omninò Regis rationem haberent, ijs autem rebus, quæ ad Dei cultum pertinebant, singularem in modum dediti essent. Ac propterea permulti ex ijs, qui ad monasticum ordinem sese contulerant, omnia quidem ea, quæ in vita iucunda sunt, peræquè contemnebant, soliusque pietatis amore tenebantur, ac mortis pro Christo subeundæ siti, futuræque beatitudinis cupiditate flagrábant. Eoque nomine, non timido ac dubitante animo, verùm perquàm fidenti ac libero salutiferum Christi nomen prædicabant, Christumque vnum in ore habebant, atque fluxam & caducam præsentium rerum naturam, futuræque vitæ firmitatem & immortalitatem omnibus palàm aperteque demonstrabant, ac velut subsidia quædam & semina ipsis porrigebant, quorum ope ad Deum sese conferrent, vitamque in Christo absconditam consequerentur. Ex quo effectum est, vt multi, suauissima illa doctrina percepta, ab acerbis erroris tenebris abscederent, atque ad dulcem veritatis lucem sese adiungerent: vsqueadeò vt nonnulli, etiam illustres viri, ac senatores, abiectis huius vitæ sarcinis, in monachorum album sese adscriberent. Rex autem vbi hæc intellexit, ingenti iracundia commotus, atque indignatione feruens, statim edicto sancit, vt Christiani omnes pietatem eiurare cogerentur. Ac deinceps noua suppliciorum genera comminiscebatur, atque inusitata mortis genera minabatur, literasque ad omnes regionis ditioni suæ subiectæ partes mittebat, quibus & præfectis & ducibus imperabat, vt tormentis, atque iniquis cædibus in homines pietate præditos grassarentur. Præsertim autem in præstantissimos quosque monastici ordinis excandescebat, atque implacabile aduersùm eos bellum excitabat. Ob eamque causam piorum plerique animo vacillabant: alij autem, quia cruciatibus ferendis impares erant, nefario ipsius imperio parebant. At verò monasticæ classis duces atque antistites, partim ipsius iniquitatem coarguentes ac refutantes, martyrio vitam finiebant, atque ad sempiter-

Thomas in Indiã mittitur. Mar. vlt.

Ecce monachorum institutum, primò in Aegypto, deindè in India.

Abenner Indorum rex.

Ecce sanctã fitim Christianorum primæuæ ecclesiæ, subeundæ pro fide mortis.

Coloss. 3.

Christianorum persecutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam beatitudinem perueniebant: partìm in solitudinibus & montibus sese occultabant: non tormentorum, quę ipsis denunciabantur, metu, verùm diuiniore quodam consilio ac prouidentia.

De procerum regiorum Principe, qui solitariam vitam amplexus est. CAP. II.

CVm itaque huiusmodi caligo Indorum regionem inuasisset, ac pij & sancti viri vndiquè vexarentur, impietatis autem propugnatores opibus ac potentia florerent, atque cruoribus & victimarum nidore ipse quoquè aër inficeretur, vnus è regiorum satraparum principibus, animi fortitudine, corporisque magnitudine ac pulchritudine, cæterisque alijs rebus, quibus corporis elegantia & animi generositas, tanquàm certis quibusdam notis exprimi solent, alios omnes antecellebat. Quamobrèm cùm impium illud edictum audijsset, inani hac atque humi serpente gloria & delicijs valere iussis, ad monachorum cœtum sese aggregauit, atque in locis solitarijs exulans, ieiunijs & vigilijs ac diligenti oraculorum diuinorum meditatione sensus suos apprimè repurgabat, animumque, ab omni vitiosa affectione solutum & abductum, ea luce, quam tranquillitas à vitiosis affectionibus parit, illustrabat. Rex autem cùm eum maiorem in modum diligeret, atq; in honore ac pretio haberet, vt hoc audiuit, de amici iactura dolorem animo cepit, vehementiusq; aduersùs monachos exarsit. Atque cùm homines ad eum conquirendum quaquauersùm misisset, &, quemadmodùm; vulgò dicitur, nullum non lapidem mouisset, quò eum inueniret, aliquantò pòst illi, qui ad eum inuestigandum missi fuerant, vt eum in solitudine commorari sensérunt, ità perscrutati sunt, vt tandèm eum arriperent, atque ad Regis tribunal sistérent. Rex autem, cùm eum, qui quondàm splendidis vestibus vtebatur, atq; in magnis delicijs vitam exigebat, tam viliter & abiectè amictum, ac religiosæ exercitationis asperitate afflictum, vitæque solitariæ signa haud obscurè gestantem conspexisset, mœrore simul atque iracundia implebatur, atque ex vtroque affectu temperato sermone, ità eum allocutus est: O vecors & demens, quid te adduxit, vt honorem cum ignominia, & illustrem gloriam cum turpi ac dedecoris pleno habitu commutares? Siccine tu, qui regno meo præeras, atq; in copias meas imperium mitare obtinebas, teipsum puerorum ludibrium effecisti, ac non modò meæ amicitię memoriam ex animo procùl eiecisti, verùm etiam aduersùs ipsam naturam impetum fecisti, ac ne tuorum quidem filiorum miserationem affectus, tum opes, tum omnem vitæ splendorem pro nihilo putâsti, tantamque ignominiam tam lucrosa gloria potiorem & præstabiliorem habuisti? Quidnam te ad hoc impulit, cuiusnam lucri spes, vt eum, qui Iesus nominatur, omnibus dijs atque hominibus anteponeres, ac duram hanc & superstitiosam vitæ rationem suauissimæ huiusce vitæ oblectamentis anteferres? Hac oratione audita, vir ille Dei, lepida simul, ac placida & æquabili voce ad hunc modum respondit: Si sermones mecum conferre in animum inducis, ô Rex, fac hostes tuos è medio tribunali submoueas: ac tum de his rebus, quas intelligere cupis, tibi respondebo. Illis autem præsentibus nullus mihi ad te sermo erit. Citra sermonem autem excrucia, obtrunca, face denique quicquid lubet. Mihi enim mundus crucifixus est, & ego mundo, vt ait meus magister. Cumque Rex dixisset, Quinam tandèm sunt hi hostes mei, quos me hinc ablegare iubes? Iracundia, inquit ille, & cupiditas. Nam cæ primùm quidem ab omnium rerum parente atque architecto ità productæ sunt, vt naturæ opitulárentur, ac nunc etiam eandem ijs operam præbent, qui, non vt carni, sed vt spiritui consentaneum est, viuunt. In vobis autem, qui prorsùs carnales estis, nec vllam spiritùs partem habetis, aduersariæ extiterunt, eaque, quæ inimicis & hostibus conueniunt, exequuntur. Cupiditas etenim, * cùm ei à vobis opera datur, voluptatem excitat: cùm autem aboletur, iracundiam. Proindè facessant ipsæ hodierno die abs te: præsint autem ad eorum, quæ à me dicentur, auditionem ac iudicium prudentia & iustitia. Nam si iracundiam & cupiditatem de medio sustuleris, atque earum loco prudentiam & iustitiam induxeris, verè omnia tibi dicam. Ad quæ Rex his verbis est vsus: En petitioni tuæ cessi, atque cupiditatem & iracundiam è concilio ejiciam: daboque operam, vt prudentia & iustitia interponantur. Iam igitur absq; vllo metu mihi expone, vndè tibi hic error obortus sit, vt ea, quæ in vanas spe posita sunt, ijs rebus, quę manibus tenentur, atque oculis cernuntur, antepo-

Princeps quidâ Indicus monasticâ vitam suscipit.

Regis mundo addicti oratio.

* ἐνεργεῖται ἡδονὴν ἐγείρει, καταργουμένη θυμόν.

Ira & cupiditas à tribunalibus ablegandę. Gal. 6.

nas. Respondens autem Eremita, dixit: Si intelligere cupis, ô Rex, vndè mihi hoc primùm animo iniectum fuerit, vt caduca res contemnerem, ac me totum sempiternarum rerum spei traderem, audi. Olim, cùm adhuc iuuenili ætate essem, bonum ac salutare verbum audiui, cuius vis maiorem in modum me rapuit, ipsiusque memoria, diuini cuiusdam seminis instàr, pectori meo insita, ità permansit, vt nunquàm à me diuelli potuerit: adeò vt & radices egerit, & germen ediderit, ac maturo tempore fructum in me tulerit. Huius autem verbi hæc vis erat. Excordes, inquiebat ille, ac stolidi homines animo ità comparati sunt, vt ea quæ sunt, perindè ac si non sint, aspernentur: ea autem, quæ non sunt, perindè ac si sint, amplectantur, ac mordicùs retineant. Qui autem eorum quæ sunt, dulcedinem minimè degustauit, is eorum, quæ non sunt, naturam perspectam habere non poterit. Hanc porrò nisi exploratam habuerit, quonam modo ea contemnet, ac pro nihilo putabit? Porrò per ea, quæ sunt, hæc oratio sempiternas res atque à iactatione alienas intelligebat: per ea autem, quæ non sunt, hanc vitam, & delicias, ac mendacem prosperitatem, quibus, ô Rex, heu, cor tuum malè affixum est: egoque itèm quondàm ea complectebar. Verùm huius sermonis vis animum meum sine vlla intermissione vellicans, mentem, quæ meî principatum tenet, ad id quod melius erat eligendum excitabat. Cæterùm lex peccati, cum potentis meæ lege pugnans, ac velut quibusdam compedibus me vinciens, per affectum erga res præsentes, captiuum tenebat. Cùm autem Saluatoris nostri benignitati ac bonitati me ex hac acerba captiuitate vindicare placuit, atque ipse mentis meæ ad superandam peccati legem robur addidit, oculosque meos aperuit, vt mali ac boni delectum haberem, tum scilicet, tum inquam, animaduerti ac vidi præsentia omnia vanitatem & afflictionem spiritùs esse, quemadmodùm etiam sapientissimus Salomon quodam loco dixit. Tum peccati velamen è corde meo sublatum est, atque obscuritas ea, quæ ex corporis crassitie animo meo incumbebat, discussa & dissipata. Atque cuiusnam rei causa procreatus sum, agnoui: mihique faciendum esse, vt per mandatorum obseruationem ad summum illum rerum omnium effectorem assendam. Quapropter relictis omnibus rebus eum secutus sum. Gratiasque Deo per Iesum Christum Dominum nostrum ago, quòd me ex luto & lateritio labore, ac crudeli & pestifero tenebrarum huius seculi principe liberârit, viamque mihi compendiariam & procliuem ostenderit, per quam in hoc fictili corpore angelicam vitæ rationem amplexari possim. Cuius adipiscendæ studio arctam hanc & angustam viam ingrediendam mihi duxi, sic videlicet animo constitutus, vt præsentium rerum vanitatem, atque instabilem earum iactationem & conuersionem, vehementer improbem, neque adduci possim, vt credam aliud quicquam præter id quod verè bonum est, bonum appellandum esse. A quo tu, ô Rex, miserè te abrupisti, ac seiunxisti. Eaque de causa nos etiam à te disiuncti ac distracti sumus, quoniam tu in perspicuum & indubitatum exitium ruis, ac nos in idem periculum præcipites ferri cogis. Nam quandiù in sola mundi militia censebamur, nullam officij partem prætermittebamus. Actu quoquè optimus testis eris, nos nec negligentiæ nec socordiæ nomine vnquàm esse notatos ac reprehensos. Posteaquàm autem id quoquè, quod omnium bonorum caput est, hoc est pietatem, nobis extorquere, Deique detrimento (quod detrimentorum omnium extremum ac grauissimum est) nos afficere studuisti, nobisque interim honores ob eam causam in nos collatos, atque amplissima beneficia, in memoriam reuocas, quî fieri potest, vt non optimo iure te veri boni insciti laborare dicam, vt qui omninò hæc inter se componas, pietatem scilicet erga Deum, cum humana amicitia, & gloria instàr aquæ defluente? Quonam itèm modo in hac re socij tibi futuri sumus, ac non contrà, tum amicitiam, tum honorem, tum liberorum amorem, & si quid aliud maius esset, aspernabimur, cùm te, ô Rex, in Deum sceleratè gerere conspiciamus, qui tibi ipsum esse, & spiritum ducere præbuit, qui est Christus Iesus omnium Dominus: qui cùm principio careat, eiusdemque cum Patre æternitatis sit, cælosque ac terram sermone procreârit, hominem tamen suismet manibus effinxit, eumque immortalitate coornauit, Regemque omnium rerum quæ in terra sunt, constituit, eique, quod omnium rerum præstantissimum erat, hoc est paradisum, tanquàm regiam quandam aulam, attribuit. At ille inuidia deceptus & in fraudē inductus, & voluptatis illecebris

Pij principis responsio.

Rom. 7.

Eccls. 1.

Exod. 5.

Matth. 7.

Gloria mũdi instàr aquæ defluit.

Gen. 3. Sap. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illecebris delinitus, his omnibus miserè deiectus est: & qui priùs beatus censebatur, miserum spectaculum præbebat, lachrymisque ob acceptam calamitatem dignus erat. Verumenimuerò is, qui nos effinxerat ac procreauerat, benignis rursùm oculis manuum suarum opus conspicatus, nullam diuinitatis suæ mutationem suscipiens, nostræ salutis causa, id quod nos sumus, citra peccatum factus est, atque crucem & mortem spontè subiens, hostem eum, qui iam indè ab initio generi nostro inuidebat, prostrauit, nosque acerba illâ captiuitate liberatos in priorem libertatem pro sua erga nos bonitate restituit, coque rursùm, vndè nos inobedientia exturbauerat, ob suam erga nos humanitatem reduxit, maioreque quàm anteà honore prosecutus est. Hunc igitur, qui nostra causa tot cruciatus pertulit, tantisque rursùm nos beneficijs affecit, hunc, inquam, ipse reijcis, atque eius crucem dicterijs insectaris, totusque corporis delicijs ac pernicijs affectibus affixus, ignominiosa ac turpitudinis plena simulacra deos appellas. Nec teipsum duntaxàt à cælestium bonorum coniunctione abstraxisti: verumetiam omnes, qui tuis imperijs obtemperant, ab ea remoues, atque in anmæ periculum conijcis. Quocircà velim noscas, me minimè commissurum, vt tibi paream, in eademque tecum erga Deum ingratitudine versèr, atque eum, qui præclarè de me meritus est, mihique salutem attulit, abiurem, etiamsi ferisme lacerandum & absumendum obijcias, aut gladio & igni me addicas: quæ quidem in tua potestate sita sunt. Neque enim mortem extimesco, nec præsentia expeto:

Præsentium rerum vanitas.

quippè quæ perquàm imbecilla & vana esse compertum habeam. Quid enim in ipsis vtilitatis est? quid quod stabile sit ac diuturnum? Neque id solùm: verumetiam, tum quoquè cùm adsunt, ingens ipsis ærumna coniuncta est, ingens moror, ingens & perpetua solicitudo. Siquidem eorum voluptati ac perceptioni nihil non mœstitiæ ac doloris adnexum est. Ipsorum diuitiæ, paupertas sunt: ipsorum sublimitas, extrema deiectio. Quisnam autem eorum mala enumerando consequi possit? Quæ quidem paucis verbis Theologus meus mihi demonstrauit,

1. Iohan. 5. & 2.

his verbis vtens: Totus mundus in maligno positus est. Ac rursùm: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Quoniam omne quod in mundo est, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Et mundus transit, & concupiscentia eius. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum. Hanc igitur ego bonam Dei voluntatem quærens, omnia pro derelicto habui, cum ijsque me coniunxi, qui eadem cupiditate tenentur, atque eundem Deum expetunt. Inter quos non simultas est, non liuor, non mœrores & curæ: sed omnes idem curriculum obeunt, vt ad sempiternas eas mansiones perueniant, quas luminum Pater, ijs à quibus amatur, præparauit. Hos ego pro pare-

Iacob. 1.

1. Cor. 2.

tibus, hos pro fratribus, hos pro amicis & familiaribus habeo. Ab ijs autem, qui quondàm amici mei ac fratres erant, elongaui fugiens, & mansi in solitudine,

Psal. 52.

Deum expectans, qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritús & tempestate. Hæc cùm ità commodè ac iucundè à Dei homine dicta essent, Rex iracundia quidem impellebatur, ac sanctum virum acerbis supplicijs excruciare cupiebat: rursùm autem se reprimebat, atque id aggredi cunctabatur, venerãdam ipsius dignitatem ac splendorem veritus. Sermonem verò excipiens, his eum verbis est allocutus: Vndiquè, ô miser, exitio tuo studuisti, vt qui ad ipsum, fortuna, vt videtur, te impellente, tum mentem, tum linguam acueris, ac proindè obscuram quandam atque inanem verborum næniam effuderis. Ac nisi sermonis principio me tibi fecturum recepissem, vt è medio concilio iracundiam depellerem, nunc carnes tuas in ignem coniecissem. Quoniam autem ipse anteuertens, tibique cauens, huiusmodi verbis me obuinxisti, audaciam tuam ob pristinam meam erga te amicitiam fero. Quamobrèm exurge, atque ab oculis meis profuge. Non iam te videbo, sed malè mactabo. Ità egressus Dei homo in solitudinem secessit, mœrore quidem eo nomine affectus, quòd martyrium minimè obijsset, cæterùm nullo non die, quantum ad conscientiam attinet, martyrio fungens, atque aduersùs principatus & potestates, aduersùs mundi rectores tenebrarum huius seculi, aduersùs spiritualia nequitiæ, vt ait beatus Paulus, dimicans. Cùm igitur ille abijsset, Rex grauiore iracundia concitatus, acriorem persecutionem aduersùs monasticum agmen exercere, maioreque honore simulacrorum cultores ac sacerdotes afficere cœpit.

Dolet præditus princeps quòd martyrium nõ obijsset.

Ephes. 6.

De

De natiuitate Iosaphat: quidque de eo Astrologi prædixerint. CAP. III.

CVM autem Rex in tam graui errore atque impostura versaretur, nascitur ei elegantissima forma filius, atque ex ea pulchritudine, quæ ipsi affusa erat, id quod futurum erat, præsignans. Sic enim sermone ferebatur, in illa terra puerum pari pulchritudine ac venustate nusquàm extitisse. Rex autem ob pueri natiuitatem maximo gaudio perfusus, cum Iosaphat nominauit: atque ad idolorũ templa demens se contulit, vt dementioribus sacrificia offerret, laudesque ad edendam grati animi significationem persolueret: ignorans nimirum, quisnam bonorum omnium verè author esset, ad quem spirituale sacrificium adhiberi deberet. Ille igitur rebus inanimis & surdis filij ortum acceptum ferens, quaquauersùm missis nuncijs plebem ad eius natalitia celebranda cogendam curabat. Ac cernere erat omnes Regis metu confluentes, secumque ea, quæ ad sacrificium accommodata erant, afferentes, pro cuiusque scilicet facultatum modulo, atque erga eum beneuolentia. Præsertim autem ipse stimulos eis ad munificentiam admouebat, vt qui quamplurimos & maximos boues mactandos offerret. Atque ad hunc modum luculentissimo festo peracto, omnes, tam qui senatorij ordinis erant, magistratuque fungebantur, quàm militum manum, atque etiam plebios & ignobiles, amplissimis donis prosequebatur. In ipso autem natalitiorum filij solenni die, delecti viri, circiter quinquaginta, qui in ea Chaldæorum sapientia, quæ in conspiciendis notandisque sideribus versatur, studium atque operam collocârant, ad Regem conuenerunt. Quos cùm Rex propiùs ad se accedere iussisset, de singulis percunctabatur, quidnam puer in lucem editus futurus esset. Illi autem longa consideratione habita, futurum dicebant, vt opibus ac potentia floreret, atque omnes, qui regnum ante ipsum obtinuissent, superaret. Vnus verò Astrologus, qui socios omnes suos eruditione anteibat, his verbis vsus est: Quantum ex siderum cursu addiscere possum, ô Rex, filij, qui nunc ex te ortus est, amplitudo atque profectus non in tuo regno erit, sed in altero præstantiore atque incomparabiliter excellentiore. Atque ipsum Christianorum quoquè religionem, quam tu insectaris, arrepturum existimo: nec eum ab hoc scopo ac spe aberraturum puto. Hæc scilicet dixit Astrologus, vt olim Balaam: non quòd Astrologia veritate nitatur, sed quòd Deus, vt omnis impijs excusatio amputaretur, veritatem per ipsos aduersarios ostenderet. Rex autem, vt hæc intellexit, eiusmodi nuncium grauiter ac molesto animo excepit, voluptatemque suam mœstitia interrumpi sensit. Nihilominùs tamen in priuata quadam ciuitate, pulcherrimo palatio extructo, splendidaque domo elaborata, illic filium collocauit, iussitque vt exactis primis ætatis annis, nullis ad eum accessus pateret. Atque pædagogos ipsi & ministros ætate florentes, eximiaque forma præditos constituens, hoc ipsis mandauit, vt nihil eorum, quæ in hac vita molesta sunt, perspectum ipsi facerent, non mortem, non senectutem, non morbum, non paupertatem, non quidquam aliud molestiæ, quod que ipsi oblectationem interpellare posset: verùm omnia iucunda, & cum suaui fructu coniuncta proponerent, vt in his ipsius animus cum voluptate ac delicijs versans, nihil omninò rerum futurarum cogitatione complecti posset, ac ne verbo quidem tenus de Christi religione, ipsiusque decretis quidquam audiret. Nam hoc præ omnibus rebus ipsi occultare in animo habebat, Astrologi nimirum vaticinium veritus. Quòd si ministrorum aliquem in morbum incidere contigisset, eum statim illinc eijci iubebat, alterumque nitidum optimeque valentem ipsi substituebat: vt nè quid omninò salebrosi atque acerbi in filij oculos incurreret. Ad hunc modum se Rex gerebat, atque hæc cogitabat, & agebat. Videns enim non videbat: & audiens non intelligebat. Cùm autem certior factus fuisset, monachos nonnullos (quorum ne vestigium quidem vllum reliquum esse putabat) adhuc superesse, iracundia æstuabat, atque acerrimo impetu in eos ferebatur, ac præcones passim tota vrbe & regione procurare imperabat, qui ederent, nè monasticí ordinis quisquam vsquàm omninò post triduum inueniretur: quòd si inueniretur, flammis addiceretur. Hi enim sunt, inquiebat, quorum authoritate populus adducitur, vt eum qui cruci suffixus est, pro Deo colat. Interea autem huiusmodi quiddam accidit, quod maiorem ipsi indignationem excitauit, eumque monachis infensiorem reddidit.

Num. 23.

Nascitur S. Iosaphat.

Rex Astrologos de filio consulit.

Rex omnes molestias procùl à filio arcere studet.

Impiũ Regis edictũ, de monachis é medio tollendis.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Principe quodam Christianam fidem occultè profitente: & de duobus monachis exustis. CAP. IIII.

INter homines dignitate præditos quidam erat, qui primas in aula obtinebat, vir eleganti vita, ac fidei pietate, quique saluti suæ operam summo studio dabat: occultè tamen, ob Regis metum. Quamobrèm nonnulli, ob eam, qua apud Regem pollebat, authoritatem, ipsi inuidentes, eum criminari studebant, ac summoperè laborabant. Et quidem cùm Rex aliquandò satellitum manu pro suo more septus, ad venationem profectus fuisset, in venatorum numero probus ille vir erat. Cùm autem ipse solus ambularet (diuino, vt opinor, consilio ità ferente) hominem inter densas arbores humi prostratum, ac pedeà fera quadam grauiter contritum, offendit. Qui quidem ipsum prætereuntem intuens, precibus ab eo contendebat, nè se præteriret, verùm calamitatis suæ miseratione afficeretur, atque in domum suam abducendum curaret. Simul etiam illud adiunxit, suam operam ipsi non prorsùs inutilem atque inanem fore. Præclarus autem ille vir ei dixit: Equidem ipse virtutis studio atque amore te assumam, tuique quammaximam potero curam geram. Verùm quæ tandèm est hæc vtilitas, quam abs te ad me rediturum esse ais? Pauper autem ille & imbecillis: Ego, inquit, sermonibus læsis medeor. Nam si quandò in verbis aut colloquijs vulnus aliquod aut afflictio inueniatur, consentaneis medicamentis ea curo, ac, nè malum vlteriùs serpat, prohibeo. Pius itaque ille vir, quanquàm id quod dixerat, nullius momenti duceret, tamen diuini mandati causa cum in domum suam deferri, eique, quam par erat, curam adhiberi iussit. At inuidi illi & liuore perciti homines, de quibus antè locuti sumus, improbitatem, quam iampridèm parturiebant, in lucem proferentes, ipsum apud Regem hoc nomine accusant, quòd non solùm amicitiæ ipsius oblitus, deorum cultum neglexisset, atque ad Christianam religionem animum inflexisset, verùm etiam aduersùs ipsius maiestatem grauia moliretur, popularem scilicet turbam peruertens, omniumque beneuolentiam sibi concilians. Quòd si pro certo scire cupis, inquiunt, nihil nos fingere atque comminisci, priuatìm ei, tentandi ipsius causa, dic te relicta patria religione, ac regni gloria, Christianam fidem amplecti, habitumque monasticum, quem olim tanquàm parùm honestum persecutus es, induere velle. Nam qui hæc aduersus virum illum sceleratè confingebant, ipsius animi institutum ad compunctionem propensissimum exploratum habebant, nec dubitabant, quin si hæc verba à Rege audiret, statìm ipsi, quod præstantius esset, suadens, author futurus esset, vt ijs quæ rectè consulta essent, nullam moram afferret, atque hinc vera esse, quæ dicebantur, inuenirentur. Rex autem, qua vir ille erga se beneuolentia esset, minimè ignorans, ea, quæ dicebantur, probabilitate omni carere, ac falsa esse censebat. Neque sibi faciendum esse ducebat, vt ea temerè susciperet, verùm rem ipsam, atque obiectum crimen exploraret. Quapropter cùm eum remotis arbitris acciuisset, tentandi ipsius causa ità eum est allocutus: Nósti, ô amice, quonam modo aduersùs eos, qui monachi dicuntur, atque adeò aduersùs omnes Christianos megesserim. Nunc autem eo nomine pœnitentia ductus, atque præsentium rerum pertæsus, ad spes illas, quas eos commemorantes audiui, nempe immortalis cuiusdam regni, quod in alia vita futurum est, me conferre cupio: (nam præsens regnum morte omninò interrumpitur.) Istud autem me nullo alioqui modo consequi, ac voti mei compotem esse posse existimo, nisi Christianus fiam, regnique meæ gloriæ, ac reliquis huiusce vitæ iucunditatibus & voluptatibus dicta extrema salute, illos religiosæ vitæ cultores & monachos, quos iniquè ac sceleratè expulli, quocunque tandèm in loco sint, inquirens, ipsis me admisceam. Ad hæc quid ipse ais? & quid mihi faciendum censes? dic quæso, per veritatem ipsam te obtestor. Non enim me fugit, te supra omnes mortales veri studiosum, atque animi probitate præditum esse. Bonus autem ille vir, vt hæc audiuit, abstrusam fraudem nullo modo agnoscens, animi compunctione affectus est, lachrymisque perfusus, simplici animo respondit: Rex, æternum viue. Bonum & salutare consilium inijsti. Quoniam etiamsì cælorum regnum ægrè inueniri potest: tamen ipsum omnibus viribus quærendum est. Qui enim quærit, inquit ille, ipsum inueniet. Præsentium autem rerum fructus, licèt in speciem oblectet, ac voluptatem affe-

Pij principis op⁹ misericordiæ.

Callida Regis oratio ad piũ Principem.

Pia responsio.

Luc.11.

rat, pulchrum tamen est eum propellere ac propulsare. Etenim noster tum denique est, cùm est: & quos oblectat, multò magis rursùm excruciat. Nam & ipsius suauitates & molestiæ vmbra imbecilliores sunt, ac velut nauis, in mari cursum tenentis, aut auis, aërem peragrantis, vestigia quamocyssimè euanescunt. Sap.5.
Contrà, futurorum spes, quam Christiani prædicant, firma ac tutissima est, tametsi in mundo pressuram habeat. Ac iucunditates quidem eæ, quibus nunc Iohan.16.
fruimur, breues sunt: illic autem, nihil omninò præter supplicium, ac nunquàm finiendos cruciatus accersunt. Harum enim rerum suauitas fluxa & temporaria est: acerbitas autem, sempiterna. Christianorum contrà labor quidem temporarius est: voluptas autem & vtilitas, immortalis. Quamobrèm feliciter velim cedat bonum tuum consilium. Pulchrum est enim, ac valdè pulchrum, ea quæ interitui obnoxia sunt, cum sempiternis commutare. His verbis auditis, Rex vehementer quidem indignatus est: cæterùm iracundiam compressit, neque ipsi tum quicquam locutus est. At ille, vt qui prudens ac sagax esset, Regem sua verba grauiter & molestè accepisse animaduertit, versutoque animo id duntaxàt egisse, vt ipsius animum exploraret. Domumque reuersus, in mœrore atque languore versabatur, addubitans videlicet, quonam modo Regis animum mitigaret, atque impendens sibi periculum effugeret. Cùm autem insomnis noctem totam exigeret, Ioasaphus, qui pedis infractione laborabat, in mentem ipsi venit: eumque ad se accitum ità est allocutus: Memoria teneo, te mihi hoc dixisse, quòd noxijs verbis medearis. Ille autem, Est ità, inquit: & tempus est, scientiæ meæ specimen edam. Senator autem sermonem excipiens, ipsi veterem suam erga Regem beneuolentiam, & authoritatem, quam apud eum obtineret, expositi: recentemque item sibi versato animo adhibitum sermonem: & quemadmodùm ipse quidem probè responderit, ille autem, ipsius sermonem molesto animo accipiens, per vultus mutationem iram in intimo pectore latitantem ostendisset. Pauper autem ille & infirmus, re cum animo suo considerata, dixit: Noscas oportet, vir illustrissime, Regem magnam ac sinistram aduersùm te opinionem concepisse, nempe quòd ipsius regnum occupare studeas: atque tentandi tuî studio ea dixisse, quæ dixit. Quamobrèm fac exurgas, ac tonso capite, splendidisque his vestibus abiectis, atque induto cilicio, cùm primùm luxerit, ad Regem adeas, Hoc autem scisciante quidnam sibi hic habitus velit, respondè: De ijs rebus, de quibus mecum hesterno die collocutus es, ó Rex, en adsum, paratus te in hac via, quam ingredi constituisti, sequi. Nam etsi deliciæ ac voluptates iucundæ sunt: absit tamen, vt eas post te retineam. At verò virtutis iter, quòd ingredi paras, licèt arduum & asperum sit, tamen, modò tecum sim, facile & procliue ac iucundum erit. Vt enim me oblectamentorum huius vitæ socium habuisti: ità etiam molestiarum habiturus es: quò etiam in futurorum bonorum societatem tecum veniam. Præclarus igitur ille vir infirmi hominis verba comprobans, fecit quemadmodùm ipse monuerat. Eum itaque Rex videns, atque audiens, hac quidem de causa delectatus est, ipsius nimirùm erga se beneuolentiam admirans: atque falsa esse, quæ aduersùs eum ad se delata fuerant, intelligens, maiore eum honore, atque apud se authoritate ac familiaritate, donauit. Cæterùm aduersùs monachos rursùm ira exarsit, eorum scilicet hæc præcepta esse dicens, vt homines ab huiusce vitæ voluptatibus abstineant, atque incerta spe tanquàm per somnum sese illudi sinant. Cùm autem rursùs ad venationem egrederetur, duos monachos per desertum iter facientes cernit. Quos statìm comprehendi, & ad currum suum adduci iussit. Atque iracundis oculis eos intuens, ignemque, vt dici solet, spirans, An non audijstis, inquit, ô impostores & circunscriptores, præcones meos apertè proclamantes, nè quis vestri diabolici instituti post triduum in vrbe, aut vlla regni mei regione inueniretur, aut alioquì prorsùs igni cremaretur? Monachi autem, En, inquiunt, pro eo ac iussisti, ex vrbibus tuis ac regionibus excedimus. Verùm cùm longum nobis iter propositum sit, vt ad fratres nostro proficiscamur, ac cibo careamus, hac via incedimus, vt nobis viatica suppetant, nec fame absumamur. Rex autem inquit: Qui mortis minas metuit, huic cibos comparare minimè vacat. Monachi autem, Rectè dixisti, ô Rex, inquiunt: qui mortem metuunt, id curant, quonam pacto eam effugiant. Quinam autem hi sunt, nisi qui fluxis rebus intabescunt, easque ad stuporem vsque mirantur? Qui quidem cùm in altera vita quicquam boni sese consecuturos esse desperent, à præsentibus

Princeps ab impijs apud Regem delatus, egregiè se expurgat.

Quinam sint, quibus mors terori esse soleat

Universidad de Deusto
Biblioteca

sentibus diuelli nequeunt, ob eamque causam mortem timent. At nos, qui iampridèm mundum, & ea quæ in mundo sunt, odio prosequimur, arctamque & anguſtam viam Christi causa ingredimur, nec mortis metu, nec præsentium rerum cupiditate afficimur: verùm futurarum duntaxàt rerum desiderio tenemur. Quoniam igitur mors ea, quam nobis infertis, ad sempiternam & præstantiorem vitam transitus efficitur, idcircò cupiditati potiùs nobis est, quàm terrori. Hic autem ex hoc ipso sermone intimis visceribus discruciatus, ait: Dic mihi, charissime fili, quisnam sit hic mœror qui te obsidet: ac statim eum in gaudium commutare studebo. Tum puer, Expone, inquit, quidnam causæ sit, cur hîc detinear, atque inter muros & ianuas abs te concludar, eoque statu sim, vt à nemine adiri ac cerni queam. Quoniam, ó fili, inquit Rex, nolo quidquam videas, quod perturbet, aut molestiam afferat, tibique voluptatem interpellet. Siquidem hoc ago vt in perpetuis delicijs, atque omni gaudio, animique voluptate, omne vitæ tempus traducas. At velim scias, ó here, inquit filius ad patrem, me hoc modo non in gaudio atque animi voluptate, sed potiùs in afflictione atque ingenti anguſtia vitam agere: adeò vt ipse quoque cibus ac potus fastidio mihi & acerbitati sit. Etenim gestit animus ea, quæ extra has ianuas sunt, perspicere. Quamobrem si me lætè ac iucundè viuere cupis, iube me arbitratu meo foràs progredi, atque earum rerum, quarum prospectus mihi negatur, spectaculo animum oblectare. Hæc vt Rex audiuit, mœstitia affectus est, illudque cogitabat, fore, vt si illi quod petebat denegaret, maiorem ei mœrorem ac solicitudinem afferret. Quocirca se, quæ grata ipsi essent, facturum dixit. Ac statim eximios equos, ac satellitum manum regiæ dignitati congruentem parari iussit, eique foràs, quotiès vellet, progrediendi potestatem fecit. Ijs autem, qui cum eo versabantur, summopere mandauit, vt curarent nè quid iniucundi obuiàm haberet: verùm, quicquid pulchrum & amœnum ac iucundum esset, ipsi ostenderent, choreasque in vijs agitarent, suauissimisque cantionibus operam darent, ac varia spectacula constituerent: vt ipse mentem his rebus occuparet atque oblectaret. Cùm igitur Regis filius ad hunc modum foràs crebrò progrederetur, quadam die ministrorum obliuione factum est, vt duos viros perspiceret, quorum alter lepra, alter cæcitate laborabat. Quos conspicatus, atque animi mœstitia affectus, ab ijs qui secum erant, quinam hi essent, & quodnam graue hoc spectaculum esset, percontatus est. Illi autem, cùm id, quod in ipsius adspectum venerat, occultare non possent, has humanas calamitates esse responderunt, quæ ex corrupta materia, & corpore vitiosis humoribus pleno mortalibus contingere solerent. Tum ille: Cunctisne hominibus hæc accidere consueuerunt? Non cunctis, inquiunt illi, verùm ijs duntaxàt, quorum valetudo propter improbos humores deprauata sit. Rursùm igitur scisciari perrexit adolescens: Si non omnes homines in has calamitates incidere consueuerunt, sed quidam duntaxàt, exploratúmne est, quinam sint, quos malorum acerbitates arrepturæ sint, an contrà citra vllam distinctionem, atque ex improuiso conflantur? Et quis tandèm hominum, responderunt illi, futura perspicere, ac perfectè intelligere queat? Hoc enim humanæ naturæ captum excedit, ac solis immortalibus dijs attributum est. Hîc percontandi quidem finem fecit Regis filius: verùm ex huiusmodi spectaculo dolorem animo cepit, reique nouitate ità affectus est, vt oris ipsius forma immutaretur. Rursùm autem foràs progrediens, in capularem quendam senem incidit, rugata facie, fractis ac dissolutis tibijs, curuo corpore, capite prorsùs cano, qui præterea dentibus carebat, atque concisum quiddam & interruptum loquebatur. Stupore itaque correptus, cùm hominem eum propiùs ad se adduci iussisset, eos, qui tum aderant, interrogabat, ecquidnam tam insolens spectaculum esset. Illi autem dixerunt: Hic ætate valdè prouectus, ac paulatim decedentibus ipsi viribus, membrisque imbecillitatem contrahentibus, ad hanc, quam cernis, ærumnam peruenit. Et quisnam, inquit ille, ipsius finis est? Nihil aliud, inquiunt illi, quàm mors ipsum excipiet. Omnibúsne hominibus, inquit ille, hoc propositum est, an quibusdam duntaxàt contingit? Responderunt illi: Nisi mors anteuertens, aliquem hinc abducat, fieri non potest, quin temporis progressu statûs huiusce periculum non faciat. Tum adolescens: Quoto anno hoc cuipiam contingit? atque prorsúsne mori necesse est, neque ars vlla est, qua mortem effugiamus, atque in hanc calamitatem minimè incidamus?

Mors pijs allata, trãsitus est ad vitam.

Cur pij interdũ grassante persecutione secedant.

nachi igne Sancti mo exuruntur.

De Regis filio: & quo pacto ei à patre potestas facta fuerit è palatio, quotiès vellet, egrediendi. CAP. V.

S. Iosaphat Aethiopum ac Persarũ doctrina plenarie imbutus.

AT Regis filius, de quo initio nobis oratio instituta est, in palatio, quod ipsi extructum fuerat, ità manens, vt à nemine adiri posset, iuuenilem tandèm ætatem attigit (cùm intereà omnem, tam Aethiopum, quàm Persarum, doctrinam percepisset) prudens & cordatus, atque omnibus virtutum dotibus illustris. Quin naturales etiam quæstiones præceptoribus suis proponebat: adeò vt ipsi quoquè adolescentis ingenium, ànimique acumen admirarentur, Rexque etiam ipse ex vultûs illius venustate, animique habitu, in stuporem traheretur. Mandabat autem his, qui cum eo versabantur, vt darent operam, nè quid prorsùs eorum, quæ in hac vita molesta sunt, intelligeret, nec omninò quòd mors præsentes voluptates exciperet. Cæterùm inani

In cælũ sagittas mittere, puer. de inani conatu.

spe nitebatur, atque (vt prouerbio dicitur) in cælum sagittas mittere conabatur. Quonam enim modo mors humanæ naturæ incognita esse posset? Itaque ne pueri quidem cognitionem effugit. Nam cùm animum summa sagacitate ornatum & instructum haberet, secum ipse considerabat, quidnam patrem adduxisset, vt ipsi omnium aditum interdiceret, nec quemlibet ad se accedere pateretur. Per se enim intelligebat, hoc citra patris imperium non fieri. Cæterùm ipsum interrogare verebatur, tum quòd minimè vero consentaneum esse diceret, quin pater ea, quæ ipsi conducerent, animaduerteret: tum quòd illud secum reputaret, si id de patris voluntate fieret, quantumlibet ipse percontaretur, se tamen rei veritatem minimè intellecturum esse. Quapropter ex alijs, ac non à patre, hæc scire constituit. Itaque cùm vnum è pædagogis reliquis chariorem ac familiariorem haberet, eumque maiore adhuc beneuolentia sibi deuinxisset, atque amplissimis muneribus affecisset, ab eo sciscitabatur, quidnam Regem impulisset, vt eum in hoc septo inclusum teneret. Illud etiam adiungebat: Si mihi apertè hoc exposueris, omnibus te anteponam, perpetuæque amicitiæ fœdus tecum feriam. Pædagogus autem, vt qui etiam ipse prudens & cordatus esset, puerique sagacitatem, ac numeris omnibus absolutam prudentiam exploratam haberet, neque sibi ab eo periculum vllum conflatum iri existimaret, omnia ei sigillatim expoſuit, nempe & persecutionem aduersùs Christianos, ac potissimùm aduersùs eos, qui se pietati colendæ totos deuouissent, promulgatam: & quemadmodùm ab omnibus finitimis locis expulsi & eiecti fuissent: atque itèm ea, quæ ipso in lucem edito Astrologi prædixissent. Nè igitur, inquit, audita eorum doctrina, eam religioni nostræ præferas, idcircò à Rege data opera est, nè multi tecum consuetudinem haberent, sed pauci omninò. Ac nobis etiam atque etiam mandauit, vt studeremus, nè quid huiusce vitæ molestiarum per nos intelligeres. Hæc vt adolescens audiuit, nullum alterum verbum adiunxit. Cæterùm salutaris sermo ipsius pectus tetigit,

Intelligit à pædagogo cur reclusus à patre fuerit.

tigit, ac Paracleti gratia spirituales ipsius oculos aperire aggressa est, eum ad verum Deum tanquàm porrecta manu ducens, quemadmodùm orationis progressu demonstrabimus. Cùm autem Rex ipsius pater crebrò eum viseret, (singularis etenim ipsius erga eum amor erat) quadam die his verbis ad eum filius vsus est: O here, ac Rex, aliquid ex te scire cupio, cuius causa perpetuus mœror, atque omnis intermissionis expers solicitudo animum meum exest, ac conficit. Pater

Datur ei potestas foràs progrediendi quotiès vellet.

Miratur Iosaphat se delicijs enutritus humanas calamitates,

Universidad de Deusto
Biblioteca

damus? Dicunt ei: Octogesimo aut centesimo anno ad hanc senectutem homi-
Mors naturale debitū est. nes perueniunt, ac deindè moriuntur: nec aliter fieri potest. Debitum enim natu-
rale mors est, hominibus ab initio impositum: neque vlla ratione ipsius aduentus
vitari potest. Hęc omnia vt sagax ille ac prudens adolescens audiuit, atque intelle-
xit, intimo corde ingemiscens, dixit: Acerba hæc vita est, atque omni dolore ac
mœstitia plena, si res ità se habet. Et quonam modo quispiam in incertæ mortis ex-
pectatione, cuius aduētus non modò vitari non potest, sed etiam, vt dixistis, incer-
tus est, securo animo erit? Abijtque hęc secum voluens, atque assiduè considerans,
mortisque memoriam identidèm animo repetens, ac deincèps in doloribus ani-
mique consternatione viuens, atque in perpetuo mœrore degens. Atque apud se
dicebat: Ergóne mors me aliquandò corripiet? Et quisnam erit, qui mei post mor-
tem meminerit, cùm tempus omnia obliuione contriuerit? Num prætereà morte
functus in nihilum dissoluar: an contrà altera quædam vita est, & alter mundus?
Hæc, & his similia, perpetuò cogitans, pallore conficiebatur. Præsente tamen pa-
tre, si quandò ad eum veniret, hilarem ac mœrore vacuum animum præ se ferebat.
Omni conatu nititur ad cognitionē veritatis peruenire S. Iosaphat. quòd scilicet ea, quæ cogitabat, ad ipsius cognitionem venire nollet. Incredibilem
autem in modum aliquem nanciscī cupiebat, qui ipsius pectori certam fidem fa-
go eo, cuius antè mentionem fecimus, rursùm quærit, num quem nôrit, qui ad
eam rem, cuius cupiditate flagrabat, adiumento ipsi esse, ipsiusque mentem, gra-
uibus cogitationibus æstuantem, atque huiusmodi curam abijcere nequeuntem
confirmare possit. Ille autem, ea, quæ priùs dicta fuerant, in memoriam rursùs
ipsi reuocans, dicebat: Iam quoquè priùs tibi expositi, quemadmodùm pater tuus
sapientes illos viros, ac pietati colendæ deuotos, qui de huiusmodi rebus dispu-
tant, partim obtruncârit, partim irato atque infenso animo expulerit. Nec vllum
ciusmodi in tota hac vndiquè regione cognosco. Quo quidem nomine magna
ille molestia impletus, grauique animi vulnere affectus, ei similis erat, qui ingen-
tem thesaurum amisit, atque in eius inuestigatione mentem totam occupatam ac
defixam habet. Ac proindè in perpetuo languore & solicitudine versabatur,
omnesque mundi iucunditates & voluptates in ipsius oculis piaculi cuiusdam &
execrationis instàr erant. Cùm autem hoc animi statu esset, ac magno cum gemi-
tu bonum inuenire cuperet, insomnis ille oculus, qui omnia cernit, atque omnes
1. Tim. 2. saluos fieri, & ad veritatis agnitionem venire vult, ipsum adspexit, suamque ipsi
consuetam benignitatem ostendens, quodnam iter tenendum esset, hoc modo de-
monstrauit.

Barlaam callida arte ad Regis filium accedit: ac pulchra parabola ostendit homines ex habitu externo minimè æstimandos esse.

CAP. VI.

ERat enim eo tempore monachus quidam diuinarum rerum peritus, vitæ
que ac sermone ornatus, atque in omni monastica viuendi ratione sum-
moperè versatus: vndè oriundus, aut ex quo genere, dicere nequeo, verùm
in solitudine quadam Sennaaritidis terræ domicilium habens, ac sacerdo-
Barlaam diuino admonitu in Indiam proficiscitur. tij dignitate præditus. Huic porrò seni Barlaam nomen erat. Hic igitur, cùm diui-
no quodam admonitu quonam statu Regis filius esset, comperisset, è solitudine
egressus, ad cultam & habitabilem terram profectus est: mutatoque habitu suo,
atque indutis mundanis vestibus, & conscensa naui, ad Indorum regnum se contu-
lit, ac mercatorem se esse fingens, in eam vrbem, in qua Regis filius palatium habe-
bat, ingreditur. Permultosque dies illic commoratus, qui rerum ipsius status esset,
diligenter exquisiuit, & quinam essent, qui propiùs ad eum accedere solerent. Cùm
igitur pædagogum eum, de quo superiùs à nobis mentio facta est, ipsi omnium fa-
miliarissimum esse intellexisset, forsùm eum conueniens, his verbis vsus est: Scias
Mercatorē se dicit. velim, domine mi, me mercatorem esse, atque ex longinqua regione venisse, exi-
mijque pretij lapidem habere, cui nullus vnquàm similis inuentus est: quemque
nemini adhuc ostendi. Tibi autem hoc declaro, quòd te prudentem ac cordatum
virum esse videam: vt me ad Regis filiū introducas, ipsique eum dono dem. Siqui-
dem bona omnia incomparabiliter antecellit. Nam & ijs, qui cordis oculis capti
sunt, sapientię lucem affert, & surdis aures aperit, & mutis vocem impertit, & egro-

tantes in sanitatem asserit, & stultos sapientia donat, & dæmones pellit, ac deni-
què quicquid pulchrum & expetendum est, domino suo vberrimè suppeditat. Ait
ad eum pædagogus: Te quidem hominem grauis atque constantis animi esse vi-
deo: cæterùm verba tua immodicam quandam iactantiam præ se ferunt. Quot
enim excellentes atque ingentis pretij lapides & vniones viderim, quonam modo
enumerando recen sere queam? nec tamen vnquàm aut vidi, aut audiui, qui eas,
quas commemorâsti, vires haberent. Veruntamen eum mihi ostende: ac si talis
est, qualem ais, sine vlla cunctatione ad Regis filium te introducam, qui te maxi-
mis honoribus ac beneficijs ornabit. Priusquàm autem per ipsum oculorum ob-
tutum, qui falli nequit, dicta tua confirmâris, fieri non potest, vt domino meo ac
Regi de re incerta & incognita hæc tam immodica ac prætumida renunciem. Di-
xit autem Barlaam: Rectè dixisti te huiusmodi vires ac facultates, nec vnquàm
perspexisse, nec audijsse. Etenim oratio ad te mea, non de re vulgari, sed ingenti
quadam & admiranda est. Quòd autem cum cernere quæsiuisti, audi quid dicam.
Christus vt lapis Euangelicus, non nisi à mundis corde conspicitur. Lapis hic summi pretij, præter eas, quas dixi, vires & facultates, hanc etiam habet.
Eum enim promptè ac facilè prospicere non potest, qui sanum ac firmum ocu-
lum, corpusque purum, atque ab omni spurcitie alienum non habet. Nam si
quis, his duabus rebus non rectè comparatis, in hunc pretiosum lapidem ocu-
los temerè ac petulanter inijciat, ipsa quoquè scilicet, qua præditus est, cernendi
vi, ac mente insuper mulctabitur. Ego porrò, vt potè medicinæ minimè rudis &
ignarus, oculos tuos parùm sanos esse conspicio: ac proindè vereor, nè hanc quo-
què, quam habes, cernendi facultatem amittas. Verùm de Regis filio audiui, eum,
tum vitæ castitate præditum esse, tum pulchros ac perspicaces oculos habere.
Quocircà thesaurum hunc ipsi ostendere minimè dubitabo. Quamobrèm nè
commiseris, vt hoc negligas, ac re tanti momenti dominum tuum priues. Ille
autem ad eum dixit: Si hæc ità se habent, nè mihi lapidem ostendas. Siquidem
plurimis peccatis vita mea inquinata est: ac prætereà ne oculos quidem satis sa-
nos habeo. De hac autem re dominum meum Regem certiorem facere minimè
cunctabor. Hoc sermone habito, ad Regis filium ingressus, omnia ei sigillatim ex-
posuit. Ille autem, vt præceptoris verba audiuit, spirituali quadam lætitia & volu-
ptate pectus suum afflari sensit. Ac velut numine correptus, hominem celeriter
introduci iussit. Vt igitur ingressus est Barlaam, eique, quam conueniebat, pacem
dedit, sedere iussus est. Cumque præceptor secessisset, Iosaphat ad Senem dixit: Ve-
lim mihi pretiosum illum lapidem ostendas, de quo magna & admiranda abs te
commemorari præceptor meus mihi narrauit. Barlaam autem suam ad eum disputa-
tionem ad hunc modum auspicatus est: Haudquaquàm æquum est, ô Rex, ad illu-
strem tuam excellētiam, quidquam falsò & inconsideratè à me dici. Omnia enim,
quæ de me ad te allata sunt, vera atque ab omni dubitatione aliena sunt. Verùm
nisi prudentiæ tuæ priùs periculum fecero, nefas est hoc mysterium tibi declarare.
Ait enim Dominus meus: Exijt qui seminat, seminare. Et dum seminat, alia quidem
ceciderunt secus viam, & volucres cæli comederunt illa. Alia ceciderunt super
petrosa, vbi non erat terra multa, & confestim exorta sunt, cò quòd non haberent
terram multam. Sole verò exorto æstuauerūt, & quia non habebant radicem, aru-
erunt. Alia autem ceciderunt inter spinas, & surgentes spinæ suffocauerunt ea.
Alia postremò ceciderunt in terram bonam, & dederunt fructum centuplum.
Quocircà, si in corde tuo frugiferam ac bonam terram inuenero, diuinum semen
in te conijcere, atque ingens mysterium tibi aperire minimè dubitabo. Si autem
petrosa ea & spinea fuerit, viaque à quolibet calcata, omninò salutare hoc semen
haudquaquàm serere, ipsumque auibus & feris, ante quas margaritas proijcere mi-
hi prorsùs interdictum est, in prædam obijcere præstiterit. Verùm de te meliora
ac saluti viciniora confido: nempe quòd & lapidem, qui pretium omne superat,
videbis, ac per luminis ipsius splendorem hoc consequeris, vt ipse quoquè lumen
efficiaris, fructumque centuplum feras. Etenim tua causa longam viam conficere
studui, vt quæ nunquàm vidisti, tibi ostenderem, atque ea docerem, quæ nunquàm
audijsti. Dixit autem ad eum Iosaphat: Equidem ipse, venerande Senex, incredibi-
li quodam, atque eiusmodi, qui nullo modo coërceri queat, desiderio teneor, no-
uum quendam ac bonum sermonem audiendi. Atque ignis in pectore meo incen-
sus est, qui me ad necessarias quasdam quæstiones intelligendas vehementer in-
Quibus pia doctrina præd canda sit.
S. Barlaam ad filiū Regis oratio.
Matth. 13.
S. Iosaphat prudens responsum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

flammat. Cæterùm adhuc hominem nanciſci mihi non licuit, qui de hac re certam mihi fidem facere poſſet. Quòd ſi ſapientem quendam & doctrina præditum virum nactus fuero, ac ſalutarem ſermonem audiero, nec auibus, vt opinor, nec feris, eum tradam: nec rurſùm petroſus & ſpineus, vt tuis verbis vtar, ero. Quin potiùs & candido ac ſincero animo eum excipiam, & eruditè ac diligenter conſeruabo. Tu verò ſi quid eiuſmodi nôſti, nè quæſo id reticeas, verùm mihi narres. Quamprimùm enim è longinqua regione te veniſſe audiui, animi voluptate affectus ſum, atque in bonam ſpem veni, fore, vt opera tua id quod cupiebam, conſequerer. Eoque nomine ſtatim te ad me introduxi, comiterque, tanquàm familiarium meorum & æqualium aliquem excepi. Atque vtinàm ſpe mea minimè fallar. Dixit autem Barlaam: Præclarè, atque, vt regia magnificentia dignum erat, hoc feciſti, vt non ad externæ vilitatis ſpeciem animum adijceres, verùm abſtruſæ ſpei teipſum traderes. Erat enim aliquandò magnus quidam & illuſtris Rex, cui, cùm in aureo curru, ſatellitum manu regia maieſtate digna cinctus iter faceret, contigit, vt duos viros, laceris & ſordidis veſtibus, atque ore macie confecto, ac maiorem in modum pallido, obuios haberet. Regi porrò exploratum erat, eos corporis afflictatione, ac vitæ Deo conſecratæ laboribus carnes ſuas ità confeciſſe. Vt igitur eos vidit, è curru ſtatim deſiliens, atque humi proſtratus, eos adorauit: ac deindè ſurgens, amiciſſimè complexus eſt, & ſalutauit. Proceres autem ipſius ac præfecti hoc moleſtè tulerunt, cum ſinus regia gloria indignum admiſiſſe exiſtimantes. Verùm cùm coràm ipſum reprærhendere minimè auderent, cum germano ipſius fratre agebant, vt Regem admoneret, nè diadematis amplitudinem & ſublimitatem ad hunc modum dedecore ac contumelia afficeret. Cùm itaque ipſe hæc fratri dixiſſet, atque intempeſtiuam & præpoſteram ipſius humilitatem accuſâſſet, reſponſum ipſi Rex dedit, quod à fratre minimè intellectum eſt. Mos enim Regi erat, vt cùm aliquem morte mulctaret, præconem cum tuba, quæ quidem mortis id circò dicebatur, ad ipſius fores mitteret. Atque ex tubæ illius clangore omnes ei moriendum eſſe intelligebant. Itaque cùm adueſperâſſet, letalem tubam ad fratris ſui fores clangorem edituram Rex miſit. Vt igitur ille hanc tubam audiuit, deſperata ſalute per totam noctem domeſticis rebus conſuluit. Manè autem atra ac lugubri veſte indutus, cum vxore ac liberis ad palatij fores flens ac lamentans profectus eſt. Cùm autem Rex ipſum ad ſe admiſiſſet, atque ità eiulantem vidiſſet, his verbis vſus eſt: O ſtulte ac demens, ſi fratris tui, cum quo idem tibi genus, & par honor eſt, in quem nullius omninò ſceleris tibi conſcius es, præconem ità extimuiſti, quonam modo mihi reprærhenſionis notam idcircò inuſiſti, quòd Dei mei præcones, qui mortem, ac Domini, in quem me multa & grauia ſcelera perpetrâſſe ſcio, pertimeſcendum aduentum mihi quauis tuba vocaliùs altiuſque denunciant, humiliter ac demiſsè ſalutârim? En igitur, vt tuam amentiam coarguerem, hac ratione vſus ſum: quemadmodùm etiam eos, qui tibi, vt me reprehenderes, in animum induxerunt, ſtatim ſtolidos & amentes eſſe demonſtrabo. Atque ità curatum, & vtiliter inſtructum fratrem ſuum domum remiſit. Iuſſit autem è ligno quatuor arcas effici, quarum cùm duas vndiquè auro contexiſſet, fœtidaque cadauerum oſſa in eas iniecíſſet, aureis ſeris eas obfirmauit: reliquis autem duabus pice ac bitumine oblitis, pretioſiſque lapidibus & exquiſitis vnionibus, omnique vnguentaria fragrantia impletis, aſperisque funibus conſtrictis, proceres eos, à quibus ob virorum illorum occurſum reprærhenſus fuerat, ad ſe acciuit, ipſisque quatuor has arcas propoſuit, vt, quanti hæ, quantique illæ pretij eſſent, æſtimarent. Illi autem duas eas, quæ inauratæ erant, maximi pretij eſſe aſſerebant. neque enim aliter fieri poſſe inquiebant, quin in ipſis regiæ coronæ ac cingula recondita eſſent. Eas contrà, quæ pice ac bitumine oblitæ erant, viles omninò, ac nullius pretij eſſe aiebant. Rex autem ipſis dixit: Neme quidem fugiebat, vos hoc dicturos eſſe. Nam ſenſilibus oculis ea quæ in ſenſum cadunt, perſpicitis. Atqui non ità faciendum eſt: verùm interioribus oculis, ſiue pretium, ſiue vilitatem & fœditatem, quæ intùs condita eſt, ſpectare oportet. Ac protinùs inauratas arcas aperiri iuſſit. Quibus patefactis, grauis quidam ac teter odor exhalauit: atque iniucundiſſimum ſpectaculum oculis obiectum eſt. Ait itaque Rex: Hic eorum typus eſt, qui cùm ſplendidis & illuſtribus veſtibus

Egregia ſimilitudine inſtruit Barlaam filium Regis.

Homines non ex habitu externo æſtimandi ſunt.

ſtibus vtantur, atque ob ingentem gloriam & potentiam inſolenter ſe efferant, intùs tamen fœtidis cadaueribus ac flagitijs pleni ſunt. Pòſt autem, cùm eas, quæ pice ac bitumine oblitæ erant, aperiri iuſſiſſet, omnes eos qui aderant, ſplendore, atque odoris ſuauitate, quæ in ipſis recõdita erat, oblectauit. Dixitque eis: Scitis cuinam rei hæ arcæ ſimiles ſint? Humilibus nimirùm atque abiectis illis viris, vilibusque veſtibus indutis, quorum vos externum habitum intuentes, contumelioſe ac probro mihi duxiſtis, quòd ante eos in terram me abiecíſſem. Ego autem eorum dignitatem atque animarum pulchritudinẽ ſpiritualibus oculis conſiderans, ex ipſorum contactu gloriam cõtraxi, cosque quauis corona & quauis regia purpura præſtantiores exiſtimaui. Ad hunc igitur modum pudorem ipſis incuſſit, eosque in his rebus, quæ in adſpectum cadunt, minimè oberrare docuit, verùm ijs animum adiungere, quæ intellectu percipiuntur. Itaque ad pij & ſapientis Regis ſimilitudinem ipſe quoquè acceſſiſti: vt qui bona ſpe nixus me ſuſceperis: quę quidem, vt opinor, minimè te fallet. Dixit autem ad eum Ioſaphat: Hæc omnia pulchrè atque conuenienter dixiſti. Verùm illud ſcire auco, quiſnam ſit tuus Dominus, quem tu orationis initio de illo ſeminatore verba feciſſe dicebas.

Quibus ſimiles ſint, qui externè tantùm pulchri ſunt.

Barlaam orthodoxam doctrinam Regis filio exponit.

CAP. VII.

RVrsùs igitur ſermonem aſſumens Barlaam, dixit: Si, quiſnam Dominus meus ſit, intelligere cupis, Dominus Ieſus Chriſtus eſt, vnigenitus, inquã, ille Dei filius, ille beatus & ſolus potens, ille Rex regum & Dominus dominantium, qui ſolus habet immortalitatem, ac lucem habitat inacceſſibilem, qui cum Patre & Spiritu ſancto glorificatur. Neque enim ex eorum numero ſum, qui multos hos & petulantes deos colunt, atque hæc animæ expertia & ſurda ſimulacra venerantur. Verùm vnum Deum agnoſco & confiteor, qui in tribus perſonis, hoc eſt Patre & Filio & Spiritu ſancto, atque vna natura & eſſentia, in vna gloria & regno minimè diuiſo glorificatur. Hic igitur in tribus perſonis vnus Deus, principij ac finis expers, ſempiternus, increatus, immutabilis, corpore vacans, inuiſibilis, circunſcriptione carens, animi comprehenſionem fugiens, ſolus bonus ac iuſtus eſt: qui omnia, tam quæ oculis cernuntur, quàm quæ oculorum obtutum fugiunt, ex nihilo in ortum produxit: primùm ſcilicet inuiſibilium ac cæleſtium virtutum innumerabilem quãdam multitudinem à materia & corpore ſecretam, hoc eſt adminiſtros diuinæ maieſtatis ſpiritus: deindè autem mundum hunc in adſpectum cadentem, hoc eſt cælum ac terram, & mare, quem etiam lætiſſima luce coornauit, cælum nempe Sole ac Luna & ſideribus, terram autem omnis generis ſtirpibus, ac varijs animantibus, mare denique num eroſiſſimis piſcium generibus. Hæc omnia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Pòſt autem hominem ſuiſmet manibus effingit, ſumpto nimirùm à terra ad corporis compoſitionem luto, anima autẽ rationis & intelligentiæ participe per ſuam inſufflationem ipſi tributa, quæ quidem ad Dei imaginem & ſimilitudinem effecta eſſe ſcripta eſt: ad imaginem videlicet, propter vim intelligendi atque arbitrij libertatem: ad ſimilitudinem autem, propter virtutis ipſius, quoàd eius fieri poteſt, imitationem. Hunc porrò hominem, arbitrij libertate atque immortalitate donatum, eorum, quę in terra ſunt, Regem conſtituit. Atque ex ipſo fœminam, quę ipſi auxilio eſſet, ipſi ſimilem effecit: conſitoque in Edem ad Orientem paradiſo, voluptatis omnis atque oblectamenti pleno, hominem, quem effinxerat, in ipſo collocauit: ſic quidem, vt diuina omnia ligna, quæ illic erant, ſine vllo impedimento eum percipere liceret, vnius autem duntaxàt deguſtatione interdiceret (quod quidem lignum ſcientiæ boni & mali appellatum eſt) his verbis vtens: Quacunque die comederitis ex eo, morte moriemini. Enimuerò vnus ex prædictis angelicis copijs, qui vni agmini præerat, cùm naturalis vitij ne minimum quidem veſtigium à Creatore acceptiſſet, verùm boni cauſa procreatus fuiſſet, libera mentis inductione à bono in malũ deflexit, atque inſolẽtia elatus, aduersùs Dominũ ac Deum rebellare voluit. Ac propterea ex ordine ſuo ac dignitate expulſus eſt, atque pro beata illa gloria & angelico nomine, diaboli ac ſatanæ nomen conſecutus eſt. Deus enim ipſum, vt cæleſti gloria indignum, præcipitem è cælo exturbauit. Cum eo porrò ſimul auulſa & eiecta eſt ingens angelorum, qui ipſi ſuberant, multitudo: qui quidem

Reum creatio.

Gen. 1. Nazian. 2. Orat. de Paſch.

Pſal. 148.

Gen. 2.

Diaboli à Deo defectio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diaboli in hominem inuidia. Sap.2.

mentis inductione mali effecti, ac boni loco principis sui defectionem secuti, dæmonum nomen, vt impostores ac circunscriptores, acceperunt. Diabolus igitur, abiurato prorsùs bono, malaque natura assumpta, inuidiam aduersùs hominem concepit, propterea quòd seipsum è tanta gloria eiectum, illum autem ad tantum honorem subuectum perspiceret: eumque è beata illa viuendi ratione deijcere moliebatur. Quarè serpētem impostura suæ officinam nactus, per eum fœminam conuenit. Cumque eam spe diuinitatis adduxisset, vt interdictum lignum degustaret, per eam postea etiam Adamum (nam hoc primo homini nomen fuit) in fraudem impulit. Porrò autem, vt primus homo cōtra diuinum imperium interdictam plantam degustauit, à summo parente atque architecto è deliciarum paradiso exterminatur, atque beatæ illius & ab exitio immunis vitæ loco in hanc (heu) miseram vitam incidit, ac postremò morte mulctatur. Atque hinc vires nactus

Diluuium. Gen.7.

diabolus, & victoria elatus, aucto hominum genere, omne improbitatis genus ipsis in animum iniecit. Ex quo factum est, vt Deus ingentem peccati impetum coërcere ac reprimere volens, terræ diluuium induxerit, atque omnem animam viuentem extinxerit. Cùm autem vnum duntaxàt in illa ætate iustum virum inuenisset, hunc cum vxore ac liberis in arca quadā seruatum, solum in terra constituit. Posteaquàm autem rursùm homines numero augeri cœperunt, Dei obliuione capti sunt, atque ad grauiorem impietatem proruperunt, vt qui diuersis peccatis

Varia falsę religionis genera.

in seruitutem se addixerint, atque in varia errorum genera distraxerint. Alij enim casu ac fortuitò omnia ferri, prouidentiæque expertia esse censuerunt: tanquàm scilicet nullus Dominus sit, qui ea regat ac moderetur. Alij fatum inuexerunt, natalitijsque sideribus omnia commiserunt. Alij multos deos malos, ac multis vitiosis affectionibus laborantes coluerunt: quò videlicet suarum affectionum & grauium flagitiorum defensores, & patronos eos haberent. Quorum etiam formas

Dij gentiū quales sint.

pictura exprimentes, surdas statuas, ac sensu carentia simulacra in altum erexerūt, eaque in templis inclusa coluerunt & adorârunt, seruientes nimirùm creaturæ potiùs quàm Creatori. Quidam enim Solem & Lunam ac sidera, quæ Deus ad lucem terreno huic mundo afferendā posuit, coluerunt: quę quidem anima & sensu carent, ac Creatoris prouidentia illuminantur & conseruātur, non aūt quicquam per se virium habent. Alij autē ignem & aquam ac reliqua terræ elementa, quibus nec anima nec sensus inest. Neque eos, qui anima & ratione præditi sunt, eiusmodi rebus cultum adhibere puduit. Alij feris, & reptilibus, & pecudibus, & quadrupedibus animantibus venerationem tribuerunt: hinc scilicet sese rationis magis expertes ostendentes, quàm ea ipsa quæ colebant. Alij turpiū quorundam & abiectorum hominum formas depinxerunt, eosque deos appellârunt, partim masculos, partim fœminas: quos etiā ipsimet adulteros, & homicidas, & iracūdos, & inuidos, & furiosos, & parricidas, & fratricidas, & fures, & raptores, & claudos, & debiles, & veneficos, & insanos esse tradiderunt, atque horū nonnullos mortem obijsse, nonnullos fulmine percussos fuisse, nōnullos hominibus seruijsse, atq; exules extitisse, nonnullos vulnera accepisse ac lamenta edidisse, atque ob improba & fœda flagitia in animalia sese immutâsse. Quò fiebat, vt homines ab ipsis dijs occasionem sumerent, omni impuritatis genere sese contaminarent. Actum horrenda quidem

Psal.13.

caligo genus nostrū tenebat: neque erat qui intelligeret, nec qui Deum requireret.

Abrahā ex rebus cōditis conditorē agnoscit.

Ea autem ætate Abraham solus inuentus est, qui animæ sensum firmum ac valentem haberet, atque ex rerum conditarum prospectu cōditorem agnosceret. Nam cùm cælum ac terram & mare, Solem itèm & Lunam ac reliqua considerâsset, huiusmodi ornatum concinniatis plenum admiratus est. Cumque mundum, & ea quæ in ipso sunt, conspexisset, non casu ac fortuitò ea extitisse atque conseruari existimauit. Nec rursùm terræ elementis, aut inanimis simulacris ornatus huiusce modi causam adscripsit: sed Deum verum per hæc agnouit, atque vniuersi effectorem & conseruatorem esse intellexit. Deus autem eius probitatem animi, atque candorem, rectumque iudicium comprobans, seipsum ei patefecit (non quidē vt

Deus, vt naturâ est, à nemine videri potest.

natura est. neq; enim fieri potest, vt creata natura Deum cernat: verùm per diuinatorias quasdam Dei visiones, quemadmodùm ipse nouit) pleniorem q; sui cognitionem in ipsius animo inserens, gloria eum affecit, sibique famulum adsciuit. Qui quidem per successionem his, qui ab ipso promanârunt, transmissa pietate, eos veri Dei cognitione instruxit. Eamque ob causam Dominus semen ipsius in infinitam multi-

multitudinem excrescere voluit, populumque sibi peculiarem appellauit: eosque, Aegyptiæ gentis, ac tyrāni Pharaonis seruitute pressos, editis horrendis atque admirandis signis & prodigijs per Mosen & Aaronem, viros sanctos, ac Prophetiæ dono præditos eduxit. Quorum etiam opera Aegyptios, pro eo atquè ipsorum improbitas merebatur, excruciauit: Israëlitas (sic enim populus ille, qui ab Abrahamo ortum duxit, vocabatur) siccis pedibus per rubrum mare, scissis videlicet aquis, atque tum à dextra tum à sinistra muri instàr effectis, traiecit. Cùm autem Pharao & Aegyptij à tergo eos sequerentur, reuersæ aque eos prorsùs deleuerunt. Ac posteà, cùm per maxima miracula, diuinosque prospectus, quadraginta annorum spatio populum in deserto deduceret, ac cælesti pane eum aleret, Legem (quæ futurorum typus atq; adumbratio erat) lapideis tabulis diuinitùs inscriptam dedit, eamque Mosi in monte tribuit. Quæ quidem ab omnibus simulacris & fla-

Gen.15. 1.Pet.2. Exod.15. Exod.31. Legis Mosaicæ effectus.

gitiosis actionibus abducebat, solumque verum Deum venerari docebat. Sic igitur per ingentia miracula ipsos in bonam quandam terram induxit, quam olim Patriarchæ illi Abrahamo se ipsius semini daturum receperat Ac longum esset commemorare, quot quamque magna & admiranda, & illustria atque eximia beneficia, quæ numerum omnem excedunt, in eos contulerit. Quibus omnibus id agebatur, vt ab omni nefario cultu & flagitio genus humanum abstraheret, atque in veterem statum reuocaret. Nihilo sciùs tamen adhuc natura nostra erroris libertati seruiebat, ac per diaboli tyrannidem mors in homines regnum obtinebat, omnesque diuina sententia condemnatos in infernum transmittebat. Cùm igitur in eiusmodi calamitatem ac miseriam venissemus, minimè nos despexit is, à quo effícti atque in ortum producti fueramus: neque manuum suarum opus funditùs perire sinit. Verùm benigna Dei ac Patris voluntate vnigenitus Filius & Dei Verbum, qui est in sinu Patris, ille inquam eiusdem cum Patre ac Spiritu sancto substantiæ, ille æuo omni antiquior, ille principij expers, qui in principio erat, & apud Deum ac Patrem erat, & Deus erat, ad seruos suos indulgenter se demittit: & quidem ità, vt hæc demissio, nec verbis declarari, nec mente comprehendi possit. Nam cùm Deus perfectus esset, perfectus homo ex Spiritu sancto & sancta Maria virgine Dei genitrice efficitur, non ex viri semine, aut voluntate, aut concubitu, in labis omnis experte virginis vtero conceptus, sed ex Spiritu sancto, quemadmodùm ante conceptionem Archangelorum vnus missus est, qui nouam illam & admirandā conceptionem virgini nūciaret. Etenim Dei Filius ex Spiritu sancto sine semine conceptus est: compactaque sibi in virginis vtero carne animata anima rationis ac mentis participe, prodijt in vna persona & duabus naturis, perfectus Deus, & homo perfectus, matris virginitatem etiam post partū ab omni labe conseruans. Atque ijsdem omninò, quibus nos, excepto peccato, passionibus obnoxius effectus, infirmitates nostras suscepit, ac morbos nostros portauit. Quoniam enim per peccatum mors in mundum introierat, necesse erat, vt qui redemptionis munere perfuncturus erat, ab omni peccato purus esset, peccatique morti minimè obnoxius. Triginta porrò annis cum hominibus versatus, in Iordanis vndis à Iohanne, viro sancto, ac Prophetarum omnium præstantissimo, baptizatus est. Eoque baptizato, vox eiusmodi de cælo à Deo Patre delata est: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui. Atque Spiritus sanctus columbæ specie in ipsum descendit. Ac deinceps magna & admiranda signa efficere cœpit, mortuos videlicet ad vitam reuocans, cæcis lucē adferens, dæmones in fugam vertens, surdos & claudos curans, leprosos purgans, atque inueteratam naturam nostram vndiquè renouans, operibusque erudiens, ac virtutis viam edocens, atque à corruptione abstrahens, & ad sempiternam vitam iter monstrans. Vndè etiam duodecim discipulos elegit, quos Apostolos nominauit, ipsisque negotium dedit, vt cælestem vitæ rationem prædicarent, quam vt in terra ostenderet, ac nos humiles & terrenos per incarnationem suam cælestes efficeret, venerat. At verò admirandæ ipsius ac deitati consentaneæ vitæ, atque infinitorum miraculorum inuidia & furore commoti, Iudæorum pontifices ac principes, apud quos scilicet eo substantiæ, illo æuo omni antiquior, ille principij expers, qui in principio erat, commorabatur, & ad quorum vtilitatem admiranda huiusmodi signa & prodigia perpetrârat, beneficiorum omnium immemores, eum morte mulctârunt, vno nimirùm ex ipsius discipulis ad ipsum prodendum arrepto. Comprehensumque ipsum Gentibus dediderunt, ipsum inquam, qui omnium vita erat, ac sponte hæc

Hebr.4. Esa.53. Rom.5. Luc.3. Christi miracula. Matth.19. Iudæi inuidia perciti Christum morte afficiunt.

susciepie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſuſcipiebat. Hac enim de cauſa venit, vt noſtra cauſa omnia perpeteretur, quò vi-
delicet nos à vitioſis affectionibus in libertatem vindicaret. Cùm autem multa in
eum ſuppliciorum genera exercuiſſent, eum ad extremum cruce condemnârunt.
Atque omnia in carnis, quam ex nobis aſſumpſerat, natura pertulit: diuina interim
ipſius natura ab omni perpeſſione libera manente. Nam cùm duplici natura præ-
ditus eſſet, hoc eſt diuina, & ea quam à nobis aſſumpſerat, humana quidem natura
perpeſſa eſt: diuinitas autem à perpeſſione immunis & immortalis erat. Cruci igi-
Eſa.53. tur in carne affixus eſt innocens Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Peccatum enim
Rom.5. non fecit: nec inuentus eſt dolus in ore eius. Proindeq; morti obnoxius non erat.
quandoquidem, vt iam dixi, mors per peccatum in mundum introiuit. Verùm
noſtra cauſa carne mortem oppetijt, vt nos à mortis tyrannide redimeret. Deſcen-
dit ad inferos, ijsque contritis, eas, quæ ab orbe condito illic incluſæ tenebantur,
animas liberauit. In ſepulcro conditus, tertia die reſurrexit: cùm ſcilicet mortem
Iohan.20. ſuperâſſet, victoriamque nobis aduerſùs eam donâſſet, atque immortalitatis largi-
Act.1. tor immortalitatem carni cõciliâſſet. Diſcipulis viſus eſt: ipſiſque pacem imper-
Pſal.61. tiuit, ac per eos vniuerſo mortalium generi. Poſt quadraginta autem dies in cælos
aſſcendit, atque in Patris dextra ſedet, rurſumque venturus eſt iudicare viuos &
Act.2. mortuos, ac reddere vnicuique iuxta opera ſua. Poſt glorioſam autem ſuam in cæ-
los aſſcenſionem ſanctiſſimum Spiritum ad ſanctos ſuos diſcipulos in ignis ſpecie
miſit: cuius inſtinctu peregrinis linguis loqui cœperunt, quemadmodùm ipſe da-
Matth 28. bat eloqui illis. Hinc igitur per ipſius gratiam in omnes Gentes diſperſi ſunt, atque
orthodoxam fidem prædicauerunt, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spi-
ritûs ſancti, & docẽtes ſeruare omnia Saluatoris præcepta. Ad hunc igitur modum
Gentes à recta via aberrantes illuſtrârunt, ac ſuperſtitioſum idolorum errorem
de medio ſuſtulerunt. Quanuis autem hoſtis, cladem ſuam indigniſſimè ferens,
nunc quoquè bellum aduerſùs pios exciter, ſtultis videlicet ac ſtolidis perſuadens,
vt idolorum cultum adhuc retineant: imbecilla tamen ipſius vis effecta eſt, atque
ipſius frameæ per Chriſti potentiam in finem defecerunt. En tibi Dominũ meum
ac Deum & ſalutis authorem paucis verbis declaraui. Pleniùs autem eum agno-
ſces, ſi ipſius gratiam in anima tua acceperis, diuinoque beneficio tibi contigerit,
vt ipſius ſeruus ſias.

Ioſaphat Chriſtianam fidem amplectitur: Barlaam de vi Baptiſmi, ac de reſurrectione & iudicio diſſerit. CAP. VIII.

Intelligit Ioſaphat Chriſtũ eſſe lapidem de quo priùs loquebatur Barlaam.

HAEc verba vt Regis filius audiuit, ipſius animus lumine perſtrictus eſt, ac
præ lætitia è ſolio ſuo exurgens, Barlaamque complectens, dixit: Fortaſ-
sè, nisì me coniectura fallit, vir præſtantiſſime, hic eſt inæſtimabilis ille
lapis, quem non abs re occultum tenes, nec cuilibet promiſcuè oſtendis,
verùm ijs demùm, qui ſanis ac firmis animi ſenſibus præditi ſunt. Eccè enim, vt hæc
verba auribus excepi, ſuauiſſima lux pectus meum ſubijt, & graue illud mœroris
velamen, quod iampridèm animo meo vndiquè incumbebat, ſtatìm ſublatum eſt.
Si igitur rectè conijcio, fac quæſo ſciam. Sin autem aliquid his, quæ abs te cõmemo-
Coloſſ.1. rata ſunt, præſtantius nôſti, ne cunctẽris id mihi rurſùs aperire. Rurſùm igitur re-
Heb.11. ſpondit Barlaam: Ità ſanè, mi domine, ac Rex, hoc eſt illud magnum myſterium,
quod abſconditum eſt à ſeculis & generationibus: in extremis autem temporibus
hominũ generi patefactum. Cuius declarationẽ olim per Spiritûs diuini gratiam
multi Prophetæ ac iuſti viri prædixerunt, multifariàm multisque modis edocti,
atque alta voce annunciantes. Cumque ſalutem omninò futuram proſpicerent,
eiusque cernendæ cupiditate tenerentur, non tamen eam perſpexerunt: verùm
Mar.16. vltima hæc generatio diuino beneficio ſalutis authorem ſuſcepit. Quamobrèm
qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Dixit autem Ioſaphat: Omnia ea,
quæ abs te dicta ſunt, ſine vlla dubitatione credo: eumque quem annuncias, Deum
gloria afficio. Hoc vnũ peto, vt ſine vllo errore cuncta mihi declares: quidq; mihi
faciendum ſit, exactè doceas. Atque etiam quidnam baptiſmus ſit, quem ab ijs, qui
Baptiſmus Chriſtianæ fidei radix. fide prædìti ſunt, accipi ais, deinceps fac intelligam. Ille aũt ad eum reſpondit: Sanc-
tæ huius & incontaminatę Chriſtianorũ fidei velut radix ac certum fundamẽtum
diuini baptiſmi gratia eſt, vt quæ omnia à natiuitate cõtracta peccata expiet, atque
ea inquinamenta, quæ ex vitio conflata ſunt, prorsùs expurget. Sic enim Saluator

mandauit, vt per aquam ac Spiritum regeneremur, atque ad veterem dignitatem
redeamus: per orationem videlicet, ac ſalutarem inuocationem, ad aquam acce-
dente Spiritu ſancto. Baptizamur igitur iuxta Saluatoris ſermonem, in nomine Matth.28.
Patris & Filij & Spiritûs ſancti. Atque ità Spiritûs gratia in eius, qui baptizatur, ani-
ma immoratur, eam illuſtrans, ac diuinam reddens, atque imaginem illam ac ſi-
militudinem Dei, ad quam condita eſt, ipſi inſtaurans. Ac deincèps, veteribus Naz. Orat. de ſancto Baptiſm.
omnibus vitij operibus abiectis, nouæ vitæ cum Deo pactum inimus, ac puriorem
viuendi rationem auſpicamur: quò nimirùm etiam cohæredes eorum efficiamur,
qui ad immortalitatem regenerati ſunt, ac ſempiternam ſalutem conſecuti ſunt.
Citra baptiſmum autem fieri non poteſt, vt quiſquam bonam ſpem conſequatur: Sine baptiſmo nulla bona ſpes eſſe poteſt.
quamlibet etiam pios omnes pietate antecelluerit. Sic enim Deus Verbum, qui, Iohan.3.
vt generi noſtro ſalutem afferret, humanitatem ſuſcepit, dixit: Amen dico vobis,
niſi quis regeneratus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cælo-
rum. Quamobrèm ante omnia te rogo, vt animo fidem accipias, ac ſtatìm arden-
tiſſimo quodam deſiderio ad baptiſmum accedas, nec vllam omninò moram ad-
hibeas. Periculoſa ſiquidem eſt dilatio: propterea quòd præſtitutus morti dies in- Periculoſa eſt ſalutis dilatio.
certus eſt. Ioſaphat autem ad ipſum dixit: Et quænam bona illa ſpes eſt, cuius fieri
poſſe negâſti vt quiſquam citra baptiſmum compos fiat? Quidnam etiam illud eſt,
quod cælorum regnum appellas? Vndenam item Dei humanitate induti verba
audiuiſti? Quinam rurſùs eſt incertus morti præſtitutus dies, de quo ingens ſolici-
tudo pectus meum ſubiens, mœroribus ac doloribus carnes meas conficit, atque-
adeò ipſum oſſium robur exeſt? Denique vtrùm morientes in nihilum dilabimur,
an contrà poſt præſentem peregrinationem alia vita ſupereſt? Hæc & his conſen-
tanea ex te ſcire auebam. Barlaam autem huiuſmodi reſponſum his verbis dedit:
Bona ea ſpes, de qua locutus ſum, regni cælestis eſt. Ea autem eſt eiuſmodi, vt nulla Eſa.64. 1.Cor.2.
omninò humana lingua explicari poſſit. Ait enim Scriptura: Quæ oculus non vi-
dit, & auris non audiuit, & in cor hominis non aſſcenderunt, quæ præparauit Deus
diligentibus ſe. Cùm autem abiecta hac craſſa carne, beatitudinem illam diuino
beneficio conſecuti fuerimus, tum ille, cuius beneficio ſpes noſtra nos minimè
fefellerit, nos docebit, efficietque, vt bonorum illorum gloriam, omnem mentis
captum ſuperantem, lucem illam, quę nulla oratione exprimi poteſt, vitam illam,
quæ morte non interrumpitur, ac deniquè illam cum angelis vitæ cõſuetudinem
cognoſcamus. Nam ſi hoc diuinitùs conſequamur, vt cum Deo, quantum huma-
næ naturæ fas eſt, conſuetudinem habeamus, omnia ea, quæ nunc nobis ignota
ſunt, ab eo ſciemus. Hoc enim, Scripturis diuinitùs inſpiratis edoctus, omnium Cælorũ regnũ in qua repotiſſimũ conſiſtat.
maximè cælorum regnum eſſe duco, nempe ad ſanctæ, &, quæ vitæ initium dedit, 2.Cor.3.
Trinitatis contemplationem accedere, atque incomparabili ipſius lumine puriùs
illuſtrari, ac reuelata facie ipſius gloriã omnem verborum facultatẽ ſuperantem
contueri. Nec verò mirandum eſt gloriam illam, ac lucem, & arcana bona nullis
verbis declarari poſſe. Neque enim ampla & eximia eſſent, ſi nos, terreni & morta-
les, ac grauem hanc, & affectionibus obnoxiam carnem geſtantes, ea tum cogitati-
one percipere, tum verbis exprimere poſſemus. Quæ cùm explorata tibi ſint, ea
fide ſola citra vllam dubitationẽ accipe, atque ab omni fictione abhorre: illudque
ſtude, vt per bona opera immortalem illam gloriam arripias. Qua cùm tibi potiri
contigerit, perfectiùs hæc cognoſces. Quod autẽ ex me quæſiuiſti, quonam modo
nos incarnati Dei verba audierimus, hoc habeto, nos per ſacroſancta Euangelia, Euangeliũ quid hominibus annũciet.
ea, quæ ad theandricam, hoc eſt Dei cum homine coniuncti, diſpenſationem per-
tinent, didiciſſe. Nam ità ſanctus ille liber appellatur, vt qui immortalitatem, &
ſtatum à corruptione alienum, & ſempiternam vitam, & peccatorũ remiſſionem,
& cælorum regnum, nobis, qui mortales, interituique obnoxij, ac terreni ſumus,
ſanctè annunciet. Quem quidem ſcripſerunt, qui ſpectatores ac miniſtri Verbi
fuerunt. De quibus ſuperiùs dixi, quòd Saluator noſter Chriſtus diſcipulos &
apoſtolos elegerit. Qui quidem nobis poſt glorioſam Dei in cælos aſſcenſionem,
ipſius in terra vitæ rationem, & doctrinam ac miracula, quantum ab hominibus
præſtari poterat, literarum monumentis mandârunt. Sic etenim in extrema libri
ſui parte eximius ille inter diuinos Euangeliſtas dixit, Sunt & alia multa, quæ fecit Iohan.21.
Ieſus, quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum eos, qui ſcribendi
ſunt, capere poſſe libros. In hoc igitur diuino Euangelio, tum incarnationis, tum
decla-

Universidad de Deusto
Biblioteca

declarationis, tum miraculorum, tum præceptorum ipſius hiſtoria, Dei Spiritu exarata continetur. Ac deindè ſupplicij illius ab omni labe remoti, quod Dominus noſtra cauſa ſubijt, ſanctæque triduo pòſt reſurrectionis, atque in cælos aſſcenſionis, ac deniquè illuſtris ac metuendi ipſius ſecundi aduentùs mentio habetur.

Luc.21. Rursùm enim Dei Filius cum gloria, omni ſermone præſtantiori, atque ingenti cælestis militiæ multitudine in terram venturus eſt, vt de mortalium genere ſententiam ferat, atque vnicuique, pro eo àc geſſit, rependat. Etenim cùm Deus ho-

2.Cor.5. Gen.2. minem ab initio effinxiſſet (quemadmodùm etiam iam tibi expoſui) inſufflauit in eum ſpiraculum vitæ: quæ quidem anima rationis atque intelligentiæ particeps appellatur. Quoniam autem morte damnati ſumus, omnibus nobis mori neceſſe eſt: nec fieri poteſt, vt hic calix hominem vllum prætereat. Nihil autem eſt aliud

Quid ſit mors. Gen.3. Eccls.5. mors, quàm animi à corpore diſiunctio. Ac quidem illud corpus, quod è terra effictum eſt, poſteaquàm ab animo ſeiunctum eſt, in terram, ex qua ſumptum fuerat, reuertitur, ac corruptum diſſoluitur. Anima autem, immortalis cùm ſit, eò proficiſcitur, quò ſummus ille effector imperat, vel, vt rectiùs loquar, quemadmodùm

Luc.21. ipſa ſibi, cùm adhuc in carne verſaretur, hoſpitium præparauit. Vt enim quiſque vitæ munere hîc functus fuerit, illic recepturus eſt. Deniquè confectis longis temporum curriculis Deus noſter cum metuenda & ſermonis facultatem ſuperante

1.Theſſ.4. gloria ad iudicium de orbe ferendum veniet. Cuius metu cælorum virtutes commouebuntur, atque omnis Angelorum exercitus tremore correptus coram ipſo adſtabit: tum videlicet, cùm in Archangeli voce ac diuina tuba mortui ad vitam

1.Cor.15. redibunt, ac tremendo ipſius throno ſiſtentur. Eſt autem reſurrectio, animæ rurſùs cum corpore coniunctio. Quocirca hoc ipſum corpus, quod interit, ac diſſoluitur, ità reſurget, vt deincèps interire nequeat. Nec verò huic rei fidem vllo modo abrogare in mentem tibi veniat. Neque enim ei, qui ipſum primùm è terra effinxit, poſteaquàm in terram, ex qua ſumptum eſt, redijt, iuxta Creatoris ſententiam rurſùs ad vitam excitare impoſſibile eſt. Nam ſi, quot res Deus ex nihilo in

Gen.2. ortum produxerit, tecum reputes, iſtud ſatìs magno argumento tibi futurum eſt. Etenim ſumpta terra, quæ priùs non erat, hominem procreauit. Quonam igitur modo è terra homo factus eſt? Quonam modo ipſa ex nihilo producta eſt? Quonam item fundamento nititur? Quonam deniquè modo ex ipſa, infinita, tum brutorum, tum ſeminum, tum ſtirpium, genera producta ſunt? Quinetiam in noſtro quoquè ortu velim hoc conſideres. An non enim perexiguum ſemen in terram, hoc eſt in vuluam ipſum excipientem emittitur? Vndè igitur hæc tanta animalis effictio? Quamobrèm ei, qui omnia ex nihilo produxit, atq; etiamnùm producit,

2.Cor.5. Pſal.61. minimè impoſſibile eſt, corpora ea, quæ morte extincta atque corrupta ſunt, è terra ad vitam reuocare, vt vnuſquiſque conſentaneam operibus ſuis mercedem recipiat. Laboris enim eſt, inquit ille, præſens tempus: futurum autem, mercedis.

Dei iuſtitia ſine reſurrectione conſtare nō poteſt. Alioquì, vbinam Dei iuſtitia erit, niſi ſit reſurrectio? Siquidem multi probi viri, cùm in hac vita multas calamitates ac multa ſupplicia tuliſſent, per vim tandem de medio ſublati ſunt. Nonnulli contrà impij ac facinoroſi homines in delicijs ac proſperis rerum ſucceſſibus præſentem vitam conſumpſerunt. At Deus, vt qui ſimul & bonitate & iuſtitia præſtet, reſurrectionis, ac referendarū rationum diem conſtituit: vt, cùm quæque anima corpus ſuum receperit, improbus quidem & ſceleratus, qui hîc omnia ſecunda ac læta habuerit, illic ſcelerum pœnas luat: probus contrà, eorum, quæ iniquè geſſerit, pœnis in hac vita perſolutis, illic bonorum

Iohan.5. hæreditatem conſequatur. Audient enim, inquit Dominus, qui in monumentis ſunt, vocem Filij Dei. Et exibunt, qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui

Dan.7. autem mala egerunt, in reſurrectionem iudicij. Quo ſcilicet tempore ſedes quoquè collocabuntur, atque antiquus dierum, rerumque omnium parens & archi-

Attende lector, qualis ſit futurus iudicij dies. tectus, præſidebit. Ac libri aperientur, in quibus omnium noſtrùm actiones, ſermones, cogitationes, inſcriptæ continentur. Atque igneus fluuius rapido curſu volu etur, cunctaque, quæ in abſtruſo deliteſcunt, patefient. Non illic patronus, aut verborum lenocinium, aut falſa excuſatio, aut opum potentia, aut dignitatum faſtus, aut ampliſſimæ munerum largitiones, rectum iudicium ſupprimere poterunt: verùm incorruptus ille ac verus iudex ad iuſtitiæ lancem omnia perpendet, hoc eſt, & actionem, & ſermonem, & cogitationem. Ac proficiſcentur, qui virtutibus operam dederunt, ad ſempiternam vitam, & lucem omnem orationis vim excedentem: vt cum angelis oblectentur, atque arcanis bonis fruantur, ſanctæque Trinitati purè adſtent: Qui autem turpibus flagitijs ſeſe deuinxerint, atque omnes impij & peccatores, ad ſempiternum cruciatum: qui quidem gehenna dicitur, & exteriores tenebræ, & inſomnis vermis, & ſtridor dentium, aliaque innumera tormenta. Quorum omniū nullum æquè graue & acerbum eſt, atque è Deo abalienari, & à dulciſſima ipſius facie abijci, gloriaque illa, quæ nullis verbis exponi poteſt, orbari, atque inſpectante vniuerſo orbe traduci, & ignominia, quæ nūquàm finem habitura ſit, notari. Poſteaquàm enim horrenda illa ſententia edita fuerit, omnia deincèps immutabilia & conuerſionis omnis expertia manebunt: ſic videlicet, vt nec vitâ lætâ iuſtis finem habitura, nec afflictio & pœna peccatoribus terminū acceptura ſit. Neq; enim ſublimior poſt eum alter iudex eſt, nec per ſequentia opera purgatio, nec præſtitutus emendationis terminus, nec alia vlla ijs qui in cruciatu verſabuntur, ars & ratio: quippè cùm ſupplicium vnà cum ipſis in ſempiternū duret. Quæ cùm ità ſint, quales tandèm nos in ſanctis cōuerſationibus ac pijs actionibus eſſe oportet, vt digni habeamur venturas minas effugere, atq; à dextris Filij Dei ſtare? Nam hæc iuſtorum ſtatio eſt: quemadmodùm cōtrà miſerrima ad ſiniſtram pars peccatoribus aſſignata eſt. Pòſt autem Dominus iuſtos Patris ſui benedictos vocans, in perpetuum regnum introducet: peccatores autem cum ira & execratione à ſuaui & tranquilla facie ſua abiectos (quo nihil grauius & acerbius excogitari poteſt) ad ſempiternam pœnam ablegabit.

Grauiſſima pœna dānatorū eſt viſione Dei carere.

2.Pet.3.

Matth.25.

Quod breuiter & compendiosè ſuperiùs dixit, hîc fuſiùs exponit, ac Scripturæ teſtimonia producit. CAP. IX.

IOſaphat autem his ad eum verbis vſus eſt: Magnas quaſdam & admirādas res, magnoque metu ac tremore dignas mihi, ó homo, narras, ſiquidem hæc ità ſe habent, atque, poſtquàm fatis conceſſerimus, & in cinerem ac puluerem diſſoluti fuerimus, reſurrectio & regeneratio futura eſt, rerumque in vita geſtarum examen ac merces. Verùm quo argumento hæc probas? & quonam pacto ei rei, quæ nondùm oculis perſpecta eſt, auditæ atque intellectæ vſque adeò firmam & indubitatam fidem adhibuiſtis? Nam quæ iam geſta ac re ipſa declarata ſunt, etiamſi ipſi minimè videritis, at ab ijs, qui ea viderunt, ac memoriæ prodiderunt, audiuiſtis. Quonam autem modo de rebus futuris tam magna & prętumida prædicantes, certam de ijs fidem nacti eſtis? Reſpondit Barlaam: Ex ijs, quæ iam contigerunt, de futuris etiam certam fidem nactus ſum. Nam qui hæc prædicârunt, nec vlla in re à vero aberrârunt, verùm per ſigna & prodigia, variasque virtutes ſermonibus ſuis tobur conciliârūt, ijdem etiam de futuris nos admonuerūt. Quemadmodùm igitur hîc nihil præpoſterum ac fictum docuerūt, verùm omnia ea, quæ ab ipſis dicta & facta ſunt, Sole clariùs effulſerunt: eodem quoquè modo illic verè omnia tradiderūt. Quæ quidem etiam ipſe Dominus noſter ac herus Ieſus Chriſtus, tum ſermone, tum opere, confirmauit. Amen enim, inquit, dico vobis, quia venit hora, quandò mortui audient vocem Filij Dei: & qui audierint, viuent. Ac rurſùm: Venit hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem Filij Dei. Et procedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerūt, in reſurrectionem iudicij. Ac rurſùm ait: De mortuorum autem reſurrectione nō legiſtis quod dictum eſt vobis à Deo, dicente, Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob? Deus porrò, mortuorum Deus non eſt, ſed viuentium. Vt enim colliguntur zizania, & comburuntur: ſic erit in conſummatione ſeculi huius. Mittet Filius Dei angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciūt iniquitatem. Et mittēt eos in caminum ignis: illic erit fletus, & ſtridor dentium. Tunc iuſti fulgebunt ſicut Sol in regno Patris eorum. Hęc dicens, addidit: Qui habet aures audiendi, audiat. His igitur pluribuſq; alijs verbis Dominus corporū reſurrectionem declarauit. Re ipſa autē ſermonibus ſuis fidē adſtruxit, cùm mortuos ad vitam reuocauit, ac ſub terreſtris vitæ ſuæ cataſtrophen Lazarum quendam amicum ſuum, qui iam quatriduo mortuus erat, ac fœtebat, è monumento vocauit, eumque, qui animam efflauerat, viuum exhibuit. Quin ipſe quoq; Dominus perfectam, nec iam morti ſubiectam, reſurrectionem auſpicatus eſt: quippè qui morte in carne defuncti, triduo pòſt ad vitā redijt, ac mortuorū primogenitus effectus eſt. Quanquàm nec enim alij quoquè à morte ad vitam excitati ſunt: morte tamen rurſùs functi ſunt,

Rogat plenius de oſtibus inſtruit S.Ioſaphat, & prolata probari.

Iohan.12.

Iohan.5.

Luc.20.

Matth.24.

Luc.8.

Iohan.11.

1.Cor.15. Qua ratione Chriſtus reſurgentiū primitiæ ex tite;it.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec futuræ veræ resurrectionis imaginem exhibere potuerunt. Solus autem ipse resurrectionis illius author ac princeps extitit: vt qui immortali resurrectione ad vitam redierit. Hæc illi etiam, qui ab initio spectatores ac ministri Verbi fuerunt, prædicârunt. Ait enim beatus Paulus, qui nõ ab hominibus, sed è cælo vocatus est: Notum vobis facio, fratres, Euangelium, quod annũciaui vobis. Tradidi enim vobis inprimis, quod & accepi, quòd Christus mortuus est pro peccatis nostris secundùm Scripturas, & quòd sepultus est, & quòd resurrexit secundùm Scripturas. Si autem Christus prædicatur quòd resurrexit à mortuis, quomodò dicunt quidã, quòd resurrectio mortuorum non est? Nam si mortui non resurgunt, ne Christus quidem resurrexit. Si autem Christus nõ resurrexit, inanis est fides vestra. Adhuc estis in peccatis vestris. Si in hac tantùm vita sperantes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc autem Christus resurrexit à mortuis, primitias dormientium. Quoniam quidem per hominem mors, per hominem autem resurrectio mortuorum. Vt enim in Adam omnes moriuntur: ità in Christo omnes viuificabuntur. Et paucis interiectis: Oportet enim, inquit, corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Destruetur autem prorsùs ac delebitur mortis potentia, vt quæ iam vim suam non exerat, verùm deincèps hominibus immortalitas, atque incorruptibilitas sempiterna concedatur. Erit igitur, erit inquam sine vlla dubitatione mortuorum resurrectio: idque certissimè credimus. Quinetiam rerum in vita gestarum examen ac præmia & pœnas fore perspectum habemus, in metuendo videlicet aduentûs Christi die, in quo cæli igne soluentur, & elementa ardore contabescent, vt Theologi cuiusdam verbis vtar. Nouos autem cælos, ac nouam terram, secũdùm ipsius promissionem expectamus. Nam quòd illic operum præmia & pœnæ sint, nihilque omninò bonorum vel malorum negligatur, verùm & actionum, & verborum, & cogitationum merces recondita sit, ex his Christi verbis constat: Quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, tantùm in nomine discipuli, nõ perdet mercedẽ suã. Ac rursùm ex his: Cùm venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gẽtes, & separabit eos ab inuicèm, sicut pastor segregat oues ab hœdis. Et statuet oues quidem à dextris suis, hœdos autem à sinistris. Tunc dicet Rex his qui à dextris erunt: Venite benedicti Patris mei: possidete regnum vobis paratum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Sitiui, & dedistis mihi bibere. Hospes eram, & collegistis me. Nudus, & cooperuistis me. Infirmus, & visitâstis me. In carcere eram, & venistis ad me. Cur his verbis vtitur, nisi quia beneficia, quę à nobis in egentes conferũtur, sibi adscisci? Et alio loco ait: Omnis quicunque confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui est in cælis. En per hæc omnia, ac plura alia, firma & certa esse bonorum operum præmia declarauit. Quemadmodùm etiam contrà improbarũ actionum pœnas illic reconditas esse denunciauit, per admirãdas scilicet, & eximias parabolas, quas ille sapientiæ fons prorsùs sapienter exposuit. Etenim diuitem quendam inducit, purpura & byssо indutum, ac quotidiè splendidè epulantem, tenacem autem atque à misericordia remotum, adeò vt pauperem quendam Lazarum nomine, ad fores suas iacẽtem despiceret, ac ne ipsas quidem mensæ suæ micas ei impertiret. Vtroque igitur extremo vitæ die functo, pauper quidem ille atque vlcerosus in Abrahæ sinum delatus est, (quo nempe vocabulo proborũ virorum sedem declarauit) diues contrà acerbissimo flammæ supplicio in inferno addictus est. Ad quem etiam Abraham his verbis vtebatur, Recepisti bona in vita tua: & Lazarus similiter mala. Nunc autem ipse consolatur, tu verò cruciaris. Rursùm alio loco cælorum regnũ homini Regi simile esse ait, qui filio suo nuptias fecit. Per nuptias porrò futura lætitia & claritas indicatur. Etenim ad humiles ac terrenis affectibus imbutos homines verba faciẽs, ab ijs rebus quæ ipsis vsitatæ ac familiares erant, parabolas ducebat: non quòd nuptias & mensas in æuo illo esse ostenderet, sed ad eorum crassitiem sese demittens, his vocabulis vtebatur, vt futura ipsis perspicua faceret. Omnes itaque, inquit, Rex ille sublimi præconio ad nuptias inuitauit, atque vt bonis illis ad satietatem vsque fruerentur. Multi autem eorum, qui inuitati fuerant, ire neglexerunt: verùm seipsos, partìm in agris, partìm in negotiationibus, partim in vxoribus nuper acceptis occupantes, nuptialis thalami splendore caruerunt. Illis autem sua sponte à suauissima illa lætitia exclusis, alij vocati sunt, atque impletæ sunt epulæ discumbentibus. Ingressus autẽ Rex vt videret discumbentes, vidit illic hominem non vestitum veste nuptiali. Et dixit ei: Amice, quomodò huc intrâsti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex ministris: Ligatis pedibus ac manibus eius, tollite eum, & mittite in tenebras exteriores. Illic erit fletus, & stridor dentium. Per hos porrò, qui nuptijs interesse recusârunt, nec ei, à quo vocabantur, vllo modo morem gesserunt, illi significantur, qui ad Christi fidem minimè accurrerunt, verùm aut in idolorũ cultu, aut in aliqua hæresi perstiterunt. Per eum autem, qui veste nuptijs consentanea carebat, is demùm intelligitur, qui fide quidem præditus fuit, cæterùm spiritualem vestem impuris flagitijs cõspurcauit, meritoque proindè à nuptialis thalami lætitia submotus est. Quin aliam quoquè huiusmodi parabolam eodèm pertinentem attulit, propositis nimirùm decem quibusdam virginibus, quarum quinque prudentes erant, & quinque fatuæ. Quæ quidem fatuæ acceptis lampadibus suis non sumpserunt oleum secum, prudentes autem sumpserunt. Hoc autem loco per oleum probarum actionum possessionem significauit. Media autẽ nocte, inquit, clamor factus est, eccè sponsus venit, exite obuiàm ei. porrò per mediam noctem dici illius incertitudinem indicauit. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ: & quæ paratæ erant, exiêrunt obuiàm sponso, & intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Quæ autem imparatæ erant (quas etiam idcircò non absre stultas appellauit) cùm lampades suas extingui perspicerent, ad oleum emendum secontulerunt. Posteaque clausis iam foribus accedentes, clamabant, dicentes, Domine, Domine, aperi nobis. Ipse autem respondẽs dixit eis, Amen dico vobis, nescio vos. Ex his omnibus perspicuè constat, improbis actionibus, atqueadeò sermonibus, ipsisque etiam cogitationibus, suam esse mercedem constitutam. Dixit enim Saluator: Dico vobis, quòd omne verbũ otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicij. Ac rursùm: Vestri verò & capilli capitis omnes numerati sunt. Quo scilicet loco per capillos minutissimas etiã considerationes, animique cogitationes significauit. Consentanea autem his quoquè beatus Paulus tradit. Viuus est, inquit, sermo Dei, & efficax, ac penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingẽs vsque ad diuisionem animæ & corporis, spiritus quoquè & compagum ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionũ cordis, & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autẽ nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis est sermo. Hæc etiam Prophetæ longis ab hinc temporibus, Spiritũs sancti gratia illustrati, apertissimè nunciauerũt. Ait enim Esaias: Ego opera illorum noui, & reddam eis. Eccè venio, vt congregem omnes gentes & linguas: & venient, & videbunt gloriam meam. & erit cælum nouum, & terra noua, quæ ego faciam manere coram me. Et veniet omnis caro, & adorabit me in conspectu meo, dicit Dominus. Et exibunt, & videbunt cadauera hominum, qui præuaricati sunt in me. Nam vermis eorum non morietur: & ignis eorum nõ extinguetur. Et erunt vsque ad satietatem visionis omni carni. Ac rursùm de die illo ait: Et inuoluetur cælum sicut liber, omnes stellæ cadent sicut folium de vinea. Eccè enim dies Domini venit plenus furore & ira, ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos ex ea. Quoniam stellæ cæli & splendor earum non expandent lumen suum. Et obtenebrabitur Sol in ortu suo, & Luna non splendebit in lumine suo. Et quiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo. Ac rursùs ait: Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasì vinculum plaustri, peccatum. Væ qui dicitis malum bonum, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Qui declinatis iudicium pauperum, & diripitis substantiam egenorũ, vt sit vobis orphanus in prædam. Et quid facietis in die visitationis? & ad quem confugietis in auxilium? & vbi derelinquetis gloriam vestram, nè in visitationem incidatis? Propter hoc, sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit: sic radix eorum quasì faulla erit, & germen eorum vt puluis. Abiecerunt enim legem Domini exercituum, & eloquium sancti Israël blasphe-

Gal.1. Rom.4.
1.Cor.15.
Ibidẽm.
1.Pet.2.
Operũ merces asserit.
Matth.10.
Matth.25.
Luc.12.
Luc.16.
Eccè quomodò ij, q hîc consolãtur, æterna consolatione priuẽtur, & econtrà.
Matth.22.
Explicatio superioris parabolæ.
Matth.25.
Oleũ quid significet.
Quid nox.
Cur stultæ virgines dicantur.
Matth.12.
Matth.10.
Capilli capitis quid fugẽ sicent.
Heb.4.
Esa.66.
Esa.13.
Esa.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Soph.1. Dies Iudicij quàm sit futurus terribilis præsertim peccatoribus.

blasphemauerunt. Eodèm accedit quod ait alius Propheta: Iuxtà est dies Domini magna & velox nimis. Vox diei Domini amara: tribulabitur fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris, super ciuitates munitas & super angulos excelsos. Et tribulabo malignos, & ambulabunt cæci, quia Domino peccauerunt. Et effundetur sanguis eorum sicut humus, & corpus eorum sicut stercora. Sed & argentum eorum, & aurum eorum, non poterit liberare eos in die furoris Domini. In igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia consummatio- Psal.49. nem cum festinatione faciet cunctis habitantibus terram. Insuper etiam Dauid Rex & Propheta ad hunc modum clamat: Deus manifestè veniet, Deus noster, & Psal.77. non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida. Aduocabit cælum desursùm, & terrā discernere populū suum. Ac rursùm: Exur- Psal.61. ge Deus, inquit, & iudica terram: quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi. Ac rursùm: Tu reddes vnicuique iuxtà opera sua. Complura autē etiam alia huiusmodi, tum Psalmista, tum omnes Prophetæ diuino Spiritu edocti, de futuro iudicio ac mercede prædicārunt. Quorū sermones Saluator quoquè certissimè confirmans, nos mortuorum resurrectionem, rerumque in vita gestarum mercedem, atque immortalem futuri seculi vitam credere docuit.

Iosaphat superiori oratione compunctus, quidnam sibi faciendum sit, petit. Barlaam eum ad suscipiendum baptismum hortatur, eique præmium eorum exponit, qui ad Deum sese conuertunt. CAP. X.

IOsaphat autem ingenti ob hæc verba animi compunctione plenus, lachrymis perfundebatur. atque his ad Senem verbis vsus est: Omnia mihi perspicuè declarâsti, ac horrendam hanc & admirandam narrationem luculenta oratione complexus es. His itaque nobis propositis, quid tandèm faciendum est, vt Act.2. ea supplicia, quæ sceleratis hominibus parata sunt, effugiamus, ac iustorum gaudium consequamur? Respondit Barlaam, Literis sacris proditum est, quòd cùm Petrus, qui Apostolorum princeps vocatus est, plebem doctrina instrueret, corde compuncti sunt: quemadmodùm scilicet tu quoquè hodierno die. Cumq; dixissent, Quid faciemus? Petrus ad eos dixit, Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrûm in remissionem peccatorum. Et accipietis donum Spiritûs sancti. Vobis enim est promissio, & filijs vestris, & omnibus qui longè sunt, quoscunque aduocauerit Dominus Deus noster. En igitur ipse misericordiæ suæ diuitias in te effudit, teque, qui animo ac voluntate procùl ab eo dissitus eras, & alienis, non dicam dijs, sed pestiferis dæmonibus, & surdis ac sensûs expertibus statuis culum adhibebas, acciuit. Quocirca ante omnia ad eū, qui te vocauit, accede: à quo veram, tam eorum quæ oculis cernuntur, quàm quæ ab oculorum sensu remota sunt, cognitionem consequeris. Quòd si, posteaquàm vocatus es, accedere reculàs, aut moras nectis, iusto Dei iudicio exhæres eris, ac repudiaberis, quia ipse repudiásti. Ad hunc enim modum ipse quoquè Apostolus Petrus ad quendam discipulum dixit: Ego autem credo, quòd & obediuisti vocationi, & adhuc sinceriùs obediens, crucem tolles, Deumque ac Dominum te vocantem sequeris, qui te à mortè ad vitam, & à tenebris ad lucem inuitat. Nam profectò Dei ignoratio, animæ caligo ac mors est: & simulacra colere ad naturæ exitium, amentiam omnem excedit. Quos quidem homines cuinam rei similes esse dicam? & quanam imagine eorum stoliditatem tibi ob oculos ponam? Sed tamen exemplum quoddam tibi proponam, quod mihi à viro quodam summa sapiētia prædito commemoratum est. Aiebat enim simulacrorum cultores aucupi similes esse, qui cùm luscíniam, perexiguam auiculam, cepisset, gladiumque arripuisset, vt eam iugularet, ac comederet, ea, concessa sibi articulata voce, ad aucupē dixit: Quidnam, ô homo, ex mea nece ad te vtilitatis rediturum est? Neque enim per me ventrem tuū explere poteris. At si me vinculis liberaueris, tria præcepta tibi tradam: quibus si parueris, magnis per omnem vitam commodis afficieris. Ille autem ex ipsius sermone admiratione commotus, sese facturum recepit, vt si nouum aliquid ab ea audiret, statim eam libertate donaret, ac missam faceret. Conuersa itaque luscinia, hominí ait: Nunquàm rem quam consequi nequeas, aggredere. Nunquàm rei præteritæ te pœniteat. Rei incredibili nunquàm fidem adhibe. Hæc tria mandata seruā: &præ-

Hæc ex libro quodā apocrypho sumpta videntur.

Dei ignoratio, animæ caligo est.

Cui similes sint idolorū cultores.

Tria mādata homini insēiato proponuntur.

& præclarè tecum agetur. Ille autem horum verborum sagacitatem ac prudentiam admiratus, eam vinculis solutam in aërem emisit. Luscinia itaque periculum facere cupiens, an ille verborum eorum, quæ audierat, vim intellexisset, atque aliquam ex ipsis vtilitatem percepisset, per aërem volitans, ad eum dixit: Proh quàm nihil est in te consilij, ô homo! qualem thesaurum hodiè amisisti! Est siquidem in meis visceribus vnio, struthionis ouum magnitudine excedens. Quæ vt ille audiuit, mœrore conturbatus est: eumque pœnituit, quòd luscinia ex ipsius manibus effugisset. Atque eam rursùm arripere tentans, dixit: Veni quæso in ædes meas: atque vbi præclarè, & humaniter à me accepta fueris, honorificè te dimittam. Luscinia autem ipsi dixit: Nunc planè te stolidum ac væcordem esse scio. Nam posteaquàm ea, quæ ad te dicta sunt, prompto animo excepisti, ac libenter audijsti, nihil ex eis emolumenti consecutus es. Admonui enim te, nè ob rem præteritam pœnitentia ducereris: & eccè mœrore conturbatus es, propterea quòd è manibus tuis fuga me subduxerim, pœnitentia videlicet ob rem præteritam affectus. Præcepi tibi, nè ea, quæ assequi non posses, aggredereris: & tamen arripere me conaris, cùm iter meum assequi nequeas. Adhæc id quoquè tibi edixi, nè incredibili sermoni fidem arrogares: & tamen in visceribus meis vnionem, staturæ meæ modum excedentem, inesse credidisti: neque tantulum tibi prudentiæ fuit, vt intelligeres, me totam ad oui struthionis magnitudinem minimè accedere. Quonam itaque pacto tantum vnionem corpusculum istud caperet? Ad hunc igitur modum illi quoquè in summa stultitia versantur, qui in simulacris cōfidunt. Nam ea manibus suis effecerunt, & opera digitorum suorum adorant, dicentes, Hi opifices nostri sunt. Idololatrarum væcordia.
Qui fit igitur, vt eos, quos effecerunt, ac condiderunt, opifices suos esse censeant? Quinetiam cùm ea magno studio custodiant, nè à furibus surripiantur, tamen sanctis suæ custodes nuncupant. Atqui, quæ hæc stultitia est, illud non intelligere, fieri non posse, vt qui sibijpsis opem ferre, ac se tueri nequeunt, alios tueri ac seruare possint? Ac prætereà opes suas effundunt, dum staturas & simulacra dæmonibus excitant, eosque bonorum datores esse nugantur: ab ijs ea sibi dari, quæ nec ipsi vnquàm habuerunt, nec vnquàm habituri sunt. Eoque nomine scriptum est: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Qui quidem aurifi- Psal.113. cem mercede conducto simulacrum manu effecerūt, ac prono corpore ipsum adorārunt. Humeris illud tollunt: ac proficiscuntur. Si autem ipsum vspiàm collocârint, illic manet, nec moueri potest. Et quantumlibèt quis ipsi clamauerit, non exaudiet, nec ex calamitatibus eum eripiet. Quamobrèm confundantur qui in sculptilibus confidunt: & qui dicunt ijs quæ conflata sunt, Vos dij nostri estis. Im- Deut.32. molauerunt enim dæmonijs, & non Deo, dijs quos ignorabant. Noui recentesque venerunt, quos non coluerunt patres eorum. Generatio enim peruersa est, nec iam fides ipsis inest. Ex hac igitur peruersa & incredula generatione Dominus Num.16. te vocat, his verbis vtens: Exi de medio eorum, ac separare, & immundum noli Mich.2. tangere: verùm à generatione hac peruersa te eripe. Surge & ambula: quia non habes hîc requiem. Etenim multiplex deorum, qui à vobis coluntur, principatus, præposterus est, & cum dissidio coniunctus, atque eiusmodi, qui nullo modo consistere queat. Apud nos autem non sunt dij multi, nec domini multi, verùm vnus 1.Cor.8. Deus Pater, ex quo omnia, & nos in ipsum: & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum, qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis Coloss.1. creaturæ, & omnium seculorū, quoniam in ipso creata sunt omnia, tam quæ in cælis, quàm quæ in terra, tam visibilia, quàm inuisibilia, siue Throni, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates: omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso fa- Iohan.1. ctum est nihil quod factum est: & vnus Spiritus sanctus, in quo omnia, qui Dominus est & viuificat, qui Deus est, & diuinitatem affert, Spiritus bonus, Spiritus re- Egregiè S. Basilæ exponit Diuinitatis naturam. ctus, Spiritus paracletus, Spiritus adoptionis filiorum. Horum vnusquisque Deus est, si separatim consideretur: vt Pater, sic Filius: vt Filius, sic Spiritus sanctus. Vnus autem Deus in tribus personis, vna natura, vnum regnum, vna potentia, vna gloria, vna substantia: quæ personarū ratione diuiditur, sed deitatis respectu vna est. Vnus enim est Pater: cui proprium est genitum non esse. Vnus item vnigenitus Filius: cui proprium est genitum esse. Vnus deniquè Spiritus sanctus: cui proprium est processisse. Sic enim nos ex lumine, hoc est ex Patre, lumen, id est Filium, in lumine, hoc est Spiritu sancto, cernentes, in tribus personis vnam di- Psal.35.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uinitatem laude ac gloria afficimus. Atque ipse verus ac solus Deus est, qui in Tri-
Rom.11. in tate agnoscitur: quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso, omnia sunt. Huius be-
neficio & gratia ipse quoquè, cùm de tuo statu certior factus essem, missus sum, vt
ea te docerem, quæ didici, atque ab ineunte ætate vsque ad hanc canitiem seruaMar.16. ui. Quocircà si credideris, & baptizatus fueris, saluus eris: si autem non credideRes mundi fluxæ ac breui peritutæ. ris, condemnaberis. Nam ea, quæ hodierno die cernis, & quibus gloriaris, hoc est gloria, & deliciæ, & opes, & omnis huiusce vitæ impostura, iam iamque praeteribunt, teque, inuitum etiam ac repugnantem, hinc cijcient. Ac corpus quidem perexiguo sepulcro includetur, solum relictum, atque omni amicorum & cognatorum cœtu destitutum. Facessent autem mundi iucunditates, atque ii emi quædam insuauitas ac fœtida corruptio præsentis pulchritudinis & fragrantiæ locò tibi vndiquè affundetur. Anima verò tua inferno addicta, in inferiores terræ
Psal.4. partes vsque ad postremam resurrectionem cõijcietur. Quo scilicet tempore anima recepto corpore suo à Domini facie proijcietur, ac gehennæ, cuius flamma
Prou.3. sempiterna est, mancipabitur. Hæc tibi, atque etiam longè his grauiora, contingēt, si in infidelitate perstiteris. Si autem ei, qui te ad salutem inuitat, prompto animo parueris, atque ad eum cupido & læto animo accurrens, ipsius lumine signatus fueris, eumque ità sequaris, vt à tergo minimè respectes, atque, omnibus rebus
Prou.28. abiectis & contemptis, ipsi soli adhæreas, quantam indè fiduciam ac lætitiam conEsa.58. sequeris, audi. Si sederis, securus eris: si dormieris, iucundè conquiesces, nec timebis terrorem superuenientem, nec impiorum dæmonum impetus: verùm confidenter, vt leo, incedes, ac cum lætitia & sempiterna exultatione viues. Etenim super caput tuũ exultatio & laus & lętitia te comprehendēt. Effugiet dolor, & mœEsa.43. ror, & gemitus. Tunc erumpet quasì manè lumen tuum, & sanitas tua citiùs oriEsa.1. etur. Et anteibit faciem tuam iustitia tua: & gloria Domini colliget te. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet, Eccè adsum. Ego enim sum, qui deleo iniquitates tuas, & non memorabor. Tu verò memor esto, & iudicemur. Dic tu iniquitates tuas, vt iustificeris. Si fuerint peccata tua vt coccinum, quasi nix dealbabuntur. Et si fuerint rubra quasì vermiculus, velut lana alba erunt. Os enim Domini locutum est.

Post susceptum baptismum opera fidei adiungenda esse: & ijs qui posteà peccarunt, pœnitentiam necessariam esse. CAP. XI.

AIt ad eum Iosaphat: Hæc tua verba præclara & admiranda sunt: eaque credidi, & credo, omnemque idolorum cultum ex animo odi ac detestor. Etenim, priùs etiam quàm ad me accederes, obliquè quodammodò ac dubitanter erga ea afficiebatur animus meus. Nunc autem postea quàm eorum vanitatem, hominumque qui ea colunt, stultitiam ex te intellexi, perfecto odio ea insector, ac Deo vero me in seruiturem addicere gestio, modò me ipse, hominem indignum, ob iniquitates meas minimè submouear, verùm pro sua, vt doces, benignitate mihi omnia condonet, meque seruum sibi adsciscere dignetur. Iam itaque baptisma suscipere paratus sum, atque omnia, quæ præscripseris, seruare. Quidnam autem mihi post baptismum faciendum est? Satisne est ad salutem, credere ac baptizari? an etiam alia quædam adiungere necesse est? Dixit autem ad eum Barlaam: Audi quid tibi post baptismum faciendum sit: nempe vt ab omni peccato & ab omni vitiosa affectione abstineas, atque orthodoxæ fidei fundamento virtutum studium superstruas. Quoniam fides sine operibus mortua est: quemadmodùm etiam opera re-
Iacob.1. Gal.5. mota fide. Ait enim Apostolus: Spiritu ambulate, & desideria carnis nè perficiatis. Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt adulterium, fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, auaritia, maledictiones, amor voluptatum, ebrietates, comessationes, & his similia. Quæ prædico vobis, sicut prędixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, sanctificatio animæ & corporis, cordis afflictatio & contritio, eleemosyna, iniuriarum obliuio, humanitas, vigilia, sincera de omnibus præcedentibus peccatis pœnitentia, compunctionis lachrymæ, luctus tum pro

Vides quòd super fundamentum fidei, virtutes sint extruēdæ.

pro suis, tum pro aliorum peccatis, aliaque eiusdem generis: quæ quidem tanquàm gradus & scalę inter se cohęrentes, atq; alię ab alijs suffultæ, animũ in cęlum subuehunt. En hęc sunt, quæ post baptismũ amplecti iubemur, atq; ab ijs, quę cum his pugnant, abstinere. Quòd si post acceptã veritatis cognitionem priora mortua opera rursùm arripiamus, ac, canis instàr, ad nostrũ vomitũ reuertamur, illud nobis vsu veniet, quod à Domino dictũ est. Cùm enim, inquit, exiuerit immũdus spiritus ab homine, (per baptismi scilicet gratiã) ambulat per loca inaquosa, quęrens requiẽ, & non inuenit. Permolestè aũt ferens se diutiùs tecti ac laris expertem esse, ait, Reuertar in domum meã vndè exiui. Et veniens inuenit eam scopis mũdatam & ornatã, cęterùm inanẽ ac vacantẽ, vt quę gratię cultum atq; operationẽ minimè susceperit, nec seipsam virtutum opibus cumulârit. Tunc vadit, & assũmit secum septẽ alios spiritus nequiores se, & ingressus habitat illic. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Siquidẽ baptismus priorum quidem omnium pęccatorum syngraphas aqua obruit, ac prorsùs delet & obliterat, atque in posterum firmissimus nobis murus est, ac turris, & forte telum, ad prælium cum hoste conserendum. Non tamen arbitrij libertatem tollit, neque peccata ea, quæ post baptismum cõtrahuntur, remittit, nec secundam in piscinam immersionem continet. Vnum enim baptisma confitemur. Ac proindè summa diligẽtia cauere debemus, nè in nouas sordes incidamus: verùm Domini mandata capessamus. Nam cùm ipse Apostolis dixisset, Ite & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritũs sancti, non hìc constitit: verùm adiecit, Docentes eos seruare omnia quæcunque præcepi vobis. Mandauit porrò vt spiritu pauperes simus (tales enim beatos, cælestique regno dignos esse pronunciat.) Deindè vt in præsenti æuo lugeamus, monet, quò videlicet in futuro consolatione afficiamur. Mox vt mites simus, ac iustitię fame & siti teneamur. Tum, vt misericordes & liberales atq; ad commiserationẽ propensi simus. Cordis itèm puritate præditi, atque ab omni inquinamento carnis & spiritũs abstinentes. Pacifici etiã, tum erga alios, tum ipsi cum animis nostris, nimirùm id quod deterius est præstantiori subijcientes, atque intestinum ac perpetuum bellum recto iudicio comprimentes. Postremò, vt omnem persecutionem & afflictionem & probrum iustitiæ causa pro ipsius nomine nobis illatum sustineamus: quò sempiternum gaudium in præclara illa donorum distributione consequamur. Quinetiam, cùm adhuc in mundo versaretur, ad hunc modum suos hortabatur: Luceat lux vestra corã hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Etenim Mosis quidem Lex antiquitùs Israëlitis data, dicebat, Non occides, non mœchaberis, non furtum facies, non falsum testimonium dices. Christus autem ait: Omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio. Qui autem dixerit, Fatue, reus erit gehennæ ignis. Ac rursùm: Si offers munus tuum ad altare, & illic recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid aduersùm te, relinque illic munus tuum ante altare, & vade, priùs reconciliare fratri tuo. Et quicunque viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo (spurcitiem nimirùm animæ, ac libidinis assensum, adulterium vocans.) Adhęc, cùm Lex periurium prohibeat, Christus iurare omninò vetat, nec quicquam aliud permittit, quàm, est est, non non. Oculum pro oculo, & dentem pro dente, illic: hìc autem, Quicunque percusserit te in dextram maxillam, prębe ei & alteram. Et qui tecum vult iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et quicunque te angariauerit mille passus, vade cum illo alia duo. Qui petit à te, da ei. Et volentem à te mutuari, nè auertas. Audistis quia dictum est, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos: vt sitis filij patris vestri qui in cælis est, qui Solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Nolite iudicare, vt non iudicemini: dimittite, & dimittetur vobis. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & fures effodiunt, & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo, vbi neque ærugo neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi & cor tuum. Nè soliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Scit enim Pater vester cælestis, quoniam his omnibus indigetis. Quarè, qui

Virtutes velut scalæ quædã cæli sunt.

2.Pet.2.

Luc.11.

Semèl ritè baptizati, secundã mersionem non recipiunt.

Mar.16.

Matth.5.

Matth.5.

Exod.20.

Matth.5.

Ibidem.

Luc.6.

Matt.6.&7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re,qui animam & corpus dedit,prorsùs etiam cibum & indumentum dabit,ille in-
quam,qui cæli aues nutrit, & agri lilia tanta pulchritudine ornat. Quærite aũt pri-
Luc.18. Matth.7. Luc.13. mùm regnum Dei,& iustitiam eius,& hæc omnia adijcientur vobis. Nolite soliciti
esse de crastino. Nam crastinus dies sibijpsi solicitus erit. Omnia quæcunque vultis
vt faciant vobis homines, eadẽ & vos facite illis. Intrate per angustam portã: quia
lata est porta,& spatiosa via,quæ ducit ad mortẽ,& multi sunt qui intrant per eam.
Matth.7. Matth.10. Quoniam angusta est porta, & strícta via,quæ ducit ad vitã,& pauci sunt qui inue-
niant eam. Non omnis qui dicit mihi,Domine,Domine,intrabit in regnum cælo-
rum: sed qui facit voluntatẽ Patris mei qui in cælis est. Qui diligit patrem aut ma-
trem plusquàm me,non est me dignus. Et qui diligit filium aut filiã plusquàm me,
non est me dignus. Et qui nõ accipit crucẽ suam,& sequitur me,non est me dignus.
En hæc omnia,& his similia,Saluator Apostolis mandauit, vt fide præditos doce-
rent. Atque hæc omnia nobis obseruanda sunt,siquidem nobis cordi sit perfectio-
2.Tim.4. nem adipisci,& iustitiæ coronas ab omni corruptione alienas consequi, quas red-
det Dominus in die illa iustus iudex omnibus his,qui ipsius aduentum dilexerint.
De pœnitẽtia disserere incipit. Dixit aũt ad eum Iosaphat: Ergò cùm tam perfecta doctrina purissimã vitam desi-
deret, dic quæso, si mihi ab vno vel duobus mandatis aberrare contigerit,an pro-
pterea à toto scopo aberrabo,spesq; mea omnis inanis futura est? Respõdit Barla-
am :Non est quòd ità existimes. Nam Deus Verbum,qui salutis nostræ causa huma-
nitatem induit,ingentem naturæ nostræ imbecillitatẽ & ærumnã exploratam ha-
bens,ne in hac quidẽ parte nos incurabili morbo laborare permisit: verùm,vt sa-
pientissimus medicus,lubricæ nostræ ac peccandi cupidę volũtati pœnitentię me-
dicamentum admiscuit, eam videlicet, ad peccatorum remissiõnem, prædicans.
Posteaquàm enim veritatis agnitionem suscepimus,ac per aquam & Spiritum san-
ctificati, atque ab omni peccato, & spurcitie sine vllo labore purgati sumus, si
Heb.6. nobis in aliqua peccata labi contigerit, non quidem superest iam altera per ba-
ptismum regeneratio, quæ in piscinæ aquæ per Spiritum comparatur, ac perse-
ctè nos instaurat: (hoc enim beneficium semèl duntaxàt conceditur.) Verùm per
asperam pœnitentiam,& calentes lachrymas,& labores ac sudores, propter vilce-
ra misericordiæ Dei nostri, purgationem ac peccatorum remissionem consequi-
Pœnitentiæ lachrymæ Baptismi nomen obtinent. mur. Etenim per Domini gratiam lachrymarũ fons Baptismus appellatur: tame-
si alioquì labore ac tempore opùs habeat. Ac complures è multis peccatis eripuit:
Psal.6. quoniam nullum peccatum est, quod Dei benignitatem vincat,siquidem priùs
resipuerimus,ac delictorũ maculas lachrymis eluamus: nè alioqui mors anteuer-
tens, nos scelerum maculis inquinatos hinc eijciat. Non enim est in inferno pœ-
nitentia,nec confessio. Quandiù autem vitæ vsura fruimur,dummodò orthodo-
xæ fidei fundamentum firmum maneat, etiamsì trabium aliquid,aut tecti labefa-
Psal.144. ctetur,quod per peccata corruptum est, pœnitentiæ adiumento sarcire ac reno-
uare licet. Neque enim miserationum Dei multitudo numerari potest: nec mise-
ricordiæ ipsius magnitudo in mensuram cadit. Peccata contrà,quæcunque tan-
Ob peccata minimè desperandum est. dèm illa fuerint,mensuræ ac numero subijciuntur. Quo fit, vt ea,cùm in mensu-
ram ac numerum cadant,immensam Dei misericordiã, atque innumerabiles mi-
serationes vincere nequeant. Ac proindè ob peccatorum multitudinem animum
desponderе minimè iubemur,sed Dei bonitatẽ agnoscere, ac peccata nostra con-
demnare: quorum remissio propter Christi benignitatem proposita est, qui pro
scelеribus nostris sanguinem suum effudit. Porrò cùm ex multis Scripturæ locis
Matth.5. Luc.15. pœnitentiæ vim addiscamus, tum potissimùm ex Domini nostri Iesu Christi actis
onibus ac parabolis. Extunc enim, ait, cœpit Iesus docere, & dicere, Pœnitenti-
am agite: appropinquauit enim regnum cælorum. Quinetiam in parabola filium
quendam inducit, qui cùm acceptis paternis opibus in longinquam regionem
profectus fuisset, easque in omni luxûs atque intemperantiæ genere consumpsis-
set, posteà,regione illa fame laborante,abijt,& adhæsit vni ciuium regionis illius.
Qui etiam illum in agrum, vt porcos, hoc est asperrimum & execrandum pecca-
tum pasceret,misit. Cùm itaque multis calamitatibus affectus fuisset,atque in tan-
tam miseriam veniſſet, vt ne porcorum quidem siliquis ipsi ventrem suum im-
plere liceret,tandèm aliquandò hanc vsqueadeò grauem ignominiam agnoscẽs,
vitamque suam lugens,dicebat: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant
panibus,ego autem fame pereo! Surgam,& ibo ad patrem meum,& dicam ei: Pa-
ter,

ter,peccaui in cælum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me
sicut vnum de mercenarijs tuis. Et surgens venit ad patrem suum. Cùm autem ad-
huc longè esset,vidit illum pater suus,& misericordia motus est,& accurrens ceci-
dit super collum eius, & osculatus est eum,atque in pristini honoris locum resti-
tuit,& ob ipsius inuentionem lætissimum festum celebrauit,occiso vitulo sagina-
to. En hanc parabolam de ijs,qui à peccatis resiliunt,atque ad pœnitentiam accur-
runt,nobis commemorauit. Quinetiam bonum quendam pastorem rursùs indu- Luc.15.
cit,qui cùm centum oues haberet,atque vnam amisisset,relictis nonaginta nouem
ad conquirendam eam, quæ aberrabat, profectus est,donèc eam inuenisset, atque
humeris sublatam,cum ijs quæ minimè aberrauerunt,coniunxisset. Qui etiam hoc
nomine amicos ac vicinos ad conuiuium ob eam inuentam celebrandum inuita-
uit. Ità,inquit Saluator, gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam
agente,quàm super nonaginta nouem iustis,qui non indigent pœnitentia. Atque
adeò discipulorũ princeps Petrus,illa inquam fidei petra,ipso salutiferæ passionis Cur Petrus labi permissus sit.
tempore certo quodam consilio aliquantispèr à Deo desertus(nempe vt humanæ
imbecillitatis vilitatem ac miseriam perspectam haberet) eò peccati prolapsus Luc.22.
est, vt Dominum abiuraret. Pòst autem,confestim, inquit,verborum Domini re-
cordatus,foràs exiuit,& fleuit amarè,ac per calentes illas lachrymas acceptum de-
trimentum sarciuit,victoriamque in alteram partem inflexit. Nam cùm rei mili-
taris peritus esset,etiamsi cecidit,non tamen animo fractus est,nec salutis suę spem
abiecit: verùm resiliens,acerbissimas ex oppresso pectore lachrymas profudit. Ac
statim vt eas hostis conspexit,non secùs atquè vehementissimæ cuiusdam flammæ
ardore ambustis oculis, pedem retulit, procùl fugiens, atque horrendum in mo- Petrus orbis magister.
dum eiulans. Contrà autem ille principem rursùm locũ tenuit: quemadmodùm Iohan.21.
totius orbis magister institutus fuerat,ità etiam pœnitentiæ exẽplar effectus. Post
resurrectionem autem,cùm Christus tertiò ad eum dixisset,Petre,amas mẽ? tripli-
cem abiurationem correxit,respondens scilicet, Etiam Domine, tu scis quia amo
te. Ex his igitur omnibus, alijsque quamplurimis,atqueadeò numerum omnem
superantibus exemplis, lachrymarum ac pœnitentiæ vim intelligimus. Tantùm
operæ detur, vt ipsa, quemadmodùm rationi consentaneum est, fiat,hoc est ex af-
fectu peccatum execrante, ipsumque odio insectante,atque condemnante, ac la- Psal.6.
chrymas emittente: quemadmodùm ait Propheta Dauid, Laboraui in gemitu
meo,lauabo per singulas noctes lectum meum,lachrymis meis stratum meum ri-
gabo. Ac tum peccatorum purgatio per Christi cruorem in misericordiæ ipsius
magnitudine,ac miserationũ multitudine continget. Ipsius enim hæc verba sunt: Esa.1.
Si fuerint peccata vestra sicut coccinum,quasì nix dealbabuntur: si autem vt ver-
miculus,quasì lana alba erunt. Operæpretium est itaque,vt posteaquàm veritatis
cognitionem accepimus, atque regenerationem & filiorum adoptionem conse-
cuti sumus,diuinaque mysteria pereepimus, omni studio ac diligentia prouidea-
mus,nè corruamus. Neque enim cadere athletam decet: quandoquidem multi, Periculosus in peccatũ lapsus est.
cùm cecidissent, sese erigere minimè potuerunt. Etenim alij,cùm ianuas vitiosis
affectionibus aperuissent, atque arctissimo nexu ipsis hæsissent,non iam ad pœni-
tentiam sese conuertere potuerunt. Alij autẽ morte priùs abrepti,quàm contra-
ctas vitiorũ sordes per pœnitentiã absterssissent,condemnati sunt. Propterea peri-
culosum est in vitium,quodcunque tandèm illud sit,labi. Cæterùm,si labi contí-
gerit,statim enitendũ est, vt resiliamus, rursumque ad præclarũ certamen obeun-
dum stemus. Et quotiès cadere contigerit,totiès etiam statim vsque ad extremum
vitæ diem curandum est, vt resurgamus,atque in procinctu stemus. Conuertimini Zach.1.
enim ad me,& ego conuertar ad vos,ait Dominus.

*Barlaã multa sanctioris vitæ genera filio Regis proponit,ac de instituti monastici lau-
de multa in medium affert. Ac demùm per elegantem parabolam,quo pacto mun-
di voluptates fugiendæ sint,ipsi ostendit.* CAP. XII.

AD hæc autem Iosaphat dixit: Quanam igitur ratione seipsum qui is-
piam post baptismum ab omni peccati labe purum seruabit? Nam
etsi peccantibus, vt ipse ais, pœnitentia patet: tamen labore & fatiga-
tione,ac fletu & luctu opùs est: quę quidem eiusmodi mihi esse videntur,
vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt non ea multi facilè consequi possint. Quocirca viam potiùs nanciſci cupe-
rem, qua ſincerè atque exactè Dei præcepta ſeruarem, nec ab ijs deflecterem, nec
poſt priorum peccatorum veniam impetratam, ſuauiſſimum illum Dominum
ac Deum ad iracundiam prouocarem. Reſpondit autem Barlaam: Rectè hæc
dixiſti, domine mi ac Rex, atque hoc mihi pergratum eſt. Verùm arduum eſt, nè
dicam impoſſibile, vt quiſpiam in igne verſetur, nec tamen fumo offundatur. Eo-
dem itèm modo arduum eſt, ac perquàm difficile, vt qui huiuſce vitæ negotijs,
tanquàm vinculis quibuſdam adſtrictus tenetur, eiusque curis ac tumultibus
diſtinetur, atque in opibus ac delicijs viuit, ſine vlla inflexione mandatorum
Dei viam peragret, purumque ſeipſum atque incolumem ab ijs ſeruet. Ait
enim Dominus: Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim vnum odio
habebit, & alterum diliget: aut vni adhærebit, & alterum contemnet. Non pote-
ſtis Deo ſeruire, & mammonæ. Quinetiam charus ipſius diſcipulus Iohannes
Euangeliſta & Theologus, in Epiſtola ſua ait: Nolite diligere mundum, neque
ea, quæ in mundo ſunt. Quoniam omne quod eſt in mundo, aut concupiſcen-
tia carnis eſt, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ, quæ non eſt ex Pa-
tre, ſed ex mundo eſt. Et mundus tranſit, & concupiſcentia eius. Qui autem facit
voluntatem Dei, manet in æternum. Hæc igitur cùm diuini ac diuinitùs inſpira-
ti Patres noſtri animaduertiſſent, atque illud Apoſtoli audiſſent, quòd per mul-
tas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum, in id omni animi con-
tentione incubuerunt, vt poſt baptiſmum, immaculatum ac labis omnis expers
incorruptionis indumentum conſeruarent. Ac proindè quidam eorum alterum
etiam baptiſmum inſuper aſſumpſerunt, hoc eſt eum, qui in ſanguinis profuſio-
ne, ac martyrio ſitus eſt. Baptiſmus enim hic quoquè appellatus eſt, & quidem præ-
ſtantiſſimus, ac ſumma veneratione dignus. Neque enim poſterioribus peccati
ſordibus inquinatur. Quem etiam Dominus meus accipiens, Baptiſmum meritò
nuncupauit. Deindè ipſius imitatores effecti, primùm quidem ipſius ſpectatores,
& diſcipuli atque Apoſtoli, deincèps autem vniuerſus ſanctorum martyrum cho-
rus, idolorum cultoribus, Regibus, ac tyrannis ſeipſos pro Chriſti nomine obii-
cientes, omnia ſuppliciorum genera ſuſtinuerunt, feris videlicet obiecti, atque
igne cremati, & gladijs obtruncati. Cumque præclaram confeſſionem edidiſſent,
& curſum conſummâſſent, ac fidem ſeruâſſent, iuſtitiæ palmam conſecuti ſunt, an-
gelorum contubernales, & Chriſti cohæredes effecti. Quorum virtus vſque eadeò
emicuit, vt in omnem terram eorum ſonus exierit, & in fines orbis terræ fulgor
eorum, quæ rectè & cum virtute geſſerunt, rutilârit. Horum, non verba dunta-
xàt, & opera, ſed ipſe quoquè cruor, & oſſa, omni ſanctitate plena ſunt. Dæmones
namque per vim in fugam vertunt: atque ijs, qui cum fide accedunt, incurabiles
alioqui morbos profligant. Quin veſtes quoquè ipſæ, & ſi quid aliud ad pretio-
ſa eorum corpora propiùs acceſſit, omnibus veneratioñi ſunt. De quibus longa
oratione mihi opùs eſſet, ſi præclara eorum facinora ſigillatim exponere vellem.
Poſteaquàm autem crudeles illi ac belluini tyranni miſerè, vt eorum improbitas
merebatur, perierunt, perſecutioque finem accepit, ac pij Imperatores totius or-
bis imperio potiti ſunt, ſuccedentes alij, ac zelum illum, diuinamque cupiditatem
ſibi imitandam proponentes, eodemque timore ſauciam animam habentes, illud
optimè ſecum conſiderabant, atque ſpectabant, vt ab omni ſpurcitie puram ani-
mam ac corpus Deo exhiberent: ſic nimirùm ſe comparantes, vt omnes vitioſa-
rum affectionum actiones amputarent, ſeipſosque ab omni carnis & ſpiritus in-
quinamento repurgarent. Quoniam autem hoc non alia ratione, quàm per man-
datorum Chriſti obſeruationem, à ſe præſtari poſſe intelligebant, mandatorum
porrò obſeruationem, ac virtutum cultum in medijs mundi tumultibus ſæpè con-
ſequi ſe poſſe perſpiciebant, nouum quoddam atque ab alijs diuerſum vitæ genus
ſibijpſis inſtituerunt, ac iuxta diuinam vocem relictis omnibus rebus, hoc eſt, pa-
rentibus, liberis, amicis, cognatis, opibus, delicijs, cunctisque mundi commodis
contemptis, in ſolitudines, tanquàm exules quidam, ſeſe contulerunt, egentes, an-
guſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. In ſolitudinibus errantes, in mon-
tibus, & ſpeluncis, & in cauernis terræ: ac ſeipſos ab omnibus terrenis iucundita-
tibus & voluptatibus procùl remouentes, atque adeò panis etiam & veſtimento-
rum graui penuria laborantes. Quod vt facerent, duplex eos cauſa impellebat, al-
tera,

Difficile eſt inter mundi tumultus ſa-luti ſtudere.

Matth 6.

1. Iohan. 2.

Act. 14.

Martyrij baptiſmus omnibus præ-ſtantiſſimus

Pſal. 18.

Sanctorum miracula.

2. Cor. 7.

Cur monaſtica vita à pijs viris ſuſcepta.

Heb. 11.

tera, vt vitioſarum affectionum materias minimè cernères, earum cupiditates ra-
dicitùs ex animis ſuis euellerèt, earumq; memoriam obliterarèt, ac diuinarum &
cælestium rerum amorem & deſiderium in ſeipſis inſererent: altera, vt per afflicti-
onem corpus conficerent, animoq; ac voluntate martyres effecti, ea gloria, quam
ij, qui martyrio perfuncti ſunt, obtinèt, minimè carerent, verùm cùm ipſi quoquè,
quantum in ſe eſſet, Chriſti paſſionem expreſſiſſent, ipſius quoquè regni participes
eſſent. Ad hunc igitur modum optima conſideratione adhibita, monaſticam ac
ſolitariam vitam cõſectati ſunt. Atq; alij quidem ſub dio durantes, Solis æſtu, atque
aſperrimis frigoribus ac pluuijs, & ventorum turbinibus afflictabantur. Alij con-
ſtructis tugurijs, aut in ſpeluncis & antris ſeſe occultantes, vitam agebant. Sicque
virtutem colentes, omnem carnalem conſolationem & quietem ad extremum
uſque repudiârunt, crudis oleribus, & herbis, aut pomis, aut etiã ſicco ac duriſſimo
pane vitam tolerâtes: nec ſuauium ciborum qualitati dũtaxàt nuncium remitten-
tes, ſed præ exuberãti quadam continentia magnitudinem animi ſui ad ipſam quo-
què quantitatem extẽdentes. Tantulum enim duntaxàt, etiam ex ipſis vilibus, ma-
ximeq; neceſſarijs cibis, percipiebãt, quantũ ad tolerandam famem ſatis eſſet. Qui-
dam enim eorum integrã hebdomadam per inediam tranſigentes, Dominico de-
mùm die cibũ admittebant. Quidam bis tantùm hebdomada quaque ipſius memi-
nerant. Alij alternis diebus ſub veſperã edebant, ſic vt cibũ duntaxàt deguſtarent:
precibuſq; ac vigilijs propemodũ cum angelis quoquè certãtes, atq; auri & argenti
poſſeſſione, emptionibuſq; & venditionibus prorsùs valere iuſſis, inter homines
omninò ſe eſſe obliuiſcebãtur. Inuidiæ aũt & animi elationi, quæ potiſſimùm bo-
norum operum comites eſſe ſolent, locus inter eos nullus erat. Neque enim is, qui
in vitæ monaſticæ exercitationibus inferiorem locũ tenebat, aduersùs eum, cuius
illuſtrior virtus erat, liuoris cogitationẽ in animum admittebat: nec rursùs eum,
qui virtutibus pollebat, arrogãtia & faſtus aduersùs imbecilliores efferebat, atque
in hanc fraudẽ impellebat, vt proximũ nihili penderet, aut de religioſa exercitati-
one gloriaretur, ob eaq;ue, quæ cum laude præſtitiſſet, magnificè atque arroganter
de ſe ſentiret. Nam qui virtute alterum antecellebat, id totũ, nõ ſuis laboribus, ſed
Dei virtuti adſcribens, humili mente hoc ſibi perſuadebat, ſe nihil omninò effice-
re, verùm multo plura ſibi præſtanda eſſe, iuxta illud quod ait Dominus, Cùm
feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, Serui inutiles ſumus: quæ debui-
mus facere, fecimus. Ac quidam etiam hoc ſibi perſuadebant, ſe ne ea quidem vl-
lo modo feciſſe, quæ ipſis à Deo præcepta eſſent, verùm multo plura eſſe, quæ ſibi
deeſſent, quàm quæ iam præſtitiſſent. Rurſùm is, qui in religioſa exercitatione,
ob corporis fortaſſe imbecillitatem, inferior erat, ſeipſum nihili pendebat, ac mi-
ſerum dicebat, animi ſcilicet ignauiæ, ac non naturæ imbecillitati defectum ſuum
aſſignans. Ità alij alijs, atque omnes omnibus modeſtiores ſe præbebant. Inanis
porrò gloriæ affectus, aut hominibus placendi ſtudium, quonam tandèm pacto
in illis ineſſet, quippè qui hac de cauſa orbem fuga reliquerant, atque in deſertis
morabantur, vt virtutes ſuas non hominibus, ſed Deo, à quo virtutum quoquè
præmia ſperabant, demonſtrarent? Illud quippè probè nôrant, religioſa exercitia,
quæ inanis gloriæ cauſa obeuntur, mercede carere: vt quæ, non Dei, ſed humanæ
laudis cauſa fiant. Ac proindè huiuſmodi homines duplici detrimento afficiun-
tur: dum nimirùm corpus conficiunt, nec tamen mercedẽ vllam ferũt. Qui autem
cælestis gloriæ deſiderio flagrant, atque ad eam omni celeritate contendunt, ter-
renam omnem & humanam aſpernantur. Ex huiuſmodi porrò hominibus alij ſic
degunt, vt in ſeceſſu ac ſolitudine pietatis certamen obeant, & ab hominum con-
tubernio per omne vitæ tempus ſeſe remoueant, atque ad Deum appropinquent.
Alij procùl inter ſe conſtructis ædiculis, Dominicis diebus ad vnam & eandem
Eccleſiam pergunt, ac diuina myſteria, hoc eſt incruentum puri corporis, ac pre-
tioſi ſanguinis Chriſti ſacrificium, percipiunt: quæ quidem Dominus pijs in pec-
catorum remiſſionem, ac tum animi, tum corporis illuminationem & ſanctifica-
tionem donauit. Atque diuinorum oraculorum exercitatione, mirabilibusque
conſilijs & cohortationibus mutuò ſeſe paſcentes, & occulta hoſtium bella pate-
facientes (nè quis videlicet luctandi adhuc ignarus ab ijs ſuperetur) domum rur-
sus ſinguli redeunt, virtutis mel in pectorum ſuorum fauis ſtudioſè recondentes,
ſuauiſſimumque fructum, ac cæleſti menſa dignum, excolentes. Alij autem cœno-
biacam

Monaſtica vita quoddam martyrij genus eſt

Monaſtica vita qualis aliquandò fuerit.

Opera quæ laudis humanæ ſtudio fiunt, mercede carent.

Effectꝰ Euchariſtiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præfectus monasteriorum debet omnibus virtute præstare. Gal.2.

biacam vitam cõsectantur. Qui quidem maximo numero in vnum coacti, vnius præfecti atque antistitis (qui omnibus virtute præstat) imperio seipsos subdunt: ac voluntatem suam obedientiæ mucrone prorsùs truncantes, seque velut emptitia mancipia vltrò reputantes, non iam sibijpsis viuunt, sed ei, cui ob Christi amorem sese submiserunt, vel, vt aptiùs loquar, viuunt iam non sibijpsis, viuit autem in his Christus, quem rebus omnibus abiuratis sequuti sunt. Nam in hoc demùm secessus

Quid sit secedere à mundo.

à mundo consistit, vt propter earum rerum, quæ natura sublimiores sunt, cupiditatem, voluntariũ suijpsius odium quispiam concipiat, ac naturam abiuret. Hi igitur Angelorum instàr in vita versantur, Psalmos videlicet & Hymnos cõcordibus animis Domino canentes, & Confessorum nomen propter obediẽtiæ certamina obtinentes. In quibus etiam Dominicum illud oraculum expletur: Vbicunq; fuerint

Matth.18.

duo vel tres cõgregati in nomine meo, illic sum in medio illorum. Quibus verbis,

Numerus finitus pro indefinito in scriptura sacra frequens.

non hoc duntaxàt numero eos, qui in ipsius nomine congregantur, circunscripsit, verùm per duos aut tres indefinitum numerum significauit. Nam siue pauci, siue multi, ob sanctum ipsius nomen in vnum cõueniant, eiq; ardenti amore cultũ adhibeant, illic eum in medio seruorum suorum adesse minimè dubitamus. Per hæc exempla, & per huiusmodi coitiones & actiones, terreni cælitum vitã imitãti sunt: animi distractione libera, in peregrinatione ac mortis memoria, in lenitate animique affectu ab iracundia remoto, in labiorum silentio, in paupertate atque inopia, in castitate ac pudicitia, in humilitate & quiete, ac deniq; in perfecta erga Deum & proximum charitate præsentis vitæ curriculum cõfecerint, angelosq; moribus expresserint. Ob eamq; causam Deus miraculis, ac signis, varijsq; virtutibus, eos

Antonius monasticæ vitæ princeps.

exornauit, effecitq; vt admirandæ eorum vitæ rationis fono ipsi quoquè orbis rerarum fines personẽt. Ac si vnius ipsorum, hoc est Antonij, qui etiam monasticæ vitæ auspex ac princeps extitisse dicitur, vitam tibi sigillatim exponerem, nimirùm ex vna arbore fructuum eorum, qui eiusdem generis ac speciei sint, dulcedinem prorsùs intelligeres, quodnamq; ille exercitationis religiosæ fundamẽtum iecit, & quodnam fastigium struxit, & quantas à Saluatore gratias consecutus est. Plerique etiam alij post eum eodem certamine perfuncti, ad easdem coronas, & eadem præmia peruenerũt. Beati certè illi, ac ter beati, vt qui Dei amore flagrârũt, atq; ob ipsum charitatem omnia pro nihilo duxerunt. Siquidem lachrymas profuderũt, diuq;

Descriptio vitæ monasticæ.

ac noctu in luctu versati sunt: vt perpetuam consolationẽ adipiscerentur. Seipsos vltrò depresserunt: vt illic in altum attollerentur. Carnes suas fame ac siti & vigilijs confecerunt: vt illic paradisi delicię & exultatio ipsos exciperent. Spiritũs sancti tabernaculum per cordis puritatem extiterunt, quemadmodùm scriptum est,

2.Cor.6. Ephes.6. Matth.25.

Inhabitabo in ipsis, & inambulabo. Seipsos mũdo crucifixerunt: vt ad Christi dextram starent. Lumbos suos in veritate succinxerunt, atq; in promptu semper lampades habuerunt, immortalis sponsi aduentum expectantes. Nam cùm mẽtis oculis præditi essent, horrendum illum diem semper prospiciebant: atque, tum futurorum bonorum, tum futuri supplicij, contemplationem ità in corpore defixam gerebant, vt ab ipsa nunquàm diuellerentur. Atque hìc laborare studuerũt, vt sempiternæ gloriæ compotes essent. Perturbationũ expertes, non secùs atquè Angeli, fuerunt: ac nunc cum illis, quorum vitam imitati sunt, choreas agunt. Beati illi, ac ter beati: quoniã firmis mentis oculis præsentium rerum vanitatem, atq; humanæ prosperitatis incertitudinem & inconstantiam perspexerunt, eaq; reiecta, sempiterna bona sibijpsis condiderunt, ac vitam eam, quæ nunquàm occidit, nec morte interrumpitur, arripuerunt. Hos igitur admirandos & sanctos viros, hos quoquè indigni ac despicabiles, imitari studemus. Verùm eorum vitæ cælestis fastigium minimè assequimur, sed pro infirmitatis nostræ ac miseræ facultatis modulo eorum vitam exprimimus. Atque ipsorum habitum gerimus, etiamsi opera non assequamur. Etenim diuinam hanc professionem peccatum propulsare, atque incorruptionis per diuinum baptisma nobis concessæ sociam & opitularricem esse perspectum habemus. Ac beatorum illorum virorum sermonibus adducti, caducas

Vanitas rerum huius vitæ. Eccls 1.

atque interitui obnoxias huiusce vitæ res magnoperè condemnamus, in quibus nihil firmum & æquabile, quodque eundem semper statum retinear, inueniri potest, verùm omnia vanitas sunt, & afflictio spiritús, multas temporis puncto mutationes ferens. Siquidem insomnijs, & vmbris, ac ventis aërem perflantibus imbecillio-

ora sunt. Quorum parua & breuis voluptas est, immò non voluptas, sed fraus quædam & impostura peruersitatis mundi, quem nullo modo diligere, verùm potiùs ex animo odisse atque insectari docemur. Ac sanè odio ac detestatione dignus est. Nam quicquid amicis suis dono dat, idem rursùs animo irato eripit, atque omni bono spoliatos, ignominiaq; indutos, grauibusque sarcinis onustos, ad sempiternam calamitatem transmittit. Et quos in sublime attollit, extremæ humilitati atque afflictioni obnoxios quam primùm reddit, hostiumq; suorum ludibria exponit. Huiusmodi enim sunt ipsius beneficia: huiusmodi ipsius munera. Amicorum enim suorum hostis est: omnibusque, qui ipsius voluntatibus obsequuntur, insidias struit: horrendum videlicet in modum eos, qui ipsi innitũtur, conturbans, & eorum, qui fiduciã suã in eo collocant, neruos omnes elidens. Cum stultis fœdus sancit, falsasque pollicitationes init: hoc tantùm animo, vt eos ad se pertrahat. Illis autem sincero animo sese ad ipsum adiungentibus, improbus ipse ac mendax esse comperitur, nihil eorũ, quæ pepigerat, præstans. Nam cùm iucundis cibis eorum fauces hodiè deliniuit, cras eosdem hostibus suis deuorandos obijcit. Hodiè Regem aliquem creat: & cras eundem in miseram seruitutem addicit. Hodiè innumeris bonis florentem reddit: cras mendicum & mancipiorum mancipiũ. Hodiè insignem coronam ipsius capiti imponi: cras ipsius faciẽ terræ allidit. Hodiè ipsius collum splendidis dignitatum honoribus exornat: cras eundem ferreis catenis vinctũ deijcit. Ad breue tempus omnium amorẽ ac beneuolentiam ipsi conciliat: aliquantò pòst autem eidem omnium odium & execrationem conflat. Hodiè ipsum voluptate afficit: & cras eundem luctibus ac lamentis conficit. Quemnam autem etiam ipsis finẽ imponat, audi. Incolas enim gehennæ, eos à quibus adamatus est, miserandum in modum efficit. Hæc semper ipsius mens ac sententia est, hoc institutum. Nec eos, qui præterierunt, luget: nec eorum, qui relicti sunt, commiseratione afficitur. Illis enim graui detrimento mulctatis, retibusque suis inclusis, ad hos rursùs arrem suam transferre nititur, neminem videlicet, qui periculosos ipsius laqueos effugiat, esse cupiens. Quamobrèm eos, qui tam pestifero ac crudeli domino seruiũt, quique à bono ac benigno per summam dementiam seipsos remouentes, rebus præsentibus inhiant, & intabescunt, nec futura vllo modo cogitant, verùm ad corporeas quidem voluptates sine vlla intermissione sese conferunt, animas autem suas fame confici & innumeris malis conflictari sinunt, homini à furentis vnicornis facie fugienti similes esse cẽseo, qui cùm clamoris ipsius sonum, atque horrendos mugitus ferre nequeat, magno impetu, nè ipsi in prædam cedat, aufugit. Dum autem celeriter currit, in ingentem quandam scrobem ruit, ac rudo manus extendens, arborem quandam arripit, eamque arctissimè retinet, atque gradu quodã affirmatis pedibus, pacata deincèps omnia, atque ab omni periculo aliena esse arbitratur. Respiciens autem, duos mures cernit, alterum candidum, alterum atrum, arboris illius, quam arripuerat, radicem perpetuò corrodentes, iamque penè eam amputantes. Atque insuper, coniectis in imam scrobem oculis, horrendum draconem conspicit, adspectu ipso ignem spirantem, actoruis oculis ipsum intuentem, horrendeque ipsi deuorando inhiantem. Ac rursùm in gradũ illo, cui pedes ipsius innitebantur, oculorum acie defixa, quatuor aspidum capita videt, è pariete, in quo consistebat, prominentia. Sursùm autem oculos conuertens, nonnihil mellis ex arboris illius ramis stillans perspicit. Quocirca calamitatum earum, quibus vndiquè obsidebatur, & vrgebatur, omissa consideratione, nimirùm quonam pacto externè quidem vnicornis vehementi furore percitus eum deuorare quæreret, ab inferiore autem parte acerbus draco eum deglutire vehementer expeteret, ac rursùs arbor ea, quam arripuerat, iam iamque amputanda esset, pedes deniquè ipsius lubrico & infido gradui inniterentur: horum inquam tantorum periculorum oblitus, in exigui illius mellis dulcedine percipienda seipsum occupauit. Hæc eorum, qui præsentis vitæ ludibrijs intabescunt, figura est: cuius quidem explanationem protinùs tibi exponam. Vnicornis igitur mortis typum gerit, quæ semper mortalium genus persequitur, atque arripere contendit. Scrobs autem mundus est, qui omnis generis malis ac mortiferis laqueis scatet. Arbor ea, quam compressis manibus tenemus, & quæ à duobus muribus indesinenter arroditur, cuiusque hominis vitæ curriculum est: quod quidem per dieì ac noctis horas absumitur & conficitur, ac paulatim ad excisionem

1. Iohan. 2. Mũdus fallax in promissis.

Mundi inconstãtia.

Eleganti parabola, mũdi amatorũ stultitia ostenditur.

Parabolæ prænominatæ expositio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

accedit. Quatuor autem aspides, humani corporis super quatuor lubrica & instabilia elementa constitutionem designant: quę cùm immoderatè se habent, ac perturbantur, corporis compages dissoluitur. Adhæc igneus ille ac truculentus draco, horrendum inferni ventrem adumbrat, qui eos suscipere gestit, qui præsentes voluptates futuris bonis anteponunt. Mellis verò guttula distillans, mundi iucunditatem & dulcedinem significat, per quam ille amicos suos ludificans, eos saluti suæ prospicere minimè sinit.

Barlaam aptissima parabola, quàm fluxæ atque infidæ diuitiæ sint, ostendit: quodque in afflictionibus vnicum perfugium sit animi virtus. CAP. XIII.

HAnc parabolam maiorem in modum comprobans Iosaphat, dixit: Quàm verus hic sermo est, ac concinnitatis omnis plenus. Quamobrèm nè te quæso huiusmodi figuras mihi assiduè demonstrare pigeat: quò certò intelligam qualis nostra vita sit, & quas res amicis suis accersat. Dixit autem Senex: Similes rursùm sunt ij, qui voluptatum huius vitæ amore capti, earumque suauitate deliniti, res fluxas & imbecilles futuris atque à iactatione alienis antiquiores habuerunt, homini, qui tres amicos habuit, ex quibus duos quidem ingenti animi affectu colebat, ac vehementer amabat, adeò vt ad mortem vsque pro ipsis dimicare, ac pericula quæuis adire minimè recusaret: tertium autem admodùm aspernabatur, ità vt nec honorem vnquàm, nec, quam par erat, beneuolentiam ipsi præstaret, sed exiguam quandam duntaxàt, eamque fictam ac simulatam amicitiam exhiberet. Venerunt autem quodam die immanes atque horrendi milites, qui eum summa cum festinatione ad Regem traherent, vt decem millium talentorum, quæ debebat, rationem redderet. Ille igitur in summam angustiam redactus, aliquem quærebat, qui in metuenda illa rationum apud Regem redditione opem ipsi ferret. Currens itaque ad primum, omniumque aliorum charissimum amicum, ad eum ait: Non te fugit, ô amice, quemadmodùm tua causa vitam meam semper in discrimen adduxerim. Nunc autem hodierno die, vrgente necessitate, ope tua atque auxilio indigeo. Ecquid ergò te mihi auxilio fore polliceris? & quænam in te, vir charissime, spes mihi constituta est? Respondens autem ille, ait: Amicus tuus non sum, ô homo, nec qui sis noui. Sunt enim mihi alij amici, quibuscum hodiè oblectari me oportet: quosque in posterum pro amicis habiturus sum. Quarè duo tantùm cilicia tibi porrigo, vt ea in via, qua pergis, habeas: quæ etiam ipsa nihil tibi emolumenti allatura sunt: nec est quod à me quicquam expectes. Hæc ille audiens, ac de auxilio, quod ab eo expectabat, spem omnem abijciens, ad secundum amicum se confert, ad eumque ait: Recordare, amice, quantum à me honoris & beneficiorum acceperis. Hodierno autem die in maximam calamitatem & afflictionem prolapsus, opitulatore aliquo opùs habeo. Quidnam igitur adiumenti nunc mihi afferre queas, fac sciam. Ille autem ait: Hodiè mihi per negotia tecum certamen subire minimè licet. Curis enim & solicitudinibus vndiquè vrgeor, atque in afflictione sum. Paulùm tamen tecum pergam: quanuis nihil hinc commodi ad te rediturum sit: ac pòst statim domum reuersus, negotijs meis operam dabo. Inanibus igitur manibus homo indè reuersus, atque omni ex parte auxilio destitutus, de vana spe, quam in perfidis & ingratis amicis suis collocârat, & de inutilibus laboribus, quos pro suo erga eos amore susceperat, seipsum deplorabat. Pergit autem etiam ad tertium amicum, quem nec vllo vnquàm loco habuerat, nec lætitiæ suæ socium adsciuerat. Atque ad eum pudibundo, & in terram deiecto vultu, his verbis vsus est: Vix mihi ad te loquendi facultatem os concedit. Etenim illud perspectissimum habeo, me nunquàm tibi benignè fecisse, nec amico erga te animo fuisse. Cæterùm quoniam grauissima calamitate oppressus in reliquis meis amicis nullam salutis spem inueni, ad te accedo, teque rogo atque obsecro, vt si exiguam aliquam opem mihi afferre queas, nè id, ingratitudinis meæ memor, facere recuses. Ille autem hilari & amœno vultu ait: Sanè sinceriss imum amicum meum te esse profiteor: atque exiguæ illius tuæ erga me beneficentiæ memor, eam tibi hodierno die cum fœnore rependam. Quocirca nè metuas ac perimescas. Nam ego ante te proficiscar, Regemque tuo nomine obsecrabo, nè te hostium manibus dedat. Quarè fac bono animo sis, vir amicissime, nec te mœrore excrucies. Tum ille compunctione affectus, & lachrymis perfusus,

Altera parabola eodẽ spectãs quò superior.

Ingrato homine terra nil peius gignat.

fusus, dicebat: Heu me miserum, quidnam priùs deflebo ac lamentabor? Vanámne meam in immemores & ingratos falsos illos amicos beneuolentiam condemnabo? an potiùs insanam eam ingratitudinem, qua in hunc verum & sincerum amicum vsus sum, insectabor? Iosaphat autem hunc sermonem non sine admiratione suscipiens, eius explicationem requirebat. Dixit itaq; Barlaam: Primus amicus, opum copia est, & diuitiarum amor, ob quem homo in sexcenta pericula incidit, ac multas ærumnas perfert. Cùm autem extremus vitæ dies clausus est, ex illis omnibus opibus præter inutiles quosdam pannos, qui ad funùs adhibentur, nihil omninò secum accipit. Secundus autem amicus, vxor ac liberi sunt, cæteriquè cognati & familiares, quorum affectione ac beneuolentia constricti tenemur, vt ab his diuelli vix queamus, ac præ eorum amore corpus etiam & animam nostram negligamus. Ex ipsis porrò nemo in mortis hora vtilitatis aliquid percipit, nisi quod ad sepulcrum vsque duntaxàt cadauer comitantur: ac protinùs domum reuersi, suis curis ac negotijs operam dant, memoriam eius, qui quondàm ipsis charus erat, non minùs obliuioni, quàm corpus sepulcro, relinquentes. At verò tertius amicus, qui contemptui ac fastidio erat, cuiusque aditum horremus & auersamur, optimorum operum chorus est, hoc est fides, spes, charitas, misericordia, benignitas, reliquusque virtutum cœtus, qui quidem ante nos, cùm è corpore excesserimus, proficisci, ac nostra causa Deum precibus inflectere, atque ab hostibus nostris & horrendis exactoribus, qui de referendis rationibus acerbam nobis in aere litem mouent, ac crudeliter nos arripere contendũt, liberare potest. Hic nimirùm est candidus ille, ac probus & gratus amicus, qui quamlibèt etiam exiguum bonum nostrum opus memoria tenet, ac cum fœnore nobis illud rependit.

Parabolæ explicatio.

Quisnam verus amicus sit.

Barlaam, vanitate mundi demonstrata, filium Regis monet, vt opes suas in cælum præmittat. CAP. XIIII.

RVrsùm igitur Iosaphat dixit: Vtinàm tibi à Domino Deo tuo omnia fausta & iucunda sint, hominum sapientissime. Siquidem optimis tuis aptisque sermonibus animum meum exhilarâsti. Quocircà vanitatis huius mundi rursùm imaginem mihi exprime: & qua ratione hanc vitam in pace ac securitate peragrare queam. Excipiens igitur sermonem Iosaphat, ait: Huiusce quoquè quæstionis similitudinem audi. Vrbem quandam magnam extitisse accepi, in qua ciues hoc in more atque instituto positum habebant, vt peregrinum quendam & ignotum virum, ac legum & consuetudinum ciuitatis omninò rudem & ignarum acciperent, eumque sibijpsis Regem constituerent, penès quem per vnius anni curriculum rerum omnium potestas esset, quique liberè & sine vllo impedimento quicquid vellet, faceret. Pòst autem, dum ille omni prorsùs cura vacuus degeret, atque in luxu & delicijs sine vllo metu versaretur, perpetuumque sibi regnum fore existimaret, repentè aduersùs eum insurgentes, regiamque ipsi vestem detrahentes, ac nudum per totam vrbem tanquàm in triumphum agentes, in magnam quandam ac longè remotam insulam eum relegabant, in qua nec victu, nec indumentis supperentibus, fame ac nuditate miserrimè premebatur, voluptate scilicet atque animi hilaritate, quæ præter spem ipsi concessa fuerat, in mœrorem rursùs præter spem omnem & expectationem commutata. Contigit ergò, vt pro antiquo ciuium illorum more atque instituto vir quidam magno ingenij acumine præditus ad regnum adsciscceretur. Qui statim subita ea felicitate, quæ ipsi obtigerat, haudquaquàm præcepsabreptus, nec eorum, qui ante se regiam dignitatem obtinuerant, misereque eiecti fuerant, incuriam imitatus, animo anxio ac solicito id agitabat, quonam pacto rebus suis optimè consuleret. Dum ergò crebra meditatione hęc secum versaret, per sapientissimũ quendam consiliarium de ciuium consuetudine, ac perpetui exilij loco, certior factus est: quonamque pacto sine vllo errore ipse sibi cauere deberet, intellexit. Cùm igitur hoc cognouisset, futurumque propedièm, vt ad illam insulam ablegaretur, atque aduentitium illud & alienum regnum alijs relinqueret, patefactis thesauris suis, quorum tunc promptum ac liberum vsum habebat, aurique atque argenti, ac pretiosorum lapidum ingenti mole famulis quibusdam, quos fidissimos habebat, tradita, ad eam insulam, ad quam abducendus erat, præmisit. Vertente autem anno, ciues commota seditione nudum eum, quemadmodùm superiores Reges, in exi-

Pulchra parabola de bonis per eleemosynã in cælum præmittendis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lium miserunt. Ac cæteri quidē amentes, & breuis rēporis Reges, grauissima fame laborabant: ille contrà, qui opes suas præmiserat, in perpetua rerū copia vitā ducens, atq; infinita voluptate fruens, perfidorū ac sceleratorum ciuium metu procsùs abiecto, sapientissimi consilij sui nomine beatū se prædicabat. Hic porrò, per ciuitatē vanum hunc atq; impostorē mundum intellige. Per ciues aūt, principatus & potestates dæmonū, ac mundi rectores tenebrarū huius seculi, qui nos per voluptatis mollitiē inescant, atq; in animum nobis inducunt, vt de rebus caducis & interituris, velut de immortalibus cogitemus, tanquàm scilicet earum fructus nobis perpetuus ac sempiternus futurus sit. Cùm igitur ad hunc modum decepti, atque in fraudē impulsi sumus, nec de certis illis ac sempiternis vllum vnquàm consilium inijmus, nec nobis in futurū æuum quicquā recondidimus, repentinus nobis mortis interitus ingruit. Ac tum demùm nudos nos atq; omnibus huius vitæ rebus spoliatos improbi illi ac sæui tenebrarum ciues accipientes (vt qui illis tempus omne impenderimus) in terrā tenebrosam & obscuram abducunt, in terram sempiternæ caliginis, vbi lux nō est, nec mortalium vitā intueri licet. Per probum verò consiliariū, qui prudenti, ac perquàm sapiēti illi Regi omnia verè aperuit, ac salutaria cōsilia tradidit, me vilē & humilem homunculū intellige, qui huc idcircò venio, vt tibi viam bonā, & ab omni errore liberā commonstrē, req; ad sempiterna & nunquàm finienda bona traducā, illicq; omnia tua recondere suadeam, contraq; te ab impostore hoc mundo abducam. Quem quidē ipse quoquè aliquandò miserè amabā, eiusq; voluptates & oblectamenta cōplectebar. Cæterùm cùm rectis mentis oculis animaduertissem, quēadmodùm in his rebus vniuersa mortaliū vita conteritur, alijs nimirùm accedentibus, alijs decedentibus, nec vllo omnino firma & stabili sede cōstituto, hoc est, nec diuitibus & copiosis in opibus, nec potentibus in potentia, nec sapientibus in sapiētia, nec ijs, quibus prosperè res succedunt, in prosperitate, nec luxui deditis in luxu & cupedijs, nec ijs, qui securè sibi videre videntur, in inani sua & imbecillissima securitate, nec in vlla alia re ex ijs, quę laudibus efferuntur: verùm hæc res torrentiū aquarum in profundū mare labentium transitui similis est (eodē enim modo fluxa sunt & fragilia omnia præsentia) hinc scilicet hæc omnia vana esse, neq; quidquam vtilitatis habere intellexi. Quin potiùs quemadmodùm priora omnia obliuione obruta sunt (siue gloriam dixeris, siue regnum, siue dignitatum splendorē, siue potentiæ amplitudinem, siue tyrānorum audaciā, siue quid aliud eiusdē generis) eodem modo præsentia quoquè tandèm vetustas obscurabit. Quorum in numero cùm ipse quoquè sim, consuetæ immutationi prorsùs subijcior. Vt enim ijs, qui ante me extiterunt, præsentium rerum voluptatibus perpetuò frui minimè concessum est: sic ne mihi quidem concedetur. Animaduerti enim, quemadmodùm tyrannus hic ac turbulentus mundus homines tractet, eos nimirùm huc atque illuc inuertens, hos scilicet ex opibus ad egestatem, illos rursùs ex grauissima paupertate ad gloriam: hos è vita eduens, illos rursùm eorum loco in vitam inducens: sapientes quosdam & ingeniosos viros improbans ac reijciens, eosque qui in honore ac splendore erant, contemptos & despicabiles reddens: alios contrà insipientes ac stolidos in gloriæ throno collocans, eosq; qui abiecti & obscuri erant, ità euehens, vt ipsis ab omnibus honor tribuatur. Accernere est hominum genus ità comparatum esse, vt ante crudelē ipsius tyrannidem nihil omninò firmū ac stabile habeat. Quemadmodùm enim columba aquilā aut accipitrē fugiens, locum subindè cōmutat, ac nunc quidem in hac arbore, nunc autem in illo frutice, ac deindè in rupium cauernis, ac varijs spinis pedem affigens, nec tutum vsquàm perfugium inueniens, in perpetua iactatione atque ærumna versatur: eodem modo se habent, qui res præsentes admodùm miserè mala bonis præferentes, ac probitatis loco vitium consectantes, sese subiecerunt, eos ducat, nec quisnam frigidos multorum ac miserorum laborum suorum fructus excepturus sit, hoc est propinquúsne an alienus, ac persæpè ne amicus quidam aut notus, verùm inimicus & hostis. Hæc inquam omnia, & quæ his contentanea sunt, cùm ipse in animæ meæ foro disceptâssem, totius vitæ me, quam in rebus vanis consumpsi, ac terrenis laboribus addictus transegi, odium me cepit. Cum

Parabolæ superioris explanatio.

Prou. 1.

Iob 10.

Nihil in mundo firmum ac stabile.

Res huius vitæ torrentiæ similes.

Quo pacto mūdus cum hominibus agat.

Similitudo.

Cumque eorum amorē ex animo excussissem & eiecissem, ea sese oculis meis obtulerunt, quæ verè bona sunt, hoc est Dei metu præditū esse, atq; ipsius volūtati obsequi. Nam hoc bonorū omnium caput esse cōpertum habui. Hoc enim sapientiæ initiū esse dicitur, atque adeò perfecta sapientia. Etenim mœroris expers vita est, atq; ab omni offensione libera, ijs, qui eam amplectuntur, & qui ei tanquàm Domino, innitūtur, tuta & ab omni periculo immunis. Cùm itaq; animū meum ad erroris omnis expertē mandatorum Domini viā adiecissem, nihilq; in ipsis obliquum & anfractuosum, ac voraginibus & scopulis & sentibus & tribulis plenum esse certò cōperissem, verùm eam omninò planā & æquabilē esse, eorum quidem, qui hāc ingrediuntur, per clarissimas contēplationes oculos oblectantem, pedibusq; pulchritudinē conciliantē, atq; eos ad præparationē Euangelij pacis calceantem, mecum illā incedere aggressus sum: quam etiā optimo iure rebus omnibus antetuli, atq; collapsam & dirutā animæ meæ domum instaurare cœpi. Cùm ergò ad hunc modum rebus meis consulerē, ac mentis lubricum corrigere studerem, sapientis cuiusdā magistri vocem audiui, hæc mihi inclamantis: Egredimini, inquit, omnes, quos salutis cupiditas tenet, atq; à mundi vanitate vos remouete. Trāsit enim ipsius figura. Iam iamque: & eccè non erit. Irretortis oculis excedite: nec tamen inanes ac vacui, verùm sempiternæ vitæ viatica ferentes. Etenim lōgum iter vobis incundum est, quod q; multo huiusce vitę viatico opùs habeat. Atq; ad sempiternum locum, duas regiones, in quibus mansiones multæ sunt, habentē peruenietis. Quarum alterā qui dem Deus ijs, qui ipsius amore flagrāt, eiusq; mandatis obtēperant, præparauit, omnibus bonis florentē & circunfluentē. Ad quā qui diuino beneficio admittuntur, in sempiterna incorruptione degūt, vt qui immortalitate interitūs omnis experte fruantur, vndè effugit dolor, tristitia & gemitus. Altera autem, quæ tenebris, & calamitate, ac dolore conferta est, diabolo & angelis eius parata est. In quam etiam conijcientur, qui per flagitiosas actiones eam sibi conciliauerint, atque ab interitu aliena & sempiterna bona cum præsentibus commutârint, totosq; sese ignis æterni pabulum effecerint. Hac ego voce audita, atq; ipsius veritate intellecta, in hoc vnum opus incubui, vt ad illud hospitium peruenirem, quod omni dolore & mœstitia vacat, tantaque contrà securitate, ac tantis bonis scatet: quorum cognitio nunc mihi duntaxàt ex parte est, vt qui spiritualis ætatis ratione puer sim, ac velut per specula duntaxàt & ænigmata res futuræ vitæ perspiciam. Cùm autem venerit quod perfectum est, ac facie ad faciem cognoscam, tum demùm euacuabitur quod ex parte est. Quocirca gratias ago Deo per Iesum Christum Dominum nostrum. Etenim lex spiritūs vitæ in Christo Iesu, à peccati & mortis lege me liberauit, oculosque meos aperuit, vt carnis affectum mortem esse, spiritūs autem affectum vitam & pacem, liquidò cernerem. Quemadmodùm igitur ego prætium rerum cognita vanitate, perfecto odio eas habui: eodē modo, vt de ipsis existimes, te moneo: atque erga eas, non secùs ac alienas & quamprimùm diffluxuras afficiaris: atque hinc ereptis omnibus facultatibus, in immortali æuo, ad quod tibi sine vlla mora proficisci necesse est, thesaurum, qui furto compilari nequeat, & opes, quæ exhauriri nullo modo possint, tibi recondas: vt cùm eò accesseris, haud quaquàm penuria labores, verùm opibus circunfluas, quemadmodùm tibi aptissimam imaginem superiùs proposui.

Quænam vera bona existimanda sint. Psal. 110. Prou. 1.

Vitæ sanctę suauitas.

Ephes. 6.

1. Cor. 7.

Cæleste iter multo viatico opùs habet. 1. Cor. 2.

Esa. 35.

Duę regiones futuri seculi: vna cælestis, altera infernalis.

1. Cor. 13.

Rom. 8.

Luc. 12.

Matth. 6.

Barlaam eleemosynam laudat: atque ostendit multos salutis causa facultatibus omnibus suis nuncium remisisse. CAP. XV.

Dixit autem Iosaphat ad Senem: Quanam igitur ratione pecuniarum thesauros illuc præmittere queam, vt eorum, cùm hinc abscessero, fructum ab omni furto & interitu alienum nanciscar, quonamque itèm pacto meum in res præsentes odium demonstrare, resque sempiternas consequi possim, apertè mihi velim explices. Ait igitur Barlaam: Diuitiæ ad sempiternam regionem per pauperum manus præmittuntur. Ait enim quidam sapientissimus Propheta, Daniel nomine, ad Regem Babylonis: Propter hoc, Rex, consilium meum tibi placeat, & peccata tua eleemosynis redime, atque iniustitias tuas in miserationibus pauperum. Quinetiam Saluator his verbis vtitur: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cùm defeceritis, recipiant vos in æter-

Dan. 4.

Luc. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

na tabernacula. Multaq; de eleemosyna & largitione erga pauperes, in Euãgelico
Matth.25. Quicquid in pauperes conferetur, Christus sibi asciscit. volumine inculcat. Ad hunc scilicet modũ quàm tutissimè fortunas tuas omnes per egentiũ manus illuc præmiseris. Nam quidquid in eos beneficij cõtuleris, Dominus sibi adsciscens, magno cũ fœnore tibi repẽdet. Etenim eos, qui ipsius amore præditi sunt, beneficiorũ remunerationibus semper superat. Ad hunc inquam modum huius seculi, cui diù iam nõ sine ingenti afflictione seruisti, surreptis thesauris, ex his præclarè, viaticũ tibi in futurum comparabis, atque alieno eos eripiens, tibijpsi priùs recondes, per fluxa nempe & caduca hæc bona, ea, quæ firma & stabilia sunt, emens. Deindè autem, Deo tibi opem ferente, huius mundi incertitudinem & inconstantiam perspicies: omnibusq; rebus valere iussis, ad futurum te transferes, atque ea, quæ prætereunt, ipse præteriens, ijsq; rebus, quæ in spe positæ ac firmæ sunt, te addicens, tenebrasq; cum mortis vmbra relinquens, odioque
1.Tim.6. tum mundum, tum mundi principẽ insectans, carnemq; interitui obnoxiam hostem tibi esse ducens, ad lucẽ inaccessibilem accurres, crucemque humeris sublata Christum irretortis oculis sequeris, vt etiã cum ipso glorificeris, vitaque, non iam
Mar.10. Luc.18. caducæ & fallacis hæres efficiaris. Iosaphat itaque ad eum ait: Istud ipsum, nempe omnia pro nihilo putare, atque vsqueadeò asperũ vitæ genus suscipere, quemadmodùm superiùs dixisti, vetúsne institutũ est, ab Apostolorum doctrina manans, an recèns mentis vestræ solertia excogitatũ, tanquàm scilicet hoc, vt melius ac præstantius, vobis amplexandũ duxeritis? Senex autem ait: Non recèns inductã legem tibi affero (absit istud) verùm antiquitùs nobis traditã. Dixit enim Dominus ad di-
Matth.19. uitem quendã, qui ex ipso percontabatur, quidnã sibi faciendum esset, vt vitã æternam consequeretur, iactabatq; se cuncta, quæ in Lege scripta erant, seruâsse, Vnum tibi deest, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni, ac sublata cruce me sequere. At ille his auditis mœstitia affectus est. Erat enim admodùm diues. Cùm igitur Iesus eum mœrore affectum vidisset, dixit,
Per camelũ nõ animal, sed funem nauticum intellige. Quàm difficilè ij qui pecunias habent, intrabunt in regnum Dei! Facilius enim est camelum per foramen acûs transire, quàm diuitem intrare in regnum Dei. Hoc igitur mandato audito, sancti omnes id studuerunt, vt ab huiusmodi opum difficultate sese abstraherent, ac per largitionem erga pauperes, dispersis omnibus facultatibus, sempiternisque diuitijs sibijpsis reconditis crucem sustulerunt, Christumque secuti sunt: sic nimirùm vt quidam, velut iam à me dictum est, martyrio perfungerentur, quidam autem religiosę vitæ exercitatione concertarent, ac que, quantum ad veræ huiusce Philosophiæ rationem attinet, nihilò illis inferiores essent. Quocircà illud scias velim, Regis nostri ac Dei mandatum hoc esse, per
Marth.7. Luc.13. quod homines sempiternorum bonorum participes redduntur. Cùm igitur, inquit Iosaphat, tam antiqua ac necessaria huiusmodi Philosophia sit, quid causæ est, quamobrèm hodierna die pauci sint, qui hanc vitam imitentur? Respondit Senex: Multi quidem eam imitati sunt, & etiamnùm imitantur. At multò plures cunctantur, ac moras nectunt. Pauci enim sunt, vt ait Dominus, qui per arctam & angustam viam incedant: qui autem per facilem & latam, quamplurimi. Nam qui semèl pecuniarum cupiditate, & vitiorum, quæ ex voluptatibus oriuntur, amore correpti, vanæque & inani gloriæ addicti sunt, vix ab ipsis diuelli possunt, vt qui alieno domino, quique omnia, contrà ac Deus, imperat, atque ipsos ranquàm catenis quibusdam vinctos tenet, vltrò seipsos mancipârint. Animus quippè, cùm semèl salutis suæ spem abiecerit, habenas suas auersis à ratione cupiditatibus permittens, quoquouersùm fertur. Ac proindè Propheta offusam huiusmodi animis amentiam deplorans, caliginisque ipsos vrgentis crassitiem lugens,
Psal.4. Naz. Orat. de suis fer. & ad Iul. Exisoren. his verbis vtebatur: Filij hominum, vsquequò graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Quemadmodùm etiam quidam sapientum magistrorum nostrorum, vir rerum diuinarum peritissimus, eandem cum Prophera cantilenam canens, ac quædam à seipso adiungens, tanquàm ex alta quadam & editissima specula, omnibus inclamat: Filij hominum, vsquequò graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium, magnum nimirum aliquid hanc vitam, & delicias, & exiguam gloriolam, & mendacem prosperitatem, esse existimantes? quæ quidem non magis eorum sunt, qui fruuntur, quàm qui ea in spe
Rerũ mundanarũ vanitas. habuerunt: nec rursùs horum magis, quàm eorum, qui ne ea quidem vnquàm expectârunt: & quæ non secùs àc puluis à turbine ad alios atque alios subindè perflan-

perflantur, ac vicissìm iactantur, aut fumi instàr defluunt, ac velut insomnium homines ludificantur, & vt vmbra retineri nequeunt, ac deniq; ità naturâ comparata sunt, vt nec cùm absunt, ea se habituros esse homines desperent, nec cùm adsunt, possidentibus certa & stabilia sint. Cùm igitur ad hũc modum Saluator præcipiat, Prophetæ & Apostoli prędicent, ac sancti omnes viri, tum re ipsa, tum sermone ad virtutis viam ab omni errore maximè immunẽ nos impellant, etiamsi pauci hanc teneant, contrà autem multi latam atque in exitium ducentem sibi deligant, non tamen propterea diuinæ huius Philosophiæ institutum minoris æstimandum est.
Simile. Vt enim Sol, cùm illuminandi causa exoriens, radios suos affluenter emittat, omnesque ad excipiendũ lumen cohortetur, si quidam clausis oculis splendorem ipsius intueri nolint, nõ propterea reprehensionem meretur, aut à reliquis negligi debet, nec splendoris ipsius gloria ob illorum stultitiam in cõtemptu versatur: quin potiùs illi quidem seipsos lumine orbantes, tanquàm cæci, parietes palpant, atque in multas scrobes præcipites ruunt, multisque spinis eorum oculi pungun-
Quid sit liberum arbitrium. tur, Sol contrà splendorem suum retinẽs, eos illustrat, qui ipsius lumen detecta facie contuẽtur: ad eundem quoquè modũ Christi lumen omnibus quidem illucet, splendoremque suum nobis affatim impertit: at verò pro sua quisque cupiditate, animique alacritate ipsum percipit. Nam nec ille iustitiæ Sol vllum ex his, qui oculorum aciem in ipsum intendere cupiunt, beneficio eo priuat: nec rursùm his vim infert, qui suapte sponte tenebras eligunt: verùm suæ quisq; liberæ volũtati & electioni, quandiù in hac vita est, relinquitur. Cùm autem Iosaphat, quidnam arbitrij libertas atque electio esset, quæreret, respondit Senex: Arbitrij libertas, est animæ ratione vtentis volũtas, sine vllo impedimento, ad id quod vult, hoc est siue ad virtutem, siue ad vitium, incitata, atque à summo illo parente & architecto ità effecta. Rursùm, arbitrij libertas, est intellectualis animæ pro suo arbitratu agitatio.
Quid sit electio. Electio autẽ, est earum rerum, quæ in arbitrio nostro sitę sunt, cum cõsilio coniuncta appetitio. Siquidẽ rem eam, quæ inito cõsilio melior iudicata est, eligentes appetimus. Consilium, est inuestigatrix appetitio de rebus gerendis, quarũ penès nos potestas est. Deliberat enim quispiam, expediátne aliquid agere, necne. Deindè quod præstantius est, iudicat: ac iudicium efficitur. Mox autẽ afficitur: atq; id quod ex consilio iudicatũ est, amat: ac sententia dicitur. Nam si ità iudicet, vt tamen erga id quod iudicatum est, minimè afficiatur, hoc est id minimè amet, sentẽtia haudquaquàm appellatur. Tum post affectionem fit electio. Nam electio nihil aliud est quàm è duabus rebus propositis alterã præ altera amplecti & eligere. Atque illud vel ex ipsa etymologia perspicuum est, electionem esse consilium cum dijudicatione coniunctum. προαιρετὸν enim, est alterũ præ altero electum. Nemo porrò quicquam adhibito iudicio alteri præfert, nisi priùs consilium inierit: nec rursùm eligit, nisi priùs iudicârit. Nam quoniam non ea omnia, quæ nobis recta & præclara esse videntur, in opus perducere studemus, tum deniquè electio & eligendum efficitur id quod ex cõsilio præpositum est, cum appetitionem comitem adsciuerit. Ex quo concluditur, electionem esse appetitionem cum deliberatione cõiunctam earum rerum, quæ in nostra potestate sitæ sint. Etenim id quod ex consilio præpositum est, eligentes appetimus. Omne quippè consilium actionis causa, & propter actionem suscipitur. Ità, consilium quidem electionem antecedit: electio autem omnem actionem. Quocircà non modò actiones, sed ea etiam, quę animo agitantur (quæ quidem electiones exhibent) tum coronas, tum pœnas accersunt. Etenim electio, in his rebus, quæ in arbitrio nostro sitæ sunt, versans, tum peccati, tum iusti operis origo est. Nam quarum rerum facultates penès nos sunt, harũ etiam actiones facultatibus consentaneæ penès nos sunt. Quamobrèm cùm facultates virtuti consentaneæ in nostra potestate sint, in nostra quoquè potestate virtutes sint necesse est. Propriè enim in arbitrio nostro consistunt ea omnia, quæ animam attingunt, & de quibus deliberamus. Ad hunc igitur modum liberè cõsultantibus hominibus, ac libera itèm voluntate eligentibus, quatenùs quispiam eligit, hactenùs quoquè diuinam lucem percipit, atque in Philosophiæ studijs progressus facit. Varia enim electionum sunt genera. Et quemadmodùm quidam aquarum fontes è terræ visceribus scaturientes, partim è superficie terræ oriũtur, partim aliquantò profundiùs, partim profundissimè: atq; harum aquarũ, aliæ è propinquo emanãt, gustuque dulces sunt, aliæ ex imo exeunt, ac salsæ aut sulphureæ sunt, atq; itèm aliæ

In electióe opùs est cõsilio.

In hominis potestate virtus est: præsupposita tamẽ diuina gratia.

Simile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vberrimè profluunt,aliæ paulatìm ſtillant: Eodem modo in electionibus quoſquè cogita,alias celeres ac perquàm feruidas eſſe,alias ſegnes & frigidas, ac rursùm alias ad virtutem omninò propenſas,alias ad vitium omnibus viribus inclinatas. Igitur quales earũ affectiones ſunt,tales quoquè ad agendum impetus cõ ſequuntur.

Barlaam Regis filium in ſalutis ſpem adducit: ac deindè oſtendit Chriſtianam religionem,etsi prima fronte aſpera videatur,tamen ſi rectè conſideretur, dulcem ac ſuauem eſſe. CAP. XVI.

DIxit autem ad Senem Ioſaphat: Súntne etiam alij nonnulli, qui eadem quæ tu prædicent,an verò tu hodierno die ſolus es,qui hæc doces,ac præſentem vitam vſqueadeò auerſandam atq; odio inſectãdam eſſe mones? Ille autem ad hunc modum reſpondit: In hac veſtra infeliciſſima regione neminẽ noui. Nam patris tui tyrannis innumeris mortis generibus eos mulctauit,deditq; operam,nè prorsùs inter vos diuinæ cognitionis prędicatio audiretur. Apud reliquas autẽ omnes nationes hęc cantantur ac celebrantur,ab alijs quidem rectiſſima ratione,ab alijs autem peruersè: quippè cùm animarum noſtrarum horſtis eosà recta via tranſuerſos egerit, atque in alienas opiniones diuiſerit, eosque loca quædam diuinæ Scripturæ,aliter quàm germanus ſenſus fuerat, interpretari docuerit. Cæterùm vna eſt veritas, quæ ab illuſtribus Apoſtolis, & diuinis Patribus prædicata eſt,& in Catholica atque ab extremis orbis finibus ad extremos vſque fines diffuſa Eccleſia, Sole ſplendidiùs lucet. Quam quidem ego vt tibi prædicarem,ac traderem,ad te miſſus ſum. Dixit autem ad eum Ioſaphat: Nihilne horum pater meus vnquàm didicit? Reſpondit Senex: Perſpicuè quidem, atque vt par erat,nihil didicit. Occluſis enim ſenſibus, bonum de induſtria repudiat, atque in malum libera animi inductione propẽdet. At vellem,inquit Ioſaphat,ille quoquè hac doctrina imbueretur. Reſpondit Senex: Hęc apud homines ſunt impoſſibilia: apud Deum autem nihil eſt quod fieri nõ poſſit. Ecquid enim ſcis,futurùmne ſit vt patri tuo ſalutem afferas,atque admirando modo patris tui pater randèm vocaris? Narratum enim mihi eſt Regem quendam extitiſſe, qui præclarè admodùm regiam ſuam dignitatem adminiſtrabat,leniterque ac placidè populum,qui ipſius ditioni atq; imperio ſuberat,tractabat,in hac autẽ vna re labebatur,quòd diuinæ cognitionis lumine careret,atque idolorum cultu cõſtrictus teneretur. Erat autem ei probus quidam conſiliarius, ac tum erga Deum pietate, tum cæteris virtutibus ornatiſſimus,qui cùm Regis errore angeretur,eumque permoleſtè ferret, atque ipſum hoc nomine coarguere in animo haberet,tamen hac de cauſa ſeſe reprimebat,quòd vereretur,nè,& ſibi,& ſocijs ſuis perniciem accerſeret,eamque vtilitatem,quæ ex ipſo ad alios promanabat,amputaret. Occaſionem autem nihilominùs quærebat,qua commodè ipſum ad bonum pertraheret. Dixit igitur noctu quadam ad eum Rex: Adeſdùm,egrediamur,ac ciuitatẽ circumeamus, num fortè aliquid,quod in rem futurum ſit,perſpiciamus. Cùm autem illi per vrbem obambularent, lucis ſplendorem per foramen quoddam radiantem cernunt. cui cùm oculos adieciſſent, ſubterraneum quoddam & cauernoſum domicilium conſpicantur,in quo præſidebat vir quidam extrema inopia laborans, ac vilibus quibuldam & laceris pannis indutus. Adſtabat autem ipſius vxor, vinum ipſi temperans. Cumque ipſe poculum manibus accepiſſet, illa ſuaue quoddam carmen canens, voluptatem ipſi afferebat,ſaltans nimirùm,ac maritũ laudibus delinieas. Rex igitur aliquantiſpèr hæc perſpiciens, mirabatur quòd, cùm tanta egeſtate premerentur,vt nec domus,nec veſtis ipſis ſuppeteret,tamen vſqueadeò lætã & hilarẽ vitam ducerent. Atq; ad primarium ſuum conſiliarium his verbis vtitur: O rem miram, ô amice! quòd ſcilicet,nec mihi,nec tibi,vita noſtra,quanuis alioquì tanta gloria & delicijs & voluptate vndiq; collucens,vſqueadeò vnquàm placuerit,vt vilis hęc & ęrumnoſa vita ęcordes iſtos oblectat & exhilarat,vt quæ,tametsi alioquì aſperа & auerſanda, facilis ipſis ac blãda videatur. Opportunam autem horam nactus princeps ille conſiliarius,inquit: Tu verò,ô Rex,cuiuſmodi tandèm horum vitam eſſe exiſtimas? Omnium, inquit ille, quas vnquàm viderim, inſuauiſſimã & miſerrimam,execratione eque dignã & auerſandam. Tum ait ad eum primarius ille conſiliarius: Ad eundẽ itaq; modum,mihi crede,ô Rex,ac multò etiam acerbior vita noſtra ijs eſſe videtur,qui ſempiternã illam gloriã,ac bona illa, quæ omnẽ mentis captum

Vna eſt veritas.

Vna Eccleſia catholica.

Matth.19.

Narrat S. Barlaam filio Regis, cuiuſdã cõuerſi Regis hiſtoriam.

captũ ſuperant,contemplantur atq; cognoſcunt. Atq; auro rutilantes ædes,ac prę clara hæc indumẽta,cæteraq; vitæ deliciæ,ijs,qui cælestium tabernaculorum non manufactorũ,veſtisq; diuinitùs contextæ,ac diadematum corruptionis omnis expertium,quę rerũ omniũ architectus ac Dominus diligentibus ſe præparauit,ſtercoribus & cœno fœtidiores videntur. Quemadmodùm enim iſti iudicio noſtro ac ſententia deſipiunt: ità etiam,ac multò magis,nos qui in mũdo oberramus,atq; in mendaci hac gloria,ſtultisq; delicijs nobis placemus,in eorũ oculis,qui bonorum illorum dulcedinem deguſtârunt,luctu & lachrymis digni ſumus. His autẽ verbis perculſus Rex,inquit: Quinam igitur illi ſunt, qui præſtatiorem nobis vitã agunt? Omnes,inquit ille, qui ſempiterna caducis & fragilibus prætulerunt. Cumq; Rex rursùm,quænam ſempiterna illa eſſent,quæſiuiſſet,reſpondit ille, Regnũ ab omni ſucceſſione alienũ, ac vita morti minimè obnoxia, & opes egeſtatem nõ metuentes,lętitia itèm & oblectatio ab omni mœſtitia & dolore ſeiuncta,paxq; perpetua, & ab omni inimicitia & contentione libera. His bonis quibus diuinitùs frui contigerit,beati illi ac ſæpè beati. Vitam enim omni labore ac mœſtitia vacuã in omnẽ ęuum ducent,omnibus regni Dei iucunditatibus & oblectamẽtis ſine vllo labore fruentes,ac cum Chriſto in perpetuum regnantes. Cumque Rex dixiſſet, Quiſnam tandèm hæc cõſequi promerebitur? reſpondit ille, Omnes, qui viam illuc ducentem arripuerint. Aditu enim nemo prohibetur, quimodò voluerit. Tum Rex, Et quænam,inquit,eſt via,qua illuc itur? Reſpõdit ille pręclari animi vir: Cognoſce re ſolum verũ Deum,& Ieſum Chriſtum vnigenitum ipſius Filiũ,& ſanctum ac vificum Spiritũ. Rex igitur,regia ſanè prudentia præditus,ad eum inquit: Et quidnam hactenùs te prohibuit,quominùs mihi hæc exponeres? Neq; enim hęc cũctatione ac dilatione mihi digna eſſe videntur, ſiquidẽ vera ſunt. Quòd ſi dubia ſunt, ſedulò & accuratè inueſtigandũ eſt, quoaduſq; ea citra vlla ambiguitatem ac dubitationem inueniamus. Non negligentia & ſocordia factum eſt,ait ille,vt tibi hęc exponere cunctarer,cùm vera ſint atq; ab omni dubitatione remota: verùm quòd excellẽtem gloriæ tuæ magnitudinem vererer, atq; illud metuerem,nè tibi grauis ac moleſtus eſſem. Quocircà ſi mihi,famulo tuo,hoc imperas,vt te de his rebus imposterum ſubmoneam, imperio tuo obſequar. Sanè,inquit Rex,non interdiù ſolùm,ſed etiam qualibet hora, mihi harũ rerũ memoriã renoua. Neq; enim negligeter ac perfunctoriè,verùm ſummo ſtudio ac feruore his rebus animũ intendere oportet. Audiui igitur,ait Barlaam,hunc Regem deincèps piè ac religiosè vitã inſtituiſſe,præſentisq; vitæ curriculo placidè ac tranquillè confecto, ſempiternã beatitudinem conſecutum eſſe. Quamobrèm ſi quis etiam patrem tuum de his rebus tempeſtiuè admoneat,fortaſsis intelliget,atq; exploratum habebit, quantis malis implicitus teneatur: atq; ab ijs ſeſe auertens,quod bonũ eſt, amplectetur. Nam in præſentia quidem cæcus eſt,& manu tentans,vt qui vero lumine ſeſe orbârit, atq; ad impietatis tenebras transfugerit. Dixit autem ad eum Ioſaphat: De patre meo, quod Dominus iuſſerit,fiat. Nam ipſi,velut etiam abs te dictum eſt,ea omnia poſſibilia ſunt,quæ apud homines impoſſibilia eſſe videntur. Ego verò per eximios ac ſingulares tuos ſermones vanitatis præſentium rerum perteſus,ab his quidẽ omnino animum abducere conſtitui,ac tecum,quicquid mihi vitæ ſupereſt,traducere: nè per fluxa & fragilia ſempiternorum bonorũ & omni interitu alienorũ fructu excidam. Reſpondit Senex: Si hoc feceris, prudẽtiſſimo cuidam iuueni, quem cõpioſis atque illuſtriſſimis parẽtibus natum eſſe intellexi, ſimilem te præbebis. Cui cùm pater nobilis cuiuſdam atque inprimis copioſi viri filiam inſigni pulchritudine præditam deſpondiſſet, ac de huiuſmodi matrimonio cum filio ſermonem conſeruiſſet,quidque in animo haberet expoſuiſſet, hęc vt ille audiuit,quaſi abſonum quiddã ac præpoſterũ,huiuſmodi rem excutiẽs,relicto patre profugit. Cumque iter faceret,apud ſenem quendam pauperem, vt à diei æſtu ſeſe recrearet, diuertit. Filia porrò ſenis illius,quę vnica illi virgo erat,pro foribus ſedens,manibus operabatur,ore autem Deum ſine vlla intermiſſione laudabat, ex intimo pectore gratias ipſi agens. Ipſius autem laudem iuuenis audiens, ait: Quodnam,ô puella, tuum inſtituturn eſt? Et quam ob cauſam, cùm in tanta vilitate & inopia verſeris, tanquàm ob ingẽtia beneficia accepta, horum authorem laude afficis? Ipſa autem ad eum reſpondit: An neſcis quòd quemadmodùm exiguum pharmacum è magnis plerunquè morbis hominem eripit, eodem modo etiam ob paruas res Deo gratias

Quæ in hoc mundo magni æſtimãtur, pijs cõtẽptui ſunt. 1.Cor.2.

Via quæ ducit ad vitã, eſt cognoſcere Ieſum Chriſtũ nẽã filium. Iohan.17.

Pulchra pãrabola.

Simile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gratias agere, ingentia bona cõciliat? Ego igitur pauperis senis filia, ob exigua hæc gratias ago, ac Dominum laudibus afficio, illud nimirùm exploratum habẽs, quòd qui hæc dedit, maiora quoquè dare potest. Atque hæc quidem de rebus externis, ac minimè nostris: ex quibus nec his, qui multa possident, fructus vllus, immò etiam sæpè damnum oritur, nec his, qui pauciora acceperunt, incommodum vllum ac detrimentum existit: quippè cùm vtrique eandem viam obeant, atque ad eundem finem contendant. At in ijs, quæ magìs necessaria, maiorisque momenti sunt, multis maximisque atque adeò innumeris beneficijs à Deo affecta sum. Etenim ad Dei imaginem condita, ipsiusq; cognitione imbuta, & ratione præter omnia animantia exornata, & ex morte per viscera misericordiæ Dei nostri ad vitã reuocata sum, ac percipiẽdorum ipsius sacramẽtorum potestatem accepi. Denique paradisi portas patefacta est, liberum mihi, siquidem voluero, aditum præbens. De tot igitur ac tantis beneficijs, quorum pauperes æquè ac diuites participes sunt, dignas Deo gratias agere prorsùs nequeo. Quòd si exiguam hanc quoquè laudem, ei, qui me tot muneribus cumulauit, minimè obtulero, quam tandèm excusationem habitura sum? Iuuenis autem ingentem hanc prudentiam admirans, accito ipsius patre, Da mihi, inquit, filiam tuam: (siquidem ipsius prudẽtiam ac pietatem amore complector.) Senex autem ait: Non licet tibi, qui diuitibus & copiosis parẽtibus ortus es, hanc pauperis viri filiam accipere. Rursùm autem iuuenis ait: Certè hãc accipiam, nisi tu prohibeas. Etenim filia quædam nobilis ac diues mihi desponsa fuerat: verùm ea repudiata atque abiecta, in fugam me dedi. Contrà filiæ tuæ, ob ipsius erga Deum pietatem ac prudentiam, amore correptus, matrimonio cum ea iungi parãtus sum. Senex autem ad ipsum ait: Eam tibi dare nequeo, vt in paternam domum abducas, atque à meis vlnis abstrahas: vnica enim mihi est. At ego, inquit iuuenis, apud vos manebo, vestramque vitæ rationem suscipiam. Ac posteà, luculenta veste abiecta, senis illius vestes petijt, ijsque se induit. Cumq; ille ipsum diù multumque tentâsset, varijsque modis ipsius animum explorâsset, vt eum mentis grauitate præditum esse cognouit, nec stulto quodam amore obsessum, filiam suam in matrimonium petere, verùm pietatis studio pauperẽ vitam amplexari, eamque gloriæ suæ ac nobilitati anteferre, arrepta ipsius manu in conclaue suum eum introduxit, & ingentes opes illic reconditas, atque innumerabilẽ pecuniarum molem, quantamq; iuuenis ille nunquàm viderat, ipsi cõmonstrauit. Aitque ad eum: Fili, hęc omnia tibi dono do: propterea quòd mearũ opum hęres esse in animũ induxisti. Qua hæreditate percepta, ille omnes terræ diuites & claros homines superauit.

Præcipua Dei erga nos beneficia.

Præcipua Dei beneficia diuitibus & pauperibus cõmunia sũt.

Per has pecunias bona cælestia intellige.

Barlaam Deum pro salute Iosaphat orat: atque ipsi ostendit, quonam pacto per res creatas Creator cognoscatur. CAP. XVII.

DIxit autem Iosaphat ad Barlaam: Aptè sanè hæc etiam narratio rerum mearum statum exprimit. Ac proindè de me quoquè hæc absque dicta esse existimo. Verùm quodnam tandèm est illud experimẽtum, per quod animi mei cõstantiam exploratã habere cupis? Respondit Senex: Equidem ipse, & iam periculum feci, & intellexi, quanta in tementis prudentia, atque constantia, quamque rectus & integer tibi animus sit. Verùm actionis tuæ finis hęc confirmabit. Huius rei gratia flecto genua mea ad Deũ nostrum, qui in Trinitate celebratur, ad eum, inquam, qui omnia, tam quę adspectu sentiũtur, quàm quę ocolorum sensum fugiũt, procreauit, qui verè ac sempiternè est, nec glorioſi statûs sui aut principium vnquàm habuit, aut finem habiturus est, ad illum, inquam, metuendum atque omnium rerum præpotẽtem, bonumque, & ad miserationem propensum, vt cordis tui oculos illuminet, detq; tibi spiritum sapiẽtiæ & reuelationis ad ipsius agnitionem, vt cognoscas quæ sit spes vocationis tuæ, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis ipsius in sanctis, & quæ supereminens illa magnitudo potentiæ ipsius in nos qui credidimus, vt iam non sis hospes & aduena, sed ciuis sanctorum, & domesticus Dei, superædificatus super fundamẽtum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Iesu Christo, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino. Iosaphat autem ingenti animi compunctione affectus, dixit: Hæc scilicet omnia ipse quoquè scire gestiens, abste peto, vt & diuinæ gloriæ diuitias, & ipsius potentiæ excellentiam mihi declares. Dixit autem ad ipsum Barlaam: Deum supplex rogo, vt hæc te doceat, atque huiusmodi rerum cogni-

Ephes. 3.

Ephes. 1.

Ephes. 2.

cognitionem animo tuo inserat. Quandoquidem apud homines ipsius gloria ac potentia nullo modo commemorari potest, quanuis etiam omnes omnium hominum, tam qui nunc sunt, quàm qui aliquando fuerunt, linguæ in vnum coëant. Deum enim, inquit Euangelista & Theologus, nemo vidit vnquàm. Vnigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Eius porrò, qui oculorum obtutum fugit, atque immensus est, gloriam & maiestatem, quis tãdèm eorum, qui è terra cõcreti sunt, compræhensam habere queat, nisi ipse arbitratu suo eam patefecerit, quemadmodùm scilicet Prophetis suis & Apostolis patefecit? Nos autẽ, tum ex eorum prędicatione, tum ex ipsa rerũ natura, quantum assequi nobis datur, eam discimus. Ait enim Scriptura: Cęli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Ac rursùs: Inuisibilia ipsius à creatura mũdi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoquè ipsius potentia & diuinitas. Quemadmodùm enim quispiam domum præclarè ac summa arte constructã, aut vasculum eleganter concinnatum perspiciens, architectum aut fabrum statim ob animum sibi proponit: sic etiam ego ex nihilo effictus, atque in ortum productus, etiamsi fictorẽ ac productorem meũ cernere nequeam, tamẽ ex aptissima maximeq; admiranda mei structura, ad sapientię ipsius cognitionẽ veni, non quatenùs est, sed quatenùs intelligere queo: nempe quia non casu ac fortuitò productus sum, nec à meipso extiti, verùm ipse arbitratu suo me effinxit: sic nimirũ, vt me * rerũ omniũ conditarum principem constituerit, quibusdam autẽ inferiorem fecerit, ac contrà etiã diuino suo imperio me ex hac vita educẽs, ad alterã vitam finis expertem ac sempiternam transferat. Quibus omnibus in rebus prouidẽtiæ ipsius viribus obstare nequeo, nec mihi quicquam vel quantũ ad staturam, vel quãtum ad formæ figuram attinet, adijcere, aut subtrahere, nec ea, quæ in me vetustate confecta sunt, renouare, nec quæ labefactata & corrupta sunt, in integrum restituere. Neq; enim mortalium vllus vnquàm fuit, qui horũ quicquam efficere posset, non Rex, nõ sapiens, non diues, non potens, nõ deniquè alius quispiam humana studia consectãs. Nullus enim, inquit ille, Regum, aut eorũ qui in sublimitate sunt, aliud habuit natiuitatis initium. Vnus enim est omniũ introitus ad vitam: & idem exitus. Quamobrẽm ex ijs, quæ ad me pertinent, ad magnificentię summi illius architecti cognitionẽ, velut porrecta manu, ducor. Prætereà autẽ aptissimam rerum omniũ cõditarum structurã atq; conseruationẽ consideraui, nempe quòd suapte quidẽ natura cuncta mutationi atq; conuersioni subiecta sunt, nimirùm ea, q̃ mẽte prędita sunt, ratione voluntatis, progressusq; in bono, aut recessûs à bono, ea autẽ, quæ in sensum cadũt, ratione ortûs & interitûs, accretionisque, & imminutionis, & mutationis eius, quę in qualitate posita est, ac deniq; localis motûs. Ac per ea tacitis quibusdam vocibus prædicant, se à Deo creatore ac mutationis omnis & cõuersionis experte procreata esse, atq; cõtineri & conseruari, semperq; gubernari. Quonã enim alioqui modo naturæ inter se pugnãtes ad vnius mundi ornatũ omnibus numeris absoluendũ in vnum coijssent, ac dissolutionis expertes permãsissent, nisi vis quædam omnipotens hæc, & copulâsset, & semper à dissolutione aliena conseruaret? Quonã enim pacto, nisi voluntas ipsius ità tulisset, aliquid mansisset? aut quonam pacto, vt Scripturæ verbis vtar, quod ab eo minimè vocatũ est, conseruari potuisset? Nam cùm nauis remoto gubernatore cõsistere nequeat, verùm statim pessum eat, nec vlla quantũlibèt exigua domus stare possit, nisi sit aliquis, qui ipsius curam gerat, quonam tandèm pacto mundus, opus vsquead eò ingens, atq; ità præclarũ & admirandum, sine eximia aliqua & ingenti atq; admiranda gubernatione, sapientissimaq; prouidẽtia, tam diuturno temporis spatio cõstitisset? Eccè enim quãtum iam temporis fluxit, ex quo cælum est, nec tamẽ obscuritatem contraxit, nec terræ vis standiù pariens elanguit, nec fontes, ex quo orti sunt, scaturire destiterunt, nec mare tot fluuios excipiẽs mẽsuram suam excessit, nec Solis ac Lunæ cursus immutationem vllam subiẽrũt, nec diei ac noctis ordines inuersi sunt? Ex his nimirùm omnibus Dei potentia & magnificẽtia, quæ omnem orationis facultatẽ superat, nobis declaratur, Prophetarum atq; Apostolorum testimonio cõfirmata. Verùm ipsius gloriam nemo vnquã pro dignitate cogitare, aut collaudare poterit. Siquidem diuinus Apostolus, ille inquã, qui Christũ in seipso loquentẽ habebat, cùm ea omnia, tam quæ intellectu percipiuntur, q̃ quæ sensibus subiecta sunt, cum animo suo cõsiderâsset, dixit, Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cùm aũt venerit

Dei diuitiæ nullis verbis exponi possunt. Iohan. 1.

Psal. 18. Rom. 1.

Simile. Ex rebus cõditis conditor agnoscitur.

* πάντων μὴ προσκαταρχεύσαντος ὧν, ἵνα μὴ κτισμάτων δὲ χειροτόνητος.

Mũdus gubernatore Deo semper subsistit.

2. Cor. 13.

1. Cor. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Ac propterea ex immen-
sis sapientiæ ipsius opibus admiratione ac stupore perculsus, aperte exclamauit:
Rom.11. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt
2.Cor.12. iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Quòd si ille, qui ad tertium vsque cœlum per-
uenerat, atq; arcana verba audierat, huiusmodi voces emisit, ecquis mei similium
in tantorum mysteriorum abyssum oculos aduertere, atque aliquid pro dignitate,
non dicam dicere, sed ne quidem cogitare poterit, nisi ipse sapientiæ subministra-
tor atque insipientium corrector dederit? Etenim in ipsius manu, & nos, & sermo-
nes nostri sunt, & omnis prudentia, ac solertiæ scientia. Atque ipsius beneficio ve-
ram earum rerum, quæ sunt, cognitionem habemus, mundique concretionem in-
telligimus, elementorum vires, temporum initium & medietatem & finem, partis-
Sap.11. um anni vicissitudines, ac tempestatum mutationes: quoniam omnia in modo &
mensura constituit. Siquidem multum posse, ipsi semper præstò est: & brachij ipsi-
us robori quis resistet? Etenim tanquàm momentum stateræ, sic est ante eum orbis
terrarum: & tanquàm gutta roris matutini, quæ descendit in terram. Sed miserе-
tur omnium, quia omnia potest, & dissimulat peccata hominũ propter pœniten-
tiam. Neminem enim ex ijs, qui ad ipsum accurrunt, execratur nec auersatur solus
Dan.3. ille bonus, atque animarum amans Dominus. Benedictum sit nomẽ gloriæ ipsius
sanctum, & laudabile, & superexaltatum in secula, Amen.

Quæ vera vita, & quæ vera sit mors: de Monachorum in victu ac vestibus temperantia. CAP. XVIII.

DIxit autem ad eum Iosaphat: Si diuturno tempore tecum reputâsses, vir sapientissime, quonam pacto propositarum quæstionum solutionẽ mihi perspicuam redderes, meo quidẽ iudicio id meliùs præstare non potuis-
ses, quàm ea mihi, quæ nunc exposuisti, cõmemorans: quippè qui omnium quidem rerum effectorem & conseruatorem Deum esse docueris, maiestatisque ipsius gloriam omnem mentis humanæ captum excedere clarissimis rationibus demonstrâris, neque vllâ alia ratione quenquam eam consequi posse, nisi cui ipse arbitratu suo eam patefaciat. Quo quidem nomine eloquẽtissimam tuam fa-
pientiam maiorem in modũ admiror. Sed illud velim mihi dicas, vir beatissime, quanam ipse ætate sis, & quibus in locis commoreris, quosque Philosophiæ socios
habeas. Siquidem anima mea tuæ arctissimè hæret: atque per omne vitæ tempus
Quænã vera vita existimãda sit. nè latum quidem vnguem à te discedere cupio. Ait autem Senex: Annos, ni fallor, quinque & quadraginta natus sum. Atque in terræ Sennaar desertis vitam dego. Commilitones potrò eos habeo, qui ad superni itineris cursum mecum laborant, ac certant. Quid ais, inquit Iosaphat? Mihi enim septuaginta annos excedere vi-
deris. Quid igitur est, quamobrèm te quadraginta quinque tantùm annos habere dicas? neque enim hac in re mihi vera loqui videris. Dixit autem ad eum Barlaam: Si annos meos ab ipso vitæ ortu nósse quæris, rectè sanè eos plusquàm septuaginta esse coniecisti. At mihi quidem nullo omninò modo inter vitæ annos censentur, qui in huius mundi vanitate consumpti sunt. Nam cùm, peccatis in seruitutem ad-
Gal.6. Ephes.4. dictus, carni viuerem, quantùm ad interiorem hominem attinet, mortuus eram. Quamobrèm mortis annos, vitæ annos nunquàm appellârim. Ex quo autẽ mun-
dus mihi crucifixus est, & ego mundo, atque exuto veteri homine, qui secundùm erroris desideria corrumpitur, non iam carni viuo, sed viuit in me Christus: quod autem viuo, in fide viuo Filij Dei, qui dilexit me, & pro me seipsum tradidit: hos vi-
tæ annos, & salutis dies, optimo iure vocauerim. Quos quidem quinque & quadra-
ginta esse asserens, consentanea ratione, ac nõ absurdè, horum numerum tibi dixi.
Omnes qui mundo addicti sunt, in mortuis habẽdi sũt. Quin tu quoquè ea semper mente ac sententia sis velim, nimirùm vt eos, qui quàm-
tùm ad omne probum opus mortui sunt, peccatis autem viuunt, atque eorum, qui humi prouoluti sunt, principi obsequuntur, & in voluptatibus ac pestiferis cupidi-
tatibus vitam absumunt, nullo modo viuere existimes, verùm extinctos eos esse
Peccatum animæ mors Rom.6. tibi persuadeas, vitæque functioni mortuos. Nam peccatum, immortalis animæ mortem esse sapiens quidam non immeritò pronunciauit. Atque etiam his verbis Apostolus vtitur: Cùm serui esseris peccati, liberi eratis iustitiæ. Quẽ ergò fructum habuistis in his, in quibus nunc erubescitis? Finis enim illorum mors est. Nunc au-
tem liberati à peccato, serui autem facti iustitiæ, habetis fructũ vestrum in sanctifi-
cationem,

cationem, finem autem vitam æternam. Stipendia enim peccati, mors: gratia au-
tem Dei, vita æterna, in Christo Iesu Domino nostro. Dixit autẽ ad eum Iosaphat:
Quandoquidem vitam, quæ in carne ducitur, vitam esse minimè censes, par est igi-
tur, vt ne mortem quidem hanc, quam omnes subeunt, mortem esse censeas. Re-
Mors hæc temporaria mors propriè nonest. spondit Senex: Sine vlla dubitatione de his quoquè ità censeo, quippè qui tempo-
rariam hanc mortem minimè pertimescam, immò nec omninò mortem eam ap-
pellem, siquidem me per diuinorum præceptorum viam incedentem arripuerit:
quin potiùs transitum à morte ad præstantiorem & perfectiorem vitam, atque in
Coloss.3. Christo absconditam. Cuius quidem consequendæ cupiditate flagrãtes optimi vi-
2.Cor.5. ri, præsentẽ hanc vitã permolestè ferebant. Vndè etiã ait Apostolus: Scimus enim,
quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluitur, ædificationem
ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cælis. Nam & in hoc in-
gemiscimus, habitationem nostram, quę de cœlo est, superindui cupientes, si tamen
vestiti, & non nudi inueniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemisci-
mus grauati: eò quòd nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur, quod
Rom.7. Philip.1. mortale est, à vita. Ac rursùm: Infelix, inquit, ego homo, quis me liberabit de cor-
Psal.41. pore mortis huius? Et alio loco: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Et Propheta
Dauid: Quandò veniam, & apparebo ante faciem Dei? Quòd autem ego quoquè
omnium infimus corpoream mortem nullo modo extimescam, hinc facilè tibi
intelligere licet, quòd patris tui minis contẽptis ac pro nihilo habitis, intrepidè ad
te accesserim, vt salutiferam doctrinam tibi exponerem: tametsi alioquì compen-
tissimum haberem, fore, vt si hæc rescisceret, sexcentis me, si fieri posset, mortibus
afficeret. Verùm ego Dei sermonem omnibus rebus anteponens, ipsoque frui cu-
piens, nec temporariam hanc mortem perhorresco, nec eam huiusmodi nomine
Matth.10. appellandam duco, Domini scilicet mandato obtemperans, dicentis, Nolite ti-
mere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potiùs
timete eum, qui potest animam & corpus perdere in gehennam. Hæc, inquit Iosa-
phat, veræ vestræ Philosophiæ præclara facinora, terrenorũ hominum, qui à præ-
senti hac vita vix auelli possunt, naturam longè multumq; superant. Ac vos beati,
qui hac strenuissima mente præditi estis. Quinam porrò tibi ac socijs tuis in hu-
iusmodi solitudine victus sit, atque itèm vndè, & cuiusmodi vobis vestes suppetãt,
De victu & vestibus monachorum. verè mihi expone. Barlaam autem dixit: Victus quidem nobis ex pomis, & stir-
pibus, quas solitudo, cælesti rore perfusa, & Creatoris imperio parens, alit, nobis
suppetit. Ob quæ nemo est qui aduersùm nos pugnam ineat, atq; contendat, ma-
ioremque partẽ, vt auaritiæ lex præscribit, arripere quærat: verùm vberrimè omni-
bus illaboratus cibus & extemporalis mensa proponitur. Quòd si quandò piorum
fratrũ, qui nobis vicini sunt, aliquis panis benedictionẽ afferat, hunc tanquã ad eo-
rum, qui cum fide obtulerunt, benedictionẽ, à diuina prouidentia missum, susci-
pimus. Vestes autem nobis ex asperis cilicijs & ouiũ pellibus sunt, vetustæ omnes, at-
que ex varijs pannis consutæ, imbecillã nostram carnẽ atterentes. Etenim eadẽ no-
bis est tũ æstatis, tũ hyemis vestis. Quam etiã, vt semèl induimus, exuere posteà no-
bis non licet, quousq; vetustate cõfecta prorsùs deleatur. Ad hunc enim modũ, &
frigoris, & æstûs molestijs corpus afflictantes, futuræ immortalitatis vestem nobis
cõparamus. Cumq; hîc Iosaphat quæsiuisset, vndenã vestem illã, qua indutus erat,
Simile. sibi cõparâsset, respondit Senex: A quodam piorũ fratrũ eam, cùm ad te profectu-
rus essem, vtendã accepi. Neq; enim par erat, vt cum ea, quã ferre soleo, veste acce-
derẽ. Quemadmodũ enim quispiã charissimum quendam cognatum in alienã re-
gionẽ captiuum abductũ illinc educere cupiens, abiecta veste sua, atq; hostiũ sus-
cepta persona, ad eorum regionẽ sese confert, varijsq; artibus propinquũ suum ex
acerba tyrannide in libertatem asserit: eodẽ modo ego quoq; de tuis rebus certior
factus, hoc habitu susceptо veni, vt diuina prædicatione pectus tuum consererem,
atq; à truculenti principis mundi seruitute te vindicarẽ. Ac nunc per virtutẽ diui-
nam, quãtum quidẽ in me fuit, ministerio meo perfunctus sum. Etenim ipsius co-
gnitionẽ tibi annũciaui, ac Prophetarum & Apostolorum prædicationẽ expossui,
vereq; ac sine vllo errore præsentium rerum vanitatem demonstraui, quantisque
malis hic mundus scateat, eos, qui ipsi obtemperant, in fraudẽ inducens, varijsque
modis irretiens. Deincèps igitur, eò, vnde huc veni, reuertendum est: actum alie-
no habitu depositо, meum induam. Obsecrauit autem Senem Iosaphat, vt se ipsi

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum consueta veste ostenderet. Cùm itaque Barlaam vestem eam, quam gerebat, exuisset, horrendum Iosaphat spectaculum sese obtulit. Etenim tota carnis ipsius
τὸ τόνος fortasse legendum. i. pinguedo. * qualitas absumpta erat, ac pellis ex Solis æstu atque ardore circũ ossa tensa erat, non secùs àc si quis pellem subtilibus calamis contendat. Pannoso porrò ac per-
quàm aspero cilicio è lumbis vsque ad genua cingebatur, idemque pallium humeris gerebat. Admiratus itaque Iosaphat huiusmodi vitæ duritiam & asperitatem,
atque ex ingenti ea & singulari tolerantia stupore affectus ingemuit, profusisque
Psal 141. lachrymis ad Senem ait: Quoniam ea tibi huc veniendi causa fuit, vt me ex aceꝛba diaboli seruitute extraheres, beneficio tuo extremam manũ impone, atq; anamam meam de custodia educ, ac me itineris tui socium adhibe: vt mundi impo-
Parabola valdè ad rẽ accommodata. stura prorsùs liberatus, tum deniquè salutaris baptismi sigillum accipiam, sociumque me tibi admirandæ huius Philosophiæ atque eximiæ exercitationis præbeam. Dixit autem ad eum Barlaã: Capreæ hinnulum dies quispiam olim alebat. Cùm autem ipse creuisset, naturali affectu pertractus solitudines experebat. Egressus igitur quodam die, caprearum gregem pastui operã dantem inuenit: atque ad eas sese adiungens, per agros & campos oberrabat, ac serò quidem domum se referebat, manè autem famulorum negligentia foràs egrediebatur, atque cum syluestribus capris se aggregabat. Porrò cùm illæ pabulatũ longiùs processissent, ipse quoquè eas comitatus est. At verò diuitis illius viri famuli, re cognita, cõscensis equis eas à tergo insecuti sunt, ac suam quidem capreã viuam captam domumq; reductam posthàc ità tenuerunt, vt nulli ad eam aditus pateret: reliquum autem gregem, partim trucidârunt, partim malè mulctârunt. Eodem modo nè nobis accidat, metuo, si mihi te comitem adiungas: hoc est, nè, & tuo contubernio priuer, & ingentes socijs meis calamitates, ac sempiternam patri tuo condemnationem accersam. Vult itaque te Dominus nunc quidem diuini baptismi sigillo consignari, atque hîc manentẽ omni pietatis generi studere, præceptisque suis operã dare. Posteaquàm autem illius bonorum omnium datoris munere occasio sese obtulerit, tum demùm, & ad nos venies, & per reliquũ omne huiusce vitę tempus nobiscum deges. Ac Domini benignitate fretus, haud quaquàm dubito, quin in futura vita ità coniungamur, vt nunquàm diuelli possimus. Iosaphat autem lachrymis rursùm perfusus, ad eum ait: Si Domino ità placet, ipsius voluntas fiat. Quocirca, cùm diuino baptismate me initiaueris, pecuniasq; à me & vestes, tam ad tuũ, quàm ad sodalium tuorum victum ac vestitum acceperis, in religiosæ exercitationis locum, diuinæ pacis præsidio septus, abscede: meaque causa sine vlla intermissione Deum roga, vt nè spe mea frustrer, verùm primo quoq; tempore ad te peruenire, atque in alta quiete vtilitatẽ ex te percipere possim. Barlaam autẽ ait: Quin Christi quidem sigillum accipias, nihil est quod prohibeat. Quarè teipsum iam adorna: ac Deo iuuante Christianæ fidei sacris initiaberis. De ijs autem pecunijs, quas
Paupertas monastica, diuitię sunt: terrenæ verò opes, paupertas, te, tum mihi, tum sodalibus meis daturum dixisti, qui tandèm fieri posset, vt tu, qui pauper es, diuitibus eleemosynam impertias? Siquidem diuitum est de pauperibus benè mereri, non autem contrà pauperum de locupletibus & copiosis. Nam sodalium omnium meorum postremus, opibus omninò te superat. Verùm diuinis miserationibus fretus, hoc mihi persuadeo, te propedièm locupletissimũ fore. Quod cùm contigerit, minimè ad largiendum promptus ac procliuis eris. Dixit autem ad eum Iosaphat: Expone mihi quęso, quonam pacto sodalium tuorum extremus opibus me antecellat, cùm paulò antè eos in magna inopia viuere, atque extrema paupertate conflictari, dixeris? Quidnam itèm fit, quamobrèm nunc me pauperem appelles: cùm autem amplissimis opibus præditus fuero, minimè liberalem fore dicas, qui nunc ad largiendum promptus ac propensus sum. Respondit Barlaam: Non eos paupertate conflictari dixi, sed inexhaustis potiùs opibus florere. Nam opibus opes semper adiungere, nec cupiditatem tanquàm freno cohercere, verùm sine vlla satietate plura appetere, extremæ paupertatis argumentũ est. Contrà, qui sempiternarum rerum cupiditate præsentia omnia contemnunt, eaque pro stercoribus ducunt, vt Christum solum lucrentur, omniq; ciborum & indumentorum excussa, atque in Deum proiecta cura, maiorem ex inopia voluptatem capiunt, quàm quisquam eorum, qui mundi amore flagrant, ex opum & pecuniarum abundantia capiat, quique amplissimas virtutum diuitias sibi aggerunt, atque immortalium bonorum spe sese alunt, hos ego optimo iure, re, atque
Auari semper pauperes. Qui verè diuites sint. Philip. 3.

quecadeò quouis terreno Rege locupletiores dixerim. Quòd si, Deo tibi fauente, tu quoq; spirituales huiusmodi diuitias arripueris, eas summo studio ac diligentia seruabis, ac semper, & quidẽ meritò, augere cupies, nec vllam omninò earum partem effundere sustinebis. Nam in hoc demùm veræ diuitiæ sitæ sunt. Earum autem opũ, quæ in sensum cadunt, moles detrimento potiùs quàm cõmodo amicos suos affecerit. Quarè non abs re eas extremam paupertatem appellaui. Quas, cælestium bonorum amatores, rebus omnibus remisso nuncio, ità fugiunt, vt quispiam serpentẽ fugit. Si verò eũ hostem, quem mei piæ exercitationis socij & commilitones iam obtruncârunt, ac pedibus proculcârũt, viuum rursùs abs te acceptũ ad ipsos detulero, bellorumque ac perturbationum causa ipsis fuero, prorsùs ipsis exitiosus nuncius ero. Quod quidem absit vt faciam. Idem autem de indumentis etiam intelligas velim. Nam eos, qui vetustatis labem & corruptelam exuerũt, atque inobedientiæ vestẽ, quantũ in ipsis fuit, deposuerunt, Christum autẽ, tanquàm vestimentum salutaris, & pallium lætitiæ induerunt, quonã tandèm modo rursùs pelliceis tunicis induerẽ, ipsisq; ignominiæ amictum imponerem? Quin potiùs, cùm sodales meos, vt qui pia & religiosa solitudinis exercitatione contenti sint, eamq; pro verissimis delicijs ducãt, nullis omninò eiusmodi rebus indigere compertum habeã, pecunijs, & vestibus, quas te ipsis daturum dicebas, in pauperes distributis, fac tibi eiusmodi thesaurum in futurũ recondas, qui nullo modo surripi possit, Deum scilicet in ipso per illorum preces opitulatorem tibi adiungens. Sic enim hoc cõsequeris, vt opes ad optima quæq; tibi adiumẽto sint. Ac deindè, cùm Spiritûs armaturam acceperis, & lumbos in veritate succinxeris, ac iustitiæ loricã inducris, & salutis galeam capiti tuo imposueris, & pedes in Euangelij pacis præparationem calceâris, fideiq; scutum ac Spiritûs gladium, quod est verbum Dei, manibus sumpseris, atque vndiq; te præstantissimis armis instruxeris ac muniueris, ità demùm fidenti animo ad bellum cũ impietate cõmittendum egredere: vt ea in fugam versa, atque ipsius duce diabolo in terrã allisso, à dextra Domini manu, quæ vitæ principium affert, victricem coronam consequaris.
Vtinàm huius temporis molles monachi eũ hostem pedibus suis proculcarẽt
Ephes. 6.

Barlaam Regis filium mysterijs fidei ac sanctæ Eucharistiæ imbuit. Tum de imaginum cultu, ac Nicæno Symbolo verba facit. Atque ità demùm Baptismum & Eucharistiam ipsi impertit, atque ad virtutis studium adhortatur.

CAP. XIX.

CVm Barlaam huiusmodi doctrinis, ac salutiferis sermonibus, Regis filiũ imbuisset, atq; ad diuinum baptismum præparâsset, eique, vt consuetudo fert, ad aliquot dies ieiunare, ac precibus incumbere præcepisset, ad eum crebrò ventitare nõ desinebat, atq; omnia orthodoxæ fidei dogmata ipsi tradebat, diuinumq; Euangelium exponebat, ac pręterea Apostolicas cohortationes & Prophetarum loca ipsa explanabat. Nam cùm vir ille diuinitùs tradita doctrina polleret, omnẽ, tam veteris, quàm noui Testamenti Scripturam memoriter recitabat. Cumq; diuino Spiritu incitatus ferretur, adolescentẽ veræ Dei notitiæ luce collustrauit. Eo autẽ die, quo baptizandus erat, docẽdi causa his ad eũ verbis vtebatur: En Christi sigillũ accipere, atq; Dominici vultûs lumine cõsignari, Deique filius, ac viuifici Spiritûs templum effici properas. Quocircà in Patrẽ & Filium & Spiritum sanctum crede, sanctam, inquã, & ex qua vita initium duxit, Trinitatẽ, quę in tribus personis, & vna diuinitate celebratur, ac, quantũ quidẽ ad personas & personales proprietates attinet, distincta est, quantum autẽ ad essentiã, coniuncta & copulata: vnum Deum ingenitũ agnoscẽs, atq; vnum Filium vnigenitũ Dominum nostrũ Iesum Christum, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitũ ante omnia secula. (Etenim ex bono Patre bonus Filius genitus est: & ex vnigenito lumine sempiternũ lumen effulsit: & ex vera vita viuificus fons prodijt: & ex ipsamet potẽtia, Filij potentia emicuit: qui est splendor gloriæ, & Verbũ verè subsistens, qui in principio erat, & apud Deũ erat, & Deus erat, principij expers & sempiternus: per quẽ omnia facta sunt, tã quæ oculis cernũtur, quàm quæ cerni nequeunt:) Et vnũ Spiritum sanctũ, ex Patre procedentẽ agnoscẽs, Deum perfectũ, & vitam afferentẽ, ac sanctitatẽ præbentẽ, eadem voluntate præditũ, omnipotentem, eandem æternitatem habentẽ, verè subsistentẽ. Ad hunc igitur modum Patrem &
Ecce quomodo patres nostri ieiunijs & orationibus præparârit le ad percipienda diuina sacramẽta.
Oratio Barlaami ad Iosaphat. Psal. 4.
Heb. 1. Iohan. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Filium & Spiritum ſanctũ adora, in tribus perſonis, ſeu proprietatibus, atq; in vna diuinitate. Cõmunis enim his tribus eſt diuinitas, atq; vna ipſorum natura eſt, vna ſubſtantia, vna gloria, vnum regnũ, vna potentia, vna auctoritas. Cõmune autẽ eſt Filio & Spiritui ſancto, quòd ex Patre ſunt. At verò Patri propriũ eſt, ingenitũ eſſe: Filio, genitũ eſſe: Spiritui deniquè, proceſſiſſe. Sic igitur hæc crede. At generationis aut proceſſionis modum cõprehendere minimè ſtudeas (neq; enim cõprehendi poteſt) verùm integro corde ac ſine vlla ſuperuacanea inueſtigatione illud tene, nimirùm Patrẽ & Filiũ & Spiritum ſanctũ omnibus modis vnũ eſſe, excepta ingeniti proprietate, & generatione, & proceſſione: illudq; itèm, vnigenitũ Filiũ ac Dei Verbum, & Deum, ſalutis noſtræ cauſa Patris decreto, ac Spiritûs ſancti adiumento, ex Virgine matre Maria vtero per Spiritum ſanctum conceptũ, ac ſine vlla labe genitũ, perfectumque hominẽ effectum: illudq; præterea, ipſum perfectũ Deum ac perfectum hominẽ eſſe, ex duabus naturis, hoc eſt diuinitate & humanitate, ac in duabus naturis intelligentia & voluntate & operatione & arbitrij libertate prẽditis, atq; omni ratione perfectis, iuxta normã ac rationẽ vtriq; naturæ, hoc eſt diuinæ & humanæ, conſentaneã, vna autẽ compoſita perſona. Hęc inquã ſimpliciter, atq; ſine vlla curioſa inueſtigatione accipe: nec illud intelligere ſtude, quonã pacto Dei Filius ſeipsũ exinaniuerit, atq; ex virgineis ſanguinibus homo ſine ſemine atq; corruptione factus fuerit: aut quonã pacto duę naturę in vnã perſonam cõuenerint. Nam hęc, quę diuinitùs nobis à Scriptura ſancta dicta ſunt, fide tenere docemur: modũ autẽ neſcimus, nec exponere poſſumus. Crede Filiũ Dei, qui per viſcera miſericordię ſuæ homo factus eſt, omnes eas humanas affectiones, quæ naturales ſunt, nec vitio dãtur, ſuſcepiſſe. Fame enim, quantũ ad humanã naturã attinet, ac ſiti laborauit, & dormiuit, & in angore verſatus eſt, & pro noſtris iniquitatibus ad mortẽ ductus, cruciq; affixus, ac deguſtata morte ſepultura affectus eſt, diuina interìm natura ab omni perpeſſione ac mutatione libera manente. Nullã enim omninò perpeſſionẽ ipſius naturæ ab omni perpeſſione alienæ attribuimus: verùm in ea natura quam aſſumpſit, eum paſſum & ſepultũ eſſe agnoſcimus, ac diuina gloria à morte ad vitã & immortalitatẽ excitatum eſſe, atq; in cęlos aſſcendiſſe, tandemq; rurſùm cum gloria venturum eſſe, vt de viuis & mortuis ſententiã ferat, atq; vnicuiq; pro eo ac meritus eſt rependat. Reſurgent enim mortui, & excitabuntur qui in monumẽtis ſunt. Atq; illi quidẽ, qui Chriſti mãdata obſeruauerint, & in recta fide ex hac vita exceſſerint, ſempiternã vitam hæreditariò poſſidebunt: qui autẽ in peccatis ſeſe corruperint, atq; à recta fide deflexerint, ad ſempiternũ ſuppliciũ abituri ſunt. Credenec vllam mali eſſentiã, nec regnum vllũ eſſe: nec principij expers illud eſſe ſtatue, aut in ſeipſo extitiſſe, vel etiam à Deo ortũ traxiſſe (procùl à te ſit hæc abſurditas:) verùm opus noſtrum, ac diaboli, hoc eſſe, quod noſtra incuria & negligentia obrepſerit, ac ſenſim creuerit. Quapropterèa quòd libero arbitrio præditi ſumus, ac ſponte noſtra tam bonum, quàm malũ eligamus. Adhæc vnum baptiſma ex aqua & Spiritu ſancto in peccatorũ remiſſionem confitere. Atq; inſupèr ab omni labe pura Chriſti myſteria accipe, certiſſimè credens, Dei noſtri corpus & ſanguinẽ eſſe, quæ hominibus fide prædita ad peccatorum veniã dono dedit. Chriſtus enim ea nocte, qua tradebatur, teſtamentum nouum diſcipulis ſuis & Apoſtolis, ac per eos omnibus, qui in ipſum crediturierant, in hæc verba ſanxit: Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangitur in remiſſionem peccatorum. Eodemq; modo ſumptum calicem ipſis porrexit, dicens: Hic eſt ſanguis meus, noui Teſtamenti, qui pro vobis effunditur in remiſſionem peccatorum. hoc facite in meam commemorationẽ. Ipſe igitur Dei ſermo viuus & efficax, atque ſua virtute nihil non efficiens, per diuinum ac ſacroſanctum ſermonem, ac Spiritûs ſancti aduentum, ex oblationis pane & vino corpus ſuum ac ſanguinem efficit, atq; immutat: & ijs, à quibus cupido animo percipitur, ſanctitatem & lucem affert. Venerandam characteris Domini, hoc eſt Dei Verbi, humanitate noſtra cauſa induti, effigiem adora, cum fide exoſculans, atque ita exiſtimans, te ipſummet Creatorem in imagine contueri. Siquidem imaginis honor, vt à ſancto viro proditum eſt, ad exemplar refertur. Exemplar porrò eſt id, cuius imago effingitur, atque ab eo deriuatur. Etenim cùm picturam in imagine cernimus, ad veram formam, cuius imago eſt, mentis oculis tranſimus, eum, qui noſtra cauſa carnem ſibi adiunxit, piè adorantes: non ipſũ quidem picturæ diſ-

Non inquirẽdum quo pacto vel Filius genitus ſit, vel Spirit⁹ proceſſerit.

Chriſtus omnes humanas affectiones, quæ vitio carent, ſuſcepit.

Matth.16. Apo.22. Iohan.5.

Aduerſus Manichæos

Boni electio cũ Dei gratia intelligenda eſt.

Quid de Euchariſtia credendum.

1.Cor.11.

Heb. 4.

De Imaginibus honore afficiẽdis.

Baſil. lib. de Spir. ſanct. cap.18.

niratem attribuentes, verùm vt incarnati Dei imaginem, pro noſtro erga eum, qui noſtra cauſa etiam vſq; ad ſerui formam ſeſe exinaniuit, amore ac beneuolentia, complectentes. Eodemque modo etiam puræ ipſius matris, atque omnium Sanctorum, effigies eadem ratione complectens, atq; itèm viuificæ ac venerãdæ Crucis typum fide adorans, exoſculare, ob Chriſtum videlicet ac Deum & mundi ſeruatorem, qui ſalutis noſtræ cauſa carne in ipſa ſuſpenſus eſt, nobisque ad victoriam aduerſùs diabolum obtinendam hoc ſignum dedit. Cohorreſcit enim ille, ac tremore afficitur, ipſius vim intueri minimè ſuſtinens. In his dogmatibus, atq; huiuſmodi fide baptizaberis, eam mutationis omnis expertem, atque ab omni hæreſi puram, vſque ad extremum vitæ ſpiritum retinens. Omnem autem doctrinam, atque omnia dogmata, quę huic à reprehenſione alienæ fidei aduerſantur, execrare, atque abalienationẽ à Deo eſſe exiſtima. Ait enim Apoſtolus: Etiamſi Angelus de cælo euangelizet vobis præter quàm quod euangelizauimus vobis, anathema ſit. Neque enim aliud eſt Euangelium, aut alia fides, præter eam, quæ ab Apoſtolis prædicata, atque à diuinis Patribus in varijs Concilijs confirmata eſt. Hæc cùm diiſſet Barlaam, atque illud fidei ſymbolum, quod in Nicæno Concilio editum eſt, Regis filio expoſuiſſet, in nomine Patris & Filij & Spiritûs ſancti eum, in Piſcina, quæ in ipſius horto erat, baptizauit: ac ſuper eũ Spiritûs ſancti gratia venit. Cumque ad ipſius cubiculum rediiſſet, atque incruenti ſacrificij ſacrum peregiſſet, immaculata Chriſti myſteria ipſi impertiuit. Poſteaque ille ſpiritu exultabat, Chriſtum Deum laude atque gloria afficiens. Dixit autem ad eum Barlaam: Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui pro ingenti ſua miſericordia regenerauit te in ſpem viuam, in hæreditatem incorruptibilem & incõtaminatam, & immarceſcibilem, conſeruatam in cælis in Chriſto Ieſu Domino noſtro per Spiritum ſanctum. Hodierno enim die à peccato liberatus, accepto ſempiternæ vitæ pignore, Deo mãcipatus es, ac relictis tenebris lumen induiſti, adoptatus in libertatem gloriæ filiorum Dei. Quotquot enim, inquit ille, receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Itaque non iam ſeruus es, ſed filius, & hæres Dei per Chriſtum in Spiritu ſancto. Quocircà, chariſſime, id ſtude, vt mundus & immaculatus ipſi inueniaris, ſupra fidei fundamentum proba opera extruens. Fides enim ſine operibus mortua eſt, quemadmodùm & opera ſine fide. Atque, vt iam priùs me ad te dicere memini, depoſita iam omni malitia, vereriſq; hominis, qui ſecundùm erroris deſideria corrumpitur, operibus omnibus odio habitis, tanquàm modò genitus infans, rationabile & ſine dolo virtutum lac ſugere concupiſce: vt in eo creſcas, atque ad mandatorum Dei cognitionem perueniàs, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti: vt non iã ſis paruulus ſenſibus, vitioſarum affectionum fluctibus ac tempeſtate iactatus, & circumactus, verùm malitia quidem paruulus ſis, ad bonum autem firmam ac ſolidam mentem habeas, atque, vt dignum eſt ea vocatione, qua vocatus es, in mandatorum Domini obſeruatione verſeris, excuſſa nimirùm atque à te remota prioris vitæ vanitate, quemadmodùm gentes ambulant in vanitate ſenſûs ſui, obſcuratum habentes intellectum, alienati à gloria Dei, cupiditatibusque ſuis & motibus à ratione auerſis ſubiecti. Tu verò, quemadmodùm ad Deum viuum & verum acceſſiſti, ſic etiam vt filius lucis ambula. Fructus enim ſpiritûs eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate. Atque illud operam da, nè nouum eum hominem, quo hodiè indutus es, priori poſthàc vetuſtate labefactes: verùm quotidiè in iuſtitia & ſanctitate & veritate renoueris. Nam hoc nemo non poteſt, ſi velit: quemadmodùm audiſti, quòd poteſtatem dederit filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Quapropter non iã hoc dicere poſſumus, nos virtutes adipiſci minimè poſſe. Procliuis enim ac facilis via eſt: atque etiãſi ob corporis afflictionẽ arcta quodammodò & anguſta dicta eſt, tamen ob futurorum bonorũ ſpem ijs recta & clara eſt, qui non ſtultè ambulant, verùm Dei voluntatem exactè intelligunt, atq; ad dimicandum aduerſùs diaboli hoſtis verſutias ipſius armaturam induunt, & in oratione atque obſecratione, cum patientia & ſpe in hoc ipſum inuigilant. Ac proindè facito, vt, quemadmodùm à me audiſti, & eruditus es, firmumq; fundamentum ieciſti, in ipſo abundes, creſcens videlicet & proficiens, ac boni militis officio fungens: fidem habens, & bonam conſcientiam, proborum operum teſtimonio confirmatã: iuſtitiam colens, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, lenitatem: vitã ſempi-

Philip.2.

Diabolus crucis ſignũ timet.

Baptizatur Ioſaphat.

Barlaam Miſſam celebrat.

1.Pet.1.

Iohan.2.

Gal.4. 2 Pet.3. Iacob 2. Epheſ.4.

1.Pet.2.

Epheſ.4.

Gal.5.

Iohan.1.

Qua ratione facilis in cælũ via ſit. Matth.11. Epheſ. 6.

1.Tim.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sempiternam, ad quam vocatus es, appræhendens: omnem autem voluptatum ac vitiosarum affectionum cupiditatem, non modò quantum ad actionem, sed etiã quantum ad cogitationem, procùl à te remouens: vt animam tuam ab omni spurcitie puram Deo exhibeas. Non enim actiones duntaxàt, verùm etiam cogitationes nostræ apud Deum in numerato sunt, coronasq; aut supplicia nobis conciliãt. Siquidem Christum simul cum Patre ac Spiritu sancto in puris cordibus habitare perspectum habemus. Ac rursùm illud non ignoramus, quòd quemadmodùm fumus apes, eodem modo prauæ cogitationes diuini Spiritûs gratiam à nobis propellunt. Quamobrèm summo studio ac diligentia in hoc enitere, vt omni vitiosa cogitatione ex animo tuo extincta & deleta, optimas quasque cogitationes in ea inseras, templumque Spiritûs sancti te ipsum efficias. Siquidem per cogitationes ad actiones ipsas venimus: atque omne opus à cogitatione animique agitatione progrediens, paruum primò initiũ arripit, ac deindè tacitis incrementis augescẽs, ingens ad extremũ efficitur. Ob eamq; causam nullo modo permitte, vt improba consuetudo tibi dominetur: verùm, donèc recens est, prauam radicem è pectore tuo cuelle: nè alioquì cùm pullulârit, ac radices suas altrè infixerit, postèa non nisi longo tempore, ac magno cum labore extirpari possit. Ob id enim maiora peccata quotidiè ad nos aditum habent, atq; in animas nostras imperium obtinent, quoniã ijs, quæ minora esse videntur, hoc est improbis cogitationibus, inhonestis sermonibus, malisq; colloquijs, consentanea correctio minimè adhibetur. Vt enim in corporibus, qui parua vulnera negligunt, saniem plerunquè, ac mortẽ sibijpsis accersunt: ad eundem modum etiam in animis hoc vsu venit, vt qui minima vitia ac peccata nihili pendunt, grauiora sibi inuehant. Quatenùs autẽ grauiora peccata ipsis obortiuntur, contracto tandẽ habitu anima in contemptum cadit. Impius enim, inquit ille, cùm in profundũ venerit, contemnit. Ac deinceps, vt sus in cœno volutari gaudet, sic etiam anima illa prauæ consuetudini immersa, ne peccatorum quidem fœtorem sentit, verùm potiùs ipsis gauder & oblectatur, vitiumque instàr boni cuiuspiam arctissimè retinet. Atque vt etiam aliquandò, recepta meliori mente, scelerum suorum sensu afficiatur, non tamen sine magno labore, ac sudore, à praua consuetudine, cui vltrò ac spontè se in seruitutem addixit, liberatur. Quocirca omnibus viribus ab omni mala cogitatione, atque omni vitiosa consuetudine, te remoue, ac potiùs virtutibus assuesce, easque ità cole atque exerce, vt earum habitus tibi comparetur. Nam si paulùm laboris in ipsis susceperis, atque earum habitum contraxeris, posteà Deo iuuante cirta laborem vllum proficies. Siquidem virtutis habitus animæ insitus, vtpotè naturalem cum ea cognationem habens, Deique ope adiutus, vix omninò mutationem vllam recipit, atque inprimis firmus est: quemadmodùm vides fortitudinem, & prudentiam, temperantiamque itèm ac iustitiam, vix omninò mutationem vllam admittere, propterea quòd animæ habitus & qualitates & operationes sint, eam penitùs penetrantes. Nam cùm vitij affectiones, quæ nobis non naturales, sed aduentitiæ sunt, posteaquàm ad habitum peruenerint, vix omninò dimoueri possint: quid afferri potest, quin virtus, quæ & naturaliter nobis à summo illo parente & effectore insita est, ipsiusque ope & adiumento nititur, si nobis nonnihil laborantibus per habitum in anima radices egerit, multò minùs immutari queat?

Cogitationes nostræ apud Deum in numerato sunt. Simile.

Per cogitationes ad actiones venimus.

Caueda pecandi consuetudo.

Simile.

Prou. 18. 2. Pet. 2.

Virtus ad habitũ perducta vix euelli potest.

Quæ pura Orationis vis sit. Sub finem Capitis monetur Iosaphat, vt præsentium rerum vanitatem, ac futurarum æternitatem contempletur.

CAP. XX.

De virtutis habitu historia notãda.

VNdè etiam mihi quidam ipsius cultor, rem huiusmodi narrauit. Cùm, inquit, firmissimum diuinæ contemplationis habitum mihi comparãssem, ipsiusque meditatione anima mea tincta esset, huius rei periculum aliquandò facere cupiens, mentem meam ità continui, vt eam pro suo more meditationi sese adiungere minimè sinerem. Quod quidem id eam peregrè ac permolestè ferre intellexi, atque ad eam effrenata quadam cupiditate properare, nec ad contrariam vllam cogitationem vllo modo inflecti posse. Arcum habenas ipsi nonnihil permisissem, starìm ad studium suum & operam celerrimo cursu ferebatur: extabatque id quod ait Propheta, Quemadmodùm desiderat cerPsal. 41.

uus ad fontes aquarum: ità desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontẽ viuum. Ex his igitur omnibus demonstratũ est, in nobis hoc situ esse, vt virtutem adipiscamur, idq; nostri arbitrij ac potestatis esse, cámne amplecti, an contrà peccatum ipsi anteferre velimus. Et quidẽ ij, qui vitio in seruitutẽ se addixerunt, ægrè ab eo abstrahi possunt, quẽadmodùm à me superiùs dictũ est. Tu verò, qui per viscera misericordiæ Dei nostri eo liberatus es, ac per Spiritûs diuini gratiã Christum induisti, fac te totũ ad Dominũ transferas, nec vitiosis affectionibus ianuam vllo modo aperias, verùm animã tuam suaui virtutũ odore ac splẽdore conornatam, sanctæ Trinitatis templum reddas, atq; in ipsius contemplatione omnes mentis tuæ facultates occupes. Nam cùm is, qui cum terreno Rege degit, atq; colloquitur, beatus ab omnibus prædicetur, non est dubium, quin is, cui diuino beneficio cõtigit, vt mẽte cum Deo colloquatur, consuetudinẽque cũ eo habeat, omni beatitudine cumuletur. Quæ cùm ità sint, eum semper ob oculos tibi propone, atque eum ipso colloquere. Quanam autẽ ratione cum Deo colloqueris? Nimirùm per orationem & obsecrationẽ ad eum appropinquãs. Nam qui ardentissimo desiderio ac purgato pectore orat, atque ab omnibus rebus ex materia concretis & terrenis abducta mente, tanquàm coram Deo adstat, ac cum metu & tremore preces ad eum adhibet, hic nimirùm cum eo consuetudinem habet, facieq; ad faciem eum eo colloquitur. Siquidẽ bonus noster Deus ac Dominus vbiq; adest, eos, qui sincero ac puro animo ipsum precantur, exaudiens: quemadmodùm ait Propheta, Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Quo fit, vt Patres, hominis cum Deo coniunctionem, orationẽ esse definiant, eamque Angelorũ opus, ac futuræ lætitiæ præludium appellent. Siquidem in hoc potiùs, quàm in vllis alijs rebus situm esse cælorũ regnum censent, vt quis ad sanctam Trinitatem appropinquet, eamque contẽpletur. Quam quidem ad rem cùm precandi assiduitas mentẽ velut manu ducat, non abs re beatitudinis illius præludium, ac velut effigies quædam appellata est. Verùm non omnis oratio ciusmodi est: sed ea demùm hoc nomine nuncupanda est, quæ Deum, qui orationis materiã oranti suppeditat, magistrum habet, quæque supra terrena omnia assurgit, atque cũ Domino Christo sine vlla intermedia re versatur. Hanc velim tibi acquiras, atque in ea prouehi contendas. Etenim ipsa hanc vim habet, vt te à terra in cælos subuehere possit. Cæterùm non temerè ac sine vlla præparatione in ipsa progressus facies: verùm ità demùm, si animam tuã ab omnibus vitiosis affectionibus priùs repurgâris, eamq; ab omni improba cogitatione detersam, puri cuiusdam ac recèns absterfi speculi instàr effeceris, & ab omni iniuriarum recordatione, atque ira (quæ maiori quàm reliqua omnia, impedimento est, quominùs preces nostræ ad Deum sublimes ferantur) tesi ipsum procul remoueris, cunctisque, qui te læserint, offensionem ex animo remiseris, atq; per eleemosynas, & pauperũ miserationes, orationi velut pennas quasdã additas, eam Deo cum calentibus lachrymis obtuleris. Ad hunc quippè modum orans, ijsdem verbis vti poteris, quibus beatus ille Dauid, qui Rex erat, ac sexcentis curis distrahebatur, nihiloque sciùs tamen animam suam à vitiosis affectionibus perpurgauerat, ad Deum vtebatur, dicens, Iniquitatem odio habui, & abominatus sum: legem autem tuam dilexi. Septiès in die laudem dixi tibi, super iudicia iustitiæ tuæ. Custodiuit anima mea testimonia tua: & dilexit ea vehementer. Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo, Domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum. Sic, videlicet clamante te, Deus exaudiet: & adhuc loquente te, dicet, Eccè adsum. Quocircà, si huiusmodi orationẽ adeptus fueris, beatus eris. Neque enim fieri potest, quin is, qui cum huiusmodi animi alacritate Deũ orat, atque obsecrat, quotidiè nouos in virtute progressus faciat, atque omnes hostis laqueos superet. Nam qui mentem suam, vt cuiusdam viri sancti verbis vtar, excalefecit, animamque suam erexit, atque in cælum se transtulit, sicque Dominum suum inuocat, sceleraque sua in memoriam reuocat, ac de eorum remissione cũ Deo colloquitur, calentissimisque lachrymis eum obsecrat, vt pro sua benignitate propitium ac facilem se ipsi præbeat, ex huiusmodi sermonum & cogitationum vsu & consuetudine hoc consequitur, vt omnem huiusce vitæ curam deponat, atque humanis affectionibus superior existat, dignusque habeatur, qui Dei cognomine appelletur. Quo quid beatius aut sublimius contingere possit? Vtinàm itaque Dei beneficio beatitudinis huiusce compos fias. Eccè enim, mandatorum Domini

In nobis virtutẽ adipisci situ est, accedente tamẽ Dei gratia.

Qua ratione quispiam cũ Deo colloquatur.

Oratio futuræ beatitudinis præludium.

Psal. 33.

Quænã vera oratio cẽsenda sit.

Ira orationi maximo impedimẽto est.

Psal. 118.

Esa. 58.

Quorũ orationes Deus exaudiat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Act.20. mini viam tibi demonſtraui, nec quicquam ſubtraxi, quominùs omne Dei conſilium tibi annunciarem. Ac iam quidem ego miniſterium meum abſolui. Supereſt, vt ſuccinctis lumbis mentis tuæ, inſtàr ſancti illius, qui te vocauit, ipſe quoque Leuit.19. in omni vitæ tuæ ratione ſanctum te præbeas. Sancti enim eſtote, quoniam ego 1.Pet.1. ſanctus ſum, dicit Dominus. Atque etiam Apoſtolorum princeps ad hunc modũ loquitur: Si Patrem inuocatis eum, qui ſine perſonarum acceptione ſecundùm cuiuſque opus iudicat, in timore incolatûs veſtri tempore conuerſamini, ſcientes quoniam non corruptibilibus auro & argento liberati eſtis de vana veſtra conuerſatione paternarum traditionum, ſed pretioſo ſanguine quasi agni incontaminati & immaculati Ieſu Chriſti. Hæc igitur omnia in mente condita ſine vlla intermiſſione recordare, Dei metum, & horrendum ipſius tribunal, & ſplendorem eum, quem iuſti in futuro æuo accepturi ſunt, ac contrà peccatorum in tetermis tenebris mœrorem, præſentium itèm rerum imbecillitatem & vanitatem, ac futurorum ęternitatem ſemper ob oculos habens: illudque prętereà, quòd omnis Eſa. 40. caro fœni inſtàr eſt, & omnis gloria eius tanquàm flos fœni. Exſiccatum eſt fœnum, & flos eius decidit: verbum autem Domini manet in æternum. Hæc ſem- 1 Tim.4. Philip.4. per meditare: & pax Dei tecum ſit, quæ te illuminet, & ſapientia inſtruat, & ad ſalutis viam ducat, improbamque voluntatem procùl à tua mente depellat, atque animam tuam Crucis ſigno imprimat, nè vllum peruerſi ſpiritûs ſcandalum ad te propiùs accedat, verùm diuino beneficio in omni virtutum perfectione futurum illud ac finis & ſucceſſionis expers regnum adipiſcaris, ac beatæ, & vitæ initium afferentis Trinitatis, quæ in Patre & Filio & Spiritu ſancto glorificatur, lumine colluſtreris.

Barlaam ob frequentem cum Regis filio conſuetudinem, præceptoribus ipſius inſpicionem venit. Eaque de cauſa, Ioſaphat abeundi poteſtatem ipſi facit. CAP. XXI.

CVm huiuſmodi doctrinis ad mores informandos accommodatis præſtantiſſimus Senex Regis filium inſtruxiſſet, ad ſuum hoſpitium ſe contulit. At adoleſcentis miniſtri & præceptores, frequentem ipſius in palatium ingreſſum perſpicientes, admiratione afficiebantur. Vnus autem ex ijs, qui priorem inter eos locum obtinebat, & quem Rex, velut fideliſſimum, ac ſuî ſtudioſiſſimũ filij ſui palatio præfecerat, Zardan nomine, Regis filium his verbis allocutus eſt: Non te fugit, here, quanto patris tui metu afficiar, quaque erga eum fide ſim. Eoque etiam nomine me tanquàm fidiſſimum famulum tibi admiſtrum eſſe iuſſit. Nunc autem exterum hunc virum crebrò tecum colloqui videns, illud vereor, nè Chriſtianæ religionis, quam pater tuus ingenti odio inſectatur, cultor ſit: ſicque ego capitali ſententiæ obnoxius reperiar. Proindè, vel certè, nè in reo patrem certiorem fac, vel poſthàc cum eo colloqui deſine: vel certè, nè in reprehenſionem incurram, à facie tua me ablega, atque alium, qui mihi ſubrogetur, à patre tuo poſtula. Regis autem filius ad eum dixit: Hoc primùm, ó Zardan, faciamus. Velo quodam obductus, ſta, ipſiusque ad me ſermones audi: atque ità, quidnam tibi faciendum ſit, exponam. Cùm igitur Barlaam ad ipſum acceſſurus eſſet, Summa doctrinę Chriſtianæ. Zardane intra velum introducto, ad Senem ait: Diuinam tuam doctrinam mihi ſummatim repete, quò firmiùs pectori meo inſeratur. Excepto igitur ſermone, Matth.22. Barlaam longam de Deo, atque erga eum pietate, orationem habuit, quodque eũ ſolum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente amare, ipſiusque mandata cum timore ac deſiderio obſeruare oportet: quodque ipſe eſſet, qui omnia, tam quæ in cernendi ſenſum cadunt, quàm quæ ab oculorum ſenſu remota ſunt, condidiſſet. Ac deindè primi hominis effictionem, mandatumque ipſi datum, lataméq; in eum, ob violatum edictum, à Creatore ſententiam commemorauit. Deinceps bona ea recenſuit, quibus nos reiecto ipſius mandato noſmet excluſimus. Mox earum moleſtiarum mentionem fecit, quæ poſtquàm ab illis bonis excidimus, miſerè nos inuaſerunt. Tum autem ea, quæ ad benignitatem, & amorem erga hominum genus, pertinebant, ſubiunxit, nempe quonam modo ſumus ille opifex ſalutis noſtræ curam gerens, magiſtros ac Prophetas Vnigeniti incarnationem prædicantes miſerit. Deindè etiam ipſius deſcenſum, incarnationem, beneficia, mira-

cula, toleratáque pro nobis, ingratitudinis vitio laborantibus, ſupplicia, crucem, lanceam, voluntariam mortem, ac deniquè noſtram in integrum reſtitutionem, & reuocationem, atque ad primum bonum reditum: ac poſteà cælorum regnum, quod homines eo dignos manet, reconditum improbis cruciatum, ignem nunquàm extinguendum, perpetuas tenebras, immortalem vermem, cæterasque omnes pœnas, quas ij, qui peccati ſeruitute ſe conſtrinxerunt, ſibi ipſis aggeſſerunt. Hæc cùm oratione proſecutus eſſet, ac ſub finem in doctrinam ad mores accommodatam delapſus fuiſſet, multáque de vitæ puritate verba feciſſet, præſentiumque rerum vanitatem damnâſſet, eorumque, qui his totos ſe addicunt, miſeriam coarguiſſet, orationem tandèm precatione concluſit, à Deo nimirùm ipſi firmam & conſtantem orthodoxæ fidei confeſſionem, vitamque ab omni repræhenſionis nota immunem, ac puriſſimam muneris ſui adminiſtrationem optans. Ac poſteà, precationi fine impoſito, ad hoſpitium ſuum rursùs ſe recepit. Regis autem filius accito Zardane, quid animi haberet, periclitans, dixit: Audiſti, quæ mihi rabula iſte dixerit, me videlicet inani ſuo verborum lenocinio in fraudem inducere ſtudens, ac iucunda hac oblectatione & amœnitate priuare, atque ad peregrini Dei cultum traducere? Zardan autem, Quidnam, inquit, tibi viſum eſt, ô Rex, famulum tuum tenuare? Perſpectum enim habeo, viri ſermones pectus tuũ altiſſimè penetrâſſe. Nam niſi ità eſſet, non tam lubenter ac perpetuò cum eo ſermones miſceres. Et quidem noſtiuſmodi prædicationem haudquaquàm ignoramus. Verùm ex quo tempore pater tuus atrociſſimam aduersùs Chriſtianos perſecutionẽ excitauit, illi hinc expulſi ſunt, atque ipſorum prædicatio conticuit. Quòd ſi tibi hoc dogma arridet, ipſiusque duritiem & laborem ſubire potes, fauſtum ſanè ac felix ſit, id quod animo tuo inſedit. Ego autem quid tandèm faciam, qui huiuſmodi duritiẽ ne aduerſis quidem oculis intueri poſſum, ac Regis metu animum doloribus atque acerbitatibus diſtractum habeo? Quanam apud eum excuſatione vtar, qui ipſius imperia neglexi, atque huic viro ad te aditum permiſi? Dixit autem ad eum Regis filius: Equidem nihil aliud, quod ingenti tuæ erga me beneuolentiæ ſatis præmij afferret, agnoſcens, hoc vnum beneficio tuo maius reperi, nimirùm vt tibi bonum illud, quod naturam ſuperat, perſpicuum reddere ſtuderem, hoc eſt, vt quem ad ſinem procreatus ſis, intelligeres, ac Creatorem agnoſceres, relictisque tenebris ad lucem accurreres. Atque in hac ſpe eram, fore, vt ſimulatquè de ea aliquid audiſſes, ardentiſſima quadam cupiditate illam ſequereris. Verùm ſpe mea, vt video, falſus ſum, vt qui, ad ea quæ dicta ſunt, tepidè affectum te conſpiciam. Regi autem ac patri meo ſi hæc indicaueris, nihil aliud hinc conſequeris, quàm vt ipſius animum curis ac mœroribus conficias. Verùm, ſi candido ac ſincero in eum animo es, caue nè ipſe, antequàm commoda occaſio ſe obtulerit, quicquam huiuſmodi ex te reſciſcat. Hac oratione ad eum habita, tanquàm in aquam ſeminare videbatur. Neque enim ſapientiæ ad ſtolidum animum aditus vnquàm patebit. Poſtridiè autem Barlaam ad eum accedẽs, de diſceſſu ſuo ſermonem ingerebat. Ille autem, ab eo diu elli minimè ſuſtinens, animo excruciabatur, lachrymisque totus perfundebatur. Senex verò cùm longum ad eum ſermonem habuiſſet, cumque vt firmiſſimus in bono perſtaret, obteſtatus eſſet, verbisque ad cohortandum accommodaris ipſius pectus confirmâſſet, precibus ab eo contendebat, vt læto atque hilari animo diſcedendi poteſtatem ſibi faceret. Illud etiam adiungebat, eam breui interſe coniunctionem mutuam fore, quæ diſſidij omnis expers eſſet. At Regis filius, cùm nec diutiùs negotium ſeni faceſſere, nec eum expetito itinere prohibere poſſet, ac prætereà metuens, nè Zardan ille Regem de eo certiorem faceret, ac ſupplicijs eum afficeret, his ad eum verbis vſus eſt: Quandoquidem ità tibi hoc animo inſidet, ſpiritualis pater ac præceptorum optime, mihiq; omnis boni author, vt me in mundi vanitate verſantem deſeras, atque ad ſpiritualis quietis locũ proficiſcaris, non vltrà te retinere, atque impedimento tibi eſſe audeo. Abi igitur Dei pace ſeptus, ac meæ miſeriæ in præclaris tuis ad Dominum precibus memoriam nè intermittas: quò tandèm ad te peruenire, ac faciem tuam perſpicere queã. Vnã autem rem à te poſtulo, nimirùm vt, quoniam pro tuis religioſæ vitæ ſodalibus nihil accipere voluiſti, ſaltem pro te exiguum aliquid pecuniæ in victum, ac veſtem in indumentum accipias. Ille autem ad eum reſpondit: Cùm pro fratribus meis

Zardan Regis præceptor, ex doctrina S. Barlaam offenditur.

In aquam ſeminare.

S. Barlaam à filio Regis diſcedendi poteſtatem efflagitat.

Barlaam à Regis filio nihil accipere vult.

Universidad de Deusto
Biblioteca

meis nihil à te acceperim (neque enim illi aliquid ex huius mundi rebus, à quibus vltrò sese remouerunt, accipere opùs habent) quonam tandèm pacto mihi id acquirã, quod ipsis interdixi? Nam si pecuniarum possessio bona esset, illis certè ante me eas impertijssem. Quoniam autẽ exitiosam earum possessionẽ esse scio, necillos, nec me itèm, huiusmodi laqueis implicabo. Cùm igitur ne hoc quoq; ipsi persuadere potuisset, ad alteram petitionẽ rursùm se conuertit, supplexq; ab eo petijt, nè preces suas omninò negligeret, nec se omni mœstitiæ genere profligaret: verùm vt detritum illud & asperum ac vetustate confectum pallium (tum ad religiosæ magistri sui vitæ refricandã memoriam, tum ad præsidium aduersùs omnes tanæ afflatus) sibi relinqueret, atq; ipse pro eo aliud acciperet: quò scilicet, inquit, id quod à me datum fuerit, perspiciens, humilitatis meę memoriã retineas. Ait autem Senex: Vetus meum ac detritum pallium tibi dono dare, aliudq; nouum indumentum accipere, mihi non licet: nè exigui mei laboris mercedem hic recepisse diuina sententia pronuncier. Cæterùm, nè tuam animi alacritatem retundam, vetusta, nec à meis quicquam diuersa, ea indumenta sint, quæ mihi abs te porrigentur. Regis itaque filius, cùm asperos quosdam ac vetustos pannos quæsiuisset, eosq; Seni dedisset, ipsius veste inuicèm accepta, magnam inde lętitiam concepit, quauis purpura, ac regio ornamento citra omnem comparationem præstantiorem eam existimans. Diuinissimus autem Barlaam iam iamque discedere cupiens, ea, quæ ad discessum pertinebant, loquebatur, postremamque hanc ipsi doctrinam adhibuit. Charissime frater, inquit, ac suauissime fili, quẽ ego per Euangelium genui, scis cui Regi nomen dedisti, & cum quo pacta iniisti. Quarè firma ea seruesse est, atque omnia militiæ munia, quæ in huiusmodi pactorum charta, præsente ac restante, atq; etiam pacta ipsa literis mandante vniuerso cęlesti exercitu, promisisti, alacri animo exequaris. Quæ quidem si præstiteris, beatus eris. Quocirca tibi prouidendum est, nè quid præsentium rerum Deo ipsiusque bonis anteponas. Quid enim rerum præsentium tantum terroris afferre potest, quantum ignis æterni cruciatus, qui ità ardet, vt interìm lucis omnis expers sit, nec vnquàm exurendi finem faciat? Ac rursùm, quodnã est huius mundi bonum, quod tanta animũ voluptate perfundat, vt Deus, seipsum ijs, à quibus diligitur, donans: cuius & pulchritudo sermone omni præstantior est, & potentia inuicta, & gloria sempiterna, & cuius bona ea, quæ ipsius amicos manent, omnia, quæ oculis cernuntur, incomparabiliter antecellunt: quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt? Quorum vtinã tibi, robustissima Dei manu septo ac munito, hęredẽ esse contingat. Regis autẽ filius lachrymis perfusus, angebatur, ac summa molestia afficiebatur: vt qui ab amantissimo patre, ac præstantissimo magistro relinqui minimè sustineret. Et quisnã, inquiebat, ô pater, tuas partes explebit? Aut quẽ tandèm huiusmodi pastorẽ ac ducẽ consequi potero? Et quonam solatio desiderium tui lenibo? Eccè enim me improbum ac rebellẽ seruum ad Deum adduxisti, atque in filij & hæredis classe collocâsti: ac me perditum, atque omnibus bestijs in prædam expositum, exquisijsti, & cum ijs Dei ouibus, quæ minimè aberrauerant, copulâsti, atque compendiariã veritatis viam mihi demonstrâsti, meq; de tenebris & vmbra mortis eduxisti, ac pedes meos è lubrica & exitiosa, ac peruersa & curua via extraxisti. Magna & admiranda mihi à te bona orta sunt, atque eiusmodi, vt singularem eorum magnitudinem nulla oratio consequi possit. Magnorum igitur ipsẽ quoquè pro me exiguo homunculo ipsius beneficiorum vtinàm sis particeps: atque id quod meæ gratiarum actioni deest, expleat Dominus, qui solus beneficiorum relatione, eos qui ipsius amore prædi ti sunt, superat. Barlaam autem, ipsius lamentationes amputans, surrexit, atque ad orandum se comparauit, manibusque in cælum sublatis, his verbis vsus est: Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui ea, quæ priùs tenebris obducta erant, luce perfudisti, atq; res omnes cõditas, tam quæ adspectu sentiũntur, quàm quæ ab oculorum sensu remotæ sunt, ex nihilo produxisti, qui figmentum tuum conuertisti, nec nos pòst insipientiam nostram abire permisisti, gratias tibi agimus, ac tuæ potentiæ & sapientiæ, hoc est Domino nostro Iesu Christo, per quem etiam secula fecisti, nosq; prolapsos & iacentes excitasti, & delinquentibus peccata remisisti, errore vagantes reduxisti, captiuos redemisti, morte extinctos per Filij tui ac Domini nostri pretiosum sanguinẽ ad vitam reuocâsti. Te igitur inuoco, atque vnigenitum Filium tuum, & sanctissimum tuum Spiritum.

Hoc intelligede diuinis, quibus aliquis abutitur.

Eccè quãti faciat S. Iosaphat, viri sancti adhuc viuentis reliquias quas nostri nouatores vituperant.

Postrema Barlaami ad Regis filium oratio.

1. Cor. 4.

Nullum bonum cum Deo conferendum.

1. Cor. 2.

Luc. 15.

Psal. 85. Luc. 1.

Oratio Barlaami pro Iosaphat.

Heb. 1.

Spiritum. Respice in rationę præditam hanc ouem, quæ per me indignum hominem ad altare tuum accedit: atque ipsius animam per virtutem ac gratiam tuam sanctifica. Visita vineam hanc, quę per Spiritum sanctum tuum plantata est: atque hoc ei da, vt iustitiæ fructum ferat. Corrobora eum, pactum tuum in ipso confirmans: ac per boni tui Spiritus sapientiam eum à diaboli fraude atque impostura eripe. Doce eum facere voluntatem tuam, & auxilium tuum ab eo nè auferas. Atque & ipsi, & mihi seruo inutili, bonorum tuorum, quæ finem nescìunt, hæreditatem consequi beneficio tuo contingat. Quoniam benedictus es & gloriosus in secula, Amen. Absoluta autem oratione conuersus, ipsum, iam cælestis Patris filium, exosculatus est, pacemque ipsi ac sempiternam salutem precatus, ex aula excessit, lætusque abijt, gratias Deo agẽs, cuius fauore iter ipsi ex animi sententia successerat.

Psal. 142.

Psal. 142.

Psal. 50.

Dan. 3.

Post Barlaami discessum Iosaphat orationi studet. Zardan Regi, quonam pacto ille ad Christiana sacra se contulisset, exponit. Rex Barlaamum persequi iubet, sed frustrà. Quidam monachi ad eum adducuntur.

CAP. XXII.

IOsaphat autẽ, posteaquàm exijt Barlaam, precibus sese dedit, calentissimisq; lachrymis profusis ad hunc modum locutus est: Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina. Quoniam tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor. Respice in me, & miserere meì, qui omnes vis saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Serua me, quæso, indignum licèt homunculum, atque corrobora: vt in sanctorum mandatorum tuorum via ambulem. Quoniam ego imbecillis ac miser sum, nec ijs viribus, vt boni quicquam facere possim. Tu verò salutem mihi afferre potes, qui omnia, tam quę oculis cernuntur, quàm quæ cerni nequeunt, contines atque conseruas: Nè me post improbas carnis meæ voluntates abire sine: verùm doce me facere voluntatem tuam, atque in sempiternam ac beatam vitam me conserua. O Pater, & Fili, & diuine Spiritus, consubstantialis ac diuisionis expers diuinitas, te inuoco, te gloria afficio. Te enim laudat quicquid creatum est: ac te gloria afficiunt intellectuales, ac corpore vacantes virtutes in secula, Amen. Deincèps igitur quàm diligentissimè seipsum conseruabat, atque ità comparabat, vt & animę & corporis puritatem acquireret, atque in continentia & orationibus, obsecrationibusque, per totum noctis curriculum sese prorogantibus, vitam duceret. Nam cùm plerunquè diurno tempore, tum ob eorum, qui cum ipso versabantur, contubernium, tum etiam interdùm ob Regis ad eum accessum, aut quòd ipse ab eo acciretur, sese interrumpi videret, nox ipsi, quod diei deerat, supplebat: vt qui in precibus & lachrymis ad diluculum vsque staret, ac Dei opem imploraret. Vndè etiam Prophetica illa vox in ipso implebatur: In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Dominum. Zardan autẽ ille, cùm huiusmodi ipsius vitæ rationem intellexisset, summaque inde mœstitia afficeretur, grauibusque animi curis vexaretur, nec quid faceret, haberet, ad extremum mœrore oppressus, simulato morbo in suas ædes concessit. Quod vt Rex comperit, alium quendam ex his quos fidissimos habebat, misit, qui ipsius loco filio ministraret: ipse autẽ valetudinis Zardanis curam gerens, celeberrimũ ad eum medicum mittit, eumque, vt summã ad ipsius curationẽ solicitudinẽ adhibeat, rogat. Medicus igitur, quoniã eum Regi gratũ & acceptum esse perspiciebat, sedulò eum inuisebat. Cumq; ipsius statũ accuratè considerâsset, Regi confestim indicauit, se nihil, quod morbũ ipsi accerseret, in eo reperire potuisse: ac proindè ità existimare, eum aliquo animi mœrore affectũ in morbum incidisse. Rex autẽ his verbis auditis, hoc arbitratus est, eum à filio asperiùs acceptum fuisse, atq; hac de causa concepto mœrore recessisse. Quidnam autẽ id esset, deinceps scire cupiẽs, Zardani se eum, vt oborti morbi causam intelligeret, craſtino die inuisurũ significauit. Zardan autẽ huius promissi certior factus, statìm vt diluxit, indumẽtis acceptis ad Regem proficiscitur, eumque, simulatquè ingressus est, humi prostratus adorauit. Rex autẽ, Quid, inquit, tibi vim attulisti, vt ad me accedères? Nam ipse ad te proficiscì, meumq; erga te amorem omnibus declarare in animo habebam. Ille autẽ respondit: Morbus meus, ô Rex, non ex corũ numero est, quibus homines laborare solent: verùm ex animi mœstitia & anxietate corde in dolorem

S. Iosaphat continuę orationi incumbit.

Psal. 133.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lorem prolapso corpus quoquè condoluit. Amentiæ porrò mihi ducendũ esset, si cùm ità me haberem, non, vt seruum decet, ad te accederem, verùm, vt regia tua maiestas ad me famulum veniens sese fatigaret, expectarem. Percontante autem Rege, quidnam eum in hunc mœrorem coniecisset, respondens Zardan, Magnum, inquit, periculum mihi impendet, magnisq; supplicijs, ac multis mortis generibus dignum me agnosco, quoniam præceptis tuis negligenter obsequendo, ingentem tibi iam iamq; mœrorem accersiui. Rursùm autem ex eo quærente Rege, quænam huiusmodi negligentia esset, in quam incidisset, quodq; periculũ illud, in quo versaretur, In custodia domini mei filij tui, inquit, negligentem me præbui. Improbus enim quidam ac præstigiator ingressus, de Christianæ religionis doctrina ad eum verba fecit. Posteaq; Regi, quos ad ipsius filium Senex sermones habuisset, sigillatim exposuit, quantamq; ille ex ipsis voluptatem cepisset, quodq; prorsùs Christo se addixisset. Quinetiam Senis nomen ipsi indicauit, Barlaam ipsum nuncupari dicens. Nam etiã anteà Rex de Barlaã, ac summa religioſę ipsius vitę asperitate multa auditione acceperat. Vt autem hæc ad Regis aures peruenerũt, tantus ei mœror obortus est, vt totus concuteretur, iracundia ęstuaret, atq; hoc nuncio penè exanimaretur. Ac statim Arachen quẽdam, qui etiam secundum ab eo dignitatis gradũ obtinebat, primusq; in omnibus arcanis consilijs erat, ac prætereà Astrologiæ scientiam tenebat, ad se acciuit, eiq; magno cum mœrore atque animi consternatione, quod acciderat, narrauit. Ille autem ipsius perturbatione, animiq; confusione conspecta, Mœsto, inquit, ô Rex, ac perturbato animo esse desine. Neque enim me ipsum de sententia deducturum diffido. Quin potiùs illud certissimũ habeo, breui fore, vt ille impostoris illius doctrinam abiuret, tuæq; voluntati morẽ gerat. Cùm igitur his verbis Araches Regem ad animi hilaritatem conuertisset, ad huiusmodi negotij considerationem animum adiecit. Ac primùm, ô Rex, inquit, hoc agamus. Demus operam, vt pestiferum illum Barlaam arripiamus. Quòd si consequamur, à scopo, mihi crede, non aberrabimus, nec spe nostra fallemur. Nam ille ipse, aut verbis ad persuadendum accõmodatis, aut varijs tormentorum instrumentis impulsus, inuitus etiam ac repugnans, falsa & erroris plena verba sua esse cõfitebitur, atque dominum meum filium tuum de sententia dimouebit, adducetq; vt patris dogmatibus hæreat. Sin autem illum arripere nequeamus, alium ego senem Eremitam noui, Nachor nomine, qui Barlaamo ità prorsùs similis est, vt vix ab illo internoſci possit. Hic porrò eandem nobiscum doctrinam profitetur: eumq; in Mathematicis magistrum habui. Ad hunc igitur ego noctu me conferam, eiq; omnia sigillatim exponam. Ac deindè rumore hoc sparso, Barlaamum scilicet comprehensum esse, ipsum exhibebimus. Qui etiam ipse Barlaami sibi nomen attribuens, se Christianorum sacra colere simulabit, eaq; tueri ac defendere præ se feret. Ac posteà longa disputatione habita, tandèm fractus manus dabit. Quod cùm filius tuus perspexerit, hoc est Barlaamum victum esse, ac doctrinam nostram palmam tulisse, non est dubium, quin ad victorum partes sese adiuncturus sit. Quam etiam ad rem istud magni momenti est, quòd ille maiestatem tuam veretur, tibique obsequi magnoperè studet. Adde, quòd ille etiam, qui Barlaami personam geret, resipiscet, seque in errore versatum esse affirmabit. Hoc sermone Rex delectatus est, cùm Barlaamum nuper recessisse comperisset, eum comprehẽdere festinabat. Itaque militibus ac centurionibus missis, varios itinerum exitus occupauit: ea autem via, quam ex omnibus suspectiorem habebat, ipse consẽsis equis, eum omni celeritate persequebatur, atque omni ratione assequi cogitabat. Cæterùm cùm sex totos dies inani labore sese fatigâsset, ipse quidem in regio quodam palatio, quod ruri situm erat, remanet: Arachen autem cum equitibus haud paucis ad ipsam vsque Sennaaritidem solitudinem conquirendi Barlaami causa misit. Qui cùm ad eum locum peruenisset, omnium incolarum animos perturbauit: atque, cùm illi virũ eum à se visum esse negâssent, in solitudinem, vt pios viros venaretur, sese cõtulit. Cumq; solitudinem illam magna ex parte peragrâsset, ac montes cinxisset, valleque quasdã minimè tritas, & accessu difficiles, cum ea hominum manu, quã secum habebat, pedibus peruasisset, ad tumulũ quendam profectos, in eius fastigio Eremitarum turmã inambulantem cernit: nullaq; interposita mora, eos ad se adduci iubet. Milites itaq; celerrimo cursu, atq; alij alios anteuertere contendentes, tumulũ

Zardan Regi exponit, quomodò eius filius Christianã fidem susceperit.

Rex Arachẽ ad se accersit.

Arachis consilium.

Araches Barlaamũ prosequitur.

petunt. Eoq́ue cùm peruenissent, circundederunt eos tanquàm canes multi, aut tanquàm pestiferæ quædam & immanes belluæ. Atque ipsos, tum oris specie, tum habitu venerandos, solitariæq́ue exercitationis notas in vultu ferentes, comprehendunt, raptatosq́ue Arachi exhibent, sic animo comparatos, vt nec vllo modo perturbarentur, nec ignauum aliquid ac triste, vel præ se ferrent, vel loquerentur. Qui autem ipsos omnes, tanquàm antistes, præibat, ex cilicio contextam peram, quorundam sanctorum Patrum, qui ex hac vita discesserant, reliquijs confertam gestabat. Conspectis autem ipsis Araches, vt Barlaamum minimè vidit (nam eum nõrat) mœrore conturbatus est, atque ad eos dixit: Vbinam est impostor ille, qui Regis filium in errorem induxit? Is autem qui peram gestabat, respondit: Non est ille inter nos, absit (siquidem Christi gratia pulsus, à nobis fugit:) verùm apud vos domicilium habet. Eum ergò, inquit Dux, nõsti? Certè, inquit Eremita, eum, qui impostor dicitur, noui, hoc est diabolum, qui in medio vestri habitat, atque à vobis adoratur & colitur. Hic Dux: De Barlaam ego quæro, deq́ue eo percontabar vbinam esset. Monachus autem: Cur igitur, inquit, præposterè locutus es, de eo qui Regis filio impostura fecit, me interrogans? Nam si Barlaamum quærebas, omninò ità loqui oportebat, Vbinam ille est, qui Regis filium ab errore in viam reduxit, ac salute donauit? Nam ille frater noster est, ac religiosæ exercitationis socius. Multi autem iam dies sunt, cùm eum non vidimus. Tum Araches, Domum illius, inquit, mihi demonstra. Respondit Monachus: Si ipsi vos videre cordi esset, obuiàm vobis ipsemet prodijsset. Nobis autem ipsius domum indicare minimè licet. Qua de causa indignatione percitus Dux, atque irato ac furioso vultu eum intuens, ad eum dixit: Nouis & inusitatis vos mortis generibus nunc mactabo, nisi statim Barlaamum mihi exhibueritis. Et quid, inquit Monachus, in nobis perspicis, cuius studio & amore ab hac vita ægrè diuellamur, mortemq; à te nobis inuehendam pertimescamus? Quin potiùs gratiã tibi habituri sumus, quòd virtutis studio hærentes è vita eduxeris. Neque enim incerta exitûs alea paruum nobis metum injicit, quòd scilicet, quo statu nos arreptura mors sit, minimè compertum habeamus: ne fortè aut volũtatis lubricum, aut quidam diaboli impetus instituti nostri constantiam inflectat, aliterq́ue nobis, quàm vt pactis cum Deo à nobis initis consentaneum est, aut sentire aut facere persuadeat. Quocircà cùm ea, quæ vobisipsis pollicebamini, cõsequi iam omninò desperetis, sine vlla cunctatione, quod lubet, facite. Neque enim pij fratris nostri domicilium, quanuis nobis cognitum, ostendemus: nec alia vlla vobis ignota monasteria prodemus, vt videlicet hac ratione mortem turpiter effugiamus. Quin potiùs præclarè mortem oppetemus, vt priùs virtutis sudores, sic nunc fortitudinis animi cruorem Deo offerẽtes. Hanc eorum sermonis libertatem sceleratus ille minimè ferẽs, verùm ex huiusmodi animi magnitudine grauissima iracundia commotus, multis eos verberibus ac tormentis affecit. Quæ tamen illi sic pertulerunt, vt eorũ animi robur ac fortitudo ipsi quoquè tyranno admirationem moueret. Cùm autem multis illatis supplicijs eos tamen flectere non potuisset, nec quisquam inter eos inuentus esset, qui Barlaamum ipsi ostendere sustineret, arreptos eos ad Regem duci, atque inter eundum percuti contumelijsq́ue affici iubet, reliquiarum etiam peram interim gestantes.

Pſal. 21.

Pius Abbas per impostorem, diabolũ intelligit.

Araches in monachos sęuit.

Flagris cædũtur monachi.

Abbas longa cum Rege disputatione habita, cum ijs quibus præerat, martyrio posteà afficitur. CAP. XXIII.

INteriectis itaque haud paucis diebus, ad Regem ipsos adduxit, deq́ue eorum statu eum certiorem fecit. Ac deindè ipsi acerbissima iracundia inflammato eos sistit. Quibus perspectis, ipse indignatione æstuans, furentis hominis speciem præbebat. Cumq́ue ipsos crudelissimè cædi iussisset, posteaquàm plagis atrocem in modum concisos vidit, vix tandèm ex ingenti furore emergens, carnificibus verberandi finem facere imperauit. Atque ad eos ait: Quanam de causa hæc mortuorum ossa gestatis? Si eorum, ad quos pertinent, desiderio hæc fertis, hac ipsa hora vos etiam cum illis collocabo: vt votorum vestrorum compotes effecti, gratiam mihi habeatis. Diuinæ autem illius cohortis dux atque Antistes, regias minas pro nihilo ducens, perindè ac si nihil ipsi aduersi cõtigisset, libera voce, ac splendido vultu, gratiamq́ue in ipsius anima insidentem significante, ad hunc modum respõdit: Hæc pura & sancta ossa idcircò circunferimus, vt admirabilium

De Sanctorũ reliquijs disputatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

virorum, quorum ipsa sunt, desideriũ vtcunquè leniamus, eorumque religiosam exercitationem, Deoque charam vitam nobis in memoriam reuocemus, atque ad eiusdem vitæ studium nosipsos excitemus. Ac requiem eam, & delicias eas, in quibus nunc versantur, ob oculos nobis proponentes, ipsos quidem beatos prædicamus: nos autem ad sequẽda eorum vestigia nosipsos mutuò acuimus. Quinetiam mortis memoriam, quæ permagnam vtilitatem affert, atque ad religiosæ vitæ certamina promptos nos ac velut pennatos reddit, nobis hinc comparamus. Atque tereà ex eorum contactu sanctitatẽ haurimus. Rursùm igitur Rex: Si, inquit, mortis recordatio vestra sententia vtilitatem parit, quidnam causæ est, cur non in cortis porum potiùs vestrorum ossibus, quæ vestra sunt, ac propediẽm interibunt, quàm in his alienis atque corruptis, hanc memoriam vsurpatis? Respondit Monachus: Cùm quinque causas attulerim, quamobrèm reliquias circunferamus, tu ad vnam duntaxàt respondens, cauillis in nos vteris. Verùm expressiùs, mihi crede, eorum, qui iam decesserunt, ossa mortis memoriam repræsentant, quàm eorum, qui huius vitæ vsura fruuntur. Cæterùm, quoniam tu de his ità statuis, atque ossa ea, quæ in carne tua sunt, mortem tibi oculis obijciunt, quî fit, vt ipse iam iamq; venturę mortis memor, tuis rebus rectè non consulas, verùm animam tuam omni flagitiorum generi addictam habeas, Dei autem cultores, ac pietatis studiosos, qui te nihil læserunt, nihil præsentium reum tecum cõmune habent, aut tibi eripere contendunt, immanem & crudelẽ in modum de medio tollas? Rex autẽ ait: Vos, vt pestiferos homines, ac populi seductores, supplicijs afficio: quoniam omnes in fraudem impellitis, atque à vitæ iucunditatibus auocatis, ac pro dulci vita & suauissima cupiditate huc eos adigitis, vt duram & sordidam atque ærumnosam hanc vitę rationem amplexentur, deorumque honorem Iesu tribuendum esse prædicatis: Quocirca, nè populus impostură vestram sequens, desertam terram relinquat, atque à patrijs dijs deficiens, alienum adoret, supplicijs vos ac morte mulctare dignum esse iudicaui. Monachus autem inquit: Si omnes bonorũ huiusce vitę participes esse cupis, cur non omnibus ex æquo delicias & opes tuas impertis: verùm alij quidem quamplurimi paupertate conflictantur, tu verò ipsorum facultates per vim ereptas tuis adiungis? Ex quo perspicuũ est, te salutis populi cura minimè tangi, verùm carnem tuam saginare, materiam videlicet corrosuris vermibus præparãtem. Ac propterea, omnium Deo abiurato, eos, qui non sunt, & qui omne flagitiorum genus inuenerunt, deos appellâsti: vt dum ad eorum imitationem libidinosè ac flagitiosè viuis, id assequaris, vt deorum imitator esse prædiceris. Nam quid afferri potest, quin, quæ vestri dij fecerunt, eadem quoquè homines, qui ipsis animũ adijciunt, faciant? Quapropter in magno profectò errore versaris, ó Rex. Vereris autem, nè quosdam populares tuos adducamus, vt nostris decretis assentiẽres, à tuo imperio desciscãt, atque ad eius, qui omnia continet ac tuetur, partes se adiungant. Cupis enim multos te auaritiæ tuæ administros habere: vt ipsi quidem ærumnas subeant, tibi autem eorum opera quæstus augeantur: quemadmodùm videlicet si quispiã canes aues ad prædam cicuratas alens, eos quidem ante prædam demulceat, posteaquàm autem aliquid arripuerint, ex ore prædam ipsis extorqueat. Ad eundem enim modum tu quoquè multos habere cupiẽs, qui tibi partim è terra, partim è mari, tributa & vectigalia deferant, ais quidem tibi eorum salutem curæ esse, cæterùm sempiternum ipsis, priusque etiam tibijpsi, exitium accersis, tibique illud satis est, vt opes, quouis stercore ac cœno viliores, tibi affluant: nec animaduertis te luminis loco tenebras complecti. Verùm ex hoc graui somno quęso emerge, clausosque oculos tuos aperi, ac Dei nostri gloriam, omnibus vndiquè illucentem, cerne, tandemque aliquandò ad teipsum redi. Intelligite enim, inquit, insipientes in populo: & stulti aliquandò sapite. Illud scias, aliũ Deum non esse præter Deum nostrũ: nec vllam, nisi in ipso, salutem. Rex aũt: Stultis, inquit, his tuis nugis finem impone, ac mihi protinùs Barlaamum ostende: aut alioqui huiusmodi pœnarum instrumenta experieris, quorũ nunquàm abs te periculum factum est. Fortissimus autẽ ille ac præstanti animi magnitudine Monachus, cælestisque philosophiæ amator, ob regias minas nullo modo de sententia dimouebatur, sed intrepido pectore stans, dicebat: Ea quæ à te iubentur, ó Rex, facere minimè nobis indictum est: sed quæ à Domino nostro imperata sunt: qui nos temperantiæ studere, atque omnes voluptates & cupiditates in potestate tenere, fortitudinemque colere, ac laborem omnem & affli-

Quinque ob causas, Sanctorum reliquias sancti isti monachi venerati sunt.

Eccè quomodò gentes in hac vita præter delicias nihil quærãt.

Dij gentiũ, homines fuerunt flagitiosi.

Simile.

Psal 39. Psal 17.

Sanctorum martyrum constantia.

ctionem iustitiæ causa sustinere docet. Quò igitur grauiora nobis pietatis causa mala intuleris, eò præclariùs de nobis meritus fueris. Quocircà quicquid lubet, fac. Neque enim committemus, vt aliquid, quod à recto abhorreat, faciamus, ac peccato nos addicamus. Nec enim leue hoc scelus esse putes, si colluctatorem ac commilitonem nostrum tibi in manus tradamus. Verùm hoc nomine minimè nos irridebis: quanuis etiam sexcentas mortes nobis inferas. Neque enim adeò ignaui sumus, vt tormentorum tuorum metu philosophiam nostram prodamus, atque aliquid diuina Lege indignum perpetremus. Aduersùs hæc, quæcunque tormentorum instrumenta nõsti, ea expedias licet. Nobis quippè viuere Christus est, ac mori præstantissimum lucrum. Ob huiusmodi verba Rex furore inflãmatus, theologas eorum linguas amputari iubet, oculosque erui, manusque simul ac pedes truncari. Qua sententia pronunciata, lictores & satellites circunstantes, inhumanè ac crudeliter ipsos demutilabant. Ac linguas quidem eorum vncinis ex ore extractas belluina quadam feritate abscindebant: oculos autem ferreis vnguibus eruebant, ac deniquè instrumentis quibusdam eorum manus ac pedes luxantes, amputabant. Ac beati illi ac venerãdi & generosi viri, tanquàm ad epulas vocati, strenuo & forti animo ad cruciatus accedebant, mutuis cohortationibus sese acuentes, atque ad mortem pro Christo subeundam forti atque intrepido animo pergentes. In huiusmodi varijs supplicijs sacrosancti Monachi, numero decem & septem, fortes ac tolerantia prędita animas suas, Domino commendârunt. Ex quo perspicuè constat, animum pietate prædituũ vitiosis affectionibus imperare, quemadmodùm quidam à nostris decretis alienus prodidit, senis sacerdotis ac septem filiorum certamina commemorans, qui vnà cum matre pari omninò sententia prædita pro patriæ legis defensione dimicârunt. Quibus tolerantia & animi magnitudine nihilo inferiores hi eximij Patres ac supernæ Hierusalem ciues extiterunt.

Philip. 1.

Septemdecim Monachorũ cędes.

Ioseph. lib. Quod ratio affectibus imperet. 2. Mach. 7.

Nachor ab Arache subornatur, vt se Barlaamum esse fingat. Rex filium ob susceptam Christianam religionem obiurgat.

CAP. XXIIII.

His igitur pia morte perfunctis, Rex ad primarium consiliarium suum Arachen dixit: Quoniam prius consilium minimè successit, ad posterius animum adijce, ac Nachorem accersendum cura. Araches igitur intempesta nocte ad eius speluncam se contulit. Siquidem in solitudine habitabat, diuinationi operam dans. Cumque ipsi consilium id omne, quod cepissent, declarâsset, simulatquè diluxit, ad Regem se recepit. Actum quæsitis rursùs equis ad inuestigandum Barlaamum sese abire simulauit. Cùm autẽ exijsset, ac loca solitaria perlustraret, virum vnum ex voragine quadam egrediẽtem conspicit. Quem cùm persequi iussisset, ipsius comites eam celeritatem adhibuerunt, vt hominem arriperent, eumque ad ipsum adducerent. De quo cùm quisnam esset, quamque religionem coleret, & quonam nomine vocaretur, quæsiuissent, Christianum ille se esse professus est, Barlaamumque nuncupari (quemadmodùm videlicet ab ipsis instructus fuerat.) Quo nomine gaudio perfusus Araches, vt quidem præ se ferebat, accepto eo quamprimùm ad Regem reuertitur, eique ipsum exhibet. Aitque Rex audientibus ijs, qui adstabant: Túne es ille dæmonis administer Barlaam? Ille aũt respondit: Dei administer sum, ac non dæmonum. Quamobrèm nè me conuitijs incessas. Plurimas enim mihi gratias agere debes, quoniam filium tuum errore atque impostura liberatum ad Dei cultum eruditui, atque cum vero Deo in gratiam reductum omni virtutis genere institui. Rursùm autem Rex irati animi speciem præferens, dixit: Par sanè erat, vt tibi sermonis omnis, ac defensionis facultate præcisa, sine vlla interrogatione te morte mulctarem. Verùm pro mea humanitate tantispèr te fero, quousquè ad certum diem de te quæstionẽ habuero. Ac siquidem mihi obtemperandum duxeris, veniam obtinebis. Sin minùs, pessimam mortem oppetes. Hæc locutus, Arachi cum tradit, mandatque, vt eum quàm diligentissimè custodiat. Postridiè autem illinc ad palatium suum reuersus est. Repentè igitur captum esse Barlaamum rumore ferebatur: adeò vt ipse quoquè Regis filius hac re audita grauissimo animi dolore afficeretur, nec vllo modo lachrymis moderari posset, verùm gemitibus ac luctibus Deum obsecraret, ipsumque vt seni opem ferret, obtestaretur. Nec verò lugentem eum bonus ille Deus despexit. Benignus

Nachor arriolus Barlaami personã dolosè induit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Benignitas Dei in sibi cõfidentes.

enim est ijs qui ipsius opem in die tribulationis expectant: atque eos, qui ipsius metu præditi sunt, agnoscit. Vndè etiam iuueni per nocturnum visum omnia declarat, roburque ipsi addit, atque ad pietatis certamẽ cum confirmat. Expertus itaque, cor suum paulò antè mœstitia ac dolore profligatum, lætitia & fiducia suauissimoque lumine perfusum reperit. Rex autem his ità gestis, atque inita huiusmodi cogitatione, gaudebat, præclara consideratione se vti existimans, amplissimamque Arachi gratiam habens. Verùm, vt diuini Dauidis verbis vtar, mentita est iniquitas sibi: atque iustitia aduersùs iniquitatem palmam tulit, prorsùs videlicet eam sternens ac deijciens, perijtque memoria eius cum sonitu (quemadmodum sermonis progressu à nobis ostendetur.) Biduo quippè pòst Rex ad filij palatium accessit, eoque ipsi obuiàm prodeunte, pater cum suo more minimè oscularus est: verùm indignanti atque irato similis, in Regium cubiculũ ingressus, mœsto vultu confedit. Ac deindè accito filio, his ad eum verbis vtitur: Fili, quænam hæc fama est, quæ ad aures meas permeauit, animumque meum mœrore conficit? Neque enim existimo vllum vnquàm hominẽ ob filij ortum tanto gaudio perfusum fuisse, quantam ego tua causa voluptatẽ percepi: nec rursùm vllum vnquàm tantum mœroris ex filio contraxisse credo, quantum nunc ex te contraxi. Meam enim canitiem dedecore affecisti, ac lucem oculorum meorũ abstulisti, neruorumque meorum robur excidisti. Timor enim, quem tua causa timebam, euenit mihi: & quod verebar, accidit mihi. Factusque sum hostibus meis in ludibriũ: & in risum aduersarijs meis. Stulta mente, ac puerili animo, impostorũ verbis fidem adhibuisti: atque improborum & maleuolorum hominum consilium consilio meo antiquius habens, ac deorum nostrorum cultum relinquens, ad alieni Dei cultum te contulisti. Quidnam tibi fili in mentem venit, vt hæc faceres: ac tu, quem in omni securitate alere me sperabam, quemque senectutis meæ baculum ac robur habiturum, optimumque regni mei successorem relicturum me existimabam, inimici atque hostilis in me animi argumẽtum exhibere minimè dubitares? An non consentaneũ erat, vt mihi potiùs pareres, meaque decreta sequereris, quàm verſipellis ac putidi senis nugis stultisque sermonibus cederes, qui tibi hoc in animũ immisit, vt pro dulci vita acerbam susciperes, ac pro suauissimis delicijs duram illam & asperam viam, quam Mariæ filius tenere admonet, ingredereris? An non aũt etiam summorum deorũ iram pertimescis, nè fulmine te feriant, aut tonitruo interimãt, propterea quòd, repudiatis ac pro nihilo habitis ijs, qui nos tot tantisq; beneficijs affecerũt, ac regio diademate ornârunt, gentesque numerosissimas ditioni nostræ atque imperio subiecerunt, ac denique, vt precum mearum & orationum operâ gignereris, ac dulcissimæ huius lucis particeps fieres, præter spem effecerunt, ei, qui cruci affixus est, arctissimè te coniunxisti, inanibus videlicet ipsius cultorũ promissis deceptus, qui noua quædã secula confingunt, mortuorumque corporum resurrectionem nugantur, aliaque sexcenta, vt stolidis hominibus fucum faciant, introducunt? Verùm nunc saltem, charissime fili, si quid mihi, patri tuo, obtemperandũ putas, prolixis his nugis longum valere iussis, benignis dijs quæso sacrifica: atque eos plurimis victimis & sacrificijs placare studeamus, vt errati veniam ab ipsis impetres. siquidem hanc vim illi habent, vt & beneficijs, & supplicijs afficere possint. Ac nos eorum, quæ dicimus, exemplum tibi sumus, qui ipsorum beneficio ad hoc imperium peruenimus, atque hanc ipsis beneficij vicem rependimus, vt & eorum cultoribus honorem tribuamus, & eos, qui adduci nequeunt vt ipsis sacrificẽt, supplicijs exerciemus. Multas igitur huiusmodi nugas cõmemorante Rege, ac nostra quidem dogmata suggillante & traducente, idolorum autẽ cultum laudibus & encomijs prosequẽte, diuinissimus iuuenis, rem eo loco esse videns, vt non iam angulum & latebras, verùm candelabrum potiùs ac speculam desideraret, quò omnibus in perspicuo esset, libertate ac fiducia plenus, ad hunc modũ locutus est: Quod à me factum est, ô here, haud quaquàm inficias iuerim. Tenebris enim fuga relictis, ad lucem accurri: ac relicto errore ad veritatem me adiunxi: nunciosque dæmonibus remisso, ad Christi ordines me contuli, qui Dei Patris Filius ac Verbum est, cuiusque verbo omnia ex nihilo in ortum producta sunt, quique effecto è terra homine vitalem ipsi spiritum insufflauit, eumque in voluptatis paradiso, vt illic degeret, collocauit. Cumque ipsius mandatum violâsset, mortique proindè obnoxium se reddidisset, atque horrendi mundi principis potestati subiecisset, non tamen

Pſal.26. Pſal.9.

Regis ad filium oratio

Iob 3.

Gentes deliciosam, Mariq verò filio acerbam & asperam vitam docet.

Matth.5. Filij ad patrem pia responsio.

Gen.1.2.&3.

tamen omnia facere destitit, quò eum ad pristinam dignitatem reuocaret. Ac propterea ille rerum omnium conditarum effector, generisque nostri architectus, nostra causa homo effectus est, atque in terram veniens, & ex sancta Virgine nascens, cum hominibus consuetudinem habuit. Ac pro nobis ingratis seruis Dominus mortem subijt, & quidem mortem crucis: vt videlicet peccati tyrannis de medio tolleretur, priorque condemnatio deleretur, ac cæli portæ nobis rursùm paterent. Nam illuc naturam nostram euexit, atque in gloriæ throno collocauit, regnumque finis expers, ijs qui ipsius amore præditi sunt, donauit, bonaque omni sermone atque auditu prestantiora. Ipse enim est fortis ille ac solus potens, Rex regum, & Dominus dominantium, cuius robur inuictum est, & potẽtia eiusmodi, quæ omnem ingenij coniecturam excedat: qui solus sanctus est, & in sanctis requiescens: qui cum Patre & Spiritu sancto glorificatur: in quorũ nomine baptizatus sum, & quos confiteor, celebro atque adoro, vnum Deum in tribus personis, consubstantialem, ac confusionis expertem, increatum, immortalem, sempiternum, infinitum, ab omni circunscriptione remotum, corpore vacantem, à perturbationibus & mutatione atque conuersione alienum, omni termino carentem, bonitatis & iustitiæ ac sempiternæ lucis fontem, rerum omnium conditarum, tam quæ cerni possunt, quàm quæ oculorum sensum fugiunt, effectorem, atque omnia continentem & conseruantem, omnibus prospicientem, atque in omnia regnum & imperium obtinentem. Neque enim sine ipso res vlla facta est: nec sine ipsius prouidentia quidquam conflari ac consistere potest. Ipse siquidem est omnium vita, omnium coagmentatio, omnium illuminatio, totus dulcedo, ac totus sine vlla sauritate desiderabilis, omniumque rerum expetendarum summus vertex. Quocirca Deum hunc, qui tanta bonitate ac potentia præditus est, relinquere, atque impuros dæmones, vitiorumque omnium architectos colere, surdisque ac mutis statuis, quæ nec aliquid sunt, nec erunt, cultum ac venerationem tribuere, cuius tandem, ô pater, stultitiæ ac dementiæ fuerit? Ecquandò enim vox ab ipsis audita est? Ecquandò vel exiguũ ijs, qui preces ad ipsos adhibebant, dederunt? Ecquandò ambulârunt, aut sensum vllum acceperunt? Nam neque hi, qui stabant, sessionis vnquàm meminerunt: nec qui sedebant, stantes vnquàm visi sunt. Horũm turpitudinem ac fœtorem & stuporem, atque etiam dæmonum in ipsis operantium, ac per ipsos impostarum vobis facientium, infirmitatem atque imbecillitatem cùm à viro sancto intellexissem, eorumque improbitatem reiecissem, ac perfecto odio insectatus fuissem, ad Deum viuum ac verum me adiunxi, ipsique ad extremũ vsque vitæ spiritum seruiam: quò etiam in ipsius manus spiritus meus veniat. Cùm igitur tanta bona, quæque nulla oratione explicari possint, mihi occurrissent, gaudebam quidem me improborum dæmonũ seruitute liberatum, atque ab horrenda caprimitate reuocatum, ac Dominici vultûs lumine collustratum esse: illud autem me angebat, animumque meũ distrahebat, quòd tu, dominus ac pater meus, huiusmodi beneficiorum minimè particeps esses. Verùm animi tui in sentẽtia tua pertinaciam metuens, mœrorem meum pectore premebam, quòd tibi stomachũ mouere minimè vellem. Deum autem orare atque obsecrare non intermittebam, vt à longinquo exilio, quod tibijpsi accersiuisti, cùm pietatis fugitiuus, vitijque omnis & impietatis minister effectus es, te reuocaret. Quoniam aũt tu ipse, ô pater, res meas in apertũ protulisti, quæ mea omninò sentẽtia sit, audi. Pacta cum Deo meo inita non frangam: non, inquam, per eum qui me pretioso cruore suo à seruitute vindicauit. Quamobrèm, cùm quid animi habeam, tibi exploratum sit, negotium tibijpsi facessere desine, à præclara confessione me deducere moliens. Nam quemadmodùm si cælum manu arripere, aut totum mare exsiccare in animũ induxeris, irritus atque inutilis tibi hic conatus fuerit: eodem modo hoc quoque irritum tibi fore persuade. Ac propterea, aut ipse consilio meo obsequens, ad Christum te adiunge, vt bona ea, quę cogitationem omnem superant, percipias, sociique inter nos, vt natura, ità etiã fidei simus: aut à tua filietate, mihi crede, abscedam, puraque conscientia Deum meũ colam. Hæc igitur omnia vt Rex audiuit, impotenti furore confestim percitus, iracundè ad eum loquebatur, dentibusque, furentis instàr, frendẽs, his verbis vsus est: Quisnam alius mihi tantorum malorum author est, vt ego ipse, qui te tanto amore complexus sum, eaque tua causa feci, quæ nullus vnquàm pater fecit? Qua etiam de causa mentis tuæ peruersitas ac peruicacia, ex licentia mea collectis

Baruch 3. Philip.2. 1. Cor.2. Apoc.19. Deus bonitatis, iustitiæ, ac sempiternæ lucis fons est. Cant.5. Pſal.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

collectis viribus vt in meum caput insanires, fecit. Non abs re igitur in ortu tuo Astrologi malũ & improbum virum, atque arrogantem, & aduersùs parentes contumacẽ, te fore dixerunt. At si nunc quoquè commiseris, vt consiliũ meum frustrà cadat, hostilem in te animũ geram, atque ità te mulctabo, vt ne in hostes quidem suos tantæ sæuitiæ specimen quisquam exhibeat. Rursùm autẽ ille: Quidnam est, ó Rex, cur iracundia inflammeris, eoque nomine discrucieris, quòd tanta bona diuinitùs sim consecutus? Et quis vnquàm pater filij felicitate dolere atque angi visus est? Aut quonã modo pater ille, ac non potiùs hostis vocandus sit? Quocirca nec ego posthàc patrẽ te appellabo, verùm à te abscedam, nõ secùs atquè is qui serpentem fugit: siquidẽ te saluti meæ inuidere, meque in exitium per vim impellere perspectum habuero. Nam si mihi vim afferre, ac tyrannicè mecum agere velis, quemadmodùm etiam dixisti, nihil aliud, mihi credè, hinc lucri facies, quàm vt patris loco tyrannus & carnifex appelleris. Quandoquidem facilius tibi fuerit aquilæ vestigia consequi, ac per ipsum aërem volare, quàm me de mea in Christum fide, ac præclaro fœdere cum ipso inito, deducere. Verùm intellige, ó pater, atq; ista ocorum mentis lippitudine & caligine discussa, suspice, ac Dei mei lumen, omnes vndiquè colluſtrans, intuere: atque ipse tandèm aliquandò suauissimo illius splendore illuminare. Vt quid enim te ipsum carnis affectionibus ac voluptatibus totũ te tradidisti, nec vllo modo ex ipsis emergis? Illud intellige, quòd omnis caro fœnum est, & omnis gloria eius tanquàm flos fœni. Exsiccatum est fœnum, & flos eius decidit: verbum aũt Domini mei, quod omnibus annunciatũ est, manet in æternũ. Quid igitur ità perditè atque insanè gloriam eam retines & amplecteris, quæ instàr recentium florũ marcescit atque deletur, & execrandas ac fœtidas delicias, ventrique, & eorum quæ infra ventrem sunt, affectiones, quæ quidem ad aliquod tempus stultorũ sensus oblectant, cæterùm amariùs felle posteà digeruntur, tum nimirùm cùm vmbræ istæ, atque inanis huiusce vitæ insomnia præterierint, atque in perpetuo ignis nunquàm extinguendi ac tenebrosi cruciatu eorum amatores, & qui iniquitati operã dant, prouoluentur, vbi insomnis vermis absque vllo fine ipsos corrodet, ac perpetuus ignis in infinita secula eos concremabit? Inter quos, ó rem grauem, tu quoquè cõclusus, ob scelerata cõsilia tua graui pœnitentia afficieris, atque hos dies multùm requires, meorumque verborum recordaberis. Verùm nihil ex eiusmodi pœnitentia vtilitatis percipies. Siquidem in inferno pœnitentiæ atque confessioni locus non est. Nam præsens tempus labori præstitutum est: futurum autẽ mercedi. Ac profectò etiamsì præsentes voluptates fluxioni & interitui minimè subiectæ essent, verùm cum dominis suis in æternum durarent, non tamen propterea eas Christi beneficijs, ac bonis omni cogitatione præstantioribus anteferre oportebat. Nam quantò Sol profunda nocte clarior est atque splendidior, tantò quoquè atque etiã multò magis bona ea, quæ Dei amore præditis promissa sunt, quouis terreno regno illustriora & magnificentiora sunt. proindeque omninò consentaneum erat, ea quæ maiora & præstantiora sunt, inferioribus & vilioribus antiquiora habere. Cùm autẽ omnes huiusce vitæ res, & corruptioni obnoxiæ sint, & insomnij atque vmbræ instàr prætereant ac deleantur, adeò vt instabilibus potiùs auris, & nauis per mare currentis vestigijs, quàm hominum prosperitati fides habenda sit, quæ tandèm simplicitas, vel, vt rectiùs loquar, stultitia & dementia hæc est, ea, quæ caduca & imbecilla, corruptionique obnoxia sunt, immò nihil prorsùs sunt, ijs, quæ à corruptione aliena ac sempiterna sunt, potiora ducere, ac propter caducarum rerum fructum, bonorum illorũ fructu ab omni successione remoto priuari? An non hæc, ó pater, intelliges? An non prætereuntia præteribis, atque ad ea, quæ fixa & certa sunt, animum adiunges? An non patriam peregrinationi antepones, lucem tenebris, spiritum carni, vitam æternam vmbræ mortis, ea quæ non dilabũtur, fluxis & fragilibus? An non ex atroci hac horrẽdi mundi principis, hoc est peruersi diaboli, seruitute fuga te subduces, teque ad bonum, & ad misericordiam propensissimum Dominum conferes? An non à multorum commentitiorum deorum cultu teipsum abduces, atque vni viuo ac vero Deo cultum adhibebis? Nam etsì in Deum peccâsti, cùm multas in eum blasphemias effudisti, atque ipsius seruos grauibus tormentis excruciatos necâsti: non tamen dubito, quin te ad meliorem mentem redeuntem susceperus sit, omniaque delicta tua è memoria eiecturus. Non enim mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat,

Pater appellandus non est, qui filij salute angitur.

1. Pet 2. Esa. 40.

Voluptates mundi cum amaritudine digeruntur.

Sera impiorum pœnitentia. Pfal. 6.

Iob 14. Pfal. 143.

Ezech. 18.

viuat, ille vult, qui vt nos à recta via aberrantes requireret, ex ea sublimitate, quæ nullis verbis exponi potest, descendit, crucemq; & mortem nostra causa pertulit, ac nos, qui sub peccato venditi eramus, pretioso suo sanguine redemit. Ipsi laus & gloria in secula seculorum, Amen. Rex autem stupore simul atque ira correptus est: illud nempe, ob filij prudentiam, atque eiusmodi sermones, qui nullo pacto refelli possent: hoc autem, quia ipsius deos traducere ac criminari non desinebat, totamque ipsius vitam suggillabat, ac proscindebat. Atque huiusmodi quidem sermonis splendorem, ob internam tenebrarum crassitiem, haudquaquàm admisit. Cùm autem ob amoris à natura insiti affectum in ipsum animaduertere, aut eum malo aliquo mulctare non posset, tursumque ipsum de sententia dimouere se posse prorsùs desperaret, veritus nè si pluribus cum sermonibus lacesseret, eo liberè ac fidenter loquente, deosque suggillante, atque cauillis insectante, maiore ipse iracundia inflammatus, hostile aliquid in eum designaret, irato animo surgens, secessit, his duntaxàt verbis vtens: Vtinàm nunquàm natus fuisses, nec in lucem prodijsses, siquidem futurũ erat, vt in deos tam impius & contumelioſus esses, atque à paterna amicitia & admonitione abscederes. Verùm aduersarij deos, quorum inuictum robur est, non perpetuò subsannabũt, nec diu gaudebunt, nec eorũ prestigiæ vim habituræ sunt. Nam nisì mihi dicto audientem, atque erga deos gratum te prębueris, multis priùs ac varijs tormentis affectũ acerbissima morte te de medio tollam, nec tecum vt cum filio, sed vt cum hoste aliquo ac rebelli agam.

Rom. 7.

Multis tormentis se affecturum filium, minatur pater.

Egresso Rege, Iosaphat diuinam opem implorat. Cumque Rex de Arachis consilio filium leni oratione allicere tentaret, operam lusit. Iosaphat posteà de morte ac resurrectione longam ad ipsum orationem habet. CAP. XXV.

His minis cùm in eum pater vsus esset, atque iratus secessisset, filius in cubiculum ingressus, sublatis ad sui certaminis arbitrum oculis ex intimo corde exclamauit: Domine Deus meus, dulcis spes, minimeque mendax promissio, ac firmum eorum, qui se tibi totos deuouerunt, perfugium, propitio ac benigno oculo pectoris mei contritionem cerne: nec me derelinquas, nec discedas à me: verùm, iuxta pollicitationem tuã ab omni mendacio alienam, mecum, hoc est cum indigno atque abiecto homunculo, sis. Te enim rerum omnium conditarum effectorem & gubernatorem agnosco, & confiteor. Quocircà in hac præclara confessione velim me confirmes: vt ad extremum vsque spiritum in ea permaneam. Respice in me, & miserere meì: mihiq; adsta, illæsum atque incolumem ab omni Satanæ operatione me conseruans. Respice, ó Rex. Siquidem anima mea vehementi tui desiderio flagrat, atque ità incensa est, tanquàm in sitis ardore in terra inaquosa, te immortalitatis fontẽ concupiscens. Nè tradas bestijs animam confitentem tibi: & animæ pauperis tui nè obliuiscaris in finem. Verùm mihi beneficio tuo contingat, vt per omnẽ vitæ cursum pro tuo nomine tuaque confessione omnia perpetiar, meque totum tibi immolem. Te enim robur afferente, imbecilles etiam viribus pollent. Quoniam tu solus inuictus es propugnator, ac Deus misericors, quem quicquid creatum est, benedicit ac celebrat in secula seculorum, Amen. Hac oratione functus, diuinam consolationem in pectus suum illabi sensit: fiduciaque perfusus, totam noctem in precibus traduxit. Rex autẽ cùm de filij statu cum Arache sermones contulisset, ipsique rigidam ipsius libertatem, animique in sententia peruicaciam declarâsset, hoc consilium capit, vt quàm fieri posset amicissimè atque obsequiosissimè, cum eo colloqueretur, blanditijs videlicet perfecturum se sperans, vt eum ad se pertraheret. Crastino itaque die ad filium se confert, ac propiùs sedens, ipsum accersit, atq; complectitur & osculatur. Leniterque ac placidè irrepens, O charissime & amantissime fili, inquit, patris canitiem honorea affice, precibusque meis auditis accede, ac dijs sacrificium adhibe. Sic enim & illos benignos & faciles habiturus es, & dierũ diuturnitatem, gloriamq; omnem, & inoffensum regnũ, omnisque generis bona ab ipsis percipies, & mihi patri tuo per omnem vitam charus eris: ac deniquè hoc assequeris, vt omnes homines te in honore habeant, laudibusque efferãt. Siquidem ad laudẽ adipiscendam magni interest patri obedire, ac præsertim in ijs rebus, quæ ad bonũ & ad deorum beneuolentiam spectant. Quidnã autem, fili, censes, vtrúmne me consultò ac de industria à bona via deflexisse, atque contrariã ingredi maluisse, an verò boni ignoratione & imperitia

Oratio Iosaphat ad Deum.

Pfal. 37.

Pfal. 24.

Pfal. 62.

Pfal. 78.

Regis ad filiu blanda oratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

peritia meipſum peſtiferis dogmatibus dedidiſſe? Cerrè ſi me ſpõtè ac de induſtria, contrà quàm vtile ſit, mala bonis præferre, mortemque vita potiorem habere exiſtimas, vehementer, ó fili, à recto iudicio mihi aberrare videris. An non vides quot ærumnis & afflictionibus meipſum perſæpè tradã, tum in expeditionibus aduersùs hoſtes, tum in publicorum negotiorum procuratione meipſum occupans, adeò vt famem etiã ac ſitim, cùm ità neceſſe eſt, perferã, ac pedibus ambulem, humique ſo- mnũ carpam? Opum autem & pecuniarum tanta in me contemptio ac deſpicientia eſt, vt interdũ profuſa manu palatij mei theſauros exhauriam, quò ampliſſima dijs delubra extruam, omnique ornatu illuſtrem, aut pecuniarũ aggeres militibus liberaliſſimè diſtribuam. Cùm itaque tantus in me voluptatũ contemptus, tanta in periculis tolerantia ſit, ſi Galilæorum religionem, ea, quam manibus tenemus, præſtantiorem eſſe cognoſcerem, an non ſummo ſtudio id agerem, vt contemptis omnibus rebus, ſalutẽ mihi compararem? Sin autem mihi boni ignorationem atq; imperitiã vitio vertis, illud tecum reputa, quot noctes inſomnis exegerim, queſtionè aliqua propoſita, & quidẽ interdùm haud admodùm neceſſaria: nullam omnino mihi requiem concedens, priuſquàm perſpicuã & accommodatiſſimam ipſius ſolutionẽ inueniſſem. Quocircà cùm caducarum harum rerum ne minimam quidem contemnendam ducam, verùm omninò conducibiliter, atque ad omniũ vtilitatem, eam excutiam & abſoluam, (Sic enim inter omnes cõſtare arbitror, nemnem omniũ qui ſub Sole ſunt, arcanarũ rerum cognitionẽ accuratiùs vnquàm inueſtigâſſe, quàm ipſe fecerim) quonam pacto res diuinas, & ea quę venerari ac deorum honore afficere oportet, cõtemnẽda duxiſsẽ, ac nõ potiùs omni ſtudio, omnibus viribus, toto deniq; animo, ac tota mente, in eorũ inueſtigatione tempus atque operã poſuiſſem, vt quę vera & maximè conſentanea ſunt, inuenirem? Etenim magno cum labore ſic ea queſiui, vt & multas noctes ac multos dies in his conſumpſerim, & multos itèm ſapientes & eruditos viros ad conſiliũ adhibuerim, atq; etiam cum multis eorũ, qui Chriſtiani appellantur, ſermones conſeruẽrim. Ac per impium gram conquiſitionẽ, & ardẽtem inueſtigationem, via veritatis à me inuenta eſt, ſapientiũ virorum, atq; tum doctrina tum ingenio prẽditorũ teſtimonio cõfirmata, fuſam arctiſſimè complectentes. Quam quidẽ Galilæorum duces & antiſtites ſtultè repulerunt: adeò vt ſuaue hoc lumen, atque omnes voluptates, quas nobis fruendas dij conceſſerunt, alterius cuiuſdam incertæ vitæ ſpe prompto animo abijciant, neſcientes videlicet, nec quid dicant, nec de quibus affirment. Tu verò, chariſſime fili, patri tuo, qui per accuratam ac veriſſimã inueſtigationem id quod verè bonum eſt inuenit, obtempera. En enim demonſtratũ eſt, me, nec ſpõtè, nec per ignorationem, à bono aberrâſſe: verùm & illud inueniſſe, & accepiſſe. Cupio autẽ te quoquè in ſtulto errore minimè verſari: verùm meis veſtigijs hærere. Quamobrèm facpatrem tuum verearis. An neſcis quantum bonum ſit patri obtemperare, atque ipſi in omnibus rebus obſequi: quemadmodùm contrà quàm exitioſum & execrandum, patris animũ exacerbare, ipſiusque iuſſa pro nihilo habere? Omnes enim, qui hæc fecerunt, malo mortis genere interierunt. Quo in numero, fili, vtinàm nè ceſearis: verùm ea, quæ parenti grata ſunt, faciens, bonorum omnium compos fias, regnique mei hęres ſis. Magnanimus autem, ac verè nobilis adoleſcens, cùm ſuperuacaneam patris orationem, ac ſtultum conſilium audiſſet, atque flexuoſi ſerpentis artes animaduertiſſet, nempe quòd à dextris laqueum pedibus ipſius parâſſet, id ſcilicet agens ac moliens, vt diuinam ipſius animam inflecteret, atque ipſi ad propoſitam palmam impedimentum afferret, illud Domini præceptum ſibi anteoculos poſuit, Non veni mittere pacem, ſed gladium. Veni enim ſeparare filium aduersùs patrem ſuum, & filiam aduersùs matrem ſuam, & quæ deinceps ſequuntur. Illudque itèm, Qui amat patrem aut matrem pluſquàm me, non eſt me dignus. Ac rursùm illud, Quicunque me negauerit coram hominibus, negabo etiam eum coram patre meo qui in cælis eſt. Hæc cùm ſecum ipſe reputâſſet, diuinoque metu animam conſtrinxiſſet, illud Salomonis dictum perquàm tempeſtiuè vſurpauit, Tempus amandi, & tempus odiendi: tempus belli, & tempus pacis. Ac primùm quidem mente ad hunc modum precatus eſt: Miſerere mei Deus,

Gentiũ error ptinax.

1. Tim. 1.

Matth. 10.

Ibidẽm.

Eccls. 3.

Pſal. 56.

Deus miſerere meî, quoniam in te confidit anima mea: Et in vmbra alarum tuarum ſperabo, donèc tranſeat iniquitas. Clamabo ad Deum altiſſimum, Deum qui benefecit mihi, ac reliqua, quę deincèps in Pſalmo ſequuntur. Pòſt autẽ ad patrem his verbis vſus eſt: Patrem quidem colere, atque ipſius imperijs parere, ipſique amico & beneuolo animo inſeruire, cõmunis magiſter noſter docet, vt qui naturalem huiuſmodi charitatem in animis noſtris inſeuerit. At cùm parentum amor atque erga eos beneuolentia animæ ipſi periculum creat, eamque à ſummo illo effectore procùl remouet, hunc affectum prorsùs excindere iubemur, ac nullo modo ijs, qui nos à Deo abſtrahunt, cedere ac manus dare, verùm eos odiſſe & auerſari: quanuis etiam is, qui execranda præcipit, pater ſit, quanuis mater, quanuis Rex, quanuis denique penès eum vitæ noſtræ poteſtas ſit. Quæ cùm ità ſint, paternæ beneuolentiæ cauſa Dei iacturã facere prorsùs nequeo. Ac proindè, tum tibijpſi, tum mihi negotium faceſſere deſine: verùm mihi morem gere, ac viuum & verum Deum ambo colamus. Nam quę nunc veneraris, ſimulacra ſunt, hominũ manibus effecta, ſpiritùs expertia, & ſurda, nihilque omninò aliud, quàm exitium & ſempiternum cruciatum cultoribus ſuis accerſentia. Sin autem id recuſas, quicquid lubet, mihi infer. Seruus enim Chriſti ſum. Ac neque blanditijs, neque tormentis ab eius amore deſciſcam: quemadmodùm etiam pridiè tibi dixi, Domini mei nomen interponẽs, ac ſermonem interpoſito iureiurando confirmans. Quòd autem nec te ſpontè malè agere, nec rursùm ignoratione à bono aberrare dixiſti, verùm ingenti ac laborioſa inueſtigatione hoc cognouiſſe, nempe bonum eſſe ſimulacra colere, ac libidinũ voluptatibus affixum eſſe, certè te ſpontè malè agere dicere haud queo. Quòd autem magna inſcitiæ caligine circunfuſus ſis, ac tanquàm in tractabilibus tenebris ambulans, ne minimum quidẽ luminis ſplendorem perſpicias, ob idque recta via amiſſa in præcipitia & barathra oberres, id verò certiſſimum ac compertiſſimum habeo: teque etiam, ó pater, id intelligere cupio. Ac propterea à tenebras lucis loco tenens, ac mortem vitæ inſtàr complectens, vtilia conſilia iniiſſe, fructuoſasque cogitationes ſuſcepiſſe tibi videris. At non ità eſt, non, inquam, eſt ità. Nam nec ea, quæ veneraris, dij ſunt, ſed dæmonum ſtatuæ omnem eorum execrandam operationem intùs continentes: nec rursùm vita ea, quam ſuauem & voluptuariam appellas, iucunditatisque omnis & hilaritatis plenam eſſe cenſes, eiuſmodi naturam habet: ſed, ſi veritatis iudicio ſtandum eſt, execranda ac modis omnibus auerſanda eſt. Quanuis enim ad aliquod tempus fauces deliniat, pòſt tamen, vt à magiſtro meo dictum eſt, felle amariùs digeritur, gladioque ancipiti acutior eſt. Et quonam tandèm pacto eius mala tibi recenſere poſſem? Dinumerabo ea, & ſuper arenam multiplicabuntur. Diaboli enim hamus eſt, execranda voluptate, tanquàm illecebra quadam, obductus, per quam eos, qui in fraudem inducuntur, ad imum inferni gurgitem trahit. Bona autem à Domino meo promiſſa, quæ quidem tu incertæ vitæ ſpem nuncupâſti, ab omni mendacio & mutatione aliena ſunt, finem neſciunt, corruptioni ſubiecta non ſunt: deniquè nulla eſt oratio, quę illius gloriæ & iucunditatis, illius inenarrabilis gaudij ac perpetuæ lætitiæ magnitudinem exprimere queat. Omnes enim, quemadmodùm ipſe vides, morimur, nec eſt homo qui viuat, & mortem viſurus non ſit. Futurum eſt autem, vt rurſùm ad vitam redeamus, tum nimirùm, cùm Dominus Ieſus Chriſtus Dei Filius in gloria, quæ nullis verbis declarari poteſt, ac tremenda potentia veniet, ille inquam Rex regũ, ac Dominus dominantiũ, cui omne genu flectetur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum: quique tantum omnibus pauorem cõmouebit, vt etiam ipſæ cæleſtes virtutes obſtupeſcant. Adſtabunt porrò ei cum timore millia milliũ, & deciès centena millia Angelorũ & Archangelorum, cunctaque metu ac tremore plena erunt. Vnus enim Archangelorum, buccina clanget: ac ſtatìm cælũ ſicut liber inuoluetur, terra autẽ effracta omniũ hominum, qui vnquàm à primi hominis Adami ortu vſque ad diem illũ fuerunt, corpora ſurſùm emittet. Ac tum omnes, qui ab orbe condito morte functi ſunt, in ictu oculi, ad Domini tribunal ſiſtentur: atque vnuſquiſq; rerum in vita geſtarum rationẽ reddet. Tunc iuſti, qui in Patrem & Filium ac Spiritum ſanctũ crediderunt, atque in probis actionibus præſentis vitę curriculũ confecerunt, Solis inſtàr fulgebunt. Quonam autem pacto gloriã eam, quæ ipſos exceptura eſt, tibi cõmemorabo? Nam etsi ipſorum ſplendorem ac pulchritudinẽ Solis lumini, aut etiã clariſſimę fulgetrę comparem, nihil tamen, quod huic

Iosaphat patrtre põdet. Exod. 20.

Parẽtes qui filios à Deo abſtrahunt, non audiẽdi, ſed relinquẽdi ſunt.

Improborũ vita nil veræ iucunditatis habet.

Pſal. 138. Præſens vita diaboli hamus eſt.

2. Reg. 14. Pſal. 88.

Matth. 25. Apoc. 19. Philip. 2. Luc. 21.

Dan. 7.

1. Cor. 15.

Matth. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Cor.2. huic splendori par sit,dixero. Oculus enim non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt,quæ Deus in cælorum regno, in incomparabili luce, in arcana & finis experte gloria,ijs, qui ipsius amore præditi sunt, præparauit. Ac iusti quidèm eiusmodi bona atque eiusmodi beatitudinem consequentur. Qui autem

Impiorum miseria. verum Deum abiurârunt, ac fictorem & opificem ignorârunt, impurosque dæmones coluerunt,ac surdis simulacris venerationem tribuerunt, voluptatumque huius vanæ vitæ cupiditate flagrârunt, atque in vitiosarum affectionum cœno porcorum instàr sese volutârunt, suasque animas vitij omnis officinam effecerunt,nudi & aperti stabunt,ignominia suffusi,mœsti, ac tum gestu, tum reipsa, miserabiles. Atque omnes ipsorum sermones,& actiones,& cogitationes, ante ipsorum ora venient. Ac deindè post grauissimam ignominiam, atque intolerandum illud probrum,gehennæ igni nunquàm extinguendo, ac lucis omnis experti, exterioribus tenebris,dentium stridori, ac venenato vermi addicentur. Hæc illorum portio erit,hæc hæreditas. In his per sempiterna secula versabuntur,scelerum poenas dantes: propterea quòd bonis ijs,quæ in pollicitatione recõdita erant,propter breuem voluptatem repudiatis & abiectis,æternum sibijpsis supplicium accersiuerunt. Pro his igitur,hoc est,vt & gaudium illud omni sermone præstantius consequamur,& arcana illa gloria fruamur,Angelosque splendore adæquemus, ac bono & dulcissimo Domino fidenti animo adstemus,atque atrocissimas & nũquàm finiendas pœnas,& acerbissimam illam infamiam effugiamus, quas non pecunias, quæ non corpora,immò etiã ipsas animas profundere par fuerit? Quis tam ignaui animi est,quis tam excors,quin sexcentas temporarias mortes subire in animum inducat,vt à sempiterna,& finis omnis experte morte liberetur, beatamque,& ab omni interitu remotam vitam hæreditariò possideat,ac sanctæ, & vitæ initium afferentis Trinitatis lumine collustretur?

Regni cælestis causa nulla dolor recusandus

Nachor Iosaphati oratione perterritus, Christianam fidem aduersùs Gentiles Philosophos tuetur. CAP. XXVI.

HAec verba cùm Rex audijsset,filijq; firmitatem atque constantiam perspexisset,nec blanditijs,nec sermonũ lenocinio,nec deniq; suppliciorum minis cedentis,orationis quidẽ illius probabilitatem,ac responsa,quę reselli non possent, admirabatur, atque etiam à propria conscientia, quæ ipsum vera & iusta dicere demonstrabat,coarguebatur: verùm à praua consuetudine,atque à vitiosis affectionibus, quarum habitũ cõtraxerat, & quæ eum velut chamo & freno coërcebant,nec veritatis lumen prospicere sinebãt,in diuersum trahebatur. Ac propterea nullũ non lapidem,vt dici solet,mouẽs,in eo quod priùs sibi proposuerat,hęrebat,consilium nimirùm, quod cum Arache ceperat, in opus perducere cupiens.Itaq; ad filiũ ait:Oportebat quidem,fili,te meis imperijs omnibus in rebus simpliciter obsequi.Quoniam autẽ pro tua duritia atq; contumacia mihi ità vehementer restitisti,hoc vnũ contendens,vt tua sentẽtia maioris apud te,quàm omnia alia,ponderis atq; authoritatis esset,age,inani contentione valere iussa,rationibus ad persuadendũ aptis agamus. Ac quia Barlaam,à quo tibi fucus factus est, vinctus à me tenetur,amplissimo cœtu habito, atq; omnibus, tum nostris,tum Galilæis in vnũ coactis, pręconibusq; disertis verbis edicere iussis, nè quisquã Christianorum vllius periculi metu afficiatur,verùm omnes omni metu vacui per sodalitia & cognationes in vnũ coëant,cõmuni consilio rem cõsideremus. Atq; aut vos & vester Barlaam,nobis in sententiã vestrã adductis,ea quę optatis consequemini: aut contrà vos in sententiam nostrã adducti,iussis meis sponte ac prompto animo parebitis.Prudens autẽ reuerà & cordatus iuuenis per visum,quod diuinitùs ipsi contigerat,Regis versutia cognita,ait: Domini voluntas fiat,sitq; quemadmodùm iussistis. Ipse autẽ bonus Deus ac diuinus hoc nobis cõcedat,nè à recta via aberremus. Nam in ipso confidit anima mea: & ipse meî miserebitur. Tunc igitur Rex omnes, tam idolorum cultores, quàm Christianos in vnum conuenire iubet, literis nimirùm quaquauersùm missis,ac pręconibus,qui per omnia oppida proclamarent, nè quis Christianorum, tanquàm inopinati aliquid perpessurus, in metu versaretur, verùm omnes per sodalitia & cognationes in vnum coirent: quòd veritatis studiosa,ac non coacta & violenta inquisitio vnà cum eorũ duce atque antesignano Barlaamo futura esset. Eodemque modo idolorũ etiam cultores ac sacerdotes, Chaldæorumque & Indorum sapientes,qui in vniuerso ipsius imperio erant,quosdamque etiam augures, & præstigiatores, ac vates conuocauit, vt aduersùs Christianos victoriam obtinerent. Et quidem ingens ad Regem execrandæ ipsius religionis multitudo confluxit: Christianorum autem vnus tantùm Barachias nomine inuentus est,qui Barlaamo (vt quidem existimabatur) suppetias ferret. Nam pij viri partim extremo vitæ die functi fuerant, à furiosis scilicet vrbium prætoribus obtrũncati: partim impendentium periculorum metu in montibus ac specubus delitescebant: partim denique Regis minas pertimescentes, in lucem prodire minimè audebant, verùm nocturni pietatis cultores erant, in occulto duntaxàt Christum colentes, non autem liberè ipsius fidem profitentes. Ille autem solus, vtpotè generoso animo præditus, ad propugnandam veritatem accessit. Cùm igitur Rex in alto atque edito solio consedisset, filium vnà sedere iussit. At ille pro suo erga patrem honore ac reuerentia id facere recusauit: atque in terra non longè ab eo sedit. Adstiterunt igitur viri infatuatæ à Deo sapientiæ peritorum, quorum, vt Apostoli verbis vtar, insipiens cor errauit. Putantes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem corruptibilium hominum, & quadrupedum, & serpentium. Hi, vt cum Regis filio, atque ijs, qui ab ipsius partibus stabant, sermonem conferent, in vnum conuenerunt. Atque in eis illud adagium implebatur, Caprea cum leone pugnam iniit. Etenim ipse Altissimum posuerat refugium suum, & in alarum ipsius vmbra sperabat. Illi autem in huius seculi Principibus, qui destruuntur, ac mundi principe tenebrarum, cui seipsos miserè subiecerunt, fiduciam suam collocabant. Producitur itaque Nachor, qui Barlaamum se esse simulabat. Ac Rex quidem hoc sibi propositum habebat: verùm sapiens Dei prouidentia cælitùs aliud administrabat. Adstantibus enim his omnibus, Rex ad Oratores suos & Philosophos,vel potiùs plebis seductores & stolido corde præditos,ait: En vobis certamen,& quidem maximum propositum est. Duorum enim alterum vobis continget, nempe vt vel doctrina nostra confirmata, errorisque conuicto Barlaamo, ipsiusque socijs, maximam gloriam & honorem, tum à nobis,tum à senatu, consequamini,ac victricibus coronis ornemini: vel fracti ac superati, cum omni ignominia grauissimam mortem oppetatis, atque omnes vestræ facultates populo addicantur: quò memoria vestra prorsùs à terra deleatur. Nam & corpora vestra bestijs deuoranda obijciam: & liberos vestros perpetua seruitute mulctabo. Hac oratione à Rege habita, ipsius filius his verbis vsus est: Acquam sententiam hodierno die tulisti, ô Rex, eamque velim Deus confirmet. Atque ego eadem magistro meo dico. Conuersusque ad Nachorem,qui Barlaam esse putabatur,ad eum ait: Non te fugit, ô Barlaam, in qua gloria, quibusque delicijs me inueneris. Tu tamen permultis sermonibus me adduxisti, vt à patrijs legibus & institutis abscederem, atque ignotum Deum colerem, arcanorum quorundam videlicet ac sempiternorum bonorũ spementem meam ad sequenda tua dogmata,& exacerbandum patris mei ac domini animum, me pertrahens. Quocirca ità existima,te nunc velut in trutina stare. Nam si ex proposito certamine superior discesseris,eam scilicet, quam mihi tradidisti, doctrinã veram esse demonstrans,atque eos,qui hodierna die nobis aduersantur, in errore versari ostendens, tu quidem maiorem,quàm vllus vnquàm habuerit, gloriã referes, ac veritatis præco vocaberis: atq; ego in tua doctrina perstabo,Christumque, quemadmodũ prædicãsti,ad extremum vsque spiritum colam.Sin autem,siue dolo, siue seriò ac verè superatus,ignominiam mihi conflaueris,contumeliã meã statim vlciscar. Etenim meipsmet manibus cor tuum ac linguam cuellam, eaque cum reliquo tuo corpore canibus in prædam dabo: vt tuo exemplo omnes Regum filijs impostura minimè facere condiscant.His verbis auditis, Nachor ingentem tristitiam ac mœrorem concepit: vt qui seipsum in foueam,quam fecerat, incidere, ac laqueo, quem absconderat,implicari,suoque gladio se confodi perspiceret. Cùm igitur rem secum reputâsset,ad filij Regis partes,vt impendens vitę discrimen effugeret,sese potius adiungere,ipsiusque dogmata confirmare statuit, quòd videlicet ille optimo iure supplicio eum afficere posset, siquidem ipsius animũ offendisset. At id totum diuinæ prouidentiæ erat,quæ religionis nostræ decreta sapienter per aduersarios confirmabat. Nam cùm Idolorum antistites & Nachor sermones conferre incipe-

rent,

Rex oẽs idolorũ cultores,ac sacerdotes, necnõ Chaldæorũ sapien- tes in vnum cõuocat,ad uersùs Christianos diputaturos.

In timidos Christianos.

1 Cor.1. Rom.1.

Caprea cũ leone pugnat, prouerb. Psal.90. Psal.56. Ephes.6.

Psal.7.

S. Iosaphat ad Nachorẽ oratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Num.22. Nachor defendit partes Iosaphati.

perent,vt Balaam ille,cùm sub Balaac Israëlem quondàm execrari ac dirisdeuouere constituissет,multis tamen eum ac varijs benedictionibus cumulauit: ad cundem etiam modum Nachor insipientibus ac stolidis sapientibus vehementer obluctabatur. Cùm enim Rex in throno sederet,atque ipsius filius,vti iam à nobis dictum est,ipsi assideret,ijque etiam stulti Rhetores adstarēt, qui vt gladium linguas

Psal.63.

Esa.59.

suas ad opprimendam & euertendam veritatem acuerant,quique,vt cum Esaia loquar,laborem parturiunt,& iniquitatem pariunt,plebis etiam ad certaminis spectaculum innumerabilis multitudo confluxissет,vt vtra pars victoriam adipisceretur, cognosceret, Rhetorum vnus, qui omnibus doctrina præstabat, ad Nachorem dixit: Túne es ille vsqueadeò audax, atque in deos nostros contumeliosus

Disputationis initium.

Barlaam,qui charissimum Regis filium in eiusmodi errorem coniecisti, eumque crucifixum colere docuisti? Respondit Nachor: Sanè,ego sum Barlaam, qui deos tuos,quemadmodùm dixisti,nihili pendo: quique Regis filium, non in errorem coniecì,sed errore liberaui,atque ad verum Deum adiunxi. Tum Rhetor ille ad hunc modum locutus est: Quoniam magni & eximij viri, à quibus omnis sapientia & scientia inuenta est,sublimes deos atque immortales eos nuncupent,omnesque orbis terræ Reges & illustres viri ipsos colant ac venerentur, quonam modo ipse linguam aduersùs eos acuis,atque omninò eò audaciæ prorumpis,vt hæc proferas? Quonam itèm argumento probas eos deos non esse, sed eum qui Cruci affixus est? Excipiens autem sermonem Nachor, Rhetorem quidem illum nullo prorsùs responso dignatus est: verùm cùm plebi silentium manu indixissет, atque os suum tanquàm illa asina Balaam,aperuissет, ea, quæ dicere minimè instituerat,

Nachoris Oratio.

prolocutus est. Aitque ad Regem: Ego, Rex, Dei prouidentia in mundum veni: conspectoque cælo,terra,mari,Sole ac Luna,reliquisque eiusmodi rebus, earum ornatum admiratus sum. Mundū autem,eaque omnia, quæ ipsius complexu continentur,necessariò moueri conspiciens,eum,à quo mouetur,& conseruatur,Deum esse intellexi. Etenim quicquid mouet,eo, quod mouetur,fortius est: & quod continet,atque conseruat,fortius est eo,quod continetur,& conseruatur. Quocirca ipsum Deum esse dico,qui omnia procreauit,atque conseruat, quique principij expers est,& sempiternus,& immortalis,& nulla re indigens,omnibusque pertur-

Psal.15. Act.17.

bationibus ac defectibus sublimiór,hoc est ira,& obliuione, atque ignorantia, reliquisque omnibus rebus generis eiusdem. Per ipsum autem omnia coagmentata & cōcreta sunt. Nec verò sacrificijs, aut libaminibus, aut vlla alia re in adspectum cadente opùs habet: verùm contrà omnes eo opùs habent.

Nachor Gentilium Deos falsos esse ostendit: Iudæos etiam in errore versari: ac Christianos solos de religione rectè sentire.

CAP. XXVII.

Hisità de Deo commemoratis, quemadmodùm ipsius beneficio mihi de ipso loqui concessum est,ad humanum genus veniamus, vt, quinam ipsorum veritatis,quinam erroris participes sint,conspiciamus. Illud enim, ô Rex,inter nos constat,tria in mundo hominum genera esse,nimirùm eos,

Tria in mũdo religionis genera.

qui apud vos deorum cultores dicuntur,& Iudæos,& Christianos. Ac rursùm eorum,qui multos deos colunt,triplex genus esse, nempe Chaldæos, Græcos, & Aegyptios. Nam hi reliquis nationibus plurium deorum cultús & adorationis dux ces ac magistri fuerunt. Quocircà,quinam ipsorum in veritate, quinam in errore versentur,videamus. Ac Chaldæi quidem Deum ignorantes,post elementa abierauerunt, resque conditas Creatoris loco colere cœperunt: quarum etiam cùm formas quasdam effecissent,eas cæli & terræ, & maris, & Solis, ac Lunæ, reliquorumque elementorum & siderum figuram appellârunt: easque res in templis conclusas adorant,ac deos appellant. Quos etiam diligenter ac studiosè seruant, nè à furibus surripiantur. Nec illud ipsis in mentem venit, quicquid seruat, eo quod seruatur, maius esse, & itèm eum qui aliquid efficit, eo quod efficitur, præstantiorem esse. Nam si ipsorum dij ea imbecillitate sunt, vt saluti suæ consulere nequeant, quonam tandèm pacto alijs salutem afferent? Iraque magno errore Chaldæi lapsi sunt,mortuas & vtilitatis expertes statuas venerantes. Atque etiam mihi mirari subit, ô Rex,quonam modo ij, qui apud eos Philosophorum nomen obtinent,illud haudquaquàm animaduerterint, elementa quoquè interitui obnoxia

Multorum deorū cultus ab Aegyptijs fluxit.

Elementa Deos non esse.

noxia esse. Quòd si elementa interitui omninò obnoxia ac subiecta sunt, quî tandèm dij esse queant? Quòd si elementa dij non sint,quonam modo statuæ, quæ eorum nomine construuntur,dij erunt? Ad ipsa igitur elementa, ô Rex, accedamus, vt ea deos non esse demonstremus, sed corruptioni ac mutationi subiecta, atque ex nihilo in ortum veri Dei iussu producta esse, qui quidem corruptionis & immutationis expers est, & inuisibilis, contraque ipse omnia cernit, & arbitratu suo immutat,atque conuertit. Quid igitur de elementis dico? Qui cælum Deum esse arbitrantur,errant. Nam ipsum conuerti, ac necessariò moueri, atque ex multis rebus constare videmus. Propterea enim κόσμος, id est mundus appellatur. Mundus porrò artificis cuiusdam constructio est. Quod autem constructum est, principium ac finem habet. At cælum vnà cum sideribus suis necessariò mouetur. Siquidem astra certo ordine ac spatio impulsa, à puncto in punctum, partim occidunt,partim exoriuntur,certisque temporum spatijs iter suum obeunt, vt æstates & hyemes,quemadmodùm ipsis à Deo imperatum est,efficiant. Nec leges sibi iuxta ineuitabilem naturæ necessitatem constitutas cum cælesti ornatu infringunt. Ex quo perspicuum est, cælum non Deum,sed Dei opus esse. Qui autem terram deam esse censent,errant. Videmus enim eam ab hominibus iniuria affici, & eorum imperio subiectam esse: effodi etiam & contaminari, atque inutilem fieri. Nam si igne torreatur,emoritur. Siquidem ex testa nihil oriri potest. Ac præterea si imbribus nimiùm perfundatur, tum ipsa, tum ipsius fructus corrumpuntur. Quin ab hominibus reliquisque animantibus proculcatur, interfectorum sanguine inquinatur, effoditur, completur, cadauerum theca efficitur. Quæ cùm ità sint, fieri non potest, vt terra dea sit,sed res à Deo ad hominum vsum effecta. Eodem modo qui aquam deam esse putant, errant. Nam ea quoquè ad hominum vsum procreata est,eorumque dominationi subest. Contaminatur etiam, & labefactatur, &, cùm igne cocta est,immutatur: alios atque alios subindè colores sumit,vt potè quæ,& frigore concrescat,& ex cruore spurcitiem contrahat, & ad imparatum omnium rerum ablutionem adhibeatur. Ex quo liquidò constat aquam deam esse non posse,sed Dei opus. Iam verò qui ignem Deum esse arbitrantur, ipsi quoquè errant. Etenim ignis ad hominum vsum creatus est, ipsorumque dominationi subest, & ab ipsis ad omnis generis carnes,partim elixandas,partim assandas, atque etiam ad mortua corpora concremanda,è loco in locum circunfertur. Atque insuper multis modis corrumpitur, & ab hominibus extinguitur. Ac proinde ignis Deus esse non potest,sed Dei opus. Ad eundem etiam modum qui ventorum flatum Deum esse existimant,errant. Perspicuum enim est,ventum alteri inseruire,atque hominum causa ad transuehendas naues ac frumenta comportanda,reliquosque ipsorū vsus,à Deo conditum esse. Huc accedit,quòd pro Dei iussu atque imperio, tum augescit,tum imminuitur. Quarè fieri non potest, vt ventus Deus sit, verùm Dei opus. Porrò qui Solem Deum esse putant,ipsi quoquè errant. Siquidem eum necessariò moueri perspicimus,atque à puncto in punctum migrare,& commutari,& occidere,& exoriri,vt ad hominum vtilitatem stirpes & plantas calore afficiat: atque insuper eum diuisionem cum reliquis sideribus habere, ac multis partibus cælo minorem esse,luceque interdùm defici, nec vllum imperium & principatum obtinere. Ex quo illud planum est, fieri non posse, vt Sol Deus sit,sed Dei opus. Consimili etiam modo ij,qui Lunam deam esse opinantur, errant. Nam ipsam necessariò moueri & immutari videmus, atque à puncto in punctum migrare,& ad hominum vtilitatem nunc exoriri, nunc occidere, ac Soleminorem esse: augeri etiam,atque imminui,ac deliquia interdùm pati. Quarè fieri non potest,vt Luna dea sit, verùm Dei opus. Deniquè qui hominem Deum esse arbitrantur,errant. Nam eum necessariò moueri, & ali, & inuitum etiam senescere videmus, atque interdùm delectari, interdùm mœrore affici, ciboque ac potu,& veste indigere. Iracundum etiam atque inuidum esse, & libidine incitari, & pœnitentia duci, ac multis defectibus laborare. Verùm multis etiam modis corrumpitur, nimirùm ab elementis, & animantibus, ac postremò à morte ipsi imminente. Ex quo efficitur, vt homo Deus esse nequeat, sed Dei opus. Quocircà ingenti errore Chaldæi lapsi sunt, dum opinionum suarum commenta sequuntur. Elementa enim,in quæ interitus cadit, ac mortuas statuas venerantur: nec sese in deorum numerum ea referre sentiunt. Ad Græcos iam veniamus, vt si quid

Ignē Deum non esse.

Vētos Deos non esse.

Solē Deum non esse.

Lunā deam non esse.

Hominem Deum non esse.

Terrā deam non esse.

Aquā deam non esse.

Cœlū Deum non esse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Disputatio aduersùs Græcos.

fortè de Deo rectè sentiant, videamus. Græci igitur, sapientiæ laudem sibi arrogantes, stultiores etiam Chaldæis se præbuerunt, complures videlicet deos inducentes, partim masculos, partim fœminas, vitiosarum omnis generis affectionum, ac scelerum architectos. Etenim ridicula, & stulta, & impia, ô Rex, Græci innum, ac scelerum architectos. Etenim ridicula, & stulta, & impia, ô Rex, Græci induxerunt, eos qui non sunt, iuxta peruersas suas cupiditates, deos appellantes: vt nimirùm eos vitij patronos ac defensores habentes, adulteria perpetrent, rapiant, trucident, atque atrocissima quæque scelera committant. Nam cùm ipsorum dij huiusmodi flagitia designârint, quonam pacto ipsi quoquè non eadem perpetrabunt? Ex his igitur erroris studijs & institutis, hominibus bella & cædes atque acerbas captiuitates crebrò experiri cõtigit. Quin etiam, si de ipsorum dijs figillatim verba facere velimus, ingentem absurditatem perspecturus es. Siquidem Saturnum ipsi ante omnes Deum inducunt, eíque filios suos mactant. Qui quidem ex Rhea multos filios habuit: quos etiam ipse furore percitus deuorabat. Aiunt autem Iouem ipsi genitale membrum abscidisse, atque in mare proiecisse: ex quo Venerem ortam esse fabulantur. Iupiter autem patrem suum vinculis constrictum in Tartarum præcipitem dedit. Vides errorem, ac libidinem, quam aduersùs Deum suum inuehunt. Num enim fieri potest, vt Deus catenis vinciatur, ipsíque genitales partes amputentur? O singularem amentiam! Quis mente præditus hæc dixerit? Secundus Iupiter inducitur, quem in omnes deos suos regnum tenere aiunt, atque in varias animantium figuras immutari, vt mortalibus mulieribus stuprum inferat. Etenim eum in taurum sese immutâsse tradunt, vt Europa potiretur: in aurum, vt Danaë: in cygnum, vt Leda: in satyrum, vt Anthiopa: in fulmen, vt Semela: Ac posteà multos ex ijs filios extitisse, Bacchum scilicet, Zethum, Amphionem, Herculem, Apollinem, Dianam, Perseum, Castorem & Pollucem, Helenam, Minoëm, Radamanthum, Sarpedonem, & nouem itèm filias, quas Musas nuncupant. Ac demùm de Ganymede sermonem inducunt. Hinc itaque, ó Rex, hominibus contigit, vt ad Dei sui imitationem hæc omnia imitarentur, atque adulteri essent, & insano masculorum amore tenerentur, & alia horrenda flagitia perpetrarent. Quonam igitur modo fieri potest, vt Deus adulter, aut pędico, aut parricida? Quin Vulcanum etiam quendam Deum esse tradunt, eumque claudum, malleumque ac forcipem tenentem, & ferrariæ arti victùs causa operam dantem. Ergò rerum penuria laborabat. Atquì à Deo abhorret claudum esse, atque hominum ope indigere. Adhæc Mercurium etiam nobis Deum inducunt, qui cupidus sit, & fur, & auarus, & magus, & versipellis, ac sermonum interpres. Quod quidem itèm in Dei naturam minimè cadit. Aesculapiũ insuper in deorum numero habent, qui medicus erat, & pharmaca conficiebat, pòst autem plastra, victùs parâdi causa (nam in egestate versabatur) componebat, pòst autem eum propter Tyndarei Lacædemonij filium à Ioue fulmine percussum interijsse narrant. Quòd si Aesculapius, cùm Deus esset, ac fulmine percuteretur, sibijpsi opitulari nequiuit, quî tandèm alijs opem ferre poterit? Mars etiam ab ijs Deus belli studiosus & iracundus, ac pecudum aliarumque rerum cupidus inducitur. Quem itèm posteà, cùm Venerem constupraret, à puero Cupidine ac Vulcano vinculis adstrictum fuisse dicunt. Quî igitur Deus is esse queat, qui cupiditate flagrat, ac bellis delectatur, adulteriumque perpetrat, ac vinculis constringitur? Rursùs autem Bacchum inter deos numerant, nocturna festa celebrantem, temulentiæ magistrum, aliorumque vxores abstrahentem, furore æstuantem, fugientem, ac postremò à Titanibus obtruncatum. Quòd si Bacchus, cùm interimeretur, sibijpsi opitulari non potuit, verùm & furore præceps agebatur, & ebrietati studebat, & profugiebat, quonam pacto Deus esse queat? Tum autem Herculem inducunt, qui sese vino obruat, atque in furorem ruat, suosque filios iugulet, ac deindè flammis absumptus intereat. Quî autem Deus esse is queat, qui se vinò obruit, ac liberos suos obtruncat, ignisque ardore conflagrat? Aut quo tandèm modo alijs auxilio esse poterit, qui sibi auxilium afferre non potuit? Prætereà Apollinem inducunt, inuidia laborantem, atque arcum & pharetram, ac nonnunquàm etiam citharam & tibiam tenentem, hominibusque quæstûs causa vaticinia edentem. Egebat igitur. Atquì fieri non potest, vt Deus egeat, & inuideat, & citharœdus sit. Eodem etiam modo Dianam ipsius sororem inducunt, venationi studentem, atque arcum & pharetras habentem, solamque cum canibus vagantem,

De Saturno Græcorum Deo.

De Ioue.

Dij gẽtium masculorũ concubitores.

De Vulcano.

De Mercurio.

De Aesculapio.

De Marte.

De Bacho.

De Hercule.

De Diana.

ceruũ aut aprũ intercipiat. Quonam igitur modo dea erit venatrix mulier, & cum canibus oberrans? Postremò Venerem etiã deam esse adulteram dicunt. Aliquandò enim cum Marte concubuit, aliquandò cum Anchise, aliquandò cum Adonide. Cuius etiam mortem deplorat, amasium suum requirens. Quin eam etiam ad inferos descendisse aiunt, vt Adonidem à Proserpina redimeret. Vidistine vnquàm, ô Rex, dementiam hac maiorem? deam nimirùm inducere, quæ adulterij crimine se obstringat, & ploret, ac lamentetur? Adonidem autem etiam deum venatorẽ inducunt, eumque ab apro percussum violenta morte interisse aiunt, nec in huiusmodi calamitate opem sibijpsi afferre potuisse. Quonam itaque pacto hominũ curam geret adulter & venator, quique violenta morte interijt? Hęc omnia ac multa alia eiusmodi, adhuc fœdiora & sceleratiora, ô Rex, de dijs suis Græci inducunt, quæ nec dicere, nec memoria vllo modo vsurpare fas est. Vndè homines à dijs suis occasionem arripientes, omne sceleris & libidinis atque impietatis genus perpetrârunt, hortendis flagitijs suis terram & aërem contaminantes. Aegyptij autem, eos stultitia & stoliditate superantes, grauiùs quàm vllæ aliæ nationes aberrârunt. Neque enim Græcorum deos venerari satìs habuerunt: verùm insuper bruta animantia, tam terrestria, quàm in aquis degentia, tam stirpes quàm plantas, in deorum numero habuerunt, atque in omni insaniæ ac libidinis genere, grauiùs quàm vllæ terræ nationes, sese conspurcârunt. Antiquitùs enim Isidem colebant, virum simul ac fratrem Osiridem habentem, qui à fratre suo Tiphone obtruncatus est. Eaque de causa Isis cum filio suo Oro in Biblum Syriæ fugit, Osiridem quærens, atque acerbè lamentans, quoàd tandèm Orus creuisset, ac Tiphonem de medio sustulisset. Ergò nec Isis fratri suo ac viro suppetias ferre potuit, nec Osiris, cùm à Tiphone trucidaretur, sibijpsi auxilio esse potuit, nec deniquè Tiphon fratricida, cùm ei ab Oro & Iside exitium afferretur, seipsum à morte vindicare. Et tamen, cùm hi ob huiusmodi calamitates ad hominũ notitiam peruenissent, à stultis Aegyptijs dij habiti sunt. Quin neque his, aut reliquis Gentium numinibus contenti, bruta etiam animantia inuexerunt. Nonnulli etenim ipsorum ouem, alij hircum, alij vitulum & suem, alij coruum & accipitrem, alij vulturem & aquilam, alij crocodilum: quidam felem, & canem & lupum, & simiam, & draconem & aspidem: alij cepas, & allia, & spinas, cæterasque res conditas coluerunt. Nec homines miseri nihil omninò virium his omnibus rebus inesse sentiunt. Nam cùm deos suos ab alijs hominibus & comedi, & igni cremari, & iugulari atque corrumpi videant, non tamen proindè eos deos non esse intellexerunt. Quocircà magno errore, tum Aegyptij, tum Chaldæi, tum Græci lapsi sunt, deos huiusmodi inducentes, atque ipsorum statuas efficientes, furdaque & sensûs experria simulacra pro dijs habentes. Ac demiror, quo pacto, cùm deos suos ab artificibus secari & dolari ac truncari, atque temporis longinquitate inueterascere & immutari atque igne conflari cernerent, hinc eos minimè deos esse non animaduerterint. Nam qui in suæ salutis negotio nullam vim habent, quonam tandém modo hominum saluti consulent? At verò Poëtæ ipsorum, & Philosophi tam Chaldęorum quàm Aegyptiorum, cùm versibus suis ac literarum monumentis deos suos exornare studuerunt, eorum ignominiam magìs detexerunt, nudamque omnium oculis proposuerunt. Nam cùm hominis corpus, quanuis alioqui multis partibus constet, nullum tamen membrorum suorum abijcit, verùm firmissimam cum ipsis omnibus coniunctionem habens, secum ipsum concordat, quî tandèm in dei natura tanta pugna & discordia futura est? Nam si vna deorum natura esset, deus deum insectari, aut obtruncare, aut malo aliquo mulctare minimè debebat. Quòd si dij à dijs vexati, & interempti, & spoliati, ac fulmine percussi sunt, non iam vna eorum natura est, sed distinctæ voluntates, atque omnes exitiosæ ac pestiferæ. Ex quo concludendum est, neminem eorum Deum esse. Perspicuum est igitur, ô Rex, omnem eorum de deorum natura disputationem erroris plenam esse. Quonam autem pacto, ij qui apud Græcos sapientiæ atque doctrinæ fama floruerunt, illud minimè intellexerunt, eos, qui leges tulerunt, suis-met legibus iudicari? Nam si leges iustæ sunt, iniusti omninò ipsorum dij sunt, qui contra legum præscripta mutuò sese interfecerint, atque in veneficia & adulteria, & furta, & præposteras libidines prorumperint. Sin autem rectè fecerunt, leges certè iniquæ sunt, vtpotè aduersùs deos constitutæ. Nunc autem leges præclaræ

De Venere.

De Adonide Ezech. 8.

De Adonide

Aduersùs Aegyptios disputat.

De Isíde.

Aegyptiorũ impietas.

Item Chaldæorum.

Mutua deorũm inter se pugna, eos deos nõ esse ostendit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac iustæ sunt, vt quæ & virtutes laudent, & vitia prohibeant: deorum autem, quos ipsi colunt, iniqua sunt opera. Quarè iniqui etiam ipsorum dij sunt, omnesque impij ac morte mulctandi, qui eiusmodi deos inducunt. Nam si ea, quæ de ipsis literarum monumentis prodita sunt, ficta & fabulosa sunt, nihil aliud sunt, quàm meri sermones. Si autem naturalia, non iam dij sunt, qui hæc fecerunt, ac perpessi sunt. Quòd si allegorico sensu ea dicuntur, fabulæ sunt, ac nihil præterea. Demonstratum est itaque, ô Rex, hos omnes cultus, qui multis dijs tribuuntur, erroris atque exitij opera esse, (Neque enim deos appellare conuenit, qui videntur ac non vident: verùm cum, qui cùm ipse cerni nequeat, omnia cernit) Deumque qui omnia condidit, colendum esse. Veniamus igitur, ô Rex, etiam ad Iudæos, vt quidnam ipsi quoquè de Deo sentiant, videamus. Nam ipsi ab Abraham, Isaac, & Iacob oriundi, Aegyptum incoluerunt. Illinc autem Deus eos in manu potenti & brachio excelso per Mosen ipsorum legislatorem eduxit, ac per multa prodigia & signa suam ipsis potentiam declarauit. Verùm ipsi quoquè perfidos atque ingratos sese præbentes, Gentiũ deos sæpenumerò adorârunt, Prophetasque ad se missos, ac iustos viros, morte affecerunt. Ac deindè, posteaquàm ità Dei voluntas tulit, vt filius suus in terram veniret, eum contumelia affectũ Pontio Pilato Romanorum Duci tradiderunt, crucisque supplicio condemnârunt, nulla videlicet ipsius beneficiorum, atque innumerabiliũ miraculorum, quæ inter ipsos designârat, habita ratione: suoque scelere perierunt. Nam nunc quoquè, solum quidẽ omnipotentem Deum colunt, sed non secundùm scientiam. Siquidem Christum filium Dei negant, Gentilibusque similes sunt, etiamsi ad veritatem, à qua procùl se remouerunt, propiùs aliquantò accedere videantur. Ac de Iudæis hactenùs. At Christiani à Domino nostro Iesu Christo doctrinæ suæ originem ducunt. Hic autem Dei altissimi filius in Spiritu sancto creditur. Qui quidem humanæ salutis causa de cælo descendit, atque ex sancta Virgine genitus est, ac sine semine & corruptione carnem susceptt, hominibusque apparuit, vt eos à falso multorum deorum cultu reuocaret. Atque admiranda incarnationis suæ dispensatione perfunctus, mortem spontè, atque ingenti quodam consilio, per Crucem degustauit. Triduo autem pòst resurrexit, atque in cælos ascendit. Cuius præsentiæ gloriam ex Scriptura, quæ apud eos Euangelica vocatur, si eam legere in animum induxeris, perspicere licet, ô Rex. Hic duodecim discipulos habuit, qui post ipsius in cælũ ascensum in orbis terræ prouincias exiêrunt, ipsiusque augustam amplitudinem promulgârunt: quemadmodùm etiã vnus ex ipsis regiones nostras peragrauit, vt veritatis dogmata prædicaret. Vndè etiamnùm ij, qui prædicationis eorum iustitiæ administram operam nauant, Christiani appellantur. Atque hi sunt, qui veritatem supra omnes terræ nationes inuenerunt. Siquidem Deum rerum omnium conditorem atque architectum in Filio vnigenito & Spiritu sancto agnoscunt: nec præter eum vllum alium Deum venerantur. Habent autem Domini Iesu Christi mandata cordibus suis insculpta: eaque custodiunt, mortuorum resurrectionem, ac futuri seculi vitam expectantes. Non adulterij, non fornicationis crimine sese deuinciunt: non falsum testimonium dicunt: aliena non concupiscunt: patri & matri honorem tribuunt: proximos amant: iustum iudicium ferunt: quæ sibijpsis fieri nolunt, alijs non faciunt: eos à quibus læduntur, obsecrant, ac sibi eorum amicitiam conciliant. Inimicos beneficijs afficere studeant: lenes & faciles se præbent: ab omni iniquo concubitu atque ab omni impuritate abstinent: viduas non contemnunt: pupillo mœrorẽ non inferunt. Qui habet, non habenti prolixè subministrat. Peregrinum si viderint, tecto admittunt: eiusque, non secùs ac veri & germani fratris, aduentu delectantur. Non enim carnis, sed animi, ratione fratres se vocant. Vitam suam Christi causa profundere parati sunt. Nam ipsius præcepta firmè obseruant, sanctè videlicet ac iustè, quemadmodùm Dominus Deus ipsis imperauit, viuentes: gratias ipsi omni hora in omni cibo & potu, ac reliquis bonis agentes. Verè enim hæc veritatis via est: quæ quidem eos, qui eam ingrediuntur, ad sempiternum regnum, quod à Christo in futura vita promissum est, tanquàm porrecta manu ducit. Atque vt in intelligas, ô Rex, me hæc ex cerebro meo minimè fingere, si ad Christianorum Scripturas oculos adieceris, me nihil à veritate alienum loqui reperies. Quarè præclarè filius tuus intellexit, optimoque iure Deo viuo cultum adhibere didicit, vt in futuro æuo salutem obtineat. Magna etenim atque admiranda

Digni morte sunt, qui gentiũ deos adorant.

Aduersùs Iudæos disputat. Psal. 135.

Rom. 10.

Christianorum doctrina.

Duodecim Christi Apostoli.

Thomas in Indiã profectus est.

Verorum Christianorum irreprehensibilis vita.

Ephes. 5.

miranda sunt, quæ à Christianis, tum dicuntur, tum geruntur. Neque enim hominum, sed Dei, verba proloquuntur. Reliquæ autem nationes errant, ac sibijpsis imposturam faciunt. Siquidem in tenebris ambulantes, ebriorum instàr in seipsos impingunt. Atque hic sit, ô Rex, meæ ad te orationis finis: quam quidem veritas in mente mea dictauit. Desinant itaque væcordes tui sapientes aduersùs Dominum nugari. Nam vobis Deum Creatorẽm venerari, atque ipsius verbis ab interitu alienis aurem accommodare expedit: vt condemnationem ac supplicium effugientes, vitam interitûs expertem hæreditariò possideatis. Matth. 10.

Rex, victos Philosophos cernens, irascitur. Nachor à Regis filio ad fidem conuertitur, ac Baptismum suscipit. Rex Philosophos cum ignominia expellit. Iosaphat multos ad fidem adducit.

CAP. XXVIII.

HAec posteaquàm à Nachore commemorata sunt, Rex iracundia æstuabat, Rhetores autem ipsius & sacerdotes muti stabant, vt qui nihil contrà, præter infirmos quosdã ac nullius momenti sermunculos afferre possent. At verò Regis filius spiritu exultabat, atque hilari vultu Dominũ celebrabat, qui ijs, quorũ fiducia in ipso posita est, in rebus perplexis & impeditis exitum dat, quique etiam per inimicum & hostem veritatem confirmabat, efficiebatque, vt & qui erroris antesignanus erat, rectæ doctrinæ patronum se præberet. Rex porrò, quanuis alioquì Nachori vehementer irasceretur, nullo tamen eum malo afficere potuit, propterea quòd lege corã omnibus antè promulgata, ei pro Christianis liberè verba facere permisisset. Cæterùm ipse persæpè sermonibus ipsius obluctans, eum per signa quædã admonebat, vt illam pugnãdi acrimoniam remitteret, atque Rhetorum disputationi manus daret. At ille vehementiùs inualescebat, omnes ipsorũ propositiones atque argumenta refutans, errorisque, quo tenebantur, fraudem ac fallaciam detegens. Cùm autẽ penè ad vesperam vsque disputatio producta fuisset, Rex concionem solui iussit: tãquàm scilicet postridiè rursùm de hac re agitari vellet. Iosaphat autem Regem ità est allocutus: Vt primò iustè omnia geri iussisti, ô Rex, ità iustitiæ quoquè finem impone, duorũ alterum faciens, nempe vt vel magistrum meum hac nocte mecum manere permittas, vt de his rebus, de quibus crastina die cum ijs, qui nos bello lacessent, verba faciẽda sunt, vnà disputemus, ac tu item tuos assumens, arbitratu tuo cum illis ea, quæ in rem futura videbuntur, mediteris: aut tuos mihi hac nocte concedens, meũ accipe. Quòd si vtrique apud te sint, meus nimirùm in afflictione & metu, tui autem in lætitia & animi remissione, æquum mihi iudicium istud esse non videtur, sed principatûs licentia, & pactorum violatio. Rex itaq; huius orationis lepore victus, assumptis sapientibus & fœderatis suis, Nachorem filio concessit, hac nimirùm spe fretus, fore, vt ea, quæ pollicitus fuerat, præstaret. Regis itaque filius in palatium suum proficiscitur, non secùs atquè Olympicus quidam victor superatis aduersarijs, secum Nachorem habens. Quem cùm remotis arbitris acciuisset, his ad eum verbis vsus est: Nè me, qui quaquàm esse, verùm Nachorem Astrologum. Ac miror, quid vobis in mentem venerit, vt huiusmodi fabulã fingeretis, atque hoc vobis persuaderetis, vos eas clarissima die oculis meis tenebras obiecturos esse, vt pro oue lupũ acciperẽ. Verùm non abs re prouerbio fertur, Cor stulti vana cogitare: Atque hęc quidem cogitatio & consilium vestrum rancidum sanè ac prorsùs stolidum erat. Opus autem, quod ipse egisti, omni prudentia & sagacitate plenũ est. Ac propterea gaude, ô Nachor, & exulta. Multas enim tibi hoc nomine gratias habeo, quòd veritatis patrocinium hodierno die susceperis, nec sceleratis verbis, ac versuta simulatione labia tua contaminâsti: quin potiùs ea multis sordibus expurgâsti, falsorum nimirùm deorum errore confutato, atque Christianorum dogmatum veritate confirmata. Ego verò duplici de causa, vt te mecum adducerem, operam dedi: altera, nè te Rex priuatim tenens, supplicio afficeret, propterea quòd non ea es locutus, quæ ipsi grata essent: altera, vt hodierno tuo beneficio, gratiam tibi rependam. Quonam autẽ tandèm pacto istud? Nimirùm te admonens, vt à praua & periculosa hac via, quam ad hunc vsq; diem tenuisti, deflectas, ac rectam & salutarem semitam ingrediaris: quam quidem non ignorans, sed sponte malum amplectens, effugisti, in iniquitatis

Iosaphat Nachorem secum abducit ne à Rege occideretur.

Regis Iosaphat ad Nachorẽ oratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quitatis barathra & præcipitia teipsum impellens. Intellige itaque, ô Nachor, cùm prudens & sagax sis: ac Christum solum, & vitam apud ipsum abstrusam elucrari stude, fluxis his & caducis contemptis, ac pro nihilo habitis. Non enim in æternum xiues: sed cùm mortalis sis, iam iamq; hinc abiturus es, quemadmodùm & omnes,

Iusta operũ merces cuique dabitur

qui ante te extiterunt. Atque, ô te miserum, si, vbi iustum iudicium, ac iusta operum merces est, grauem peccati sarcinam tecum ferens abeas, nec eam priùs abiecceris, cùm abijcere procliue sit. Nachor itaq; ob huiusmodi sermones animo compunctus, his verbis vsus est: Rectè dixisti, ô Rex, rectè inquam. Nam ipse quoque verum & ab omni mendacio alienũ Deum, per quem omnia facta sunt, noui: atque irèm futurum iudicium scio, ex multis videlicet Scripturæ sacræ verbis id edoctus. Verùm improba consuetudo, atque antiqui supplantatoris versutia cordis mei ocu-

Nachor resipiscit.

los cæcauit, densasque animo meo tenebras offudit. Nunc autem ad verbum tuum abiecto tenebroso velamine, ad vultũs Dominici lucem accurram. Fortasse enim mei miserebitur, pœnitentiæque ianuam mihi improbo ac rebelli seruo aperiet. Quanquàm mihi fieri non posse videtur, vt peccatorum meorum, quæ arena grauiora sunt, & eorum, quæ tum sciens, tum ignorans perpetraui, veniam obtineam. Hac oratione audita, Regis filius statim exurgit, atque animo incalescit, animumque Nachoris ad desperationem propendentem recuperare atque erigere incipit.

Iohan. 8.

Nulla enim, ô Nachor, inquit, nulla de hac re dubitatio animũ tuum subeat. Scriptum est enim, posse Deum etiam ex his lapidibus excitare filios Abrahæ. Quod quidem, vt aiebat pater Barlaam, quid aliud est, quàm quòd homines deplorate improbitatis, atque omni iniquitatis genere contaminati, salutem consequi possint, Christique filij effici: qui pro sua summa & incredibili humanitate omnibus sese ad meliorem frugem recipientibus cælestes portas patefecit? Neque enim

Matth. 20.

cuiquam omninò salutis aditum præclusit. Verùm eos, quos scelerum pœnitet, misericordi animo suscipit. Ob eamque causam ijs, qui hora prima, & tertia, & sexta, & nona, & vndecima ad vineam accesserunt, æqua merces attribuitur, quemadmodùm Euangelicis scriptis proditum est. Ac proindè, etiamsi ad hunc vsque diem in peccatis consenueris: tamen si feruenti animo accedas, eadem, quę ij, qui ab adolescentia certamen subiêrunt, præmia consequeris. Hæc & multa alia cùm diuinissimus iuuenis ad Nachorem in malis inueteratum de pœnitentia locutus fuisset, ipsique veniam spopondisset, Christumque facilem ac propitium ipsi fore promisset, illudque pro certo affirmâsset, eum pro sua bonitate semper peccatoris pœnitentiam suscipere paratum esse, ægram ipsius animam, tanquàm medicamentis quibusdam emolliens, ipsum prorsùs in sanitatem asseruit. Statìm enim ad eum Nachor dixit: Tu quidem, ô animo etiam quàm corpore nobilior, qui admirabilibus his mysterijs præclarè imbutus es, ad extremũ vsque in præclara confessione velim maneas: nec eam aut vllũ tempus, aut vllus modus è tuo pectore euellat. Ego autem hac ipsa hora proficiscar, vt salutem meam queram, mihique Deum, quem

Nachoris ad Regis filium accursus.

ad iram prouocaui, per pœnitentiam propitiũ ac facilem reddam. Non enim postea hàc, nisi tibi aliter videatur, Regis faciem conspiciam. Ingenti autem animi lætitia affectus Regis filius, atque hunc sermonem libenter excipiens, ipsum complectitur & exosculatur: attentisque ad Deũ susis precibus, eum è palatio emittit. Egressus autem Nachor, animo compunctus, in densissimam solitudinem cerui instar

Pœnitẽtiã filio Regis valedicit.

profilijt, atque in monachi cuiusdam, qui sacerdotij dignitate ornatus erat, speluncam se confert: in qua ille propter imminentem metum delitescebat. Atque ante ipsum feruentissimo pectore kumi sese prouoluit, ipsiusque pedes, instàr videlicet veteris illius meretricis, lachrymis perfundit, ac diuinum baptismum exposcit. Sacerdos itaque, vtpotè diuina gratia plenus, ingentem animo voluptatem cepit, eumque confestim, vt mos ferebat, per dies haud paucos Christianæ fidei rudimentis institutum diuino baptismate perficit in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Manst autẽ cum illo Nachor, perpetua, ob ea peccata quæ perpetrârat, pœnitudine ductus, Deumque benedicens, qui neminem perire vult, verùm omnium resipiscentiam expectat, atque eos, qui pœnitentiam aguut, humanè ac benignè excipit. Rex autẽ, cùm de Nachoris rebus manè certior factus fuisset, ac spe sua excidisset, & præterea sapientes suos ac stolidos oratores nullo negotio superatos fuisse conspexisset, in magna animi anxietate versabatur: eosque, cùm graues priùs contumelias ac dedecora ipsis intulisset, ac nonnullos etiã bubulis neruis atrocem in modum

Luc. 7.

Baptizatur.

Mar. vlt.

2. Per. 3. Ezech. 18.

Regij animi anxietas.

modum lacerâsset, ipsorumq; oculos fuligine illeuisset, à se ablegauit. Ipse autem falsorum deorum imbecillitatem damnare incepit: etiamsi alioquì nondùm ad Christi lucem plenè ac perfectè oculos conijcere in animum induceret. Etenim densa caliginis nubes, ipsi vndiquè affusa, cordis ipsius oculos adhuc tenebat. Cærèum nõ iam sacerdotes suos in honore habebat, nec festa & libamina simulacris suis peragebat: verùm animo in vtranque partem vacillabat: hinc nimirùm deorum suorum imbecillitatẽ improbans, illinc autem Euangelicæ vitæ sinceritatem reformidans, prauaque consuetudine ità constrictus, vt ab ea vix auelli posset. Siquidem corporearum voluptatum seruituti maiorem in modum addictus erat, vitiosisque affectionibus prorsùs operam dabat, captiui instàr ductus, atque absque vino, vt Esaiæ verbis vtar, ebrius, & ab improba consuetudine tanquàm freno quodam retractus. Cùm igitur Rex cum duplici cogitatione ad hunc modum luctaretur, nobilissimus ipsius filius, ac verè Regio animo præditus, in suo palatio quietus degebat, naturæ suæ generositatem, modestiamque & constantiam per opera cunctis declarans. Nam theatra, & equorum certamina, & venationum exercitatio, & inania omnia iuuenilis ætatis studia, & impostura, quibus stulti animi deliniuntur, & inescantur, nihili omninò ducebat: verùm ex Christi mandatis omninò pendebat, ac diuino amore sauciatus, cum expetebat, qui verè expetendus est, totus suauis est, ac totus desiderabilis, atque eiusmodi, vt fine vlla saturitate expetatur. In memoriam autem rediens magistri sui Barlaam, atque ipsius vitam sibi ante oculos proponens, ipsius amore animũ suum demulceri sentiebat, ac, quonam pacto ipsum videret, summo studio curabat. Atque ipsius sermones sine vlla intermissione in corde suo circũferens, erat tanquàm arbor secus aquarũ decursus plantata, perpetuoque irrigata, ac tempestiuos Domino fructus afferens. Multas enim animas è diaboli laqueis eripuit, Christoque seruatas obtulit. Siquidem multi ad eum sese conferentes, salutaribus sermonibus fruebantur. Ex quibus non pauci, fuga relicto errore, ad salutarem doctrinam accurrebant. Alij autem rebus huius vitæ longum valere iussis, monasticam palæstram capessebant. Ipse autem orationibus & ieiunijs operam dabat, idemque hanc vocem ad Deum mittebat, O Domine mi ac Rex, cui ego credidi, ad quem ego profugi, atque errore liberatus sum, dignam famulo tuo Barlaamo mercedẽ repende, pro eo quòd mihi oberranti, te, qui via, vita, & veritas es, demonstrauit. Ac mihi hoc concede, vt rursùm illum in corpore Angelum, quo mundus dignus non est, conspiciam, atque cum eo, quod mihi vitæ supereſt, conficiam, vt vitæ ipsius vestigijs insistens, tibi Deo ac Domino placeam.

Caut. 5.

Esa. 51.

Psal. 1.

S. Iosaphat multos ad fidẽ Christi adducit.

Iohan. 14. Heb. 11.

Theudas Magus ab impijs sacerdotibus accersitus, Regem ad deorum cultum reuocat, ipsique suadet, vt per impudicarum mulierum blanditias filium ad se pertrahere conetur. CAP. XXIX.

EO autem tempore publicum falsorum deorum festum in vrbe illa erat. Regem porrò huic festo interesse, ac copiosissimis victimis illud exornare oportebat. Verùm cùm sacerdotes ipsum in deorum cultu segnem ac tepidum esse conspicerent, id verebantur, nè ad templum venire negligeret, sicque ipsi muneribus ijs, quæ à Rege accipere consueuerant, cæterisque prouentibus orbarentur. Surgentes itaque, ad speluncam quandam in vastissima solitudine sitam proficiscuntur, in qua vir quidam magicis artibus deditus, atque falsi idolorũ cultûs acerrimus propugnator habitabat, Theudas nomine, quem etiam Rex singulari honore complectebatur, charumque magistrum existimabat, ipsius nimirùm vaticinijs regnum suum omnium rerum copia florere, atque in dies augeri dicens. Cùm igitur sacerdotum cultores ad ipsum venissent, eius opem atque auxilium implorabant: eique deorum improbationem, in quam Rex inciderat, exponebant: quæque Regis filius fecisset: & quemadmodùm Nachor ad ipsius voluntatem atque sententiam concionem habuisset. Ac nisi tu ipse venias, inquiebant, nobisque opem afferas, spes omnis extincta est, omnisque deorum cultus ac veneratio perijt. Nam tu vnicum nobis calamitatis solatium relictus es: atque in te vno spes omnes nostras positas habemus. Theudas itaque cum Satanico eo exercitu, quem secum habebat, in expeditionem pergit, atque aduersùs veritatem arma comparat: accitis nimirùm multis prauis spiritibus, quos ad res improbas

Theudas Magus ad Regem se confert.

Universidad de Deusto
Biblioteca

promptè ac libenter auxiliarem manum afferre nórat, & quos ipſe ſemper miniſtros adhibuerat. His comitatus ad Regem accedit. Vt autem ipſius aduentus Regi nunciatus eſt, atque ipſe palmarũ virgam manu tenens, ouinaque pelle indutus ingreſſus eſt, Rex è throno ſuo exilijt, ipſique obuiàm prodijt, cumque oſculatus eſt.

Theudæ ad Regem impudẽs Oratio.

Cumque cathedram afferri iuſſiſſet, ipſum prope ſe collocauit. Poſteaque Theudas his ad Regem verbis vtitur: Rex, in æternum viue, maximorũ deorum fauore ac beneuolentia ſeptus. Ad me enim allatum eſt, te ingens certamen aduersùs Galilæos inijſſe, ac luculentiſſimam palmam retuliſſe. Eoque nomine huc veni, vt ad edendam grati animi ſignificationem feſtum vnà celebremus, atque eleganti forma præditos adoleſcentes ac formoſas puellas dijs immortalibus immolemus, taurosque centum, ac plurima alia animalia ipſis offeramus: quò eos quoquè in poſterum inuictos adiutores habeamus, qui nobis vniuerſum vitæ curriculũ planum & æquabile reddant. Ad hæc Rex: Minimè verò, inquit, ô ſenex, vicimus, minimè inquam vicimus: verùm nullo potiùs negotio victi ſumus. Nam qui à nobis ſtabant, repentè aduersùm nos extiterunt, ac velut furore & inſania laborantem atque imbecillam noſtram aciem nacti, prorsùs eam fregerunt ac proſtrauerunt. Nunc autem, ſi qua tibi facultas & vis ſuppetit, qua tu humi iacenti religioni noſtræ opitulari, eamque rursùm excitare queas, velim exponas. Theudas autem Regi ad hunc modum reſpondit: Galilæorum contentiones atque inanes ſermones, ô Rex, minimè pertimeſce. Quæ enim ſunt ea, quæ ab ipſis afferũtur, quantum quidem ad viros ratione ac prudentia præditos attinet? Meo quidem iudicio facilius deijcientur, quàm folium à vento excuſſum. Neque enim vel conſpectum meum ſuſtinebunt: tantum abeſt vt ſermones conſerant, atque ad mecum diſputandum pedem conferant. Cæterùm vt & propoſitũ iſtud certamen, & quicquid aliud in animo habuerimus, recto curſu feratur, resque nobis ex animi ſententia ſuccedant, fac publicum hoc feſtum exornes, deorumque beneuolentiam, tanquàm fir-

Pſal. 51. Memoria lapſus eſt Author. Hic enim locus nõ eſt apud Eſaiã, ſed in cap. 2. Habacuc.

miſſima quædam arma induas: ac tum fauſta omnia habiturus es. Hæc cùm ille iactâſſet, qui, vt cum Dauide loquar, in malitia potens erat, atque iniquitatem tota die meditabatur, turbidamque, vt Eſaiæ verbis vtar, ſubuerſionem amico ſuo propinabat, improborũ ſpirituum, quos ipſe comites habebat, ope atque adiumento perfecit, vt Rex cogitationes eas, quæ ipſum ſalutis ſubmonebãt, prorsùs è memoria eijceret, ijſdemque, quibus ſolebat, ſtudijs ſedulò hæreret. Ac proindè cùm Regiæ literæ quaquauersùm commeâſſent, quibus omnes ad execrandum deorum feſtum conuenire iubebantur, cernere erat ingentem hominum multitudinem confluentem, atque oues & boues, variaque animalia ſecum adducentem. Cùm igitur omnes coijſſent, ſurgens Rex vnà cum impoſtore Theuda, ad templum profectus eſt, vt tauros ac permulta animantia immolarent. Sicque nefarium & execratione dignum feſtum celebrabant: adeò vt & brutorum animantiũ mugitibus tota vrbs perſonaret, & victimarum nidore ipſe quoquè aër inficeretur. His ad hunc modum confectis, cùm improbi ſpiritus de Theudæ victoria maiorem in modũ gloriarentur, ſacerdotesq; gratias ipſi habuiſſent, Rex rursùm ad palatium ſe recepit, aitque ad Theudam: En quemadmodùm iuſſiſti, nihil omninò ſtudijs meæ prætermiſſum eſt, quod quidem ad feſti ſplendorem, & ſacrificiorum magnificentiam pertineret. Iam itaque tempus eſt, vt quæ mihi promiſiſti expleas, filiumque meum, qui à religione noſtra deſciuit, à Chriſtianorũ errore vindices, ac cum benignis dijs in gratiam reducas. Nam ego cùm artem omnem adhibuerim, atque omnem lapidem mouerim, nullam tamen morbi medicinam reperi, ſed ipſius mentem omnibus rebus ſuperiorem eſſe perſpexi. Nam ſi blandè ac leniter cum eo agere inſtitui, ne ſic quidem eum mihi vllo modo animum adijcere comperi. Rursùm ſi ſeuerè atque acerbè eum accepi, in peruicaciã potiùs indè ipſum attolli conſpexi. Quamobrèm calamitatẽ eam, quæ mihi accidit, ſapientiæ tuæ cõmitto. Ac ſiquidem ea, ope tua & auxilio liberatus, filium meum mecum rursùs deos meos colentem, atque voluptariæ huius vitæ cupiditatibus, ac regni voluptatibus fruentem videro, auream tibi ſtatuam erigam, efficiamque, vt poſthàc in ſempiternum idem tibi, qui dijs, honor à cunctis tribuatur. Theudas igitur attentam aurem diabolo ſubijciens, atque ab illo improbum ac peſtiferum conſilium edoctus, ipſique linguæ atque oris operam nauans, ad Regem ait: Si filium tuum in poteſtatem tuam redigere, ipſiusque in pugnando peruicaciam inanem reddere cupis, ars à me

Theudæ peſtiferũ conſilium, ei nõ diſſimile, qd dabat Balaã Regi Balac.

à me excogitata eſt, cui obluctari nullo modo poterit: verùm durus ipſius animus facilius emolliętur, quàm cera ingenti rogo admota. Rex itaque vanũ hominem inani tumore inflatum videns, ad voluptatem ſtatim animique lætitiam ſeſe conuertit, ſperans videlicet perulantẽ illam & audacem linguam animum diuinitùs edoctum ac Philoſophiæ plenum ſuperaturã eſſe. Cumque, quænam illa ars eſſet, ex eo ſciſcitaretur, tum Theudas, tanquàm nouacula acuta dolũ contexit, callideque pharmaca comparat. Atque improbã techna, diabolique conſilium, quæſo, perſpice. Omnibus, inquit, ô Rex, qui filio adſtant, atque inſeruiunt, ab eo procùl diſiunctis, pulchra & perquàm eleganti forma præditas mulieres, atque ad pellicendos animos adornatas, cum eo perpetuò verſari, ipſiq; miniſtrare, vitæque conſuetudinem & contuberniũ cum eo habere iube. Ego aũt vno ex ijs ſpiritibus, quos ad res huiuſmodi comparaui, ad eum poſteà ſubmiſſo, acriorem voluptatis ignem excitabo. Ac ſimulatq; vel cum vna ſola huiuſmodi muliercula rem habuerit, nisì tibi omnia ex animi ſententia fluant, erit iam cur me contemnas, atque, vt nullius vsùs hominẽ, non honoribus, ſed maximis ſupplicijs afficiendũ ducas. Nihil enim maſculorum animos perindè allicere ac demulcere ſolet, vt fœminarum conſpectus. Atque vt ſermonibus meis fidem adhibeas, hiſtoriam hanc velim audias.

Pſal. 67.

Theudas vnius fabulæ narratione Regem in ſuam opinionem trahit. Itaque pulcherrimas mulieres ad filium mittit. Ioſaphat tamen orationis ope huiuſmodi tentationem ſuperat.

CAP. XXX.

REx quidam, cùm maſcula prole careret, vehementer animo angebatur, eamque calamitatem haud paruam exiſtimabat. Hoc igitur cùm ſtatu eſſet, filium in lucẽ edidit: eoque nomine ſumma voluptate perfuſus eſt. Dixerunt autẽ ad eum eruditi quidam medici, fore, vt ſi puer intra duodecim annos Solem aut ignem videret, lumine prorsùs orbaretur. id enim ex oculorum ipſius ſitu deſignari. Quæ cùm pater audijſſet, cubiculum quoddã obſcurum ex rupe quadam cõdidiſſe, filiumque illic vnà cum nutricibus incluſiſſe fertur, nec ante duodecim annos exactos vllum omninò ipſi lucis ſplendorem oſtendiſſe. Confecto autem huiuſmodi temporis curriculo, filium, qui nihil omninò rerum mundanarũ ad hunc vſque diem perſpexerat, ex hoc cubiculo educit. Ac tum ipſi omnia, iuxta ſuum quodque genus, exhiberi ac demonſtrari iubet, viros nimirùm in vno loco, in alio fœminas, aliundè aurum, alia ex parte argentum, vniones, & lapides exquiſiti pretij, veſtes luculentas & elegantes, currus inſigni pulchritudine, ſimul cum regijs equis aureo freno inſtructis, cum aulæis purpureis, ac ſeſſoribus armatis: boum itèm armenta, & pecudũ greges: atque, vt ſummatim dicam, omnia certo ordine puero demonſtrabat. Percontante autẽ eo quonam ſingulæ res nomine appellarentur, Regis ſatellites ac ſtipatores vniuſcuiuſque rei nomen exponebant. Cùm autem mulierum nomen ſcire cuperet, tum Regis armiger lepidè ac feſtiuè dæmones eas appellari dixit, à quibus hominũ mentes in errorem traherentur. Pueri autem pectus earum amore atque cupiditate vehementiùs, quàm vllius alius rei deſiderio, illectus ac delinitus eſt. Cùm igitur omnibus rebus peragratis ad Regem cum adduxiſſent, ac Rex ex ipſo quidnam ex omnibus rebus, quas vidiſſet, ipſi magis arrideret, quæſiuiſſet, Quid, inquit, aliud quàm dæmones illi, qui homines in fraudem inducũt? Neque enim vllius rei, ex his omnibus, quas hodierno die vidi, perindè atquè eorum amore animus meus incenſus eſt. Atque hunc pueri ſermonem Rex ille admiratus eſt, quamque violenta ac tyrannica res fœminarum amor eſſet, hinc iudicauit. Quocircà tu quoquè, non vlla alia ratione, quàm iſta, te filium tuum in poteſtatem redacturum putes. Rex hoc conſilium excipit: atque confeſtim ad eum delectæ puellæ præſtanti atque egregia forma inducuntur. Quas etiam cùm ipſe eleganti ornatu illuſtrâſſet, atque omninò ad pelliciendum iuuenis animum inſtruxiſſet, omnes ipſius famulos & miniſtros è palatio eijcit, easque in eorum locum ſubſtituit. Hæ itaque ipſi vndiquè hærebant, eumque complectebantur, atque ad nefarium concubitũ extimulabant, per omnes videlicet geſtus ac ſermones ipſum ad voluptatẽ prouocantes. Neminem alium habebat quem conſpiceret, cum quo colloqueretur, aut cœnaret. Ipſæ enim omnia ei erant. Atque hæc quidem Rex faciebat. Theudas autem rursùm ad peſtiferam ſuam ſpeluncam profectus,

Mulieres cur dæmones denominentur.

Mulieres impudicæ, electis viris in miniſterium Ioſaphat aſſumuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

profectus,libros,qui res huiusmodi efficere poterant,in manus sumit: euocatumq; vnum ex improbis spiritibus ad Christi militem bello lacessendũ emittit, nesciens scilicet miser ille,quantum sui risum excitaturus,quantamque simul cum vniuersa sua diabolica cohorte infamiæ notam subiturus esset. Improbus autem spiritus, alijs insuper nequioribus spiritibus assumptis,ad generosi adolescentis cubiculum se confert,in eumque impetum facit,vehementissimã carnis fornacem succẽdens. Ac diabolus quidem internas ipsi flammas admouebat: puellæ autem, vt corporis pulchritudine insignes, sic animo deformes, improbam materiã externè suppeditabãt. At verò pura illa anima pestiferi spiritûs impetũ agnoscens,ac præposterum cogitationũ bellum, quod magno ac vehemẽti aduersùm se impetu veniebat,conspiciens, perturbabatur, tantoque malo liberari, purumque sese Christo exhibere cupiebat, nec sanctã illam stolam, qua eum baptismi gratia induerat, libidinis cœno contaminare. Confestim itaque amori amorem,hoc est, impudico diuinũ opponit: sibique pulchritudinem illam ac gloriam omni sermone præstantiorem, quam puræ animæ in Christi sponsi nuptijs, ex quibus illi, qui nuptialem tunicam conspurcârint, eijcientur, vinctisque manibus & pedibus in exteriores tenebras protrudẽtur,habituræ sunt, in memoriã reuocat. Hæc cum animo suo cõsiderans & lachrymas profundẽs,pectus verberabat,improbas illas cogitationes, non secùs ac fucos quosdam, in fugam vertens. Deindè surgens, ac manus attollens, calentibus lachrymis ac gemitibus Dei opem atque auxilium implorabat, ijsque verbis vtebatur: Omnipotens Domine, qui solus viribus polles, atque ad misericordiam procliuis es,Domine inquam,spes desperatorum,& eorum qui auxilio carent,mei quæso, inutilis tui serui, nunc recordare, facilique ac propitio oculo me intuere, animamque meam à diabolica framea eripe,ac de manu canis vnicam meam: nec me in hostium meorum manus incidere permittas. Non supergaudeant mihi, qui oderunt me iniquè: nec me in iniquitatibus corrumpi sinas,corpusque meũ,quod tibi castum exhibere promisi,probro & contumelia afficere. Te enim concupisco, teque adoro, Patrem & Filium ac Spiritum sanctum in secula. Cumque, Amen, subiunxisset, diuinam consolationẽ cælitùs ipse sibi aduenire sensit: atque impræcibæ cogitationes sese subduxerunt. Ipse autem ad matutinũ vsque tempus in precibus perstitit: intellectisq; versipellis hostis technis atque artibus, corpus suũ, tum cibi penuria,tum siti, alijsque afflictionũ generibus premere cœpit, in orationibus erecto corpore pernoctans,sibique ipsi pacta ea,quæ cum Deo inierat,in memoriã reducens,atque, tum eorum,qui iustitiam coluerint, futurum splendorẽ animo & cogitatione informãs, tum denunciatam improbis gehennã apertè sibi ob oculos proponens. Quod scilicet ea de causa faciebat,nè hostis inertem,ac solutam ipsius animam nactus,prauas cogitationes ipsi nullo negotio insereret, animique ipsius puritatem turbaret & inficeret. Cùm igitur hostis omninò mente cõcideret,seque strenuum iuuenem deiecturum prorsùs diffideret, ad aliam callidiorem fraudem sese cõfert (vt qui semper malus sit,nec vnquàm aliquid moliri,atque incõmodum aliquod & detrimentum afferre intermittat) in id omni studio incumbens, vt quæ sibi à Theuda mandata fuerant, exequatur. Itaque rursùs huiusmodi pharmaca comparat. Ad iuuenem enim ex puellis illis vna omniũ formosissima ingreditur: quæ etiam Regis cuiusdã filia erat,captiuaque à patria sua abducta, Regi Abenner, præstantissimi cuiusdam muneris instàr, oblata fuerat: quam pater, vt eximia pulchritudine præditam, ad labefactandum ac deijciendum filij animũ miserat. Hanc impostor ille subit, ipsique eiusmodi sermones suggerit, qui animi ipsius prudentiam ac sapientiam perspicuè declararent. Siquidem diabolus omnes ad virtutis accommodatas artes facilè ac promptè exercet. Posteaque Regis filium à dextris adortus,puellæ amorem ipsi inserit, ob ipsius videlicet prudentiam & grauitatem, atque etiam ob eam causam, quòd cùm ea nobilitate esset, atque è regia stirpe prodijsset, patria tamen simul ac gloria orbata esset. Adhæc huiusmodi quoque cogitationes ipsi subserit, vt eam ab insano idolorum cultu liberaret, Christianamque efficeret. Hæc autem omnia versuti draconis technæ erant. Nam cùm Regis filius animo ità comparatus & constitutus esset, vt nullam obscœnam cogitationẽ, aut libidinosum amorem ad puellam vacillantem in seipso perspiceret, verùm ipsius duntaxàt calamitate, animæque exitio se commoueri sentiret, rem hanc diabolicum cõmentum esse minimè animaduertebat. Siquidem re vera caligo ille est, ac

Quod reme diũ quærat Iosaphat aduersùs pestiferũ amorem.
Matth.22.

Oratio Iosaphat.
Psal.21.
Psal.34.

Ecce quomodò iste sanctus per corporis castigationẽ carnem domârit.

Alterũ sancti Iosaphati martyrium.

lucem assimulat. Vt enim Regis filius puellam alloqui, diuinæque cognitionis oracula ipsi exponere cœpit, Agnosce, inquiens, ó mulier, Deum in omne æuum viuentem,nec te idolorum errore detineri sine,verùm Dominum rerum omnium effectorẽ intellige: ac beata eris, immortali sponso adiuncta: multa,inquam, eiusmodi cùm ipse dixisset, statìm improbus spiritus mulieri in mentem immittit, vt fraudis laqueos explicaret,ac Deo charam illam animam ad libidinis foueam præcipitem traheret, quemadmodùm videlicet olim generis humani authorem Euæ opera è paradiso ac Deo miserè exterminauit,eumque beatæ atque immortalis vitæ loco morti addixit. Posteaquàm igitur puella verba illa omni sapientia referta audiuit, pro sua stultitia ea non intellexit, verùm huiusmodi responsum edidit,quale ab ea edi consentaneũ erat, quæ diaboli lingua atque os erat. Aitque: Si salutis meæ, ó domine, cura tangeris,ac me Deo tuo conciliare, abiectáque animæ meæ salutem afferre studes,fac tu quoquè vni meæ petitioni annuas: ac statìm patrijs omnibus dijs meis repudiatis, Deo tuo me adiungam, ipsumque ad extremum vsque spiritum colam. Ità tu salutis meæ,atque ad Deum conuersionis,meæ rationem habes. Cùm autem ille, quænam hæc petitio esset, quæsiuisset,tum illa, & eadem referes. Cùm autem ille, quænam hæc petitio esset, quæsiuisset,tum illa,& habitu, & adspectu, & sermone, ac denique omni ex parte sese ad illiciendũ ipsius animum comparans, Matrimonio, inquit, mecum coniungere: atque ego impetitionem mihi proposuisti. Nam,quanquàm ingenti salutis tuæ cura teneor, teque ex mortis & exitij voragine extrahere cupio: mihi tamen corpus meum per fœdum concubitum inquinare nimìs graue est, immo prorsùs impossibile. Illa verò planam ipsi viam ad scelus sternens, Ecquid, inquit, huiusmodi sermone vteris,qui omni sapientiæ genere polles? Ecquid,inquam,hanc rem spurcitiem ac fœdum concubitum appellâsti? Neque enim ipsa quoquè Christianorum librorum ignara atq; expers sum: verùm & multos in patria mea libros perlegi, & sæpè cum Christianis sermones contuli. Quid igitur? Nónne in quodam librorum vestrorum scriptum est, Honorabile connubium, & thorus immaculatus? Ac rursùm: Melius est nubere,quàm viri? Ac rursùm: Quod Deus coniunxit,homo non separet? Nónne omnes veteres iusti,tam Patriarchæ,quàm Prophetæ,legitimo matrimonio copulatos fuisse Scripturæ vestræ docent? Nónne Petrus ille,quem Apostolorum principem prædicatis, vxorem habuisse scribitur? Quid igitur te adduxit, vt rem huiusmodi spurcitiem appellâris? Magnoperè sanè mihi à dogmatum vestrorum veritate abberrare videris. Cui ille respondit: Ità profectò,mulier,hæc habent, quemadmodùm abs te dictum est. Licet enim quibuslibet matrimonio se copulari, exceptis tamen ijs, qui virginitatem Christo semel promiserint. Ego enim ab eo die, quo per diuini baptismi lauacrum à iuuentutis & ignorantiæ meæ peccatis purgatus sum, purũ meipsum Christo exhibere pollicitus sum. Quonam igitur modo pacta ea, quæ cum Deo sanxi, dissoluere atque infringere audebo? Rursùm autem ad eum mulier his verbis vsa est: Sit sanè de hac re, vt ipse vis. At exiguam alteram, ac nullius momenti cupiditatem meam exple, siquidem animæ meæ salutem afferre tibi cordi est. Hac duntaxàt nocte mecum rem habe,atque efficax, vt & ego tua pulchritudine fruar, ac tu rursùm formæ meæ elegantia expleris. Quòd si feceris, hoc tibi polliceor, me simulatquè dies illuxerit, Christianam religionem susceptura, atque omnem deorum meorũ cultum fuga relicturam esse. Atque ob huiusmodi consilium, non modò veniam, sed etiam beneficia, salutis meæ causa, à Deo tuo consequeris. Gaudium enim, inquit Scriptura tua, est in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente. Nam si ob scelerati hominis resipiscentiam lætitia in cælo excitatur, quid afferri potest, quin huius resipiscentiæ authori magnum præmium debeatur? Ità certè res se habet: nec est quod dubites. Quid? An non Apostoli quoquè,religionis vestræ duces,complura certo consilio faciebant, diuinum præceptum maioris præcepti causa interdùm violantes? An non Paulus Timotheum,præstantioris consilij causa, circuncidisse dicitur? Atqui circuncisio apud Christianos in crimine censetur. Nec tamen ille hoc facere dubitauit. Atque alia eiusmodi permulta in Scripturis tuis reperies. Quocircà si seriò animæ meæ salutem afferre cupis,exiguam hanc meam cupiditatem exple: & ego, quanquàm alioquì perfecto matrimonij nexu tecum copulari cupiens, tamen, quoniam id tibi minimè gratum est, non iam tibi vim afferam, verùm quicquid animo

Gen.3. Diabolus per mulierẽ nititur S. Iosaphat subuertere.

Hebr.13. 1.Cor.7. Matth.19.

Luc.4.

Vides quòd qui virginitatem Deo promiserũt, teneantur reddere suũ votũ? iuxta illud? Psalmiste, Vouete & reddite. Psal.75.

Act.16.

Luc.15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

animo tuo insederit, posthàc faciam. Tu igitur nè me quoquè prorsùs abijcias, & execreris, verùm in hac vna re mihi obsequens, salutem mihi affer, atque à superstitioso errore me libera: tu autem deincèps per omnē vitæ cursum, quæ tibi visa fuerint, facias licebit. His verbis vtens (nam & habebat, qui ipsi suggereret, cui etiā aures clàm admouebat: atque Scripturarum peritus est ille vitij artifex diabolus) his, inquam, verbis vtens, eumque demulcens, ac retia & laqueos ipsi, tum à dextris, tum à sinistris, vndiquè nectens, animi ipsius turrim labefactare, institutique ipsius neruos debilitare, ac voluntatem & sententiam emollire incipiebat. Vitij autem sator, ac proborum virorum hostis, labantem ipsius animum conspiciens, ac summa indè lætitia perfusus, statìm pestiferos spiritus, qui vnà cum ipso aderant, appellat: Cernite, inquiens, quonam pacto puella ista ea perficere contendat, quæ à nobis perfici nequiuerunt. Agite igitur, acriter nunc in eum impetum faciamus. Neque enim ad explendam eius, à quo missi sumus, voluntatem aliud æquè oportunum tempus nanciscemur. Hæc cùm versipellis ille ad socios dixisset, in Christi militem insiliunt, omnes animi ipsius vires perturbantes, atque acerrimum puellæ amorem ipsius pectori inserentes, vehementissimumque libidinis ignem in ipso inflammantes. Ille autem cùm seipsum vehemēter vri, captiuumque ad peccatum trahi perspiceret, atque cogitationes suas, puellæ salutem conuersionemque ad Deum ipsi proponentes, flagitium tanquàm hamum quendam esca occultare, hostisque instinctu sibi negotium facessere, perindè videlicet àc scelus minimè esset, seruandæ animæ causa, cum muliere semèl rem habere, in huiusmodi animi anxietate consilijque penuria alto pectore ingemiscens, seipsum statìm ad orationem confert, atque vberes lachrymarum riuos ex oculis profundens, ad eum qui salutem ijs, qui in ipso confidunt, afferre potest, clamabat, In te Domine speraui, non confundar in æternum: neque irrideant me inimici mei, dextræ tuæ hærentem: verùm hac hora pro tua volūtate mihi adsta, vias meas dirigens, vt sanctum tuum & glorioſum ac formidandum nomen in me famulo tuo illustretur, quoniam benedictus es in secula, amen. Cùm autem per aliquot horas cum lachrymis preces fudisset, genuaque persæpè flexisset, in terram se prostrauit, paulumque obdormiscens seipsum à quibusdam horrendis viris arripi videt, regionibusq; quibusdam, quas nunquàm viderat, peragratis, in amplissimum campum perduci, pulcherrimis floribus, atque ingenti suauitate præditum, vbi & plantas omnis generis cernebat, inusitatis quibusdam & admirandis fructibus, tum visu iucundissimis, tum perceptu suauissimis redundantes. Arborum porrò folia ex tenuissima quadam aura dulcem sonum edebant: ac, dum impellerentur, inexplebilē odoris fragrantiam emittebant. Quin etiam sedes illic sitæ erant, auro atque ingentis precij lapidibus structæ, luculentum sanè splendorem afferentes: lectique item illustres, miris quibusdam stragulis, atque elegantia omnem orationis facultatem superante, coopati. Adhæc aquæ profluebant perquàm limpidæ, oculosque ipsos oblectantes. Tum autem per ingentem atque admirandum hunc campum horrendi illi viri eum in vrbem quandam introduxerunt, inenarrabili splendore rutilantem, ex pellucido quidem auro muros, ex lapidibus autem à nemine vnquàm visis pinnas ac propugnacula extructa habentem. Et quis tandèm est, qui verbis illius pulchritudinem ac splendorem sermone consequi possit? Lux porrò supernè radijs idemtidèm micans, omnes ipsius vicos implebat, atque alati quidam exercitus, lucidi omnes, in ea morabantur, eiusmodi cantum edentes, quem nunquàm mortalis auris audiuit. Vocemque dicentem audijt: Hæc eorum, qui iustitiam coluerint, est requies: hoc eorum, qui Domino vitæ suæ rationes probârint, oblectamēntum. Hunc autem ex illo loco eductum terribiles illi viri retrorsùm ducere velle dicebant. At ipse iucunditate illa, lætitiaque animi omninò raptus, Nè me quæso, inquiebat, nè me, inquam, hac lætitia, quæ nullis verbis exprimi potest, priuate: verùm hoc mihi concedite, vt in vno amplissimæ huiusce ciuitatis angulo degam. Illi autem ad hunc modū respondebant: Fieri nunc minimè potest, vt hìc sis. Hoc autem multis laboribus ac sudoribus tandèm consequeris, siquidem tibi ipsi vim intuleris. Hoc sermone habito, ac maximo illo campo rursùs peragrato, cum in tenebrosa loca, omnisque mœroris plena, atque cum eo splendore, quem prius conspexerat, ac lætitia illa è diametro pugnantia, duxerunt. Etenim obscura prorsùs ac tenebrosa caligo erat: atque afflictione ac tumultu totus ille locus redundabat.

Diabolus sacrarum peritissimus scripturarū.

Pſal.30. Pſal.24.

Visio S. Iosaphat.

dabat. Illic ignis fornax accendebatur, & carnificum vermium genus serpebat, vltricesque virtutes fornaci imminebant. Ac nonnulli miserum in modum igni conflagrabant: voxque huiusmodi audiebatur: Hìc sceleratorū locus est: hìc eorum cruciatus, qui fœdis flagitijs seipsos contaminārūt. Post autem ab his, qui eum illuc introduxerant, ex eo loco eductus est. Statimque ad sese rediens, toto corpore contremiscebat, lachrymæque fluminum instàr ex ipsius oculis fluebant: atque omnis impudicæ illius puellæ, reliquarumq; aliarum, pulchritudo, quouis cœno & sanie fœtidior ipsi visa est: memoriaque, ea quæ viderat, recolēs, tum bonorum illorum cupiditate, tum dolorum illorum metu correptus, in lecto iacebat, sic affectus, vt nulla ipsi exurgēdi potestas esset. Vt autem de aduersa filij valetudine ad Regem allatum est, statim ad eum profectus, quidnam ipsi accidisset, percontabatur. Ille autem, quidnam vidisset, exponit, aitque: Cur pedibus meis laqueum parâsti, & incuruâsti animam meam? Nisi enim Dominus adiuuisset me, paulominùs habitâsset in inferno anima mea. Verùm quàm bonus Israël Deus his qui recto sunt corde: qui etiam eripuit humilitatem meam de medio catulorum leonum: dormiui conturbatus. Sed visitauit me Deus saluator meus, mihique quātis ij, qui eum ad iracundiam prouocant, bonis sese priuent, quantisque rursùm tormentis obnoxios se reddant, demōstrauit. At nunc, ó pater, quoniam tu aures tuas occlusisti, nè vocem meam bona atque vtilia tibi occinērem audires, nè me sāltem, quominùs rectam viam capessam, impedias. Hoc enim cupio, hoc expeto, vt omnibus rebus liberatus, ad ea loca contendam, in quibus Barlaam Christi famulus habitat, ac cum eo, quod mihi reliquum est vitæ, conficiam. Quòd si me per vim retinere in animum induxeris, quamprimùm me mœrore ac tædio extinctum videbis. Ità fiet, vt nec tu pater iam appelleris, nec me filium habiturus sis.

S. Iosaphat per visionē diuinitùs à tentatione liberatur.

Pſal.56. Pſal.39. Pſal.72. Pſal.56.

Iosaphat Crucis signo dæmones fugat, atque acerrimè cum Theuda disputans, eum, idolorumque cultum insectatur, Deumque laudibus afficit.

CAP. XXXI.

RVrsùm igitur ingens Regem mœstitia inuasit: rursùm omnem vitæ suæ spem desponere cœpit: atque acerba secum animo agitans, in palatium suum abijt. At verò improbi illi spiritus, qui aduersùs diuinū iuuenem à Theuda missi fuerant, ad eum pudore suffusi redeunt, atque, quanuis aliqui mendacio gaudeant, acceptam tamen cladem confitentur. Quippè perspicua cladis signa in scelerato suo vultu gerebant. Ille autem, Vsqueadcone, inquit, imbecilles ac miseri estis, vt adolescētem vnum vincere minimè potueritis? Tunc improbi spiritus virtute diuina excruciati, veritatem inuiti in lucem protulerunt, his verbis vtentes: Christi potentiæ, ac passionis ipsius signo, quod Crucem appellant, ne tantillum quidē obluctari possumus. Nam cùm ea effingitur, statìm quotquot aëris principes ac mundi rectores tenebrarum sumus, quàm celerrimè fugimus, ac priùs etiam quàm ea plenè ac perfectè expressa sit, propulsamur. Quamobrem nos quidem in hunc iuuenem impetu facto, grauiter eum perturbauimus: verùm ille cùm Christi opem implorâsset, ac Crucis signo seipsum muniuisset, nos irrato animo propulit, atque firmissimum sibi præsidium comparauit. Ac proindè nulla interposita mora instrumentum illud arripuimus, cuius opera etiam principem nostrum primum hominem aggressus est, eumque potestati suæ subiecit. Et quidem profectò nos quoquè vanam adolescentis spem pro nihilo ducebamus: verùm ad auxilium rursùs accitus Christus, cælestis iræ igni nos exustos in fugam vertit. Quarè stat sententia, non vltrà ad eum accedere. Ad hunc scilicet modum improbi spiritus Theudæ, ea quæ contigerant, perspicuè declarârunt. Rex autem omni ex parte animo hærens, consilioque destitutus, Theudam rursùs accersit, ad eumque ait: Omnibus ijs, quæ docuisti, vir sapientissime, perfectis & absolutis, nihil tamen vtilitatis consecuti sumus. Nunc igitur, si quod tibi aliud consilium supereſt, illud experiamur. Fortassè enim aliquam depellendi mali rationem nanciscemur. Cùm autem Theudas, vt cum ipsius filio in colloquium veniret, petijsset, manè Rex, eo secum assumpto, ad visendum filium proficiscitur. Cumque prope eum consedisset, eum alloqui ac probris insectari, atque ipsius contumaciam animique rigiditatem accusare cœpit. Illo verò recta dogmata rursùm confirmante, Christique amore nihil antiquius habendum esse clamante, Theudas in medum prodiens,

Crucis signū dæmonibus terrori est. Ephes.6.

Mulier diaboli instrumentum ad seducendos homines.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Theudæ ad filium Regis impia oratio.

prodiens, his verbis vsus est: Quidnam, ô Ioſaphat, quod in immortalibus dijs nõ ſtris repræhendendum ſit, inueniſti, vt tu ab eorum cultu diſcederes, ac Regis patris tui animum ità offendendo, totius populi odium tibi commoueres? An non ab ijs vitam accepiſti? An non ipſi patri te dono dederunt, auditis videlicet ipſius precibus, eoque ſterilitatis vinculis ſoluto? Cùm autem multos inanes ſermones ac multas inutiles queſtiones ille inueteratæ improbitatis homo proponeret, atq; de Euangelij prædicatione argumenta necteret, hoc videlicet animo, vt eam fugillaret, atque idolorum cultum confirmaret, ille ſuperni Regis filius, atque illius

Heb. 8.

vrbis, quam non homo, ſed Deus conſtruxit, ciuis, poſtcaquàm ſeſe pauliſper continuiſſet, tum demùm ad Theudam ait: Audi ó impoſturæ vorago, ac palpabilibus tenebris caliginoſior, ſemen Babylonicum, atque Chalanicæ turris extructorum, quorum cauſa mundus confuſus eſt, nepos, vane inquam atque infelix ſenex,

Gen. 11. Prudes eius reponſum. Gen. 19.

qui grauioribus, quàm quinque illæ diuino igne concrematæ vrbes, ſceleribus reconſtrinxiſti. Ecquid ſalutis prædicationẽ, per quam ea, quæ tenebris circunfuſa erant, lucem acceperunt, per quam errantes viam inuenerũt, per quam ij qui perierant, ac miſera ſeruitute premebantur, in priſtinum ſtatum reſtituti ſunt, cauſlis inſectari conaris? Cedò, vtrum tandẽm ex his duobus præſtantius eſt, nempe omnipotentem Deũ cum vnigenito Filio & Spiritu ſancto colere, Deum inquam increatum & immortalem, bonorum omnium fontem, cuius nec imperium ac

Dan. 7. Eſa. 6.

robur coniectura percipi, nec gloria mente compræhendi poteſt, cui Angelicorum ac cælestium ordinum millia millium & deciès millia millium adſtant, cuius gloria cælum ac terra plena ſunt, per quem omnia ex nihilo in ortum producta ſunt, per quem mundus continetur ac conſeruatur, ipſiusque prouidentia gubernatur, colere ac venerari, an verò peſtiferos dæmones atque inanima ſimulacra, quorum laus & gloria adulterium eſt, ac puerorum conſtupratio, cæteraque flagitia, quæ de dijs veſtris in ſuperſtitionis veſtræ voluminibus conſcripta ſunt? Non vos pudet, miſeri, atque ignis ſempiterni cibus, Chaldaiciſque generis ſimilitudinem gerentes, non vos, inquam, mortuas ſtatuas humana manu extructas adorare pudet? Cæſum enim lapidem aut lignum ac fabrili arte politum Deum nuncupatis: ac deindè eximium taurum aut aliud fortaſsè ex pulcherrimis cuiuſque

Gentiũ victimæ, dijs ſuis præſtãtiores.

generis animantibus aſſumentes, mortuo numini, qua væcordia eſtis, immolatis. Atquì victima Deo tuo præſtãtior eſt. Nam illum homo elaborauit: Deus autem animal procreauit. Ac propterea etiam brutum animal te, qui ratione præditus es, prudẽtia & ſagacitate antecellit. Illud enim eum, à quo alitur, nouit: tu contrà eius, à quo ex nihilo productus es, cuiusque beneficio viuis & conſeruaris, ignoratione laboras. Ac Deum appellas, quẽ paulò antè ferro verberari, atque à terra inflari, & malleis tundi videbas: quem argento atque auro cinxiſti, atque igne conaltum ſuſtuliſti: poſteaque in terrã abiectus, abiecti lapidis abiectior es adorator, non Deum adorans, ſed mortua & animæ expertia manuũ tuarum opera. Immò verò ne mortuum quidem æquum eſt ſimulacrũ appellare: verùm nouum quoddam ac tanta amentia dignum nomen excogitare par eſt. Nam lapideus quidem cõminuitur, teſtaceus confringitur, ligneus corrumpitur, æreus rubigine inficitur, aureus & argẽteus igni cõflatur. Quinetiã dij tui, partìm exiguo ac vili, partìm ſummo pretio venduntur. Neq; enim ipſis diuinitas, ſed materia pretiũ dat. Atqui Deum quiſnam emere, aut vendere queat? Iam, quonam pacto Deus appellatur, qui motũs expers eſt? An non illud cernis, nec eum qui ſtat, vnquàm ſedere: nec eum qui ſedet, vnquàm ſtare? Pudeat te, ó væcors: manum ori appone, ô ſtultę, qui res huiuſmodi laudas. Etenim à veritate auerſus, falſis picturis deciperis, atque in fraudem induceris, ſtatuas videlicet effingens, rebusque manu tua effectis Dei nomen attribuens. Reſipiſce miſer, atque illud intellige, te Deo abſte facto antiquiorem eſſe. Cuius tandẽm furoris iſta ſunt? Hoccine tibi perſuaſiſti, te, cùm homo ſis, Deum efficere poſſe? Quî tandẽm iſtud fieri queat? Quocircà non hominem efficis, verùm hominis, aut cuiuſpiam animantis formam, non lingua, non fancibus, non cerebro, non vlla aliqua interna parte præditam. Ac proindè ne hominis quidem, aut animãtis ſimilitudo eſt: ſed inutilis omninò res, ac vanitatis plena. Quid igitur rebus ſenſũs expertibus blandiris? Quid mente carentibus & inutilibus aſſides? Nisi latomi, aut architecti, aut malleatoris ars adeſſet, Deum non haberes. Nisi cuſtodes præſtò eſſent, Deum tuum amiſiſſes. Nam quem ſæpè ſtolidorum hominũ cõ-

Idololatrarum amentia.

pioſiſſima vrbs tanquàm Deum, vt ab eo cuſtodiatur, obſecrat, cum eo ipſo pauci cuſtodes, nè ſurripiatur, remanent. Ac ſiquidem ex argento vel auro conſtet, diligenter cuſtoditur: ſi autem ex lapide, aut argilla, aut alia quadam viliori materia, ſeipſum cuſtodit. Ità, de veſtra ſententia valentior eſt is, qui ex argilla, quàm qui ex auro conflatus eſt. An non igitur optimo iure vos ſtultos & cæcos ac ſtolidos homines irridere, vel potiùs luctu proſequi poſſimus? Quippè opera veſtra, furorem potiùs, quàm pietatem redolent. Nam qui rei militari ſtudet, ſtatuam ad militaris ſpeciei ſimilitudinem expreſſam, ac certo loco poſitam, Martem nuncupat. Qui autem mulierum amore ad inſaniam vſque flagrat, animæ ſuæ cupiditatem pictura informans, vitium ſuum Deum efficit, Veneris ſcilicet nomine ipſum appellãs. Alius rursùs temulentiæ ſuę cauſa effícto ſimulacro, Bacchum ipſum nominat. Eodemque modo aliorum vitiorum cupidi, eorum ſimulacra cõſtituerunt, vitijsque ſuis Deorum nomen imponunt. Eaque de cauſa apud eorum aras libidinoſæ ſaltationes exiſtunt, ac meretricij cantus, furioſique impetus. Quiſnam autem execrandum eorum flagitium deinceps commemorare queat? Aut quis fœdiſſimam ipſorum libidinem oratione complectens, os ſuum conſpurcare ſuſtineat? Verùm hęc omnibus perſpicua ſunt, etiamsì ipſi taceamus. Hi tui dij ſunt, ó ſtatuis tuis ſtupidior Theũda. Hos vt adorem, hos vt venerer, admones. Tuæ profectò improbitati ac ſultæ ſapiẽtiæ conſentaneũ eſt iſtud conſiliũ. At ſimilis ipſis tu fias, atque omnes qui confidunt in eis. Ego autem Deum meũ colam, meque totum ipſi conſecrabo, Deo inquam Creatori, ac rerum omnium gubernatori, per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, ſpem noſtram, per quem etiam ad luminum Patrem in Spiritu ſancto acceſſum habuimus, per quem ab acerba ſeruitute in ipſius ſanguine liberati ſumus. Niſi enim ipſe etiam vſque ad ſeruilem formã ſeſe abieciſſet, haudquaquàm id conſecuti eſſemus, vt in filios adoptaremur. Quippè noſtra cauſa ſe ipſe abiecit: nec deitatem rapinam arbitratus eſt, ſed quod erat permanſit, & quod non erat aſſumpſit. Conſuetudinem cum hominibus habuit, carne ſua in Crucem aſſcendit, triduo in ſepulcro conditus eſt, ad inferos deſcendit, indè eos, quos ſub peccato venditos horrendus mũdi princeps vinctos tenebat, eduxit. Quidnam igitur hinc detrimenti tulit, quòd eo nomine eum cauillis inſectari videris? An non perſpicis in quot fœda & obſcœna loca radios ſuos Sol demittat, quotque fœtida cadauera conſpiciat? An hinc labem aliquam contrahit? An non potiùs ea, quæ ſordida ac putrida ſunt, exſiccat atque conſtringit, quę caligioſa ſunt, illuminat: atq; interim ipſe prorsùs incolumis, ac labis omnis expers manet? An non itèm ignis ferrum, quod ſua natura nigrum ac frigidum eſt, aſſumens, prorsùs inflammat atque cãdefacit, nec interim ferri proprietates vlla ex parte recipit? Nõ enim eo malleis contuſo aliquid perpetitur, aut detrimenti quicquam accipit. Quocircà ſi hæc, quæ creata ſunt, eamque naturam habent, vt aliquandò intereant, ex viliorum ac deteriorum rerum contagione nullo incommodo afficiuntur, qua tandèm ratione, ó ſtolide ac ſaxeo corde prædite, irridere me idcircò audes, quòd Filiũ ac Deũ Verbum à paterna gloria nullo modo diſceſſiſſe, ſed, cùm Deus eſſet, humanæ ſalutis cauſa corpus humanum aſſumpſiſſe dicam, vt homines diuinæ ac ſpiritualis naturæ participes efficeret, noſtramque ſubſtãtiam ex ſubterraneis inferni partibus eductam cælesti gloria exornaret, atque itèm vt tenebrarũ huius ſeculi principem, ſuſceptæ carnis tanquàm illecebris quibuſdam ineſcatum, ſuperaret, genusque noſtrum ex ipſius ſeruitute ac tyrannide liberaret? Vndè etiam Crucis tormentũ ſine perfidione ſubijt, duas videlicet ſuas naturas declarans. Vt enim homo, in crucẽ agitur: vt Deus autem, Soli tenebras offundit, terram quatit, ac multa corpora morte functa è ſepulcris excitat. Rursùm, vt homo moritur: vt autem Deus, ſpoliato inferno ad vitam redit. Ob idque etiam clamauit Propheta, Infernus in amaritudine fuit, occurrẽs tibi deorsùm. Siquidẽ in amaritudine fuit, atque illuſus eſt, cùm nudum hominem ſeſe accepiſſe putans, in Deũ incidit, ac repentè inanis & captiuus extitit. Reſurgit itaque vt Deus: atque in cælũ, vndè nullo modo digreſſus fuerat, aſſcendit, ac noſtram deſpicabilem atque omnibus inferiorem naturam omnibus ſuperiorem reddidit, immortalique gloria rutilantem in gloriæ throno collocauit. Quidnam igitur hinc Deo Verbo detrimenti conflatum eſt, quòd tu eum maledictis atque contumelijs inſequi nõ erubeſcis? Vtrum quæſo ex his duobus præſtantius eſt, nempe hæc confiteri, atque hunc bonum, hominumque amantẽ Deum

Pſal. 103.

Epheſ. 2.

Philip. 2.

Baruch. 3.

Simile.

Duę in Chriſto naturæ.

Luc. 23.

Cur moriẽte Chriſto infernus in amaritudine fuerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

venerari (qui iustitiam mandat, continentiam præcipit, puritatem præscribit, ad misericordiam propensum esse docet, fidem prebet, pacem prædicat, ipsamet veritas & nominatur, & est, ipsamet charitas) hunc inquam venerari, an contrà improbos & plurimis flagitijs deuinctos, ac tam rebus ipsis quàm nominibus fœdos & obscœnos deos tuos? Væ vobis, ô saxis duriores & brutis amentiores, atque exitij filij, ac tenebrarum hæredes. Beatus autem ego, ac Christiani omnes, qui bonum ac benignum Deum habemus. Nam qui ei cultum adhibent, etiamsi ad breue aliquod tempus in hac vita rebus aduersis conflictentur, at immortalem tamen mercedis fructum in sempiternæ ac diuinæ beatitudinis regno percipient.

Theudas superiori oratione commotus Dei fidem amplectitur, magicosque omnes libros vrit. CAP. XXXII.

DIxit autem ad eum Theudas: En illud perspicuum est, multos & magnos & sapientes viros atque interpretes, ac tum virtute tum doctrina admirabiles, religionem nostram instituisse, omnesque orbis terræ Reges ac Principes eam vt præclarā atque omni periculo vacuam excepisse: Galilæorum contrà doctrinam rusticos quosdam ac pauperes & abiectos viros, cosque perpaucos, nec plures quàm duodecim, prædicâsse. Num igitur ignobilium ac rusticorum prædicatio multorum ac magnorum virorū, quique tanta sapientiæ laude floruerunt, legibus atque institutis potior habenda est? Quid autem habes vt dè hos vera dicere, illos mentiri demonstres? Rursùm igitur Regis filius respōdit: Asinus es, credo, ô Theuda, vt dici solet, lyram audiens, atque intellectûs expers manens, vel, vt rectiùs loquar, aspis, aures obturans, nè præclarè incantantium vocem exaudias. Rectè igitur de te à Propheta dictum est, Si mutare queat æthiops pellem suā, ac pardus varietates suas, tu quoquè, stulte & cæce, benefacere poteris, cùm mala didiceris. Quin te vis veritatis sensu afficit? Nam hoc ipsum quod ais, à multis admirabili sapiētia prāditis viris nefarios tuos cultus laudari, atque à multis Regibus confirmari, contraque Euangelicam prædicationem à paucis, iisque obscuris viris prædicari, id verò tum religionis nostræ vim, tum improborum vestrorum dogmatum imbecillitatem ac perniciē demonstrat: quippè cùm doctrina vestra, quāuis eruditos patronos ac firmos adiutores habeat, debilitetur tamen & extinguatur, nostra autem religio, licèt omni humano subsidio careat, Sole tamen clariùs luceat, orbemque totum occupârit. Nam si ab Oratoribus & Philosophis edita fuisset, Regesque ac Principes adiutores habuisset, dicere fortasse, vir improbe, potuisses, humanam potentiam id totum præstitisse. Nunc verò sanctum Euangelium à vilibus piscatoribus conscriptum, atque ab omnibus tyrannis vexatum, nihilo tamen seciùs totum orbem obtinere perspiciens (in omnem enim, inquit ille, terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum) quid iam aliud dicere possis, quàm diuinam & inuictam potentiam esse, salutis humanæ causa cultum suum confirmantem? Ecquod autem, ô væcors, argumētum, ijs, quæ iam allata sunt, præstantius quæris, quo tuos mentiri, nostros vera loqui probem? Nam nisi tua omnia nugæ ac figmenta essent, profectò cùm tātis humanis viribus nitatur, minimè imminuerentur ac debilitarentur. Vidi enim, inquit ille, impium sic perexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani: & transiui, & eccè non erat, quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. De vobis, qui insani idolorum cultūs propugnatores estis, hæc dixit Propheta. Iam iamque enim: & non inuenietur ipsius locus: sed sicut deficit fumus deficiet, & quemadmodùm deficit cera à facie ignis, sic peribitis. Contrà de Euangelica Dei cognitione dixit Dominus: Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Ac rursùm Propheta his verbis vtitur: In principio tu Domine terram fundâsti, & opera manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Ac diuini quidē aduentûs Christi præcones, & sapientes orbis terrarum piscatores, qui ex erroris ac fraudis voragine omnes extraxerunt (quos quidem tu, qui peccati verè seruus es, aspernaris, ac nihili pendis) per signa & prodigia Solis instàr in mundo fulserunt, cæcis lucem donantes, surdis auditum, claudis gressum, mortuis deniquè vitam impertientes. Nam vel eorum duntaxàt vmbræ omnes ab humanis corporibus depellebant, sed etiam Crucis signo ex ipso terrarum orbe hominum morbos profligabant. Dæmones, quos vos vt deos metuitis, non modò

Pſal.57. Hier.17.

Argumentū Theudæ in eum retorquet.

Pſal.18. Rom.10.

Pſal.36.

Pſal.67. Luc.21.

Pſal.101.

Sancti Apoſtoli Solis inſtàr miraculis in mūdo fulſerūt.

Act.5.

ab humanis corporibus depellebant, sed etiam Crucis signo ex ipso terrarum orbe fugabant: cuius ope atque adiumento omnē quidem magiam deleuerunt, veneficiaque omnia irrita reddiderūt. Atque illi quidem humana infirmitate per Christi virtutem ad hunc modum sanati, rebusque omnibus conditis renouatis, tanquàm veritatis præcones ab omnibus ijs, qui sapientia prāditi sunt, laudantur, admirationique habentur. Quid autem habes, quod de sapientibus atque oratoribus tuis, quorum Deus sapientiam stultam fecit, de illis inquam diaboli patronis, in medium afferas? Quid memoria dignum mundo reliquerint, expone. Quid de ipsis, quod prædices, habes, nisi dementiā ac turpitudinē, inanemque artem, verborum elegantia fœtidæ suæ religionis cœnum contegentem? Quinetiam ex poëtis tuis quicunque ab ingenti furore atque insania vel tantulum emergere potuerunt, id quod verius erat, dixerunt, nempe eos, qui dijappellantur, homines extitisse, ac propterea quòd quidam eorū vrbibus & regionibus imperârunt, quidam autem aliud quiddam nullius penè momenti, dum viuerent, effecerunt, homines errore lapsos, deorum nomine eos appellâsse. Principiò enim Seruch ille statuas & columnas erexisse, dæmonis vitij authoris opera paulatim aberrantes, homines ijsdem passionibus obnoxios ac corruptioni subiectos, tanquàm immortales deos adorârunt, sacrificiaque ipsis ac libamina excogitârunt: dæmonibus videlicet in statuis habitantibus, atque huiusmodi honorem & sacrificia ad sefe pertrahentibus. Illi itaque eos, qui Deum in notitia habere minimè probant, duplici de causa, vt se deos esse existiment, adducunt: altera, vt ipsi hoc nomine celebrentur. gaudent enim ipsi, vtpotè fastu atque arrogantia pleni, cùm ipsis tanquàm dijs honor tribuitur. Altera, vt eos, quos in fraudem induxerint, ad præparatum sibi sempiternum ignem trahant. Eoque nomine omni flagitij ac turpitudinis genere ipsos erudierunt: adeò vt eorum fraudi atque impostura semèl addicti homines, mentis tenebris circunfusi, atque ad malorum colophonem venientes, sui quisque vitij ac suæ cupiditatis statuam fixerint, deumque nominârint. Qua quidem in re, cùm erroris sui nomine execrandi sint, tum verò ob earum rerum, quas adorant, absurditatem maiori execratione dignos se præbuerunt. Id autem tandiù locum habuit, quoàd Dominus, per viscera misericordiæ suæ, nos, qui ipsius fide prædditi sumus, ex improbo ac pestifero huiusmodi errore liberauit, veraque Dei cognitione imbuit. Neque enim in alio vllo salus est, nec præter ipsum solum, qui mundum effecit, ac virtutis suæ verbo omnia portat, alius Deus aut in cælo aut in terra est. Verbo enim Domini, inquit ille, cæli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorū: atque omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. Theudas autem, cùm hæc verba audiuisset, atque huiusmodi sermonem diuinitùs infusa sapientia plenum esse cerneret, tanquàm tonitrui sono perculsus, silentio tenebatur. Tandèm autem aliquandò miseriam suam agnoscens (obtenebratos enim cordis ipsius oculos salutaris doctrina tetigerat) ingenti anteactæ vitæ pœnitudine affectus est: atque condemnato idolorum errore ad pietatis lucem accurrit, ac deincèps à scelerata & execranda vitæ ratione vsqueadeò sese remouit, tantumque cum turpibus animi affectionibus magicisque artibus bellum gessit, quantum antè amoris fœdus cum ipsis ferierat. Nam tum in medio concilio stans, præsidente Rege, magna voce exclamauit: Verè, ô Rex, spiritus Dei in filio tuo habitat: verè fracti ac superati sumus, nec defensionem vllam habemus, nec ad ea, quę ab ipso cōmemorata sunt, vel oculos ipsos obuertere possumus. Magnus igitur re vera Christianorū Deus est, magna ipsius fides, magna mysteria. Conuersus itaque ad Regis filiū, ait: Dic quæso, ô claro atque illustri animo prædite, Deūsne me excepturus est, si ab improbis actionibus abscedens, ad eū me conuertero? Sanè, inquit veritatis præco, sanè inquam te excipiet, omnesque item, qui ad ipsum sese conuerterint. Nec verò vulgari modo excipiet: verùm vt filio è longinqua regione redeūti, hoc est à scelerata vitæ ratione ad meliorem frugē sese conuertenti, obuiàm prodibit, eumque amplectetur, & exoscu-

1.Cor.1.

Seruch ſtatuarum inuentor.

Rom.1. Dæmones diuinū nomen ſibi ex ſuperbia aſcribunt.

Act.4. Heb.1. Pſal.32. Iohan.1.

Theudas oratione Ioſaphat ad fidem adducitur.

Luc.15.

labitur: ac peccati fœditate detracta, ſtatim ipſi veſtimentū ſalutaris imponet, clariſſi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rissimaque gloriæ stola eum induens, mysticum supernis virtutibus epulum peraget, ob receptam videlicet ouem perditam festum diem celebrans. Ipsemet enim Dominus ingens in cælo gaudium esse dixit super vno peccatore pœnitentiam agente. Ac rursùm: Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiã. Et per Prophetã: Viuo ego, dicit Dominus, nolo mortẽ peccatoris, sed magis vt conuertatur à via sua, & viuat. Cõuertimini à via vestra mala: & quarè moriemini domus Israël? Iniquitas iniqui non nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit ab iniquitate sua, & fecerit iustitiã, & in mandato vitæ ambulauerit: vita viuet, & nõ morietur. Omnia peccata, quæ admisit, non memorabuntur, quia iudiciũ & iustitiam fecit: in ipsis viuet. Ac rursùm per alterũ Prophetam exclamat: Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruersè, discite benefacere. Si fuerint peccata vestra sicut coccinum, tanquàm nix dealbabuntur: & si fuerint rubra velut vermiculus, sicut lana alba erunt. Cùm igitur hæ pollicitationes, ijs qui ad meliorem frugem sese receperint, à Deo propositæ sint, nè cuncteris, ô homo, nec moram vllam adhibeas: verùm ad Christum bonignum Deum nostrũ accede, & illuminare: & facies tua non confundetur. Nam simulatquè in diuini baptismatis piscinam immersus fueris, tota veteris hominis spurcities, atque vniuersa scelerum sarcina in aqua sepelietur, atque in nihilum abibabuntur: tuque nouus illinc ac recens, atque ab omni labe purus conscendes, nullam peccati labem aut rugam tecum ferens. Ac deinceps in te situm erit, vt purgationem per viscera misericordiæ Dei nostri hinc contractam tuearis atque cõcerues. Theudas igitur his verbis institutus, statim ex aula excedit, arque ad sceleratam speluncam suam profectus, magicos libros suos, tanquàm sceleris omnis primitias, ac diabolicorum arcanorum thesauros, exussit. Ipse autem ad sacrosancti illius viri, ad quem etiam Nachor perrexerat, antrũ sese confert, rerumque suarũ omnium statum ipsi exponit, capiti suo terram adspergens, grauesque gemitus edens, ac seipsum lachrymis perfundẽs, nefariaque sua flagitia seni ordine commemorans. Ille autem, vt qui salutis animæ afferendæ, atque ex versipellis draconis faucibus eripiendæ, peritissimus esset, salutaribus verbis eum demulcet, ac velut excantat, veniam spondet, ac propitium & facilem ipsi iudicem fore pollicetur. Ac postea, cùm eum Christianæ fidei rudimentis imbuisset, multorumque dierum ieiunium ipsi indixisset, eum diuino baptismo lustrauit. Ac deinceps per omnẽ vitæ cursum ille sincero animo de admissis sceleribus pœnitẽtiam egit, lachrymisque ac gemitibus Deum placare studuit.

Ibidem. Luc. 5. Ezech. 18. Esa. 1. Psal. 32. Baptismus omnia peccata quantuismaximè enormia abluit. Theudas omnes magicos suos libros vrit. Fidem amplectitur & baptizatur.

Rex de Arachis consilio regnum suum cum filio ex æquo partitur, eumque ad sui regni partem mittit. In qua ille innumeros homines ad fidem conuertit.

CAP. XXXIII.

QVæ cùm ad hunc modum euenissent, Rex consilij inopia vndiquè destitutus, in graui planè mœrore versabatur, animoque magnoperè iactabatur. Coacto autem rursùm senatu, quidnam de filio suo faceret, displicebat. Cùm autem multi multas sentẽtias in medium protulissent, Araches ille, de quo superiùs mentionem fecimus, qui & ducum omnium clarissimus erat, & principem in senatu locum obtinebat, his ad Regem verbis vsus est: Quidnam, ô Rex, filio tuo facere oportuit, quod non fecerimus, vt ad sequenda nostra dogmata, deosque nostros colendos eum induceremus? Verùm, vt video, impossibilia aggredimur. Siquidem à natura ipsi, aut etiam fortasse à fortuna, peruicacia & animi durities insita est. Itaque si ipsum supplicijs ac cruciatibus afficere in animum induxeris, tum ipse naturæ hostem te præbebis, patrisque nomen amittes, tum ipsius iacturã facies, vt qui pro Christo mortẽ oppetere paratus sit. Reliquum est igitur, vt hanc rationẽ ineas, nempe vt regnũ cum eo partiaris, eique, in ea parte, quæ ad eum attinuerit, regij muneris administrationem cõmittas. Ac siquidem negotiorum natura, rerumque mundanarum cura, eum ad institutum nostrum vitæque genus amplectendum pertraxerint, res nobis ex sententia succedet. Mores etenim in animo vehemẽter corroborati, ægrè expungi atque obliterari possunt, verborumque potiùs blanditijs, quàm vi commutantur. Sin autem in Christianorum religione perstiterit, illud ipsum certè, quòd filio nõ sis orbatus, mœrorẽque aliqua ex parte mitigabit. Hanc orationem cum Araches habuisset, omnes ipsius sententiam comprobârunt. Ac proindè Rex se ità facturum assensit. Itaque postridiè cum illuxisset, filium acciuit, eumque ità est allocutus. Hic mihi, ô nate, postremus ad te sermo est, cui nisi quamprimùm paruëris, atque in hac saltem re pectoris mei dolorem leniueris, non vltrà, mihi crede, indulgenter tecum agam. Perstante autem illo, quid sibi hoc sermone vellet, Quoniam, inquit ille, multis susceptis laboribus præfractum & contumacem te ad omnes reperi, vt qui nullis vnquàm sermonibus meis parendum tibi duxeris, age, diuiso imperio meo id faciam, vt tu separatim degas, ac regnum geras. Ità, iam tibi, quam cupis, viam ingredi tutò licebit. Diuina autem illa anima, quanquàm alioquì Regem hoc sibi labefactandi sui instituti causa proponere compertum haberet, obtemperandum tamen duxit, hoc scilicet animo, vt ex ipsius manibus elapsus, viam eam, quam expetebat, ingrederetur. Sermonem igitur excipiens, ad Regem ait: Equidem ipse diuinum illum virum, qui mihi salutis iter commonstrauit, quærere gestiebam, rebusque omnibus valere iussis, cum eo, quicquid mihi vitæ reliquum est, traducere. Verùm quoniam per te, ô pater, mihi ea, quæ cordi sunt, facere minimè licet, hac in re tibi morem gero. Siquidem in ijs rebus, in quibus perspicuum exitium atque abalienatio à Deo non proponitur, patri obtemperare pulchrum est. Rex itaque sum magnificentia perfusus, regionem omnem imperio suo ac ditioni subiectam in duas partes diuidit, filiumque Regem creat, ac diademate exornat, regiaque omni gloria insignitum in eam regni partem, quæ ipsi attributa erat, cum luculenta satellitum manu emittit. Principibus autem ac ducibus, reique militaris præfectis & satrapis, si quorum voluntas ità tulisset, cum filio suo ac Rege proficiscendi potestatem facit. Atque ingentem quandam ac numerosissimam vrbem, in qua regiam sedem habere, assignat, omniaque ea, quæ Regibus conueniunt, ipsi impertit. Tum igitur regiam auctoritatem ac potestatem nactus Iosaphat, cùm ad eam vrbem, in qua ea, quæ ad regnum gerendum pertinebant, parata erant, venisset, Dominicæ passionis signum, hoc est venerandam Christi Crucem, in singulis vrbis turribus collocauit. Idolorum autem delubra & aras deiecit, atque à fundamentis ipsis eruit, nullas videlicet impietatis reliquias linquens. Atque in media vrbe ingens ac pręclarum templum Christo Domino excitauit, plebique imperauit, vt ad eum locum crebrò commeans, Deo per Crucis adorationem cultum adhiberet. Ac tunc ipse ante omnes in mediũ prodiens, intentissimo animo preces fundebat, omnesque eos, qui sub ipsius potestate ac ditione erant, monebat, obsecrabat, nihil denique prætermittebat, quo ipsos à superstitioso errore abstraheret, atque ad Christum adiungeret: idolorum cultûs fraudem atque impostură indicabat, Euangelij prædicationem exponebat, Dei verbi plenã indulgentiæ demissionem commorabatur, aduentûs ipsius miracula prædicabat, Crucis supplicium, per quod salutem consecuti sumus, declarabat, Resurrectionis vim atque in cælos assensionem narrabat, deniquè tremendum illum diem annunciabat secundi ipsius horrendi aduentûs: atque tum recondita pijs bona, tum eos cruciatus, qui impios ac sceleratos manent. Hæc omnia perquàm lenibus ac blandis verbis complectebatur. Neque enim tam potestatis amplitudine ac regia magnificentia, quàm modestia & lenitate venerationem ac terrorem sibi commouere cupiebat. Quæ etiam res omnes ad eum magis pertrahebat, nimirùm quòd, vt vita & actionibus admirandus, ità etiam animo facilis ac modestus esset. Ex quo effectum est, vt potentia magnum à modestia & mansuetudine subsidium nacta, omnes eò adduceret, vt ipsius verbis parerent. Siquidem in tam breui adeò temporis curriculo plebs omnis ipsi subiecta, tam oppidani quàm finitimi, diuinis ipsius sermonibus in Christiana religione instituebantur, ac falsum multorum deorum cultum eiurabant, & ab idolorum sacrificijs & execrando eorum cultu sese abrumpebant, atque ad fidem erroris expertem sese conferebant, ipsiusque doctrina innouati, ad Christum adiungebantur. Omnes autem sacerdotes & monachi, ac nonnulli Episcopi, qui ob patris ipsius metum in montes & speluncas sese abdiderant, è latibulis suis exeuntes, læto animo ad eum proficiscebantur. Ipse verò ijs, qui Christi causa tantis molestijs & acerbitatibus, totque calamitatibus affecti fuerant, obuiam prodiens, eos honorificè excipiebat, atque in palatium suum introducebat, pedes ipsorum lauans, squallidam comam abstergens, atque omni officij genere ipsos complectens. Pòst autem Ecclesiam recèns à se constructam dedicandam curat,

Araches sententia. Inueterati mores vix possunt per vim euelli. Pater regnũ suum cu filio, ex quo partitur. Quid in regni auspicijs fecerit Iosaphat. Templum in regia vrbe ædificat. Innumeros homines ad fidem conuertit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

curat,atque Episcopum quendã, qui fidei Christianæ causa multis ærumnis constictatus fuerat,suíque Episcopatûs thronũ amiserat,antistitem in eo instituit,virum, inquam,sanctum & Ecclesiasticorum canonum peritum,diuinoque zelo prorsùs flagrantem. Actum piscina ex tẽpore facta,eos,qui ad Christũ sese conuerterant, baptizari iubet. Et quidem principes ac magistratus primi baptizati sunt: post autem,qui militaris ordinis erant, ac reliquũ vulgus. Ac qui baptismũ suscipiebant, non modò animarũ sanitatem consequebantur, verùm etiam quicunque corporis morbis & febribus laborabant,abiecta omni aduersa valetudine,tum animo puro,tum integro corpore,è piscina reuertebantur: percepta videlicet tum animorum tum corporũ sanitate. Ob eamque causam ingens hominũ multitudo ad Regẽ Iosaphat vndecunquè confluebat, pietatis doctrina ab eo imbui expoſcens, atque omnia idolorum templa euertebantur: omnesque opes ac pecuniæ in fanis reconditæ abstrahebãtur: eorumque loco sacrosancta templa Deo exædificabantur,opesque illas,ingentisque pretij vestes ac thesauros Rex Iosaphat ipsis assignabat: vilem scilicet ac superuacaneam illam materiã hac ratione vtilẽ ac fructuosam efficiens.Execrandi porrò dæmones,qui in fanis illis & altaribus cõmorabantur,atrocissimum in modũ vexabantur,ac fugabantur,coortamque sibi calamitatem audientibus multis clamabant. Atque finitima illa vniuersa regio tenebroſis flãmabat.Huiusmodi quippè principatûs atq; imperij natura est.Semper enim subditi ad eos qui rerum potiuntur,sese cõponunt,eaque amare ac consectari solent, quibus principem delectari sentiunt. Hinc Deo adiuuante pietas ipsis augebatur, nouosq; in dies progressus faciebat, ac Rex in Christi mandatorũ obseruationem totus incumbebat,atque ex ipsius charitate pendebat.Eratque verbi gratiæ dispensator,ac multarũ animarum gubernator,ad Dei portũ eas appellens.Etenim illud exploratũ habebat,omnium regiorũ munerum hoc primariũ ac præstantissimum esse,vt homines ad Dei metũ ac iustitiæ cultum erudiat.Quod etiã ipse faciebat,ipsum videlicet ad imperio tenendas animi perturbationes cõparans,subditosque suos admonens,atque optimi nauclerj instàr iustitiæ clauum sedulò tenens. Nam hæc demùm veri regni lex ac norma est, nimirùm voluptatibus imperare,ijsque dominari,quemadmodũ etiam ipse faciebat.Quippè nec de maiorum nobilitate, nec de regia gloria,in qua versabatur,vllo modo sese efferens (quandoquidẽ lutum omnes generis authorẽ habemus, eiusdemque argillæ pauperes æquè ac diuites sumus)verùm in humilitatis abyssum mentẽ suam assiduè conijciens, futuramque beatitudinẽ animo & cogitatione cõplectens,inquilinum hìc seipsum esse ducebat: ea autẽ propria esse statuebat,quibus post huius vitæ peregrinationẽ fruerentur.Cùm autẽ hæc præclarè gessisset, atque omnes,quibus præerat, à veteri atque à patribus tradito errore liberatos,eius,qui nos pretioso suo sanguine ex mala seruitute redemit,seruos effecisset,posteà id animo agitare cœpit, vt beneficẽtię ac largitionis virtutẽ excoleret. Nam temperantiã quidem ac iustitiã numeris iã omnibus absoluerat: vt qui,& tẽperantiæ corona redimitus, & iustitiæ purpura conuestitus esset. Illud igitur animaduertebat,terrenarũ opum inconstantiã profluentium aquarũ cursum imitari. Quocircà illic eas recõdere properabat,vbi neq; tinea neq; rubigo demolitur,nec fures effodiunt ac furantur. Itaq; sine vlla parsimonia pecunias omnes in pauperes distribuere cœpit.Illud enim perspectum habebat,ei, qui ad ingentẽ potentiã peruenerit,curandum esse,vt eum,cuius beneficio potentiam cõsecutus sit,pro viribus imitetur.Hac porrò ratione eũ ad Dei imitationem accessurũ esse,si nihil misericordia potius atq; antiquius ducat.Quãobrèm pietatis opes,quę & hìc futuræ voluptatis spe animũ oblectãt,& illic speratæ beatitudinis fructu animũ exhilarant, super aurum & lapidẽ pretiosum sibi aggerebat. Posteà carceres suos perscrutãs,tum ijs, qui ad metalla damnati erant,tum ijs, qui à creditoribus strangulabantur,ac denique omnibus omnia copiosè subministrabat. Orphanorum omnium,& viduarũ,ac pauperum pater erat,indulgens inquã ac benignus pater,atq; ità cõparatus,vt seipsum beneficio afficere existimaret, cùm in eos beneficij aliquid conferret. Nam cùm animo liberalissimo ac verè regio prædituſ maiorem esset,egentibus omnibus affatim tribuebat: quòd scilicet infinitis partibus maior

Baptizati tam corporum quàm animarum sanitatem consequuntur.

Subditi principes imitari solent.

Quodnam præcipuum Regis munus sit.

Opum terrenarũ inconstantia. Mar.6.

Misericordiæ operibus sedulo incumbit.

rem mercedẽ hinc speraret, cùm tempus illud aduenisset, quo merces actionibus rependenda esset.Cùm autẽ huiusmodi ipsius fama breui quaquauersùm sparsa esset,omnes ad eum,tanquã aliquo vnguenti odore cõcitati, quotidiè confluebant, vt,tum corporũ,tum animarum,paupertatem excuterent.Atque ipse omnibus in ore erat.Neque enim terror ac tyrannica vis populum pertrahebat: verùm desiderium ac sincerus erga eum amor : qui quidem diuinitùs atque ex præstantissima ipsius vitæ ratione in omnium animis insitus erat.Tum igitur,tum inquam, ij quoquè qui sub patris ipsius imperio erant,ad eũ potiùs sese adiungebant,omnique abiecto errore veritatem prædicabant. Ac domus quidem Iosaphat crescebat & inualescebat: domus autem Abenner decrescebat,ac debilitabatur : quẽadmodùm scilicet de Dauide ac Saule in Regum libro proditum est. 2.Reg.3.

Rex Abenner resipiscit, ac Christianos amare incipit, filiumque accersit, vt ab eo fidei doctrinam intelligat. CAP. XXXIIII.

HAec Rex Abenner conspiciens, tandèm aliquandò recepta mente, falsorum deorum suorum atque inanis impostura imbecillitatem condemnauit. Ac rursùm coactis senatorij ordinis principibus,quæ ipse in animo haberet,in lucem protulit. Omnibus autem eadem confirmantibus (visitârat enim eos Oriens ex alto, hoc est Saluator, exaudita videlicet famuli sui Iosaphat oratione) Rex de his rebus filium certiorem faciendum esse censuit. Itaque postridiè Epistolam ad eum scribit, hoc exemplo. Rex Abenner charissimo suo filio Iosaphat salutem. Cogitationes multæ, ó charissi me fili, animum meum subeuntes, eum grauissimè conturbant. Etenim nostra omnia instàr fumi deficere atque euanescere,ac contrà religionem tuam Sole clariùs fulgere conspiciens, ea, quæ à te mihi dicta sunt, vera esse sensi, quodque densæ scelerum & impietatis tenebræ nos ità obruebant, vt in veritatem oculos conijcere, atque omnium rerum parentem & architectum agnoscere minimè possemus, verùm lucem vsqueadeo splendidam abs te nobis demonstratam occlusis de industria oculis perspicere recusaremus, atque & te multis malis afficeremus, & (ó me miserum) haud paucos Christianos crudelem in modum trucidaremus : qui quidem, inuicta potentia ipsis opem ferente, corroborati, ad extremum vsque spiritum aduersùs immanitatem nostram dimicârunt. Nunc verò detracta ex oculis nostris crassa illa caligine, exiguum quendam veritatis radium cernimus : peccatorumque vitiorum pœnitudo animum subit. Verùm hunc quoquè splendorem alia horrendæ desperationis nubes exoriens opprimere atque extinguere conatur, mihi videlicet peccatorum meorum multitudinem ob oculos proponens, quodque iam ego Christo odio atque execrationi sum, eaque in causa, vt iam ab ipso recipi nequeam,vt qui aduersùs eum rebellârim, ipsique bellum indixerim.Quid igitur ipse,ô suauissime fili, ad hæc dicas,fac quam primùm sciam : ac, quid mihi,patri tuo, faciendum sit,doce, atque ad eius,quod in rem meã futurum sit,cognitionem, me,tanquàm porrecta manu,fac ducas.Vale. Hanc epistolã cùm Iosaphat accepisset, quæque in ea continebantur,legendo peragrâsset, voluptate simul & admiratione animus ipsius impletus est. Atque in cubiculum suum confestim ingressus, & ante Dominicam effigiem in faciem abiectus, terram lachrymis perfundebat, simul & Domino gratias agens, & ad ipsius laudationem exultationis labia mouens, hisque verbis vtens: Exaltabo te Deus meus Rex, & benedicam nomini tuo in seculum & in seculum seculi. Magnus es,Domine,& laudabilis valdè : & magnitudinis tuæ non est finis. Et : Quis loquetur potentias tuas ? auditas faciet omnes laudes tuas ? Qui conuertisti petram in stagna aquarum & rupem in fontes aquarum. En enim etiam rupes hæc, ac rupe durius patris mei pectus tua voluntate ceræ instàr emollitum est. Potes enim etiam ex lapidibus excitare filios Abrahæ. Gratias tibi ago, benigne Domine ac Deus misericordiæ : quoniam in peccatis nostris lenitare vsus es, atque etiamnùm veteris : & ad hunc vsque diem impunitos nos reliquisti. Nam nos quidem iampridèm à tua facie abijci merebamur, atque in hac vita publica infamia notari, quemadmodùm scelerati illi Pentapolitæ, qui igne ac sulphure conflagrârunt. At patientia, & incomparabilis lenitas tua, benignè nobiscum egit. Gratias tibi ago indignus ego ac despicabilis, etiamsi benignitati tuæ laudandæ ac celebrandæ impar

Pater culpã suam agnoscit.

Luc.1.

Regis ad filium Epistola.

Gratiarum actio pro pãtris conuersione.

Psal.144.

Psal.105.

Psal.113.

Matth.3.

Basil.lib. Constit.c.1.

Gen.19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

par sum. Acte Domine Iesu Christe, inuisibilis Patris fili ac Verbum, qui omnia verbo produxisti, ac voluntate tua contines & tueris, qui in ligno extensus es, ac
Matth.12. fortem vinxisti, ijsque qui ab eo vincti tenebantur, sempiternam libertatem attulisti, te inquam per miserationes tuas obtestor, vt nunc quoquè inuisibilem & atque exauditis ipsius precibus clausas patris ipsius ianuas patefecit, (Voluntatem omnium rerum effectricem manum tuam extendas, ac seruum tuum & patrem meum ex graui illa diaboli captiuitate prorsùs liberes, teque sempiterna vita præditum & verum Deum ac solum immortalem & æternum Regem esse, apertissimè ipsi ostendas. Contritionem quæso animi mei propitio ac placido oculo adspice, ac pro ea tua pollicitatione, in quam mendacium non cadit, à meis partibus sta, qui te rerum omnium effectorem, conditorē & gubernatorē confiteor, & agnosco. Fluat in me saliens aqua tua, deturque mihi sermo in apertione oris, ac mens
Iohan.4. Ephes.6. in te angulari lapide rectè defixa: vt ego inutilis seruus tuus patri meo incarnationis tuæ mysterium, vti par est, exponere, atque à vano pestiferorum dæmonum
Ezech.18. errore per potentiam tuam ipsum abducere, tibique Deo ac Domino, qui non vis mortem peccatorum, sed eorum resipiscentiam ac pœnitentiam expectas, concinniare queam. Quoniam tu gloriosus es in secula seculorum, Amen. Cùm ad hunc modum orâsset, atque hoc sibi persuasisset, se voti sui compotem futurum, Christi misericordia fretus illinc cum regio satellitio excessit, atque ad patris palatium se contulit. Vt autem pater de filij aduentu certior factus est, statim obuiàm ei prodit, atque ipsum complectitur, & exosculatur, deque ipsius aduentu maxima voluptate afficitur, publicumque ac solenne festum celebrat. Quid autem posteà? Remotis arbitris vnà consident. Et quis tandèm eos sermones, quos tum filius ad Regem habuit, & quanta cum sapientia disseruit, vlla oratione complecti queat? Quid enim aliud loquebatur, quàm quæ ipsi à diuino Spiritu, per quem piscatores vniuersum mundum Christo irretierunt, & literarum expertes eruditis viris
S. Iosaphat patrem suū in fide Christi instruit. doctrina præstit erunt, instillabantur? Per eius gratiam ipse quoquè eruditus & instructus ad Regem verba faciebat, scientiæ luce eum collustrans. Ac priùs quidem, cùm vt patrem à superstitioso errore abstraheret, diù multumque laborâsset, nihilnon dicens aut faciens, quò ipsius animum ad se alliceret, frustrà tamen canere,
Psal.144. ac surdo loqui videbatur. At cùm Dominus afflictionē serui sui Iosaphat inspexit, atque exauditis ipsius precibus clausas patris ipsius ianuas patefecit, (Voluntatem enim, inquit ille, timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet) tum denique Rex ea, quæ dicebantur, facilè intelligebat: adeò vt opportunum tempus nactus filius, per Christi gratiam aduersùs improbos spiritus, qui patris animo dominabantur, victoriam adipisceretur, ipsumque illorum errore atque impostura
Quam rationē tenuerit Iosaphat in erudiendo patre. omni ex parte liberaret, salutaremque doctrinam perspicuè ipsi traderet, ac cælesti & viuo Deo ipsum conciliaret. Principiò enim altiùs exorsus, ipsi magnas & admirandas res, quas priùs nec intellexerat, nec cordis auribus perceperat, annunciauit. Etenim longam ad eum de Deo orationem habuit, piamque doctrinam ipsi ostendit: nempe quòd non sit alius Deus sursùm, præter vnum Deum, qui in Patre & Filio ac Spiritu sancto agnoscitur:) ac multa item Theologiæ arcana ipsi aperuit. Posteaque etiam ea, quæ ad rerum conditarum, tam inuisibilium, quàm visibilium procreationem attinebant, exposuit: nimirùm quo pacto summus ille parens
Gen.2 & 3. & opifex, rebus omnibus ex nihilo productis, hominem ad imaginem & similitudinem suam effinxerit, ipsumque arbitrij libertate donatum, eorum quę in paradiso pulchra erant, participem fecerit, vnius tantùm arboris gustu ipsi interdicto, hoc est ligni scientiæ. Quo quidem mandato violato, cum è paradiso exterminatos errores inciderunt, peccato videlicet in seruitutem addicti, mortique per diaboli tyrannidem obnoxij effecti. Qui quidem, hominibus semèl in potestatem sathanæ redactis, hoc egit, vt Dei ac Domini obliuione prorsùs caperentur: ipsisque persuasit, vt per execrandam idolorum adorationem sibi cultum adhiberent. At verò Deus creator noster, miseratione cōmotus, benigna patris voluntate, ac Spiritūs sancti adiuncta opera, ex virgine sancta nostri instàr in lucem edi voluit: cumque cruciatu affectus fuisset is, qui à perpessione immunis erat, triduo pòstà morte ad vitam excitatus, nos à priori mulcta & condemnatione liberauit, præstantiorique gloria donauit. Siquidem in cælum ascendens, simul nos eò, vndè descenderat, euexit. Quem etiā rursùs venturum credimus, vt figmentū suum ad vitam reuocet, atque

atque vnicuiq; secundum ipsius opera reddat. Posteà de illo cęlorum regno, quod eos, qui id promerentur, manet, verba fecit, atque arcana illa bona, recōditamque item improbis pœnā proposuit, nimirùm ignem nunquàm extinguendum, exteriores tenebras, immortalē vermem, cæteraq; tormentorū genera, quæ peccati serui sibijpsis recondiderunt. Hęc omnia quamplurimis sermonibus, ac Spiritūs sancti gratiam abundè ipsi inesse testantibus, prosecutus, tum demùm imperuestigabile diuinæ benignitatis pelagus enarrauit, quamq; ille eorum, qui ad eum sese conuertunt, pœnitentiam libenter expecter, quodq; nullum scelus sit, quod ipsius misericordiā superet, siquidē ad meliorem frugē redire in animū inducamus. Quod cùm multis exemplis ac Scripturæ testimonijs declarâsset, orationi finē imposuit.
Nullū peccatū quod misericordiam Dei superat.

Abenner suscepta fide Christiana Idola confringit, atque eorum delubra in templa conuertit: actaque quadriennio pœnitentia, moritur. CAP. XXXV.

REx autem diuinitùs tradita hac sapientia compunctus, ingenti voce ac feruentissimo animo Christum Saluatorem confitetur, atque ab omni superstitioso errore abscedit: viuificaque Crucis signum inspectantibus omnibus adorat, & audientibus omnibus Deum verum ac Dominum nostrum Iesum Christum prædicat. Atque commemorata priori sua impietate, & aduersùs Christianos crudelitate condemnata, ingēs ad pietatem portio efficitur. Rom.5. Extabatque id quod à Paulo dictū est, Vbi abundauit iniquitas, illic & superabundauit gratia. Cùm igitur sapientissimus Iosaphat etiam ad rei militaris duces & satrapas, atque ad omnem deniquè populum de Deo atque erga ipsum pietate multa verba faceret, & quasi ignea lingua præclarum aliquid ac modulatum caneret, superueniens Spiritūs sancti gratia omnes ad celebrandā Dei gloriam excitabat: ità vt vniuersa multitudo vna voce clamaret, Magnus Christianorū Deus est, nec præter Dominum nostrum Iesum Christū, qui cum Patre & Spiritu sancto glorificatur, alius Deus est. Diuino porrò zelo impletus Rex Abenner, in aurea illa & argentea idola, quæ in ipsius palatio erant, acri animo impetum facit, eaque omnia deijcit, posteaque in minutas partes redacta pauperibus distribuit: sic nimirùm vtilia ea reddens, quæ priùs vtilitate omni ac fructu carebant. Quinetiam ipse cum filio idolorum templa & aras omnes obsidens, à fundamentis ipsa eruit, eorumque loco templa Deo extruxit. Nec verò in vrbe duntaxàt, sed etiam in tota regione eandem operam sedulò nauabant. Peruersi autem spiritus, qui in aris domicilium habebant, cum vlulatu pellebantur, inuictamque Dei nostri potentiam tremulo clamore testabantur: omnisque vicina regio, ac multæ item finitimæ gentes ad piam fidem sese conferebant. Tum igitur cùm diuinissimus ille Episcopus, de quo superiùs verba fecimus, accessisset, Rex Abenner fidei Christianæ elementis imbuitur, ac diuino baptismo in nomine Patris & Filij & Spiritūs sancti perficitur. Ac Iosaphat ex diuina piscina ipsum excipit: res sanè omnium maximè noua. Patris enim pater existit: & ei, à quo carnali modo progenitus fuerat, spiritualem regenerationem conciliat. Etenim cælestis Patris filius erat, diuinaque profectò radicis diuinissimus fructus, radicis inquam illius, quæ clamat, Ego sum vitis, vos palmites. Ad hunc modum Rex per aquam ac Spiritum regeneratus, eiusmodi voluptate, quæ nulla oratione explicari potest, afficiebatur. Simulque etiam cum ipso vniuersa ciuitas ac finitima regio diuino baptismate donabatur: lucisque filij existebant, qui priùs in tenebris versabantur. Atque omnis morbus, & omnis à dæmonibus inuecta calamitas procùl ab ijs, qui fide præditi erant, propellebatur: omnesque, tum animis, tum corporibus integri atque incolumes erant. Multaque item alia miracula fidei confirmandæ causa edebantur. Ecclesiæ etiam ædificabantur: & Episcopi, qui metu delitescebant, in lucem prodibant, suasque Ecclesias recipiebant. Ac præterea alij, tum ex sacerdotum, tum ex monachorum ordine, ad pascendum Christi gregem instituebantur. Porrò Rex Abenner ad hunc modum ab improba & flagitiosa vitæ ratione sese remouens, ac de perpetratis sceleribus pœnitentiam agens, regium omne imperium filio tradit: ipse autem in solitudine degens, caputque cinere sine vlla intermissione adspergens, & graues gemitus edens, ac sese lachrymis abluens, solus cum eo solo, qui vbiquè præsens est, colloquebatur, noxarum suarum veniam ab eo petens. Quin in tantam compunctionis atque humilitatis abyssum sese demisit, vt ipsum quoquè Dei nomen
Rex Abenner idola euertit.
Rex Abēner baptizatur, & filiꝰ eius eum è sacro fonte suscipit.
Iohan.15.
Multæ ecclesiæ ædificātur, & fides Christianorū in India floreſcit.
Abēner pœnitentia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

men labijs vsurpare recusaret,ac vix tandèm à filio admonitus,illud pronunciare auderet.Tanta autem ac tam præclara in eo vitæ cõmutatio fuit,ac tanta cum laude virtutis iter tenuit, vt priorum iniquitatũ ignorantiã pietatis magnitudine superaret. Cùm autem quatuor annos hoc pacto in pœnitentia & lachrymis, atque omni virtutis genere transegisset,in letalẽ morbum incidit.Cùm autem ipsi vitę finis immineret,in metu animiq; anxietate versari cœpit,mala ea quæ à se perpetrata fuerant, in memoriã reuocans. At Iosaphat consolatoria oratione coortum ei mœroris onus subleuauit,his verbis vtẽs: Quarè tristis es,ô pater,& quarè teipsum conturbas? Spera in Deo,& cõfitere ipsi,qui est spes omniũ finium terræ,& in mari longè,qui per Prophetã clamauit,Lauamini,mundi estote,auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: discite benefacere.Et si fuerint peccata vestra sicut coccinum, tãquàm nix dealbabũtur: & si fuerint rubra sicut vermiculus,tanquàm lana alba erunt.Quocircà nè timeas,ô pater,nec dubio animo sis.Neq; enim eorum, qui ad Deum sese conuertunt, peccata immensam ipsius bonitatem vincunt.Illa enim quocunq; tandèm numero fuerint,sub mensurã cadunt: hanc autem,nec metiri,nec numerare quisquã potest. Quocircà fieri non potest,vt quod mensuræ subijcitur, id quod nulla mensura compræhendi potest,superet. Huiusmodi verbis ad consolandum accommodatis,ipsius animum leniens,ac velut excantãs,eum ad bonam spem reuocauit.Deindè pater extensis manibus gratias ipsi agebat,ac benè precabatur,diemq; eum,quo ipse in lucem editus esset,laudibus efferebat,his verbis vtens: Dulcissime fili,fili inquam,qui non tam meus es,quàm Deo tuæ,sed gratia Dei mecum, qui me etiam è superstitioso errore atque idolorum cultu eripuit,ac vos,ô plebs mea,graui & acerba captiuitate liberauit.Iam igitur tempus est,vt ea,quæ Deo pollicitus sum,expleam.Tẽpus,inquam,est,vt,quò ipse me ducet,proficiscar, eaque vota,quibus me ipse obstrinxi,persoluam. Nunc itaque vobiscum ipsi considerate,quem vobis præesse, ac regnum obtinere velitis. Iam enim in Domini voluntate perfecti estis: nec quicquam ex ipsius præceptis vobis occultum est. In his ambulate, nec vel ad dextram vel ad sinistram declinate.Ac Deus pacis velim sit cum omnibus vobis. Hęc vt plebs audiuit,tumultus statim ac strepitus,ingensque clamor & confusio exorta est,plorantibus omnibus,atque orbitatem suam deplorantibus.Quinetiam præter luctus & eiulatus illud etiam iureiurando affirmabant,sese illum minimè dimissuros,sed retenturos,nec sedendi potestatem vllo modo ipsi facturos.Sic clamante populo,atque omnibus magistratibus,excipiens Rex,populares compescit,silentiumque ipsis imperat,sequique illorum contentioni cedere atque obtemperare asserens, eos, quanuis alioqui mœrentes atque eiulatús signa in genis ferentes,domum remittit. Ipse autem vnum ex principibus (quem ipse,tum pietatis,tum vitæ sanctitatis nomine, pluris omnibus faciebat, admirationeq; prosequebatur, hoc est Barachiam, cuius etiam superiùs, cùm Nachor Barlaamum se esse simulans cum Philosophis disputauit, verba fecimus, quemque solum zelo diuino penitùs flagrantem ab ipsius partibus stetisse,atque ad disputationem aduersùs illos incundam paratum fuisse diximus) hunc inquam remotis arbitris assumptum,blandè ac leniter allocutus est,obnixisque precibus,vt regnum acciperet,atque in timore Dei plebem suam regeret, obsecrabat: quò ipse ad experitũ iter se accingeret.Vt autẽ eum renuentem,atq; istud omninò repudiantem vidit,hisque verbis vtentẽ: O Rex,quàm istud tuum iudicium iniquum est! quàm tuus sermo diuino mandato parùm consentaneus! Nam cùm proximum non secùs ac teipsum amare docearis, qua tandèm ratione sarciri n equit,in loco pascuæ, in loco refectionis, vbi vultûs tui lux splendet, cum colloca: nec antiquarum ipsius iniquitatum recordare, sed pro ingenti tua misericordia peccatorum ipsius chirographum dele, ac debitorum ipsius chartas concerpe,sanctosque tuos, quos & igni & gladio de medio sustulit, cum ipso in gratiam reduc,eisque,nè ipsi infensos & iratos sese præbeant,impera. Omnia quippè tibi omnium Domino possibilia sunt, hoc vno excepto,quòd, quin te eorum, qui sese ad te conuertunt,misereat,facere non potes. Misericordia enim tua in omnes diffusa est: atque ijs,à quibus inuocaris,salutem affers,Domine Iesu Christe: quoniam decet te gloria in secula,Amen. Huiusmodi preces & orationes Deo offerebat, septem dies à sepulcro omninò non discedens, nec cibi quicquam aut potûs admittens, nec rursùs somno corpus recreans,verùm & lachrymis solum rigans, & cum luctibus omnem orationis facultatem superantibus in oratione perstans. Octauo autem deniquè die in palatium reuersus,opes omnes ac pecunias pauperibus distribuit: adeò vt nullus iam,qui rerum inopia premeretur,supereesset.Pauciisque diebus in huiusmodi ministerio exactis, omnes thesauros exhausit: id vtdelicet agens, nè angustam portam introire paranti pecuniarum moles impedimentum afferret.

Iosaphat patrẽ consolatur. Psal.41. Psal.64. Esa.1.

Hominum peccata sub mensuram cadunt: Dei autem misericordiã nemo metiri valet.

Luc.15.

Psal 30. Regis Abẽner felix obitus.

Matth.7.

Iosaphat quadragesimo ab obitu patris die,regno suo Barachiæ cedit,suisque valere iussis,in solitudinem se confert. CAP. XXXVI.

At

AT verò quadragesimo à paterni obitûs die, memoriam ipsius celebrans, magistratus omnes ac militaris classis & plebeij ordinis haud paucos conuocat: atque in regio throno sedens cunctis audientibus hanc orationem habuit: En,vt ipsi cernitis, Abenner Rex ac pater meus, haud secùs ac pauperum quiũis,mortem obijt. Ac nec diuitiæ,nec opes,nec regia gloria, nec rursùm ego patris amantissimus filius,nec reliquorum ipsius amicorum ac cognatorum quisquam opem ipsi & auxiliũ adferre,atque ab ineuitabili sententia ipsum eximere potuit: verùm ad illud tribunal,vt præsentis vitæ rationem reddat,profiscitur,neminem omninò,qui ipsi opituletur,secum ducens,ijs duntaxàt exceptis (quæcunque tandèm illa fuerint) quæ ab eo gesta sunt. Hoc autem ipsum quoquè omnibus,qui mortalem naturam nacti sunt,contingere naturâ comparatum est: nequealiter fieri potest. Nunc igitur audite me, ô filij ac fratres,plebs Domini, & sancta hæreditas,quòs Christus Deus noster pretioso suo sanguine redemit, atque à veteri errore, & aduersarij seruitute in libertatem vindicauit. Vos meam inter vos vitæ rationem nôstis: nempe quòd,ex quo tempore Christi cognitionem consecutus, diuinoque beneficio ipsius seruus effectus sum, omnibus alijs rebus contemptis atque odio habitis,ipsius duntaxàt cupiditate flagraui: idque vnum mihi in votis fuit, vt ex huius vitæ tempestate, atque inani perturbatione actumultu egressus, solus cum ipso solo consuetudinem haberem,atq; in summa animi tranquillitate Deo meo ac Domino seruirẽ. Verùm me patris mei in diuersum nitentis voluntas retinuit, præceptumque illud,quod patribus honorem haberi iubet. Vndè Dei gratia & adiumẽto incassum minimè laboraui, nec huiusmodi dies frustrà consumpsi: verùm & illum,& vos omnes,Deo conciliaui, cumque solum Deum verum,ac rerum omnium Dominũ cognoscere docui, non quidem ego istud faciens,sed gratia Dei mecum, qui me etiam è superstitioso errore atque idolorum cultu eripuit,ac vos,ô plebs mea,graui & acerba captiuitate liberauit.Iam igitur tempus est,vt ea,quæ Deo pollicitus sum,expleam.Tẽpus,inquam,est,vt,quò ipse me ducet,proficiscar, eaque vota,quibus me ipse obstrinxi,persoluam. Nunc itaque vobiscum ipsi considerate,quem vobis præesse, ac regnum obtinere velitis. Iam enim in Domini voluntate perfecti estis: nec quicquam ex ipsius præceptis vobis occultum est. In his ambulate, nec vel ad dextram vel ad sinistram declinate.Ac Deus pacis velim sit cum omnibus vobis. Hęc vt plebs audiuit,tumultus statim ac strepitus,ingensque clamor & confusio exorta est,plorantibus omnibus,atque orbitatem suam deplorantibus.Quinetiam præter luctus & eiulatus illud etiam iureiurando affirmabant,sese illum minimè dimissuros,sed retenturos,nec sedendi potestatem vllo modo ipsi facturos.Sic clamante populo,atque omnibus magistratibus,excipiens Rex,populares compescit,silentiumque ipsis imperat,sequique illorum contentioni cedere atque obtemperare asserens, eos, quanuis alioqui mœrentes atque eiulatús signa in genis ferentes,domum remittit. Ipse autem vnum ex principibus (quem ipse,tum pietatis,tum vitæ sanctitatis nomine, pluris omnibus faciebat, admirationeq; prosequebatur, hoc est Barachiam, cuius etiam superiùs, cùm Nachor Barlaamum se esse simulans cum Philosophis disputauit, verba fecimus, quemque solum zelo diuino penitùs flagrantem ab ipsius partibus stetisse,atque ad disputationem aduersùs illos incundam paratum fuisse diximus) hunc inquam remotis arbitris assumptum,blandè ac leniter allocutus est,obnixisque precibus,vt regnum acciperet,atque in timore Dei plebem suam regeret, obsecrabat: quò ipse ad experitũ iter se accingeret.Vt autẽ eum renuentem,atq; istud omninò repudiantem vidit,hisque verbis vtentẽ: O Rex,quàm istud tuum iudicium iniquum est! quàm tuus sermo diuino mandato parùm consentaneus! Nam cùm proximum non secùs ac teipsum amare docearis, qua tandèm ratione sarciri n equit,in loco pascuæ, in loco refectionis, vbi vultûs tui lux splendet, cum colloca: nec antiquarum ipsius iniquitatum recordare, sed pro ingenti tua misericordia peccatorum ipsius chirographum dele, ac debitorum ipsius chartas concerpe,sanctosque tuos, quos & igni & gladio de medio sustulit, cum ipso in gratiam reduc,eisque,nè ipsi infensos & iratos sese præbeant,impera. Omnia quippè tibi omnium Domino possibilia sunt, hoc vno excepto,quòd, quin te eorum, qui sese ad te conuertunt,misereat,facere non potes. Misericordia enim tua in omnes diffusa est: atque ijs,à quibus inuocaris,salutem affers,Domine Iesu Christe: quoniam decet te gloria in secula,Amen. Huiusmodi preces & orationes Deo offerebat, septem dies à sepulcro omninò non discedens, nec cibi quicquam aut potûs admittens, nec rursùs somno corpus recreans,verùm & lachrymis solum rigans, & cum luctibus omnem orationis facultatem superantibus in oratione perstans. Octauo autem deniquè die in palatium reuersus,opes omnes ac pecunias pauperibus distribuit: adeò vt nullus iam,qui rerum inopia premeretur,supereesset.Pauciisque diebus in huiusmodi ministerio exactis, omnes thesauros exhausit: id vtdelicet agens, nè angustam portam introire paranti pecuniarum moles impedimentum afferret.

Oratio Iosaphat, ad suos magistratus.

Opera enim hominũ sequuntur illos.Apoc.7.

Deut.5.

Sanctus Iosaphat, ob votum Deo promissum, regnum deserit:tu quis es qui doces vota non exoluẽda?

Iosaphat regnum Barachiæ offert.

Universidad de Deusto
Biblioteca

am ad regiam dignitatem admitterent, prohibebat. Hac Epistola in cubiculo suo relicta, inscientibus omnibus egreditur. Nec tamen efficere potuit, vt ipsius discessus ad extremum vsque incognitus esset. Nam simulatquè illuxit, ea res audita perturbationem ac luctum plebi attulit: omnesque summa celeritate ad eum inuestigandum perrexerunt, ipsius fugam omni ratione occupare cogitantes. Quò etiam factum est, vt studium ipsis frustrà minimè cesserit. Nam cùm itinera omnia occupâssent, ac montes omnes obsedissent, inuiasque valles peragrâssent, in torrente quodam ipsum manus in cælum tendentem, ac sextæ horæ precationē persoluentem inuenerunt. Conspecto autem eo, circunfusi statim, cum lachrymis eum obsecrabant, ac discessum ipsi obiectabant. At ille, Quid, inquit, inanem laborem suscipitis? Nec enim est, quòd vos me Regem vltrà habituros esse speretis. Nihilo secius tamen eorum ingenti contentioni cedens, ad palatium reuertitur, coactisque in vnum omnibus, quid in animo haberet, declarauit, ac posteà interposito etiam iureiurando sermonem confirmauit, nempe se posthàc ne vnum quidem diem cum ipsis fore. Ego enim, inquit, meo erga vos ministerio perfunctus sum, nec quicquam prætermisi, nec subterfugi, quominùs annunciarem vobis, ac docerem, testificans omnibus in Dominum nostrum Iesum Christum fidem, ac pœnitentiæ viam ostendens. Ac nunc ego viam hanc ineo, quam iampridèm experebar, nec vltrà faciem meam quisquam vestrûm videbit. Quapropter, vt diuini Apostoli verbis vtar, contestor vos hodierno die, quòd mundus ego sum à sanguine omnium vestrûm. Non enim subterfugi, quominùs annunciarem vobis consilium Dei. Hæc illi audientes, ac sententiæ ipsius firmitatem exploratam habentes, nempe quòd eum à suscepto consilio reuocare minimè possent, orbitatem quidem suam deplorabant, nec tamen vllo modo eum de sententia deducebant. Tum autem Rex Barachiam illum, de quo suprà locuti sumus, manu tenens, Hunc, inquit, ó fratres, hunc vobis Regem creo. Cumque ille eiusmodi rei vehementer obluctaretur, inuitum eum ac repugnantem in regio throno collocat, ipsiusque capiti diadema imponit, atque annulum regium ipsi in manum præbet. Atque ad Orientem stans, pro Rege preces fudit, hoc videlicet à Deo postulans, vt Dei fidem constanter teneret, ac Christi mandatorum iter ab omni flexu alienum inueniret. Adhæc pro clero etiam atque vniuerso grege precatus est, opem videlicet & auxilium ac salutem ipsis à Deo petens, atque vt, quicquid ipsi postularent, ad vtilitatem moderaretur. Hac oratione habita, conuersus ad Barachiam, ait: En tibi, frater, hoc præcipiam, quod Apostolus testatus est. Attende tibijpsi, & vniuerso gregi, in quo te Spiritus sanctus Regem posuit, vt Christi populum, quem proprio sanguine acquisiuit, regas. Et quemadmodùm Deum ante me cognouisti, cumque puro animo & conscientia coluisti, ità nunc quoquè maiori studio in hoc incumbe, vt ipsi vitæ tuæ rationes probes. Quò enim maius à Deo imperium consecutus es, eò quoquè maiora ipsi rependas oportet. Ac proindè gratitudinis debitum ei, cuius beneficijs auctus es, persolue, sancta ipsius præcepta custodiens, atque ab omni via in exitium ducente, deflectens. Vt enim in ijs, qui nauigant, cùm nauta quispiam peccat, exiguum ijs, qui simul nauigant, detrimentum adfert, cùm autem gubernator, vniuersæ naui exitium accersit: ità etiam in regnis vsu venit, vt cùm quispiam eorum, qui subsunt, peccat, non tam alium, quàm seipsum lædat, sin autem Rex ipse peccet, totum regnum labefactat, ac detrimento afficit. Quapropter, vt ingentes rationes redditurus, si quid eorum, quæ opùs sint, prætermiseris, magno studio, magnaque cura teipsum in bono custodi. Voluptatem omnem ad peccatum te pertrahentem odio insectare. Ait enim Apostolus: Pacem sectamini cum omnibus, & sanctificationem, sine qua nemo videbit Deum. Rerum humanarum circulum animaduerte, quo pacto videlicet in orbem voluatur, aliàsatque aliàs alio atque alio modo eas ferens, ac torquens. Illudque studie, vt in varia earum mutatione pium animum constanter retineas. Siquidem vnà cum rebus commutari, dubiæ atque instabilis mentis argumentum est. Tu verò fac in virtute firmus sis, ac prorsùs stabilitus. Ob temporariam & caducam gloriam inani tumore minimè insolesce: verùm repurgato animo naturæ tuæ vilitatem cogita, vtque huius breuitatem, atque adiunctam carni mortem cogita. Hæc enim si consideres, in superbiam haudquaquàm incides, sed Deum verum ac cælestem Regem metues, sicque præclarè ac feliciter tecum agetur. Beati enim, inquit ille, omnes qui

Ecce quomodò in primæua Ecclesia septem horarum orationes fiebant, vt nunc.

Act. 20.

Rex Iosaphat Barachiam sui loco Regem creat.

Oratio Iosaphat ad Barachiam. Act. 20.

Simile.

Hebr. 12.

Psal. 127.

qui timent Dominum, qui ambulant in vijs eius. Ac rursùm: Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis. Quænam autem præ cæteris præcepta tibi seruanda sint, audi. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiā consequentur. Ac rursùm: Estote misericordes, sicut & pater vester cælestis misericors est. Hoc enim præceptum ab ijs potissimùm exposcitur, qui in summo imperio constituti sunt. Ac sanè, qui magnam potentiam nactus est, eum, à quo huiusmodi potentiam accepit, pro viribus imitari debet. Hac porrò in re Deum maximè imitabitur, si misericordia nihil potius antiquiusque habeat. Huc accedit, quòd subditos nihil æquè ad benevolentiam allicit, vt beneficij gratia egentibus concessa. Nam obsequium illud, quod ex metu oritur, adumbrata est adulatio, per fictum honoris vocabulum eos, qui animum ipsi adijciunt, ludificans ac circunscribens. Atque is qui inuito animo paret, oblata occasione seditionem excitat: qui autem benevolentiæ vinculis constrictus tenetur, firmam ei, qui rerum potitur, obedientiam præstat. Quæ cùm ità sint, da operam, vt egentibus facilis ad te accessus sit, ijsque, qui inopia conflictantur, aures tuæ pateant: vt tu quoquè apertas Dei aures inueniās. Nam quales nos ipsos conseruis præbuerimus, talem etiam erga nos Dominum nanciscemur: & quemadmodùm audierimus, audiemur, & quemadmodùm viderimus, à diuino & omnium rerum conspectore oculo videbimur. Quamobrèm ante misericordiam, misericordiam conferamus: vt simile per simile recipiamus. Quin etiam aliud quoquè præceptum cum superiore isto coniunctum, ipsique cognatū audi: Dimittite: & dimittetur vobis. Quòd si non remiseritis hominibus delicta ipsorum, nec pater vester cælestis peccata vestra vobis remittet. Ob idque nè ijs, à quibus offensus fueris, iniuriæ memorem te præbeas: verùm cùm ipse peccatorum tuorum veniam postules, ijs etiam, qui in te peccant, ignosce. Remissioni enim remissio rependitur: & si cum nostris conseruis in gratiam redeamus, Dominus quoquè suam in nos iracundiam comprimet. Ac contrà nostra aduersùs eos, qui aliquid in nos admiserunt, sæuitia hoc efficit, vt peccatis nostris nulla venia tribuatur. quemadmodùm audis quidnam illi, qui decem talentorum millia debebat, acciderit, nempe quòd ob suam in conseruum crudelitatem tanti debiti exactionem sibijpsi renouârit. Quarè magnoperè nobis prouidendum est, nè hoc quoquè nobis vsu veniat. Quin potiùs debitum omne remittamus, atque omnem iram è pectore eijciamus: vt nobis quoquè multa nostra debita remittantur. Præter hæc omnia, ac præ omnibus rebus, bonum depositum custodi, hoc est piam fidei doctrinam, in qua institutus & eruditus es. Illudque caue, nè vllum hæresis zizanium in vobis enascatur: verùm purum ac doli expers diuinum semen conserua, vt vberem atque amplam segetem Domino exhibeas, cùm ad expoſcendam rerum ab vnoquoque in vita gestarum rationem, consentaneamque actionibus nostris mercedem referendam veniet. Quo quidem tempore iusti fulgebunt sicut Sol: sceleratos autem caligo, ac sempiterna ignominia obruet. Ac nunc, ó fratres, Deo vos commendo, & verbo gratiæ ipsius, qui potens est superædificare, & dare vobis hæreditatem in sanctificatis omnibus. Hæc cùm dixisset, positis genibus suis, quemadmodùm scriptum est, cum lachrymis rursùm orauit: atque conuersus, Barachiam, quem Regem designârat, omnesque eos, qui magistratu fungebantur, exosculatus est. Tum verò res lachrymis sanè digna contigit. Omnes enim ipsum circunstantes (non secùs àc si hoc duntaxàt viuerent, quòd cum eo essent, ac simulatquè ab eo disiungerentur, vitam amissuri essent) quid non dicebant, quod ad ciendam misericordiam pertineret? aut quid relinquebant, quo eorum luctus augeri posset? Ipsum exosculabantur, & complectebantur, mentisque impotes præ dolore erant. Væ nobis, clamabant, quàm graui calamitate opprimimur! Dominum eum appellabant, patrem, salutis authorem, benè de se meritum. Per te, inquiebant, Dei cognitionem accepimus, errore liberati sumus, ab omnibus malis conquieuimus. Quid iam nobis post discessum tuum futurum est? Quænam mala nos arripient? Hæc cùm dicerent, pectora feriebant, camque, quæ eos inuaserat, calamitatem deplorabant. At ille consolatoria oratione ingentem eorum eiulatum comprimens, illud pollicebatur, se (quoniam corpore iam non poterat) spiritu cum illis fore. Hoc sermone habito, spectantibus omnibus è palatio excedit: ac statim omnes desperato reditu cum sequebantur, atque ex vrbe, vt quam iam conspicere minimè possent, profugiebant.

Psal. 111.

Luc. 6. Matth. 5.

Quoná pacto quispiā Deum maximè imitetur.

Quales erga alios fuerimus, tales erga nos deus erit.

Luc. 6.

Matth. 18.

2. Tim. 1.

Matth. 13.

Act. 20.

Sancti, etsi non corpore spiritu tamen adsunt innocentibus se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Posteaquàm autem è ciuitate egressi sunt, vix tandèm atque ægrè, acriùs eos ipso admonente, atque etiam asperiorem interdùm obiurgationem adiungente, ab eo distracti sunt, atque inuiti reuertebantur, identidèm oculos reflectentes, ac pedibus inter ambulandum offendentes. Nonnulli autem ex ijs, qui feruentiori animo præditi erant, lugentes eminùs ipsum sequebantur: quoadusquè nox oborta eos inter se disiunxit.

Iosaphat per solitudinem iter faciens, herbis duntaxàt victitat: ac diabolicas tentationes Crucis signo propulsat. CAP. XXXVII.

Attẽde monache qui honores & dignitates ambis: quomodo ite ob monasticam vitam regnum, deseruerit.

GEnerosus igitur ille vir ex aula egressus est, perindè lætus atque alacris, vt cùm quispiam è longinquo ac diuturno exilio in patriam se refert. Atque externè quidem eas, quibus vti solebat, vestes gerebat: interne autem cilicium illud, quod Barlaam ipsi dono dederat. Porrò nocte illa in pauperis cuiusdam viri domunculam se conferens, vestes eas, quibus indutus erat, abijcit, postremumque illud beneficium egenti tribuit. Cumque ad hunc modum illius, tum multorum aliorum pauperum precibus, Dei opem atque auxilium sibi acciuisset, eiusque gratia & præsidio, tanquàm salutis vestimento ac latice pallio sese induisset, ad solitariam vitam excessit, non panem, non aquam, non quidquam aliud ex ijs, quæ ad victum necessaria sunt, secum ferens, nullumque aliud indumentum gerens, præter asperum illud cilicium, de quo paulò antè mentionem feci. Etenim singulari quodam desiderio, ac diuino immortalis Regis

Cant. 8. Christi amore saucius, toto animo in id quod amabat incumbebat, totus extra se raptus, ac diuinitùs immutatus, Deique charitate omni ex parte correptus. Fortis enim, inquit ille, sicut mors dilectio. Tantam videlicet ipse ex diuino amore telam, quæ eiusmodi charitate vulnerata erat, in Cantico Canticorum ait, Vulnerata charitate ego sum. Ac rursùm: Ostende mihi faciem tuam, & fac me audire vocem tuam. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Huiusce omni sermone præstantioris pulchritudinis Christi desiderio, tanquàm igne quodam in pectore accepto, Apostolorum chorus, ac martyrum agmina, omnia ea, quæ oculis cernuntur, contemserunt, atque omni huic fluxæ & caducæ vitæ innumera tormentorũ & mortis genera prætulerunt, diuinæ pulchritudinis amore flagrantes, atque ingentem Dei Verbi erga nos amorem cum animis suis reputantes. Hunc ignem cùm præclarus etiam, ac corpore quidem nobilis, cæterùm longè nobiliore ac magis regio animo præditus vir in seipso accepisset, terrena omnia prorsùs aspernatur, omnes corporis voluptates proculcat, opes & gloriam, atque humanos honores pro nihilo ducit, diadema & purpuram abijcit, aranearum telis viliora ea existimans, atque ad omnia dura & acerba monasticæ vitæ studia prompto animo sese tradit, illud Psalmistæ clamans, Adhæsit anima mea post te, ô Christe: suscipiat me dextera tua. Cumque ad hunc modum, oculis à tergo minimè contortis, in intimam solitudinem contulisset, atque caducarum rerum confusionem, tanquàm molestissimam quandam sarcinam & catenam excussisset, spiritu lætabatur, coniectisque in Christum, cuius desiderio ardebat, oculis, ad eum, tanquàm ad præsentem, atque ipsius vocem audientem, clamabat, eumque alloquebatur, his videlicet verbis vtens: Nè iam, quæso, ô Domine, oculus meus huiusce vitæ bona videat: nec præsens vanitas mentem meam à susceptо itinere abstrahat. Verùm, Domine mi, oculos meos spiritualibus lachrymis imple, gressusque meos dirige, famulumque tuum Barlaam mihi commonstra. Mihi, inquam, eum, per quem mihi salus parta est, ostende: vt solitariæ ac monasticæ vitæ sinceritatem per ipsum addiscam, ac non ob hostilis belli imperitiam in fraudem inducar. Da mihi, Domine, viam eam nanciscì, per quam te adipiscar: quoniam anima mea tuí desiderio saucia est: teque salutis fontem ardenter sitit. Hæc secum perpetuò voluebat, atque ad Deum loquebatur, per orationem ac sublimissimam contemplationem ipsi se commungens. Atque ità contento gressu cœptum iter exequebatur, ad locum eum, in quo Barlaam degebat, peruenire contendens. Herbis porrò ijs, quæ in deserto existebant, alebatur. Neque enim, vt iam à me commemoratum est, præter corpus ac

Psal. 41.

Cant. 2.

Christi amor difficultates oẽs superat.

Psal. 62.

Per solitudinem oberrans, quærit Barlaamum sanctus Iosaphat.

pannos illos, quibus indutus erat, quicquam aliud secum ferebat. Cæterùm cùm exiguum ac nullius omninò momenti victum ex herbis sibi pararet, aquæ penuria prorsùs laborabat: quòd videlicet solitudo illa aquæ expers esset. Cùm igitur Sole iam sub meridiem vehementer ardente iter faceret, vehementiùs ob æstum in arida regione siti flagrabat, atque extrema & grauissima ærumna vexabatur. Verùm cupiditas naturam vincebat, ac sitis ea diuina, qua afficiebatur, sitis aquæ flammam minuebat. At verò ille boni inimicus & inuidus diabolus, huiusmodi animi instítutum, atque vsqueadeò ardentem ipsius erga Deum charitatem indignissimo animo perspiciens, multas ipsi in solitudine tentationes excitabat, regiæ nimirùm ipsius gloriæ, splendidissimæque satellitum manûs, qua ipsius latus cingi solebat, atque amicorum itèm & æqualium memoriam ipsi refricans: illudque itèm ipsi ob animum proponens, omnium animas ex ipsius anima pendere: ac reliquas denique alias huiusce vitæ oblectationes ipsi obijciens. Ac deindè virtutis asperitatem, atque ingentes eius sudores ipsi proponebat: corporis itèm imbecillitatem, & inexpertas atque insuetas ærumnas, & temporis longinquitatem, ac præsentem sitis oppressionem, quodque nulla ex parte consolatio vlla ipsi expectanda esset, aut tanti laboris, tantæque fatigationis finis. Ac deniquè ingentem in ipsius animo, quemadmodùm quodam loco de magno Antonio proditum est, cogitationum puluerem commouebat. Vt autem ad labefactandum ipsius animi institutum imbecillem hostis ille se vidit, (Christum enim ipse sibi ob animum proponens, atque ipsius desiderio inflammatus, speque egregiè confirmatus, ac fidenixus, illius instinctus & consilia pro nihilo ducebat) pudore suffusus est, vtrorsùs ad primum, vt dici solet, impetum prostratus. Quapropter alteram viam inire cœpit. multas quippè ipse vitij semitas habet. Ac varijs spectris eum euertere, atque in metum conijcere nitebatur. Nonnunquàm enim ater ipsi, vt est, apparebat. Nonnunquàm rursùs districtum gladium tenens, in eum impetum faciebat, seque eum, nisi quamprimùm ab instituto resiliret, percussurum minabatur. Quandoquè rursùs variarum bestiarum formam subibat, aduersùs ipsum rugiens, ac perquàm horrendum mugitum & strepitum edens: atque etiam in draconis & aspidis & reguli formam sese subindè immutabat. At præclarus ille ac strenuissimus pugil tranquillo animo consistebat, vt qui Altissimum perfugium suum posuisset. Ac mente excubans, pestiferumque spiritum irridens, dicebat: Non me fugit, ô impostor, quinam sis, qui hæc in me excites: nimirùm qui iam indè ab initio mortalium generi perniciem moliaris, nec vnquàm improbitati studere, ac nocumentum inferre desinas. Ac sanè quàm pulchrè tibi hic habitus quadrat! Nam hoc ipso quòd bestias & reptilia imitaris, mentis tuæ feritatem & peruersitatem, voluntatisque ad noxam ac pestem inferendam promptitudinem demonstras. Quid igitur, ô miser, ea aggrederis, quæ conficere non potes? Ex quo enim has artes atque hæc spectra à tua improbitate proficisci comperi, nulla iam hinc solicitudine affior. Dominus mihi adiutor: & ego despiciam inimicos meos. Et super aspidem & basiliscum, quorum tu similitudinem expressisti, ambulabo: atque, Christi potentia corroboratus, leonem & draconem conculcabo. Confundantur & erubescant omnes inimici mei, confundantur & erubescant valdè velociter. Hac oratione vtens, Crucisque signo, hoc est inuictis armis seipsum cingens, omnia diaboli spectra irrita reddidit. Confestim enim bestiæ ac reptilia instàr fumi euanuerunt, & sicut fluit cera à facie ignis. Ipse autem Christi potentia confirmatus, lætо animo proficiscebatur, Deoque gratias agebat. At etiam complures ac variæ bestiæ, varijque generis serpentes & dracones, quos solitudo illa nutriebat, ipsi occurrentes, non iam per inane spectrum, sed re vera ab ipso cernebantur. Ex quo efficiebatur, vt metús quidem ac laboris via plena esset, ipse autem vtrunque animo & cogitatione superaret. Nam & metum charitas, vt Scripturæ verbis vtar, foràs mittebat: & laborem cupiditas leuabat. Ad hunc itaque modum cum multis & varijs calamitatibus, & ærumnis per dies haud paucos colluctatus, ad Sennaaritidem illam solitudinem, in qua Barlaam habitabat, peruenit. Vbi etiam aquam nactus, sitis flammam restinxit.

Quibus diaboli tentationibus impetitus fecerit Iosaphat

Multæ ac variæ diaboli insidiæ.

Psal. 90.

Egregiè irrider diabolum S. Iosaphat.

Psal. 117.

Psal. 90.

Psal. 6.

Psal. 67.

1. Iohan. 4.

Iosaphat Barlaamum tandèm inuenit, ac cum eo permultos annos viuit.

CAP. XXXVIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IOsaphat autem biennium integrum in hac vastissima solitudine mansit, huc atque illuc oberrans, nec Barlaamum inueniens: Deo nimirùm hîc quoquè animi ipsius firmitatem ac strenuitatem explorante. Ac sic, sub dio degens, tum æstu conflagrabat, tum frigore obrigebat, præstantissimum illum senem velut quendam ingentis pretij thesaurum quærere nunquàm intermittens. Multas porrò pestiferorum spirituum tentationes, ac multa prælia sustinebat, multosque item labores, ob herbarum, quibus de more victitabat, penuriam perferebat: quoniam scilicet has quoquè solitudo ea, vt quæ siccitate laboraret, parcè admodùm produceret. Verùm adamantinus atque inuictus ipsius spiritus, amore ac desiderio ardens huiusmodi molestias faciliùs ferebat, quàm alij voluptates ferre soleant. Quocircà diuina ope minimè caruit: verùm secundùm dolorum ipsius ac laborum multitudinem allatæ à Christo, cuius cupiditate flagrabat, consolationes, tam noctu, quàm diu, animum ipsius exhilarabant. Confecto autem biennij curriculo, Iosaphat quidem perpetuò circumibat, cum, quem expetebat, quærens: atque ad Deum, lachrymas fluminis instàr profundens, mactabatur, clamans, Ostende mihi, Domine, mihi inquam eum ostende, qui mihi tui nominis cognitionem, ac tanta bona conciliauit, nec propter peccatorum meorum multitudinem tanto bono me priua: verùm hoc concede, vt & ipsius conspectu fruar, & idem cum eo religiosæ exercitationis certamen subeam. Dei autem fauore speluncam quandam inuenit, peruestigata videlicet eorum, qui eò se conferebant, semita: atque monachum quendam solitarium vitæ genus colentem nanciscitur: eumque maximo cum animi feruore complexus, & osculatus, vbinam Barlaam habitaret, sciscitabatur. Simulque ipsi rerum suarum statum exposuit. Cùm igitur ex ipso, vbi viri illius, quem quærebat, domus esset, intellexisset, eò quàm celerrimè, non secùs àc peritissimus quispiam venator feram nactus, se contulit, peragratisque alterius cuiusdam senis admonitu aliquot passuum milibus, lætus ac spei robore septus incedebat, æquè nimirùm àc puer, qui patrem, quem iampridèm non vidit, breui se conspecturũ sperat. Nam cùm diuinus amor animum semèl obsederit, multò acrior ac feruentior eo esse solet, qui à natura manat. Adstat itaque speluncæ foribus, ijsque pulsatis, Benedic, inquiebat, ô pater, benedic inquam. Vt autem Barlaam hac voce audita ex antro egressus est, eum per spiritum agnouit, qui ob admirandam illam mutationem, qua à priore illo vultu ac florente iuuenilis ætatis pulchritudine demigrârat, ab externo adspectu vix agnosci poterat, vt qui tum ex Solis æstu atrorem contraxisset, & pilis abundaret, ac genas macie confectas, oculosque altè depressos, & palpebras lachrymarum fluentis vndiquè attritas, atque ingenti famis afflictione peruastas haberet. At verò Iosaphat spiritualem patrem statim agnouit, vtpotè ijsdem oris lineamentis præditum. Confestìm itaque Senex versùs Ortum stans, Deo precem cum gratiarum actione coniunctam adhibuit. Dictoque Amen, in mutuos amplexus statim ruerunt, diuturnam cupiditatem sine vlla satietate explentes. Cùm autem abundè sese complexi fuissent atque consalutâssent, sedentes inter se colloquebantur. Ac sermonem exorsus Barlaam, his verbis vsus est: Præclarè fecisti, qui huc veneris, dilecte fili, fili inquam Dei, ac cælestis regni hæres per Dominum nostrum Iesum Christum, quem dilexisti, atque caducis & fragilibus bonis non absre chariorem habuisti: ac prudentis & sapientis mercatoris instàr omnibus facultatibus venditis margaritam pretium omne superantem emisti, ac thesaurum, qui surripi non possit, in agro mandatorum Domini absconditum nactus, omnia dedisti, nec rei vlli ex ijs, quæ iam iamque effluxuræ sunt, pepercisti, quò agrum illum tibi comparares. Det tibi Dominus pro fluxis & caducis æterna: pro ijs, quæ interitui obnoxia sunt, ea, in quæ nec interitus, nec vetustas cadit. Velim autem mihi dicas, charissime, quonam pacto huc accesseris, quique post discessum meum rerum tuarum status fuerit, atque tuúsne pater Deum nôrit, an verò nunc quoquè eadem, qua priùs, dementia abreptus, à dæmonum fraude atque impostura captiuus abducatur. Hæc percontante Barlaamo, Iosaphat altiùs repetito sermone, quænam sibi post ipsius digressum contigissent, quamque prosperum rebus cursum Dominus ad id vsque tempus, quo rursùm inter se conuenissent, tribuisset, sigillatim exposuit. Senex itaque hæc audiens, voluptate simul atque admiratione affectus est, calentesque lachrymas mittens, dicebat: Gloria tibi sit Deus noster,

S. Iosaphat solitudinis molestias faciliùs ferr, quàm seculo dediti suas voluptates. Psal. 39.

Diuini amoris vis ac potentia.

S. Iosaphat post longa itinera & labores, suum Barlaamũ inuenit.

Matth. 13.

S. Iosaphat patris conuersionẽ, ac totius vitæ historiã Barlaamo aperit.

noster, qui tuî amore prædites semper præstò es, atque ipsis opitularis. Gloria tibi Christe, Rex omnium ac Deus optime, quoniam benigna tua voluntas ità tulit, vt semen illud, quod in serui tui Iosaphat animum iecisti, centuplicatum fructum afferret, te videlicet, animarũ nostrarum agricola & Domino, dignum. Gloria tibi Paraclete bone, ac sanctissime Spiritus: quoniã quam tu sanctis tuis Apostolis gratiam tribuisti, hanc etiam huic impertiendam duxisti: atque ingentem hominum multitudinem ipsius opera superstitioso errore liberâsti, ac vera Dei cognitione illustrâsti. Ad hunc modum Deo ab vtroque gratiæ agebantur: ipsisque ità inter se colloquentibus, ac Dei gratia exultantibus, affuit vespera. Proindè ad orationem consurgentes, consuetum precationum pensum persoluerunt. Ac posteà, cùm cibo recreandum corpus esset, Barlaam magnificam mensam apposuit, spiritualibus videlicet epulis confertam, eius autẽ consolationis, quæ sensibus percipitur, quàm minimùm sanè participem. Cruda enim duntaxàt olera erant, ipsiusmet manibus consita, & exculta, palmæque perpaucæ, quæ in ea solitudine inueniebantur, ac denique syluestres herbæ. Cùm igitur gratias Deo egissent, appositisque epulis corpus refecissent, atque aquam è propinquo fonte bibissent, ei rursùm, qui manũ aperit, & implet omne animal benedictione, gratias egerunt. Ac deindè consurgentes, posteaquàm nocturnas preces absoluerunt, spirituale colloquium inierunt, salutares ac cælesti sapientia plenos sermones per totam noctem contexentes, quoadusque auroræ exortus ad consuetarum rursùs orationum memoriam ipsos reuocaret. Mansit autem ad hunc modum diuturno tempore cum Barlaamo Iosaphat, admirabilem hanc, atque humana conditione præstantiorem vitam colẽs, ac tanquàm patrem & præceptorem cum omni obedientia & humilitate ipsum sequens: sic nimirùm, vt ad omne virtutis studium exerceretur, atque quonam pacto cum spiritualibus & inuisibilibus spiritibus luctandum esset, edoceretur. Ex quo illud consecutus est, vt vitiosas omnes affectiones extingueret, carnisque affectum spiritui, non secùs ac seruum domino, subijceret, deliciarum omnium animique remissionum obliuione caperetur, somno tanquàm improbo mancipio imperaret. Atque, vt breui perstringam, tanto studio in solitariæ vitæ certamen incumbebat, vt ipse quoquè Barlaam, qui permultum temporis in ea contriuerat, miraretur, ipsique acrimoniæ concederet. Tantulum enim duri illius atque consolatione carentis cibi admittebat, vt vitam duntaxàt toleraret, nec committeret, vt per vltrò accersitam mortem præmijs ijs sese orbaret, quæ virtutũ cultui ac studio tribuuntur. Sic autem naturam nocturnis excubijs subijciebat, àc si nulla omninò carnis & corporis parte constaret. Oratio porrò perpetuum ipsius studium erat: vniuersumque vitæ tempus in spiritualibus ac cælestibus contemplationibus insumebatur: adeò vt nec horam vnam, immò nec vllũ omninò temporis punctum, ex quo in ea solitudine habitauit, deperderet. Ac sanè hoc demùm verè monastici ordinis munus est, nunquàm à spirituali opere vacuum inueniri. Quod quidem generosius ille & expeditus cælestis itineris cursor egregiè præstitit, atque animi sui ardorem ab initio ad extremum vsque perpetuò conseruauit, assensiones in corde semper disponens, ac de virtute ad sublimiorem virtutem transiliens, desideriumque desiderio, ac studium studio indesinenter adiungens: quoàd tãdem ad speratam & expetitam beatitudinem peruenit.

Ecce in quâ sobrietate parties nostri olim vixerint.

Pſal. 144.

S. Iosaphat cum Barlaamo, in solitudine Angelicam vitam ducit.

Verum monachi munus in quo situm sit.

Pſal. 83.

Barlaam Iosaphato mortem suam prædicit, eumque consolatur: sacrisque operatus, ac Crucis signo munitus, læto animo moritur.

CAP. XXXIX.

CVm itaque hoc pacto Barlaam & Iosaphat vnà versarentur, ac pulchro inter se certamine contenderent, ab omni cura & huiusce vitæ perturbatione immunes, mentemque ab omni confusione puram ac seiunctam habentes, post multos ab ipsis pietatis causa susceptos labores, quodam die Senex accersito spirituali filio, quem per Euangelium genuerat, huiusmodi spiritualem sermonem aggressus est: Iampridèm, ô amice Iosaphat, te in hac solitudine habitare oportebat, atque hoc mihi oranti Christus de te pollicitus fuerat, fore, vt te ante extremum vitæ diem viderem. Vidi itaque, quemadmodùm cupiebam: vidi inquam te à mundo & mundi rebus aulsum, ac Christo minimè dubio ac vacillanti animo coniunctum, atque

Universidad de Deusto
Biblioteca

Barlaamo collactanea fuit mortis cupiditas.

atque ad perfectã plenitudinis ipsius mensuram progressum. Nunc igitur, quando-quidem mortis meæ tempus instat, atque collactanea & mihi æqualis ea cupiditas, quæ, vt cum Christo essem, semper me tenuit, iam expletur, tu quidem corpus meum terra conde, puluerique puluerẽ redde. Pòst autem ipse in hoc loco hære, susceptum spiritualis vitæ genus persequens, meæque tenuitatis memoriã retinens. Vereor enim nè tenebrosum dæmonũ agmen animo meo propter ignorãtiarum mearũ multitudinẽ impedimentum afferat. Tu verò, fili, nè religiosæ exercitationis laborẽ metuas, neque ad temporis longitudinem, ac dæmonum insidias elanguescas. Quin potiùs ipsorum imbecillitatẽ, Christi virtute communitus, audax irride: ad laborum autẽ duritiam ac temporis diuturnitatẽ animo ità comparato esto, tanquàm quotidiè discessum è vita expectans, atque eundem diem tibi vltimum fore putans. Sic enim ea, quæ à tergo sunt, obliuiscens, atque ad ea, quæ à fronte sunt, teipsum extendens, ad destinatum persequere, ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu, quemadmodùm sanctus Apostolus his verbis hortatur: Non deficiamus. Sed licèt is qui foris est homo noster corrumpatur, tamen is qui intùs est, renouatur de die in diem. Nam quod momentaneum est & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non vidẽtur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna. Hæc cum animo tuo reputans, vir charissime, viriliter age & confortare: atque, vt egregius miles, id da operam, vt ei, qui te militem scripsit, placeas, nec quanuis imbecillitatis ac languoris cogitationes improbus ille spiritus tibi immittat, institutique tui neruos frangere ac debilitare studeat, ipsius insidias pertimescas, illud Domini præceptum cogitans, In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum. Quocircà gaude in Domino semper: quoniam ipse te elegit, atque à mũdo seiunctum ante faciem suam posuit. Ipse autem, qui te vocatione sua sancta vocauit, propè est semper. Nihil itaque solicitus sis; sed in omni oratione atque obsecratione cum gratiarum actione petitiones tuæ innotescant apud Deum. Ipse enim dixit: Non te deseram, nec derelinquam. Hæc itaque in vitæ duritia ac religiosæ exercitationis vilitate tecum ipse reputans, in animi voluptate versare, Domini Dei nostri memoriã retinens. Memor enim, inquit, fui Dei: & delectatus sum. Cùm autem rursùm aduersarius aliud in rebelli genus excogitauerit, sublimes nempe atque arrogantes cogitationes proponens, regnique terreni gloriam, quam reliquisti, cæteraque, quæ in mundo sunt, tibi in oculis collocans, salutiferam doctrinam clypei instàr obtende, dicentẽ: Cùm feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus: quoniam id quod facere debuimus, fecimus. Et quidem quis nostrùm debitũ illud, quo eam ob causam Domino obstricti sumus, quòd cùm dives esset, propter nos egenus factus est, vt nos eius paupertate diuites essemus, & qui à perpessione immunis erat, vt vitiosis affectionibus nos liberaret, cruciatus subijt, persoluere potest? Quod enim beneficium est, seruum eadem perpeti, quæ Dominus perpessus sit? Atqui nos pertæ monasticæ, tum initium, tum finem esse existimans. Sic semper

Universidad de Deusto
Biblioteca

in te peccaui. Conserua autem etiam fidelem hũc seruum tuum, cui me inutilem famulũ tuum præesse voluisti. Ab omni vanitate atque aduersarij vexatione ipsum exime: illudque effice, vt nodosissimis ijs laqueis, quos diabolus ad eorũ omnium quibus salus cordi est, offensionem expandit, sublimior existat. Omnem impostoris potentiam, omnipotens Deus, à serui tui facie dele: atque eas ipsi vires affer, vt pestiferum hostis animarum nostrarũ caput proculcet. Spiritũs tui sancti gratiam ex alto in eum demitte, atque ad inuisibiles conflictus robur ipsi adde: vt victoriæ coronam à te consequatur, ac nomen tuum, ô Pater, ac Filij tui, & Spiritũs sancti, in ipso celebretur: quoniam te decet laus & gloria in secula, Amen. Hac precatione habita, cùm paterno affectu Iosaphatum complexus, atque osculo sancto exosculatus fuisset, ac sese Crucis signo munisset, pedesque extulisset, ingenti lætitia perfusus, non secùs ac si amici quidam accessissent, ad beatum iter, atque ad recipienda beatæ illius vitæ præmia profectus est, senex planè, ac spiritualium dierum plenus.

Felix S. Barlaã obitus.

Iosaphat Barlaami corpus humo condit: atque in religiosa exercitatione perseuerans moritur, ac iuxta eum sepelitur. Posteà Indiæ Rex eorum corpora in regnum suum honorificentissimè transfert. CAP. XL.

IOsaphat autem summa cum veneratione atq; ciulatu patrem complexus, lachrymisque abluto ipsius corpore, atque aspero illo cilicio, quod ab eo in sacra acceperat, inuoluto, consuetos Psalmos recitat, per totum diem ac totam noctem simul & canens, & pretiosum beati viri corpus lachrymis rigans. Postridiè autem effosso iuxta speluncam sepulcro, ac sacro corpore reuerenter admodùm gestato, spiritualem patrem egregius & charissimus filius inhumauit, ardentiusque animo inflammatus, atque ad orationẽ seipsum quàm maximè contendens, his verbis vsus est: Domine Deus meus, exaudi orationem meam qua clamaui ad te: miserere meî, & exaudi me, quoniam te exanimo quæro: exquisiuit te anima mea: nè auertas faciem tuam à me, & nè declines in ira à seruo tuo. Adiutor meus esto, nè derelinquas me: neque despicias me Deus salutaris meus. Quoniam pater meus & mater mea dereliquerũt me: tu autem Domine assumpsisti me. Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige me in semita recta propter inimicos meos. Nè tradideris me in animas tribulantium me: quoniam in te proiectus sum ex vtero. De ventre matris meæ Deus meus es: nè discesseris à me. Quoniam præter te non est mihi adiutor. En in miserationum tuarum abysso spem animæ meæ despexi. Vitam meam guberna, qui res omnes conditas sapientiæ prouidentia, omni semone præstantiori, moderaris. Et notam fac mihi viam in qua ambulem: atque, vt bonus ac benignus Deus, per famuli tui Barlaã preces ac supplicationes me serua: quoniam tu Deus meus es, ac te glorifico, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum in secula, Amen. Hac oratione perfunctus iuxta sepulcrum flens consedit: ac seruens obdormiuit. Atque formidandos illos viros, quos priùs conspexerat, ad se venientes, seque ad maximum illum & admirandum campum ducentes, atque in illustrissimam illam ac splendidissimam ciuitatẽ introducentes, intueri sibi visus est. Cùm autem ipse portam ingrederetur, alij ipsi obuiàm fuerunt, ingenti lumine perfusi, coronasque eiusmodi pulchritudine collucentes, quæ nulla oratione exprimi possit, & quales nunquàm mortales oculi conspexerunt, manibus tenentes. Percontante autẽ Iosaphat, cuiusnam essent splendidissimæ illæ coronæ quas perspiceret, Tua quidẽ vna est (responderunt illi) tibi ob multas eas animas, quibus salutem attulisti, confecta, nũc verò ob religiosæ vitæ exercitationem, cui das operam, studiosiùs & accuratiùs adornata: siquidẽ strenuo animo eam ad extremum vsque peragrâris. Altera autẽ tua quoquè ipsa est: verùm patri tuo, qui ab improba viuendi ratione opera tua deflexit, sinceroque animo resipuit, ac sese ad Dominũ conuertit, eam præbeas oportet. Iosaphat autẽ eam rem molestè ferre videbatur. Et quî fieri potest (inquiebat) vt pater meus vnius duntaxàt pœnitentiæ gratia, paria mihi, qui tot ac tantos labores exantlaui, beneficia consequatur? Hæc vt dixit, Barlaamũ confestim sibi videre visus est, velut probris se insectantẽ, ac dicentem: Hi sunt, ô Iosaphat, sermones mei, quos quondàm ad te habui: nimirùm fore, vt cùm ad ingentes opes peruenisses, non iam liberalis ac profusus esses. Ac tu obliuisci verbum ancipiti animo eras. Nunc autem quonam pacto parẽ tibi honore patrem esse

S. Iosaphat magistri corpus sepelit.

Oratio Iosaphat ad Deum. Psal. 26.

Psal. 21.

Psal. 73.

Altera S. Iosaphat visio, priori non multũ absimilis.

Probris à suo magistro in somnis afficitur.

esse molestè tulisti, ac non potiùs hoc nomine lætitiam animo concepisti, quoniam multæ tuæ pro eo fusæ preces exauditæ sunt? Iosaphat autẽ pro eo àc solebat, ad eum dixit: Ignosce pater, ignosce. Vbinàm autem habites, fac quęso intelligam. Tum Barlaam: In hac pulcherrima atq; ingenti ciuitate domicilium nactus sum, in medio vrbis vico, immenso lumine cotuscanti. Rursùm autem Iosaphat sibi cum eo agere videbatur, vt ab eo in ipsius tabernaculum abduceretur, comiterque hospitio exciperetur. Ille autem nõdùm tempus adesse respondit, vt ad illa tabernacula veniret: quippè qui corporis sarcina adhuc premeretur. Quòd si forti animo, inquit, in sancto vitæ genere, velut tibi mandaui, perstiteris, aliquantò pòst venies, atque eadem tabernacula, & eandem lætitiam ac gloriã consequeris, mecumque in sempiternum eris. Experrectus autem Iosaphat, animũ illa luce, atq; omni sermonis facultate sublimiori gloria perfusum adhuc habebat: ac multa cum admiratione, ad grati animi significationem Deũ laudibus efferebat. Mãsit autem ad extremum vsque verè angelicam in terra vitam ducens, ac duriori religiosæ exercitationis genere post Senis discessum vtens. Nam cùm anno ætatis vicesimo quinto regnum terrenum reliquisset, monasticæque vitæ certamen subijsset, quinque & triginta annos in vastissima ea solitudine, perindè àc si nulla carnis parte cõstaret, humana conditione sublimiorem vitam egit: sic nempe, vt multas quidem hominum animas à pestifero serpente priùs abstraxerit, Deoque integras & incolumes seruauerit, eaque in re Apostolicam gratiam consecutus sit, animique etiam inductione martyr extiterit, ac Christũ in Regum ac tyrannorum oculis & adspectu fidenti animo confessus sit, vocalissimumque ipsius maiestatis præconẽ sese præbuerit: multosque rursùm prauos spiritus in solitudine profligârit, omnesque Christi vi ac potentia superârit, cælestisque beneficij atq; gratiæ vberrimè particeps factus sit. Vndè etiam animi oculum ab omni terrena caligine purum habebat, ac futura tanquàm præsentia prospiciebat, Christusque ipsi rerũ omniũ instàr erat, Christum expetebat, Christum non secùs àc præsentem cernebat, Christi pulchritudinẽ nunquàm non intuebatur: iuxta illud Prophetæ, Prouidebam Dominum in cõspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi nè commouear. Ac rursùm: Adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua. Etenim re vera ipsius anima post Christũ adhæsit, firmissimo nexu ipsi copulata. Neque enim ab admiranda illa operatione desciuit: nec religiosæ suæ exercitationis regulam immutauit. Quin potiùs ab initio ad finem vsque, atque ab incunte ætate vsque ad tam prouectam ætatem eandem animi alacritatem retinuit: immò, vt rectiùs loquar, ad sublimiorẽ quotidiè virtutem processit, ac puriorem diuino beneficio contemplationem consecutus est. Deniquè cùm ad hunc modum vixisset, & vsque adeò dignã vocatione sua operam, ei à quo vocatus fuerat, reddidisset, mundumque sibijpsi, ac seipsum mundo, crucifixisset, ad Deum pacis in pace migrat, atque ad Dominum, cuius perpetua cupiditas eum tenuerat, proficiscitur, vultuique Domini purè ac sine vllius rei interpositu apparet, eaque iam ipsi præparata gloriæ corona exornatur, idque diuinitùs consequitur, vt Christum cernat, cum Christo sit, Christi pulchritudine perpetuò exultet, in cuius manus commẽdata anima, ad viuorum regionem transijt, vbi epulantium sonus, vbi lætãtium habitatio est. Præclarum autem ipsius corpus vir quidam sanctus, qui non longè ab eo habitabat, quique iter ipsi ad Barlaamum priùs commonstrârat, diuino quodam admonitu, ea ipsa hora qua morte functus est, affuit, eoque sacrosanctis cantibus ornato, profusisque lachrymis, quæ ipsius erga Iosaphat amoris indices essent, alijsque omnibus rebus, quæ apud Christianos in more atque instituto posita sunt, confectis & absolutis, in patris Barlaami monumento eum condidit. Par siquidem erat, vt quorum animę in perpetuum simul futuræ erant, eorum etiam corpora coniungerentur. Cuiusdam autem formidandi viri, qui id in somnis seriò imperabat, monachus ille, qui ipsum funere extulerat, obtemperans, in Indiæ regnum se confert, Regemque Barachiam conueniens, de omnibus Iosaphati rebus certiorem ipsum facit. Ille autem nulla interposita mora cum ingenti populi multitudine iter init, atque ad speluncam tandèm peruenit, ac sepulcrum intuetur, illicque calentissimis lachrymis fusis integumẽtum tollit, cernitq; Barlaamũ & Iosaphat membra cõposito habitu sita habentes, corporaq; nihil à pristino colore immutata, verùm integra & prorsùs incolumia vnà cum indumentis. Hæc igitur sacra sanctarũ animarum tabernacula, suauissimum odorem

esse molestè tulisti

Angelicè in terris viuit.

Psal. 15. Psal. 26.

Psal. 41.

Feliciter obdormit in Domino.

Cum cantibus ac cęteris Ecclesiæ solennitatibus in sepulcro sui magistri sepelitur.

Ex eorũ corporibus suauissimus odor emanat.

odorem emittentia, nec fœdi quidquam exhibentia, præclaris loculis impoſita,

Corpora eorum in Indiam transferuntur.

Rex in patriam ſuam transfert. Vt autem ea res ad plebis aures peruenit, innumerabilis multitudo ex omnibus vrbibus ac finitimis locis ad beatorum illorum corporum conſpectum & adorationem confluxit. Vbi etiam ſacroſanctis hymnis eorum cauſa decantatis, copioſiſque lampadibus accenſis, aprè illic quiſpiam acquàm accommodatè dixiſſet, Lumina circa luminis filios & hæredes. Luculenter autem ſimul ac magnificè in ea eccleſia, quæ ab ipſis fundamentis à Ioſaphat extructa fuerat, eorum corpora condita ſunt. Multa porrò miracula, morborumque

Miracula ad eorum ſepulcrum.

depulſiones, tum in corporum tranſuectione, tum in eorum inhumatione, tum etiam poſteris temporibus, Dominus per pios famulos ſuos effecit. Viditque Rex, ac vulgus omne, virtutes eas, quæ per ipſos edebantur. Ac plerique è finitimis nationibus, infidelitatis atque ignorationis Dei morbo laborantes, per ea ſigna, quæ in monumento fiebant, ad fidem acceſſerunt. Atque omnes, qui ipſius Ioſaphat vitam ad Angelorum imitationem expreſſam, atque à teneris vnguibus ardentem ipſius erga Deum amorem cernentes, atque audientes, admiratione corripiebantur, Deum in omnibus celebrantes, qui ſe amantibus opem atque auxilium nunquàm ferre deſinit, eosq; ampliſſimis beneficijs remuneratur. Hic præſentis libri

Concluſio authoris.

finis eſt, quem pro mea virili conſcripſi, quemadmodùm à præclaris viris, qui mihi hæc haud falsò tradiderunt, accepi. Vtinàm autem vos, qui hanc animis vtilem hiſtoriam legitis, atque auditis, ad corũ partem adſciſcamini, qui Deo vitæ ſuæ rationes probauerunt, per orationes & interceſſiones beatorum virorum Barlaam & Ioſaphat, de quibus hæc hiſtoria contexta eſt, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, quem decet honor, imperium, maieſtas, & magnificentia, cum Patre & Spiritu ſancto, nunc & ſemper in ſecula ſeculorum, Amen.

BREVIS MEMORIA MARTYRII SS. FACVNDI ET PRIMITIVI, VT HABETVR IN LVCII *Marinei Siculi, Regij hiſtoriographi, de rebus Hiſpaniæ libro quinto.*

27. Nouẽb.

IN Hiſpania præſes Decianus, ſuper ripam fluminis quod Seya dicebatur, ſecus ſtratam, vbi erat idolum ad immolandum ei, multitudinem gentium congregauit. Erant autem non longè ab eodem loco duo fratres, Facundus & Primitiuus Chriſtianiſſimi, qui noluerunt idolo immolare: & propterea accuſati apud iudicem, ducti ſunt ad eum. Quos cùm multis minis exhortatus fuiſſet, vt idolis immolarent, reſponderunt: Nos quotidiè immolamus Domino Ieſu Chriſto: & nobis optabile eſt pro eo pati. & ſic vſque ad mortem perſeuerârunt.

SS. Facũdus & Primitiuus Chriſtũ vſq; ad mortem confitentur.

PASSIO S. IACOBI INTERCISI, VT HABETVR IN PERANTIQVIS MS. CODICIBVS, QVIBVS *conſentiunt Martyrologia & compendium certaminis eius quod habetur in Nicephoro Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Lib. 14. cap. 20.*

Nouẽb 27.

IACOBVS martyr, cognominatus Interciſus, nobilis genere ſed fide nobilior, ex regione Perſarũ & ciuitate Elape oriundus fuit. Hic ex Chriſtianiſſimam habuit: Eratque ortus eſt, & vxorem Chriſtianiſſimam habuit: Eratque notiſſimus Regi Perſarum, & inter optimates primus. Accidit autẽ vt à principe nimio amore ſeduceretur, & ad colenda idola flecteretur. Hoc autem mater & vxor audientes, protinùs ſic ei ſcripſerunt: Obediendo mortali, deſeruiſti eum qui vita eſt: placẽdo futuræ citò putredini, deſeruiſti ſempiternum odorem. Veritatem immendacium commutâſti, & mortali obtemperãs, vitorum

Iſdigerdem hunc appellat Nicephorus.

rum ac mortuorum iudicem reliquiſti. Noueris igitur nos amodò à te futuras extraneas, nec tecum decæterò aliquatenùs moraturas. Cùm autem has literas Iacobus legiſſet, amarè flens ait: Si mater mea quæ me genuit, & vxor mea extraneæ factæ ſunt: quanto magis à me extraneus factus eſt Deus meus? Cùm ergò pro errore ſuo ſe plurimùm afflixiſſet, nuncius venit ad principem, qui diceret Iacobum Chriſtianum eſſe. Quem princeps aduocans, ait: Dic mihi, Nazaræus es? Cui Iacobus: Etiam, Nazaræus ſum. Et ille: Ergò magus es. Cui Iacobus: Abſit à me magum eſſe. Cùm ergò ei multa ſupplicia minaretur, dixit Iacobus: Non me perturbant minæ tuæ, quia tanquàm ventus flans ſupra petram, furor tuus aures meas citò pertranſit. Cui princeps: Noli imprudenter agere, nè graui morte pereas. Cui Iacobus: Hęc mors, non mors, ſed ſomnus potiùs eſt dicendus, cùm poſt modicum reſurrectio tribuatur. Cui princeps: Non te ſeducant Nazaræi dicentes, mortem eſſe ſomnum, quia magni imperatores timent eam. Cui Iacobus: Nos non timemus mortem, quia de morte ad vitam tranſire ſperamus.

Accuſatur apud Regẽ q̃ ſit Chriſtianus.

Mors tẽporalis, Chriſtianis ſomnus eſt.

Tunc princeps amicorum conſilio, hanc ſuper Iacobum tulit ſententiam, vt ad aliorum terrorem membratim Iacobus puniatur. Cùm autem quidam ex compaſſione ſuper eum flerent, ille ait: Nolite ſuper me flere, ſed ſuper voſipſos flete: quia ego ad vitam pergo, & vobis ſupplicia æterna debentur. Tunc carnifices pollicem manûs eius dexteræ abſciderunt: & exclamans Iacobus ait: Liberator Nazarene ſuſcipe ramum arboris miſericordiæ tuæ: Nam à cultore vineæ ſarmentum abſciditur vitis, vt potiùs germinet & vberiùs creſcat. Cui carnifex: Si aſſentire vis, adhuc tibi parco & medicamenta adhibeo. Cui Iacobus: Nonne perſpexiſti ſtipitem vitis, quia cùm amputantur ſarmenta, ille nodus qui remanet, ſuo tempore, cùm terra incaleſcere incipit, per ſingula abſciſionis loca producit germina? Si igitur vitis putatur viciſſitudine temporis vt germinet, quanto magis fidelis homo qui in vera vite Chriſto compactus eſt? Tunc accedens carnifex ſecundum abſcidit digitum. Beatus autẽ Iacobus dixit: Suſcipe duos ramos quos plantauit dextera tua, Domine. Abſcidit & tertium: & dixit Iacobus: De triplici tentatione liberatus, benedicam patri & filio & ſpiritui ſancto: & cum tribus ereptis pueris de camino, confitebor tibi Domine, & in choro martyrum pſallam nomini tuo Chriſte. Abſciſus eſt & quartus: & Iacobus dixit: Protector filiorum Iſraël, qui in quarta benedictione pronunciatus es, ſuſcipe à ſeruo tuo quartam confeſſionem quarti digiti, tanquàm in Iuda benedicti. Abſciſo quinto, dixit: Completum eſt gaudium meum.

Mẽbratim interciditur corpus eius. Iohan. 15.

Tunc carnifices ei dixerunt: Parce iam nunc animæ tuæ, nè pereas: nec contriſteris ſi vnam manum amiſeris, quoniã multi ſunt vnam tantùm habentes, & multis diuitijs & honoribus abundantes. Beatus Iacobus dixit: Quandò paſtores intercipiunt pecora tondere, nunquid tantùm dextrum vellus auferunt & ſiniſtrum dimittunt? Si ergò pecus, quod animal brutum eſt, totum vult vellus auertere, quanto magis ego homo rationalis non dedignabor pro Deo occidi? Accedentes ergò impij ad ſiniſtram manum, digitum minimum inciderunt: & Iacobus dixit: Tu Domine cùm eſſes magnus, paruus & minimus pro nobis fieri voluiſti. Et idcirco tibi reddo corpus & animã quam creâſti & proprio ſanguine redemiſti. Abſcinditur & ſeptimus digitus, & ait: Septiès in die laudem dixi tibi Domine. Abſcinditur octauus, & ait: Octauo die circũciſus eſt Ieſus Chriſtus, & octauo die circunciditur Hæbræus vt tranſeat ad legales cæremonias, & mens ſerui tui Domine tranſeat ab his incircuncijs & coinquinatum habentibus præputium, vt veniam & conſpiciam faciem tuam Domine. Inciditur nonus digitus, & ait: Hora nona tradidit Chriſtus in cruce ſpiritum. Vndè & ego Domine in dolore noni digiti tibi confiteor & gratias ago. Inciditur decimus, & ait: Decimus numerus eſt in præceptis: & Iota, prima litera nominis Ieſu Chriſti. Tunc quidam de aſſtantibus dixerunt: O dilectiſſime quondàm noſter, profitere tantùm coram conſule, vt valeas viuere: Licèt enim abſciſæ ſint manus tuæ, ſunt tamen peritiſſimi medici qui tuis doloribus valeant ſubuenire. Quibus Iacobus dixit: Abſit à me nefanda ſimulatio. Nemo enim mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei.

Tunc indignati carnifices, acceſſerunt & pollicem dextri pedis abſciderũt, & Iacobus dixit: Pes Chriſti perforatus eſt, & ſanguis exiuit. Abſciditur ſecundus digitus

Chriſtus viti comparatur.

Dan. 3.

Gen. 49.

S. Iacobi in tormentis conſtantia.

Pſal. 118.

Luc. 2.

Gen. 17. 12.

Matth. 27.

Mar. 15.

Exod. 20.

Luc. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gitus pedis dextri, & ait: Magnus mihi dies est hic præ omnibus diebus. Hodiè enim ad Deum fortem conuersus ibo. Absciderunt & tertium,& ante ipsum proiecerunt. Et subridens Iacobus,dixit: Vade tertie digite ad socios tuos,& quemadmodùm granum tritici multum fructum affert, ità & tu in nouissimo cum sociis tuis requiesces. Absciditur quartus,& ait: Quarè tristis es anima mea,& quarè conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi. Absciditur & quintus, & ait:Nunc incipiam dicere ad Dominum,quoniam dignum me fecit socium seruis suis. Tunc accedentes ad pedem sinistrum,digitum paruum absciderunt, & dixit Iacobus: Digite parue confortare: quia paruus & magnus vnam habent resurrectionem. Capillus capitis non peribit,quanto minùs à socijs tuis separaberis? Absciditur secundus, & Iacobus ait: Destruite veterem domum, quia splendidior paratur. Absciditur tertius, & ait: Tunsionibus firmatur incus. Absciditur & quartus, & ait : Conforta me Deus veritatis, quoniam in te confidit anima mea. Absciditur & quintus,& ait : Eccè tibi Domine vicesiès immolor.

Pſal.41.

Paruis & magnis vna est resurrectio. Luc.12.& 21.

Pſal.56.

Tunc accedentes,pedem dextrum absciderunt : & dixit Iacobus:Nunc offeram munus cœlesti Regi,pro cuius amore hæc patior. Absciderunt & pedem sinistrum & B.Iacobus dixit : Tu es qui facis mirabilia,exaudi Domine & salua me. Absciderunt dextram manum,& ait: Misericordiæ tuæ adiuuent me. Ad sinistram ait : Tu es Deus qui facis mirabilia. Absciderunt dextrum brachium, & ait : Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo quandiù fuero. Absciderunt & sinistrum,& ait : Circundederunt me dolores mortis, & in nomine Domini vindicabor in eis. Tunc accedentes, absciderunt suram dextri pedis,scindentes vsque ad femur. Tunc B. Iacobus ineffabili dolore grauatus exclamãs, ait : Domine Iesu Christe adiuua me,quia circũdederunt me gemitus mortis. Et ait ad carnifices: Carnẽ nouam induet me Dominus, quã vestra vulnera macerare nequibunt.Iam carnifices defecerant eo quòd à prima hora diei vsq; ad nonã in eius incisione sudãssent. Tunc iterùm accedentes, sinistri cruris surã absciderũt vsq; ad femur. Tunc exclamãs B.Iacobus dixit: Dominator Domine exaudi me,miuiuum,viuorum & mortuorũ Deus. Digitos Domine non habeo, vt ipsos adporrigam: nec manus, vt eas ad te extendam. Pedes mei truncati,& genua mea demolita sunt, vt tibi genua flectere non valeam, & factus sum velut casũra domus ablatis quibus sustentatur columnis. Exaudi me Domine Iesu Christe, & educe de carcere animam meam. Hoc cùm dixisset, vnus de carnificibus accessit, & caput eius amputauit. Christiani igitur occultè accesserunt, & corpus eius rapientes honorificè sepeliêrunt. Passus est autem quinto Calend. Decembris.

Eccé martyris patientiam in amputatione singulorũ mẽbrorum.

Pſal.71.76. Pſal.145. Pſal.17.& 144.

Oratio eius sub mortẽ.

Caput ei ad vltimũ amputatur.

DE EODEM S. IACOBO INTERCISO, EX NICEPHORI *Callisti Ecclesiasticæ Historiæ Lib.14. Cap.20.*

INfinita verò alia ab audacibus & impijs illis quoquè tentata sunt. Quale videlicet & illud est in Iacobo Persa patratum. Is enim cùm Christianus antea fuisset,propter intercedentem sibi cum Isdigerde Persarum Rege amicitiam, paternam religionem reiecerat. Postquàm autem per matrem & coniugem rursùs ad fidem Christi admonitus reuertit, & eam rem princeps ægrè tulit, accerbam quandam, & propter nouitatem admirandam, post supplicia multa subijt mortem. Nam vbi articulis & iuncturis quibusque, in commoda & apta totius corporis membrorum conformatione, ex manibus,brachijs,pedibus & furis circumsectis,reliquum nihil quàm vnà cum ventre caput solum habuit,quoniam nec rum quidem fidem in Christum abiecit,& idipsum postremò ferro amputatum est. Minimè verò mirandum, si rerum vniuersarum Dominus feritatem illorũ sustinuit. Nam & qui Constantini imperium præcesserunt principes, rabiem suam aduersùs veræ pietatis amatores euomuerunt. Inprimis verò Diocletianus omnium grauissimus,ipso augustæ & venerandæ Passionis die,ecclesias sub imperio Rom. vbiquè omnes euertit. Et nouem elapsis annis, illæ quidem ad priorem florentes rediêre statum, ac potiùs & pulchritudinem, & amplitudinem multò præstantiorem recepêre. Diocletianus autem postremò disperijt, & cum impietate extinctus est.

Iacobꝰ Persa ex Christiano ethnicus.

Idẽ denuò Christianus

Luculẽtissimum eius martyrium.

Deus p longanimitatẽ suam Ecclesiæ tyranni cos persecutores sustinet.

Diocletiani interitus.

VITA

VITA SANCTI PATRIS NOSTRI STEPHANI IVNIORIS, QVI MARTYRIO FVNCTVS EST TEMPORE Constantini Copronymi propter sanctarum imaginum honorem & adorationem.desumpta ex Reginæ matris Bibliotheca,interprete D. Iacobo Billio Prunæo,S. Michaëlis in Eremo Abbate doctissimo. Nos verò,vt permultas alias, Lectori gratificaturi,eam in capita distinximus. Habetur in operibus Io. Damasceni auctis, post tres de Imaginibus orationes,vbi idem Billius ad pium Lectorem sequentem subiecit præfatiunculam.

Post tres Damasceni de Imaginibus orationes commodè me facturũ existimaui, si Stephani Iuniores,qui pro earundem imaginum cultu ac defensione, Constantini Copronymi tempore,hoc est,non multò post Damasceni obitum,crudelissima morte affectus est, vitam pridem à me de Græco in Latinum conuersam,ac nunc primùm editam subnecterem: quò Christianus Lector de eadem re, non modo literis consignatum,sed etiam sanguinis profusione confirmatum testimonium præstò habeat.

VITA.

DIVINA quædam res est virtus, ac digna quæ plurimis laudibus efferatur: non eo tantùm nomine, quòd amplissimam ijs,à quibus amatur,mercedem reppendit,sed etiam quia vel sola sui commendatione auditores ad se pertrahere, ac zeli aculeum in eorum animis infigere potest. Operæpreciũ est igitur eos, qui virtutis amore prædíti sunt,beatos prædicare, atque eorum vitam omnibus narrare. Sic enim & erga eos debito munere perfungemur, & alios ad suauem ipsius amorem excitabimus. Quoniam itaq; vndiquè optimus ille ac præstantissimus Stephanus, cuius nunc vitam commemorandam suscepimus, ex eorum numero extitit, qui virtutem insigniter amârunt, summoque ipsius desiderio flagrârunt, exponamus oportet primùm, quinam ipsi ortus, quæque disciplina atque institutio extiterit: (nam ne ea quidem eiusmodi est, ex qua nulla ad pios viros vtilitas & oblectatio reditura sit:) deindè monasteras ipsius palæstras, ac demùm quæ in martyrio suo luculenter ac præclarè gessit. Tulit igitur egregium hoc germen domina verè ac regina vrbium Constantinopolis. Nostrum enim atque indigenum germen hic est, ac diuinus ipsius fœtus & planta Stephanus: quæ & prima virtutis ipsius fructus degustauit, & nunc etiam vtilitatem metit, ac miraculis summa cum voluptate fruitur, alumno videlicet suo iucundissimè acquiescens. Natus est autem Anastasij tempore, qui tum impij sceptrum tenebat, atque alio etiam nomine Artemius vocabatur. Pij porrò ipsi parentes fuerunt,atque integerrima fide prædíti: qui cùm opibus ac facultatibus minimè carerẽt, non tamen parem ijs duntaxàt animi inductionem ac voluntatem habebant,sed longè maiorem ac copiosiorem. Hoc autem liquidò demonstrat benigna atque ingens erga egentes liberalitas, ac summa in danda eleemosyna hilaritas ac munificentia. Quò etiam illud accedebat, quòd ad diuina templa sine vlla intermissione munera offerebant. Quæ etiam ipsa, magis quàm quicquã aliud, illum verè Stephanum, illam, inquam, ingentem pietatis eorum ac virtutis mercedem, ipsis attulerunt. Nam cùm primò duarum filiarum parentes extitissent, masculà tamen prole carebant. Atque hoc infortunium pijs viris non parum videbatur. Nórunt hoc profectò, qui liberos procreârunt. Propemodùm enim non minùs molestum est ijs, qui gignunt, masculo fœtu carere,quàm si prorsùs liberorum expertes essent. Ob eam causam & in diuinis templis assiduè versabantur, & à Deo obnixis precibus perpetuò contendebant, vt sibi hoc suo voto frui daretur. Idque tum potissimùm faciebant, cùm ad Deiparæ templum, quod Blachernis situm est, sese conferrent.

Noũbr.28. Cap.1.

Vtile est pbos viros laudare.

Patria S. Stephani, & nativitatis tẽpus.

Masculina prole carere, idem pẽè est quod orbum esse.

Ac quodam tempore cùm vno parasceues die peruigilium de more celebraretur, Anna ipsius mater (nam hoc ipsi,vt olim Samuelis matri nomen erat) cùm, vt Scripturæ verbis vtar, plurimum sermonem effudisset,atq; orationem in longũ pro-

Cap.2. 1.Reg.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

produxisset, & cum Dei genitricis imagine, tanquàm cum viua disseruisset, seque, si quod oprabat, consequeretur, ipsius filio, id quod peperisset, consecraturam esse recepisset, sub orationis finem somno correpta, fœminam incredibili quadam, atque omni sermone præstantiore, forma præditam cernit: quæ & ipsius pedem vellicans, Abi, inquit, in pace muliercula. Est enim tibi in vtero filius, quemadmodùm postulâsti. Hæc locuta ea, quæ apparuerat, discessit. Ipsa autem non sine magna admiratione consurgens, ob ea quæ audierat, intima voluptate perfundebatur. Ac posteà maturè in lucem edito filio, confestim velut præludium pectorum iniens, ad Blachernense templum vnà cum marito proficiscitur, eumque ei, à qua acceperat, offert: Accipe, inquiens, Dei mater hunc charissimum filium, quem beneficio tuo peperi. Accipe eum, quem tibi & vnigenito filio tuo, etiam ante conceptionem dicaui. Hæc, & in eandem sententiam alia, cùm dixisset, conjugemque manu prehendisset, Virginis imaginem ipsi ostendens, Hæc, inquit, vir suauissime, vt desideratum Stephanum parerem, mihi præstitit. Huic petitionem meam committens, voti compos extiti. Ambo igitur gratijs Dei genitrici actis, domum reuersi sunt. Sed hæc posteà contigerunt. Interìm autem sub illud tempus, quo Stephanus conceptus est, aliud etiam quiddam accidit, quod silentio nullo modo præterire decet. Nam cùm eximius vir Germanus in Patriarchicũ throsum ascensurus esset, plebs ingenti frequentia ad maximum S. Sophiæ templum, ipsius videndi cupiditate concurrebat. Erat enim ille virtutis nomine clarus & illustris, atque in omnium linguis non sine voluptate versabatur. Vnà autem cum omnibus præclarum illud parentum Stephani par accurrens, scamnum quoddam occupârat: quò eum, quem cupiebat, è superiori loco intueri posset. Cùm igitur ille per Ecclesiam transiret, statim mulier (ipsam enim eius, quem vtero gestabat, cura concitabat) benedic, domine, id quod in vtero meo est, clamare cœpit. Ille autem perspicaci animę oculo eum, qui vtero gestabatur, intuens, Benedicat hunc Dominus per primi martyris intercessiones, respondit. Apud omnes porrò mulier affirmabat, se ea hora, qua hoc audijsset, igneam flammam ex diuino illo ore prosilientem vidisse. Vt igitur in lucem editus est, statìm eum, vt magnus Germanus prædixerat, Stephanum appellârunt. Quandoquidem autem baptismi quoquè luce collustrari eum oportebat, qui antè etiam quàm in lucem prodiret, illustratus erat, ad magnæ Sophiæ baptisterium itum est (Erat autem tum vespera magni Sabbati Resurrectionis Christi:) clarissimoque illi Germano in manus datur. Qui statìm eum baptizat, atque vngit, cum, inquam, qui iam iamq; spiritale Ecclesiæ vnguentum futurus erat. Domum itaque reuersi, cùm iam puer ad eam ætatem venisset, quæ studiorum capax esset, ad ludimagistros cum proficisci, ac disciplinis operam dare voluerunt. Is autem ad egregiam naturam laboris ac diligentiæ pennam adiungens, ad doctrinæ perceptionem duplicis alæ subsidio celerrimè prouolabat, ac velut equus per planitiem currebat. Hoc porrò sedulò agebat, vt non modò disciplinas, sed etiam virtutem sibi compararet: quò & per illarum lectionem tanto studio & cura versabatur, vt ea promptè ac memoriter recitaret, atque ingenio tanquàm libro vteretur. Ac præterea cùm sacras ædes adiret, atque sacra Scriptura legeretur, rectus stabat, totusque in eorum, quæ legebantur, auditione defixus erat, non genu flectens, non desidia languescens, non denique ad ea, quæ dicebantur, obdormiscens, sed arrectis, vt dici solet, auribus auscultans: nè quid eum ex his quæ recitabantur, effugeret. Id autem tum deniquè studio maiore facere videbatur, cùm aliquid ex Iohannis Chrysostomi lucubrationibus legeretur. Nam incredibili quodam ipsius amore tenebatur, atque ex eius præsertim orationibus pendebat: id videlicet efficiens, vt quod de Sirenibus effictum est, re vera in illis existeret. Atque hac ratione mores suos omni ex parte moderabatur atque componebat: adeò vt & os à iuramento purum haberet, & inanem sermonem nec ipse proferret, nec proferentem alium audire sustineret: proximum autem nec iudicaret, nec maledictis proscinderet: opes porrò, & delicias, & gloriam, forti animo contemneret: quietam ac frugalem vitam sequeretur, ac parsimonia magis, quàm alij sumptuum magnificentia & profusione, gauderet.

Visio matris eius.

Parentes, eum S. Mariæ Virgini offerunt.

Germanus Archiepiscopus Cõstantinopolitanus.

Is benedicit S. Stephano adhuc in vtero latẽti.

S. Stephan⁹ baptizatur.

Stephanus & literis simul & virtutibus operam dat.

Chrysostomi lucubrationib⁹ delectatur.

Cap. 3. Ea porrò tempestate ille, non minùs belluinis moribus, quàm nomine Leo, adornata

adornata instructaque ad inuadendam tyrannidem coniuratione, ab Orientalibus partibus proficiscitur, atque in Theodosium, qui tum imperio potiebatur, impetum facit. Hic autem tyranno imperio cedit, ac quietem amplectitur: vt qui scilicet imperij iacturam ciuilibus bellis leuiorẽ duceret. Statim itaque furia illa imperium inuadit. Ac primùm quidem vulpinam pellem induens, (nondùm enim leoninæ apud ipsum locus erat) orthodoxam fidem, vt si quis alius, se colere simulabat, impietatis fœtum, quem pectore gerebat, occultans. Cùm autem ad decimum iam imperij annum peruenisset, nec iam eam diutiùs animo premere ac continere posset, sceleratum fœtum edidit: acciteque & coacta senatorum classe, absurdum illud & impium euomuit, Imaginum picturas formam quandam idolorum retinere inquiens, neque ijs cultum adhibendum esse, nè alioquì Dei loco imprudentes idola veneremur. Protinùs igitur ingens tumultus à plebe excitatus est, ac mœstitiæ nubes orthodoxorum Ecclesiam obtegebat. Quod vt versipellis ille sensit, statim Gygis annulum vertens, vt obscurum esset quod agebat, laborabat, non videlicet leonis libertatem imitans, sed chamæleontis potiùs in modum formas immutans. Non, inquit, huc spectat mea sententia, vt eæ prorsus deleantur: sed hoc aio, sublimiore loco collocandas eas esse, nè ore quisquam eas contingat, atq; ità quodammodò rebus honore dignis contumeliam inferat. Quorsùm hoc tandèm, & quid moliens? Nimirùm vt eas longè à nobis collocando, ac procùl ab oculis nostris remouendo (nè eas facilè aut cernere, aut contingere queamus) paulatìm, vt sæpè nobis in his quos amamus vsu venit, in obliuionem incidamus, easque charas habere dediscamus, atque ità sensim & citra tumultum hoc à nobis obtineatur, vt eas nec adoremus, nec honore afficiamus. De hac impietate, quæ & multum abstrusæ, & multum item apertæ absurditatis habebat, cùm certior factus fuisset Germanus, vir libera atque intrepida pietate præditus, per quendam ex præcipuis Ecclesiæ ministris hæc ei mandat: Haud quaquàm oportebat, Imperator, te, qui tum vitam, tum imperium à Deo accepisses, aduersùs conditorem tuum insolenter extolli, atque, vt vulgò dicitur, non mouenda mouere, Patrumque terminos, quos illi antiquitùs posuerunt, transferre studere. Etenim humana forma à Deo Verbo ex sancta & pura Virgine susceptа, cùm omnis dæmonum cultus extinctus est, tum omnis idolorum adoratio abscessit. At verò theandricæ similitudinis imago Christi adoranda nobis & colenda perspicuè tradita est, itemque illius, quæ eum modo omni sermone præstantiori perierit, & sanctorum, quorum vita ipsi grata atque accepta fuit. Ex quo enim ille in forma nostra ad nos accessit (adhinc autem septingenti triginta sex anni iam fluxerunt) Patres intereà ac Doctores, quorum summa virtus fuit, venerandarum imaginum cultum nobis perspicuè tradiderunt. Nè longè abeam, post Christi in cælum ascensionem, mulier illa, quæ sanguinis profluuio laborabat, ab eo sanitati restituta, ipsius imaginem, velut acceptum beneficium referens, exsculpsit. Ac priùs etiam ab ipsomet Christo, ipsissima Patris imagine, diuino linteo facies ipsius impressa est, ac toparchæ Abagaro, id postulanti, Edessam missa. Demùm ab Euangelista Luca picta est. Quin ab Hierosolymis quoquè Virginis Dei genitricis imago missa est. Ob eamque causam diuina ac sacrosancta Concilia varijs temporibus, ac locis coacta, non vt eæ calcarentur, sed vt adorarentur, edixerunt. Velim itaque hoc scias, Imperator, quòd si iniquum hoc dogma confirmare atque constabilire in animum induxeris, me primùm nullo modo assentientem habituruses, sed promptum ac paratum, qui pro Christi imagine animam meam profundam, pro qua ille, vt collapsam atque prostratam imaginem meam instauraret, cruorem suum effudit. Perspicuum est enim ignominiam eam & contumeliam, quæ Christi imagini infertur, ad exemplar ipsum redundare. Quocircà nobis faciendum est, vt gratorum seruorum officio fungentes, pro Domini honore periculum adeamus.

Hanc liberam orationem arrogans illa anima ne extremis quidem, vt ità dicam, auribus attrectare sustinens, milites gladijs accinctos mittit, qui sanctum virum contumeliosè habitum, ac plagis malè mulctatum, throno exturbarent. Ipse itaque statim ad monasticum & quietum vitæ genus se contulit. At contrà Ecclesiam inuasit ille verè persecutor & contumeliosus, eamque miserum in modum peruastans, ac magno mœrore implens, non modò ob egregij Pastoris ereptionem,

Leonis Isauri tyrãnis.

Theodosius imperio cedit, id Leoni relinquens.

Leonis versutia.

Admonitio Germani Episcopi ad Imperatorẽ Leonem.

Pictarum imaginum antiquitas.

Cap. 4. Germanus sua Episcopali sede exturbatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem, sed etiam ob eius, quem in ipsius locum subrogauit, immanitatem. Confestim enim scelestum Patriarcham scelestus, hoc est eiusdem, vt dici solet, figlinæ hominem sufficit, nimirùm læuum Anastasium, qui in omnibus rebus ipsi assentiens, ac turpissimum obsequium persoluens, atque omnia ea, quæ ab ipso gerebantur, seruilem in modum laudans, huic quoquè pernicioso dogmati patronum se adiungebat. Ac primùm (ô ingentem, Christe, patientiam tuam!) aduersùs tuam imaginem audacissima illa anima grassatur, eamque, quæ supra portam fixa erat, ac vulgò ærea dicebatur, theandricam tuam formam deijciat-que obliterari iubet. Cùm autem ad hoc facinus perpetrandum missus satelles impositа iam scala conscenderet, diuino zelo incensæ mulieres, præclarissimumque ac generosissimum virtutis specimen edentes, arreptam manibus scalam in terram deijciunt, vnaque eum, qui hoc facinus aggrediebatur, præcipitem agunt: qui statim hanc præstiti ad hoc ministerij mercedem tulit, vt vita orbaretur. Sanctæ autem illæ mulieres ob Christum, cuius zelo flagrabant, opportunè abiecto atque contempto pudore, cursu effuso in Ecclesiam feruntur, atque impium Patriarcham, qui tum illic erat, illam, inquam, vt Christi verbis vtar, desolationis abominationem, in loco sancto stantem, lapidibus incessunt, mercenarium non Pastorem, lupum non Pastorem, Ecclesiasticarum deniquè sanctionum ac dogmatum proditorem appellantes. Ille autem pudore simul ac metu correptus, confestim ad Imperatorem confugit, eique quod factum fuerat, narrat, atque ad mulierum cædem eum extimulat. Huiusmodi enim boni illius, ac pacifici Pastoris studium erat, tanquàm videlicet per ea, quæ agebat, docere cupientis, malum pro bono rependendum esse. Mox igitur gladio necantur, ac pro pietatis præmio mortem ferunt.

Leo Isauricus bellum indicit imaginibus.

Matth.24.

Sanctæ mulieres aliquot, pro iustitiæ zelo gladio necantur.

Cap.5.

Ac tum videre erat multos eorum, qui orthodoxam fidem arctè complectebantur, patrium solum tanquàm inimicum & hostile fugientes, atque ad solitudines & deserta perfugij causa se conferentes, tutiusque censentes cum feris habitare, quàm cum viris huiusmodi versari. Cum quibus tametsi admirabilis quoquè Stephani parentes patriam relinquere constituissent, tamen hoc eorum cupiditatem morabatur, quòd Stephani ætatem expectarent, vt pollicitationem eam, quam de eo fecerant, minimè fallerent, sed eam ad finem perducerent. Cùm autem id secum vnà perpendissent, haudquaquàm vtile esse eum in Byzantinis monasterijs detondere, ad Auxentij montem se conferunt. Situs est porrò hic mons è regione Byzantij, circa Bithyniæ prouinciam: vicinosque omnes montes altitudine longè superat: nomenque ab eo Patre traxit, qui primus in eo domicilium sibi fixit. Hic autem locus ad vitæ tranquillitatem non parum ijs adimenti affert, qui eius cupiditate tenentur: vt qui ab omni turba ac tumultu immunis sit. Est enim in ipsius fastigio antrum quoddam, in quo Patres, sede per successionem sibi constituta, tandèm hinc in paradisum migrârunt. Siquidem post diuini viri Auxentij è vita discessum, Sergius ipsius discipulus, tum vitæ generi, tum antro successit. Hunc secutus est vir admiranda virtute ornatus Bendianus. Demùm sanctus Gregorius. Ac deniquè ille Stephani antecessor, ac singulari mentis perspicacia præditus Iohannes. Ad quem cùm beati huiusce viri parentes filium, quem ex promissione acceperant, duxissent, precibus ab eo contendebant, vt ipsum exciperet, ac monastica veste donaret. Quem vt senex intuitus est, ac perspicacissimis animæ oculis diuinâ animæ ipsius pulchritudinem cognouit, morumque in tam tenera ætate grauitatem atque constantiam animaduertit, prompтè eum suscipit, leniterque ac placidè ad ipsius parentes, Verè, inquit, Dei spiritus in hoc puero requiescit. Quocircà cùm nocturnæ Dei laudes de more peractæ essent, accitum pro foribus antri sistit, ac plurimis verbis eum erudit, atque ad spiritales palæstras acuit, monetque nè parentum amorē pluris quàm Deum faciat. Hic enim, inquit, & finxit, & seruauit: illi autem persæpè quos adamârunt, perdiderunt, atq; in pœnam coniecerunt. Hæc cùm ille, aliaque huic scopo consentanea monuisset, ac tāquàm in optimam terram semina iecisset, eum tondet, ac monastica veste induit, decimumsextum iam vitæ annum agentem.

Aurētianus mos monasticæ vitæ gymnasiū.

Parentes S. Stephani rogant eum donari veste monastica.

Quorundā parentum stultitia.

Cap.6. Monachus factus vt se gesserit S. Stephanus.

Protinùs igitur Stephanus ad monastica certamina sese accingens, nullum continentiæ genus prætermisit. Nam & ieiunio ac vigilijs corporis impetus coërcebat, & omnes voluptatum illecebras superabat, & iracundiam imperio tenebat.

Ab iniuriarum autem acceptarum recordatione vsque adeò abhorrebat, vt non modò eum, à quo molestia affectus esset, nō vlciscereturr, sed etiam beneficijs contrà afficeret. Tanta rursùs obedientiæ laude præstabat, atque ad obsequendum adeò promptus erat, vt ob exuberantem obedientiæ atque humilitatis magnitudinem ijs potissimùm rebus delectaretur, quæ cum labore & molestia coniunctæ essent. Cui rei, vt alia multa omittam, istud testimonio fuerit. Nam cùm longo ab ipsis, ac difficili interuallo, aqua ea, qua vtebantur, dissita esset, (erat enim in admirandi viri Auxentij cœmeterio, quod quidem ille adhuc superstes extruxerat, atque in sanctarum mulierum monasterium consecrârat, ac Trychinariam, vel ob itineris asperitatem ac difficultatem, vel etiam ob vestium ipsarum rigiditatem appellârat) cùm, inquam, longo interuallo aqua dissita esset, Stephanus eam quotidiè ad antrum tam æstate, quàm hyeme deferebat. Cumque non modò aquam, sed & alia omnia, quæ necessaria erant, illinc transferret, nunquàm tamen aut desidia languere, aut querulum vllum verbum emittere, aut consuetam regulam negligere visus est, sed semper eodem, quo magister, gressu incedere, atque ipsius vestigijs hærere. Qui quidem ob eximium suum erga Déum amorem, omnibusque numeris perfectam & absolutum virtutem frequentes gratias diuinitùs consecutus est, & quidem eiusmodi, vt etiam brutis animantibus imperaret, eisq; tanquàm ministris vteretur. Canis enim ipsi de more in monte assidebat. Qui quidem, si quandò Stephanum abesse contigisset, (vt si fortè quidam è vicinis monachis ad sanctum virum ventitâssent: siquidem quamplurima tum erant in illis montibus monasteria, quæ tyrannus, partim quia immodico venationis studio tenebatur, partim quia monachorum vestem, vt quæ duræ aspereque vitæ monimentum ac symbolum esset, ac voluptuarios & delicijs deditos homines molestia enecare posset, infensè oderat, prorsùs de medio sustulit) canem illum de nomine vocabat, atque in charta quadam, ea quæ necesse erant, conscribens, eamque canis collo appendens, ità demùm cum ad monasteriū descendere iubebat, ac literis illis ad præfectam perlatis quàm ocyssimè reuerti. Ille autem, non secùs atque animal quoddam rationis particeps, statim imperata faciebat, ac summa celeritate ad monasterium pergens, præfectæque cellæ adstans, aduentum suum latratu significabat. Ac tum ij, qui in illo domicilio consuetum ipsius ministerium agnoscebāt, ad eum properabant, ac perlecta charta, quæ ea postulabat, exequebantur. Atque ità iussis perfunctus canis ad dominum rursùs se referebat.

Vestigijs sui magistri sēper inhęret, eius sanctitatē sequēs.

Bruta animātia obedunt eius Abbati, sc. hanni scilicet.

Contigit autem aliquandò, vt Stephanus ex aliquo ministerio reuersus diuinum illum Iohannem posito ad speluncæ fenestram capite acerbissimè flentem offenderet. Cùm autem ipse defixa humi fronte ab eo nequaquàm, vt solebat, benediceretur, perdiù ad hunc modum humi prostratus, secum ipse reputabat, quorsùm tandèm hæc patris lamentatio spectaret. At perspicacissimus ille vir cum animo suo versans, ac deindè se erigens, Tua causa, inquit, charissime fili, tua, inquam, causa in hoc luctu fui. Planè enim hoc noui, fore, vt hic locus tua tempestate incrementum capiat: ac rursùs ab impijs Imaginum hostibus euertatur. Ad quæ cùm Stephanus admodùm dolenter imo corde ingemuisset, Quid autem, inquit, honorande Pater, an illud quoquè fore prospexisti, vt vnà ipse peream, atque à peruersa doctrina vincar? Tunc ille, Bona verba fili, inquit: nunquàm hoc accidet. Cæterùm, vt Apostoli verbis vtar, vide quemadmodùm cautè ambules. Scriptum est enim, eos demùm salutem esse consecuturos, qui ad finem vsque perseuerauerint. Hæc & alia monendi causa locutus, ea quæ ipsi in posterum euentura erant, apertissimè prædixit.

Iconoclastarum furorem Iohannes Abbas præuidet.

Ephes.5.

Matth.24.

Igitur eo tempore, cùm sacerrimus Stephanus patrem suum carnalem ad Dominum proficisci resciuisset, spiritualis huiusce patris hortatu Byzantium petit, ac iustis ipsi persolutis, diuenditisque omnibus ipsius facultatibus, ac matre atque vna sorore assumptis) altera enim iam antè in Byzantino quodam cœnobio monasticæ vitæ causa comam abiecerat) ad montem redit. Cumque ipsius opera illæ à diuino sene benedictionem accepissent, ad mulierum monasterium ductas eas detondet, ac Dei cultui consecrat: matrisque carnalis atq; itèm sororis pater spiritualis efficitur. Etenim hoc demùm verè amoris ac consanguinitatis argumentum est, ijsdem rebus gaudere, atq; idem vitæ genus complecti. Nam alioqui maiore ex parte homines sanguinem ementiri, ac generis propinquitatem adulterare

Cap.8.

In quo verus amor situs sit.

Cap.7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

compertum habeo. Posteà autem reuersus,in pristino vitæ instituto perstabat.Nō multum temporis intercessit, cùm diuinus Iohannes suam ad Deum profectionem imminere sentiens, multis magnum Stephanum præceptis instruxit, atque extremùm osculatus, debito iustis somno conquieuit, spiritumque suum immortalibus manibus commendauit. Statìm itaque præstantissimus Stephanus, Patris morte per tesseram significata, monachorum greges, tanquàm ceruos ad fontes conuocauit: qui cùm beati Iohannis corpus conspectum religiosè ac reuerenter exosculati essent, orbitatemque suam deplorâssent, in reliquiarum loculo ipsum condiderunt.

Iohannis Abbatis obitus.

Cap.9. Iosue 1. 4.Reg.2.

At enimuerò nec imperfectus eorum, qui congruentem diuinæ legi vitam ducunt, nec successorum expers est numerus. Nam & vita functo Mose locum ipsius expleuit Iosue: ac rursùs recepto in altum Elia successor Elisæus,atque tum ipsius melotæ, tum duplicis gratiæ hæres designatus est. Ad eundemque modum beato hoc Iohanne ad Deum profecto,statim & speluncæ,& gratiæ,non duplicis solùm, sed multò etiam amplioris, hæres spiritualis ipsius filius Stephanus extitit. Ergò angustissimam illam spelunçam ingreditur, annos natus aliquantò plus quàm triginta. Atque apiculæ more in antrum seipsum includens,dulce virtutis mel concipiebat: sic nimirùm se comparans, vt & laboribus se exercerer,ac per actionum iedulitatem fauos certo ordine, ac congruenti mensura componeret,& ijs,à quibus adibatur, illuminationem simul ac dulcedinem impertiret. Atque actuosas quidem ipse quoquè, Apostoli ritu, manus habebat, conficiendorum scilicet rerum, vt ille, artem colens. Atque insuper egregiè scribendi peritiam consecutus,de scribendis libris operā impendebat: vt qui non modò nemini oneri esse vellet,sed etiam habere cuperet,vndè egenti subsidium afferre posset. Ac spiritùs fructus certe nere erat in ipsius animo,tanquàm in fœcunda terra, florentes,hoc est charitatem, gaudium,pacem,mansuetudinem,longanimitatem, benignitatem: quos quidem fructus plerisq; corū,qui ad eum ventitabant,optimè impertiebat. Permulti quippè ipsius virtutes imitari cupientes, contubernium cum eo habere, ac sub eo præceptore viam in cælū ferentem tenere voluërunt. Quibus primùm quidem repugnabat, eosque contubernales habere renuebat,vt qui & molestiam ipsi facellere, & ipsius animum distrahere possent. Tandèm tamen eos admittebat: vt qui foràs cum,qui ad se veniret,ejiciendum nō esse,à Christo didicisset. Primùm igitur Marinum,probum virum,ac suauissimis moribus præditum suscepit,deindè Iohannē & Christophorum,posteà Zachariam,pium hominem,diuinumque vitæ genus ad summum vsque gradum consectantem,tum itèm improbum illud par Sergium & Stephanum, (de quibus inferiùs verba faciemus) ac sex insuper alios, quorum nomina in eorum,qui in Christo viuunt,libro perscripta continentur.

Act.18. More Apostoli manuali vacat operæ. Gal.5.

Illecebrosa res est virt?.

Marinum suis discipulis præficit, vt libentius Deo vaçet.

Cap.10.

Ad hunc itaque modum asperrimus ille mons vrbis cuiusdam instàr extructus est, ac præclari cuiusdam cœnobij locum tenebat: necessarijs nimirùm omnibus rebus Dei prouidentia ipsis, quantum sat erat, subministratis. Quinetiam diuinitùs afflati Patris cognomento, tanquàm opibus quibusdam, ornabatur: vt qui ad hunc etiam vsque diem Auxentij mons nuncupetur. Quem quidem Deo inuisus tyrannus, sancti viri odio percitus, solo æquauit,atque Auxentianum collem potiùs nuncupari voluit. Quandiù igitur in eo Stephanus præceptoris munere fungebatur, ex hoc antro, tanquàm ex sacrosancto quodam adyto, prospiciens, huic sancto discipulorum choro ea præcepta ac documenta dabat, quibus animus ad virtutem eruditur. At cùm discipulorum numerus crescceret, atque ad viginti virque progressus fuisset,ipse maioribus dignum se censens (illecebrosa enim res virtus est, suique studiosis maioris incrementi cupiditatem semper inijcit, non secùs atquè auaris pecunia) atque etiam alioquì tranquillam & ab omnibus negocijs feriatam vitam vnicè amans, ac deniquè asperiori vitæ generi corpus addicere constituens, prædictum illum Marinum eorū antistitem ac moderatorem creat: ipse autem peragrato prorsùs montis cacumine, cellulam spelunca illa longè minorem extruit, latitudinis non plus quàm sesquicubitum habentem,longitudinis autem cubitos duos. Ad orientalem autem partem conchæ formam effingit,ea altitudine, vt curuato corpore vix illic stare posset: reliquam autem partem tecti expertem relinquit.

Cap.11.

Iam autem duos & quadraginta annos natus, vna ex sacratissimis noctibus,cùm Marinum

Marinum clàm vocâsset, eique, quid in animo haberet, aperuisset, (necdùm enim cuiquam exploratum erat, cur locum illum extruxisset) vnà cum eo profectus,in parua illa & sepulcri similitudinem referente domuncula seipsum includit. Sic igitur, cùm monachi omnes matutinis precibus perfuncti, ad spelunce vestibulū venissent, flexisque capitibus paternam sibi benedictionem, vt mos ferebat, sibi donari postulâssent, nec vox Patris vsquàm exaudiretur, in magna animi perturbatione versari cœperunt. In spelunçam itaque,videndi illius desiderio,insiliunt. Quem vt minimè repererunt, luctibus & querelis sese afflictabant. Ac posteà,alij alio dispersi, gemitibus & lachrymis Pastorem vestigabant. Quorum cursitationem ac fletum diuinus ille vir sentiens, leni & amica voce agnos vocauit. Illi itaque ad eum currentes,atque illud angustia permolestum domicilium conspicientes, Ecquid hoc est (calentes lachrymas ex oculis emittentes dicebant) ecquid inquam, hoc est, Pater? Cur tantis vitæ asperitatibus teipsum addicis, præmaturam nobis velut orbitatem moliens? Tum ille, Quî tandèm aliter facerem,inquit,ô filij,cùm arcta, vt Scriptura docet, atque angusta sit via, quæ in cælum ducit? Quod vt illi audiêrunt, nil aliud adiecerunt. hoc tantùm ab eo petiêrunt,vt cellæ suæ tectum adderet,ac non ità sub dio vitam traduceret. Qui rursùs,cùm tecti cuiuslibet loco sibi cælum sufficere respondisset,ad hunc modum perstabat, contrarias inter se aëris mutationes ferens. Nam & per æstatem solis ardore flagrabat, & per hyemem frigore rigebat. Adhæc etiam vna melota, eaque parua ac vili,tegebatur, ac florem solam ad breuem somnum adhibebat. Quinetiam,tanquàm huiusmodi ærumna non satis plena ac perfecta esset,ferro quoquè totum corpus cingebat.

Preces matutinæ à veteribus persolutæ.

Quàm sit arcta via regni cœlestis, verbo & operibus docet.

Asperitas vitæ eius.

Cap.12.

Quoniam igitur fieri non poterat,vt (quod vehementer expetebat) tanta ipsius virtus in obscuro delitesceret (quînam enim istud, cùm ne vnguenti quidem odorem occultare facile sit?) multi ad eum sese conferebant,atque, priùs etiam quàm vllum verbum emitteret,ex solo ipsius adspectu non paruam vtilitatem percipiebant.Quo in numero mulier quædam illustris & honesta,marito haud ità pridèm orbata, festinanter sanctum virum adijt: cumque se viduam ac liberorum expertem, proindeque solam esse ipsi narrâsset, nihil aliud sibi superesse dicebat, quàm qua te animæ cura tenet,id quod promisisti,mox præsta: nè te cunctantem ac moras nectentem mors inuadat. Igitur pia illa mulier ad matrem rediens, ac Patris sermones in intimis cordis penetralibus abditos tenens, facultates omnes suas auro commutat,eoque magna ex parte pauperibus erogato, confestìm parētes, propinquos,vicinos, amicos relinquens, ad diuinum Stephanum se confert, non parua auri illius portionem secū gestans. At ille asperiori orationis genere ad eam vtens, Cùm tu, inquit, ex Saluatore ipso audieris, eum discipulū ipsius esse minimè posse,qui non bonis omnibus suis renunciauerit, quonam modo, contēpto ac pro nihilo habito hoc præcepto, partem aliquam mundi retines? Hæc vt mulier audijt, ipsius perspicaciā ad stupore vsque admirans, Non me, inquit, honorande Pater,auara, spiritualis potiùs, nisì me animus fallit, cupiditas impulit, vt auri aliquid mihi reliqui facerem: quòd videlicet id per tuas sanctas manus erogari, maioremq; mihi tua opera vtilitatē comparari cuperem. Tum ille: Alienorum delictorum scintillas manibus meis extinguere nullo modo sustineo. Vereor enim nè qua earum furtìm succendatur, maximumque in animo meo incendium excitet. Id enim nonnullis,dum non satìs animum attendunt, vsu venire compertum habeo. Illud autem omninò pespicuum est, quod qui seminat, idem suis quoquè manibus metet. Hæc locutus, eam quidē rursùs ad matrem redire haudquaquàm vtile esse iudicauit: cæterùm,vt vicinis locis vnà cum pio Marino peragratis, ipsamet suis manibus pecuniam illam distribueret,imperauit. Quo munere cùm perfuncta fuisset, tum deniquè monastica eam veste induit, atq; ad mulierum monasterium transmittit,antistitaque etiam atque etiam mandat,vt summam ipsius curam gerat, manumque ei ad virtutis studium amplexandum porrigat, seduloque opituletur. Atque hæc quidem ità se habuerunt.

Multi melioris instituti proposito ad eum cōfluunt.

In salutis negocio abijcenda est omnis mora.

Luc.14.

Matronæ cuidā imperat vt omni facultate pauperibus distributa, sequatur nuda nudū Christum.

Cap.13.

Cùm autem ille zizaniorum sator Christi Ecclesiam semper quidē oppugnari, nunquàm tamē subigi & expugnari, sed externos hostes nullo negocio frāgere ac profli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Intestina bella Ecclesiæ magis nociua q̃ externa.

profligare cerneret, intestinum ipsi bellum excitare instituit. Ac primùm, vt iam dictum est, ferinum illum hominem, Leonis nomen ferentem, qui à Syris genus ducebat, ac præstigijs quibusdam (vt quidem homines opinabantur) multa prodigiosè perpetrabat, atque eiusmodi erat, vt simplicioribus hominibus impostu facere posset, aduersùs eam immisit. Qui aduersùs sanctas Imagines rabido & beluino animo sæuiens, Christi ouile maximis detrimentis afficiebat. Postquàm verò à præclaro illo Ecclesiæ Pastore Germano reprehensus ac depulsus est, simulque & hanc viram & sempiternam amisit, immanis illius belluæ immanior eatus) Constantinum Copronymum dico, illum inquam, vt quispiam dixerit Achab ex Achas, vel potiùs Herodem ex Archelao, illud libidinis omnis mancipium) perindè videlicet atquè in id omni animi contentione incumberet, vt paterna facinora parua & leuia, ac velut quædam duntaxàt magnorum improbitatis ipsius fructuum semina fuisse ostenderet, Ecclesiam propalatur, deijcit, euertit, omnes Christi & Sanctorum imagines delet, ac flammis tradit. Deindè à pietatis amatoribus eximijsque monastici ordinis viris reprehensus atque conuictus, implacabile aduersùs eos bellum excitat, præclarum illũ habitum * tenebrarum indumentum vocans, (cùm ipse dæmonibus proculdubiò tenebrosiorem animam haberet) atque * Immemorandos eos appellans, cùm ipse nec diuina vlla, nec humana memoria dignus esset: ac præterà idololatras, ob venerandarum Imaginum adorationem omnes nuncupans, cùm ipse aurum potiùs quàm Christum adoraret, atque auaritiæ & impietati peræquè studeret. Igitur stolidam omnem illam sapientiæque expertem multitudinem, quæ ipsius imperio subiecta erat, in concionem aduocat, ac veneranda Crucis ligna vnà cum diuinis Dominici corporis & sanguinis mysterijs, atque ab omni labe puris Euangelijs (in quibus Dei filius Christianis, nè iurent, prorsùs interdicit) palàm proponit: atque ità per ea vniuersos iureiurando adstringit, nunquàm se diuinas Imagines adoraturos, quin cas potiùs idola vocaturos (cùm ipse potiùs impietatis idolum verè esset) ac nec communionem quidem à monacho accepturos, nec salutantibus quicquam humanitatis vicissim exhibituros, verùm si quisquam eorum monachum aliquem vspiàm obuium habuisset, * Tenebricosum eum & Immemorandum, & idolorum cultorem appellaturos, ac demùm (ô horrendum furorem! ô ingentem tuam, Christe, patientiam ac lenitatem!) lapidibus ipsum petituros. Quinetiam sacri ordinis quendam nactus, cui nomen cum ipso idem, & eadem fidei sententia erat, (iam enim vt anima, ità corpore quoquè Anastasius interierat) ei, proh scelestum facinus, Ecclesiæ cuiram administrationemque committit, non Patrum electione, non Synodi examinatione, non denique canonico suffragio atque decreto, sed tyrannica potiùs portestate, antistitem ipsum instituens. Etenim, non secùs àc si in scena apertè ludentes, ac non seriò agerent, ambo in pulpitum ascenderunt: ac deindè Imperator manibus impuris diploidem sacram nefario homini profanè imponit, dignum Episcopatu eum esse clamans, qui graui potiùs ignominia & vituperatione dignus erat. O importunam & absurdam audaciam! O execrandum facinus! Quis ense accinctus erat, antistitē sacrum creabat: qui bellis ac cædibus per omne vitæ tempus operam dederat, initiatoris sacri munere fungebatur: qui cum tribus mulieribus flagitiosissimè sese cõtaminârat, sceleratos pontifices instituebat (id quod ne apud Gentilium quidem sacerdotes vnquàm perpetratum fuisse repertũ est:)

Cùm itaque ad hunc modũ obscœnum istud par coijsset, atque Attagas, vt vulgò dici consueuit, Numenio sese adiunxisset, literæ ad omnes vrbes ac prouincias commeabant, quibus Episcopi ad imperialem vrbem confestim accersebantur. Id autem eò fiebat, vt Concilium aduersùs venerandas Imagines cogeretur. Cernere igitur erat audacissima illa facinora, atque impietatem omnem excedentia, quę sine vllo metu perpetrabantur. Nam & sacrosancta vasa ob venerandarum Imaginum picturas pedibus obterebantur, & templorum decor ac pulchritudo, quam sacrarum Imaginum picturæ pariebant, partim abradebatur, partim etiam calce illinebatur. Etenim vbi Christi aut matris illius, aut Sanctorum alicuius imago erat, vel in ignem conijciebatur, vel in puluerem redigebatur, vel etiam albario opere inducebatur. At vbi arborum, aut auium, aut bestiarum effigies, aut etiam circenses aliæ nationes pictæ erant, his nimirùm parcebatur, ac summa cura prospiciebatur. Quo-

Ecce impiũ impij Copronymi iuramentum.

σκοτίνδολον hoc est tenebrosè vetitum.

Nefarij Copronymus Episcopum sibi similem tyrãnica potestate creat.

Esa. 24.

Cap. 14.

Eccè nostrorum Caluinistarũ præcursores Iconomachos.

Quocirca Ecclesia tota eo ornatu, quem ipsi sacræ Imagines afferebant, spoliabatur, ac tanquàm sponsa coniuge orbata, mœsta & squalida atque incompta cernebatur. Quis autem illius temporis calamitatem satis dignè deplorare queat? Quæ lingua ea, quæ perpetrata sunt vlla oratione complecti possit? Quæ auris placidè ac sedatè huiusmodi narrationem excipiet? Tempestiuum scilicet tunc erat Prophetæ verba cum lachrymis vsurpare, Perijt sanctus à terra, & qui rectè agat, inter homines non est. In securi etenim & ascia Ecclesiæ Christi portas perfregerunt, atque igni sanctuarium ipsius incêderunt. Quænam enim alia mystico sensu portata hic esse queat, quàm diuinarum Imaginum pictura? Nam ea menti aditum ad exemplar aperit, ac per ea, quæ in sensum cadunt, ad ea quæ intellectu percipiuntur, introducit. Nam alioqui materiam non adoramus, quemadmodùm impijs facere videmur: sed spiritualem adorationem ad eam rem, quæ figura exprimitur, per picturam referimus. Siquidem Imaginis honor, vt cum Basilio magno loquar, ad exemplar assendit. Atque hac ratione Crucem, ex quacunque tandèm materia constructa sit, adorare ità didicimus, vt non ipsi materiæ, sed ei affixo cultum tribuamus. Huius porrò venerandæ Crucis imago est omnis ad exemplaris formam depicta materia. Neque enim illud duntaxàt lignum, cui Christus affixus est, adorare didicimus, verùm alia quoquè omnia, quæ ad Crucis formam expressa sunt. Quamobrèm aut diuini ligni formæ cultus negetur: aut etiam Christi & Sanctorum imaginibus honor habeatur. Atque hæc à me velut per digressionem dicta sint, vt istos ab orthodoxa doctrina procùl aberrare demonstrem. Nunc eò, vndè huc deflexit, oratio reuertatur.

Mich. 7. Psal. 73.

Imaginum vtilitas.

Libro de Spiritu sancto cap. 18.

Christi & Sanctorum Imaginibus honor exhibendus.

Cap. 15.

Ad hunc igitur modum Ecclesia laborante, ac malè affecta, piorum multitudo in summa consilij inopia & mœrore versabatur: ac potissimùm sacrum monachorum agmen, vtporè quod orthodoxam fidem arctiùs amplecteretur. Itaque, tanquàm ex compacto, tum Byzantio, tum reliquis Europæ vrbibus ac Bithynia excedentes, ad Auxentianum montem se contulerunt: ac beatum Stephanum adeuntes, ab eo petebant, vt ducem se illis præberet, eosque consilio iuuaret. Loquere, inquiebant, ô Pater, si quis in te consolationis sermo est: mentesque ingenti mœstitia oppressas cohortare. Titubantem animum fulci: nè humano metu labefactatus, de ipso salutis capite periclitetur, ac pietatem prodat. Ille autem eos lubenti animo suscipiens, atque charitati consentaneam hilaritatem præ se ferēs, Nihil, inquit, ô Patres, nihil inquam, mentem pietatem seriò colere cupientem virtutis antecellit. Itaq; futurum confido, vt per Christi gratiam vestra quoquè sententia, pietatis fundamento nixa & stabilita, immobilis perstet, nec hostium impetu frangatur. Ob eamque causam vos potiùs oro atq; obsecro, vt me consilio vestro iuueris, animumque meum dolentem recreetis. Nam ipse quoquè, vt cernitis, grauissimo mœrore vrgeor. Defecerunt oculi mei, vt cum Scriptura loquar, propter contritionem filiæ generis mei. Video enim incontaminatam Christi sponsam ab horrendo ac belli cupido dæmone, qui tantum ei bellum excitauit, acerbè & crudeliter oppugnari. Quemadmodùm enim primùm aduersùs primã imaginem furore percitus, versutè hominem adduxit, vt mandatum violaret, & effectoris similitudinem amitteret: sic nunc aduersùs Christi & Sanctorum imaginem, non iam subdolè ac per cuniculos, sed aperto marte grassatus, huiusmodi caliginem ac tempestatem nobis offudit. Ac nunc, tanquàm in nocturno prælio, membra inter se conflictantur, aliaque aduersùs alia stant: mutuoque (ó grauem calamitatem!) nosipsos impetimus, atque in obscuro sauciamus. Interim peruersus ille sedet, ingentem ex miserijs nostris risum excitans, vt qui nos Gentilium simul ac Iudæorum spectaculum effecerit, subsannationem & derisum his, qui in circuitu nostro sunt. Ac nunc filij Sion, nos inquam, precioli, & auro æquiparandi, reputati sumus in vasa testacea, figlinaque opera contrita. Siquidem, vt diuini Prophetæ verbis vtar, caligine obtexit Dominus in ira sua filiam Sion, proiecit è cælo in terram decus Israël: nec recordatus est scabelli pedum suorum in die iræ. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo re filia Sion? Procùl enim à me recessit, qui consolabatur me. Ac proindè clamabo ad eum solum, qui percutit & sanat: vociferabor ad eum, qui solus clemens & humanus est: ac sublata voce dicam, Miserere nostrî Domine, miserere nostrî, quoniam repleti sumus despectione. Transfer opprobrium à nobis, & da contemptionem

Multi fideles ad sanctum Dei Stephanum cõfluunt vt ab eo consolentur.

Nihil homine verè pio fortius.

Hier. 6. Ecclesia Christi spõsa acerbè à dæmone oppugnatur.

Thren. 2.

Hier. 9.

Deut. 32.

Psal. 122.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptionem ſuperbis, qui aduersùs Eccleſiam tuam, ſanctasq; Imagines tuas inſolenter ſeſe extulerunt, idola eas appellantes, nosque, qui eas adoramus, idolorum cultores. At tu renoua nos vt diluculum mātutinum. Amplificetur recta & vera fi-
Pſal.79. des tua. Eccè enim gemitus cordis noſtri multiplicati ſunt, & oculi noſtri defecerunt: quoniam deſtruxiſti maceriam hæreditatis tuæ: & vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam. Exterminauit nos aper de ſylua: & ſingularis ferus
Poſt lamentationem, prædicit Stephanus, Eccleſiæ ornatum reſtituendum. nos depaſtus eſt, ille, inquam, crudeliſſimi Leonis crudelior catulus. Conuerte re, Domine, & viſita vineam tuam: & perfice eam, quam plantauit dextera tua. At enimuerò in lachrymas & fletus ob incumbentem & paſtoribus & ouibus impietatis caligine, prolapſus, me ijpſius oblitus ſum, ac lamentationem vltra modum produxi. Sic enim mihi perſuadeo, Deum probra Eccleſiæ ſuæ illata minimè negle ſturum, ſed retributionem ſuperbis propediem redditurum, atque Eccleſiam
Cap.16. ſuam lætitiæ ſtola conueſtiturum, ac priſtinam ipſi elegantiam impoſiturum.

His atque alijs huiuſmodi ſermonibus ad monachorum, qui & ipſi lachrymis madebant, cateruam vſus Stephanus, hæc verba inſuper adiecit. Ad has tres pa-
tres, quæ nefariæ hæreſis labem minimè contraxerunt, vt fugiatis cenſeo. Neque enim alius locus eſt, qui quidem ſub draconis huius imperio ac poteſtate ſit, qui ab eius veneno purus māſerit, quàm ea quæ ad accliue Ponti Euxini ſunt, hoc eſt Zic-
chiæ, & Cherſonis, & Boſphori, & Nicopſis, & Gotthiæ, atque ea item quæ ad Parthenium mare ſe porrigunt: quin & quod in antiquioris Romæ decliui eſt, ac Nicopolitana & Neapolitana Metropolis, quæque ad Romanum vſque flumen protenduntur: ſed & Lyciæ prouinciæ climata, hoc eſt ex Silçificu, ac deniquè Cypria
Quatuor ſcipui patriarchæ Iconomachorū ſectam condemnant. inſula, quæque è regione ipſius ſunt vſque ad Tyrum & Ioppem. Hæ, inquam, partes ab execrando hoc dogmate puræ perſtiterunt. Antiſtites autem ipſi, hoc eſt Romæ & Antiochæ, ac Hieroſolymorum & Alexandriæ, non modò dogma iſtud
Item Iohānes Damaſcenus. ac dogmatis authorem grauiſſimo odio proſequuntur: ſed etiam per inuectiuas epiſtolas de ipſo triumphārunt, apoſtatam cum ac Dei hoſtem vocantes, vtpotè aduersùs Chriſti imaginem malè ac peſtiferè concitatum. Conſimili quoquè modo ille lepida lingua præditus ac pius preſbyter Iohannes, quem ille petulantiac maledica lingua tyrannus, atque eruditione quidem angusta, cæterùm ad vituperandum copioſa & peracuta, Manſur appellabat, in multis epiſtolis cum acerrimè perſtrinxit, nouum Mahomethum eum appellans, Chriſtique hoſtem ac ſanctorum inimicum, atque Epiſcopos qui eadem ſentiebant, ἐπισκότους potiùs, hoc eſt renebriones ac ventris mancipia nuncupans, vt qui ventris cauſa nihil non ſibi dicendum ac faciendum cenſerent. Atque, vt breui complectar, omnes eos, qui
Pſal 82. væſanę ipſius ſententiæ ſubſcribebant, tanquàm Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana, ac velut ſynagogam Abiron, execrandos Deoque inuiſos reputabat.

Cap.17. Hæc verba vt pius ille cœtus audijt, piumque virum velut extremùm allocutus atque complexus eſt, ad ea loca, quæ cuique commodiora viſa ſunt, ſeſe contulerunt: in hoc quoquè videlicet Chriſto obtemperantes: quippè qui eos, qui perſecutionem patiuntur, ex vna vrbe in aliam profugere iubeat. Quandoquidem
Matth.10. Nemo debet vltrò ſe in periculū conijcere. minimè conuenit, vt ipſi noſmet vltrò in pericula conijciamus: quemadmodùm contrà, reprehenſione non caremus, ſi in periculis conſtituti, animum deſpondeamus. Spectabatur itaque Byzantium velut in expugnatione quadam captiuitate oppreſſum, monaſticoque habitu priuatum, ac tanquàm in ſqualorem redactū: ſublato nimirùm atro colore, qui priùs ad vrbis ornatum albo admixtus erat. Etenim alius ad Euxinum pontum nauigabat, alius ad Parthenium pelagus omni feſtinatione contēdebat, alius Cyprum petebat, alius ad antiquiorem Romam properabat. Ac ſic variè quiſque, à ſuis monaſterijs auulſi, hoſpites & aduenæ in diuerſis locis degebant. At verò ille non minùs à mente quàm à piis dogmatibus
Impius Ceronymus templū Dei genitricis imaginibus denudat. auerſus tyrannus, grauiter adhuc aduersùs venerandas Imagines ſpirans, ac velut ſuæ in huiuſmodi rebus amentiæ colophonem imponere geſtiens, inſigne illud, quod Blachernis eſt, Deiparæ templum, eximia quadam ac penè incomparabili pulchritudine præditum, & lapillis aureis in vtroque pariete arte ſumma coornatum, abraſit & immutauit, deletis videlicet omnibus Imaginum formis. Erenim eximio ac pererudito artificio carnalis Chriſti natiuitas, & diuina ipſius miracula, & venerandorum myſteriorum traditio, ac deniquè per ipſius Crucem in infernum deſcenſus, & reſurrectio, picta illic erant. Quibus omnibus horrendum in

modum abraſis atque deletis, ille perditionis filius arborum ſpecies, atque omnis generis auium formas eorum loco ſculpendas curauit. Ac tum ſanè quiſpiam non
Pſal.78. incommodè illud Dauidis dixiſſet, Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum, poſuerunt Hieruſalem in pomorum cuſtodiam. Poſuerunt morticina ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cæli, carnes ſanItém Sanctorum reliquijs. ctorum tuorū beſtijs terræ, hoc eſt venerandas ac ſacras martyrum reliquias: quas partim igni, partim mari, partim deniquè (ô facinus orbi vniuerſo damnū ferens!)
Cap.18. præcipitijs tradiderunt.

In hoc igitur prorsùs venerando templo conſceleratus tyrannus, vnà cum impio ac ſacrilego illo gregis mercenario, ac non minùs execrādis epiſcopis, qui cum ipſo erant, inſidens, improbum conſeſſum cogens (ecquis enim Concilium hoc appellârit?) ſtatuas (ô rem grauem!) & idola ſacras Imagines vocat. Ac deindè illi iniquitatem ſuam iniquitate, ac malum, vt dici ſolet, malo cumulantes, orthodoGermanus orthodoxus Antiſtes ab Iconomachis anathemate ferixum illum Germanum anathemati per ſummum furorem ſubijciunt, ea ſcilicet facientes, quæ ipſi pati merebantur, idolorum eum ac lignorum cultorem appellantes, cùm ipſi verè dæmonum cultores & amici eſſent. Quonam pacto, Chriſte, lenitatem illam tuam, quæ nullis verbis explicari poteſt, non admirer? Quonam pacto benignitatis tuæ, quæ vim ſermonis omnem ſuperat, abyſſum exponere quem? Adhæc porrò audaciſſimæ illæ linguæ eò proruperunt, vt ingens quoquè iſtud & improbum eloqui non dubitârint, nimirùm illam ipſam Dei genitricem virginem inutilem quandam poſt mortem, ac commodi omnis expertem rem eſſe, nec quiquam omninò adiumento ac præſidio eſſe poſſe. Ac deniquè, quod poſtremum illorum & grauiſſimum malum eſt, ſcelerati certè ac vineæ Chriſti exitioſi ſacerDan.13. Hier.12. dotes (de quibus Propheta prædixit, Egreſſa eſt iniquitas à ſacerdotibus Babylonis: ac rursùs, Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam, conculcauerunt partem meam) hi, inquam, inter ſanctum & prophanum minimè diſtinguentes, poſteaquàm è peſtilenti illo confeſſu exurrexerunt, populum eum, qui poſt eos à recta doctrina aberrârat, manus in altum tollere iubentes, lætum ſtrepitum excitârunt, atque horrendum illud atque omnem furorem excedens protulerunt, Hodiè ſaHorrenda Iconomachorū vox. lus mundo: quandoquidem opera tua, ô Imperator, idolis liberati ſumus. O prophanas linguas, quæ nefariam illam vocem emiſerunt! Quibus illud Dauidis planè quadraret, Iniquitatem in excelſo locuti ſunt. Poſuerunt in cælum os ſuum, &
Pſal.72. lingua eorum tranſiuit in terra. Exiſtimârunt enim robuſtæ improbitatis ac nobilis impietatis homines ſe nihil magni ac præclari facturos, ſi ea loquerentur, quæ aures ferre poſſent, audaciæque ſuæ modum aliquem conſtituerent, ac non omnium, tam qui vnquàm fuerunt, quàm qui vnquàm erunt, maximè impios ſeſe præberent.

Cap.19. Hæc cùm ità & dicta & perpetrata eſſent, ac pro pemodùm & os omne impium iſtud dogma profeſſum fuiſſet, & manus omnis profeſſionem ſcripto cōfirmâſſet, Imperator huiuſce Stephani virtutem audiens, ſecumque iſtud perpendens, quòd ſi hunc quoquè retibus ſuis includeret, fauoremque ipſius ac præſidium ſibi adiungeret, execrando ſuo dogmati magnum ob ingentem virtutis illius claritatem atNititur impius tyrānus S. Stephanū in ſuā ſentētiam attrahere. que ſplendorem robur conciliaret, Calliſtum quendam, patricij ordinis, ſummā ſecum familiaritate deinctum, atque & ſuam hæreſim apprimè callentem, & eximia dicendi facultate præditum, ad ſe accerſit, eumque ad ſanctum virum legat, his verbis vtens: Ad Auxentianum montem contende, ac Stephano, qui illic delitescit, atque ex Immemorandorum claſſe ac numero eſt, perſuade, vt Concilij decretis aſſentiatur, & ſubſcribat. Sicque cum alloquere: Pij ac rectiſſimè de religione ſentientes Imperatores, Conſtantinus & Leo, beneuolentia erga te, quia virtute ac vitæ ſanctitate delectaris, impulſi, te orthodoxi Concilij decreto nunc edito ac promulgato ſubſcribere iubent. Tu verò & caricas ipſi & palmas feres, amygdala item, aliaque nonnulla, quibus vir colendæ pietatis ſtudio deuotus ali conſueuit. Nōrat enim & ipſe, quanta eſſet illius continentia, penè vt etiam de hoc virtutis genere cum ſpiritibus à materia remotis cōtenderet. Calliſtus itaque quàm celerrimè poterat, ad montem profectus, ſancto viro Imperatoris mandata exponit, eaque omnia, quæ illiciendi atque inflectendi vim habebant, in medium profert, ipſumque ad ſubſcribendum pertrahere conatur. Verùm pietatis corona erat Stephanus, zeloque ac virtute Protomartyre haud inferior. Tanquàm
Nullis illecebris flecti poteſt S. Stephanus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.15. enim, qui Dominum à dextris suis esse semper prouideret, ac propterea nullo hæ-
resis impetu concuteretur, ad pernicioſum illum nuncium his verbis vſus eſt: At
Esa.5. ego nec huic decreto ac falſi huius Concilij vaniloquio ſubſcribam, nec illud vn-
Ardens in eo martyrij desiderium. quàm comprobabo, nec amarum dulce, ac tenebras lucem dicam: nè Prophetæ
maledictionem in caput meum pertraham. Sacrarum autem Imaginum cauſa
promptum mihi ac procliue eſt mortem oppetere, Imperatoris minas, qui has
delere auſus eſt, nihil moranti. Hæc vbi dixit, cauam manum ſtatim oſtendens,
Etiamsi mihi, inquit, tantulum duntaxàt ſanguinis eſſet, id tamen pro Chriſti ima-
gine profundere minimè dubitarem. Quos verò ab eo ad me cibos attuliſti, referas
Psal.15. Psal.140. ſanè licet: quoniam, vt cum diuina Scriptura loquar, bonorũ eius non egeo. Oleo
peccatoris non impinguetur caput meum: nec hæreticorum cibis guttur meum
deliniatur.

Cap.20. Hac oratione audita Calliſtus maximo pudore ſuffuſus reuertitur, atque Impe-
ratorem adiens, omnia ei narrat. Ille autem iræ ac furoris nube obducitur, ac ſta-
tim ſicarios vnà cum Calliſto mittit, eisque imperat, vt ſanctum virum à cella ſua
abſtrahant, ac protinùs ad inferius monaſterium deductum, illic cum ſumma cura
ac vigilantia incluſum teneant, quoàd arbitratu ſuo de eo conſtituerit. Sic igitur
dicto citiùs id quod imperatum fuerat exequi contendentes, ad ſpeluncam veni-
unt, ac ſanguinario animo inſiliũt, oſtioque ſtatim calcibus effracto pium virum
per vim foràs trahunt. Ac cernere erat rem proborũ oculis admiratione dignam
Admiranda S. Stephani auſteritas. ac memorandam. Erenim ex ingenti quadam continentia, & domicilij humilita-
te atque anguſtia, tibiæ ipſius ità femoribus adhæſerant, vt nec vllo modo ſtare,
nec moueri poſſet. Quod cùm amentes homines perſpexiſſent, ſumma admira-
tione perfuſi ſunt, atque ex fæuitia & feritate animos ad commiſerationem inflec-
xerunt. Ac duo quidam ex ipſis (ſunt enim etiam inter malos ac flagitioſos homi-
nes ſemimali quidam, atque eiuſmodi, vt eorum improbitati remedium afferri
poſſit) concepta ex tanta ſancti viri ærumna commiſeratione, conſertis manibus
Ducitur vir ſanctus cum ſuis monachis captiuus ad Auxentij cœmeterium. acceptum eum ſufferebant. Mox autem ad Patris Auxentij cœmeterium venien-
tes, cum vnà cum monachis illis, qui cum eo verſabantur, incluſerunt, atque ipſũ
pro foribus excubabant, imperium aliquod ac nuncium à tyranno expectantes.
At enimuerò generoſus ille atque eximia virtute præditus Stephanus, tot mole-
ſtijs affectus, ac facinoroſi cuiuſpiam hominis ritu in cuſtodiam coniectus, animo
non concidit: verùm vnà cum ſocijs ſuis alta & modulata voce pſallebat, Impol-
*deeſt, Ieſu ſeu Chriſte. lutam imaginem tuam, ó bone *, adoramus. Ac deindè aliud quiddam huiuſ-
modi ab ipſis pſallebatur: In cogitationum mearum latrones incidi, ab iisque
mihi miſero mens abrepta eſt. At ij, quibus cuſtodia commiſſa fuerat, pro foribus
ſtantes, atque id quod ab eis canebatur audientes, ac velut excantari ſeſe propter
illos exiſtimantes, capita mouebant, ſeque miſeros ducebant, quòd à monachis,
qui nihil ſceleris admiſiſſent, atque iniquè incluſi tenerentur, optimo iure latro-
Cellę ſuę ob exortũ bellum, reſtituitur. nes appellarentur. Cùm autem ſex iam dies fluxiſſent, in quibus pius ille vir nihil
omninò cibi guſtârat, ſeptimo die affuit quidam à tyranno miſſus, qui ſanctum vi-
rum ob id quod recèns acciderat (nunciatum enim fuerat bellum à Scythis inferri)
cellæ ſuæ reſtituit.

Cap.21. Cæterùm ille κάλιτος potiùs, hoc eſt peſſimus, quàm Calliſtus, cùm vnũ ex ſancti
Sergij apoſtata & proditor. viri diſcipulis, nomine Sergium, de quo iam nos verba facturos eſſe promiſimus,
remotis arbitris accerſiuiſſet, ac verſutis quibuſdam ſermonibus & pecunijs eum
corrupiſſet, miſero illi perſuadet, vt non ludam ſolum proditionis reum agi ſinat,
ſed ipſe quoquè rursùm patris ac præceptoris ſui proditorem ſe præbeat. Conſe-
ſtim igitur in ipſius perniciem meditari non deſijt, atque omnem artem adhibere,
quô magnum illum virum caſſibus ſuis implicitum teneret. Vt autem fruſtrà ſe la-
borare, ac nihil efficere perſpexit, (Cur enim ſacram illam animam, atque ab omni
Pſal.17. reprehenſionis nota immunem aggrediebatur?) ſtatim à ſancto ouili digreditur,
velut nimirùm filius improbus atque alienus, à ſemita recta claudicans: atque ad
Item Aulicalamus ſocius eius. eum, qui legendis Nicomedienſis oręvectigalibus præerat, Aulicalamũ nomine,
accedit, eumque ſocium & adiutorem in his, quæ aduersùs ſanctum virum ſtruc-
Calumniæ aduersùs S. Stephanum ſtructæ. bantur, adhibet. Ambo igitur, in capitis ſui perniciem inito conſenſu, libellum
in eum calumnijs refertũ peruerſiſſimo animo conſcribunt. In quo primùm illud
inſerunt, cum Imperatoris, tanquàm hæretici, memoriam execrari, ac diris deuo-
uere,

uere, cumque Syrum ac Vitelium appellare, atque aduersùs ipſius maieſtatem
technas moliri, aliaque permulta, quæ ob prolixitatem, & inutilem loquacitatem,
intempeſtiuum ac ſuperuacaneum eſt commemorare.

Cap.22. Poſtremò autem de proba illa ac præclara Anna, quam ipſe mundum fuga re-
Item aduersùs Annam ſanctimonialem. linquentem in monacharum numerum atque ordinem adſcripſerat, hoc ponunt,
quòd mulierem quandam nobili loco natam, fraude circunuentam monaſticis
inſtitutis initiâſſet, atque in inferiori monaſterio teneret, cum eaq; noctù ad ipſum
aſſcendente conſuetudinem haberet. Adhæc ipſius ancillam pecunia corrumpũt,
eique tum libertatem, tum aulici cuiuſdam connubium pollicentes, hoc perſua-
dent, vt aduersùs eam ſimul ac ſanctum virum conſentanea ijs diceret, quæ illi in
illo calumnijs pleno libello contexuerant. Hoc cùm ſcripſiſſent, per militem
quendam ad Imperatorem, qui tum in Scytharum locis morabatur, libellum mit-
Imperatoris literæ ad Antherum vicarium. tunt. Ille igitur lucri cuiuſdam inſtàr eum accipiens, ac leonem iam in vinculis ha-
bens, ad Anthetum, qui vicariam ipſi in vrbis gubernatione operam nauabat, epi-
ſtolam quam primùm ſcribit, hoc exemplo. Ad monaſterium illud, quod ad Au-
xentiani montis radices ſitum eſt, ſumma celeritate proficiſcere. In eo enim quæ-
dam Immemorandorum ſcorta ſub pietatis prætextu degunt. Quorum tu vnum,
cui nomen Anna eſt, aſſumptũ, per publicos equos quàm celerrimè ad nos mitte.
Ille igitur ſcelerati Regis ſceleratior præfectus, ſimulatquè literas accepit, militũ
agmine cinctus, ad monaſterium proficiſcitur, ac ſacras illas mulieres tertiæ horæ
Diuinã mẽſam, altare dominicum appellar. laudes Deo canentes offendit. Confeſtim itaque milites, quibus ipſe ſeptus erat,
gladios ſtringunt, ac Chriſti ſponſas circundant. Ità diuina laudatione incondito
clamore compreſſa, Chriſti famulæ, quà fugerent non habentes, partim intra ſacri
altaris cancellos ſeſe protinùs abdebant, partim venerandum diuinæ menſæ pe-
plum ſubibant, partim ad montem excurrere tentabant, ſed ab ineuitabilibus illis
prædonibus retinebantur. Quorum impetum domùs illius præfecta minimè igno-
rans, (etenim in ſua cella quieſcebat) mulier ætate quidem prouecta, cæterùm in
perferendis laboribus vegeta, intrepido animo ad eos egreditur: atque, Quid iſta
perpetratis, inquit, cùm Chriſtiani ſitis? Quid in mulieres diuino cultui conſecra-
tas, quæ nemini vnquàm iniuriam vllam inferre in animo habuerunt, impetum
feciſtis? Hi autem venerãdæ illius anûs libertatem ſummoperè admirantes, atque
eam antiſtitam eſſe intelligentes, inſolenti illo impetu ſuo ſtatim in diuerſum
mutato, non ſine quodam pudore ac reuerentia leniter ad eam his verbis vtuntur:
Anna ſanctimonialis, captiua ad Imperatorẽ ducitur. Annam Stephani amaſiam nobis dede. Hoc enim Imperatoris edictum poſcit.
Ipſa autem eam protinùs, ac quandam alteram cum ea, nomine Theophanam,
accerſens, Abite, inquit, ad Imperatorem: ac prudenter ipſi reſpondete. Cæterùm,
quoàd eius fieri poterit, prouidendum vobis eſt, nè per fraudem aliquam in præ-
dam incidatis.

Cap.23. Poſtquàm igitur abductæ ſunt, atque ille eas adeſſe comperit, diſiungi ab inui-
cem iubet: ac deindè accitam Annam ad hunc modum affatur. Mihi quidem
nullo omninò modo dubium eſt, quin ea omnia vera ſint, quæ de te ad me perla-
ta ſunt. Cæterùm eò te acciri voluĩ, vt tu quoquè liberè ac ſubmota omni diſſimu-
latione cuncta detegas, nimirùm quonam pacto præſtigiator ille ac ſceleratus
huc te adduxerit, vt & bonorum tuorum poſſeſſionem relinqueres, & paternam
nobilitatem pro nihilo duceres, ac deniquè hanc tenebrarum veſtem indueres.
Perſpicuum videlicet eſt, quemadmodum etiam à quibuſdam intellexi, id illum
tibi idcircò ſuaſiſſe, vt te tanquàm ſcorto abuteretur. Verùm quid tandèm in eo
pulchritudinis perſpexiſti, vt tu in eam fraudem incideres? At caſta illa mulier
Perpulchrũ Annæ ad Imperatorẽ reſponſum. turpibus his verbis auditis, Abſit, inquit, Imperator, vt hac de cauſa paternas
opes abiecerim, atque ornatum omnem exuerim, vt animam meam huiuſmodi
libidinibus in ſeruitutem addicerem. Verùm qui hæc de me detulerunt, vt cum
Pſal.139. Dauide loquar, acuerunt linguam ſuam ſicut ſerpentis: venenum aſpidum ſub
labijs eorum. En igitur corpus meum tibi proponitur. Ferro, igni, verberibus ex-
crucietur: nihil aliud, quandiù mihi ſpiritus ac vita ſuppetet, ex Anna audies,
quàm quod verum eſt. Sanctum ac iuſtum virum hunc eſſe, animæque meæ ſa-
lutem attuliſſe perſpectum habeo. Obriguit ad hæc tyrannus, horæque parte
haud exigua vocis vſu caruit: ſummumque læuæ manûs digitum, vt illi in
more erat, præmordens, ac dextram manum in orbem torquens, hanc quidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

sedulò custodiri iubet: ipsius autem comitem, inuitam licèt ac repugnantem, domum reuerti. Quò etiam vt redijt, antistitæ suæ ac magno Stephano cuncta exponit.

Cap.24. At verò Imperator non multò pòst, confecto ex animi sententia bello, Constantinopolim redit. Ac parum admodùm, aut nihil omninò, de publicarum rerum administratione laborans, hoc vnum seriò agit, ac negocijs omnibus anteponit, nempe vt Stephanum retibus suis implicitum teneat. Annam itaque, de qua verba fecimus, in Phialæ carcere includi iubet, (est autem ille mirè caliginosus, atque inferno propemodùm haud absimilis) ac deindè per cubicularium quendam hæc ei significat: Parce tibijpsi mulier, animumq; induc honestè viuere, atque abiecto hoc tenebrarum indumento cum Imperatrice vitam degere. Cæterùm crastino die, cùm interrogaberis, fac coram omnibus vera dicas. Præstò enim est ancilla tua, quæ, etiamsi ea quæ perpetrata sunt inficiari voluëris, te cõuincet. Ego autem veritatis patronus ac propugnator, mẽbratim ac frustatim carnes tuas lacerabo, faciamque vt intelligas, quantùm Imperator, qui te hæc monet, valeat, quantúmue rursùs Immemorandorum antistes Stephanus. Sin autẽ hoc tibi persuaderi sinas, vt nomen eius apertè deferas, ipsiusque voluptates ac libidines palàm prodas, maximos à nobis honores ac munera consequeris. Hæc vt pia Anna audiuit, nihil aliud quàm meras nugas hęc omnia esse ducens, breue responsum dedit, hoc vnum inquiens, Dei voluntas fiat. At Imperator, cùm ingentem hominum cœtum ante palatij carcerem postridiè manè collegisset, vt qui se ipsi quod volebat persuasissimum esse confideret, nudam eam in omnium conspectu sisti iubet, virgarumque fasce in ipsius oculis & adspectu posito, Hęc, inquit, non ad spectaculum duntaxat, incutiendumque tibi errorem adhibui: sed & tergum tuum & ventrem ijscõscindam, nisi execrandos Stephani concubitus hodierno die in apertum proferas. Ad quæ cùm casta illa mulier, animique magnitudine præstans, ad Christi exemplum obticuisset, Tyrannus oculos in eam iracundè conijciens, ac meretricem eam, quæ pudicitiæ ambre tenebatur, scelesto ore appellans, flagris eam crudeliter afficiebat. Cùm itaque ipsa à quatuor valentissimis hominibus distenta fuisset, ac perdiù & tergo & ventre tunderetur, nihil aliud ex ipsa audiri poterat, quàm hoc solùm, Non noui hominem, quemadmodùm ipse ais, non noui: Domine miserere. At verò versipellis illa ancilla, atque animo etiam adhuc magis seruili ac scelesto, Imperatoris iussu in ipsius conspectu stans, manus aduersùs eam protendebat, ac ne conspuere quidem ipsam verebatur. Cumque nonnulli ipsius calamitate scelere commoueri fingerent, atque in aurem insusurrantes, ipsam admonerent, vt ea, quæ Imperatoris voluntati consentanea essent, diceret, atque ad hunc modum cruciatibus eximeretur, ipsa in pristina animi fortitudine ac tolerantia perstans, à vero minimè desciscebat. Vt autem eam verberum multitudine confectam, ac penè spiritum exhalantem tyrannus vidit, subsellio exurgens, celeri cursu in palatium se abdidit, eam in vno quodam vrbis monasterio includi iubens, & quidem ità, vt omni corporis cura destituerctur. Ipse autem varios ac multiplices insidiarum modos animo versare non desinebat, quò sanctum virum morte afficeret.

Anna teterrimo carcere includitur.

Virgis acerrimè cæditur.

Versipellis eius ancilla in eam conspuit.

Cap.26. Quocircà postridiè, cùm Georgium quendam cognomento Syncletum, nitidum ac vigentem iuuenem, ipsique charissimum, accitiisset, priuatìm eum ità alloquitur: Quantam, ó Georgi, tui erga me amoris vim esse ais? Infinitam, inquit, ille, Imperator, nec in mensuram vllam cadentem. Tum Imperator: Audeásne igitur pro hac tua erga me beneuolentia mortem oppetere? Et quidem libenter, inquit ille, ac summa cum animi voluptate istud fecerim. Hic Imperator lętissimo animo ipsum osculatus, En, inquit, nouum quoquè Isaac. Ac deindè, Nec vt mea causa mortem subeas, Georgi, nec vt membrum aliquod tibi adimi sinas, nec denique vt quicquam aliud eiusmodi sustineas, nunc iubeò: verùm hoc vnum, vt ad Auxentianum montem properè te conferas, cumque omni memoria indigno Stephano agas, eique persuadeas, vt tibi monasticum habitum imponat, ac tein suorum album adscribat. Quod cùm contigerit, statìm ad nos quàm celerrimè poteris, redeas. Ille autem hunc sermonem prompto ac lubenti animo excipiens, atque ad hanc fraudem obeundam ab eo (vt erat in huiusmodi rebus ingeniosissimus) plurimis verbis instructus & eruditus, confestim ad montem ascendit, ac sub-

Eccè quid dolì moliatur latro ille Coprony-mus, vt sanctum virum morte afficiat.

nemoroso quodam ac virgultis pleno loco delitescens, media nocte, dæmonibus non absimilis, egreditur, atque ad monasteriũ accedens, voces ad misericordiam ciendam comparatas emittebat: Miseremini mei, inquiens, miseremini Christiani omnes qui hîc habitatis: nec me à ferisabripi, aut in præcipitiũ vel voraginem ruere sinite. Oberraui enim in via, nec quid faciam habeo. Hæc & alia quædam cùm simulatissimo animo quereretur, Stephanus, vir humanus, & ad misericordiam propensus, exaudiens, Marinum monachum accersit (rei enim commentitiæ simplex illa ac fuci & malitiæ expers anima fidem adhibebat) atque, Abi properè, inquit, ac lugentem istum, quicunque tandèm ille sit, huc admitte, nè pereat. Ille igitur confestìm admissus, ad ipsius genua se abijcit, atque, ó Deus bone, quanta cum simulationis larua impurus ille & execrandus vsitatum illud, Benedic Pater summè venerande, pronunciauit! Posteaquàm autem sanctus vir ipsi benè precatus est, ipsumque exurgere iussit, tum ab indumentis, tum à facie ac genis prorsùs abrasis eum agnouit. Siquidem eraso mento erat. Nam id omnibus tyrannus edixerat, in hoc nimirùm Deo aduersam legem sanciens, ad Mosem videlicet dicenti, Loquere ad populum, ac prohibe nè barbam in rotundum radat, aut eam implexam gerat. Etenim vt in alijs omnibus rebus, sic in hac quoquè ipsi aduersari contendebat. Atque omnibus tam iuuenibus quàm senibus barbam ad cutim vsque radere præceperat: vt qui eos, tanquàm salaces equos, ad benè semper curandam cutim, atque ad lasciuiæ studium extimularet. Cùm igitur hinc cum ex Imperatoris classe esse coniecissent, percunctabatur ex eo, vndenam esset, & quò pergeret. Ille autem (ac vide quæso hominis malitiam) quin ex aulicorum numero esset, minimè inficias ibat: cæterùm, inquit, dum flagitiosissimi Imperatoris sententiam, & ego & socij mei sequimur, penè in Iudaismum præcipites abrepti sumus, atque in ingens animæ periculũ iam incidimus. Ego verò quo in malo versarer, tandèm aliquandò persentiscens, ad tuæ sanctitatis pedes, vt vides, properanter veni, vt angelicum hunc habitum, cuius desiderio teneor, à te obtineam. Quocircà nè me quæso abijcias, honorande Pater, nec, tametsi indignum, à præclara hac spelunca remoueas. Tum ille nomini suo respondens Stephanus, Nequeo, inquit, fili, huiusmodi rem aggredi: nè quid mihi periculi à tyranno crecetur. Ille autem statìm figmentum suum ac simulationem adaugens, atque id omni studio contendens, vt fabulam eam, quam agebat, quoàd eius fieri posset, ab omni suspicione vindicaret, ac prætereà quò sanctum virum ad id quod expetebat alliceret, Rationem, inquit, Deo pro anima mea reddes, nisi me hodierno die sine vlla cunctatione detonsum in monachorum ordinem adscribas. Nihil enim mihi alioquì supereſt, quàm vt statìm ad prioris vitæ institutum reuertar. At venerandus ille vir hoc sermone cõmotus (Nórat enim omnia pro nihilo ducere, cùm de animæ salute agi existimaret) Etiamsì periculum in hac re situm est, inquit, tamen quia te sincero animi affectu accessisse dixisti, non committam, vt contra Dominicum præceptum te foràs eijciam. Cæterùm attento animo sis oportet, pectusque tuum aduersùs omnem ærumnam præmunias. Sic enim suos Dominus explorare solet. Hoc sermone habito, mundanam vestem ipsi detrahit, atque obedientiæ vestimento eum induit. Atque ità impostor ille ad tertium vsque diem perstitit, non tam decipiens, quàm ipsemet à dæmone, qui eum ad huiusmodi facinus abripuerat deceptus.

Eccè colum binam Stephani innocentiam, & misericordẽ animum.

Constantinus aulicos omnes imberbes esse voluit. Leuit.19.

Georgij aulicus dolosè habitũ monasticum à viro Dei expostulat.

Iohan.6.

In sui perditionem impostor ille à Stephano recipitur.

Cap.26. Nec verò subdolum tyrannum hoc fugit: verùm interìm dum hæc peragebantur, ingentem hominum multitudinem in theatro colligens, ac gradus eos, in quibus purpuratorum corona stare consueuerat, inscendens, mœroreque profligati ac perditi hominis laruam induens, Nulla mihi vitæ reliqua pars est, inquit, præ veteratoria Deo inuisi Immemorandorum horum agminis nequitia. Cùm autem populus ad istud exclamâsset, Quonam modo hæc, cùm huiusce habitûs ne vestigium quidem vllum in tua vrbe supersit? ille editiore voce, Insidias eorum, inquit, nullo pacto ferre queo. Omnes enim meos subdolo animo circumuentos ad se pertraxerunt, atque adamatis suis tenebris mancipârunt. Nunc autem, tanquàm ne nunc quidem ijs quæ perpetrârunt contenti, grauiora prioribus adiecerunt, ac Georgium eum, quem, vt scitis, amore complectebar, à latere meo abreptum auulsumque, monachum (ó terra, & Sol!) effecerunt. Hæc me intolerando quodam mœrore excruciant. Cæterùm cura nostra in Dominum

Cõstantini iniquissima dissimulatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

conijcienda est, nobisque ad eum preces adhibendæ: atque ille breui, quodexpe-
timus, in apertum proferet. Ad hunc modum præstigiator ille ac vanus, quod
Cõstantinº coptonymº vatis famã affectat. pro eo atquè imperârat, ac veteratorio animo molitus fuerat, iam iamque euen-
turum erat, antè prædicit, vt vatis famam consequeretur, qui densissimis tenebris
ac scelere plenus erat. Cùm autem ij qui aderant, quique nihil ad veritatem, sed
ad gratiam omnia sua tum facta tum dicta referebant, tritum illud ac peruulga-
Prou 21. tum dixissent, Cor regis in manu Dei est, &, Orante te, Deus omninò exaudiet:
concionem soluerunt.

Cap.27. Porrò admirandus Stephanus execrandum illum, ac mali malum discipu-
lum, post tertium diem accersit, plurimisque præceptis instructum detonder, ac
Prou 11. monastico habitu adornat, atque, vt Solomonis verbis vtar, inaurem auream
nari porcinæ imponit. Illeautem nihil diuina illa præcepta moratus (qui enim,
Sap.1. cùm in maleuolam animam sapientia intrare profectò nequeat?) montem, tan-
quàm ignauus quispiam ac fugax milex, relinquens, ad aulam abijt. Impera-
Redit ante-dictum mo-nachi simu-lacrũ ad Im-peratorem. tor verò lubenter eum excipit, ac læto animo amplectitur, non ob sanctum
habitum, vt oportebat, sed ob id potiùs, quòd eum abiecisset, hinc que ipse ipsi
viri de medio tollendi ansam nactus esset. Confestim igitur omnibus cuiusuis
ætatis hominibus ad publicum theatrum sub matutinum tempus ipsius iussu
coactis, stans ille eodem quo priùs loco, altra quadam voce, ac mira lætitia per-
fuso animo, Vicit, inquit, fortuna mea: precesque meas Dominus exaudiuit.
Papæ, cuius hominis? Immò verò earum potiùs princeps tenebrarum auditor
extitit. Cùm autem multitudo pro suo more ipsi applausisset, atque ista ad gra-
tiam & obsequium comparata rursùs dixisset, Quandò autem, ô here, te Domi-
nus non exaudiuit? ipse hoc sermone delectatus, ac iucundè arridens, Reuela-
uit, inquit, mihi Deus quem quærebam: quem si vultis, hodierno die vobis
Pseudomo-nachus ille populo con-spiciendus exhibetur. commonstrabo. Ac simul spectandum eum produxit. Promiscua itaque illa
multitudo, simulatquè ipsum conspexit, quò tempori magis adhuc obseque-
retur, Hunc, inquit, malè de te meritum, malum ac nefas est intueri. Obtrun-
cetur ergò quamprimùm execrandus iste, obtruncetur. Quæ cùm dicerent, id
quidem dicebant, quod illum pati oportebat: cæterùm ab Imperatoris men-
te ac sententia prorsùs aberrabant. Quocircà statim, tyranno ità iubente, fa-
cram ipsi epomidem detrahunt, eamque ad populum vnà cum cuculio (nam
Ecclesiastica indumẽta indignissimè pi otestuntur. ità appellari consucuit) abijciunt: quæ extemplò ab impuris illis ac sceleratis
conculcata sunt. Vt autem Cruciferum quoquè analabum, hoc est redimicu-
lum, vt etiam ipsum deijcerent, nefario illi demere cœperunt, manibus acce-
ptum illum Imperator vndiquè contorquebat, quidnam istud esset, scisciians.
Tum Senator quidam, vt nomine, ità etiam re Dracontius, Proijciatur, inquit,
Imperator, hic quoquè Satanici laquei funis, dignus ipse proculdubiò eiusmo-
di laqueo. Quod etiam cùm ilicò factum fuisset, is quoquè à plebe protritus
cernebatur. Et quidem res præclaræ indigno homini rectè detrahebantur: at
non itèm rectè à scelesta ac sacrilega multitudine per contumeliam obtere-
tur. Pòst autem, quatuor homines prono corpore arreptis prophani illius ve-
stibus, tanquàm pelle aliqua ipsum statim exuunt, atque eius loco militarem
vestem ipsi imponunt, caputque ipsius galea cingunt. Cumque eum priùs inspe-
ctante turba vndis eluissent (ad expiandam scilicet spurcitiem eam, quam ex sa-
cro illo habitu contraxerat) ac Iudaicum in modum (quid enim aliud dicam?)
Imperator scelestũ illũ Hippocomi dignitate ornat. ipsi quoquè res diuinas & sacras ludibrio habuissent (ô quonam pacto hæc vel
aures duntaxàt ferent!) tum deniquè suismet manibus Imperator ensem ipsius hu-
meris appenso, eum Hippocomi dignitate ornat. Atque hanc Georgius abne-
Matth.26. gari magistri mercedem tulit, quemadmodùm Iudas pro negato Christo triginta
talenta.

Cap.28. Confestim itaque multitudo impetu facto sancti viri discipulos disturbat, ac
monasterium vnà cum templo igni absumit, sanctumque virum illum latronum
instàr è spelunca abreptum ad Chalcedonis nauale abducit. Quænam autem lin-
gua calamitates eas, quas in tam longo itinere perferendas habuit, oratione com-
S. Stephanº inhumaniss. imè ab impijs tracta-tur. plecti queat? Alij enim eum magno impetu trahebant: alij fustibus à tergo feri-
ebant: alij in vallem eum deuoluebant: alij tibias ipsius calcibus laniabant.
Erant etiam qui in venerandam ipsius faciem spuerent. Erant itèm qui teneriores
virgas

virgas amputantes, sacrum ipsius caput verberarent: quò nimirùm hac ratio-
ne plausum ac risum & voluptatem impuris hominibus excitarent. Alij deni-
què petulantiori animo prædíti, cæsis palmarum ramis ante ipsum incede-
bant, cachinnantes, & illudentes, ac sexcenta in eum dicteria iacientes. Quid-
nam porrò hæc ab impio Iudæorum furore distabant? Vt autem nullo in eum Iohan.12.
contumeliarum genere prætermisso ad litus peruenerunt, tum demùm lem-
bo impositum ad Philipici monasterium (id autem Chrysopoli haud longè
à Byzantio situm est) fortem virum abducunt. Vbi etiam illum custodientes, Gaudet im-pius Impe-rator cùm malefece-rit, & exul-tat in rebus pessimis.
de ipsius statu Imperatorem certiorem faciunt. Quem, vbi atrocem illam hu-
iusce viri raptationem & contumelias, incensumque monasterium audijsset,
lætitiam indè concepisse aiunt, atque edictum statim promulgâsse, quo capi-
talem pœnam in eum sanciebat, qui ad Auxentianum collem vel solùm ap-
propinquare ausus fuisset. Posteà autem, cùm hæresiarchas illos, qui eandem Hæresiarchę iconoma-chi.
cum eo doctrinam tuebantur, acciuisset (erant autem illi Theodosius Epheſi
Episcopus, Constantinus Nicomediæ, Nacolius Nacoliæ, Sisinnius ità ac Ba-
silius, quorum alter Pastillæ, alter Tricacabi cognomentum habebat, ac præ-
terea Callistus, de quo antè verba fecimus, & Comboconon, qui in scriba-
rum numero tùm erat, ac deniquè Masaras, qui eadem cum Saracenis de reli-
gione sentiebat) ad Patriarcham, quicum non modò nomen idem, sed etiam
eosdem mores, ac doctrinam eandem habebat, eos mittit. Hac autem de cau-
sa id faciebat, vt vnà cum ipsis ad Philippici monasterium nauigaret, atque cum Patriarchæ Iconoma-chorum dis-putationẽ cum S. Ste-phano de-trectat.
diuinitùs inspirato Stephano disputationem iniret. At ille, quæ Stephani, tum
doctrina, tum sanctitas esset, minimè ignorans, quodque præ eo ne propè qui-
dem, vt dici soler, iacularetur, disputationem recusauit, eam potiùs ipsis, si
possent, permittens. Inter Constantinum enim, inquiebat, & Stephanum, quod
ad dicendi vim attinet, plurimùm interest. Siquidem mihi sermo duntaxàt
præstò est: illi autem vnà cum sermone diuini quoquè spiritùs potentia. Cæte-
rùm etiam atque etiam attendendum est. Quid enim ampliùs vos ab eo audítu-
rieſtis?

Cap.29. Illi verò assumpto falsi illius concilij decreto, hoc est siculneo, vt vulgò dicitur,
auxilio, ad prædictum monasterium veniunt: atque in balnei gradibus manen-
tes, sanctum virum accersunt, suæ nempe dignitati potiùs conuenire censentes,
vt ille ad se accederet, quàm vt ipsi ad cum sese conferrent. Quoniam autem, tum
ob eas, quas superiùs diximus causas, tum etiam quia ferreis catenis adstrictus erat,
pedibus suis ingredi non poterat, duobus viris innixus ad eos proficiscitur. Pri-
mus itaque Theodosius Ephesinus Episcopus ad hunc modum eum alloquitur: Theodosij Epiſcopi E-phesini ad Stephanum oratio.
Quonam tandèm modo, ó homo Dei, animum induxisti nos omnes in hæreti-
corum numero reponere? teque supra Imperatores, supra Patriarchas, supra Epi-
scopos ac cæteros Christianos, sapere iudicâsti? An nos omnes id molimur, vt
nostrarum ipsimet animarum iacturam faciamus? At iustus vir leni ac placida
voce, Aduerte, inquit, quid de Elia Prophera Scriptura prodiderit, nimirùm quem- 3.Reg 18.
admodùm ad Achas dixerit, Non conturbo, inquit, sed tu & domus patris tui.
Neque enim ego nunc sum qui conturbo: verùm ij, qui contempta veterum Pa-
trum traditione nouum quoddam dogma in Ecclesiam inuexerunt. Nam si quic- Basil. Hom. 1. de leiun.
quid antiquitate præstat, veneratione dignum est, vt quidam vir sapiens dixit,
recentia vtiquè hæc atque adscititia vehementer absurda atque imbecilla sunt,
vt quæ perspicuè adulterini Ecclesiæ Catholicæ fœtus sint. Ac proindè non in- Psal.9.
tempestiuè propheticum illud mihi dicere in mentem venit, Reges terræ & prin-
cipes vnà cum mercenarijs pastoribus, ac gregis proditoribus, conuenerunt in
vnum, atque aduersùs Christi administrationem inania meditati sunt. Hæc cùm
ad hunc modum Stephanus protulisset, Constantinus Nicomediensis Episcopus, Impudens facinus Ni-comediẽsis Episcopi.
vt erat truculentia & impudentia singulari, statim è subsellio suo exilijt, atque nil
à calcitronibus asinis diuersum faciens, aduersùs sanctum virum impetum fecit,
eique humi sedenti calces in faciem incussit. Ac præterea vnus ex sæuis satelliti-
bus imum ipsius ventrem calcibus imperens, resupinum in terram prostrauit. Ac
deindè continenter ipsius pectus pede feriebat. At diuinus Stephanus, Domini- Patientia S. Stephani.
co præcepto obtemperans, seipsum ei ad libidinem feriendum prompto animo
præbebat. Hæc porrò Callisto Senatori minimè æqua atque honestà visa sunt. Ob

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ob eamque causam, cùm prophano illi Constantino silentium indixisset, ad Stephanum his verbis vsus est: Duabus tibi propositis conditionibus, nempe vt vel pareas, ac concilij libello subscribas, vel mortem subeas, vt qui Patrum ac diuinitùs eruditorum Imperatorum legem repudies atque proscribas, vtram è duabus mâlis confestim elige. Rursùs ergò ille diuinitùs afflatus Stephanus, Attento ad verba mea animo esto, inquit, domine Patrici. En enim cum magno Paulo ipse quoquè clamo, Mihi viuere Christus est, ac pro veneranda ipsius imagine mori, lucrum. Quocircà & semèl iam dixi, & rursùs dicam, Si hemina mihi sanguinis est, ea quoquè pro Christo fundatur. Cæterùm facite, vt mihi concilij vestri decretum recitetur, quò intelligam, quibus tandèm rationibus adducti, diruendas ac delendas diuinas Imagines censuistis.

Philip. I. Eligit Sanctus Dei potiùs mori q̃ iniquæ sententiæ subscribere. Cap. 30.

Protinùs igitur Constantinus Nacoliæ Episcopus libellum illum recitandum suscepit. Cùm autem initio sic legisset, Decreta sancti & œcumenici septimi concilij, sanctus vir silentio manu significato, O singulare mendacium, inquit. Infirmo etenim ac caduco fundamento caducum quoquè profectò & imbecillum ædificium imposuistis. Quonam enim modo sanctum existimari queat, quod sancta prophanare minimè dubitauit? Quid enim? An non sancta à vobis protrita sunt? An non, cùm in concilio vestro sederetis, libellus vobis à pijs quibusdam viris oblatus est, qui Episcopum quendam eo nomine deferret, quòd lancem sanctam, in qua Christi, ac Dei genitricis Imagines sculptæ erant, contriuisset? Vos autem contritionis illius crimen Imaginibus adscribentes, ipsum quidem omni crimine soluistis, pios autem viros ab Ecclesiæ cœtu proscripsistis, idolorum vindices eos appellantes. Quo quid audacius flagitiosiusque fingi possit? An non etiam sacram supellectilem sanctis Imaginibus exornatam concerpsistis? An non adiectiuum hunc, Sanctus, ab omnibus iustis, ab omnibus Apostolis, à Prophetis, à Martyribus, pijsque viris abiecistis? Sancitum enim à vobis est, ó generosi viri, vt cùm quispiam ad horum aliquem abiret, ex eoque quæreretur quò iret, responderet, Ad Apostolos, ad quadraginta Martyres: si vndè veniret, itidèm responderet, Ex templo martyris Theodori, ex templo martyris Georgij. An non hæ vestræ doctrinæ sunt? Quonam ergò pacto, qui sancta proscripsistis, sanctum concilium coëgistis? O singularem absurditatem! Iam quî œcumenicum istud concilium vocari queat, quod nec Romanus Antistes, citra cuius authoritatem nullo modo fieri potest, vt res Ecclesiasticæ ad normam dirigantur, gratum habuit, nec Alexandrinus comprobauit, nec Antiochenus, nec denique Hierosolymitanus? Vbinam eorum libelli sunt? aut quinam per diuersa loca missi sunt, quibus falsum vestrum concilium confirmaretur, vt hac ratione œcumenicum censeri possit? Tum autem quonam modo septimum dicatur, quod sex priora concilia minimè sequitur? Quicquid enim septimum est, sextum & quintum, eaque quæ antecedunt, sequatur necesse est, vt septimum esse queat. Cùm igitur vos sex conciliorum sanctiones abrogaueritis, quid est quamobrèm concilium vestrum septimum appelleris? Ad quæ cùm Tricacabus dixisset, Et quodnam tandèm è sex illis concilijs decretum à nobis abrogatum est? Quid? inquit vir sanctus, an non sex omnia concilia in sacrosanctis templis celebrata sunt, primum nimirùm in Niceæ metropoli, arque amplissimo vrbis illius templo: secundum, apud Constantinopolim in sanctæ Pacis templo: tertium in pulcherrimo illo Theologi templo, quod in Ephesina metropoli situm est: quartum in sanctissima metropolitanæ nostræ Chalcedonis æde: quintum autem ac sextum Constantinopoli rursùm, alterum nempe in augustissimo Sophiæ templo, alterum autem in palatij æde, quam Oatum vulgò appellant? Quid igitur? an non in omnibus hisce templis Imagines pictæ erant? Quodnam autem ex prædictis Concilijs, quemadmodùm vestrum, dejciendas eas ac delendas esse censuit? Respondè ad hoc Episcope. Cùm autem ipsa rem ità se habere dixisset, sublatis in cælum oculis ac manibus, grauique gemitu imo pectore emisso, vir sanctus alta voce exclamauit: Si quis Dominum Iesum Christum in imagine, quantùm ad humanitatem attinet, circunscriptum, non adorat, anathema sit, cum ijsque partem habeat, qui dixerunt, Tolle, tolle, crucifige eum. At illi ob præclaram hanc ipsius in dicendo fiduciam ftu-

Nõ patitur vir Dei iniquorum cõuenticulum sanctũ concilium vocari.

Iconomachi pios viros in Christo defunctos sanctos dici nolunt.

Ecce authoritatem Romani Pontificis.

Item aliorũ trium Patriarcharum.

Concilia in sanctis templis celebrãda sunt.

παῤῥησία Stephani. Iohan. 19.

pore defixi, cùm beata illa lingua adhuc loqui, ac veritatis hostes fortiter insectari pararet, firmissima verborum tela, tanquàm sagittas in manu potentis, illi metuentes, statim eum quidem in custodiam conijci præcipiunt, ipsi autem obtectis præ pudore vultibus ad aulam abiêrunt. Psal. 126.

Percunctante igitur Imperatore quidnam ipsi perfecissent, atque Episcopis cladem suam occultare conantibus, Victi sumus, ait Callistus, ó Imperator, victi sumus. Magnus in doctrina vir ille est, magnus in disputando. Incomparabilis ipsius virtus est: animus intrepidus. Non modò minis superior est: sed ipsam quoquè mortem contemnit. Imperator autem ob hæc ira percitus, Stephanum ad Hellesponti partes, hoc est ad Proconnesum exilij causa mittit. Vbi ille septem & decem integros dies in illius loci monasterio ità consumpsit, vt nihil prorsùs cibi attingeret: tametsi alioquì Imperator plurima ad eum alimenta mitteret. Nam ea ille rursùs remittebat, nullum prorsùs ex ijs degustans. Per hos autem dies grauissimo morbo correptus huiusce monasterij præfectus, quantùm quidem ad medicos attinebat, vitæ spem omnem abiecerat. Mittit itaque ad sanctum virum, eumque, vt ad se veniat, rogat: Quò, inquit, alter alteri extremam salutem dicamus. Incertum est enim, an nona hora apud viuos adhuc futurus sim. Quod vt ille audijt, statim ad eum accessit. Ac deindè, cùm manu collum eius tenuisset, labia quidem ipse precationis causa mouebat, febris autem, quæ morbum pepererat, à corpore profugiebat. Quid posteà? Poculum suum vino mero impletum ei bibendum porrigit. Quod cùm exhausisset, statim plurimus sudor ex ipso manauit, ac dicto citiùs sanitati restitutus est. Cùm igitur ei non tam extremum, quàm iucundum osculum præbuisset, illinc excedens, Profectionem suam, vt cum Prophera loquar, in mari statuit, atque in eam nauem, quæ parata erat, ascendens, exultatum profectus est. Cumque deserrissima quæque insulæ loca peragrâsset, in speluncam admiratione dignam incidit (Cisiudam eam incolæ nuncupabant) in qua Christi auiæ Annæ templum erat. Hac re igitur oblectatus, atque huiusmodi locum non sine numine diuino sese inuenisse ratus, domicilium in eo sibi constituit, herbarum, quæ illic enascebantur, radices luculentæ cuiusdam & opiparæ mensæ instàr habens. Cap. 31.

Mittitur exilij causa ad Hellespõti partes.

Templum sanctæ Annæ.

At verò omnes ipsius discipuli ab Auxentiano monte depulsi, tanquàm Cap. 32.
oues vndiquè oberrabant, pastorem suum quærentes. Tandèm autem cum, cùm in Proconnesum venissent, inuenerunt, duobus duntaxàt exceptis, qui à præclarissimo illo ouili, vt à diuino duodenario ludas, vel potiùs vt à Paulo Demas & Hermogenes, sese auulserant, ac pro monastico habitu mundanum Mar. 14. 2. Tim. 4.
induerant, nimirùm Sergio, de quo antè verba fecimus, (qui etiam inuectiuum atque execrandum aduersùs sanctum virum volumen condidit) ac ter misero Stephano, qui cùm Presbyter, ac supradicti Callisti minister primùm extitisset, ac deindè à sancto viro in monachorum album adscriptus fuisset, atque in monastis monasterio sacerdotis munus obijsset, posteà tamen & monasticum habitum, & Deum eiurauit, atque ab ipsomet tyranno mundana veste indutus (quem priùs vitam abijcere oportebat) nefariam illam vocem emisit, (ô scelerata labia! ó impuram & fœtidam linguam!) Hodierno die, Here, à Satanicis faucibus opera tua ereptus, ac tenebroso amictu exutus, splendidum pallium indui. Cuius execrando sermone tyrannus summoperè delectatus, Sophiani patriarchæ ministrum eum constituit. Quò etiam crebrò commeans, gaudij patrem, cum qui multis luctibus dignus erat, appellabat. His itaque solis ab ouili sacrosancto auulsis, cæteri omnes ad Proconnesum, vt à me dictum est, appulsi, monasterium construxerunt. Quin à philosophica ista vitæ degendæ ratione ne dimouit quidem Stephani mater abfuit: verùm vnà cum sorore insulam illam adiens, contubernium ipsius amplexa est. Illic itaque diuinus Stephanus extructa columna, ac supra eam angustissima quadam ædicula, in ea sese concluſit, annos iam nouem & quadraginta natus. Perindè autem ac si magnos Deo consecratæ vitæ labores tum primùm inijsset, ità seipsum asperrimis quibusque certaminibus dedebat: non secùs videlicet ac si certamen ipse secum instituisset, atque id contenderet, vt vnà cum ætate labores quoquè nouis incrementis cumularet. Quam etiam ob causam diuina quoquè miraculorum gratia ipsi insedit, atque admirabilium operum admirabilis effector extitit. Cæcus etenim quidam, iuxta illum à natiuitate

Nefaria apostatæ vox

Mater & Stephani cũ sorore monasticũ instituti ampliectitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiuitate cæcum,ad eum adiens,supplicesque easdem voces vnà cum pari fide mitens,lucem,quam nemo non expetit, obnixè sibi dari rogabat. Ipse autem,vt qui modestè atque humiliter de se sentiret, primùm detrectabat. Cùm verò ille supplex instaret,Si fidem (ad eum inquit) in Deum habes,si imaginis ipsius cultor es, lucem,ac rerum ab eo admirabili modo conditarum pulchritudinem intuere. Vix hæc dixerat,cùm ille apertis oculis, ac perpurgata ea, quæ ipsis offusa erat, celeritate,lætus ac lucem cernens ambulabat,testisque omni exceptione maior miraculi à Stephano editi. Atque hoc primum & maximum in ea insula beati viri miraculum extitit.

Cæcum à natiuitate illuminat.

Cap.33. Alterum autem, atque eo posterius (quanquàm haud scio an potentia inferius censeri debeat) huiusmodi fuit. Fœminæ cuidam haud obscuro loco natæ, quæ Cyzici degebat,filius erat nouennis,à malo spiritu diuexatus. Quo secum assumpto mater in insulam profecta est. Vt autem ipse admirandi viri cubiculum vel solùm perspexit,tumultuari & æstuare,ac nunc sublimis in altum ferri, nunc rursùs in terram allidi cœpit, inconditas quasdam voces ad sanctum virum emittens, dæmone nimirùm, dum mouebatur, ipsum mouente, vimque ei, dum vim ipse met pateretur, afferente. At mater,cuius viscera, non minùs quàm illius, dissolebantur, (quid enim aliud, cùm mater esset?) tum lachrymas internæ flammæ indices profundebat, tum voces,quibus misericordiam moueret, emittebat: Misereat te meî, inquiens, misereat te eius, quæ longè grauiori mœroris dæmone conflictatur. Vnigenitus enim mihi hic est, atque hoc vno spes omnis mea nitebatur. Hunc senectutis bacillum mihi fore sperabam, hunc generis suscitabulum, hunc vitæ solatium. At nunc, quo statu est, satiùs mihi fuerit eum extinctum quàm viuum intueri: quandoquidem ipsius vita morte grauiùs animam meam perturbat. Ac me rursùs orbitatis aculei discruciant, maternisque viscera exuror, atque in summa animi perturbatione versor. In te verò calamitatis huiusce meæ depulsio sita est. Tibi præsentem tempestatem precibus comprimere atque sedare procliue est. Duas animas miserare: duobus vno eodemque tempore periclitantibus facilem & exorabilem te præbe. Hæc cùm amaro ac gemente animo protulisset, ad sancti viri matrem (nam tum illic aderat) accedit, atque eius genua complectitur, Mater, inquiens, tu quoquè extitisti: partûs dolores subijsti: lacte filium aluisti. Nósti quinam naturæ sint stimuli: nósti quantus liberorum amor in matrum pectoribus insitus sit. Te quæso vnigeniti mei misereat, te, inquam, misereat, ô verè egregiæ sobolis parens, ac felix mulier. Hunc miserum puerum in pœnam meam excruciatum commiserare. Huius igitur luctibus commotus Stephanus, vni discipulorum imperat, vt Crucis signum vniuerso pueri corpori adhibeat. Ipse autem intra se collectus, atque animæ oculum attollens, cum, qui celerrimè salutem afferre poterat, inuocabat. Atque ipse quidem lachrymis perfusus precabatur: ille autem humì magno cum impetu deiectus, amissa voce iacebat. Ipse surgere eum, atque ad se venire iubebat: ille iussis obsequebatur. Demùm cum, adorata Christi imagine, matri suæ sanum atque incolumem tradidit. Atque ità cernere erat illud Dauidis impletum, Matrem nimirùm super filio lætantem. Ac quidem huiusmodi fuit istud facinus, tamque admirandum. Aliud autem, quod neutri è duobus vi ac facultate cedit, narraturus accedo.

Signo Crucis & oratione curat dæmoniacum.

Psal.112.

Cap.24. Matth.9. Luc.8. Mulierem sanat à fluxu sanguinis. Mulier quædam Heraclea, quæ Thraciæ vrbs est, oriunda, seprem iam annos sanguineo fluxu (quemadmodùm hæmorrhoissa illa, in qua sananda Christus quondàm miraculum edidit) contabescens, ad eximium hunc medicum se contulit, morbum suum ostendens, morbi diuturnitatem indicans, calamitatem suam lachrymis exponens, medicinam deniquè flagitans. Cuius miseria commotus vir ad miserationem propensissimus, eam in sanitatem asseruit: & quidem ità, vt ad eius curationem nil præter preces adhiberet, atque in ea tres tantùm dies insumeret. Nec verò morbo duntaxàt laborantibus, aut arreptitijs medicinam gratuitam afferebat: sed nauigantibus etiam, ac cum asperrimis ventis conflictantibus promptè succurrebat. Perspicuum autem istud est ex plurimis viris, qui iam ipsius beneficio salutem consecuti sunt. Nam cùm ventorum impetu mare grauiter exasperabatur, ac fluctus vehementer intumescentes

scentes cernebat, statim discipulos ad orationem vocabat, ac propheticum illud vnà cum illis psallebat, Nè in fluminibus irascaris, Domine, nè in fluminibus sit furor tuus, vel in mari indignatio tua. Orabat igitur, ac statim velut incantatione quadam maris feritas in tranquillitatem vertebatur, atque illi, qui periculo erepti fuerant, accedentes, atque, vt fieri solet, suæ salutis modum exponentes,partim se cum flagrante periculo secum vnà nauigantem, ac nauem subleuantem,partim clauum tenentem ac nauem quàm tutissimè dirigentem vidisse dicebant. Habac.3.

Oratione marinos fluctus sedat, & periclitantes liberat.

Ad hunc itaque modum diuino viro in ea insula collucente, secundo exilij sui anno egregia ipsius mater, & quam à filio quispiam, quemadmodùm & ab ea filium, certissimo indicio agnoscere potuisset, filium simul ac mundum relinquens, ad communem Patrem concessit,his antè ad filiam suam verbis vsa: Non est quod plores: nam tu quoquè mecum profectura es. Nec verò plures quàm septem dies interceserant, cùm Theodota quoquè (nam hoc filiæ nomen erat) relicto mundo ad matrem suam, quemadmodùm ipsa prædixerat, abscessit. Eodem autem tempore miles quidam, nomine Stephanus, genere Armenius, ab Europæ partibus profectus,qui dimidia sui parte contabuerat, totusque præ morbo humi vergebat,cùm magna illa miracula, quæ à magno hoc viro designabantur,intellexisset,ad eum perrexit,atque ad eius pedes accidens,ea postulare cœpit, quæ & ipse accipere summoperè optabat,& ille facilè præbere poterat. At ille,qui fide erga Dominum ac beneuolentia præditus erat, miraculum ad ipsum transfert: cumque ei,qui ægrotabat,vt & ipsius & matris imaginem adoraret, imperâsset,atque ille id faceret, sanum eum prorsùs ac valentem reddidit. Vt igitur ad commilitones suos se recepit, quærebatur ex eo, quanam ratione conualuisset. Ille autem eam minimè reticebat: verùm, Monachus quidam, dicebat, Stephanus nomine,qui apud Proconnesum in angustissima quadam ædicula degit, duas mihi Imagines adorare iussit, vnam quæ Christi, alterâ quæ Deiparæ dicebatur: ac protinùs conualui,corpusque omninò erexi. At impij illi & conscelerati,manus non sine magno terrore complaudentes, Væ tibi, inquiunt, qui in idololatriam prorusisti. Confestim itaque eum apud summum Thraciæ præfectum deferunt: qui cùm de eo quæstionem habuisset, nulla interposita mora eum ad Imperatorem misit. Is verò cùm accuratiùs eum examinâsset, an recuperatæ valetudinis modum intellexisset, pro ea qua laborabat stoliditate, non intellexit: verùm, quod ipsi summo studio erat,percontabatur eum, qui morbo liberatus fuerat, an in simulacrorum cultu perstaret. Qui cùm & ingenti pœnitudine se affici, atque huiusmodi simulacra execrari dixisset, tyrannus, vt ei impietatis mercedem referret, centurionem eum creauit. Cæterùm vindex Dei iustitia è vestigio insecuta est. Nam cùm statim ab aula reuerteretur, atque equum gratum illum persecuta est. Nam cùm statim ab aula reuerteretur, atque equum conscendere pararet, ille subitò saltitans in terram ipsum prostrauit, atque contriuit, nec calcibus in eum insilire destitit, quoàd ille ingratam animam euomuisset.

Cap.35. Mater S. Stephani è vita migrat cum filia.

Militis sanatilenitas & perfidia.

Is misere perit.

Tyrannus igitur, tanquàm hinc arrepta ansa, sanctum virum quamprimùm è Proconneso ad se adduci iubet, illud addens, quòd ne exilio quidem mulctatus, sibi temperâsset,quin plebem idolis cultum adhibere doceret. Cùm ergò illinc adductus esset, vt in Phialæ perquàm obscuro ergastulo tum vinctis ferro manibus, tum pedibus ad lignum arctissimè adstrictis,includeretur,edixit. Interiectis autem quibusdam diebus,ad Heliacum,qui Pharus dicitur,duobus tantùm primarij ordinis viris comitatus,sanctum virum præstò esse iubet. Cùm autem ad eum adductus fuisset,à pio quodam viro numum petijt, eumque cucullæ suæ furtìm imposuit. Tyrannus itaque, vt eum vidit, exclamare cœpit, O vim mihi illatam, ô calamitatem,ô arrogantiam! Videteà quonam imperium meum contumelia afficiatur,à quonam ludibrio habeatur! Cùm autem vir sanctus nihil omninò respondisset, verùm humì defixus hæreret, tyrannus eum iracundè prospiciens,ignemque,vt dicì solet,spirans, atque vt ipsi in more positum erat, manum in orbem torquens, alteque exclamans, Non mihi respondes, inquit,sceleste caput? At ille,Si me ità leuiter condemnare in animo habes,Imperator, supplicio quàm celerrimè affice. Sin autem huc me idcircò adesse iussisti, vt me interrogares, ac vicissim audires, iracundiam lenitate tempera,atque æquo animo & interroga,& audi. Tum Imperator: S. Stephanus ab exilio ad tribunal Imperatoris reducitur.

Cap.36.

Præscius furorum numum exigit vir Dei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Disputatio Constantini Copronymi cum sancto Stephano.

perator: Dic age, quibus nam paternis decretis minimè paruimus, vt apud te in hęreticorum numero censeamur? Quoniam, inquit ille, venerandarum Imaginum picturam, multis antè temporibus à diuinis Patribus traditam, sceleratè ab Ecclesijs eiecistis. Tyrannus autem, Nè has, inquit, Imaginum picturas dicas (neque enim sunt) sed planè idolorum picturas. Quidnam porrò idolis cum sanctis commune est? Hîc verò sanctus ille vir, Non, inquit, cùm Imagines adoramus, materię cultum ac venerationem tribuimus: verùm Imaginis honor ad exemplar transit, quemadmodùm à Basilio dictum est. Quid? inquit tyrannus, æquúmne est ea, quæ à Patribus antè prædicata sunt, quędque & multa & perobscura sunt, ac neque mente comprehendi, neque verbis vllis explicari possunt, per colores in sensum cadentes exprimere, atque in materia adorare, cùm eorum essentia nemini, nisi quantùm ad infinitatem, vt Gregorij verbo vtar, attinet, explorata sit? Minimè verò, ait vir sanctus. Ecquis enim mortalium, qui quidem mentis compos sit, diuinitatis naturam, quæ & materia caret, & omnem mentis captum fugit, coloribus è materia confictis pingi posse dixerit? Cuius enim forma ne mente quidem deliniari potest, quanam tandèm modo ipsa coloribus exprimi queat? At nos, cùm Christũ in imagine pingimus, diuinitatis naturam haudquaquàm pingimus: verùm theandricam eam formam, quæ in nostra specie apparuit, quamque Apostolicæ manus contrectârunt, quemadmodùm alicubi ait Theologus, Quod vidimus, & manus nostræ contrectauerunt. Quòd si mihi dictum illud Mosis in medium protuleris, Non facies tibi similitudinem vllius rei, tam ex his quæ in cælo, quàm ex his quæ in terra sunt, hunc ipsum Mosem tibi ostendo duorum Cherubim effigiem auro efficientem. Quibus de rebus ad hunc quoquè modũ diuinus Apostolus differit, Et Cherubim obumbrantia Propitiatorium. Quin ipsum quoquè Propitiatorium, & Tabernaculum testimonij, & Sancta sanctorum, an non cælestium figuram exprimebant? quemadmodùm idem Apostolus rursùs ait, Vmbræ cælestium deseruimus. Quid igitur sceleris admittimus, cùm Christi formam humanitùs adspectam in imagine pingimus & adoramus? Quid autem? An cùm Crucem etiam, ex quacunque tandèm materia confecta sit, adoramus, rei conditæ cultum adhibere videmur, adorationem materiæ tribuentes? Sed & pepla sancta, & sacrosancta vasa à nobis adorata nullam nobis repræhensionis notam inurunt. Siquidem ea per Christi invocationẽ in sancta mutari persuasum habemus. Quid? An tu quoquè corporis & sanguinis Christi antitypa ab Ecclesia proscribes, vt quæ imaginem ac veram illorum figuram teneant? quæ & adoramus, & osculamur, & eorum perceptione sanctitatẽ cõsequimur. Vos igitur inter sanctum ac prophanũ minimè distinguentes, Christi imaginem, non secùs atquè Apollinis statuam, Deiparæque itèm non secùs ac Dianæ, idolum appellare minimè horruistis. Quin ipsam quoquè pedibus protriuistis & exussistis. Ad hæc Imperator, O cæca mente prædite, inquit, ac supra omnes Impios! Tum verò ille, verè in diuinis rebus solers Stephanus, in morem eorum, qui bellica laude præstant, aduersarium suomet telo ferire, ac per ea ipsa quæ dixerat, profligare cupiens, manum in cucullam immittens, atque indè numum, in quo impius ille sculptus erat, extrahens, eumque quemadmodùm Christus olim Cæsaris numũ Iudæis ostendens, Cuiusnam, inquit, est hæc imago & superscriptio? Eo autem mirante, ac respondente, Cuius tãdèm alius, quàm Imperatorum? Quid, inquit vir diuinus, si quispiam cum contumeliosè in terram proiectũ pedibus terrat, pœnásne aliquas luet? Quidni autem, dixerunt ij, qui adstabant, cùm Imperatoriam effigiem proculcet? Ad hæc vir sanctus, grauem quendam ex imo pectore gemitum emittens, ac magno cum animi dolore exclamans, O immanem, inquit, cæcitatem! Si pro mortali Imperatoris forma & effigie grauissimas pœnas irrogandas esse dixistis, quas tandèm pœnas eum subiturum esse putatis, qui Filij Dei ac matris ipsius effigiem conculcârit, igniquè tradere minimè dubitârit?

Vix hæc dixerat, cùm subitò numum eum pedibus protriuit. Cùm autem ij, qui adstabant, ferarum ritu accurrissent, vt sanctum virum præcipitem in mare deijcerent, (audax enim & præceps est assentatio, ac dum obsequijs aliquẽ in mare deijcere studet, mediocritatis omnis fines excedit) Imperator lenitatem simulans, quò iracundiæ haudquaquàm obnoxius esse videretur, qui eam ingentem simùm deinam in animo insidentem habebat, in præsens quidem eos prohibet, atque ab hu-

1. Iohan. 1.
Exod. 20.
Exod. 25.
Hebr. 9.
Hebr. 8.
De veritate corporis & sanguinis Christi in sacra Eucharistia lege lib. 4. Damascen. de Orthod. fid. cap. 14.
Iconomachorum impietas.
Matth. 22.
Egregiè cõuincit Imperatorem vir sanctus per similitudinem. Cap. 37.

iusmodi conatu abducit: cærerùm sanctum virum collo alligari, ac manibus à tergo vinciri iussum, ad publicum prętorij carcerem amandat: vt videlicet ob protrictam Imperatoris effigiẽ pœnas à lege constitutas lueret. Hæc nimirùm lenis ille ac facilis, cunctosque iniuriarum obliuione superans. Nam qui Christi imaginẽ proculcauerant, atque in ignem coniecerant, hi suæ imaginis vindices sedebant, atque vltricem huiusce facinoris legem proferebant. Ecquis autem eorum amentiam satis rideat, immò potiùs eorum væcordiam ac cæcitatem satis deplorare queat? At spiritu diuino maiorem in modum afflatus Stephanus, simulatquè vel ipsum carceris limen attigit, pectore incalescens, atque ab eo, quo præditus erat, perspicaci spiritu concitatus, dierum suorũ metam in lingua sua locutus est, his verbis vtens: Hæc est præsentis vitæ meæ requies. Hîc enim saltem vsque ad extremum spiritum mihi habitare necesse est: quoniam pro imaginis Christi honore hanc sedem elegi. In interiori autẽ carcere conclusus, eximiæ virtutis monachos trecentos quadraginta duos ex varijs locis collectos, atque eodẽ carcere condemnaros, inuenit, qui partim nares, partim aures exectas habebant, partim euulsos oculos, partim amputatas manus, ob id videlicet, quòd pro venerandarum Imaginum pictura & erectione lucubrationes edidissent. Ac quidem alij plagarum notas adhuc circumferebant: alij præclaras genas pice illitas atque ambustas habebant: alij caput adrisum ac ludibriũ abrasum. Quorum varios istos ac multiplices cruciatus diuinus Stephanus cernens, patientiæ nomine beatos eos prædicabat: ac contrà lachrymis dignũ sese iudicabat, vt qui in earundem plagarũ partem cum illis minimè venisset, nec pro Christi imagine membrorum exectionem ipse quoquè pertulisset. At diuini illi Patres, vt primùm sanctũ virum conspexerunt, ad eum tanquàm ad magistrum & præceptorem accesserunt, vt ab eo salutis præceptis erudirentur.

Itaque ex Prętorio monasteriũ factum est: quippè cùm illic omnis monasticæ vitæ forma ac regula ad vnguem obseruaretur. Ij autem, quibus carceris custodia mandata erat, quique sancti viri famam iampridèm audierant, tum demùm animi quoquè ipsius statum, ab ea tranquillitate, quę in ipsius moribus elucebat, quantùm fieri poterat, coniectantes, ad eum tanquàm ad Dei Angelũ animos conuertebant, eique summam reuerentiam, ac venerationem tribuebant: adeò vt quidam etiam eorum remotis arbitris eadem ad vxorem suam diceret, quæ olìm Manue ille, Morte moriemur, mulier, præ tyranni huius furore. Virum enim, perindè ac Deum, hodierna die vidi, hunc, inquam, in vincula coniectũ monachum, quem Auxentianum vocant. Sapiens autem illa mulier non frigidè ac negligenter ad hæc verba affecta, verùm per concinnam atque prudentem ad virum interrogationem vitæ sancti Patris rationem omnem perscrutata, clàm in carcerem ingressa est, arreptisque venerandis ipsius pedibus, ab eo, vt pro se precaretur, ipsaque vicissim ei, quæ opùs essent, subministraret, postulabat. At diuinitùs inspiratus Stephanus preces quidem ei annuit & concessit: cærerùm adduci non porerat, vt quicquam ab ea acciperet. Instabat tamen rursùs illa, dicens, Quidnam est, quamobrèm tu exiguam fidei erga te meæ promptitudinem tam obstinatè reijcis? Quanquàm enim ipsa id non mereor: at tuam tamen moderationem ac benignitatẽ ad indignos quoquè indulgenter sese demittere compertũ habeo. Quemadmodùm enim Sarepthana illa quondàm Eliæ farinam, & Sunamitis Elisæo cubiculum hospitij causa prębebat, ac beata illa vidua duos in summa sua penuria obolos erogabat, ac deniquè Samaritana illa ex fonte haustam aquam Deo porrigebat: ad eundem etiam ipsa modũ cùm pari fide aliquid in te beneficij conferre studeam, nè quæso defiderio meo excidam. Ille verò rursùm id constanter recusabat, non quidem ob naturæ contumaciam, aut ipsius indignitatem id officij à se repudiari dicens (Ego enim, inquiebat, memet indignum, atque omnium mortalium postremum duco:) sed quia ab eo prohiberetur, qui cum hæreticis quicquam commune habere vetuerat. Neque enim meminisse se cum Imaginum hostibus vllum vnquàm commercium habuisse, aut aliquid omninò ab eorum manibus accepisse. Hæc vt illa audijt, humi sese prouoluens, quid non dicebat, quid non faciebat, vt ostenderet quàm ab hæreticorum societate atque commercio semper abhorruisset? Absit hoc à me, inquiebat, venerande Pater, vt Christi, aut matris ipsius, aut vllius Sancti imaginem contemplerim. Scio enim me à Patre nostro Germano didicisse, quas pœnas daturi sint, qui eò audaciæ proruperint. Cærerùm fac quæso, vt nec vir meus, nec custo-

Reducitur vir sanctus vinctis post tergum manibus in publicum carcerem.
Pſal. 38.
342. monachi ob Imaginum defensionem varijs pœnis affecti, carceri mancipantur.
Iudic. 13.
1. Reg. 17.
4. Reg. 4.
Mar. 12.
Iohan. 4.
Cap. 38. Prætorij carcer fit monasterium.
Nihil commercij cum hæreticis habẽdum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mira cuiusdam matronæ erga virum Deihumanitas & clementia.

dum quisquam resciscat, quod pietati tuæ indicare cupio: atque ego reipsa dubitationem omnẽ tibi eximam. Hæc locuta, statim domum cucurrit, atque aperta arca tres arcanas Imagines eduxit, vnam Dei genitricis, filium seculis omnibus antiquiorem complectentis, duas alias Petri & Pauli Apostolorũ. Quas vt ipso inspectante religiosè adorauit, ipsi postcà porrexit, Accipe ista, inquiens: atque hinc tibi mei, hoc est mulieris peccatricis, memoria refricetur. Ad hunc modum pijs ipsius moribus comprobatis petitioni cedit: ac deincèps Sabbato ac Dominico die ad eum ipsa panis vncias sex, aquæ non plus tribus poculis afferebat. Tantulum enim singulis hebdomadis ipsi cibi ac potûs fuit totos vndecim menses, quos in Prætorio transegit.

Cap.39.

Quadam autem die vnà cùm cæteris captiuis sedente viro diuino, de suppliciis illis, quæ iustis viris ab iniquis iniquissimi Imperatoris præfectis varijs locis illata fuerant, sermo ortus est. Siquidẽ in medium progressus Antonius quidam è Creta oriũdus, vir fortis, & qui fortibus certaminibus egregiè defunctus fuerat, Quonam modo, inquit, præclara monachi Pauli certamina vobis ob oculos proponere queam? aut quonam pacto ea sine lachrymis cõmemorem? Princeps quidam Cypri præfectus erat, nomine Theophanes, cognomento Lardotyrus. Hic cùm sanctum virum, vt in eum inquireret, accepisset, ad Heracliti prætorium eum duxit. Proposita autem erat humi Christi in cruce protensi imago, vnaque ità crucijatûs instrumentum, quod catapultam vocant. Aitque ad eum Præfectus, sceleste, inquam, illa lingua, atque iniquitatem in excelsum loquens: Vnum è duobus tibi Paule proponitur: nimirùm vt aut calcata imagine vitam obtineas, aut vt hoc tormenti genere discrucieris. Hoc autem dicens, puerorum Iaruis leonem perterrefacere velle videbatur. Statim enim generosus ille vir magna voce exclamans, Absit à me, inquit, Domine Iesu Christe, vnigenite fili Dei, vt theandricam hanc imaginem pedibus teram. Atque hæc locutus, statim humi se curuans, osculum ei fixit, reipsa planum faciens, quàm nihil iudicis minas moraretur. Ille itaque confestim iracundia totus æstuans, nudari sanctum virum, atque in catapulta extendi iubet: vbi cùm tortores duabus tabulis ipsum firmissimè compressissent, ac ferreis pectinibus totum ipsius corpus exarâssent, prono capite suspenderunt. Ac deindè non exiguo igne infra eum accenso, ità demùm holocaustum Deo gratum ipsum effecerunt.

S.Pauli noui martyrium, & aliorum virorũ varij cruciatus referũtur.

Pſal 72.

Prouerbiũ.

Inauditum tormentum

Cap.40.

Hæc eo cõmemorante, Patribusque lachrymis madentibus, Theosterictus quidam, hoc nomen meritò consecutus, vir senex ac sacerdotij dignitate ornatus, qui ex pio illo monasterio erat, quod Peleceta nuncupatur, atque & nasum abscissum, & genas ferueuti pice ac bitumine illitas, miserumque in modum ambustas habebat, (hos enim cruciatus pietatis causa pertulerat) prodiens ipse quoque in medium, superioribus sermonibus hæc adiecit: Impossibile est, impossibile inquã, est, vt vel hic ipse antistes noster siccis oculis ista commemoret. Quanam enim oratione quispiam illius, qui tum Asiam cum imperio obtinebat, furorem complecti posset? cui Lachanodracon quidem cognomentum erat, verùm ipsius fel atque iracundia draconis quoque virus amaritudine superabat. Ad quem beatus Stephanus, Narra, quæso, Pater, nihil omittens eorum, quæ tum contigerunt, verùm omnia oratione prosequens. Etenim per huiusmodi exempla, tum animi promptitudine, tum robore impleti, ad eundem zelum præparamur: siquidem voluntas Dei hoc tulerit, vt pro diuina ipsius imagine nos quoquè certamen subeamus.

Theosterictus ob imaginũ defensionẽ, multa est passus

Tum igitur Theosterictus inchoatum sermonem ad hunc modum prosequitur. Cùm incruentum sacrificium in monasterio nostro celebraretur, (erat autẽ vesperæ sanctæ ac magnæ quintæ feriæ, in qua Christus Iudæis tradendus erat) hic draconis nomen habens, tyranni iussu cum magna militum manu in monasterium impetum facit. Ac mysticum quidem sacrum euertit, mysticis videlicet hymnis protinùs silentio compressis: lectissimos autem monachos duodequadraginta vinculis ferreis adstrinxit. Reliquos verò partim verberibus crudelem in modũ laceratuit, partim eorum barbam pice illitam exussit, naribus priùs amputatis. Quorum numerum ipse quoquè augeo, quemadmodùm faciei meæ notæ certissimè testantur. Quibus impius ille nondùm expletus, vniuersum monasterium postea inflammauit, ipsas quoquè ecclesias vnà cum reliquis ædificijs concremans. Mox autem prædictos duodequadraginta Patres ad extremos Ephesi fines relegauit: vbi eos

Incruentũ sacrificium Missa dicitur.

38. monachi pro imaginum defensione necãtur.

eos in veteris balnei fornice concluſisset, ac deindè aditum obstruxisset, ad hunc modum eos è vita migrare coëgit.

Cap.41.

Cùm vsqueadeò tristes tragœdiæ narrarentur, atque omnes in gemitus & lachrymas prorumperent, rogatus à Patribus Stephanus, vt ad mitigandum eorum mœrorem orationem aliquam haberet, intimo corde ingemiscens, Gratias, inquit, Deo agere par est, Fratres ac Patres, gratias, inquam, ei agere de omnibus requirit, quæ præter voluntatem accidunt. Etenim gratiarum actio cum patientia conuincta coronas nobis nectere consueuit. Quocirca etiamsi igne, aut gladio, aut maris profundo, aut præcipitio, aut alio quodam mortis genere nos mulctent, qui impietatis scelere sese deuinxerunt, prompto atque alacri animo cuncta perferamus. Habemus enim velut exemplar quoddam, in quod intueamur, claros illos Patres, qui ante nos extiterunt, ac per martyrium Deo vitam consecrârunt, nimirùm sanctum illum Petrum Blachernis in vincula coniectum, qui cùm spectante Imperatore pro Christi imagine neruis atrocissimè concideretur, nullum ignaui timidi animi specimen in eo cruciatu edidit, verùm acerbioribus eum verbo-rum plagis lacerauit, Iulianum alterum & apostatam appellans. Atque ità in his tormentis, gratias Deo agens, animam exhalauit. Habemus itèm Iohannem Monagriæ Præfectum, quem tyrannus, cùm eum nullo omninò terrore afficere potuisset, neque adducere, vt Christi matrisque ipsius imaginem pedibus protereret, facco incluſit, grauique ipsi saxo appenso in profundum mare deiecit. Sed quis tandèm est, qui ea omnia facinora enumerando recensere possit, quæ per omnes tyranni prouincias Prætores, qui eum crudelitate superabant, aduersùs sanctos viros designârunt? Immò verò quis est, qui sanctorum aduersùs eos contentionem, atque ad extremum vsque spiritum patientiam vllo sermone referre queat? Quorum si nos exemplum sequamur, beati profectò erimus, vt qui exiguis laboribus amplissimas opes nobisipsis aggeramus. Neque enim condignæ sunt passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Hæc & alia his plura, ad excitandos & acuendos eorum animos, qui vnà cum eo vincti tenebantur, accommodata, cùm dixisset, orationi suæ finem impoſuit.

Oratio S. Stephani ad suos cõmilitones martyres.

Petrus quidã propter imaginum cultum occiditur.

Itẽm Iohãnes Monagriæ præfectus.

Rom.8.

Cap.42.

Non multi dies interceſserant, cùm ipse suam à terra ad Deum migrationem animæ oculo prospiciens, quadragesimo ante mortem suam die præclaram illam mulierem, illam inquam hospitalitatis laude florentem, ac nouam Isdandulam, atque eorum, qui in vinculis erant, ministram accersit, ad eamque his verbis vtitur: Tuæ erga me hospitalitatis fructum velim tibi cum fœnore Christus rependat. Bellè enim mihi, atque vt ipsi gratum est, ministrâsti, ac me recreâsti. Deinceps autem ad quadraginta vsque dies prorsùs mecum ipse versari, ac memet excutere cupio. Pero igitur abs te, vt panem eum & aquam, quæ ad me afferre consueueras, per hos dies nè afferas. Vt autem eo nomine mœrentem eam vidit, atque huiusce rei causam scire cupientem, Noui, inquit, mihi vitæ finem imminere. Ac propterea monasticæ exercitationis rigorem etiam atque etiam intendere gestio. Cessit his auditis hospitalis illa, ac præstanti fide mulier. Per omnes itaque noctes & dies non desinebat vir sanctus Patres eos, quos carceris socios habebat, monere, docere, salutaribus præceptis erudire, atque id efficere, vt toto penè nocturno tempore in canendis Dei laudibus versarentur: adeò vt ciues etiam nonnulli, qui sanctioris vitæ studium colebant, vilibus pannis obuoluti eàm ad eum ingrederentur, atque ipsius benedictione atque doctrina, non sine magna animi voluptate fruerentur. In his igitur muneribus cùm quadraginta illi dies absumerentur, ac iam octauus & tricesimus inchoaret, hospitalem illam mulierem rursùm accersitam audientibus Patribus ità alloquitur: Deus qui se pijs omnibus laborum fructus centuplicatò redditurum promisit, benigno oculo re ex alto sancto suo adspiciat, ac pro tuo in me officio longè copiosiorem tibi meredem referat. Ipsius enim verè discipula extitisti, qui dixit, Quicquid fecistis vni ex minimis his meis, mihi fecistis: &, Qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet: &, Qui potum dat calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem suam. En itaque tuæ erga me voluntatis merces expleta est, quam tu eiusmodi à Deo habitura es, vt ea tibi nunquàm eripi possit. Ac posteà sacris Imaginibus ostensis, Accipe, inquit, præclarum hoc tuum depositum, quod quidem tibi & in præsenti hac vita aduersùs omne malum præsidij loco sit, & in futura tuæ erga

Prædicit tẽpus mortis suæ vir sanctus.

Matth.19.

Matth.25.

Sacræ Imagines aduersùs omne malum præsidij loco sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deum beneuolentiæ,atque orthodoxæ fidei pignus. Hæc vbi dixit, altè rursùs ex imo pectore ingemiscens,apertè hoc extulit: Crastina luce ex hac vita migrans,ad alium mundum atque Imperatorem proficiscar. Ipsa igitur, cùm amarum quendam & acerbum gemitum edidisset, extremamque ei salutem dixisset,receptasque eas, quas vtèdas dederat, Imagines linteo quodam obuoluisset, domum postcà se recepit. At diuinitùs afflatus Stephanus, conuocatis rursùm Patribus,eos in diuinis laudibus concinendis pernoctare iubebat.

Cap.43 Brumalia festa.

Porrò autem ille Deo prorsùs inuisus tyrannus, præter alia, quæ Deo odio atque execrationi erant, facinora, ne Brumaliorum quidem cæremoniam contemnebat, verùm eam quoquè splendidè ac luculenter celebrabat, vt qui Brumum quendam ac Bacchum in his Gentilium ritu colere in animum induxisset, eosque vt frugum ac vini curam gerentes,atque ad maturitatem ea perducentes, summis honoribus afficeret.Parabat itaque tertiæ quoquè vxoris suæ Eudociæ Brumalium postridiè iuxta quinti elementi circunductionem celebrare. Progressus autem,atque ad scholarum porticus sedens,vnà cum symmistis suis Satanicas quasdam cum organis ac citharis cantiones,aduentanti festo congruentes,addiscebat. Hic igitur ab impijs quibusdam viris ad eum delatum est, Stephanum ex Prætorio monasterium effecisse,eumque totas noctes illic in cantillandis Psalmis traducere: acpræterea complures ciues illuc proficiscentes, idolorum cultum ab eo edoceri.

Cõdemnatur sanctus Stephanus capitali supplicio.

Hæc ille vt audijt, grauiore ira inflammatus, statim militi cuidam, qui in Proximi ordine adscriptus erat,hoc imperat, vt sanctum virum è carcere eductum extra vrbem obtruncet, illic nempe vbi priùs eximiæ martyris Mauræ templum situm erat: pòst autem locus ille carnificina factus est,templo scilicet illo à tyranno ditùs euerso, & solo adæquato,ac Maura nuncupato. Quo etiam in loco fœdera cum dæmonibus occultè sanciebat: tametsi non ad extremum vsque scelus hoc ipsius obscurum fuerit. Prodidit enim id,quod clàm ab eo perpetrabatur,Suphlamij filius,ipsis sacrificij loco dono datus: de quo nunc consultò sermonem silentio comprimemus.

Cap.44. Crudele Copronymi edictũ.

Cùm igitur sanctum virum morti addixisset, confestim edictum huiusmodi per totam vrbem promulgauit: Quisquis amicum, aut affinem, aut omninò genere coniunctum habere,eumque occultare,aut etiam pullam vestem ferre deprehensus fuerit, hic post varia tormentorum genera exilio mulctabitur. Cernere igitur erat vrbem grauissima calamitate laborantem. Neque enim inimici duntaxàt inimicos apud Imperatorem facillimè accusabant, sed etiam amici amicos, & fratres fratres, & serui dominos: atque,vt breui complectar,in grauiore luctu ac planctu tota vrbs versabatur,quàm cùm Iulianus & Valens imperij Romani clauum tenerent. At verò carnifex ille,qui missus fuerat, sancto viro à Prætorio assùmpto,coloque ipsius ac manibus ligno alligatis,ad eædem properabat. Eo autem die tyrannus è Palatio progressus in Milij porticu stabat: vbi priùs sex illa œcumenica Concilia depicta erant,pòst autem crudelis Imperatoris iussu inducto albario opere deleta fuerant, atque eorum loco circus ille, quem amabat, ac plurimi faciebat, atque auriga is,quem in delicijs habebat, atque Vraniacum, hoc est cælestem, cùm superbè staret, omnesque eum fausti's ominibus prosequerentur, Nulla mihi, inquit, requies est: ità Immemorandi isti exitium vitæ meæ afferunt. Hic verò quidam ipsius factionis: Et vbinàm tandèm vllus eorum delituit, aut vestigium vllum ipsorum in hac vrbe tua, aut in vlla alia ciuitate vel regione occultatum est,cùm omnes funditùs deleti sint? En enim imperij quoquè tui hostem, hoc est Auxentianum Stephanum, abduci hodiè vidi, vt, quas meritus est, pœnas subeat. Tum Imperator: Et quid iucundius Stephano accidere queat,quàm vt gladio vitam finiat? Verùm huius desiderij minimè compos futurus est. Multò enim grauiore mortis genere mulctabitur. Nunc quippè Imperatrix non mediocriter aduersùm nos stomachabitur, si festum ipsius diem in cæde conficiamus. Quocirca nouus hic Herodes,atque vxoris mancipium,reduci quamprimùm eum in Prætorium iubet. Quod cùm contigisset,rursùs cum ijs Patribus,qui in vinculis erant, Dauidicos Psalmos canebat,Qui habitat in adiutorio altissimi,& quæ deinceps sequuntur.

Impius tyrannus depictiones Conciliorũ eradicari iubet.

Reuocatur S. Stephanus à loco supplicij ad prætorium grauioripœna afficiendus.

Psal.90.

Cap.45.

Tyrannus autem cùm vesperam totam in tibiarum & cithararum cantu transegisset,

egisset, postridiè instructa splendidissima cœna, cum ijs, qui suæ factionis erant, epulabatur. Cumque duos quosdam Fratres, tum dignitate claros, tum corporis simul atque animi pulchritudine florentes (quos posteà inuidiæ œstro percitus interfecit) seorsùm acciuisset, Ite ad Prætorium, inquit,ac meo nomine ad Auxentianum Stephanum hæc dicite. Vides quantà tuî cura afficiar, vt qui tibi ex ipsis mortis faucibus erepto vitam concesserim. Quocircà tandèm aliquandò animum inflectens, voluntati meæ obsequere. Non quidem me fugit, quin homo contumax & durus, ad contumelias potiùs nobis inferendas prorupturus sit. Vos verò, si sermonum illecebris ipsius animum inflectere potueritis, rem gratam mihi feceritis, ac ministerium istud vestrum comprobabo. Sin istud ei persuaderi nequeat, tandiù eum à vobis & à fronte & à tergo verberari volo, quoàd miserè animam efflauerit. Igitur præclari illi duo fratres,postquàm ad Prætorium venerunt,furiosam quidem illam tyranni sententiam sancto viro exponunt, verùm nullo eum malo prorsùs affecerunt: quin potiùs,vbi eum sermonibus ad cohortandum accommodatis confirmâssent, ab eoque benedictionem accepissent, ad reditum se accinxerunt. Quæ autem ad Imperatorem dixerunt, huiusmodi fuêre: Imperator, miserum illum in pristina sententia perstantem, tuumque imperium infaustis ominibus prosequentem offendimus. Ac proindè tot plagis eum proscidimus, vt pènè spiritûs omnis expers iaceat, nec certum sit, an crastino die inter viuos futurus sit. Qua quidem ex re cùm mirificam lætitiam ferinus ille concepisset, atque ingentem risum effudisset, luxui,quo nihil ipsi charius erat, operam dare posteà pergebat,vt qui ventris,& eorum quæ ventre inferiora sunt, seruus esset.

Duo præclari fratres à tyranno missi ad flagellãdum sanctũ Stephanum, ei percerunt.

Impius semper gaudet cùm malè fecerit.

At verò diuinissimus Stephanus sub auroram ad se coacto monachorum agmine,postremum hunc ad eos sermonem habuit. Valete Patres ac Fratres, valete: atque in orthodoxa fide constantissimè perseuerate: ac pro mea tenuitate preces quæso fundite. En enim iam iamque adest mortis meæ tempus, ac pro foribus iam corona est. Quamobrèm vereor nè caliginosa dæmonum multitudo propter ignorantiarum mearum multitudinem mihi impedimento sit. Ob quæ cùm omnes amnis cuiusdam in modum lachrymas profunderent, tolli sibi sacram epomidem, ac deindè analabum cum loro iussit. Cùm autem cucullam quoquè abijcere pararet, nè id faceret, Patres prohibebant, negantes conuenire vt sine precioso hoc indumenti genere dierum suorum finem videret. Ad quos diuinitùs afflatus ille vir, Athletam, inquit, nudum luctari decet. Ac præterea neæquum quidem est preciosam hanc rem à furente populo contumelia affici, ac prophanis pedibus proculcari. Hæc cùm locutus esset, omnes ei morem gessêrunt. Itaque cucullam quoquè exuït: ac cum pelliceo duntaxàt pallio vnà cum monachis sedebat, de his rebus, quæ ad salutem pertinebant, sermonem ad eos habens. Verumenimuerò fieri omninò non poterat, vt quæ in carcere acta fuerant, & quo pacto duo illi pij fratres admodùm benignè atque indulgenter cum diuino Stephano egissent,tyrannus ignoraret. Quarè cùm de his omnibus à dæmone aliquo,vt vero consentaneum est,certior factus fuisset, hora diei secunda è somno experrectus,leoninum quiddam rugiens, atque ad aulæ vestibulum festinanter proficiscens, O vim mihi illatam, exclamauit! O insignem meî contemptum! Nemo est qui mihi opituletur: nemo qui subsidium ferat. Quid mihi cum Tenebricosis,& Immemorandis istis? Sic enim ipsi vsitatum ac familiare erat monachos appellare. Cùm autem ij,qui voluptatibus ac delicijs dediti erant,vltrò ad intemperantem illam mensam currerent, perturbatissimo animo ipsis occurrens, magno cum clamore quærebat,Quò pergitis,& quem quæritis? His autem respondentibus, Ad te benignum nostrum dominum imus: tum ille altiore voce, Non sum,inquit,dominus vester, non sum Imperator. Alius dominus vester est, alius Imperator: ad cuius pedes vosipsos prouoluitis, contactisque ipsius vestigijs ab eo vota precesque supplices petitis. Nemo in me obsequiosus est, vt illo de medio sublato animum meum reficiat ac recreet. His verò animi anxietate laborantibus,ac quisnam ille esset scisc itantibus,quisque ille quem ipsi ei anteferrent, aut quemnam alium Imperatorem agnoscerent: tum ipse contrà, Stephanus Auxentianus est,inquit.

Præclarum Stephani dictum.

Fideles monachi ab Imperatore Tenebrosi & Immemorãdi vocãtur.

Cap.47.

Nondùm integrum nomen in eorum aures influxerat,cùm subitò impetus quidam

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam, & clamor promiſcuus, & vox quædam incondita perſonabat: omnibus, vt erant, ad Prætorium currentibus. Mox truculentorum Iconum inſtàr in carcerem inſilientes, Date nobis (cuſtodibus inquiunt) Auxentianum Stephanum. At ille conſtanti atque intrepido animo, velut in hoc ipſum paratus, ad eos decoro geſtu ac vultu ab omni perturbatione libero egreditur, & quemadmodùm olim Chriſtus Iudæis, ipſius cædem anhelantibus, Ego ſum quem quæritis, inquit. Illi autem ilicò eum arripiunt, atque in terram allidunt, ferreisque vinculis, quibus ipſius pedes adſtringebantur, ab eo extractis, ad publicam viam raptim eum eduxàt, ſed etiam mulieres. Quin ne puerilem quidem ætatem ſanguinarij huius impetûs expertem reliquerunt. Nam ipſi quoquè literario ludo relicto (ſic enim Imperator iuſſerat) lapides manibus geſtabant, ijſque Stephanum inſectabantur. Ac quiſquis in eum, dum raparetur, incidens, lapidem non iecisſet, pœnas luebat, atque Imperatoris hoſtis cenſebatur. Quinetiam cùm ad bouis locum, martyrem raptantes peruenissent, caupo quidam piſces coquens, vt cum raptari vidit, vitæ vſura adhuc eum frui arbitratus, aſſumpro flagrante titione in caluariam ipſum ferit, ac repentè perfracto occipitio cerebrum effluere cœpit. Theodorus autem quidam vir pius, à tergo ſequens, illudque è capite fluere videns, ſimulato lapſu ſuſtulit, ac linteo furtìm impoſitum in ſinu abſcondit. Atque ità deindè ad ſpectaculum rursùs properabat, nimirùm cernere cupiens, quonam tandèm ſedato furore reliquias martyris proijcerent. At verò ſanguinaria illa turba ſanctum virum raptans, cùm ad Monocionis monaſterium acceſſiſſet, in animo habebat beati viri ſororem (illic enim diuinum vitæ genus colebat) per vim eijcere, coquè ipſam adigere, vt fraternum corpus tot certaminibus defunctum ſaxis peteret. Verùm illa hoc prænoſcens, atque in obſcurum quoddam ſepulcrum ſeſe abdens, huiuſmodi facinus effugit. Illi igitur ſpe hac ſua deiecti, rursùs martyris cadauer trahentes, in Ethnicorum reorum foucam proijciunt (vbi priùs martyris diui Pelagij martyris templum erat, verùm poſteà vetuſtate labefactatum quidem Imperator euerterat, atque in ſepulcra redegerat, ac Pelagij ſepulcretum nunc-

S. Stephan⁹ more Chriſti, ſuis occurſoribus ſeſe offert. Iohan. 18.

Calcib⁹ impiorum ſubijcitur: ſaxis ac fuſtibus feritur.

Occiditur.

Diuina vltio in percuſſorem eius.

Cap. 48.

Impij extincti eius cadauer multis cõtumelijs afficiũt. Pſal. 21.

Cerebrum capitis eius effuſum, à pio Theodoro colligitur.

Corp⁹ eius in foueam Ethnicorũ reorum iniicitur.

pârat) adeò vt tunc quoquè locum illud haberet, Cum iniquis vir iuſtus deputatus eſt. Poſtmodùm læti redeuntes, qui latronum ſæuitiam crudelitatis ſuæ immanitate ſuperâuerant, lætum tyrannum adeunt, velut dæmonis cuiuſdam intemperijs diuexati, qui ſceleratiſſimè in ipſo pugnauerant. Quos quidem lubenti animo ſuſceptos ad menſam ſuam eduliorum copia onuſtam adhibuit. Cumque illi ærumnoſiſſimam martyris mortem referrent, audiens ille magnoperè ridebat ac lætitia diffundebatur, hominis, nè quid ampliùs dicam, cruciatus & calamitates in voluptatis materiam trahens. Atque hæc quidem ad hunc modum ſe habuerunt. Eſa. 53. Luc 22. Copronymi impietas quanta.

Martyrio porrò perfunctus eſt ille egregius ſanè luctator Stephanus tertio & quinquageſimo ætatis ſuæ anno, Nouembris menſis octauo & viceſimo die. Cæterùm ne ea quidem miracula ſilentio prætereire conuenit, quæ ab ipſo (illius videlicet beneficio, qui dixit, Ego glorificantes me glorificabo: qui autem me contemnunt, erunt ignobiles) etiam poſt mortem patrata ſunt. Eo enim ipſo die, quo ſanctum virum, vt Scripturæ verbis vtar, aggreſſi viri ſanguinum, tanquàm arietem inſignem de medio ſuſtulerunt, cùm tranquillum cælum eſſet, ac radijs ſolaribus colluceret, hora tertia ad orientalem aulæ partem ignea nubes in montis vertice (vbi vir egregius monaſticæ vitæ certamina exantlabat) repentè coorta, ac deindè ad ſummas vrbis partes excurrens, vniuerſim aërem horrenda caligine infecit & obſcurauit: atque, vt cum Propheta loquar, cernere erat diem ac non diem, & tenebras ac non noctem. Cumque vnà cum ea vehemẽs turbo excitatus eſſet, ingens vis grandinis, magnitudinisque haud facilè credendæ, cecidit, idque circa palatium duntaxàt: hincque multi in diſcrimen vitæ venerunt. Hæ ſcilicet ſanctorum Deus prodigiosè patrare nouit, dum impios reipſa coarguit: eos autem, qui ipſius metu prædìti ſunt, gloria afficit. 1. Reg. 2. Obſcuratũ eſt cælum tempore mortis S. Stephani. Miraculum

Porrò autem pius ille Theodorus, qui confractam capitis ſancti viri partem ſuſtulerat, cùm ad beati Dij monaſterium profectus eſſet, eiusque antiſtitem remotis arbitris conueniſſet, ei quæcunque inſignis athleta Stephanus eo die pertuliſſet, expoſuit. Ille autem acerbè ingemiſcens, ad quoddam protomartyris Stephani oratorium, quod ad dextram templi monaſterij partem erat, cum ducit: atque vnam quandam educens, in ea diuinas illas reliquias collocat, præſente puero quodam monaſterij, ac quæ fiebant inſpectante. Ambo autem adorationis munere perfuncti, tanquàm theſaurum quendam ingentis precij, intra altare occultant. Interiecto verò aliquo tempore accuſatur apud Imperatorem Theodorus. Nam ne eum quidem à tentatione liberum atque immunem liuor reliquit: verùm, vt Imaginum adorator, exilio mulctatur, atque in Siculam inſulam vnà cum vxore ac liberis ablegatur. Quem, cùm diuturno tempore exilij cauſa illic commoratus fuiſſet, in patriam rursùs reduxit iuſtus iudex Deus. Reductionis autem modus huiuſmodi fuit. Etenim adoleſcens ille, de quo proximè verba fecimus, ad maturam ætatem prouectus, cum antiſtite agebat, vt diaconus crearetur. Quod cùm ab eo impetrare non poſſet, (vt qui & iuuenilem ipſius ætatem perſpiceret, & vitæ ſocordiam exploratam haberet) ſe grauiſſimo cum malo affecturum commi- natus eſt. Itaque vnam illam occultè furripit, atque ad Imperatorem currit, eique rem totam exponit. Antiſtes enim meus, inquit, vnà cùm Theodoro, qui in Siciliam exilij cauſa miſſus eſt, damnatorum, quos tu vt nocentes & facinoroſos morte afficis, oſſa colit atque adorat: te autem tyrannum ac nouum apoſtatam appellat. His auditis Imperator ira inflammatur, atque antiſtitem quidem illum correptum, ac vinculis firmiſſimè adſtrictum in carcere cuſtodiri iubet: Theodorum autem è Sicilia reductum dignas huiuſmodi facinore pœnas ſubire: pueros denique ad vtrunque conuincendum aſſeruari. Reducitur itaque à Sicilia Theodorus. Statimque & eum & antiſtitem in medium producit Imperator: atque in faciem ipſis puerum ſiſtit, vt quod factum fuerat, indicaret. Cùm autem illi nihil ſe huius rei ſcire aſſererent, vnã afferre iubetur adoleſcens. Atque (ô ingens miraculum!) euaneſcit illa, nec huc vſque reperiri poteſt. Itaque vacuis manibus reuertitur: Imperator pudore ſuffunditur, atque id quod contigerat, premere atque occultare conatur, nè illuſtriorem etiam, quàm antè, ſancti viri gloriam redderet totam exponit. Pius Theodorus exilio mulctatur. Deraſtabile cuiuſdã inuidioſi facinus. Stupendum miraculum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. Pet. 2. ratum exilio mandat. Sic nimirùm Deus iustos è tentationibus eripere, impios autem eorum loco tradere nouit.

Cap. 51. Quin neversuta quidem illa ancilla, quæ & sanctum virum, & heram suam accusauerat, iustum Dei iudicium effugit. Nam cùm transturbam ad Aulicalamum perueniisset, seque fabulam detecturam esse confirmaret, & quonam modo, vt sancto viro calumniam strueret, subornata fuisset, nisi ipse quod promiserat expleret, id ille metuens, cuidam eorum, qui legendis Bithyniæ tributis præerant, eam in matrimonium collocat. Prægnans autem facta, gemellos filios in lucem edit.

Diuinitùs punitur ancilla quę dominam suã & S. Stephanum falsò accusauerat Ephes. 6. Cæterùm sub mediam noctem repentè conturbati infantes illi, arreptis maternis mamillis, horrendumque in modum exesis, eam protinùs necant, atque vnà cum ea viperini illi fœtus extinguuntur. Tales pœnas sycophantę pependerunt: talem ea mercedem tulit, quæ sanctum virum falsi criminis reum egerat. Hæ sunt clarissimi Stephani monasticæ palæstræ, hæc athletica certamina: quibus, cùm non modò aduersùs carnem & sanguinem, sed etiam aduersùs principatus & potestates dimicâsset, amplissimum præmium reportauit, nimirùm vt ipsi Trinitati laureatus adstet adhuc monasticis sudoribus & athletico cruore gestatus: cui vtinàm nos quoquè ipsius precibus atque intercessione adstemus, per Christi gratiam & misericordiam, quem decet omnis gloria, vnà cum principij experte Patre, & viuifico Spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

BEATI PETRI DAMIANI SERMO

I. DE SANCTO ANDREA

Apostolo.

Nouẽbr. 30.

Nobilissimũ martyrij genus, crux.

ODIE, fratres charissimi, beati Andreæ nobis festiuitas votiua resplenduit, qui inter ipsam glacialis brumæ caliginem, iucundam nostris mentibus induxit lætitiæ serenitatem: & dum aëris inclementia extrinsecùs obrigescit, tanti præliatoris audita victoria, pia corda ad procinctum spiritalis certaminis incitat, & insignes bellatorum Christi animos igne diuini amoris inflammat. Inter cuncta sanè martyrij genera illud nobilius, illud non immeritò iudicatur esse præcipuum, quod in ipso Redemptore nostro, capite videlicet martyrum, cognoscitur dedicatum. Vndè cùm diuina dispensatio Petrum & Andream consummari per crucis supplicium voluit, inter cæteros Apostolos (licèt omnes vnius potestatis & dignitatis sint) quodammodò egregios atque conspicuos fecit. Crux enim, quæ Regem præmisit ad sceptrum, eadem vtrunque militem consequenter euexit ad præmium. O beata germanitas, quam sicut mundo vna consanguinitas edidit, sic eadem triumphalis mors victores ad astra transmisit: & quos in hac vita vnius generis protulit natura consortes, in illam beatitudinem sempiternam crux parturiuit æquales. Eiusdem nobilitatis in terra, eiusdem prosapiæ celsitudinem sortiuntur in cælo. Qui enim hîc sunt filij Iohannis, illic sunt filij crucis. Istique sunt filij Chore, qui in quorundam psalmorum titulis prænotantur. Crux enim, quæ eos morientes huic vitę subtraxit, cælesti Hierusalem renascentes cum triumphali gloria nouos ciues inuexit. Et Andreas quidem in Apostolici senatûs catalogo secundus ponitur, qui tamen in agnitionem Domini, iuxta Euangelicam fidem, primus inuenitur. Dicit enim hîc Euangelista: Quia cùm staret Iohannes, & ex discipulis eius duo, respiciens Iesum ambulantem, dixit: Eccè Agnus Dei. Et audientes eum duo discipuli loquentem, secuti sunt Iesum. Et paulò pòst: Erat autem, inquit, Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus, qui audierant à Iohanne, & secuti fuerant eum. Deindè sequitur: Inuénit hic fratrem suum Simonem, & dicit ei: Inuénimus Messiam, quod est interpretatum Christus: & adduxit eum ad Iesum.

Apostoli omnes vni⁹ potestatis, sed non officij siue ordinis. nam Petr⁹ omnium pastor, cui dictũ est Pasce oues mees.

Iohan. 1.

S. Andreas prim⁹ Christũ prędicat

Eccè Andreas inter ipsa nouityrocinij sui rudimẽta fructificat, & veritatis prædicator efficitur, cuius adhuc vix erat auditor. Nouus discipulus factus, nõ est propria salute contentus, condiscipulos quærit, ad lucrandos alios fraternus se amor extendit. Thesaurum reperit, gaudet alijs prodere, furtum deputat illum sine consortibus possidere. Fausta deniquè & præclara futuræ indolis signa nouus tyro prætendit, & in ipso nouitiæ conuersionis exordio mox quod didicerat docuit, quod acceperat fideliter erogauit. Magnum nuncium, noua & admiranda relatio, illum promittere visibiliter ostendendum, quem tot Prophetarum oracula prænuncrant affuturum. Magni certè mysterij baiulus Andreas extitit fratri, qui nimirùm cum se reperisse testatus est, quem ab origine mundi omnes sancti magno desiderio præstolati sunt, & tamen videre non potuerunt. Non hoc præstitum est Patriarchæ Iacob, qui dicebat: Salutare tuum expectabo, Domine. Non Abrahæ, cui diuina spõsio facta est, quòd in semine suo hereditaret omnes gentes. O quanti hoc precij æstimâsset insignis ille Propheta Esaias, si ei ad hoc spectaculum adspirare licuisset, nimirùm cùm tanti desiderij amore succensus flagitaret Mediatoris aduentum, & tanquàm morosę dilationis impatiens, æstuãs proclamaret: Vtinàm dirumperes cælos, & descenderes. A facie tua montes defluerent, sicut exustio ignis tabescerent, atque arderent igni, vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis. Quàm terribilis ac vehemens tuba, vox hæc in Petri corde personuit, & tanquàm repẽtinum fulmen inopinatò corusçans attonitum fecit. Inuénimus, inquit, Messiam, qui dicitur Christus.

Gen. 49. Gen. 22. Esa. 64.

christus cur in mundum venerit. Luc. 11.

Ad præliandum planè Rex gloriæ solus aduenerat, & ideò ad procinctum belli paulatim sibi milites acquirebat. Venerat nanque, vt fortem armatum superueniens vinceret, & vniuersa arma, in quibus cõfidebat, auferret. Venerat, vt captiuum hominem, qui sub diabolicæ tyrannidis iugo premebatur, eriperet, & ad ingenuitatis antiquæ titulos reuocaret. Venerat, vt suum Israël de vinculo vetusti Pharaonis absolueret, & in manu forti atque robusta, terræ lacte & melle manãti præuius ductor inferret. Non tamen eligebat in adiutorium sibi triumphalibus titulis claros, non strenuos bellatores, non frementium asscensores equorum, non denique Philosophos & eloquentes, sed retium nectores, ac perexilis nauiculæ remiges, vt victoria soli diuinæ potentiæ, non humanis viribus adscribatur.

Cur simplices piscatores elegerit Apostolos.

Desunt aliqua.

Eccè beati Apostoli Petrus & Andreas, ad vnum Domini iubentis imperium, non dubitauerunt, quæ possidebant, cuncta relinquere, vt terrenis mererentur cæstia permutare. Dimittunt quæ præ oculis sunt, vt inuisibilia bona recipiant. Postponunt habita, vt ad sperata pertingant. Ad regnum per suppliciũ transeunt. Ad æternæ vitæ gaudia per momentaneum crucis patibulum prouehuntur. Nihil sibi in peregrinatione reseruant, vt perucnientes ad patriam omnia simul inueniant. Vndè cum illis per immutationem dexteræ excelsi hoc factum est, vt qui tunc abiecti videbantur, & humiles, nunc animarum iudices, & cælestis sint curiæ senatores. Tunc vilium possessores retium, nunc in regnis cælestibus obtinent gloriæ principatum. Et quos in terra positos ipsa terrenarum rerum copia destituerat, nunc & totius orbis monarchiam tenent, & in illa cælesti Hierusalem iudiciariæ potestatis solijs præsident. Quique extremi penè fuerant hominum, nunc cõciues sunt & participes Angelorum. Boni siquidem magistri & grati remuneratoris adhæsêre vestigijs, qui eis aurum pro cœno, cuncta pro nihilo, pro tenebris lucem, pro somnio reddidit veritatem. Quibus nimirùm & in cælo ipse fit præmium, & in terris quoquè omnium subijcit iura regnorum.

Cõpensatio diuina, pro vitæ huius laboribus.

Per hanc ergò viam, fratres mei, qua nos præcessêre, sequamur, si illuc, vbi sunt, pertingere volumus. Post hos itaque recta via gradientes, sic relinquamus Hierico eorum obsidione submersam atque destructam, vt nequaquàm de eius anathemate aliquid vsurpemus. Prohibet nempe Iesus ille Naue, nè de facultatibus Hierico aliquis concupiscat. Vetat & noster Iesus, verus vtiquè Saluator, vt nemo ea, quæ mundi sunt, diligat: Nolite, inquit, thesaurizare vobis thesauros in terra. & per Apostolũ suum: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mũdo sunt. Non ergò ad exemplum infelicis Achan, de anathemate Hierico aliquid defraudemus, vt videlicet nihil ex dissolutis mũdanę cõuersationis moribus, disciplinis Ecclesiasticis inseramus. Non auferamus palliũ, vt post indumentũ fidei, cultũ conuersationum sæcularium nullatenùs induamus. Non argenti siclos, vt qui æternum thesaurum in cælo recondimus, nullam temporalem pecuniam per ambitionem in sudario reponamus. Non deniquè regulam auream, vt in Ecclesia Christi non accurata intro-

Iosu. 6. Matth. 6. 1 Iohan. 2. Iosu. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

introducamus hęreticorum dogmata, non trutinata Philosophorum acutè disputantium studia, vel Poëtarum elaborata figmenta. Hæc est enim aurea illa regula, limato videlicet atque polito sermone directa, & velut aureo luculentæ facundię nitore vestita. Hanc autem regulam furati sunt Arrius, Marcion & Apelles, aliæque peruersorum hominum pestes, qui dum Philosophorum sectas in Ecclesiam conati sunt introducere, iram Dei quodammodò super castra Israël visi sunt provocare. Sed ij obruti sunt cum Achan sub aceruo lapidum, quia oppressi sunt immanissimo pondere peccatorum.

Hæretici omnes regulâ aureâ Achan Israelitę spirituali rer furantur.

Nos autem, fratres charissimi, quia philosophia nostra Christus est, & hic crucifixus, atque ideò magistros habemus, non oratores, sed piscatores, non versutos & eloquentes, sed mites ac simplices: despiciamus sapientiam, quę cæcat, appetamus stultitiam, quæ discentes illuminat. Quia enim (vt Apostolus ait) non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Teneamus igitur Apostolicam in sua puritate doctrinam, & rectæ fidei adhibeamus operis efficaciam. Enatemus procellosum mundanæ perturbationis fluctum. Includi libeat tantorum retibus piscatorum. Incalescat cor nostrum ad tam promptæ obedientiæ, tam feruentissimæ deuotionis exemplum, & quod doctores nostros nouimus tunc fecisse, ipsi etiam, diuina opitulante clementia, studeamus implere. Eccè beatos fratres, Petrum videlicet & Andream, nunquàm post cõuersionem legimus carnali quadam necessitudine sibimet inuicèm familiarius adhæsisse, quàm cæteris: non arctiùs inter se mutuo confœderatos affectu, non easdem prouincias prædicationis gratia consortitos: & vt magis stupeas, non modò lestè tulit Andreas, quòd in fide primus, factus est ordinis dignitate secundus: nec zelo ductus est, quòd Petrus, qui eius ducatu posterior credidit, cuiusque ad fidem ipse præuius fuit, prioratûs tamẽ inter omnes Apostolos iura susceperit. Hãc nempe mortificationis regulã oculis nostris supernus Magister apposuit, hanc nobis veræ humilitatis normam, per quam illum recta via sequeremur, exhibuit. In illis namque primis Discipulis, quos & mundi doctores instituit, omnium virtutũ formam signanter expressit, vt vsque ad consummationem seculi vnusquisque fidelium ad eos imitationis oculos dirigat, & per eorum tramitem neutrolibèt exorbitaturus incedat, quatenùs tenendo vitales affluentiæ riuos, perueniamus ad fontem, sequendo milites, recto itinere perducamur ad Regem, Iesum Christum Dominum nostrum, Amen.

1.Cor.1.

Eccè hîc claritissimè Petri primat' sup omnes.

Apostoli imitandi.

SECVNDVS SERMO DE EODEM APOSTOLO HABETUR sexto Tomo post passionem eiusdem Apostoli.

DECEMBER.

VITA BREVIS S. PROCVLI ARCHIEPISCOPI RAVENNATIS, VT HABETUR IN HIERONYMI RVBEI RAVENNATIS *historiographi libro primo.*

1. Decembr.

S. Proculus diuinitùs eligitur Episcopus.

CALOCERO Archiepiscopo, qui annum ætatis centesimum superabat viridi senecta, Proculus sextus subrogatur Rauẽnatum Archiepiscopus, ab columba præmonstratus, natione Syrus, cuius parẽtes ex Antiochia, vnà cum D. Apollinare venerant. Qui cùm ad Christi præcepta, vitæ suæ cursum accomodâsset, iustèque cum fide vixisset, optimè de Rauẽnati ecclesia meritus, decessa iam ætate Calendis Decembris vitã cum morte commutauit. Sepultus ne apud Aderitum Caloceriumque, an in D. Eleocadij, incertum. Id cõstat, obijsse sub id ferè tempus, quo Iginius, qui Telesphoro in Pontificatu successerat, obtruncatus est.

Feliciter obit.

VITA

VITA SANCTI PETRI COGNOMENTO CHRYSOLOGI, RAVENNATIS ARCHIEPISCOPI, EX *Hieronymi Rubei libro secundo historiarum Rauennatum, collecta*

5. Decembr.

SVCCESSOR Iohannis Rauennatum Archiepiscopi qui vidit Angelum, numeratur Petrus Rauennas vocatus, cognomento Chrysologus, quòd ea fuerit suauitate sermonis, vt aureum orationis flumen funderet. Blondus hunc patria Rauennatem fuisse scribit, & Fori Cornelij Episcopum, sed fallitur, cùm ex Foro Cornelij, vbi natus erat, in Archiepiscopum Rauennatem fuerit electus. Nam Rauennates, vt moris erat, cùm Archiepiscopum ab eis creatum, Romam ad Xystum tertium Pontificem, qui Cęlestino successerat, vnà cum Cornelio, Fori Cornelij Episcopo misissent, vt confirmaretur electio, Xysto ferunt per quietem Petrum Apostolum atque Apollinarem se ostendisse, qui medium sibi adolescentem haberent, prædicerentque illum Archiepiscopum Rauennatem vt crearet: ab Rauennatibus electum non confirmaret. Quapropter cùm postridiè Rauennates adessent, primò reijcit quem elegerant: iubet deindè omnes ad se accedere qui illic essent, vt cum Archiepiscopũ faceret, quem Petrus & Apollinaris præmonstrâssent. Sed cùm ex Rauennatibus neminem illius similem fuisset conspicatus, Cornelio Episcopo mandat, vti suos in medium proferat. Eminebat inter cæteros, vitæ innocentia ac doctrina Petrus, Cornelij Diaconus. Hunc cùm illius similẽ cognouisset Xystus quem in somno viderat, Archiepiscopum Rauennatibus præficit. Rauennatibus autem id ægrè ferentibus, rem omnem aperit: vndè maxima reuerentia apud omnes Petro conflata est. Petrus inuitus & non absque ingenti molestia Archiepiscopus factus, Rauennam reuersus, summa gratulatione ab Valentiniano primùm & Galla Placidia, mox ab omnibus Rauennatibus excipitur. Ille ab eis id vnum petere dixit, vt, quandò tantum oneris pro ipsorum salute subire non recusauit, studerent ipsi monitis suis obtemperare: præceptisque diuinis non obsisterent.

S. Petrus hic, cur Chrysologus cognominetur.

Diuinitùs eligitur in Episcopum Rauennatẽ.

Sũmo gaudio à Rauẽnatibus excipitur.

Interea Galla Placidia D. Iohanni Baptistæ egregiam ædem, iuxta domum suam, extruendã curauit, vniuersæ ædificationis negocio demandato Baduario Patricio Rauennati. In eo templo Barbatianus Deo seruiens, multis prodigijs innotescebat in dies magis ac magis: ex quibus illud maximè cõmendatur, quo Iuliani Rauennatis nobilissimi viri filium, strumis ità laborantem, vt ab omnibus iam esset desperatus, sanauit: cùm sacris peractis cubiculum ingressus, mox ex cera emplastrum, imminutumq; panem cum oleo mixtum, vlceribus imposuisset, signoque Crucis obsignâsset, repẽtè enim diruptis illis vermes egressi sunt, & puer ingenti miraculo in sanitatem restitutus.

Extat de S. Barbatiano sermo beati Petri Damiani, quæro 1. Decembr. 6. Tomo.

Pari felicitate ac prodigio, Theodoram primariã mulierem, refractario sanguinis fluxu ad desperationem laborantem, sanauit. Cùm enim vir sanctus, deductus ad eam, in qua expressa mortis effigies videbatur, eam intuens dixisset: Christus, qui hoc morbi genere laborantem liberauit mulierem, te sanet: Quamobrèm eius nomine tibi prædico, surge & ambula, Theodora statim ad sanitatem reducta est, cuius beneficij magnitudine commota, frequens deindè virum sanctum conueniebat, ab eoque de Christi religione docebatur. Verùm Vrsicius Theodoræ maritus, intantùm ob id zelotypiæ cæco furore exarsit, vt quadam die sub auroram in Barbatianum, qui orabat in templo Deum, districto ense impetum fecerit: sed continuò aruit manus, immobilisque permanens, viro sancto orante, Deus illi restituit sanitatem.

Matth. 9. Luc. 8.

S. Barbatianus mulierẽ à sanguinis profluuio liberat.

Miraculum

Per idem tempus Petrus Archiepiscopus, ad Ecclesiæ administrationẽ conuersus, Tricollim aggressus est, quod ædificium, ad trium collium simulacrum extructum, sacerdotibus Vrsiani templi, stationem tutam assiduamque præbebat. Id à successoribus admirabili ædificatione absolutum, nunc non extat. Eius vicem reddunt horti, qui circa Vrsianam ædem conspiciuntur. Templum præterea sacrauit, quod diuo Iohanni Baptistæ Baduarius iussu Placidiæ ædificauerat. Cumque Placidia

S. Chrysologus Tricollim ædificat

Templũ D. Iohan. Baptistæ consecrat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Placidia Ariminum se contulisset, incumbens in ædificationem templi D. Stephano, haud procùl ab vrbis mœnibus, dedicati, incidissetque Barbatianus in leuem quidem morbum, sed pertinacem qui illi postremus fuit, Petrus certiorem fecit Placidiam, quæ omnibus repentè relictis, Rauennam conuolauit, vbi non multò pòst Barbatianus tranquillè & placidè animam exhalauit. Ab Petro Archiepiscopo ablutus, & aromate conditus, sepultus est monumento iuxta aram maximam diui Iohannis Baptistæ. Temporum successu, cùm eius nomini erectum fuisset templum, haud procùl ab D. Zachariæ, illuc cadauer importatum fuit. Cæterùm tandèm corruente templo, ac potiùs ædicula, in Vrsianam ædem est translatum.

S. Barbatianum sepulturæ tradit.

Interea cùm Eutyches Byzantius Abbas, factiosorum ope, disseminaret falsam doctrinam, asseuerans in Christo diuinam naturam cum humana in idem recidisse, Leoque Pontifex, qui Xysto successerat, tricentorum & sexaginta Episcoporum ad Calcedonem conuocato Concilio, eam pestem restinguendam summa ope niteretur, Petrum Chrysologum iussit ad Concilium aduersùs Eutychen quæ virederentur scribere. Quod & Petrus fecit adeò luculenter, grauiterque & piè, vt ad hanc vsque ætatem eas literas quæ extant, viri omnes docti miretur, & primo loco habeant.

Concilium Ghalcedonense.

Chrysolog. aduersùs Eutychen scribit doctissimè.

Accessit Rauennam hoc tempore, ad Valentinianum, Germanus Altissiodorensis Antistes, eximia vir sanctitate, ab eo, Placidiaq; matre honorificè exceptus, vbi cùm in argèteo vase ad eum misisset aliquandò Placidia lautissimos cibos, quibus cœnaret, ità munus accepit, vt seruis præbuerit cibos: vas autem argenteum voluerit apud se esse, egenis viris distribuendum: Ipse Placidiæ panem ex hordeo in scutella lignea remisit, quod illa viri sancti munus venerabũda acceptum, summa semper apud se veneratione habuit, scutellamque ligneam argento circundedit. Cùm verò semèl ad cœnam Germanum inuitâsset, ille benignè assensus, vectus asello ob id quòd vix pedem mouere posset, confectus inedia & castigatione corporis, contigit vti asellus, qui nihilo, quàm Germanus, firmiori valetudine erat, inter cœnandũ moreretur. Quod cùm resciuisset Placidia, iussit generosum equũ maximæ mansuetudinis afferri. Sed Germanus, cùm suum se velle asinum diceret, peteretque, vti sibi locus in quo cadauer esset indicaretur, ad illum productus, Surge, inquit, reuertamur ad hospitium: statimque & asellus rediuiuus surrexit, & Germanum reuexit vndè discesserat. Verùm non multò pòst, Germanus multò antè ab se præuisam atque prænunciatam mortem Rauennæ cum vita cõmutauit, septimo postquàm laborare ex febre cœperat die. Eius cadauer à Petro Chrysologo Rauennatum Archiepiscopo ità conditum, vt in Galliam importari, quemadmodùm moriens Germanus petierat, posset: quod & Valentinianus curauit faciendum. Petrus sancti viri cucullam & cilicium sibi habuit, ac nè quid pius hæres extestati bonis non posset, sibi vendicauit.

Abstinentia eius & corporis mortificatio.

Asellũ suum mortuũ resuscitat.

S. Chrysologus Germanum Episcopum sepelit.

Ædificationi posteà intẽtus, in Classe extruxit mirabilis magnitudinis fontem, duplici alto muro extructo. Diuo etiam Andreæ Apostolo, iuxtam Vrsianam ædem, haud procùl ab Posterula, quam Vincilionis appellant, ædificauit egregiũ templum, ligneis tamen columnis suffultum: supra valuas, eius imago, emblemate vermiculatoque opere picta conspiciebatur. Cùm verò hoc tempore Rauennates ad deorum commentitiorum simulacrum, quos antiquitas, ante partum Virginis, errore delusa, coluerat, personati Calẽdis Ianuarij, tota vrbe, per ludum, discurrere consuêssent, ipse multis concionibus habitis, eam perniciosam consuetudinem tollere conatus est. His absolutis, Chrysologus cùm imminere sibi extremum vitæ diem, diuinitùs intelligeret, decimumque iam annum Rauennati Ecclesiæ præfuisset, contulit se ad Forum Cornelij, vbi diui Cassiani martyris templum ingressus, muneribus tributis, Deum precatus atque ipsum Cassianum martyrem, qui benignè eius animam exciperent: hortatusque Rauennates, qui illum fuerant insecuti, vt in deligendo optimo pastore inuigilarent, nec discederent ab diuinis mandatis, initio Pontificatus Leonis primi placidè ac tranquillè ex hac vita migrauit tertio Nonas Decembris annum Domini circiter quadragesimum supra quadringentesimum. Sepultus est ibidèm iuxta aram D. Cassiani, vbi & nunc quiescit. Eius tamen brachium auro ac gemmis ornatum, in Vrsiana æde venerantur. Inter alia, quæ reliquit, doctrinæ monumenta, eius ad populum conciones, diuino spiritu & eximia pietate religioneque illustres, ab omnibus bonis & doctis iudicantur. Communi omnium consensu in Diuos relatus est, eique anniuersarij honores ob id decreti.

S. Andreæ Apostolo templum ædificat, & cultũ falsorũ deorum tollit.

Feliciter obit.

Sanctorum catalogo ascribitur.

VITA SANCTI ELOQVII ABBATIS LATINIACENSIS, VT VIDETVR, A MONACHO VVALciodorensi conscripta, habetur in peruetusto MS. codice Ecclesiæ Traiectensis.

REGNANTE Clodoueo Christianissimo Rege, venit beatus Eloquius ad Galliarum litora ex Hyberniæ regione, cum aliquibus venerabilibus viris, videlicet Furseo, Vltano, Foillano, Boëtio, Ettone, & cæteris confratribus. Cumq; plura monasteria, per insulas maris construxissent, & per Britanniam ac Saxoniam transuecti essent, plurimum ibi populum Domino acquisierunt. Tunc quibusdam causis ingruentibus, relictis ibidèm monasterijs expulsi à populo & Rege, causa visendi Romam profecti sunt, atque à Clodoueo memorato perhumaniter excepti, in loco qui dicitur Latiniacus monasterium extruxerunt: ibique fratribus ordinatis, S. Furseus cœptum volens prosequi iter, non multò pòst apud villam Peronam defunctus est, beato Eloquio monasterij Latiniacensis & animarum curam relinquens. Post multos verò dies, S. Eloquius sciens discipulorum animos diaboli instinctu contra se excitatos, relictis omnibus, cum paucis fratribus super fluuium Isaram nominatum, in loco qui antiquo vocabulo * Girimacus dicitur, ibidèm eremiticam vitam duxit. Vbi & à viris religiosis honorificè susceptus, atque ab Eligio Nouiomi Episcopo, viro venerabili, vndiquè per suam diœcesim licentiam prædicandi accipiens, multos orationeægros pristinæ sanitati restituit: ac sanos & incolumes in viam veritatis induxit.

3. Decemb.

Saxoniahęc pars Angliæ est, à Saxonibus olim occupata.

De his omnibus lege vitam S. Furfei, 16. Ianuarij circa finem.

Exrat S. Eligij vita 1. Decemb.

Quadam autem die, dum ad eius cellulam quidam æger eleemosynam peteret, vir Domini quod ad manum porrigeret non inuenit: iam enim cætera in vsus pauperum expenderat: tantæque eius inopiæ condolens, in oratione prostratus, profusis lachrymis Domino supplicare cœpit, vt qui cæco nato oculos aperuit, & quatriduanum Lazarum resuscitauit, ipse pristinam ei conferre dignaretur sanitatem. Statimque pro foribus Domino gratias agens profectus est ab infirmitate pleniſſimè curatus. Cumque fama longè lateque diuulgaretur, quòd vir Domini precibus apud Deum, multis incolumitatem impetraret, cœperunt in grabbatis ægros plurimos offerre, quos ille tangens sancti olei liquore, post susceptam benedictionem sanos dimisit. Viri itaque religiosi circuniacentis loci, magno gaudio replebantur, quòd apud eos talis vir habitandi moram elegerat, atque eius oratorium, ex agris, vineis, & pratis omnes magnificè honorauerunt.

Iohan. 9.

Iohan. 11.

Aegrũ oratione sanat S. Eloquius.

Eccè vim sacri olei.

Quadam verò die cùm operarios in vineam conduceret, ac operantibus adstaret, venit quidam eiulans & clamans: Heu me miserum, eccè filium meum vnicũ, quem ex sacro fonte aqua baptismatis abluisti, in domo mea semiuiuum reliqui: succurre illi, obsecro, serue Dei, & eum adiuua. Cumq; eum leniter consolaretur, quòd ex hac infirmitate non esset moriturus, eccè mater pueri occurrens, dixit: Noli molestare virum Dei, iam enim filius noster mortuus est. Quod vir Dei audiens, Euangelica verba profudit, dicens: Docuit nos Dominus spe obtinendi orare, dum ait: Omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis. Credite igitur, & fundamus ad Deum preces, & recipiet puer sanitatem. Cumque orationi simul incumberent, eccè puer sanus effectus, seu potiùs rediuiuus, venit ad locum, vbi sanctus Dei orabat. Quem cùm viderunt parentes eius, gratias Deo egerunt, qui saluat sperantes in se. Multa quidem & alia sunt, quæ per eum Dominus dignatus est operari, quæ breuitatis ergò missa facimus.

Matth. 18. Mar. 11.

Mortuum resuscitat.

Igitur sanctissimus Dei famulus Eloquius, vitæ cursu fideliter peracto, repletus omnium bonorum operum fructu, ad cæli gaudia, tertia die Decembris ascendit. Cuius corpus sepultum fuit à fidelibus in quodam monticulo, iuxta aggerem publicum

Feliciter obit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

blicum super fluuiolum nomine Sommeron. vbi posteà ædificata est ædicula super tumbam eius, propter crebra miracula ibidèm ostensa.

Miracula ad sepulcrum eius.

Tempore Ludouici Imperatoris mulier quædam Richildis nomine, diù cæca, ad ecclesiam eius veniens, statìm ad sepulcrum eius illuminata est. Alia nomine Herlefreda cæca,& totis neruorum compagibus dissoluta,illuc deportata, ipsa die videns, & sana, est regressa. Alia nomine Germuara, per annum contractam habens manum dexteram, ibidèm est curata. Alia nomine Gertrudis de pago Hasbanico, dextro lumine priuata,ibidèm illuminata fuit.

Translatio eius.

Odo Caroli Simplicis tutor & regni gubernator. Aimonius lib.5.cap.41. Papirius Massonus lib.2. Annalium. in Carolo Simplice.

CVm ergò temporibus Regis Francorum Odonis,plurimæ fierent circumquaquè strages Christianorum ex crudelitate Danorum,ac multa incendia ecclesiarum ac villarum agerentur: sancti Eloquij pariter cremata est ecclesia. Posteà sæpiùs in eo loco à transeuntibus auditæ sunt voces suauiter psallentium,& luminaria ardentia de nocte conspiciebantur. Cùm verò huiusmodi signorum fama circunquaquè percrebuisset, ac maximè quòd sanctus Dei absque ecclesiastico cultu sub dio & in deserto loco solus iaceret: Hardericus venerandus Comes cum Heresinde coniuge sua clarissima, accesserunt ad Rodohardum tunc temporis Laudunensem Episcopum, petentes vt licentiam daret aliorsùm corpus illud sanctum transferre, vbi honorabiliùs possit custodiri.Quo concesso,delatum est sancti viri corpus ad hanc præsentem ecclesiam Vualciodorensem. Vbi cùm intrâsset, multi hac die ex varijs infirmitatibus, antequàm Missarum solennia complerentur, sanati sunt.

Transfertur corpus eius in monasterium Vualciodorense.

Alia permulta miracula.

Presbyter huius ecclesiæ nomine Dendinus, febricitans, statìm vt huius limen ecclesiæ transiuit,sanatus est. Alius per xvj. annos cæcus, illuminatus est. Paralyticus in porticu huius ecclesiæ solitus eleemosynâ petere, sanatus est. Posteà quidam à dæmone grauiter obsessus,vbi ad sepulcrum eius obdormiuisset prostratus, statìm surrexit, & sanus in domum propriam est reuersus. Illius itaque translationis ac sepulturæ decus, tertio Nonarum Decembrium celebratur cum honore ad laudem nominis Dei,qui viuit in omnia secula, Amen.

MARTYRIVM GLORIOSI MARTYRIS DALMATII EPISCOPI, PER HIERONYMVM VIDAMONENSEM, *Albæ Episcopum, Heroico carmine conscriptum. Habetur in operibus eius.*

6.Decèbris.

NEC te nos tacitum,indictúmve relinquere fas est,
Nec sinere ire tuos sine carmine Dalmati honores,
Quos tibi ritè die memores redeunte nouamus.
Huc ades,ô quondàm clarum iubar, addite cælo
Post tantas vitæ ærumnas, post mille labores,
Et quos insigni es perpessus morte dolores
Pro Christi decore,& veræ pietatis amore.
Huc ades,& festas quas læti ereximus aras
Inter & Eridani ripas,& fluminis Ollij,
Dexter adi, populíque tua prece vota secunda,
Seu Rhodani te gens halantibus inuocat aris

S.Dalmatius permultos in Italię, Germaniæ,& Galliæ finibus conuertit.

Accola,quam quondàm in tenebris,& nocte iacentem
Erexti, verumque dedisti cernere lumen,
Omnem luce noua,radijsque recentibus oram
Perfundens, dictisque hominum fera pectora lustrans,
Seu Ligurum extremis tenet inclyta finibus Alba.
Quandoquidem haud procùl indè ferunt te lucis inisse
Limina,& in Tanari ripa vagisse sonantis.
Mox charam implesti meritis ingentibus vrbem
Celsa docens rectas ad sidera tollere menteis:
Nec potiùs te Ticini liquidissimus amnis
Detineat,sedésve iuuet cognominis vrbis, Quam

S. Dalmatię ecclesiæ Papiensis olim Antistes.

Quam pater imperijs sacris placidissimus olim
Rexisti gentis custos,templíque sacerdos.
Illic,credo equidem,fumant maioribus aris
Templa tibi,quæ quondàm ataui eduxêre sub astra
Indigenæ tua mirati immortalia facta.
Illi iurè quidem hæc memores,visúque coacti:
Nos verò quos longè alia regione remotos
Vix tantorum operum tenuis famæ attigit aura,
Ad nomen tibi præcipuos largimur honores.
Spontè autem: non diues opum,non æris abundans
Stat pagus,sed enim pietate in teque, fideque
Nulla fasellifero certauerit ora Paderno.
Nulla tuas tendat melius gens dicere laudes.
Nam simul àclætum in cœtum conuenimus omnes,
Fœmina,virque choros agimus,tuaque inclyta facta
Aequamus cælo. Responsant densa salicta
Vndiquè,& aërea recinit de turre Cremona

Turris ciuitatis Cremonię totius Italiæ altissima.

Armipotens,gaudetque procùl pietate suorum.
Primus ego arte aras vates,viciúque sacerdos
Carmina mille cano,totidem plebs consona reddit.
Primò ipsam vt meritis præsens deuinxeris Albam,

Prædicat Albensibus S. Dalmatię fidem Christianam.

Expulerisque adytis mentitos numina diuos
Indigetes,verumque Deum detexeris vrbi
Implentem maria,ac terras,cælumque profundum
Concinimus.tum vt tota tuis vltroque citroque
Gallia præbuerit faciles hortatibus aures
Admirata hominem supra te plurima vbique
Posse Deo plenum,vanasque reliquerit aras,
Et simulacra,Deûm falsos reddentia vultus,
Sparseris vt veri diuinos numinis haustus
Per populos in corda,animosque in nube iacentis
Obscura illustrans monitis erexeris aureis
Ad sanctum iubar,immensíque ad luminis ignes,
Omnia per terras quæ latè fama canebat.
Hoc te Ticini gens accola nomine tanto
Præfecit diuumque adytis,morumque magistrum
Haud vrbi indecorem summo insigniuit honore,

Multis claret miraculis.

Multa vbi mira olìm superûm regnator ab alto
Te poscente hominum solitas superantia vires
Edidit.obstupuit regio ad miracula rerum.
Tu varijs ope diuina de casibus ægros
Mortales nulla eripuisti præditus arte.
Tu vocem surdis,tu lucem lumine cassis
Reddis,& in media positos iam morte,relictosque
Erigis.elatos tu priscæ ad munera vitę
Restituis,animasque in frigida membra reponis,

Rauennatis cuiusdam filium pristinæ sanitati restituit.

Tu ductori Italo,cùm te miser imploratum
Finibus æquoreæ venisset ab vsque Rauennæ,
Incolumem ac validum prædixti viuere natum,
Quem modò discedens ægrum,mortíque propinquæ
Luctantem,& superis propè functum liquerat auris.
Addimus innumeros, quos nocte dieque labores

Multa pro Christo patitur aduersa.

Pro superûm decore,& vera pietate tulisti:
Quot casus,quot per mortes, per quanta pericla
Iueris,aut diros quotiès euaseris enses.
Ipse aderat pater omnipotens, teque ocyùs vsque
Ceu fuluarum auium subuectum insignibus alis
Omnibus eripiens seruabat casibus vltrò.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Transit flumen per aërem Dei auxilio, siccis pedibus.

Huius ope instantem fugeres cùm protinùs hostem,
Ticinum, pleno tibi qui se obiecerat alueo,
Tranâsti suspensus, iteráque impunè tulisti
Aëra per, fluctusque supra sine ponte, sine vllis
Nauigijs rapidæ correptus turbine nubis
Ocyor aut Euri pennis, aut fulminis igni,
Nec te oculis potuêre sequi trans flumina, donèc
Conspexêre amnis ripa vlteriore canentem
Cælicolûm tanto grates pro munere Regi.
Talia frustrati viderunt multa, nec vnquàm
Gens infesta tuum potuit contingere corpus,
Donèc purpurea emeritum insignire corona
Omnipotens statuit pater, è tenebrisque vocare
Iucundam ad lucem semper florentis Olympi.
Tum demùm ipsius Ticini in littore captum
Spontè ferunt gladio colla obiecisse secanda,
Et nil mutato lætum isse ad funera vultu.
Nec commune tamen fuit, aut sine numine lethum.
Nam caput exectum penitùs ceruice cadendo
Blandum nomen adhuc seruantis cuncta sonabat,
Et longo erectus tenuit se tempore truncus,
Viuus adhuc velutì vigor & vis pristina adesset:
Quo monstro attoniti crudeli cæde madentes
Agnouêre Deum, veniamque immanibus ausis
Orantes verum tenebris hausêre fugatis.
Omnia quæ in numerum memores altaria circum
Dicimus. hic nullus, qui non mihi succinat, ordo est,
Nulla tuis quæ non titulis indulgeat ætas.
Nempe tibi primos pueri, mixtæque puellæ
Semper vere legunt flores, & cerea cantu
Dona ferunt, varijsque onerant altaria frugum
Primitijs de more, viri, matresque, suorum
Ipsæ etiam tibi dant operum testantia fructum
Munera, bombycum folles, linique maniplos
Enodis, albumque oculo nigrante fasellum.
Tu populi præsens vota audis ritè vocatus,
Auertisque tuis precibus mala plurima genti,
Concilians nobis auersum crimine nostro
Cælestûm Regem, & quodcunque piacula pubis
Infecêre, tuo tu diluis ipse fauore,
Et tua, qua multùm polles, nos gratia seruat.
Nunc verò si nostræ vnquàm fuit vlla salutis
Cura tibi, aut nostri si te mouêre labores,
Nunc, ô nunc pater, auxilio, nunc munere nobis,
Est opùs alme tuo, tantis occurre periclis,
Quæ nostris, nisì pulsa vetes, ceruicibus instant.
Inter se Reges aduersi bella lacessunt:
Militis ipsi inopes nos semper prætereuntis
Præda sumus: nostros manus est externa labores.
Adspice nos, & tanta tuis dispendia pelle.
Vitam inopem nostro liceat tolerare labore,
Solarique famem, paruosque educere natos.
Si quid prætereà in nostris fraudisve, dolive est,
Corrige tu, & meliorem animum prece suffice genti.
Nos furto nihil inter nos carpamus auari
Diues quisque suo: pateant noctesque, diesque
Prædia nostra: domus nullo custode relictæ
Nullos nocturno metuant neque tempore fures.

Ab infidelibus Papiæ capitur & detrúcatur.

Post cædem lõgo tẽpore mãsit viuus truncus corporis eius, quo signo multi conuertebãtur.

Mos Italicus, in exornandis altaribus, & Sanctorũ imaginibus.

Ipsi iam culmis sint tuti arentibus agri,
Prataque, siluæque, & pictis vineta racemis.
Surripiant nec iusta auidi plus parte coloni.
Assuescantque satis dominorum inhibere iuuencos,
Spontè sua pactos nec agro subducere sulcos.

Inuocat Sãctũ author, p̃ sua & patriæ salute.

De hoc martyre plura habentur, vel certè eadem, in Vita SS. Valentini, Concordij & sociorum, quære 16. Decembris.

SERMO BEATI PETRI DAMIANI DE SANCTO NICOLAO EPISCOPO. HABETVR OCTAVO Tomo Aloysij Lipomani.

6. Decẽbris. Festiuitas S. Nicolai Episcopi.

NICOLAVS iste meus, immò & vester, electus ab vtero, sanctus à puero, iuuenum gloria, reuerentia senum, sacerdotum honor, splendor pontificum, conuentum vestrum sua lætificat festiuitate. Hic est Nicolaus, cuius miracula per totam mundi latitudinẽ diffunduntur, quem laudat orbis terræ, & qui habitant in eo. Tot enim & tanta miracula cumulãtur, vt omnes literatorum argutiæ vix ad scribendum sufficiant, nos ad legendum. Et licèt scholarium numerus in incude Rhetorica, sub Quintiliani vel Ciceronis malleis, tenuissimas orationum laminas extendat, superat tamẽ gloria Cõfessoris vocem, mentem, linguam, & conscientiam. Crebrescunt enim quotidiè mirabilia, nec requiescit spiritus Dei ad memoriam militis sui sua cõtinuare miracula. Glorificatur in mari, laudatur in terra, in omnibus periculis inuocatur. Deniq; qui descendunt mare in nauibus, facientes operationes in aquis multis, ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo: ipsi viderunt opera Domini, & Nicolai per Deum miracula in profundo.

Deus per inuocationẽ sanctorum miracula facit, siue illi per Deum. Psal. 106.

Nónne post memoriam Virginis, tam dulcis pietas, vel pia dulcedo in cordibus fidelium obuersatur, vt in die tribulationis, Nicolai nomen teneatur in ore, requiescat in corde? Si coruscationes fulgurant, & procellis detonantibus à supernis vindicta procedit, Nicolaus in patronum assumitur, Nicolaus dulciter inclamatur. Si tempestas sæuiens, & crudelitas maris nauigantibus mortem intentant, Nicolaus flebiliter exoratur vt audiat, suppliciter inuocatur vt veniat, vt eruat miserorditer acclamatur. Si pulsamur incommodis, vel offendiculis indolemus, statim sanctum nomen profilit in os nostrum, Nicolaus ingeminatur, patrocinium quæritur Nicolai. Nè putetis autem me declamatoriè loqui, vel venustate Rhetorica verborum aggerare splendorem, cùm totus mundus beneficia sentiat Confessoris, nec sit, qui se abscondat ab amore eius. In testimonium sunt peregrinationes ad sanctum illius corpus, à finibus terræ susceptæ, vt videantur, quæ per eum fiunt mirabilia. Non solùm autem Christianis, sed & paganis in tantam reuerentiã sancti nominis aduolauit authoritas, vt certatim confluant ad laudandum & glorificandum nomen sanctum eius. Præcipuè sacerdotum & clericorum turba tanta deuotione circa cultum eius afficitur, vt in toto terrarum orbe quicunque vndecunquè se contradant ad obsequendum tantæ solennitati. Lætantur pueri, iuuenes gratulantur, ornantur virgines, senes exhilarantur, & omnis ætas personanter alludit. Vnusquisque autem habet materiam gaudiorum, vt laudent pueri puerum iciunantem, iuuenes iuuenem iuuenes liberantem, virgines virginum infamiam redimentem, senes senis inopiam miserantem. Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus laudant nomen domini huius.

Vide quomodo etiã olim ad sanctorum visenda sepulcra peregrinabantur homines.

Pfal. 148.

Sed nunc post actus eius Græcorum linguis excellentibus insigniter diffamatos, quid audeat sermo pauperculus balbutire? Veruntamen nè videar excusatorias tergiuersationes inducere, recurro ad Euangelicam lectionem, & quod de communi accepi, profero in commune. Ait enim: Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam, & ait seruis suis: Negociamini, dum venio. Securè negocia-

Luc. 15. & 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.70. bor,præcipiente Domino meo,nec timebo Psalmistã dicentẽ: Quia non cognoui negociationẽ, introibo in potẽtias Domini. Non enim paruũ mihi fiduciæ robur

Cum Domino negociari debemus in hac mortali vita. præstat,quòd ille summus Imperator factus est negociator meus,& negocium meum sine ocio egit, quandiù fuit in terris, & preciosarum mercium sarcinulas portans ad Patrem, ipsi vultui Dei, & quid emit, & quid redemit, & vndè redemerit, ostendit. Tu ergò,illo negocioso,ociosus esse disponis? illo laborante,quiescere? Ipse venit negociari in regionem longinquam, & tu ad regiones proximas ambulare contemnis? Aggredere, & ingredere regionem dissimilitudinis, videlicet mundum istum, & vide quàm frequentes ibi nundinæ,quantæ germinent & regerminent vanitates: prorsùs dissimilitudinis, quia regionem similitudinis,vbi ad similitudinem Dei facti nos fuimus, amisisse nos constat. Nunquid non magna dissimilitudo, de Paradiso ad infernum, de Angelo ad iumentum, ad diabolum de Deo? Vade ergò per forenses tumultus,& hîc decertantes circunspice. Quantùm verò colligo,in tribus causis natat omnis voluntas. Alij diuitijs, alij honoribus, alij gloriæ innituntur.

In tribus causis natat omnis voluntas.

Curris ad Indiam, Aethiopiam circuis,maria transis,& alium orbem tibi aperis nauigando, vt diuitias congreges. Fugis patriã, ignoras filios, diuellerisab vxore, & omniũ necessitudinum oblitus, quæris vt acquiras,acquiris vt perdas, perdis vt doleas,thesaurizas, & ignoras cui. Filij hominũ,vsquequò graui corde, vt quid diligitis vanitatẽ, & quæritis mendaciũ? Et hoc quidẽ pro diuitijs. Audi & breuiter de honoribus. Ducem te constituerunt, & data est tibi facultas, vt miser sis,& amplius non quiescas. Cumulatur materia solicitudinũ,& inter ærumnas cor ipsum exedentes,necesse est vultum induere gaudiorum. Nunquid in honore sine dolore, in prælatione sine tribulatione, in sublimitate sine vanitate esse quis potest? Miseri, iuxta Philosophum, mercedẽ miseriarum amamus, ipsas execramur. Regum nobis animos induimus, & quicquid nobis ex voluntate non respondet, statim cuocat iram, nec communis recogitatur humanitas,& tamen est vermis arrodens,qui conscientiam iugiter torqueat, timor potentiæ superioris. Hæc est iustissima lex, vt sic viuas cum inferiori, quemadmodùm superiorem vis viuere recum. Audi & de gloria. Si quæris gloriam, omnibus inuidiæ semina præbuisti. Inflatus es, & ventilatorio spiritu plenus disrumperis, nec attendis quot te sequantur, sed quot præcedant. Conglomerantur omnes ad detrahendum tibi,ad maledicendũ linguas acuunt,& argutissimus es, si vel linguã, vel manum inuidorum possis cuadere. Ecce vndè glorioſus esse volebas, inglorius esse conuinceris. Nullum enim inexorabiliùs persequitur multitudo,quàm illũ qui sibi multitudinis arrogat principatũ. Iunge his tribus potentiã,& voluptatẽ, quæ & ipsa tenui & perfusorio gaudio rapiuntur, & videbis quia copia pauper est, honor humilis,vilis gratia,potẽtia debilis,& laboriosa voluptas,vt, iuxta Apostolum, omnẽ intellectũ in Christi obsequium redigamus. Relege maximum illum Latinorum Philosophorum,& in illius verbis meam inuenies esse sententiam. Contemne igitur hæc omnia,quia omnia contemnenda,& de his omnibus fac sarcinam tuam,contẽptum mundi.

2 Cor.10. Mundus cũ omnib⁹ põpis suis contemnendus.

Decursa verò hac regione, & quod preciosius est indè sublato, transi ad secundam,quæ est Paradisus claustralis. Verè claustrum est Paradisus. Hic prata virentia scripturarum, prætersluens lachrymarum vndositas,quam de purissimis affectibus amor ille cælestis eliquat. Hîc sunt arbores erectissimæ, chori sanctorum, nullaque est,quæ nõ multa fructûs gaudeat vberate. Hæc est illa sublimis mensa,in qua Deus cibans & cibus, munerans & munus, offerens & oblatum, conuiua & conuiuium. Hic aggestæ sunt omnipotẽtis diuitiæ,hîc refusa est gloria Angelorũ. Putas ne nullas hîc esse nũdinas,& ociari illos,qui habitãt vnius moris in domo? Videas hunc sacris lectionibus intendentem, illum incumbentem orationibus,hunc pro suis excessibus lachrymantem,illum in Dei laudibus exultantem, hunc vigilantẽ, ieiunantem illum,& officia pietatis sibi adinuicẽm inuidere. Nocte cõsurgunt ad confitendum Deo: vespere,manè,& meridie narrant & annunciant laudẽ eius: & omnis illorum sedulitas in orbem diuini rotatur obsequij. Curre ergò per omnes, curre per singulos,& de vniuersis & singulis fac sarcinam tuam, forman viuendi.

Monasteria paradisi terrestres.

Monachorum exercitia & forma viuendi.

Relicto ergò mundo, & modo viuendi suscepto,transi ad tertiam,quæ est regio expiationis. In hac regione benignus Pater examinat filios rubiginosos, sicut examinatur argentũ, ducit per ignẽ & aquã, vt inducat in refrigerium. Trinæ sunt distinctio-

Psal.65.

Trinæ sunt distinctiones locorũ, Cæli, Inferni & Purgatorij.

stinctiones locorum, quas pro diuersitate meritorum ánimæ sortiuntur. Ad cælum nanque statim euolant,qui domicilio corporis vsi sunt,tanquàm carere, qui defæcatam puramque substantiam vtriusque hominis seruauerunt. Econtrariò qui fecerunt vsque ad mortem, quæ digna sunt morte,locis gehennalibus sine misericordia deputantur. Qui verò neutrum sunt,sed sunt inter vtrunque,qui mortalia quidem commiserunt,sed circa mortem pœnituerunt pœnitentiam non explentes, indigni vt statim gaudeant, nec digni vt semper ardeant, loca purgatoria sortiuntur, in quibus flagellantur, sed non ad insipientiam sibi, vt extorti transferantur ad Regnum. Pro his,qui in cælo sunt,non orandum, quia eos,non pro eis orare debemus. Pro his,qui in inferno sunt,suspendendæ sunt preces,quibus clausa est misericordiæ ianua,& totius spes intercluſa salutis. Pro illis tantùm vigilandum est in orationibus,subueniendum sacrificio singulari, qui locis purgabilibus emundantur, vt benignus Pater pœnitentiam eorum in satisfactionem, satisfactionem in glorificationem, citò conuertat. Curre iterùm per istos intuitu pietatis, & fac sarcinam tuam, affectum compatiendi.

Pro defunctis in purgatorio orandum & sacrificandũ.

Quarta regio, est regio gehennalis,regio dura,regio extimescenda,terra afflictionis,terra obliuionis, terra miseriarum,terra tenebrarum,terra turbinis & caligonis, terra maledictionis & mortis, in qua nullus ordo,sed sempiternus horror inhabitat. Totus tremo atque horreo ad memoriam regionis istius,& concussa sunt omnia ossa mea. Illic est ignis qui non succenditur,vermis qui non moritur,frigus horrendum. Ibi fœtor intolerabilis exoritur,percutientes mallei resonant incessanter, obfusæ tenebræ cumulatiùs indensantur. Illic confusio peccatorum, horribilis facies dæmonum, inextricabilium vinculorum fertilis multitudo. Ibi fletus & stridor dentium, planctus & gemitus, & alternantia mala impios sine pietate diſcerpunt. Nihil sic valet ad extirpandas voluptatum radices, quàm istorum memoria,& recordatio vulnerum Domini mei, qui stetit ante iudicem,qui alapas accepit, qui flagellatus est,consputus,qui coronatus spinis, qui colaphis cæsus, qui suspensus in ligno, cui pendenti insultatum est, qui mortuus in Cruce, qui lancea percussus,qui sepultus, qui resurrexit, qui ascendit ad cælos, qui fecit nos regnum & sacerdotes Deo & Patri. Curre per has tumultuantes nundinas, vt viuens descendas in infernum,& fac sarcinam tuam,odium peccati.

Esa. vlt. Infernalis regio qualis. Matth.25. Luc.13.

Ex inferni memoria nascitur odium peccati.

Quinta regio,est Paradisus supercælestis,regio beata & glorioſa,plena voluptatis & gloriæ, suauitatis & lætitiæ,gratiæ & benignitatis. Ibi requies à labore,iucunditas de nouitate,de æternitate securitas. Ibi est ciuitas Regis magni, cuius plateæ constratæ sunt auro purissimo,quæ fœcundata est in sapphiris, in qua iaspidis propugnacula præuirescunt, & per ordinem lapides insternuntur. Nam lapides precioſi omnes muri eius. Illic omnes viuunt,nullus moritur,omnes exultant in voce exultationis. Intrauerat Dauid in sanctuarium eius, & mente excesserat Deo, nec tamen aliquid aliud potuit absportare,nisi, Quia glorioſa dicta sunt de te, ciuitas Dei: & illud,Beati, qui habitant in domo tua, Domine, in secula seculorum laudabunt te. Nescio quid magnum promittitur, videre Deum, & laudare. Lætatus sum & ego in his,quæ dicta sunt mihi, in domũ Domini ibimus. Iam stamus in atrijs Hierusalem, iam è vestibulo magnæ ciuitatis gaudia somniamus. Curre igitur & per regionem istam,& fac sarcinam tuam,amorem Dei.

Cæli regio qualis. Apoc.21.

Psal.86. & 85.

Psal.121.

Luc.19.

Negociamini ergò,donèc veniat homo ille nobilis,qui abijt in longinquam regionem accipere sibi regnum, & reuerti. Reuertetur planè, & tunc cum vsuris exiget pecuniam, quam tradidit nobis. Nihil perdit,nihil obliuiscitur, nihil impunitum relinquit. Supplicemus igitur Confessori, vt Redemptori nostro, amico suo pro nobis hodiè supplicare dignetur, qui est Deus benedictus in secula, Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA SANCTÆ ASELLÆ VIRGINIS, PER DIVVM HIERONYMVM AD MARCELLAM SCRIPTA,

habetur Tomo primo Epistolarum eius.

6. Decembris

Leę vita habetur 2. Tō 22. Martij.

NEMO reprehendat, quòd in epistolis aliquos aut laudamus, aut carpimus: cùm & in arguēdis malis, sit correctio cæterorum: & in optimis prædicandis, bonorū ad virtutem studia concitentur. Nudiustertiùs debeatæ memoriæ Lea aliqua dixeramus. Ilicò pupugit animum, & mihi venit in mentem, non debere nos tacere de virgine, qui de secundo ordine castitatis loquuti sumus. Igitur Asellæ nostræ vita breuiter explicanda est: cui quæso nè hanc epistolam legas: grauatur quippè laudibus suis: sed ijs potiùs, quæ adolescentulæ sunt, legere dignare: vt ad exemplum eius instituentes, conuersationem illius, perfectæ vitæ normam arbitrentur.

Asella benedicitur in matris vtero, & decennis Domino cōsecratur. Hier. 1. Luc. 1. Rom. 1.

Prætermitto, quòd in matris vtero benedicitur ei, antequàm nascatur: quòd in phiala nitētis vitri, & omni speculo purioris, patri virgo traditur per quietē: quòd adhuc infantiæ inuoluta pannis, & vix annum decimum ætatis excedens, honore futuræ beatitudinis cōsecratur. Sit gratię omne, quod ante laborē fuit: licèt Deus prescius futurorū, & Hieremiā sanctificet in vtero, & Iohannē in aluo matris faciat exultare, & Paulum ante constitutionē mundi separet in euangeliū filij sui. Ad ea venio, quę post duodecimū annum sudore proprio elegit, arripuit, tenuit, cœpit, implcuit. Vnius cellulæ clausa angustijs, latitudine paradisi fruebatur. Idē terræ solū, & orationis locus extitit & quietis. Ieiuniū pro ludo habuit, inediam pro refectione. Et cùm eam non vescēdi desideriū, sed humana confectio ad cibum traheret: pane & sale, & aqua frigida concitabat magis esuriem, quàm restinguebat.

Mira abstinentia eius.

Et quia penè oblitus sum, quod in principio debui dicere: Cùm primùm hoc propositum arripuit, aurum colli sui, quod qidem murenulam vulgusvocat, quod scilicet metallo in virgulas lentescente, quadam ordinis flexuosi catena contexitur, absque parentibus vendidit, & tunicam fusciorem, quam à matre impetrare non poterat, induta, pio negociationis auspicio, se repentè Domino consecrauit: vt intelligeret vniuersa cognatio, non posse aliud ei extorqueri, quæ iam seculum damnâsset in vestibus. Sed, vt dicere cœperamus, ità se semper moderatè habuit, & intra cubiculi sui secreta custodiuit, vt nunquàm pedem proferret in publicum, nunquàm viri nósset alloquium: &, quod magis sit admirandum, fororem virginem amaret potùs quàm videret. Operabatur manibus suis, sciens scriptum esse: Qui non operatur, non manducet. Sponso aut orans loquebatur, aut psallens. Ad martyrum limina penè inuisa properabat. Et cùm gauderet proposito suo, in eo vehementiùs exultabat, quòd se nullus cognosceret. Cumque per omnem annum iugi ieiunio pasceretur, biduò triduoque sic permanens, tum verò in Quadragesima nauigij sui vela tendebat, omnes penè hebdomadas vultu lætante coniungens. &, quod impossibile forsitan est hominibus ad credendum, Deo autem præstante possibile est, ità ad quinquagenariam peruenit ætatem, vt nō doleret stomachum, non viscerum cruciaretur iniuria, non ficca humus iacentia membra confringeret, non sacco asperata cutis, fœtorem aliquem situmque contraheret: sed sana corpore, anima sanior, solitudinem putaret esse delicias, & in vrbe turbida inueniret eremum monachorum. Et hæc quidem tu meliùs nósti, à qua pauca didicimus, & cuius oculis durities de genubus camelorum in illo sancto corpusculo prę orandi frequentia obcalluisse perspecta est. Nos, quod scire possumus, explicamus. Nihil illius seueritate iucundius, nihil iucunditate seuerius, nihil suauitate tristius, nihil tristitia suauius. Ità pallor in facie est, vt, cùm continentiam indicet, non redoleat ostentationem. Sermo silens, & silentium loquens. Nec citus, nec tardus incessus: idem semper habitus. Neglecta mundities, & in cultu veste, cultus ipse, sine cultu. Sola vitæ suæ æqualitate promeruit, vt in vrbe pompæ, lasciuiæ, deliciarum, in qua humilem esse miseria est, & boni eam prædicent, & mali detrahere non audeant: viduæ eam imitentur, & virgines: mariratæ colant, noxiæ timeant, suspiciant sacerdotes.

Solitudinē delicias reputat.

Eius genua in camelorū duritiē obcalluerunt.

Voluntaria paupertas.

Solitudo & silentium.

2. Thes. 3.

Vestitus eius.

DE

DE S. MARTINO ABBATE SANTONICORVM, EX D. GREGORII ARCHIEPISCOPI *Turonensis De gloria Confessorum capitulo 57.*

7. Decembris

S. Martinus monasteriū extruit.

MARTINVS Santonicæ vrbis Abbas, Martini, vt ferunt, nostri discipulus, apud vicum vrbis ipsius in monasterio, quod ipse post magistri dogmata ædificauit, in pace quiescit. Ad cuius tumulum quædam è pagensibus manus contractas deferens, retulit sanas. Alius qui exustis febre neruis, poplitibusque intortis gressu carerat, vt ad sepulcrum sanctum prostratus est, nouum robur sumēs, ariditate sublata, incolumis relatus est, multos ipsi deincèps seruiens annos. Huius sepulcrum Palladius Episcopus cùm non valuisset cum multis, opitulante adiutorio confessoris, cum quinque Abbatibus mouit, composuitque quomodò voluit.

Multa ad sepulcrū eius miracula.

MARTYRIVM SANCTORVM MARTYRVM ALEXANDRINORVM SVB DECIO IMPERATORE PASSORUM, *Macaris scilicet, Epimachi, Alexandri, Ammonarij virginis, & sodalium eius: Heronis, Isidori, & Dioscori, ac sociorum eorum, vt habetur apud S. Dionysium Alexandrinum, Ecclesiasticæ historiæ Eusebij Cæsareensis libro sexto cap. 34. Iohanne Christophorsono intreprete.*

8. Decēbris.

S. Macarius viuus crematur.

SANCTVS Dionysius Alexandrinus Antistes, ad Fabium Episcopum scribens certamina & dimicationes eorum qui sub Decij imperio martyrium pertulerunt, cæteris martyribus præmissis, isto modo persequitur: Alius quidam genere Afer, qui & appellatione Macar (& ob vitam beatam, quam diuinæ gratiæ subsidio degisset, verè Macar, id est, beatus fuit) cùm ad fidei negationem, iudice eum ad eam rem magnoperè cohortante, adduci non posset, viuus crematus est.

12. Decēbris

Item Epimachus & Alexander.

Epimachus etiam & Alexander, nō longo pòst tempore quàm vincti tenebantur, post horum martyrium multos dolores perpessi, dilaniati nouaculis, & flagellis lacerati, ad extremum ardentissimis flāmis circunjectis absumpti fuerunt. Quibus quatuor mulieres martyres adiungebantur: quarum prima fuit Ammonarium, sancta virgo, quæ, cùm iudex diù illam admodùm torsisset, vtpotè constanter asserentem se nihil eorum aliquandò dicturam, quæ ille iussisset, eaque in sententia firmè perstaret, ad supplicium abducitur. Mercuria, secunda erat, anus inprimis veneranda. Tertia, Dionysia: quæ quanquàm erat multorum liberorū parens, illos tamen Domino in amore minimè prætulit. Quarta, Ammonarium altera: quæ tres, cùm præses vererētur nè incassum tormenta illis infligeret, & quodammodò euincerētur à mulieribus, nullum cruciamentorum genus ámpliùs subire cogebantur: sed statim capite obtruncato, mortem opperunt. Pro omnibus enim prior Ammonarium, tanquàm in prima dimicationis acie locata, satis tormentorum exceperat.

Sancta Ammonarium cum tribus sodalibus decollatur.

14. Decēbris

Dioscori adolescētis constantia.

Heron prętereà, Ater, & Isidorus, Aegyptij: & Dioscorus vnà cum illis, adolescēs quindecim annos natus, iudici traduntur. Et primum iudex adolescentē, tanquàm facilem ad persuadendum, blandis verbis in fraudem inducere, tū velut remissum & flexibilem ad fidem negandā, tormentis impellere tentat. Sed Dioscorus neque persuasione quicquam commotus est, neque iudicis omninò cessit sententiæ. Cæteros

Universidad de Deusto
Biblioteca

Herõ, Ater, & Isidorus igne cõcremantur.

terosacerbissimè crudelissimeque verberibus dilacerat: quos cùm tormenta magno & fidenti animo, pro fide tolerare cerneret, rogó cremandos tradit. Dioscorum autem, cùm propter singularem animi magnitudinem, quam palàm ostenderat, tum propter prudentissima responsa, quę ad singula rogata dederat, iudex magnoperè admiratus, dimisit: affirmans, se propter ætatem certos dies illi velle concedere, quibus resipiscendi haberet facultatem. Iam ergò Dioscorus summa pietate eximius, nobiscũ est, expectans cùm certamen prolixius, grauiusque, tum amplius præmium & diuturnius.

19. Decẽbris

Porrò Nemesis quidam, & ille etiam Aegyptius, falsò in crimẽ vocabatur, quòd cum latronibus societatem coiuisset: sed istam calumniæ notam ab eo alienissimam quidem, cùm coram centurione diluisset, iterùm per iudicem fuit delatus, quòd Christianus esset, vinculisque constrictus ad præsidem venit. Iste iniustissimus præses, beatum martyrem tormentis & verberibus duplo grauioribus, quàm latrones ipsos, afflictans, exemplo Christi inter latrones interiectum (vndè non parum honoris adeptus est) feruido ignis exurit incendio.

S. Nemesis exẽplo Christi inter latrones igne exuritur.

20. Decẽbr.

Quædam porrò militum turma derepentè accedit: nimirùm Ammon, Zenò Prolomæus, Ingenes, & pariter cum illis senex Theophilus: qui pro tribunali ipsi stiterunt. Cùm igitur quidam, quòd Christianus esset, in quæstione versarentur, & iam ad fidei negationem propenderet: isti assistentes, præ rei indignitate dentibus frendere, vultum mutare, manus extendere, toto deniquè corpore gestus quosdam agere cœperunt. In quos cùm omnium ora essent conuersa, priusquàm vlli alij in eos iniecerunt manus, illi ipsi ad subsellia accurrere, se Christianos profiteri: sic, vt cùm præfectus, & assessores qui aderant ei in concilio, timore obstupescerent: tum Christiani, in quos iam inquirebatur, ad ea tormenta quæ pòst essent perpessuri, toleranter sufferenda maximè confirmarentur: tum deniquè iudices, qui essent contra eos sententiam pronunciaturi, maximo metu exhorrescerent: isti verò è foro gloriantes abscedere, & præ testimonio quod Christo perhibuerant, summo gaudio exultare, Deo per illos glorioso triumphos agente. Alij præterea complures in vrbibus & pagis, à gentibus distracti erant, & quasi membratim dilacerati: ex quibus vnum exempli gratia commemorabo.

SS. Ammonis, Zenonis, & sociorum gloriosum martyrium.

22. Decẽbris

Ischyrion cuiusdam magistratús negocia, mercede conductus, procurat. is qui eum conduxerat, iubet idolis sacrificare: quem, cùm mandato minimè obsequeretur, cœpit conuicijs lacerare: ac cùm constanter fidei adhæresceret, grauibus afficit contumelijs. atque vbi vidit eum pacatè & tranquillè omnia sufferentem, arrepto fuste pręacuto, intestina ac viscera illius transfodit, crudeliterq; interemit. Quid attinet percensere multitudinem eorum, qui in solitudine & montibus vagi, errantesque, fame, siti, frigore, morbis, latronibus, bestijs fuerunt extincti? Quorum electionis beatæ & eximiæ victoriæ quanquàm testes sunt hi, quibus adhuc ex illo numero vita suppeditat: tamen vnum aliquod facinus proferam, quo res istæ sint exploratiùs cognitæ, perspectæque.

S. Ischyrion præacuta fude per viscera transfoditur.

Multi martyres diuersis supplicijs interimuntur.

Chæremonis Episcopi cum vxore fuga.

Chæremon Episcopus ciuitatis quæ Nilus dicitur, cùm iam planè grandis esset, & ætate propè exacta, vnà cum vxore sua ad montem Arabiæ confugiens, neque pòst reuersus est, neq; vsquàm eos quispiam videre potuit. Et licèt fratres iam aliquotiès eum cum vxore quærerent, tamen neque ipsos, neque corpora eorum vllo piàm reperire potuerunt. Permulti certè in eo Arabico monte erant, à barbaris Sarracenis facti captiui: quorum alij ægrè quidem, & vix ingenti pecuniæ summa redimi poterant: alij hactenùs nullo modo. Atq; ista, mi frater, non frustrà equidem dicendo persecutus sum: sed vt cognoscas quantæ & quàm acerbæ calamitates apud nos obtigerint: quas qui fuerint magis experti, plura de illis & sciunt & dicere possunt.

VITA

VITA BREVIS SANCTI CYPRIANI PETROCORICI ABBATIS, PER S. GREGORIVM

Archiepiscopum Turonensem conscripta, De gloria Confessorum capitulo centesimo.

9. Decẽbris.

CYPRIANVS Abbas Petrocorici oppidi, magnificæ sanctitatis vir fuit, per quem Deus multa miracula in hoc mũdo operari dignatus est. Nam manus debiles frequenter reintegrauit, paralyticis gressum, cæcis restituit visum, tresque leprosos inunctos oleo pristinæ reddidit sanitati. Sed & nunc crebrò super infirmos sanitates ostendit, si fideliter eius tumulum expetant, aut illum exorent.

Deus S. Cypriani meritis multa operatur miracula.

VITA S. LEOCADIÆ VIRGINIS, VT HABETVR IN LVCII MARINEI SICVLI, REGII HISTORIOGRAPHI, HISTORIARUM HISPANIÆ LIBRO QUINTO.

9. Decẽbris.

LEOCADIA virgo celeberrima Toleti orta fuisse perhibetur, quæ propter sanctissimos eius mores & Christi cultum, cui feruentissimè seruiebat, à Daciano Hispaniæ prefecto tanquàm Christiana capitur, & apud vrbem Toletanam carceri mancipatur. Vbi cùm graciatus audisset, positis in oratione genibus, quinto Idus Decembris impollutum Deo reddidit Spiritum. Sunt qui dicunt Leocadiam crudelissimis Daciani satellitibus, ab altis Toletanæ vrbis mœnibus fuisse præcipitatam, vsque ad locum vbi nunc eius ecclesia colitur extra vrbem. De cuius vita & morte plures etiam scripserunt.

S. Leocadiæ patria.

Carceri mãcipatur.

Eius obitus.

VITA SANCTI IVDOCI FILII REGIS BRITONVM ET CONFESSORIS, PER FLORENTIVM

Abbatem conscripta. nos eam in capita margini adiecta distinximus. Habetur in MS. codice Guilhelmitarum Brugensium.

PROLOGVS.

VNIVERSIS sacrosanctæ matris Ecclesiæ fidelibus, & præcipuè confratribus glorioſi confessoris Iudoci, per Francorum & Teutonicorum regna constitutis, Florentius diuina miseratione Abbas indignus, totusque conuentus beati Iudoci de supra mare, salutem mentis & corporis. Frequenti ac deuota nonnullorum de vobis postulatione deuicti, & non minùs charitatis mutuæ dilectione vobis deuincti: deuotioni vestræ compendiosè scribere dignum duximus, cuius nationis, cuius conuersationis, quantique meriti fuerit apud Deum dum adhuc esset in terris, inclytus ille ac glorioſus confessor Domini Iudocus, qui sibi seruientibus, & vobis ipsum annuatim requirentibus non desistit quotidiè patrocinari: cum Christo regnans in cælis, & meritò in cælesti regno præ cæteris obtinet principatum, qui pro Christo, patris sui regnum in terris, & terrenum contempsit dominatum.

VITA.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA.

13. Decemb. Cap. 1. S. Iudoci parentes & patria.

IPSE nanque eximius Christi confessor Iudocus, deillustri procedens genealogia Riouali, qui principabatur in transmarina siue maiori Britânia, quæ modò dicitur Anglia, & postmodùm in copiosa nauium multitudine ac manu valida exteriorem sibi subiecit Britanniam: Filius fuit Rethaëli Regis Britonum, habuitque fratrem maiorē natu beatum Rodichaëlum, qui regnauit post patrem ipsorum Rethaëlum. Isti duo fratres, immò duæ gemmæ cælestes, Rodichaëlus videlicet & Iudocus, contemporanei fuerunt Dagoberti Regis Francorum: cum quo post graues adinuicem

for.* Clipiaco Iudicaëlem vocat Papirius Masso nus lib. 1. Annaliū, in Dagoberto. Isti us Audoeni vita habetur 24. Augusti.

inimicitias, pacificatus est in palatio * Dippiaco amicus Dei Rex Britonum Rodichaëlus, magnisque honoratus muneribus ab ipso Rege Dagoberto. Rogatus a-

men à Dagoberto Francorum Rege, vt pranderet cum eo, voluntati eius & voto non acquieuit regio: sed eligens mensam Dadonis, qui & Audoenus, postmodùm Rothomagensis Episcopi, eius dignatus est interesse conuiuio: mâlens inter diuersa fercula sacris eruditionibus ipsius (qui vir erat sanctissimus) informari, quàm ex superfluis enxeniorum diuersitatibus in mensa regia fastidium sibi generari.

Cap. 2.

Regressus consequenter vir Dei Rodichaëlus Rex in Britanniam, & regnum relinquere præmeditatus & patriam, ac vitam ducere monasticam, fratrem suum iuniorem se, beatum scilicet Iudocum, conueniri fecit, de suscipienda regni gubernatione, vt in suo permanere posset proposito, & monachorum fratrum cohabitatione. Frater autem eius beatus Iudocus non minùs eo feruens in diuina dilectione, inducijs deliberandi per octo dies à Rege fratre suo vix impetratis: diem octuque anxia cogitare cœpit intentione, quomodò relinquere posset, immò effugere, & regnum & patriam, ac fratris sui, qui regnabat, declinare maleuolentiam.

Spernit terrenum regnum S. Iudocus.

Ipso igitur in monasterio * Lammailmon (in quo literas didicerat) moram faciente, & orationi frequentiùs hac de causa incumbente, contigit per illud monasterium vndecim peregrinos præterire, prætendentes quòd Romam vellent proficisci: Hos itaque insecutus secretò & eis associatus venit Parisius: verùm vtrùm cum ijs vlteriùs progrederetur in dubio positus, consilium tandèm à spiritu sancto, qui gressus eius dirigebat, in omnibus vtile cōsequutus, ab itinere, tantum frequentato à populis, & à strata declinauit publica, dimissisque sibi à Deo transmissis itineris comitibus, ad Pontini festinauit confinia, quæ antiquis plena nemoribus, deserta erant & inuia, & ab hominum cohabitatione remota, bestijs solummodò, feris, & auibus habitabilia.

Latet in cōfinibus Pōtinj regionis Franciæ.

Cap. 3.

Delectatus igitur locorum vasta solitudine, super fluuium * Alteiam disposuit habere habitationem. Sed à Duce Haymone obuiàm ei facto, forsitan ad hoc à Deo misso, retardatus est ab hoc proposito per spatium septem annorum: infra quos, & literas magìs addidicit, & sacros ordines suscepit. Qui tandèm sacerdos effectus, filium iam dicti Ducis, qui eum in maxima habebat veneratione, de sacro

Initiatur sacerdotio.

suscepit fonte, quem vocauit Vrsinum. Elapso autem septennio, iuxta desiderium iampridèm conceptum, ad vitam transiens solitariam, mansit in loco qui dicitur Brahic, fluminis riuulis vndiquè circundato: ædificatis ibidèm ecclesia & domunculis. Præter plurima quæ per ipsum & propter ipsum Dominus fecit mirabilia, ve-

Extruit ecclesiam & cellam monasticam.

niebant volucres, & pisces diuersi generis ad sacram eius manum, palpabiles, & receptis ab eo alimentis recedebant quasi domestici & intelligibiles.

Cap. 4.

Quadam autem die, cùm ad victum quotidianum non haberet, nisi panem modicum pro se & discipulo suo Vulmaro: & Dominus in specie pauperis aduenieret, eleemosynam petens, vir Domini Iudocus panem diuidi iussit in quadrantes, & petenti de quadrantibus vnum erogari. Iam vir egressus erat, & eccè reuertitur Dominus in forma egeni deficientis inedia, & de secundo panis quadrante satisfactum est eius petitioni. Nec mora, regressus tertiò, quasi esuriens ac deficiens fame, donatus est tertia panis parte. Consequenter visus est aduenire Dominus in altera inopis effigie, rogaturus eleemosynam sicut iam tertiò fecerat antè, nec erat

Eccè quantę fuerit misericordiæ erga pauperes iste sanctus.

vndè

vndè reficeretur, nisi de residuo panis quadrante, eum quoquè vir Domini Iudocus pauperi erogari iussit. Cui ait Vuulmarus: Nihil nobis vis reseruare pater? Volo, inquit vir sanctus, totum tribui esurienti, quia potens est Dominus etiam hodiè nostræ prouidere necessitati. Vix recesserat Dominus, & interìm dum consolaretur verus Dei amicus discipulum, de panis erogatione commotum: eccè per fenestram visæ sunt & inuentæ in alueo fluminis quatuor nauiculę victualibus onustæ, de quibus quis eas adduxerit, vel quò iam victualibus exoneratas reuexerit, nescitur vsque in hodiernum diem.

Diuinitùs illi trāsmittuntur victualia.

Cap. 5.

Hæc & alia quæ erga beatum Iudocum Dominus quotidiè monstrare dignatus est ibidèm miracula, totam longè lateque cōmouerunt patriam, ad visitationem eius & impetranda ipsius apud Deum suffragia. Quod cùm diutiùs sustinere non posset, iam octo annis ibidèm elapsis, ad vlterius Domino duce processit desertū, vt populi nimiam declinaret frequentiam, construens oratorium in honorem beati Martini, in loco qui dicitur Rimacus super fluuium: vbi plurimas ab hoste antiquo, qui felicibus eius actibus inuidebat, passus est insidias per quatuordecim annos quibus ibidèm commoratus est. Eo in loco, aquilam cum gallo auolantem in sublime, post iniuriam sibi illatam de gallinis vndecim tot vicibus sigillatim deprædatis, per signum Crucis prostrauit ad pedes suos, gallum autē suum sanum recepit.

Aliud extruit templum in honorē S. Martini Episcopi.

Eccè virtutem signi S. Crucis.

Cap. 6.

Non longo tempore interlapso, diabolus terribilem mutatus in colubrum, grauiter sanctum Dei momordit in pede: qua læsione accepta, per sanctum edoctus spiritum vt aliò transmigraret, comitāte se Duce Haymone, vastam circuibat eremium, vt inueniret in ea habitationis locum. In quærēdo autem eo idem Dux post venandi exercitium, quo immanissimum ceperat aprum, graui torquebatur sitis molestia, ac præ sitis lassitudine obdormiuit. Electus interìm Domini Iudocus orationi incubuit, surgensque, baculo quo innitebatur terræ infixo, sicut alter Moses, aquam produxit & fontem largiùs effluentem, quo exhilarati Dux & eius familia, suæ sitis extinxerunt ardorem: & transeuntibus perindè vsque in hodiernum diem aquam administrat indeficientem.

Oratione fontē oriri facit in loco arido.

Cap. 7.

Progressus indè versùs mare, in vallicula vmbrosa riuulū offendit paruum, quo delectatus, Hìc est, inquit, cathedra, hæc requies mea in seculum seculi. Haymone itaque Duce ad propria reuerso, vir Dei duo ibi lignea manibus proprijs cōstruxit oratoria, vnum S. Petro Apostolorum principi, aliud sancto Paulo gentium doctori. Deindè profectus est Romam ex mandato D. Martini sedis Apostolicę Pontificis summi, qui longo tempore concupierat conspicere faciē eius, ac sanctissimo ipsius frui colloquio: à quo & receptus est cum honore debito ac multo dignationis obsequio. Verùm ibidèm edoctus est à spiritu sancto, quem in omnibus magistrum habebat & custodem, vt ad eremum suam reuerteretur, quam in terris sibi elegerat habitationem, indè in breui exiturus à corpore, & transmigraturus ad Angelorum collegium, ac perpetua diuinæ maiestatis fruiturus contemplatione.

Iam tertiò locum mutat, & duo construit oratoria.

It Romam.

Reuertitur in eremum suam.

Post sacra igitur & multa de æternitate colloquia, inter ipsum & Pontificē habita, cum precioſissimis Sanctorum reliquijs à domino Apostolico sibi collatis reuersus est, cum totius patriæ gaudio, ad Pontini confinia. Cui in monte habitationi suæ proximo (vbi modò requiescit sanctū corpus eius) obuia facta est puella quædam, parentum obsequio adducta, non tantùm à natiuitate cæca, sed prorsùs oculorum orbibus carens: Hìc vbi vir sanctus manus de more abluisset, illa vt fuerat em & concaua oculorum loca lauit: quæ statim receptis luminibus, maximam vniuersis, qui aderant, cum admiratione lætitiam, & gratiarum actionis materiam subministrauit.

Cæca, eius meritis illuminatur.

Cap. 8.

Duce itaque Haymone præsente cum innumera cleri plebisque caterua in occursum eius congregata, sanctissimas reliquias quas attulerat, cum ea qua decuit deuotione, vir sanctus reuerenter deposuit in noua beati Martini ecclesia, quam præfatus Dux lapidum ornatu iam restaurârat: ipse verò Domini sacerdos præparauit se ad diuina celebranda mysteria, stolam ac casulam candidam indutus. Qui cùm adstaret sacro altari, tertio Idus Iulij, ac diuina cum summa veneratione tractaret sacramenta, manus Domini visibiliter apparuit inter sacrosancta Missarum solennia, suumque sacerdotē consignauit & confirmauit benedictione perpetua, cum

Eccè quanti fecerint sanctorum reliquias patres nostri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum subsequente promissione ac voce mirabili cælitùs emissa: Quia contempsisti diuitias, & paterni regni pro me refutâsti culmina, ac elegisti pauper esse, & latére abiectus in terra ista deserta & inuia, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum: præparaui tibi coronam inter Angelorum agmina, croque loci huius, in quo resoluéris, defensor & iugis custos: vniuersiq; populi locum hunc cum pia deuotione, & pura cordis intentione visitaturi in tui memoriam, diuina non defraudabuntur gratia in terris, & postmodùm ad gaudia peruenient sempiterna in cælis.

Pſal.83. Merces renunciantiũ diuitijs & honoribus huius seculi quanta sit.

Cap.9.

Subsequente verò tempore preciosa Christi margarita Iudocus, in carne præter carnem viuens, Angelus esse videbatur non homo: qui tandèm cupiens dissolui & esse cum Christo, Idibus Decembris obdormiuit in Domino, Angelorũ obsequijs & Christo duce (cuius præsentiam indicabant intolerabilis claritas splendoris, & incomparabilis dulcedo diuini odoris) deductus in cælos. Cuius corpus, quia virgo fuerat, ac immunis à carnalis commixtionis contagio, ità saluum ac integrum permansit in tumulo, ad sexaginta ferè annos, acsi spiritus vitæ foret in eo. Nam à cunctis corporis sui, vngues manuũ ipsius ac pedum, & capilli capitis barbæque, quasi viueret excrescentes, præcidebantur & radebantur omni sabbato, quousque successor Ducis Haymonis, Doctricus nomine, minùs reuerẽter ac præsumptuosè (immemor illius scripturæ, Non tentabis Dominum) sacrarium violenter irrupit, cum satellitibus suis, ac intrauit locum vbi repositum erat corpus sanctissimi confessoris Iudoci. Qui viso miraculo statim cæcitate percussus, in amentiam incidit, ac miserabiliter exclamãs, Hâ sancte Iudoce, surdus permansit ac mutus quoadusque diem clausit extremum: temeritatisque suę in præsenti seculo excepit pœnam, nè à Domino, bis qui non punit in idipsum, hac de causa damnaretur in futuro.

Eius corpus manet incorruptum 60. annis post mortẽ.

Felix obitus eius.

Deut.6. Matth.4.

Vltio diuina in præsumptuosũ Ducem.

Cap.10.

Hæc de libro vitæ ac gestorum beati Iudoci breuiter excerpsimus, vt vobis, qui eius estis peregrini & confratres, eiusque sub patrocinio degentes, aliquo modo satisfaceremus. Prolixitatem verò miraculorum, quæ per ipsius merita Dominus operari dignatus est, penitùs pertransire dignum duximus, quia in enumerandis omnibus, nec memoria nec sermo vires suppeditant. Hæc quoque quæ nostris vtdimus temporibus missa facientes, pauca in medium proferemus: vtpotè de pluribus quos Dominus resuscitare voluit à morte ad vitam, partim suspendio, partim aqua suffocatis, aut quouis alio mortis genere: quorum vnus Iohannes nomine, per biduum aliquandò submersus, adhuc penès nos est monachus. Et alius quidam Deodatus nomine, quem multi nostrùm hic viderunt monachum, cùm adhuc infans iaceret in cunabulis, inaudito vsque ad nostra tempora miraculo est saluatus. Pater huius Deodati, de quo loquimur, pro consuetudine habebat visitare annuatim beatum Iudocum, ac vota sua cum oblationibus offerre pro se ac sua familia. Contigit autem tempore quodam eum rediisse à sua peregrinatione, & eccè incendium in castro prævaluit. Singulis igitur sedulò occupatis in domorum ac facultatum conseruatione, pater suarum quoquè rerum curam gerens, cunas in quibus iacebat infans, reposuit in quodam latere ecclesiæ, ac ipsum relinquens, beati Iudoci commendauit custodiæ. Tandèm igne conflagratis omnibus, & fastigijs ecclesiæ cum lateribus incendio dirutis, atque in carbones resolutis, infantis sui memor beati Iudoci peregrinus & cultor, cõsternatus est mente præ doloris anguftia: Sanctumque Dei de morte infantis (quasi cum occiderit) redarguens, filium suum constanter ab eo requirere cœpit: comminans, quòd cum decæterò non vellet visitare, nisi suam ei prolem restitueret. Sed necibi defuit diuina misericordia, beato Iudoco in subsidium fideliter inuocato. nam qui tres Hebræos pueros olim conseruauit illæsos in camino ardenti, ipse quoquè modernis temporibus & hunc à tanto conseruauit incendio. Inuentus est enim infans incolumis in carbonũ cumulo, gerie, qui manu sua tenella tangendo carbones, videbatur cum ipsis ludere. Exportato autem infante à patre eius extra incendij locum, & à cunabulis leuato, cum omnium circumadstãtium admiratione, tam ipsæ cunæ, quàm fascia & panni, quibus inuolutus fuerat, dissoluta sunt ac in cineres redacta: vt omnibus innotesceret euidenter, quòd edacitas flammæ, quæ lapidum ac lignorũ duritiam valuit dissoluere, tenerum infantem custodiæ beati Iudoci commendatum non potuit lædere.

Biduò submersus reuocatur ad vitam.

Dan 3.

Infans in medio igne conseruatur illæsus.

Cap.11. Innumera S. Iudoci miracula.

De cæteris miraculis à Domino per beatum Iudocum operatis, in claudorum, surdorum, mutorum, cæcorum, paralyticorum, & aliorum diuersis infirmitatibus laborantium curatione, non est qui possit finem facere, aut ea numero colligere.

Vnum

Vnum tamen est, quod de summę nobilitatis suę origine, & de regio fastigio, etiam post mortem sibi voluit retinere, nè videlicet in ecclesia ipsius, vel vbicunquè fuerit eius sacrum corpus, aliud ardeat, nisi liquor ceræ. Quod infortunio suo experti sunt quondàm tres monachi, qui hæc probare volentes, in ecclesia, vbi sacrum corpus eius fuerat delatum, non timuerant lucernas de sepo deferre: sed fruſtrà, quia nullo modo potuerunt eas accendere. Contigit verò in signum temeritatis suæ, duos ipsorum subitanea morte præoccupari: tertium autẽ nomine Petrum, qui à quibusdam contemporaneis nostris & visus & cognitus est, oris contractione puniri, qui ità deformis permansit omnibus diebus vitæ suæ, donèc spiritum redderet. Vobis itaque sanctum Iudocum annuatim deuotè visitantibus, ac vniuersis ipsius cultoribus, sit pax, honor, & lætitia cordis: vosque & vestra Dei conseruet gratia, & post hanc vitam sempiterna coronet gloria: quod vobis secundùm suam promissionem præstare dignetur, qui viuit in secula, Amen.

Vltio cælestis in temerarios monachos.

MARTYRIVM SS. ARIS, PROMI ET ELIÆ, VT HABETVR OCTAVO LIBRO ECCLES. HISTORIÆ *Eusebij Cæsareensis cap.20. nouæ versionis Iohannis Christophorsoni.*

14. Decẽbr.

DECIMOQVARTO die mensis Apellæi, proximè insequentis, hoc est, ad decimumnonum Calẽdas Ianuarij, quidam pij viri ex Aegypto profecti (in Ciliciam nanque iter susceperant, vt cõfessores, qui ibi versabantur, sua curatione subleuarent Cæsareæ) ab his qui diligenter homines ad portas ciuitatis accedentes perscrutantur, capti sunt. Ex quibus alij eandẽ cum illis quibus erant inseruituri, sententiam & condemnationem subiêrunt: vt oculi nempe & pedes cruciatu illis labefactarentur. Tres autem illorum Ascaloni, vbi capti erant, admirabilem fortitudinis vim in fidei suæ confessione ostendentes, varijs martyrij generibus defuncti sunt. Nam vnus illorum in rogum coniectus fuit, cui nomen Ares: reliquis duobus, qui Promus & Elias appellabantur, capita amputata.

Ares, Promus & Elias, pro Christo occidũntur.

DE SS. ARSENIO, Isidoro, Herone, & dioscoro puero, quære suprà 8. Decembris in historia sanctorum martyrum Alexandrinorum.

PASSIO SS. MARTYRVM NICHASII EPISCOPI RHEMENSIS, ET EVTROPIAE SORORIS EIVS AC SOCIORUM, *vt habetur in perantiquo MS. codice, cui suffragantur antiquissima martyrologia. Habetur quoquè ijsdem ferè verbis in Spec. Vincenty lib.21.cap.37.*

14. Decẽbr.

TEMPORE quo VVandali multas vrbes subuertentes, per diuersas prouincias, nihil aliud quàm Christianorũ sanguinem sitire videbantur, clarebant in Gallijs Nichasius Rhemensis, & Anianus Aurelianensis Pontifices, magnis prodigijs & virtutibus insignes: Qui meritis suis ac precibus, hanciram indignationis Dei diù differre decertârunt, vt populum interìm ad pœnitẽtiam reuocarent. Ast illi thesaurizantes sibi iram, nullatenùs eorũ præceptis salutaribus obtemperabãt. Intereà VVandali castrametantur circa vrbem Rhemorum, & omni regione depopulata, Christianos potissimùm, velut deorum suorum inimicos, & moribus paganorum contrarios, omninò delere satagebant. Vltimo itaque subuersionis die, illis circunquaquè fortiter præliantibus, ciues terrore percluſi, ad sanctum Nichasium in orationibus prostratum cucurrerunt, interrogantes quid vtiliùs fieri decerneret, aut seruituti gentiũ se tradere, aut vsque ad mor-

S. Aniani vitã quære 17. Nouẽbr. Tom.6.

VVandali debellant Rhemenses.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad mortem pro salute vrbis dimicare. Qui præscius, ex reuelatione diuina vrbem penitùs subuertendam, cum magna constantia respondit: Indignationem hanc iusto Dei iudicio, nostris sceleribus prouocatam non ignoramus. Quapropter ad flagella diuina compuncti, non inuiti, aut desperantes, sed patiĕtes & deuotissimè, cum summa spe salutis nostræ suscipiamus mortis periculum: quatenus ipsa mors præsens, non suppliciū nobis fiat, sed remedium. Eccè ego quasi pastor pro quibus mori paratus sum: Proindè instantiùs oremus pro inimicis nostris, salutem illis optantes tanquàm amicis.

S. Nichasius docet de manu Domini suscipienda flagella.

Sancta quoquè Eutropia germana sua, expansis in cælum manibus, plebem pro viribus ad martyrium prouocabat. Dum ergò furibundus paganorum impetus irrueret, vir sanctus comitante sorore, cum hymnis & canticis spiritualibus, ad ostiū basilicæ sanctæ Dei genitricis Mariæ, quam matrem sedis suæ fundauerat, occurrit. Moxque vt ferratas acies vidit, manu silentium indicens, ait: O nutibus diuinis mi-nistra fortitudo, quarè contra naturam humanæ conditionis, victoriam vestræ di-gnitatis in rabiem cōuertitis? Nam veri iuris titulus quōdàm nobiliū bellatorum inscriptus erat: Parcere humilibus & debellare superbos. Et eccè plebs Christiana, Deo suo humilis & deuota, vestris in cōspectibus prostrata, remissionem peccato-rum vsque ad mortē obediens expectat. Pœnitemini & vos pro sceleribus vestris, Deum verum agnoscentes, nè fortè indignatio eius quæ per vos, filijs fit ad corre-ptionem salutis, vobis sit stipendium tartareæ damnationis. Quòd si oues meas perseuerante impietate quæritis trucidare, me primùm pro ipsis, victimam diuinæ maiestati libate, vt pariter digni beatitudine cælesti mereamur inuenīri. His dictis, cùm in oratione prostratus versum hunc decantaret, Adhæsit pauimento anima mea, ilicò gladiatoris ictu sequente, ac capite truncato, verbum sanctitatis ab ore decollati non destitit, sed immortalitatis sententiam quam petijt adimplendo im-petrauit dicens: Viuifica me secundùm verbum tuum.

Item S. Eutropia populum ad martyrium prouocat.

Pſal. 118.

S. Nichasius decollatur.

Sancta verò Eutropia, videns circa se impietatē eorum mitigatam, ob corporis sui pulchritudinem, super interfectorē sacerdotis insiliens: Heu crudelis tyranne, ait, quid fecisti? Magnum Dei virum indignis iugulâsti manibus, & me tibi abuten-dam reseruas? Diuina te iamiamque damnat sententia. Quem ità ad martyrium suum prouocans, saltu repētino raptis palpebris, non fœminea virtute, sed diuina vltione oculos eius euulsit: maluitque gladios persequentium sustinere, quàm de-lectationibus paganorum assentiendo, peccare. Ilicò igitur sacro fuso sanguine, palmam martyrij cum germano suo, & cæteris sanctis ibidèm triumphantibus à Domino promeruit.

S. Eutropiæ zelus.

S. Eutropiæ & sodalium martyrium.

Vniuersorum autem expleta cæde sanctorum, terror subitaneus omnes perse-cutores VVandalos inuasit: cùm propter audaciam virginis, & Dei vltionē quam perspiciebant, tum propter acies cælestes, quas contra se dimicare sentiebant, tum etiam propter horribilē sonitum quem in ecclesia audiebant, ità vt relictis spoliis, irreuocabiliter aufugerent. Sicque manente ciuitate solitaria (nam fideles incur-siones VVandalorum pertimescentes, ad montium munitiones confugerant) sub custodia tantùm Angelica martyrum ibi corpora seruabantur: ità vt in noctibus à longè cælestia conspicerentur luminaria, & suauissimi soni supernarū virtutum à multis audirentur carmina. Vndè ex reuelatione diuina confortati conciues pauciſſimi qui remanserant, ad vrbem properant, ac cum ieiunijs & orationibus hymnorumque decantationibus sanctorum corpora in locis congruis circa ciui-tatem venerabiliter humauerunt: ac decætерò sine timore hostium Domino ser-uierunt. Corpus verò beatissimi Nichasij atq; sanctę Eutropiæ in cœmeterio sancti Agricolæ solenniter sepelierunt. Quorum omnium sanctorum intercessionibus suffulti optata mereamur pertingere ad gaudia cęlestia, per eum qui sine fine viuit & regnat per infiinita seculorum secula, Amen.

Sancti sepulturæ demandātur.

DE S. VALERIANO Episcopo, cuius festum in quintumdecimum diem Decembris incidit, quærat lector in Tomo quinto, 17. Octobris, vbi cum charissi-mus noster confrater Surius inter martyres Africanos posuit.

DE MAXIMO Confessore, mentio fit in discipulorū eius historijs, Aulti sci-licet, ad decimumseptimum diem Iunij, Tom. 3. & Carilephi, Calendis Iulijs, in To-mo 4. vbi per errorem Episcopus nominatur, cùm fuerit tantùm Abbas.

VITA

VITA BREVIS SANCTI VRSICINI RAVENNATVM ARCHIEPISCOPI, VT HABETVR IN PERdocti viri *Hieronymi Rubei, de gestis Rauennatum libro tertio.*

14. Decēbr. S. Vrsicini patria.

LECCLESIO successit in Rauennatū Archiepiscopatu Vrsicinus, patria Rauēnas, procero, sed tenui corpore, facie rubra, magnis oculis, summa vir religione atque innocentia. Hic Iulianum Argentarium in ædificationem augustissimi templi D. Vitalis incumbentem hortatur, vt ad vnius patroni ciuitatis templum, alterum adiungeret D. Apollinari, & geminata pietate ambos Rauennatum deos tutelares, honore afficeret. Id cùm Iustiniano Argentarius significâsset, & Cæsar fuisset assensus, ad classem, vbi templum ignobile D. Apollinari extructum erat, maius ac nobilius templum ædificauit. Quod ad hanc diem extat, ipsam egregij operis admirabilem antiquitatem præ se ferens. Hisdem diebus Bacuda, Iuliani gener, socero opem ferente, in regione Rauennatis vrbis, cui regioni Aphricisćæ cognomētum est, D. Michaëli Archangelo, templum quod adhuc supereſt ædificauit. Nec haud ità pòst multò obijt Vrsicinus Archiepiscopus, cùm annos tres Rauēnati ecclesiæ præfuisset. Sepultus iuxta præcessorem suum Ecclesium, in diuorum Nazarij & Celsi sacello. Eius imago in testudine spectatur Classensis templi. In cuius templi porticu magnis characteribus hæc scripta erant. Beati Apollinaris sacerdotis basilicam, mandato beatissimi Vrsicini Episcopi, à fundamentis Iulianus Argentarius ædificauit, ornauit, atque dedicauit: consecrāte verò beato Maximiano Episcopo, die Nonarum Maiarum, indictione duodecima. Octiès P.C. Basilij. Ferunt autem, cum D. Vrsicini Rauennatis martyris memoriam, cùm obtruncatus ex humo surrexit, caputque ambabus appræhendit manibus, tribus ex collo ramis palmæ prodeuntibus, renouādam curauisse: quòd eo modo sibi ad sepulcrum martyris, orantique visus ipse fuisset.

Eius hortatu D. Apollinari templū extruitur.

Obit mortem.

Miraculum

MARTYRIVM SS. VALENTINI, CONCORDII, NOVALIS, ET AGRICOLAE, VT HABETVR SEcundo libro historiarum Rauennatum Hieronymi Rubei viri doctissimi.

16. Decēbr.

IN ea calamitate, quam Diocletianus Christianis intulit Rauēnæ, Valentinus cum Nouali & Agricola, septimo decimo Calendas Ianuarij, ob Christum acerbissimam necem subiērunt. De Valentino, in vita diui Dalmatij Episcopi & martyris Ticinensis, in hanc sententiam legimus. Ad Dalmatium (cùm is esset in vrbe Alba, patre senatore, & occultè primùm Christianus, mox omnibus statim relictis, palàm Christum Deum prædicare, & miracula edere cœpisset) Valētinus magister militum, cùm ad eius aures fama peruenisset, Rauēna profectus, venit cum rogans, vt filio graui morbo laboranti, ac iam desperato, suppetias ferret. Deum precatus Dalmatius, Valentino renunciat, Concordium filium suum, qui erat Rauennæ, conualuisse: virumq; sanctissimum, itèm Rauennatem, nomine Antonium, eadem die obijsse. Quæ omnia, cùm Valentinus Rauēnam regressus, vera comperisset, denuò ad Dalmatium rediens, vnà cum Concordio filio, sacra baptismatis vnda ablutus est. Cœpit ab eo die Valentinus, Rauennæ Christum profiteri, multisque ad veram eius religionem adductis, tandèm pariter cum filio Concordio, & Nouali, Agricolaque socijs, ob Christum (vti memorauimus) necatus est.

Dalmatij vitā quære suprà quinta Decēbris

S. Valētinus cū filio, credit in Christum, & baptizatur.

Cum socijs præmemoratis occiditur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VTA BREVIS S. GATIANI PRIMI EPISCOPI TVRONENSIS, PER SANCTVM GREGORIVM

æquè Episcopum Turonensem conscripta. Habetur cap. 30. decimi libri historiarum Gallicarum.

18. Decemb.

DE Episcopis Turonicis, licèt in superioribus libris quædam scripsisse visus sum, tamen propter ordinationem eorum, & supputationem, quo tempore primùm prædicator ad Turonicam accessit vrbem reciproca repleuit. Primus Gatianus Episcopus anno Imperij Decij primo, à Romanæ Sedis Papa transmissus est: in qua vrbe multitudo paganorum idololatrijs dedita commorabatur: de quibus nonnullos prædicatione sua conuerti fecit ad Dominum. Sed interdùm occulebat se, ob impugnationem potentum, eò quòd sæpiùs eum iniurijs & cõtumelijs cùm reperirent, affecissent: ac per crypt & latibula, cum paucis Christianis, vt diximus, per eundem conuersis, mysterium solennitatis diei Dominicæ clanculò celebrabat.

S. Gatianus ad Christum multos paganos conuertit.

Erat autem valdè religiosus, & timens Deum, vt nisi fuisset talis, non vtiquè domos, parentes, & patriam ob Dominici amoris diligẽtiam reliquisset. In hac vrbe, sub tali conditione, plures, vt ferunt, annos cõmoratus, obijt in pace: & sepultus est in ipsius cœmeterio, quod erat Christianorum, & cessauit Episcopatus triginta-

Felix obitus eius.

septem annis.

S. Littorius ei succedit.

Secundus, anno Imperij Constantis primo, Littorius ordinatur Episcopus. Fuit autem ex ciuibus Turonicis, & his valdè religiosis. Hic ædificauit ecclesiã primam intra vrbem Turonicam, cùm iam multi Christiani essent. Primaq; ab eo ex domo cuiusdam senatoris basilica facta est. Huius tempore, sanctus Martinus in Gallijs prædicare exorsus est. Sedit autem annis triginta tribus & obijt in pace, sepultusque est in suprascripta basilica, quę hodiè quoquè eius nomine vocitatur. Tertius,

S. Martinus Gatiani ossa sepelit iuxta S. Littorium.

sanctus Martinus anno nono Valentis, Episcopus fuit. Hic transtulit corpus beati Gatiani: sepeliuitque ipsum iuxta sepulcrum sancti Littorij in illa nominis sui præfata basilica.

DE S. NEMESIO, cuius festum in 19. diem Decembris incidit: ac de Ammone, Zenone & socijs, in 20. diem, Quære suprà in historia martyrum Alexandrinorum, 3. Decembris.

DE S. MEMMIO CHATALAVENNSI EPISCOPO, PER S. GREGORIVM TVRONENSEM IN

gloriam Confessorum, capitulo 66.

21. Decẽbr.

S. Mẽmius mortuum suscitat.

CHATALAVENSIS verò vrbis proprius extat patronus Memmius antistes, qui cùm adhuc maneret in corpore mortali, mortuum dicitur suscitâsse. Ad cuius nunc sepulcrum sæpiùs confractas miserorum catenas atque compedes vidimus: sed & nos propriè virtutem eius experti sumus. Quodã enim tempore, dum in vrbe illa cõmoraremur, puer vnus ex nostris à febre corripitur, fatigatur vomitu, ac cibum potumque simul exhoret: nobis verò magna molestia generatur, quòd huius pueri infirmitas, itineri nostro moras innecteret. Nec mora, basilicam Sancti adeo, sepulcro prosternor, pro

S. Gregorius Turonẽsis à S. Memmio salutẽ ægro puero obtinet.

puero effusis lachrymis deprecor, vt qui laborantibus vinctis, disruptis compedibus respectu pietatis plerunquè consolationem exhibuit, huic febricitanti medelę refrigeria ministraret. Mirũ dictu, in ipsa nocte à Sancti virtute visitatur infirmus: manè facto incolumis surrexit à lectulo.

DE SCIRIDONE, Cheremone & innumerabilibus socijs, quære suprà, Decembris in historia sanctorum martyrum Alexandrinorum, circa finem.

DIVI

DIVI GREGORII NYSSÆ PONTIFICIS IN DIEM NATALEM DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI

oratio, Petro Francisco Zino Veronensi interprete.

25. Decẽbr. Psal. 80.

BVCCINATE, inquit Dauid, in neomenia tuba, in insigni die solennitatis vestræ. Cælestis autem doctrinæ instituta omnia sunt instàr legis apud eos, qui audiunt. Quamobrèm, quoniam adest insignis dies solennitatis nostræ, nos itèm obseruemus legem, & efficiamur sacræ celebritatis buccinatores. Legalis autem tuba, vt declarat Apostolus, est oratio. Dicit enim, incertum tubæ clangorem esse non oportere, sed sonis distinctum, vt ea, quæ dicuntur, perspicua sint. Edamus igitur & nos, fratres, clarum aliquem sonum, qui non minùs exaudiatur, quàm si ederetur cornea tuba: quandoquidem & lex in vmbræ figuris antè depingens veritatem, in tabernaculorum celebritate tubis vt caneretur, mandauit. Et pręsens celebritatis argumentum veri tabernaculi mysterium est. In hac enim humanũ ei tabernaculum figitur, qui propter nos formam hominis induit. In hac tabernacula nostra, quæ morte corruerant, instauranda ab eo, qui ab initio construxerat ædificium. Nos etiam ea verba psalmi cum vocali Dauide plaudentes dicamus: Benedictus qui venit in nomine Domini. Quomodò autem venit? Non nauigio, aut curru aliquo, sed incorrupta virginitate in vitam humanam traiecit. Hic Deus noster, hic Dominus, & illuxit nobis, vt diem hanc solennem constitueret in condensis vsque ad cornua altaris.

1. Cor. 14.

Num. 10.

Psal. 117.

Natiuitatis Domini solennis dies etiam antiquiùs habebatur.

Quòd autem mysterium, fratres, in ijs, quæ dicta sunt, contineatur, neutiquè ignoramus: scimus enim vniuersas res procreatas esse velutì templum quoddam Domini, à quo procreatæ sunt. Verùm quia superinducto peccato obstructa erant ora illorum, qui victi fuerant, & exultationis vox obticuerat, & dies festos celebrantium consensus distractus erat, cùm humana natura cum beatarum mentium natura in celebrando non conueniret, idcircò venerunt Prophetarum & Apostolorum tubæ, quas lex corneas vocat, quia ex vero Vnicorni confectæ sunt. Hæ spiritu sancto inflatæ continuum veritatis sonum protulerunt, vt auribus eorum, qui propter peccatum obsurduerant, patefactis, per frequentiam inferioris tabernaculi cum excellentibus illis mentibus, quæ ad altare superius adstant, concinentem vna solennitas cõcelebraretur. Diuina enim illius altaris cornua sunt eximiæ & præstantes cælestis naturæ virtutes, & principatus, & potestates, & throni, & dominationes, quibus cum per tabernaculi excitationem in celebritate coniungitur humana natura, renouatione corporum condensata. Nam condensari, & ornari, & indui, idem est: vt illi, qui hæc intelligunt, interpretantur.

Spirituales tubę corneę quæ sint.

Agitè igitur ad spiritalem choream animos nostros excitemus, nobisque chori ducem, & principem, & coryphæum Dauidem proponamus, & vnà cum illo dulcem illam emittamus vocem: Hæc est dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea. In hac tenebræ incipiunt minui, & crescente splendore, noctis tenebri contrahuntur. Neque enim casu, aut sponte sua contingunt hæc, fratres, in hac die solenni, qua humanæ vitæ splendet diuina vita. Sed per ea, quę cernuntur, mentis aciem intendentibus arcanum quoddã ostendit natura, ac tantùm non vocem emittens docet eos, qui audire possunt, quid sibi velit, quòd in aduentu Domini dies augetur, & nox imminuitur. Mihi enim videor eam sic loquentem exaudire: Considera, homo, qui hæc adspicis, ex ijs, quæ videntur, ea tibi aperiri, quæ recondita sunt. Vides noctem ad summam longitudinem peruenisse, & cùm progredi vlteriùs nequeat, consistere, ac regredi? Cogita exitiosam peccati noctem, quæ malis omnibus artibus aucta, ad summum malitię cumulum venerat, hodiè recisam esse, nè longiùs serperet, atque illuc deincèps redigi, vt planè deficiat, ac deleatur. Vides vberiores lucis radios, & solem solito sublimiorem? Cogita veræ lucis præsentiam Euangelij radijs totum orbem terrarum illustrare.

Psal. 117.

In decrescẽtibus noctibus Dominus nascitur

Quòd autem humanæ vitæ non ab initio, sed extremis temporibus Dominus apparuerit, hanc meritò fortassè causam quispiam existimabit, quòd qui malitiam vt tolleret, humanam vitam erat ingressurus, expectauit necessariò vt omne

Item in extremis seculi temporibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab inimico fatum, propagatumque peccatum germinaret, ac tum demùm, vt legi-
Luc.3. tur in Euangelio, radici securim admouit. Nam & qui præstant medendi faculta-
te, dum febris adhuc corpus exurit, & ex causis morbum efficientibus paulatim in-
tenditur, obsecundant morbo, quoàd vis ad summum peruenerit, nec cibi subsidi-
um vllum ægrotanti præbent. At vbi malum constiterit, patefacto iam toto mor-
bo, tunc artem adhibent. Sic animorum ægrotantium medicus expectauit, dum
malitię morbus, quo natura hominum victa laborabat, se totum aperiret, nè latens
aliquid, incuratum remaneret, si curâsset id solum, quod cernebatur. Itaque nec
Noë tempestate, cùm omnis caro in iniquitate corrupta esset, aduentu suo me-
dicinam attulit, quia nondùm Sodomitici sceleris germen pullulauerat. Nec tem-
pore euersionis Sodomorum Dominus aduenit, quoniam in humana natura
multa adhuc mala latitabant. Vbi enim impius Pharao? Vbi indomita Aegyptio-
rum malitia? Nec tunc igitur tempus fuit, vt huic vitę se Deus commisceret. Opor-
tebat, vt Israëlitarum iniquitas patefieret. Oportebat, vt regnum Assyriorum, & su-
perbia Nabuchodonosor adhuc in vita latitans ostenderetur. Oportebat, vt piorum
cædes, tanquàm scelerata spinosaque planta, ex mala diaboli radice prodiret.
Matth.23. Oportebat, vt Iudæorum Prophetas occidentium, & à Deo missos lapidibus obru-
entium, ac Zacharia tandèm inter templum & altare interfecto, piaculum admit-
tentium rabies detegeretur. Ad sceleratorum germinum numerum adde & in-
Matth.2. fantium ab Herode patratam cædem.

Cùm igitur malitiæ vis se totam effudisset, multisque luxurians modis creuisset
in animis eorum, qui singulis seculis scelere insignes extiterant, tunc Deus, vt ad
Act.17. Athenienses Paulus ait, ignorantiæ tempora despiciens, in diebus vltimis aduenit,
quandò non erat intelligens, nec requirens Deum, quandò cuncti declinauerant,
& facti erant inutiles, quandò concluſa erant omnia sub peccato, quandò iniqui-
tas abundabat, quandò vitiorum tenebræ ad summum vsque terminum venerant.
Tunc apparuit gratia, tunc veræ lucis enituit radius, tunc in tenebris & vmbra
mortis sedentibus ortus est iustitiæ Sol. Tunc humanam carnem indutus multa
serpentis capita pede contriuit, ad terramque allidens conculcauit.

Nè quis autem mala, quæ nunc in vita sunt, respiciens, falsa nos dicere suspice-
tur, quòd in extremis temporibus splenduisse nobis Dominum asseramus. Nam
(obijciat aliquis) qui tempora, quibus malitia retegeretur, expectauit, vt illam au-
ctam cumulatamque radicitùs euelleret sic etiam tollere atque abolere cunctam
debuerat, vt nullæ ipsius in vita reliquiæ remanerent. Nunc autem & homicidia,
& furta, & adulteria, & reliqua omnia flagitia & scelera debacchantur. Isergò, qui
hæc spectans sic obijcit, insigni, peruulgatoque exemplo quæstionem ipsemet sol-
Egregia cõparatio serpentis cum dracone infernali. uat. Quemadmodùm cùm serpentes interficiuntur, non continuò reliquas partes
vnà cum capite mori videmus: sed cùm interierit caput, illæ tamen adhuc vitam
retinent, nec vitali priuantur motu: sic accidit in draconis interitu. Etenim in-
gens cùm esset admodùm fera, quippè quæ singulis hominum ætatibus excreuerat,
qui multiplex eius caput, ideſt, vim illam malorum inuentricem multa in se capi-
ta continentem sustulit, cæterarum ipsius partium tractus neglexit, vt interfectæ
feræ motum posteris ad exercitationis occasionem relinqueret. Ecquod igitur
collisum & effractum est caput? Illud, quod impio consilio mortem intulerat,
Gen.3. quod morsu mortiferum homini virus iniecerat. Quamobrèm qui mortis euer-
tit imperium, vim, quæ in capite serpentis erat, vt ait Propheta, contriuit. Quod
autem huius feræ in humana vita relictum fuit, quodque, quoàd homines vitio-
rum motionibus permouentur, squama peccati vitam irritat, atque asperam red-
dit, potentia quidem, etsi non penitus actu, iam mortuum est, cùm eius caput con-
tusum, & inutile factum sit. At vbi tempus transierit, & ea, quæ mouentur, consti-
1.Cor.15. terint, aduenerit que vitæ huius absolutio, quam expectamus, tunc & cauda, & ex-
trema pars inimici, mors ipsa nimirùm destruetur, atque ità delebitur omninò
cuncta malitia, cùm omnes in vitam per resurrectionem reuocati, qui iusti erunt,
ad cælestem quietem accedent, qui autem peccatis obnoxij, in gehennæ ignem de-
trudentur.

Sed ad præsens gaudiũ reuertamur, quod pastoribus nunciant Angeli, cæli enar-
rant, & Magis prophetiæ spiritus multis varijsq; rationibus prædicat, vt etiam Ma-
Matth.5. gi gratiæ præcones fiant. Nam qui solem suum oriri facit super iustos & iniustos,
quique

quique pluit super malos & bonos, cognitionis radium & rorem spiritus alienis
etiam linguis demisit, vt aduersariorum testimonio magis etiam apud nos veritas
confirmaretur. Audiuisti ariolum Balaam meliori numine afflatum sic alienige-
nis prædicentem: Orietur stella ex Iacob? Eccè tibi, qui ab eo genus duxerunt, Ma- Num 24.
gi ex prædictione ipsius nouum obseruant ortum stellæ, quæ præter aliarum stella-
rum naturam, & motûs & statûs est particeps, & ad vtilitatem hac vritur vicissitu-
dine. Etenim cùm cæteræ stellæ partim in orbe non errante semèl infixæ statum
immobilem sortitæ sint, partim nunquàm cessent à motu, hæc & mouetur, dum Matth.2.
Magis se ducem præbet, & stat, dum illis ostendit locum.

Audis Esaiam clamantem: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis? Disce Esa.9.
ab eodem Propheta, quomodò natus sit puer, quomodò datus sit filius. Num iuxta
naturæ legem? Minimè verò, inquit. Legibus enim naturæ non paret, qui naturæ
Dominus est. Quomodò igitur natus est puer? Dic. Eccè, inquit, Virgo in vtero Esa.7.
concipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel. Quod si interpre- Matth.1.
teris, significat, nobiscum Deus. O rem admirandam. Virgo mater efficitur, & per-
manet virgo. Cernis nouum naturę ordinem? In alijs mulieribus, quandiù aliqua S. Matia post partum permanet virgo.
est virgo, non est mater. Nam posteaquàm est facta mater, virginitatem non ha-
bet. Hic autem vtrunque nomen in idem concurrit. Eadem enim & mater, & vir-
go est. Nec virginitas partum ademit, nec partus virginitatem soluit. Decebat
enim, vt qui in vitam humanam introibat, vt homines integros incorruptosque
seruaret, ab incorrupta sibi deseruiente integritate initium duceret. Nam homi-
num consuetudo expertem connubij, incorruptam appellat.

Hoc mihi antè magnus ille Moses per eam lucem, in qua sibi Deus apparuit, vi- Exod.3.
detur cognouisse, qui cùm rubus arderet, nec tamen cõsumeretur: Assendam, in-
quit, & videbo visionem hanc magnam: non loci motum, vt arbitror, per assen-
sum declarans, sed temporis transitum. Quod enim tunc per flammam & rubum
significabatur, progrediente tempore, quod intercedebat, perspicuè in mysterio
Virginis apertum fuit. Quemadmodùm enim illic est rubus, & tangit ignem, &
non comburitur, ità hîc est Virgo, quæ lucem parit, & non corrumpitur. Quòd au-
tem per rubum Virginis corpus, quod Deũ susceperit, intelligatur, nè te similitudi- Luc.8. Hebr.6.
nis pudeat. Nam omnis caro propter peccati susceptionem, & ob id ipsum tãtùm,
quod est caro, peccatum est. Peccatum autem in scriptura vocatur spina.

Ac nè à proposito longiùs euagemur, fortè non erit intempestiuum, si incor-
ruptæ matris testem eum, qui inter templum & altare fuit occisus, proferamus. Matth.23.
Hic est Sacerdos Zacharias, non Sacerdos solùm, verumetiam Propheta. Ac pro-
phetiæ quidem potestas in Euangelij libro declaratur, cùm viam hominibus mu-
niens diuina gratia, nè Virginis partus incredibilis putaretur, minoribus miraculis
fidelium assensum sic exercuit, vt fœmina sterilis, & vir iam ætate confectus filium Luc.1.
susciperent. Hoc mirandi Virginis partûs proœmium fuit. Etenim sicut Elisabeth,
quæ sterilis ad senectutem peruenerat, non potestate naturæ fit mater, sed ei diui-
no consilio filius nascitur: sic quod in virgineo partu non credendum videtur, si
referatur ad Deum, credibile est. Quoniam igitur ex virginitate prouenientem
præcedit nuncius sterilis, qui ad vocem illius, quæ Dominum vtero gerebat, ante-
quàm in lucem prodiret, in aluo matris exiliuit, simul àc natus est præcursor Ver-
bi, prophetico spiritu Zachariæ silentium soluitur. Quæcunque autem differuit
Zacharias Propheta, ad futurum spectabant.

Hic igitur diuino numine ad occultorum cognitionem ductus, cùm virgini-
tatis mysterium in partu incorrupto non ignoraret, in sacro templo Virginem
matrem à loco virginibus per legem assignato non semouit, Iudæosque docuit,
naturam humanam vnà cum reliquis omnibus rerum omniũ effectori & Regi ità
subiectam esse, vt arbitratu suo eam ipse regeret, non autẽ ab ea regeretur: itaque
in manu ipsius esse, nouam ortûs rationem moliri, quæ matrem esse virginem non
impediret: quamobrèm eam se à virginum loco non exclusisse. Locus autem ille Zacharias, pater Iohãnis Baptistę inter templum & altare occiditur.
erat spatium quoddam inter templum & altare. Cùm igitur audiuissent Iudæi re-
rum omnium Regem in vitam humanam diuino ordine prodijsse, metuentes, nè
Regi subderentur, sacerdotem, qui hæc de ipso partu testificabatur, ad ipsum altare
sacrificantem interfecerunt.

Sed lõgè à proposito aberrauimus, cùm ad Bethleẽ, de qua in Euãgelio, oratione
recurrere

Universidad de Deusto
Biblioteca

recurrere nos oporteret. Nam si verè pastores sumus,& proprijs gregibus inuigilamus,ad nos vtiquè spectat Angelorum vox, quæ magnum hoc gaudium nunciat.

Luc.2. Oculos igitur in cælestem exercitum intendamus, tripudium spectemus Angelorum,diuinum ipsorum cantum audiamus. Qui nam plaudentium sonus? Gloria, clamant,in altissimis Deo. Cur diuino numini, quod in altissimis cernitur, gloriam tribuunt? Quoniam,inquiunt,& in terra pax.Ob hoc spectaculum gaudio perfusi sunt Angeli. In terra pax. Quæ priùs detestabilis erat,quæ spinis ac tribulis plena solitudo,quæ damnatorum exilium,quæ belli regio,hæc pacem suscepit.O rem

Psal.84. admirabilem. Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit. Talem dedit hominũ terra fructum suum.Et hęc fiunt pro bona in hominibus voluntate. Deus humanæ naturæ commiscetur,vt ad sublimitatem diuinam hominem tollat.

His auditis, in Bethleem proficiscamur, nouum spectaculum contemplemur: quomodò partu suo Virgo lętetur,quomodò lactet infantulum. Sed priùs auscultemus,quid de ipsa memoriæ proditum sit. Virginis pater (vt ex historia quadam incerti authoris accepi) fuit insignis quidam ciuis, obseruantia legis & vitæ probitate in primis nobilis,qui sine filijs ad senectutem peruenerat, cùm minùs idoneam ad gignendum vxorem haberet. Habebatur autem matribus ex lege honestior quidam,quo carebant fœminæ,quæ liberos nullos susceperant.Quapropter & hęc

1.Reg.1. imitata id,quod de matre Samuelis scriptum est,in sanctum sanctorum ingreditur, & supplex Deum orat,nè se legis benedictione sinat excidere, cùm nihil vnquàm

S. Anna vouet Deo votum, & reddit. admiserit contra legem. Quòd si mater euaserit,se quodcunque pepererit, ei dedicaturam. Quamobrèm cùm voti compos effecta filiam suscepisset, eam vocauit Mariam, vt ipso etiam nomine testaretur acceptum munus à Deo. Illam igitur, cùm iam grandiuscula esset, nec vbere matris ampliùs indigeret, ducens ad templum Deo reddidit,& studiosè promissum exoluit.

Sacerdotes autem,quandiù paruula fuit,ad Samuelis similitudinem in sanctis ædibus educârunt: sed cùm iam adolescceret,consulebant,quid nam agerent de sacro illo corpore,nè Deum offenderent. Etenim naturæ legi illam subijcere, vt

Instàr est sacrilegij,si virgo Deo dicata,homini iungatur in matrimonio. cuipiam in matrimonio collocata seruiret,absurdissimum videbatur. Instàr enim sacrilegij fuisset,si muneris Deo sacrati dominus homo fieret. Legibus enim erat constitutum,vt maritus dominaretur vxori. Mulierem rursùs inter sacerdotes in templo versari,atque in sanctis ædibus conspici,nec lex, necgrauitas permittebat. Deliberantes igitur in hanc sententiam diuinitùs conuenerunt, vt eam connubij nomine cuipiam desponderent,qui tamen ad custodiam eius duntaxàt esset idoneus. Ad hoc autem munus aptissimus inuentus est Ioseph ex eadem tribu & patria, qua erat Virgo. Sacerdotum ergò consilio Ioseph puellam sponsam accipit.

Quæ tamen coniunctio sponsalia non est egressa.

Luc.1. Tunc ad Virginem missus est Gabriel, qui ei diuinæ voluntatis arcanum aperiret. His autem faustissimis verbis vsus est. Auegratia plena,Dominus tecum. Con-

Gen.3. traria hæc est oratio illis vocibus,quas prima mulier audiuit. Tunc enim illa doloribus propter peccatum damnata est: nunc autem in hac per gaudium dolor

S.Mariæ annunciatio. expellitur. In illa molestiæ partum præcesserunt: huic partum lætitia prænunciat. Nè timeas,inquit. Quoniam omnibus mulieribus timorem affert partûs expectatio,dulcis partûs promissione timor eximitur. In vtero,inquit,concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populũ suum à peccatis eorum. Quid autem Maria? Audi pudicam Virginis vocem: Quomodò erit mihi istud,quoniam virum non cognosco? Angelus partum nunciat: at illa virginitati inhæret,& integritatem Angelicæ demonstrationi anteponendam iudicat. Nec Angelo fidem non habet,nec à proposito recedit suo. Interdixi, inquit, mihi consuetudinem viri. Quomodò istud erit mihi, quoniam virum non cognosco?

Vides etiã antiquæ legis tempore fuisse in vsu Virginitatem? Hæc Mariæ vox declarat ea,quæ ex historia incerti authoris cõmemorauimus,non esse penitùs absurda. Si enim liberorum causa ducta fuisset à Ioseph, quomodò parturam Angelo prænuncianti, se rem nouam, & alienã audire præ se tulisset,cùm ipsa quoq; sese obstrinxisset naturę lege,vt aliquandò mater esset? Verùm quia carnem Deo consecratã,tanquàm sanctũ aliquod oblatum munus,oportebat intactã intẽdi,atque prestare,idcircò, Licèt,inquit, Angelus sis, licèt è cælo venias,licèt id, quod ostenditur,naturã superet humanam, tamen me virum cognoscere nefas est. Quomodò sine viro mater ero? Ioseph enim sponsum noui,sed virum non cognosco.

Quid

Quid ad hæc auspex Gabriel? Quem thalamum sanxit puro,impollutoque connubio? Spiritus sanctus,inquit,superueniet in te,& virtus altissimi obumbrabit tibi. O beatum vterum illum,qui bonitatis præstantia ad se traxit animi bona. In re-

S.Mariæ cuiquis enim omnibus vix animus purus Spiritûs sancti præsentiam capit: hîc autem caro fit Spiritûs receptaculum. Sed & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Quid ro S. Spiritûs receptaculum. significat arcanus hic sermo? Christus Dei virtus est,& sapientia, vt ait Apostolus. 1.Cor.1. Virtus igitur Altissimi,quæ Christus est, per aduentum Spiritûs sancti formatur in Virgine. Quemadmodùm enim vmbra ad præcedentium corporũ figuram effingitur, sic forma & indicium diuinitatis Dei in virtute ipsius, qui paritur, ostendetur: & imago,& signum,& adumbratio, & splendor exemplaris per admirabilem rerum effectionem demonstrabitur. Christi conceptio.

Verùm hortatur nos Euangelium,vt in Bethleem oratione reuertamur, & quæ in antro sint mysteria videamus. Quid nam est hoc? Puer pannis inuolutus,& positus in præsepio: & Virgo post partum,ac incorrupta mater complectitur filium. Luc.2. Emittamus illam Prophetæ vocem: Sicut audiuimus,sic vidimus in ciuitate Domini virtutum,in ciuitate Dei nostri. Num hæc,quæ audiuimus de Christo,fortuna & casu contigerunt,& scripta sunt,an historiæ subest aliqua ratio. Quid sibi vult hæc Domini in antro sedes? hæc in præsepi reclinatio? Cur tempore descriptionis tributorum in vitam ingreditur? An perspicuum est, cum, quemadmodùm à legis execratione nos eripit factus ipse pro nobis execratio,& liuores nostros in se transfert,vt eius liuore nos curemur,sic etiam vectigalem fieri,vt nos à grauissimo vectigali,quod ab homine mors exigit,liberaret? Quòd verò speluncam vides, in qua paritur Dominus, cæcam hominum vitam, & sub terra demersam cogita,in qua nascitur ille,qui in tenebris ambulantibus,& in regione vmbræ mortis sedentibus se ostendit. Pannis autem obuoluitur,& fascijs constringitur,qui peccatorum nostrorum catenas subit& vincula. Psal.47. Eius nativitas. Esa.53. Esa.1.

Præsepe verò,in quo Verbum gignitur,bestiarum est domus, vt cognoscat bos possessorem suum,& asinus præsepe Domini sui. Per bouem intellige illum, qui legis iugo subiectus est: per asinum autem, quod est animal ferendis oneribus natum,cum,qui simulacrorum cultûs onustus est crimine. Cæterùm commune ratione expertium animalium pabulum & vita, fœnum est. Producens, inquit Propheta,fœnum iumentis. Quod autem ratione præditum est animal,vescitur pane. Psal.103. Cur in præsepio Dominus sit positus.

Idcircò in præsepi, quod est animalium ratione vacantium sedes,è cælo delapsus vitæ panis proponitur,vt & quæ à ratione remota sunt animalia, rationis cibo nutriantur, atque ità ratione decorentur. Medium igitur in præsepi se inter bouem & asinum vtriusque Dominus locat, vt medium parietem maceriæ soluens,duos condat in semetipso in vnum nouum hominem,ab altero graue legis iugum eripiens,alterum simulacrorum cultûs onere liberans. Ephes.2.

Sed oculos ad mirabilia cælorum spectacula tollamus. Eccè enim non Prophetæ solùm & Angeli gaudium hoc nobis denunciant, verumetiam cæli rebus suis admirandis Euangelij gloriam prædicant. Ex Iudæis, vt ait Apostolus, Propheta Christus ortus est. Sed eius ortu non illuminatur Iudæus. Peregrini, & à testamentorum promissione,benedictioneque patrũ alieni sunt Magi, qui cognitione populum Israëlitam anteuertunt, & cælestem agnoscentes lucem, & in spelunca Regem non ignorantes. Hi munera afferunt,illi insidias struunt. Hi venerantur,illi persequuntur. Hi gaudent inuento,quem exquirebant, illi nunciatũ ipsius ortum reformidant. Videntes enim, inquit, stellam supra locum, vbi erat puer, gauisi sunt gaudio magno valdè. Herodes autem sermonem audiens turbatus est,& omnis Hierosolyma cum illo. Hi & tanquàm Deo thus offerunt, & auro dignitatem regiam colunt,& prophetica quadam gratia per myrrham mortis dispositionem sùbsignificant. Illi verò cunctos infantes vnum in locum coactos internecionem tollendos censent.Quod eos mihi non solùm crudelitatis,verumetiam summę dementiæ videtur coarguere. Hebr.7. Tres Magi neoplasto Christo munera offerunt. Matth.2. Sancti infantes occiduntur.

Quid enim sibi vult ista puerorum trucidatio? Cur ausi sunt homicidæ sese tanto scelere obstringere? Quoniam nouum quoddam,inquiunt, mirandumque cæli portentum Regis indicium Magis nunciauit. Quid igitur tum? Aut portendenti signo fidem habes vt vero,aut quod rumore iactatur, vanum putas. Si talis est, qui cælos sibi fecerit inseruire, prorsùs est supra manum tuam. Sin autem in potestate tua

Universidad de Deusto
Biblioteca

tua est,vt ille vel viuat,vel moriatur,eum frustrà pertimescis. Qui enim id agit,vt imperio tuo subditus ipse sit,pro quo molietur insidias? Cur horrendum illud datur mandatum? Cur impia fertur sententia, vt miseri infantes trucidentur? Quid peccârunt? Quid morte,aut supplicio dignũ admiserunt? Crimen vnum duntaxât habent,quòd nati sunt, & in lucem editi. Et propterea necesse fuit,vt ciuitas carnificibus compleretur? vt cogeretur matrum multitudo, & infantium populus? vt adessent etiã patres? & generis propinquitate coniuncti ad sæuum facinus congregarentur? Quis oratione calamitatem describat? Quis acerbitatem enarrans ocu-
Matrum & propinquorum lamentatio. lis adspiciendam proponat? mixtam illam lamentationem, luctuosum questum puerorum, matrum, propinquorum, patrum ad minas carnificum miserabiliter exclamantium?

Quis dicendo possit exprimere carnificem gladio contra puerum irruentem, & toruo,trucique vultu contuentem,ac verbis crudelibus alloquentem,vna quidem manu corripientem infantulum,altera verò gladium adigentem? Matrem porrò ex altera parte filium ad se trahentem, obijcientemque ceruicem suam acuto gladio,nè miserum filiũ carnificis manu necatum proprijs oculis intueatur? Quis explicet ea,quæ patres agunt,reuocationes,suspiria,postremos filiorum complexus præsertim cùm idem à multis fiat eodem tempore? Quis variam multiplicemque calamitatem,& conduplicatos puerperarũ dolores partûs exponat? & acerrimas, quas admouebat natura,faces? Quomodò puer infelix & vberi simul inhæreret,& per viscera letalem plagam acciperet? Quomodò misera mater simul infantis ori subderet vbera, & sinu sanguinem eius exciperet? Manûs autẽ impetu sæpenumerò carnifex vno gladij ictu filium & matrem consauciabat, & vnus sanguinis riuus ex matris plaga,& ex mortifero vulnere filij mixtus decurrebat.

Iam verò cùm nefaria Herodis sententia non solùm nuperè geniti necarentur, sed etiam illi,qui alterũ agebant annum,raperẽtur ad mortem,(Scriptum est enim
Matth.2. eum iussisse, bimulos & minores interfici) videre erat matres non paucas, quæ eo temporis spatio duos filios enixæ fuerant. Quod nam igitur rursùm in his spectaculum cernebatur,cùm duo carnifices circa matrẽ vnam essent occupati, vnusque propè currentem filium ad se raperet, alter autem lactentem adhuc infantulum è gremio matris euelleret? Quid tum faciat mater infelix,cùm natura bifariàm in filios diuellatur,& vtroque filio maternis visceribus ex æquo faces admouente nesciat,vtrum ex carnificibus priùs sequatur,cùm vnus ex hac,alter ex illa parte pueros ad cædem trahat? Præcurrat ne ad nuperè genitum,confusos, indistinctosque gemitus emittentem? At inhibetur ab altero iam loquente,balbutientique lingua matrem inclamante. Quid nam agat? Quò se vertat? Vtrius voci voce sua respondeat? Vtrius gemitum gemitu excipiat suo? Vtrius defleat necem,cùm vterque naDies festus Natalis Domini. turæ stimulis æquè miseram feriat? Sed amoueamus aures ab hisce quæstibus, & ad lætiora,dieique festo magis conuenientia cogitationẽ conuertamus,licèt Rachel,
Hier.31. vt inquit Propheta,clamans filiorum cædem deploret. In die enim festo, vt ait sapiens Salomon,malorum decet obliuisci.

Quæ autem nobis celebrior dies hac esse potest, in qua malas diaboli tenebras discutiens iustitiæ sol per naturam nostram illucet mundo? in qua qui cecidit, excitatur? qui victus est,in gratiam recipitur? qui eiectus est, reuocatur? qui è vita excidit, ad vitam redit? qui seruitutem seruiuit, regni dignitatem assequitur? qui mortis vinculis constrictus est,ad regionem viuentium reuertitur? Nunc, vt propheta testatur,æreæ mortis portæ confringuntur, ferrea comminuuntur vincula,
Psal.106. quibus anteà genus hominũ in mortis custodia conclusum detinebatur. Nunc, vt
Psal.117. cecinit Dauid,recluditur porta iustitiæ. Nunc per totum orbem vna voce festum
1.Cor.15. celebrantium clamor exauditur: Per hominem mors,& per hominem salus. Primus in peccatum lapsus est: iacentem secundus suscitauit. A muliere mulier defensa est. Prima peccato aditum patefecit: hæc,vt testamenti pateret aditus,minis-
Gen.3. tra fuit. Illa serpentis consilium est secuta: hæc serpentis interfectorem exhibuit,
Luc.2. & lucis authorem in lucem edidit. Illa per lignum induxit peccatum: hæc per lignum gratiam intulit. Lignum autem Crucis intellige,cuius fructus est semper vi-
Fructus ligni Crucis, vita est immortalis. rens,& gustantibus vita fit immortalis. Nullus autem hanc gratiarum actionem Paschatis tantùm mysterio putet conuenire. Sic enim cogitet, Pascha quidem diuinæ dispositionis esse finem, qui tamen finis consequi nequeat, nisi principium antece-

dat. Quid igitur antiquius est? Ortus nimirùm morte. Etsi igitur huius bona sunt,pars tamen bonorum ipsius ortus.

Quòd si quis munera, quæ in Euangelijs commemorantur, enumeret, si recenseat miracula curationum,in inopia & fame ciborum copiam,mortuorum è momentis excitationem, subitam atque improuisam effectionem vini, expulsiones dæmonum, varias affectiones ad valetudinem reuocatas, claudorum saltus, illitos luto cæcorum oculos,diuinam doctrinam,leges latas, arcanam similitudinum significationem,hęc omnia huiusce dici gratia compræhenduntur.Hęc enim bonorum,quæ deincèps consecuta sunt,omnium initium fuit. Quamobrèm exultemus,& lætemur in ea.
christi nativitas omnium bonorũ initium.

Negligamus, vt hortatur Propheta, exprobrationem hominum,nec despectione ipsorum sinamus nos vinci, qui diuinæ dispositionis & prouidentiæ rationem irrident,quasi non decuerit Dominum subire corporis naturam,nec in hominum vita nascendo versari. Ignorant enim rei mysterium, quo Dei sapientia nobis salutem afferre constituit. Eramus spontè peccatis nostris venditi, & instàr eorum, qui argento veneunt,vitæ nostræ inimico mancipati. Quid tibi à Domino optan-
Esa.52. dum fuit? Nónne vt eripereris è seruitute? Cur igitur curiosè requiris modum? Cur benemerenti benemerendi rationem præscribis,non secùs,àc si quis benemerito succenseat medico,quòd se non hac,sed illa ratione curauerit? Quòd si diuini consilij rationem curiositate ductus exquiris, hoc tibi satis sit intelligere, non vnum aliquod bonorum, sed quicquid boni cogitatione ac mente concipitur, illud esse diuinum numen,potens,iustum,bonum,sapiens, omnia deniquè nomina & notiones,quibus natura diuina declaratur.

Considera igitur mihi,num in hoc beneficio, quo nos affecit,cernantur omnia, quæ dicendo percurri, bonitas, sapientia, iustitia,potentia. Vt bonus detertorem amauit. Vt sapiens rationem inuenit,qua seruitute oppressum in libertatem vendicaret. Vt iustus in seruitute continentem,& emptionis iure possidentem non coëgit,sed seipsum pro illo,qui victus erat,tradidit, & tanquàm vas & sponsor debitum ipse persoluit,vt eum,qui obstrictus erat,liberaret. Vt potens non victus est
Caro Christi non vidit corruptionem. in inferno,nec eius caro vidit corruptionem. Neque enim fieri poterat, vt vitæ author ac Dominus à corruptione vinceretur.

At turpe, inquies, fuit, eum in vitam humanam ingredi,& carnis molestias experiri. Immò verò hîc apparet muneris amplitudo. Etenim cùm aliter è tantis malis homo liberari non posset, beatitudinis Rex gloriam suam cum vita nostra
Iohan.1. commutauit. Ac puritas quidem ad nostras sordes sese demisit. Sordes tamen ipsæ puritatem non attigerunt. Lux enim, vt in Euangelio legitur, in tenebris fulsit, tenebræ autem eam non compræhenderunt. Nam tenebræ præsentia splen-
2.Cor.5. doris euanescunt. Sol in tenebris non obscuratur. Quod mortale est, absorbetur à vita, quemadmodùm scribit Apostolus: non autem vita à morte consumitur. Quod corruptum fuit, cum incorrupto seruatur: corruptio autem ad incorruptionem non accedit. Idcircò communis rerum omnium procreatarum concentus exurgit Dominum suum vna voce collandantium,sic omni lingua cælestium,terrestrum,atque infernorum exclamante: Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris laudandus in æternum,Amen.
Philip.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SERMO BEATI PETRI DAMIANI DE S. PROTOMARTYRE STEPHANO, VT *habetur octauo Tomo Aloysij.*

26. Decẽbr.

Psal.44.

ADHVC filium Virginis habemus in manibus, & obsecutoria delinitione vagientis Dei honoramus infantiam. Ducit nos Virgo ad veneranda cunabula, & speciosa præ filiabus hominum, ad speciosum forma præ filijs hominum: benedicta inter mulieres, ad benedictum inter homines nos conducit. Submurmurat nobis in aurem (nè fortè domus exasperãs audiat & concitetur) reuelata esse velamina Prophetarum, & completum consilium Dei. Videte miraculum matris Domini, quia creatura creat, & creator creatur. Scintillat fidus, magus adorat, exultat polus, tellus resultat, gloriantur Angeli, pastores adgaudent, virgo parit, nascitur Deus, & cælorum luminaria clarioris lumine lumen exortum in tenebris prosequuntur. In istis bonis versamur. Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis. Scio quia dulce vobis est, In principio erat verbum: dulcius, Verbum caro factum: dulcissimum, Verbum in Cruce suspensum. A tanto puerperio quis insanus oculos suos amouere, nedùm auellere præsumat, nisi ipse iubeat qui dicit: Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt?

Vides Deũ & hominẽ ex beata virgine nasci? Psal 126. Iohan. 1. Cant. 6.

Cant. 1. Act. 6.

Eccè dum osculatur nos osculo oris sui, dum tãtis miraculis & stupidos nos facit & attentos, Stephanus plenus gratia & fortitudine, facit prodigia & signa magna in populo. Nunquid æquum est derelinquere Regem, & ad militem oculos retorquere? Nequaquàm, nisi imperauerit Imperator. Surgit ipse Rex filius Regis, & lapidantium acies interrumpens, triumphatorio certamini non sine dolore cordis assistit. Videt opprimi primum & primicerium purpuratę cohortis, & grandinaria lapidũ densitate, fontes sanguinis de corpore protomartyris ebullire. Videt quia vniuersa debacchatio redundat in ipsum, & ipsi soli improperia exprobrantium cumulantur. Vbi pietas & misericordia tua Domine, si non compateris patienti? Vbi & æquitas, & iustitia, si non iudicas, & vindicas de populo lapidante? Curramus ad spectaculum, ad quod currit, qui exultat vt gigas ad currendam viam, & videamus quibus armis armatus vexillifer martyrum in campũ pugnaturus descendit: & vt diligentiùs eluceſcat singularis martyrij prima prærogatiua, renocemus ad memoriam Apostolicorum actuum descriptionem, in quibus historicis & figuralibus dictis conuersatio & passio belligeri militis continetur.

Psal. 18.

Act. 6. & 7.

Stephanus, inquiunt, plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & signa magna in populo. Non paruũ latet hîc mysterium, nec vilipendenda simplicioris scripturę manifesta positio. Ad Virginem quippè loquens Archangelus verba de cęlestibus scrinijs sumpta, nec alterius, nisi ipsius Dei spiritu fabricata, noua salutatione perorat. Nulli dubium, quin omnium verborum excedant altitudinem, vtpotè de melioribus disciplinis sancti Spiritũs euoluta, quorum enunciatione confœderandum erat illud vnicum sacramentum Verbi & hominis, diuinitatis & carnis. Aue, inquit fortitudo Domini, gratia plena. Quid autem de Stephano? Stephanus plenus gratia & fortitudine. Nonne Lucas eiidem penè literis de vtrisque loquitur? Sed licèt longè excellentior modus in Virgine prędicetur, secundariò tamen laudatur in Martyre. Habet igitur gratiam Stephanus sublimiori genere quàm reliqua martyrum multitudo, plenus gratia, refertus videlicet, & cumulatus, quod rarò in scripturis canonicis subtilis inquisitor inueniet. Iungitur gratiæ fortitudo, quia infuso spiritu libertatis ignitus animus in lucẽ veritatis erumpit, nec patitur vllo pacto rigorẽ iustitię vel submitti aliquandò, vel dimitti. Sic loricatus gratia, & hasta fortitudinis sapiẽter infrendens, faciebat prodigia & signa magna in populo. Ille potest signa & prodigia facere, in quo gratia & fortitudo sedẽ fortissimam statuerũt. Sic exit Stephanus ad homicidas, ad legis adulteros, ad crucifixores filij Dei patris: loquitur genti peccatrici in Aegypto, populo graui iniquitate in deserto, semini nequam in terra promissionis, filijs sceleratis in morte Saluatoris. Dura cervice, inquit, & incircũcisi corde & auribus, vos semper Spiritui sancto restitistis, &c.

Luc. 1. Deipara virgo & Stephanus præcæteris plenigratia.

Esa. 1.

Surre-

Surrexerunt autem quidam de synagoga, vtiquè satanæ, & vndiquè conglobantur, vel ad conuincendum, vel ad occidendum: faciunt parietem vnum, impietatis squama squamæ coniungitur: sibilant sibi serpentes adinuicèm, & conueniunt in vnum aduersùs Dominum, & aduersùs seruum eius. Velit nolit, cedit impietas pietati, veritati error, stultitia sapientiæ, Spiritui sancto præsumptio & vanitas spiritùs humani. Et non poterant, inquit, resistere sapientiæ & Spiritui, qui loquebatur. Non dixit, Non volebant, quod rationabilium est & perfectorum: sed, non poterant, vbi menti malæ facultas tollitur, non voluntas mutatur. Redarguebantur, ait, ab eo cum omni fiducia. Fiducialiter agit, nec mutat, nec mutatur mens imperterrita, quæ magìs amat iustitiam, quàm vitam, fidem, quàm sanguinem, mortem, quàm iustitiæ taciturnitatem. Concurrentes rapiunt eum, adducunt in concilium, & gaudent eum infra sua retiacula conclusisse. Sed frustrà iacitur rete ante oculos pennatorum. Tunc vox liberior, & illorum cotibus sermo exacuitur veritatis, tumque martyrem rapit sibi Spiritus Dei, & ex eius ore sonantiori organo modulatur. Apparet ei vna facies scripturarum, & veteris instrumenti dispendia in compendiosam redigit breuitatem. Replicat promissiones & beneficia Dei, murmurationes & maleficia populi, bona præstita, reddita mala, & ad extremum diuini sanguinis exprobrat effusionem: Vocat refractarios Spiritui, dura ceruice, incircumcisos corde & auribus: & sublimi voce homicidas & proditores appellat. Non vetetur conuenticula congregata de sanguinibus, & inter manus quærentiũ animam eius, deliberatione iustitiæ cacumen veritatis ascendit. Dissecantur cordibus, & stridٍent dentibus in eum, concipiunt dolorem, & propè est vt pariant iniquitatem. Mirum quia non reuocantur insueti nouitate miraculi, quòd luminosa protomartyris facies non refrenat insanos. Videbant, inquit, faciem eius tanquàm vultum Angeli stantis inter illos. Quid est, Iudæi? Lumine vultûs Dei insignitur gloriosus Leuita, & vibranti splendore Stephanus serenatur, reuerberantur oculi vestri, & tamen inuidiæ magnitudo, visionis maiestatem occludit. Respondeant mihi diuinorum voluminum euolutores, vbi reuoluerint, hominem in terris positum, vultum Angelicũ induisse, & cùm in vtrisque legibus vel rarò, vel nunquàm inuenerint, adstupeant gloriæ triumphantis.

Zelus eius. Psal. 15.

Inuidia Iudæorũ, oculos mentis occlusit.

Sequitur: Cùm autẽ esset plenus Spiritu sancto, intendens in cælum, vidit gloriam Dei, &c. Mirum dictu, & totius supergressio creaturæ. Intendit in cælum, videt iam non cælum, sed cælos apertos, videt gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei videtur, Iesus conspicitur, stans non solùm à dextris Dei, sed à dextris virtutis. Hanc intentionem fecerat abiectio mundi, contemptus sui, cordis munditia, dilectio Dei, amor proximi, veritatis defensio, desiderium Christi. Retorquenda essent hæc omnia ad communes flosculos moralitatis, nisi esset excellentia martyris commendanda. Felices oculi, subtilis visus, visio glorioſa. Simulque signanter recollige positionem verborum. Plenus est Spiritu, & sic intendit in cęlum: quia qui Spiritu diuinitatis afflatur, conculcatis terrestribus, cælestibus inhiat & æternis. Post hæc aperiuntur cæli, nullaque prævalet obfirmatio vel clausura, quam non transuolet aut irrumpat mens illa summę menti affectanter inhærens. Aperiuntur ergò cæli, & puto quòd omnes cæli, eorumque apertionem sequitur visio gloriæ Dei, & videtur Dominus Iesus stans à dextris virtutis Dei. Nè Patre minor esse putetur, stat cum stante, cum bellante bellatur, quia lapidatur in lapidato.

S. Stephani constantia & immutabilitas.

Prou. 1.

Beatè quibꝰ donis fruãtur, qui spiritu Dei agũtur.

Cur Dei filius à dextris patris sui stet.

Non mediocris stupor inuoluit me, vtrùm primitiuus flos martyrum corporeis, an incorporeis oculis ista prospexerit. Grande quidem miraculum, si mentali intuitu stellantibus se immersit arcanis, si mundi corde oculi tam solennem inspexerint visionem. Quòd si corporalibus, certum est hunc omne hominum genus disparilitate gloriæ præuolâsse, & pennis fidei & virtutum, incorporea corporeis, & si non comprehendisse, apprehendisse tamen. Nihil audeo temerè diffinire, vel ex abrupto præcipitare sententiam, cùm finitiuam super huiusmodi regulam me non legerim inuenisse. Securiùs tamen sequor Apostolum, immò spiritum Dei in Apostolo, qui cum summa verborum deliberatione magis securæ ambiguitati, quàm periculosæ diffinitioni, ista committit. Siue, inquit, in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit.

2. Cor. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exclamant ſtatim clamore horribili, continent aures ſuas, & eas obſtruunt veritati. Impetum fecerunt vnanimiter in eum, facti amici in morte illius, & eijcientes eum extra ciuitatem, lapidabant. Eijcitur martyr extra ciuitatem ſanguinum,
Eſa.1. in qua priùs iuſtitia habitauerat, nunc autem homicidæ, de qua dicit ſanctus;
Pſal.45. Quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate. Hæc eſt ciuitas,
quam die ac nocte circundat iniquitas, ciuitas caſtellum deſpectiuè vocata, quod
Matth.21. contra Apoſtolos & Apoſtolorum Dominum duriſſimis infidelitatis vectibus
Luc.19. eſt munitum. Extra portam ciuitatis huius paſſus eſt Dominus, extra eam lapidatur ſeruus, exiens ad eum extra caſtra, & portans ſimilitudinem impropery eius.
Conuerſio S. Pauli orationib⁹ Stephani aſſcribenda. Deponuntur veſtimenta martyris ad pedes perſecutoris, qui ad tactum ſacrarum veſtium, & orationibus lapidandi fuerat conuertendus. Et lapidabant, inquit, Stephanum inuocantem, & dicentem: Domine Ieſu accipe ſpiritum meum. Currunt illi ad lapides, & ille ad preces: lapides lapidem percutiunt, ſed lapidem molliorem, de quo fluit oleum charitatis, & tinnitus redditur pietatis. Domine Ieſu, inquit, nè ſtatuas illis hoc peccatum, quia neſciunt quid faciunt. Rogat ſuſcipi ſpiritum ſuum, ſpiritum vtiquè, & ſpiritum illum, quem ſignanter quasi quoddam tertius, & corpus in diem Domini ſine querela ſeruetur.
1.Theſſ.5.

O quanta pietas, quantus affectus, & ardentiſſimæ charitatis integritas. Rectè martyrij florem iſte ſibi præuendicat, in quo ſimilitudo Domini pendentis in Cruce, mirabilibus formulis eſt impreſſa. In ligno enim ſpinis, clauis, lancea affixus, & crucifixus, diſſimulat illum vnicum dolorem, & obliuiſcitur mortis vicinæ, nouum introducturus exemplum, aperit latitudinem charitatis, & apertiori campo terminos traditæ legis amplificat, non iam ſolùm amicus amicis, ſed velint, nolint,
Luc.23. amicus pariter inimicis. Pater, inquit, ignoſce illis, quia neſciũt quid faciunt. Non potuit eſſe inefficax oratio morientis, vndè & inimicorum numeroſitas ad numerum amicorum tranſiuit. Vide quàm recto curſu Stephanus, etsi non æquat, ſequitur tamen Redemptorem. Volat ſaxorum imber, & fortiſſimis inuidorum manibus loca vulnerum duplicantur, ſed patienter patitur coronatus noſter, de corona nominis ad coronam regiminis transferendus. Neſcit affectum carnis, & mortis horam ignorat: & vide quid deliberet faciendum. Poſitis autem genibus, clamauit voce magna, dicens: Domine, nè ſtatuas illis hoc peccatum, quia neſciunt, quid faciunt. Clamat voce magna, quia magna vtiquè charitate: poſitis genibus, quia
Charitas proximi in Stephano quãta. vera & humili ſimplicitate. Pro ſe orans ſtat, & erigitur: pro lapidantibus flectit genua. Quis audiuit vnquàm talem, & quis vidit huic ſimilem? Plùs dolet perſequentium peccata, quàm ſua vulnera: illorum iniquitatem, quàm ſuam mortem. Et cùm hoc dixiſſet, obdormiuit in Domino. Felix ſomnus cum requie, requies cum voluptate, voluptas cum ſatietate, ſatietas cum ſecuritate, ſecuritas cum æternitate. Obdormiuit, inquit, in Domino, abſorptus in claritatis abyſſum, & inter
S. Stephan⁹ poſt mortẽ ſeptem mortuos reſuſcitat. Dei ſui brachia requieſcens. Sedebat à dextris Dei Dominus Ieſus, ſed primo martyri martyrum caput. Recolitis quid illa Eccleſiæ lingua, Auguſtinum loquor, de hoc martyre ſenſerit, quem poſt mortem ſeptem mortuos aſſerit ſuſcitaſſe?

Eià vos, qui Leuitico ordine præfulgetis, cantate huic canticum nouum, & tanquam feſtiuitati feſtiuis vocibus incumbite. Fortaſsis aderit canentibus, & ſuggeret de nobis Domino ſuo, iudici noſtro: Nè ſtatuas illis aliquid ad peccatum: qui eſt Deus benedictus in ſecula, Amen.

DE huius protomartyris Stephani miraculis multa ſunt apud S. Auguſtinum & Euodium Epiſcopum, quæ nimis longum eſſet huc adſcribere: Itaque Lectorem ad eos remittimus.

De inuentione verò reliquiarum eius, ac ſociorum, ſcribunt Auitus & Lucianus: quærat Lector Tom.4. die 3. Auguſti, fol.501. &c. nouæ editionis.

SERMO

SERMO EIVSDEM BEATI PETRI DAMIANI PRIMVS DE EXCELLENTIA SANCTI IOHANNIS *Euangeliſtæ, vt habetur octauo Tomo Aloyſij.*

27. Decẽbr. S. Iohannis Euangeliſtę ſolennitas.

HODIE, dilectiſſimi, nobis lætitiæ gaudia geminantur, quia recenti adhuc natiuitate Dominica, beati Iohannis occurrit ſolẽnitas glorioſa. Hodiè diſcipulus quem diligebat Ieſus, dilectoris ſui amplexibus ſtringitur, ſocietate perfruitur, & quod viderat, quod audierat, quod manibus attrectauerat de verbo vitæ, tanto iam liquidiùs, quanto ſublimiùs contemplatur. Hodiè ſicut licet illa mirabilis aquila, quam & olim Ezechiel eminere cæteris quatuor animalibus vidit, & ipſe Iohannes ſuimet (vt ità loquar) propheta factus, volantem in myſtica viſione conſpexit, ad vnicam Angelorum & hominum eſcam, pennis librata ſublimium meritorum, feliciter euolauit. Licèt enim vbicunquè fuerit corpus, illic neceſſariò congregentur & aquilæ: iſte tamen tanto familiariùs ad vitæ pabulum, corruptionis vinculis iam ſolutus, accedit, quanto & in carne adhuc poſitus, in ipſum æterni Solis orbem, hoc eſt in diuinæ ſubſtantiæ claritatem, radios purificatæ mentis infixit.

1.Iohan.1. Ezech.1. Cur Ioãnes aquilæ volanti ſit cõparatus. Luc.17.

O quàm miranda ſuper nos cælestis conſilij diſpenſatio. O quàm profunda diuinæ ſapientiæ eſt altitudo. Deſcendit Deus ad hominem, vt occultam hominibus patefaceret Deitatem. Ad humanæ mortalitatis exire dignatus eſt publicum, vt nobis æternitatis ſuæ reuelaret arcanum. Sed ſi mox vt in Euangelicæ doctrinæ cœpit verba prorumpere, ac nouæ gratiæ myſteria rudibus adhuc imperitorum cordibus aperire, ſtatim diuinitatis ſuæ panderet ſacramentum, cuius, quæſo, ferret auditus, cuius vnquàm caperet intellectus? Nam vt de diuinitate nunc tacem, cùm Dominus diceret: Quia nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis, & qui manducat me, ipſe viuet propter me: protinùs aſpernati ſunt verbum, & exhorruêre dicentes: Durus eſt hic ſermo. Quis poteſt eum audire? Deindè ſcriptura ſubiungit: Ex hoc multi diſcipulorum abiêrunt retrò, & iam cum illo non ambulabant: videlicet non de turba, non quilibet imperiti, ſed ipſi etiam diſcipuli nequiuerunt capere verbum myſterij. Quid ergò iſti facerent ante ſolem, qui cæcati ſunt ad lucernam? Quomodò tonitrui ſuſtineant ſonitum, qui clangentis tubæ pondus ferre nequeunt, immò qui ſuppreſſæ ac temperatæ humanæ vocis exilitate ſurdeſcunt?

Iohan.6. Iohãnes organũ diuinorum myſteriorum.

Propterea igitur Redemptor noſter dilectum ſibi ſpeciali prærogatiua diſcipulum, ad declarandam ſuæ diuinitatis eſſentiam quoddam quasi organum feciſt, atque vt hic ſuppleret, quod ad tempus ipſe Dominus diſpenſatiuè ſuppreſſerat, ſibimet vicarium dereliquit, quatenùs expleto paſſionis, ac reſurrectionis, aſſcenſionisque myſterio, poſt tredecim ferè annorum luſtra, cùm iam videlicet homines liberiorem ad capeſſendam veritatem haberent mentis obtutum, hic coeſſentialis & coæterni Deo Verbi panderet ſacramentum, dicens: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.

Iohan.1.

Humanæ quippè imbecillitatis ordo poſcebat, vt priùs Chriſti humanitatis primordia, curſum, conſummationemque pernoſceret, miracula etiam, quæ in hominem geſſit, addiſceret, ſicque paulatim ad comprehendendum diuinitatis occultæ myſterium, ſuis vegetata prouectibus adſpiraret. Quapropter diuini fuit cauſa conſilij, vt cæteri Euangeliſtæ, qui in deſcribenda Saluatoris humanitate verſati ſunt, longè præcederent: Iohannes verò, cùm homines tanquam primò lactantes firmiora iam in via veritatis veſtigia figerent, eos ad conſcendendam diuinæ ſcientiæ gratiam promoueret. Hanc deniquè ſupereminentem diuinæ ſcientiæ celſitudinem tunc diuinitùs illuſtrata mente concepit, cùm in ſacroſanctæ myſticæ cœnæ conuiuio ſupra pectus recubuit Redemptoris. Et quia in pectore Ieſu ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi, ex illo cæleſti gazophylacio ſummam traxit, vndè noſtræ paupertatis inopiam copioſa liberalitate

Iohan.13. Iohãnes in cœna ex pectore Domini omnis ſcientiæ & ſapientię ſummã traxit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ralitate ditauit. Ex illo (inquam) nobis ærario diuitiarum copias attulit, & in communem totius mundi salutem benè prodigus erogauit: immò super fontem perennis vitæ recubuit, vt & ipse tunc semper manantia fluenta diuinæ doctrinæ hauriret,& eadem nobis postmodùm præfixo certi temporis articulo propinaret.

Iohannes magnus paradisi fluuius.

Magnus videlicet paradisi fluuius, qui ex principali sui fontis origine profluens, ac vberiori cælestium charismatum inundatione procedens, squalentia deserta humanarum mentium irrigat,& ad proferenda bonorum operum tanquàm nouarum frugum germina,vberrima fertilitate fœcundat. Et non immeritò tam profunda, tam supereminens reuelatio Deitatis virgini debebatur, vt qui carnis sibimet amputauit illecebras, felici commercio, pro carnali dulcedine, cælestium epularum diuitijs frueretur. Ad tantum scilicet gratiæ proiectus est priuilegium,vt omnem transgrediens creaturam, illuc acie mentis attingeret, quò non Propheta,non Patriarcha, non deniquè quisquam ab ipso primordio cognoscitur in carne positus adspirâsse.Nec mirum si Redemptor noster beato Iohanni vicem suam ad declarandum diuinitatis suæ mysterium delegauit,quem ad custodiendam venerabilem matrem suam, perpetuam scilicet Virginem, quasi alterum filium suî loco suppositi: Mulier,inquiens,eccè filius tuus:ad Discipulum autem: Eccè mater tua. Dignum quippè fuerat,vt cui potissimùm commisit cælestia, committeret & terrena.

Iohan.19. Christus venerabilem matrẽ suam perpetuam virginẽ, virgini discipulo in Cruce commẽdauit.

Et quia mediator Dei & hominum ex duabus naturis, diuina scilicet & humana, consistit, vnus Emmanuel, æquum admodùm visum fuit, vt beatus Iohannes vtriusque naturæ fidelis minister existeret, qui & diuinitatis sacramenta conseriret,& beatæ genitrici,perpetuæ custodiæ ac sedulitatis suæ ministerium exhiberet. Cuius vtriusque, excellentissimi videlicet sacramenti, quodammodò minstrum se esse testatur, cùm per omnem Euangelici textûs sui seriem, sic styli modum temperat, & quadam vicissitudine mysticæ varietatis alternat, vt modò humana pronunciet,modò diuina: modò quæ humanitatis sunt, historialiter inserat: modò quæ sunt diuinitatis, quadam sublimium ac subtilium verborum maiestate depromat. Tantaque locutionis arte verborum vim temperat, ac libratæ moderationis sobrietate dispensat, vt nec diuinitatis arcana vulgari, nec ea, quæ fidei nostræ necessaria sunt, patiatur abscondi. Proindè cùm historiæ verba contexit, velut per tenuissimas rimas diuinitatis fulgorem ad oculos hominum coruscare permittit: sicque dum tenuissimo lucis æternæ radio oculus mentis nostræ perstringitur,ad indagandum moxillud inaccessibile summæ veritatis lumen perspicaciùs aperitur. Quia verò beatus Iohannes alternato suæ narrationis ordine, modò diuinitatem Christi sublimiter intonat, modò quæ humanitatis sunt, planè quodammodò atque humiliter assecuerat, sicut ipse in Euangelij sui principio cœpit, ità seriatim vsque ad finem, hunc eundem modum per omnem suæ descriptionis articulum tenuit. Nam,sicut nóstis,in capite sui libri deificum illud ac singulare ponit exordium: In principio, inquiens, erat Verbum, & Verbum erat apud Deum,& Deus erat Verbum. Eccè aquila Dei ad cæli verticem sublimiter euolat,sed ad escam carnis necesse est,vt pressis alis aliquandò in imum submissa descendat. Vndè & paulò pòst quid subdat,audite: Et verbum,inquit,caro factum est,& habitauit in nobis.

Iohan.1.

Hanc itaque diuersitatem humanitatis, atque diuinitatis vnitæ sibimet, atque inconfusæ, sponsa de sponso dicit in Canticis: Venter, inquit, eius eburneus, distinctus sapphiris. In membris quippè humani corporis vix aliquid ventre fragilius,siue tenerius inuenitur,ideoque per ventrem rectè fragilitas in Christo assumptæ humanitatis accipitur. Ebur autem os est Elephantis, quod videlicet animal fertur esse castissimum,frigidissimæque naturæ. Venter ergò eburneus est sponsi, quia susceptæ Redemptoris humanitas, ab omni peccatorum contagio casta prorsùs & inuiolata permansit. Siquidem peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in orè eius. Sapphirusautem lapis est, sereni cæli habens colorem, vndè & in visione Domini dicitur: Erat sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphiri, & quasi cælum, cùm serenum est. Per sapphiros ergò opera diuinitatis intelliguntur, quæ in carne Dominus ostendebat. Venter ergò sponsi distinctus erat sapphiris, quia Christi humanitas diuinis virtutibus refulgebat. Nec plenus sapphiris

Cant.5.

Christi humanitas ab omni peccatorũ contagio aliena. 1.Pet.2.

Exod.24.

phiris esse dicitur, sed distinctus,ità videlicet, vt inter sapphiros candor eboris appareret, quia sic Dominus ex parte hominis assumpti operabatur humana, vt aliquandò nihilominùs ex parte deitatis ostenderet & diuina. Nam esurire,sitire,flere, postremò crucifigi, & mori, humanitatis erant opera: miracula verò facere, & non solùm alios, sed etiam semetipsum à mortuis suscitare, euidentissima erant diuinitatis indicia. Hocitaque modo beatus Iohannes quasi eburneum ventrem sponsi sapphiris distinguit, dum aliquàdò diuinitatis alta, aliquandò humanitatis infirma describit.

Theologus Iohannes, Maria verò cur Theotocos nominetur.

Quia igiturhic beatus Iohannes de Deo mirabiliter atque incomparabiliter cæteris mortalibus loquitur,iurè factum est, vt non solùm à Græcis, sed etiam à Latinis vndiquè Theologus appelletur. Theotocos Maria, quia Deũ veraciter genuit; Theologus Iohãnes,quia Dei Verbum ante secula apud Patrem esse,& Deum esse, immeritò potest dicere cum Propheta: Eructauit cor meum verbum bonum. Pſal.44. non solùm inenarrabiliter vidit,sed & profunda sublimitate descripsit. Vndè non immeritò potest dicere cum Propheta: Eructauit cor meum verbum bonum. Rectè ergò Virgo virgini ad obsequium traditur, & pro Domino seruus vice filij subrogatur: vt virginalis pudicitiæ splendor, ex vtraque persona sibimet inuicèm congruat,& floridus intimi candoris adspectus, quod in vno virere cõsiderat, hoc vernare & in altero deprehendat.

Libet hîc,fratres mei,pulchram varietatem diuinæ dispositionis coram charitate vestra perpendere, & egregios duos Redemptoris nostri discipulos, qualiter inter se quadam dignitatis similitudine congruant, comparare, Petrum videlicet, & Iohannem. Commisit nanque Dominus Petro claues Ecclesiæ, voluit & beato Iohanni custodiam Mariæ delegare. Vtraque nimirùm mater, mater Maria, mater Ecclesia. Sed Maria mater Christi, Ecclesia mater populi Christiani. De Maria Christus carnem suscepit,Ecclesiam verò de lateris sui carne produxit. Ex ista prodijt secundùm carnem natus, illam protulit carne iam mortuus. Ex ista voluit nasci, pro illa dignatus est mori. Ex vna semèl natus est in persona sua, ex altera quotidiè nascuntur membra sua. Traxit ex altera quod pro altera moreretur, & quo vtraque cõmuniter saluaretur. Magna igitur & felix mater est beata virgo Maria, ex cuius viscеribus caro Christi assumpta est,ex qua rursùs per aquam & sanguinem profluxit Ecclesia. Hoc itaque modo & ex Maria prodijsse videtur Ecclesia. Vtraque tamen casta, vtraque munda, vtraque perpetuæ virginitatis signaculo præmunita.

Matth.16. Iohan.19. Ecclesia mater populi Christiani.

Harum itaque duarum matrum, duarum perpetuò virginum, alteram Petro, alteram Iohanni voluit commendare, vt propensо diligenter vtriusque pondere ministerij, excellentium meritorum dignitas in duobus cæli senatoribus videatur æquari. Dicit Dominus Petro: Tibi dabo claues Regni cælorum. Nunquid & beata Maria cælum non fuit, in cuius vtero virginali nouem mensibus tota diuinitatis plenitudo permansit? Ex ipsius quippè castis mundisque viscеribus, Dei Verbum, per quod facta sunt omnia, immaculata se carne vestiuit. In angusto scilicet aluo conclusus, totius orbis iura regebat immensus. In breuissimo, inquam, virginalis vteri domicilio constitutus, & cæli gubernabat imperium, & terrenorum omnium non amiserat principatum. Non ergò præsumptiuè cælum dicitur venerabilis virgo Maria? Atque ideò beatum Iohannem Dominus quodammodò cæli clauicularium esse constituit, cùm beatæ genitricis suæ eum decreuit essę custodem?

Matth.16. S. Maria præsumptiuè cælum dicitur.

Proindè vt beato Petro Iohannes multipliciter comparetur, cùm discipulos suos Redemptor noster inquireret,qua circa se homines opinione ducerentur, illiquè protinùs respondissent, alij Iohannem Baptistam, alij autem Eliam,alij verò Hieremiam, aut vnum ex Prophetis, donèc ad Petrum ventũ est, nutabat assertio, nec ambiguitatis vinculum soluebatur. At vbi quid habeat discipulorum sensus exigitur, præcedit in veritatis confessionem, qui primus erat in Apostolica dignitate, Petrus videlicet: Tu es, inquiens, Christus filius Dei viui. Inter nutantis aduersi fidei sinuosa volumina,inter procellosas ambiguitatum fluctuantium tempestates,piscator ille veritatis anchoram fixit,& nauiculam fidei in tutissimo trãquilli portûs gremio collocauit.

Sed videamus vtrùm Iohannes & huic operi aliquam cum Petro similitudinem habeat. Constantissimæ itaque prædicationis arguitur, sicque à Domitiano tunc Cæsare

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæretici Apostolorũ tẽpore qui fuerint.

Cæsare in exilium destinatur. Protinùs hæretici Marcion, Cerinthus, & Ebion, cæteriq́ue quamplurimi, quos ipse conuenienter Antichristos appellat, caulas Ecclesiastici gregis irrumpunt, & velut lupi graues super ouilia pastoris admiculo destituta grassantur, Christum scilicet ante Mariam non fuisse dogmatizantes, & ità simplicem Euangelicę fidei puritatem, perfidiæ suæ squaloribus corrumpentes. Confunditur mundus, turbatur Ecclesia, vacillat fides, & velut inhorrescente rempestate perfidię, plurimi naufragãtur. Quid plura? Tandèm perempto Domitiano, diuina duce gratia, redijt Iohannes Ephesum, turbatamq́ue gemit Ecclesiam. Sed quicquid inuenit erroris turbine atque tempestate turbatum, solidiùs atque robustiùs ad pristinæ fidei reuocat sacramentum. Nam rogatus (vt ab historiographis traditur) à charitate ferè totius vniuersalis Ecclesiæ, in illius tandèm erupit diuinæ inspirationis elogium: In principio, inquiens, erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc itaque signaculo veritatis, & hæreticorum regiuersationibus metam fixit, & catholicorum fidem perpetua ex tunc & deinceps certitudine roborauit.

Iohãnes rogatus ab ecclesia suum conscripsit Euangeliũ.

Matth.16. S. Iohannes persuũ Euãgelium Petra dicitur. 1.Reg.17.

Petrus igitur petra. Tu es, inquit, Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Petra quoquè factus est & Iohannes, supra cuius fidei fundamentum totius Ecclesiæ structura consurgit, quam videlicet, siue hæreticorum furor impiger, siue tentationum irruat impetus, non euertit. Hæc petra veri Dauid fundamentum implet, qua Philistæum Goliad signanter in fronte percutiat, vbi videlicet profanus & impius Crucis vexillum non habebat. Hæc siquidem petra omnes Ecclesiasticæ doctrinæ aduersarios destruxit, hæc Iudaicam perfidiam cum omni prorsùs hæreticorum prauitate prostrauit. Nec mirùm si instàr Petri & Iohannes petra dicatur, cùm hæc ad Ezechielem Dominus dicat: Ecce dedi faciẽ tuam valentiorem

Ezech.3.

faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum, & vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam. Planè quod vterque discipulus protulit de sacramento Dominicæ fidei, quanquàm profundissimum sit, atque omninò diuinum, & vtrunque pari modo vires humanæ mentis excedat, nec videatur diuersùm in excellẽtiæ diuinitate, quod eodem prolatum est Spiritu dictante: illud tamen beati Iohannis singularitatis locum sibi vendicare conspicitur, quia neque ante illum, neque post illũ hoc idem scripsisse aliquis inuenitur. Nam illam beati Petri Apostoli sententiam & Martham sororẽ Lazari, eisdem ferè verbis legimus protulisse.

Iohan.11.

Cui nimirùm cùm Saluator diceret: Omnis, qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum: atque subiungeret: Credis hoc? ilicò eodẽ Spiritu, quo & Petrus, inspirante respondit: Ego credidi, quia tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti.

S. Iohannes de diuinitate loquutus profundiùs quàm Petr⁹ aut alij Apostoli.

Act. 5.

Iohan.14.

Matth.10.

S. Iohannes virgo perpetuò permansit.

Quid autem mirum, si Iohannem de diuinitate loquentem, beato Petro præferimus, cùm illud Euangelij sui singulare principium ipsa etiam Dominica verba (si dici liceat) excedere videamus? Nec iniuria sit Redemptori nostro, si dicatur aliquid ipse sublimius depromere per discipulum, quàm per semetipsum, & per illius linguam manifestè proferre, quod per semetipsum liquidò noluit aperire. Nam & hoc beato Iohanni Dominus concessit in verbis, quod & Petro contulit in miraculis, videlicet vt & iste altiora proferret, & ille maioribus virtutum prodigijs coruscaret. In Apostolorum enim Actibus inuenimus, quia in plateis ejiciebant infirmos, & ponebant in lectulis, & in grabatis, vt veniente Petro, saltem vmbra illius obumbraret quenquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. Quod vtiquè Dominum fecisse nusquàm legimus, vt per vmbram videlicet sui corporis, remedium sanitatis alicui attulerit. Sed quod prædixit, exhibuit: quod promisit, impleuit. Nam in eiusdem Iohannis Euangelio dicit: Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora eorum faciet, quia ego ad Patrem vado. Enimuerò ipse operabatur in Petro, ipse loquebatur in Iohanne. Non enim, inquit, vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Meritò nempe beatus Iohãnes & præcedentes omnes, & subsequentes diuinorum scriptores voluminum, gloria singularis eloquij præcedit, quem non luxuria polluit, non libido corrupit, sed virginalis integritas perpetuæ incorruptionis titulo decorauit. Qui nimirùm nuptialis copulę thalamum deserens, omnem illecebræ carnalis ardorem in cælestium deliciarum voluptatem transtulit, arctissimeq́ue se in sui Redemptoris ac dilectoris amore cõiunxit,

propter

propter quem scilicet coniugalis tori fœdera abdicauit.

Vndè diuinitùs illi concessum est, vt tanta cor eius circa fratres charitatis gratia repleretur, vt sacrosanctum pectoris eius templum, velut caminus quidam diuini videretur incendij. Quod profectò in quibusdam scripturis eius patenter agnoscitur, in quibus vtiquè per omnem ferè paginam, quasi per quasdam rimas, charitatis vapores effundere, charitatis videtur ardoribus æstuare. Modò enim patres nominatim ad charitatem prouocat, modò non filios, sed filiolos, quasi tenerè diligens, appellat. Modò proprijs ætatum vocabulis infantes, modò iuuenes, modò singillatim admonet adolescentes. Modò etiam mulieribus epistolas destinat, easq́ue ad cautelam fidei, & studium syncerę dilectionis inuitat. Hic itaque inenarrabilis charitatis ardore succensus, huc illucq́ue se vertens, vndiquè circumiens, vbiquè discurrens, omnia hominum genera ad salutem cõcitat, omnia ætatum incrementa perlustrat, omnes humanæ conditionis ordines oculo curiosæ solicitudinis inuestigat, & tanquàm arcus vniuersalis Ecclesiæ factus, totius humani generis summam, vlnis paternæ dilectionis amplectitur, atq; ad Redemptoris sui consortium trahere, vnumquemque singillatim admonendo, conatur. Amor quippè Domini, quo cum præ cunctis mortalibus dilexit, & ei põdus fraternæ dilectionis exhibuit, vt nimirùm plùs amaret, qui plùs amabatur, & qui primus erat in Redemptoris amore, præcipuus fieret in fraterna charitate.

Charitas eius in proximũ quanta.

Qualem autem apud Dominum impetrandi locum, præcipuæ familiaritatis Iohannis obtinuerit priuilegium, hinc manifestiùs colligere possumus, quòd idem beatus Iohãnes Euangelista testatur, quia in ipso vitalis cœnæ conuiuio Iesus conturbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: Amen amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me. Deindè sequitur: Adspiciebant ergò adinuicèm discipuli hęsitantes, de quo diceret. Moxq́ue subiungit: Erat ergò recumbens vnus ex discipulis Iesu in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. Innuit ergò huic Simon Petrus, & dicit ei: Quis est, de quo dicit? Atque vt historiæ stylo non tenear, Iohanni interroganti Dominus mox respondit: Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. O admirabilem, ô incomparabilem virum, & omni Christianæ deuotionis præconio præferendum. Eccè verbum profertur in medium, & totus tacet ac sub silentij censura reprimitur senatus Apostolorum. Tanta siquidem Magistri præsidentis videbatur authoritas, vt sub districta se compesceret beata discipulorum concio disciplina. Hæsitant, ambigunt, atque inter se inuicèm oculorum nutibus quodammodò interrogantes adspiciunt: veruntamen lingua referre quod gestiunt, vel Dominum consulentes inquirere non præsumunt. Tacet Petrus, tacet cæli claujcularius. Tacet deniquè lingua, quæ clauis facta cælorum, cęlum simul & terram ligat, & soluit. Tacet is, inquam, cui portæ inferi non prævalent, qui ligandi animas atque soluẽdi obtinet principatum. Silet Andreas, qui ipsi fratri ad fontẽ vitæ præuius fuit. Non loquitur Thomas, qui viam se nescire professus, eundem esse viam, veritatem, & vitam, ipso referente, cognouit. Non præsumit os aperire Philippus, qui dum Patrem sibi popposcit ostẽdi, profunda mysteria indiuiduæ Trinitatis audiuit. Omnes tacent, omnes dubitant, & latenter inquirunt, non quidem prolatione verborum, sed tantùm nutibus oculorum. Sed cùm res diù sub hac ambiguitate penderet, nec nodum dubietatis quispiam absolueret, tandèm Iohannis patrocinium quęritur, & sic ad rei dubiæ notitiam peruenitur. Ille nimirùm, condiscipulorum persona in se susceptа, consultor accedit, qui de ampliori familiaritatis atque dilectionis prærogatiua confidit.

Matth.16. Iohan.21. Iohan.14.

Vndè considerandum est, fratres mei, quantæ deuotionis instantia beati Iohannis ididæ Dei flagitare debemus auxilium, quem sibimet interuentorem & ipsi Apostoli quæsiérunt. Quantùm apud istum iudicem pro peccatoribus poterit, qui & pro ipsis cælestis curiæ senatoribus interuenit? Et qui aduocatus factus est summis, quàm humiliter implorandus est à minimis? Hanc nimirùm hominis eminentiam, hanc meritorum sublimium celsitudinem Angelus ille cognouit, qui se ab illo adorari prohibuit. Vide, inquit, nè feceris, conseruus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu. Deum adora. Refugit obsequium ab illo suscipere, quem nouerat apud communem iudicem locum gratiæ familiariter obtinere. Noluit adoratorem, quem decernebat æqualem. Fratrem recognouit, socium iudicauit, subiectionis obedientiam non accepit. Quanuis enim

Vides hîc, sanctos esse inuocãdos.

Apoc.22.

in omni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eccè quàta virginitatis commendatio.

in omnibus sanctis semper sit Angelicæ munditiæ contubernalis & cognata virginitas, beatus tamen Iohannes tanto reliquos virgines superat, quanto virginitati beatæ Mariæ per sedulitatis ac perpetuæ custodiæ meritum appropinquat. A qua sola videlicet præceditur, quia fœcunditas virginalis, quæ est in Maria, nullis est omninò meritis comparanda, & non solùm quia fœcunda est, sed quia Deifica.

Deum parere: & virginem, stupêdum planè & admirandum.

Virginem enim parere, nouum ac singulare est: Deum verò parere, ità nouitatem singularitatis exuperat, ità omnia, quæ miranda sunt, antecedit, atque incomparabiliter supereminet, vt nec mente concipi, nec lingua valeat aliquatenùs explicari. Sed sicut venerandæ matris Domini virginitas, beati Iohannis virginitatem excedit, sic ipse pro glorioso eius contubernio cæteros à mundi primordio virgines antecellit.

Huc accedit, quòd ille recubitus in pectore Saluatoris, ille diuinus ardor, quem ex arcana eius inspiratione concepit, ità in eius visceribus omnium libidinum fomenta decoxit, vt corpus eius, tanquàm re vera Spiritûs sancti templum, à cunctis vernaret æstuantis luxuriæ squaloribus defœcatum. Nec vllum locum in eo vendicabat flamma libidinis, cuius templum gratia sancti Spiritûs iugiter obumbrabat. Quocircà dignum fuit, vt beatus Iohannes Apostolus Archãgelo Gabrieli ad custodiam matris Domini socius haberetur, quatenùs ille cælestis olim paranymphus intactam Virginem inuisibiliter custodiret, & iste forinsecùs fragilitati fœmineæ, obedientiæ suæ ministerium exhiberet. Et congruum erat, vt quæ talem genuit, qui cæli simul & terræ Dominus esset, vtriusque patriæ ciues in suo consortio haberet, vt in ore duorum vel trium testiũ staret omne verbum. Quapropter beatus Iohannes quanto familiarior cum matre Verbi versatur, tanto & ipsi vicinior Verbo inuenitur. Et quoniam non ab alio, sed ab ipsa Veritate Mariæ dictus est filius (Mulier enim, inquit, eccè filius tuus: atque idipsum iterando confirmat, ad discipulum dicens: Eccè mater tua) nemo iurè videtur maior meritis eo, qui speciali quadam gloria frater est Saluatoris.

Matth 18. 2. Cor. 13.

Iohan. 19.

Nota neminẽ esse maiorem meritis Iohanne Euãgelista.

Huius igitur tam sublimis, tam pij, tam casti, tamque præcellentissimi Deo dilecti, fratres charissimi, laboremus præcepta seruare: per huius vestigia, inquantùm possumus, duce diuina gratia studeamus incedere. Sed si omnes cum Iohanne virginitatem habere iam in carne nõ possumus, quia post naufragium secunda restat tabula, studeamus florere virtutibus, & sic virginitatis amissæ dispendium optimè compensabimus. Non igitur nobis auaritiæ ardor incandeat, non iracundiæ nos furor impellat. Non in nobis flãma libidinis æstuet, nõ turpis cogitatio pulchram animæ nostræ coram Deo speciem fœdet. Non nos terrenæ facultatis abundantia in superbiam erigat, nõ tenacitas misericordiæ viscera pauperibus claudat. Vigeat in nobis perpetua castitas, humilitas, patientia, sobrietas, iustitia cum pietate, seueritas cum mansuetudine. Inter hæc, fratres charissimi, cæterarumque dona virtutum, charitas, quæ mater est omniũ, in sacrario pectoris nostri semper teneat principatum: quia, sicut Iohannes dicit, Deus charitas est, vt qui per charitatem Dei filius descẽdit in Virginem, per eam nos exaltet ad paternæ glorię claritatem, qui vixit & regnat in Trinitate perfecta, vnus & verus Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Charitas mater virtutum. 1. Iohan. 4.

EIVSDEM BEATI PETRI DAMIANI SERMO SECVNDVS DE EODEM SANCTO *Iohanne Euangelista.*

Eccè solennem cõuentũ ad festiuitatem sancti Iohãnis Euangelistę

GAudeamus, fratres charissimi, copiosum nostrę fraternitatis adesse conuentum, quia dum nos ad hodiernam festiuitatem, beati Iohannis gloria prouocat, eriam Spiritus sanctus, vt tam reuerenter, tam pacificè, tam deuotè conueniatis, indubitanter inspirat. Dignum quippè est, vt qui à Christo præ cunctis mortalibus specialiter est dilectus, à Christi dilectoribus permaximè diligatur, præsertim cùm & ipse circa nos tantæ charitatis extiterit, vt diuinitus sibi traditis sapientiæ & scientiæ clauibus, omnes sacramentorum cælestium thesauros expenderet, & æternæ vitæ diuitias, quas solus acceperat, nobiscum participando largiretur, & fideliter erogaret. Quid enim diuinæ sapiẽtiæ quæris, quod apud

apud Iohannem reperire non possis? Quæ enim hæretica prauitas, quæ Arriana perfidia, quæ Iudæorum vesana calumnia, quæ gentilium Philosophorum versutia, quæ denique schismaticorum abominanda scissura, beati Iohannis non est eloquio superata, eiusque doctrinis euidenter attrita? Si quandò enim ab inimicis veritatis obijciuntur nobis volumina quæstionum, ilicò Iohannes accedit in medium, Iohannes occurrit, Iohannes silentium verbosis imponit. Quotiès siquidem de vera humanitate ac diuinitate Christi certamen quæstionis oboritur, quæ videlicet omnibus pacis inimicis communis est materia dimicandi, protinùs ad Iohannis Euangelium curritur, Iohannis in pugna patrocinium quæritur, & sic mox cuncta litigiosi certaminis iurgia conquiescunt. Quid igitur necessarium in doctrinis, quod Iohannis volumina sacrosancta non teneant? Quid in virturibus, quid in meritis, quo beatissimus incomparabiliter non excellat? Apostolus siquidem in Epistolis, Euangelista in Euangelio, Propheta in Apocalypsi. Propheta, inquam, & non qualiscunque, sed mirabilis, atque ad similitudinem alterius, & plusquàm Propheta. Nam quia Propheræ officium est, futura prædicere, non etiam præsentia demonstrare, beatus Iohannes Baptista idcircò cæteris Prophetis cenituit, quia Dominum digito, quem prophetabat, ostendit. Nunquid & iste Iohannes plusquàm Propheta non est, qui præter consuetudinem omnium Prophetarum, semetipsum præuidit in spiritu, & inter plurima reuelationum cælestium sacramenta, dum aquilæ volantis similitudinem vidit, semetipsum veraciter agnouit? Ezechiel autem eandem aquilam spiritu reuelante conspexit, non quidem volantem, sed cæteris animalibus desuper eminentem. Cum quo videlicet Propheta beatus Iohannes, considerato vtriusque volumine, in multis non ambigitur concordare. Cum eo nimirùm & librum, qui quasi mel dulcis erat, in ore comedit, & sanctuarij loca describit, atq; in pluribus alijs Propheta cum Apostolo consonanter incedit.

S. Iohannis doctrina, hę reteris omnibus silentiũ imponit.

S. Iohãnes, Apostolus, Euãgelista, & Propheta Iohan. 1.

Ezech. 1.

Apoc. 10.

O quàm admirabilis est mutatio dexteræ excelsi, ô quam terribilis Dominus in consilijs super filios hominum? Quis enim dignè consideret, de tanta humilitate iste piscator ad quãtę celsitudinis culmen meruerit sublimari? Enimuerò qui olim vili nauicula contentus, & retibus, maris profunda simpliciter scrutabatur, nunc illustratæ mentis radio secreta cælestia penetrat, mysteria intonat, diuini consilij occulta hominibus reuelat, prophetica depromit oracula, Apostolica tradit hominibus documenta, immò in speculanda summæ diuinitatis essentia præcedit Prophetas, supergreditur Patriarchas, Apostolos superat. Postremò totius humanitatis transcendit ingenia, & illucusq; mentis aciem tendit, quò vix & Angelica valet attingere creatura. O Dei plene gratia (Pax enim Dei, sicut dicit Apostolus, exuperat omnem sensum) vt illud sponsa: dicere non immeritò videatur: Introduxit me Rex in cellaria sua: exultabimus, & lætabimur in te.

Psal. 76. & 65.

Excellentia eius.

Philip. 4.

Cant. 1.

Pensemus itaque, fratres, quantùm ab eo, qui nunc est, homo iste tunc differebat, quandò matre interueniente rogabat, vt ipsum cum fratre Dominus, alterum à dextris, alterum sedere concederet à sinistris. Nam quantùm ad verba, hoc petere visus est, vt vnum ex eis Dominus cum dextris eligeret, alterũ à sinistris cum peccatoribus reprobaret. Sed quia insipienter petijt, repulsam patiens, ilicò cum filijs quod merebatur audiuit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Respondentibus autem, Possumus, statim subiungit: Calicem quidem meum biberis, sedere aũt ad dexteram & ad sinistram, non est meum dare vobis. Eccè hîc in verbis Dominicis patẽter ostenditur, quia & Iohannes martyr fuit, dum constat, quia calicem Domini biberit. Et reuerà martyr fuit, quia multa pro Domino persecutionum supplicia pertulit. Martyr vtiquè fuit, quia Crucem Domini per sui corporis afflictionem, & proximorum errantium compassionem diù viuendo portauit, & quo cæteris Apostolis in carne prolixiùs mansit, eo durioris martyrij tormenta sustinuit. Vndè piè credendum est, quòd inter centum illa quadraginta quatuor millia virginum, qui habent nomen Agni, & nomen Patris eius scriptum in frontibus suis, qui empti sunt de terra, & cantant canticum nouum ante sedem Dei & Agni, hic beatus Iohannes egregius sit & insignis: atque cum his omnibus tanto propinquior Agnum quocunquè ierit, sequitur, quanto & eidem Agno dilectior ac familiarior extitit, & insupèr matri eius, quæ Virgo est virginũ, perpetua filij sub dilectione permansit. Nam ex vtriusque, matris videlicet, filijque consor-

Matth. 20.

S. Iohannes verus martyr fuit.

Apoc. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Itèm virgo. consortio, Iohannis virginitas excellenter enituit, & quousquè possunt merita humana prouehi, quasi meta virtutum factus indesinenter excreuit.

Iohan.19. Neque enim illa verba, quæ Saluator noster in Cruce positus protulit: Mulier, inquiens, eccè filius tuus: ad Discipulū autem, Eccè mater tua: sic simpliciter sunt accipienda, vt humano tantùm videantur more prolata, sed prorsùs efficacia sunt, & diuinis virtutibus fulta, atque ineuitabili veritatis authoritate subnixa. Illud enim, quod in Cruce Patris vnicum pendebat, substantiuum, & consubstantiale Patri, ac sempiternū est: atque idcircò verba, quæ locutus est, quia spiritus & vita

Matth.24. Mar.13. sunt, inaniter transire non potuerunt. Cælum, inquit ipse pius Iesus, & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Sicut enim dixit matri: Hic est filius tuus:

Matth.26. Luc.22. ità dixit discipulis: Hoc est corpus meum. Et tantus fuit in illis verbis effectus, vt

Eccè quomodò per verba Dominica ex pane verum Domini corpus effectū est. ilicò panis ille, quem dabat, Dominicum fieret corpus. Dixit enim, & omnia facta sunt: mandauit, & creata sunt. Ex quadam itaque similitudine, si dicere audemus, & beatus Iohannes non solùm filij potitus est nomine, sed propter verba illa Dominica, quoddam maius necessitudinis sacramentum apud beatam Virginem meruit obtinere.

Consideremus itaque, dilectissimi, quantæ gloriæ vir iste credendus est, qui per quoddam adoptionis arcanæ mysterium, & filius Virginis, & frater est Saluatoris. Hinc est, quòd mentem eius omnipotens Deus ad tantum puritatis ac mysticæ relationis culmen euexit, vt ei non modò statum præsentis Ecclesiæ ostēderet, sed etiam quid deincèps futurum esset vsque in perpetuum reuelaret. Vndè & illam

Vides Apocalypsim beati Iohānis Apostoli ab illo esse cōscriptam. suam nobilem Apocalypsim scripsit, quæ nimirùm tantis creditur redundare mysterijs, vt tot videatur habere sacramēta, quot verba: immò in verbis singulis multiplices latent intellectus. Quæ profectò cùm septem Asiæ ecclesijs mittitur, omni vniuersali Ecclesiæ, quæ sub septiformi Spiritûs sancti magisterio regitur, destinatur. Vndè consequens est, vt omnes Ecclesiæ per orbem terrarum circunfusæ non dubitent beatum Iohannem communem se habere doctorem. Quibus videlicet

Apoc.1. tanquàm egregius quidam regalis imperij nuncius, à Iesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus viuorum & mortuorum, & princeps Regum terræ, cælitùs destinatus, gratiam simul & pacem ab eo, qui est, & qui erat, & qui venturus est, attulit, ac multa secreti cælestis mysteria patefecit.

Eius migrationis inaudita nouitas. Iam verò illa beatæ migrationis eius nouitas mirabilis quem non moueat? Quis felicissimæ consummationis gloriam non obstupescat? Quia enim mirabiliter vixit, mirabiliter obijt: & quia non communem cum hominibus vitam duxit, non communi hominum morte transiuit. Nam vt historiæ continent, quadratam in ecclesia foueam fieri iussit, moxque in eam descendens, extensis manibus, post prolixa fusæ orationis verba migrauit. Mox autem tanta super eum lux cælitùs est immissa, vt nullus eam ferret adspectus. Postmodùm verò inuenta est fouea nihil aliud in se continens, nisi manna, quod videlicet, sicut dicitur, vsque hodiè scaturire non desinit. Sic nimirùm, sic, sic dilectum authori vitæ Discipulum transire de seculo dignum fuit, vt tam fieret à dolore mortis extraneus, quàm à corruptione carnis fuerat alienus. In sepultura in Crucis modum iacere voluit, quia Crucem in suo corpore piè viuendo semper portauit: & sicut Petrus magistrum secutus est à persecutoribus crucifixus, ità quodammodò & Iohannes in Ecclesiastica pace sepultus.

Iohan.21. Sed Dominus inter eos fortè diuersitatem docuit, cùm Petro dixit: Sic eum volo manere, donèc veniam. Quid ad te? Tu me sequere. Qui enim Petrum voluit secum in crucis patibulo triumphare, ipse decreuit Iohannem in Ecclesiastica pace quiescere: quatenùs & ille subeundi martyrij præberet exemplum, & iste erecta supra fundamentum fidei Ecclesiæ fabrica, quietus migraret ad cælum. Ille futuris martyribus fuit cōstantiæ forma, iste nouiter in fide plantatis extitit morum atque virtutum spiritualium disciplina. Sic eum volo manere, donèc veniam, inquit, vt eum vinculo carnis absoluam. Veniam, vt eum ad gloriæ præmium reddam. Ad huius deniquè promissionis effectum clarum dedit indicium, cùm in eius obitu radiantem fecit enitescere lucem, per quam liquidò patuit, ipsum videlicet aduenisse lucis authorem. Affuit itaque Dominus promissionis

Habes hic sancti Iohānis animam suæ non immemor, qui & animam eius in illa supernæ Hierusalem quiete suscipe-

ret, & sacratissimum corpus in ea, quæ ipse nouit, secreta transferret. Nam de beato Enoch legitur, quia ambulauerit cum Deo, & non inueniebatur, quia transtulit illum Deus.

receptā fuisse in cælo. Gen.5.

Iam verò illud quis dignè miretur, quòd in sepulcro eius manna reperitur, & in terræ specu panis cæli non semèl, sed quotidiè nascitur? De manna quippè, saluo altiori mysterio, scriptum est: Panem de cælo dedisti eis, Domine, habentē omne delectamentum. Veniant igitur omnes nationes gentium, & obstupescant miraculum omnibus inauditum. Veniant, inquam, & admirantes adspiciant, quia in sepulcro, quod proculdubiò domus est vermium, panis oritur Angelorum, adeò vt cùm Propheta in magni muneris admiratione pronunciet, quòd Israëlitico populo manna Deus concessit in cibum, dicens: Panem cæli dedit eis, panem Angelorum manducauit homo: quod illis tunc mittebatur è cælo, nunc scaturire conspiciatur è sepulcro. Si enim magnum miraculum manna non esset, nequaquàm Moysi Dominus seruari per secula illud præcepisset. Imple, inquit, Gomor ex eo, & custodiatur in futuras retrò generationes, vt nouerint panem, quo aluì eos in solitudine, quandò eduxi eos de terra Aegypti. Eccè quid meretur pudicitia virginalis. Eccè quātæ magnitudinis est integritas inuiolatæ carnis. Videte, fratres mei, considerate, perpendite, quid deliciarum incorruptio carnis habet in cælo, si cibum cæli germinat in sepulcro? Quantis illic honoribus sublimatur beata virginitas, vbi nimirùm sola est gloria, si & in loco fœtoris atque putredinis tam mirabiliter est gloriosa.

Sap.16.

Manna scaturire è sepulcro eius conspicitur. Psal.77.

Exod.16.

Vide quātæ hic fiat virginitatis cōmendatio.

Vndè & si non audeamus pleniter diffinire, pium tamen est arbitrari, vt sicut de beata Dei genitrice creditur, ità etiam beatus Iohannes iam resurrexisse probabiliter asseratur, quatenùs sicut in virginea fuerunt integritate participes, ità nihilominùs in anticipata resurrectione meritò videantur æquales, nec sit in resurrectione diuersitas, quibus tanta fuerat vnanimitas conuersationis in vita. Si enim beatissimi virgines isti, videlicet Iohannes & Maria, nullatenùs surrexissent, cur in eorum tumulis sepulta cadauera non iacerent, cùm scilicet beatorum Petri & Pauli, cæterorumque Apostolorum ac martyrum corpora suis quæque noscantur mansoleis tumulata? Nam quòd verè beatus Iohannes obierit, ac proculdubiò mortis iura persoluerit, nullo modo meliùs, quàm per eius verba valet probari. Cùm enim exissēt sermo inter fratres, quòd discipulus ille nō moritur, cur ipse vera dicentibus obuiâsset, dicens: Et non dixit Iesus, non moritur? Fruſtrà nimirùm hic moram texere, ac verba multiplicare videretur, si dum illi vera dicerent, vt non moreretur, iste protinùs obstitisset dicens: Non dixit Iesus, non moritur: ac per hoc veritati quodammodò contradiceret, si vera referētibus contrairet. Sed dum se non moriturum, Saluatorem dixisse negauit, moriturum se indubitanter asseruit. Porrò autem quòd in sepulcro sanctum corpus eius vlteriùs non apparuit, diuinæ sine dubio virtutis operatio fuit. Scriptum est in Deuteronomio: Mortuus est Moyses famulus Domini in terra Moab, iubente Domino, & sepeliuit eum in valle terræ Moab contra Phogor, & non cognouit homo sepulcrum eius vsque in præsentem diem. Renouatum est itaque illud de corpore Moysi nunc etiam in Iohanne miraculum. Et qui legislatorem tunc dignatus est, nullis scientibus, sepelire, ipse etiam corpus Euangelistæ sui secreto quodam mysterio voluit sepulturæ subducere. Vterque scilicet lux mundi, vterque cælestium mandatorum baiulus, vterque diuini consilij reuelator. Nec immeritò in dignitate suis delata cadaueribus congruunt, qui & in sublimibus vitæ suæ meritis, licèt diuersis tēporibus, concorditer claruerunt.

Iohan.21.

Deut 34.

Moysi & Iohannis corpora Dominus abscondit.

Verùm si res diligenti consideratione perpenditur (cum beati Moysi pace loquar) Iohannes potior inuenitur. Ille siquidem minister extitit legis, hic prædicator est gratiæ. Ille præcepta tradidit, quibus peccata punirentur: iste pœnitentriæ baptismum contulit, quo omnia crimina delerentur. Ille annunciator est vmbræ, hic minister est veritatis. Ille dixit Domino: Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, vt sciam te: sed protinùs audiuit: Non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo, & viuet: iste verò Deum incarnatum, non solùm vidit, & audiuit, sed etiam manibus contrectauit, sicut ipse testatur, dicens: Quod fuit ab initio, quod vidimus, quod audiuimus, quod oculis nostris perspeximus, & manus nostræ tractauerunt de Verbo vitæ, & vidimus, & testamur, & annun-

Exod.33.

1.Iohan.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

annunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis. Et
Iohan.1. nō ſolùm Deum hominem factum oculis carnalibus vidit, ſed & ipſum Verbum, quod erat apud Patrem, per quod facta ſunt omnia, illuſtrata diuinitùs mẽte conſpexit. Atque vt adhuc comparatio producatur, Moyſes tabernaculo præerat,
Exod.40. quod nubes operiebat, ità vt aliquādò nec ipſe Moyſes poſſet intrare, ſicut in Exodo legitur: Quia operuit nubes tabernaculū teſtimonij, & gloria Domini impleuit illud, nec poterat ingredi Moyſes tectum fœderis, nube operiente omnia: Io-
Egregia Iohannis cum Moyſe cōparatio. hannes verò melioris tabernaculi cuſtos factus, beatæ Mariæ miniſter extitit, quam non videlicet corporea huius aëris nubes obtexit, ſed Spiritus ſanctus inuiſibiliter obumbrauit. Et gloria Domini, hoc eſt filius Dei, qui hoc tabernaculum, non mox diſceſſurus, ſed veram carnem ſuſcepturus impleuit, non manſit ſub aëris caligine,
Pſal.18. ſed potiùs in Solis lumine, ſicut per Prophetam dicitur: In ſole poſuit tabernaculum ſuum. Per illum manna datum eſt tunc Iſraëlitico populo: eccè quanto glo-
Exod.34. riоſius habet iſte manna in ſepulcro. Et quid plura? Ille faciem ſuam obnubit, nè videatur à populo: iſte etiam diuinitatis reuelat eſſentiam, vt Deus ab hominibus agnoſcatur. Atque vt idem repetam, ille ſplendorem ſui vultûs obtexit, nè ab illa
Iohan.1. plebe conſpiceretur: iſte Dei Verbum, quod eſt imago Patris, ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, perſpicuè reuelauit, vt à nobis agnoſceretur. Poſtremò Dei filium, quem iſte præ manibus habuit, cum quo diutiſſimè conuerſatus eſt, à quo vnicè atque ſpecialiter dilectus eſt, ille quidem obnixèac deſiderabiliter petijt, di-
Exod.4. cens: Obſecro, Domine, mitte quem miſſurus es: ſed impetrare nō valuit. Verumtamen dum magnis, ſummisque apud Deum meritis ambo claruiſſent, vno vterque ſpiritu plenus fuit, vno vterque deſiderio concorditer æſtuabat. Nec nosalterum alteri præferre præſumimus, ſi diuerſitatem pro ſuî cuiuſque dignitate penſamus. Duorum quippè viatorum viuacitate parium, qui orto ſole graditur, clariùs quælibet oppoſita conſpicit, quàm is, qui antelucanus exurgit. Et ditior eſt, quiautumnalem fructuum maturitatem carpit eo, qui vernæ propaginis arbuſta plantauit. Conuenienter igitur factum eſt, vt ſicut Moyſi, ità & Iohannis glebam omnipotens Deus abſconderet, & in duobus mirabilibus viris vnum miraculum exhiberet.

Et notandum, quàm affectuosè, quàm piè, quàm paternè, quàm amabilimè, Sal-
Dominus Ieſus obitui S. Iohannis interfuit. uator, Sic, inquit, eum volo manere, donèc veniam. Veniam, inquit, non mittam. Non mittam videlicet aliquam ſupernam virtutem, non Angelicam poteſtatem, quæ huius miniſterij mihi fungatur officio, quæ obedientiæ huius exequatur effectum. Ipſe per memetipſum veniam, ipſe egredientem eius animam in glorię meę
Pſal.138. claritate ſuſcipiam, quam & in carne manentē diuinitùs illuſtrabam. Quantæ igitur reuerentiæ habendus eſt hominibus beatus iſte Iohannes, quem ipſe author vitæ honorauit in carne viuentem, honorauit & de ſeculo recedētem? Nimis enim honorati ſunt amici tui Deus. Honorauit ſiquidem eum in vita, dum de ſacroſancto pectore ſuo ſibi reclinatorium fecit. Honorauit rursùs in morte, cùm ad ſuſci-
Nota felicē meritis animam. piendam felicem meritis animā dignatus eſt aduenire. Nec mirum ſi diuerſis eum honoribus cumulauit, quem & in conſortium ſibimet adoptiuæ fraternitatis aſciuit.

Dictus eſt etiam frater Domini beatus Iacobus: ſed ille frater ex natura, iſte fra-
Iohan.14. ter ex gratia: ille ex cognatione, iſte ex præcipua dilectione: ille per lineā maternæ cōſanguinitatis, iſte per vinculum paternæ charitatis. Si quis, inquit, diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & man-
Iacobꝰ frater Domini ſecundùm carnem, Iohānes verò ſecundùm ſpiritum. Iohan.6. ſionem apud eum faciemus. Et quid ampliùs dicam? Frater Domini fuit ille carnalis, iſte ſpiritualis. Sed quantùm cognatio ſpiritualis carnalem neceſſitudinem probatur excedere, in ipſius Domini verbis poſſumus luce clariùs inuenire. Ait enim: Spiritus eſt, qui viuificat, nam caro non prodeſt quicquam. Iacobum itaque, vt frater eſſet Domini, natura carnalis inſtituit: Iohannes autem tanto nobiliùs frater eſt, quanto & ipſius naturæ Dominus eum in affinitatem ſibi ſpiritualis adoptionis aſſumpſit. Quanquàm & ipſe Iacobus idcircò beatus ſit, quia eiuſdem ſpiritualis affinitatis cum Domino participium tenet. Alioquin nisi Domino per ſpiritum iungeretur, per illud terrenæ vinculum conſanguinitatis à Domino nullatenùs ſaluaretur. Quod tanto excellentiùs Iohannes, quanto & ante Crucem
Iohan.19. conſtitutus audiuit: Eccè mater tua. Meritò ergò quô cum cæteris plùs dilexit, ſubli-

ſublimiùs cum cæteris honorauit. Et nos, fratres, pro modulo noſtro dignis cum ſtudeamus efferre præconijs, dignis veneremur ſemper obſequijs.

Notandum tamen, quia nunquàm tam dignè, tam reuerenter beatos Apoſtolos colimus, quàm cùm Apoſtolica præcepta ſeruamus, cùm eos in via Dei præcedentes ſemper attendimus, cùm eorum veſtigia ſequimur, cùm eorum anguſtam & arctam ſemitam ſine offenſione tenemus. Enimuerò in baptiſmo Apoſtolorum ducatum ſecuti ſumus, quia per eoſdem fidem ſanctæ Trinitatis inter ipſa regenerationis rudimenta didicimus. Sub cuius videlicet figuræ myſterio, ſacerdotes Iſraëliticæ plebis olìm tranſeundo Iordanem præcedebant, & populus ſequebatur. Sed non ſufficere illis viſum eſt, ſi ſacerdotum tantummodò veſtigia in tranſitu ſequerentur, nisì & duodecim lapides de Iordanis alueo tollerēt, atque in Galgalis pro teſtimonio ponerent. Elige, inquit Dominus ad Ioſue, duodecim viros, ſingulos per ſingulas tribus, & præcipe eis, vt tollant de medio aluei Iordanis, vbi fixerunt ſacerdotes pedes, duodecim lapides duriſſimos, quos ponetis in loco caſtrorum, vbì fixeritis tentoria hac nocte. Vt autem non omnia, licèt plena myſterijs, verba diſcutiam, quid per hoc factum nobis innuitur, nisì vt poſtquàm myſtici Iordanis fluenta tranſimus, poſtquàm de lauacri ſalutaris fonte conſurgimus, duriſſimos duodecim lapides, id eſt firmiſſima Apoſtolorum exempla ad imitationem nobis proponere ſtudeamus? Lapides quippè vbi ſacerdotes pedes fixerant, in loco caſtrorum ponimus, ſi in procinctu ſpiritualis nequitiæ poſiti, Apoſtolorū veſtigia conſtanter & firmiter teneamus. Nam iuxta Salomonis ſententiam, qui mollis & diſſolutus eſt in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſipantis. Nimirùm qui in moribus ſuis præcipites ac fluidi ſunt, more aquæ præcipites ad ima defluunt. Qui verò conſtantes ac firmi, in arcem quotidiè virtutis excreſcunt. Quod nimirùm & illud ciuſdem hiſtoriæ ſignificare perpenditur. nam tranſeūte eodem populo, aquæ ſuperiores inſtàr montis intumeſcunt, inferiores verò in mare mortuum delabuntur: quia profectò ex eis, qui baptizantur, alij in accepta cælestis gratiæ dulcedine perſeuerant, alij in peccatorum amaritudinem defluere, reprobè viuendo, nō ceſſant, & velut in maris mortui ſalſuginem corruunt, dum ſapiendo terrena, per praua vitæ decliuia ad mortem tendunt.

Eccé quomodò cum recta fide oportet nos etiam vitæ ſanctitatem & innocentiā habere.

Ioſu.4.

SS. Apoſtolorū doctrina 12. lapidibus comparatur.

Prou.18.

Ioſu.3.

Nos autem non ſic, dilectiſſimi, non ſic, ſed ad veram ſapientiam tendentes, ità
Exhortatio authoris ad vitam ſpiritualem amplectēdam. per Dei miſericordiam in virtutum ſtudeamus alta proficere, vt in vitiorum puldeat voraginem declinare. Sic perſeueremus ſemper ad ſuperna properare, quò tendimus, vt diuini amoris dulcedinem in noſtris iugiter mentibus conſeruemus. Illius itaque ſapientiæ laboremus participes fieri, qua beatus Iohannes per amplioris gratiæ cumulum meruit incomparabiliter illuſtrari. Cuius nimirùm ſplendore concepto, cælum velut aquila penetrat, ità vt creata cuncta tranſgrediens, ad ipſum rerum omnium verticem, mentis contemplatione pertingat. Noſtis fratres mei, quia in mundi naſcentis origine, tertio die germinauerit terra, quarto cæli facta ſunt luminaria, quinto volatilia ſunt creata. Quarè autem in creandis rebus hic ordo decucurrit, nisì vt nos inſtrueremur, quia priùs neceſsè eſt, vt mens noſtra virentium virtutum opera germinet, quatenùs ſic mereatur cæleſtis gratiam luminis, ac poſtremò euolare valeat ad contemplandam ſpeciem veritatis? Germinemus itaque, fratres, vt illuminemur, quatenùs illuminati, virtutum pennis ad cæleſtia ſubleuemur. Non nos mundi huius dulcedo falſa demulceat, non carnalis illecebræ voluptas luxurioſa reſoluat. Nuſquàm certè præceptum in veteris teſtamēti cæremonijs inuenitur, vt mel ſacrificijs miſceatur. Per quod intelligitur, quia his, qui Deo vitæ ſuæ ſacrificium offerunt, nullam Deus carnalem vult ineſſe dulcedinem, nihil in eis viuere, quod ad carnalem pertineat voluptatem. Oleum autem frequenter immittitur, vt omnis noſtræ operationis oblatio hilariter offeratur. Hilarem enim datorem diligit Deus. In omnibus etiam ſal iubetur admiſceri, vt omne boni operis ſacrificium, rationis, diſcretionis, ac cæleſtis ſapientiæ ſale ſit conditum.

Gen.1.

Cur in ſacrificijs veteris teſtamenti oleū & ſal, nūquàm verò mel ſit oblatum.

Hoc autem diuinæ ſapientiæ ſale ità omnis beati Iohannis doctrina videtur reS. Iohannis præconia. ſperſa, vt meritò dicatur os Dei, lingua Spiritūs ſancti, cedrus paradiſi, lux Eccleſiæ, decus orbis, præco cæli, lumen mundi, ſidus hominum, ſpecimen Angelorum, lapis viuus, ſpeculum lucis, logothera diuinitatis, forma fidei, columna cæli, archiтectus veri tabernaculi, quod fixit Deus, & non homo. Nam & Cherubin iurè perhibetur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iohan 13. hibetur,qui scientiæ plenitudinẽ ex ipso Redemptoris pectore percepisse cognoscitur. Veruntamen eum nos quantumlibèt efferre cõtendamus, celsitudinis eius merita non æquamus: quia qui diuinæ laudis præconia meruit, ad eius dignè laudanda merita humanæ linguæ fragilitas non assurgit. Ipse quippè eius laus est, qui

Huius Apostoli vita necessariò imitanda. illi & olim precium,& nunc factus est præmium. Per huius ergo vestigia, dilectissimi,ad Redemptorem nostrum pleno cordis amore tendamus, huius doctrinam velut coruscam in tenebris lampadem nostris semper gressibus præferamus.Pudeat iam terrenis incumbere,qui per spei desiderium ad cælestem cœpimus gloriam festinare. Qui ad cælestium nuptiarum desiderium properat, terrenæ voluptatis cœno volutari erubescat. Qui titulis Angelicæ dignitatis emicat, locum in exilio non requirat. Incassum porrò terrena lucra congerimus, qui diuitias immortales in regni cælestis palatio possidemus. Quem ergò pondus terrenæ corruptionis aggrauat,rerum extrinsecùs affluentium copia non extollat. Qui ad hoc constitutus est,vt totis viribus iugiter cum aduersario dimicet, torporis hunc & negligentiæ dissolutio non eneruet. Sic,sic per diuinæ pietatis auxilium, & florẽtes virtutibus, & vitijs repudium dantes, si hîc cum sequimur,qui nobis iter Crucis ostendit, illuc perueniemus ad eum,qui calcato mortis imperio, cælum cum triumphali gloria penetrauit, Iesus Christus Dominus noster, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat per omnia secula seculorum,Amen.

EIVSDEM HYMNVS DE IPSO SANCTO IOHANNE EVANGELISTA

ad Vesperas.

S.Iohannes virgo. VIrginis virgo venerande custos,
Magnus æterni logotheta Verbi,
Dele seruorum facinus tuorum,
Sancte Iohannes.
Tu patrem carnis subitò relinquis,
Sicque cælestem sequeris Parentem,
Piscibus spretis,hominum iuberis
Claudere turbam.

Item fluui paradisi, & iubar cæli. Fonte prorumpens fluuius perenni
Curris,arentis satiator orbis.
Hausit ex pleno modò quod propinat
Pectore pectus.
Tu decus mundi,iubar atque cæli,
Impetra nostris veniam ruinis.
Da sacramentum penetrare summum
Quod docuisti.

Hæresum interẽptor, Patris arcanum speculando Verbum,
Tollis errorem fidei per orbem.
Nos ad æternam speciem fruendam,
Dux bone transfer.
Laus honor Patri, parilique proli,
Vna maiestas,eadem potestas:
Cum quibus sanctus simul implet omnem
Spiritus orbem.
Amen.

SERMO

SERMO D. CÆCILII CYPRIANI CARTHAGINENSIS EPISCOPI, DE STELLA, MAGIS, AC *Innocentum morte. Habetur 3. Tomo operum eius,nunc recèns opera D. Iacobi Pamelij recognitorum.*

ARGVMENTVM.

Primùm latissimè prosequitur solennitatis Epiphaniæ historiam & mysteria, dein Innocentium pro Christo martyrium,atque adeò & baptismum sanguinis celebrat: hinc eorum beatitudinem cumulatam comprobans,quòd protomartyres primum in ordine sanctorum locum habeant, & secretorum conscij diuinorum propinquitate familiarissima,clementiam Dei pro nostris exorent laboribus, & mundis veniam obtineant immeritis.

28. Decẽbr. NAto in Bethleem Saluatore,audita est in Ephrata eius in terris præsentia, & vsque ad syluas, camposque gentium nouæ huius natiuitatis est fama porrecta: in Iudæa à pastoribus & Angelis primò sunt hæc gaudia celebrata, nec multò pòst Arabum fines huius rei notitia penetrauit, & incolis Sabba præclari stella luminis cæleste numen nouis splendoribus indicauit. Erant in illis regionibus viri syderum inspectionibus assueti, qui arte mathematica vim discursumque nouerãt planetarum: qui ex elementorum natura rationem temporum metientes, astrorum ministeria certis experimentis proprijs dicerant effectibus assignata. Hi ex vaticinijs Balaam olim audierant stellam oriri in Iacob,& hominem in Israel,cuius fortitudo quasi rhinocerotis, ad quem in tribus de Italia venirent, qui superarent Assyrios, & vastarent Hebræos, quo temporum nec in Iacob idolum,nec in Israel simulacrum esset. Diù homines illi huius prophetiæ prouentum expectauerant, & vbi venit plenitudo temporis, orto repentè nouo sidere,ad antiqua recurrẽtes volumina,tam restimonio muniti quàm signo,dromadis inuecti in Iudæam stella duce peruenium. Nec potuêre Palæstinę incolas latere tanti nominis personæ: sed vbi auditum est quòd stellam indicem nati in Bethleem paruuli sequerentur, Herodi noui Regis inquisitio nunciatur. Euocatis itaque Magis,rei huius ordinem cum omni diligentia scisciatur. Audit natum in Bethleem esse paruulum,quem profitentes Regem & Deum qui de Sabba venerant, adorare & venerari festinant: intimatum est ei quod ab antiquis temporibus Moabites propheta, licèt gentilis, prædixerat: & contulit cum literis gentium, sanctorum vaticinia prophetarum, quorum scripta per omne sabbatum legebantur: de quibus nulla in populo Iudæorum ambiguitas erat quin rata essent,quæ illi vel asseruissent præterita,vel prædixissent futura: à fortitudine eius qui quasi vnicornis obuios penetraret, in cuius obsequium vltrices de Italia trieres in Iudææ terminos aduentarent, & vsque ad finem mundi dilatarent imperium,anxius expauit & timuit. Conturbabat quoquè aliud quod in Michæa scriptum est testimonium: Quoniam de Bethleem quæ est Effrata, egredietur paruulus, qui dominator esset in Israel, cuius egressus esset ab initio à diebus æternitatis. Cumque ea quæ domestici codices continebant,cum his quæ ab alienigenis dicebantur intelligeret conuenire: diuinis tentans reluctari consilijs, simulat perfidus religionis assensum, promittens Magis sese ad adorandum paruulum eum omni deuotione ilicò affuturum,cùm per reuertentes certitudinem de puero accepisset. Turbatur cum Rege maligno Hierosolyma,non lætatur: expauescit & tabescit & negare erubescit quod scriptura testatur. Necminùs horrendum scribarum sacrilegium quàm Herodis impietas: quia proprio Iudæi abutentes priuilegio,cùm visitationi diuinæ inuenirentur ingrati, causam sibi cum Herode fecêre communem: cùm hinc & indè impietas & infidelitas aduersùs Dominũ & Christum eius fremerent,& pariter in eius odio consentirent. Eccè alienigenæ à flumine Aethiopiæ ad paruulum Christum supplices veniunt,& filij dispersorũ deferunt munera,accedunt qui longè erant,& qui propè recedunt: in loco humili & supellectile vili Rex regum & Dominus dominantium inuenitur,cognoscitur, & ab alijs adoratur. Quia verò neminem in conspectu Dei apparére vacuum antiqua lex

Stella quæ apparuit, gẽtibus natiuitatem Christi indicauit.

Num. 25. & 24.

Matth.2.

Fruſtrà timet Herodes natum Regẽ Christum,quinõ venerat tollere regnum terrestre. Mich.5.

Herodis calida simulatio.

Mich.5. Scribarum horrendum sacrilegium

Psal.2.

Exod.23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lex edocet: præuaricatoribus legis abeuntibus vacuis, primitiæ gentiũ sacramen-

Munere, qd de Christo sentirent, Magi profitentur.

talia munera proferunt de thesauris, & Domino aurũ & odoramenta præsentant, profitentes ex ratione munerum de eo quem adorabant quid crederent, quid sentirent. In auro Regem, in thure sacerdotem, in myrrha incorruptibilem, quamuis passibilem profitentur. Oblatio ista incarnati Verbi & exponit mysteria, & breui subtiliq́ue indicio vtriusque naturæ humanæ diuinæq́ue exprimit vnitatem, quod & proprium est vnicuique, singulatim distinguens. Nam Deo patri cuius regnum & imperium suis mundum replet splendoribus, in odorem suauitatis summus sacerdos & pontifex Christus se obtulit: cuius caro passionis cremata carbonibus,

Nota.

incensionis suæ fragrantiam transmisit ad cælos, & vsque hodiè odor ille suauissimus in terrestri cælestiq́ue Ecclesia indeficiens perseuerat. Quòd autem passibilitas quam obediens Deo voluntariè suscepit, incorruptione firmata sit: virtus myrrhæ obuians corruptelæ suo probat effectu, & visibilium ratione munerum immortalitatis solidæ constat euidens argumentum.

Adorato Domino Magi hilares alio tramite in suam patriam reuertuntur: quia

Rom. 10. Matth. 5. Psal. 16.

necesse est vt qui credunt ad iustitiam, ore etiam confessi sunt ad salutem, deindè vias eligant arctiores, & se districtioribus mandatis obligent: quoniam per vias latas, descensusq́ue præcipites itur ad inferos, per arctas verò & difficiles reditur ad superos. Propter verba labiorum Dei religiosus quisque vias duras ingreditur, &

Religiosus quisque debet cũ Magis p arctã viam incedere, nec ad Herodẽ mũdanum reuerti.

iugulator voluptatum stantem ex diuerso hostem securus aggreditur. Arcta via est castitas, trames strictus humilitas: ieiunio affligi, & carnem in seruitutem redigere, scopulosæ sunt semitæ, sed ad patriam superiorem non nisi per meatus difficiles armati milites reuertũtur. Non est tutus ad Herodem regressus: nec expedit cum his qui oderunt Deum fœdera iungere: nec de religione cum malignantibus inire consilia, quorum familiaritas infantiam Christi studiosè persequitur: & antequàm formetur Christus in nobis, in ipso piæ conuersationis initio, vt extinguatur spiritus, & suffocetur vita iustitiæ, penitùs elaborat.

Delusum se Herodes conqueritur, cùm Magos alias comperit diuertisse: quia

Sæuit in infantium neces Herodes sicarius.

molestissimum est principi tenebrarum cùm excogitatis laqueis tentatos quosli-bet nouerit euasisse: & acriori inflammatus rabie, in neces innocẽtium debacchatur. Sic sanctorum persecutionibus tyrannus crudelis illuditur, qui dum putat perdere quos occidit, melioris vitæ statum eis procurat: & quod ille in perditionem molitur, hi vtuntur pro beneficio, quibus lucra vitæ perpetuæ per hæc momentanea damna celeri compendio acquiruntur. Ecce paruuli isti, quos hostis naturæ, pietatis inimicus, bestialis sæuitiæ, inauditæ crudelitatis monstrum Herodes oc-

Infantes nõ sermone sed passiõe Christum ,pfessi sunt.

cidit, subitò fiunt martyres, & dum vice Christi, & pro Christo aulli à matrum vberibus detruncantur, testimonium quod necdùm poterant sermone, perhibent passione: & sufficit causa testimonio, licet nondùm eloquio distinguatur. Illicò spiritus infantilis vasculi receptaculum deserens, iam non tenelli corporis ætatisq́ue nouitiæ tempore tenetur: sed ab illis infantilibus coagulis animæ expedita, adepta rationis & intellectûs plenitudinem in occursum Christi festinat: à quo militiæ suæ quærens stipendium, ad lucis & pacis æternæ præmitti-

titur gaudia: & Epiphaniæ solennia in cælestibus celebrat, nec in stellæ alicuius lumine, sed in ipsa claritate diuinæ præsentiæ gloriatur. Acta est natiuitatis solennitas sursùm iubilantibus Angelis, deorsùm ex ore infantium & lactentium laus est perfecta, resonantibus vsque ad cælos victoriæ tubis: & versus est parulorum vagitus in gaudium, & luctus in iubilum, sequente non stellam, sed Agnum

Apoc. 14.

exercitu innocentium, & baiulante gloriosissimi triumphi solenne vexillum. Nec potuit mundus inficere nupèr agonem ingressum infantilem exercitum: & pedes qui nondùm lutum calcauerant, vrgens citatusq́ue transitus non est passus vllis sordibus inquinari: sed in ipso vitæ initio tota illa innocua phalanx, sine vllo integritatis detrimento, ad solidioris vitæ translata est gloriam. Et quæ expectari poterat annorum elapsu rationis discretio, repentè nullis iam ætate illa tempo-

ribus subiecta, omnis consummationis reperit finem, & casuum accidentium mutabilitates euasit. Euigilauerunt sensus quos sopor infantiæ opprimebat: diffloq́ue palpebris intuiti lucem, in momento assecuti sunt, quæ pacificis & mun-

Matth. 5.

do corde debetur, beatitudinem: & ascendentes per omnium virtutum gradus sine doctrinæ humanæ exercitio cumulatam inuenêre mensuram: ità vt in

ordine

ordine sanctorum protomartyres primum habeant locum, & secretorum conscij diuinorum, propinquitate familiarissima clementiam Dei pro nostris exorent laboribus, quos vsque hodiè funestus Herodes persequitur, quorũ sanguine & morte diabolus delectatur. Hi itaque à cunabulis in cælum translati facti sunt superni Capitolij senatores & iudices, nonnullis veniam obtinentes immeritis: assistuntq́ue miserationibus & vltionibus diuinis, sed sæpiùs Agni, quem quocunquè ierit prosequuntur, mansuetudine, quàm ira vel furore vtuntur. Hi nupèr cruore lacteo lauati, primitias baptismi martyrio consecrârunt, tradentes posteris formam, vbi necessitatis articulus excluserit moram, non minùs ad lauacrum animæ sanguinem efficacem, quàm sanctificatas verbis solennibus aquas, maximè cùm nec sanguis hoc elemento careat, sed aquarum motu per totum corporis alueum fluat. Spiritus verò sanctus & aquis & sanguini superfertur, qui subiectos sibi fouet & abluit: quo baptizante idem occisio quod mersio operatur, qua extinctam peccati vitam virtutemq́ue mortuam vtriusque rei continet sacramentum. Ipse enim est qui vel hoc, vel alio modo, quicunque est ille modus, baptizat, & ad idem refertur quod pura fide agitur per Christum Dominum nostrum.

Sãcti innocẽtes in ordine sanctorum, protomartyrum habẽt locũ.

Apoc. 14.

Sãcti innocentes primitię baptismo sanguinis baptizatorum martyrum.

En habes hic cõsecrationẽ aquæ baptismi. Gen. 1.

Baptismus sancti spiritũs.

VITA SANCTORVM EVTHYCHII ET FLORENTII, SERVORVM DEI, PER DIVVM GREGORIVM PAPAM SCRIPTA, TERTIO LIBRO DIALOGORVM EIVSDEM, CAP. 15.

28. Decẽbr.

NON hoc sileam quod ex regione Tusciæ venerabilis viri Sanctuli presbyteri narratione cognoui, de cuius verbis ipse nõ dubitas Petre, quia eius vitam fidemq́ue minimè ignoras. Eodem quoquè tempore in Nursinæ partibus prouinciæ duo viri in vita atque habitu sanctę conuersationis habitabant: quorum vnus Euthychius, alter verò Florentius dicebatur. Sed idem Euthychius in spiritali zelo, atque in feruore virtutis se exercuerat: multorumq́ue animas ad Deum perducere exhortando satagebat. Florentius verò simplicitati atque orationi deditam ducebat vitam. Non lõgè autem erat monasterium, quod rectoris sui morte erat destitutum: ex quo sibi monachi eundem Euthychiũ præesse voluerunt. Qui eorũ precibus acquiescẽs, multis annis monasterium rexit, discipulorumq́; animas in studio sanctæ cõuersationis exercuit. Ac nè oratoriũ in quo priùs habitauerat, solũ remanere potuisset, illic venerabilẽ virum Florentiũ reliquit. In quo dum solus habitaret, die quadã sese in orationem dedit, atq; ab omnipotenti Domino petijt, vt ei illic ad habitandũ aliquod solatium donare dignaretur. Qui mox vt impleuit orationem, oratorium egressus, ante fores vrsum reperit stantem. Qui dum ad terram caput deprimeret, nihilq́ue feritatis in suis moribus demonstraret, apertè dabat intelligi, quòd ad viri Dei obsequium venisset. quod vir Domini quoquè protinùs agnouit. Et quia in eadem cella quatuor vel quinque pecudes remanserant, quibus omninò deerat qui pasceret & custodiret, eidem vrso præcepit, dicens: Vade, atque oues has ad pastum eijce, ad horam vero sextam reuertere. Cœpit itaq; hoc indefinẽter agere. Iniungebatur vrso cura pastoris, & quas manducare consueuerat, pascebat oues bestia ieiuna. Cùm vir Domini ieiunare volebat ad nonam, præcipiebat vrso eadem hora cum ouibus reuerti: cùm vero noluisset, ad sextam. In omnibus itaque mandatis viri Dei obtemperabat vrsus, vt neq; ad sextã iussus redire, veniret ad nonam, neq; ad nonam iussus redire, veniret ad sextam. Cumq́; diù hoc ageretur, cœpit in loco eodem tantæ virtutis fama longè lateq; crebrescere. Sed quia antiquus hostis vndè bonos cernit enitescere ad gloriam, indè peruersos per inuidiam rapit ad pœnam: quatuor viri ex discipulis venerabilis Euthychij vehementer inuidentes quòd eorum magister signa non faceret, & is qui solus ab eo relictus fuerat, tanto hoc miraculo clarus appareret, eundem vrsum insidiantes occiderunt. Cumq́ue hora qua iussus fuerat

S. Euthychij multis monachis præficitur.

S. Florẽtius eius oratoriũ inhabitat.

Vrsus pastor ouium efficitur.

Vrsus ab inuidis occiditur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non rediret, vir Dei Florentius suspectus est redditus, & vsque ad horam vesperam expectans, affligi cœpit quòd is quem ex simplicitate multa fratrem vocare consueuerat, vrsus minimè reuerteretur. Die verò altera perrexit ad agrũ, vrsum pariter ouesque quæsiturus, quem occisum reperit. Sed solicitè inquirens, citiùs à quibus fuerat occisus, inuenit. Tunc sese in lamentum dedit, fratrum malitiam magis quàm vrsi mortem deplorans. Quem venerandus vir Euthychius ad se deductum consolari studuit, sed idem vir Domini coram eo doloris magni stimulis accẽsus, imprecatus est, dicens: Spero in omnipotenti Deo, quia in hac vita ante oculos omnium ex sua malitia vindictam recipiant, qui nihil se lædentem vrsum meum occiderunt. Cuius vocem protinùs vltio diuina secuta est. Nam quatuor monachi qui eundem vrsum occiderant, statim elephantino morbo percussi sunt, vt membris putrescentibus interirent. Quod factum vir Dei Florentius vehementer expauit, seque ità fratribus maledixisse pertimuit. Omni enim vitæ suæ tempore flebat, quia exauditus fuerat, se crudelem, se in eorum morte clamauit homicidam. Quod idcircò omnipotentem Dominum fecisse credimus: nè vir miræ simplicitatis quantolibet dolore commotus, intorquere vltrà præsumeret iaculum maledictionis.

Diuinitùs elephantico morbo percutiuntur occisores.

Petrus. Nunquidnam valdè graue esse credimus, si fortasse cuilibet exagitãte iracundia maledicamus?

Gregorius. De hoc peccato cur me percunctaris an graue sit, cùm Paulus dicat:

1. Cor. 6. Neque maledici regnum Dei possidebũt? Pensa itaque quàm grauis culpa est, quæ separat à regno cælestis vitæ.

Petrus. Quid si homo non fortasse ex malitia, sed ex linguæ incuria maledictionis verbum iaculatur in proximum?

Matth. 12. Gregorius. Si apud districtum iudicẽ Petre ociosus sermo repræhenditur, quanto magis & noxius? Pensa ergò quantùm sit damnabilis qui à malitia non vacat, si & ille sermo pœnalis est, qui à bonitate vtilitatis vacat?

Petrus. Assentio.

Gregorius. Idem vir Dei egit aliud, quod silere non debeo. Cùm enim magna eius opinio longè lateque crebresceret, quidam diaconus longè positus ad eum pergere studuit, vt eius se orationibus commendaret. Qui ad eius cellulam veniens, omnem locum per circuitum inuenit innumeris serpentibus plenum. Cumque vehementer expauesceret, clamauit dicens: Serue Dei ora. Erat autem tunc mira serenitas. Egressus verò Florentius, ad cælum oculos & palmas tetendit, vt illam pestem sicut sciret Dominus auferret. Ad cuius vocem subitò cælum intonuit, atque idem tonitru omnes illos qui eundem locum occupauerant, serpentes interemit. Quos cùm vir Dei Florentius interemptos adspiceret, dixit: Eccè illos occidisti Domine, quis eos hinc leuabit? Moxque ad eius vocem tantæ aues venerunt, quanti serpentes occisi fuerant: quæ absportantes singulos, & longiùs proijcientes, locum habitationis illius mundum à serpentibus omnimodò reddiderunt.

S. Florẽtius orationi ei⁹ pentes occisos, per aues exportari curat.

Petrus. Quid virtutis, quid fuisse meriti dicimus, quòd eius ori tantùm factus est Deus proximus?

Gregorius. Apud omnipotentis Dei singularem munditiam atque eius simplicem naturam multùm Petre humani cordis munditia atque simplicitas valet. Hoc ipsum nanque quòd eius famuli à terrenis actionibus segregati, ociosa loqui nescierunt, & mentem per verba spargere atque inquinare deuitant, authoris sui præceptis exauditionem impetrant. Cui inquantùm est possibile, ipsa puritate ac simplicitate cogitationis quasi ex quadam iam similitudine concordant. Nos autem turbis popularibus admixti, dum frequenter ociosa, nonnunquàm verò etiã (quod est grauius) noxia loquimur, os nostrum omnipotenti Deo tanto longinquum fit, quanto huic mundo proximum. Multùm quippè deorsùm ducimur, dum locutione continua secularibus admiscemur. Quod benè Esaias postquàm Regem Dominum exercituum vidit, in semetipso repræhendit, & pœnituit, dicens: Væ mihi, quia tacui: quia vir pollutus labijs ego sum. Qui cùr polluta labia haberet, ostendit, cùm subiunxit: In medio populi polluta labia habentis ego habito. Pollutionem nanque labiorum habere se doluit: sed vndè hanc contraxerit indicauit, cùm in medio populi polluta labia habentis se habitare perhibuit. Valdè enim

Deus ori eorum proximus, qui ociosa verba deuitant.

Esa. 6.

Ibidem.

difficile est, vt lingua secularium mentem non inquinet quam tangit: quia dum plerunquè eis ad quędam loquenda condescendimus, paulisper assueti, hanc ipsam locutionem quæ nobis indigna est, etiam delectabiliter tenemus, vt ex ea iam redire non libeat, ad quam velut ex condescensione deducti venimus inuiti. Sicque fit vt ab ociosis ad noxia, à leuioribus ad grauiora verba veniamus: & os nostrum ab omnipotenti Domino tanto iam minùs exauditur in prece, quãto ampliùs inquinatur stulta locutione: quia sicut scriptum est: Qui auertit aurem suam nè audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Quid ergò mirum, si postulantes tardè à Domino audimur, qui præcipientem Dominum aut tardè, aut nullo modo audimus? Et quid mirum, si Florentius in precesua citiùs est auditus, qui in præceptis suis Dominum citiùs audiuit?

Seculariũ colloquia deuitanda.

Prou. 28.

Petrus. Nihil est quod responderi valeat apertæ rationi.

Gregorius. Euthychius verò qui prædicti Florentij in via Domini socius fuerat, magis post mortem claruit in virtute signorum. Nam cùm multa ciues vrbis illius de eo soleant narrare miracula, illud tamen est præcipuum, quod vsque ad hæc Longobardorum tempora omnipotens Deus per vestimentum illius assiduè dignabatur operari. Nam quotiès pluuia deerat, & æstu nimio terram longa siccitas exurebat, collecti in vnum ciues vrbis illius, eius tunicam leuare, atque in conspectu Domini cum precibus offerre consueuerant. Cum qua dum per agros pergerent exorantes, repentè pluuia tribuebatur, quæ plenè terram satiare potuisset. Ex qua re patuit, eius anima quid virtutis intùs, quid meriti haberet: cuius foris ostensa vestis iram conditoris auerteret.

Euthychius post mortẽ claruit virtute signorum.

Euthychij tunica elata aut pluuiam aut solẽ adducebat.

DE SANCTO SABINO INSIGNE MIRACVLVM, VT HABETVR IN PAVLI DIACONI, DE GESTIS *Longobardorum libro quarto, cap. quinto.*

Decẽbr. 30.

Hæc contigerunt temporibus Gregorij Papæ.

SEQVENTI anno quàm Theodebertus Francorum Rex, cum Clothario patruele suo bellum gerens, eius exercitum vehementer afflixit: Ariulphus Dux, qui Faroaldo apud Spoletum successerat, moritur. Hic Ariulphus cùm bellum contra Romanos in Camerino gessisset, victoriamq; patrâsset, requirere à suis hominibus cœpit, quisnam vir ille fuisset, quem in prælio quod gesserat, tam strenuè pugnantem vidisset. Cui cùm sui responderent, se illic nullum fortiùs bellantem, quàm Ducem ipsum vidisse, ille ait: Certè multò per omnia me meliorem ibi alium vidi: qui quotiès me aduersæ partis aliquis percutere voluit, me semper suo clypeo protexit. Cumque Dux ipse prope Spoletum, vbi basilica beati martyris Sabini Episcopi sita est, in qua eiusdem venerabile corpus quiescit, aduenisset, interrogauit cuius illa tam ampla domus esset. Respõsumque est ei à viris fidelibus, Sabinum ibi martyrem quiescere: quem Christiani quotiès in bello contra hostes irent, præsidium haberent, ac cum proptereà in suum auxilium vocarent. Ariulphus verò cùm adhuc esset gentilis, ità respondit: Et potest fieri vt homo mortuus aliquod viuentibus auxilium præstet? Qui cùm hoc dixisset, equo desiliens, eandem basilicam conspecturus intrauit. Tunc alijs orantibus, ipse picturas eiusdem basilicæ mirari cœpit. Qui cùm figuram beati martyris Sabini depictam conspexisset, mox cum iuramento affirmauit, talem omninò eum virum qui se in bello protexerat, formam, habitumque habuisse. Tunc intellectum est, beatum martyrem Sabinum eidem in prælio adiutorium contulisse.

S. Sabinus Ariulpho Duci prælianti opem fert.

S. Sabinus Christianis in bello præsidium.

VITA

Universidad de Deusto
Biblioteca

VITA SANCTI BARBATIANI PRESBYTERI ET CONFESSORIS, VT HABETVR LIBRO SECVNdo historiarum Rauennatum Hieronymi Rubei viri doctißimi.

31. Decēbr. Valentiuianus à Theodosio Augustus Romæ appellatur.

VALENTINIANVS eodem quo in Italiam venerat anno, à Theodosio Romam vocatus, illuc se cum Galla Placidia matre contulit: vbi, vt Theodosius optauerat, Augustus appellatur. Cùm verò religione essent incensi, non defuerunt Placidia & Valentinianus, cui ab matre, Placidi prænomen adscripserant, quin inter tot secundæ fortunæ felices euentus, summaque de Imperio negocia, loca sancta Romæ, hominesque sanctitate ac innocentia vitæ insignes, inuiserent. Enitebant eo tempore duo sacerdotes Antiocheni Romæ, Timotheus & Barbatianus. Ad hos cùm adijsent, solus Barbatianus viuere inuentus in cœmeterio Calisti. Ibi cùm Placidiæ puella acerbissimo oculorum dolore laboraret, vir sanctus dominæ precibus commotus, vbi Deum precatus est, ventrale quod habebat in aquam mersum puellæ tradidit, iubetque oculos vt extergat, quo facto morbo soluta est.

S. Barbatiani patria.

Puellam ab oculoru dolore liberat

Nec multò pòst Calogenes Græcus adolescens Valentiniani seruus cùm scalas descenderet, decidit: ossibusque confractis & pede comminuto, cùm parùm abesset à morte, ad virum Dei importatus, ab eoque signo Crucis obsignatus statim conualuit.

Signo crucis mortē proximum curat.

Isidorus etiam cùm ex pulmonis vlcere ad extremum laboraret, adductus ad S. Barbatianum, vir sanctus cùm Deo antè preces, vt consueuerat, fudisset, porrexit nonnihil citri, quod sibi fortè ad manus fuit: cuius esu æger morbo liberatur.

Aliū ægrum sanat.

Rauennā à Placidia adducitur.

His plurimisque præterea prodigijs clarus, Rauennam ab Galla Placidia non multò pòst deducitur Barbatianus: quò se Valentinianus cum matre recepit. Interea Galla Placidia Rauennæ iam diuo Iohanni Euangelistæ templum extruxerat iuxta Aureliani pomarium, quo loco palus aderat, ad portam, quæ Artemedueli vocabatur, missis qui vndiquè lapides elegantes secarent, & apras columnas fabricarent, pauimento, tessellato opere elaborato: in parietibus verò, naufragij vtique historia simili opere picta: Ad orientem erexit testudinem, duabus maximis innixam columnis, quas bracteato argento incrustauit. Videbatur autem in maiestate Deus, libellum Iohanni Euangelistæ porrigens, cui erat subscriptum: Sanctus Iohannes Euangelista. Hinc atque indè mare vitreum, in quo duæ naues turbulenta tempestate & ventorum impetu agitatæ: In altera diuus Iohānes Placidiæ opem ferens aderat, septemque candelabra, & nonnulla præterea ex ijsque Apoc. 1. &c. in Apocalypsi describuntur mysteria. Nonnullæ præterea columnæ, ipsaque maxima ara, tota argenteis laminis exornata: Accedebant ad hæc, valuulæ etiā quædam circa eam aram ex argento, immixtis gemmis: in quarum limine scripta hæc legebantur: Sancte Iohannes arca Christi, accepta tibi sit oratio serui tui. Super aram testudo ex præstanti marmore, quatuor ex argento columnis suffulta, pendentibus vtrinq; aureis argenteisque * vasibus, ex ipso verò cacumine, Crux emicabat inter poma & lilia. Prætermittenda argentea columba non est, quæ volitare inter vasa illa videbatur.

* for. vasis

Ecce primæ Ecclesiæ morē in cōsecrādis tēplis & aris.

Id vnum autem tanto operi, ac Augustæ religioni deesse putabatur, quòd nihil haberet reliquiarum D. Iohannis, quibus ara dicari more maiorum posset. Hęc res mirificè Augustæ animum angebat, & ob id sacra in edia, summis precibus ac vigilijs suppliciter perere, vti, si quid inter homines ipsius esset, suo templo daret dedicando. Barbatianum interea cōsulit, petitq; quid agendum putet. Ipse vt erat summa in Deum fide, non ignorans quantùm fidei, quæ eius est munus, tribuere Deus solitus sit, consulit in ædificato ab se templo vt vigilet, Deumque ac Apostolū de re illa obnixè roget. futurum enim vt tantam animi pietatem Deus nè parui faciat: seq; Barbatianus in hac re Augustæ comitē pollicetur. Quod cùm ipsa fecisset, tertia nocte, cùm ambos leuis somnus haberet, postquàm preces Deo fuderant, vidit

dit Barbatianus, cùm nec penitùs dormiret, nec integrè vigilaret, venerāda cānicie virum, pōtificijs vestibus candidissimis indutum ac mitratum, deambulantē & thure templum suffientem: cuius facies diuino splendore fulgens, cęlestem lucem inferebat. Tanto prodigio cōmotus vir sanctus, seipsum excutiens, ac plenè vigilans, vix sibijpsi in eo assentiebatur, quod apertè videbat: quapropter tacitis vestigijs, se ad Augustam conferens festinanter, somno excitatam, de omni re commonefacit, ipsumque Antistitem per templum deambulantem commonstrans: En, inquit, hic ille est, cui templum dicāsti. Placidia religionis feruore incensa, se ad Euangelistam, qui iam ad aram maximam peruenerat, celeriter accurrens, recipit, ad pedesque eius prouoluitur. Tum ille ex oculis elabens, sandalium dextri pedis in Augustæ manibus reliquit. Ipsa voti compos, summa gestiens lætitia, cùm Dei benignitatem voce & lachrymis prædicaret, rem omnem, vbi illuxit, Placido Valentiniano filio, omnibusque Rauennatibus ordine exponit. Indè dedicatio summa pompa celebrata est, tertio die antequàm mensis Februarius elaberetur: cuius memoria ad hæc vsque tempora, dies ille solennis, anniuersaria vicissitudine celebratur.

S. Barbatianus videt D. Iohannem suū templū consecrantem.

Vtinàm hoc exemplum, sanctarum reliquiarū & Ecclesiæ cæremoniarum descriptores adnotarent.

Placidia S. Barbatiani hortatu, Baptistæ Dominī ecclesiam cōstruit.

Nec multò pòst, Barbatiani rogatu, Placidia D. Iohanni Baptistæ egregiā ædem, iuxta domum suam, extruendam curauit: vniuersæ ædificationis negocio demandato Baduario Patricio Rauennati. In eo templo Barbatianus Deo seruiens, multis prodigijs innotescebat in dies magìs ac magis: ex quibus illud maximè cōmentatur, quo Iuliani Rauennatis nobilissimi viri filium, strumis ità laborantem, vt ab omnibus esset iam desperatus, sanauit: cùm sacris peractis, cubiculum ingressus, mox ex cera emplastrum, imminutumque panem cum oleo mixtum, vlceribus imposuisset, signoq; Crucis obsignâsset. Repentè enim disruptis illis, vermes egressi sunt, & puer ingenti miraculo in sanitatem restitutus.

Barbatianus emplastro ægrum curat, quō suā sanctitatem celet.

Pari felicitate ac prodigio Theodoram primariam mulierem, refractario sanguinis fluxu ad desperationem laborantem, sanauit: cùm enim vir sanctus deducta ad eam, in qua expressa mortis effigies videbatur, eam intuens dixisset: Christus qui hoc morbi genere laborantem liberauit mulierem, te sanet: quamobrèm eius nomine tibi prædico, surge & ambula: Theodora ad sanitatem statim reducta est. Cuius beneficij magnitudine commota, frequens deindè virum sanctum conueniebat, ab eoque de Christi religione docebatur. Verùm Vrsicius Theodorę maritus intantùm ob id zelotypiæ cæco furore exarsit, vt quadam die sub auroram in Barbatianum, qui orabat in templo Deum, districto ense impetum fecerit: sed continuò aruit manus, immobilisque permanens, viro sancto orante, Deus illi restituit sanitatem.

Matth. 9.

Item Theodoram à fluxu sanguinis.

Diuinitùs castigatur zelotypus.

Per idem tempus, Petrus Chrysologus Rauennæ Archiepiscopus, ad ecclesię administrationem conuersus, Tricollim aggressus est, quod ædificium ad trium colliū simulacrum extructum, sacerdotibus Vrsiani templi stationem tutam assiduamque præbebat. Id à successoribus admirabili ædificatione absolutum, nunc non extat. Eius vicem reddunt horti, qui circa Vrsianam ædem conspiciuntur. Templum præterea sacrauit, quod D. Iohanni Baptistæ Baduarius, iussu Placidiæ, ædificauerat. Cumque Placidia Ariminum se contulisset, incumbens in ædificationem templi D. Stephano, haud procùl ab vrbis mœnibus, dicati, incidisseràque Barbatianus in leuem quidem morbum, sed pertinacem, qui illi postremus fuit, Petrus certiorem fecit Placidiam, quæ omnibus repentè relictis, Rauennam conuolauit: vbi non multò pòst Barbatianus tranquillè & placidè animam exhalauit. Ab Petro Archiepiscopo ablutus, & aromate conditus, sepultus est in monumento iuxta aram maximam D. Iohannis Baptistæ. Temporum successu cùm eius nomini erectum fuisset templum, haud procùl ab diui Zachariæ ecclesia, illuc cadauer importatum fuit. Cæterùm tandèm corruente templo, ac potiùs ædicula, in Vrsianam ædem est translatum.

Sanctus Barbatianus obdormit in Domino.

Translatio corporis eius.

BEATI

Universidad de Deusto
Biblioteca

BEATI PETRI DAMIANI SERMO PRIMVS IN DEDICATIONE ECCLESIAE, VT HABETVR VIII. TOMO ALOYSII.

Cant.4. POST Crucem, post Virginem, post Angelos, quid est maius in terris, quid in cælis sublimius? Illa vtique, quã acceptauit Altissimus, quæ vulnerauit cor sponsi sui, cui sponsus idem in Canticis dicit: Vulnerâsti cor meum, soror mea sponsa, in vno crine colli tui, & in vno oculorum tuorum. Quàm speciosa sponsa ista, quæ in vno capillulo, & ocelluli scintillatione vulnerat cęlorum Regem, Angelorum Dominum, Filium Dei Patris. De illa nobis est sermo, licèt nõ sit sermo in lingua nostra. Hæc est illa, quæ posita est in superbiam seculorum, cuius gloria à mari vsque ad mare, cui Reges & Principes famulantur, quam circunuolat cælestium legionum multitudo, in qua fons sapientiæ repositus est, hortus conclusus, fons signatus: hortus vbi clara rosaria pulchriori colore refulgurant, & felices virgæ florum & fructuum gloria cumulantur: hortus, quem ventorum non tangit alternitas, vbi mollioris auræ gratia frequenter adspirat, & vernans amœnitas allicit intuentes: conclusus, non mirali machina, nec cæmentatorum lapidum glutinosa tenacitate, sed Angelica statione vallatus: fons, de quo fontes Israël deriuantur, qui irrigat vniuersam superficiem terræ, & inebrians, & emundans: signatus, sigillo vtique totius Trinitatis, quod ille malignans effractarius non dico confringere, sed nec contingere audeat. In hac mortua germina regerminant, & aridiora ligna facilè resyluescunt. In hac contegitur multiplex varietas sacramentorum, & congeritur antiquitas misericordiarum Domini Dei nostri. Et vt breuiter intelligentiolæ nostræ propalemus indaginem, duodecim sacramenta sunt in Ecclesia, quæ vnius fidei pietas contegit: circa quorum instantiam reflectitur Christianæ religionis authoritas.

S. Mater Ecclesia Christi sponsa.

Gen.2.

12. sunt Sacramenta largè vocẽ sacramenti accipiendo: aliàs tãtùm sunt 7. vt habetur in Cõcilio Florẽtino & Tridentino.

Primum est Baptismatis sacramenrum. Hoc preciosius est cunctis opibus, & omnia, quæ desiderantur, huic non valent comparari. Quis enim cogitatione cordis, vel volubilitate sermonis impleat, quanta sint in aquarum substantia sacramenta completa? Antequàm mundus parturiretur, & ex informi materia multiformium specierum diuersitas exiliret, Spiritus Dei in aurigæ modum ferebatur super aquas, & elementum hoc figurali præmulcebat obsequio. Cælum ipsum ex aquis compactum Hebræorum tradit authoritas: & per aquas vniuersalis illa purgatio celebratur. Patriarchæ ad aquas fiunt vxorij: & per aquas terribile Iudæorum murmur extinguitur. Omnis illa series veteris instrumenti diligentiùs introspecta, maiorem sacramentorum altitudinem in aquarum materia confignauit. Saluator ipse legem sequens, itinerarij sui principium aquis indixit, cùm in fluminе sublimis illa potestas ab illo magno homine voluit baptizari. Primum miraculum ex aquis fecit, Samaritanæ iuxta puteum aquarum fontem aquæ salientis in vitam æternam repromittit. Deniquè qui ab aquis cœperat, finiuit in aquis: vulnerato enim latere Crucifixi, manauit aqua, quæ terrarum orbem purgatorio lauamine candidauit. Ad extremum inclusiua sententia chorum Apostolicum imbuens: Euntes, inquit, baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Nónne igitur liquidò colligis, quia legis vtriusque sublimitas vim rerum sacramentalium in huius elementi liquore refudit? Non te moueat paucitas exemplorum, cùm plurima præ manibus haberentur, nisi prolixitatem cuitasset oratio.

Baptismus.

Gen.1.

Matth.3.

Iohã.2.& 4.

Iohan.19.

Mar.vlt.

Secundum est sacramentum Confirmationis. In baptismate Spiritus datur ad veniam, hîc ad pugnam: ibi mundamur ab iniquitatibus, hîc virtutibus præmunimur. Nónne in superliminari fronte domûs nostræ terrestris consecrata manus sacri chrismatis imprimit vnctionem? Nec quilibet tanti mysterij legitur executor, sed solus Episcopus, super cuius caput fusum est vnctionis oleum, & cuius ditioni sacerdotalis subditur multitudo. Baptismi gratiam omni homini, vel omni sexui tradidit authoritas antiquorum: confirmationis autem insigne, sola pontifica-

Confirmatio.

Episcopus confirmationis minister.

lis persona suæ vendicat dignitati. Indè est quòd decretales paginæ, & sanctorum patrum instituta decernunt, non esse differendam post baptismum sacramenti huius virtutem, nè nos inermes inueniat fraudulentus ille contortor, à quo nemo vnquàm nocendi inducias extorsit. Deliburi igitur vtrinsque roris vnguento, illo sanati, confortati isto, securiùs descendamus ad singulare certamen. Nec nos deterreant arma Goliæ, vel magnitudo moueat staturalis, quia nobiscum est magnus Dominus Deus noster, & magna virtus eius, appræhendens arma & scutum, vt exurgat in adiutorium nobis.

Extrema vnctio.

Iacob.5.

Tertium est Vnctio infirmorum: Infirmantibus nobis, & vsque ad mortem morali peccatorum febre languentibus, Spiritus pieratis assistit, & recordatus est quoniam puluis sumus. Ait enim diuus Iacobus: Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini. Et oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis est, dimittentur ei. Solennis vnctio, liquor excellens, quo sanitas redditur, peccatum dimittitur, immittitur timor Domini. Vides ne qualiter sacerdotalis manus infirmantis corpus alleuiet, & illecebrosam sensuum motionem sacratissima mitiget vnctione? Vndè & sancti patres hanc vnctionem sacramentum esse sanxerunt.

Fructus sanctæ vnctionis.

Ordinis sacrãmentum.

Quartum est Consecratio Pontificis. Hæc quantò sublimior, tantò dignior approbatur. Cùm enim canonicis sanctionibus eligitur persona, quæ tantæ dignitatis debeat subire fastigium, clarior Pontifex cum cæteris Pontificibus euocatur. Præparatur Ecclesia patrem susceptura de filio. Vngitur illius caput oleo lætitiæ præ consortibus suis, in illius figuram, qui thalamo virginali, spirituali balsamo profusus irroratus, oleum benedictionis super filios hominum distillauit. Liniuntur & manus, vt quicquid benedixerint benedicatur, & acceptum sit diuinæ maiestatis adspectui. Ponitur & Euangelica pagina super caput ipsius recumbentis, vt & verba vitæ suam sentiat excedere rationem, & oculi eius deficiant in eloquium Domini. Imponitur cidaris capiti consecrato, & aurea lamina frontis gloria præsignatur, in qua contexitur nomen diuinitatis. Traditur annulus secretorum in manu eius, vt dicat cum Propheta: In corde meo abscondi eloquia tua, vt nõ peccem tibi. Calceantur & pedes in præparatione Euangelij pacis, vt sit de quibus dicitur: Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem. Accipit & baculum pastoralem, vt ex ipsa virgæ qualitate signetur, qualiter mansuetos colligat, corripiat inquietos. Sic sic solenni vestimentorum glorificatione præfulgidus, & ad altare Dei familiarius intrans & exiens, iram Iudicis in misericordiam Patris felici commutatione deuoluit. Hic habet gladium spiritûs, quod est verbum Dei. Hic potest tradere satanæ in interitum carnis.

Mos consecrandi Episcopos.

Psal.118.

Ephes.6.

Esa.52.

Quintum est Inunctio Regis. Sublimis ista delibutio, quia sublimem efficit potestatem. Cùm enim tantæ nobilitatis sanguis, vel genere, vel electione consecratur in Regem, religio cum nobilitate totius regni viribus conuocatur. Adstat hinc Primatum, Metropolitanorum, & Episcoporum glorioſa societas, illinc Ducum, Comitum, Castellanorum non spernenda nobilitas. Procedit medius homo super homines regnaturus, constipatus agmine personali. Ducitur deinde ad aram excelsi principis, principium regni sortiturus ab illo, per quem Reges regnant. Priùs autem quàm imperatorijs cultibus vestiatur, requiritur super eo cleri voluntas, & populi, & manu propria iurat libertatem Ecclesiarum. Exinde exuitur vestimentis suis, & oleo sanctificationis adspergitur, vt typico rore perfusus, cælestis vnguenti plenitudine glorietur. Induitur deniquè purpura, quod est regiæ maiestatis insigne, gestans regni sceptrum in manibus ad regendum populum sanctum Dei. Ponitur & corona aurea super caput eius expressa signo sanctitatis, gloria honoris, & ope fortitudinis. Præfertur & gladius in oculis eius, vt cognoscat, quia vindex est iræ Dei, in hoc ipsum constitutus. Tantis igitur actalibus mysterijs initiatus, reportatur ad palatium, à die illa, & deincèps timendus, pariter & amandus. Felix autem, si gladium regni cum gladio iungat sacerdotij, vt & gladius Sacerdotis mitiget gladium Regis, & gladius Regis gladium acuat Sacerdotis. Isti sunt duo gladij, de quibus in Domini passione legitur: Eccè gladij duo hîc: & respondetur à Domino, Sufficit: tunc enim regnum prouehitur, sacerdotium dilatatur, honoratur vtrunque, cùm Domino præxata felici confœderatione iunguntur.

Eccè quomodò etiã Reges olim, vt nunc fit, inunguebantur.

Mos credãdi & inungendi Reges.

Eccli.45.

Gladij regni & sacerdotij, p gladios Euangelicos prefigurati.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mos & ritus consecrandi ecclesias.

Sextum est sacramentum Dedicationis ecclesiæ. Dici vix potest, quanta sit in hoc loco sacramentorum varietas, & institutionum alternatio. Primùm enim ecclesia intùs & deforis dealbatur, cruces duodecim in interiori circuitu ecclesiæ imprimuntur, cerei totidem accenduntur, emundatur ecclesia, Pontifex ecclesiam exteriùs circuit cum aqua benedicta, & in superliminari portæ tertiò virga pastorali percutiens dicit: Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ: illis deintùs respondentibus: Quis est iste Rex gloriæ? Tunc benedicit aquam sale, cinere, vino, hyssopoque conspersam: alphabetum ex transuerso quadrangula ratione conscribit: altare septies ex eadem aqua respergit: cruces chrismate, altare verò mixtura chrismatis oleique perungit: ad quatuor altaris cornua incensum incendit: altare tersum nouis velaminibus operit: aliaque multa, quæ sermonis breuitas non permittit inferere. Post hæc omni vestimentorum gloria cumulatus ingreditur ad altare, sacrificium singulare celebraturus, & sic sanctificationi finem impositurus. Quis huius abyssi caligi-

Pfal.23.

Puto illum fuisse Fulbertũ Episcopum.

nem sermonis claritate possit illuminare? Attigissemus tamẽ quantulumcunque, nisi nostris temporibus quidã, qui Carnotensi præsedit Ecclesiæ, vinacissimo mentis igne lucidiùs omnia declarâsset. Ad illum igitur plenissimum fontem sitiẽtem mittimus, vbi plenissimam hauriat veritatem. Notandum tamen, quia præcedentia sacramenta sine visibili vnctione non fiunt, cùm subsequentia nihil huiusmodi meritò continere legantur.

Pœnitentia est Ecclesiæ sacramentũ cuius vna pars, sacerdotalis cõfessio.

Septimum est sacramentum Confessionis. Confessionis bonum quantum, vel quale sit, non est nostræ tenuitatis laudibus efferendum, cùm præclara patrum ingenia multis eam insignierint documentis. Hæc est via communis ad Deum, fons tam iustis, quàm peccatoribus patens, qui criminum abundantiam abundantiori liquore detergit. Primam reddit innocentiæ stolam, & fugitiuum filium in paternos reducit amplexus. Ex hoc fonte felices Apostoli lachrymæ profluxerunt: in

Luc.7. 2.Reg 12. Luc.23.

hoc peccatricis fœminæ dæmonia sunt submersa: per hunc adulter & homicida Dauid Spiritu principali legitur confirmatus: in hoc felix ille volutatus est latro, qui breui ponte crucis de patibulo ad regnum, de supplicio in paradisum translatus est. Consummatus in breui, expleuit tempora multa. In hac virtute caligant oculi plurimorum, qui vel discretione priuati, vel assentatione seducti, aut nesciunt quid iniungant, vel si sciunt, priuatam gratiam præferunt veritati. Verùm nos suscepimus hic aperire quid sentiamus ex ea, sed sermoni proprio proprietatem illius reseruamus. Hoc tamen lectori tædiosum non sit intelligere, quia confitens pastori suo, puritatem cordis, veritatem oris, macerationem carnis debeat exhibere. Ille verò, cui confitetur, pœnitentiam dignam, orationem continuam, taciturnitatem perpetuam confitenti suo curet administrare.

Legant hæc inertes nostri Canonici, qui nihil aliud q̃ cutem curant.

Octauum est Canonicorum. Isti sunt in Ecclesiæ solio sublimati, qui in Episcopali sede veste candida refulgentes, innocentiam cordium colore vestium reprommittunt. Ij de communi, & in commune viuentes, vel viuere debentes, perpetua, si peccauerint, sunt pœnitentia castigandi: habitus enim eorum non pœnitentiæ, sed innocentiæ esse monstratur. Videant ipsi amici Sponsi, quid respondeant ante faciem Sponsi, qui iudicat orbem terræ in æquitate, cùm de sponsa cœperit exigere rationem. Nolumus inuehi super illos, sed hoc solum caueant, nè de patrimonio Crucifixi lautioribus epulis infundantur, vel vestimentis ornentur nitidioribus, nè audiant à Propheta: Non compatiebantur super contritione Ioseph.

Videhic monachorum studiũ compendio recitatum.

Nonum est Monachorum. Hi sunt, qui à forensium causarum tumultibus eloigati, ludificatorias incantationes dæmonũ patienter eludunt. In scripturis assidui, in obediẽtia præcipui, feruidi charitate, beatę vrbis gaudia è vestibulo contẽplantur. Circunspiciant tamen semetipsos, nè in amplioris coronæ, vel laxioris caleceamenti vilitate confidant, cùm homo videat in facie, Deus autem in corde.

Itẽm Eremitarum.

Decimum est Eremitarum, qui per cauernas montium, & vallium concaua latitantes, Angelicis sociati spiritibus, in diuitias gloriæ contẽplatiuis oculis rapiuntur, & in carnẽ carnis obliti, naturam suam indefessa meditatione fatigant.

Itẽm Sãctimonialium.

Vndecimum est Sanctimonialium. Istæ sexum & seculum ausu validiore vincentes, spectabilem victoriam ab hostis antiqui feritate reportant. Gloriosa res, vbi tenera membra longiori martyrio confringuntur, & illius eneruant fortitudinem, qui similitudinem Altissimi concupiuit. Ad huius spectaculum pugnæ citò con-

uertitur ille misericors intuitus, & tali potissimùm victoria delectatur.

Matrimõij sacramẽtũ Ephes.5. Marc.10. Heb.13.

Duodecimum est Nuptiarum sacramentum. Hoc magnum est, ait Apostolus: & Dominus in Euangelio: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhęrebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Quid enim magis vnum, quàm illi, quibus est vna vna caro, vna mensa, vnus torus, hæreditas vna? Honorabile coniugium (dicit vas electionis) torus immaculatus. Hoc destruuntur incestuosa coniugia, & legitimorum hæredum digna progenies propagatur. Hæc sunt duodecim sacramenta, quæ (nisi fallor) illæ duodecim cruces significant, quas in circuitu ecclesiæ videmus impressas. Sed iam dimittendus est stylus, quia & ingenij paupertas, & infirmitas carnis, quæ solito duriùs inundauit, vetant me aliquid longius scriptitare. Si conualere potuero, exequar quod cœpi, ad honorem illius, qui est benedictus in secula, Amen.

EIVSDEM BEATI PETRI DAMIANI SERMO SECVNDVS IN EADEM ECCLESIAE DEDICATIONE. *Habetur eodem octauo Tomo Aloysij.*

Pfal.49. Sacrificia 3. quibus obligantur Domino.

IMmola Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua. Tria sunt principalia, & perfecta sacrificia, quæ reddere tenemur Domino. Sacrificium piæ contritionis, sacrificium iustæ operationis, sacrificium laudis, vel iubilationis. Horum duo in præsenti sunt necessaria, tertium hìc inchoat, & in futuro consummabitur. De primo dicitur: Sacrificium Deo spiritus contribulatus.

Pfal.50.

De secundo: Sacrificate sacrificium iustitiæ: & alibì: Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ. De tertio: Beatus populus, qui scit iubilationem: ìtèm, Sacrificium laudis honorificabit me. Primum sacrificium placat Deum, secundum delectat, tertium honorat.

Pfal.4. Pfal.88. Pfal.49.

Non curat Deus de his sacrificijs, nisì medullata sint, & saginata. Vndè ait Psalmographus: Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. In lege omnis adeps offerri iubetur, & holocaustum pingue laudatur. Caro enim macra, & sine pinguedine, neque quandò assatur reddit odorem, neque quandò comeditur præstat saporem. Hæc autem pinguedo non corporis, sed spiritùs, non carnis, sed mentis intelligi debet. Pinguedo animæ, virtutes sunt. Hæ suauiter redolent, hæ in Dei sacrificio Domino placent, & sine his nullum sacrificium est acceptabile. Hoc adipe pingues erant illi, de quibus dicitur: Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ: iteḿque tres pueri in Daniele: Sicut in holocausto arietum, & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium, sic fiat sacrificium nostrum. Vt ergò placeant hæc sacrificia nostra Deo, pinguia sint, & medullata.

Pfal.62. Pfal.21. Dan.3.

Primum sacrificium.

Sacrificium piæ contritionis exigit butyrum humilitatis, quæ in tribus consistit, scilicet vt consideret homo, quàm imperfectum sit quod habet, & hoc respectu superiorum: vndè illud: Vt sciam, quid desit mihi. Deindè vt consideret, quia nil habet proprium: vndè Apostolus: Quid habes, quod non accepisti? Consideret etiam, quòd nil habet in hac vita, quod perdere non possit, iuxta illud: Memento vndè excideris, & prima opera fac. Sacrificium iustæ operationis, exigit oleum discretionis, Sacrificium laudis requirit balsamum deuotionis. Habent autem hæc sacrificia opposita sibi vitia, quasì ex latere venientia. Sacrificio contritionis opponitur absynthium indignationis: sacrificio iustæ operationis, acetum confusionis: sacrificio laudis, venenum adulationis, siue detractionis. Offeramus igitur, dilectissimi, Domino piam contritionem in amaritudine interiori, & pœnitentia exteriori, vt sobriè, iustè, ac piè viuamus in hoc seculo: sobriè nobis, iustè proximo, piè Deo: sobriè in duobus, in cauenda voluptate, & curis huius vitæ: iustè in duobus, vt nemìni noceamus, & cunctis prodesse studeamus, iuxta illud: Declina à malo, & fac bonum: piè in duobus, vt scilicet in præsenti viuat iustus ex fide, & in futuro æternam expectet beatitudinem. Vndè Apostolus: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, cùm autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Offeramus dignam laudem in confessione oris, & deuotione cordis. Pia quippè cordis contritio nascitur ex recordatione peccatorum, & timore futuri iudicij: iusta operatio, ex amore virtutis, & fiducia spei:

Duo reliqua.

Tit.2. Pfal.36. 1.Cor.13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

laus & iubilatio, ex affectu charitatis, & recordatione beneficiorum Dei.

Tres peccati recordationes. Exod.16.

Sunt autem tres recordationes peccati, prima afficiens & delectans, quæ mala est: secunda exasperans & pungitans, quę vtilis est: tertia gloriosa, quę perfectorum est. Afficiens est, qua afficitur homo recogitans ad ollas carnium Aegyptiorum, quàm deliciosè & suauiter vixerit, & quàm arduum sit iter, quod aggressurus est. Recogitatio pungitans est, quandò reminiscitur, quàm sordidè & flagitiosè vixerit, non vt ad priora redeat, sed vt dignè defleat, & coram se ea statuat: vndè

Psal.50. Dauid: Peccatum meum coram me est semper. Tertia recordatio, quæ dicitur gloriosa, est, quandò homo remeditans quis fuerit, & qua gratia de lacu miseriæ,

Psal.113. & de luto fœcis liberatus sit, gratias agit dicens: Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam: & cum Israëlitis de Aegyptia seruitute liberatus,

Exod.15. Luc.1. gratulabundè decantat dicens: Cantemus Domino, gloriosè enim honorificatus est, equum & assensorem deiecit in mare: & cum Zacharia: Benedictus Dominus Deus Israël, quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ. Hæc sunt, quæ Deo offerre debemus.

Vota facta Deo reddēda. Pſal.75.

Tenemur etiam ei reddere quæ fecimus vota, iuxta Prophetæ admonitionem: Vouete, & reddite Domino Deo vestro. Qui non reddit quod vouet, quasi Deum prouocat, & irridet. Reddendum est votum integrum & perfectum, quia aliter non satisfaceret Deo, qui votum nostrum, tanquàm proprium exigit debitum.

Leuit.22. Vndè & in lege dicitur, quòd bouem, & ouem, aure & cauda amputatis, voluntariè offerre possumus. Votum autem ex his solui non potest, quibus aliquid perfectionis deest. Recogitet igitur vnusquisque nostrûm quid Domino vouerit, & satagat illud reddere. Abrenũciauimus seculo, monachi nomen suscepimus & habitum.

Tria vota monastica. Vouimus Domino continentiam, obedientiam, humilitatem, patientiam, seculorum morum mutationem.

Prædicta tria vouerunt specialiter sancti, & reddiderunt. Audite quid dixerit, & quid fecerit Apostolus. Non sum, inquit, dignus vocari Apostolus, quia persecutus

1.Cor.15. 2.Tim.4. sum Ecclesiam Dei. Eccè pia contritio de recordatione peccati. Item, Bonum, iniquit, certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Eccè iu-

2.Cor.1. sta operatio de fiducia spei. Item, Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Eccè laus de beneficijs Dei. Vouit Dauid, & reddidit.

Psal.115. Gen.28. Vota, inquit, mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius. Votũ vouit Iacob, & reddidit. Si fuerit, inquit Dominus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad indu-

endum, reuersusque fuero prosperè domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei, cunctorumque, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. Iephte Galaadites votum vouit, & reddidit.

Iudic.11. Domine, inquit, si tradideris filios Ammon in manus meas, quicunque primus egressus fuerit de foribus domûs meæ, mihique occurrerit reuertenti cum pace à filijs Ammon, eum in holocaustum offeram Domino. Transiuitque Iephte ad filios Ammon, vt pugnaret contra eos, quos tradidit Dominus in manu eius. Reuertenti autem in Maspha domum suam, occurrit vnigenita filia sua cum tympanis & choris: non enim habebat alios liberos. Qua visa, scidit vestimenta sua, & ait: Heu

Si vnigenitus Dei Filius votũ fecit, & reddidit, quarè etiá nos quę vouimus, non integrè psoluemus? Psal.131. me, filia mi, decepisti me, & ipsa decepta es. Aperui enim os meum ad Dominum, & aliud facere non potero. Et fecit de ea, sicut vouerat. Ipsum vnigenitum Dei Filium iurâsse Patri, ac vouisse scimus, attestante Psalmista, qui ait: Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob: scilicet vt sacramentum religionis in passione suæ carnis pro salute generis humani expleret. Faciamus & nos similiter, & vota, quæ vouimus, integrè persoluamus. Quod ipse præstare dignetur,

qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus
per omnia secula seculorum,
Amen.

EIVSDEM

EIVSDEM BEATI PETRI DAMIANI SERMO TERTIVS IN EADEM ECCLESIAE *Dedicatione.*

Gen.1. FEcit Deus duo magna luminaria, luminare maius, vt præesset diei, & luminare minus, vt præesset nocti. Non omnia, fratres charissimi, quæ sunt in cithara, sonant, sed omnia iuuant. Sic non omnia, quæ sunt in diuina scriptura, spiritualem intelligentiam generant, sed omnia iuuant. Vndè si in aliquo legis capitulo fas est, sensum spiritûs aliqua rimula intueri, non in inquisitione dormitare debemus, sed thesaurum iacentem in litera vigore alacris ingenij perscrutari. Quod satìs egregiè vir sapiens adumbrauit, cùm dixit: Nè dormias in sinu mulieris. Mulier nempe sacri eloquij literam exprimit, ex qua fidelis expositor fructum gignit. Quæ litera, cùm ei catholicæ rationis diligentia adhibetur, virilis intellectûs robori maritatur. Cùm verò eam seductæ mentis ingenium deprauat, quasi castitatem fœminæ adulterino coitu violat. Rectè ergò dicitur, Nè dormias in sinu mulieris: àc si apertè diceretur, Nè in secreto literæ sensu torpeas, sed latentem animæ profectum pudica excute vigilantia.

Non omnia scripturæ loca spiritualē habēt intelligentiam.

Eccli.9.

Gen.1. Fecit, inquit, Deus duo magna luminaria. Verum quidem est, quòd Deus in mundi creatione cælum clarum Solis & Lunæ distinxit ornatu, vt alterum diei, alterum noctis vicissitudinem gubernaret. Porrò si interiùs perscrutemur, inueniemus nobis allegoriæ respondere secretum. Ecclesia enim, mundi figuram gerit, quia sicut mundus ex quatuor elementis subsistit, ità Ecclesia ex quaternaria doctrina Euangelij coalescit. Habet autem Ecclesia suum diem, habet & noctem suam: habet & Solem in die, habet & Lunam in nocte. Dies Ecclesiæ, est tempus pacis: nox Ecclesiæ, est tempestas persecutionis. Sol verò in Ecclesiæ die, est sapientia: Luna autem in Ecclesiæ nocte, est patientia. His luminibus Deus Ecclesiam suam pinxit, quatenùs & in pace non sit improuida, & in bello non inueniatur mollis & fracta. Per sapientiam Ecclesia se protegit in pace à dæmonibus, per patientiam se tuetur in bello à persecutoribus. Non claudicat Ecclesia, non est inermis, argumenta diuina sapienter eludit, tormenta hominum sustinet patienter. Recta prorsùs comparatio est Solis ad sapientiam, Lunæ ad patientiam: quia sicutì Sol Lunæ, ità sapientia præpollet patientiæ. Sapientia itaque Sol, quia illuminat: patientia Luna, quia confortat. His geminis brachijs Ecclesia pugnat, altero prosternens dæmones, altero vincens homines. Fecit itaque Deus hæc duo magna luminaria, quibus ornatur Ecclesia, quibus quasì duobus oculis munitur Christi columba.

S.Mater Ecclesia mundi figuram gerit.

Gen.1.

Dissolutis nebulis allegorię, hunc etiam riuulum scripturæ ad irrigandos mores nostros possumus trahere. Nam sicut Deus in hoc mundo duo magna luminaria fecit, intra etiam in homine duo magna luminaria ordinauit. Nè tibi videatur durum quod dicimus: homo enim alter est mundus. Vndè ipsa Græca lingua vocatur μικροκόσμος, id est minor mundus, quia ad similitudinem maioris mundi est factus. Nam sicut Deus maiori mundo præsidet, ità quòd vbiquè est totus: sic anima corpori dominatur, ità quòd vbiquè tota est in corpore. Homo itaque habet diem, habet & noctem: habet Solem in die, habet Lunam in nocte. Dies hominis, est vita iustitiæ: nox hominis, est vita nequitiæ. Sol autem in vita iustitiæ, est charitas, quæ præest vitæ iustitię: Luna verò in vita peccatoris, est pœnitentia. O quàm clarus Sol est charitas, cuius quindecim radios enumerat filius Solis Paulus Apostolus in Epistola ad Corinthios, vbi ait: Charitas non æmulatur, non agit perperàm, non inflatur, &c. O quàm clarum pœnitentiæ iubar, quod noctem peccati remouet, quod conscientiæ nubilum tergit.

Homo alter est mundus.

1.Cor.13. Charitatis radij quindecim.

Pœnitentiæ radij quatuor.

Lunæ huius, scilicet pœnitentiæ, quatuor sunt radij, cognitio peccati, dolor pro peccatis, confessio peccati, fructus eleemosynæ. Priùs oportet cognoscere peccatum, sed non sufficit: oportet dolere pro peccato: addenda est etiam confessio, quia frustrà dolet, qui non confitetur: his verò adiungendus est fructus eleemosynæ, qui est precium peccati. Vndè Propheta de impio dicit: Non credat frustrà error

Iob 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rore deceptus, quòd aliquo precio redimendus sit. Precium certè peccati est eleemosyna. Sed qui semper eleemosynam erogat, & semper peccat, fruſtrà credit, quòd eleemosyna ei proficiat. Interpretandum est igitur eleemosynæ vocabulum. El, Hebraicè, Deus: Moys, Aegyptiaca lingua dicitur aqua, indè eleemosyna, id est aqua Dei. E contrario videre possumus, quòd peccatum est ignis diaboli. Igitur contra ignem diaboli opponatur aqua Dei. Perpende, Christiane, dignitatem tuam, & redemptionem culpæ tuæ. Noli beluina mente contemnere. Deus eleemosynam fecit tibi, corpus proprium morti tradendo: tu eleemosynam facilli, buccellam panis porrigendo pauperi. Esto priùs in te misericors, deindè in proximum clementiæ riuum effunde, vt sic pariter cum proximo ad fontem misericordiæ valeas peruenire, Iesum Christum Dominum nostrum, qui cum Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

Eleemosyna interpretatio.

TRACTATVS EIVSDEM BEATI PETRI DAMIANI DE QVIBVSDAM MIRACVLIS.

DOMINO DESIDERIO VENERANDÆ RELIGIONIS ABBATI PETRVS DAMIANI MONACHVS DEVOTISSIMI FAMVLATVS OBSEQVIVM.

QVM in meo pectore tuæ charitatis ardor inextinguibiliter ferueat, meáque circa tuí memoriam repelcere non permittat, mihi nuper aliquid in memoriam venit quod me mittendæ tibi legationis admonuit. Nam dum in tuí contemplatione sedulus habitarem, & angelico fratrum, sanctoque conuentui, sic in cordis obtutibus, velut corporaliter interesiem, inter alia multa, repentè tuarum recordatus sum literarum, quas tu quidem sub interrogatione misisti, sed his ego Synodali præpeditus instantia adhuc non respondi. Et hæc in illis (si reminiscí valeo) continebantur epistolis: Quita zelotypa quædam mulier habens virum ex adulterij fraude suspectum, qualiter cum sibi vendicare posset proprio toro contentum, à vicina perijt muliere confilium. Quæ nimirùm peruersa, & vltricibus flammis euidenter obnoxia, hoc eam sacrilegium venenata serpentis antiqui suadela perdocuit, vt corpus Dominicum quasi communicatura perciperet, quod cautè reseruans, viro suo postmodùm non sine quibusdam maleficijs propinaret. Quod videlicet à sacerdote perceptum, & vsque dum occasio præberetur, palliolo reseruatum, non sine magno dedit stupore miraculum. Hæc enim particula Dominici corporis, inuenta est vsque ad medietatem in carnem esse conuersam: altera verò medietas, panis speciem non mutanit.

Quæstio B. Petro damiani proposita.

Ecce in hostia cõsecrata veracissimũ corpus Christi latitans, manifesto se prodidit miraculo cõtra impios.

Itaque (si ritè reminiscor) hoc proposuisti. Deindè quid portenderet inquisisti. Super qua quæstione, quia non necesse est diutiùs immorari, breui compendio quid mihi videatur expediam. Idcircò Deus omnipotens sacrosanctum illud mysterium in carnis speciem vertit, vt perfidiam reprobæ mulieris argueret, dum visibilem Dominici corporis ostenderet veritatem, quatenùs quæ purum panem (vt videbatur antè) credebat, veræ carnis speciem cerneret, sicque sacrilegam cœpti sceleris audaciam suo ipsa iudicio condemnaret. Quòd autem medietas sic remansit, ad euidentioris indicij testimonium proficit, vt dum in vna, eademque substantia hinc panis, illinc carnis adesse consideras speciem, in vtroque veræ carnis, veráque panis indifferenter intelligas veritatem, quia & ipse est panis, qui de cælo descendit, & ipsa nihilominùs caro, quæ de virginalis vteri materia prodijt.

Egregia quæstionis solutio.

Iohan. 6.

Nam & vester ille finitimus piæ recordationis Amalphyranus Episcopus (no-

men nescio) Stephano Romano Pontifici, me præsente, sub iureiurando testatus est, quia cùm aliquandò ad mensam Domini sacrificaturus accederet, sed super sacramento Dominici corporis incredulus hæsitaret, in ipsa confractione salutaris hostiæ, rubra prorsùs, ac perfecta caro inter eius manus apparuit, ità vt etiam digitos illius cruentaret, sicque sacerdoti omnem scrupulum dubietatis auferret. Vbi notandum, quàm sit immane periculum, indignis manibus attrectare tam terribile Sacramentum. Sed quid de sacramentis ipsis eloquimur, cùm etiam super eos aliquandò, qui ex eorum vasis offendunt, terribiles fieri sententias videamus?

Eccè aliud veracis præsentiæ Domini in Sacramento euidens argumentum.

Arnaldum certè Aretinæ sedis Episcopum tu quoquè familiariter agnouisti. De hoc mihi Martinus Eremita, magnæ scilicet opinionis vir, ac celebris famæ narrauit: Quia ex quodam sui iuris monasterio calicem aureum abstulit, & quibusdam imminentibus necessarijs, alienauit, cui nimirùm calici nobilis ac deuota mulier, quæ eum sanctis obtulerat, anathematis titulum, nè ab aliquo tolleretur, prouidè fecit insculpi. Intereà cuidam fratri sopore depresso videre contigit quendam lacum nimij caloris ardore feruentem, & piceos, sulfureosque fœtores non sine tetri fumi voluminibus exhalantem. Circa quem lacum terrimi quidam velut Aethiopes, nigris similiter equis, sed excelsis, instàr turrium, insidebant. Intùs autem innumerabilia crudelium tortorum monstra, damnatorum verò videbantur horribilia ac diuersa supplicia. Inter quos subitò contigit vt etiam Arnaldum videret Episcopum, quem videlicet in illis præmierate caloris exundantibus aquis ceruicetenùs immersum, terribiles duo Aethiopes constringebant, quorum alter sartaginem ferream, alter calicem aureum in manibus habere videbatur: sed iste cum sartagine calicem replebat aqua, & ille labijs Episcopi protinùs eundem calicem apponebat. Sic itaque nunquàm cessabant, & ille poculum labijs hiantis immergere, & iste coactus indesinenter haurire. Quid multis immoror? Hanc visionem audiuit Episcopus, vt monasterio restituat calicem, ab amicis omninò suggeritur. Ille sub fortassis ambiguo reddere pollicetur. Sed dum res incrastinando differtur, immò dum circa salutem suam ille non vigilat, cælestis super eum sententia non dormitat. Nam & beatus Petrus de his, qui fictis verbis in auaritia negociantur, ait: Quibus iudicium iam olim non cessat, & perditio eorum non dormitat. Quadam itaque die, tertia propinquante iam hora, in castelli, vbi erat, crepidinem, sellam præcepit afferri, vt surgentis calorem Solis exciperet, ac matutini frigoris reliquias propulsaret. Cumque residenti domestici eius serui atque contubernales assisterent, & ille securus, hilaris ac iucundus, faceta cum eis & vrbana verba miscéret, subitò repentinus dolor in eius verticem, tanquàm gladius, irruit, eumque, Morior, exclamare coëgit. Mox baiulantibus necessarijs defertur ad lectum, mysterium sacrosanctæ communionis accepit, ac spiritum protinùs exhalauit.

Terribile exemplum Arnaldi Episcopi, calicẽ Dominicũ alienãtis, & ab ecclesia subtrahẽtis.

2. Pet. 2.

Timeat ergò quisquis vel Ecclesiastici mysterij vtensilia distrahit, vel tremendi anathematis elogium paruipendit, nè dum quasi securus ambulat, laqueus iudicij comprehendat. Heu miserabilis valdè, & infelix humana conditio. Certè præfatus Episcopus, licèt in hunc negligentiæ torporem obrepserit, alàs tamen acurus erat, ingeniosus, & cautus, tantæque facundiæ, vt dum expeditissimè in verbis decurreret, circunciſus labijs dici non immeritò potuisset. Sed cùm Apostolus dicat: Prudentia carnis mors est, prudentia Spiritus vita, & pax: quid prodest, si quispiam seculi huius prudentia calleat, si ingenij viuacis obtutibus abdita comprehendat, si versuta calliditate, tanquàm Proteus, in varia se formarum monstra conuertat?

Romani Põtificis anathema iustè timendum.

Rom. 8.

Intereà sub huius occasione sermonis, illud in memoriam redit, quod olim Teraldus Episcopus prædecessor istius, in festiuitate beati Donati constitutus in pulpito, sermoni, quo concionabatur, adiecit. In Longobardiæ, inquit, finibus vndè originem duco, vir erat versipellis ingenij, & acutissimæ subtilitatis, duplex animo, sermone lepidus, concinnandis fabricandisque commentis edoctus, in repetiendis ac variandis consilijs vehementer astutus. Nunquàm erigebat brachia contra torrentem, sed ex quocunque latere mundani turbinis eum aura proflaret, ille protinùs aptum calliditatis atque versutiæ pallium opponebat. Accidit autem, vt

Aliud terribile exemplum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Visio terribilis cuiusdam fratris.

vt hunc post obitum quidam frater nocturna visione conspiceret. Lacus erat igneus,qui flammiuomis vaporabat incendijs, & crepitantibus ignium globis terribilem cernentibus incutiebat horrorem:quem lacum trabalis enormitatis videbantur obsidere dracones,variaque serpentium genera hinc indè per circuitum spatiari. Vir autem ille,quem diximus,in ipsa flammarum stridentium voragine coarctatus,tentabat quidem effugere,sed obstantibus bestijs, dolebat aditum non patere. Modò scilicet ex hac parte fugam parabat, sed eccè serpens obuius aderat. Per aliam partem erumpere satagebat,sed eccè rursùs alia bestia laxo gutture stridens, iter occluserat. Illa rursùs & alia ad euadendum loca tentabat, sed insurgentibus

Matth.7. Mar.4.

bestijs omninò meatus aufugij non patebat. Porrò autem cùm Veritas dicat: Eadem mensura,qua mensi fueritis,remetietur vobis: hoc illi iusto Dei iudicio contingebat.Sicut enim ille per carnalis astutiæ vanitatem,ex quibuslibet huius seculi se nouerat laqueis expedire,ità postmodùm versa vice nullo valebat ingenio supplicium,quo cruciabatur,euadere.Qui nimirùm si prudentiam,qua callebat,in diuinis studuisset exercere mandatis,non cremaretur inter rabida ora serpentiũ, sed gauderet potiùs inter agmina beatorum.

Aliud exemplum cuiusdã, nõ dantis honorẽ loco sacro.

Vnum planè contigit in nostris partibus de quodam carnaliter sapiente, quod dignum non est silentio præterire. Fanensis quidam primarius ciuitatis, Hugo nomine,ipsa nocte,quæ,peracta Paraseeue,sacrosanctum sabbatum Dominicæ sepulturæ præcedit,cum armis & armatis ingressus ecclesiam, in qua diuinis vacabatur officijs,perosum sibi violenter hominem cepit, aciugulis crudeliter mancipauit. Quem quia noua præsumpsit, nouo Deus omnipotens supplicio condemnauit. Nam cùm sensum mentis(inquantùm mihi videtur) integrum teneat,omnes eum tanquàm vesanum, exinanitum, atque dementem conspuunt, abijciunt & exprobrant. Halitum quippè eius (iuxta querelam beati Iob) vxor exhorret,eumq; velut

Iob 19.

arreptitium nurus explodit, ad mensam siue colloquium filius nõ admittit, auertunt oculos famuli,dedignantur amici,clientes, milites, affines, atque propinqui, Episcopus etiam ciuitatis, & (vt compendiosè cuncta complectar) omnis clerus & populus iam ferè per duodenniũ arbitrantur eum mẽtis impotem, & vesanum, nullumque cum eo, tanquàm energumeno, dignantur habere consortium. Porrò, cùm dies sit, & exuberans domus eius, fluunt pannosæ & illotæ vestes, horret inculta cæsaries,caput eius diuturni sudoris fœtet iniuria, corpus totum per longam sordet incuriam.

Hic planè, cùm me adesse cognosceret, me concitus adijt, mala quæ patiebatur exposuit,querelam de suis sobrio sermone digessit, & (quantùm ex tenore verborum eius colligere potui) rationabiliter declamauit. Itaque conueni filium, Episcopũ quoque,ac de ciuitate quamplurimos,& subtiliter inquisiui, quid inordinatum, quid delirũ, quid ineptũ in illo conspicerent, pro quo illi vesaniam imputarent. A quibus vtiquè nihil aliud,& ne vnum quidem certi signi verbum addiscere potui,nisi hoc tantùm:Quia demens est.Quod omnes ore consono vnanimiter asserebant. Cumq; ego dicerem: Quomodò id scitis, quibusve indicijs eum insanire conspicitis? nihil aliud inueniẽtes,idipsum denuò replicabant: Demens est.Quod

Cõpos mentis iusto dei iudicio insanus reputatur.

mihi videtur profundum atque admirabile Dei omnipotẽtis esse iudicium, vt qui prudens & sciens spontè desipuisse cognoscitur, prudens & sciens opinione vesaniæ puniatur, & qui spontè factus est furiosus, demens ab omni populo iudicetur inuitus. Meritò contra votum adiudicatur insaniæ,qui voluntate propria conatus est insanire. Enimuerò si veraciter fureret, eò minùs miser esset, quò despectus sui mala, quæ patitur, ignoraret. Non itaque sicut mortuus seculi, qui non sentit, sed sicut mortuus est inferni, qui iugiter moritur, & mortem ipsam sentire non desinit. Saluo nempe illo terribili in mundi fine iudicio,nunc etiam omnipotens Deus non modò crudelia quælibet facta, sed & superba, siue sacrilega, prout dignum est,vlciscitur verba. Vindicauit siquidem quòd Balthasar sacra vasa remulentus indignè tractauit, nec dimisit inultum, quòd Nabuchodonosor arroganter elata verba deprompsit. Nónne, inquit, hæc est Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloriam decoris mei? Et eccè (sicut Propheta testatur) cùm adhuc sermo esset in ore Regis, vox de cælo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonosor Rex, Regnum transijt àte, & ab hominibus te ejicient, & cum bestijs atque feris erit habitatio tua. Puniuit præterea Dominus

Dan.5. Dan.4.

Sedechiam

Sedechiam Regem Iuda,quia per reprobos actus Dei mandatum contempsit. Vltus est etiam Ananiam Prophetam non quia malum fecit,sed quia mendaciũ protulit.Cui Hieremias: Non,inquit,misit te Dominus, & tu confidere fecisti populum istum in mendacio.Idcircò hæc dicit Dominus:Eccè emittam te à facie terræ, hoc anno morieris.

2.Par.36.

Hier.28.

Aliud exẽplum de superbo clerico.

Nouis quoquè temporibus accidit, vt in Burgundiæ regno quidam clericus esset,superbus nimis,ac tumidus,& non modò carnali vitæ seculariter deditus,sed & contra suum ordinem terribiliter bellicosus. Hic itaq; cùm Ecclesiam beati Mauritij multis inclytam prædijs,suis ditionibus vsurparet, potens autem quidam è diuersò sui iuris esse, non sine magna liuoris atque certaminis animositate contenderet,tandèm belli dies vtroq; pacisceute statuitur,& à multis hinc indè frementium armatorum agminibus conuenitur. Potens autem ille, quem diximus, nuncium ad hostilia castra direxit, qui & apparatum belli solerti speculatione perpenderet,ac sibi celeriter nunciaret. Fortè tunc clericus Missam cum his, qui dimicaturi erant, suis fautoribus audiebat. Cumque ad Euangelium veniretur, in fine lectum est: Omnis,qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Illicò

Luc.14.

clericus in hanc sacrilegam vocem proteruus erupit: Hæc, inquiens, sententia vera non est. nam si ego me meis aduersarijs humiliter inclinâssem, hodiè tot possessionum atque clientum copias non haberem. Reuersus autem nuncius domino suo fideliter retulit non modò quod in bellici procinctûs apparatu conspexit, sed hoc etiam,quod ex ore clerici tumidè loquentis audiuit. Tunc ille plaudẽs in Domino lætus efficitur, atque ad spem proculdubiò obtinendæ victoriæ milites cohortatur. Cõglobatis itaque diuersorum cuneis armatorum,ex vtraque parte pugna committitur,vires viribus opponuntur, depressa telorum sylua deponitur, & humanis inflicta corporibus arma grassantur. Habebat autẽ clericus equam, quam videlicet præliaturus assẽderat, tantæ velocitatis ac roboris, vt nullus sibi videretur equus aut mulus ad dimicandum posse præferri. Casu,immò Deo disponente, contigerat, quòd præcedenti nocte iumentum illud stabulo solutum abscessérat, acerruumque salis inueniens,ex eo plurimum comederat. Clericus itaque dum in acie constitutus,super aquæ riuulum deueniret, ibique cominùs aduersantium armis arma conferret, iumentum vt erat assumpti salis copia sitibundum, frenum de manu rectoris violẽter extorsit, suisque totum viribus vendicauit,ac statim caput in aquam ad bibendũ inhianter immersit. Ille verò,dum ea manu, qua scutum tenebat,cum iumento confligit,hostilibus iaculis faciem coactus exponit: & eccè repentè gladius os eius fulminis more transfixit, talique vir reprobus vitam suam finè concluſit.

Pœna superbi clerici.

O quàm congruè in illa pertulit corporis parte vindictã, qua nigri fellis in Dominum vomuerat blasphemiam. Nam cùm Propheta de talibus dicat: Filij hominum,dentes eorum arma,& sagittæ, & lingua eorum gladius acutus: qui linguam suam & dẽtes aduersùs Deum gladij more vibrauit, dignè per eadem membra materialis gladij pœnas exoluit. Isti planè cõtigit,quod Dominus in Euangelio dicit: Quia super decem & octo homines turris Siloë cecidit,& occidit eos. Quem verò mysticè turris illa significat,nisi illum, cui Psalmista decantat: Deduxisti me, quia factus es spes mea,turris fortitudinis à facie inimici? Huic enim expositioni ipsum quoquè Siloë nomen adgaudet. Siloë siquidẽ interpretatur Missus. Haud dubium, quin sit ille,qui dicit: Qui me misit, mecũ est. Et ibi cæcus à natiuitate lumen accepit ab eo,qui ait: Ego sum lux mundi.De casu istius turris alibì sub figura dicitur lapidis: Omnis,qui ceciderit super illum, confringetur: supra quem verò ceciderit, conteret eum. Super hanc turrim, siue lapidem, cadit homo, atque confringitur, cùm per fragilitatem aliquam peccat: sed eius super se ruina cõteritur, cùm superbè blasphemat.Turris ergò Siloë super hũc clericum cecidit, & sicut blasphemando meruerat, omninò contriuit.

Psal.56.

Psal.60.

Nominis Siloë interpretatio. Iohan.8. & 9.

Matth.21.

Deus nullũ peccatũ impunitum relinquit.

Et quid mirum,si grauia nos peccata tormentis addicant, cùm subtile Dei iudicium impunita etiam mínima non relinquat? Immò quid nouum,si reprobę locutionis sacrilegium damnat, cùm ipsa quoquè laudis suæ præconia, nisi dignè sint deprompta,contemnat? Adraldi nempe prudentis & religiosi viri,qui Bremetensi præminet monasterio,didici relatione quod scribo,quod etiam inditum literis essé dicebat. Clericus, inquit, Colonienſis Ecclesiæ vadum fluminis transibat, & eccè

Universidad de Deusto
Biblioteca

eccè beatus Seuerinus eiusdē Ecclesiæ nuper Episcopus equi eius habenas apprehendit,cumque retinens sistit. Cumque ille in stuporem versus,& grauiter admiratus,cur illic tam clarus,& tam celebris famæ vir moraretur,inquireret: Da mihi, ait,manum tuam,& quæ circa me sunt,non auditu disce,sed tactu. Cumque datam manum fluctibus Episcopus impressisset, tantus eam ardor absorbuit, vt vndiquè carnes eius resolutæ diffluerent,& ossa nuda vix hærentibus articulis remanerent. Ad quem Clericus,Cùm nomen,inquit, tuum in tanta benedictione sit apud nos, & fama tua consonis totius Ecclesiæ præconijs celebretur, cur te pestilēs hęc vorago constringit,tantoque (proh dolor) incendio cruciaris? Ad quem sanctus Episcopus: Nihil,ait,aliud in me remansit vltione plectendum, præter hoc tantùm, quia dum in aula regia constitutus imperialibus me consilijs vehemēter implicui, canonicæ synaxis officia per distincta horarum spatia non persolui. Manè quippè simul omnia coaceruās, tota die negocijs ingruentibus secura libertate vacabam. Ob hanc itaque negligentiam horarum, ardoris huius fero supplicium. Tu verò omnipotentis Dei clementiam humiliter implora, vt manum tuam in salutis priſtinæ restituat statum. Quod cùm factum fuisset: Vade, inquit, fili, obsecra fratres nostros Ecclesiæ clericos,& alios spirituales viros, vt pro me preces fundant, indigentibus subsidia conferant,sacrificiorū votis insistant. His enim peractis,ego mox de vinculo pœnæ huius indubitanter expediar, & expectantibus me beatorum ciuium choris lætus adiungar.

Si Episcop⁹ ille ob horarum lectionem insolitā, purgatorij pœnas pertulerit: ergò cōstat esse purgatorium.

Quod certè magnam nobis debet inferre formidinem, quia cùm sanctū virum vnicul pæ dūtaxàt obnoxium, tam intolerabilis Purgatorij pœna cōstrinxerit (væ, væ) quæ mihi,meisq; similibus est inferenda sententia,quos tot reatuum prolixitas grauat? Distinguenda sunt ergò per momenta temporum Ecclesiasticæ institutionis officia, & sub magna diuini timoris ac reuerentiæ dicenda sunt disciplina,nè dum psallimus,fructū spiritūs cum carnis desidia misceamus. Quid enim prodest, hostiam Deo laudis offerre, & per torporē negligentiæ fœdis eam cogitationibus inquinare? Hanc porrò boni maliq; mixturam locus ille significat Euāgelicus, vbi dicitur: Quia docente Domino,aderant quidam ipso in tempore nūciantes illi de Galilæis,quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum. Nam quia Platus Os malleatoris interpretatur,quid per hunc, nisi diabolum debemus intelligere, qui paratus est semper homines offensionum ictibus verberare? Vndè & virgam super humeros hominum tenere dicitur per Prophetam. Virgam, inquit, huiusmeri eius superâsti,sicut in die Madian. Quid verò sanguis,nisi peccata? Quid sacrificia,nisi rectas,& acceptabiles Deo significant actiones? Pilatus ergò Galilæorum sanguinē cum sacrificijs miscuit, quia malignus spiritus vel orationes nostras pruis cogitationibus polluit, vel opera bona peccati cuiuslibet attaminatione corrumpit, vt sanguis sacrificiū polluat,dum reatūs offensio oblatam Deo recti operis victimam fœdat. Vndè scriptum est: Quia cùm Abraham Deo sacrificiū de pecoribus ac volucribus deuotus offerret,descenderunt volucres super cadauera, & abigebat eas Abraham. Quid enim exprimunt volucres, nisi reprobos spiritus per aëra volitantes. Volucres ergò à sacrificio nostro repellimus, cùm operū nostrorum victimas à malignis spiritibus,eas fœdare tentantibus,prouidè custodimus.

Instituta ec clesiastica ad vnguem seruanda sunt.

Luc.13.

Esa.9.

Gen.15.

Idem sanè,quem prædiximus,Adraldus, dum in Burgundiæ regno mihi conuictor incederet, In hoc, inquit, loco, per quem nūc transitum habemus,aliquid contigit,quod si dicimus, non videtur otiosum. Frater quidam nostri cœnobij (haud dubium quin Cluniacensis) piæ mentis, & rectæ conuersationis vir, hinc aliquandò trāsibat,& eccè crinitus quidam, quasi ex Hierosolymitana peregrinatione veniens,palmam ferebat in manu. Cumque peregrinus,& monachus inuicèm obuij sese altrinsecùs pertransissent, ait ille, Completoriū in lecto,nec salus est, nec prouidere non potuit. Mox enim vt verbum protulit,omninò disparuit. Ille verò ad conscientiam mox reuersus,inuenit quia pridiano vespere lassus de via redierat,& fessa in lectulū membra proijciens iacendo canonicas horas compleuerat. Vtrùm ille Angelus fuerit,an reuerà (sicut videbatur) homo,Dei ducimus relinquendum esse iudicio.

Horæ canonicę nō sunt in lecto legendæ.

In hac etiam eremof ontis Auellani,vbi nunc habito, Prior quidam fuerat,nomine Iohannes,qui lentis quibusdam infirmitatibus macilentus videbatur semper & gra-

& gracilis. Hac itaq; sui corporis imbecillitate confisus, sæpè iacens in lecto Completorium decurrebat. Accidit autem, vt dæmoniacus quidam non procùl abesset, qui multa hominum secreta, & obscœnos actus impudens propalaret. Cumque præfatus Iohannes dæmonem exire præciperet, & quibusdam exorcismi quæstionibus flagellaret, Tu´ne,ait,ille es,qui sub cotto quotidiè Completorium insurras? & modò me quasi sanctus ejcere, & iuris mei vasculum de meo vis dominio liberare ? Hoc audito, frater erubuit, quia rei veritatem etiam per mēdacij recognouit authorem.

Si dæmones lacessiunt diuini negligētū officij, quid, obsecro, Angeli facient?

Alter etiam eremita,qui vocabatur Iohannes de Anso, cùm ei, vt egrederetur, vehementer insisteret,ac diuini nominis adiurium crebriùs intentaret: Nunquid oblitus es,ait,hac tibi nocte quid fecerim ? Nam (si non excidit) certus es,quia dum ego me in apri sylue stris effigiem verti, tu me quasi venator insectabaris. Sed qui videbar aper, subitò speciem venustæ mulieris assumpsi, atque in osculum tuum ruens,vt semen effunderes,cum gloria triumphaui. Cùm itaque reprobus spiritus de fratre delinquente per soporis energiam se glorietur habuisse triumphū, quanto putamus eum gaudere tripudio super his, qui labuntur in adulterium, vel incestum ? Vndè sæpè Deus omnipotens terribile exhibet etiam in hac vita iudicium, nectamen miseri homines desinunt iterare plectendum.

Non sunt consanguineæ ducendæ vxores.

Nam Robertus Gallorum Rex, auus istius Philippi, qui in paterni iuris sceptra successit,propinquam sibi copulauit vxorē, ex qua suscepit filium, anserinum per omnia collum & caput habentem. Quos etiam virum & vxorem omnes ferè Galliarum Episcopi communi simul excommunicauēre sententia. Cuius sacerdotalis edicti tantus omnem vndiquè populum terror inuasit, vt ab eius vniuersi societate recederent, nec præter duos sibi seruulos ad necessarij victus obsequium remanerent, qui tamen & ipsi omnia vasa, in quibus Rex edebat, vel bibebat, percepto cibo,abominabilia iudicantes,pabulum ignibus exhibebant. His tandèm Rex coarctatus angustijs,ad sanum consilium rediens, diuortit incestum, inijtque legale conubinum.

Quàm sit Pontificiū anathema formidandum.

Sed & Otho Rex Teutonicorum,qui postmodùm Imperator creatus est Romanorum, Adalahidem Italię Reginam,quę sibi commater extiterat,suscepit in coniugem. Quem filius eius Almificus,qui Maguntinæ præsidebat pastor Ecclesiæ, cœpit constanter arguere,& scelestum,luridumque coniugium publicè cōdemnare. Pater autem vehementer iratus,eum comprehendi præcepit,& carcerali mox custodiæ mancipauit,quem per annale circiter spatium carcer inclusit,sed à correctione linguam terroris vinculum non ligauit. Cùm verò pater cum,quadragesimali decurrente,ieiunio,de custodia decreuisset educere, antequàm psalteriū expleret, quod aureis exarabat apicibus,recusauit exire. Veruntamen cùm exiuit,zelo sacerdotalis accensus authoritatis,non quieuit,sed mox in patrem iaculum publicæ excommunicationis intorsit. O verè dignum regio genere sacerdotem, qui in causa Dei non imperiale fastigiū,non paternū recognouit affectum, sed dum paternam, ac regiam authoritatem in solo Deo constituit, hūc hominē eius legibus resistentem à se prorsùs extraneum deputauit. Dixit autem patri: Tu arbitraris me aduersùm te insolenter agere, te verò præiudicium sustinere: scito prænoscens quia die sancto Pentecostes vterq; simul adstabimus ante Deum, ibiq; vērilabitur inter nos librata iustitiæ lance litigium. Ibi luce clariùs apparebit, quis nostrùm æquitatis limeam teneat,quis Dei legibus contradicat. Factumq; est, ipso, qui dictus est, sacrosanctæ solennitatis die, vt dum præfatus Augustus imperialibus insulis redimitus, multorumq; Pontificum choris,siue procerum vallatus agminibus,Missarū solennijs interesset,repētino super eum veniēte iudicio,repertus sit mortuus. Episcopus autem in Domino iam quieuerat. Sic sic qui de incesto coniugio contempsit inter homines iudicari,ad tribunal ęterni Iudicis coactus est pertrahi: & qui subiectū sibi dedignatus est audire Pontificē,terribilem super se nō potuit cuadere Maiestatem.

Parentes legibꝰ Dei resistentes extranei reputandi sunt.

Othonis Regis infœlicis interitus.

Hæc ego (venerabilis Pater) & alia quamplurima, non sine magnæ formidinis angore conscribo,nè videlicet vel relatores mei meræ veritatis semitam non tenuerint,vel ipse quoquè relationū in quolibet immemor obliuione deliquerim: Veruntamen teste conscientia,non hęc mentiendi voto, sed ædificationis affectu, prout meliùs possum narrata recolere,satago schedulis adnotare. Si qd mihi tamē in his obliuionis obrepsit,immò quicqd humanæ conditionis infirmitate deliqui, antequàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

antequàm nexibus huius carnis absoluar, diuina mihi pietas tuis orationibus in memoriam reuocet, ac dignè lugere permittat, nè viuenti mihi pœnitendum quid manere possit occultum, quod morientis sit oculis ingerendum.

Hugo Abbas Cluniacensis.

Hugo deniquè Cluniacensis Abbas cùm ad suum me monasterium perduxisset, frater quidam senex in infirmorum domo, ingraue escente totius corporis rumore languebat. Hic porrò, cùm Abbatis comperijsset adesse præsentiam, latus effectus diuinam cœpit implorare clementiam. Domine, inquit, quem nullum latet occultum, quæso, si quid reatûs in me est, quod non sim hucusque confessus, tu mihi misericorditer in memoriam reuoca, quatenùs Abbati meo, dum præsens est, pu-

Aduertant hęc Confessionis contemptores.

rè confitear, atque ab eo, qui ius hoc in me præ cæteris habet, indicatus absoluar. Hoc dicto, huiusmodi vox auribus eius insonuit: Certè est, certè est aliquid in te, quod confessus adhuc non es. Cumque ille vocem solam audiret, sed à quo procederet non videret, orando subiunxit: Exprime, Domine, manifestè quid hoc sit, vt confessus corrigam quod erraui. Porrò vox eadem, peccatum quoddam (sicut quærebat) signanter expressit, quod ille à se commissum ilicò recognouit, & Abbati festinanter accito facta confessione, purgauit, paucisque pòst diebus in sancta pace defunctus est.

Non talem sortitus est finem clericus ille, de quo mihi idem Hugo Cluniacensis monasterij Rector fida relatione narrauit. Religiosus, inquit, quidam Episcopus in expeditione positus, cùm venisset ad ripam cuiusdam fluminis, subsitit, ibique lassùs recreare spiritum cœpit. Cumque illic tranquillè quiesceret, audiuit vocem

Terribile exemplum cuiusdá hominis despe rati ac inter ficientis se ipsum.

de fluminis alueo prodeuntem, & hæc verba clariùs exprimentem: Hora venit, homo non venit. His auditis, Episcopus solicitus redditur, & recogitans hoc sine mysterio esse non posse, aduentum rei solerti custodia præstolatur. Sed dum attentus explorator expectat, dumque hæc & illa recogitat, eccè quidam clericùs agilli-

mè properabat, equumque calcaribus atterens, amnem transire quantocyus festinabat. Admonuit autem suos Episcopus, vt obuios se venienti festinanter obiicerent, eumque à sui cursûs impetu retinerent. Cumque ille perniciter properans, flumen aggrederetur præcipitanter inuadere, ac sine mora transire, illique contrà violenter obsisterent, & gradum figere compulissent, ait: Quiescite, quæso, dimitte me, recedite, quia iussio Regis vrget. Non est res, quę differri possit in posterum. Mysterium Regis instat, ineuitabilis necessitas imperat. Quid plura? Sanctus Episcopus eum violentissimè retentum, superuenienti nocte secum habere coëgit hospitium. Sed ô misera hominis ac lugenda conditio, quæ faciliùs valet sibi consciscere mala cùm desunt, quàm vitare cùm imminent. Episcopo scilicet cum suis graui sopore depresso, ille vas aquæ in hospitio reperit, in quod caput immergens, suus ipse tortor effectus, se feraliter enecauit. Sed sicut iste, licèt occulto, districto tamen Dei iudicio, carnis interitum pertulit, ità per eius piam clementiam mortem animæ, simul & corporis alter euasit. Nam quod nunc dicturus sum, & ex re-

Verè cuius Deus vult miseretur, & quẽ vult indurat.

latione iam dicti Cluniacensis Abbatis, & ex ore illius, cui res ipsa contigerat, frequentiùs audiui. Adolescens quidam erat in finibus Aquitaniæ, qui cum cœuis suis iuuenculis de animarum suarum cœpit salute tractare. Deliberatione præmissa, tandèm statuunt ac vnanimi inuicèm confœderatione proponunt, & mundani cultûs pompas abijcere, & ad monasticæ cõuersationis ordinem commigrare. Sed dum res adhuc suspensa differtur, dum rerum ordo multiplici varietate concutitur, ipse quoq; tener adolescentis animus fixus in suo proposito non tenetur. Quid multa? Mutata penitùs mente, desponsauit vxorem. Cumque per processum temporis mens eius & memoriam sancti propositi paulatim de se prorsùs eraderet, & sub prætextu coniugij, ad explendam carnalis illecebræ voluptatem impatientiùs ebulliret, diuina super eum vigilante clementia, subitò languore percussus est, ac paulò pòst ad extrema peruenit.

Votifragus infirmitate corripitur, vt resipiscat.

Necessarijs igitur ac propinquis de iam quasi defuncti disputantibus sepultura, dum in medio positus videretur cadauer exanime, vixque tenuis quidam motus in eius pectore palpitaret: eccè duo teterrimi, ac trucis vultûs Aethiopes eum (vt sibi videbatur) tanquàm leones rugientes inuadunt, rapaci ferocitate corripiunt, de corpore violenter euellunt, mox pedes eius & brachia duris alligant nexibus, sicque velut hœdum in phalangam pendulum alter pòst alterum baiulare cœperunt. Quos autem dolores & torsiones ipse pertulerit, quot & qualia viderit, vel audierit,

audierit, per quamplurima eum loca vectauerint, perlõgum est non tantùm stylo digerere, sed simplicibus quoquè verbis ex ore per ordinem referentis audire. Hoc tantùm hîc inferre sufficiat, quia dum per obscuræ caliginis eum loca portarent, eccè beatus Petrus Apostolus splẽdidus & coruscans occurrit, eumque de portantium humeris raptum, nexibus, quibus angebatur, absoluit. Illi mox, relicta præda, stridentes dentibus, & eiulantes abscedunt, factumq; sibi præiudicium flebiles conqueruntur. Beatus autem Apostolus adolescentem ad Cluniaci monasterium secum duxit, eique forinsecùs posito sese, donèc reuerteretur, expectare præcepit. Ego, inquit, meum monasterium ingrediens visito, ac per circuitum cuncta perlustrans, quid agatur attendo, deindè ad te, consideratis omnibus, redeo. Sed mox vt iste relictus est solus, eccè crudeliores & acriores ijdem reuertuntur Aethiopes, & non iam per manus & pedes, sed per genitalia ipsa corripiunt, eumque sic non sine grauissimo illius dolore suspendunt. Nam velut si rostro passer accipitris, vel aquilinis vnguibus columba rapiatur implumis, sicà reprobis illis spiritibus miser iste corripitur, trahitur, libratus per verenda suspenditur, & quasì recuperata præda, quæ fuerat perdita, longiùs asportatur: cùm eccè beatus Petrus radianti nimis ac terribili splẽdore conspicuus, se tanquàm fulmen iniecit, rapinam suam quasi per impetum violenti spiritûs apprehendit, & clauibus, quas manu gestabat, raptores nequissimos acerrimè verberauit. Mox illum ad domum propriã vsque perduxit, reddensque spiritum corpori, vtranque saluti substantiam reformauit. Nam ille protinùs conualescens, domui suæ sine cunctatione disposuit, atq; ad Cluniacense monasterium properans, sanctæ conuersationis habitum feruida satis deuotione suscepit. Sic itaque diuinæ militiæ transfuga, dum paterni verberis disciplina cæligas, & si quidem monastica professione censeris, quæ in ipso admonentur tractatu, plenè omnia implere satagito. Si verò non es monachus, ab hac tamẽ lectione minimè desistas, multa nanque inuenies, quæ tuæ laudabiliter ac secundùm Deum instituendæ vitæ maximè conducibilia videbuntur. Vale,

S. Petrus Apostol⁹ ei apparet, & à dæmonibus eum liberat.

Rediuiuus votum persoluit.

meque omnipotenti Domino tuis precibus assiduè commenda.

Ignit Apostolicum linguarum flamma senatum,
Germinat & varias quasi vox fœcunda loquelas.

Scribite, si placet, distichon istud in refectorio sub pedibus Apostolorum.

breuitatis excedat epistolare compendium.

ris mapalia reuocatur. Sed iam se reprimens calamus cohibeat stylum, nè regulam

ALOYSIVS LIPOMANVS EPISCOPVS BERGOMENSIS SYNCERO LECTORI.

NE mireris, optime lector, si ego, cuius propositum est, in hisce Tomis vitas Sanctorum in lucem edere, in fine huius Octaui tractatum hunc beati Petri Damiani de seculi contemptu ad monachos præcipuè spectãtem posui. Cùm enim in eo ipso codice, vndè ex præcedẽtibus sermonibus nonnullos excepimus, illum inuenerimus, visum est incongruum, ea, quę tam prudenter illic coniuncta fuerant, hîc ineptè ad modùm atque indignè separare velle. Prætereà cùm in eo nonnulla, eademque præclara virtutum Iacob, Dauid, Eliśei, atque aliorum patrum antiquorum exempla proponantur, licèt alicuius illorum vita integrè nõ describatur, quia tamen hîc, quæ veri monachi debeat esse vita, perfectè ostenditur, idcircò nos monachalem statum maxima vtilitate, quæ ex hac ipsa lectione hauriri potest, defraudare noluimus. Ipsum igitur libenter le-

Universidad de Deusto
Biblioteca

PETRI DAMIANI HVMILIS MONACHI APOLOGETICVM DE CONTEMPTV SECVLI.

CAP. I.

Sit hic pius tractatus, tanq; speculum quoddã hereticis, in quo planè perspiciant errorẽ suũ.

DE contemptu seculi huius, fratres charissimi, Albiso videlicet venerabilis eremita, & Petre de mundi rhetore iam Christi philosophe, sæpè (vt nóstis) familiari quodam studio disputare soliti, tum de nostra ipsorum imperfectione doluimus, tum etiam de nonnullis huius sacræ militiæ fratribus per abrupta vagantibus cõquesti sumus. Ad tantam quippè fæcem quotidiè semetipso deterior mundus iste deuoluitur, vt non solùm cuiusliber siue secularis, siue Ecclesiasticæ conditionis ordo à statu suo collapsus iaceat, sed etiã ipsa monastica disciplina solotenùs (vt ità dixerim) reclinata, ab assueta illa celsitudinis suæ perfectione languescat. Perijt pudor, honestas euanuit, religio cecidit, & velut facto agmine omniũ sanctarum virtutum turba procùl abscessit. Philip.2. Omnes enim quæ sua sunt quærunt, & contempto cælesti desiderio, terram insatiabiliter concupiscunt. Et quia sub ipso mundi fine post ipsum inhiare non desinunt, quasi post alta pelagi in litus eiecti, terram remigio inaniter pulsant, dum adhuc peruicaces nauigare festinant. Et cùm laborandi finis proculdubiò quies sit, quibus vltrò quiescendi locus offertur, superuacuo laboris studio pœnaliter fatigantur.

CAP. II.

De monachis, qui ad ea, quæ reliquerant, reuertuntur.

SEd esto vt filij huius seculi in fluctiuaga secularium procellarum inundatione versentur, & nunc semina, quibus propensiùs oblectantur, adspergant, vt non quas voluerint postmodùm fruges metãt. Quid enim mihi, iuxta Apo- 1.Cor.5. stolum, de his, qui in mundo sunt, iudicare? Nos autem, qui mundi abrenunciatores dicimur, qui terreni fluctũs naufragium euasisse gloriamur, cur ad illud denuò, velut quodam vortice violenter absorbente, relabimur? Cur ad ea, quæ pro diuino amore contempsimus, retrogradis nitentes gressibus, malè æstuanti desiderio recalemus? Cur nõ veremur illud inhonestæ ambitionis importunitate repetere, quod neq; terrena iura, neq; diuinæ legis authoritas vetuerat possidere? Porrò nos fecimus, vt à nobis iustè possessa, nostra non fierent, & quæ nostri iuris erant, in aliorum dominium translata prodirent. Quod ergò cõsilium fuit, in tam periculosum nosmetipsos certamen adducere, vt contra omnium humanarum, diuinarumque legum decreta, quarum videlicet pace fruebamur, nunc necesse sit dimicare? Nos siquidem minimè lacessiti vltroneа temeritate bellum mouimus, & nunc contra sacræ scripturæ sententias confligere non timemus.

CAP. III.

Quòd minùs peccauerunt Ananias & Saphira, quàm monachi, qui pecunias habent.

Act.5. Si Ananias & Saphira propter ꝓprietatẽ fuerint occisi, quid fiet de ꝓprietarijs monachis?

QVis, rogo, Ananiam & Saphiram rebus proprijs abrenunciare cõgit? Sed quia vterque pro sustẽtanda quasi longa vita retinuit aliquid, repentinæ mortis sententiam non euasit. Et quia nequaquàm iuxta abrenunciatorum regulam contenti sunt viuere, iuxta præuaricatorum animaduersionem coacti sunt immaturo exitu infeliciter expirare. Et quidem illi, vtpotè rudes, & ad fidem denuò venientes, necdùm fortasse ad plenum Euangelica precepta didicerant, necdùm sacri nouæ doctrinæ codices ad publicum in commune processerant: attamen qui in ipso fidei tyrocinio quodãmodò simpliciter peccauerunt, districto quidem, sed pio iudicio, sola (vt credimus) sunt corporis morte mulctati. Nos aũt, qui cuncta sacri eloquij volumina nouimus, qui innumerabilium sanctorũ patrum vitas, atque præcepta post illud aureũ Apostolorum seculum exstentiũ, præ oculis assidua discussione versamus, ante tribunal Christi quid exercitionis

tionis obtendere, quod tergiuersationis argumentum poterimus inuenire? Eccè longè nobilioris quæstũs obtentu, quæstus & lucra terrena non modò reliquimus, sed & perpetuã eorum abrenunciationẽ non homini, sed Deo potiùs professi sumus. Si ergò adhuc marsupio nostro nummus includitur, si ad interni spectatoris iniuriam quantumlibet pecuniæ reseruatur, quid illi in reddẽda ratione dicemus? qua nos defensionis arte purgabimus? Huc accedit, quòd illi vacillante adhuc fide in nulla videbantur Ecclesiastica posse sustentatione confidere, nimirùm dum in ipso Christianæ religionis exordio ipsæ quoquè Ecclesiæ necdùm fuerant per materiale ædificium fabricatæ. Nos autem, qui vbiquè terrarum tam largissima Ecclesiarum patrimonia cernimus, vt quotidiè, dum mundus imminuta possessione contrahitur, Ecclesia copiosissimè dilatetur, si ranquàm defuturis alimẽtis lucrum carnale reponimus, dum nobis in posterum prouidendo diteſcimus, thesauro fei 2.Cor.4. deinos vacuos esse monstramus. De quo Apostolus: Habemus, inquit, thesaurum istum in vasis fictilibus. Et dum cautionem, quam cum Christo pepigimus, frangimus, violatæ fidei potiùs tormenta metuere, quàm præmia possumus de nostra conuersione sperare. In conuentione etenim pacti, quod inter duos fit, sponsionis vox ex vtraque parte procedit, vt nimirùm vterlibet, qui dicta seruauerit, modum deliberati fructus accipiat: econtrà qui transgressus fuerit, iacturam violatæ sponsionis incurrat. In pactione autem illa, qua cum Deo conuenimus, vox nostra hæc proculdubiò fuit quia Christum sequentes, mundum, & quæ sunt mundi, abrenunciare promisimus. Diuina autem vox consequenter ad istam respondit: Matth.19. Amen dico vobis, quia vos, qui secuti estis me, in regeneratione cùm sederit Filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Et hoc quidem, si propositæ sponsionis iura seruamus. Alioquin si post terga respicimus, terribile mox oraculum diuinæ comminationis audimus: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus Luc.9. est Regno Dei. Eccè audiuimus, quia perfectis renunciatoribus non qualiacunque sed sedes promittuntur, super quibus videlicet sedebunt iudices facti, munera, qui de suis olim timuerant excessibus iudicari. Nimirùm decebat, vt hæc dexteræ excelsi immutatio fieret, quatenùs qui amore perfectionis pro Christo effecti sunt pauperes, iam cum Christo diuites facti, communiter sedeant cælestis curiæ senatores, sicut scriptum est: Nobilis in portis vir eius, cùm sederit cum senatoribus Prou.vlt. terræ.

CAP. IIII.

Quòd monachus nequeat Christum simul & pecunias possidere.

Monachus à terrenis facultatibus abstinere debet tanq; ꝓprijs.

QVi verò ad ea, quæ reliquit, terrena quælibet cõgerendo reuertitur, sicut alienus est à seculo, quo se decreuit exuere, ità etiam regno Dei aptus vltrà non est, quod indubitanter acceptum noluit possidere. Fatuus nimirùm viator, nec eò reuerti potest, vndè irreuocabiliter prodijt, & quò ire disposuerat, non peruenit. Enimuerò cùm mundo renunciauimus, proprietatem nostram cælum esse constituimus, & nos illius proprietas consequenter effecti sumus, vt & ille esset portio nostra, & nos peculiariter hæreditas sua. Dicimus enim: Portio mea, Domine: & ille nobis: Opus manuum mearum tu es, hæreditas mea Israël. Nam de hæreditate terræ scriptum est: Hæreditas, ad quam in principio festinatur, in nouissimis benedictione carebit. Si ergò portio mea ipse omnipotens Deus esse dignatur, quod, rogo, diuitiarum genus quispiam valebit acquirere, quod super hunc singularem thesaurũ meritò debeat cumulare? Thesaurus nanque ille huiusmodi est, vt si solus sit, omnes in illo diuitiæ valeant verasiter possideri. In pectore nanque Iesu omnes thesauri sapiẽtiæ & scientię absconditi sunt. Si verò alias, atque peregrinas diuitias super hunc is, qui potitur, constituerit, ilicò vilis atque ignobilis copiæ dedignatur omninò consortium: & indigni contubernalis impatiens, dum retineri putatur, amittitur, atque hoc ipso ex frustrati auolat manibus possessoris. Nemo enim potest Deo seruire, & mammonæ. Matth.6.

Quapropter, ô monache, vis in tuo luculo recondere Christum? Excute priùs nummum: neque enim in vno receptaculo congruè sociatur. Nam si vtrunque simul incluseris, alterum sine altero vacuus possessor inuenies. Quantò quippè in egenis mundi lucris copiosior fueris, tantò à veris diuitijs ærumnosiùs inanescis. Nummus ergò si est, in aliena protinùs iura cõcedat, vt vacuam tui pectoris arcam Christus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deus in suo humano habitaculo cõ sortes non admittit.

Christus inueniat. Magnus nempe hospes in diuersorij tui quærit angusta descendere, atque idcircò solus vult & sine consortibus habitare. Quem enim cæli terræque non valet vastitas capere, quo pacto in exiguo tui domatis angulo niteris illi peregrinos ad cohabitandum socios adhibere? Cedat, cedat terrena pecunia, vbi cælestis thesaurus admittitur. Quæ enim societas luci ad tenebras? Quæ conuentio Dei ad mammonam iniquitatis? Abijciatur ergò pecunia ærugini, tineæque, & furtis obnoxia. Vacet exedra cordis, quæ cælesti mercimonio possit impleri. Nolite, inquit, thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur.

2.Cor.6.

Matth.6.

Quòd melius est, habita retinere, quàm abiecta repetere. CAP. V.

PEriculosior nanque est animæ pecunia, cùm acquiritur, quàm cùm vltrò suppeditans possidetur. In ista siquidem terreno more est iusta possessio, in illa verò feralis sæpè regnat ambitio. Salubrius ergò fuerat, habita quieto animo possidere, quàm abiecta non sine quadam rancoris anxietate requirere. Pudeat ergò te, ó miles Christi, peritura in hoc seculo facultate detescere, nè in futuro cogaris nudus & inops perpetuò mendicare. In talis quippè militiæ arma iurâsti, quæ nudos & agiles expertè bellatores, onustos autem, atque in Deo segnes, à castrorum excubijs donatiui arcet immunes. Abiurat illa militia sarcinis prægrauatum, & ante tempus meritò subrogat expeditum. Non licet illic marsupia pendere nummorum, vbi thecę tantummodò vibrantiũ cernuntur armorum. In bellicosa scilicet acie, inerti pecuniæ non tutò seruitur, vbi constipatis cuneis assidua dimicatione confligitur. Non ille solidorum summam securus enumerat, qui circunfusa hostium multitudine telorum missilia indesinenter expectat. Sæpè nanque in talibus dum talentum metalli cuiuslibet rrutinatur, improuisa veniens occulti hostis sagitta, stomacho librantis infigitur: sicque fit, vt qui solus sibimet sine rei familiaris adminiculo minimè videbatur posse sufficere, iam se & sua repentino casu lugeat irrecuperabiliter amisisse: & qui pauper cum Christo in libertate dedignatus est viuere, dines absque illo, sed seruus pecuniæ, compellitur damnabiliter interire. Audi quid diuitibus vox diuina promittat: Væ vobis, diuites, quia recepistis consolationem vestram. Præterea & hoc, quod Iacobus dicit: Væ vobis, diuites. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, vestimenta vestra à tineis comesta sunt, aurum, & argentum vestrum ærugināuit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras, sicut ignis.

Militia christiana, nudos facultatibꝰ expertit bellatores.

Luc.16.

Iac.5.

Quòd auarus, nummicola verius, quàm Christicola nuncupetur. CAP. VI.

AVdisti, obsecro, nummicola & monache, quid tibi æstus auaritiæ pariat? Audisti ad quem finem pecunia congesta perducat? Iustum quippè est, vt cuius nunc mens amore carnis ardet in cõcupiscentia, illius postmodùm & ipsa caro comburatur in pœna. Nunc fornax mentis inuisibili concupiscentiæ ardore succenditur, dignum est, vt tunc quoque caro materialis incendij flamma inextinguibiliter depascatur. Audi adhuc, nummicola. Quòd autem te nummicolam appello, à qualitate tui operis vocabulum traho, non contumeliæ in te nomen vsurpo. Nummos enim colis, qui pecuniam diligis. Et cùm Dominus per Prophetam dicat: Vacate, & videte, quoniam ego sum Dominus: vacationis quidem cultum, quem Deo debueras, nummis exhibes, circa quorum custodiam vacas. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Quocirca sicut qui Christum colit, iure Christicola dicitur: ità & qui nummis per custodiam seruit, non immeritò nummicola perhibetur. Sed adhuc fortasse proprium cordis sequi arbitrium iudicor, si etymologiam nominis huius sacræ scripturæ testimonijs non affirmo. Ipsa nempe Veritas dicit: Non potestis Deo seruire, & mammonæ. Ac si apertè dicat: Nemo potest Deum simul & pecunias colere. Quod Apostolus manifestius declarat, cùm ait: Hoc autem scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod est idolorum seruitus) non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei. Tot ergò criminibus simpliciter enumeratis, dum solam auaritiam idolorum asserit seruitutem, luce clariùs docet, auarum non Dei, sed nummorum, ac per hoc dæmoniorũ esse cultorem. Sed dum in exponendo nummicolæ nomen diutiùs immoror, ab effundenda ipsa nummorum congerie manum disputationis, immò dissipationis auerto. Facta igitur tibi de proprio nomine satis-

Nummicolarum in inferno pœna

Psal.45.

Matth.6.

Matth.6.

Ephes.5.

Omnis auarus dæmoniorum est cultor.

satisfactione, nummicola, iam quod dicturus eram, vigilanter ausculta. Audi ergò quid de te, tuisque similibus Veritas dicat. Difficilè, inquit, qui diuitias habent, introibunt in regnum cælorum. Et hæc quidem sententia de ijs, qui diuitias iuxtà morem seculi possident. Cæterùm hi, qui, reiectis omnibus, denuò ad vomitum sunt relapsi, nisi resipiscant, regnum cælorum nulla vel cum difficultate possunt fiducia promereri.

Matth.19.

Quòd etiam parua pecunia animam monachi immaniter lædat. CAP. VII.

SEd ex isto nummicolarum numero cerebrosus quisquam fortasse non decrit, qui mihi ad ista respondeat: Diuitiarũ me cur mordaciter impetis, quem perexigua summa contentum vix paucos habere obolos cernis? Cumque hoc propriæ fragilitati consentio, releuandæ tantũmodò futuræ necessitati prospicio, non affluere diuitijs quæro. Teste siquidẽ totius fraternitatis meæ conuentu, à filo subtegminis vsq; ad corrigiam caligæ de monasterij mei facultatibus non accipio. Et si proprijs me quibuscunque reculis prorsùs euacuo, qualiter viuo? Eccè proprietarius noster, siue meliùs, vt antè, nummicola, paupertatis patrocinio vtitur, vt ipse dives irreprehensibiliter viuat: & vide quibus argumentorum fucis mortale vitium palliat, vt quodammodò sepulcrum fœdis cadaueribus plenum superductæ calcis albore candescat. Agè frater, si ex monasterialibus impensis commodum tibi sperare licuisset, nunquid non vestes, quas mox vt præberentur induereres, non autem pecuniæ lucra darentur, quæ loculis famulatura seruares? Cur non eodem compendio vteris in ijs etiam, quæ ab extraneis conferuntur? Videlicet vt percepto quolibet munere, mox necessaria redimantur, & virus apud te pecuniæ non moretur? Hoc enim modo & indigentiæ tuæ velox consolatio prouenit, & lepra pecuniæ fœdis te maculis non adspergit. Cur autem tibi de exiguitate pecuniæ tanquàm securus applaudis, qui tibi ità siclum, sicut & ipsum assem prohibitum esse non ambigis? Cui verò tota rei cuiuslibet vniuersitas intercluditur, excusationis aufugium de minutijs non lucratur. Qui totum cessit, pars illi proculdubiò non remansit, præsertim cùm hæc sit mentis humanæ natura, vt ità occupetur circa minima, si sit indigens, sicut erga multa, si dives. Siue enim sumptuosa diuitiarum inundatione circunfluas, siue tenuissima te rei familiaris angustia premat, sententia illa mutari non potest: Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Crœsus & Amyclas diuersi quidem possessores, sed non diuersas circa hæc, quibus fruuntur, exhibent voluntates. Licèt enim ille aureos metiatur, iste milium numeret, discreta quidem facultatum quantitate cæduntur, sed non in dissimili circa illa, quæ cuique viritim suppetunt, amore tenentur. Porrò si exiguus mus, vel quodcunque reptantium in quamlibet capacissimã tunnam casu decidat, nunquid non protinùs cum securibus hinc indè cõcurritur, totum quicquid illud erat effunditur, cunctisque sereantibus, vomitum minante stomacho, nauseatur? Si tenuissima veneni stilla pando olerisaheno diffunditur, nónne totum, esculentius licèt, edulium prorsùs abominabile iudicatur? Si ergò perexigua mala largissima sæpiùs bona corrumpunt, quo pacto te de lenocinante cõscientia iactas, quia minimum sit, quod contra professionis tuæ propositum priuata proprietate possideas? Nam (iuxta Apostolum) modicum fermẽtum totam massam corrumpit. Et alibi: Qui modica spernit, paulatim decidit. Neque enim primi parentes nostri ex illo prohibito pomo frequentibus sunt conuiuijs crapulati, cuius vna tantùm leguntur infausta perceptione corrupti. Sed non idcircò momẽtaneæ vltionis plexi sunt pœna, quia diutiùs non perstitère transgressores in culpa.

Matth.6.

Pecuniæ ab extraneis collatę, non debẽt à monachis conseruari.

Egregia cõparatione docet perexiguas pecunias animam monachi lædere.

1.Cor.5.

Eccli.19.

Gen.3.

Qualiter ad veras possit monachus diuitias peruenire. CAP. VIII.

SI ergò, frater, quisquis es, sumptus te delectat acquirere, vndè futuræ possis occurrere paupertati, veras prouidus diuitias appete, veræ etiam paupertatis inopiam pertimesce. Illius nanque paupertatis intuitu, facilimè pauperstantiæ copia, tanquàm litorea alga, despicitur, quæ pedibus conculcatur. Igitur si verè contendis inopiam tædiosissimæ illius paupertatis euadere, stude in agro cordis tui optimarum frugum sationes insulcare. Teste enim Apostolo: Qui seminat in spiritu, de spiritu meter vitam æternam. Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. Illud summum & vnicum

Priuari regno cælorũ est summa paupertas.

Gal.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iohan.12. cum granum in nouali bus tuę mentis occulta, quod videlicet cadens in terra mor
tuum fuit, & multum attulit fructum. Hoc tibi thesaurus, hoc tibi sit omnigena-
rum vbertas frugum. In illo acquirendi finem constitue, in illo omnem vtriusque
Rom.10. vitæ fiduciam pone. Dominus enim omnium est, & diues in omnes, qui inuocant
illum.

Enimuerò si granum illud competenti cura seruare studueris, videbis apothe-
cas interiores cellarij tui, auri & argenti, omniumque diuitiarum talentis affluere.
Paupertatis Euangelicæ fructus & bona. Videbis & horrea tua nouo prouentu segetũ incomparabiliter redundare. Illum
ergò thesaurum curiosa solicitudine iugiter excole: circa illum nocturnas, diur-
nasque excubias vigili sedulitate depende. In illo enim vno omniũ diues eris, nec
eorum, quæ tibi fuerint necessaria, copia poteris indigere. In illo quippe posside-
bis aurum diuinæ sapientiæ, argentum ædificatricis eloquẽtiæ. In illo diuersa pal-
lia decoræ & honestæ conuersationis, bis tinctum videlicet coccum geminæ cha-
ritatis, colobium nitidæ castitatis. In illo byssum patientiæ, flammeum birotinum
diuini feruoris, purpuram regiæ dignitatis. Quia enim muriceo sanguine tingitur,
vt in purpureum colorem lana vertatur, quisquis solio recti examinis ità præsidet,
vt omnes suæ carnis illecebras, vitiorumque barbariem violẽto imperio mundi-
care festinet, hic Rex non immeritò dicitur, & spiritualis purpuræ decore vestitur.
In illo diupisticum virentis semper spei, nimirùm vocatus in hæreditatem incon-
1.Pet.1. taminatam, immarcescibilem, cõseruatam in cælis. In illo habebis annulum fidei,
Cant.2. armillas perfecti in actiua vita operis, dextralia etiam speculatiuæ contemplatio-
nis. Læua enim eius sub capite tuo, & dextera illius amplexabitur te. Et quid tibi
plura pollicear, quandoquidem in illo omnium virtutum gemmis, cunctorum
perfrueris charismatum margaritis? Nec tibi deerunt omnium mũdorum scilicet,
& immundorum animalium greges, quæ sub virga tuæ transeant disciplinæ. Im-
munda siquidem vitiorum armenta sub tuæ ditionis imperio domabũtur, munda
verò interioris tui hominis ventrem suauissimæ refectionis dapibus saginabunt.
Quini velleris turma delicatiùs accurata, dulcis innocentiæ præbebunt tuis fercu-
lis alimenta. Domesticæ altilium carnes non cessabunt in te diuini amoris augere
pinguedinem. Vniuersa genera volucrum supra mentis tuæ mensam sumptuosius
instruent spiritale conuiuium. At verò taurina ceruix superbiæ suppositum tuæ
ditionis emugiet iugum. Equinæ luxuriæ effrenata libertas sub te chamati oris
mandet insatiabiliter ferrum. Omnes beluæ vitiorũ, vniuersa portenta reptilium,
tremefacta pauebunt tuæ dominationis imperium. Et hæc quidem omnia in hac
vita in tuum cedent vltrò peculium, si preciosum illum, ac singularem, quem præ-
diximus, cautè studueris custodire thesaurum. Cæterùm in illa veræ beatitudinis
vita, quanta tibi, & quàm potiora dabuntur, non est (fateor) nostrarum virium
disputare, non est nostræ facultatis euoluere. Hoc tantùm ad compendiosum in-
explicabilis negocij exitum referre sufficiat, quia hoc acceptruri sunt, qui mundum
2.Cor.2. perfectè reliquerunt, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis
ascendit, quod præparauit Deus diligentibus se.

Iesus Christus thesaurus noster. Hunc ergò thesaurum, Christum videlicet Deum, & Dominum nostrum, qui
nobis factus est Redemptor, & precium, ipse promissor, & præmium, qui & vita est
hominum, & perennitas Angelorum, hunc, inquam, in exedra tui pectoris diligẽti
cura reconde. In illum omnem cuiuscunque necessitatis solicitudinem proijce. In
ipso per assiduæ orationis colloquium delectare. In ipso te iugibus sanctarum co-
gitationum epulis refice. Ipse tibi sit cibus, ipse nihilominùs indumentum. Si con-
tigerit autem, vt etiam cuiuspiam commodi exterioris indigeas, nihil hæsites, ni-
Matth.6. hil de eius fida promissione diffidas, qua pollicetur dicens: Primùm quærite re-
gnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis. Qui enim sitientibus Israëliticæ plebis
Exod.17.16 agminibus ex illo aridæ metallo rupis vberes aquarum riuos iussit effluere, qui
esurientibus cæleste manna per annosa temporum potuit spatia ministrare, qui
innumeram ortygometrarum multitudinem præcepit in murmurantium castra
descendere, vni homuncioni suis iugiter obsequijs insistenti non poterit necessa-
ria prouidere? Et qui per quadraginta circiter annorum curricula, infinitæ illius
turbæ vestimenta seruauit illæsa, difficile sibi est, attritis vereribus, nouas tibi exu-
uias reparare? Nos certè minimæ fidei, compellimus Christum esse tenacem.
Nempe pusillanimorum diffidentia facit pauperem Christum. At plena fides di-

uitem illum, & largum in exhibendis muneribus experitur. Satage tantùm in his
te exercere quæ iussit, & nulla prorsùs ex his maneat dubietas quæ promisit. Sit se-
curus exactor, vbi ad reddendum promptus est debitor. Sine causa diffiditur, vbi
ille promissor est, qui nunquàm mentitur. Securus creditor graditur, cùm simplex
veritas promissione tenetur. Hæc autem de proprietatem habentibus monachis
breui perstringere compendio voluimus: nunc autem ad eos, qui equinis vectati-
onibus assiduè delectantur, disputationis articulum transferamus.

De monachis assiduè discurrentibus. CAP. IX.

NEc reor de vestra excidere potuisse memoria, fratres charissimi, quàm sę-
penumerò de hac quoquè monachorum pernicie concordi inter nos fa-
miliaritate doluimus, & inquietis fratribus, ac vagationis vitio pereunti-
bus, fraternæ charitatis affectu compassi sumus. Sunt tamen nõnulli, qui-
bus dum seculi militiam baiularẽt, pertæsum erat sub humanæ seruitutis iugo huc
illucq; discurrere, adeò vt deliberarẽt ad monasteriale ocium libertatis & quietis
amore transire: nunc autẽ tanto sunt pestiferæ inquietudinis ardore succensi, vt si
quãdò non prębetur o ccasio dictans longiùs progredi, tenebroso carceralis custo-
diæ videantur horrore concludi. Quod proculdubiò fieri antiqui hostis non igno-
ratur astutia. Quos enim adhuc sessor nequissimus equitat, idcircò importunis va-
gandi calcaribus vrget, vt & ipsi ad seculi vanitatem redeuntes pereant, & alios ab
arripiendo tramite veræ salutis auertãt. Sunt enim quamplures in seculari habitu
constituti, qui nisi ad hũc monasticæ institutionis portũ, Christo duce, confugiant,
aliter se in illis procellosis mũdani pelagi fluctibus saluari posse omninò diffidant.

Quàm sit in monacho periculosa inquietudo & instabilitas.

Quid laici de monachis secularibus dicant. CAP. X.

SED cùm contemplantur eos, qui nuper quæ mundi sunt, cum magno fer-
uore contempserant, nunc ad secularių negociorum turbinem inhianti ùs
redigi, & in eiusdem, quam euaserant, cœnosa volutabri fœce versari, stupor
mirantibus oritur, suspirium ab imis visceribus trahitur, & in eorum menti-
bus desperatio generatur. In semetipsum nanque vnusquisque huiusmodi quere-
lam deponit, dicens: Væ, væ, vbi ego propriæ salutis spem posui? Cur cum capitis
mei periculo ad ordinem illum transire decreui? Paulominùs breui puncto cor-
pus simul & ănimam perdidi. Penè me in ignem apertis oculis propria voluntа-
te conieci. Quis enim illo feruentior aliquandò monasterium petijt? Quis (vt vi-
debatur) animosiori constantia ad Christi militiam properauit? Nunc autem
omnium quæ promisit oblitus, in terrenis se negocijs iugiter versat, seculum tra-
ctat, seculum spirat, & quem mihi mortificationis habitus dissimilem reddit, me-
cum mundo non dissimiliter viuit. Planè (vt perspicuum est) mutare corpus exte-
riorem speciem potuit, sed mens in eo quo fuerat statu malè fixa permansit. Quid
mihi conuersionis eius incentores accusare? In rebus siquidem bellicis solummo-
dò commilitonem perdidi, sed in reliquis terrenis actibus socium non amisi. Me-
cum certè forenses lites agitat, mecum in tribunalibus iudicum perorare non
cessat, mecum importunus atria principum penetrat, mecum simul eorum auri-
bus consilia terrenæ profunditatis instillat. Sed qua temeritate socium nuncupa-
re præsumo, quem iam non consuetudinaliter socium, sed in cunctis, tanquàm pe-
disequa, vix præambulum sequor? Sanè tantam à populo gloriam de sua conuer-
sione lucratur, vt superuenienti omnes assurgant, quicquid attulerit velut prophe-
tiæ oraculum credant, & deuotionis illi obsequium reuerenter exhibeant. Sic vi-
delicet, quantùm ad carnem, nequaquàm infructuosa illius creditur fuisse conuer-
sio, quia qui secularẽm vestem non cum mente deposuit, secularem pompam cal-
lidus permutator pleniùs acquisiuit.

Monachorum peruagatio in seculo, pereũdi occasionem multis administrat

Hasitaque, atq; huiusmodi murmurationes dum detractores effundunt, quantis
sit occasio pereũdi in seculo peruagatio monachorũ, quis enumerare sufficiat? Fa-
ciliùs enim in seculari habitu etiã perire deliberant, quàm perditorũ exempla se-
quendo, vtrunq; simul (vt aiunt) seculũ perdere. Et reuerà non est mirandum, si vi-
dentibus hoc scandalum nascitur, quod & Deo, & sacræ authoritati probatur esse
contrarium. Ait enim Apostolus: Nemo militãs Deo implicat se negocijs secula-
ribus, vt ei placeat, cui se probauit. Et ipse Dominus admonet discipulos suos, di-
cens: Cauete, nè grauẽtur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius seculi.

2.Tim.2.

Luc.21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quòd discursio monachi & virtutes expellat, & vitiorum multitudinem introducat. CAP. XI.

EX hac nãque venenata radice tot vitiorum propagines oriuntur, vt in quocunque vigere cognoscitur, omni monasticæ perfectionis fructu velut arbor arida denudetur. Et quemadmodum grossi siculneæ ventis expositi stare nequeunt, sic in illo diuersis mundi tentationibus hinc indè perflantibus, bonorum operum fructus permanere non possunt. Hoc nanque vitium tantę violentiæ est, vt postquàm sibi in pectore monachi semèl imperium vendicauerit, mox ex maxima parte, si virtutum chorus abscedat, nonnulla vitiorum portenta velut ergastulum proprij iuris irrumpant. Nam vt pauca referantur è multis, monachus in itinere positus tenere ieiunium nequit, quia hospitalis ei humanitas non permittit. Non sapienter psallit, quia obambulantis comitatûs cùm loquacitas impedit. Nocturnis non insistit excubijs, quia secretum deest singularitatis. Flectendis genibus non insudat, quia sanctæ deuotionis studio labor interiùs non concordat. Nequaquàm silentij censura constringitur, quia frequenter emergentibus causis, inuitus etiam per multiloquia diffrenatur. Quid dicam, quia lectioni, vel orationi minimè vacat, quem extra semetipsum egredi, & terrena quæque tractare imminens potiùs necessitas dictat? Charitas in eo minuitur, quia mens, quæ tot actionum secularium ventos recipit, ab amoris interni feruore repescit. Suum quoquè castitas mentis dispẽdium patitur, quia nonnunquàm mens concupiscentiæ telo configitur per carnis speciem, quam exteriùs contemplatur. Robur etiam patientiæ frangitur, quia quodlibet inceptanti dum sæpè contra votum repentini casus emergẽtes obuiant, qui suum accelerabat explicare negocium, non æquanimiter portat, & talia tunc per impatientiam verba profundit, quæ cùm ad ocium reuertitur, vltricibus lachrymis grauiter punit. Sobrietatis regula non seruatur, quia dum lautioribus cibis conuiuij apparatus instruitur, dum hospitalitatis officij sedulitas exhibetur, quia inhumanum putat inuitantium precibus non condescendere, delectat etiam, ventri sub charitatis specie molliter indulgere. In quo nimirùm articulo in mente serui Dei sæpè dubietas oritur, nè videlicet vndè sobrietati consulitur, indè quoquè hypocrisi (quod abominabile est vitium) seruiatur. Itaque apud quosdam sobrietatis modus omninò contemnitur, vt hypocrisis quoquè nota procùl abesse videatur. Sed hoc modo in eo quòd discretio agi creditur, discretio non tenetur. Ille enim scit rectè discernere, qui virtutem nouit à vitio separare. Qui autem cum zizanijs simul etiã triticum eradicat, hic procul dubiò vim discretionis ignorat. Quisquis ergò solo supernæ remunerationis intuitu, sobrietatis limitem non excedit, & hypocrisim sub humilitatis suæ pedibus calcat, & custodire sobrietatis præmium incunctanter expectat.

viatoris monachi mala & incõmoda.

Hypocrisis abominabile vitium.

Vt autem adhuc quoquè de monacho discurrente dicamus, lachrymarum compunctionem, quibus peccata defleat, non habet: quia mens arida, quæ per æstum terrenæ conuersationis incedit, dum perfundi rore sancti Spiritûs non meretur, aresçit, & terrenarum cogitationum cœno plena, quia aquam capitis interiùs gratia largiente non concipit, nullas extra se lachrymas fundit. Aliquandò fortassè circunfusis auditoribus prædicat, sed repentè vana gloria furripit, & quasi ex infidijs prodiens cum, qui alijs medebatur, occidit. Si autem hoc præcauens sub silentij se censurâ constringit, nihil eorum posse perficere, quorum causa venerat, erubescit. Si morosæ grauitatis, vt dignum est, speciem seruat, valdè pertimescit, nè & hîc hypocrisis notam simulator incurrat. Si autem à suæ mortificationis rigore quantumlibèt se in leuitatem resoluit, hîc etiam multò minùs securus est, nè videlicet suo exemplo alios destruat. Si quandò inter dissidẽtes sequestræ pacis vult reformare concordiam, si districtè veritatem exequitur, reconciliationis inter eos vnitas non conflatur. Quòd si vti mendacijs acquiescit, peccati laqueos non euadit. Cùm vult peccantes arguere, culpam non minimam deputat, tot proximorum suorum aduersùm se odia concitare. Videre autem, & conticescere, quid aliud arbitratur, nisi prauè agentibus consentire? Et hæc quidem de illis, qui quantolibet calent superni caloris igniculo. Cæterùm frigidi quique, qui spretis diuinæ militiæ castris, ad mundanæ vertiginis molam siniſtro postlimino reuoluuntur, quanta iudicabiliter agant, quàm inconsideratè viuant, referant qui volunt. Nobis consultiùs videtur, eos pia compassione deflere, quàm exe-

Apostatarũ gesta deflẽda potiùs sunt, quàm cõscribẽda.

crandæ

crandæ conuersationis gesta conscribere, nè quibus solas compatiendi lachrymas debemus impendere, hos videamur censorijs literis obtrectare.

*Quæ mala infelix anima monachi patiatur, cùm ad * inferiora reuertitur. CAP. XII.*

* for. interiora

HOC autem absolutè dicimus, quòd tantis insidiarum tendiculis hoc tempore mundus iste densatus est, vt quisquis huius sacri ordinis desiderat innocenter viuere, ab illius processu cautissimè se expediat abstinere: cuius videlicet iter si sæpè terit, procuratos insidiarum laqueos non euadit, & tanquàm arbor munientis se corticis defensione nudata, nec virtutis fructus afferre, nec vitiorum quasi teredonum scaturientium cariem poterit euitare. Cùm vero ad propriæ habitationis claustra reuertitur, cominùs illum quasi quædam conglobata turba omnium, quæ viderat, & audierat, comitatur, vt tumultuantium negociorum strepitum, quem illic tolerabat in corpore, multò ingruentiùs, mulsoque importuniùs hîc patiatur in mente. Præcipuè si orationi vacare enixiùs cœperit, ecce phantasmata cogitationum, ecce imagines, quas viderat, rerum, ità vt in quolibet angulo constitutus, videatur sibi ludis theatralibus interesse, vel inter agentes forense litigium residere. Et quidem homo renititur, & quasi conuolantes muscas abigere à suæ mentis ore conatur. At illæ mox vt abscedunt, protinùs redeunt, ilicò vt repelluntur, assistunt, vt quasi fugitiuum suum persequentes capere, & propriæ seruitutis moliantur in exercitia reuocare. Tunc infelix anima discit, quanti sibi constiterit, quòd se per latitudinem seculi inaniter relaxauit. Tabescit enim sicca, obscura, lapidea: in modum nanque lapidis obdurata, nec in lachrymarum fluenta prorumpere, nec lumen potest tenebris vndiquè circunfusa videre. Psalmorum quidem mysterijs intendere nititur, sed tanquàm lippientibus ocis intolerabili lumine reuerberatur. Anhelat virtute qua potest, ad summa contendere, sed quodam suo pondere prægrauata, in imis cogitur humiliata iacere. Cui propheticum illud non inconuenienter aptatur: In tenebris collocauit me quasi mortuos sempiternos: circumædificauit aduersùm me, vt non egrediar, aggrauauit compedem meum: sed & cùm clamauero, & rogauero, excludet orationem meam. Mœret, anxiatur, anhelat, & quia nec ipsam hanc eius miseriam sibi flere permittitur, acriori doloris amaritudine replera turbatur. Saltim hanc plorans, & tûs vocem cum Propheta daretur effundere, qua dicitur: Idcircò ego plorans, & oculus meus deducens aquam, quia longè factus est à me consolator, conuertens animam meam. Sed infelix illa anima, cùm & se flebilem videat, & tamen flere non possit, quàm procùl sit à salute, quasi in quendam locum deuoluta miseriæ, longiùs conspicit. Nimirùm cùm flere via tantummodò sit, vt peccator valeat ad indulgentiam peruenire, ergò cùm illa reatum suum plangere nequeat, videtur sibi, quòd necdùm etiam in viam pedem posuerit, qua pertingere ad indulgentiam possit. Huic simile est, quod ex imperfectorum persona per Prophetam dicitur: Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Qui enim legem Dei, quę proculdubiò iustificatio eius est, omni tempore nõdùm desiderat, sed iam desiderare concupiscit, iam quidem vtcunquè eminùs suspicit, sed nequaquàm perfectionis alta conscendit.

Thren. 3.

Thren. 1.

Psal. 118.

Fit ergò menti miseræ tam tenebrosa confusio, vt quocunquè se verterit, se verum in seculo videat, cùm seculum sine se esse indubitanter agnoscat. Cùm illo itaque est, quod cum ipsa non est, quia scilicet mundum, quem corporali digressione deseruit, secum per phantasticas imaginationes in mẽte depingit. Enimuerò ista in humana mente calamitas, & peccatum est, & peccati pœna. Iustum quippè est, vt quod quisq; volens admisit, patiatur inuitus. Nimirùm vt qui noluit se intra secretum sui ordinis cohibere, cùm poterat, nequaquàm seculo carere possit etiam cùm reliquit. Mens itaque humana tantæ egestatis atque penurię necessitate constricta, dolet, gemit, atq; ab imis visceribus sui spiriũ trahit, quia videlicet recessûs sui munditiam vagitatis vitio perdidit, & se rursùs in volutabro seculi velut sus lutulenta peruoluit. Tunc se leuitatis atque inconstantiæ mordaciter arguit, se vagam atque fallacem vehementer accusat: & Dei iudicium rectum esse, & æquitatis iura tenere veraciter probat, dicens cum Propheta: Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum. Bonum est præstolari cum silentio salutare Domini.

Quod quis quę volens admisit, inuitus patiatur.

2 Pet. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Thren.3. mini. Bonum est viro, cùm portauerit iugum ab adolescentia sua. Sedebit solus, & tacebit, quia leuauit se super se. Quæ enim, si secreta diligeret, super semetipsam gauderet cuecta, mœret nunc, quia ad publicum exiens, se sub se videt iacere prostratam.

Quòd is, qui foràs egreditur, cum excommunicatis communicare cogatur.

CAP. XIII.

EST etiam aliud, quod, etsi cætera impedimenta deessent, solum sufficere poterat, vt monachos à mundi vagatione compesceret. Quis enim hoc tempore quorumlibet secularium possit inuenire conuentum, vbi non sit huiusmodi, qui pro sui reatûs piaculo excommunicationis debeat subire iudicium? Iadmudùm enim omnia vitia per mundum vigent, atque eò se diffusiùs quotidiè propulsando dilatant, quò viciniùs mundi terminus appropinquat. Quapropter impossibile est monacho, qui ad publicum egreditur, vt non siue cum excommunicatis, siue cum excommunicandis (quod penè tantundem est) communicare cogatur. Cum homicidis enim, cum periuris, cum incestuosis, cum incensoribus ædium, cum adulteris loquitur, quibus, etiam si aduersùs exhorreat, plerunquè tamen oscula iungitur, simul etiam communi ferculo, prout necessitas imminet, conuiuatur: cùm è cõtrario Apostolus clamet: Si is, qui frater nominatur, est fornicator, aut immundus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Et certè formidolosum est, nimisque contrarium cum his, qui à Deo diuisi sunt, habere consortium, præsertim monachis, qui Deo ità sunt peculiari quadam, atque (vt ita dicam) domestica familiaritate coniuncti, vt abiurato seculo, solis sint diuinis obsequijs irreuocabiliter deputati. Sicut enim ab ipso reproborum capite, ità quoquè a membris illius, nisi causa conuersionis exegerit, studendũ est declinare. Vna siquidem hîc abominationis repulsa debetur, quibus illic vnus ignis, attestante veritate paratur, dum ad sinistram positis dicitur: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Quos ergò ad aliam cernimus patriam tendere, non debemus eis in via noxiæ societatis glutino fœderari, nè quos inordinatus amor associat, simul etiam pœna extremæ vltionis inuoluat.

In fine mũdi, vitia lesę diffusiùs dilatabunt.

1.Cor.5.

Matth.25.

Quòd sicut ab excommunicatis, ità etiam ab excommunicandis oporteat declinare. CAP. XIIII.

ENimuerò vt enucleatiùs pateat, quantùm bonos malorum socieras lædat, hac possumus perspicua ratione colligere, quia videlicet eorum alij sunt tàcerdotali sententia nuper excommunicati, alij tantummodò sanctorũ patrum iudicio communione priuandi. Sed de his, qui nuper excommunicati sunt, nulli dubium, quin omnis, qui eorũ participio vtitur, similem damnationis sententiam sortiatur. De his autem, qui pro cõmissis criminibus canonica quidem sunt authoritate damnandi, necdùm tamen viuis sacerdotũ vocibus ab Ecclesiastica videtur vnitate pręcisi, à nonnullis ambigitur, vtrùm eorũ turò societas admittatur. Sed si rem pensiori subtilitate perpendimus, nullã penè inter eos esse distantiam inuenimus. Siue enim à modernis, siue ab antiquis patribus quis iure damnetur, idem est, nec temporũ diuersitas soluit, quem eadem perpetrati piaculi causa constringit: & ætatũ varietas iudiciali calculo non pręiudicat, vbi vna limatę equitatis regula sententiã dictat. Sed quod approbare voluimus, meliùs ostendemus, si ipsa excõmunicantium patrum, & antiquorum scilicet, & nouorum verba ponamus. Sacri siquidẽ Cãones dicunt: Qui hoc, vel id fecerit, excõmunicetur. Moderni quoq; Pontifices in iaculanda excõmunicationis sententia, eadẽ ferè verba depromunt, dicẽtes: Ille, qui hęc fecerit, excõmunicetur. Quorum igitur sunt eadem verba, eadẽ nihilominùs est intelligẽda sentẽtia, & cùm pręsentiũ sanctorũ Pontificum omne iudiciũ ab antiquorum patrũ diffinitionibus pendeat, nullũ isti damnare præsumunt, nisi quos iam ab illis damnatos esse nouerint. Non ergò quemlibet isti nouiter damnant, sed iam prolatam maiorũ sententiam sequẽdo confirmant.

Malorũ societas & bonos lædat.

Nulla inter excõmunicatos, & excommunicandos distantia.

Concludendum est igitur, quia sicut ab his cauendum est, quos moderna synodorum Concilia ab Ecclesiastica societate repellunt, ità & ab illis nihilominùs declinandum, quos antiqui patres eliminandos esse decernunt. Hæc itaque causa non minima est, quæ monachum à seculi discursionibus retrahat, & in sui recessũs angulo stabilem reddat, quia valdè miserum est, à proprijs quidem excessibus reprimi, sed alieni reatûs maculis inquinari: cum alijs non delinquere, & alieni delicti supplicia sustinere. Malorum autem cùm incautè amicitijs iungimur, culpis ligamur. Vndè Iosaphat cùm tot de anteacta vita præconijs attollitur, de Achab regis amicitijs penè periturus increpatur. Cui à Domino per Prophetam dicitur: Impio præbes auxilium, & his, qui oderunt Dominum, amicitia iungeris, & idcircò iram Domini merebaris: sed bona opera inuenta sunt in te, eo quòd abstuleris lucos de terra Iuda. Ab illo enim, qui summè rectus est, eo ipso iam discrepat, quo peruersorum amicitijs vita nostra concordat. Quem enim vox illa Apostolica non terreat, quæ nobis contestans, & à prauorum contubernio reuocans clamat? Denuncio, inquit, vobis in nomine Domini Iesu, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundùm traditionem, quam tradidimus vobis. Si ergò ab his omnibus nosmetipsos debemus cautè subtrahere, quos non secundùm traditionem Apostolicam cernimus ambulare, quanti in illo seculari supersunt ordine, cum quibus absque periculo valeamus contubernium familiaritatis habere? Porrò autem qui Apostolica traditione contempta, aliam doctrinam siue dogmatizando, siue viuendo superinducere nititur, orthodoxi & religiosi viri perfrui consortio non meretur, Apostolo quoquè Iohanne attestante, qui ait: Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domo, nec Aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi Aue, cõmunicat operibus eius malignis. Quibus nimirùm Apostolicę veritatis instructi sententijs, euidentissimè comprobamus, quia qui cum sceleratis hominibus carnaliter amicitias iungunt, alieni reatûs participes fiunt, & cum illis simul extremæ vltionis coguntur subire iudicium, cum quibus tamen in hac vita simul non admisêre peccatum.

Miserũ est alieni reatûs maculis inquinari, & supplicia sustinere.

2.Par.19.

2.Thes.3.

2.Iohan.1.

De monachis, qui preciosis vestibus delectantur. CAP. XV.

HOC etiam vitium, quod videlicet iam persecuti sumus, discurrentem monachum familiariter obsidet, quia profectò nunquàm sic ad purum valetà se lepram virosæ procacitatis excurere, quin sibi necessarium videatur, quantumlibèt apud se illam occasione itineris retinere. Hinc etiam preciosarum amor vestium nascitur, nè videlicet in publicum prodiens, despicabilis esse videatur. Veruntamen dum exterioris indumenti phalera quęritur, cuncta interioris hominis compositio dissipatur. Hæc autem insania falsa, nescio quo pacto ità peruersæ mentis oculos cæcat, vt nec quæ apud homines honestas sit videat, nec vnde apud Deum quis clarus videri possit attendat. Et reuerà insania est, & falsa est. Insanum quippè est, occulti arbitri iudicium superbiendo contemnere, & humani fauoris auram molliori veste captare. Falsum verò est, quia vndè oculos superni spectatoris offendit, indè etiam nihilominùs apud humanæ existimationis iudicium cadit: & ex qua re hominibus videri clarior appetit, ex ea se quodammodò dentibus publicæ obtrectationis exponit: cumque nitor indumenti ad intuendum se oculos prouocat, linguas etiam ad carpendum hunc, qui induitur, derogationum spiculis armat. Quis enim monachum mollibus indutum videat, & non protinùs illum diuino vacuum spiritu, terrenis potiùs, quàm cælestibus inhiare decernat? Quæ enim sit mens ex veste colligitur, & iuxta exteriorem cultum quæ sit interioris species iudicatur. Quod nimirùm cum Euangelica authoritate concordat, cùm dicatur: A fructibus eorum cognoscetis eos: quanquàm isti non veniant ad nos in vestimentis ouium, quandoquidem vestimentum ouium vestis est humilitatis, & innocentiæ, non arrogantiæ, vel rapinæ. Illa autem vestis rapinæ esse non immeritò nuncupatur, quæ duarum, vel etiam trium vestium summa coëmitur. Rapinæ nanque scelus admittit, qui vanæ gloriæ deditus, in sui corporis indumentum solus insumit, vndè & fratrem suum secum contegere communiter potuit. Rapinam proculdubiò perpetrat, qui vani honoris ardore succensus, duarum impensas vestium in vna prodigit, & proximum sitium, quem sicut semetipsum amare debuerat, in sua nuditate relinquit.

Preciosis vestiri vestibus, insania falsa est.

Item vera rapina.

Matth.7.

Sed hoc distat inter istos encæniatos videlicet monachos, & illos hypocritas, quos Euangelium notat, quia illi (teste Veritate) veniunt ad nos in vestimentis ouium, intrinsecùs autem sunt lupi rapaces: isti autem intùs vento vanæ gloriæ crepantibus ilibus intumescunt, foris autem in veste rapinæ (sicut probatum est) ac per hoc in veste luporum arrogantium incedunt. Itaque cùm Dominus de Iohanne dicat Iudæis: Quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Eccè qui mollibus

Matth.7.

Matth.11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt: profectò monachus, qui nitorem preciosæ vestis affectat, non superni Regis, sed mundi huius militiam baiulat: & licèt videatur speciè tenùs Deo suæ quasi obedientiæ munus offerre, apertè tamen conuincitur, humanum captando fauorem, vanæ gloriæ veraciter deseruire. Porrò autem si sub obtentu obedientiæ licet mollibus indui, cui potuit hæc remissio liberiori dispensatione concedi, quàm beato Iohanni, qui præcipuæ obsequelę do-
Luc.1. natus officio, venerat corda patrum in filios noua prædicatione conuertere, & perfectam plebem Christo Domino præparare? Nunquid & ipse Dominus prouidere sibi calceamenta non potuit, cùm gentilis perfidia sola inter se vestimenta diuiserit? Nam si ei minimè calceamenta defuissent, de illis etiam sacræ historiæ series non tacuisset.

Quòd sicut preciosa vestis ad iram, ità humilis Deum ad indulgentiam prouocat. CAP. XVI.

Ion.3. REx Niniue purpura indutus propriæ ciuitatis excidium meruit, coopertus sacco, diuini furoris motum contriti cordis humilitate placauit. Ezechias quoquè cultu regio decoratus, terribiles regis Assyriorum
4.Reg.19. minas tremefactus audiuit, sed mox vt ipse cilicio tegitur, cilicioque contectos ad Prophetam mittere nuncios non erubuit, propinquæ diuinæ victoriæ, & optatæ prosperitatis oraculum reportârunt. Quæ nimirùm promissio (scriptura teste) celerem peruenit ad exitum. Nam eccè Angelus Domini centum
Ibidem. octogintaquinque millia Assyriorum vna nocte percussit, deindè ipsum Sennacherib regem vterque filius parricidali quidem, sed digno gladio trucidauit. Vides igitur, apud Dominum quantùm vestis fluxa distet ab aspera? Perpendis, quia quem iratum experiri delicata meruerat, vilis & abiecta vestis Iudicem placat? & quem plectibilem illa reddiderat, venia dignum ista commendat? Cuius autem momenLege vitam eius 6. Iulij præsenti tomo. ti apud Deum vestium sit ornatus, egregius ille Propherarum Esaias euidenter ostendit, qui nimirùm ad diuinæ iussionis imperium vestimenta deposuit, & per trium annorum spatium nudus & discalceatus incessit. Erubescat igitur humana superbia, confundatur mens misera vanæ gloriæ peste correpta, dum ille videlicet organum Dei, templum Spiritûs sancti, diuinæ iustitiæ propalator, non dubitauit publicè nudus incedere. Et infelix homo, qui ne vllum quidem meruit Dominicæ familiaritatis indicium, superstitiosum lacinosis vestibus affectat ornatum: & dum malè coloratę vestis fucos induitur, lubricus adspici, à semetipso sperni, speculatoris oculos non veretur auerti. Ità sanè dum indumentum illud sub diuina æstimatione despicitur, is etiam, qui induitur, consequenter abominabilis iudicatur. Sed esto videlicet vt Esaias nudus incesserit, nunquid tunc cùm vestitus ire consueEsa.20. rat, indui mollioribus indulgebat? Interrogemus ergò ipsam propheticæ narrationis historiam, & audiamus quid sibi vox diuina præcipiat. Locutus est, inquit, Dominus in manu Esaiæ filij Amos, dicens: Vade, & solue saccum de lumbis tuis, & calceamenta tolle de pedibus tuis. Qui enim non aliud quoddam vestimenti genus, sed saccum de lumbis auferre præcipitur, profectò quanti sibi vestium liturra constiterit, liquidò declaratur. O quanta tunc erant Regum, & Principum terræ triclinia deaurata? Quot pictis circunfusa tholis purpurata cubilia? Quanta prædiuitum ornamenta gemmis micantibus insignita? Quot laquearia cedrinis ac cypressinis instructa sigillis? Et tamen omnibus spretis, despicabiliterque contempris, hunc saccina deformitate contectum dignatus est omnipotens Deus templum sibi rationale construere, & per eum, quasi per organum, secreti sui mysteria mortalibus reuelare. Discat ergò, discat encæniatus monachus, quàm malè negocietur, quia vndè clarus apparere humanis oculis appetit, hinc proculdubiò in superni Iudicis æstimatione fordescit: vnde impensiùs ab hominibus honoratur, indè magis à Deo despicitur: cumque in admirationem suî intuentium oculos prouocat, ab obtutibus se diuinæ gratiæ contenebratus occultat.

De his, qui vilitate vestium vulgarem mercantur applausum. CAP. XVII.

SEd quoniam loquendi de vanitate vestium se occasio præbuit, sicut de his, qui mollibus delectantur pauca perstrinximus, ità etiam de his, qui eodem quidem laborant morbo, sed diuersa feruntur insania, breuiter disseramus. Sunt nanque nonnulli, qui vilium deformitate vestium fauorabilem vulgi mercantur

mercantur applausum, & hac iucundiùs delectatione pascuntur, si dum pro accuratæ deformitatis industria videntur abiecti, per efferentium populorum ora volitent glorioſi. Gaudent de se inquirentium discussiones fieri: gaudent se, velut mirandum aliquid, digito demonstrari: qui nimirùm de sua deformitate compositi, de obscuritate conspicui, de humilitate videri machinantur excelsi. Versuta siquidem diabolicæ calliditatis astutia ad hoc deprimuntur, vt sublimes appareant, ad hoc deturpantur, vt in oculis intuentium spectabiles eniteſcant. Porrò autem istis cum superioribus diuersa quidem summa est, quam expendunt, sed vnæ sunt merces, quas concorditer emunt. Vana gloria nempe, quasi quædam negociandi materia in medio posita est, ad quam videlicet diuersi mercatores accedunt. Alij vilia indumenta tanquàm precium de marsupio proferunt, alij redhibere preciosa contendunt. Sed dum quique pro suis partibus satagunt, qui viles vestes afferunt, reliquis emptoribus continuò præferuntur. Qui enim delicatis vestibus vtitur (sicut superiùs dictum est) sæpè vndè captare auram fauoris existimat, indè latiùs obtrectatorum morsibus patet. Qui verò vilis indumenti extremitate contentus est (de monachis loquor) cuiuscunque intentionis studio, scilicet siue prauè, siue rectè id faciat, sanctitatis illum opinio contuentibus plerunquè commendat, & quò in exteriori habitu deformior quisque conspicitur, eò maiori sæpè dignus reuerentia iudicatur.

Hypocritæ vilioribus vestib⁹ vtũtur, vt ab hominibus sanctꝰ reputentur.

De vera humilitate Dauid. CAP. XVIII.

VEruntamen quisquis ille est, qui de proprij habitûs vilitate supernæ retributionis præmium sperat, necesse est vt omnem laudis humanæ fauorem sub pedibus suæ mentis, velut cœnosum lutum calcare non desinat: qualemque se spectantium obtutibus præber, talem se intra conscientiæ suæ secreta dijudicet. Vndè Dauid, cùm eum Michol filia Saul ob- 2.Reg.6. 1.Para.15.
iurgaret dicens: Quàm glorioſus fuit hodiè Rex Israël discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est, quasi si nudetur vnus de scurris: vt ostenderet, quia eadem humilitas vigebat in mente, quam prætendebat in corpore, non iratus efferbuit, non elationis verba respondit, sed humiliter dixit: Viuit Dominus, quia ludam, & vilior fiam plusquàm factus sum, & ero humilis in oculis meis. In quibus verbis veræ humilitatis forma proponitur, dum non minùs intePrior, quàm exterior humilitas demonstratur. Nonnulli enim quò se deformiùs in exteriori compositione dejciunt, eò de se intrinsecùs maiora decernunt. Qui profectò aliud optant se in superficie videri, aliud latenter intelligi, & vndè se humiliter in publico deprimunt, indè in occulto elatiùs intumescunt. Dauid autem, vt extrinsecùs se humilem præbeat, dicit: Ludam, & vilior fiam plusquàm factus sum. Vt verò humilitatem mentis ostendat, adiungit: Et ero humilis in oculis meis. Ac si patenter dicat: Et exteriùs humiliabor, vt alijs exemplum salutis exhibear, & intùs humilis ero, vt in eiusdem salutiferæ humilitatis radice & ipse persistam. Qui ergò ità simpliciter graditur, vt qualem se in deformatione sui habitûs præbet, talem se in opinione videntium esse desideret, hic profectò Christi imperium veraciter portat, & crucem post eum mundo mortuus baiulat, tantoque in diuinis obtutibus clarior redditur, quantò apud humanos oculos despicabilior iudicatur: & fructuoso commercio is, quem vestis exterior fœdat, gratia interiore coruscat.

Quæ vera humilitas & quæ ficta.

Ibidem.

Quòd mollia indumenta minùs perfecti fastidiant, perfectiores aliquandò indifferenter admittant. CAP. XIX.

NOnnulli etiam sunt, qui rectæ intentionis studio, vilibus indumentis diutiùs assueti, si contingat aliquandò, vt quantumlibet potioribus contegantur, liberæ humilitatis supercilio dedignante fastidiunt: & sicut alij fœdis, ità isti preciosis indui vestibus erubescunt: delicatos sanè habitus renuunt, despicabilium asperitate fruuntur: Fiunt illis omnia cornporis ornamenta dedecori, deformitas honestati. Horum quidem Hester spe- Hester 14. Humilitas Hester.
ciem tenuerat, cùm dicebat: Tu scis, Domine, necessitatem meam, quòd abominer signum superbiæ, & gloriæ meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, & detester illud quasi pannum menstruatæ, & non portem in diebus silentij mei. Hi quidem sancti desiderij ardore feruescunt, adhuc tamen aduer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

aduersùs passionum suarum tentamenta confligunt. Alij autem ad tantæ mortificationis celsitudinem peruenerunt, quòd iam ad vtrunque velut insensibiles facti, sicut vilibus indui consuetudinaliter expetunt, ità etiam vbi res exigit, preciosaquæque, vel nitida nullatenùs perhorrescunt, vtraque scilicet vno contemplantes adspectu, quos nimirùm mollia nõ resoluunt, & aspera non affligunt. Istorum

Item Iudith. verò forma Iudith fuerat, quæ videlicet cilicijs eatenùs vsa, cùm necessitas poscit, diuersis se ad corporis venustatem infulis adornauit, sacra testante scriptura, quæ

Iudith 10. ait: Abstulit à se Iudith cilicium, & exuit se vestimentis viduitatis suæ, & lauit corpus suum & vnxit se myrto optimo, & discriminauit crinem capitis sui, & imposuit mitram super caput suum, & induit se vestimentis iucunditatis suæ, induitque sandalia pedibus suis, assumpsit etiam dextrariola, & lilia, & inaures, & annulos, & omnibus ornamentis suis ornauit se. Cum his igitur ornamentis sancta fœmina & veræ circa se humilitatis custodiam tenuit, & eum, quo locupletata fuerat, Spiritum non amisit.

Vagatio multis fuit occasio pereundi. CAP. XX.

SEd dum ego monachum preciosis indutum exuere gestio, vagantem, quem arripueram, de manu propriæ disputationis amitto, & iam procùl elongantem vix adspicio, dum solas mihi in manibus vestes remansisse perpendo. Abiectis itaque vestibus, ipsum perniciter insequamur, & comprehendentes (si fieri possit) sistere laboremus. Norit ergò monachus vitio vãgationis addictus, quia nisi à seculo pedem retrahat, & ad seruiendum Deo in

Casus Dinę vt omnibus monachis sit exemplo. Gen. 34. loco remotionis se perseueranter accingat, nec perfectionis culmen attingere, nec ordinis sui poterit munia custodire. Dina quippè Iacob filia, quandiù se intra tabernacula paterna cohibuit, illibatæ virginitatis iura seruauit: postquàm verò ad videndas mulieres regionis illius egressa, publicum perijt, hostem protinùs virginitatis pertulit, & alienæ libidini turpiter prostituta seruiuit. Vxor

Iudic. 19. Leuitæ de latere montis Ephraim, donèc in penetralibus posita curis se domesticis occupauit, coniugalis thalami pudicitiam custodiuit: ducta autem relictæ cognationis affectu, patriam, parentesque reuisit: dehinc rediens, multis corruptoribus furiosæ libidinis præda succubuit: & dum in carne periclitantis pudicitiæ naufragium pertulit, ignominioso vexata ludibrio etiam spiritum exhalauit.

2. Reg. 13. Thamar soror Absalon, dum in fraternis laribus simpliciter habitat, intemeratæ virginitatis genium seruat: cùm verò Ammon filio Dauid fraternæ dependit visitationis officium, præreptæ virginitatis plorat incurrisse dispendium: & tandèm experta quòd tutiùs esset manere, quàm progredi, (licet serò) secretum ocium noxiæ prætulit vagitati.

Et tu igitur si vis animam tuam in suæ virginitatis integritate persistere, sic abominandum ducis fœdis & violentis corruptoribus subiacere, secretum appete, recessum singularitatis inquire, aures & oculos à negociorum secularium vanitate firmiter obstrue, carnalium hominum colloquia destructioni magis,

Eccli. 13. quàm ædificationi profutura contemne. Nam iuxta Salomonem, qui tangit picem, inquinabitur ab ea. Intra conscientiæ ergò tuæ te cubiculum collige. Cunctis domûs tuæ foribus, cunctis videlicet sensibus, censoriæ disciplinæ repagula, nè quis ingrediatur, appone. Fons enim, qui vndequaquè, nè effundatur, occluditur, vndis ad alta profluentibus eleuatur. Econtrà, qui per plures riuos hinc indè deducitur, mox vt super eum æstus feruentior incubuerit, exsiccatur. Denique si deambulanti Dauid in solario domûs regiæ, clausæ fo-

2. Reg. 11. res obsisterent, in lauantis se Bersabeæ concupiscentiam nullatenùs exarsisset. Sed quia oculum sub custodia disciplinæ non tenuit, ipse quoquè post eum in immane hiantis ruinæ barathrum totus in præceps ruit. Lubricatis enim gressibus, totius sui corporis expertus est lapsum, dum solius frenum relaxauit obturbus. Cui videlicet illud Hieremiæ aptissimè congruit: Deprædatus est, inquit,

Thren. 3. oculus meus animam meam. Si ergò tam sublimis cæli columna propter solam oculorum vagationem grauissimè corruit, quid de nobis infirmis, & paruulis sentiendum, qui per seculum discurrentes nos extra nosmetipsos prorsùs educimus? & visum, atque auditum, omnesque sensus nostros hauriendis mundi vanitatibus occupamus?

Quòd

Quòd Esau vagatio deiecit, Iacob stabilitas exaltauit. CAP. XXI.

QVæ autem distantia sit inter monachos, qui secreti remotionem diligunt, & eos, qui se per exteriora diffundunt, in duobus Isaac filijs luce clariùs edocemur. Scriptum nanque est: Quia factus est Esau vir gnarus venandi, & homo agricola, Iacob autem simplex habitabat in tabernaculis. Sed iste prudenter simplex fratris primogenita, & benedictionem patris, prouectùs sui cautus executor accepit: ille fatuitate gnarus, quia in gladio viueret, & fratri suo velut domino seruiturus esset, audiuit. Attamen iste, nisi in tabernaculis resedisset, proculdubiò primitiuæ benedictionis immunis existeret: ille nisi peruagus se in exteriora proijceret, primatûs sui priuilegio non careret. Iste domesticæ quietis ocium tenuit, & diuina largiente gratia, in aliena iura subsiluit: ille venandi labore confectus & hoc, quod sibi iure competebat, amisit. Vt autem supersedeant scutum excusationis opponere, qui seculum perlustrando iactant se obedientiæ legibus deseruire, non ignorent, quia & Esau venatum prodiens, paternis iussionibus paruit, & tamen nec patri cibos offerre, nec optatæ benedictionis meruit primitias obtinere. Quisquis enim rem, quæ ad vitium pertinet, consuetudine ductus, propriæ voluntatis instinctu libenter exequitur, peccat etiam si alienis imperijs specierenùs obtemperare videatur. Nam cùm dicitur, quia Isaac amabat Esau, eò quòd de venationibus illius veseretur, constat nimirùm, quòd Esau, vt patri cibos studio venationis acquireret, non magis paternæ iussioni per obedientiam paruit, quàm inditæ consuetudini quodammodò tributa persoluit. Qui ergò discurrẽdo per seculum propriæ libidini satisfacit, & tamen obedire se maiorum iussionibus asserit, nouerit, Dominum non tam coloratis verbositatibus credere, quàm de occultis hominum iuxta conscientiam iudicare.

Gen. 25.

Gen 27.

Nota.

Vagatio, multis monachis ruina extitit.

Notandum autem, quòd nonnulli, quandiù in ipsa vagatione sunt positi, non grauiter corruunt, reuertentes autem quasi quodam negociorum secularium temeto ebrij, in immane præcipitium deuoluuntur. Actionum quippè secularium fumo suffusi oculos redeunt, atque idcircò proprijs liminibus redditi, vbi pedem operis ponere debeant, non attendunt. Quod profectò idem Esau patenter insinuat, qui cùm de agro rediens se conqueritur lassum, damnosum valdè pepigit cum fratre commercium: dumque in se immoderatam famis rabiem sæuire persensit, magnum primogenitorum decus vili paruæ lenticulæ coctione detraxit. Sic nimirùm, sic quasi exterioribus deditus, semetipsum deseruit, & sua postmodùm corpore, non corde in interiora reuocatus amisit. Contingit etiam vagationis vitio laborantibus, vt pulueratis interioribus oculis, sicut non præcauẽt, nè in reatûs foueam corruant, ità etiam postmodùm quò ceciderint non aduertant: ità quòd dum admissa quæque considerare subtiliter negligunt, quicquid illud est quod deliquerant, confuso mentis examine paruipendunt, culicem profectò non liquantes, camelum tamen glutientes. Cuius quoquè cæcitatis Esau non immunis extitisse cognoscitur, sicut sacra historia testante perhibetur. Vbi postquàm dicitur: Quia iurauit Esau, & vendidit primogenita: deindè subnectitur: Et fica accepto pane, & lentis edulio, comedit, & bibit, & abijt, paruipendens quòd primogenita vendidisset.

Gen. 25.

Ibidẽm.

In duobus bis fratribus patet, quid inter vagos monachos, & stabiles differat. CAP. XXII.

IN his igitur duobus fratribus manifestè deprehenditur, quanta inter residentes, & vagabundos monachos haberi distantia sentiatur. Ille enim nisi se instabilem, & sui prodigum per exteriora diffunderet, nequaquàm benedictionis paternæ mysterium vnà cum primogenitis amisisset: iste nisi intra domestici se laris septa comprimeret, infra præscriptum subsecutionis suæ limitem iunior humiliter desedisset. Ille gnarus, & solers à suæ prærogatiuæ iure dilabitur: iste quietus, & simplex, subactis fratribus, singulari priuilegio principatur. Alter saltus & lustra peragrando defessus à primatûs sui dignitate deijcitur, alter in conclaui amœno fruens ocio, ad capessendam super populos,

Gen. 27.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulos, tribusque monarchiam diuinitùs sublimatur. Desinat ergò monachus, quisquis est, cum Esau ex remotionis suæ claustris frequenter erumpere: desinat cum eo sub obedientiæ specie causis se secularibus implicare, nè quandoq; se cum ipso lugeat benedictionis extorrem, quem noxiæ vagationis sortitur authorem. Cum Iacob igitur se domesticum præbeat, cum Iacob in tabernaculis simpliciter viuat, quatenùs Deum, qui verè Pater est electorum, boni operis vesci dapibus cupientem, nõ sylvestrium ferarum, sed domestici gregis apparatione reficiat, quandò non de externæ sanctitatis superficie, sed suaue sibi de conscientiæ suæ virtutibus edulium parat. Neque enim Deus hostiarum pelles in sacrificio sibi mandat offerri, sed interiora potiùs viscerum cum ipsis quoquè medullis præcipit exhiberi. Vndè & in ostendendo ipso sacrificiorum ritu Moyses præcipit, dicens: Subtracta pelle, hostiæ artus in frusta concidant. Cui mandato etiam mysticus intellectus inesse deprehenditur, si subtiliùs indagetur. Pellem namque hostiæ subtrahimus, cùm à mentis nostræ oculis superficiem virtutis amouemus. Cuius artus in frusta concidimus, cùm distinguentes, subtiliter eius intima, membratimque cogitamus, vt quæ foris syncera videntur & solida, intùs non habeantur latebrosæ vanitatis vitio cauernosa. Dauid autem pro magno munere medullata se Deo sacrificia oblaturum esse pollicetur, dicens: Holocausta medullata offeram tibi cũ incenso arietum. Quisquis autem se per negociorum secularium exercitia delectabiliter fundit, holocausti sui medullas cum visceribus subtrahit, & solam victimæ pellem, quæ offerri prohibetur, Deo adolere contendit. Qui verò suaue Deo sacrificium offerre desiderat, recessus perat, interiora sectetur, animam suam intergram, illibatamque in propria virginitate custodiat, nec discurrendo per lupanaria seculi, immundis corruptionibus, prostibuli more, substernat. Vt ergò interni sponsi conspectui placeat, non oculos suos stibio cum Iezabele depingat, id est, non se fucis pompæ secularis obducat, sed cum Iudith myrto optimo sua membra perungat, omnes videlicet mentis suæ sensus immortalis vnguine castitatis obliniat, nè in mortem per incontinentiam corruens in fœtore luxuriæ computrescat.

Cur Deus non pellem, sed interiora sibi viscera iusserit offerri. Leuit. 1.

Psal. 66.

4. Reg. 9. Iudith 10.

In conclaui igitur sanctæ Ecclesiæ anima se pudica concludat, sique in æterni Regis thalamo iugiter requiescat. Non carnalium propinquorum, non complicium quorumlibet requirat affectus, sed solius veri sponsi delectetur amplexibus. Neque enim sine causa scriptum est: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, quoniam concupiuit Rex speciem tuam. In huius igitur sponsi cubiculo anima sancta ab omni secularis strepitûs turbine secura dormiat: super hoc suæ virginitatis authore casti amoris fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Si verò cuiuslibet occasionis articulus aceidat, vt egrediendi necessitas imminere videatur, non mox ad vagandum se leuiter proruat, non colloquio consanguinitatis aggliscat, non ad seculi vanitatẽ fixus mundo animus concalescat, sed morosè & grauiter intra se deliberet, dicens: Expoliaui me tunica mea, quomodò induar illam? Laui pedes meos, quomodò inquinabo illos?

Psal. 44.

Cant. 1.

Cant. 5.

Quòd diuina dispositio sicut bonis spirituale otium tribuit, sic & prauos diffundi in exteriora permittit.

CAP. XXIII.

Christ⁹ Princeps pacis.

SI igitur singularis ille Sponsus hoc desiderium animæ sanctæ inesse perspexerit, quia proculdubiò Princeps est pacis, liberam sibi spiritualis otij requiem tribuit, & omnes emergentium causarum fluctus placida circa illam tranquillitate componit. Hinc est enim, quòd in Canticis canticorum dicit: Adiuro vos, filiæ Hierusalem, nè suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donèc ipsa velit. Quòcontra menti reprobæ, negocijsque secularibus inhianti, sub Babylonis specie per Prophetam dicitur: Descende, sede in puluere, virgo filia Babylonis, sede in terra: non est solium filiæ Chaldæorum. Hoc enim loco humana mens, virgo, non incorrupta (vt arbitror) dicitur, sed infœcunda. Et quia Babylon confusio interpretatur, rectè infœcunda mens Babylonis

Cant. 2.

Esa. 47.

bylonis filia vocatur, quæ in eo quòd nequaquàm bona opera germinat, dum nullo ordine rectæ vitæ componitur, quasi confusione matre generatur. Sin autem, virgo, non infœcunda dicitur, sed incorrupta, postquàm statum salutis perdidit, ad confusionis suæ cumulum appellatur quod fuit. Cui aptè per increpationem dicitur diuina voce: Descende. In alto quippè humanus animus stat, quandò supernis retributionibus inhiat. Sed ab hoc statim descendit, cùm turpiter victus, sese defluentibus mundi desiderijs subijcit. Cui benè mox additur: Sede in puluere. Descendens enim in puluere resider, quia cælestia deserens, terrenis cogitationibus adspersus in infimis vilescit. Vbi adhuc ingeminando subiungitur: Sede in terra. Ac si apertè exprobrans, dicat: Quia cælesti conuersatione noluisti te regere, sub temetipso prostratus in terrenis actibus humiliare. Vndè & necessariò protinùs additur: Non est solium filiæ Chaldæorum. Chaldæi nanque feroces interpretantur. Valdè enim feroces sunt, qui voluntates proprias sequentes, nec suis imperare motibus sciunt. Ferocia sunt terrena desideria, quæ non solùm contra præcepta Conditoris, sed sæpè etiam contra percussionum verbera, duram atque insensibilem mentem reddunt. Sed filia ferocium solium non habet, quia mens, quæ ad amorem mundi ex prauis desiderijs nascitur, atque eisdem desiderijs obduratur, in eo quòd se terrenis concupiscentijs subijcit, sedem iudicij amittit, nullique apud se solio præsidet, quia examine discretionis caret. Quasi à iudicij sui sessione repellitur, quia per exterioris desiderij concupiscentiam vagatur. Liquet enim, quòd mens, quæ intùs consilij sedem perdiderit, foràs se per desideria innumerabiliter spargit. Et quia agere intellecta dissimulat, cæcatur etiam, vt nesciat quid agat, & sæpè iusto Dei iudicio in sua voluntate relinquitur, & sub ea, quæ anxiè appetit, laboriosa mundi ministeria relaxatur. Vndè & aptè illic subditur: Quia vltrà non vocaberis mollis, & tenera: tolle molam, & mole farinam. Constat nimirùm, quòd teneræ suæ filiæ parentes parcunt, nec duris, atque seruilibus hanc operibus affligunt. Omnipotens ergò Deus quasi teneram filiam vocat, quandò dilectam vniuscuiusque animam à laboriosis huius mundi seruitijs reuocat, nè dum exterioribus actibus afficitur, ab internis desiderijs duretur. Sed Chaldæorum filia mollis & tenera non vocatur, quia mens prauis desiderijs dedita, in eo, quem anxiè appetit, huius seculi labore relinquitur, vt foris mundo velut ancilla seruiat, quæ intùs Deum vt filia nequaquàm amat. Vndè & molam tollere, ac farinam molere iubetur. Mola in gyro ducitur, & farina profertur. Vnaquæque autem mundi huius actio mola est, quæ dum multas curas congerit, humanas mentes quasi per gyrum vertit: atque ex se quasi farinam proijcit, quia seducto cordi semper immundissimas cogitationes gignit. Nonnunquàm verò qui quietus alicuius esse meriti credebatur, postus in qualibet actione denudatur. Vndè illic protinùs subinfertur: Denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum, reuela crura, transi flumina. In administratione quippè operis turpitudo denudatur, dum vilis mens, abiectaque in actionis ostentatione cognoscitur, quæ quieta priùs magna putabatur. Humerum mens discooperit, quandò opus suum quod ignorabatur, ostendit. Crura reuelat, quia quibus desideriorũ passionibus lucris mundi inhiet, manifestat. Flumina etiam transit, quia actiones huius seculi, quæ quotidiè ad terminum defluunt, indesinenter appetit: dumque alia relinquit, alia sequitur, quasi semper de flumine ad flumen tendit.

Deus reprobam animã secularibus implicari actibus permittit, electam verò à laboribus conseruat liberam.

Cur mundi actiones cõparentur molæ.

Hæc autem diximus, vt vbi mens à solio sanctæ intentionis excussa, & vagationis vitio dedita, iaceat, monstraremus, quia si ad ea, quæ superna sunt, ingrediare cessauerit, sub semetipsam etiam indesinenter ruit. In alto autem figitur, si amorem temporalium deserens, ad spem incommutabilis æternitatis litgatur. Nec nos his verbis illud adstruimus, vt monachus peruicaci proposito in sua iugiter remotione permaneat, nec aliquandò progredi, vbi violenta poposcerit necessitas, acquiescat: sed hoc potiùs suademus, quatenùs id tantò parciùs, tantoque rariùs agat, quantò scit, quia vagando per seculum, nec spiritualiter viuere, nec ad perfectionis culmen valeat, etiam si diligenter inuigilet, peruenire.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De eremitis, qui in vagatione sunt positi. CAP. XXIIII.

SEd inter omnia hominum à suo proposito deuiantium genera, illud non mediocriter displicet, quòd etiam in ipsis sanctissimis eremitis quidam videntur admixti, quos idem pestiferæ vagationis morbus exagitat, & (si dicere liceat) quasi vertunnus, quoddam scilicet dæmoniorum genus, vexat. Vertunni siquidem apud antiquos dicebantur dæmones, quorum instinctu homines in vertigine positi reddebantur instabiles. Quibus nimirùm illi non immeritò videntur obnoxij, qui solo quadragesimali tempore in cellulis commorantes, toto penè anni circulo huc illucq; discurrunt, & sic vitam suam inaniter spatiantes, modo consumunt. Quj nimirùm dum modò summorenùs remotiora sectantes, modò in publicum crebriùs prodeuntes, in vtranque vitam se, contemplatiuam scilicet & actiuam, gloriantur extendere, in neutra plenum salutis fructum probantur afferre: cumque sibi applaudant cum Iacob duarum coniugum speciali quadam copula fœderari, depræhenditur illis propriæ opinionis sententia in contrarium verti, quibus nimirùm contra consuetudinem & Rachel lippa, & Lia redditur infœcunda, altera siquidem heberatione visûs obtunditur, altera sterilitatis animaduersione feritur: quia videlicet huiusmodi homines & per publicum discurrentes, vtputà siniſtræ opinioni apud populum habiti, nequaquàm possunt spirituales Deo filios gignere, & velut ebrij de seculo redeuntes, intima nequeunt penetrare. Quisquis enim desiderat ad illud inaccessibile lumen acie mentis attingere, necessarium sibi est interiores oculos per diuturna vagationis spatia ab omni mundanæ actionis labe purgare, nè dum ad summa speculanda oculos eleuat, terrenæ conuersationis puluis obsistat, & magis tenebras, quas reliquerat, videat, quàm lumen, ad quod nititur, apprehendat.

Vertunni dæmones qui dicantur.

Vagi & instabiles monachi, non valent spirituales Deo filios gignere.

Quòd cellam consuetudo dulcem, vagatio reddat horribilem. CAP. XXV.

HVc accedit, quòd ijs, qui vitam suam sub hac inconstantia mutationis alternant, eò fit vita remota austerior, quò inolita vagandi consuetudine ab ea retrahuntur: ità vt eremitica districtio grauissimæ difficultati, cella ipsa illis sit horrori. Consuetudo enim facit delectabilem, vagatio videri facit horribilem. Vagantibus cellula carcer est, permanentibus suaue cubiculum. Silentium perseuerantem monachum vigilem reddit, extrinsecùs venientem sopor deprimit. Assuetum iciunijs corpus sobrietas roborat, affluentium epularum fluxus eneruat. Vigilia moderata aciem humanæ mentis exacuit, geminatio secreta remotio animam in assuetæ continentiæ rigore custodit. Secularium negociorum relatio animam passionibus desiderij facit obnoxiam, sacri eloquij assidua meditatio mundo reddit extinctam. Pauperras monachi securitas est mentis, securitas mater est paupertatis. Econtrà rerum abundantia aculeos parit solicitudinis, solicitudo radix est anxietatis. Pedes illoti, manus neglectæ, inculta cæsaries, quasi quædam anchora est monachi in cella iugiter permanendi. E diuersò accurata delicati corporis compositio, fomes est & occasio in publicum prodeundi.

Quæ bonũ monachum faciunt, & econtrà quę malum.

Quisquis ergò vult, vt sibi eremitica vita dulcescat, profectò necesse est, vt in ea constanti animo iugiter perseuerare contendat: nec alternet vicibus, si suaue iugum Domini vult portare quietus. Vita nanque eremitica continuata quidem, est refrigerium, intermissa quoddam videtur esse tormentum. Remotione quoquè continua illuminatur animâ, vitia deteguntur, & quicquid hominem de semetipso latuerat, aperitur. Cùm aqua de viuario, remoris quæ opponebantur, egeritur, pisces in siccum remanentes humanum patiuntur adspectum. Et à nobis cùm terrenæ actionis fluctus elabitur, quicquid in profundo procellarum emergentium subnatare consueuerat, denudatur. Venator quoquè, oppilatis anfractibus, depressis circunsepit saltuum lustra fruticibus, vnumque pro multis adtum feris fugacibus extare relinquit, atque illic se vibrata stringendo pro multis adinsidijs ponit: sicque compendium sibi laboriosæ vexationis attribuit, dum pernicia ferarum vestigia, quæ persequi per infinita nequiuerat, in egressionis solo vestibulo negocioso ocio quietus expectat. Et nos cum vitijs ad praui operis libertatem redire nitentibus, terrenæ actionis meatûs occludimus, quasi vno in loco illis insidias ponimus, quia cum solis cogitationibus ingiter dimicamus. Sicque vitiorum nostrorum bestialis feritas facilè capitur, dum solum cogitationis humanæ peruium singulariter custoditur. Auceps etiam cunctos vndiquè gurgites ramalium densitatibus operit, atque ad vnum hauriendæ dulcis aquæ locum confluere volucres præscripta necessitate compellit: dumq; solus ille ad bibendum locus exponitur, circumposita muscipularum argumenta felicis aucupij prouentione ditantur. Vt ergò diuersis animi passionibus facilè possimus laqueos captionis inijcere, obtrusis negociorum secularium riuulis, aduersùs solos cogitationum impetus studeamus viriliter decertare, vt dũ vitia nostra ab actione deterrita, solis cogitationũ fluctuationibus aduolant, facilè in sanctæ prudentiæ laqueos cadant.

Solitarij aduersùs cogitationes tùm habent dimicare.

Quòd sæpè monachus falsa carnalium promissione decipitur. CAP. XXVI.

NOtandum autem, quia sæpè seruus Dei per huiusmodi membra decipitur, dum ad dirimendas dissidentium lites, vel ad aliqua peragenda Ecclesiasticis scilicet vsibus profutura, importunùs inuitatur. Imminens nanque periculum, multorumque commune discrimen, nisi progrediatur, exaggerant. Quòd si accesserit, cuncta ad suæ voluntatis arbitrium, atque ad felices exitus prouentura, multipliciter asseuerant. Antiquus enim hostis videns militem Christi in procinctu sancti certaminis positum non aliter posse à sui propositi feruore tepescere, machinatur vberioris cuiusdam fructûs superficie fallaciter adumbrare, vt dum lucrum maius attenditur, bonum, quod in præsenti est, ad tempus quasi dispensatione postponatur. Sed qui mendacis mundi consuetudinem frequenter expertus est, prudenter nouit vana suggerentium commenta respuere, & se ab infructuosi laboris exercitio custodire. Apud quosdam nanque absentis monachi authoritas grauis est: si autem præsens affuerit, nullius iudicatur esse momenti. Sæpè enim cuiuspiam venerabilis viri literis reuerentiæ honor impenditur, qui personæ, si adsit, indeuotiùs exhibetur. Apud seculares nempe religiosus quisque veluti pictura est. Pictura nanque si procùl assistat, inhianter, & cum auiditate prospicitur: si iuxtà sit, contemptibilis iudicatur. Et spiritualis quisque carnalibus absens quidem timori, præsens autem videtur esse despectui. Quod & Apostolus sibimet contigisse testatur, cùm ait: Epistolæ graues sunt, & fortes, præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis. Quos enim epistolarum fortitudine, & grauitate terruerat, his corporali præsentia despicabilis apparebat. Quid autem mirum, si iustis quibuslibet viris ista contingant, cùm & de ipso electorum capite, Redemptore videlicet nostro, non dissimile quid Euangelica series asserat? Herodes, inquit, viso Iesu, gauisus est valdè. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eò quòd audiret multa de illo. Sed videamus hoc tam magnum, tam diuturnum desiderium, quod in absentem Dominum falsitas Herodiana tenuerat, in quem tandèm exitum, oblata videndi facultate, concluserit. Quod nimirùm declaratur, cùm paulò inferiùs subditur: Spreuit autem eum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutũ veste alba, & remisit ad Pilatum. Ecce quem vulpis illa malitiosa desideraverat, spreuit: quem videre cupiebat, illusit: & quia Vitam non pio viuendi amore quæsiuit, mittens eum ad Pilatum, in impietatis suæ morte remansit.

Quibus tentationũ fallacijs, Christi militem diabolus prosternere conetur.

a Cor. 10.

Luc. 23.

Ibidem.

Vt monachus se à mundi implicatione custodiat. CAP. XXVII.

QVisquis ergò in procinctu cælestis militiæ positus ad supernæ patriæ municipium properat, studeat malè blandientis mundi promissa respuere, abhorreat se sub qualibet specie actionum secularium laqueis irretire. Habet deputatum sibi propriæ seruitutis officium. Sufficere sibi credat, si indictæ sibi obedientiæ præscriptum munus possit implere. Illud ad memoriam reuocet, quod scriptum est: Caue nè in multis sint actus tui. Secularibus relinquatur, secularia iura componere. Satis sit seruis Dei perituro huic mundo se mortuos exhibere. Sicut enim absurdum est, bonis mala præferre, ità etiam fatuum, optimum bono inferius iudicare. Maria, quia optimam partem elegit, sufficere sibi credidit, nec se ad bona Marthæ, frequens videlicet ministerium, recipit. Moyses quia ab humana conuersatione remotus, bis quadragenario die-

Eccli. 11.

Luc. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exod.24.& 34. Exod 32. rum numero iciunauit,bis etiam legem Domini digito scriptam suscipere meruit. Aaron autem, qui ad custodiam populi derelictus est, cognoscitur idola fabricatus. Sic nimirùm,sic plerunq; contingit,vt qui propria non contentus,alienæ progreditur saluti consulere,sui potiùs cogatur periculum sustinere: cumque alij,vel lut inter procellosa naufragia palpitanti, manum porrigit, ipsum quoquè præcipitem vorax fluctus inuoluit. Tutius ergo est sub huius vitæ nocturna caligine, nos in litore positos naufragantibus lumen ingerere, quàm ad eos compassionis gratia cum propriæ vitæ periculo pronatare: quatenùs ipsi per nos dato recti cursus indicio, sinum tuti portùs attingant, non autem nos ad eos transfretantes vorago spumosi maris absorbeat. In vertice montis Raphidim Moyses orabat, & Du-

Exod.17. Quèadmodùm Moysi oratio Israëlitis victoriam, ità solitariorum merita,peccatoribus impetrant veniam.

ce Iosue, Israël in conualle pugnabat. Sed si Moyses in adiutorium populi sui ad campestria descēdisset, Amalech proculdubiò Israëlitarum cedentium terga percuteret. Si ille manus ad corripienda arma deponeret, facta suorum strage, faciem victoriam aduersarijs triumphantibus præbuisset. Quod nimirùm patenter agnoscitur,si ipsa sacræ historiæ series subtiliter attendatur, vbi dicitur: Quia cùm leuaret Moyses manus,vincebat Israël: sin autem paululùm demisisset,superabat Amalech. Orantis ergò manus, manus præliantium roborabat: & quia istæ imbelles ad cælum patebant, idcircò illæ dimicantes victoriā, cæsis hostibus,obtinebant. Illarum quidem fuerit pugna,sed istarum non ambigitur fuisse victoria: quia vt illis daretur vincere,istæ meruerunt diuinitùs impetrare. At contrà, Balaam fi-

Num 31. lius Beor,qui ad prelium cum Madianitis egreditur,cum his,quos iuuare decreuerat,gladio trucidatur. Et iure, qui proprio non est contentus officio, discrimini redditur obnoxius alieno. Infelix meruit inter bellantium cuneos hostilibus gladijs confossus occumbere, qui in pace positus per prophetiæ oraculum potuisset ipsius belli exitum nunciare.

De libertate, & discretione Elisæi. CAP. XXVIII.

4.Reg.5. NEquaquàm sic Eliseus,qui nimirùm Ioram Regem Israël aduersùs Moab properantem, non ad bella secutus est, sed tantùm sufficere credidit, quòd ei successum belli ad futuram, concisis hostibus,prædixit victoriam. Sed cur dicimus, quòd nequaquàm ad bellum regia castra secutus

4.Reg.5. sit, cùm & Naaman de remotis Syriæ finibus veniente, & ostio domùs suæ cum equis & curribus humiliter assistente, non limen egredi dignum duxit, non ianuam vt ingrederetur aperuit, sed per nuncium potiùs quæ essent facienda mandauit? Et certè Naaman isti multiplex mundanarum supperebat copia dotum, pro

Ibidem. quibus honorandus esse videretur. Sicut enim sacra testatur historia,princeps erat militiæ,vir quoquè magnus apud dominum suum, & honoratus. Per illum enim dedit Dominus salutem Syriæ. Erat insuper, sicut scriptum est, vir fortis, & diues. In ipsa enim expeditione positus, substantiæ facultate non erat omninò vacuus. Tulerat enim secum (sicut legitur) decem talenta argenti, & sex mille aureos, decem nihilominùs mutatoria vestimentorum: quæ etsi cuiusmodi essent, Scriptura non dicat,grauibus tamen auri argentique connumerata ponderibus preciosa fuisse quis ambigat? Quot verò sunt hodiè, qui monasticæ institutionis professione censentur,quibus si tam potens, tamq; famosus vir pro foribus diguaretur assistere,mox etiam festinātes reuerenter occurrerent, vt ingrederetur humiliter obsecrarent, & non tā quę vtiliter implerentur, quàm quę libenter audirentur,assen-

5.Eliśei prophetæ Euangelica paupertas. tationis verba proferrent? Qui etiam, si tantoperè rogarentur, nequaquàm susciperè oblata renuerent, præsertìm si aliquantulùm numerosior alendorum frātrum sibi conuentus adesset. Eliseus autem Spiritùs sancti discipulus,spe diues,thesauro fidei locuples, licèt centum Prophetarum filios sub disciplinæ suæ magisterio sustentaret,pecuniam spreuit,munera repulit,& impensę gratiæ vicem recipere laudabiliter recusauit: nè videlicet quod gratis acceperat,ad dantis iniuriā venire videretur. Venienti autem Naaman nequaquàm superbè,sed prudenter non assurrexit, nè videlicet alienigenæ,& de terrena adhuc gloria præsumenti reuerentiam exhiberet, nimirùm iam tunc Apostolicæ dignitatis imaginem præferens, quam Paulus postmodùm expressam repræsentat dicens: Quandiù sum

Rom.11. Apostolus Gentium,ministerium meum honorificabo. Nunquid enim præsentis humilitatis existimandus est, Naaman superbè fixisse pro foribus, qui de monte Carmeli,in quo manebat, à fœmina se passus est pertrahi,& Sunamitem illam non

solùm comitatus, verùm insuper est secutus? Nam cùm illa diceret: Viuit Dominus, & viuit anima tua, non dimittam te: mox sequitur Scriptura dicens: Surrexit, & secutus est eam. Nunquid etiam copiosa munera tumidi fastus supercilio respuit, qui à viro quodam de Balsalisa venienti viles hordeaceos panes charitatiuè susciperè non despexit? 4.Reg.4.

Sed hîc dum Prophetæ obstaculum, nè tumidæ elationis arguatur, apponimus, in nosmetipsos exactoriæ quæstionis aditum aperimus. Potest enim aduersùs hęc, quæ proponimus, quæstio huiusmodi fieri: Si tantus Prophęta, & panes de manibus offerentis accepit, & exire de eremo fœminea supplicatione consensit, quà ratione monachus vel seculum frequentare non audeat, vel suscipere munera difficilius acquiescat? Ad quod nos sub compendio respondentes, nequaquàm quid accipiendi licentiam monacho prorsùs abscidimus, sed quòd id temperatiùs,& cum discretione fiat, cùm fraterna deuotio postulat, suademus, nimirùm vt necessaria quæque, sicut Propheta panes, quibus indigebat, accipiat, & quæ superflua iudicauerit, sicut ille pecuniam, non admittat. Quòd autem Elisæus ad resuscitandum Sunamitis filium de montana remotione descendit, huius temporis monachis potiùs est venerationi habendum, quàm imitandum. Liceat sanè monacho ad seculum ex voluntate recurrere,quotiès mortuum hominem ad vitam potuerit suscitare. Illud autem propheticum iter omninò cognoscitur & virtute plenum per resurrectionis humanæ miraculum, & typicum per significationis internæ mysterium. Sanctorum gesta venerāda ac admirāda potiùs q̄ imitāda sæpiùs sunt.

Quid autem significet,non ociosum creditur,si breuiter apponatur. Sunamitis nempe filium puer ab Elisæo missus cum baculo nō resuscitauit: per semetipsum verò Elisæus veniens, atque ad eius membra se colligens, huc illucq; deambulans, & in ore mortui septiès adspirans,ipsum ad redditum vocem protinùs per mysterium passionis animauit. Author siquidem humani generis Deus quasi mortuū puerum doluit, cùm extinctos nos iniquitatis aculeo miseratus adspexit. Et quia per Moysem terrorem legis protulit,quasi per puerum virgam misit. Per legem quippè Deus virgam tenuerat,cùm dicebat: Si quis hæc,vel illa fecerit,morte moriatur. A peccati ergò morte lex nos suscitare non valuit: sed ad statum vitæ Deus,adspirata mansuetudinis gratia, clementer erexit. Nam puer cum baculo mortuum suscitare non valuit, quia Paulo attestante, nihil ad perfectum adduxit lex. Ipse autem per semetipsum veniens, & super cadauer se humiliter sternens,ad exæquanda sibi mortui membra se collegit, quia cùm in forma Dei esset, non rapinā arbitratus est, se esse æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Huc illucq; deambulat, quia & Iudæam iuxta se, & longè positas gentes vocat. Super mortuum septiès adspirat, quia ad perceptionē diuini muneris gratia septiformis Spiritûs in peccati morte iacentes inflammat. Moxque viuens erigitur,quia is, quem terroris virga suscitare non potuit, peramoris spiritum puer ad vitam redit. Spiritualis expositio huius resuscitationis pueri. Exod.20. Exod.21. Hebr.7. Phil.2. 4.Reg.4.

Quis ergò Propheticum discursum iure audeat in exemplum trahere,cuius nimirùm constat quia nec virtutem, nec mysterium possit æquare? Excuber igitur assiduè bellator Christi in procinctu cælestis militiæ lorica munitus fidei: pro castris sui Imperatoris ad dimicandum paratus semper assistat, nè fortasis extra castra vagantem reperiens eum gladius hostilis abluмat. Donèc Abner commilitonum castris interfuit,aduersariorum cuneis terribilis extitit: postquàm verò arma deposuit,rudioris adhuc militis gladio,cæsi nuper Asaël pœnas exoluit. Vriæ quoquè si propriæ domùs hospitium placuisset, sententiam proculdubiò regiæ indignationis ac fraudis euaderet. Sed quia extrinsecùs in alienis, quàm in proprio dormire cubiculo maluit, authores suæ mortis literas ad castrorum vrbem obsidentium principem reportauit. 2.Reg.11. 2.Reg.11.

Quòd hoc tempore prædicatio non,sicut olim,sit admodum fructuosa. CAP. XXIX.

EQuidem fuit olìm tempus, quo bona annunciantibus mundus egebat: sed elapsa sunt, ac euoluta tempora, quibus religiosus quisque possit secularibus fructuosè consulere, & in mente carnalium spiritualia non inutiliter seminare. Nunc infelices quique verba vitæ fabulas deputant, & salutaribus monitis licèt aures adhibeant, ea tamen seruare declinant. Porrò si fidei ocu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dei oculos ad transacta reducimus, velut fructuosos ramos in sterilia degenerâsse vitulamina, præteritum in hoc præsens seculum inuenimus. Quis enim non miretur, quòd Niniue spatiosa nimis, & incomparabilis ciuitas, ad vocem vnius hominis tam facilè à sua prauitate conuertitur, & innumerabilis populus, non solùm cum paruulis & mulieribus, sed etiam cum iumentis ad pœnitentiam reuocatur? Quis hoc tempore, non dicam infirmæ ætati, vel sexui, sed ipsis etiam viris præsumat ieiunia triduana præscribere, vt nec aquam bibere, nec quicquam omninò cibi liceat degustare? Eccè apud Gentiles bruta etiam pecora ad Prophetæ vocem triduanos cibos leuant: & ipsi homines sub Euangelica disciplina, vltra diem ieiunare contemnunt. Illi ad pœnitentiam, vno prædicante, vnanimiter confluunt: isti prædicatorum turbas indesinenter audiunt, & obedire nullatenùs acquiescunt.

Ionæ 3. Eccè quo modo verbi Dei prædicatio apud Christianos viluerit.

2 Esd. 10. Quis etiam non obstupescat, quòd omnes viri Iuda, & Beniamin, quicunq; vxores alienigenas duxerant, ad prædicationem Esdræ sacerdotis non solùm illicita connubia dissoluerunt, sed & omnem sobolē, quæ ex eis genita fuerat, abiecerunt? Quis nesciat, quantus virorum amor circa vxores proprias vigeat, quanta circa filios pietas paternum pectus adstringat? Quis ignoret, ad dissoluendum duplex huius necessitudinis vinculum, quo mœrore, qua amaritudine se potuerunt viscera humana concutere? Quo vehementissimi doloris incēdio paternus affectus, coniugalis animus compulsus est æstuare? Habentes tamen veram circa Deum pietatem, ad nihilum redegerunt falsæ pietatis imaginem: atque vt essent in spiritu vehementer pij, facti sunt contra carnem & sanguinem laudabiliter rigidi. Armauerūt se contra iura naturæ, vt naturarum Authori fideliter militarent. Obliti sunt ergà filios quòd fuerant genitores, vt veri Patris ipsi adscriberentur hæredes: atque vt supernæ pacis sibi fœdera resarcirent, coniugalis tori copulam rescinderunt. Nesciunt seruare matrimonijs fidem, vbi fides melior ad proprium recalescit Authorē. Deut. 33. Quibus vtiq; conuenienter aptatur quod per Moysem dicitur: Qui dixit patri suo, & matri suæ, Nescio vos, & fratribus suis, Ignoro illos, & nescierunt filios suos, ij custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt.

Quàm viriliter olim Israëlitæ cōtra carnē & sanguinē dimicauerint.

Quis, rogo, nunc possit incestuosa coniugia quantumuis instantissima prædicatione rescindere? Quis valeat, non dicam populum, sed vel vnum hominem ad illiciti matrimonij repudium prouocare? Clamant sacri canones, humanæ in tantum scelus iudicant leges, obsistunt prædicatores Ecclesiæ: & cuncta hæc perditis hominibus velut aniles neniæ risum potiùs mouent, quàm ad corrigenda scelera compungant. Eccè insuper hoc anno (sicut nōstis) per Romanæ sedis Antistitem bis congregatum est synodale Concilium, vbi denuò omnes incestuosi iuxta canonum decreta, Ecclesiastica sunt communione priuati. Sed quis ex tot millibus hominum saltim vnum vidit ab infausti fœderis abominatione diuulsum? Immò nè profundiori iustè calamitatis absorberetur hiatu, quis eorum post hæc, Ecclesiæ limen terere destitit? Aut quis insuper ista considerans, ab eorum se familiaritate remouit? In omnes itaque letalis lepræ contagium serpit, quia nimirùm omnes eorum complices Apostolicæ excommunicationis nexus adstringit. Enimuerò quisquis coniugalis prosapiæ titulis insignitur, quisquis malè blādientis formę suauitate venustate mulcetur, præsertim si largioris substantiæ dotibus affluit, vel subcrescentis sobolis indoles spem sibi futuræ posteritatis infundit, consultiùs iudicat, à Deo manifestè recedere, quàm adeò lucrosi matrimonij glutinum disgregare. Si verò his contraria euenerint, atque luxuriæ calamitatis incommoditate percellatur, ipse vir falsæ consanguinitatis lineam texit, & inaudita proauorum nomina per multa argumenta confingit, atque senes quoldam in huius allegationis testimonium aduocat, quos tamen per vitæ terminum sublatos è medio non ignorat. Ipse itaque sibimet accusator, & reus crimen impingit, scelus exaggerat, atque adminiculum, quo ex tam periculoso naufragio enatare possit, inquirit.

Cum excōmunicatis nulla est habenda conuersatio & familiaritas.

Quàm sit periculosum monacho sanctum deserere ociū.

Eat ergò nunc monachus, salutiferum vitæ suę ocium deserat, vitamq; suam sub specie lucrandi animas, inania sectando, consumat. Quis enim simoniacus nostræ commonitionis instinctu sua se aliquandò sponte deposuit? Quis alieni iuris vigēter inuasor, paterno solo depulsos in patrimonia sublata restituit? Quis in campo bellicosis armatorum cuneis constipatus, si ex æquo congredi potuit, obstaculo sequestræ pacis ad propria, nisi fuso sanguine, repedauit? Quis exactor egenę debitori

debitori præfixum chirographo fœnus indulsit? Quis debitor creditoris hæredibus bonæ fidei iura seruauit? Omnia in orbe confusa, cuncta pietatis ac fidei decreta conuulsa. A iudicibus iustitia venditur. A legisperitis veritas tenebroso cauillatoriæ argumentationis colore fuscatur. Venales sunt siquidem leges, & pecunia iustificat delinquentes. Aurum nunc ipsis senatoribus præsidens in tribunalibus iudicat, & velut Imperator quidam pragmaticæ sanctionis edicta promulgat. Sicut enim Rex in secretalibus adytis de regni statu, de rerum summa deliberat, quodammodò sic aurum & latet in occulto, & sententias depromit in publicō. In sudario angusto concluditur, & decisis negocijs calculos iudiciales apponir. Plerunquè enim quos causa condemnat, mendax pecunia præmio dignos procaciter asseuerat. Econtrà quos conscientia testatur innoxios, statuit inopia coram iudicibus reos. Nummus nempe momenta legibus tribuit, atque ad suum intellectum obscuras sententias falsus interpretator inflectit. Nummus cor iudicum circa diuites oleo impietatis emollit, erga pauperes verò ad exercendum vigorem rigidæ animaduersionis impellit. Nunc igitur auaritia malorum omnium radix, vberiùs pullulat, & tanquam virosæ propaginis ramos per totum orbem feralium vitiorum portenta dilatat.

Auaritia omnium malorum radix

Quòd nunc omnium vitiorum monstra feraliùs vigeant.

CAP. XXX.

HAEc nimirùm tempora Apostolico denunciantur oraculo, dum Timotheo futura prædicit. In nouissimis, inquit, diebus erunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus inobdientes, ingrati, sceleśti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, voluptatum amatores magis quàm Dei, habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Atque his præmissis, ilicò subiungit: Et hos deuita. Nunquid ad mundi huius terminum Timotheus peruenturus erat, cui cùm prauitates hominū in nouissimis diebus futuras Apostolus enumeraret, protinùs vt cuitaret adiecit? An potiùs in vnius persona discipuli, illis mandatum hoc communiter indicit, quos ad hoc deputatos officium iuxta finem seculi fore præuidit? Igitur dum non dicit, His prædica, his verba vitæ denuncia, sed, Hos deuita, profectò modernæ temeritatis insolentiam arguit, atq; ab infructuosa tumidos quosque prædicatione compescit. Quid ad hæc nos monachi dicimus, qui mensuræ nostræ metas excedimus, atque ius nobis alieni muneris vsurpatione vendicamus? Si Paulus discipulum in hoc ipso specialiter constitutum ab incorrigibilium prædicatione prohibuit, qua nos audaciæ nota corripimur, qui nequaquàm nobis delegato prædicationis officio importunè nosmetipsos ingerimus, & nostra salute postposita, alienis quasi profectibus inaniter insudamus?

2. Tim. 3. Quibus sancta prædicatio subtrahenda.

Non debet monachus se Regum negocijs ingerere.

Cedat ergò, cedat sterilis cura negocij. Superfluum iudicetur infructuoso indulgere labori. In semetipsa mens totis collecta viribus redeat: aduersùs infatigabiles aduersarios peruigil se ad certamen accingat. Charitatis quidem visceribus erga nos intrinsecùs affluat: ad exteriora verò se causa alienæ salutis extendat superuacuum ducat. Ad se venientibus monita salutis impendat: nullius horre supervacuum ducat. Ad se venientibus monita salutis impendat: nullius horratu leuiter propriæ quietis lucra postponat. Imperialis edicti pagina veredario discurrente defertur, bullatæ nobis apochę ab authore sedis Apostolicæ dirigun-tur: synodus congregatur, religiosis viris Concilij summa committitur. Solo-tenùs ilicò se monachus flectat, honorem sacris literis reuerenter exhibeat: hu-ius tamen expeditionis munus à se alienum irretractabiliter ducat, reputans intra se: Quid mihi cum Regibus terræ? Quid mihi cum synodali conuentu? Sufficiat mihi peccatis meis flendis insistere: satis mihi sit me huic mundo mortuum exhibere. Nolite, quæso, monachi, nolite sub Ecclesiasticæ compassionis specie Regum aulas irrumpere: nolite aures Principum, velut salutaria suggerendo, fastidiosa importunitate pulsare. Credite experto, credite in huius gratiæ studijs non leuiter fatigato. Imperatoriæ nanque maiestati sæpè quæ suggerenda videbantur expressimus. A summis Pontificibus inuitati synodalibus Concilijs interfuimus. Sed qui hoc tempore ista prosequitur, tanquàm si semina crederet arenosis litoribus videatur.

Quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quòd in Synodo monachus ad Episcoporum inuidiam liberè loquinon audeat. CAP. XXXI.

Act.8. 4.Reg.5.

SAepè nanque in Concilijs synodalibus positi, quosdam clàm sibi feraliter conscios præsidere in numero Sacerdotum vidimus, non modò de suis securos, sed vltrò etiam ad aliorum crimina defendenda impudenter accitos: qui nimirùm (vt ferebatur) & cum Simone priùs emerant, & cum Giezi postmodùm charismatum dona vendiderant. Quorum tanta vis erat ad excusandas excusationes in peccatis, vt inter cætera mala etiam Simoniacæ hæreseos non modò defensores, sed viderentur potiùs assertores. Quis ad istorum inuidiam monachus mutire præsumeret? Quis ad arguenda crimina, vel iustitiam declarandam, vendicare sibi ius libertatis auderet? Illicò sæuirent, illicò in nos duræ sugillationis arma corriperent, & præmisso iurgio silentium imperarent, inter se scilicet hoc modo iudices conquerentes: Ad Concilium hoc iudicantes conuenimus: sed (ó noua præsumptio) mortuorum sententijs subiacemus, & Episcoporum sunt iudices facti, qui legaliter sub eorum fuerant legibus constituti. Quibus aliquandò respondetur: Venerabiles patres, & domini, sicut vobis specialiter prærogatum est iudicare, ità etiam minoribus Ecclesiæ membris comperit quod sentiunt in commune conferre, nec vlla canonum authoritas prohibet, iuniores quæ Ecclesiæ ducunt profutura depromere, dum tamen ventilata negocia pontificalis iudicij debeat clausula terminare. Si quandò ergò hoc, aut aliquid huiusmodi cũ humilitate suggeritur, nequaquàm patienter admittitur: sed quicquid à nobis in synodo dictum est, totum ad inuidiam nostram superbo vocabulo iudicium nuncupatur.

Melius ergò est vt monachus in sua cella maneat, quàm Synodi negocijs se interponat.

Hæc breuiter idcircò perstrinxerim, vt in me quilibet inexpertus discat, sibimet etiam à talibus declinare, quantùm expediat. In vno siquidem præuadante colligitur, vtrùm à subsequenti exercitu ignotæ aquæ tutò fides habeatur. Protinùs se ab impetu proprij cursûs institores venalium reprimunt, cùm vel vnum ex suis redire à nundinis vacuum, non distractis mercibus, cernunt. Quem ruralibus curis intentum frequenter seges negata delusit, quamplures à sterilis arui cultura compescuit. Cùm scrutator fluctuum labore frustratus, vacua lassùs lina reportat, facilè iam nudatos à perlustrandis inopis aquæ finibus reuocat. Sic nimirùm me, non mihi soli, sed & cunctis fratribus meis, talia tentâsse sufficiat, vt dum vnius labor inutilis fuisse perpenditur, non vni, sed multis à superuacui laboris impendio cautela præbeatur.

Quòd monachus se à mundo cohibeat, & Dei iudicium suis semper oculis anteponat. CAP. XXXII.

QVisquis ergò monachus perfectionis culmen festinat attingere, intra remotionis suæ se claustra cohibeat, spirituale ocium diligat, discurrere verò per seculum, velut mersare se in lacũ sanguinis, perhorrescat. Totus enim criminum magis ac magis in dies mundus contaminatione polluitur, vt quælibet sancta mens sola eius consideratione fœdetur. Et dum veteribus noua semper augentur, quid aliud, quàm Antichristi via proculdubiò sternitur, vt iam vltra finem seculi in mundum veniens sine offendiculo liber ingrediatur? Et cùm illius via nil aliud prorsùs, quàm nostra sint absque dubio scandala, eadem causa debet vestigia nostra compescere, quæ illi spondet liberis posse gressibus aduentare.

Via Antichristi nostra scãdala.

Deprimatur ergò quilibet frater nunc in angusto suæ remotionis ergastulo, vt infinitæ magnitudinis domus sibi paretur in cælo. Baruch ait: O Israël, quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius: magnus, & nõ habet consummationem, excelsus, & immensus. Nunc se vinculo diuini timoris obstringat, vt postmodùm ius veræ libertatis obtineat. Requiescens in Christo reputet nil sibi commune esse cum mundo, vt quod Iohannes Apostolus iubet, non solùm corde, sed & corpore ipso conseruet. Nolite, inquit, diligere mundum, nec ea, quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo. Clarescat seruus Christi, nulla mundum affectione cordis diligere: atque ad hoc probandum, corporalibus etiam hunc fastidiat gressibus frequentare. Ipsa porrò corporalis abstinentia piæ mentis odium comprobet, vt quò quisque à noxia mundi notitia magis

Baruch 3.

1.Iohan. 2.

magis alienatur, eò arctiori Deo familiaritate iungatur. Nunc flebilis & mœrens defixos in terra oculos teneat, quos ad eum videndum, qui venturus est in nubibus cæli cum potestate magna & maiestate, tunc lætus attollat, sicut scriptum est: Respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. O quàm ad pronunciandum breuissima verba, quàm ad pertractandum medullitùs infinita sententia, videlicet cùm reprobi eiulantes tremefactis visceribus dicẽt: O montes, cadite super nos, & colles, operite nos à facie sedentis in throno: cùm denique sol obscurabitur, luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo, tunc nimirùm cùm videbit eum omnis populus, & qui eum pupugerũt, & plangent se super se omnes tribus terræ.

Luc.21. Luc.23 Matth.24.

Quæ autem mens humana concipere, quę lingua valeat explicare, quantum erit tunc electorum gaudium, quàm inenarrabilis lætitia beatorum, cùm, periclitante mundo, ipsi de cætero subiacere periculis desinunt, & venienti immortali Sponso accensis lampadibus tripudiantes occurrunt? cùm membra mundi ad perferenda tartareę combustionis supplicia corruunt, ipsi ad percipienda inaccessibilis glorię præmia felices assurgunt? cùm illorum vitam mors immortalis intercipit, istorum mortalitatem virtute resurrectionis absorptam incorruptio gloriosa consumit? Hoc cunctis seculis admirandum singulare spectaculum incessanter sibi mens sancta proponat. Hanc tremendam venturæ discussionis imaginem assidua præ oculis meditatione depingat. Iam se vir electus ad tribunal raptum Iudicis deputet, iam se in examine positum ad reddendam rationem diuinis quæstionibus perurgeri formidabiliter pensẽt. Mundo se extraneum reddat, vt Deo propensioris gratiæ largitate familiaris adhæreat. Hoc itaque modo mortuus viuat, à terrenis se vexationibus subtrahat, ac velut in sepulcro iam positus, in solo Creatoris sui desiderio suauiter requiescat, sicque in Deo vita sit eius abscondita, quatenùs apparente Christo, & ipse cum eo apparere mereatur in gloria, Amen.

Membrorũ huius mũdi supplicia, & præmia electorum.

Coloss.3.

Hic scriptor alloquitur venerabiles monachos Petrum, & Albisonem. CAP. XXXIII.

NVnc, fratres charissimi, alter scilicet forma cœnobitarum, alter imitandum eremiticæ conuersationis exemplum, ad vos styli huius articulum reuoco, vt quibus primordium incipientis intenditur, in eis etiam consequenter peracti opusculi clausula terminetur. Videtis igitur, quàm celeriter breuis hæc vita pertranseat. Videtis, quia mũdus hic vicinum sui terminum indicijs iam euidentioribus clamat. Tellus enim genitalibus effœta humoribus, quodammodò inuita aratrum tolerat, dum ferre fructus suis cultoribus negat. Et velut ãnilis aluus, dum sanguis in corpore, vulua marcescente, frigescit, etiã si procreandi studium non defuerit, ad gignendam tamen sobolem non assurgit. Aqua etiam nihilominùs sterilitatem patitur, vt iam piscator retibus impendium deget, dum inopis capturæ quæstus diris per elementum liquidum laboribus non respondet. Necte, aër olim fœcunde, prætereamque, qui dum diuersis tendicularum argumentis in volucrum captione nõ prouenis, nimirùm aucupes cassõ labore frustratos ad exercitiũ rurale remittis: & quos dudùm ad sublimia captandis tuis muneribus faciebas intentos, iam vt meminerint, cui sustentandæ vitæ adminiculum acceptũ referre debeant, alumnæ terræ reddis obnoxios. Quique tunc largus quælibet grossiora edulia tuis iubebas delicijs cedere, iam nunc ad te manum retrahẽs, vilia facis oluscula, velut accuratas epulas, mensas diuitum infercire.

Egregiũ argumentum à simili.

Mundus itaque (vt prædictum est) quasi longo lassatus iam senio per cuncta sua membra probabiliter indicat, quia cursûs sui terminus diutiùs non elongat. Huc accedit, quòd homines nunc in iuuentute senescunt, & iuuenili adhuc decore vernante, intempestiuis canis verticem spargunt. Nimirùm quos propria dictat ætas, immaturæ venustatis adhuc flore virescere, senex mundus quodam violentæ authoritatis imperio secum præcipit decrepitos apparere. Quo fit, vt sicut cauerunt homines acerbo (vt ità dixerim) exitu, priusquàm ad ætatis plenitudinem veniant, moriantur.

Cur homines citiùs solitó nunc moriantur.

Cùm itaque mundus præcipitem iamiam protinùs præ oculis imminentem sui cursûs minetur occasum, homines etiam quotidiè immaturo præuenti rapiantur interitu,

Universidad de Deusto
Biblioteca

interitu, quid restat, nisi vt hoc breui puncto, quo viuimus, lapsura quæque, velut iam lapsa, despicere, & ad ea, quæ permanent, feruidæ mentis studeamus desiderio festinare? Eccè non leuia currentibus præmia proponuntur, & itineris nostri stadium quotidiè breuiatur. Nulla ergò vitæ præsentis offendicula nostri cursûs iter impediant, nullas nobis moras carnalis illecebræ torpor innectat. Quisque iam ad promissa munera perspicaces fidei oculos dirigat, & à brutis ignauiæ vinculis obuiantia quæque terrenæ prauitatis obstacula robustæ spei penna transcendat. Eccè enim qui de longinquo vocauerat, manum iam appropinquantibus porrigit, & quasi teneros filios vacillantibus nutantes poplitibus firmat, blandeque ac leniter in gremium suæ charitatis inuitat.

Heb.4. Adeamus ergò cum fiducia thronum gloriæ, arripiamus tantæ insignia pietatis: & quod temeritatis fuerat quærere non promissum, pudoris sit nolle suscipere vel oblatum. Dedignemur iam cœnosi huius mundi lutum sæpiùs corporaliter terere, cuius amorem (Deo inspirante) didicimus libero mentis pede calcare. Ab eo itaque, quem non diligit animus, ipse etiam corporeus reprimatur incessus. Indignum censeamus visitationis nostræ frequentia, qui de nostra gliscit triumphare ruina. Inimicitias mentis ipsa quoquè testetur absentia corporalis: nec crebrò nostros mereatur ille discursus, quorum fœdare consuecuit obutus: solusque insidiarum suarum foueis incidat, qui nostris assiduè gressibus deceptionum laqueos parat. Sic sic fruſtratas fraudum suarum excubias lugeat, dum nobis in pace quiescentibus, nocturnæ nostræ profectionis aditum callidus insidiator explorat.

Vt monachus debeat mundo valedicere, & factæ lectioni vacare. Sufficiat autem nostræ discursioni diuini campus eloquij. Per hunc campum integer gradiamur, in eo delectabiliter spatiemur. Licet illic liberis gressibus per parilem sacrarum historiarũ planitiem currere. Possumus etiam per mysticæ intelligentiæ profunditatem quodammodò præruptorum illic montium celsitudinem repere. Illic perfruemur fidelium amicorum dulci colloquio, illic diuersi apparatus, epularumque cælestium iugi conuiuio. His dapibus inhians fidelis anima, alliduæ lectionis alimento vegetata, robur accipiat, & purissimæ orationis adipe fagi nata pinguescat. Relinquatur fames seculi fastidientibus conuiuium mundi. Nos autem illas didicimus epulas, quæ & famelicis satietatem assolent cum iucunditate tribuere, & tamen satiatis nesciunt fastidium generare: quæ nimirùm epulæ & mentis nostræ stomachum suauiter replent, & tamen cloacarum secessibus nihil debent. Nihil enim de se prorsùs egestioni relinquunt, sed ad præbendas vires per omnium se venarum poros, cunctorumque viscerum penitùs interna diffundunt.

His itaque cælestibus mensæ dapibus mens intenta inexplebiliter vacet: his occulus solerter inuigilet, lingua articularis styli verba percurrat, cor quæ leguntur intelligat, & mysterij latentis arcana reuoluat. Hoc pabulum sacra animalia per assiduæ retractationis studium iugiter ruminent, illud nimirùm à ventre scientiæ ad memoriæ guttur sæpiùs iterata meditatione reducendo. Has, inquam, dapes meus iciuna semper esuriat: ab his verò nunquàm satiata recedat, sed quò magis exple tur, eò rursùs ad earum appetitum auidiùs accedatur: sicque omnes sensus nostros circa istas virales epulas occupemus, vt cunctis causarum secularium negociis insensibiles facti, verè mortui mundo, soli viuamus Deo: quatenùs ipse author, & instructor felicissimi huius conuiuis nos dignetur adscribere, qui ex

Luc.22. ore Veritatis merentur audire: Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, Regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in Regno meo.

1.Iohan.4. Omnipotens Deus, qui charitas est, fratres charissimi, sancto cordi vestro clementer inspiret, vt pro me peccatore dignemini semper orare. Sit nomen Domini benedictum in secula, Amen.

MAR-

MARTYROLOGIVM ADONIS SIVE VDONIS ARCHIEPISCOPI TREVIRENSIS.

FRATER IACOBVS MOSANDER PIO LECTORI SALVTEM.

MARTYROLOGIVM hoc ex quatuor peruetustis MS. codicibus sibi mutuò correspondentibus manu propria exarauimus. Verùm quartus à monacho ordinis S. Benedicti conscriptus, aliquot Sanctorum nomina continebat, quæ in cæteris tribus non habebantur: de quibus cùm dubitaremus an essent Adonis, vel potiùs per dictum monachum eius Martyrologio adiecta: doctorum virorum vsus consilio, eosdem Sanctos signo stellæ, sic *, prænotauimus ad euitandum omnem errorem & scrupulum.

Porrò Adonem hunc, quem Platina in vita Gregorij Pontificis eius nominis septimi Odonem, Nauclerus Othonem, Carolus Sigonius Vdonem vocat: Hic, inquiens, in Concilio Laterano, in causa Henrici & Rodolphi legatus à latere, cum Bernardo Diacono, & Bernardo Abbate Maßitrensi, datus est, vt pacem inter Henricum & Rodolphum Imperatores conciliaret. Hic vir (vt infrà ait Aloysius) sanctißimus pariterque doctißimus fuit, qui tempore Gregorij septimi floruit: cuius idcircò (vt reor) nec Sigebertus De viris illustribus, nec Trittemius in Catalogo, meminerũt, quòd eius MS. Martyrologium solùm apud nos, & in paucis admodùm alijs monasterijs semper latuerit, nec ad eorum manus deuenerit. Insuper quàm fuerit rarum, subsequentes Lipomani protestantur literæ, vbi ait, se omne aurum in comparatione illius nihil ducere. Quidquid porrò à dicto Aloysio in editione huius Martyrologij omissum ac suppressum est, id nos in lucem hîc emisimus. Vale.

Idem refert Nauclerus & Aloysius ex Platina.

ALOYSIVS EPISCOPVS VERONENSIS PIO LECTORI.

CVM adhuc iuuenis essem, eamque ipsam ætatem in inclyta mea ciuitate Venetiarum agerem, audiui quendam celeberrimum virum & magni in Ecclesia Dei nominis referentem, Bononiæ vidisse se Martyrologium quoddam valdè celebre, atque completum, in quo multæ Sanctorum vitæ diebus singulis occurrentes, ad integrum essent descriptæ, ex quibus legenti & multiplex rerum cognitio, & ardens sanctos ipsos imitandi desiderium proueniret. Sed locum non recordabatur, in quo librum huiusmodi vidisset. Posteà cùm mihi gesta sanctorum (sic volente Deo) compilandi in mentem venissent, recentiores patres qui in hoc opere defudauerunt perlegere volui, quos ferè omnes in hanc sententiam concurrentes animaduerti, vt plurima ex Adonis Martyrologio desumpta in suas lucubrationes transcriberent, quod & ingenuè (vt Christiana pietas requirit) profitebantur, in calce historiarum hæc aut similia verba ponentes: Hæc Ado in suo Martyrologio. Euolui autem ego bibliothecas omnes quotquot celebres sunt, si quo modo hunc Adonis librum inuenire possem, nec tamen vspiàm illum reperi. Quarè affligebar nimis, & meciũ ipse dolebam quòd celebratißimus liber ab omnibus in medium adduceretur, à nemine tamen conspiceretur. Iamque habendi libri animum abieceram, & illum vltrà non requirebam, credens à Deo fieri, vt ad manus meas peruenire non posset. Cùm verò anno superiori peregrinationibus & laboribus meis, optimi Dei, & post eum summi domini mei Iulij tertij Romani Pontificis gratia finem imposuissem, datumque esset vt ad sponsam meam Veronensem Ecclesiam liberè reuerti possem, continuò

Universidad de Deusto
Biblioteca

timuò ad me visendum affuerunt duo amici mei viri celeberrimi & doctissimi, ambo ciues Bononienses, ambo florentes ætatibus, ambo in Artibus (vt aiunt) magistri, & in nobili illo Gymnasio publicè magna cum laude profitentes, Iohannes Antonius Locatellus, & Scipio è Fabiorum familia. Hi cùm studium meum in perquirendis sanctorum vitis didicissent, multaque hac de re inuicem fuissemus loquuti, tum mihi Scipio, Episcope, inquit, cùm primum nos domum contulerimus, librum tibi missurus sum quem domi habeo inter meos reconditum, multas sanctorum vitas continentem, qui tibi credo non displicebit. Addebatque, nè inquiras modò nomen libri (illud enim ipsum statim ego percontabar) quoniam impræsentiarum non recolo, non enim hoc scriptionis genus meæ est professionis. Abijt ille, paucisque diebus elapsis ad me librū misit, manu scriptum, non typis excusum: quem cùm aperio, & titulum prælego, (Kalendarium enim ego protinùs accurri) Adonis Martyrologium esse deprehendo. Quanta tunc exultauerim lætitia, Deus scit, omne aurum nihil duxi in comparatione illius. Statimque recordatus sum amplissimi illius patris, qui aliàs mihi de Martyrologio Bononiæ visò narrauerat, hocque illud ipsum esse certò credidi, ac ingentes Deo nostro & filio eius Domino Iesu Christo gratias egi, necnon amico fideli qui tanto me munere decorauerant.

Liber autem ipse in sanctorum vitis describendis hoc ordine procedit, per singulos menses & dies sanctos habet positos, quorum omnium vitæ referuntur, aliæ quidem breuius & concisius, aliæ verò profusius: sed quæ breuiores describuntur, pleræque sunt quæ vulgò in D. Hieronymi * Martyrologio habentur. In edendo ergò volumine nos hunc modum tenuimus, vt quæ à Diuo Hieronymo sunt positæ, omninò prætereantur, cùm in promptu sint omnibus, nisi eis additum aliquid reperiatur. Quæ autem ab illo non sunt positæ, hîc omnes sint insertæ.

*Aut Vsuardi & aliorū.

Quædā per eum fuerūt omissæ, vt Agnetis virginis &aliæ.

Accipe igitur benignè lector Martyrologium Adonis viri sanctissimi pariterque doctissimi Treuerensis Archipræsulis, qui iam annos paulò plus vel minus quingentos, à tempore Gregorij septimi florere cæpit, & ob vitæ sanctitatem tantæ extitit authoritatis, vt ab eodem Pontifice ad componendas res inter Henricum & Rodulphum qui de Romano Imperio contendebant, vna cum duobus collegis de latere sedis Apostolicæ Legatus destinatus fuerit: gratiasque & tu mecum age Domino, qui cùm non amplius perquirereretur Ado (nè tātum lumen in tenebris lateret) reperiri eum ad proximorum consolationem, & Ecclesiæ suæ ædificationem voluit. Vale, & ora pro me, vt vnum Deum meum adorem, corde colam, & synceris actibus venerer.

PROLOGVS DOMINI ADONIS ARCHIEPISCOPI TREVIRENSIS IN SVVM MARTYROLOGIVM.

ADO PECCATOR LECTORI SALVTEM.

NE putes in hoc opere in vacuum me laborâsse, & rem non necessariam executum fuisse, breuiter tibi causam facti aperiam. Primum fuit imperium ac iussio sanctorum virorum, vt supplerentur dies, qui absq; nominibus martyrum in Martyrologio (quod venerabilis Flori studio in labore domini Bedæ accreuerat) tantùm notati erant. Deindè collecti vndecunquè passionum codices, animū intantùm suscitauerunt, vt non solùm præteritas dierum festiuitates, verùm & aliorum qui per totum annum ibi * notatim positi erāt, latiùs & paulò apertiùs describerē, infirmioribus fratribus, & minus legere valentibus seruiens, vt ad laudem omnipotentis Dei in memorijs martyrum haberent compendiosam lectionem, atque in paruo codicillo, quod multo labore alij per plures codices exquirunt. Huic operi, vt dies martyrum verissimè notarentur, qui confusi in Calendarijs satis inueniri solent, adiuuit venerabile & perantiquū Martyrologium, ab vrbe Roma Aquileiam cuidam sancto Episcopo à Pontifice Romano directū, & mihi postmodùm à quodam religioso fratre aliquot diebus præstitum. Quod ego diligenti cura transcriptum, positus apud Rauennam, in capite huius operis ponendum putaui. Passiones autem sanctorum paulò longiùs, maximè circa finem, Martyrologio huic insertas non mireris, cùm tibi ratio superiùs reddita, cur factum sit, suffecerit. Ora tantùm impensissimè obsecro, vt meritis illorum consocier, quorum triumphos, etsi minùs quàm debui, excolere optaui. Salutatus in Christo vale.

*al. nominatim

Hic immediatè sequebatur idem Martyrologium à Pontifice Romano profectum, cuius superiùs mentio fit: sed quia id breuissimè tantùm commemorat nomina Sanctorum, quæ in cæteris Martyrologijs exprimuntur, ideò superfluum iudicauimus id adiungere huic Tomo nostro.

QVO GENERE VEL CVLTV SANCTI MARTYRES VENERANDI SINT, *ex libro xx. sancti Augustini contra Faustum Manichæum cap. 21. Habetur 6. Tomo operum eius.*

POpulus Christianus memorias martyrum religiosa solēnitate cōcelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorū consocietur, atq; orationibus adiuuetur: ità tamen vt nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum sacrificemus, quanuis in * memorias martyrum constituamus altaria. Quis enim Antistitum in locis sanctorū corporum assistens altari, aliquandò dixit: Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane: sed quod offertur, offertur Deo q̄ martyres coronauit, apud memorias eorum quos coronauit: vt ex ipsorum locorum admonitione maior affectus exurgat, ad acuēdam charitatem, & in illos quos imitari * possumus, & in illum quo adiuuante possumus. Colimus ergò martyres eo cultu dilectionis & societatis, quo & in hac vita coluntur sancti homines Dei, quorum cor ad talem pro Euāgelica veritate passionem paratum esse sentimus. Sed illos tantò deuotiùs, quantò securiùs post certamina superata: quantò etiam fidentiore laude prædicamus, iam in vita feliciore victores, quàm in ista adhuc vsq; putantes. At verò illo cultu, quæ Græcè latria dicitur, Latinè vno verbo dici nō pōtest, cùm sit quædam propriè Diuinitati debita seruitus, nec colimus, nec colēdum docemus, nisi vnum Deum. Cùm autem ad hunc cultum pertineat oblatio sacrificij, vndè idololatria dicitur eorū, qui hoc etiam idolis exhibent: nullo modo tale aliquid offerimus, aut offerendum præcipimus, vel cuiquam martyri, vel cuiquam sanctæ animæ, vel cuiquam Angelo: & quisquis in hunc errorem delabitur, corrigitur per sanā doctrinam, siue vt corrigatur, siue vt condemnetur, siue vt cauēatur. Ipsi enim sancti, vel homines, vel Angeli, exhiberi sibi nolunt, quod vni Deo debetur. Apparuit hoc in Paulo & Barnaba, cùm commoti miraculis, quæ per eos facta sunt, Lycaonij eis tanquàm dijs immolare voluerunt: conscissis enim vestimentis suis, confitentes & persuadentes se deos non esse, ista sibi fieri vetuerūt. Apparuit & in Angelis, sicut in Apocalypsi legimus, Angelū se adorari prohibentem, ac dicentē adoratori suo: Vide nè feceris, conseruus enim tuus sum, & fratrū tuorum, Deum adora. Ista sibi planè superbi spiritus exigunt, diabolus & angeli eius, sicut per omnia templa & sacra gentilium. Quorum similitudo in quibusdā etiam superbis hominibus expressa est: sicut de Babyloniæ quibusdam Regibus memoriæ cōmendatum tenemus. Vndè sanctus Daniel accusatores ac persecutores perpossunt, cùm eos, etiam si in domibus suis id faciant, sana doctrina condemnet? Sed aliud est quod docemus, aliud quod sustinemus: aliud quod præcipere iubemur, aliud quod emendare præcipimur, & donèc emendemus, tolerare compellimur. Alia est disciplina Christianorum, alia luxuria vinolentorum, vel error infirmorum. Veruntamen & in hoc ipso distant plurimùm culpæ vinolētorum & sacrilegorum. Longè quippè minoris peccati est, ebrium redire à martyribus, quàm vel iciunum sacrificare martyribus. Sacrificare martyribus dixi, non dixi sacrificare Deo in memorijs martyrum: quod frequentissimè facimus, illo duntaxàt ritu, quo sibi sacrificari noui Testamenti manifestatione præcepit: quod pertinet ad illum cultum, quæ latria dicitur, & vni Deo debetur. Proindè verum sacrificium, quod vni vero debetur Deo, quo eius altare solus Christus impleuit, in victimis pecorū imitata dæmonia sibi arroganter exposcunt. Vndè dicit Apostolus: Quæ immolant gentes, dæmonijs immolant & non Deo. Non quod offerebatur culpans, sed quia illis offerebatur. Hebræi autem in victimis pecorum quas offerebant Deo multis & varijs modis, sicut re tanta dignum erat, prophetiam celebrabant futuræ victimæ, quam Christus obtulit. Vndè iam Christiani, peracti sacrificij eiusdē, memoriam celebrant, sacrosancta oblatione & participatione corporis & sanguinis Christi. Huius sacrificij caro & sanguis ante aduentum Christi per victimas similitudinum promittebatur, in passione Christi per ipsam veritatem reddebatur, post ascensum Christi per sacramentum memoria celebratur.

* al. memorijs

*posimus

Sancti quomodò coli debeant.

Dan. 6. 13.

Act. 14.

Apoc. 19. & 22.

1. Cor. 10.

Victimę pecorum veteris testamēti figura fuit Christi in Cruce.

HYMNVS SANCTI AMBROSII EPISCOPI, IN LAVDEM *sanctorum martyrum, qui immediatè in MS. nostro Adone hîc sequebatur.*

AEterna Christi munera,
Et martyrum victorias,
Laudes ferentes debitas,
Lætis canamus mentibus:
Ecclesiarum principes,
Belli triumphalis duces,
Cælestis aulæ milites,
Et vera mundi lumina.
Terrore victo seculi,
Pœnisque spretis corporis,
Mortis sacræ compendio
Vitam beatam possident.
Traduntur igni martyres
Et bestiarum dentibus:
Armata sæuit vnguis
Tortoris insani manus
Nudata pendent viscera,
Sanguis sacratus funditur:
Sed permanent immobiles
Vitæ perennis gratia.
Deuota sanctorum fides,
Inuicta spes credentium,
Perfecta Christi charitas,
Mundi triumphat principem.
In his paterna gloria,
In his voluntas Spiritûs,
Exultat in his filius,
Cælum repletur gaudio.
Te nunc redemptor quæsumus,
Vt martyrum consortio
Iungas precantes seruulos
In sempiterna secula. Amen.

LIBELLVS DE FESTIVITATIBVS SANCTORVM APOSTOLORVM ET RELIQVORVM, QVI DISCIPVLI, AVT VICINI, *successoresq; ipsorum Apostolorum fuerunt.*

MENSIS IANVARIVS HABET DIES XXXI. LVNAM VERO TRICESIMAM.

CALENDIS IANVARII.

Die 1.

OCTAVAE Domini. Romæ, natalis sancti Almachij martyris, qui iubente Alippio Vrbis præfecto, cùm diceret, Hodiè octauæ Dominici diei sunt, cessate a superstitionibus, idolorumque sacrificijs pollutis, a gladiatoribus hac de causa occisus est.

S. Almachius occiditur

DeMartina Surius.

Item Romæ, natale sanctæ Martinæ virginis & martyris, quæ cùm esset sublimis genere, & patre consule nata, diues nimis rerum, quas misericorditer indigentibus erogabat, tenta ab Alexãdro Imperatore, iussa est sacrificare Apollini. Sed mox vt orationem fudit beata virgo, terræmotus factus est magnus, vt ciuitas concuteretur. Ac sic pars templi Apollinis destructa est, simulacrumque comminutum, & multitudo magna cum sacerdotibus fani oppressa. Iratus valdè Alexander Imperator, iussit alapis faciem eius cædi, & vncinis faciem eius dirumpi. Illi autẽ carnifices qui ad cædendum eam deputati fuerant, deficientes clamare cœperunt, Videre se quatuor viros splendidos, qui eam confortarent, sibique potiùs pœnam inferrent. Indè testarum fragmentis cæsa, cùm inuictissima durâsset, illi quibus hoc impium officium delegatũ fuerat, tandèm pietate diuina circundati lumine (erant enim octo) crudele ilicò ministerium execrantes, crediderũt, ac Dominum verum Christum Iesum confessi sunt. In eos autem accensus valdè Imperator, suspendi illos fecit, & carnes eorum spathis lacerari. Deindè capitibus amputatis feculi huius viam finiêre, xvij. die mensis Nouembris. Sicque felicia regna martyres Christi facti petierunt. Iterùm sancta Martina pœnis afficitur. Nam expoliata vestibus, incisa est toto corpore, ac deindè in quatuor palis extensa, à duobus Cẽturionibus fustibus cæsa. Cumq; in confessione perseueraret, mutati sunt qui per vices eam, cruciarent, septẽ Centuriones. Sed & illic sibi supplicia illata forti animo risit. Indè recepta in carcerẽ. Posteà verò adipibus & pinguedine perũcta, ad Imperatorẽ iterum adducta

3. martyres occiduntur

adducta, & iubẽte eo in fanũ deorũ intromissa. Sed mox oratione facta ab illa, ignis de cælo cecidit, & idolum in fauillã redegit, sacerdotes templi exussit, & multitudinem populi occidit. Tunc perculsus timore Imperator, tradidit eã cuidã Iustino præfecto, vt impelleret eam ad sacrificandũ. Qui mox extendi eam iussit in conto, & spathis membra eius incidi, & circa mamillas vngulis attrectari, vsq; dum cxviij. incisiones ab vncinis fierent. Sed cùm adhuc ille viderer non expirâsse, deposita de cõro recipitur in carcerem. Quæ & irêm in Amphitheatrũ à Iustino præfecto præsentata Imperatori, feris est iniecta. Tunc leo immanissimus de cauea laxatus, rugiendo vsque ad pedes sanctæ martyris cucurrit, vbi statim ferocitatem deposuit, eamque nullo pacto attigit. Sed cùm reduceretur in caueam, Eumenium Imperatoris cognatum interfecit. Et ierùm recepta est, iubente Imperatore, in carcerem. Exindè post duos dies cùm iret ad sacrificandum Imperator, ei est exhibita martyr, quæ cùm fixa in Domino maneret, suspensa, iterùm vngulis rasa fuit, rasique eius capilli, quòd magicam artem in illis consistere putabant: sed videntes eam insuperabilem, in templo Dianæ tribus diebus & tribus noctibus eam includunt. Cumque precibus suis Dèus in puluerem redegisset simulacrum, educta de fano, ad vltimum gladio ferienda ab Imperatore destinatur. Huiusmodi fine martyr venerabilis cæli regnum meruit.

S. Martina destruit idolum.

Gladio percutitur.

Eodem die apud Spoletum ciuitatem Tusciæ, natale sancti Concordij martyris tẽporibus Antonini Imperatoris. Hic ortus est Romę, cuius pater Gordianus dicebatur, sanctissima conuersatione presbyter, de titulo pastoris, ordinatus Subdiaconus à sancto Pio vrbis Romæ Episcopo. Qui nihil aliud cũ patre suo, nisi ieiunijs & orationibus die noctuq; vacabat, eleemosynis pauperũ seruiens. Factũ est autem, vt cum consilio patris sui apud beatum Eutychen, qui tunc morabatur in prædio suo, via Salaria iuxta ciuitatem habitaret. Audiens famam eorum Torquatus Comes Tusciæ qui versabatur in ciuitate Spoleto, mittens accersiuit sanctũ Concordium, & dixit ei: Quo nomine vocaris? Respondit sanctus Concordius: Christianus sum. Dicit ei Comes: De nomine requiro, non de Christo tuo. Sanctus Concordius respondit: Christianus sum, & Christum confiteor. Cumque impelleretur ad sacrificandum, & ille in fide Christi fortiter duraret, iussus est fustibus cædi. Sequenti nocte venit ad eum beatus Eutyches cum Antimo Episcopo, & rogauerunt Comitem, vt aliquot diebus cum eis permitteretur morari. Erat namque Antimus Episcopus amicus Comitis, quique beatum virum Concordium fecerat illis diebus presbyterum. Peractis aliquot diebus, reuocatus est beatus Concordius, & venit ad Comitem. Cui & dixit Comes: Quid tractâsti circa filiam tuam? Sanctus vir respondit: Salus mea Christus est, cui quotidiè sacrifico sacrificium laudis. Iratus Comes, iussit eum suspendi in eculeo. Cruciatus diù, reuocatur arctatus feris in carcerem, vbi meruit consolationem Angelicam. Post tres noctes missi sunt ad eum, qui aut sacrificantem laxarent, aut nolentem punirẽt. Venientes autem missi, dixerunt ei: Aut sacrifica Ioui, aut capitalem sententiam accipies. Feretrant autem statunculam Iouis. Beatus Concordius dixit: Gratias tibi ago Domine Iesu Christe. Et expuit in faciem Iouis. Tunc vnus de satellitibus euaginato gladio amputauit caput eius, atque ità in confessione Domini emisit spiritum. Venientes autem clerici cum religiosis viris, tulerunt corpus eius, & sepelierunt illud non longe à Spoleto, in loco vbi aquæ multæ emanant.

Fustibus cæditur.

Consolatur Angelitus.

Capite cædituir.

Item Romæ via Appia, coronæ militum triginta, has sub Diocletiano pro confessione veræ fidei percipere meruerunt.

Item coronati sunt.

Apud Africam, natalis sancti Fulgentij, Ecclesiæ Ruspensis Episcopi & confessoris. Qui tempore VVandalicæ persecutionis, ob catholicã fidẽ & eximiam doctrinam, ab Arrianis multa perpessus, & diù apud Sardiniã exilio relegatus, tandèm ad Ecclesiam suã redire permissus, & vita & verbo clarus, sancto fine quieuit, annũ sui Episcopatũs agens vigesimumquintum, vitæ autem totius sexagesimumquintum.

De S. Fulgentio Surius Tomo 1.

Apud Alexandriam, sanctæ Euphrosynæ virginis, quæ orationibus patris sui Paphnutij de sterili matre progenita, in puerili ætate cõstituta, clàm se tonderi fecit, & monasticam vitã experijt, Smaragdi sibi nomen imponens. Post etiam in recluso-

De Euphrosyna Surius Tom. 1.

ne viginti & octo annis in omni sanctitate perdurans, tacta ægrotationis incommodo, & mortem sibi adesse cognoscens, manifestauit se religioso & lachrymis multotiès quærenti eam patri.

*al. Iurensũ. De eo Surius Tomo 2.

In territorio Lugdunensi monasterio *Virẽsium, sancti Eugendi Abbatis, cuius vita virtutibus & miraculis plena refulsit.

*Eodem die sanctissimi Paragodæ septimi Viennensis Episcopi.

IIII. NONAS IANVARII.

Die 2. De Machario Surius Tomo 1.

BEati Macharij Abbatis. Et in Ponto ciuitate Thomis, trium fratrum, Argæi, Narcissi, & Marcellini pueri, qui sub Licinio inter tyrones comprænhensi, cùm nollet militare, cæsus ad mortem, & diù in carcere maceratus, atque in mari mersus, martyrium consummauit. Corpus eius ad litus delatum, & à religiosis viris depositum, magnis coruscat virtutibus.

*Itèm S. Isidori Episcopi & martyris.

III. NONAS IANVARII.

Die 3. *al. Anteri. Pontificale cap. 20.

ROmæ, natalis sancti *Anteros Papæ & martyris. Qui vicesimus post beatum Petrũ cùm duodecim annis, mense vno, diebus duodecim rexisset Ecclesiam, passus est sub Maximino: & in cœmeterio Calixti sepultus via Appia. Hic gesta martyrum à notarijs diligenter exquisiuit, & in ecclesia recondidit.

Surius & Turonensis de Genofeua.

Apud Parisium, sanctæ Genofeuæ virginis, quæ à beato Germano Antisiodorensi Episcopo Christo dicata, admirandis virtutibus & miraculis latè claruit, & vsque ad lxxx. annos in Christi seruitute consenuit.

Ado Viennens. anno 241.

Eodem die sancti Florentij Viennensis Episcopi & martyris, octaui eiusdem vrbis. Itèm Octauæ sancti Iohannis Euangelistæ.

PRIDIE NONAS IANVARII.

Die 4.

NAtalis sancti Titi Apostolorum discipuli, qui ordinatus ab Apostolo Paulo Cretẽsium Episcopus, cuiq; etiam Epistolã omni Ecclesiæ Dei celeberrimam idem Apostolus misit. Post prædicationis officium fidelissimè consummatum, be-

Felix S. Titi exitus.

atum finem adeptus, sepultus est in ecclesia vbi à beato Apostolo fuerat dignus minister constitutus.

Apud Africam, natalis sanctorum Aquilini, Gemini, Eugenij, Martiani, Quinti, Theodoti, Tryphonis, præclarissimorum martyrum, quorum gesta habentur.

Eodem die apud vrbem Romam sanctorum martyrum Prisci presbyteri, & Priscilliani clerici, atque Benedictæ religiosissimæ fœminæ, sub tempore Iuliani impijssimi Augusti, qui gladio martyrium compleuerunt.

S. Dafrosa capite cæditur.

Itèm apud vrbem Romam beatæ Dafrosæ vxoris Fabiani martyris, quæ post damnationem beati viri sui primùm relegata exilio, deindè ab impio Iuliano capite iussa est puniri. Itèm Octauæ Innocentium.

NONIS IANVARII.

Die 5. Pontificale cap. 9.

ROmæ, natalis sancti Telesphori, qui septimus post Petrum Apostolum Pontifex ordinatus, sedit annos vndecim, menses tres, dies xxj. Hic cõstituit, vt sex hebdomadibus ante Pascha ieiunium celebraretur, & Natali Domini Iesu Christi nocte Missæ celebrarentur, & hymnus Angelicus, id est Gloria in excelsis Deo, hora sacrificij Missæ diceretur, illustreque martyrium duxit.

Vide Surium Tom. 1. de S. Simeone.

Itèm apud Antiochiã, depositio sancti Simeonis monachi, admirãdę virtutis viri, qui decimotertio ætatis anno huic seculo abrenuncians, monasterij clausura expetijt, vbi mira abstinẽtia vix septimo die cibũ sibi indulgens, Psalteriũ inter quatuor menses didicit. Deindè nimia domãdi corporis intentione funepalmiceo recubans, & ex nes sibi constringens, duriter laniatus est. Indè in quodam puteo se recludens, & ex eo à fratribus violenter ad monasteriũ reductus, clàm fugiens, eremũ petijt. Vbi multo cõmoratus tẽpore, in columna editiori sanctitate feruens, se reclusit. Et vsq; nõ modò nulli extraneæ mulieri, sed nec propriæ matri se videre permisit. Et vsq; hodiè basilicã columnæ illius fœminarũ nulla ingreditur. Nam quædã mulier veste induta virili ingredi voluit, & mox vt limen attigit, retrorsùm mortua cecidit.

VIII. IDVS IANVARII.

Die 6. S. Macræ martyrium

EPiphania Domini. Eodem die passio sanctæ Macræ virginis, quam cùm Rectiouarus præses torqueri & in ignem præcipitari iussisset, illæsa permansit. Deindè mamillis abscisis, squaloreque carceris afflicta, super testas acutissimas & prunas volutata, orans migrauit ad Dominum.

VII. IDVS IANVARII.

Die 7.

RElatio pueri Iesu ex Aegypto.

Itẽ natalis sancti Luciani Antiochenę ecclesię presbyteri & martyris, viri doctis-

Passio S. Luciani presbyteri est Tomo 1. Surij.

doctissimi atque eloquentissimi, qui passus est Nicomediæ ob confessionẽ Christi sub persecutione Maximini: Sepultusq; Helenopoli Bythiniæ, quam vrbem (cùm priùs Deprana vocaretur) in honorẽ eiusdem glorioſi martyris, Constantinus Imperator instaurans, ex nomine matris suæ Helenopolim nuncupauit.

Itèm apud Antiochiam, beati Cleri Diaconi, qui ob confessionẽ Christi septiès tortus, & in carcere diù maceratus, ad vltimũ decollatus martyriũ consummauit.

VI. IDVS IANVARII.

Die 8. Vide plura Nonis Septembris de Seuerino.

APud Neapolim Cãpaniæ, sancti Seuerini cõfessoris, fratris beatissimi Victorini clarissimi viri in miraculis. Qui & ipse fratris imitator, post multarum virtutum perpetrationem, sanctitate plenus quieuit. Sepultus in loco, vbi primùm abstinentissimus, quàm ad Episcopatum vocaretur, conuersatus fuerat.

Beluacijs, sanctorum Luciani & Messiani, &c.

V. IDVS IANVARII.

Die 9. De Iuliano & Basilissa Surius Tom. 1.

IN Mauritania Cæsarienſi, natalis sanctæ Martianæ virginis & martyris.

Eodem die apud Antiochiam, natale sancti Iuliani martyris & Basilissæ conjugis suæ. Hi itaque sanctissimo voto coniuges, aliquot annos pariter vixerunt, carnem suam Christo virginem seruantes, totque monasteria de rebus suis, quia erant parentibus genere clarissimi, instituerunt, vt ad decem millia monachorum pater beatus Iulianus fieret, Basilissa verò multarũ mater virginũ. Quarũ multitudinem cùm iam victricem præmisisset ad Dominũ, ipsa cõuersatione vitæ, & doctrinæ studijs probatissima, inter verba orationis dulcissimis suspirijs plena, reddẽs Domino spiritũ, Angelorũ consortio in cælo iũcta est. Iulianus verò post modùm à Martiano præside requiritur, quo tẽpore rabies crudelitatis ad persequendũ sanctos Dei sub Diocletiano & Maximiano exarserat, ad quẽ multitudo sacerdotũ & Ecclesiæ Christi ministrorũ confugerat propter immanitatẽ persecutionis. Comprænhensus itaq; cũ hac ingẽti multitudine ipse præsidis audientiæ reseruatus, cæteri serui Dei iussu crudelis Iudicis ingenti accẽso igne, eisq; apposito, in quo consistebant loco cõsumpti sunt. Vbi ad commendandã mortẽ sanctorũ hora tertia, sexta, nona psallentiũ chori ferũtur auditi. Sed & vespertinos, & matutinos hymnos Deo cecinẽre. Beatus verò Iulianus primùm auditus, rigidissimis fustibus cæsus est. Cumque cæderetur, vnus ministrorum præsidi necessarius oculum amisit. Quem beato Iuliano orante ilicò recepit in Christum credens. Vndè statim ab insano iudice decollatur. Cumque peruenisset ad locum, vbi filius præsidis in scholis erudiebatur, puer idem Celsus nomine, vidit multitudinem albatorum circa sanctum martyrem, & coronam preciosissimis lapidibus renitentem super caput eius. Quæ visa cùm suis condiscipulis narraret, subitò diuinitùs inspiratus proiecit volumina magistrorum, & vestimenta, quibus erat indutus, & celeri cursu peruenit ad pedes vincti martyris. Ad quod factum stupens tota penè ciuitas accurrit: ac cum reliquis præses & mater pueri eiulantes aduenium. Sed cùm puerum à societate beata separare non possent, cum beato Iuliano in imo carceris ipse mancipatur. Vbi diuino lumine consolati, & odore mirifico ità sunt respersi, vt & milites, qui eos custodia seruabãt, circiter viginti, commoti, & stupore perculsi, Christo Domino credentes. Adhos itaque visitandos in carcerem fratres septem vnà cum Antonino presbytero venerunt: officioq; sancti Antonini presbyteri, tam puer, quàm viginti milites baptizati sunt. Quod audiens præses, septem fratres dira custodia diù maceratos, in vltimo tradi igni præcepit, viginti porrò milites gladio trucidari. Sicque martyrium victores consummauerũt. Sanctum verò Iulianum atque Celsum puerum, sanctumque Antoninum presbyterum sibi præsentatos, necnon & Anastasium, quem beatus Iulianus à morte suscitatũ participem gratię Christi fecerat, in cuppas pice & adipe feruentes iniecit, sub quibus lignorum & sarmentorũ copiam aggregari iussit. Sed beati nihil læsi sub igne, in confessione persistunt. Ducti ergò iterùm sunt in custodiã. Cum puero autem mater ipsius Martionilla, vt cum Christo, eiusque ancilla fidelis facta, baptismi gratiam recepit. Quo audito,

Conuersio Celsi filij præsidis.

Martyrium 7. fratrũ & 20. militum.

Multi martyres igne cremantur.

Martionilla, præfecti vxor, baptizatur.

mutare posset, volens inclusa est. Sed dum cupit filium prædam fieri diabolo, ipsa prædata

Universidad de Deusto
Biblioteca

dito, ipsius coniunx piam Christi famulam in imo carceris trusam martyribus so-
ciauit. Quos iterùm suis conspectibus præsentari fecit,& ad fanum dæmonum,
sacerdotibus fani intrò expectantibus,vt sacrificarent misit.Sed mox sanctis oran-
tibus templum solo deiectum,sacerdotumque ad mille, & paganorum multitu-
do occisa est.Sed iterùm ab irato impio præside sancti retrudūtur.Qui diuina con-
solatione nocte sunt mirabiliter confortati. Sequenti verò luce producti sunt de
custodia : oleoque infuso lignis, manus & pedes eorum ligantur,ignisque ità sup-
SS.martyres occiduntur. ponitur.Sed cùm inuicti perdurarent,Iuliano & Celso cutem capitis auferri iubet,
Antonino & Anastasio lumina effodi,Martionillæ eculeum parari. Hæc cùm illi
fortissimè peruicissent, feris intromissis in Amphitheatrum ad deuorandum ob-
iecti sunt.Sed feræ pedes sanctorum lingebant.Cumque omnia peruicissent, milli-
tibus eos ferire iussit. Atque tali certamine palmam adepti,regna mansura perce-
perunt.

IIII. IDVS IANVARII.

Die 10. Surius ex Hieronymo. APud Thebaidem, natalis sancti Pauli primi Eremitæ,qui à sextodecimo ætatis
suæ anno vsque ad cētesimum & quartumdecimum solus in eremo perman-
sit. Cuius animam inter Apostolorum & Prophetarum choros ad cælum ferri ab
Angelis,sanctus Antonius vidit.

Apud Cyprum,beati Nicanoris Diaconi,gratia fidei & virtute admirandi,apud
Act.6. Cyprum glorioſissimè coronati,ibique venerabiliter sepulti. Qui etiam fuit vnus
de septem primis Diaconibus.

* Item Inuentio sancti martyris Hermetis.

III. IDVS IANVARII.

Die 11. APud Alexādriam, natalis sanctorum Confessorum Petri,Seueri,Leucij,quo-
rum gesta habentur.

De Iginio Pontifice. Item S.Iginij Papæ,qui sedit Romæ annos quatuor.Hic constituit Clerum,& dis-
tribuit gradus.Sepultus in Vaticano 3.Idus Ianuarij.

In Africa, natalis sancti Saluij.In huius natali sanctus Augustinus verbum fecit
ad populum Carthagini.

PRIDIE IDVS IANVARII.

Die 13. APud Achaiam, natalis sancti Satyri martyris ciuis Arabiæ,qui transiens ante
quoddam idolum, cùm exsufflâsset in illud, signans sibi frontem,statim cor-
ruit : ob quam causam decollatus est.

De Arcadio Surius Tō. 1. Eodem die natalis S. Archadij martyris,genere & miraculis clari.

IDIBVS IANVARII.

Die 13. OCtaua Epiphaniæ. Romæ via Lauicana, coronæ militum quadraginta,sub
Gallieno Imperatore.

De Hilario Surius Tō. 1. Pictauis, S. Hilarij Episcopi & confessoris, qui ob catholicam fidem quadrien-
nio apud Phrygiam relegatus, inter alias virtutes fertur quòd mortuum suscita-
uerit.

Apud Viennam,S.Veri Episcopi,qui præsedit Ecclesiæ post sanctum Euantium.

* Remis depositio sancti Remigij Episcopi.

* Treueris S.Agritij Episcopi & confessoris.

XIX. CALENDAS FEBRVARII.

Die 14. APud Nolam Campaniæ, natale beati Felicis presbyteri. Hic à Maximiano
Nolanę vrbis Episcopo presbyterij honore prædituſ est. Cùm autem Impe-
rator decreta Christianorum insequi præcepisset,Maximianus Pontifex iam senio
prægrauatus, putans se non posse ferre supplicia,syluarum saltus adijt. Quos dum
De eo vide Surium Tomo 1. turbidus de persecutione pererrâsset,affectus fame, gelu attritus, solo corruit se-
miuiuus. At beatus Felix presbyter captus, & vinculis adstrictus, cùm ante præsi-
dem Dracum adductus fuisset, multaque ante ipsum de portentis deorum,quòd
nihil essent, disputâsset, eumque præfectus impelleret, vt immolaret, respondit:
Inimici estis deorum vestrorum. Ad quæcunque enim me deorū vestrorum tem-
pla duxeritis,hoc eis euenier,quod euenit illis,ad quæ meum fratrem Felicem vos
duxisse pœnituit. Sed si vultis probare virtutem Domini mei Iesu Christi, me ad
Capitolium ire iubete, vt ipsum Iouem principem dæmoniorum vestrorum rue-
re faciam.Mox impius Iudex compressis auribus suis,iussit eum fustibus cædi. De-
indè beatus confessor carceri includitur.In quo non mediocribus vinculis adstric-
tus,

tus, cochleis ac testulis superpositus extenditur. Et eccè nocte media Angelus Diuersimo-
Domini,confractis catenis, scissaque trabe, qua pedes eius inclusi tenebantur, ait tur S. Felix.
illi : Surge & egredere, ac require sacerdotem tuum,inuentumque reduc ad vr-
bem,& absconde, nè inedia ac fame depereat. Cumque beatus Felix egressus Epi-
scopum suum requireret, inuenit illum solo prostratum,clausis oculis,strictisque
dentibus vix spirantem. Et cùm anxiè requireret,quid alimenti defecto seni por-
rigeret,eccè subitò de sentibus vuam pendere miratur : de qua albis granis in os
confessoris Christi expressis, paululùm senior refocillatus surrexit. Quem hu-
meris impositum Felix ad ciuitatem detulit, & sub tugurio cuiusdam viduæ
commendatum, alimentis pauit. Deindè captus, & in exilium deportatus est
beatus martyr, in monte vocato Tyrceio, vbi lapides excidebantur, vt ipse
cum damnatis pari modo lapidum cæsor esset. Vbi Probi cuiusdam Tribuni
filiam à dæmonio liberauit, vxoremque eius ab hydropis morbo curauit,ipsum- Multa signa facit.
que Probum cum vxore & filia, & pluribus alijs in Christo baptizauit. Post de-
indè cùm regressus esset, crescente persecutione, iterùm mittitur persecutor ex
numero apparitorum, qui beatum Felicem teneret. Quem cùm solicitè requi-
reret, & eundem Felicem interrogaret, si nôsset, vbi Felix presbyter lateret :
Hac, inquit,Felix parte abijt. Persecutore discedente, Felix latebram petijt.Sed
nec mora persecutor ipse subsequitur. At martyr inter parietes diutos occu-
lebatur, vbi in ipso primo domus introitu arancarum telæ dependentes, intus
neminem tunc intrâsse, fidem facerent. Qua visione delusus inimicus abscessit.
Sic martyr ad alium locum demigrans, à muliere quadam per tres menses pastus
est: cuius tamen faciem,dum eiusdem latibulis celaretur, nullo modo vidit.Post-
modùm verò apud Nolam pontificem dæmoniorum ad Christum conuertens, Resurit Epi-
templum Apollinis priùs dæmone,qui responsa dabat,expulso,diuina virtute de- scopatum.
iecit. Virtutibus itaque adeò illustris,cùm vellet vniuersus populus Nolanus vt
leuaretur Episcopus, non consensit, sed alterum in sede Pontificali deligens, ipse
post duodecim annos,quos apud Nolam,cessante persecutione, fecerat, Domini-
ca die mysterijs confectis, data pace omnibus, se in pauimentum oraturus proie-
cit: moxque beati viri anima de carnis ergastulo egressa, post grauia tormēta,quæ Felix in Pin-
patienter tulerat pro Christo,felicia regna,ipse verè Felix conscēdit. Sepultusque cis cur vocetur.
est iuxta vrbem in loco qui dicitur Pincis, vbi claris semper fulget virtutibus,ab
Helpidio venerabili,& sancto presbytero.Hic etiam beatissimus martyr & confes-
sor hæreticis inuictissimè restitit.

Apud Viennam S.Caldeoldi Episcopi.

XVIII. CALENDAS FEBRVARII.

Die 15. ABacuc & Micheæ prophetarum, quorum corpora sub Arcadio Imperatore
diuina reuelatione reperta sunt.

Item beati Macharij abbatis, discipuli beati Antonij, vita & miraculis celeber-
rimi.

Item beati Isidori,sanctitate vitæ,fide,ac miraculis præclari.

Apud Bituricas ciuitatem, Translatio Sulpitij Episcopi & confessoris, qui à
pueritia sacris literis eruditus, & sanctæ conuersationis luce conspicuus, etiam S.Sulpitius vita & signis clarus.
laicus virtutibus claruit. Post etiam coma deposita,monachorum pater extitit :
atque indè ad Episcopalem prouectus cathedram,vita clarus, miraculis glorioſus
quieuit.

* Item Mauri Abbatis,discipuli beati Benedicti.

XVII. CALENDAS FEBRVARII.

Die 16. ROmæ via Salaria in cœmeterio Priscillæ, natalis S. Marcelli Papæ, qui De Marcello Surius Tō. 1.
iubente Maximino Imperatore, primò fustibus cæsus, & à facie eius quem
corripiebat expulsus est. Deindè audiens quòd domum S. Lucinæ, quam ipse
proscriptione damnauerat, eò quòd de facultatibus suis Christianis donaue-
rit : ecclesiam faceret, & in ea Missas celebraret, in media ciuitate iussit in
eadem ecclesia * plancas sterni ad animalia cantabilli publici: & eiusdem sta- * palcas
buli Episcopum ad seruitium animalium deputauit cum custodia publica.
Vbi etiam post multos annos seruiendo,indutus amictu cilicino, defunctus est: Obit⁹ eius.
& conditus aromatibus à Iohanne presbytero, ac à beata Lucina, sepultus
in cœmeterio Priscillæ. Hic fecit cœmeteria via Salaria, & vigintiquinque
titulos

Universidad de Deusto
Biblioteca

titulos in vrbe Roma constituit, propter baptismum & pœnitentiam multorum, qui conuertebantur ex paganis, & propter sepulturas martyrum.

Apud Arelatem S. Honorati Episcopi, cuius vita doctrina ac miraculis illustris refulsit.

XVI. CALENDAS FEBRVARII.

Die 17. De Antonio Surius Tō.1. IN Aegypto apud Thebaidem, beati Antonij monachi, qui sine vlla scientia litterarum, Scripturas diuinas, & memoriter audiendo tenuisse, & prudenter cogitando intellexisse prædicatur. Multorum monachorum pater, vita & miraculis præclarissimus vixit. Cuius corpus sub Iustiniano Imperatore diuina reuelatione repertum, Alexandriam delatum est, & in ecclesia beati Iohannis Baptistæ humatum.

*Alij legunt Speosippi, Cleosippi & Meleosippi. vide de his Surium. Apud Linguonas, natale sanctorũ geminorum * Speusippi, Eleusippi, & Meleusippi. Qui cùm essent vigintiquinque annorum, cum auia sua Leonilla, & Ionilla, & Neone martyrio coronati sunt, tempore Aureliani Imperatoris. Gemini quidem in vna arbore suspensi, ligatis manibus sursùm, & pedibus deorsùm: ità extenti, vt penè putarentur in ipsa membrorum compage separari: qui inter orationum verba simul migrârunt ad Dominum. Ionilla hoc videns, confessa est se etiam esse Christianam. Quæ pòst comprænsa à turbis, multisque afflicta supplicijs, cùm Christum negare noluisset, cum Leonilla est simul gladio perempta. Neon exceptor gestorum, & ipse Christi nomen confessus, martyrio coronatus est. Docuit autem & baptizauit geminos hos Benignus presbyter, quem misit ab Oriente beatus Polycarpus Iohannis Apostoli auditor in Galliam, cum Antiocho compresbytero, & Tyrso Diacono. Sepulti sunt autem ijdem gemini in secundo miliario ab vrbe Linguonum. Turbon autem, scribens victorias confitentium Dominum, non post multum temporis martyrium perpessus est.

SS. martyres occiduntur.

De Sulpitio Surius Tō.1. Bituricas ciuitate, Sulpitij Episcopi.

XV. CALENDAS FEBRVARII.

Die 18. CAthedra sancti Petri Apostoli, quam primùm sedit Romæ.

Eodem die, natalis S. Priscæ virginis & martyris. Et in Ponto, natalis sanctorum martyrum Mosæi & Ammonij: qui cùm essent milites, primò ad metalla deputati, nouissimè igni traditi sunt. Et passio sanctorum martyrum Tyrsi, Leuci & Galerici.

XIIII. CALENDAS FEBRVARII.

Die 19. HIerosolymis, Marthæ & Mariæ sororum Lazari.

De Germanico lege in Hist. Eccle. lib. 4. cap. 14 In Smyrna, natalis S. Germanici martyris, qui cùm primæuæ ætatis venustate floreret, per gratiam virtutis Dei, metum corporeæ fragilitatis excludens, sponte præparatam sibi bestiam, damnatus à Iudice, prouocauit: cuius dentibus comminutus, vero pani, id est, Domino Iesu Christo, pro ipso moriens, meruit incorporari.

De Pontião Surius ex MS. Apud Spoletum, natale sancti Pontiani martyris, temporibus Antonini Imperatoris, sub iudice Fabiano. Ante quem adductus, & interrogatus, quo nomine vocaretur, respondit: A parentibus nomen mihi impositum est Pontianus, maiusaũt nomen, Christianus. Tunc responso finito, iratus Fabianus, expoliari eum, & virgis cædi iussit, donèc videretur sanguis ipsius in terrã fluere. Iterùm iussit super carbones nudis pedibus ambulare. Cui beatus Pontianus: Ego in nomine Domini mei Iesu Christi ambulo super carbones ardentes: tu si potes mitte in nomine Iouis manum in aquam calidam. Iratus Fabianus iussit ecu leum parari, & vncinos ferreos fieri, & ibi eum suspendi. Sed deficientibus ministris impij, truditur martyr Dei in ima carceris, vbi à religiosis viris confortatur ad agonem martyrij. Educitur iterùm ad certamen circunspectante populo in amphitheatro, & dimittuntur ci duo leones. Qui mansueti facti, beatum Pontianum minimè tetigerunt. Quod videntes populi exclamauerunt, Verè magnus est Deus Christianorum: ità vt ludentio fieret. Iterùm beatus martyr retruditur in carcerem per duodecim dies, vt fame deficeret, vbi ab Angelo cõfortatus, & cælesti cibo pastus est. Post duodecim dies, vt fame putantes eum defecisse, ministri venerunt, vt corpus eius tollerent, & inuenerunt eum psallentem, & laudes Deo dicentem. Eductus iterùm de carcere est, & extensus super lectum ferreum, iubente impio Iudice, ac plumbo feruefacto dorsum illius perfusum. Sed cùm martyr talia paruipendens inuictus maneret, con-

Post varia tormẽta ple

fusus Fabianus dictauit sententiam, vt capite minueretur. Sicque à speculatore percussus quieuit in pace. Consummauit autem martyrium suum xviiij. Calend. Februarij. Et sublatum corpus eius à Christianis sepultum est xv. Calendas. Celebris verò dies ipsius agitur xiiij. Calendas Februarij, quandò iterùm sacrum corpus eius mutatum est.

ditur capite S. Pontianus.

XIII. CALENDAS FEBRVARII.

Die 20. De Fabiano Pontificale c.21. ROmæ, Fabiani Episcopi, qui cùm quatuordecim annos, menses vndecim, ac duodecim dies Ecclesiæ præesset, passus est martyrium tempore Decij, & in cœmeterio Calixti sepultus. Hic regiones diuisit Diaconibus, & fecit septem Subdiaconos, qui septem notarijs imminerent, vt gesta martyrum in integro colligerent. Huius tempore superuenit Nouatus ex Africa, & separauit Nouatianum de Ecclesia, postquàm Moyses confessor in carcere defunctus est: qui fuit ibi menses vndecim.

De S. Sebastiano Surius Tom. 1. Item Romæ, natale sancti Sebastiani martyris, qui intantùm charus erat illis temporibus Diocletiano & Maximiano, vt principatum ei primæ cohortis traderent. Quem Diocletianus vbi Christianum cognouit, nec à fide posse reuocari, iussit ligari in medio campo, quasi signum ad sagittam, & sagittari à militibus. Qui cùm sagittis plenus staret, quasi heritius, putantes eum mortuum, abiêrunt. Nocte autem veniens quædam mulier nomine Hirene tollere corpus, inuenit eum viuentem, & adduxit in domum suam, & curam eius egit. Qui vbi conualuit, multos in fide confortauit. Nec mora ipsis Imperatoribus apparens, hos prout digni erant corripuit. Tunc iussit eum Diocletianus in hippodromum palatij duci, & fustigari donèc deficeret, quem mortuum in maximam cloacam miserunt. Sed ille apparuit in somnis sanctæ matronæ Lucinæ, dicens: Iuxta Circum inuenies corpus meum, pendens in vnco: hoc sordes non tegerunt: Dum leuaueris, perduc ad Catacumbas, & sepelies me in crypta iuxta vestigia Apostolorum. Quæ, ipsa nocte cum seruis veniens, totum ità compleuit. Fustibus cæsus moritur.

*Marij Debis in vita S. Valentini 1. Tomo Surij. Eodem die Romæ, natalis sanctorum martyrum * Maurij & Marthæ, cum filijs suis, Audifax & Abacuc nobilium de Persida, qui ad orationem venerant Romam tempore Claudij principis: è quibus post toleratos fustes, eculeum, ignes, vngues, manuum præcisionem, Martha in Nympha necata, cæteri decollati, & cætera corpora eorum sunt omnia incensa & dissipata.

XII. CALENDAS FEBRVARII.

Die 21. Surius Tō.1. ROmæ, natalis sanctæ Agnetis virginis & martyris, quæ tertiodecimo ætatis suæ anno in vrbe Roma passa est. Hæc dum à scholis reuertitur, à Præfecti filio amatur. Cuius parentes dum requisisset, cœpit offerre plurima, & plura promittere. Deniquè detulerat secum preciosissima ornamenta, quæ à beata Agnete, veluti quædam stercora, sunt recusata: vndè factum est, vt iuuenis maiori perurgeretur stimulo, & putans eam meliora velle accipere ornamenta, omnem lapidem preciosum secum defert & gloriam: & per scipsum, & per notos ac affines, cœpit aures appellare virginis. Diuitias, domos, possessiones, familias, atque omnes mundi diuitias repromisit, si consensum suum eius coniunctioni non negaret. Sed cùm beatissimam virginem incli nare nullis donis aut promissionibus posset, insanus iuuenis amore capitur cæco, & inter angustias animi & corporis, anhelo cruciabatur spiritu. Inter hæc lecto prosternitur, & per alta suspiria amor à medicis aperitur. Fiunt nota patri, quæ fuerant inuenta à medicis, & eadem paterna voce quæ fuerant iam dicta à filio, ad petitionem virginis reuoluuntur. Abnegat Agnes beatissima, & se nullo pacto asserit prioris sponsi fidem violare. Tunc præfectus cœpit vehementer inquirere, quis esset de cuius se Agnes potestate iactaret. Extitit quidam qui diceret hanc Christianam esse ab infantia, & magicis artibus ità occupatam, vt dicat Christum sponsum suum. Audiens hæc præfectus Symphronius, lætus efficitur, & missa apparitione, cum ingenti strepitu, suis eam tribunalibus præcepit assisti. Quam cùm nec blandimentis, nec terroribus posset ab statu sui propositi mouere, iussit eam nudari, & nudam ad lupanar duci, sub voce præconia dicentis: Agnem sacrilegam virginem, dijs blasphemiam inferentem, scortum lupanaribus traditam. Statim autem vt spoliata est, crine

S. Agnes deponitur Christo filio Dei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

crine resoluto, tantam densitatem capillis eius gratia diuina concessit, vt melius
Angelū habet custodē corporis sui corum fimbrijs videretur quàm vestibus tecta. Ingressa autem turpitudinis locum, Angelum illic Domini præparatum ità inuenit, vt circundaret eam immenso lumine. Cumque se in oratione, Domino substrauisset, apparuit ante oculos eius stola candidissima, & apprehendens eam induit se: Erat autem ad mensuram corpusculi eius, indumentum nimio candore conspicuum. Interea præfecti filius venit ad locum, credens se ludibrium exercere, & audacter ingressus, vidit tantum lumen circa eam: sed quia non dedit honorem Deo, cecidit in faciem suam, & præfocatus à diabolo expirauit. Hunc tamen virgo post paululùm orando resuscitauit. Qui egressus foràs, cœpit clamare: Vnus Deus in cælo & in terra, & in mari, qui est Deus Christianorum. nam omnia templa vana sunt: dij qui colūtur vani sunt, & penitùs nec sibi possunt aliquid, nec alijs præstare. Præfectus autem videns tanta mirabilia, obstupuit: sed veritus proscriptionem, si contra pontifices temporum ageret, qui seditionem populorum concitauerant, & Agnem contra sententias suas defensaret, Vicarium ad seditionem populi iudicem dereliquit. Ipse autem tristis abscessit, quòd eam post filij sui resurrectionem liberare non potuit.

Ab igne nō læditur. Vicarius verò Aspasius nomine, iussit in conspectu omnium ignem copiosum incendi, & in medio eam præcepit flammarum iactari. Quod dum fuisset impletum, statim in duas partes diuisæ flammæ, hinc atque illinc seditiosum populum exurebant. Beata autem Agnes, expandens manus suas ad Dominum in medio ignis, orationem fudit. Completa oratione, ità ignis omnis extinctus est, vt nec tepor quidem incendij remaneret. Tunc Aspasius seditionem populi, qui hoc non virtutibus diuinis, sed maleficijs deputabat, minimè ferens: in guttur eius gladium

Gladio iugulatur. mergi præcepit. Atque hoc exitu sanguinis sui rubore perfusam, Christus sibi sponsam & martyrem consecrauit. Parentes verò eius cum gaudio absulerunt corpus eius, & posuerunt illud in prædio suo non longè ab Vrbe, via Numentana, vndecimo Calendas Februarij, vbi basilicam post aliquot annos, perente Constantia filia, Constantinus Augustus construxit. Fuerat enim obsessa à vulneribus, eadem Regina & virgo, & ad sepulcrum Agnetis sanata, ibique mausoleum sibi ipsa constituit. Passa est autem beata Agnes, sub præfecto vrbis Symphronio, Vicario eiusdem vrbis Aspasio.

Act. 28. De eo Euseb. li. 5. c. 11. Item apud Athenas, natalis S. Publij, Athenarum Episcopi, qui princeps Insulæ Mileti vel Militenæ, cùm nauigantem beatum Apostolum Paulum Romam sub custodia detentum, per triduum hospitio exceptum humanè tractâsset, vt beatus Lucas refert, patrem ipsius Publij corripit febribus & dysenteria iacere. Ad quem cùm intrâsset beatus Apostolus, & imposuisset illi manus, ac orâsset, sanauit eum. Quem Publium adhærentem sibi, beatus Apostolus posteà ordinatum Episcopum, ad prædicandum direxit. Qui postmodùm Athenien sium ecclesiam nobiliter rexit, & præclarus virtutibus, ac doctrina præfulgens, ob Christi fidem martyrio gloriosè coronatur. Nam primus Dionysius, indè Publius iste, Athenis præfuit.

De his vide Prudentiū, & Surium Tomo 1. In Hispanijs ciuitate Tarracona, natalis sanctorum martyrum Fructuosi Episcopi, Augurij & Eulogij Diaconorum, qui tempore Galieni, sub Aemiliano præside, primò in carcerem trusi, deindè flammis iniecti, exustis vinculis, manibus in modum Crucis expansis, orantes vt vrerentur, obtinuerunt. Et mox vnus è fratribus, & filia Præsidis quæ adstabat, viderunt animas sanctorum, cælum conscendere coronatas.

De patroclo Surius Tō. 1. Trecas, passio sancti Patrocli martyris.

XI. CALENDAS FEBRVARII.

Die 22. De eo Surius. IN Hispanijs, natale sancti Vincentij Leuitæ & martyris. Qui cum sancto Valerio Episcopo suo à Cæsaraugusta ciuitate Valentiam vsque grauibus nexus carens, iubente Daciano, perductus est. Ibique fame & squalore carceris diù macerātus tormentis eculei, & vngularum horrenda laceratione vexatus, à grabato eriam ferreo diutissimè vstulatus, aruinæ guttis, & crepitanti sale respersus est. Post hoc in tererrimo carcere missus est, diuaricatisque in neruo cruribus, super acutissima testarum fragmenta proiectus est. Vbi nocte lux ingens apparuit, & virtute Dei solutus martyr, inter Angelos, à quibus visitari meruit, hymnum canebat, ità vt ipse custos carceris crederet Christo. Manè autem facto cùm iussisset cum Da-

anus

anus in lecto mollissimo reclinari, vt aliquantulùm recreatus acriùs denuò torqueretur, infatigabilem spiritum Christo reddidit. Tunc Dacianus corpus eius in campum proijci, & feris atque auibus iussit exponi. Sed mox coruus diuinitùs ad custodiam eius datus, non solum alias aues arcebat, sed mox & immanem lupum à sancto corpore repulit. Quod cùm Daciano nunciatum esset, iussit eum insutum culeo, in profundum maris cum grauissimo saxi pondere immergi. Sed priùs virtute Dei super vndas innatans ad litus delatus, & arenis conditus est, quàm remiges portum tangere potuissent. Indè autem cùm se sanctus martyr cuidam fideli anui reuelâsset, cessante persecutionis rabie, à Christianis reuerenter sublatus, & in ecclesia conditus est. Fe leiter obit S. Vincentius.

Martyrium S. Anastasij cum socijs. Ad aquas Saluias, natale sancti Anastasij martyris, & monachi de Persida. Qui post plurima tormenta carceris, verberum & vinculorum, quæ in Cæsarea Palæstinæ perpessus fuerat, à Persis postremò in Perside multa pœna affectus, atque ad vltimum decollatus est à Rege eorum Chosroe cum alijs lxx. Reliquiæ corporis eius primò Hierosolymis ad monasterium suum, deindè Romam delatæ, venerantur in monasterio ad aquas Saluias.

Ipso die in Gallijs ciuitate Ebreduno, sanctorum martyrum Vincentij, Orontij, & Victoris.

Hunc alij habent pridie Idus decembris. *Item natalis sancti Pauli, quem beatus Apostolus ordinatum, vrbi Narbonæ Episcopum misit. Quem tradunt ipsum eundem esse, Sergium Paulum proconsulem, virum prudentem, à quo tempore, Pauli sortitus est nomen, quandò eum fide Apostolus subegerat Christi: Qui cùm ab eodem ad Hispanias prædicandi gratia mitteretur, apud præfatam vrbem Narbonam relictus, & prædicationis non segnis impleto ministerio, clarus miraculis, coronatus sepelitur.

X. CALENDAS FEBRVARII.

Die 23. Act. 6. PHilippis, beati Parmenę qui fuit vnus de septem primis Diaconibus: hic traditus gratiæ Dei à fratribus, iniunctum officium prædicationis, plena fide consummauit, atque martyrij gloriam adeptus, Philippis quieuit.

De ea Ambros. in pass. Agnetis. Romæ, natalis S. Emerentianæ, virginis Christi & martyris, quæ erat collactanea sanctæ Agnetis: & dum oraret ad sepulcrum eius, ac simul orantes à gentium læsione defenderet, lapidata est ab eis.

In Mauritania, ciuitate Neocæsarea, natalis sancti Seueriani & Aquilæ vxoris eius, ignibus combustorum.

*Et alio loco, passio sanctorum Eugenij, Macarij, & Peruluij.

IX. CALENDAS FEBRVARII.

Die 24. De Timotheo Surius Tomo 1. NAtalis sancti Timothei, discipuli beati Pauli Apostoli, qui apud Ephesum à beato Apostolo Episcopus ordinatus, post multos pro Christo agones, dormiuit. Cuius corpus cum reliquijs beati Andreæ, & Lucæ, vigesimo Constantij anno, Constantinopolim translatum est.

Apud Antiochiam, S. Babylę Episcopi & martyris, qui persecutione Decij, postea quàm frequenter passionibus suis & cruciatibus glorificauerat Deum, glorioſæ vitæ finem sortitus est in vinculis. De quo in decimo Ecclesiasticæ historiæ libro, grande narratur miraculum. Nam cùm Iulianus Imperator, ad idolorum cultum conuersus, quodam tempore, Daphnis in suburbio Antiochiæ, iuxta fontē Castalium litaret Apollini, & nulla ex his, quæ quærebat, responsa susciperet, causasq; silentij percontaretur à sacerdotibus, respondērunt, Babylæ martyris sepulcrū prope assistere, & ideò responsa non reddi. Tunc ille venire Galilæos (hoc enim nomine nostros appellare solitus erat) & auferre martyris sepulcrum iubet. Mox igitur Christiani conuenientes, magna exultatione succincti, sustulerunt arcam martyris, psallentes in auribus prophani principis, per sex millia passuum summis vocibus & cum exultatione dicentes: Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulacris sui. Psal. 96.

Item in Neocęsarea ciuitate, natalis sanctorum martyrum Mardonij, Musonij, Eugenij, & Metelli, qui omnes igni traditi sunt, & reliquiæ eorum in Axum fluuium dispersæ.

VIII. CALENDAS FEBRVARII.

Die 25. Act. 9. 22. COnuersio sancti Pauli. Eodem die, natalis sancti Ananiæ apud Damascum, qui beatum Paulum baptizauit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apud Gabalensem ciuitatem, sancti Seueriani Episcopi, mirandæ sanctitatis & doctrinę viri.

De Præiecto Surius Tō.1. Item natalis sancti Præiecti Auernensis Episcopi & martyris.

VII. CALENDAS FEBRVARII.

Die 26. Vide Surii Tomo 1. de Polycarpo. APud Smyrnam, natalis S. Polycarpi Episcopi, qui beati Iohannis Apostoli discipulus, & ab eo Smyrnę Episcopus ordinatus, totius Asię princeps fuit. Post-cà verò regnāte Marco Antonino, & Lucio Aurelio Cōmodo, quarta post Neronem persecutione, Smyrnæ sedēte Proconsule, & vniuerso populo in se acclamationibus excitato, primùm cōpellentibus & deprecantibus eū suis, ad vicinum locum semèl & iterùm succedit. Deindè cōprehensus ab inquisitoribus, apponi eis mensam iubet, atq; eis epulas largiùs ministrari. Horæ vnius spatio ab eis orationis gratia impetrato: instāte hora progreditur. Cumq; interrogaretur à proconsule, si ipse esset Polycarpus: se esse cōfitetur. Ergò, inquit, habeto ætatis tuæ reuerentiam, & parcens vltimæ senectuti tuæ, iura fortunā Cæsaris, gerens de prioribus pœnitudinem, & cōclama, tolle sacrilegos. Tūc Polycarpus, toruo vultu ad populum qui in stadio residebat, adspiciēs, eleuata ad cælum dextera, cum gemitu proclamauit & dixit: Tolle sacrilegos. Sed insistente proconsule, & dicēte, Iura fortunā Cęsaris, & dic in Christum conuicia, & ego dimitto te. Polycarpus ad hæc dixit: Octoginta & sex annis seruio ei, & nihil me lęsit vnquàm, quomodò possum blasphemare Regem meum, qui salutem mihi dedit? Cumq; rursùs vehementiùs vrgeretur, vt fortunam Cæsaris iuraret, ait: Si hanc iactantiam quæritis, vt ego fortunam Cæsaris iurem, & quis sim ignorare te simulas, cum omni libertate audi à me, quia Christianus sum. Replebatur igitur confidentia simul & lætitia, ità vt alacritatem vultus eius, responsionumque constantiam, proconsul maximo stupore miraretur. Missio igitur curione ad populum, iubet voce magna protestari, Polycarpum tertiò confessum, Christianum se esse. Quo audito, vniuersa multitudo, tam gentilium quàm Iudæorū Smyrnensis ciuitatis, cum ingenti furore acclamabat: Hic est totius Asiæ doctor, & pater Christianorum: nostrorum autem subuersor deorum. Ipse est qui multos docet nè immolent, néve adorent deos. Omnesque pariter conclamābāt, vt Polycarpus viuus arderet. Oportebat enim visionem eius, quam de ardente cer-uicali vidit, impleri. Viderat siquidem in visione, quòd ceruical capitis sui flammis esset consumptum. Quæ cùm dicto citiùs gererentur, ipsis populis ligna, vel debalneis, vel de publicis quibusque locis, & sarmenta congregantibus, præcipuè Iudæis ardentiùs ad hæc ex more feruentibus, cum omni velocitate extructus est rogus. Tunc depositis senior indumentis, ac zona resoluta, calceamenta quoquè de pedibus tentabat educere, quæ nūquàm nisi à religiosis quibusque, fide & deuotione ipsis sibi mutuò præueniētibus, resolui cōsueuerant. Ità nanq; in omni reliqua vita sua venerabiliter etiā ab omnibus colebatur. Vt ergò expedita sunt quæ ad ignem pertinebant: cùm eum vellent rogo impositum, etiam clauis stipiti affigere, ait: Sinite me. Qui enim dedit mihi ignis ferre supplicium, dabit vt & sine clauorum affixione, flammas immobiliter perferam. Tunc illi omissis clauis, solis vsi sunt vinculis: quibus post tergum manibus reuinctis, velut electus aries, & ex magno grege assumptus, acceptabile holocaustum omnipotenti oblatus est Deo. Oratione-mque vt compleuit, subijciunt ignem homines ignis æterni. Cumque flamma ingens reluxisset, viderūt miracula omnes, quibus ea Deus videre concessit. Flamma etenim in modum cameræ, curuata specie, quasi velum nauis vento sinuatum, supra corpus martyris stetit. Quod corpus in medio positum non erat vt caro ardens, sed tanquàm si aurum aut argentum in fornace candesceret. Tunc præterea odorem naribus circunstantes hauserunt, tanquàm thuris incensi, vel preciosissimi fragrantis vnguenti. Ad vltimum vidētes scelerum ministri, corpus igni non posse consumi, iusserunt propiùs accedere confectores, & corpus, cui ignis cessarat, mucrone transfodere. Quo facto, tam largus profusus est sanguis, vt restingueret rogum. Populus aūt cum miraculi stupore discessit. Sed æmulus totius boni, satis agere cœpit, vt reliquias eius nemo ad sepulturam concederet: Iudæis in hoc maximè instantibus. Vbi autem vidit centurio obstinatā Iudæorum cōtentionem, positum in medio ipsum corpus exussit: & ità postmodùm ambusta ossa, preciosiorissimis gemmis cariora, & omni auro probabiliora per ignem facta, à fratribus colliguntur, ac sicut conueniebat, ex more conduntur. Quo in loco præstante Domino, so-

Palàm se confitetur Christianū.

Visio eius.

Ab igne nō læditur.

Mucrone confoditur.

no, solennes aguntur celebresq; conuentus. Cum eo etiam alij duodecim ex Philadelphia venientes, apud præfatam vrbem martyrio consummati sunt. Tunc etiā Germanicus, athleta Christi insignis, glorioso martyrij agone translatus est. Nam cùm à Iudice damnatus fuisset ad bestias, vltrò sibi præparatam bestiam prouocauit: despiciens videlicet temporalem mortem, & coronam vitæ æternæ veloci fine adipisci desiderans. Scripsit idem beatus Polycarpus ad Philippenses valdè vtilem Epistolam, quæ vsque hodiè in Asiæ conuentu legitur. Extat Epistola eius ad Philippenses.

Eodem die, sanctorum martyrum Theogenis cum alijs triginta sex. qui contemnentes temporalem mortem, coronam vitæ æternæ adepti sunt.

Item apud Bituricas ciuitatem, beati Sulpitij Episcopi & confessoris, cuius & vita & mors preciosa, gloriosis miraculis commendatur.

VI. CALENDAS FEBRVARII.

Die 27. De Io. Chrysostomo Surius Tō.1. NAtalis sancti Iohannis Episcopi Constantinopolitani, qui Chrysostomus appellatur.

Item beati Marij Abbatis monasterij * Badonensis: cuius vitam plenam virtutibus, vir illustris ac Patritius Dinamius scribit. *Bobacēsis

Et apud Bethleem Iudæ, dormitio S. Paulæ, matris Eustochij virginis Christi. Iré de Paula.

Quæ cùm esset ex nobilissimo senatorum genere, abrenuncians seculo, & opibus suis in pauperes erogatis, Christi consecuta est paupertatem, & apud præfatum oppidulum Dominica natiuitate glorioſum, monasterij virginalis extitit mater. Hujus vitam virtutibus admirandam sanctus Hieronymus scribens, testatur eam longo coronatam esse martyrio. Ad Eustochium Epistola 27.

V. CALENDAS FEBRVARII.

Die 28. De his 14. Decembris Tom. 6. Surij NAtalis sanctæ Agnetis secundò. Et in ciuitate Apollonia, Leucij, Tyrsi, & Calenici martyrum. Qui tempore Decij Imperatoris, sub præsidibus Brictio, Syluano, & Bando, diuersis tormentorum generibus excruciati, primus & vltimus abscisione capitis, medius cælesti voce euocatus, spiritum reddentes, martyrium consummauerunt in Græcia.

Eodem die apud Alexandriam, beati Cyrilli Episcopi, qui catholicæ fidei præclarissimus extitit propugnator.

Item in monasterio Reomensi, depositio sancti Iohannis presbyteri viri Dei.

IIII. CALENDAS FEBRVARII.

Die 29. De his 16. Ianuarij tō. 1. Surij. ROmæ, natalis Papiæ & Mauri militum, tempore Diocletiani. Qui videntes constantiam Saturnini & Sisinnij martyrum, conuersi sunt ad fidem, statimque iussum est à Laodicio præfecto vrbis, vt eorum ora quibus Christum confitebantur, lapidibus contunderentur, & retruderentur in carcerem, vbi baptizati erant à beato Marcello Papa. Quos post duodecim dies eductos, iussit sterni in terram, & fustibus cædi: dein leuatos de terra plumbatis percuti donèc expirarent. Quorum corpora colligens noctu Iohannes presbyter, sepeliuit via Numentana ad nymphas beati Petri, vbi ipse baptizabat. Scriptum est in gestis beati Marcelli Papæ.

De Valerio Surius. Eodem die Treuiris, depositio beati Valerij Episcopi, discipuli sancti Petri Apostoli.

III. CALENDAS FEBRVARII.

Die 30. APud Antiochiam, passio sancti Hippolyti martyris, qui Nouati schismate aliquantulùm deceptus, operante gratia Christi correctus, ad charitatem Ecclesiæ redijt, pro qua, & in qua, illustre martyrium posteà consummauit.

De Matthia Euseb. lib. 4. cap. 5. Hierosolymis, beatissimi Matthiæ Episcopi, de quo mira & plena fide gesta narrantur: qui multa pro Christo perpessus, vltimò in pace vitam finiuit. Hic octauus post Iacobum rexit Ecclesiam.

Item beati Alexandri. Hic Deciana persecutione, pro confessione fidei, iudicijs fistitur, & vinculis carceris traditur. Quique cùm longæuæ ætatis veneranda canicie præfulgeret, postquàm frequenter passionibus suis & cruciatibus glorificauerat Dominum, de vinculis ad tribunalia, & à tribunalibus reuocaretur ad vincula, inter ipsa vicissim sibi succedentia tormenta, bono fine quieuit.

Item natalis sanctæ Aldegundæ virginis.

PRIDIE CALENDAS FEBRVARII.

Die 31. APud Alexandriam, natalis sancti Methrani martyris, quem pagani corre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptum,iubent impia verba proferre: quod ille recusante, omne corpus eius fustibus colliserunt, vultumq́; & oculos acutis calamis terebrantes,extra vrbem cum cruciatibus expulerunt, ibique, qui in eo supererat,spiritum,lapidibus eiecerunt.

Item sanctorum Saturnini, Tyrsi,& Victoris.

S.Vigilij vitam huic adiecimus Tomo. Eodem die apud Tridentinam vrbem,beati Vigilij Episcopi & martyris.

MENSIS FEBRVARII HABET DIES XXVIII. IN BISEXTILI VERO XXIX. LVNAM VIGESIMAM NONAM.

CALENDIS FEBRVARII.

Die 1. De eo vide Sutiũ Tõ.1. ROMAE, natale sancti Ignatij Episcopi & martyris, qui tertius post Petrum Apostolum Antiochenam rexit Ecclesiam. Qui persecutione Traiani damnatus ad bestias, Romam vinctus mittitur. Vbi præsente Traiano,& circunsedente Senatu, pilis plumbeis scapulæ eius primùm contusæ, deindè vngulis latera eius dilaniata, & lapidibus asperis confricata. Qui post expansas manus eius & igni repletas,post papyro oleo infuso & incenso latera eius adusta, post carbones pauimento adspersos, vbi sanctæ plantæ illius steterunt,post lectum flammantem,post dorsum eius vngulis discissum & dilaceratum, post aceto & sale plagas eius perfusas,post vinculis ferreis beata membra illius adstricta, & pedes eius in imo carceris, ligno conclusos,vbi tribus diebus ac noctibus panem non comedens, & aquam non bibens, permansit: Sedente Traiano pro tribunali in amphitheatro, concurrente omni turba Romanorum, ligatus

Obijcitur leonibus S. Ignatius. duobus obijcitur leonibus. Cùm iam vir perfectus bestias rugientes audiret,ardore patiendi ait: Viri Romani,qui hoc certamen spectatis,non sine causa laboraui, nec propter prauitatem hæc patior, sed propter pietatem: frumentum Christi sum: dentibus bestiarum molar, vt panis mundus inueniar. Hæc illo dicente,accurrerunt leones, & ex vtraque parte super eum incidentes; præfocauerunt eum tantummodò, & non tetigerunt carnes eius, vt reliquiæ tuitio essent Romanorum,& magnæ vrbis,in qua Petrus crucifixus est,& Paulus decollatus,ac Onesimus lapidatus. Passus est vndecimo Traiani anno, consulatu Attici & Marcelli, Calendis Februarij. Reliquiæ eius à fratribus,qui eum vsque ad martyrium deduxerunt, Antiochiam relatæ,iacent extra portam Daphniticam,in cœmeterio ecclesiæ: ad sextumdecimum Calendarum Ianuarij illuc delatæ.

Itèm de Pionio vide Surium. Apud Smyrnam, natalis sancti Pionij martyris, qui persecutione Antonini Veri, post insuperabilem responsionum constantiam, & squalorem carceris, vbi multos fratrum ad martyrij tolerantiam suis exhortationibus roborauit, ad vltimum cruciatibus multis vexatus,clauis confixus,& ardenti rogo superpositus, beatum pro Christo finem vitæ sortitus est. Passi sunt cum eo & alij quindecim.

De Ephrẽm & Brigida Surius. Eodem die Ephræm,Edessenæ Ecclesiæ Diaconi.

Itèm apud Scotiam sanctæ Brigidæ virginis, cuius vita miraculis claruit. Quæ cùm lignum altaris in testimonium virginitatis suæ tetigisset,viride factum est.

Eodem die, sancti Pauli Episcopi ciuitatis Trecassinæ, cuius & vita virtutibus claruit,& mors preciosa miraculis commendatur.

IIII. NONAS FEBRVARII.

Die 2. *al. Hypapantu. Act.10. HYpante Domini. Apud Cæsaream, beatissimi Cornelij centurionis, quem beatus Petrus baptizauit: Quique apud præfatam vrbem, Episcopatûs honore sublimatus,quieuit.

De Centurione Sun' ex Metaphr. Aurelianis,depositio sancti Flosculi Episcopi, & sanctæ Sichariæ virginis, Deo sacratæ ibidèm.

13.Sept. Tõ.5 De eo quære 16.Ianuarij Tomo 1. in vita S. Marcelli. Romæ, sancti Amproniani martyris natale. Qui sub persecutione Maximiani Imperatoris cùm præsentâssiet adspectibus Laodicij præfecti beatum Sisinniũ Diaconum eductum de carcere,(Erat enim Commentariensis)& subitò factam lucem de cælo vidisset,vocemq́; pariter hausisset,tremefactus cecidit ad pedes Sisinnij,dicens: Adiuro te per Christum, quem confiteris,nè tardes me baptizare, faciasque me

me pertingere tecum ad coronam. Quem beatus Sisinnius baptizatum ad consignandum sacro Chrismate Marcello Papæ obtulit. Quo Præses comperto, iussit eum capitalem subire sententiam. Perductus itaque via Salaria,miliario secundo, capite truncatus,martyr victorque decessit.

III. NONAS FEBRVARII.

Die 3. IN Aphrica beati Celerini diaconi & cõfessoris. Et sanctorum martyrum Celerinæ auiæ eius, & Laurentini, & Ignatij. Quorum prior patruus, sequens auunculus ipsius fuit. De quorum omnium gloriosis laudibus extat beati Cypriani Epistola, quæ de his inter cætera ità loquitur. Auia, inquit, eius Celerina martyrio coronata est. Itèm patruus eius & auunculus Laurentinus & Ignatius,in castris & ipsi quondàm secularibus militantes: sed veri & spirituales Dei milites,dum diabolũ Christi cõfessione prosternũt, palmas Domini & coronas illustri passiõe meruerunt. Sacrificia pro eis semper(vt meministis)offerimus,quotiès martyrũ passiones & dies anniuersaria celebratione cõmemoramus. Nõ inuenio quẽ beatiorẽ magìs dicam. Vtrum´ne illos de posteritate tam clara,an hũc de origine gloriosa.

Epist.4.lib 5 & lib.2. epistol.5.

In Sebasten ciuitate,passio sancti Blasij Episcopi. Qui multorum patrator miraculorum, sub præside Agricolao, post diutinam cæsionem, post carcerem, atque indè suspensionem in ligno, vbi pectinibus ferreis carnes eius,disruptæ sunt, post iterùm terrimum carcerem, post demersionem laci, vndè superuadens saluus exiuit, iubente iniquissimo iudice, capite ad extremum cum duobus pueris truncatur, felicia Regna cum ipsis ingressus. Ipso autem adhuc agonizante, septem mulieres beatissimæ, quæ guttas sanguinis eius præterfluentes de beatissimis plagis corporis ipsius colligebant,deprehensæ quòd essent Christianæ,post caminum ignis vbi plumbo superinfusæ sunt, post pectines ferreos, quibus carnes earum diruptæ, post æreas tunicas & candentes, nouissimè sententia data, percussæ gladio,datoque precio sanguinis,vitam mercantur æternam.

Surius ex Metaph. de eo.

Septẽ mulieres capite cæduntur.

* Hamburgi, S. Anscari Episcopi &confessoris, Hamburgensis primi Episcopi, & Bremensis Archiepiscopi.

* Viennæ, S. Euentij Episcopi & confessoris.

PRIDIE NONAS FEBRVARII.

Die 4. IN ciuitate Aegypti, quæ appellatur Thamnis, passio beati Philææ, eiusdem vrbis Episcopi, & Philoromi tribuni militum Romanorum: cum quibus etiam innumera fidelium multitudo ex eadem vrbe, pastoris sui vestigia sequens, persequutione Diocletiani, martyrio coronata est. Sedente nanque pro tribunalibus sæuissimo præside, offeruntur innumeri fidelium populi. Quos ille singulos per ordinem confessos se Christianos,capite plecti iubet. Cumque certatim se & sponte confessione præmissa, gladio subijcerent, ille inhumanus & crudelis, nec multitudinis contemplatione, nec virtutis eorũ magnanimitate permotus, nihilominùs omnes cædi capite iubet. Verùm hi constanter & fortiter cum lætitia & exultatione mortem præsentem velut æternæ vitæ principia rapiebant. Denique cùm priores quinque iugularentur, reliqui non desidiæ, aut torpori animos indulgebant, sed psallentes & hymnos Deo decantantes, locum quisque sui martyrij expectabat, vt hæc agentes, etiam extremos spiritus in Dei laudibus exhalarent. O verè mirabilis & omni veneratione dignus grex ille beatorum, turma virorum fortium, corona splendoris gloriæ Christi. Hanc sanè coronam, preciosior lapis, & gemma nobilior adornabat, hanc turmam præibat doctor illustrior, hunc gregem pastor nobilior decorabat: Philæas huic nomen est, qui erat Episcopus vrbis ipsius. Hic nobilitatem primi generis, secundùm animi virtutem de cælestibus trahebat: de terrenis verò, quantùm ad seculum pertinet, primis in Romana Republica honoribus functus. Eruditione quoque liberalium literarum, & omnibus quæ ad animi virtutem pertinent exercitijs, apprimè eruditus. Hic cùm plurimos propinquos & consanguineos nobiles viros in eadem vrbe haberet, frequenter ad præsidem ducebatur: eiusque monitis acquiescere, tot & tantis propinquis exorantibus, respectum habere vxoris, & contemplationem suadebatur habere liberorum: neque in cœpta præsumptione persistere. Aſt ille velut si saxum immobile vnda allideretur, garrientium dicta respuere, animos ad cælum tendere, Deum in oculis habere, parentes & propinquos sanctos martyres & Apostolos dicere. Aderat tunc quidam vir agens

Eccle. hist. lib 8.ca.1.

Innumeri martyres cõfessionẽ præmissa capite plectuntur.

S.Philææ genus & patria.

Constantia eius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

turmam militum Romanorum, Philoromus nomine, qui cùm videret Philææam circundatum lachrymis propinquorum, & præsidis calliditate fatigari, nec tamen flecti aut infringi vllatenùs posse, exclamat: Quid inaniter & superfluè constantiam viri tentatis? Quid cum qui fidem Deo seruat, infidelem vultis efficere? Quid eum cogitis negare Deum, vt hominibus acquiescat? Non videtis, quòd aures eius vestra verba non audiunt, quòd oculi eius vestras lachrymas non vident? Quomodò potest terrenis lachrymis flecti, cuius oculi cælestem gloriam contuentur? Post hæc dicta, cunctorum ira in Philoromum versa, vnam eandemque sententiam, eum cum Philæa subire poscunt. Quibus libenter annuens iudex, vtrunque plecti capite iubet. Passi sunt hij beati martyres sub persecutione Diocletiana.

Philoromus cum Philæa capite cæditur.

NONIS FEBRVARII.

Die 5. De ea fusiùs Metaph. Tō. 1. Surij.

IN Sicilia ciuitate Catanensi, natale sanctæ Agathæ virginis & martyris, sub Quintiano proconsule, Imperatore Decio. Qui consularis vir Quintianus, cupiens multifaria intentione ad eam pertingere, quòd esset nobilissimis orta natalibus, fecit eam arctari, & cuidam matronæ tradi, nomine Aphrodisiæ, quæ habebat nouem filias turpissimas, vt mutaret animum eius. Quæ videns mentem eius immobilem, post triginta dies abijt ad Quintianum, & dixit ei: Faciliùs possunt saxa molliri, & ferrum in plumbi mollitiem verti, quàm ab intentione Christiana, mens istius puellæ reuocetur. Iussit igitur eam Quintianus ad secretarium suum adduci, & sedens pro tribunali, beatissimam Agatham interrogat: Cuius conditionis es? Respondit: Non solùm ingenua, sed ex spectabili genere, vt omnis parentela mea testatur. Cui dixit Quintianus: Si ingenua probaris & nobilis, cur moribus seruilem personam te habere ostendis? Cui beata Agatha: Quia, inquit, ancilla Christi suum, ideò me seruilem habere ostendo personam. Cumque in confessione Christi, fortissimè quæ fidei sunt prosequeretur, iussit eam Quintianus alapis cædi: deindè constantiùs Christum prædicantem, iussit ad carcerem trahi. Agatha autem lætissimè & glorianter ibat ad carcerem, & quasi ad epulas inuitata, ità gaudens agonem suum Deo precibus commendabat. Sequenti die iterùm adspectibus iudicis præsentatur. Quam iussit in eculeo ingenti suspendi, & torqueri. Tunc post talia Agatha iudici respondit: Sicut qui videt quem diù desiderabat, aut sicut qui inuenit thesauros multos, ità & ego delector in his pœnis corporalibus posita. Non enim potest triticum in horreo reponi, nisi theca eius fortiter fuerit conculcata, & redacta in paleas: ità anima mea non potest in paradisum Dei intrare cum palma martyrij, nisi diligenter perfeceris corpus meum à carnificibus attrectari. Iussa est deindè beata Agatha in mamilla torqueri, quam diù tortam fecit impius iudex abscindi. Recipitur beata virgo iterùm in carcerem, vbi neque panis, neque aqua ministraretur ei. Et eccè circa noctem mediam venit quidam senex, qui se medicum esse commemorabat, ferens diuersa medicamenta, quem antecedebat puer luminis portior. Qui inter alia virgini dixit: Consideraui, inquit, & vidi, quia potest salutem tua mamillia suscipere, Cumque illa verbis senis non præberet assensum, putans quòd carnalem vellet ei adhibere medicinam, dixissetque seni inter alia, Habeo Saluatorem Dominum Iesum Christum, qui verbo curat omnia, & sermone solo restaurat vniuersa: subridēs senior, Et me, inquit, ipse misit ad te. Nam & ego Apostolus eius sum, & in nomine eius scias te esse saluandam. Et sic ab oculis eius sublatus est. Post quatuor dies iterùm reducta ad Quintianum est. Qui testas acutas & carbones iussit spargi, & illam nudo corpore supra eos volutari. Et eccè subitò totus ille locus cōmotus est, & pars parietis cecidit, & oppressit duos, Consiliarium iudicis, & amicum eius. Quintianus igitur fugiens, quia ex vno latere terræmotum, & ex altero latere seditionem populi formidabat, iterùm iussit eam in carcerem recipi. Quæ ingressa expandit manus suas ad Deum, & dixit: Domine qui me creâsti, & custodisti ab infantia mea, & fecisti me in iuuentute viriliter agere, qui tulisti à me amorem seculi, qui corpus meum à pollutione separâsti, qui me fecisti vincere tormenta carnificis, ferrum, ignem, & vincula, qui mihi inter tormenta virtutem patientiæ contulisti: te deprecor vt accipias spiritum meum modò, quia tempus est vt me iubeas istud seculum derelinquere, & ad tuam misericordiam peruenire. Hæc dicens, beatum cælo misit spiritum. Cuius sacrum corpus auferentes populi Christiani, posuerunt

Constans animus eiꝰ.

Delectatur pœnis corporalibus.

curatur mamilla ei ab Apostolo.

Multis tormentis affecta, emittit spiritum.

runt conditum aromatibus in sepulcro nouo. Cùm autem collocaretur, venit quidam iuuenis sericis vestibus indutus, quem sequebantur ampliùs quàm centum pueri albati, & pulchri: & introiuit ad locum vbi condebatur corpus sanctæ virginis, & posuit tabulam breuem marmoream, vbi scriptum est, Mentem sanctam, spontaneam, honorem Deo & patriæ liberationem. Et tandiù ibi stetit iisdem iuuenis, donèc sepulcrum cum diligentia clauderetur. Et abscedens non est vlteriùs visus in tota prouincia Siculorum. Vndè non dubitandum quin Angelus Dei fuerit. Quintianus post hæc iter arripuit, vt facultates beatæ Agathæ inuestigaret, & vt teneret omnes de parentela eius: sed Dei iudicio, in medio flumine interijt.

Epitaphiū eius Angelicum.

Quintiani interitus.

Viennæ, beati Auiti Episcopi & confessoris, cuius fide & industria, atque admirabili doctrina, tempore Gundobaldi Regis, ab infestatione Arianæ hæreseos Galliæ defensæ sunt.

VIII. IDVS FEBRVARII.

Die 6.

APud Cæsaream Cappadociæ, natalis sanctæ Dorotheæ virginis, quæ sub Aprione, prouinciæ ipsius præside, primùm eculei extensione vexata, dein palmis diutissimè cæsa, ad vltimum capitali sententia punita est. Cumque egrediens de prætorio duceretur ad mortem, Theophilus quidam scholasticus, ait ad eam: Eià tu sponsa Christi, mitte mihi mala de paradiso sponsi tui. Quæ statim promisit se esse missuram. Vbi ergò vērum est ad locum in quo iugulanda erat, paulisper oratione facta, protulit orarium suum, & vocato ad se quodam puerulo annorum sex, misit Theophilo dicens: Die ei, Dorothea ancilla Dei mittit tibi mala de paradiso sponsi sui Christi. Accipiens ille, & gratias agens quòd petitionem eius implêsset, cœpit sibi faciem tegere, miraque repentè suauitate perfusus est, ità, vt tota mente mutatus, cum grandi exultatione & clara voce sæpiùs replicaret, Benedictum nomen Domini mei Iesu Christi. Ob quam cōfessionem mox & ipse tentus, ac suspensus in eculeo, tanta crudelitate tortus est, vt omnes circunstantes horrescerent. Nouissimè cæso capite martyrium consummauit.

De ea vide Surium To. 1.

Conuersio Theophili.

Is capite cæditur.

Eodem die, natalis S. Antholiani martyris, qui apud vrbem Auernam martyrio coronatus est.

Surius de his Tom. 1.

* Item eodem die, Vedasti & Amandi Episcoporum & confessorum.

VII. IDVS FEBRVARII.

Die 7.

IN Britannijs ciuitate Augusta, natalis sancti Auguli Episcopi & martyris.

Item S. Moysetis venerabilis Episcopi, qui primò quidem in eremo vitam solitariam ducens, meritis ac virtutibus & signis, quæ faciebat per illum Deus, magnificè innotuerat. Qui postmodùm petente Mauuia Saracenorum Regina, Episcopus gentis illius factus, fidei catholicæ custodiuit intemerata consortia, & gentem cui datus fuerat Episcopus, ex grandi parte ad fidem Christi conuertit. Sicque in pace, perfectus in virtutibus, quieuit.

Sozom. lib. 8. cap 38. eccle. hist. de Moysete.

VI. IDVS FEBRVARII.

Die 8.

APud Armeniam minorem, natalis sanctorum Dionysij, Aemiliani, & Sebastiani.

Eodem die, apud Alexandriam, natalis sanctæ Cointhæ martyris. Hanc pagani correptam ad idola perducentes, adorare cogebant. Quæ cùm illa execrans recusaret, vincula pedibus eius innectentes, & per plateas totius ciuitatis eam trahentes, horrendo supplicio discerpserunt.

De Cointhia Dionysius Alex. Eccl. hist. lib. 6. cap. 34.

Item depositio sanctæ Helenæ Reginæ.

V. IDVS FEBRVARII.

Die 9.

ALexandriæ, sanctæ Apolloniæ virginis, cui persecutores, omnes primùm dentes excusserunt. Deindè cùm minarentur, constructo ac succenso rogo, eam se viuam incensuros, nisi cum eis impia verba proferret, illa paululùm, quid ageret, intra semetipsam deliberans, repentè se de manibus impiorum prorupit, & in ignem quem minabantur, sponte prosiliuit.

De S. Apol. Surius To. 1.

IIII. IDVS FEBRVARII.

Die 10.

ROmæ, natalis sanctorum martyrum Zotici, Irenæi, Hyacinthi & Amantij.

* Item Scholasticæ virginis, sororis sancti Benedicti Abbatis, qui vidit animam eius in columbæ specie cælum penetrare.

Vide de ea in vita S. Benedicti ad 21. Martij.

Eodem die in Oriente, sanctæ Sotheris virginis, quæ grauiter & diutissimè alapis

Universidad de Deusto
Biblioteca

alapis cæsa, cùm cætera quoquè pœnarum genera vicisset, gladio martyrium consummauit.

Itèm Romæ via Lauicana decem militum.

III. IDVS FEBRVARII.

Die 11. *al. Simplidij *al. Euphrasiæ *Pristiniano

APud Viennam, sancti *Simplidis Episcopi & confessoris.

Itèm apud Alexãdriam, depositio sanctæ *Euphrosynę virginis, quę in monasterio, mira virtute abstinentiæ & miraculis claruit.

*Apud Lugdunum, natalis S. Desiderij Episcopi & martyris. Hic beatus vir passus est quidem in *Pristiniaco villa, territorio Lugdunensi, decimo Calendas Iunij. Translatus est autè Viennam Episcopatûs sui ciuitatem, tertio Idus Februarij.

PRIDIE IDVS FEBRVARII.

Die 12. Hæc Eulalia alia est ab ea quæ colitur in Decembri.

IN Hispanijs, ciuitate Barcinona, natalis S. Eulaliæ virginis & martyris, quæ passa est tempore Diocletiani Imperatoris, sub præfecto Hispaniarũ Daciano, quandò sub eodem, apud Barcinonam sanctum Çucuphatum, & apud Gerundam sanctum Felicem, gloriosas constat martyrij accepisse coronas. Scriptum est in passione S. Leochadiæ.

In Aphrica, passio sancti Damiani militis. Et eodem die Alexandriæ, Modesti & Ammonij infantum.

IDIBVS FEBRVARII.

Die 13. De Gregor. II. Pontif. Tom. 3. Cõciliorum.

NAtalis Gregorij Papæ II. qui rexit Ecclesiam annos xvj. Leonis & Constantini temporibus. Hic vir castus, in diuinis scripturis eruditus: Hic in Germania per Bonifacium Episcopum, verbum salutis prædicauit. Hic quadragesimali tempore, vt feria quinta iciunium, & Missarum celebritas fieret, quod antea non agebatur, instituit.

Act. 11. 21.

Apud Antiochiam, natalis S. Agabi prophetæ, de quo beatus Lucas in Apostolicis actibus ità dicit: Conuersantibus nobis Antiochiæ, surgens vnus ex Prophetis, nomine Agabus, significabat per spiritum, famem magnam futuram in vniuerso orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio. Et iterùm: Cùm beatus Paulus Hierosolymam Pentecosten facturus pergeret, iamque Cæsaream venisset: Cùm moraremur (inquit Lucas) Cæsareæ per dies aliquot, superuenit quidam vir à Iudęa propheta, nomine Agabus. Is cùm venisset ad nos, tulit zonam Pauli, & alligans sibi pedes & manus, dixit: Hæc dicit Spiritus sanctus. Virum cuius est zona hæc, sic alligabunt in Hierusalem Iudæi, & tradent in manus gentium.

Prophetia S. Agabi.

De Polieucto Surius 9 Ianuarij Tom. 1.

Itèm in Melitena ciuitate Armeniæ, natalis sancti Polyeucti martyris, qui Latinè interpretatur multum orans.

XVI. CALENDAS MARTII.

Die 14. De Valerino Surius Tom. 1.

ROmæ, natalis sancti Valentini presbyteri, qui post multa sanitatum & doctrinæ insignia, fustibus cæsus, & sic decollatus est, sub Claudio Cæsare.

Eodem die, natalis sancti Valentini Interamnensis Episcopi, qui tentus à paganis, ac virgis cæsus, & post diutinam cædem, custodiæ mancipatus, cùm superari non posset, mediæ noctis silentio eiectus de carcere, decollatus est iussu furioſi Placidi, vrbis præfecti. Tunc Proculus, Ephibus, & Apollonius discipuli eius, transferentes corpus eius ad suam ecclesiam Interamnæ ciuitatis, noctu sepelierunt. Vbi cùm quotidianis vigilijs incubarent, renti à gentilibus custodiæ sunt traditi, consulare Leontio: quos ille iussit noctis medio, suis tribunalibus præsentari. Et cùm à fide reuocari nec blandimentis, nec minis possent, iussit capite cædi. Qui non longè sunt à corpore S. Valentini sepulti.

Decollatur cum tribus discipulis.

Itèm apud Alexandriam, natalis sanctorum martyrum Bassi, Antonij, Protolici, qui in mare mersi sunt.

Itèm Cyrionis presbyteri, Moyseos, Bassiani, & Agathonis exorcistæ, qui omnes igne combusti sunt. Itèm Dionysij & Hammonij, decollatorum.

Eodem die Romæ, sanctorum martyrum Vitalis, Feliculæ, & Zenonis.

XV. CALENDAS MARTII.

Dia 15. De Cratone vide gesta Valentini Interã. To. 1. Surij.

ROmæ, Sancti Cratonis martyris, qui cùm haberet filium Cherimonem nomine, scholasticum, qui inciderat in ægritudinem grauissimam, eumque beato Valentino Episcopo Interamnensi ad sanandum obtulisset sub tali conditione, vt si puer sanaretur, ipse cum omni domo sua fieret Christianus: sanato puero, quod promiserat impleuit, atque cum vxore & vniuersa domo baptizatus, non multis

multis pòst diebus, martyrio est consummatus.

In Gallijs, ciuitate Vasionensi, depositio sancti Quinidij Episcopi, cuius mortem in conspectu Domini preciosam miracula crebra testantur.

Libro 1. cap. vlt.

Itèm beati Seueri presbyteri & confessoris, cuius meminit in Dialogo beatus Gregorius.

De his fusiùs Surius Tomo 1.

Brixiæ, natale sanctorum martyrum Faustini & Iouittæ. Qui nobili progenie in ciuitate Brixiana sunt orti. Nam parentes eorum in prædicta ciuitate caput Senatûs fuerunt. Iubente Adriano Imperatore, à quodam Italico comite Rhætiarum in iam dicta vrbe compræhensi, & in carcerem sunt retrusi. Posteà verò Adriano iubente, post multa & diuersa tormenta, traditi sunt ad dilacerandum immanissimis feris, id est leonibus, leopardis, vrsis, atque superbissimis tauris. Sed ipsæ feræ, Domino mitigante, velut agni in mansuetudinem sanctis Dei cõuersæ sunt, ità vt ipsorum pedibus prostratæ, eorum vestigia lingerent, inimicos autem Dei vnà cum ipso Italico, facto impetu interficerent. Nouissimè autem in eculeo alligati, & in igne missi, positi sunt super ollam æneam, in qua hinc indè plumbum liquebatur. Sed ipse ignis nihil sanctos Dei nocuit, inimicos verò illorum, quotquot attingere potuit, vnà cum Pompeio fratre Adriani exussit. Quo viso sanctus Calocerus, qui tunc curam Palatij habebat, credidit cum officio suo ad duodecim millia hominum. Vndè iratus Adrianus ipsis omnibus, excepto Calocero, capita amputari iussit. Deindè admonentibus sanctis Angelis, beatus Apollonius Brixiensis ecclesię Episcopus sanctum Faustinum consecrauit presbyterum, & beatum Iouittam diaconem ordinauit. Post hoc autem iubente Adriano, beatus Faustinus & Iouitta vnà cum sancto Calocero, vincti ferro Mediolanum ducti sunt. In qua ciuitate Adrianus plumbum feruescens & liquescens per fistulas in ora ipsorum trium mitti præcepit. Sed nihil sanctos Dei nocuit. Insuper & oculos beatorum Faustini & Iouittæ iussit auferri. Sed altera die eis oculos Dominus restituere dignatus est. Deindè traditi sunt ipsi tres sæuissimis bestijs, id est tygribus, vrsis, atque superbissimis tauris, sed ipsæ feræ sicut priores, Domino operante, sanctis Dei in mansuetudinem cõuersæ sunt, ex paganis autem maximam multitudinem interfecerunt. Post hæc & alia tormenta, iussit Adrianus cuidam Sapritio primicerio scholæ candidatorum, vt beatum Calocerum in Ambinganum ciuitatem duceret, & ibi eum puniret, si non præceptis eius obtemperaret. Nam ibi amputatione capitis post multa tormenta martyr Christi esset, multo tempore quieuit. Quanuis posteà Angilbertus Archiepiscopus Mediolanensis eum indè transtulerit, & in suæ Diœcesis monasterio, quod vocatur Clauate, summa cum diligentia & honore collocare curauerit. Ipse verò beatus Calocerus cùm in custodiam Ambinganum iret, deuenit in ciuitatem Astensem, & ibi inuenit illustrem virum ipsius ciuitatis, nomine Secundum. Et cùm eidem Secundo Christum prædicaret, & multa de beato Faustino & Iouitta diceret, qualiter Mediolani pro Christi nomine plurima passi in vinculis detinerentur, credidit ipse, & summa cum festinatione venit Mediolanum, & à sanctis Fausto & Iouitta baptizatus in ciuitatem suam reuersus est, & ibi amputato capite, à prædicto Sapritio, Christi martyr effectus est. Post hoc sancti martyres Faustinus & Iouitta, vincti sub custodia cuiusdam Antiochi præsidis, Romam ducti sunt, & ibi diuersis pœnis afflicti, multos ad fidem conuerterunt, plurima per eos Domino faciente miracula. Ibi etiam inuenerunt sanctum Euaristum vrbis Romæ Episcopum, inter sepulcra martyrum latitantem, quem rogauerunt, vt faceret beatum Calimerum, qui per eorum prædicationem, inter plurimos Romanos credidit, in Mediolanensi ciuitate Episcopum. Quo facto, iterùm sub custodia Aureliani comitis ducti sunt Neapolim, & ibi multa ac varia tormenta perpessi, plurimis miraculorum ostensis, Domino iuuante, multos ad fidem conuertunt. Posteà verò manibus pedibusque ligatis, in mare demersi, & ab Angelis Dei liberati, & ad litus deducti sunt. Nouissimè autem iussu Adriani Imperatoris, Brixiam reducti sunt: & ibi à præfato Aureliano, post multa iterùm tormenta, amputatis capitibus, Christi martyres effecti sunt.

12. millia hominũ capite plectuntur.

S. Calocer⁹ decollatur.

Iré sanctus Secundus.

Nouissimè SS. Faustin⁹ & Iouitta.

XIIII. CALENDAS MARTII.

Die 16. De eo Surius ex Metaphra. To. 1.

ROmæ, natale S. Onesimi, de quo beatus Apostolus Philemoni familiares literas mittit. Obsecro (inquiens) te de meo filio, quem genui in vinculis Onesimo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mo,qui tibi aliquandò inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi vtilis, quem remisi. Tu autem illum vt viscera mea susçipe. Quem beatus idem Apostolus Episcopum ordinans, prædicationisque verbum ei committens, apud Ephesiorum ciuitatem reliquit: cui Episcopus post beatum Timotheum & ipse resedit. De quo & beatus Ignatius,Ephesijs scribens Epistolam,ità dicit:Quoniam ego susçepi multitudinem vestram in nomine Domini,in Onesimo dilecto præceptore nostro,vestro autem Episcopo, obsecro eum secundùm Christum Iesum diligere vos, & vos omnes in concordia eius in ipso esse. Benedictus enim Deus qui vobis talibus talem Episcopũ donauit habere in Christo. Hic Romam perductus, atque ibi pro fide Christi lapidatus, sepultus est Christi martyr primùm ibi, deindè ad loca, vbi fuerat ordinatus Episcopus,corpus eius delatum est.

Lapidatur pro fide Christi,S. Onesimus.

De ea Tomo 1. Surij ex Metaph.

Et in Cumis,natale sanctæ Iulianæ virginis, quæ tempore Maximiani Imperatoris, primò à suo patre Aphricano cæsa, & grauiter cruciata, deindè & à præfecto *Eolasio,quem sponsum habuerat, nuda virgis cæsa, & à capillis suspensa, & plumbo soluto,à capite perfusa,ac rursùm in carcerem recepta, vbi palàm cum diabolo conflixit: & rursùs euocata,rotarum tormenta,flammas ignium, ollam feruẽtem superauit,ac decollatione capitis martyrium consummauit. Quæ passa est quidem in Nicomedia,sed post paucũ tempus Deo disponente,in Campaniam translata.

* Eleusio

Eodem die apud Aegyptum,Iuliani,cum alijs,numero quinque millibus.

XIII. CALENDAS MARTII.

Die 17. IN Perside,ciuitate Babylonia,natalis beati Polychronij, Babyloniç,& Ethesiphontis Episcopi,qui præsente Decio persecutore,os lapidibus cæsus,manibus extensis, oculos ad cælum eleuans,emisit spiritum. Scriptum est in passione sancti Laurentij.

In initio scilicet cũ gestis Abdon. Tom.4.

XII. CALENDAS MARTII.

Die 18. Greg.Turo. lib.1. histor. HIerosolymis, beati Simeonis Episcopi & martyris, qui traditur propinquus Saluatoris secundùm carnem fuisse: constat tamen quia Cleophas, cuius filius iste fuit,frater erat Ioseph.

De his in gestis Susannæ Tom.4. Eodem die, sanctorum martyrum Claudij & vxoris eius Præpedignæ,ac filiorum Alexandri & Cutiæ, & fratris Claudij beati Maximi: qui cùm essent præclarissimi generis,agente fratre eorum Gabinio presbytero, baptizati sunt à beato Caio Pontifice Romano,& postmodùm tenti sunt iubẽte Diocletiano, à iudice impio Iulio. Et Claudius quidem,cum vxore sua & filijs,deportatus est in exilium: Deinde incendio concremati,odoriferum sacrificium martyrij Deo reddiderunt, ac sic postmodùm apud Hostiam in mare iactati sunt, quorũ reliquias perquisitas, iuxta ciuitatem sepelierunt.

XI. CALENDAS MARTII.

Die 19. De Gabino similiter in vita Susannç 11. Augusti. ROmæ sancti Gabinij presbyteri, patris beatissimæ Susannæ: qui à Diocletiano diù in custodia vinculis afflictus, preciosa morte cæli gaudia comparauit.

Item sancti Theodori martyris,fratris S.Georgij.

X. CALENDAS MARTII.

Deut.10. APud Tyrum, quæ est vrbs maxima Phœnicis, beatorum martyrum, quorum numerum solius Dei scientia colligit: quos, iubente Diocletiano, Veturius magister militiæ diuersis tormentorum generibus,sibi inuicèm succedentibus,occidit. Primò flagris per omne corpus martyres Dei dilaniabantur,post hæc trade-

Euseb.lib.8. cap.7. & 25. de ipsis. bantur ad bestias: adhibebantur leones,vrsi,pardi, atq; omne ferarum genus. Apri quoquè, sed & tauri,quibus ferro & igni feritas addebatur.Statuuntur denique Dei cultores,nudatis membris, in medio arenæ loco,& bestiæ intra caueas incitatæ, sçuioresque in semetipsis effectæ,proruunt è claustris, replent subitò stadium, circundant ecclesiam martyrum in medio sitam: Circumeunt sæpiùs, & obluſtrant, ac diuinę virtutis ad esse eis custodiam sentientes,procùl ab eorum corporibus abscedunt. Sed ilicò furor qui reprimebatur in belluis, transit in homines: Gladijs ergò peragunt quod bestijs nequiuerunt, & vt in omnibus ostenderent se belluis esse nequiores,prohibebant etiam cadauera mandari terræ, sed iubebant fluctibus dari.Horum gloriosissimam multitudinem, cæliq; exercitum, ducebãt & incitabant ad victoriam,beatissimi Episcopi Tyrannio & Syluanus, qui paruo tempore interposito, bestiarum morsibus martyrium compleuerunt: & * Polenus atque Linus Episcopi, qui igne cum plurimis clericis consumpti sunt. Zenobius quo-

Gladijs occiduntur.

* al. Peleus atq; Nilus.

què,

què, venerabilis presbyter capite cæsus.

De Gall.Suri 16. Octobris. Item in Alemania,beati Galli Abbatis,miræ sanctitatis viri, discipuli sancti Columbani Abbatis.

IX. CALENDAS MARTII.

Die 21. APud Siciliam,sanctorum martyrum septuaginta nouem, qui sub Diocletiano, per diuersa tormenta, confessionis suæ coronam, à Christo sibi paratam percipere meruerunt.

VIII. CALENDAS MARTII.

Die 22. APud Anthiochiam,Cathedra sancti Petri.

Eodem die apud Alexandriam,S.Abilij Episcopi,qui post beatum Marcum secundus Episcopus,tredecim annos sacerdotium ministrauit.

De his omnibus in eccle. historia. Apud Hierapolim,sancti Papiæ Episcopi,auditoris Iohannis Apostoli.

Item beati Aristionis,qui fuit vnus de septuaginta duobus Christi discipulis.

Viennæ,sancti Paschasij confessoris atq; pontificis, admirandæ sanctitatis viri.

VII. CALENDAS MARTII.

Die 23. *al. Syneri APud Syrmium,beati *Syreni monachi,qui cùm tempore Maximiani Imperatoris,vnius ex domesticis eius vxorem,hora incongrua in horto,quem ipse fibi excolebat,deambulantem, acriùs increpando repulisset: iubente Maximiano rentus,& Christianum se esse confessus,capite cæsus est.

Item aliorum sexaginta duorum,qui ibidèm passi sunt.

Scribitur fusè in gestis S.Sebastiani Tom.1. Ipso die, sancti Polycarpi presbyteri & confessoris, qui cum beato Sebastiano plurimos ad fidem Christi conuertit, atque ad martyrij gloriam exhortando perduxit.

VI. CALENDAS MARTII.

Die 24. Act.1. NAtalis sancti Mathiæ Apostoli, qui post assensionem Domini à beatis Apostolis sorte electus,atque in locum Iudæ proditoris subrogatus,apud Iudęam Euangelium Christi prædicauit.

Apud Hierosolymam,Inuentio capitis præursoris Domini,tempore Martiani Principis,quãdò isdem præcursor duobus monachis, vbi idem caput eius celatum iaceret,reuelauit. Constat autem quia imminente festiuitate paschali fuerit, sicut in Euangelio apparet,decollatus: Et anno post hunc sequente cùm denuò tempus paschale redijsset, mysterium Dominicæ passionis esse completum. Et propterea quod in libro sacramentorum natale eius iiij. Calend. Septembris notatum est,& in martyrologio,quod Eusebij & Hieronymi vocabulis insignitum est,legitur. iiij. Calend. Septembris in Edissa ciuitate, Phœnice prouincia natale sancti Iohannis Baptistæ die quo decollatus est,non specialiter ipsum diem decollationis eius, sed diem potiùs,quo caput eius in eadem Edissa ciuitate repertum,atque in ecclesia est conditum, designatur. Siquidem duo monachi orientales venerãt adorare Hierosolymis,& loca sancta videre. Quibus per reuelationem assistens idem præcursor Domini præcepit,vt ad Herodis quondàm Regis habitaculum accedentes, caput suum ibi requirerent, & inuentum digno honore reconderent. Quod ab eis inuentum, & assumptum, sed non multò pòst culpa incuriæ perditum, perlatum est Edissam ab illis, & in quodam specu, & in vrna sub terra non pauco tempore ignobiliter reconditum, donèc denuò sese suumque caput ostendit Marcello cuidam religioso presbytero & monacho, dum in eodẽ specu habitaret. Ex quo tempore cœpit in eadem ciuitate beati Præcursoris decollatio ipso die,quo caput eius inuentum sine eleuatum est, celebrari.

De his omnibus fusiùs 4. Calendas Septembris Tom.4.

Item apud Cæsaream Cappadociæ, natalis beati Sergij martyris, cuius gesta præclarissima habentur.

V. CALENDAS MARTII.

Die 25. APud Aegyptum, natale sanctorum Victorini, Victoris, Nicophori, Claudiani,Dioscori,Serapionis,& Papiæ,sub Numeriano Imperatore,agente Sabino duce. Quorum primus in pilam ex robore cauam, & vndiquè circunforatam missus, ac per singula foramina diutissimè transpunctus est. Cumque nimius sanguis efflueret, eductus è pila capite cæsus est. Secundus manibus ac pedibus amputatis, in eandem pilam missus, prioris tormenta sustinuit, & nouissimè gladio cæsus est. Tertius cùm vltrò in pilam fuisset ingressus, indignatus iudex iussit cum indè produci, & super craticulam prunis substratam aliquantispèr assari &

Hi sancti varijs pœnis interimuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuerti. Cumque in confessione persisteret, sublatus indè, minutatim gladio concisus, spiritum reddidit. Reliquorum quatuor, Claudianus & Dioscorus flammis incensi, Serapion & Papias gladio consumati sunt.

IIII. CALENDAS MARTII.

Die 26. De Nestore fusius Surius Tom. 1.

IN ciuitate Pergen Pamphyliæ, natale beati Nestoris Episcopi. Qui persecutione Decij cùm die noctuque orationi insisteret, postulans vt grex Christi custodiretur, comprehensus à quodam Irenargo, qui erat princeps curiæ ciuitatis, vel lutaries sine macula oblatus est præsidi Polioni. Et cùm nomen Christi mira libertate & alacritate confiteretur, deos autem gentium dæmonia pessima esse memoraret, & iussus ab eodem præside suspendi in eculeo, & crudelissimè torqueri, lætus psallebat dicens: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Præses verò stupens super tanta tolerantia, & volens eum blandis verbis à fide reuocare, dixit ei: Vis esse nobiscum, aut cum Christo tuo? Cui sanctus Nestor cum magno gaudio respondit, dicens: Cum Christo meo & eram, & sum, & ero. Tunc indignatus præses dedit aduersùs eum sententiam, vt qui Iesum Crucifixum sub Pontio Pilato fateretur, tanquàm deuotus Deo suo, illius subiret sententiam, & ligno crucifixus resolueretur à vita. Ille gratias agens Deo, cùm iam affixus esset patibulo, docebat assistentem populum Christianum, vt persisteret in fide & charitate Christi, & libentissimè comparerentur, vt & simul glorificarentur. Post hæc petens omnem adstantem turbam fidelium, vt genua flectentes orarent cum ipso: cùm complesset orationem, & dixissent omnes, Amen, reddidit spiritum. Consummauit autem martyrium quinta sabbati, hora tertia.

Psal. 33.

S. Nestor more Christi crucifigitur.

De eodē lib. Eccle. hist. 10. cap. 1. & Rufinus lib. 1. cap. 1.

Eodem die, beati Alexandri, Alexandrinæ ciuitatis Episcopi, glorioſi senis, qui post beatum Petrum, Arium presbyterum suum, hæretica impietate depranatum, & diuina veritate conuictum, de Ecclesia eiecit: & posteà, inter trecentos decem & octo patres, eundem in Niceno concilio damnauit.

III. CALENDAS MARTII.

Die 27. De eo Greg. in initio Moraliū.

APud Hispaniam, ciuitate Hispali, sancti Leandri Episcopi & confessoris, ad quem beatus Gregorius libros Moralium scribit, cuius prædicatione & industria, tota Gothorum gens per Recharedum Regem ab Ariana impietate conuersa est. Quinetiam fratrem eius Erminigildum Regem, viuente adhuc patre hæretico, ab eadem Ariana hæresi ad Catholicam fidem correxit: atque vsque ad glorioſam martyrij passionem suis exhortationibus perduxit.

De eo Dionys. Alexād. apud Euseb. lib. 6. cap. 34

Item eodem die in Alexandria, natalis sancti Iuliani martyris, qui cùm ità podagra constrictus esset, vt neque incedere, neque stare posset, cum his qui eum in sellula portabant, iudici offertur: quorum vnus quidem statim negauit, alter nomine Eunus, cum Iuliano sene in Domini confessione perdurat. Quique iubentur camelis impositi, per totam circunduci vrbem, & flagris, hinc inde insistante populo, laniari, vsquequò finem ipsis verberibus sortirentur.

Item apud Lugdunum, sancti Baldomeri viri Dei, cuius sepulcrum crebris miraculis illustratur.

PRIDIE CALENDAS MARTII.

Die 28. *Virensibus De eo Suri* Tom. 1.

IN territorio Lugdunensi locis * virentibus, beati Romani Abbatis, qui primus illic vitam eremiticam duxit, & multis virtutibus ac miraculis clarus, plurimorum posteà pater extitit monachorum. Venerabile corpus eius situm est in finibus Vesuntionum.

MAR-

MARTIVS HABET DIES XXXI. LVNAM TRICESIMAM.

CALENDIS MARTII.

Die 1. De his fusius in vita S. Valentini presbyteri, Tom. 1. 14. Februarij.

ROMAE, sanctorum martyrum ducentorum sexaginta, temporibus Claudij, qui via Salaria arenam fodientes, damnati sunt pro Christi nomine, quos iussit Claudius vt in figlina foris muros portæ Salariæ mitterentur, & eo loco inclusi, in ciuitatis amphitheatro militum sagittis interficerentur.

* Eodem die Suuitberti Episcopi & confessoris. De Suuitb. Surius To. 2.

VI. NONAS MARTII.

Die 2.

ROmę, Simplicij Papę, qui sedit annis quindecim. Hic Acacium Constantinopolitanum Episcopum, & Petrū Alexandrinū Episcopum Eutychianos damnauit.

Item Romæ via Latina, sanctorum martyrum Iouini & Basilei, qui passi sunt sub Gallieno & Valeriano Imperatoribus.

Eodem die, martyrum plurimorum, sub Alexādro Imperatore passorum, quos diù cruciatos, impius Alexander capitali sententia in extremo damnauit.

V. NONAS MARTII.

Die 3. De his Surius ex Prudentio.

NAtalis sanctorum martyrum Hemiterij & Chelidonij, qui primùm apud Legionensem Galæciæ ciuitatem milites, exurgente persecutionis procella, pro confessione nominis Christi plurimis afflicti tormentis, Calagurrim vsq; perducti, atque ibi martyrio coronati sunt. Cumque capita lictores inciderent, miraculum populis magnum apparuit. Nam vnius annulus, orariumque alterius nube susceptum, & in cælos euectum est. Viderunt hæc omnes qui aderant, & vsquequò acies oculorum intendere potuit, fulgorem auri, candoremque lintei, attonito sequebantur intuitu. Scribit autem hæc Aurelius Clemens in libro Coronatorum.

De his Suri* ex Eusebio, Eccl. hist. li. 7. cap. 14

Apud Cæsaream Palæstinæ, sanctorum martyrum, Marini militis, & Asterij senatoris, sub persecutione Valeriani: quorum prior, cùm accusatus fuisset à commilitonibus, quòd Christianus esset, & interrogatus à ludice, Christianum se esse clarissima voce testaretur, tres illi horę ad deliberādum indultæ sunt. Cumque à tribunalibus fuisset egressus, à beato Theoteeno, eiusdem vrbis Episcopo, plurimùm in fide confortatus, repetens continuò tribunal ludicis, cōfidentissimè respondit: Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Ilicò martyrij coronam, capitis abscisione suscepit. Cumque præfatus Asterius capite truncatum martyris corpus subiectis humeris & substrata veste qua induebatur exciperet, honorē quem martyri detulit, continuò ipse martyr accepit. Scriptum est in historia Ecclesiastica libro septimo.

Act. 5.

IIII. NONAS MARTII.

Die 4. Pontificale cap. 23.

NAtalis sancti Lucij Papæ & martyris, qui persecutione Valeriani & Gallieni, ob fidem Christi exilio relegatus, & postmodùm diuino nutu ad Ecclesiam suam redire permissus, martyrium capitis obtruncatione compleuit. Positus via Appia ad sanctum Sixtum. Hic præcepit, vt duo presbyteri & tres diaconi in omni loco Episcopum nō desererent, propter testimonium ecclesiasticum. Sedit autem in Episcopatu annos tres, menses tres, atque dies tres.

Item Romæ via Appia, sanctorum martyrum nongentorum, qui positi sunt in cœmeterio ad sanctam Cæciliam.

Eodem die sancti Caij, Palatini, in mare mersi.

III. NONAS MARTII.

Die 5. Suri* ex Tuton de eo, Tom. 2. Iste Phocas alius est ab eo, cuius mentio fit 22. Septēb.

APud Antiochiam, passio sancti Phocæ martyris, qui post multas, quas pro nomine redemptoris est passus iniurias, qualiter de antiquo illo serpēte triumphauerit, hodiè quoquè populis declaratur. Deniquè si in quempiam in his locis coluber morsum stringēs, venena diffuderit, exemplò qui percussus est, vt ianuam basilicæ martyris credens attigerit, euacuata virtute veneni, saluatur.

Item ipso die, sancti Eusebij Palatini, & aliorum nouem martyrum.

PRIDIE NONAS MARTII.

Die 6.

NIcomediæ, natalis sanctorum Victoris & Victorini, qui per triennium cum Claudi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Claudiano,& Bassa vxore eius,tormentis afflicti & retrusi in carcerem,ibidem vitę suæ cursum impleuerunt.

NONIS MARTII.

Die 7. De his Possidius in Indiculo.

IN Mauritania ciuitate Thuburbitanorũ, natale sanctarũ Perpetuæ & Felicitatis martyrum,& cum eis Reuocati,Saturnini,& Secundoli,quorũ vltimus in carcere quicuit. Reliqui omnes ad bestias traditi, sub Seuero principe, die natalis eius. Quiq; dum adhuc seruarẽtur in carcere, & Felicitas parturiret, omniũ sanctorum precibus impetratũ est,vt octauo mense pareret.Iam verò Perpetuę interalia concessum est,vt eius mens quoquo modo auerteretur à corpore,in quo vaccę impetũ pertulit, ità vt adhuc futurum expectaret,quod in se iam gestum esse nesciret.

VIII. IDVS MARTII.

Die 8. Hieron.de viris illust. cap.78.

APud Carthaginem,sancti Pontij, diaconi beati Cypriani Episcopi, qui vsq; ad diem passionis eius cũ ipso exiliũ sustinẽs, egregiũ volumen vitæ & passionis reliquit,atq; Dominũ in passionibus suis semper glorificãs,coronã vitę promeruit.

VII. IDVS MARTII.

Die 9. Hier. de viris illustrib. cap.138.& 116.

APud Nyssenam ciuitatem, S.Gregorij Episcopi, fratris beati Basilij Cęsareẽsis, viri doctissimi & eloquentissimi.

Apud Barcinonam, S. Paciani Episcopi, tam vita quàm sermone clari,qui optima senectute mortuus est Theodosij principis tempore.

VI. IDVS MARTII.

Die 10. Euseb.lib.5. cap.15. Ruffinus 16.

NAtalis sanctorum martyrum, Alexãdri & Caij de Eumenia, qui apud Apamiam, persecutione Antonini Veri, martyrio coronati sunt, vt scribit Apollinaris Hierapolitauus Episcopus, in libro aduersùm Caraphrygas.

In Perside, natalis sanctorum martyrum numero quadraginta duorum.

V. IDVS MARTII.

Die 11. De his Suri' ex Basilio & Meraph. 9. Martij, Tomo 2.

APud Sebasten Armeniæ minoris,natalis quadraginta militũ, tempore Licinij Regis,sub præside Agricolao. Qui post vincula & carceres ereberrimos, post cæsas lapidibus facies, missi sunt in stagnum, vbi gelu cõstricta corpora eorũ nocte dirumpebantur. Vnus autem de numero quadraginta, effectus pusillanimis, refugit ad balneum: & mox vt attigit calorẽ,statim resolutus reddidit spiritũ. Quod videntes cæteri,in laudes omnipotentis Dei, sancti Spiritus gratia confortati, erumperunt.Et circa horam tertiam noctis resplenduit velut sol lumen feruens, & glacies dissoluta est.Porrò qui eos custodiebant somno grauabãtur,clauicularius tamen solus vigilabat.Qui audiens eos orantes, videnscq; tantam lucem,atq; glaciem dissolutã,respiciens vnde eorũ lux ipsa veniret,vidit super sanctos coronas decentes numero triginta nouem. Cœpitq; cogitare secum,dicẽs: Quadraginta sunt, vnius corona vbi est? Expergefaciens itaq; reliquos custodes, proiecit vestimenta sua in facies eorum,& exiliuit in stagnum,clamans & dicẽs: Christianus sum, Christianus sum. Manè autem facto,impijssimi tyranni satellites inuenerunt clauicularium ipsum connumeratum martyribus,vndè vnus ceciderat. Cumq; verè fidelem eum reperissent, eosdemq; omnes traxissent ad litus, baculis crura eorũ confregerunt,atq; ità crurifragio martyriũ consummauerunt. Nomina verò horum martyrum hæc sunt: Domitianus,Eunoicus,Sisinnius,Eraclius,Alexander, Iohannes,Claudius, Athanasius, Valẽs,Helianus,Meliton,Heditius,Achatius, Vibianus, Helius,Theudolus,Cyrillus,Flauius,Seuerianus,Cyrion, Valerius,Chudion,Sacerdon, Priscus, Eutichius, Smaragdus, Philoctimon,Aetius, Micallius, Lisimachus, Donnus,Theophilus,Euthicius,Xantius,Aggius, Leontius,Ysitius, Caius, Gorgonius,Candidus. Quorum vnus Meliton nomine cùm esset omnium ætate minor, & cruribus fractis adhuc superuiueret, timens beatissima mater, quæ martyribus adstabat,nè in cruciatibus deficeret,virili animo hortabatur eum,dicens: Fili, modicum sustine,eccè Christus ad ianuam stans adiuuat te. Cumque sanctorum corpora birotis superposita ferrent ad incendendum ministri diaboli, videns pia mater solum filium relictum, quem ministri ad hoc reliquerant, quia sperabant eius animum posse culturis dæmonum inclinari, si viueret, tollens cum super humeros suos virili gressu sequebatur vehicula. Cumque ferretur puer, inter amplexus maternos animam cælo reddidit. Peruenienscque mulier ad locum, vbi sanctorum corpora cremabãtur,iecit super ossa martyrũ,vt morte etiã & sepultura martyribus sociaretur. Combusta sunt igitur corpora eorũ, & in fluuiũ proiecta.Sed diuina

S. Martyres crurifragio occumbũt.

Diuino nũtu sanctorũ reliquiæ reperiuntur.

diuina dispensatione reliquiæ eorũ integræ sunt repertæ, & honore digno cõditæ.

IIII. IDVS MARTII.

Die 12.

ROmæ, depositio sancti Gregorij Papæ, qui nobili genere liberalibus artibus eruditus est. Deindè defunctis parentibus sex in Sicilia monasteria construens, septimum intra Vrbis muros constituit. In quo ipse post secularem habitum multis fratribus aggregatis,sub Abbatis imperio strenuè militauit, & suæ nobilitatis lineam moribus extulit, probis actibus decorauit.Nam qui antè sericis vestibus acgemmis micantibus per vrbem solebat procedere trabeatus, pòst vili contectus tegmine, ministrabat pauperipse pauperibus. Quibus monasterijs tantum de reditibus prædiorum delegauit, quantum posset commorantibus ad quotidianum victum sufficere,reliqua verò vendidit, ac pauperibus erogauit. Deindè coactus & multùm renitens, factus vrbis Romæ summus Pontifex, Anglorum gentem ad fidem conuertit, directis videlicet sui monasterij monachis,Mellito, Augustino, atque Iohanne, & cum eis alijs plurimis fratribus. Rexit autem gloriosissimè Romanam Ecclesiam annis tredecim, mensibus sex,& diebus decem. Augmentauit etiam in precatione Canonis: Diesque nostros in tua pace dispone &c.

De eo vide Surium To.1.

Conuertit Anglos.

Item Romæ, Innocentij Papæ, qui rexit Ecclesiam annis quindecim, mensibus duobus,diebus verò 21. Hic constitutum fecit de ecclesia: & Pelagium atque Cælestium hæreticos damnauit,& constituit vt qui natus fuisset de Christiana, per baptismum renasceretur,quod Pelagius damnabat.

De eo Pontificale cap. 42.

Apud Nicomediam,beati Petri martyris,qui vnus fuit ex Dorothei & Gorgonij martyrũ sodalibus,qui in cubiculo Regis erant. Hic iubente Diocletiano,eo quòd de immensis martyris sancti Nomæ supplicijs liberiùs causaretur, in medium educitur, atque immolare compellitur. Abnuens, imperatur appendi, & flagris toto corpore laniari: videlicet vt doloris necessitate faceret, quod præcipiebatur inuito. At ille cùm maneret immobilis, visceribus iam pelle nudatis, iubetur aceto & sale perfundi. Cumque etiam id tormenti genus constanter ac fortiter tolerâsset, craticula prunis superstrata poni iubetur in medio, ibique quod reliquum fuerat in verberibus absumpti corporis superponi: & non ad subitum, sed sensim paulatimque succendi: quò scilicet pœna protelaretur in longum. Cumq; ministri scelerum,hinc modò corpus,modò indè versantes,per membra singula pœnas inciperent, & supplicia renouarent, sperantes ab eo elicere se posse consensum: ille firmus in fide,& quasi in spe consumptis iam & igne resolutis carnibus suis, vltimũ spiritum in fide lætus exhalat. Tali Petrus (hoc enim & nomen eius) martyrio decoratus, verè Petri extitit & fidei hæres & nominis.

De eo Suri' ex lib.8. Eccl. hist.cap.6.

S. Petrus post multa supplicia, feliciter obit.

Item Nicomediæ,natalis sanctorum Egdunij presbyteri,& aliorum septem, qui diebus singulis suffocati sunt, vt cæteris metus incuteretur.

Eodem die, passio sancti Mamiliani martyris.

* In Aphrica,Iohannis & aliorum quadraginta quatuor.

* Romæ,depositio SS.Innocentij & Rasi Episcoporum.

III. IDVS MARTII.

Die 13.

APud Nicomediam,natalis sanctorum Macedonij presbyteri, & Patriciæ vxoris eius, & filiæ Modestæ.

Nicea ciuitate, sanctorum martyrum Theuseræ & Horris filij eius, Theodoræ, Nymphodoræ,Marci, Arabiæ,qui omnes igni traditi sunt.

PRIDIE IDVS MARTII.

Die 14. De his fusiùs in passione Processi, 2. Iulij.

ROmæ,passio sanctorum martyrum quadraginta & septem,qui baptizati sunt à beato Petro Apostolo,cùm teneretur idem Apostolus in custodia Mamertini,cum coapostolo suo Paulo,vbi nouem menses detenti sunt. Qui omnes sub deni,cum coapostolo suo Paulo,vbi nouem menses detenti sunt. Qui omnes sub denotissima fidei confessione,Neroniano gladio consumpti sunt.

Pontifica.93 Tom. 3. Cõciliorum.

Eodẽ die, Zachariæ Pontificis, qui Romæ sedit annos decem.Hic in patriarchio B.Georgij martyris caput reperit in capsa reconditũ,in qua epitaphium pariter inuenit,hoc ipsum Græcis literis exaratum. Sepultus est in ecclesia S.Petri Apostoli.

IDIBVS MARTII.

Die 15.

APud Thessalonicam ciuitatem,natalis sanctæ Matronæ, quæ cùm esset Plautillæ cuiusdam viduæ ancilla, & occultè Christum colens, quotidiè furtiuis orationibus ecclesiam frequẽtaret, deprehensa à domina sua, & in scamno extensa & ligata,& penè vsque ad mortem flagellata, atq; ità vincta in scamno, obsignatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis diligentissimè ianuis, per noctem relicta, ibi die altero diuinitùs soluta, ac cum ingentiori gratia orans, inuenta est. Rursumque neruis crudis in eodem scamno constricta, & loris quousquè obmutesceret cesa est, ibique per triduum obsignatis ianuis relicta. Facta autem die tertia, iterùm soluta diuinitùs, & orans inuenta est.

S. Matrona interficitur. Tunc robustis fustibus vsque ad mortem cæsa, in confessione Christi incorruptum spiritum reddidit.

XVII. CALENDAS APRILIS.

Die 16. De eo in gestis Marcelli Papæ 16. Ianuarij, Tom. 1. ROmæ, natale sancti Cyriaci Diaconi, qui post lõgam carceris macerationem, quam sub Maximino pertulit, cum Sisinnio condiacono suo, & Smaragdo & Largo, post multa facta miracula, in quibus filiam Diocletiani Artemiam, ipsius rogatu à dæmonio liberauit ac baptizauit. Filiam quoquè Saporis Regis Persarum Iobiam, missus illò pro hoc à Diocletiano, æquè liberauit à dæmonio, acbaptizauit cum ipso Rege, & alijs quadringentis triginta. Rediens Romam post mortem Diocletiani, tentus est inter alios Christianos à filio eius Maximino, & in custodiam missus, eo quòd sororem suam Christianam fecisset. Deindè præcepit, vt die processionis suæ nudus, catenisque obligatus, ante rhedam eius traheretur. Et post hoc, eductus de carcere, cum socijs Largo, Smaragdo & Crescẽtiano, per Carpasium vicarium, pice reliquata caput eius perfusum est. Et rursùm post dies quatuor, eductus denuò de carcere, in catasta distensus, ac tractus, neruis & fustibus cesus, post dies aliquot iubente Maximino capite truncatus est, cum Largo & Smaragdo, & alijs viginti. Scriptum est in gestis Marcelli Papæ. Porrò ipso tempore Maximinus interfecit sororem suam Artemiam.

S. Cyriacus cum socijs capite plectitur.

Item apud Viennam, sancti Isicij Episcopi.

Surius de eo Tom. 2. 16. Martij. * Eodem die, sancti Heriberti Colonien sis Archiepiscopi, vita & miraculis glorioſi, in monasterio Tuicien si quiescentis.

XVI. CALENDAS APRILIS.

Die 17. Beda To. 3. IN Scotia, natale sancti Patricij Episcopi & confessoris, qui primus ibidèm Christum euangelizauit.

Eodem die, natalis sanctæ Gertrudis virginis.

Surius de Gertrude Tom. 2.

XV. CALENDAS APRLIS.

Die 18. NAtalis sancti Alexandri Episcopi, qui de Cappadocia ciuitate sua veniens, cùm desiderio sanctorum locorum Hierosolymam pergeret, & Narcissus Episcopus eiusdem vrbis iam senex regeret ecclesiam: & ipsi Narcisso, & multis Clericis eius reuelatum est, altera die manè intrare Episcopum, qui adiutor succederet dotalis cathedræ esse deberet. Itaque re ità completa, vt prædicta fuerat, cunctis in Palæstina in vnum congregatis, adnitente vel maximè Narcisso, Hierosolymitanæ ecclesiæ cum eo gubernaculum susce pit. Quiq; persequutione Decij, cùm iam longæuæ ætatis veneranda canicie præfulgeret, ductus Cæsaream, & clausus carcere, ob confessionem Christi martyrio coronatus est.

Surius de eo Tom. 2.

XIIII. CALENDAS APRILIS.

Die 19. APud Penarensem vrbem, natale beati Iohannis magnæ sanctitatis viri, qui de Syria oriundus peruenit ad Italiam. Cumque quæreret locum habitationis suæ, orationem fudit ad Dominum: Te deprecor Domine, qui lumen es verum, si prosperum facis iter meum, hoc mihi signum fiat, Vbicunquè ambulauero, si Psalterium meum dedero, & eadem die mihi redditũ fuerit, ibi sit permansionis meæ locus. Factum est. Recepit eum hospitio matrona quædam, cui vir Dei Psalterium suum dedit, requisiuit, eique mox à muliere redditur. Hoc itaque signo vt statim onem suam ibi vir Dei faceret confirmatur, ac indè nõ longè plus minúsve quàm duarum sagittarũ progressus, habuit Angelum Dei obuium, qui ei dixit: Serue Dei, hic tibi locus permansionis à Domino parabitur. Erat autem hyems, & sedebat vir Dei sub arbore. Venatores verò cùm per locum transitũ facerent, viderũt eum sedentem, atq; arborẽ illam iuxta illum folijs vestitam. Requirẽtes autẽ virũ quis esset, ob Domini seruitium se de vltramarinis partibus, locisve venisse, morariq; hic velle respõdit. Nunciantibus igitur illis, famaq; vitam beati viri longiùs spargente, tanta frequentia populi Dei vndequaq; illuc aduenit, vt monasterio facto congregatio magna seruorum Dei simul habitantium ibi fieret. Cui præfuit multis claruş virtutibus beatus Iohannes xliiij. annos, & requiescẽs in pace, depositus est xiiij. Cal. Aprilis in loco vbi præstantur beneficia Dei vsque in hodiernum diem.

Arbor media hyeme frondescit.

S. Iohannis Abbatis felix exitus.

Eodem

Eodem die apud Surentum, sanctorum Quinti, Quintilli, Quartillæ, Marci, cum alijs nouem.

De Ioseph vide Surium. * Item eodem die S. Ioseph nutritoris Domini.

XIII. CALENDAS APRILIS.

Die 20. IN Britannijs, sancti Cuthberti, qui ex anachorita, Ecclesiæ Lindisfarnensis Antistes, totam ab infantia vsque ad senium vitam, miraculorum signis inclytam duxit. Cuius dum vndecim annis maneret corpus humatum, incorruptum posthæc, quasi eadem hora defunctum, simul cum veste qua tegebatur inuentum est. Scripsit venerabilis Beda presbyter in libello de vita ipsius.

Habetur To mo 2. Surij nostri. * Item natalis S. Archippi commilitonis beati Pauli Apostoli.

XII. CALENDAS APRILIS.

Die 21. Lib. 2. Dial. Vide Surium. APud Cassinum castrum, natale sancti Benedicti Abbatis, cuius vitam miraculis gloriosam, in Dialogorum libris beatus Papa scribit Gregorius.

Eodem die beati Serapionis anachoritæ.

Et in territorio Lugdunensi, sancti Lupicini Abbatis, cuius vita sanctitatis & miraculorum gloria illustris fuit. Corpus eius in finibus Vesuntionum, apud Laconense monasterium celebratur.

XI. CALENDAS APRILIS.

Die 22. IN Gallijs ciuitate Narbona, natale S. Pauli Episcopi & confessoris, discipuli Apostolorum: de quo pleniùs suprà vndecimo Calendas Februarij scripsimus.

* Item sanctarum virginum Herlindæ & Relindæ sororum.

X. CALENDAS APRILIS.

Die 23. De ijs Victor Africanus lib. 3. IN Aphrica, sanctorum martyrum Victoriani, Frumentij, & alterius Frumentij, & duorum germanorum, qui omnes persecutione VVandalica, sub Hunerico Rege Arianorum, apud Aphricam pro constantia catholicæ confessionis immanissimis supplicijs excruciati, egregiè coronati sunt.

* In Antiochia, S. Theodori presbyteri & martyris.

IX. CALENDAS APRILIS.

Die 24. S. Pigmenius cæcus. ROmæ, natale sancti Pigmenij presbyteri. Hic Iulianum apostatam & impium à puero nutriuit, & literis etiam sacris erudiuit. Sed factus Imperator culturam pietatis postquàm reliquit, audito quòd corpora sanctorum martyrum, qui ab eo necabantur, idem Pigmenius sepeliret, mandauit ei, Perge quò volueris: Hic enim non mercabitur vita tua, quam tamen seruitijs tuis reddo, non tibi. Tunc sanctus Pigmenius perrexit ad Persidem, vbi demoratus aliquantisper factus est cæcus. Indè monetur in somnis à Domino, vt reuerteretur Romam. Cumque post quatuor menses reuersus, cliuum sacræ viæ cum vno puero stipem peteret, aurea sedentem. Qui eminùs conspiciens Pigmenium, vocari eum præcepit, dixitque ei: Gloria diis deabusque meis, quia te video. Cui vir Dei Pigmenius ilicò respondit: Gloria Domino meo Iesu Christo Nazareno Crucifixo, quia te non video. Præcipitatur in Tyberim. Gloria Domino meo Iesu Christo Nazareno Crucifixo, quia te non videndo consenderet, factum est vt offenderet Iulianum Imperatorem in rheda deo. Ad hanc vocem iratus Iulianus, iussit eum per pontem in Tyberim præcipitari. Cuius corpus inuentum & collectum, sepultum est in cœmeterio Pontiani, non longè à sanctis Abdon & Sennes.

VIII. CALENDAS APRILIS.

Die 25. Aug. li. 4 de Trinit. c. 5. Act. 13. HIerosolymæ, Dominus noster Iesus Christus crucifixus est. Et in eadem ciuitate, passio sancti Iacobi Apostoli, sicut in Actibus Apostolorum scribitur.

Eodem die, immolatio Isaac: & transitus filiorum Israel per mare rubrum: Et victoria Michaëlis Archangeli contra draconem.

Apud ciuitatem Galilææ Nazareth, Annunciatio Dominica. Et in Nicomedia, natalis S. Dulæ, ancillæ militis, quæ pro castitate occisa est.

Vide suprà 14 Februarij To. 1. Surij. Romę, sancti Cirini, qui interfectus à Claudio, & in Tyberim iactus, in insula Lycaonia inuentus, & in cœmeterio Pontiani conditus est. Scriptum in passione sancti Valentini presbyteri.

Et apud Sirmium, natale S. Irenæi Episcopi, qui tempore Maximiani Imperatoris, sub præside Probo, primò tormentis acerrimis vexatus, deindè diebus plurimis in carcere cruciatus, nouissimè abscisso capite consummatus est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VII. CALENDAS APRILIS.

Die 26. Vide Tó. 1. Surij 20 Ianuarij in gestis S. Sebastiani.

ROmæ via Lauicana in cœmeterio eiusdem, natalis sancti Castuli, qui cùm esset zetarius palatij, & hospes sanctorum, vt in gestis beati Sebastiani legitur, à persecutoribus arctatus, & tertiò appensus, terrioque auditus, in confessione Domini perseuerans, missus est in foueam, & demissa est super eum massa arenaria, atque ità cum palma martyrij migrauit ad Christum.

Eodem die apud Pentapolim Libyę, Theodori Episcopi, Irenęi Diaconi, Serapionis & Ammonij Lectorũ. Et apud Sirmium, natale sancti Montani presbyteri, qui cum Maxima vxore sua tentus, & in fluuium præcipitatus est: corpora eorum nono ab vrbe lapide inuenta & sepulta sunt.

De Lurgero Surius Tó. 2. * Eodem die, depositio sancti Lutgeri Episcopi.

VI. CALENDAS APRILIS.

Die 27. APud Aegyptum, beati Iohannis Eremitæ, admirandæ sanctitatis viri, qui etiam prophetico spiritu plenus, Theodosio Imperatori Christianissimo victorias de tyrannis prædixit. Item Hierosolymæ Resurrectio Domini.

V. CALENDAS APRILIS.

Die 28. APud Cæsaream Palestinæ, sanctorum martyrum Prisci, Malchi, & Alexandri: qui persecutione Valeriani, cùm suburbanum agellum suprà dictæ vrbis habitarent, atque in ea cælestis martyrij proponerentur coronæ: diuino fidei calore succensi, vltrò iudicem adeuntes, cur tantùm in sanguinem piorum desæuiret, obiurgant. Quos ille continuò, pro Christi nomine, bestijs tradidit deuorandos.

Surius de Guntrãmo Rege. Et apud vrbem Cabilonensium, depositio Guntrammi Regis Francorum, viri religiosi, qui ità se spiritualibus actionibus mancipauit, vt relictis sęculi pompis, thesauros suos ecclesijs & pauperibus erogaret.

Item Sixti Papæ, qui Romæ sedit annos octo. Hic criminatorem suum, Bassum nomine, nutu diuino mortuum, manibus suis cum linteaminibus & aromatibus tractans, sepeliuit apud beatum Petrum.

IIII. CALENDAS APRILIS.

Die 29. De eo Surius ex Bedæ Tomo 3. DEpositio Abbatis Eustasij discipuli sancti Columbani, qui pater fermè sexcentorum extitit monachorum: & vitæ sanctitate conspicuus, etiam miraculis claruit.

De his Victor Afr. sufinem lib. 1 Vide Suriũ Eodem die apud Aphricam, sanctorum confessorum Armogastis, Archinimi, & Satyri: qui apud Africam tempore VVandalicæ persecutions, sub Genserico Rege Ariano, cùm essent lucidissima membra Ecclesiæ Christi, & prauitatẽ Arianorum libertate catholica frequenter arguerent, pro cõfessione veritatis, multa & grauia perpessi supplicia atq; opprobria, cursum glorioſi certaminis impleuerunt.

III. CALENDAS APRILIS

Die 30. De Quirino vide in gestis Alexandri Papæ, 3 Maij Tomo 3. Surij. ROmæ, natale sancti Quirini Tribuni & martyris, sub Traiano Imperatore, qui cùm ex præcepto eius beatum Alexandrum Papam, & Hermen præfectum in vincula coniecisset, haberet que filiam, cuius collum struma circundederat, auditis exhortationibus beati Hermæ de fide Christi, & visis signis, quæ Deus in martyribus suis Alexandro & Herme operabatur, ipsam eandem filiam suam obtulit ad sanandum. Cui dixit beatus Alexander: Tolle boiam de collo meo, & impone ei. Quod cùm obedienter pater eius exequeretur, diuino nutu subitò sanata est. Vocabatur autem ipsa Balbina. Atque ità pater eius Quirinus, & ipsa, cum vniuersis qui in custodia tenebantur, omniq; domo sua, baptizatus est. Quod vt nunciauit Commentariensis Aureliano Iudici, iratus iussit adduci Quirinum ad se, & dixit ei: Ego te quasi filium dilexi, tu autem irrisisti me, deceptus ab Alexandro? Dixit ei Quirinus: Ego Christianus sum factus, vis occidere, vis fustigare, vis incendere, aliud non ero. Nam omnes qui erant in carcere, feci fieri Christianos, & dimisi eos, sed noluerunt vsquàm ire. Iratus Aurelianus, fecit ei linguam abscindi, deindè in eculeo suspendi. Qui dum Aureliani non cederet iniurijs, iussit ei manus & pedes abscindi, & sic eum decollari, & canibus proijci: Sed Christiani corpus eius raptum, in via Appia sepelierunt, in cœmeterio Prętextati.

S. Quirinus decollatur.

* Aurelia ciuitate, sancti Pastoris Episcopi depositio.

PRIDIE CALENDAS MAII.

Die 31. ROmæ, natale sanctæ Balbinæ filiæ Quirini martyris. Qui beatus martyr tollens

tollens boiam de collo Alexandri Papæ secundùm iussionem eius cùm pergeret, vt collo filiæ suæ strumam habentis imponeret, eccè subitò puer cum facula apparuit: quem constat Angelum Dei fuisse, & venit ad puellam, dicens: Salua esto, & in virginitate tua permane, & ego te faciam videre sponsum tuum, qui pro amore tuo sanguinem suum fudit. Perueniens igitur pater vt perficeret, quod de boia ei iussum fuerat, videt subitò filiam suam sanam, quæ postmodùm à sancto Alexandro baptizata est, & instructa in virginitate, plena operibus bonis permansit. Cui sæpè osculanti boiam ipsam beati Alexandri dixit sanctus Alexander: Desine hanc boiam osculari, sed potiùs require domini mei Petri vincula, & ea osculare. Tunc dedit operam, & summo studio post desiderium magnum peruenit ad illa, tradiditque sanctæ Theodoræ religiosissimæ fœminæ, sorori sancti Hermetis præfecti & martyris. Ipsa verò virgo Balbina post deuictum sęculi huius cursum, sepelitur iuxta patrem suum martyrem Quirinum, via Appia in cœmeterio Prętextati.

Angelus hortatur Balbinam vt maneat virgo.

Obitꝰ eius.

MENSIS APRILIS HABET DIES XXX. LVNAM VERO VIGESIMAMNONAM.

CALENDIS APRILIS.

Die 1. De ea, gesta Alexandri Papæ 3. maij. ROMAE, beatissimæ Theodoræ, sororis illustrissimi martyris Hermetis, quam beatus Alexander Papa & martyr instruxit, baptizauit, atque in fide Christi docuit: Quæ sub Aureliano Imperatore martyrizata est. Sepulta iuxta fratrem suum martyrem, via Salaria non longè ab vrbe Roma.

Surijꝰ de Vualerico cõfessore. Eodem die sancti Venantij Episcopi & martyris. Et in pago * VVinnoensi, sancti Vualerici confessoris, cuius sepulcrum crebris miraculis illustratur.

IIII. NONAS APRILIS.

Die 2. NAtalis sancti Nicetij, Lugdunensis Episcopi, cuius & vita miraculis claruit, & preciosa mors nihilominùs miraculis commendatur.

De Theodos. Euseb. lib. 8. cap. 17. Et apud Cæsaream Cappadociæ, passio sanctæ Theodosiæ virginis: quæ tempore Diocletiani, cùm esset annorum octodecim, vltrò se sanctis confessoribus in custodia socians, tenta ab Vrbano præfecto, & in eculeo cruciata: deindè ferro onusta, & in carcerem trusa: ibi virtute Dei, omnia vincula eius disrupta sunt. Post hæc saxo alligata, in mare mersa est: sed mox litoribus incolumis reddita. Behstijs in amphitheatro proiecta, & ab his intacta, martyrium capitis abscisione compleuit.

III. NONAS APRILIS.

Die 3. De his apud Suriũ Aprilis 1. THessalonicæ, natalis sanctarum virginum Agapis & Chioniæ, sub Diocletiano, quę primò in carcere macerate, pòst in ignem missę sunt, sed intactæ à flammis, post orationem ad Dominum fusam, animas reddiderunt.

Apud Scythiam, ciuitate Tomis, natalis sanctorum Euagrij & Benigni.

Apud Tauromenium Siciliæ, sancti Pancratij.

PRIDIE NONAS APRILIS.

Die 4. De Ambrosio Surius Tó. 2. MEdiolani, depositio beati Ambrosij Episcopi & confessoris, cuius studio, inter cætera doctrinæ & miraculorum insignia, tempore Arianæ perfidiæ, tota Italia ad catholicam fidem conuersa est.

NONIS APRILIS.

Die 5. Surius de ea Aprilis 1. THessalonicæ, natalis sanctæ Irenis virginis, quæ post tolerantiam carceris, sagitta percussa est à Sisinnio comite: sub quo & sorores eius simul Agapes & Chionia martyrizatæ sunt.

*al. martiãæ Item apud Aegyptum, natalis sanctorum, * Martiani, Nicanoris, & Apollonij.

De Amphiano Surius 2. Aprilis. Apud Cæsaream * Lyciæ, natalis sancti Amphiani. VIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VIII. IDVS APRILIS.

Die 6. De Sixto hoc Pontificale cap. 8. ROmæ, S. Sixti Papæ & martyris, qui rexit Ecclesiam annos decem, menses duos, diem vnum. Passus est autem temporibus Adriani Imperatoris. Hic constituit, vt sacra mysteria non tractarentur nisi à ministris sacris: Et quicunque Episcopus euocatus fuisset ad sedem Apostolicam, rediens ad parochiam suam, non reciperetur, nisi salutationis literas, hoc est, formatas à sede Apostolica, plebi detulisset. Constituit quoquè, vt intra actionem Missarum, Sanctus, Sanctus, Sanctus, ter decantaretur.

VII. IDVS APRILIS.

Die 7. De eo Euseb. Eccles. hist. c. 8. 10. & 12. EGesippi viri sanctissimi, qui vicinus Apostolorum temporum, omnes à passione Domini, vsque ad suam ætatem, ecclesiasticorum actuum texens historias, multaque ad vtilitatem legentium pertinentia, hinc indè congregans, quinquè libros composuit, sermone simplici, vt quorum vitam sectabatur, dicendi quoque exprimeret characterem. Asserit se venisse sub Aniceto Romam, qui decimus post Petrum Episcopus fuit, & perseuerâsse vsque ad Eleutherium eiusdem vrbis Episcopum, qui Aniceti quondàm diaconus fuerat. Isdem quoquè Egesippus in libris suis refert de conuersatione sua, quam habuit à gentili philosophia. Nam & ego ipse, inquit, sectis Platonicis instituru[s], audiens infamari Christianos, & videns eos impauidos ad susc[i]piendam mortem, atque omne supplicium tolerandum considerabam quòd impossibile esset, in malitia eos, & in libidine conuersari.

Alij Cœlestinũ habẽt 8. Idus April. de quo in Pontifi. c. 45. Itèm Cælestini Papæ, qui rexit Ecclesiam annos octo. Hic constituit vt psalmi Dauidici centum & quinquaginta ante sacrificium antiphonatim canerẽtur: Nam anteà tantùm Epistola & sanctum Euangelium recitabantur.

VI. IDVS APRILIS.

Die 8. TVronis, sancti Perpetui Episcopi admirandæ sanctitatis viri: cuius opera, templum super veneranda ossa beati Martini Episcopi, perfectum est. cuiusque sacrum corpus, de loco vbi primùm tumulatum fuerat, ad locum vbi nunc condignè veneratur, translatum & reconditum est.

V. IDVS APRILIS.

Die 9. APud Sirmium, natalis septem virginum, quæ in vnum meruerunt coronari quinto Idus Aprilis.

De Maria Aegyptiaca Surius to. 2. * Itèm quinque virginum, quarum nomina Deus scit. Et Mariæ Aegyptiacæ.

Act. 6. Apud Antiochiã, sancti Prochori Diaconi, præclarissimi fide & miraculis viri, apud Antiochiam martyrio consummati, ibiquè sepulti, qui vnus fuit de septem primis, vt in Actis Apostolorum scribitur.

IIII. IDVS APRILIS.

Die 10. Vt habetur in gestis Alexandri, 3. Maij. EZechielis Prophetæ. Et Romæ, beatorum martyrum plurimorũ, quos beatus Alexander Papa & martyr baptizauit cùm teneretur in carcere: & ipsi relegati pariter cum illo. Hos omnes Aurelianus Imperator, naui vetustæ impositos, in altum mare deduci, & illic ligatis ad colla lapidibus, mergi in profundum maris fecit quarto Idus Aprilis.

* Itèm in Antiochia, sancti Theodori presbyteri.

III. IDVS APRILIS.

Die 11. APud Cretam, vrbe Cortyna, beati Philippi Episcopi, qui vita & doctrina claruit, temporibus Antonini Veri, & Lucij Aurelij Commodi Imperatorum.

De Leone Pontificale cap. 47. * Eodem die Romæ beati Leonis Papæ.

PRIDIE IDVS APRILIS.

Die 12. De Iulio I. Pontificale cap. 36. ROmę via Aurelia milliario tertio, in cœmeterio Calepodij, natale sancti Iulij, Papæ & confessoris, qui sub Constãtino Ariano filio Constantini decem mensibus tribulationes & exilia perpessus: post eius mortem, cum magna gloria ad suam sedem reuersus est. Hic constituit, vt nullus clericus causam quamlibet in publico ageret nisi in ecclesia: & notitia fidei per notarios colligeretur: & siue cautiones, vel instrumenta, aut donationes, aut commutationes, aut traditiones, aut testamenta, aut allegationes, vel manumissiones à clericis in ecclesia celebrarentur.

IDIBVS

IDIBVS APRILIS

Die 13. De Carpo Euseb. Eccles. hist. lib. 4. cap. 14. APud Pergamum Asiæ vrbem, natalis sanctorum Carpi Episcopi & Papyrij Diaconi, & Agathonicæ optimæ fœminæ, aliarumque multarum quæ probatis confessionibus martyrio coronatæ sunt: cum quibus & vir mirabilis Iustinus philosophus, qui habitu quoquè philosophorum incedens, pro religione Christi plurimùm laborauit, intãtùm vt Antonino Pio & filijs eius, & Senatui, librum contra gentes scriptum daret, ignominiamque Crucis non erubescceret. Cumque iam secũdum librum successoribus præfati Imperatoris, id est, Antonino Vero, & Aurelio Commodo, pro religionis nostræ defensione porrexisset, remunerationẽ linguæ fidelis, martyrij munus accepit.

De Iustino, ibidem cap. 8. & 11. Apud Hispaniam, natalis sancti Hermingildi, quem pater eius Leouigildus Arianus, Gothorum Rex, ob fidei catholicę confessionem, inexpugnabilem videns, in carcerem & vincula coniecit: vbi nocte sancta Dominicæ resurrectionis, iussu perfidi patris, securi percussus in capite, regnum cæleste pro terreno, Rex & martyr intrauit. Scribit beatus Gregorius.

Greg. 3. Dialogorũ cap. 31. est apud Surium. * Itèm S. Euphemiæ virginis & martyris.

XVIII. CALENDAS MAII.

Die 14. De his in gesti Cæciliæ 22. Nouẽbr. Tomo 6. ROmæ via Appia in cœmeterio Prætextati, natalis sanctorum martyrum Tiburtij, Valeriani, & Maximi, sub Almachio præfecto: quorum primi fustibus cæsi, & gladio sunt percussi, vltimus tandiù plumbatis verberatus, donèc spiritum redderet.

Interamnis, sancti Proculi martyris. Itèm sanctæ Domnæ virginis, cum socijs virginibus coronatæ.

Apud Alexandriam, sancti Frontonis Abbatis, cuius vita extitit sanctitate & miraculis gloriosa.

XVII. CALENDAS MAII.

Die 15. Quære de his in vita S Laurentij 10. Augusti. IN ciuitate Corduba, natalis sanctorum Olympiadis & Maximi nobilium, qui iubente Decio fustibus cæsi, & deindè plumbatis, ad vltimum capita eorum securibus tunsa, donèc emitterent spiritum.

Itèm in Hispanijs, ciuitate Cæsaraugusta, natalis sanctorum octodecim martyrum, Optati, Luperci, Successi, Martialis, Vrbani, Iulij, Quintiliani, Publij, Frontonis, Felicis, Cęciliani, Euoti, Primitiui, Apodemi, & reliquorũ quatuor, qui omnes Saturnini vocati referuntur.

De his in vita Nerei & Achillei 12. Maij, tom. 6 3. Surij. Apud Italiam, natale sanctorum martyrum Maronis, Eutychetis, & Victorini: qui cum beata Flauia Domitilla apud insulam Pontiam longum ducentes exilium, eamque in Christi confessione, pio fouentes solatio, inuidia atque infectatione Aureliani sponsi, & persecutoris eius, quem illa ob Christum contempserat, postmodùm à principe Nerua eidem Aureliano in seruitutem traditi sunt. Quos ille primùm quasi seruos per sua prædia singulos diuisit, iussitque eos terram fodere per totum diem, ad vesperum verò cantabrum manducare. Deindè cùm pluribus ad fidem Christi conuerterent, & populum credentium ampliarent, repletus ira à diabolo, misit qui vario genere pœnarũ interficerent eos. Nam Euthycem in media via tandiù cædi iussit, donèc spiritum exhalaret. Cuius corpus rapuit populus Christianorum. Victorinum verò apud eum locum qui Cotilias appellatur, vbi putentes aquæ emanant & sulphureæ, capite deorsùm per horas tres suspensum teneri iussit. Quod cùm per triduum pro nomine Christi passus fuisset, migrauit ad Dominum. Cumque vna die iussu Aureliani corpus eius inhumatum iacuisset, venerunt Amiternenses populi Christiani, & rapientes in suum territorium transtulerunt. Maronem autem, misso amico suo nomine Turgio, iussit idem Aurelianus duci, & saxo ingenti opprimi. Sed protegente Domino, in nullo eum lædere potuerunt. Quem Consularis accepto ab Aureliano præcepto interfecit, corpusque eius Christianus populus rapuit, & condigno honore sepeliuit.

Sancti martyres diuersis pœnis interimũtur

XVI. CALENDAS MAII.

Die 16. APud Corinthum, Calisti & Carisij cum alijs septem, omnium in mare mersorum.

De eo Pontificale cap. 2. * In Mauritania, natalis Basillæ. Itèm sancti Aniceti Papæ, qui sedit in Episcopatu annos vndecim, & temporibus Seueri & Marci martyrio coronatur, sepultus in cœmeterio Calixti. Hic constituit, vt clerus comam non nutriret, secundùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Cor.12. dùm Apostoli præceptum.

* Eodem die, dedicatio oratorij S. Gangulphi martyris.

XV. CALENDAS MAII.

Die 17. Lib.2.Epistola 6. Itém Luciani Epist.22.

APud Africam, natale sancti Mappalici, qui cum alijs pluribus martyrio coronatus est. Scribit beatus Cyprianus in epistola ad martyres de illo hoc modo. Vox plena spiritu sancto de martyris ore prorupit, cùm Mappalicus beatissimus inter cruciatus suos proconsuli diceret: Videbis cras agonem. Et quod ille cum virtutis ac fidei testimonio dixit, Dominus impleuit. Agon cælestis exhibitus, & Dei seruus in agonis promissi certamine coronatus est. Et post pauca: Hunc igitur agonem per prophetas antè prædictum, per Dominum commissum, per Apostolos gestum, Mappalicus suo, & collegarum suorum nomine, proconsuli reprosmisit, nec fefellit in promisso suo vox fidelis. Pugnam quam spopondit exhibuit, & palmam quam meruit accepit. Istum nunc beatissimum martyrem, & alios participes eiusdem congressionis, & comites in fide stabiles, in dolore patientes, in quæstione victores, vt cæteri quoquè sectemini, & opto pariter & exhortor: vt quos vinculum confessionis, & hospitium carceris simul iunxit, iungat etiam consummatio virtutis, & corona cælestis.

Apud Antiochiam, natalis sanctorum Petri Diaconi & Hermogenis.

Apud Viennam, sancti Pantagati Episcopi.

XIIII. CALENDAS MAII.

Die 18. *al. Misenã *al. Euãthię De his Surius Tomo 2. ex Metaph.

APud* Messanam Apuliæ ciuitatem, natalis sanctorum martyrum Eleutherij Episcopi, &* Anthiæ matris eius: qui beatus Episcopus cùm esset & sanctimonia vitæ, & miraculorum virtute illustris, sub Adriano principe, in confessione Christi, lectum ferreum ignitum, craticulam, & sartaginem oleo, pice, ac resina feruentem, superans, leonibus quoquè proiectus, sed ab his illæsus, nouissimè, vnà cum matre, gladio iugulatur.

Euseb. Eccl. hist.li.5.cap. 20.21.Rufi. Est apud Surium.

Itém eodem die Romæ, sancti Apollonij senatoris, qui sub Commodo principe, à seruo proditus, quòd Christianus esset, imperatus, vt rationem fidei suæ redderet, insigne volumen composuit, quod in senatu legit. Et nihilominùs sententia Senatús, pro Christo capite truncatus est: veteri apud eos obtinente lege, absque

De eo Suri°. negatione non dimitti Christianos, qui semèl ad eorum iudicium pertracti essent.

In Laubaco monastorio, transitus sancti Vrsmari Episcopi & confessoris.

XIII. CALENDAS MAII.

Die 19.

IN Armenia, ciuitate Militana, natalis sanctorum Hermogenis, Caij, Expediti, Aristonici, Rufi, Galatæ, vna die coronatorum.

In Hispania ciuitate Caucoliberi, natalis sancti Vincentij martyris.

Act.6.

Apud Corinthum, sancti Timonis diaconi, apud Bercæam qui primò doctor resedit. Deindè verbum Domini disseminans, venit Corinthum, ibique à zelantibus Iudæis, & nomen Christi persequentibus, Græcis traditus, vt ferũt, primò flam-

8.Timõ crucifigitur. mis iniectus, sed nihil læsus: deindè cruci affixus martyrium suum impleuit. Sepultus apud Corinthum gloriosè. Hic fuit vnus ex septem primis, vt habetur Actorum 6.

* Eodem die, depositio S. Baldrici Episcopi.

XII. CALENDAS MAII.

Die 20. Pontificale cap.15.

ROmæ, sancti Victoris Episcopi, qui tertiusdecimus post beatum Petrum, rexit Ecclesiam annis decem, & sub Seuero principe, martyrio coronatur. Hic constituit, vt sanctum Pascha die Dominico celebraretur, & à quintadecima luna primi mensis vsque ad vigesimam primam obseruaretur: & constituit, vt necessitate faciente, siue in flumine, siue in mari, sine in fontibus, sub Christiana confessione, quicunque hominum ex gentibus venientes baptizarentur.

Dehis in gestis Nerei & Achillei 12. Maij, Tom. 3.Surij.

Item Romæ, sanctorum martyrum Sulpitij & Seruiliani, qui prædicatione & miraculis beatæ Flauiæ Domitillæ ad fidem Christi conuersi sunt. Hæc etiam sponsas corum Theodoram & Euphrosynam ad spem vitæ æternæ, & perseuerantiam sanctæ virginitatis lucrata est. Sancti verò Sulpitius & Seruilianus persecutione Traiani, cùm nollent idolis immolare, à præfecto vrbis Aniano capite cæsi sunt. Quorum corpora Christiani rapientes, posuerunt in prædio eorum via Latina miliario secundo.

Eodem die in Gallijs, ciuitate Ebredunensi, sancti Marcellini eiusdem vrbis Epi-

scopi

scopi & confessoris: qui diuino iussu, cum suis socijs Vincentio & Domnino ex Africa veniens, maximam partem Alpium maritimarum, verbo & signis admirandis, quibus vsque hodiè refulget, ad fidem Christi conuertit: ità vt Baptisterium, quod ipse apud præfatam vrbem condidit, in sacrosanctis Paschalis festi vigilijs, diuina virtute, singulis annis aquis subitis inundetur, & per septem eiusdem solennitatis dies, gratia exuberante permaneat. Venerabiles socij eius apud Dinienses vrbem conditi, gloriosis nihilominùs miraculis commendantur.

De his Greg. Turonen. in Glo. confess. cap.69. Miraculum.

XI. CALENDAS MAII.

Die 21. De Sothero Pontificale cap.13.

ROmę, sancti Sotheris Papę, qui sedit in Episcopatu annos nouem, sepultusque est in cœmeterio Calisti. Hic constituit, vt nulla monacha pallam sacratam contingeret in ecclesia, neque incensum poneret.

De Simeõe Surius to.2. ex Sozomeno.

Apud Persidem, natalis sancti Simeonis Episcopi Seleuciæ & Thesipontis, regalium ciuitatum: qui persecutione Saporis Regis Persarum, iu bente eodem tyranno comprehensus, ferroq; onustus, cùm iniquis tribunalibus exhibitus, de Domino Iesu Christo voce libera ac constantissima testaretur: primùm carcerali ergastulo, cum alijs centum, è quibus alij Episcopi, alij erant presbyteri, alij diuersorum ordinum clerici, longo tempore maceratus est. Nouissimè cùm in Christi testimonio immobilis persisteret, iussus est cum omnibus pariter decollari: ità vt cùm cæteri iugularentur, adstaret: & ipse vltimus, trucidaretur. Cumque omnes sub eius adspectu cæderentur, & ille singulos paternis exhortationibus alacriter confortaret: extremo lictoris ictu & ipse occumbens, palmam martyrij adeptus est. Erat autem sexta feria septimanæ maioris, in qua ante resurrectionis festiuitatem annua Christi passionis memoria celebratur. Passi sunt cum eo etiam Vstazadis eunuchus nutritius Regis, & Abdella, atque Ananias, venerabiles senes: & Pusitius præpositus artificum regalium, eò quòd videns præfatum senem Ananiam sub ictu gladij trementem, exclamauerit confidenter, dicens: Paululùm ô senex claude oculos & securus esto, mox Christi videbis adspectum. Filia quoquè eiusdem Pusitij virgo sacra simul perempta est.

S.Pusitij fortitudo & cõstantia.

Apud Alexandriam, natalis sanctorum Fortunati, Aratoris presbyteri, Felicis, Siluij, Vitalis, qui in carcere quieuerunt.

* Romæ, in cœmeterio via Appia, sanctorum Valeriani, Maximi & Tiburtij.

* In Campania, natalis sancti Amphelici.

X. CALENDAS MAII.

Die 22. De Caiogesta Sebastiani & Susannæ Augu.11.

IN Africa, ciuitate Hieropoli, natalis S. Philippi Apostoli.

Romæ via Appia, in cœmeterio Calisti, sancti Caij Papæ, qui cùm Ecclesiam vndecim annos, menses quatuor, dies duodecim rexisset, martyrio coronatus est sub Diocleriano principe. Frater nanque eius beatus Sabinus presbyter, in multis clarissimus passionibus, iam finierat triumphum victoriæ suæ, sub eodem impio principe, vndecimo Calendas Martias. Hic Caius constituit, vt per omnes gradus primùm ascenderet, si quis Episcopus fieri mereretur: vt esset Ostiarius, Lector, Exorcista, Acolythus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter.

De Agapeto Pontificale cap.59.

Eodem die Romæ, S. Agapeti Pontificis, qui sedit menses vndecim. Hic ingressus Constãtinopolim, ad Iustinianum Imperatorem, Anthimium Episcopum Constantinopolitanum, qui duas in Christo naturas negabat, depositi, & in eius loco Menam catholicum consecrauit.

Dehis Surius ex Metaphraste.

Apud Persidem, sanctorum martyrum plurimorum, qui iubente Sapore Persarum Rege, annuo die, quo passionis Dominicæ memoria celebratur, per totam Persidis regionem tenti, ac pro Christi nomine iugulati sunt. In quo fidei certamine passus est Melisius Episcopus, sanctitate & miraculorum gloria insignis: Acepsimas Episcopus cum presbytero suo Iacobo: & Marcas & Bicor similiter Episcopi, cum clericis ferè ducentis, & quinquaginta: monachis etiam cum sacratis virginibus plurimis: inter quas & Simeonis Episcopi sororem nomine Iarbuam cum pedissequa sua, stipitibus alligantes, serraque findentes crudelissimè necauerunt.

Eodem die in Corduba ciuitate, natalis sanctorum Parmenij, Helimenæ, & Chrysoteli presbyterorum, & Lucæ, & Mutij diaconorum de Babylonia. Quorum primus præcisa etiam lingua loquebatur. Omnes primò in eculeo suspensi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quære 10. Augusti in initio, To. 4

& nexibus attractati sunt: dein laminis ardentibus circa latera appositis, vstulati & vnguibus lacerati, ad vltimum gladio trucidati sunt, præsente persecutore Decio. Scriptum in passione S. Laurentij. Et in Lugduno Galliæ, natalis sancti Epipodij martyris, qui persecutione Antonini Veri, post gloriosas quadraginta octo martyrum agones, qui in eadem vrbe passi sunt, cum Alexandro charissimo collega tentus, ipso interim in carcerem truso, primò os diris pugnorum ictibus cæsus, deinde eculei extensione vexatus, postremò martyrium capitis abscisione compleuit.

Surius de Epipod. ex Metaphraste.

Viennæ, sancti Iuliani Episcopi & confessoris.

IX. CALENDAS MAII.

Die 23.

IN Persida, ciuitate Diospoli, passio sancti Georgij martyris, cuius gesta passionis etsi inter apocryphas connumerentur scripturas, tamen illustrissimum martyrium eius inter coronas martyrum, Ecclesia Dei venerabiliter honorat.

Dist. 15. cap. Sacta Rom. Ecclesia.

In Gallijs ciuitate Valentia, natalis sanctorum Felicis presbyteri, Fortunati & Achillei diaconorum, qui à beato Ireneo Lugdunensi Episcopo & martyre ad prædicandum verbum Dei missi, cùm maximam partem iam supradictæ vrbis ad fidem Christi conuertissent, à Duce Cornelio in carcerem trusi: dein durissima neruorum flagellatione diutissimè verberati: post etiam vinctis à tergo manibus, cruribusque confractis, circa rotarum vertiginem adstricti, fumi quoque amaritudine suppositi, die ac nocte continuata, eculei suspensi extensione, ad extremum gladio consummati sunt.

De Georgio, Felice & sociis Surius Tomo 1.

In Fontenella monasterio, sancti VVulfranni Episcopi, præclari in miraculis viri.

De Wulfrano in Surio Martij 20. De Adelberto April 23.

* Eodem die passio sancti Adelberti Episcopi.
* Item eodem die, sanctæ Pusinnæ virginis.

VIII. CALENDAS MAII.

Die 24. Surius de eo Tom. 2.

LVgduno Galliæ, natalis sancti Alexandri, qui tertio post passionem Epipodij die productus è carcere, primò ità laniatus est crudelitate verberantium, vt crate soluta costarum, patefactis visceribus, secreta animæ panderentur. Dein crucis affixus patibulo, beatum spiritum exanimatus emisit. Passi sunt cum eo & alij, numero triginta quatuor. Sepulti ambo ex vtroque altaris latere, in crypta, quæ in colle superposito ciuitati, pulchro & antiquo opere extructa est.

Beda lib. 1. hist. Anglorum.

Eodem die, depositio Melliti Episcopi in Britannia, qui tertius post Augustinum Episcopum, Dorouernensem Ecclesiam suscepit, quam rexit annos quinque: Sepultus in monasterio, in ecclesia beati Petri, octauo Calendas Maij.

Dan. 3.

In Babylonia ciuitate magna, Sidrach, Misach & Abdenago: qui & mutato nomine Ananias, Azarias, & Misahel dicebantur, de camino ignis ardentis fornace liberati.

VII. CALENDAS MAII.

Die 25. S. Marci vita est apud Surium To. 2. ex Metaph.

ALexandriæ, natale sancti Marci Euangelistæ. Hic discipulus & interpres Apostoli Petri, rogatus Romæ à fratribus scripsit Euangelium. Quod quanto rarius cæteris inchoauit, tanto in longiora scribendo tempora porrexit. Ab initio nanque Euangelicæ prædicationis, quæ per Iohannem facta fuit cœpit, & ad illud vsque tempus narrando peruenit, quo Apostoli idem Euangelij verbum totum prædicando disseminauêre per orbem. Quod cùm Petrus audijsset, probauit, & ecclesijs legendum sua authoritate edidit. Quo assumpto idem Marcus perrexit Aegyptum, & primus Alexandriæ Christum annuncians, constituit ecclesiam sui contagioris doctrina & vitæ continentia, vt omnes sequutores Christi ad exemplum sui cogeret. Meminit huius Marci & Petrus in prima Epistola, sub nomine Babylonis figuraliter Romam significans. Salutat, inquit, vos quæ est in Babylone collecta ecclesia, & Marcus filius meus. Qui constitutis, & confirmatis ecclesijs per Lybiam, Marmaricam, Ammoniacam, Pentapolim, Alexandriam, locaque quæ Bucolicæ dicebantur, vicina Alexandriæ, circa mare Aegyptium, plena ferocium barborum, atque Aegyptum vniuersam, ad vltimum tentus est à paganis, qui remanserunt Alexandriæ. Qui videntes eum die sancto Paschæ Missam facientem, miserunt funem in collo eius, & trahebant eum ad loca Bucolicæ, quæ erant iuxta mare sub rupibus, vbi erat ecclesia constructa. Et defluebant carnes eius in terram, ac saxa inficiebantur sanguine. Vespere autem facto, miserunt eum in carcerem, vbi

Eius Euangelij Petri authoritate approbatū.

1. Pet. 5.

vbi circa mediam noctem, primò Angelica visitatione confortatus est, deindè ipso Domino sibi apparente, ad cælestia regna vocatus est. At manè dum traheretur ad loca Bucolicæ, gratias agens, & dicens, Domine, in manus tuas commendo spiritum meum, defunctus est, & à viris religiosis sepultus in loco lapidis excisi cum gloria. Ordinauerat autem pro se episcopum Alexandriæ Amanum. Mortuus est autem octauo Neronis anno. Alijs quoquè ecclesijs longè lateque Episcopos, Presbyteros, & Diaconos dederat.

Psal. 30.

S. Marcus fune suffocatus moritur.

Eodem die Romæ, Litania maior, ad sanctum Petrum.

Apud Viennam, sancti Clarentij Episcopi & confessoris.

VI. CALENDAS MAII.

ROmæ, natalis sancti Cleti Papæ, qui secundus post beatum Petrum, cùm rexisset Ecclesiam annis duodecim, persecutione Domitiani, martyrio coronatus est.

Die 26. De eo Pontificale ca. 3.

Item Romæ, S. Marcellini Papæ, qui cùm Ecclesiam nouem annis & mensibus quatuor rexisset, temporibus Diocletiani & Maximiani, ad sacrificandum ductus, sacrificauit idolis, deindè pœnitentia ductus, ab eodem Diocletiano, pro confessione veræ fidei, cũ Claudio, Cyrino & Antonino, capite truncatus est. Et post dies triginta sex sepultus via Salaria, in cubiculo, à Marcello presbytero, & à diaconibus, cum hymnis. Quo tempore fuit magna persecutio, ità vt intra vnum mensem septendecim millia martyrio coronarentur.

De Marcellino Pontificale cap 30.

* Item Romæ, sancti Vindemialis Episcopi & confessoris.

V. CALENDAS MAII.

ROmæ, S. Anastasij Papæ, qui sedit annos tres, dies decem. Hic constituit, vt quotiescunquè sancta Euangelia recitarentur, sacerdotes non sedeant, sed curuos èstent: constituitque transmarinum hominem in Clerum non recipi, nisi quinque Episcoporum designaretur chirographis.

Die 27. Pontificale cap. 41.

Apud Nicomediam, natalis sancti Anthimi Episcopi & martyris, in memorijs piorum fulgentis in regno Christi. Hic persecutione Diocletiani, ob confessionem Christi, martyrij gloriam capitis obtruncatione suscepit. Quem tanquàm bonum pastorem, viam martyrij præeuntem, vniuersa penè gregis sui multitudo secuta est: Quorum alios præfatus tyrannus, apud eandem ciuitatem tunc temporis residens, gladio obtruncari, alios ignibus conflagrari, alios nauiculis impositos, pelago immergi fecit. Ipsis fidelium turbis tanto per Dei gratiam fidei igne inflammatis, vt nec interrogari se paterentur, sed vltrò in flammas irruerent, vel cædentibus gladijs ceruices obiectarent. Scriptum est in Ecclesiastica historia libro octauo.

De Anthimo lib. 8. Eccles. historiæ, c. 6 & Surius ex Metaphraste Tomo 2.

IIII. CALENDAS MAII.

Die 28. Vide Surium de eo Tom. 2. & 3. 19. Iunij.

APud Rauennam, natale sancti Vitalis martyris, patris sanctorum Geruasij & Prothasij. Qui militans cum Paulino iudice, Rauennam ingressus est. Et cùm videret in conspectu iudicis sui Christianum nomine Vrsicinum, arte medicum, natione Ligurem, post nimia tormenta capitalem accepisse sententiam, & cùm iam venisset ad Palmam, & expauisset, exclamauit: Noli, noli, Vrsicine medice, qui alios curare consuêsti, teipsum æternæ mortis iaculo vulnerare: Et qui per passiones nimias venisti ad palmam, coronam vis perdere à Domino præparatam? Vtque martyrium cosummauit idem Vrsicinus, statim beatus Vitalis corpus eius rapiens intra Rauennatium vrbem sepeliuit, ad iudicem vltrà venire contemnens. Tentus itaque à Paulino Consulari ob id maximè, quia præfatum Vrsicinum in passionis agone positum suis exhortationibus roborâsset, post eculei tormenta, iussus est perduci ad Palmam. Locus autem, vbi decollabantur Christiani, hoc habebat vocabulum, eo quòd arbores palmæ illic essent. Et facta fouea quousque inueniretur aqua, ibi supinus depositus, & terra ac lapidibus oppressus est. Conlunx quoquè eius Valeria, cùm reuerteretur ad vrbem Mediolanensium, Syluano sacrificantes incurrit: Cumque eam deponentes de sagmario hortarentur de Idolothytis manducare, nec sibi omninò licitum testaretur, quia esset Christiana, nimia cæde mactata est, vt vix seminecem sui homines eam ad Mediolanensem vrbem perducerent. Quæ infra biduum migrauit ad Dominum.

Vitus in terra sepultus opprimitur Vitalis.

Alexandriæ, natale sanctæ Theodoræ virginis. Quæ sacrificare contemnens, in lupanar tradita, miro Dei fauore erepta est. Adstante quippè iam ad ostium cellulæ

Suri⁹ habet de Theodora ex Ambr.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lulæ multitudine iuuenum impudicorum, repentè quidam ex fratribus Didymus
Lib.2.de Virginibus. nomine, plenus fide, diuinitùs inspiratus, sumpto militari habitu, primus lupanar irrupit, & sanctæ virgini cur venisset exponens, illi militares imponit exuuias, ipse virginali veste induitur. Sic virgo egressa, & à nullo agnita, ad ciuitatem fugiens euasit. Didymus præsidi exhibitus, & omne factum constanter exponens, Christianum se esse confessus, abscisо capite igni traditus est. Beata quoquè virgo, quæ pro tuenda virginitate ex lupanari fugerat, amore coronæ continuò ad stadium regressa, simul cum Didymo percussa, & simul est coronata.

Eodem die Aphrodisij, Carilippi, Agapeti, & Eusebij martyrum.

Itèm in Pannonia, sancti Pollionis martyris.

III. CALENDAS MAII.

Die 29. Ephes.6. 2.Tim.4. APud Paphum, Tychici Apostolorum discipuli.

In Numidia apud Cirthensem Coloniam, natalis sanctorum martyrum Agapij & Secundini Episcoporum: qui persecutione Valeriani, post lõgum exilium apud præfatam vrbem, in qua tunc maximè gentilium rabies cæco furore & officijs militaribus ad tentandam iustorum fidem inhiabat, ex illustri sacerdotio effecti sunt martyres glorioſi. Passi sunt in eorum collegio, Aemilianus miles, Tertulla & Antonia sacræ virgines, & quædam mulier cum suis geminis.

De his ingestis in SS. Mariani & Iacobi 30. Apr.

PRIDIE CALENDAS MAII.

Die 30. De his 2 Tomo nouæ editionis pagina 1062. NAtalis sanctorum martyrum Mariani & Iacobi, quorum prior Lector, posterior Diaconus erat. Et cùm iampridèm infestationes Decianæ persecutionis in confessione Christi euicisset Marianus, iterùm cum charissimo collega tentus est apud Cirthensem Coloniam. Vbi post dira & exquisita supplicia (ità vt Marianus per summos apices pollicum suspensus, & graui pondere pedibus innexus, crudelissimè torqueretur) diù in carcere macerati sunt. Sed diuinis reuelationibus mirabiliter confortati: deindè Lambesitanam vrbem directi ad præsidem, ibi rursùm longo tempore carcerali ergastulo mancipati sunt: sed iterùm diuinis reuelationibus alleuati, nouissimè cum multis alijs gladio consummati sunt.

Huius meminit Gregor. Turonen. de glor. mart. cap 56. Eodem die apud Santonas, natalis sancti Eutropij martyris, qui à beato Clemente Episcopo directus in Gallias: ab eodem etiam Pontificalis ordinis gratia consecratus, impleto huius officij ordine, peracta in incredulis prædicatione, insurgentibus paganis, quos author inuidiæ credere non permisit) illiso capite victor occubuit. Deniquè post multa annorum spatia, cùm Palladius eiusdem vrbis Episcopus, & cum eo alij viri Dei, corpus eius, debiti honoris gratia, in basilicam nouam transferrent, reserato sarcophago, contemplati sunt cicatricem capitis, qua in parte defixum fuerat securis acumen. Cumque sequenti nocte strauissent sacerdotes membra quieti, apparuit eis per visum, dicens: Cicatricem quam contemplati estis in capite, scitote me per eam martyrium consummâsse.

De Maximo Surius vltima Aprilis, Tomo 2. Apud Asiam, passio sancti Maximi martyris, cuius gesta habentur.

*Romæ, sancti Quirini tribuni & martyris, de quo suprà tertio Calendas Aprilis.

*Itèm Sophiæ virginis.

MENSIS

MENSIS MAIVS HABET DIES XXXI. LVNAM VERO TRIGESIMAM.

CALENDIS MAII.

Die 1. HIEREMIAE Prophetæ. Et natalis Apostolorum Philippi & Iacobi. Ex quibus Philippus cùm penè Scythiam ad fidē Christi conuertisset, Diaconibus, Presbyteris & Episcopis ibi constitutis, reuersus est ad Asiam. Vbi continuę prædicationi per aliquot annos insistēs, multitudinem populorum, Christo laboribus pijs semper inseruiens, lucratus est. Quique apud Hierapolim Asiæ ciuitatem dormiuit cum patribus suis, beato fine sepultus. Iacobus verò, qui & frater Domini legitur cognomento Iustus, post passionem Domini statim ab Apostolis Hierosolymorum Episcopus ordinatus est. Hic de vtero matris sanctus fuit, vinum & siceram non bibit, carnem nullam comedit, nunquàm attonsus est, nec vnctus vnguento, nec vsus balneo, huic soli licitum erat ingredi sancta sanctorum. Siquidem vestibus laneis non vtebatur, sed lineis, solusque ingrediebatur templum, & fixis genibus pro populo deprecabatur, intantùm, vt camelorum duritiem traxisse eius genua crederentur. Hic itaque cùm publicè in concilio compelleretur à Iudæis, vt Christum Dei filium negaret, & ille voce maxima protestaretur ad populum, dicens: Quid me interrogatis de filio hominis? Eccè ipse sedet à dextris virtutis, & venturus est cum nubibus cæli: præcipitatus de pinna templi, confractis cruribus, adhuc semianimis tollens ad cælum manus diceret: Domine ignosce eis, quid enim faciunt, nescIunt, fullonis fuste in cerebro percussus occubuit. Hic est de quo & Apostolus Paulus scribit ad Galatas: Alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini. Id Apostolorum super hoc crebriùs acta testantur. Euangelium quoquè quod appellatur secundùm Hebræos, & à B. Hieronymo in Græcum sermonem Latinumq; translatum est, post resurrectionem Saluatoris, de eo refert: Dominus autem cùm dedisset syndonem seruo sacerdotis, venit ad Iacobum Iustum, & apparuit ei. Iurauerat autem Iacobus se non comesturum panem ab illa hora qua biberat calicem Domini, donèc videret eum resurgentem à dormientibus. Rursusque post paululum: Afferte, ait Dominus, mensam & panem. Statimque additur: Tulit panem, & benedixit, & fregit, & dedit Iacobo Iusto, dixitque ei: Frater mi comede panem tuum, quia surrexit filius hominis à dormientibus. Triginta itaque annis Hierosolymæ rexit Ecclesiam, id est vsq; ad septimum Neronis annum, & iuxta templum vbi & præcipitatus fuerat sepultus est. Quidam in monte Oliueti eum conditum putāt, sed falsa eorum opinio est. Scripsit autem vnam tantùm Epistolam, quę de septem canonicis est.

De his Surius ex Metaphraste.

Fullonis fuste occiditur Iacobus Apostolus.

Gal.1.

Epistola S. Iacobi, vna de septē canonicis est.

In Gallijs territorio Viuariensi, in loco qui vocatus est antiquitùs Gentibus, sancti Andeoli Subdiaconi, quem misit ab Oriente S. Polycarpus cum B. Benigno & Andochio presbyteris, & Tyrso diacono ad prædicandum verbum Dei in Gallia. Cuius prędicatione Cęsar Seuerus comperta, spinosis fustibus crudelissimè flagellatum in carcerem trudi præcepit: & alia die productum cùm videret superari non posse, iussit ad similitudinem gladij, de ligno durissimo ensem fieri, & in crucis modum caput eius scindi. Quod cùm factum fuisset, elisо in terram cerebro gloriosa morte translatus est.

De eo Surius 3. Tomo nouæ editiõis. Itèm ciuitate Sedunensi, loco Agauno, passio Sigismundi Regis filij Gundebaldi, Regis Burgundionum. Qui cùm se cerneret non posse Francis resistere, solus fugiens, coma deposita, habitum religionis susceпit, & ieiunijs, vigilijs, die noctęque vacans ac orationibus, captus à Francis est, cum vxore ac filijs, in puteumq; demersus occubuit. Pòst verò Abbati cuidā reuelatus, & ab eo reuerenter sepultus, etiam miraculis claruit.

*Antisiodoro ciuitate, depositio sancti Amatoris Episcopi.

*Tolosæ, natalis sancti Orientij Episcopi. Itèm depositio S. Iustini Begorra ciuitate.

*Eodem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibidem Surius de Walburga.

* Eodem die sanctæ VValburgæ virginis.

VI. NONAS MAII.

Die 2.

NAtalis sancti Patris nostri Athanasij Alexandrinæ vrbis Episcopi & confessoris. Qui multa Arianorum perpessus insidijs, quadragesimo & sexto anno sacerdotij sui, post multos agones, multasq; patiętiæ coronas quieuit in pace. Hic vir

De eo vide Surium.

sagacis ingenij, & ecclesiasticis negocijs apprimè vigilans fuit. Huius origo & à puero institutio, tali modo narratur. Tempore quo apud Alexandriam Petri martyris diem Alexander Episcopus agebat, cùm post expleta solennia conuenturos ad cõuiuium suum clericos expectaret, in loco mari vicino videt eminùs puerorum

Baptizati secundùm Ecclesię formam non debent rebaptizari.

super ora maris ludum, imitantium (vt fieri solet) Episcopum, atque ea quę in ecclesijs geri mos est. Sed cùm intentus diutinò pueros inspectaret, videt ab his geri quædam etiam secretiora & mystica. Perturbatus, ilicò vocari ad se clericos iubet, atq; eis, quid eminùs ipse videret, ostẽdit. Tum abire eos, & cõprehensos ad se adducere omnes pueros imperat. Cumque adesset, quis is ludus, & quid egissent, vel quo modo, percõtatur. Illi (vt talis habet ætas) pauidi, negare primò. Dein rem gestam per ordinẽ pandunt, & baptizatos à se quosdã cathecumenos cõfirentur, per Athanasium, qui ludi illius puerilis Episcopus fuerat simulatus. Tum ille diligenter inquirens ab his qui baptizati dicebantur, quid interrogati fuerint, quidve responderint, simul & ab eo qui interrogauerat: vbi videt, secundùm religionis nostræ ritum cuncta constare, collocutus cum concilio clericorum, statuisse traditur illis, quibus integris interrogationibus & responsionibus aqua fuerat infusa, iterari baptisimum non debere, sed adimpleri ea quę à sacerdotibus mos est. Athanasium verò atque eos quibus ludus iste vel presbyteris vsus fuerat vel ministris, conuocatis parentibus, sub Dei obtestatione tradit Ecclesiæ nutriendos. Paruo autem exacto tempore, cùm à notario integrè, & à Grammatico sufficienter Athanasius fuisset instructus, continuò tanquàm fidele Domini cõmendatum, à parentibus susci-

1.Reg.1.

tuitur sacerdoti, ac velut Samuel quidã in templo Domini nutritur, & ab eo pergente ad patres in senectute bona, ephot sacerdotale dirigitur. Huius tanti in Ecclesia pro fidei integritate agones fuerunt, vt etiam de hoc videatur dictum esse il-

Act. 9.

lud quod scriptum est: Ego enim ostendam ei, quantum pro nomine meo eum pa-

S. Athanasius pro defensione fidei, multa ab hęreticis patitur.

ti oporteat. In huius etenim persecutiones vniuersus cõiurauit orbis, & commoti sunt principes terræ: gentes, regna, exercitus, coiẽrunt aduersùs eum. Multæque Arianorũ perpessus insidias, toto orbe profugus agitur: nullus tutus ad latendum supererat locus. Tribuni, præpositi, comites, exercitus quoq; ad inuestigandu cum mouẽtur: Edictis Imperialibus præmia delatoribus proponuntur, si quis viuũ maximè, sin minùs, certè caput Athanasij detulisset. Ità totis regni viribus frustrà aduersùs eum (cui Deus aderat) certabatur. Intereà sex cõtinuis annis ità latuisse fertur in lacu cisternæ non habentis aquam, vt solem nunquàm viderit. Sed cùm iam sibi nullum locum tutum videret, (proditus siquidem fuerat per ancillam, quæ sola conscia erat dominorum officijs, qui ei latebras præbuerãt) ad Constantẽ Galliarum principem fugit, à quo satis honorificè religioseque susceptus est. Quique causa eius, quam fama compererat, diligentiùs cognita, scribit ad fratrem, pro certo comperisse, quòd sacerdos Dei summi Athanasius iniustè fugatus, exilia pateretur. Reuersus itaque ad Constantium cum literis, ad Ecclesiam suam permittitur ire. Et rursùs post mortem illius fugatus, vsque ad Iouiniani Imperium

Obitꝰ eius.

latuit: à quo honorificè & officiosissimis literis requisitus, ecclesiarum disponendarum, iam statutus in sede sua, accepit potestatem. Moritur Valentiniani & Valentis Imperatorum tempore.

Eodem die, natalis SS. Saturnini & Neapolis, qui in carcere requieuerunt.

V. NONAS MAII.

Die 3. De inuentione S. Crucis vide Surium Tó. 3.

HIerosolymis, inuentio sanctæ Crucis ab Helena Regina, sub Cõstantino Principe, cuius & ipsa extitit mater. Inuentionis autẽ pretiosi ligni historia cognitu digna ità se habet. Adrianus, qui vndecimus Cęsar & Imperator Romę erat, existimans se fidẽ Christianã loci iniuria perempturũ, in loco passionis simulacrũ Iouis cõsecrauit. Et Bethleẽ Adonidis fano profanata est, vt quasi radix & fundamentum Ecclesiæ tolleretur, si in his locis idola colerẽtur, in quibus Christus natus est vt pateretur: passus est, vt resurgeret: surrexit, vt regnaret: iudex vel Rex iudicaret.

Esa 1.

In Bethleem quoq; vbi agnouerat bos possessorẽ suũ, & asinus præsepe Domini sui, ibi Principes hominum inficiati saluatorem Domini, infames hominum amores,

mortesque coluerunt. Prodita nouo sydere Regis æterni vbi cunabula supplices cum suis opibus adorauerant Chaldæi, ibi barbaras libidines sacrauerũt Romani. Vbi natum saluatorem cum exercitu Angelorum concinente, cælesti gaudio salutauerant illustrata nocte pastores, ibi Veneris amasium mixtæ semiuiris planxêre meretrices. Pró dolor, quæ pietas hominum hãc impietatem compensare poterit, vbi sacra nati saluatoris infantia vagierat, illic Veneris lamẽta fingentium lasciuis luctibus, infamis ritus vlulabat: & vbi virgo pepererat, adulteri colebãtur. Mansit hoc seculi prioris nefas in tempora Constantini, qui Princeps vt esset Principibus Christianis, non magìs sua quàm matris Helenæ fide meruit. Quæ diuino, vt exitus docuit, inspirata consilio, rogat filium vt sibi facultatem daret, cũcta loca illa Dominicis impressa vestigijs & diuinorum erga nos operum signata monimẽtis purgare: destructis tẽplis & idolis ab omni profanæ impietatis contagio, religioni suæ reddere, vt Ecclesia tandèm in terra originis suæ celebraretur. Itaque prompto filij Imperatoris assensu, mater Augusta patefactis ad opera sancta thesauris, toto abusa fisco est, quantoque sumptu atq; cultu Regina poterat, & religio suadebat, ædificatis basilicis, contexit omnia & excoluit loca in quibus salutaria nobis mysteria pietatis suę, incarnationis & passionis, & resurrectionis, atq; ascensionis sacramentis Dominus redemptor impleuerat. Mirũ verò inter hæc, quòd in basilica ascensionis, locus ille tantùm de quo in nube susceptus ascendit, captiuam in sua carne ducens captiuitatem nostram, ità sacratus diuinis vestigijs dicitur, vt nũquàm regi marmore potuerit, aut pauimentum receperit: semper excussis solo respuẽte, quę manus adornãdi studio tentauit apponere. Itaque in toto basilicæ spatio solum in sui cęspitis specie virens permanet, & impressam diuinorũ pedum venerationem, calcati Deo pulueris perspicua simul & attigua venerantibus, arena conseruat, vt verè dici possit, Adorauimus vbi steterunt pedes eius. Regina illa venerabilis vt venit Hierosolymam, diligenter & piè locis illic, & circà omnibus, diuinorum curiosa insignium, & oculis haurire gestiens fidem quam pijs auribus literisque perceperat, Crucem Domini studiosissimè inquirere adorta est. Sed quæ via vel ratio inueniendi subesset, cùm index idoneus nemo inueniri posset, vbi memoriã & cuiam religiosæ conscientiæ vel obseruantiæ, & antiquitas æui, & superstitionis impiæ diuturnitas aboleuisset. Verùm ipso omnium & terris & animis opertorum consciõ & reste Domino, fidelis mulier sanctum Spiritum per affectum pium meruit. Quo adspirante, cùm rem ab humana conscientia diuinitùs remotam frustrà diligens requisisset, de loco tantũ passionis certiòr fieri studuit. Itaq; non solùm de Christianis doctrina & sanctitate plenos viros, sed & de Iudæis peritissimos & propriæ (qua miseri gloriantur) impietatis indices exquisiuit, & accitos in Hierosolymam congregauit. Tum omnium vna de loco testificatione confirmata est. Iussit ilicò, vrgente sine dubio conceptæ reuelationis instinctu, in ipsum locum operam fossionis accingi, parataque mox ciuium pariter & militari manu, breui laborem istius molitionis hausit, & cõtra spem omnium, sed secundùm ipsius tantùm Regi-

S. Helena Cõstantini mater basilicas multas ædificat.

Ephes. 4.

Miraculum

Psal. 131.

Fœcẽ sanctę mulieris fidẽ & cõatum exercẽda Crucis Dominicæ.

næ fidem, alta egestione reseratis terræ sinibus, abditę Crucis arcana patuerunt. Sed cùm tres pariter cruces, vt quondàm fixæ Domino & latronibus steterant, repertæ fuissent, gratulatio repertarum, cœpit anxia dubitatione confundi. Iusto piorum metu, nè forsitan aut pro Cruce Domini patibulum latronis eligerent, aut salutare lignum pro stipite latronis abijciendo violarent. Aderat quidem & titulus ille qui Græcis & Latinis atq; Hebraicis literis à Pilato fuerat conscriptus, sed nec ipse satis euidẽter Dominici prodebat signa patibuli. Respexit pias fideliter æstuantium curas Dominus, & ipsi potissimùm quæ tam pię solicitudinis princeps erat, huius cõsilij lumen infudit, vt aliquem recèns mortuum inquiri & inferri iuberet. Macharius per idem tempus Ecclesiæ illius Episcopus præsens erat. Nec mora, verbum factum, cadauer illatum est: Deponitur iacẽti vna de crucibus, admouetur & altera, sed eorum ligna mors spreuit. Postremò Dominicam Crucem prodit resurrectio, & ad salutaris ligni tactũ, morte profuga, funus excussum, & corpus erectum est. Tremefactisq; viuẽtibus, sterit mortuus, & funebribus vt Lazarus quondàm vinculis expeditus, ilicò inter spectatores suos rediuiuus incessit. Ergò Crux Domini tot cooperta ætatibus, & Iudæis à tempore passionis abscondita, neque gentibus, in ædificatione fani, terram sine dubio ad ipsam fabricã egerentibus, reuelata: nonne diuina manu latuit, vt nunc inueniretur, cùm religiosè quęreretur? Ità vt Crucem

Iẽdem tituli trib⁹ linguis à Pilato cõscripti.

Ad tactum Dominicæ Crucis, resurgit mortuus. Iohan. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi decuit, experimento resurrectionis inuenta & probata Crux Christi est, dignoq; mox ambitu consecratur, condita in passionis loco basilica, quæ auratis corusc at laquearibus, & aureis diues altaribus, arcano repositam sacrario Crucis partem seruat, quam thecis argenteis incomparabilis fide Regina cõditam dereliquit ibi. Nanq; partem ipsius ligni salutaris detulit filio, quã Episcopus vrbis eius quotannis cũ Pascha Domini agitur, adorandã populo, princeps ipse venerantiũ pmit. Neq; præter hanc diem qua Crucis ipsius mysteriũ celebratur, ipsa (quæ sacramentorum causa est) quasi quoddam sacræ solennitatis insigne profertur, quod solùm Episcopi beneficio obtineri ferunt. Quæ quidẽ Crux, in materia insensata vim viuã tenens ità ex illo tempore innumeris penè quotidiè hominũ votis lignum suum cõmodat, vt detrimentum non sentiat, & quasi intacta permaneat. Nisi interdùm religiosissimi postulent, qui hac tantùm causa illò peregrinati aduenerint, vt sibi eius reuelatio, quasi in pretiũ longinquę peregrinationis deferatur, quotidiè diuidua sumentibus, & semper tota venerantibus. Sed istam imputribilem virturem & indetribilem soliditatẽ, de illius profectò carnis sanguine bibit, quę passa mortem, nõ vidit corruptionem. Clauos quoq; quibus corpus Dominicum fuerat affixum, eadẽ venerabilis Regina portauit ad filium. Ex quibus ille frenos composuit, quibus vteretur ad bellum, & ex alijs galeam, nihilominùs belli vsibus aptam.

Crux Domini in mille diuisa partes, detrimẽtum nõ sentit.

Clauorum Domini inuentio.

De S. Alexãdro & socijs Surius To. 3.

Eodẽ die Romę via Numentana, miliario septimo, S. Alexãdri Papæ, cũ Euentio & Theodolo Presbyteris sub Traiano Principe, Iudice Aureliano. Qui Romanæ Ecclesiæ Episcopatũ quintus post Petrum, tenuit annos decẽ, menses duos, dies decem, & sanctitate incõparabilis, fide clarissimus, maximã partem senatorum vrbis conuertit ad Dominũ. Hic constituit aquam adspersionis cum sale benedici in habitaculis hominũ, & passionẽ Domini miscuit in prædicatione sacerdotũ, quandò Missæ celebrantur. Qui postmodùm iubente Traiano Principe, ab Aureliano comite vtriusq; militiæ, carceri mancipatus, post stupenda & diuina miracula, vbi per puerũ, qui faculam ferebat ardẽtem, è carcere nocturno silentio per fenestram eductus, ad domũ Quirini Tribuni, vbi B. Hermes prefectus sub custodia tenebatur, perducitur, & postquã sanata est filia ipsius Quirini, Balbina nomine, & ipse Quirinus conuersus baptismi gratiã desiderauit, postq; liberationem & baptizationem eorum, quos vinculis arctatos in carcere Quirinus ipse tenuerat, inter quos duos quoq; sanctissimos presbyteros constrinxerat, Euentiũ & Theodolũ, qui de Orientc venerant: post ista omnia, & si qua sunt alia venerabiliter ab eo gesta, Aureliano comiti, Principe adhuc Traiano (siquidẽ Adrianus nondùm imperabat) exhibitus est simul cum ipsis beatis duobus presbyteris. Primoq; in eculeũ leuatus, & tortus vngulis, atq; lampadibus attractus grauissimè fuit. Cumq; nullas daret voces, dixit ei Aurelianus: Quarè taces? Sanctus Alexander respondit: Quia tempore orationis Christianus homo cum Deo loquitur. Deposito autẽ Alexandro, iussit impius Iudex applicari Euentium, & Theodolũ, & interrogauit beatũ Alexãdrum: Qui sunt isti? Beatus Alexander dixit: Ambo viri sancti, ambo presbyteri. Tunc cõuersus ad beatum Euentium Iudex, interrogauit eum: Quandò factus es Christianus? Cui beatus Euentius: Ante annos lxx. & annorum viginti presbyter ordinatus fui, & nunc ago lxxx. & vnum annum ætatis, quem in carcere & vinculis compleui. Et postquàm interrogauit etiam Theodolũ, & in confessione manẽtem inuenit, iussit furnum incendi fortiter, & beatum Alexandrum atque Euentium ligatos in medium præcipitari. Cum eis & beatus Theodolus sponte in flammas prosiliuit, decantans cum ipsis, & pariter gratias agens: Igne me examinâsti, & non est inuenta in me iniquitas. Quod cùm nunciatum impio Aureliano esset, fecit Alexandrum punctis creberrimis per tota pungi membra, donèc deficeret. Huiusmodi fine vir sanctus martyrium suum compleuit. Sanctì autem duo presbyteri gladio consummati sunt. Quorum corpora Seuera fœmina religiosa collegit, & beatum Alexãdrum atque Euẽtium in vno sepulcro, sanctum verò Theodolum seperatùm in alio posuit via Numentana, in prædio suo, v. Nonas Maij.

S. Alexãder cum socijs grauissimè torquetur.

Psal. 16.

S. Alexãder cum socijs occiditur.

De Iuuenali Surius Tomo 3. nouæ edit.

Ipso die, natalis S. Iuuenalis Episcopi & confessoris.

Die 4. De Siluano vide Surium.

IIII. NONAS MAII.

IN Palestina ciuitate Gaza, natalis S. Siluani eiusdem vrbis Episcopi. Qui persecutione Diocletiani cum plurimis Clericorum suorum martyrio coronatus est.

Item in metallo Fanensi, sanctorum martyrum xl. qui simul capite cæsi sunt.

*Eodem

*Eodem die, memoria beatissimi Iusti, Viennensis Episcopi.

Nicomediæ, natalis S.* Antoniæ, quæ nimiùm torta & varijs afflicta cruciatibus, ab vno brachio tribus diebus suspensa, & in carcerem biennio detrusa, à Prisciliano præside ad vltimum flammis exusta est. * Antoninæ

Eodem die, in Norico Ripensi loco Lauriaco, natalis S. Floriani, qui Præsidis iussu ligato ad collum saxo, in flumen Anisi præcipitatus est, & mox omnibus, qui circunstabant videntibus, oculi præcipitatoris eius crepuerunt. De Floriano Surius Tom. 3.

Ipso die B. Quiriaci Episcopi & martyris glorioſi, sub Iuliano Imperatore.

III. NONAS MAII.

APud Alexandriam, S. Euthymij Diaconi in carcere quiescentis. Die 5.

Thessalonicæ, natalis sanctorum Hyrenei & Peregrini & Hyrenes ignibus combustorum.

In Gallijs ciuitate Arelatensi, S. Hilarij Episcopi, magni, docti, & præclarissimi viri. Qui paupertatis amator & erga inopum prouisionem non solùm mentis pietate, sed & corporis sui labore solicitus erat. Nam pro reficiendis pauperibus, etiam rusticationem contra vires suas, homo genere clarus, & longè aliter educatus, exercuit, sed nec in spiritalibus neglexit. Nam & in docendo gratiam habuit, & absq; personarum acceptione omnibus castigationem ingessit. Inter sua verò opera ingenio immortali, ad multorũ vtilitatem, necessario opere, vitam S. Honorati decessoris sui composuit. Moritur Valentiniano & Martiano Imperatoribus. De Hilario, Genuadius de viris illustribus cap 69.

Item Viennæ, B. Nicetij Episcopi, venerabilis sanctitatis viri.

Antisiodoro, passio S. Iouiniani Lectoris & martyris. Deco Ado Viennensis anno 379.

PRIDIE NONAS MAII.

NAtalis S. Iohannis Apostoli ante portam Latinam Romæ: qui ab Epheso iussu Domitiani fratris Titi, secunda persecutione quam ipse post Neronem exercuit, ad vrbẽ Romam perductus, presente senatu ante portam Latinã in feruentis olei dolio missus est. Agẽte hoc impio Principe, qui Christianorũ infestissimus persecutor erat. Sed B. Apostolus tam liber à pœna indè exijt, quàm à corruptionibus carnis fuerat immunis. Tunc in Patmum insulam relegatur exilio, vbi Apocalypsim vidit. Ad commendandam ergò ipsius dignam memoriam, & pro fide Apostolicam constantiam, Christiani ecclesiam, venerationem eius gestantem, in supradicto loco ante portam Latinam præclaro & miro opere construxerunt. Die 6. Deco, Hieron. lib. 3 cõtra Iouinianum.

Eodem die, B. Euodij, Antiochiæ Episcopi, qui primus ab Apostolis ibi est Episcopus ordinatus. De quo B. Ignatius ad Antiochenam Ecclesiam: Petri & Pauli facti estis discipuli, nolite perdere depositum quod vobis cõmendauerũt. Memento beatissimi Euodij patris vestri, qui primus vobis ab Apostolis Antistes ordinatus est. Non confundamus patrem, sed efficiamur certi filij, & non adulterini. Hic martyr apud vrbem cui præfuit sepultus est. Epist. 9. ad Antiochenses.

Item B. Lucij Cyrenẽsis, qui apud Cyrenen primus Episcopus à sanctis Apostolis institutus est, quem in actibus Apostolorum S. Lucas commemorat. Act. 13.

*In Galatiæ ciuitate, natalis B. Geronti confessoris.

NONIS MAII.

NAtalis S. Iuuenalis martyris. Et beatissimæ atq; illustrissimę Dei famulę Flauiæ Domitillæ. Quæ cùm esset Clemẽtis cõsulis ex sorore neptis, & à S. Clemente sacro velamine ad integritatis perseuerantiã consecrata, persecutione Domitiani, anno principatũs eius quintodecimo, ob testimonium quod Christo permitebat, cum alijs plurimis in insulam Pontiam exilio deportata, longum inibì hibebat, cum alijs plurimis in insulam Pontiam exilio deportata, longum inibì martyrium duxit. Nouissimè cùm ab Aureliano spõso suo, quem pro Christo contempserat, & cuius accusatione exilio fuerat relegata, trãslata esset ad Terracinam vrbẽ Campaniæ, & doctrina ac miraculis primò Euphrosynã & Theodorã conlactaneas & cõuirginales suas, deindè etiã alios ad fidẽ Christi conuertisset: inter quę magnalia, etiã prædictus Aurelianus infestissimus persecutor eius, diuina virtute extinctus est: à Luxurio fratre eius incẽso cubiculo, in quo simul prefatis cum virginalibus suis clausa morabatur, cursum glorioſi martyrij sui consummauit sub persecutione Traiani. Altera nanque die veniens sanctus Diaconus nomine Cæsarius inuenit corpora sanctarum virginum illæsa. In facies enim suas prostratæ orantes Dominum recesserant. Quarum corpora idem sanctus Diaconus in sarcophago nouo simul condiens, in profundo terræ infodiens sepeliuit. De eadem gestis Nerei 12 Maij Tom. 3.

Item

Universidad de Deusto
Biblioteca

Is fuit Benedictus II. de quo Pontific.

* Itē Benedicti Pontificis, q̄ sedit Romę mēses decē, Imperāte Cōstantino. Hic ab ineūte ætate in Ecclesia militauit, paupertatis semp amator, sepultus apud B. Petrū.

Eodem die apud Nicomediam, passio sanctorum martyrum Flauij, Augusti, & Augustini fratrum.

VIII. IDVS MAII.

Die 8. De S. Michaële fusiùs infrà, 3. Cal. Octob.

IN monte Gargano, inuentio S. Michaëlis Archangeli, quandò illa sagitta velut flamine retorta, eum à quo iactata est mox reuersa percussit: & dictum est ad Episcopum: Ego sum Michaël Archangelus, qui in conspectu Dei semper assisto.

De Victore fusiùs Surius Tom. 3.

Mediolani, S. Victoris martyris. Qui natione Maurus & à primęua ætate Christianus, cùm esset in castris imperialibus, miles etiam canitie decoratus, compellente Maximiano vt sacrificaret idolis, in confessione Domini fortissimè perseuerans, primò grauiter fustibus cæsus, sed Deo protegente doloris expers. Deindè liquenti plūbo perfusus, sed nihil penitùs læsus. Nouissimè glorioſi martyrij cursum capitis abscisione compleuit. Erat autē ciuis sanctorum martyrum Naboris & Felicis, qui in Africa decollati, simul cum Ianuario & Marino Mediolanum translati sunt.

VII. IDVS MAII.

Die 9.

IN Perside, sanctorum martyrum trecentorum, decem.

Rom. 16.

Itèm natalis S. Hermetis, cuius Apostolus Paulus ad Romanos scribens meminit, dicens: Salutate Flegōtiam & Hermem, Patrobā, Hermā, & qui cum eis sunt fratres. Hunc asserunt authorē libri qui appellatur Pastor, & apud quosdam Ecclesias Græciæ etiam publicè legitur. Reuerà vtilis liber, multique de eo scriptorum veterum vsurpauēre testimonia, sed apud Latinos penè ignotus est. Qui dignè Deo semetipsum sacrificans, acceptabilisq; Deo hostia factus, virtutibus clarissimè fundatus, cæli regna petiuit. Sepultus apud vrbem Romanā. Titulus nomine ipsius iuxta baptisterium quod extructum est ex facultatibus S. Praxedis, & à B. Pio Apostolorū discipulo, operante studio consecratum, venerabiliter ei statutus est.

De Gregorio Nazianzeno vide Surium To. 3

Eodem die apud Nazāzi oppidum, B. Gregorij Episcopi, qui Theologus dicitur, nobilis, Athenis eruditus, collega B. Basilij Cæsareæ Cappadociæ posteà Episcopi. Quique cùm se totum Dei seruitio mancipâsset, tantū de collegæ amore præsumpsit, vt sedentem Basilium de Doctoris cathedra deponeret, ac secum ad monasterium manu iniecta perduceret, ibique per annos xiij. omnium Græcorum sęcularium libris remotis, solis diuinæ scripturæ voluminibus operā dabant. Igitur apud Nazanzo oppidum in loco patris Episcopus subrogatus, hęreticorum turbinem fideliter tulit. Reddita verò pace, Constantinopolim ad Ecclesiam docendam venire exoratus, non abnuit. Vbi breui tempore intantùm ad emendandum populum vetustis hæreticorum infectum venenis, profecit, vt tunc primùm Christiani sibi fieri viderentur, & nouellam lucem veritatis adspicere. Sed vbi gloriam subsecuta inuidia est, obniti quidā & proscriptionibus minùs sanis vti cœpēre, vt ipso ad propria remeāte, alius ordinaretur Episcopus. Quod ille susurrari tantùm & sub dente sentiēs ruminari, ipse profert, quia dicere ei nullus audebat. Absit, inquit, vt mei causa, aliqua simultas in Dei Sacerdotibus oriatur. Si propter me est ista tempestas, tollite & mittite me in mare, & desinet à vobis quassatio. Tum regressus, in Ecclesia sua quod superfuit vitæ tempus exegit. Et quoniam fessa iam ætate & corpore inualidus erat, successorem sibi ipse delegit, quo Ecclesiam gubernante, debilitatis & senectutis ocio frueretur.

Multos ab hæresi ad fidem veram reuocat S. Gregorius.

Cōstantinopoli, natalis S. Timothei, quādò ab Epheso eius sacra ossa delata sunt.

VI. IDVS MAII.

Die 10. De his vide Surium To. 5.

IOb Prophetæ.

Romæ via Latina in cœmeterio eiusdem, natalis sanctorum Gordiani & Epimachi. Quos Iulianus Imperator Apostata, inter multos Christianos, publicis cudi fecit, & apud quosdam Ecclesias mancipauit. B. verò Ianuarium senem Presbyterum compræhēsum, cuidam Vicario Gordiano ad audiendum tradidit. Qui B. Ianuarium patiēter audiens, spiritu Dei illuminatus credere cœpit. Quem protinùs B. Presbyter, cum vxore Mariana nomine, & familia, promiscui sexūs numero liij. & eo amplius, baptizauit. Quod factum audiens Iulianus, plenus ira, damnauit inscriptionibus sanctum Presbyterum Ianuarium. Sanctum verò Gordianum similiter damnatum, in custodia publica posuit, atque cuidam Clementiano, quem Vicarium eius loco dederat, tradidit. Vxorem porrò eius ad aquas Saluias manere præcepit in seruitio rusticorum.

S. Gordianus capite truncatur.

rum. Clementianus autem pro tribunali residens, B. Gordianum vinctum catenis sibi præsentari fecit. Ille in confessione Christi fixus, diù plumbatis cæditur, in vltimo, capite truncatur. Cuius corpus iussit iniquus iudex ante templum Apollinis in tellude iactari, vt à canibus roderetur. Quod nocturno tempore Christiani rapientes, miliario plus minus vno ab vrbe Roma posuerūt in crypta, vbi iam pridèm corpus beati martyris Epimachi sepultum fuerat. Hic Epimachus apud Alexandriam cum collega suo Alexandro, multo tempore in vinculis & in cruciatibus carceris tortus, cùm in frequentibus & diuersis supplicijs confectus perdurâsset in fide, ignibus postremùm consumitur, deindè reliquiæ ipsius Romam translatæ.

SS. Epimachus & Alexāder ignibus consumuntur.

Palmatius cum domo sua capite cæditur.

Itèm Romæ, natalis S. Calepodij senis Presbyteri, sub Alexandro Imperatore. Qui cum fecit occidi à Laodicio, & corpus trahi per ciuitatem, atque in Tyberim iactari, die Calendarum Maij. Quod inuentum piscatores leuauerunt, & narrauerunt hoc Calixto Episcopo. Acceptum itaque condiuit illud aromatibus, & linteaminibus, & sepeliuit in cœmeterio eius, miliario ab Vrbe tertio, in crypta, vj. Idus Maij. Tunc decollatus est ab Alexandro Palmatius consul cum vxore, & filijs, & alijs promiscui sexūs de domo sua. xlij. Cū quibus & Simplicius senator cum vxore & filijs suis, & familia sua, ferè promiscui sexūs, lxviij. & Felix similiter cum vxore sua Blanda, qui per doctrinam Calixti Papæ, & Calepodij presbyteri, nuper fuerant baptizati. Hic enim Palmatius consul Alexandro Imperatori adeò charus erat, quòd acceperat ab eo potestatem, vt Christianos cogeret sacrificare. Erat autem multitudo Christianorum collecta in quodam loco trans Tyberim, inter quos beatus Calixtus Episcopus Vrbis cum clero suo, & senex presbyter beatus Calepodius, ad quos tenendum Palmatius consul milites direxit. Qui ingressi vbi erat sanctorum multitudo, subitò cæci facti sunt. Palmatius hoc videns, timore perterritus, nunciauit Alexandro, atque milites in conspectu eius exhibuit. Tunc cœpit Alexander clamare, O ciues optimi, videtis artem magicam? Respondit Palmatius: Si per magicam istud factum est, vbi sunt virtutes deorum nostrorum? Iubeat itaque pietas vestra offerri & immolari dijs, nè pereat Respublica per eorum incantationes. Statuitur itaque dies, & præconis voce iubentur omnes immolare Mercurio, qui in vrbe Roma erant. Factum est autem, dum funderetur sanguis porcinus, & vitulinus, & sacerdotes virginesque baccharentur per templum dæmonis, vna ex illis Iuliana nomine, spiritu arrepta cœpit clamare: Deus Calixti ipse viuus & verus, ipse indignatus est pro pollutionibus Reipublicæ vestræ, & conteret Regem mortalem vestrum, quia non adoratis veritatem. Audiens hoc Palmatius, cucurrit ad beatum Calixtum trans Tyberim, vbi erat multitudo Christianorum, & cecidit ad pedes eius. Cognoui, inquit, Dominum Christum Deum esse verum, quem dęmones confessi sunt hodiè. Per ipsum te coniuro, vt liberes me à cultura dæmonum, & baptizes me sicut prædicas. Quem beatus Calixtus, indicto ieiunio, catechizauit, & allata aqua baptizauit. Qui baptizatus cœpit clamare: Verè vidi Dominum Iesum Christum, lumen verum, qui me illuminauit. Baptizata autem est & omnis domus eius. Ab eadem die omnem facultatem suam cœpit pauperibus Christianis erogare, vbicunque inuenirentur, ministrans eis victum & tegumentum. Post dies triginta requiritur ab Alexandro. Nunciatum enim est ei quòd Christianus esset. Tentus igitur à quodam Tribuno Torquato, missus est per triduum in custodia Mamertini, & vinctus præsentatur Alexandro. Quem videns Alexander iussit solui, cui & dixit: Sic amens es Palmati, vt deseras deos, & quæras hominem mortuum? Inter alia respondit Palmatius: Feci quasi infelix, modò autem cognoui quod verum est. Tunc Alexāder tradidit eum cuidam senatori Simplicio, vt reuocaret eum ad culturam deorum mollibus verbis. Sed Palmatius ieiunijs, orationibus & vigilijs studens, non cessabat lachrymis Deum Patrem omnipotentem & Dominum Iesum Christum filium eius deprecari. Veniens autē ad eum quidam Felix nomine, rogabat eum pro vxore sua, quæ à quatuor annis iacebat clinica. Beatus Palmatius præsente vxore Simplicij & omni familia, cecidit in terrā, & cum lachrymis orare cœpit: Domine Deus qui illuminâsti seruum tuum & donâsti mihi lumen æternum Dominum Iesum Christum, salua ancillam tuam Blandam, & alleua eam de lecto doloris, vt cognoscant omnes quia tu es Creator omnium rerum. Quæ ilicò sana surrexit. Quod videntes Simplicius & Felix, & reliqui qui in domo Simplicij erant, cœperunt

Alexander virtutem diuinam artimagicæ adscribit.

S. Palmatij conuersio.

Virtutum eius exercitia.

Sanat elinicā ab infirmitate.

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt vrgere B. Palmatium vt baptizarentur. Qui mittens vocauit sanctũ Calistum, & baptizati sunt omnes in nomine Domini Iesu Christi.

Itèm Romæ via Latina ad centum aulas, natalis sanctorum Quarti & Quinti, & aliorum multorum.

V. IDVS MAII.

Die 11. De Anth. & Mamerto vide Surium To. 3.

ROmæ via Salaria miliario xxij. natalis S. Anthimi presbyteri & martyris. Viennæ, depositio beati Mamerti Episcopi, qui ob imminentem cladem, solennes ante Ascensionem Domini litanias instituit.

IIII. IDVS MAII.

Die 12. De his martyribus Surius Tom. 3.

ROmæ, in cœmeterio Prætextati, natalis sanctorum martyrum Nerei & Achillei fratrum, qui fuerũt eunuchi B. Flauiæ Domitillæ, quique cum ea apud Insulam Pontiam longum pro Christo duxerunt exilium. Postmodùm verò ab Aureliano sponso Domitillæ (quem ipsa ob amorem Christi spreuerat) primò verberibus grauissimis attriti, deindè Mominio Rufo consulari sunt traditi, à quo cùm eculeo & flammis compellerentur ad immolãdum, & dicerent se à B. Petro Apostolo baptizatos nulla ratione posse idolis immolare, capite cæsi sunt. Quorũ corpora rapuit Auspicius discipulus eorum nutritor sanctæ virginis Domitillæ, quę etiam nauiculæ impositа, adduxit, & in prædio Domitillæ in crypta arenaria sepeliuit, via Ardeatina à muro vrbis miliario secundo.

De Pancratio Surius Tom. 3.

Itèm via Aurelia miliario secundo, natalis S. Pancratij martyris, qui cùm esset annorum xiiij. sub Diocletiano martyrium capitis detruncatione compleuit. Cuius reuerendum corpus Octauilla illustris fœmina occultè noctu sublatum, aromatibus conditum sepeliuit.

De Dionysio in gestis eiusdẽ Pancratij To. 3

Eodem die, B. Dionysij patrui eiusdem B. Pancratij, cuius studio idem Pancratius & baptizatus & in timore Domini confortatus ad martyrium animatus est. Ipsę cum præmijs cælestibus, charus & dignus Deo, in pace diem vitæ huius clausit. Sed & tunc temporis passa est virgo sacratissima Sotheris, nomine & genere nobilis, sub Diocletiano Augusto.

Eodem die apud Cyprum, sancti Patris nostri Epiphanij Salaminæ Episcopi.

De Epiphanio Surius Tom. 3.

III. IDVS MAII.

Die 13.

NAtalis S. Mariæ ad martyres. Foca Imperatore, beatus Bonifacius Papa in veteri fano quod Pantheon vocabatur, ablatis idolatrię sordibus, Ecclesiam beatæ semper virginis Mariæ & omnium martyrum dedicauit. Cuius dedicationis sacratissima die sagitur Romæ iij. Idus Maij.

De Seruatio Surius To. 3.

Ipso die, S. Seruatij Tungrensis Ecclesiæ Episcopi. Qui tempore quo Hunni Germaniam vastabant, nè ciuitatis atque Ecclesiæ suæ videret excidium, Domini reuelatione commonitus, transijt ad vicum Traiectensium. Ibique defunctus atque in medio publici aggeris est sepultus. Ob cuius meritũ hominibus demonstrandum,

Miraculum.

cùm tempore hyemis omnia in circuitu nix repleret, nunquàm sepulcrum eius operuit, donèc industria ciuium, basilica super ipsum ædificata est.

PRIDIE IDVS MAII.

Die 14. De Pacho. Surius To. 3.

SAncti patris nostri Pachomij, qui cùm esset factis Apostolicæ gratiæ insignis, fundatorque Aegypti cœnobiorum, scripsit Monachorũ regulas, quas Angelo dictante didicerat, simul & de tempore paschali.

Ipso die in Syria, natalis Victoris & Coronæ sub Antonino Imperatore, Duce Alexandriæ Sebastiano. Erat autem Victor miles à Cilicia, cui Sebastianus in confessione fidei confringi digitos, & euelli iussit à cute, deindè illum in caminum ignis mitti, vbi triduò permanens, nõ est læsus. Deindè venenum bibere iussus non est mortuus, sed veneficum potiùs ad fidem conuertit. Postea iussum est, neruos corporis eius tolli. Deindè oleum bulliens mitti in pudendis eius. Post hoc iussit

S. victor grauissimis tormentis afficitur. Vide Surium To. 3.

lampades ardentes suspenso ad latera applicari. Post hæc acetum & calcem simul misceri, & dari ei in ore. Deindè oculos erui. Deindè triduò iussit capite suspendi, & dum adhuc spiraret, fussit eum excoriari. Tunc Corona cùm esset vxor cuiusdam militis, cœpit beatificare sanctum Victorem pro gloria martyrij. Et dum hoc faceret, vidit duas coronas de cælo lapsas, vnam Victori, & alterã sibi missam. Cumque & hoc cunctis audientibus protestaretur, tenta est à duce, iussumque est duas arbores palmas curuari adinuicèm, & canabinis funibus ligari Coronam, in vtrisque manibus & pedibus, & sic arbores dimitti. Quod dum fieret, diuisa est Corona

S. Corona in duas partes secatur, & Victor decollatur.

in duas partes, & sic æternæ vitæ coronam accepit. Erat autem xvj. annorum. Tunc quoquè Victor decollatus, & ipse victoriæ perennis triumphum meruit.

* Mediolani, Victoris, Camoris, Felicis, Rustici, & sanctorum cccc. iiij. martyrum, qui cum S. Cirico passi sunt.

IDIBVS MAII.

Die 15. De his vberrimè in Annalibus Hispaniæ, nuper editis.

APud Hispanias, natale sanctorum confessorum Torquati, Thesiphontis, Secundi, Indalecij, Cæcilij, Esitij, Eufrasij. Qui Romæ à sanctis Apostolis Episcopi ordinati, & ad prædicandum verbum Dei ad Hispanos tunc adhuc gentili errore implicatos, directi sunt. Cumque ad ciuitatem Accitanam venissent, & propter laborem itineris modicùm quiescentes, causa victûs emendi discipulos in vrbem missent, mox paganorũ multitudo, qui tunc fortè dijs suis festa celebrabant, eos vsque ad fluuium persecuta est, in quo pons miræ magnitudinis & firmitatis extructus, transeuntibus sanctis, Dei nutu, cum omni sequẽtium multitudine funditùs corruit. Ad quod miraculum cæteri territi, & cuiusdam magnæ senatricis Lupanariæ (quæ diuinitùs inspirata, eos benignè suscipiens credidit) exemplum sequuti, relictis idolis, Christo Domino crediderunt. Post hoc diuersis vrbibus euangelizantes, & innumeras multitudines Christi fidei subiugantes, Torquatus Acci, Thesiphon Vergij, Secundus Abuli, Indalecius Vrci, Cæcilius Heliberri, Esitius Carcesæ, Eufrasius Heliturgi quieuerunt. Extat vsque hodiè illustre miraculum ad commendationem pretiosæ mortis eorum. Nam eadem solennitate apud præfatam Accitanam vrbem, ad sepulcrum sancti Torquati arbor oliuæ diuinitùs florens, maturis fructibus onustatur.

Greg. Turõ. de gloria martyrum cap. 102.

Apud insulam Chium, natalis S. Isidori martyris. In cuius basilica extat puteus, in quo & fertur iniectus. De cuius aqua energumeni, febricitantesque, vel reliqui infirmi sæpiùs potati saluantur.

Apud Lampascum, passio sanctorum Petri & Andreæ, Pauli & Dionysiæ.

XVII. CALENDAS IVNII.

Die 16.

APud Isauriam, natalis sanctorum Aquilini & Victoriani, quorum gesta habentur.

Apud Antisiodorum, passio sancti Peregrini, Episcopi primi ciuitatis ipsius.

Et in pago Foroiulienſi, vico qui vocatur Calidianus, sanctæ Maximæ virginis, quæ multis clara virtutibus, in pace quieuit.

*al Episcopi.

* Trecassino, depositio Fidoli * presbyteri, & confratris Brendani Abbatis.

XVI. CALENDAS IVNII.

Die 17. De Torpete habetur secunda parte aureæ legẽdæ.

IN Tuscia, natale sancti Torpetis martyris sub Nerone principe. Hic magnus in officio Cæsaris Neronis fuit, & à beato Antonino baptizatus, & in fide Christi eruditus est. Hũc Nero cùm cognouisset esse Christianum, tradidit cuidam proprio suo Satellico, vt impelleret eum sacrificare. Sed cùm spiritu Dei confortatus, & in fide fundatus, vir beatus immobilis permaneret, fecit eum Satellicus alapis cædi, & ligatum ad columnam tandiù verberibus affici, quousque sanguis gutatim de corpore ipsius defluueret. Sed subitò dum martyr cæderetur, columna cadens oppressit iudicem, & quinquaginta cum eo viros. Indè tentus à ministris, positus est in rota. Posteà feris objcitur à filio Satellici, nomine Syluio, sed minimè ab his est læsus. Cuius constantiã & virtutem quidam consiliarius Neronis Euellius nomine inspiciens, Christo credidit. Ac post paululum baptizatus, decollatus est in vrbe Roma v. Calendas Maij, martyrijque honore coronatus. Sed & beatus Torpes, iubente Syluio foràs ciuitatem Pisanam ductus, decollatione martyrium suum compleuit iij. Calẽdas Maij. Huius corpus ministri sceleris impositum penè fractæ & cariosæ naui, simul cum cane & gallo proiecerunt in decursum fluminis. Apparens autem Angelus Domini cuidam venerabili fœminæ, cuius nomen Celerina, monuit, vt perquireret martyris corpus, & sepeliret. Quod illa celeriùs complens, inuentum cum omni reuerentia sepeliuit, & de facultatibus suis, cessante persecutione, ecclesiam miro opere supra construxit. Agitur festiuitas martyris & conuentus ciuium xvj. Calendas Iunij.

S. Euellius cũ Torpete decollatur.

XV. CALENDAS IVNII.

Die 18. S. Dioscori laminis igniti adurtur.

APud Aegyptum, natalis sancti Dioscori Lectoris: In quem præses multa & varia tormenta exercuit, ità vt vngues eius effoderet, & lampadibus eius latera inflammaret: sed cælestis luminis fulgore territi ceciderunt ministri. Nouissimè

Universidad de Deusto
Biblioteca

laminis ardentibus adustus, martyrium consummauit.

XIIII. CALENDAS IVNII.

Die 19. ROmæ, natalis sanctæ Potentianæ virginis, quæ illustrissimi generis, Pudentis discipuli sancti Pauli Apostoli filia fuit. Cuius mater Sabinella, soror verò Praxedis, quas pijssimus pater earum Pudens in omni religione Christi eruditi, virgines que Christo reliquit. Quæ post obitū sancti patris in omni exercitatione pietatis ità excreuerunt, vt nocte dieque incessanter hymnis & orationibus cum familia sua Domino inseruirent, beatissimo Pio vrbis Episcopo cum eis in laudibus Dei participante. Remunerationem igitur pro pijssimis laboribus suis perceperunt, quæ per gratiam Christi fructuosè consummauerant, post innumeros agones, post multorum martyrum venerabiliter exhibitas sepulturas, post omnes sanctates suas in visceribus pauperum inclusas, Christoque fideliter commendatas, tandèm de terris ad Christum migrauerunt. Potentiana venerabilis quartodecimo Calendas Iunij, posita in cœmeterio Priscillæ via Salaria: Praxedis verò virgo æquè sanctissima, duodecimo Calendas Augusti, & ipsa cum sorore iuxta patrem sanctum Pudentem posita.

SS. Potentianæ & Praxedis exercitia.

Felix earum obitus.

Eodem ipso die, beatissimi Pudentis patris suprà nominatarum virginum, qui ab Apostolis, Christo in baptismo vestitus, innocentem tunicam vsq; ad coronam vitæ immaculatè custodiuit & seruauit.

Item Romæ, natalis sanctorum Calocerij & Partemij eunuchorum vxoris Decij Imperatoris: quorum cùm esset vnus præpositus cubiculi, alter primicerius, nolentes sacrificare idolis, à Decio occisi sunt. Corpora eorum iuxta viam Appiam posita quartodecimo Calendas Iunij.

XIII. CALENDAS IVNII.

Die 20. De Basilla habetur in gestis S. Eugeniæ 25. Decembris. ROmæ via Salaria, natalis sanctæ Basillæ virginis & martyris Christi. Quæ cùm esset ex genere regio, & haberet sponsum illustrissimū nomine Pompeium, per beatam Eugeniam & sanctos Dei viros Protam & Hyacinthum cōuersa ad fidem, accusata est à præfato sponso suo quòd esset Christiana. Decreuit continuò Gallienus Augustus, qui tunc Christi persequebatur Ecclesiam, vt aut sponsum reciperet, aut gladio interiret. Conuenta de hoc, respondit, se Regem regum sponsum habere, qui est Christus filius Dei. Et cùm hoc dixisset, gladio transuerberata est.

Turonen de glor. martyrum cap. 78

Eodem die in Gallijs ciuitate Nemauso, natalis Baudelij martyris: Qui à paganis, deorum suorū sacrificia celebrantibus, comprehensus, cùm sacrificare nollet, & in fide Christi immobilis inter verbera & tormenta persisteret, martyrij palmam precioſa morte percepit.

* Item passio sanctæ Saturninæ virginis.

XII. CALENDAS IVNII.

Die 21. *al. Polei, Polyti, Hippolyti. IN Mauritania Cæsariensi, natalis sanctorum Timothei, * Pollij & Eutychij diaconorum: Qui apud præfatam regionem verbum Domini disseminantes, pariter coronari meruerunt.

* Antisiodori, depositio beati Valis presbyteri & cōfessoris, & Valētis martyris.

Item apud Cæsaream Cappadociæ, natalis sanctorū Polyeucti, Victorij, Donati.

XI. CALENDAS IVNII.

Die 22. NAtale sanctæ Iuliæ, quæ, cùm Carthago ciuitas capta esset, ducta est captiua, & sortita in seruitutem deuenit cuiusdam Euchij ciuis Syriæ Palæstinæ. Cui diligenter seruiens, expleto eius seruitio, acceptaque requie, aut orationi, aut lectioni insistebat. nam & corpus suum iciunijs affligebat. Vndè dominus eius quanuis paganus, valdè eam admirans, sæpiùs admonebat, nè taliter se affligeret. Sed illa nec blandimentis, nec etiam monitionibus ab hoc quod inchoauerat, recedebat, excepto die Dominicæ Resurrectionis. Deindè contigit vt dominus ipsius vnà cum ipsa veniret in Corsicam, & ibi sacrificantibus alijs, cœpit & ipse dijs ipsius vnà re. Sed beata Iulia videns errorem illorum, condolebat. Audiens quidam princeps Felix saxo nomine, quòd illa nollet sacrificare, quæsiuit eam à domino suo, vt receptis in illius vice quatuor ancillis, sibi ea daretur. Cui ille pro magno eius seruitio noluit eam tribuere. Tunc præfatus Felix callidè fecit domino suo conuiuium, quatenùs ipso ex nimia potatione soporato, & ignorante, de naui ipsius eam tolleret. Quod & factum est. Nam ipso inscio, ducta est beata Iulia ante Felicem.

S. Iulia corpus suum iciunijs affligit.

licem. Cumque blandimentis Felix ei non potuisset suadere, vt sacrificaret, præcepit eam alapis cædi, deindè crinibus torqueri, atque flagellari, ad extremum etiam crucifigi, & sic in ipso patibulo vltimum efflauit spiritum. De cuius ore sanctissimo columba exiuit, & cælum petiuit. Tunc per Angelos, diuina dispensante gratia, nunciatum est hoc quibusdam monachis in insula Margarita, quæ nūc vulgò Gorgona dicitur, consistentibus. Illi hoc audito, asscensis nauibus, summa cum festinatione venerunt in Corsicam, & inuenerunt sicut sibi ab Angelis fuerat reuelatum. Dein summa cum reuerentia deponentes corpus eius de cruce, iuuante Domino, celeriter ad sua reuersi sunt. Et ibi, videlicet in ipsa Margarita insula condientes corpus eius cum aromatibus, posuerunt in monumento cum gaudio. Posteà autem de ipsa insula Anza Regina vxor Desiderij Regis Longobardorum, præcepit corpus eius afferri, & in monasterio, quod ad honorem ipsius construxit, Brixię mirificentissimè collocauit.

Multis affecta supplicijs, tandèm crucifigitur

Transfertur Brixiam.

Eodem die in Africa, SS. Casti & Aemilij, qui per ignem passionis martyrium consummauerunt. Scribit Cyprianus in libro de lapsis. Sermone 5.

* Romæ, natalis sanctorum Faustini & Timothei, & aliorum.
* Antisiodori, depositio & translatio sanctæ Helenæ virginis.
* In Cæsarea Cappadociæ, natalis sancti Poliocti.

X. CALENDAS IVNII.

Die 23. APud Lingones, passio sancti Desiderij Episcopi, qui cùm plebem suam ab exercitu Vandalorum vastari cerneret, ad Regem eorū, pro ea supplicaturus exiuit, à quo statim iugulari iussus, pro ouibus sibi creditis ceruicem libenter retendit, & percussus gladio, migrauit ad Christum. Percussor verò eius mox amentia correptus interijt. Sepultus est ibidèm beatus martyr, in basilica iuxta vrbis muros: quod fidelium populus à Christo ei commissus, præcipuo ipsius amore, & pia deuotione ad tutelam ciuium fieri procurauit. Passi sunt autem cum eo plures alij de numero gregis sui, & apud eandem vrbem conditi.

Veri pastorisofficium, pro ouibus animā ponere.

Apud Viēnam, natalis sancti Desiderij Episcopi, qui passus est in territorio Lugdunensi, in villa Prisciniaco, super fluuium Calarona, cuius vita plena miraculis refulsit: qui in Viennensi ecclesia sepultus honoratur.

Ado Viennensis in Chron. anno 582.

IX. CALENDAS IVNII.

Die 24. De eo Act. 18 NAtalis sancti Manahen, Herodis tetrarchæ collactanei, doctoris & prophetæ sub gratia noui testamenti, apud Antiochiam in Christo quiescentis.

Luc. 8. & 24. Item beatissimæ Iohannæ vxoris Chusæ procuratoris Herodis, quam commemorant Euangelistæ. Item in portu Romano, natalis sancti Vincentij martyris.

Turon. cap. 50. & Sutius Tom. 3. *al. Zoili In Gallijs ciuitate Nannetis, natalis SS. martyrum Donatiani & Rogatiani fratrum. In Histria, natalis sanctorum * Zoelli, Seruilij, Syluani & Dioclis.

VIII. CALENDAS IVNII.

Die 25. De eo in gestis S. Cæciliæ Tom. 6. Surij. ROmæ via Numentana, in cœmeterio Prætextati, natalis sancti Vrbani Episcopi & martyris. Cuius doctrina, sub persequutione Alexandri, multi martyrio coronati sunt. Hic sedit in Episcopatu annos quatuor, menses decem, dies * decem.

Pontificale cap. 41. Item Romæ, Eleutherij Papæ, qui sedit annos quindecim. Hic accepit epistolas à Lucio Britannico Rege, vt per eius mādatum Christianus fieret. Sepultus est iuxta corpus beati Petri Apostoli.

Amb. Epist. 82. ad Vercell. Mediolani, S. Dionysij Episcopi & confessoris. Qui ab Imperatore Constantio Ariano apud Cappadociam pro fide catholica damnatus exilio, ibidèm requieuit. Reliquias corporis eius, per sanctum Basilium præfatæ vrbis Episcopum receptas, beatus Ambrosius condigno honore condidit.

Eodem die apud Mysiam, ciuitate Dorostoro, natalis sanctorum martyrum Pasficratis, Valentionis, & aliorum duorum coronatorum.

VII. CALENDAS IVNII.

Die 26. Hier. de viris illust. cap. 29. APud Athenas, natalis sancti Quadrati, Apostolorum discipuli, qui in locum beati Publij Athenarum Episcopi substituitur, & Ecclesiam grandi terrore dispersam, fide & industria sua congregat. Cumque Adrianus Athenis exisset hyeme, inuisens Eleusinam, & omnibus penè Græciæ sacris initiatus, dedisset occasionem his qui Christianos oderant, absque præcepto Imperatoris vexare credentes: porrexit ei libellum pro nostra religione compositum, valdè vtilem, plenumque rati-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rationis & fidei, Apostolica doctrina dignum: in quo & antiquitatem suæ ætatis ostendens, ait, plurimos à se visos, qui sub Domino varijs in Iudæa oppressi calamitatibus sanati fuerant, & qui à mortuis resurrexerant. Quia vnà cũ filiabus Philippi,& in prophetica gratia celeberrimus fuit. Act.21.

Vnius meminit possidius. Item eodem die, natalis S. Quadrati martyris, in cuius solennitate S. Augustini sermones habiti inueniuntur.

Romæ, beatorum martyrum Symmetrij presbyteri, & aliorũ viginti duorum, quos Antoninus Imperator gladio pro Christo puniri fecit. Quorum corpora nocte beata Praxedis collegit, & sepeliuit in cœmeterio Priscillæ, sub die septimo Calen. Iunij. Item Tuderti Tusciæ, natalis SS. Felicissimi, Heraclij, Paulini.

In territorio Antisiodorensi, passio sancti Prisci martyris cum ingenti multitudine.

De S. Augustino Surius To.3. In Britannijs, S. Augustini Episcopi & confessoris. Qui missus à beato Papa Gregorio, primus genti Anglorum Christi Euangelium prædicauit, atque illic virtutibus & miraculis gloriosus quieuit.

* Item natalis venerabilis Bedæ presbyteri & confessoris, ac Doctoris celeberrimi.

VI. CALENDAS IVNII.

Die 27. APud Mesiam ciuitate Dorostorensi, natale sancti Iulij, qui tempore persecutionis cùm esset veteranus & emeritæ militiæ, comprehensus ab officialibus, & Maximo præsidi oblatus, nolens sacrificare idolis, & nomen Domini Iesu Christi constantissimè confessus, capitali sententia punitus est. Cumque duceretur ad locum cædis implendæ, Esitius quidam miles, cùm & ipse ob fidem Christi comprehensus detineretur, rogabat eum dicens: Memor esto mei. nam & ego subsequor te. Plurimùm etiam saluta Passicratem & Valentionem famulos Dei, qui nos iam per bonam confessionem præcesserunt ad Dominum. Iulius verò osculatus Esitium dixit: Frater, festina venire, mandata enim tua iam audierunt quos salutasti. Sic accepto orario, ligans sibi oculos, martyrij palmam, gladio cædente, percepit.

S. Iulius capite cæditur.

Item S. Esitius.

In Gallijs ciuitate Arausica, S. Eutropij Episcopi, cuius vitam illustrem virtutibus ac miraculis, Verus Episcopus luculento sermone describit.

V. CALENDAS IVNII.

Die 28. NAtalis sancti Iohannis Papæ, quem (quia orthodoxus erat, & à Iustino Imperatore orthodoxo Cõstantinopolim veniens gloriosè susceptus fuerat) Theodoricus Rex Arianus reuertentem, Rauennæ in custodia tentum, ad mortem vsque, cum alijs æquè catholicis viris, perduxit. Huius meminit S. Gregorius in libro Dialogorum. Cuius corpus translatum de Rauenna, sepultum est in basilica S. Petri Apostoli quinto Calendarum Ianuarij, Olybrio consule.

Lib.4.ca.30 Pontif.c.55.

Eodem die apud Parisios, natalis sancti Germani Episcopi & confessoris.

De Germano Surius Tom.3. Item apud Sardiniam, sanctorum Aemilij, Felicis, Priami & Luciani.

* Romæ via Numentana, miliario quartodecimo, natalis sanctorum Ephycati, Eustasij, Victuriæ, Castulæ.

IIII. CALENDAS IVNII.

Die 29. ROmæ, via Aurelia, sancti Restituti: via Tyburtina, septem germanorum.

* In Africa, natalis sanctorum Primi, Acydiæ, Passiomoni, & aliorum 154.

Treuiris, beati Maximini Episcopi: à quo Athanasius persecutionem Constantij fugiens honorificè susceptus est.

Vita Maximini habetur 3. Tomo Surij, sed videtur apocrypha. Item passio sancti Cononis martyris & filij eius sub Aurelio Imperatore, in Iconio, ciuitate prouincię Isauriæ, Iudice Domitiano. Hic cùm esset fide præclarus, exhibitus Iudici cum filio suo annorum duodecim, Spiritum sanctum in se habitare veraci confessione manifestauerunt. Primùm itaque ignito ferro superpositi: Deindè craticulam prunis suppositis & oleo superinfuso constanter superauerunt. Indè frixoriam: indè suspẽsi, & valido igne sub eis adhibito, malleo ad extremum ligneo manus eorum contritæ, in laudem omnipotentis Dei spiritum emiserunt.

De his Surius Tom.3. Eodem die, natalis sanctorum Sisinnij, Martyrij, atque Alexandri, qui in Anauniæ partibus, persequentibus gentilibus viris, martyrij coronam adepti sunt. Hos Vigilius Tridentinæ vrbis Episcopus & martyr ad regionem vicinam (cui vocabulum Anaunia) ad prædicandum misit. Ex quibus vnus Sisinnius senex venerabilis, genere Græcus, ex prouincia Cappadocię fuit. Igitur dum per aliquot tempus verbum

bum Dei prædicarent, turba gentilium indignè ferens, aduersùs sanctos Dei pugnatura consurgit. Contigit autem, vt secundùm gentilem consuetudinem, per quinquennium, ob culturam ruris sui, diabolica pompa semina sua circumirent, luctuosis ornatibus coronati, Saturno victimas immolaturi. Tunc & ipsi apprehensi à multitudine gentilium, immolare iubentur. Quibus reluctantibus, tanta cæde sunt mactati, vt vix extremum spiritum traherent. Interìm vna nocte dilata, mox peruenitur ad coronam martyrij. Nam sanctus Sisinnius tuba ærea percussus in capite, atque securibus confossus, iuxta ipsius ecclesiæ limina decubuerat. Sanctus verò Martyrius comprehensus stetit immobilis, & agens gratias Deo, vulneratus capite securibus, atque fudibus trãsforatus, ducebatur ad idolum: in quo itinere reddidit spiritum. Multitudo autem gentilium tunc apprehendentes sanctorum corpora, & in collo S. Sisinnij tintinnabulum suspendentes, insultabãt dicentes: Modò te vindicet Christus. Igitur inter corpora sancti Sisinnij & Martyrij viuus Alexander trahendus apponitur, vt per iter asperum membratìm corpora disiungerentur. Vbi ergò peruenerunt ad aram Saturni, ignem copiosum fectum, sanctorum corporibus immiserunt. Sanctum autem Alexandrum flagellantes, interrogabant, si vellet euadere flammas, vt sacrificaret Saturno. Sed ille contemnens impias voces, glorioſæ passionis excepit palmam. Hæc cùm sexta feria acta fuissent quandò Saluator fuerat crucifixus, vmbra quædam nigra proxima terræ, mox totam texit regionem, fulminibus treberrimis discurrentibus, vt & ipsi impij confiterẽtur terrore perculsi, hoc sanctorum causa fieri. Quorum etiam reliquias cùm postmodùm Mediolanenses summa deuotione susciperẽt, quidam cæcus ex litore Dalmatino aduenies, tacto loculo lumen recepit, vt sanctus Paulinus scribit in vita S. Ambrosij.

SS. Sisinnius & Martyrius à paganis interimuntur.

S. Alexãder ignibus injicitur.

III. CALENDAS IVNII.

Die 30. ROmæ via Aurelia in cœmeterio, natalis sancti Felicis Papæ. Qui cùm annis quinque rexisset Ecclesiam, sub Claudio principe, martyrio coronatus est. Hic constituit supra memorias martyrum Missas celebrari. De Felice I. Pontificale cap.27.

Turribus Sardinæ, natalis sanctorum martyrum Gabinij & Crispoli.

* In Antiochia, sanctorum Syci & Palatini.

* Item in Nicomedia, natalis multorum sanctorum.

PRIDIE CALENDAS IVNII.

Die 31. ROmæ, sanctæ Petronellæ virginis. Hæc fuit filia beatissimi Petri Apostoli, quę post multa miracula sanitatum, cùm eam Flaccus Comes suo vellet coniugio sociare, tridui inducias postulans, & cum sancta virgine Felicula collactanea sua continuis ieiunijs atque orationibus vacans, tertiò celebratis Dominicæ oblationis mysterijs, mox vt Christi sacramentum accepit, reclinans se in lectulo, emisit spiritum. De Petronella habetur 31. Maij, in gestis Nerei.

Eodem die apud Aquileiam, natalis sanctorum martyrum Cantij, Cantiani, & Cantianillæ fratrum. De his Surius Tom 3.

Turribus Sardiniæ, natalis sancti Crescentiani martyris.

IVNIVS HABET DIES XXX.
LVNAM VICESIMAM NONAM.

CALENDIS IVNII.

Die 1. DEDICATIO sancti Nicomedis martyris & presbyteri apud vrbem Romam, cuius martyrium celebratur xvij. Calen. Octob.

Apud Cæsaream Palæstinæ, natalis sancti Pamphili presbyteri, viri admirandæ fidei & sanctitatis, qui sub persecutione Maximini, martyrio coronatus est. Huius vitam Eusebius Cæsareensis Episcopus * tribus libris compræhendit. Sed & beatus Hieronymus scribit, quædam volumina manu eius exarata se reperisse. Quæ tanto, inquit, amplector & seruo gaudio, vt Crœsi opes

* Hi libri non extant

De viris illust. cap.85.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Capraſ. To.3. Surij ſecũdę editionis

ſi opes habere me credam. Si enim lætitiæ eſt, vnam epiſtolam habere martyris, quantò magis tot millia verſuum, quæ mihi videtur ſui ſanguinis ſignâſſe veſtigijs? Ipſo die, ſancti Capraſij Abbatis monaſterij Lirinenſis. Apud Viennam, ſancti Claudij xj. Epiſcopi.

IIII. NONAS IVNII.

Die 2.

ROmæ, Marcellini Preſbyteri & Petri Exorciſtæ, ſub Diocletiano, Iudice Sereno. Factum eſt dum teneretur beatus Petrus in obſcuriſſimo carcere vinculis ferreis adſtrictus, vt cuſtos carceris nomine Artemius haberet filiam dæmoniacam, quam vnicè diligebat. Cui vir Dei Petrus dixit: Audi conſilium meum Artemi, & crede vnigenitum filium Dei viui Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui eſt liberator omnium in ſe credentium. Si credideris, ſaluabitur filia tua. Cui Artemius: Miror imprudentiam conſilij tui. Te Deus tuus liberare non poteſt, cùm illi credas, & quotidiè pro eius nomine plagas & vincula perferas, quomodò poterit filiam meam liberare ſi ei credidero? Si me vis credere Deo tuo, eccè ego duplicabo ſuper te catenas, & clauſtra omnia carceris muniam: te autem ipſum in ipſa ima ſolum includam. Si de his omnibus liberauerit te Deus tuus, credam ei. Cui beatus Petrus aſſenſum dedit, promittens ad domum illius ſe venturum, hoc inquam faciam non ad libitum tentationis tuæ, ſed ad declarationem diuinitatis Domini mei Ieſu Chriſti. Agitans caput Artemius, Iſte, inquit, homo nimijs paſſionibus fatigatus aliena loquitur. & hæc dicens abſceſſit. Narrauitque geſta & dicta vxori ſuæ Candidæ. Et eccè ſubitò noctis initio, adeſt homo Dei Petrus, Artemio & Candidæ, indutus veſtibus candidis, tenens in manu ſua triumphum Crucis. In cuius veſtigia corruentes illi, clamabant: Verè vnus Deus eſt, & verus Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Statimque filia eorum nomine & corpore virgo, à ſpiritu immundo vexata curata eſt. Et cùm hoc fieret, omnes qui in domo Artemij erant crediderunt. Conuenitque multitudo vicinorum amplius quàm trecentorum, mulierum verò abundantior numerus, clamantium: Præter Chriſtum non eſt alius Deus. Cumque omnes cuperent fieri Chriſtiani, adduxit vir Dei Petrus Marcellinum Preſbyterum, qui omnes vnanimiter baptizauit. Sed Artemius omnes qui in vinculis erant abſoluit, qui & omnes baptiſmi gratiam perceperunt. Audiens hoc iudex Serenus, iuſſit Marcellinum Preſbyterum & Petrum Exorciſtam præſentiæ ſuæ exhiberi. Et auditum beatum Marcellinum iuſſit pugnis cædi in ambabus arterijs. At vbi defecerunt cædentes, ab eo Petro ſeparato, iuſſit vt nudus ſuper vitri fragmenta ſterneretur in cuſtodia, & victus ei & lumen negaretur. Petrus conuerſus ad Serenum, dixit: Cùm ſis nomine Serenus, rotum te nubilum & tenebroſum factis offendis. Tunc & ipſum Serenus iuſſit vinculis recipi, & pedes in cippo arctiſſimo conſtringi. Factum eſt dum ſeparati eſſent, apparuit Angelus Domini Marcellino preſbytero oranti nudo, & induit eum veſtimentis ſuis, & adduxit eum vbi beatus Petrus erat in cippo & ferro. Sed & ipſum ſoluit, & ambos perduxit ad dorum vbi nupèr baptizati orabant. Non poſt multum verò, cùm beatus Artemius cum vxore & filia ſententiam capitalem ſuſcepiſſent, comprehenſi & illi ab his qui ſanctos Dei martyres puniturí erant, alligati ſanctis manibus retrò ad arborem, vſque dum nunciaretur iudici Sereno de eis. Ille iuſſit eos duci in ſyluam nigram, quæ hodiè in honore ſanctorum ſylua candida appellatur, & in eadem ambos pariter decollari. Cumque ventum fuiſſet in media ſylua, ipſi ſibi manibus ſuis mundauerunt locum à ſpinis, vbi orantes ſimul, & dantes ſibi pacis oſculum, genu poſito decollati ſunt. Et qui eos decollauit, vidit animas eorum ſplendidè ornatas ab Angelis ferri ad cælos. Et pœnitentiam agens, ſub Iulio Papa baptizatus eſt in ſenectute ſua, nomine Dororheus. Quorum corpora, reuelantibus ſe beatis martyribus, tulerunt poſtmodùm Lucilla & Firmina Chriſtianiſſimæ fœminæ, & iuxta ſanctum Tyburtium in inferiori parte cryptæ ſepelierunt quinto Calen. Septemb.

De his martyribus Surius Tom. 3.

S. Artemius cum magna multitudine baptizatur.

S. Artemius cum vxore & filia capite damnatur.

Eccè ſignũ Crucis murũ inexpugnabilem.

SS. Marcell. & Petr. gladio cædũtur.

Ipſo die Lugduni, ſanctæ Blandinæ cum xlviij. martyribus, temporibus Marci Aurelij Veri, & Antonini atque Lucij filiorum eius, quandò per multas Romani orbis prouincias, & acclamatione & ſeditione vulgi, perſecutiones aduersùs Chriſtia-

De his martyribus Surius Tomo 3.

ſtianos duriſſimę concitatæ ſunt, ità vt millia multa martyrum per loca ſingula fierent. Quo tempore apud Lugdunum & Viennam vrbes Galliæ, erga Dei ſeruos ſupra omne narrationis genus, ſuppliciorum & cruciatuum modus exhibitus eſt. Ità vt primò domorum illis prohiberetur habitatio, tum deindè vſus balnearum: pòſt etiam proceſſus ad publicum: ad vltimum, nè omninò in quolibet loco domi foriſque publico priuatoque viderentur. Deniquè quodam adſtante Tribuno & primoribus ciuitatis pro ſolis acclamationibus populi correpti & in carcerem truſi ſunt Chriſtiani, vſque ad præſentiam Præſidis: Cuique aduenienti offerunturi. In quos ille tanta crudelitate vſus eſt, vt ſæuitiæ eius ſpecies ſingulas nemo poſſit exponere. * Vectius igitur Epagatus, vnus è fratribus, zelo diuino & feruore ſpiritûs plenus, cùm crudelia ſeruis Dei ſupplicia videret inferri, & contra ius fasque tot pœnas humanis viſceribus excogitari, indignitatem rei vltrà non ferens, popoſcit ſe audiri. Erat enim inter ſuos nobiliſſimus & eruditiſſimus. Verùm cùm defenſionem eius non reciperet obſtinatio iudicis, inquirit tantùm ab eo ſi & ipſe Chriſtianus eſſet. Vtque Chriſtianum ſe eſſe clariſſima & libera voce teſtatus eſt: Tanquàm aduocatus, inquit, Chriſtianorum, & ipſe vinctorum numero ſocietur. Ille verò habens in ſe aduocatum pro nobis Ieſum, hoc nomine meruit honorari: ſancti preſbyteri Zachariæ (qui erga ſanctos plenitudinem charitatis oſtenderat) ſecutus exemplum. Qui & ipſe dum fratribus adeſt, & defenſionem libertatis, quæ in noſtra religione conſiſtit, exequitur, Dominicum ſequutus exemplum, animam ſuam pro ouibus ſuis poſuit & pro amicis. Verùm beatus * Fotinus Lugdunenſium Epiſcopus, cùm nonagenario maior eſſet ætate & corpore, vtpotè illius æui inualidus, cætera iam penè mortuus, ſolo martyrij amore viuebat, ducitur ad tribunalia, immò potius defertur, ſenio & languore reſolutus. Impiæ plebis vndiquè clamor attollitur, hunc ipſum eſſe inſonant Chriſtum. Tum verò à Præſide interrogatur, quinam eſſet Chriſtianorum Deus. Reſpondit: Si dignus fueris, ſcies. Hinc verò cunctos velut rabies immenſi cuiuſdam furoris inuaſit, ità vt qui propè adſtabant, pugnis, alij calcibus ſubigerent ſenem. Illi verò qui longiùs erant, quicquid furentibus teli veniſſet in manibus, eminùs iaciebant. In hoc etenim vindicandos deos ſuos eſſe credebant. Quem cùm ſeminecem proiecíſſent in carcerem, incontaminatum paulò pòſt reddidit ſpiritum. Diaconus quoquè Sanctus nomine, etiam ipſe ſupra quàm dici poteſt, & ſupra quàm humanam fas eſt ferre naturam, acriùs inſiſtentibus miniſtris dæmonum, noua genera pœnarum pertulit. At ille vir Deo plenus intantùm crudelitates eorum riſit, & ferinam in quæſtione ſæuitiam, vt nunquàm vel quis eſſet genere, vndè domo, vel patria, vel nomen ſaltem ſuum vellet eis fateri. Sed de his ſingulis interrogatus, nihil aliud in omnibus tormentis, nisi Chriſtianum ſe eſſe, reſpondit. Hoc mihi nomen, hoc genus & patria eſt. Aliud, inquit, omninò nihil ſùm quàm Chriſtianus. Ad vltimum candentes laminas æris & ferri erga inguinis loca & delicatiora quęque membrorum inſtauratis ignibus adhibent. Ex quo carnes quidem eius aduſtæ igne, defluebant. Ipſe verò permanebat immobilis, inconcuſſus, intrepidus: omnibus membris martyr erat, & toto corpore vnum vulnus horrebat. Perit in eo formæ humanæ agnitio, & non ſolùm quis eſſet, ſed & quid eſſet, tormentorum crudelitas, nè agnoſci poſſet, abſtulerat. Chriſtus tamen in eo ſolus per martyrij gloriam recognoſcebatur. Sed artifices ſcelerum nequaquàm martyris erubuêre virtutem. Poſt paucos etenim dies tormenta rursùs inferunt, & denuò iam membra putrefacta vexari incipiunt. Verùm (quod vix credi poteſt) reſtitutum eſt in primam ſpeciem corpus per ſecunda tormenta, ità vt iterata ſupplicia non ei iam pœnam contulerint, ſed medelam. Athalus quoq; Pergamenus ciuis, populi vocibus poſtulatur. Erat enim valdè nobilis, & quod cunctis nobilius eſt, vir optimæ conſcientiæ, & in fide Chriſti per exercitia ſemper martyr. Cumque circumactus fuiſſet in amphitheatro, titulo ſe præcedente in quo ſcriptum erat, Atthalus Chriſtianus: fremere in eum vulgi inſani entis furor vehementiùs cœpit. Sed cùm præſidi indicatum fuiſſet, eſſe eum Romanæ ciuitatis virum, iubet eum cum cæteris in carcerem recipi. Simul & ad Cæſarem refert, eiuſque ſententiam quid de eo iuberet expectat. Ex vtraque autem Ecclesia, Lugdunenſi ſcilicet & Viennenſi, omnes qui ſtudioſi & magni videbantur,

Chriſtiani diré afflĩguntur.

*al. Vetius

Vetius Epagatus Chriſtianorum aduocatus.

1. Iohan. 2.

al. Porthin

S. Photinus ad tribunal ducitur.

Mulcis affectus pœnis ſanctus in carcere efflat animã.

Beatus Sanctus diaconus laminis ignitis aduritur.

Diuinitùs corpus eius curatur.

S. Athali genus & patria

Is carceri mancipatur cum multis alijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& quorum labore & industria regebantur Ecclesiæ, vniuersi pariter tenebantur. Talibus deniquè diabolus machinis oppugnare parabat famulos Dei, quò scilicet afflictione carceris, & pœnali squaloreconsumpti, ac septimo (vt dicunt) puncto in neruo pedes contrà quàm credi fas est distenti, in intimo tenebrarum loco, per omnia pœnarum genera, quæ furentium sæuitia excogitare poterat, deperirent. Quamplurimi ergò hoc genere in ergastulis consumuntur, Domino suscipiente eorum huiuscemodi exitum. Alcibiades quidam erat in numero eorum, qui pro Christo vincti tenebantur. Hic vitam satis arduam & austeram gerebat, nihil cibi volens accipere, sed tantùm sale & pane cum aqua vtebatur. Cumque hunc vitæ rigorem vellet etiam in carcere positus obtinere, Atthalo (post primam confessionem suam, quam in amphitheatro confessus est) reuelatur, quia non rectè faceret, Alcibiades, creaturis Dei ipsum non vti, & alijs formam scandali derelinquere. Quibus cognitis Alcibiades cœpit omnia cum gratiarum actione percipere. Igitur cùm à Cæsare rescriptum fuisset, vt persistentes quidem punirentur, negantes autem dimitterentur: die quodam celeberrimo tribunal ascendens, præsentari sibi iudex Christianos, & introduci ad suppliciorum pompam præbendam cunctis qui aderant, iubet. Rursùm itaque cruces, rursùm pœnæ, rursùm tormenta reparantur. Producebantur autem beatissimi martyres de supplicijs læti, & diuinum nescio quid in ipsis vultibus præferentes, vincula sua sicut monilia preciosa ducebant. Per squalorem carceris, Christi bonus odor effecti, ità vt viderentur sibi non in ergastulo sed in myrothecio concluси. Ingensque ab omnibus gloria Christo conferebatur, pro his qui antè negauerant, & dimitti neque negantes potuerant. Siquidem decem fermè numero fuerant, qui lapsu suo luctum illis & ingentem tristitiam reliquerant: nunc verò (cùm negantibus venia non præstaretur) in confessione persisterent, & de perditionis grege reuocati in numero martyrum iungerentur. Decernit ergò iudex, vt si qui fortè ciues Romani reperirentur, capite plecterentur: cæteri verò bestijs traderentur. Igitur cùm erga supradictos quæstio haberetur, Alexander quidam genere Phryx, medicus disciplina, vir religiosus & prudens, & vitæ ac morum probitate cunctis charus acceptusque, amore Dei concitatus, cùm assisteret tribunali, nutibus hortabatur ad confessionem in quos quæstio agitabatur, ità vt omnibus qui adstabant palàm fieret quid animo gereret. Cumque id populi notauissent, indignantes clamauerunt aduersùs Alexandrum. Qui iussu a Præside in medium statui, & quis esset interrogatus, Christianum se esse libera professione testatur. Quem continuò præparandum bestijs condemnauit, & postera die simul cum Atthalo producitur. Quem contra præceptum Cæsaris, gratificari populis volens, etiam ipsum tradi bestijs iussit. Sed cùm ferarum nulla, sanctorum corpora contigisset, omnibus eos verberum cæterarumque pœnarum supplicijs cruciari iubet, beato Alexandro in omnibus quæ perpessus est pœnis, ne vnum quidem penitùs proferente sermonem. Atthalus verò cùm prunis subteriectis in sella ferrea torqueretur, cumque odor adustæ carnis ad nares & ora inspectantis populi perferretur, voce magna clamat ad plebem: Eccè hoc est homines comedere, quod vos facitis? Nos enim neque comedimus homines, neque aliud quid mali agimus. Siquidem serui eorum comprehensi cùm tormenta pertimescerent, dæmonis instinctu, hoc ipsum aduersùs dominos commentati sunt. Et cùm interrogaretur quod nomen haberet Deus, respondit: Qui plures sunt, nominibus discernuntur. Qui vnus est, non indiget nomine. His igitur optimis & fidelissimis ducibus vsus, omnis reliquus sanctorum chorus, prompti & alacres, animas suas pro fidei libertate ponebant. Inter hos Blandina fœmina beatissima (per quam Christus ostendit, quia ea quæ apud homines despecta sunt, & in contemptu habentur, in magna gloria apud Dominum ducuntur) gloriosissimè coronatur. Cui à prima luce ad vesperam tormenta semper innouantes, ad vltimum victos se tortores confitentur. Quæ & secundo die pulsata cruciatibus, non superatur. Tertio quoquè die religata ad stipitem, atque in crucis modum distenta, bestijs pabulum præparatur. Quam cùm nulla ex bestijs attingere, rursùm reuocatur ad carcerem. Quarto etiam, verberibus acta, craticulis exusta, & multa alia perpessa, ad vltimum gladio iugulatur. Tunc

S. Alcibiadis in cibo & potu abstinentia.

Imbecillių aliquot post lapsum resurrectio.

S. Alexander Phryx, ad bestias condemnatur, cũ sancto Atthalo.

Graniter cruciantur.

S. Blandina post varios cruciat⁹ gladio cęditur.

Tunc & Ponticus puer annorum quindecim, per omnia tormentorum genera cum ipsa circumactus, eius cohortatione roboratus, ante illam martyrium consummauit. Verùm Maturus, & Sanctus, & Atthalus, multis millibus gẽtium diuersarum ad spectaculum congregatis, statuuntur in medio arenæ. Et rursùm Maturus neophytus quidem, sed in fide & patientia robustissimus, cum Sancto diacono, quasi nihil priùs passi fuissent, ad omnia tormentorum genera renouantur. Certantibus omninò aduersarijs, quatenùs eorum patientiam frangerent, & ab ipso (vt ità dicam) vertice coronas eorum diriperent. Sed illis eò magis animos roborabat spes vicinæ iam gloriæ, quam sibi iamiamq; manu contingere, & contrectare dextris videbantur. Cumq; & suppliciorũ genera, & spectaculorũ penè iam tempus esset absumptum, nec moueri vllatenùs à sententia potuissent: cùm eriam sellæ ferreæ superpositi, consumptam verberibus carnem ignis subtèr ministratus exureret, ad vltimum infatigabiles martyrum spiritus, ferro cæsis ceruicibus effugârunt. Igitur inaudito sæuitiæ genere, eorum qui necabantur in carcere, corpora canibus iubebantur exponi. Adhibita simul custodia die noctuque, ne quis collectas reliquias humanitatis intuitu traderet sepulturæ. Sed & si quid fortè vel bestijs vel igni reliquum ex corporibus martyrum fuerat, ipsaque cum truncis suis capita punitorum, insepulta per custodiam militum seruabantur. Neque verò muneribus suadere custodes, neque precibus, aut vllo alio genere copia erat: ita attentè & solicitè curabant, nè daretur extremis ossibus sepultura. Hæc scripta, in historia Ecclesiastica libro quinto. Nomina verò quadraginta octo martyrum hæc sunt: Photinus Episcopus, Zacharias presbyter, Epagatus, Macharius, Alcibiades, Siluius, Primus, Vlpius, Vitalis, Cominus, Octuber, Philominus, Geminus, Iulianus, Albinus, Grata, Rogata, Aemilia, Potamia, Pompeia, Rodona, Biblis, Quartia, Materna, Helpes, quæ & Amnes. Hi sunt autem qui bestijs traditi sunt: Sanctus, Maturus, Atthalus, Alexander, Pontius, Blandina. Hi verò qui in carcere spiritum reddiderunt: Aristæus, Cornelius, Zosimus, Titus, Iulius, Zoticus, Apollonius, Geminianus, Iulia, Ausonia, Aemilia, Iamnica, Pompeia, Domna, Iusta, Trophima, Antonia. Hi omnes famuli Christi, sub præfatis Imperatoribus pariter coronati sunt. Reliquiæ eorum à persecutoribus incensæ, & in Rhodanum fluuium dispersæ. Sed cùm Christiani maximum mœrorem haberent, quasi deperissent sacræ reliquiæ, nocte apparuerunt sancti viris fidelibus, in eo loco quo igni traditi sunt, stantes integri & illæsi. Et conuersi ad viros, dixerunt eis: Reliquiæ nostræ ab hoc colligantur loco, quia nullus perijt à nobis. Sed ex hoc translati sumus ad requiem, quam nobis promisit Rex cælorum Christus, pro cuius nomine passi sumus. Hæc renunciantes viri illo, gratias egerunt Deo, & confortati sunt in fide: colligentesque sacros cineres, condigno honore sub sancto altari condiderunt. Vbi semper, virtutibus manifestis, se cum Deo habitare declarant. Harum festiuitatem ciues Lugdunenſis vrbis, omnibus vndequaquè lætanter accurrentibus, per descensum fluminis, cum hymnis & canticis gratulationis concelebrantes, Missarumque solennia in Apostolorum ecclesia (vbi sancti cineres eorum conditi seruantur) festiuè Domino reddentes, ex antiquorum traditione, ipsam diem miraculorum appellant. Locus in quo passi sunt, Athanaco vocatur: ideoque dicuntur martyres Athanacenses.

S. Pontici pueri martyrium.

Gladio cæduntur cæteri sancti.

In initio libri.

Sanctorum martyrum nomina.

Sanctorum cinerum eorum inuentio.

III. NONAS IVNII.

Die 3.

De his Surius Tomo 3.

APud Aretium, ciuitatem Tusciæ, natalis sanctorum martyrum Pergentini & Laurentini fratrum, qui persecutione Decij, sub Iudice Tratio, cùm essent pueri, post dura supplicia tolerata, & magna miracula ostensa, gladio cæsi sunt, & apud eandem vrbem conditi.

S. Erasmus varijs tormentis affectus non lęditur.

In Campania, natale beati Erasmi Episcopi & martyris sub Diocletiano & Maximiano. Qui iussu impij Diocletiani Imperatoris primò plumbatis crudeliter cæsus, deindè fustibus diutissimè maceratus, pòst resina, sulfure, plumbo, pice, cera, oleoque solutis perfusus, ingenti miraculo illæsus apparuit. Quod cùm multi viderent, fidem Christi, reiectis idolis susceperunt. Indè immenso pondere ferri constrictus, in carcere reclusus est sub dira custodia. De qua Angelica visitatione soluitur, atque eripitur. Verùm postmodùm clarissima miraculorum ipsius gesta fama vulgante, tentus est ab altero Imperatore Maximiano, à quo diuersis supplicijs tortus fuit intantùm, vt tunica ærea ignea vestiretur. Iterumque in olla, quæ plumbo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

bo,pice,cera,resina,& oleo feruefacta erat,missus,virtute Domini omnia superans illæsus exindè progreditur. Sicque tandèm ad confirmandum cæteros à Domino seruatus,Campaniam munitus Angelico solatio peruenit. Vbi cùm plurimos siue in fide roborâsset, siue ad fidem Christi conuertisset, vocante Domino, martyrio clarus sancto fine quieuit.

Felix obitus eius.

PRIDIE. NONAS IVNII.

Die 4. De Quirino Episcopo Suri° To 3.

APud Illyricum ciuitate Scisciа,natalis sancti Quirini Episcopi. Qui persecutione Maximini pro fide Christi,ligato ad manum molari saxo (vt Prudentius scribit) in flumen præcipitatus est. Et cum circunstantibus diu collocutus, nè eius terrerentur exemplo: vix precibus vt mergeretur obtinuit. Huius reliquiæ translatæ sunt Romam,& positæ in Catacumbas.

NONIS IVNII.

Die 5.

APud Aegyptum,natalis sanctorum martyrum Martiani,Nicandri & Apollonij,quorum gesta habentur.

Huius Bonifacij vita habetur Tomo 3,Surij.

Itèm eodem die sancti Bonifacij, qui de Britannijs veniens, & fidem Christi gentibus euangelizans, cùm maximam multitudinem in Frisia Christianæ religioni subiugâsset, nouissimè à paganis, qui superuenerant, gladio peremptus, martyrium consummauit cum Eobano & Adelhario coepiscopis, & alijs seruis Dei.

De hoc Bonifac. Surius ex Metaphra. To 3.

* Romæ,miliario tertio,sanctarum Feliculæ,Felicitatis & aliorum.

Itē natale sancti Bonifacij martyris sub Diocletiano & Maximiano apud Tharsum ciuitatem passi, sed Romæ in via,quæ Latina nuncupatur,sepulti. Qui cùm esset procurator rerum cuiusdam nobilis matronæ nomine Aglahes,& cum ea in stupro misceretur,tandèm vtrique diuino nutu compuncti,consilium habuerunt, vt ad requirendum corpora martyrum Bonifacius mitteretur,si quo modo seruientes atque obsequentes eis,per eorum orationes saluari mererentur. Peruenienssigitur post dies aliquot Tharsum ciuitatem,dicit ad eos,qui cum eo erant,Bonifacius: Requirite nobis hospitium, ego autem ibo videre eos, quos valdè desidero, martyres certantes. Festinans itaque ad locum, videt beatissimos,alium suspensum per pedes, igne subtùs posito, alium in quatuor lignis extensum,& diutissimè afflictum, alium vngulis exaratum, alium manibus abscisum, alium stipitem in collo habentem infixum,& à terra eleuatum: & sic per diuersa supplicia,martyria ab impio carnifice dispósita. Cùm eminùs feruens amore Christi & ipse respiceret, Magnum Deum sanctorum martyrum clamare cœpit. Et accurrens confedit pedibus eorum, deosculans vincula, & dicens: Certate martyres Christi, calcate diabolum, modicum perseuerate. Paruus quidem labor, sed multa requies, & ineffabilis postmodùm satietas. Adspiciens autem Simplicius Iudex, iussit eum apS. Bonifacij sistitur ante tribúal Simplicij.

plicari ad tribunal, cui & dixit: Quis es tu? Sanctus Bonifacius dixit: Christianus sum,& Bonifacius vocor. Tunc iratus Iudex,iussit eum suspendi,& tandiù corpus eius vngulis radi, donèc ossa eius apparerent. Deindè calamos acutos sub vngubus manuum eius affigi. Cumque sanctus Dei martyr in cælum adspiciens alacriter dolores toleraret, videns impius iudex, iussit aperiri os eius, & plumbum bulliens effundi. Sanctus autem martyr dicebat: Gratias tibi ago Domine Iesu Christe fili Dei. Deindè Iudex iussit afferri ollam, & eam pice impleri, atque sanctum martyrem verso capite in bullientem picem mitti. Sed cùm nihil læsus esset, iussit impius iudex, vt gladio caput eius abscideretur. Quo facto, terræmotus magnus factus est, ità vt multi infideles virtutem Christi in martyre cernentes crederent. Conserui verò martyris Bonifacij circuibant vbique requirentes eum, & non inuenientes, adinuicèm dicebant: Ille modò in adulterio, aut in taberna positus epulatur. Cùm ergò inter se colloquerentur, contigit, vt obuiaret eis vnus de Commentarienſibus, quem interrogauerunt: Vidisti aliquem virum peregrinum Romanum? Ille ait eis: Hesterno die vir peregrinus abscisus est capite in stadio. Et iterùm interrogant: Qualis erat adspectus eius? At ille dixit: Vir quadratus & crassus, robusto capillo, coccineo Armelasia indutus. Et dicit eis: Ille quem quæritis, apud nos hesterno die martyrio est finitus. Aiunt illi: Homo,quem nos quærimus,adulter est,& ebriosus. Dicit eis ille: Venite videre eum. Cumq; ostendisset eis corpus,& pretiosum caput eius, dixerunt ei: Iste est quem quęrimus,petimus vt des nobis eum. Qui respondit: Ego gratis

Post varia tormenta capite cędi-tur.

gratis corpus eius dare vobis non possum. Illi autem dantes ei solidos quingentos, acceperunt corpus sancti martyris,& vngentes aromatibus,inuoluentesque linteaminibus pretiosis, posuerunt illud in Basterna, & sic reuertebantur gaudentes,& glorificantes Deum. Angelus autem Domini apparens dominæ quondàm ipsius,rem factam beati martyris indicauit. Quæ confestim cum omni veneratione obuiauit sancto corpori,& ædificans ei domum dignam,reposuit illud in ea ab vrbe Roma stadijs quinque. Passus est autem sanctus martyr Bonifacius xiiij. die mensis Maij apud Tharsum metropolim Ciliciæ,& sepultus est Romæ Nonis Iunij.

S. Aglahes monastícā sectatur vitam.

Beata verò Aglahes abrenunciauit mundo,& pompis eius, distribuens vniuersa quæ possidebat egenis, ac monasterijs, relaxans vniuersam familiam suam à iugo seruitutis,& tantam gratiam à Domino promeruit,vt in eius nomine virtutum signis clarescceret. Superuixit autem in habitu sanctimoniali annos xiij.& sepulta est apud præfatum martyrem,operibus pijs consummata.

VIII. IDVS IVNII.

Die 6.

CAesareæ, natale sancti Philippi,qui fuit vnus ex Diaconibus septem,qui cum beato Stephano statim post passionem Christi ab Apostolis sunt ordinati. De quo beatus Lucas in Actibus Apostolorum refert, quòd signa & prodigia faciendo, prædicatione sua Samarias ad fidem Christi conuertit, & Candacis Reginæ Aethiopum studiosum in scripturis Eunuchum,in fonte,qui est in vico Bethsoro, in tribu Iuda,euntibus ab Elia ad Ebron in vicesimo lapide,baptizauit. Qui postea apud Cæsaream quieuit. Iuxta quem tres virgines filiæ ipsius prophetissæ tumulatæ iacent. Nam quarta filia illius plena spiritusancto,in Epheso occubuit. Quidam tamen putant apud Hierapolim eas tumulatas, vbi Apostolus Philippus vnus de duodecim quiescit. Cuius fuisse filiæ ab aliquibus scriptoribus putatæ sunt.

Act. 8 & 21. Et Euseb. li. 2 cap. 1. & 3. cap. 25.

Eodem die apud Tharsum Ciliciæ, martyrum viginti, sub Iudice Simplicio, temporibus Diocletiani & Maximiani Imperatorum, qui per diuersa supplicia glorificauerunt Dominum in corporibus suis.

De his Aug. lib. 22. de ciuit. Dei c. 8.

Eodem die Romæ, natale sancti Artemij cum vxore sua Candida & filia Paulina. Hic Artemius cùm esset custos carceris,& clausum teneret beatum Petrum exorcistam in custodia, essetque illi filia vnica dæmonio vexata,beati Petri precibus mox vt sanata est, Christo cum vxore pariter & eadem filia credens,à beato Marcellino presbytero baptizatus est, omnisque domus eius & multi alij,ità vt absque mulieribus,virorum fieret trecentorum numerus. Hoc Iudex Serenus audiens factum, Artemium, Candidam, & filiam ipsorum Paulinam sibi præsentaros, immenso pondere ruderum iussit obrui. Sicque sancti Dei perducti ad passionis locum,beatus quidem Artemius gladio percussus,sancta verò Candida atque Paulina per limina cryptæ præcipitatæ,lapidibus sunt obrutæ.

De his in gestis SS. Marcel. & Petri.

VII. IDVS IVNII.

Die 7.

COnstantinopoli,natalis sancti Pauli,eiusdem ciuitatis Episcopi,qui tempore Arianæ perfidiæ,à Constantio Imperatore, apud ciuitatem quandam Cappadociæ Cucusam nomine, ob catholicam fidem pulsus exilio, Arianorum insidijs crudeliter strangulatus,ad cælestia regna migrauit.

Suri° ex Metaphr. To 3.

In Cæsarea Cappadociæ,natalis S. Luciani martyris.

VI. IDVS IVNII.

Die 8.

IN Gallijs Suessionis ciuitate, natalis sancti Medardi Episcopi & confessoris.

De his Surius To 3. & 4.

Andegauis,sancti Lucini Episcopi & confessoris.

Itèm eodem die sancti Carilefi confessoris.

V. IDVS IVNII.

Die 9.

ROmæ in monte Cælio, natale sanctorum Primi & Feliciani sub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus. Qui gloriosissimi martyres in Domino semper viuentes, à pontificibus templorum apud Imperatores, quòd Christiani essent,accusati sunt,& inquisiti. Erant enim ciues Romani,adductique sunt in conspectu Imperatorum, & iusserunt eos ferro vinctos in carcerem recludi, vbi affuit eis Angelus Domini, qui eos consolaretur. Post aliquot verò dies iusserunt eos Imperatores suis adspectibus præsentari,& iusserunt militibus,vt ducerent eos ad fanum Herculis, & si sacrificare nollent, fortiter eos pœnis affligerent. Verùm cùm

Surius To 3. 9. Iunij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sancti virgis fortiter vapulant.

cùm nulla possent eos ratione mouere, sed pro Christi nomine optarent magis mori, extenderunt eos milites, & virgis fortiter mactauerunt. Et cùm renunciâssent Imperatoribus milites quæ gesta sunt, irati valdè iusserunt eos tradi Promoto præsidi ciuitatis Numentanæ, vt diuersis pœnis eos interficeret. Et accipientes eos milites, duxerunt in viam, quæ dicitur Numentana, miliario xiij. ferro vinctos, & miserunt eos in carcerem iuxta forum ciuitatis, vbi iterùm Angelica visitatione releuantur. Post multum verò temporis iussit sibi Promotus præses in foro ciuitatis tribuual præparari. Et cùm intromissi fuissent Primus & Felicianus, & iubente præside fuissent post responsionem abinuicèm separati, primò beatum Felicianum iussit præses cum plumbatis cædi, dicens ei: Vt quid non deponis istam insaniam pectoris tui, vt eligas dies bonos & iocundos, & non diuersis tormentis corpus tuum maceretur? Beatus Felicianus dixit: Octoginta annos vitæ habeo, suntque anni triginta, ex quo agnoui veritatem Dei, & nihil de blandimentis huius mundi cogitans, elegi seruire creatori meo æterno omnipotenti Deo. Tunc Præses iussit eum ligari ad stipitem, & aculeos in manibus eius ac pedibus figi, & diù torqueri. Et per tres dies neque panis neque aqua, neque vllum genus cibi ei ministratum est. Cumque per triduum continuò maneret in Dei laudibus, iussit eum præses flagellis cædi, & de stipite sic deponi, & in custodia recludi, ac postmodùm applicari sibi sanctum Primum. Quem validissimis fustibus cæsum, dein eculeo leuatũ, lampadibus circa latera vri iussit: & deposito de eculeo, præcepit liquari plumbum super beatum martyrem extensum, & bulliens in ore eius fundi. Tuncque fecit præsentem esse beatum Felicianum. Sed cùm inuictissimi persisterent sancti martyres, angustiatus præses iussit eos ad Amphitheatrum duci, & duos leones eis dimitti. Quibus ad pedes sanctorum ruentibus, laxati sunt & vrsi ferocissimi: sed & ipsi martyrum virtute sæuitiam perdiderunt. Quod videntes hi qui ad spectaculum venerant, penè mille quingenti viri miraculis perculsi, crediderunt in Domino Iesu Christo. Verùm præses cùm insuperabiles eos cerneret, gladio animaduerti præcepit. Quorum corpora noctu à Christianis fidelibus rapta, sepulta sunt ad Arcus Numentanos, intra arenarium, quinto Idus Iunij, ab vrbe Roma miliario quartodecimo.

Omnia tormenta Dei virtute superant.

1500 viri visis miraculis credunt.

Gladio cæduntur.

In Gallijs ciuitate Agenno, passio sancti Vincenti Leuitæ & martyris.

IIII. IDVS IVNII.

Die 10.

ROmæ via Aurelia miliario 13 natalis sanctorum Basilidis, Tripodis, & Mandalis, sub Aureliano Imperatore, præside Platone, & aliorum viginti martyrum.

De Getulio & socijs, Surius fusiùs Tomo 3.

Eodem die, natale beati Getulij martyris, tempore Adriani Imperatoris, sub Iudice Licinio. Hic in omni lege diuina erat doctissimus, & per eius doctrinã multi in fide Christi erudiebantur. Cuius famam Adrianus Imperator audiens, direxit Cerealem vicarium ad tenendum eum. Qui veniens, sanctum Getulium sedentem, & docentem multos reperit. Fuerat autem idem Cerealis in conspectu Adriani cum fratre beati Getulij Amantio acceptus. Amantius verò Tribunus, ob metum Adriani absconsus latebat: quem Cereali beatus Getulius declarauit. Ille eo viso, gauisus est valdè, & instructus diligenter de Domino Iesu ab eis, cùm iam fideliter crederet, venerunt ad vrbem Romam, & accersito beato Sixto Episcopo, assignauerunt ei locum vbi baptizaretur. Quem beatus Sixtus verè Christianam fidem amantem baptizauit. Eodem tempore quidam Vincentius nomine, nummorum arcarius, comperiens vicarium Cerealem Christianum, iratus valdè nunciauit hoc Adriano. Qui mox Licinium Consularem direxit, vt teneret Cerealem: qui, si immolare nollet, incendio cremaretur. Cum quo beatus Getulius, & Amantius, & Primitiuus tenti sunt. Licinius Consularis Cereali vicario dixit: Sic desperâsti de vita tua, vt præcepta principum, qui dominantur in vniuerso mundo, contemnere videaris? Cui beatus Cerealis: Et thesauros publicos declinatione perfecta tradidi in publicum, & Domino Iesu Christo seruire promitto, & vita æterna me frui credo. Licinius dixit: Si desideras viuere, an mori, dicito. Cui beatus Cerealis: Ego si non desiderarem viuere, Christum non confiterer. Tunc conuersus ad sanctum Getulium Licinius dixit: Sacrifica deo Ioui & Marti. Cuius verba risit beatus martyr. Licinius verò accensus ira, iussit eos expoliari & cædi, deindè in carcerem diebus xxvij. recludi. Et veniens Romam, Adriano iterùm eos innotuit.

S. Cerealis baptizatur.

tuit. Qui iussit eos incendio tradi. Sanctus verò Getulius cùm in igne superuiueret, fustibus illiso capite martyrium compleuit. Consummati sunt beati martyres in fundo Capreolis, via Salaria, ab vrbe Roma plus minus miliario xiij. supra fluuium Tyberim, in parte Sabinensium. Quorum corpora collegit beata Simphorosa vxor beati Getulij martyris. Quæ non longè post eundem ipsum martyrem cum vij. suis filijs fuit martyrio confecta, videlicet xxvij. die mensis Iunij. Et sepulta est in prædio suo, loco & oppido suprà nominato.

SS. Getulius & Cerealis igne cremãtur.

III. IDVS IVNII.

Die 11. De Barnaba Surius 7ô. 3. & Act. 11. &c.

NAtalis sancti Barnabæ Apostoli, qui cùm esset Cyprius, cum Paulo gentium Apostolus ordinatus est. Hic postèà propter Iohannem discipulum, qui & Marcus vocabatur, separatus à Paulo, nihilominùs Euãgelicę prędicationis iniunctum sibi opus exercuit. Cuius corpus tempore Zenonis Imperatoris ipso reuelante repertum est. Hic vnam ad ædificationem Ecclesiæ pertinentem epistolam composuit, quæ tamen inter apocryphas legitur.

Eodem die apud Corinthum, sancti Sosthenes discipuli S. Pauli Apostoli.

Apud Aquileiam, natale sanctorum martyrum Felicis & Fortunati, sub persecutione Diocletiani & Maximiani Imperatorum, præside Euphemio. Qui cùm essent germani fratres fide Christi feruentes, deferente Apamio, qui erat vnus ex officio præsidis, vincti ferro, Aquileiam iudici Euphemio perducuntur. Vbi cùm Christum constantissimè faterentur, ab irato iudice primùm in eculeo sunt suspensi, ardentibus lampadibus circa latera appositis, sed mox psallentibus martyribus extinctis, indè per ventrem feruenti oleo superfusi, ad vltimum, cùm in confessione Christi durarent, foràs ciuitatem ducti, ad fluuium qui ciuitati adiacet, capite truncantur. Indè nocte à religiosis viris eiusdem Aquileiæ sublati, cum aromatibus inuoluti linteaminibus, occultè sepulti sunt. At ciues Vincentiæ superuenientes, eorum corpora perducere ad suam ciuitatem Vincentiam meditabantur. Non permittentibus autem Aquileiensibus, & multùm renitentibus, tandèm pia contentio ità finita est nutu diuino, vt Felicem Vincentini, Fortunatum haberent Aquileienses: ità tamen, vt caput beati Felicis Aquileia, caput verò Fortunati Vincentia sortiretur. Quod factum in laudem Domini nostri Iesu Christi vsque hodiè permanet.

Felix & Fortunatꝰ post multa tormenta, decollantur.

* Romæ, natalis SS. Basillæ & Basilissæ, & SS. Crispoli & Restituti.

PRIDIE IDVS IVNII.

Die 12. De his Surius Tomo 3. ex Ambrosio.

MEdiolani, natale sanctorum martyrum Nazarij, & Celsi pueri. Beati Nazarij pater Aphricanus, mater verò Perpetua, à beato Petro Apostolo baptizata. Ipse verò sanctus Nazarius à sancto Lino instructus & baptizatus est. Quem Anolinus sub rabie persecutionis, quæ per Neronem excitata est, diù maceratum & afflictum in carcere, & cum eo beatissimum Celsum puerum, quem idem ipse nutrierat, gladio feriri iussit. Quorum corpora Christiani furati, quinto Calendas Augusti sepelierunt foràs portam, quæ dicitur Romana, in proprijs hortis. Reuelabant autem se beatissimi martyres cuidam Cereario nomine, cui vxor Fortunata, & per visum monuerant se occultari propter rabiem persecutionis, quam Nero impius excitauerat. Latuerunt verò vsque ad tempora Honorij & Arcadij Imperatorum. Quos beatus Ambrosius Domino reuelante reperit. Patefacto autem sepulcro, in quo iacebat corpus sancti Nazarij, (qui quandò passus fuerit, vt scribit sanctus Paulinus, vsque tunc temporis ignorabatur) viderunt sanguinem martyris ità recentem, qui præsentes erant, quasi eodem die fuisset effusus. Caput etiam ipsius, quod ab impijs fuerat abscisum, ità integrum atque incorruptum, cum capillis capitis & barba, vt videretur eo tempore, quo leuabatur, lotum, atque in sepulcro compositum. Etiam odore tanto repleti sunt, vt omnium aromatum vinceret suauitatem. Quo leuato, & in lectica composito, statim ad sanctum Celsum martyrem, qui in eodem horto positus erat, ad orationem sanctus Episcopus perrexit, & transtulit ad basilicam Apostolorum quæ est in Romana. Inuenti autem sunt pridiè Idus Iunij: festiuitas verò agitur, de martyrio, quinto Calendas Augusti. Commemoratio tamen eorum publica & celebris in die sanctorum Geruasij & Protasij à fidelibus populis frequentatur, & venerabiliter excolitur.

Vt habetur rom. 2 in vita S. Ambr.

SS. Nazarij & Celsi inuentio.

Item beati Basilidis, Cyrini, Naboris: sed & Nazarij & Celsi, quos duos passos De his Beda

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuisse apud Ebredunensem vrbem antiquitas memoranda celebrat.

IDIBVS IVNII.

Die 13. De Felicula in gestis Nerei & Achil. 12. Maij.

ROmæ, natalis sanctæ Feliculæ virginis & martyris. Quam cùm Flaccus Comes post excessum Petronillæ vellet ducere vxorem, atque ad terrendum propositi esset ei dicens, Vnum tibi è duobus elige, aut esto vxor mea, aut dijs sacrifica. Respondit ei impius Imperator suadere vellet, vt culturam dijs impēderet, eiusque animum de bono proposito mutare non posset, arctissimis vinculis ferreis adstrictum, in carcerem tererrimum induci iussit, cum quo pariter Modestum atque Crescentiam. Deindè circunstante populo in Amphitheatro sistuntur. Quos Diocletianus in ollam resina & pice succensam, & plumbo soluto feruefactam iactari præcepit. Vbi sancti martyres psallentes in modum trium puerorum, hymnum Deo dicebant. Et egressis illæso vultu de olla, dimissus est eis leo ferocissimus. Qui mox ad pedes eorum cecidit, & lingua sua pedes martyrum lingere cœpit. Ad vltimum victus per omnia sacrilegus Imperator, simul & videns multitudinem populi miraculo perculsam, ad Christum verum Deum conuersam, catastam parari iussit, & seruos Dei superextendi. Cumque cæderentur martyres Dei, ossibusq; discinderentur, tonitruum magnum factum est, coruscationes, atque tam magnus terræmotus, vt templa deorum corruerent, & multos opprimerent. Florentia verò fœmina illustrissima, corpora sanctorum collegit, & in loco qui dicitur Marianus condita aromatibus sepeliuit. Dan. 3. Sancti martyres discissis ossib⁹ ne cantur.

Eodem die apud Mesiam ciuitate Dorostoro, sancti Esichij militaris, qui cum beato Iulio comprahensus, sub præside Maximiano, posteà martyrio coronatus est.

XVI. CALENDAS IVLII.

Die 14. De Heliseo & Sunamitide Surius to. 3 ex Metaph.

APud Antiochiam, natalis sanctorum martyrum Cyrici, & Iulittæ matris eius: quorum prior post dira verbera etiam calicem cum aceto & sinapi in os accepit. Deindè pariter clauis confixi, euulsis oculis in carcerem truſi sunt. Posthæc decaluati & excoriati super carbones in lecto æreo assati sunt. Ad vltimum serris attriti, amputatis linguis martyrij sui cursum obtruncatione capitis impleuerunt. Passi sunt cum eis & alij cccc. iiij. Die 16. De his Surius Tomo 3. ex Metaphr.

Apud vrbem Vesontionensem, sanctorum martyrum Ferreoli presbyteri, & Ferrutionis Diaconi, qui à beato Irenæo Lugdunensi Episcopo & martyre ad prædicandum verbum Dei missi: sub Claudio Iudice ad trochleas extēsi & flagellati, deindè in carcerem recluſi: & manè amputatis linguis prædicabant verbum Dei. Posthæc subulæ xxx. vtrisque infixæ in manibus & pedibus, & pectore, ad vltimum gladio feriuntur. Sanctus Ferreolus & socius præcisis linguis loquuntur. Decollātur.

Ciuitate Namnetis, sancti Similiani Episcopi & confessoris. Lugduni depositio sancti Auleliani Episcopi Arelatensis. Apud Viennam sancti Domnoli Episcopi.

* In Moguntia, sanctorum Aurei & Iustinæ.

XV. CALENDAS IVLII.

ROmæ sanctorum martyrum, ducentorum sexaginta duorum, qui positi sunt via Salaria veteri, & cliuum cucumeris. Die 17. De his Tomo 4. & 5.

Eodem die sancti VVulmari confessoris, admirandæ sanctitatis viri.

* Aurelianis, sancti Auiti presbyteri & confessoris.

XIIII. CALENDAS IVLII.

ROmæ via Ardeatina, natalis sanctorum martyrum Marci & Marcelliani, præclarissimi generis, Tranquillini & Martiæ filiorum. Qui primò carcerem pro fide passi, postmodùm à Fabiano Duce tenti, ad stipitem ligati, in pedibus clauos acutos acceperunt. Quibus cùm diceret insanus Iudex, Infelices ac miseri deponite amentiam, & liberate vosmetipsos à cruciatibus imminentibus: responderunt, Nunquàm tam benè epulati sumus. Modò cœpimus esse fixi in amore Christi. Vtinàm nos sic esse sicut sumus, tamdiu permittas, quamdiù huius tegimur corporis indumento. Cumque transisset vna dies & vna nox, & illi in psalmis & hymnis laudantes Christum perseuerarent, lanceis per latera transfixi, cum gloria martyrij ad cælestia regna migrauerunt. Die 18. De his vide gesta S. Sebastiāni to 1.

* In Alexandria sanctæ Marinæ virginis & martyris, & Balbinæ.

XIII. CALENDAS IVLII.

MEdiolani, natalis sanctorum Geruasij & Protasij martyrum. Qui beatissimi cùm per decem annos in vno cœnaculo concluſi, lectionibus & orationibus atque ieiunijs vacâssent, vndecimo ad palmam martyrij peruenerunt. Tenti ab Astasio comite. Qui primum tamdiù iussit plumbatis contundi, quamdiù exhala- Die 19. De his & eorum inuentione Surius Tomo 2.

Die 15. De his habetur Tomo 3 Surij.

Die 14. De Heliseo & Sunamitide Surius to. 3 ex Metaph.

3. Reg. 18.

In epitaphio S. Paulæ.

S. Basilij vita habetur 2. Ianuarij apud Surium.

Valētis Imperatoris filij iusto Dei iudicio moritur.

fuisse apud Ebredunensem vrbem antiquitas memoranda celebrat.

IDIBVS IVNII.

Die 13. De Felicula in gestis Nerei & Achil. 12. Maij.

ROmæ, natalis sanctæ Feliculæ virginis & martyris. Quam cùm Flaccus Comes post excessum Petronillæ vellet ducere vxorem, atque ad terrendum propositi esset ei dicens, Vnum tibi è duobus elige, aut esto vxor mea, aut dijs sacrifica. Respondit ei impius Imperator suadere vellet, vt culturam dijs impēderet, eiusque animum de bono proposito mutare non posset, arctissimis vinculis ferreis adstrictum, in carcerem tererrimum induci iussit, cum quo pariter Modestum atque Crescentiam. Deindè circunstante populo in Amphitheatro sistuntur. Quos Diocletianus in ollam resina & pice succensam, & plumbo soluto feruefactam iactari præcepit. Vbi sancti martyres psallentes in modum trium puerorum, hymnum Deo dicebant. Et egressis illæso vultu de olla, dimissus est eis leo ferocissimus. Qui mox ad pedes eorum cecidit, & lingua sua pedes martyrum lingere cœpit. Ad vltimum victus per omnia sacrilegus Imperator, simul & videns multitudinem populi miraculo perculsam, ad Christum verum Deum conuersam, catastam parari iussit, & seruos Dei superextendi. Cumque cæderentur martyres Dei, ossibusq; discinderentur, tonitruum magnum factum est, coruscationes, atque tam magnus terræmotus, vt templa deorum corruerent, & multos opprimerent. Florentia verò fœmina illustrissima, corpora sanctorum collegit, & in loco qui dicitur Marianus condita aromatibus sepeliuit. Dan. 3. Sancti martyres discissis ossib⁹ ne cantur.

Eodem die apud Mesiam ciuitate Dorostoro, sancti Esichij militaris, qui cum beato Iulio comprahensus, sub præside Maximiano, posteà martyrio coronatus est.

XVI. CALENDAS IVLII.

APud Antiochiam, natalis sanctorum martyrum Cyrici, & Iulittæ matris eius: quorum prior post dira verbera etiam calicem cum aceto & sinapi in os accepit. Deindè pariter clauis confixi, euulsis oculis in carcerem truſi sunt. Posthæc decaluati & excoriati super carbones in lecto æreo assati sunt. Ad vltimum serris attriti, amputatis linguis martyrij sui cursum obtruncatione capitis impleuerunt. Passi sunt cum eis & alij cccc. iiij. Die 16. De his Surius Tomo 3. ex Metaphr.

Apud vrbem Vesontionensem, sanctorum martyrum Ferreoli presbyteri, & Ferrutionis Diaconi, qui à beato Irenæo Lugdunensi Episcopo & martyre ad prædicandum verbum Dei missi: sub Claudio Iudice ad trochleas extēsi & flagellati, deindè in carcerem recluſi: & manè amputatis linguis prædicabant verbum Dei. Posthæc subulæ xxx. vtrisque infixæ in manibus & pedibus, & pectore, ad vltimum gladio feriuntur. Sanctus Ferreolus & socius præcisis linguis loquuntur. Decollātur.

Ciuitate Namnetis, sancti Similiani Episcopi & confessoris. Lugduni depositio sancti Auleliani Episcopi Arelatensis. Apud Viennam sancti Domnoli Episcopi.

* In Moguntia, sanctorum Aurei & Iustinæ.

XV. CALENDAS IVLII.

ROmæ sanctorum martyrum, ducentorum sexaginta duorum, qui positi sunt via Salaria veteri, & cliuum cucumeris. Die 17. De his Tomo 4. & 5.

Eodem die sancti VVulmari confessoris, admirandæ sanctitatis viri.

* Aurelianis, sancti Auiti presbyteri & confessoris.

XIIII. CALENDAS IVLII.

ROmæ via Ardeatina, natalis sanctorum martyrum Marci & Marcelliani, præclarissimi generis, Tranquillini & Martiæ filiorum. Qui primò carcerem pro fide passi, postmodùm à Fabiano Duce tenti, ad stipitem ligati, in pedibus clauos acutos acceperunt. Quibus cùm diceret insanus Iudex, Infelices ac miseri deponite amentiam, & liberate vosmetipsos à cruciatibus imminentibus: responderunt, Nunquàm tam benè epulati sumus. Modò cœpimus esse fixi in amore Christi. Vtinàm nos sic esse sicut sumus, tamdiu permittas, quamdiù huius tegimur corporis indumento. Cumque transisset vna dies & vna nox, & illi in psalmis & hymnis laudantes Christum perseuerarent, lanceis per latera transfixi, cum gloria martyrij ad cælestia regna migrauerunt. Die 18. De his vide gesta S. Sebastiāni to 1.

* In Alexandria sanctæ Marinæ virginis & martyris, & Balbinæ.

XIII. CALENDAS IVLII.

MEdiolani, natalis sanctorum Geruasij & Protasij martyrum. Qui beatissimi cùm per decem annos in vno cœnaculo concluſi, lectionibus & orationibus atque ieiunijs vacâssent, vndecimo ad palmam martyrij peruenerunt. Tenti ab Astasio comite. Qui primum tamdiù iussit plumbatis contundi, quamdiù exhala- Die 19. De his & eorum inuentione Surius Tomo 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret spiritum. Sequentem verò, id est Protasium, fustibus cæsum capite truncari. Quorum corpora Philippus vir religiosus vnà cum filio suo furtim abstulit, & in domo sua in arca marmorea sepelinit. Quorum sepulcra multo pòst tempore Theodosio imperante, Domino reuelante, beatus Ambrosius reperit. Et ità incorrupta eorum corpora, àc si eodem die martyres fuissent interempti.

Cæcus videt. Quæ cùm in vrbem introducerentur, quidam diù cæcus feretri tactu lumen recepit.

S. Vrsicini vitam huic adieci Tomo.

Apud Rauennam, sancti Vrsicini martyris, qui sub iudice Paulino pòst nimia tormenta in confessione Domini immobilis permanens, capitis abscisione martyrium consummauit. Sepultusq; est in eadem vrbe à beato Vitale patre sanctorum Geruasij ac Protasij.

XII. CALENDAS IVLII.

Die 20. De Siluerio Pontificale cap. 6.

ROmæ, S. Siluerij Papæ, qui sedit anno vno. Qui consentiente Iustiniano Imperatore à Bellisario patritio depositus, & monachus factus, in exilio confessor moritur.

Romæ, natale sancti Nouati fratris Timothei presbyteri, qui à beatis Apostolis eruditi sunt. De quo Nouato scribit Pastor in gestis Potentianæ & Praxedis virginum, ad prædictum Timotheum germanum eius. Venerabilis, inquit, virgo Praxedis pòst transitum germanæ suæ Potentianæ, valdè afflicta erat. Ad quam consolandam veniebant multi nobiles Christiani, simul cum sancto Pio Episcopo, inter quos germanus vester Nouatus, & qui est frater noster in Domino, quique multos Christianos pauperes donis suis reficiebat, & nos frequenter cum beatissimo Pio Episcopo ad altare Domini communicabat. Pòst annum verò & dies viginti octo, ægritudine detentus est idem Nouatus, & absens erat à conspectu virginis Praxedis. Pio autem Episcopo cogitante de omnibus Christianis vnà cum virgine, requiritur Nouatus vir Dei. Et dum auditum fuisset, quia ægritudine detinebatur, contristati sumus omnes. Beata Praxedis dixit ad patrem sanctum Pium: Iubeat sanctitas vestra, vt eamus ad eum, & visitatione nostra vnà cum orationibus vestris saluabitur. Et facta constitutione, nocte vnà cum Pio Episcopo & virgine Domini perreximus ad virum Dei Nouatum. Cumque audisset vir Dei Nouatus, omnes congregatos ad se venisse, gratias cœpit agere Deo, quia meruit à sancto Pio Episcopo & virgine Domini, vnà cum nostra deuotione visitari. Et fuimus in domo eius diebus ac noctibus octo. Factumque est vt tertiodecimo die ipse Nouatus vir Dei transiret ad Dominum, regni cælestis gloriam percepturus.

Multos alit Christianos pauperes S. Nouatus.

Felix obitus eius.

XI. CALENDAS IVLII.

Die 21.

APud Siciliam, ciuitate Syracusis, natalis sanctorum martyrum Rufini & Martiæ.

S. Demetriæ parentes.

Romæ, sanctæ Demetriæ virginis, quæ fuit beati Fausti filia. Hæc cùm ante impium Iulianum pro fide Christi introduceretur, in confessione spiritum emisit. Sepulta à beato Iohanne presbytero iuxta matrem suam sanctam Daphrosam, & sororem Viuianam, iuxta palatium Lucianum.

* In Cæsarea, depositio sancti Eusebij Episcopi.

X. CALENDAS IVLII.

Die 22. De Albano Surius tó. 3.

IN Britannia, natale sancti Albani martyris, qui tempore Diocletiani in Verolamio ciuitate, pòst verbera & tormenta acerba, capite plexus est: sed illo interram cadente, oculi eius, qui eum percussit, pariter ceciderunt. Passus est cum eo, etiam vnus de militibus, eò quòd cum ferire, iussus, noluerit: Diuino vtiquè perterritus miraculo, quia viderat beatum martyrem sibi, dum ad coronam martyrij properaret, alucum amnis interpositi orando transmeabilem reddidisse. Quo in tempore, persecutio crudelis, Oceani litus transgressa, etiam Aaron, & Iulium Britanniæ, cum alijs pluribus viris ac fœminis, felici cruore damnauit.

De Paulino Surius tó. 3.

Item in ciuitate Nola Campaniæ, natalis sancti Paulini Episcopi & confessoris, qui se temporibus VVandalorum pro filio cuiusdam viduę in seruitutem tradens, & terribili visione Regi eorum quis esset, agnitus, reddita sibi omni captiuitate ciuitatis suæ, & oneratis frumento nauibus, cum ingenti gloria ex Africa ad propriam

sedem reuersus est. Claruit autem non solùm eruditione, & copiosa vitæ sanctitate, sed etiam potentia aduersùs dæmones.

Ipso die, depositio beati Niceæ Romatianæ ciuitatis Episcopi. Genn. ad. de viris illustr. cap. 22.

IX. CALENDAS IVLII.

VIgilia sancti Iohannis Baptistæ. Die 23.

Eodem die sancti Iohannis presbyteri, quem impius Iulianus inauditum, via Salaria vetere, ante simulacrum Solis decollari præcepit. Cuius corpus à beato Concordio presbytero collectum, & sepultum est iuxta concilia martyrum.

Apud Britanniam, sanctæ Edeltrudis virginis & Reginæ, cuius corpus cùm annis vndecim esset sepultum, incorruptum inuentum est. De ea Surius Tomo 3.

VIII. CALENDAS IVLII.

NAtiuitas beati Iohannis Baptistæ, præcursoris Domini, Zachariæ & Elisabeth filij. Qui spiritu sancto repletus, adhuc in vtero matris suæ, & antequàm exiret indè, sanctificatus, vsque ad diem ostensionis suæ in Israel, confortatus spiritu agebatur in desertis: vestitus pilis camelorum, habens zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autem eius erat locusta & mel syluestre. Tricesimo ætatis anno, quintodecimoanno imperij Tyberij Cæsaris, cùm procurator esset in Iudæa Pilatus, iamque regnum Iudæorum in quatuor principatus esset diuisum, venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Die 24. De eo Surius. Mar. 1. Luc. 1. & 3.

* Romæ, S. Fausti, cum alijs viginti tribus.

VII. CALENDAS IVLII.

APud Byrriberœam, sancti Sosipatris, discipuli sancti Pauli Apostoli. Die 25. De eo Act. 20 Rom. 16.

Item apud Alexandriam, natale sancti Gallicani martyris. Qui cùm triumphalibus insulis sublimatus, acceptus esset Augusto Constantino & charissimus, filiam eius sacratissimam virginem Constantiam sibi poscebat vxorem. Constantinus verò Augustus contristari cœpit, sciens filiam suam positam in sancto proposito faciliùs occidi posse, quàm vinci. Quæ cùm patris solicitudinem studio sanctitatis conaretur excludere, certa de Deo, dixit patri: Depone omnem solicitudinem tuam, & te daturum illi coniugem repromitte, vt si Scytharum superauerit gentem, victoriam simul & coniugem me accipiat. Facta sunt omnia sicut virgo disposuit, & velut subarrationis loco, dantur duo fratres Eunuchi Iohannes & Paulus ex latere Augustæ Gallicano, & duæ sorores, Gallicani filiæ, Attica & Artemia ipsi Augustæ traduntur. Quas virgo ad Dominum conuertit. Igitur Gallicanus à Scythica gente in Thraciarum Philippoli vrbe conclusus, metuens confligere cum eis, quòd exigua illi esset militum manus, hostium verò esset innumerabilis multitudo, insistebat sacrificijs, & Marti victimas offerebat. Quid multa? Ad vltimum creuit obsidio, & vniuersi tribuni eius ac milites se hostibus tradiderunt. Cumque cuperet fugiendi aditum reperire, Paulus & Iohannes, ex quibus præpositus vnus, alter primicerius erat Constantiæ Augustæ, dixerunt ei: Fac votum Deo cæli, quòd si te liberauerit, Christianus fias, & eris victor meliùs quàm fuisti. Mox vt votum ore prolatum est, apparuit illi iuuenis statura excelsus, ferens in humeris Crucem, dicens: Sume gladium tuum, & sequere me. Quem dum sequeretur, apparuerunt ei hinc & indè milites armati, confirmantes eum, & dicentes: Nos tibi præbemus officium: tu ingredere hostium castra, & dextra læuaque gladium tenens euaginatum, respice, quousque peruenias ad Regem ipsorum. Quò cùm peruenisset cum eis, prostratus Rex pedibus ipsius postulauit, nullum penitùs ex suis occidi gladio. Quod Gallicanus nec fecit, nec iussit. Ità vniuersæ Thraciæ liberatæ, & gens Scytharum tributaria facta est. Ipse verò ità Deo se deuouit, vt etiam coniugio se promiserit abstinere. Reuertens itaque Gallicanus, non priùs ingressus est Romam, quàm ad sacra beati Petri Apostoli limina perrexisset. Constantinus verò Imperator misit se in amplexus eius, postquàm cognouit omnia quæ Christi pietate circa illum perfecta sunt, referens ei vniuersa quæ gesta sunt circa filias eius, quomodò sunt virgines Christo vtiliter consecratæ. Tunc cum Augusto intrante palatium Gallicano, occurrit Helena cum filia Constantia, & filiabus ipsius Gallicani. Fundeban-

De Gallicano Tomo 3. Surij in gestis Iohã. & Pauli.

Vincit Scythas.

Vouet castitatem.

Manumittit 5000. seruorum.

bantur lachrymæ gaudijs plenæ. Qui cùm vellet priuatus abscedere, rogatus ab Augusto Consul processit: & in fascibus positus, quinque milia seruorum liberos, ciuesque Romanos fecit. Quibus prædia, domosque donauit: cunctasque facultates suas, excepto iure filiarum, distrahi ac donari pauperibus iussit. Et se in Hostiensi vrbe manenti cuidam sancto viro, Hilario nomine, sociauit. Cuius habitaculum ampliari fecit, ad peregrinorum susceptionem, quam ipse plurimis impendebat. Huic adhæserunt multi ex seruis suis, quos liberos fecit. Et diuulgata est fama eius per totum orbem, ità vt ab Oriente & Occidente venientes, viderent virum ex patritio, & Consule, qui erat amicissimus Augustorum, lauantem pedes, ponentem mensam, aquam manibus effundentem, languentibus solicitè ministrantem, & exhibentem sanctæ seruitutis officia. Hic primus in Hostiensi vrbe

Extruit ecclesias.

extruxit ecclesiam, & ditauit officia clericorum. Huic se sanctus Leuita Laurentius reuelauit, adhortans eum, vt in eius nomine ecclesiam fabricaret in porta, quæ nunc vsque Laurentia nuncupatur. Rogatus autem vt ibi leuaretur Episcopus, non consensit, sed ex sua voluntate ipse qui ordinaretur, elegit. Tantam namque ei gratiam contulit Deus, vt dæmonibus pleni, mox vt visi fuissent ab oculis eius, protinùs mũdarentur: multaque in eo erant sanctitatis insignia. Sed cùm à Constantio Iulianus Cæsar factus esset, dedit legem, vt Christiani nihil in hoc seculo possiderent. Tunc Gallicanus habens in Hostiensi pago quatuor casas, quarum pensiones his operibus impendebat, quæ prædiximus, ità habere Deum meruit defensorem, vt quicunque ingrediebatur in eas malitiosè, aut ponere titulos fisci, aut exigere pensiones, statim à diabolo replebantur. Et quicunque actorum eius esset exactor, leprosus fiebat. Tunc interrogata dæmonia dederunt responsum, quòd, nisi sacrificare coactus fuisset Gallicanus, exactores reddituum eius ista pericula non vitarent. Et quoniam nullus audebat conuenire Gallicanum de hoc scelere, mandauit ei Iulianus Cæsar, dicens: Aut sacrifica dijs, aut discede à finibus Italiæ. Qui statim relictis omnibus Alexandriam petijt, & ibi iunctus est confessoribus Christi per continuum annum. Pòst etiam tessit in eremum, ibique à Rauciano comite templorum, cùm cogeretur sacri-

Capite cædit.

ficare, & contemneret, percussus gladio in capite, Christi martyr effectus est, atque ità perrexit ad Dominum gaudens cum triumpho. Cui statim basilicam construxerunt sui nominis, in qua exuberant beneficia martyris ex eo, & nunc, & vsque in secula.

Item Romæ, S. Luciæ virginis, cum xxij.

VI. CALENDAS IVLII.

Die 26. De his Surius Tomo vt sup. 3.

ROmæ, sanctorum Iohannis & Pauli fratrum natale. Quorum primus præpositus, secundus fuit primicerius Constantiæ virginis, filiæ Constantini. Qui cùm omni die turmas Christianorum recrearent ex his opibus, quas sanctissima virgo Constantia reliquerat, peruenit hoc ad Iulianum. Et misit qui eos conuenirent, dicens: Debere sibi eos adhærere. Illi verò responderunt inter alia: Pro iniquitate tua destitimus à tua salutatione, & à societate Imperij tui nosmetipsos omninò subtraximus. Sumus enim nos non falsi, sed veri Christiani. Quibus Iulianus mandauit: Considerare debetis, quia vos regia aula nutriti, non debetis deesse à latere meo, vt habeam vos primos in palatio meo. Quòd si contemptus à vobis fuero, necesse mihi erit agere, vt contemni non possim. Paulus & Iohannes dixerunt: Non tibi facimus hanc iniuriam, vt præponamus tibi

Psal. 145.

qualemcunque personam, Deum tibi præponimus, qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt. Et scire te volumus, quia nunquàm ad salutationem tuam, nunquàm ad culturam tuam, nunquàm ad palatium tuum veniemus. Quibus Iulianus ait: Decem diebus vobis à me dantur inducìæ, vt decima transacta die

Iohannis & Pauli constantia.

sponte ad me venientes, amicos vos habeam, non venientes verò tanquàm hostes publicos puniam. Tunc sancti viri Iohannes & Paulus Christianos ad se inuitantes, ordinauerunt de omnibus quæ relinquere poterant, per totos decem dies incessanter die noctuque eleemosynis insistentes. Die verò vndecima sunt con-

Omnia sua dant pauperibus.

stricti intra suam domum. Missus nanque est Terentianus campiductor ad eos cum militibus hora cœnandi. Qui ingressus, inuenit eos orantes, & dixit eis: Dominus noster Iulianus statunculam auream Iouis ad vos misit, vt adoretis illam, & thura incendatis. Quod si non feceritis, ambo meo gladio feriamini. Non enim

enim decet vos intra aulam nutritos, vt publicè occidamini. Iohannes & Paulus dixerunt: Iulianus si tuus est dominus, habeto pacem cum eo: nobis autem Dominus alius non est, nisì vnus Deus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, quem ille negare non timuit. Et quia semèl à facie Dei proiectus est, vult & alios secum in interitum deuenire. Tunc Terentianus tertia hora noctis transacta, fecit fieri foueam intra domum eorum, vt sine strepitu famæ punirentur. Et sic decollari, statimque inuolui & reponi iussit, diuulgans, quòd iussu Cæsaris missi fuissent in exilium. Statim autem vt Iulianus in bello Persarum interfectus est, Iouiniano facto Christianissimo Imperatore, apertæ sunt ecclesiæ, & cœpit religio Christiana gaudere. Dæmones autem ex obsessis corporibus intra domum Iohannis & Pauli eijciebantur, confitentes sanctam passionem eorum: ità vt vnicus filius Terentiani, qui eos decollauerat, veniret intra domum sanctorum, & clamaret per os eius dæmon, quòd Paulus & Iohannes incenderent eum. Tunc Terentianus veniens, prostratuit se in faciem clamans, quòd nesciens quid faceret homo paganissimus, iussionem Cæsaris adimplesset. Vndè factum est, vt dato nomine, proximo die Paschæ perciperet gratiam Christi, assiduè orans & flens ad locum illum, in quo sanctorum corpora requiescunt, donèc à sanctis Dei filius eius mundaretur. Et ab ipso Terentiano descripta est passio horum martyrum. Passi sunt autem sexto Calendas Iulij.

Gladio cædunt.

Terentiani filius à dæmonio liberatur.

V. CALENDAS IVLII.

Die 27. De Crescente, 2. Tim. 4. & Ado Vienn. anno 59. & 101.

APud Galatiam, beati Crescentis, discipuli sancti Pauli Apostoli. Qui & in Gallias transitum faciens, verbo prædicationis multos ad fidem Christi conuertit. Viennæ ciuitate Galliarum per aliquot annos sedit, ibique Zachariam discipulum, pro se Episcopum ordinauit. Rediens verò ad gentem, cui specialiter fuerat Episcopus datus, Galatas, vsq; ad beatum finem vitæ suæ in opere Domini confortauit.

Apud Tyburtinam Italiæ ciuitatem, natale sanctæ Symphorosæ, beati Getulij martyris vxoris, cum septem filijs, Crescente, Iuliano, Nemesio, Primitiuo, Iustino, Stacteo, Eugenio, cum quibus simul passa est sub Adriano Principe, qui ipsam Symphorosam iussit palmis cædi, deindè suspẽdi crinibus. Sed cùm superari nullatenus posset, iussit eam alligato saxo in fluuium præcipitari. Cuius frater Eugenius curiæ principalis Tyburtinæ, colligens corpus eius sepeliuit. Manè autem facto, Imperator iussit septem figi stipites, ibiq; filios eius ad trochleas extendi, & Crescentem in gutture transfigi, Lucianum in pectore, Nemesium in corde, Primitiuum in vmbilico, Iustinum per membra distentum scindi per singulos corporis nodos atque iuncturas, Stacteum lanceis innumerabilibus, donèc morerentur, in terra configi, Eugenium scindi à pectore vsque ad inferiores partes. Altera autem die Adrianus præcepit corpora eorum simul auferri, & proijci in foueam altam. Et posuerunt pontifices sacrorum nomen loci illius, Ad septem Biothanatos. Natale verò sanctorum martyrum xv. Calendas Augusti celebratur. Quorum corpora requiescunt via Tyburtina, miliario nono.

S. Symphorosa cum septem filijs interimitur.

Beda & Vsuar. & Ado MS. habent V. Calend. Iulij.

Eodem die Cordubæ in Hispanijs, natalis sanctorum Zoili & aliorum decem & nouem.

* Eodem die septem dormientium.

IIII. CALENDAS IVLII.

Die 28. De Leone hoc 2. Pontificale c. 82.

VIgilia Apostolorum Petri & Pauli.

Ipso die, natalis sancti Leonis Papæ, qui sedit mẽses decem Romæ. Hic eloquentissimus, & diuinis scripturis sufficienter instructus, Græca Latinaque lingua eruditus. Hic sanctam sextam Synodũ, quæ in regia vrbe celebrata est, (vbi damnati sunt Syrus, Sergius, Pyrrhus, Paulus, Petrus, Macarius, Stephanus & Polychronius, nouus Simon, qui vnam volũtatem & operationem in Domino Iesu Christo prædicabant) de Græco in Latinum transtulit. Hic constituit, vt qui Archiepiscopus ordinatus fuerit, nulla cõsuetudine pro vsu pallij aliorúmve officiorum, quicquam persoluere debeat. * Hic cum multis Episcopis fidem Catholicam exponens, Eutychianam & Nestorianam hæresim damnauit: & sanctissimum Concilium Chalcedonense sua industria congregari fecit. Hic constituit intra actionem dicere, Sanctum sacrificium. Et monacham non accipere velamen capitis benedictum

* videtur Author hic lapsus memoria, quia hęc posteriora de Leone I. scribuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab Episcopo, nisi priùs probata illius virginitas fuerit.

De eo Hier. de viris illust. cap. 45. & Euse. lib 5. cap. 41. 71. 81.

Apud Lugdunum Galliæ, natale sancti Irenæi Episcopi. Qui, beato Fotino propè nonagenario ob Christi fidem martyrio coronato, in locum eius successit. Quem etiam constat beatissimi Polycarpi sacerdotis & martyris fuisse discipulum, & Apostolicis temporibus vicinum. Posteà verò persecutione Seueri cum omni ferè ciuitatis suæ populo gloriosè coronatur martyrio. Sepultus est à Zacharia presbytero in crypta basilicæ beati Iohannis Baptistæ sub altari. Cui ab vno latere Epipodius, ab altero Alexander martyr est tumulatus. Huius cryptæ tam reuerenda est claritas, vt meritum martyrum signare credatur.

De his Euse lib 6. cap. 4. Eccl. hist. apud Surium.

Eodem die apud Alexandriam, sanctorum martyrum Plutarchi, Sereni, Heraclidis, Herois, item Sereni, Potamiænæ, Marcellæ, Cathecuminæ, & Herenominæ, baptismum martyrij consecutæ. Inter quos præcipuè emicuit Potamiæna virgo: quæ primò immensos & innumerosagones pro virginitate desudans, deindè etiam pro martyrio exquisita & inaudita tormenta perpessa, ad vltimum cum venerabili matre Marcella ignis supplicijs consumpta, è terris migrauit ad cælum.

III. CALENDAS IVLIAS.

Die 29.

ROmæ, natalis beatorum Apostolorum Petri & Pauli, qui passi sunt sub Nerone, Basso & Tusco consulibus. Petrus secundo Claudij anno post Episcopatum Antiochenæ ecclesiæ, & prædicationem dispersionis eorum qui de circuncisione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bithynia, ad expugnandum Simonem magum Romam missus est: ibique viginti quinque annis cathedram sacerdotalem tenuit, vsque ad vltimum annum Neronis, à quo affixus Cruci, martyrio coronatus est, capite ad terram verso, & in sublime pedibus eleuatis: asserens se indignum qui crucifigeretur vt Dominus suus. Sepultus in eadem vrbe in Vaticano, iuxta viam triumphalem. Totius orbis venerationis celebratur. Scripsit duas epistolas, quæ catholicæ nominantur: quarum secunda à pleriisque eius negatur, propter styli cum priore dissonantiam. Sed & Euangelium iuxta Marcum (qui auditor & interpres eius fuit) huius dicitur. Libri autem eius, è quibus vnus Actorum eius scribitur, alius Euangelij, tertius Prædicationis, quartus Apocalypsis, quintus Iudicij, inter apocryphas scripturas reputantur. Paulus quoquè post passionem Domini vigesimo quinto anno, id est, secundo Neronis, postquàm ab Hierusalem vsque Illyricũ repleuit Euangelium Christi, Romam vinctus missus est, & sicut ipse in secunda epistola ad Timotheum scribit, liberatus de ore leonis, videlicet ferocissimi persecutoris Neronis, Euangelium Christi in Occidentis quoquè partibus prædicauit. Et hic ergò quartodecimo Neronis anno (eodem die quo Petrus) Romæ pro Christo capite truncatur. Sepultusque est in via Ostiensi anno post passionem Domini tricesimo primo. Scribit autem nouem ad septem ecclesias epistolas. Ad Romanos vnam, ad Corinthios duas, ad Galatas vnam, ad Ephesios vnam, ad Philippenses vnam, ad Colossenses vnam, ad Thessalonicenses duas. Præterea ad discipulos suos: ad Timotheum duas, ad Titum vnam, ad Philemonem vnam. Epistola autem quæ fertur ad Hebræos, non eius creditur, propter styli sermonisque dissonantiam, sed vel Barnabæ iuxta Tertullianum, vel Lucæ Euangelistæ iuxta quosdam, vel Clementis Romanæ pòst Ecclesiæ Episcopi, quem dicunt sententias Pauli proprio ordinâsse & ornâsse sermone: vel certè quia Paulus scribebat ad Hebræos, & propter inuidiam sui apud eos nominis, titulum in principio salutationis amputauerat. Scripserat autem vt Hebræus Hebraicè, id est suo eloquio disertissimè, vt ea quæ eloquenter scripta fuerant in Hebræo, eloquentiùs verterẽtur in Græcum. Et hanc esse causam, quòd à cæteris Pauli epistolis discrepare videatur. Eius itaque esse non alterius, tota Ecclesia iam firmissimè tenet. Legunt quidam & ad Laodicenses, sed ab omnibus exploditur. Hic de tribu Beniamin & oppido Iudææ * Gigascalis fuit, quo à Romanis capto, cum parentibus suis Tharsum Ciliciæ commigrauit, à quibus ob studium legis missus Hierosolymam, à Gamaliele viro doctissimo eruditus est. Cùm autem interfuisset necimartyris Stephani, & acceptis epistolis à pontifice templi ad persequendos eos qui Christo crediderant, Damascum pergeret: reuelatione compulsus, in vas electionis de persecutore transformatus est. Cumque primùm ad prædicationem eius Sergius Paulus proconsul Cypri credidisset, ab eo quòd eum Christi fide subegerat, sortitus est nomen.

Epistolæ S Petri duæ.

2. Tim. 4.

S. Paul⁹ capite truncatur.

S. Mater ecclesia credit & confitetur Epistolã ad Hebræos, esse Pauli Apostoli.

* Gischalis Act 7 & 9.

S. Pauli cõuersio.

* Romæ, natalis sancti Nouatiani, cum alijs 977.

PRIDIE CALENDAS IVLII.

Die 30.

CElebratio iterùm sancti Pauli Apostoli.

De Lucina vide gen. SS Processi & Martiniani 2. Iulij To 4. Surij.

Item natalis beatissimæ Lucinæ, quę ab Apostolis baptizata est & instructa, quæque facultatibus suis necessitatibus sanctorum communicatis, vincula & carceres eorum semper subleuare studiuit, atque eorum sepulturæ venerabiliter inseruire. Quorum meritis & ipsa sociata, preciosissimam mortem confessione Christi adepta, atria Hierusalem intrare, vota sua Domino persoluendo, meruit. Ac Romæ in crypta laudabili, quam ipsa ad condendum martyrum corpora construxerat, honorabiliter sepulta est.

Item Lemouicas ciuitate, sancti Martialis Episcopi & confessoris.

MENSIS IVLIVS HABET DIES XXX. LVNAM VERO TRIGESIMAM.

CALENDIS IVLII.

Dies.

De Monegunde Surius 2. Iulij.

IN monte Hor, depositio Aaron sacerdotis primi.

Eodem die, sanctæ Monegundis virginis. Er in territorio Lugdunensi, loco qui vallis Vebronna nuncupatur, depositio viri Dei, beati Domitiani Abbatis, qui primus illic eremiticam vitam exercuit, & plurimos in Dei seruitio aggregans, monasterium instituit, magnisque virtutibus & gloriosis miraculis valdè clarus, collectus est ad patres in senectute bona.

De eo Ado Viennen. in Chron. ætate 6.

Viennæ, beati Martini, tertij eiusdem vrbis Episcopi, ab Apostolis ad præfatam vrbem missi.

* Irèm Octauæ sancti Iohannis Baptistæ. * Romæ Caij Papæ & aliorum. * Augustoduni, depositio Leontij Episcopi. * In Mesopotamia, Zeli cum alijs sex. * Orion cum alijs octo.

VI. NONAS IVLII.

Die 2. De his Stephanus To 4. ex MS & Iom. 5. Gregoc.

NAtalis sanctorum Processi & Martiniani, qui cùm essent magistri Animelli principis, & viderent mirabilia quæ faciebat per beatos Apostolos suos Petrum & Paulum Dominus Iesus Christus, mirari cœperunt. Erant tunc temporis beatissimi Apostoli traditi Paulino viro clarissimo, sub custodia Mamertini, in monte Tarpeio, vbi de monte suis orationibus aquam manare fecerunt. Tunc sunt baptizati Processus & Martinianus à beato Petro Apostolo, & alij promiscui sexûs, numero quadraginta septem. Quod cùm nunciatum esset Paulino, quòd Processus & Martinianus magistri Animelli Christiani effecti essent, misit milites, & tenuit eos, iussitque in custodia retrudi. Sequenti die educti, cùm constantissimè Christum faterentur, iussit Paulinus, vt lapide os eorum contunderetur: sed illi gloriam in excelsis Deo dicebant. Allata est & tripoda, supra quam Iouis aureus. Illi cùm viderent, risum facientes, expuerunt in Iouem, & in tripodam. Iussi sunt ergò in eculeo suspendi, & attrahi neruis, & fustibus cædi. Exindè iussum est vt flammæ ponerentur circa latera eorum. Erat autem ibi matrona nobilissima, nomine Lucina, quæ confortabat eos, dicens: Milites Christi constantes estote, & nolite metuere pœnas quæ ad tempus sunt. Iterùm appensi in eculeo, à militibus cæsi sunt scorpionibus. Deindè retrusi sunt in custodia, vbi venerabilis fœmina Lucina ministrabat eis. Post triduum verò Paulinus arreptus à dæmonio expirauit. Cæsarius autem præfectus hoc Neroni intimauit. Cui Nero præcepit, dicens: Non tardetur, sed celeriùs extinguantur. Tunc educti foràs muros vrbis Romæ, in via quæ Aurelia nuncupatur, gladio sunt cæsi. Corpora eorum beatissima Lucina collegit, & cum aromatibus preciosis sepeliuit in prædio suo in Arenario, iuxta locum vbi decollati sunt, sub sexto die Nonarum Iulij.

Lapidibus sanctorum ora tunduntur & fustibus cæduntur.

Cæduntur scorpionibus.

Gladio cæduntur.

Eodem

Eodem die, sanctorum trium militum, qui cum beato Paulo Apostolo passi sunt.

Itèm ipso die sanctorum martyrum Aristonis, Crescentiani, Eutychiani, Vrbani, Vitalis, Iusti, Felicissimi, Felicis, Martiæ & Symphorosę: qui omnes apud Campaniam glorioso martyrio coronati sunt.

De his habetur in gestis S Sebastiani 1. To. Surij.

V. NONAS IVLII.

Die 3.

APud Edessam Mesopotamiæ, translatio corporis sancti Thomæ Apostoli.

Itèm ipso die apud Constantinopolim natalis S. Eulogij.

De Anatho. Surius.

Apud Laodiciam Syriæ, beati Anatholij Episcopi & confessoris.

De Gregorio Turi' Iusus Tom. 4

Itèm apud Neocæsaream Ponti, natalis S. Gregorij Episcopi & martyris, beati Anthenodori Episcopi fratris. Qui Gregorius Episcopus, doctrina & miraculis clarissimus fuit. Denique quoddam stagnum erat in Ponti regionibus situm, piscibus copiosum, ex quorum captura prædiuites redditus dominis præstabantur. Ista possessio duobus fatribus sorte hæreditatis obuenerat, sed pecuniæ cupiditas, quæ penè omnium corda mortalium superat, etiam fraternam necessitudinem violauit. Cædes ac bella mouebantur, humanus sanguis pro piscibus fundebatur. Sed Dei prouidentia aliquandò affuit Gregorius: videt prælia & mortes vi-

S. Gregorij discordes fratres placat.

rorum, furentesque germanos. Cumque honore aduentûs sui vtræque partes paululùm siluissent, Nolite, inquit, ô filioli rationabiles animas pro mutis animantibus violare: fraternam pacem quæstûs cupiditate dissoluere: Dei leges & naturæ pariter iura temerare. Et vnà mecum ad oram stagni exitialis accedite, & ego iam vos per virtutem Domini ab omni certamine cruentæ contentionis absoluam. Et cùm hæc dixisset, in conspectu omnium virgam quam tenebat in manu ad primas litoris vndas defigit, & ipse positis genibus palmas tetendit ad cælum, atque

Oratione, stagnum in terram mutat.

Dominum supplicat. Simul vt orandi finem fecit, statim se vnda subducęs, & cursu velociore refugiens, à conspectu superno iussa discedere, abyssis suis redditur, & arentem campum germanis iam cõcordibus derelinquit. Sed & in hodiernum frugum ferax esse dicitur. Iterùm in quodam loco ruris angusti, cùm res poscęret ecclesiam construi, rupis quædam vicini montis ex parte Orientis obiecta, ex alia verò preterluens fluuius, spatium quantum ecclesiæ sufficeret, denegabat. Et cùm alius omninò non esset locus ad construendam ecclesiam, ille fide plenus

Fluuium secedere facit loco, p extruenda ecclesia.

pernoctâsse in oratione dicitur. Cumque plena fide ac deuotione Dominum deposceret, ad lucem coeuntibus populis, inuenta est rupes importuna secessisse tantum, quantum spatij ad condendam quærebatur ecclesiam. Traduntur & huius beati viri & alia quamplurima, quæ fidem & sanctitatem ipsius plurimùm commendant. Sed & inter alia quæ luculentissimè scripsit, etiã catholicæ fidei expositionem breuiter editam dereliquit. Vnus Deus pater verbi viuentis, sapientiæ subsistentis, & virtutis suæ & figuræ, perfectus perfecti genitor, pater filij vnigeniti. Vnus Dominus solus ex solo Deo, figura & imago deitatis, verbum penetrans, sapientia compræhendens omnia, & virtus qua tota creatura fieri potuit. Filius verus veri, & inuisibilis ex inuisibili, incorruptibilis ex incorruptibili, immortalis ex immortali, sempiternus ex sempiterno. Vnus Spiritus sanctus ex Deo subsistantiam habens. Et qui per filium apparuit, imago filij perfecti perfecta, viuentium causa, sanctitas, sanctificationis præstatrix, per quem Deus solus super omnia & in omnibus cognoscitur, & filius per omnes. Trinitas perfecta, maiestate, & sempiternitate, & regno minimè diuiditur neque abalienatur. Igitur neque factum quid; aut seruiens in Trinitate, neque superinductum tanquàm ante hoc quidem non subsistens, & quasi posteà superingressum. Neque itaque defuit vnquàm filius patri, neque filio spiritus sanctus, sed inconuertibilis & immutabilis eadē Trinitas semper maner.

Spirit' sanct' perfecta filij Dei imago.

IIII. NONAS IVLII.

Die 4. De Translat. S. Martini, Turonen. cap. 14. lib. 2.

OSeæ & Aggæi Prophetarum. Turonis translatio sancti Martini Episcopi & confessoris, & ordinatio Episcopatûs eius, & dedicatio Basilicæ ipsius.

Eodem die in Africa, natalis sancti Iucundiani martyris in mare mersi. Et in territorio Biturice ciuitatis, natalis sancti Lauriani martyris: cuius caput Hispalim ad Hispanias deportatum est.

Apud

Apud Sirmium, sanctorũ martyrũ Innocentij, & * Sebastiæ, cum alijs triginta. * Eodem die Augustæ, S. Vdalrici Episcopi & confessoris.

* Sabbatię

De Vdalrico Surius Tom. 4. Die 5.

III. NONAS IVLII.

APud Syriam, natalis S. Domitij martyris, qui virtutibus suis multa incolis beneficia præstat.

Itèm Romæ, natalis S. Zoæ vxoris beati Nicostrati martyris, quæ dum ad confessionem beati Petri Apostoli oraret, à paganis arctata, ducta est ad patronũ regionis Naumachiæ: à quo primùm in custodiam obscurissimam trusa, & per dies sex omni solatio lucis & victûs fraudata, septimo demùm die à collo & à capillis in arbore suspensa, adhibito subtèr horribili fumo, in confessione Domini emisit spiritum.

De Zoë vide gesta S. Sebastiani To. 1. Surij.

PRIDIE NONAS IVLII.

Die 6. De Esaia habetur p̃ centi To. 6. Iulij.

NAtalis Esaiæ & Iohel prophetarum: & Octauæ Apostolorum.

Et primus beati Apostoli Pauli ingressus in vrbem Romam, anno secundo Neronis Imperij, cùm iam hæc loca & has prouincias prædicando perlustrâsset. Ab Antiochia ipse cum Barnaba præmissus à spiritu sancto postquàm iam in Arabia & Cilicia verbum Dei, alijsque prouincijs annunciauerat, peruenit Seleuciam, Cyprum, Salaminam, Paphos, Pergen Pamphyliæ, Antiochiam quæ est Pisidiæ, Iconium. Indè ad ciuitates Lycaonię Lystram, Derben, & vniuersam in circuitu reonem. Indè reuertentes Antiochiam Pisidiæ, deuenerunt Pamphyliam, Pergen: Hinc Antiochiam vndè missi fuerant, reuertuntur. Indè propter quæstionem Cricunciſionis in gentibus, Hierosolymam proficiscuntur. Deindè rursùs Antiochiam redeunt. Vndè cùm inter eos dissensio propter Iohannem, qui Marcus cognominatus est, accidisset: solus Paulus assumpto Silea, à fratribus gratiæ Dei traditus, has regiones & insulas peragrauit. Prædicans Syriam, Ciliciam, Derben, Lystram, Phrygiam, & Galatiam regionem, Misiam, Troadã, Macedoniam, Samothraciam, Neapolim, Philippis, Amphipolim, Apolloniam, Thessalonicen, Beroen, Athenas, Corinthum. Et indè nauigauit in Syriam, & venit Ephesum, & indè Cæsareã & Antiochiam, & Galatiæ regionem, & Phrygiam. Hinc cùm vellet ire Hierosolymam dixit ei spiritus sanctus, vt reuerteretur in Asiam. Et cùm peragrâsset superiores partes, Ephesum venit. Hinc profectus est in Macedoniam: & accessit Philippis, Troadam, Masson, Mitilenem & contra Chium, Samon, Trogilion, Miletum, Choum, Rhodum, Patara. Et indè visa Cypro, & relicta ea ad sinistram, transfretauit in Syriam. Et indè venit Tyrum, Ptolomaidem, Cæsaream, Hierusalem. Ibi ligatur à Iudæis, & traditur gentibus. Et indè destinatur ad Felicē præsidem Cæsaream. Hinc cùm appellâsset Cæsarem, Romam ad eundem Cæsarem, quem appellauit, mittitur: & enauigauit Sidonem, Cyprum, cui iuxtà erat ciuitas Thalassa in insula Militene, Syracusas, Regium, Puteolis, Romam, & biennio in libera manens custodia: post hæc ad prædicandum dimittitur. Quo tempore, credibile est eum ad Hispanias perrexisse, necdùm Nerone in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrant historiæ. Act. 21.

Romæ, natalis sancti Tranquillini, patris martyrum Marci & Marcelliani, qui ad prædicationem beati Sebastiani credens in Dominũ Iesum Christum, die Octauarum Apostolorum, dum ad beati Pauli confessionem oraret, tentus à paganis ac lapidatus, martyrium consummauit.

De eo in gestis S. Sebastiani To. 1. Surij.

Eodem die deositio beatissimi Goaris confessoris.

De Goare To. 4. Surij.

NONIS IVLII.

Die 7. De eo Eusebius lib. 5. cap. 10.

APud Alexandriam, natalis sancti Pantæni, viri Apostolici, & omni sapientia adornati, cuius tantum studij & amoris erga verbum Dei fuit, vt etiam ad prædicandum Christi Euangelium, omnibus gentibus quæ in Orientis vltimis secessibus reconduntur, fidei & deuotionis calore profectus sit, & vsque ad Indiam citeriorem prædicando peruenerit. Vbi reperit Bartholomæum, de duodecim Apostolis, aduentum Domini Iesu iuxta Matthæi Euangeliũ prædicâsse. Quod Hebraicis literis scriptum, reuertens Alexandriam secum detulit: vbi præclaram & nobilem vitam beato fine concluſit.

Romæ, natalis beatorum martyrum, Nicostrati Primiscrinij, Claudij Commentarienſis, Castorij, Victorini, Simphroniani, quos beatus Sebastianus credere Christum docuit, & sanctus Polycarpus presbyter baptizauit. Qui cùm corpora sancto-

De his vide gesta S. Sebastiani To. 1. Surij.

rum

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum per ora Tyberina requirunt, tenti sunt, & ad vrbis præfectum perducti. Erat iudex Fabianus qui eos hortabatur ad sacrificãdum, per decem dies minis & blanditijs cum eis agens, & nullum penitùs potuit commouere. Tunc fecit de eis suggestionem Imperatoribus, quique iusserunt eos tertiò torqueri. Cumque nulla ratione compulsi cederent, iusserunt eos in mare præcipites dari. Immensis itaque arctati ponderibus, pelagi fluctibus dati sunt, vt in loco mundo inter aquas coronam martyrij celebrarent.

Sancti in mare præcipitantur.

* Eodem die Vuilibaldi Episcopi & confessoris, & Materniani confessoris.

Apud Viennam Eooldi Episcopi, cuius industria delatæ sunt reliquiæ sanctorum martyrum Thebæorum ad vrbem Viennam.

VIII. IDVS IVLII.

Die 8. Rom. 16. 1. Cor. 16. Act. 18.

APud Asiam minorem, sancti Aquilæ, & Priscillę vxoris eius, de quibus in Actibus Apostolorum scribitur: apud quos beatus Paulus Apostolus, propter artificium (erant enim eiusdem artis, id est scenofactoriæ, cuius & Apostolus) morabatur & operabatur, postquàm ipsi in Achaiam ab vrbe Roma venerunt.

De Procopio Suri* ex Metaph. Tom. 4.

In Palæstina, natalis sancti Procopij martyris, qui ab Nicopoli ductus Cæsaream, ad primam responsionum eius confidentiam, à Iudice Fabiano capite cæsus est.

De his Surius.

* Apud Herbipolim, natalis sanctorum martyrum Kiliani & sociorum eius.

VII. IDVS IVLII.

Die 9.

ROmæ, ad Guttam iugiter manantem, sancti Zenonis & aliorũ decem millium ducentorum trium.

*al. Tyro

In ciuitate * Tyriæ, natalis sanctorum Anatholiæ & Audacis, sub Decio Imperatore. Quorum Anatholia cùm multos in Piceno infirmos, lunaticos, ac dæmoniacos curâsset, ducta est iubẽte Faustiniano ad ciuitatem Tyriæ, & diuersis plagarum generibus vexata. Deindè cum serpente tota nocte inclusa, nihil læsa est. Quin & ipsum Marsum qui serpentem dimiserat nomine Audacem, manè à suo serpente deuorandum eripuit, & ad Christi martyrium conuertit. Nam ipse posthæc ob confessionem veritatis in custodiam datus est. Ipsa quoquè virgo Christi gladio transuerberata, cùm staret extensis manibus in oratione, ità vt per dexterum latus gladius missus per sinistrum exiret. Quæ passa est septimo Iduum Iuliarum. Sepulta autem manè à ciuibus Tyriensibus. Audax verò, quia de Oriente erat, ab vxore sua & filijs illuc translatus est.

De his fusiùs scribit Surius Tom. 4 ex MS.

Itèm de Cyrillo, Tomo & die eodẽ.

Eodem die, natalis sancti Cyrilli Episcopi, qui flammis iniectus, illæsus euasit, ac stupore tanti miraculi à Iudice dimissus. Cùm rursùs verbum Dei alacriter prædicaret, ac plures efficaciùs ad fidem Christi conuerteret, Iudex pœnitentia ductus, capite plecti eum iussit, atque optato martyrij fine consummauit.

In ciuitate Martulana, sancti Brictij Episcopi & confessoris, qui sub Iudice Martiano, postquàm os eius lapide cõtusum est, & in oculeo crudelissimè excruciatus, in Domini confessione perdurans, in carcerem trusus est. Nocte autem terremotu graui ciuitas concussa, inter alios plures, etiam Martianum occidit: Et Christi confessor ab Angelo sancto, & à beato Petro Apostolo visitatus, atq; ad prædicandum Euangelium confortatus, magnas populorum credentium multitudines omnipotenti Deo lucrifaciens, quieuit in pace. Cuius animam viderunt adstantes in specie columbæ niueæ cælo recipi.

Itèm apud Aegyptum, S. Serapionis Episcopi & confessoris.

* Eodem die natalis S. Agilolphi Archiepiscopi Colonien sis & martyris

VI. IDVS IVLII.

Die 10. De his Surius Tom. 4.

ROmæ, septem fratrum filiorum sanctæ Felicitatis, id est: Ianuarij, Felicis, Philippi, Syluani, Alexandri, Vitalis & Martialis, sub præfecto vrbis Publio, tempore Antonini principis. Primùm auditi, deindè per varios iudices, vt varijs supplicijs laniarẽtur, missi. E quibus Ianuarius post verbera virgarum & carcerem ad plumbatas occisus est. Felix & Philippus fustibus mactati. Syluanus præcipitio interemptus est. Alexander, Vitalis, & Martialis capitali sententia puniti.

Eodem die in Africa, natalis sanctorum Ianuarij, Marini, Naboris, & Felicis, decollatorum, quorum corpora Mediolanum translata sunt.

De Rufina & Secunda Surius To. 4

Romæ miliario decimo, natale sanctarum Rufinæ & Secundæ sororum, patre clarissimo genitarum Asterio, matre clarissima Aurelia, sub persecutione Valeriani &

ani & Gallieni, iudicibus, Iunio Donato præfecto, & Archesilao comite. Harum virginum sponsi Armentarius & Verinus à fide Christianitatis recesserũt. Pro qua re volentes beatæ virgines declinare eorum persuasiones insanas, ad prædiolum suum, quod in Tusciæ partibus habebant, Basternæ pergebant vehiculo. Quod audientes Armentarius & Verinus, comiti Archesilao suggesserunt, qua de causa vrbem fugerẽt. Tunc sceleratissimus Archesilaus cum militibus suis equestribus iter agentibus, sanctas Dei virgines in via Flaminia miliario xiiij. compræhendens, atque reuocans ad vrbem Romam, Iunio Donato præfecto obtulit. Qui iussit eas in custodias redigi à se inuicèm separatas, & in die tertia in secretarium duci. In quo Rufinam ingredi iubens, dixit ad eam: Cùm si nobilis nata, quid est quod ad ignobilitatem deuoluta es? Et cupis esse captiua in vinculis, magis quàm libera cũ marito gaudere? Rufina respondit: Captiuitas ista temporalis æternam captiuitatem excludit, & vincula temporalia perpetua vinculorum ligamenta dissoluunt. Præfectus dixit: Istas vanas fabulas & aniles abijce, & sacrifica dijs immortalibus, vt possis tuo sponso cum gaudio perfrui, & vsque ad senectutem cum gaudio deliciarum attingere. Rufina respondit: Duo sunt inutilia, quæ persuades, & vnum dubium, quod promittis. Nam dicis me debere idolis sacrificare, vt in perpetuum peream, & post hoc maritum accipere, vt gloriam virginitatis amittam. Post ista duo tam contraria promittis, quòd vsque ad senectutem cum gaudio deliciarum attingam, cùm de te ipso incertus sis, an ad diem crastinum attingas. Præses adduci iussit Secundam, vt Rufina soror eius in conspectu ipsius flagellis cæderetur. Quæ cùm vidisset sororem suam flagellis cædi, clamare cœpit ad Iudicem: Quid est quod agis sceleratissime, & Regni cęlorum inuisor? Quid est quod sororem meam glorificas, & me exhonoras? Dicit ei Præfectus: Vt video, insanior sorore tua es. Secunda respondit: Nec soror mea insana est, nec ego insanio, sed ambæ Christianæ sumus, & iustum est vt simul cædamur, quia simul Christum Dominũ confitemur. Et cùm liberè fidem veritatis faterentur, tunc iussit eas Præfectus in tenebroso loco includi, & fumum stercorum fieri. Cùm hoc fuisset factum, fumus ille quasi thymiama exhalabat, & obscuritas illa quasi die medio vincebatur. Iterùm iussæ sunt indè tolli, & in suis balneis includi, atque in solio ardente & non temperato iactari. Vbi cùm fuissent post duas horas ingressi qui earum corpora tollerent, inueniunt intùs solium frigidum. Quod audiens præfectus obstupuit, & iussit eas duci, & in medio Tyberis mitti, & vno saxo ligato in collo ambarum, præcipitari. Cum quo per dimidiam ferè horam merserunt: & quę nudæ missæ fuerant, in superiore parte fluminis siccis vestibus apparuerunt, Christi gloriam decantantes. Quod cùm fuisset Iudici nunciatum, dixit Præfectus Archesilao comiti: Istæ quas mihi tradidisti, aut magica arte nos superant, aut verè in eis sanctitas regnat. Vndè sicut eas mihi tradidisti, ità eas ego tibi reddo, vt tuo arbitrio vel sententiam accipiant, vel euadant. Tũc Archesilaus iussit eas duci in syluam in via Cornelia, ab vrbe Roma miliario decimo, in fundo, qui vocatur Buxo, & illic eas capite percuti, & sic earum inhumata corpora derelinqui. Sed Domini gratia non defuit in Christo credentibus vel defunctis. Nam Plautilla matrona, in cuius prædio hoc factum est, vidit eas in visu sedentes gemmatas in thalamo, & dicentes sibi: Plautilla desine à flagitijs idolorum, & ab incredulitate impia cessa, & credens in Christum, veni in rem tuam, & corpora nostra inueniens, ibi sepeli. Exurgens autem Plautilla, peruenit ad locum, & inueniens sanctarum virginum corpora, adorauit, & credidit, & fabricauit sepulcrum virginum ad laudem Domini Iesu Christi.

S. Rufina prudentissimè respondet iudici.

Cęditur flagellis.

S. Secundæ patiẽdi pro Christo desiderium.

Cæduntur capite.

V. IDVS IVLII.

Die 11.

TRanslatio sancti Benedicti Abbatis. Postq̃ enim (sicut ipse viuens prædixerat) monasterium eius à gentibus est vastatum, Domino reuelante, repertum est corpus eius, & in Gallias translatum, atque in territorio Aurelianensi monasterio quod vocatur Floriacum, condignè sepultũ. Translatum est pariter etiam corpus beatæ Scholasticæ virginis sororis eius, atque in partibus Cenomanensium, religiosorum deuotione conditum. Cuius animam idem vir Dei è corpore egressam, vidit in columbæ specie cæli secreta penetrare: corpusque eius secum in vno iussit poni sepulcro, vt quorum mens vna semper in Deo fuerat, eorum quoquè corpora nec sepultura separaret.

Huius trãslationis fit mentio in vita sancti Aigulphi, 3. Septembris To. 5. cap. 3.

Eodem die in Armenia minore, ciuitate Nicopoli, natalis sanctorum martyrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum Ianuarij & Pelagiæ. qui eculeo, vngulis,& testarum fragmentis diebus quatuor cruciati,martyrium impleuerunt.

De Pio, Pōtificale c.11. Romæ in Vaticano, sancti Pij Papæ, qui sedit in Episcopatu annos octodecim. Sub huius tempore Hermes librum scripsit, qui appellatur Pastor, quia in habitu pastoris ei Angelus apparuit.

Hildulphi vitam adieci Tomo 4. * Itèm Romæ,natalis sanctorum Stephani,Leontij & aliorum.

* Treuiris,sancti Hildulphi eiusdem vrbis Episcopi & confessoris.

IIII. IDVS IVLII.

Die 12. APud Aquileiam,natalis sancti Hermagoræ primi eiusdem ciuitatis Episcopi, discipuli beati Marci Euangelistæ.

Mediolani,translatio sanctorum martyrum Naboris & Felicis.

* al. Iasonis Act.21. Apud Cyprum,natalis beati *Nasonis,antiqui Christi discipuli.

Apud Cæsaream sancti Dij.

De Cleto Pontificale cap.3. Itèm eodem die,sancti Cleti Papæ,qui Romæ sedit annos duodecim.Hic ex præcepto beati Petri Apostoli vigintiquinque presbyteros in vrbe Roma ordinauit: sepultusque est iuxta corpus beati Petri.

III. IDVS IVLII.

Die 13. * al.Silæ. Act.15.16. 17.18. ESdræ & Iohel Prophetarum.

Itèm natalis sancti *Sileæ Apostoli.Qui cùm esset vnus de primis fratribus, & ab Apostolis ad ecclesias gentium destinatus,prædicationis officium,gratia Domini plenus,instanter consummauit: atque apud Macedoniam in passionibus suis Christum clarificans,postmodùm requieuit.

De Eugen. Surius To.4. ex Victore. Apud Africam,natalis sanctorum confessorum Eugenij Carthaginensis Episcopi,fide & virtutibus ac miraculis glorioſi,& vniuersi Cleri eiusdem. Qui cæde inediaque macerati,ferè quingenti,vel eo amplius (inter quos quamplurimi erant lectores infantuli) gaudentes in Domino, procùl exilio crudeli extrusi sunt. In quibus erant nobilissimi, Archidiaconus nomine Salutaris, & Mirata secūdus in officio ministrorum.Qui plurima pro confessione catholica perpessi supplicia,& tertiò confessores effecti,gloriosæ in Christo perseuerantiæ titulo illustrati sunt.

De Margar. Surius 20. Iulij. * Eodem die sanctæ Margaretæ virginis & martyris.

PRIDIE IDVS IVLII.

Die 14. Iste Phocas alius fuit ab eo, cuius fit mentio 22. Septemb. APud Pontum,natalis sancti Phocæ Episcopi ciuitatis Sinopis & martyris.Qui sub Traiano Imperatore,præfecto Africano,carcerem,vincula,ferrū, ignem etiam pro Christo superauit. Cuius reliquiæ in basilica Apostolorum in Gallia ciuitate Vienna habentur.

IDIBVS IVLII.

Die 15. De eo 4.To. Surij. NIsibi,natalis sancti Iacobi, magnæ virtutis viri,ità vt ad eius preces sæpè vrbs discrimine liberata sit.Hic vnus fuit ex numero confessorum sub persecutione Maximiani,& eorum qui in Nicena synodo peruersitatē Arij homousij oppositione damnauerunt: atque intra muros vrbis suæ ex præcepto Imperatoris Constantini ad tutelam & munimentum sepultus, postea zelo Iuliani Imperatoris apostatæ extra vrbem elatus & conditus.Sed mox eadem ciuitas, tanti patroni orbata reliquijs,Persarum ditioni succubuit.

Romæ in portu,Eutropij,Sozimæ & Bonosæ sororum.

Apud Alexandriam,natalis sanctorum Philippi, Zenonis, Narsei,& decem infantum.

De Apostolorū diuisione vide Tomo 4 Sutij 30.Iulij. * Eodem die Diuisio Apostolorum.

Apud Carthaginem,natalis sanctorum Philippi, Catulini diaconi,Ianuarij,Florentij,Iuliæ & Iustæ,qui sunt positi in basilica Fausti.

* Itèm eodem die S.Reginsuindæ virginis.

XVII. CALENDAS AVGVSTI.

Die 16. de Hilarino fit mētio in gestis Iohānis & Pauli To.3. Surij. IN Ostia,passio sancti Hilarini,qui sub persecutione Iuliani,cùm nollet sacrificare,fustibus cæsus, martyrium sumpsit.

Tungrensiū scilicet. Apud Antiochiam Syriæ, natalis sancti Eustachij Episcopi & confessoris. Qui sub Constantio principe ob catholicam fidem in Traianopolim ciuitatem Thraciæ pulsus exilio, ibidèm requieuit.

* Itèm SS. Monulphi & Gondulphi Episcoporum & confessorum.

* Itèm alibi sancti Mammæ.

XVI. CA-

XVI. CALENDAS AVGVSTI.

Die 17. De his extat Sermo Augūst. teste Possidio. IN Carthagine, natalis sanctorum martyrum Scilliranorum, id est Sperati, Narthali,Cythini,Bethurij,Felicis,Aquilini,Lethatij,Ianuarię,Generosæ,Bessię,Donatæ & Secundæ, sub Saturnino præfecto.Qui post primam Christi confessionem in carcerem missi,& in ligno confixi, manè gladio decollati sunt.Horum reliquiæ cum ossibus beati Cypriani, & capite sancti Pantaleonis martyris, ex Aphrica in Gallias translatæ,venerantur Lugduni in basilica beati Iohannis Baptistæ.

* Itèm Antisiodoro,S.Theodosij Episcopi & confessoris.

XV. CALENDAS AVGVSTI.

Die 18. APud Carthaginem, natalis sanctæ Guddenes virginis: quæ Plutiano & Zeta cōsulibus,iussu Rufini proconsulis, quater diuersis temporibus eculei extensione vexata,& vngularum horrenda laceratione cruciata, carceris etiam squalore diutissimè afflicta,nouissimè gladio cæsa est.

De Arnulpho Surius 16.Augusti Tom.4. Apud ciuitatem Metensium,sancti Arnulphi Episcopi,qui sanctitate & miraculorum gratia illustris,eremiticam vitam diligens,beato fine quieuit.

De Philastrio vide Surium Tomo 4. Brixię,depositio sancti Philastrij,ipsius ciuitatis Episcopi.Qui cùm fuisset presbyter ordinatus,ductus amore Dei,relictis omnibus, vniuersum penè ambitum circuiuit orbis, quatenùs sequutus vestigia Pauli Apostoli, per singula loca animas fraude diaboli deceptas,de sempiterno suis prędicationibus liberaret interitu.Vndè non solùm contra gentiles,atque Iudæos,verùm etiam contra omnes penè hæreses,& maximè contra Arianam perfidiam,quæ tunc nimiùm prævalebat, fidei vigore pugnauit: & ob hoc verberibus castigatus,stigmata Domini nostri Iesu Christi suo portabat in corpore. Nam & in Mediolanensi vrbe idoneus custos Dominici gregis fuit,& Auxentio Arianæ perfidiæ Episcopo, priusquàm beatus Ambrosius eligeretur,diuina gratia fultus nimiùm repugnauit. Romæ etiam non exiguo tempore demoratus,multos & publica & priuata disputatione est in fide lucratus. Et quia valdè hæreticos impugnabat, voluit de eorum singulis sectis atque doctrinis nefandissimis librum componere: quatenùs singularum hæresum errore patefacto, nullus ab eis saltem simplex in Ecclesia constitutus comprehendi possit. De quo beatus Augustinus ità dixit: Philaster Brixiensis Episcopus in prolixissimo libro, quem de hæresibus condidit, centum viginti hæreses arbitratus est computandas.

S. Philastri* multos sua prædicatione cōuertit.

XIIII. CALENDAS AVGVSTI.

Die 19. Ad Col.1.4& ad Philemonem. NAtalis beati Epaphræ,qui à beato Paulo Colossis ordinatus Episcopus, clarus virtutibus,martyrij palmam pro ouibus sibi commendatis virili agone percepit: sepultus apud eandem vrbem.

De Arsenio vide Surium ex Metaph. Itèm eodem die, sancti Patris nostri Arsenij, de quo in verbis seniorū refertur, quia propter redundationem lachrymarum tergendam,sudarium semper in sinu vel in manu habuerit.

Itèm de Iusta & Rufi. Tom.4. Eodem die Hispali apud Hispaniam, natalis sanctarum Iustæ & Rufinæ. Quæ à Diogeniano præside comprehensæ,eculei extensione & vngularum laniatione vexatæ sunt, dein trusæ sunt in carcerem, inedia & doloribus afflictæ. Post hæc iussit Præses, vt quocunquè iret, ipsę nudis pedibus sequerentur. Tandèm Iusta in carcere spiritum exhalauit. Corpus eius in puteum proiectum, & à Gabino Episcopo leuatū, in Hispalensi cœmeterio conditum est. Rufinę ceruix confracta,& corpus eius igni traditum. Cuius reliquiæ à fidelibus curatæ sunt.

S.Rufinæ ceruix confringitur. * Lugduni,sancti Rustici presbyteri & confessoris.

* Itèm Treuiris,S.Martini Episcopi & martyris.

XIII. CALENDAS AVGVSTI.

Die 20. De Ioseph Act.1. NAtalis beati Ioseph, qui cognominatus est Iustus. Hic prædicationis & sanctitatis officijs seruiens,cum beato Mathia, vt numerum duodenum impleret, ab Apostolis statuitur. Sed Mathia locum Iudæ proditoris implente, beatus Ioseph nihilominùs prædicationi inseruiens, multamque pro Christi fide persecutionem à Iudæis sustinēs,victoriosissimo fine in Iudęa quieuit.De quo refertur quòd venenum biberit,& nihil ex hoc triste pertulerit,propter Domini fidem.

Vulmari vitā integrā adieci Tomo 4. Apud Damascum,natalis sanctorum Sabini,Maximini,Iuliani,Macrobij, Cassi, Paulæ,cum alijs decem.

* Itèm eodem die,Vulmari & Philiberti Abbatum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

XII. CALENDAS AVGVSTI.

Die 21. De Daniele & trib⁹ pueris, Surius Tomo 4.

DAnielis Prophetæ. Romæ, natale sanctæ Praxedis virginis. Hęc cum sorore sua Potentiana à sanctissimo patre Pudente, qui fuit edoctus in fide ab Apostolo Paulo, in omni castitate & lege diuina erudita, post transitum parentis, vigilijs & orationibus atque ieiunijs assiduè vacans, omne patrimonium suum simul cum prædicta beata sorore in sustentatione pauperum & Christi sanctorum erogauit. In titulo verò quem pater earum Pudens, nomine beati Pastoris dedicauit, vnà cum consilio beati Pij sedis Apostolicæ Episcopi, fontem baptismi construere soror & ipsa studeant, vt familia earum die sancto Paschæ baptizaretur. Quos ad nonagintasex numero manumissos, beatus Pius aquis salutaribus abluit. Indè post innumera pietatis opera, post multorum martyrũ sepulturas, (inter quos beatum Symmetriũ presbyterum cum alijs viginti duobus apud titulum supradictum manibus suis sepeliuit) qui per martyrij palmam ad regna cælorum transiërant: eadem beatissima virgo migrauit ad Dominum, coronam iustitiæ receptura, duodecimo Calendas Augusti. Sepulta in cœmeterio Priscillæ via Salaria, iuxta sororem suam atque sanctum patrem Pudentem posita.

Sacros fontes in ecclesia erigere, Apostolici institutiest.

De eo fusiùs Antoninus.

Eodem die in Gallijs, ciuitate Massilia, natalis sancti Victoris. Qui persecutione Diocletiani & Maximiani, cùm esset miles, & nec militare, nec idolis sacrificare vellet, primùm à tribuno suo Asterio in carcerem trusus, sed omni nocte ad consolandos & visitandos infirmos ab Angelo eductus est. Deindè iussu Eutychij præfecti, retortis brachijs, loris subtilibus ligatus, & pedibus fune constrictus, per mediam tractus est ciuitatem. Post hæc fustibus crudelissimè cæsus, ac suspensus & taureis cruciatus, cùm exhibuissent aram in qua sacrificaret, & eam nec respicere sustinens, de manu sacerdotis calce excussisset, pedem ei præses iussit incidi. Ad vltimum in cõfessione persistens, missus est in molam pistoriam, in qua sparsum grauum vertigine animalis macerari solet, atque ità contritus, martyrium cõsummauit. Passi sunt cum eo tres milites, Alexander, Felicianus, & Longinus. Qui dum eum nocturno silentio in carcere custodirent, visitantibus illum Angelis sanctis, tanto claritatis fulgore obstupefacti, atque ad eius genua prouoluti, credentes in Christum, nocte eadem in mari baptizati sunt, & sequenti die, ante consummationem beati martyris, gladio iugulati. Puer quoquè Eleutherius, qui dum ad sepulcrum eius oraret, emisit & spiritum.

S. Victor in mola pistoria conteritur.

Socij eius gladio iugulantur.

* Eodem die, sancti Arbogasti Episcopi & confessoris.

XI. CALENDAS AVGVSTI.

Die 22. De ea Surius Tom. 4.

NAtalis sanctæ Mariæ Magdalenæ, de qua, vt Euangelium refert, septem dæmonia eiecit Dominus. Quæ etiam, inter alia dona insignia, Christum à mortuis resurgentem prima videre meruit.

Philip. 4.

Et beatæ Syntyches, quæ Philippis dormit sepulta: de qua beatus Apostolus Paulus scribit Philippensibus: Euchodiam rogo, & Syntychen deprecor, idipsum sapere in Domino.

De Platone Surius ex Meraph. Tom. 4.

Ancyra Galatiæ, natalis sancti Platonis martyris: cuius gesta habentur.

X. CALENDAS AVGVSTI.

Die 23. De Apoll. Surius.

APud Rauennam, natale sancti Apollinaris Episcopi. Hic Romæ ordinatus à beato Petro Apostolo, Rauennam directus est. Vbi cùm peruenisset, nõ longè ab vrbe Rauenna mansit apud quendam militem Hirenæum nomine, cuius filius erat cæcus. Quem ad se perductum, facto signo Crucis, illuminauit, ac sic parentes illius postmodùm baptizauit. Matronam verò cuiusdam tribuni militũ, nomine Theclam, quæ plurimis annis grauissima tenebatur infirmitate, cùm in nomine Domini nostri Iesu Christi, manum appræhẽdens eius, de lecto sanatam cremixisset, tribunum cum vxore eadem, & filios, ac familiam ipsorum in Christum credentes baptizauit. In cuius domo postmodùm intra vrbem Rauennam Missas & baptismata agebat cum discipulis suis per xij. annos. Ordinauit autem duos presbyros, Adheretum, & Calocerum: Martianum verò nobilissimũ virũ, & Leucadium philosophum, diaconos, & sex clericos statuit, cum quibus die noctuque psalmos canebat. Nunciatumque est duci Saturnino. Qui producẽs eum, statuit ante pontifices Capitolij Rauennatis. A quibus nimia cæde mactatus, eiectusque ad mare, semiuiuus relinquitur. Quem discipuli eius colligẽtes, adhibuerunt ei curam. Post menses sex Bonifacium nobilissimũ virum, qui obmutuerat, sanaturus ad domum eius

Eccè Missarum, baptismatis, & ordinũ ecclesiasticorum vsum antiquissimum.

eius veniẽs, puellam immundum spiritum habentem, deindè Bonifacium, soluto vinculo linguæ eius, sanauit. Vbi quingenti homines Christo crediderunt. Non post multos dies à paganis tentus, & diutissimè fustibus cæsus est, ac nudis pedibus super prunas impositus, & indè ab vrbe pulsus. Sed non longè à muro habebant Christiani tugurium, vbi Missas faciebat, in mari verò baptizabat. Ibique timentes Deum de facultatibus suis ministrabant ei. Post plurimos annos etiam ad Aemiliam perrexit, verbum Domini prædicare, faciens multas virtutes in nomine Domini nostri Iesu Christi. Tempore quo reuersus est, Rufi patricij filiam à mortecorporis suscitauit, quam Christo virginem firmauit, matre cum familia promiscui sexûs trecentis quatuor baptizatis. Peruentum est autẽ ad Cæsarem de beato viro, & quòd domus Rufi Patricij obediret Christo. Et mittens Rufo successorem, scripsit Vicario Præfecto prętorij Messalino, vt aut dijs inclinaret Apollinarẽ, aut longè in exilium traderetur. Quem accersitum Vicarius, post interrogationẽ exutum veste virgis cædi fecit, & aqua bulliente plagas eius infundi, & eculeo suspensum torqueri, ac saxo os eius contundi, & cum grauissimo ferri pondere oneratum includi in carcere horrifico, atq; in ligno extendi, vbi ab hominibus quidem negligitur, sed ab Angelo publicè pascitur. Quarto die iudex de carcere productum, catenatum, in naui positum in exilium direxit. Tres autẽ viri eum de clero secuti sunt, qui & ministrabant ei. Mortuis verò omnibus tempestate maris & naufragio, ipse cum clericis & duobus militibus euasit, quos Christo ilicò consecrauit lotos aqua salutari. Et transitũ faciẽs post Corinthum per Mysiam, leprosum cute mundatum in Christo lauit. Deindè ad ripam Danubij perueniens, multos fide sibi sociauit. Et quęrentibus eum incredulis occidere, in partes Thracię descendit. Et cùm ibi dies aliquot fecisset, & in templo Serapis præsentia ipsius obticuisset dęmon, tandèm rogatus spiritus responsum dedit: Quia discipulus Petri Apostoli Iesu Christi huc venit, & ligauit me. Hic nisi fuerit ab his locis expulsus, vobis dare responsa nõ possum. Inquisitus inuentus est B. Apollinatis, & discussus, diutissimè fustibus cæditur, & vsq; ad mare perductus à Rectore prouinciæ, naui currenti ad Italiam cum suis hominibus superimponitur. Itaq; post tertium annum Rauennã ingreditur, deindè post dies aliquot subita seditione orta in ciuitate irruentibus paganis, ligatus ad forum perducitur. Ibi cæsus, ac vulneratus est. Exindè pontifices Capitolij egerũt, vt ad templũ Apollinis duceretur. Quò cùm peruenisset, facta oratione, simulacrum solutum, & templum destructum est. Pagani hoc videntes, clamabant: Senex impius interficiatur. Et tradiderunt eum iudici, cui nomen erat Taurus, qui habebat filium naturalem cæcum natum, quem in nomine Christi sanctus Apollinaris illuminauit, multis stupefactis, & conuersis ad Dominum. Mansit autem in prędio Tauri præsidis annis quatuor. Erat enim ab vrbe miliario sexto, vbi concurrebant Christiani, & docebantur ab eo. Et quacunq; infirmitate quis detinebatur, ad eum perductus sanabatur. Igitur inuidiosa relatio pontificum Capitolij cucurrit ad Cęsarẽ aduersùs beatum Apollinarem. Qui mox edixit, Vt si dijs quis temerario ore iniuriã inferret, aut satisfaciat, aut vrbe priuetur. Quæ iussio mox percurrit ad Demosthenẽ Patriciũ. Qui exquisitione missa, sanctũ Apollinarẽ sibi exhiberi iubet: quẽ auditũ tradidit in custodia cuidã Centurioni occultè Christiano, cogitans quibus cruciatibus eum perderet. Qui media nocte laxauit eum, vt fugeret. Cumq; fuisset paganis cognitũ, sequentes eum, non longè à porta appræhenderunt, & tam diù cæsus est, quousq; æstimaretur mortuus. Exindè collectus est à discipulis, & perductus est in vicum, vbi leprosi morabantur. Et septem dies superuixit, admonens semper Ecclesiam, nè à fide Christi discederet. Ità martyr gloriosissimus Apollinaris in laude Christi defunctus, sepultus est foris murũ, & clausum in arca saxea sub terra corpus eius missum est. Hic ab Antiochia sequutus Apostolum Petrum, & ab vrbe Roma ab eodem Apostolo missus Rauẽnam, rexit Ecclesiam annis xxviij. mense vno, diebus quatuor. Passus vltimum martyrium sub Vespasiano Cæsare, & Demosthene, Patricio, x. Calendas Augusti.

Ab Angelo visitatur.

Leprosum in vtroque homine curat.

Fustibus cęditur.

Cæcum illuminat.

Cæditur à paganis vsque ad mortem.

* Eodem die, S. Liborij Episcopi ciuitatis Cenomãnensis & confessoris.

De Liborio Surius To. 4

IX. CALENDAS AVGVSTI.

Die 24.

APud Italiam in Tyro, quæ est circa lacum Vulsinum, natale sanctæ Christianæ virginis. Quæ in Christũ credens, deos aureos Vrbani patris sui præfecti contriuit, & pauperibus distribuit. Ob hoc iubẽte patre, alapis afflicta, verberibus dilaniata,

Universidad de Deusto
Biblioteca

S. Christina torretur ignibus.

niata, ferro onusta, in carcerem coniecta est. Post hoc cùm diutissimè & crudelissimè dilaniaretur, de carnibus suis patri in faciem proiecit. Cumq; alligata rotæ, igni supposito, & fuso desuper oleo torreretur, erumpens flamma mille gentiliũ interfecit. Iterùm carceri tradita, Angelo visitãte, sanata est, & refecta. Deindè cum magno saxi pondere in lacum Vulsinum iactata, Angelico præsidio liberata est. Quam successor patris eius Dion, multis iterũ supplicijs afflixit. Sed orante illa, simulacrũ Apollinis, quod adorare iubebatur, in fauillã subitò redactum est. Quo miraculo tria milia hominum ad fidem Christi conuersa sunt. Nouissimè successor prædicti Iulianus, post fornacem candentẽ, vbi quinq; diebus illæsa permãsit, post serpẽtes à venefico immissos, sed Christi fide superatos, post abscissionẽ linguæ, sagittis eam configi præcepit. Sicque martyrij cursum cõsummauit, anno ætatis suę vndecimo.

Sagittis cõfecta obit.

Item Romæ via Tyburtina, miliario nono, natalis S. Vincentij martyris. Apud Emeritam Hispaniç ciuitatẽ, natalis sancti Victoris, qui cum duobus fratribus Stercatio & Antinogeno diuersis examinatus supplicijs, martyrium consummauit.

Harũ passio habetur in vita S. Christoferi.

Eodem die, natalis sanctarum Nicetæ & Aquilinæ. Quæ ad prædicationẽ S. Christoferi martyris, ad Christũ conuersæ, martyrij palmã capitis abscisione sumpserũt.

Et apud Amiterninam ciuitatem, militum octoginta trium.

VIII. CALENDAS AVGVSTI.

Die 25.

Act. 12.

NAtalis beati Iacobi Apostoli, fratris Iohannis Euangelistæ, qui decollatus est ab Herode Rege Hierosolymis, vt liber Actuum Apostolorum docet. Huius beatissimi Apostoli sacra ossa ad Hispanias translata, & in vltimis earum finibus, videlicet contra mare Britannicũ condita, celeberrima illarum gentium veneratione excoluntur.

De eo vide Surium To. 4.

Eodem die in Lycia ciuitate Samo, sancti Christophori, qui virgis ferreis attritus, & à flammis æstuantis incendij Christi virtute saluatus, ad vltimum sagittarum ictibus confossus, martyrium capit: is obtruncatione compleuit.

De Cucuphate Surius Tomo 4.

In Hispanijs ciuitate Barcinona, S. Cucufatis martyris, qui ex ciuitate Scillitana oriundus fuit, & Barcinonæ sub Galerio proconsule, & Maximiano, & Rufino passus. Primò grauissimè tortus & cæsus, deindè catenis adstrictus in craticula supersus. Primò grauissimè tortus & cæsus, deindè catenis adstrictus in craticula supersus, aceto & sinapi perfusus, assari iussus est. Cùm verò ab igne & flammarum extensus, aceto & sinapi perfusus, assari iussus est. Cùm verò ab igne & flammarum globis illęsus apparuisset, ex præcepto impij iudicis extra ciuitatẽ ductus, in ignem copiosum iterùm proiectus est. Quo diuino nutu extincto, iterùm ferro vinctus in custodia retrusus est. Vbi diuino splendore cõsolatur. Iterùm cardis ferreis, & raureis crudelissimè cæsus, in vltimo, dictata sentẽtia, Cucufatẽ rebellẽ principum, & dijs sacrificare nolentem, gladio feriri iubemus, viij. miliario à Barcinona perductus, ferroq; animaduersus, martyriũ cõsummauit. Cuius corpus à Christianis cum reuerentia sepelitur. Vndè postmodùm translatũ non longè à Parisiorum ciuitate in ecclesia beatorum martyrum Dionysij & Eleutherij, cum honore tumulatũ est.

Capite cæditur.

Eodem die Parisius, depositio sancti Germani Episcopi.

Metis, natalis sanctæ Glodesindis virginis.

VII. CALENDAS AVGVSTI.

Die 26. De Hyacintho Surius Tom. 4 ex MS. codice.

ROmę in portu, natale sancti Hyacinthi sub consulari Leontio, Luxurio primo ciuitatis Terracinæ tradente. Qui missus in ignẽ nullo modo lædi potuit. Indè præcipitatus invalidissimũ torrentem, incolumis iectus est ad litus. Nũciatur hoc cõsulari Leontio, & misit spiculatorẽ cum militibus, vt eũ cõprehensum gladio ferirent. Tunc quędam matrona religiosa, nomine Iulia, veniens nocte cum seruis suis, collegit corpus eius, & cum honore sepeliuit in prædio suo iuxta vrbẽ Romã.

De eo Act. 19 Rom. 16. 2. Tim. 4.

Eodem die, natalis beati Herasti, qui Philippis à beato Paulo Apostolo Episcopus relictus, ibi martyrio coronatus quieuit. *Treueris, sancti Beati confessoris.

VI. CALENDAS AVGVSTI.

Die 27. De eo in vita S. Pantaleonis ca. 3. & cæteris.

APud Nicomediã, natalis S. Hermolai presbyteri, cuius doctrina B. Pantaleon ad fidẽ cõuersus est. Qui tentus à Maximiano, capitali sententia ob confessionem Christi punitus est. Eodem die in Sicilia, S. Simeonis monachi.

V. CALENDAS AVGVSTI.

Die 28. Surius de eo, Tom. 4. ex Metaph.

NIcomediæ, passio sancti Pantaleonis. Qui cùm iubente Maximiano artem discere Medicinę, à presbytero Hermolao ad fidẽ Christi cõuersus, multa miracula fecit, patremq; suũ senatorẽ Eustorgiũ Christi fidei subiugauit. Ob quã causam tentus ab eodẽ Maximiano, eculei pœna & lampadarũ exustione cruciatus (sed inter hæc Domino sibi apparẽte refrigeratus) tãdẽ ictu gladij martyriũ cõsummauit.

Eodem

Eodem die Lugduni, sancti Peregrini presbyteri, cuius beatitudinem miraculorum gloria testatur.

IIII. CALENDAS AVGVSTI.

Die 29. Iste Felix fuit eius nominis 11. de quo in Pontificali Damasi cap. 37.

ROmæ via Aurelia, beati Felicis Pontificis, sub Constantio filio Constantini. Idem Constantius Augustus, concilium hæreticorum, ac Valentis & Vrsacij Arianorum approbans, quia & ipse Arianus erat, ab Eusebio Nicomediensi rebaptizatus, eiecit sanctum Felicem Vrbis Episcopum de sede Episcopatûs sui. Et facta est persecutio magna in clero, ità vt presbyteri & clerici plures necarentur & martyrio coronarentur. Depositus sanctus ac beatissimus Papa Felix, habitauit in prædiolo suo, quod est via Portuensi. Et agentibus postmodùm hæreticis, exindè leuatus, ductus est ad ciuitatem, & capite truncato, martyrio coronatur quarto Idus Nouembris. Exindè raptum corpus eius à presbyteris & clericis, & sepultum in basilica quam ipse construxit via Aurelia, quinto decimo Calendas Octobris, in miliario secundo. Cuius natalis celebratur quarto Calendas Augusti. Sedit autem in Episcopatu anno vno, mensibus tribus, diebus duobus.

Capite trũcatur.

Eodem die, depositio sancti Lupi Episcopi de Trecas. Qui cum Germano venit in Britanniam, & quinquagintaduobus annis sacerdotio functus est. Qui tempore Regis Attilę, qui Galliam vastabat, (sicut in eius hymno canitur, Dum bella, cuncta perderent) orando Trecas muniuit.

De S. Lupo Surius Tomo 4 ex Ms. codice.

Item eodem die, natale sanctorum martyrum Simplicij, Faustini & Beatricis, tẽporibus Diocletiani & Maximiani. Qui post multa ac diuersa supplicia iussi sunt capitalem subire sententiam. Et ligato saxo in collo eorum, iactari per pontem, qui vocatur lapideus in Tyberinis reumatibus. Quorum corpora Dei nutu inuenta sunt à beata sorore eorum Beatrice, & à beatis presbyteris Crispo & Iohanne, & sepulta sunt in loco, qui appellatur Sextum Philippi, via Portuensi, quarto Calendas Augusti. Beatrix autem soror martyrum cùm oraret apud venerabilem Lucinam, factum est, vt quidam vicinus possessor ambiret possessiunculã eius. Pro hoc itaque fecit teneri sanctam Beatricem, & duci ad sacrificandum. Tunc beata Beatrix exclamauit: Christiana sum, non sacrifico dæmonijs. Ducta est itaque, & carcerali custodiæ mancipata. Cumque in Dei nomine liberè ageret, fecit eam ambitiosus Lucretius præfocari noctu. Quam venerabilis Lucina iuxta sanctos martyres germanos eius sepeliuit, quarto Calendas Augusti. Post hoc ingressus prædium sanctorum Lucretius dum ibi epularetur, quædam mulier infantulum lactabat. Qui infantulus coram omnibus in conuiuio vocem emisit: Audi Lucreti, Occidisti, & inuasisti, eccè datus es in possessionem inimici. Ad hanc vocem inuasus est à maligno spiritu ibi in conuiuio, & per tres horas vexatus emisit spiritum.

De his in gestis Anthimi & Sisinnij Tomo 3. Surij.

Ambitiosa Lucretij S. Beatrix præfocatur.

Lucretij interitus.

Item Aurelianis ciuitate, depositio sancti Prosperi Episcopi.

III. CALENDAS AVGVSTI.

Die 30. De his habetur in passione sancti Laurentij.

ROmæ, natale Abdon & Sennes subregulorum, sub Decio Imperatore. Quos Decius in Corduba ciuitate Persarum sibi præsentari iussit. Quibus & dixit: Sic stulti facti estis, vt non recordemini, quia non colentes deos traditi estis in manus Romanorum, & nostras? Cui beatus Abdon: Magis nos victores facti sumus, Deo fauente, & Domino Iesu Christo, qui regnat in æternum. Iubente igitur Decio, vincti catenis recluși sunt in arcta custodia. Tunc dixit Abdon ad Sennen: Eccè gloria quam semper sperauimus. Post menses quatuor veniens Decius Romam, & adducens secum beatos Abdon & Sẽnen catenis vinctos, iussit omnem senatum conuocari, & fecit conuentum in Tellude cum Valeriano præfecto v. Calendas Augusti, & iussit sibi præsentari Abdon & Sẽnen maceratos diuersis pœnis. Et dixit ad Senatum: Dij deæque tradiderunt hostes ferocissimos in manus nostras. Eccè inimici Reipublicæ & Romani Imperij. Et introducti sunt ornati auro, & lapide precioso, vincti catenis. Omnisque Senatus mirari cœpit in adspectibus eorum. Et cùm constanter Christum in conspectu eorum faterentur, Decius iratus iussit Valeriano præfecto, vt si non adorarent deum Solem, ferarum morsibus interirent. Qui denudauit eos, & duxit ante simulacrum Solis iuxta amphitheatrum, vt sacrificarent. Verùm illi contemnentes expuerunt in simulacrum Solis. Tunc Valerianus iussit, vt cum plumbatis cæderentur. Deindè introducti in amphitheatrum, & dimissi sunt eis leones duo, & vrsi quatuor, qui rugientes venerunt ad pedes sanctorum, & nullatenùs recedentes custodiebant eos. Valerianus verò plenus furore,

A feris non lęduntur sancti Dei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rore,iussit gladiatores introire,& beatos subregulos interficere,& ligare pedes eorum,& ante simulacrum Solis iactare. Vbi iacuerunt corpora sanctorum tribus diebus. Post triduum venit quidam Quirinus Christianus subdiaconus,qui manebat iuxta amphitheatrum,& collegit noctu corpora,& recondidit in arca plumbea in domo sua iij. Calendas Augusti,vbi latuerũt vsque ad tempora Constantini. Tunc se reserantes beati martyres,leuati sunt,& translati in cœmeterio Pontiani.

* Eodem die ciuitate Antisiodoro,sancti Vrsi Episcopi & confessoris.

Eodem die apud Aphricam in ciuitate Tuburba lucernariæ,natale sanctarum virginum Maximæ,Donatillæ & Secundæ. Quæ persecutione Gallieni sub Anolino Iudice passæ sunt. Qui interrogatione facta distulit audientiam, & beatas virgines & sorores,Maximam & Donatillam,ad ciuitatem Tuburbitanam perduci iussit: quibus nec panem nec aquam subministrari præcepit,sed aceto & felle potari. Videns autem beatissimarũ fiduciam,exarsit in iram,& iussit vt vrgerentur ambulare. Erat quædam puella in superioribus domûs suæ constituta, annorum duodecim, nomine Secunda. Cui dum multæ nuptiarum conditiones offeruntur, omnes contempsit, & vnum Deum dilexit. Hæc accensa spiritu Dei, cùm videret commartyres suas Maximam & Donatillam transeuntes,(fuit enim in superioribus domûs eius mœnianum vbi stabat) & sanctarum virginum pulchritudinem fidei oculis consideraret,cognouit & decreuit ad similem gratiam peruenire. Et nè aliquis prohiberet honestè descendere,vt impedimenta vitaret, nec opes,nec nationem suam contemplata est,nec patrem carnalem curauit,sed relictis omnibus vnum authorem castitatis Deum quæsiuit, quem in æternum possedit, & tenuit. Cùm ergò egrederentur beatæ martyres & procederent, Secunda festina clamabat post eas: Nolite me dimittere,veniam vobiscum. Et simul cum illis ciuitatem Turburbitanam ingressa est. Alia die hora tertia Anolinus proconsul pro tribunali cõsedit, & Maximam & Donatillam sibi præsentari præcepit, & ad tormenta elidi. Et cùm cæderentur,iussit calcem super plagas earum spargi, & fricari. Deindè in eculeo extendi & torqueri,& statuam ad libandum offerri,deindè in craticula ad carbones igneos sterni, & prunas ardentes super capita earum adijci, postmodùm in theatro ad delubrum deponi,& ab omnibus conculcari. Tunc ex officio dictum est,esse cum eis puellam aliam,nomine Secundam: quam suo iudicio Anolinus proconsul applicari iussit. Cumque adesset,ait: Christiana es,an pagana? Secunda dixit: Christiana sum. Statim Anolinus ipsam cum Maxima & Donatilla ad bestias damnauit,& eas ferro vinctas ad spectaculum populi adduci præcepit. Quæ cùm inducerentur, in media arena osculatæ sunt se inuicèm vt martyrium pace complerent. Vrsus autem ferocissimus ac sæuissimus ilicò eis laxatus,in mansuetudinem versus, earum vestigia linxit potiùs quàm momordit. Iratus Anolinus, quia se furente bestias mites vidit, loquutus cum concilio,sententiam ex tabella recitauit: Maximam,Donatillam,& Secundam,in superstitione sua perdurantes,quæ diuersas pœnas pertulerunt,& bestijs obiectæ sunt,& dijs nostris sacrificare noluerunt, gladio animaduerti iussi. Maxima, Donatilla, & Secunda dixerunt: Deo gratias. Et consummatæ sunt tertio Calendas Augusti.

Sanctæ virgines fellepotantur.

Damnãtur ad bestias.

Cæduntur gladio.

PRIDIE CALENDAS AVGVSTI.

Die 31.

CAEsareæ,passio sancti Fabij martyris. Qui cùm ferre vexilla præsidialia recusaret,primùm diebus aliquot in carcerẽ trusus est. Deindè productus sistitur ante tribunal. Interrogatus semèl & iterùm, in Christi confessione perdurat. Et mox à furibundo iudice capitali sententia condemnatur. Post hæc inhumatum corpus custodiri iubetur: Quod post triduum reticulo insutum, in maris profunda,deindè manibus pedibusque ligatis,negato cibo & potu,in loco squalido proiectus, post hoc etiam catenis grauioribus vinctus, per totas plateas ab indomitis mulis tractus,& pènè in frusta discerptus est. Deindè missus in carcerem,nocteque ab Angelo visitatus,facto die ad certamina reuocatus est. Tunc vngulis excoriatus, capite inuerso ab hora tertia vsque ad vesperam suspensus, nullum penitùs sensit dolorem. Deindè in carcerem Rufinus eum trudi præcepit, vbi per totam noctem splendor copiosus effulsit. Sed & voces Angelorum psallentium auditæ sunt. Quod cùm nunciatum fuisset Rufino à custodibus, iussit eum manibus post tergum ligatis in maris profundum mergi. Ibi continuò vincula eius dirupta sunt, & Angelis sibi manum tenentibus, super vndas deambulans ad litus peruenit. Tunc Rufinus iussit iterùm cutem eius vngulis detrahi,ac deindè vsque ad ossa laniari,& tam diù vulnera vulneribus instaurari,vsque dum inuictum Christo spiritum reddidit. Corpus eius Gerundæ in monumento, quod ipse sibi præparauerat, conditum est,Nonis Augusti.

S. Fabius capite plectitur.

De Germano fusissimè Surius Tomo 4.

* Antisiodori,natalis sancti Germani, eiusdem vrbis Episcopi & confessoris, apud Rauennam defuncti.

AVGV

AVGVSTVS HABET DIES XXXI. LVNAM VERO VIGESIMAMNONAM.

CALENDIS AVGVSTI.

ROMAE, sancti Petri ad vincula.

Antiochiæ, natalis sanctorum Machabæorum.

Apud Italiam,ciuitate Vercellis,beati Eusebij Episcopi & * confessoris, qui ob confessionem fidei à Constantio principe Scythopolim,& indè Cappadociam relegatus,sub Iuliano Imperatore ad Ecclesiam suam reuersus est. Nouissimè persequentibus Arianis martyriũ passus.

Apud Arabiam, ciuitate Philadelphia, sanctorum martyrum Cyrilli, Aquilæ, Petri, Domitiani, Rufi, Menandri,vna die coronatorum.

In Hispanijs,ciuitate Gerunda, natalis sancti Felicis martyris,qui de Scillitana ciuitate oriundus,cùm persecutiones in Hispanijs aduersùs Christianos agi cœpissent,asscensa mercatorum naui,amore martyrij ocyùs accurrit. Et cùm aliquandiù apud Barchinonam, Empurias,& Gerundam,verbum Dei prædicans plurimos in fide confortâsset, & fama eius longè lateque crebresceret, iubente Datiano, repentè à Rufino officiali tentus est. Cumque nomen Christi confidentissimè fateretur,primò fustibus cæsus,& in ima carceris trusus,deindè manibus pedibusque ligatis,negato cibo & potu,in loco squalido proiectus, post hoc etiam catenis grauioribus vinctus, per totas plateas ab indomitis mulis tractus,& pènè in frusta discerptus est. Deindè missus in carcerem,nocteque ab Angelo visitatus,facto die ad certamina reuocatus est. Tunc vngulis excoriatus, capite inuerso ab hora tertia vsque ad vesperam suspensus, nullum penitùs sensit dolorem. Deindè in carcerem Rufinus eum trudi præcepit, vbi per totam noctem splendor copiosus effulsit. Sed & voces Angelorum psallentium auditæ sunt. Quod cùm nunciatum fuisset Rufino à custodibus, iussit eum manibus post tergum ligatis in maris profundum mergi. Ibi continuò vincula eius dirupta sunt, & Angelis sibi manum tenentibus, super vndas deambulans ad litus peruenit. Tunc Rufinus iussit iterùm cutem eius vngulis detrahi,ac deindè vsque ad ossa laniari,& tam diù vulnera vulneribus instaurari,vsque dum inuictum Christo spiritum reddidit. Corpus eius Gerundæ in monumento, quod ipse sibi præparauerat, conditum est,Nonis Augusti.

Die 1. De vinculis Petri, Itẽm de Machabęis, Surius Tomo 4. secundæ edit.

Amor martyrij in Sancto Felice.

Ab Angelo cõfortatur.

Laniatus vsque ad ossa, reddit spiritum.

IIII. NONAS AVGVSTI.

ROmę,in cœmeterio Calixti,natale sancti Stephani Papę & martyris,sub Valeriano & Gallieno Imperatoribus. Qui cùm persecutio sæua grassaretur,beatus Stephanus congregato vniuerso clero suo,hortabatur eos vt pro Christo coronam martyrij alacriter susciperent. Ordinauerat autem tres presbyteros, & vij. diaconos, & clericos xvj. cum quibus de regno Dei assiduè docebat. Diuina autem gratia procurante,occurrebant multi ex gentilibus, & honesti viri,vt baptizarentur ab eo. Inter quos Nemesius Tribunus cum omni domo sua, filiaque ipsius nomine Lucilla,quæ cæca per beatum Stephanum illuminata fuerat,& Olympius alter Tribunus cum vxore sua Exuperia, & filio Theodolo,& quotquot crediderant in domo Olympij,qui posteà glorioſa confessione martyrium meruerunt. Celebrabat autem Missas atque concilia per cryptas martyrum. Factum est autem vt Valerianus & Gallienus persequutores nominis Christi, summo requirerent studio beatum Stephanum,vt cum,& clericos eius diuersis afficerẽt pœnis. Miserunt itaque multitudinem militum, & tenuerunt eum cum multitudine clericorum, presbyterorum, & diaconorum. Qui veniens ad tribunal Valeriani, solus introiuit. Cui Valerianus: Tu es Stephanus,qui Rempublicam conaris euertere,& persuasionibus atque hortationibus malis populum à deorum recedere suades cultura? Beatus Stephanus dixit: Ego quidem non euerto Rempublicam,sed hortor, vt derelictis dæmonijs, quæ adorantur in idolis, ad Deum viuum & verum redeant,creatorem cęli & terrę,& cognoscant Christum Iesum filium Dei esse,qui cum patre & spiritu sancto solus est sempiternus, vt non pereant cum diabolo in interitum

Die 2. De eo Surius Tomo 4.

Ecce Missarum celebrationẽ in Ecclesia antiquissimam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

teritum sempiternum. Tunc Valerianus iussit eum duci ad templum Martis, & ibidèm dictata sententia, capite truncari, si non acquiesceret adorare nefandi Martis simulacrum. Perductus beatus Stephanus à militibus foràs muros Appię portæ

S Stephan⁹ Papa oratione templũ Martis euertit. ad templum, leuatis oculis ad cælum, dixit: Domine Deus pater Domini mei Iesu Christi, qui turrim confusionis Babylonię destruxisti, destrue nunc & hunc locum, vbi diabolica superstitione per idolorum culturam animæ pereunt populorum. Et statim facto fragore tonitrui cum terroribus coruscationum, corruit maxima pars templi, & milites pauefacti fugerunt. Beatus verò Stephanus perrexit cum omnibus Christianis ad cœmeterium sanctæ Lucinæ, & multis eos consolatus sermonibus, obtulit pro eis sacrificium Deo omnipotenti. Quæ gesta audiens Valerianus, misit plurimos militum, qui beatum Stephanum punirent. Qui venientes inuenerunt sacrificium Deo offerentem, intrepidumque & constantem ante

Capite cæditur. altare solennia incœpta perficientem. Et in eodem loco cum in sua decollauerunt sede iiij. Nonas Augusti. Cuius corpus Christiani populi sepelierunt in eadem crypta cum ipsa sede, vbi adstans sanguis eius effusus est in loco, qui appellatur hodiè cœmeterium Calixti. Sedit autem in Episcopatu annos vij. menses v. dies duos. Hic constituit, vt sacerdotes & Leuitæ vestes sacras in quotidiano vsu non haberent, nisi tantùm in ecclesia.

Huius martyrium fusiùs habetur 25. Decemb. in passione S. Anastasiæ. Eodem die, natale sanctæ Theodotæ cum tribus filijs suis in prouincia Bithyniæ vrbe Nicea, tempore Diocletiani, sub consulari Nicetio & comite Leocadio. Qui hanc per multos dies blandimentis & terroribus cogere voluit, vt eius coniugio necteretur. Sed cùm sancta fœmina nullo modo consentiret, ferro vinctam cum filijs consulari Bithyniæ Nicetio destinauit. At ille filium eius primogenitum Euodium, Christum fiducialiter confitentem, in conspectu matris fecit fustibus cædi. Cui mater pia clamabat: Noli fili timere ista verbera, per ipsa enim ad æterna Christi gaudia pertinges. Tunc consularis Nicetius iussit cuidam Hirtaco, vt apprehendens beatam Theodoten, priùs illi illuderet, & postmodùm inter publicas meretrices constitueret. Quam ille volens tenere, de naribus eius cœpit sanguis vehementer effluere. Qui clamans dixit Nicetio: Stat circa eam iuuenis pulcher, auratis vestibus indutus, ex cuius manu pugnum accepi in naribus. Consularis

S. Theodota cum tribus filijs igne cõ crematur. ergò Nicetius iussit ignem copiosum accendi, & beatam Theodoten cum tribus filijs suis immitti. Quæ gratias referens Deo dicebat: Benedictum nomen pietatis tuæ Domine, qui me nec in isto sęculo à filijs meis separâsti, nec in tui nominis confessione disiungi passus es, nec in martyrio diuidi permisisti. Consummata est igitur cum tribus filijs suis sancta Theodota quarto Nonas Augusti.

III. NONAS AVGVSTI.

Die 3. Act. 5. & 22. Ioh. 3. & 19. Vide Suriũ Tomo 4. Hierosolymis, inuentio corporis beatissimi Stephani protomartyris, & sanctorum Gamalielis, Nicodemi, & Abibon, sicut reuelatum est à Domino beato presbytero Luciano, septimo Honorij principis anno. Nam dum quiesceret in basilica baptisterij in stratu suo, die sexta feria illucescente, circa horã tertiam nocti, dum adhuc penè vigilaret, tanquàm in excessu mentis effectus, vidit virum senem, statura procerum, vultu decorum, prolixa barba, in vestitu candido, amictum pallio, in cuius summitatibus erant tanquàm aureæ cruces contextæ. Calciatum caligis, in superficie deauratis, & manu tenebat virgam auream, de qua tangens eum, dixit se esse Gamalielem, qui nutriuit Apostolum Paulum, & inter alia dixit ei: Summa cum diligentia nostros patefacito tumulos, quia indecenter despecto loco reconditi sumus. Et cùm interrogâsset, qui essent cum eo: Vnus est, inquit, dominus Stephanus, à Iudæis pro fide Christi Hierosolymis lapidibus oppressus torrentis: iussuque sacerdotum relictus extra portam, via quæ mittit Cedar, bestijs ac auibus deuorandus. Sed hoc omninò prohibuit ille, cui illæsam idem martyr fidem seruauit. Quo facto rarescente Iudæorum perfidia, conuocans accersiui mihi religiosorum virorum turbam, conuentumque fidelium: ac blandiens, suadensque, affatus sum ità: Obsecro vos fratres charissimi, vt neminem reuereamini, colligentes sanctum pignus beati Stephani, deferte villulæ nostræ, quam nomine suo nominauerat Caphargamela, quæ vigesimo secundo lapide ab vrbe Hierosolyma distat: & more solito, solenni cum funere sepelite. Ille verò qui huic locello iacet contiguus, ipse est Nicodemus nepos meus, qui vt renasceretur ex aqua & Spiritu sancto, à Saluatore au-

Act 7.

Iohan. 3.

diuit:

diuit: qui mox Petri & Iohannis ministerio est baptizatus. Qua de causa postmodùm indignati principes sacerdotum, subtracto ei principatus honore, conabantur eum tradere morti. Sed nostrî gratia, nostræque propinquitatis iure repressi, non fecerunt. Veruntamen expulsum extra vrbem, diripuerunt omnem supellectilem eius, multisque afficientes plagis, semiuiuum reliquerunt. Ego nimirùm & hunc collegi, & curam ei adhiberi præcepi. Qui paululùm fuit instanti superstes vita, ad optatam & ipse quietem migrauit: quem, exhibitis funeris exequijs, ad protomartyris pedes iussi sepeliri. Ille autem tertius qui mecum quiescendi postidet locum, ipse est Abibas filius meus, qui mecum Christo Iesu, vigesimum agens annum ætatis suæ, vnà credidit, & à præfatis Apostolis æterni fontis vnda perfusus. Is dum esset legis doctrina plenè eruditus, templo Dei cum Paulo sedulò vacans, diuina meditando præcepta, ab illo vitio, cui se genus maximè subdere solet humanum, protectioe tuente superna, extitit liber, & in hoc castitatis proposito quieuit in pace: cum quibus & ego iaceo. Coniunx quoquè mea Ethnna, & Selemias primogenitus noster, nolentes credere Christo, sed religionis vnitati & fidei derogantes, in possessione Caphar selemia sunt tumulati. Veruntamen quò nos repositi sumus, cùm fodere cœperis, inanes eorum reperies tumulos, quia nobiscum non fuerunt digni tumulari. Cumque venerabilis presbyter prædictum virum sciscitaretur: Vbi vos, inquiens, inueniemus domine? ait ille: In agello nostro qui Syriacè Delamgabrica, necnon Debathalia vocatur, id est virorum Dei seu beatorum possessio. Quæ visio consimilis ei, iterùm iterumque apparuit. Surgens autem venerabilis presbyter, perrexit in ciuitatem ad Antistitem Iohannem, de quo per visionem monitus fuerat. Cumque illi, cleroque eius particulam visionis per seriem retulisset, ille lachrymis præ gaudio fusis, benedixit Dominum. Reque veraciter vt erat per omnia comperta, beatus Episcopus sub omni celeritate ad fratres & coëpiscopos vicinarum vrbium misit. Qui cùm occurrissent, & locum præsignatum fodere cœpissent, terræmotu statim facto, immensi odoris suauitas tanta exindè respersa est, quanta nullorum ætas hominum tunc temporis memi-

S. Gamalielem curam sepulturæ habuit SS. Stephani & Nicodemi. Item Abibæ filij sui.

Ex tumulis sanctorum miræ suauitatis odor emanat.

nerat se sensisse: ità vt putarent se præsentes in amœnitate paradisi sitos. Et in ipsa hora de suauitatis odore lxxiij. animæ sunt curatæ à diuersis infirmitatibus. Adcrant tunc temporis testes miraculorum cum beato Iohanne, Eustominus Sebastenus, & Eleutherius Hiericontinus pontifices, cum clericorum sanctissimo comitatu. Qui osculantes beati Stephani pignus, locumque claudentes, cum gaudio ad propria sunt reuersi. Post paucos autem dies corpus protomartyris Stephani in Sion ad sanctam ecclesiam, vbi archidiaconus fuerat ordinatus, vij. Calendas Ianuarij cum psalmis & hymnis detulerunt. Tunc temporis cùm prolixæ siccitatis esset immensitas, sufficiens supernæ pietatis pluuia descendit, quæ sitientem largiùs terram madefaciens irrigauit. Quod meritis beati martyris Stephani nullus ambigit pericliatanti populo concessum fuisse. Hanc reuelationem Lucianus presbyter Græco sermone ad omnium Ecclesiarum personam descripsit, quam Auitus presbyter homo Hispanus in Latinum vertit, & per Orosium presbyterum Occidentalibus dedit: Qui etiam simul reliquias beati Stephani primus Occidenti dedit, vbi ad memorias sancti martyris innumera miracula facta sunt. De quibus plurima beatus Augustinus in libris de ciuitate Dei commemorat.

Translatio S Stephani & sociorum eius.

Lib. 22. ca. 8.

Constantinopoli, natalis sancti Hermelli martyris.

PRIDIE NONAS AVGVSTI.

Die 4. De Aristarcho, ad Col. 4. Act. 19. 20. 27? De Tertullino in vita Stephani, 2. Augusti. Natalis beati Aristarchi, discipuli sancti Pauli Apostoli.

Item Romæ in crypta Arenaria, natale Tertulini martyris, quem beatus Pontifex Stephanus baptizatum in albis presbyterum consecrauit: cui inter cætera monita, hoc præcipuè commendauit. Frater, inquit, cura sit tibi diuersorum requirere sanctorum corpora martyrum. Qui post biduum ordinationis suæ tentus à Marco præfecto, eductus est ad Valerianum Imperatorem. Quem ille extensum mactari fustibus iussit. Cumque impiè cæderetur, clamabat: Gratias ago tibi Domine Iesu Christe, qui me non separâsti à domino meo Olympio seruo tuo, qui me præcessit martyrio consummato. Cumque inter cædes hoc diceret, iussit Valerianus lateribus eius ignem supponi. Cumque lætus & constans perseueraret, diceretque, Fac miser quod facis celeriùs, vt me de hoc incendio, licèr peccatorem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

torem,tamen pro eius nomine, Christo offeras sacrificium: iussit Valerianus eleuari eum,& tradi præfecto Sapritio. Qui primò iussit os eius lapidibus conquassari, deindè extendi eum in eculeo,& neruis diutiùs torqueri, deindè ignibus concremari.Cumque perseueranter Spiritussancti graria roboratus, Christum Dominum fateretur, mandauit hoc factum Valeriano tyranno. Cui Valerianus remandauit,vt data sententia eius caput abscideretur. Tunc Sapritius depositum de eculeo,iussit duci via Latina, in secundo miliario,& ibidèm decollari. Cuius corpus sanctus Stephanus colligens cum clericis,& hymnis redditis Deo, sepeliuit in eodem loco,in crypta Arenaria,secundo Calendas Augusti. Vbi concursus solennis fit,secundo Nonas Augusti.

S. Tertulin⁹ post multos cruciatus & ¡gnes decol¡atur.

Apud Lugdunum, aduentus corporis sancti Iusti Episcopi,de eremo. Qui cùm aliquot annis in eremo Angelis proximam egisset vitam, & dignus adesset finis tantis laboribus, regnum scandens cælorum,beato lucro promeruit. Cuius sanctum corpusculum,venerabilium ciuium Lugduni vrbis cura requisitum,à remotis terræ partibus cum alacritate & religione reportauit, atque in vrbe sacerdotij sui sepeliuit.

* Eodem die, S.Iustini presbyteri. de quo ad decimumquintum Calendas Octobris.

NONIS AVGVSTI.

Die 5.

APud prouinciam Rhætiæ, ciuitate Augustana, natalis sanctæ Afræ martyris. Quæ cùm esset pagana & meretrix, per doctrinam sancti Narcissi Episcopi ad fidem conuersa, & cum omni domo sua baptizata,pro confessione Domini igni tradita est.

Augustoduni,natalis sancti Cassiani Episcopi & confessoris.

De Cassiano Greg.Turon. de confess. cap.79.

Catalaunis,sancti Memmij Episcopi & confessoris.

VIII. IDVS AVGVSTI.

Die 6. De Sixto hoc & socijs ei⁹, quære in vita S.Laurentij apud Surium T6.4.

ROmæ via Appia in cœmeterio Calixti,natale sancti Sixti Papæ & martyris. Et in cœmeterio Prætextati, sanctorum Felicissimi & Agapiti, diaconorum eiusdem,sub Decio Imperatore,Valeriano præfecto. Qui tenuit beatissimum senem Sixtum Episcopum Romanum cum omni clero suo,& recluſit eos in custodia publica,& fuerunt ibi clausi multis diebus. Factum est autem, vt Decius Cæsar & Valerianus præfectus iuberent sibi beatum Sixtum Episcopum cum clero suo præsentari noctu intra ciuitatem in tellude. Cui Decius Cæsar dixit: Scis cur tentus,& conuentione publica nobis præsentatus es? Respondit Sixtus:Scio,& benè scio. Decius dixit:Ergò si scis,fac vt vniuersi sciant,& tu viuas,& clerus tuus augeatur. Beatus Sixtus respondit: Verè feci & facio,vt clerus meus augeatur. Cui Decius: Ergò sacrifica dijs immortalibus, & esto princeps sacerdotum. Ad hoc sanctus Episcopus: Ego semper sacrificaui, & sacrificabo Deo Patri omnipotenti, & Domino Iesu Christo filio eius,& Spiritui sancto, hostiam puram, & immaculatam. Tunc ex præcepto Decij duxerunt eum milites ad templum Martis,vt sacrificijs coinquinaretur. Sed contemnentem sacrificare recluserunt eum in custodia priuata cum duobus diaconibus Felicissimo & Agapito. Cumque duceretur, his verbis beatus eum Laurentius Archidiaconus cœpit compellare: Quò progrederis sine filio pater? Quò sacerdos sancte sine diacono properas? Tu nunquàm sine ministro sacrificium offerre consueueras. Quid in me ergò displicuit tibi pater? Num degenerem probâsti? Experire certè vtrum idoneum ministrum elegeris. Cui commisisti Dominici sanguinis dispensationem, cui consummandorum consortium sacramentorum credidisti, huic sanguinis tui consortium negas? Vide nè periclitetur iudicium tuum, dum fortitudo laudatur. Abiectio discipuli, detrimentum magistri est. Quid quòd illustriùs præstantes viri discipulorum certaminibus,quàm suis vincunt? Deniquè Abraham filium obtulit, Petrus Stephanum præmisit.Et tu pater ostende in filio virtutem tuam,offer quem erudisti,vt securus iudicij tui comitatu nobili peruenias ad coronam. Tunc beatus Sixtus ait: Non ego te derelinquo fili,nec desero, sed maiora tibi debentur certamina. Nos quasi senes leuioris pugnæ cursum recipimus, te quasi iuuenem glorioſior de tyranno triumphus expectat. Mox venies, flere desiste, post triduum me sequeris, Inter sacerdotem & Leuitam hic medius numerus decet. Non erat tuum sub magistro

Non vult sacrificare Martiri Sixt⁹ Episcopus.

Gen.22.

gistro vincere,quasi adiutorem quæreres.Quid cõsortium passionis meæ expetis? Totam tibi hæreditatem dimitto.Quid præsentiam meam requiris? Helias Heliseum reliquit, & virtutem non abstulit. Et dixit beatus Sixtus ad beatum Laurentium: Accipe facultates Ecclesiæ vel thesauros, & diuide pauperibus quibus tibi videbitur. Accepta potestate, beatus Laurentius cœpit per regiones curiosè quærere, vbicunquè sancti clerici vel pauperes essent absconsi, & portans thesauros, prout cuique opùs erat, ministrabat. Igitur post hoc beatus Sixtus reducitur in telludem,vt audiretur, & cum eo diaconi Felicissimus & Agapitus. Et sedente Decio ac Valeriano,præsentatus est beatus Sixtus. Ad quem Decius iracundia plenus, Nos,inquit,consulimus senectuti tuæ,audi præcepta nostra,& sacrifica. Respondit beatus Sixtus: Miser tu tibi consule, & noli blasphemare,sed age pœnitentiam de sanguine sanctorum, quem effudisti. Tunc monente Valeriano, iussit Decius, vt ducerentur ad templum Martis, & si nollent sacrificare, in eodem loco capite truncarentur. Educti ergò foràs murum portæ Appiæ,dixit beatus Sixtus ad templum Martis, Destruat te Christus filius Dei viui. Cumque respondissent omnes Christiani, Amen: subitò cecidit aliqua pars templi,& comminuta est. Tunc beatus Laurentius cœpit clamare: Non me derelinquas pater sancte,quia thesauros tuos iam expendi, quos tradidisti mihi. Milites autem audientes de thesauris,tenuerunt beatum Laurentium Archidiaconum. Sanctos verò Sixtum, Felicissimum, & Agapitum duxerunt in cliuum Martis ante templum, & ibi decollati sunt viij.Idus Augusti.Noctu autẽ venerũt clerici,& maxima pars Christianorum, & collegerunt corpora sanctorum,& sepelierunt beatum Sixtum in crypta in cœmeterio Calixti in eadem via. Sanctos verò Felicissimum & Agapitum martyres sepelierunt in cœmeterio Prætextati. Decollati autem sunt cum eis & alij quatuor,vt in gestis Pontificalibus legitur, Ianuarius,Magnus,Vincentius,& Stephanus subdiaconi. Passus est & cum eis beatus Quartus,vt scribit beatus Cyprianus. Hic beatus Sixtus apud Athenas natus, & doctus, priùs quidem philosophus, postea Christi discipulus fuit. Sedit in Episcopatu anno vno, mensibus decem, diebus vigintitribus.

4.Reg.2.

S. Laurentius thesauros Ecclesiæ pauperibus erogat.

S.Sixtus cũ socijs iubetur decollari.

Cum socijs sepelitur.

Item Romæ, sancti Hormisdæ Papæ, qui sedit annos septemdecim. Hic compositi Clerum,& psalmis erudiuit. Sub huius tempore Anastasius Imperator hæreticus,percussus fulmine interijt. Sepultus est idem Pontifex in ecclesia beati Petri, vij.Idus Augusti.

De eo Pontificale c.54.

Eodem die in Hispanijs ciuitate Compluto,sanctorum Iusti & Pastoris fratrum. Qui cùm adhuc pueri literis imbuerentur, proiectis in schola tabulis, sponte ad martyrium cucurrerunt. Et mox à Daciano teneri iussi, cùm se mutuis exhortationibus constantissimè roborarent, extra ciuitatem producti, & in campo laudabili, à carnificibus iugulati sunt. Vbi etiam in basilica sui nominis quiescunt.

De qua Eulogius lib.2. cap.11.&nos Tomo præsenti.

VII. IDVS AVGVSTI.

Die 7. De Donato Grego. dial. lib.1.cap.7.

APud Tusciam ciuitate Aretio,natalis sancti Donati Episcopi & martyris.Qui nutritus à sancto Pigmenio presbytero, in titulo beati Pastoris eruditus est, non solùm in diuinis,verùm & in humanis literis sufficientissimè.Cũ quo & Iulianus creuit,& subdiaconus ordinatus,reiecto postmodùm gradu,inutilis factus,ad Imperium adspirauit. Quo tempore beatum Pigmenium Romæ in custodia mancipauit,& sanctos patrem & matrem Donati gladio occidit.Donatus verò Lector fuga petijt ciuitatem Arctium, & habitauit cum Hilarino gloriosissimo monacho,seruiens Deo continuis orationibus & ieiunijs. Factum est vt mulier nomine Syrana, gentilis & pagana,capta oculis,& corde verè cæca, cum vnico filio suo Herculeo nomine,cellã beati Hilarini,cum quo beatus vir habitabat, requireret: quam fide Christi instructã, ad beatũ Satyrum Episcopum Hilarinus & Donatus perduxerunt.Qui fidem ipsius vt accepit,gratias Deo agens,indixit ei ieiunium,vt humiliaretur in cilicio & cinere. Et sic deindè catechizauit eam,& baptizauit tam ipsam quàm filium eius. Et mox aperti sunt oculi Syranæ, cœpitque clamare: Verè Deus Christus est,qui illuminauit oculos meos. Quod factum audiens Aproni- Syrana in baptismo recipit amissum lumen.
anus, non multò post attulit filium suum dæmoniacum ad beatum Donatum. Quo orante simul cum Satyro Episcopo & Hilarino, expulsus dæmon, puerum sanum reliquit. Sed & non longo tempore post, vir quidam Eustasius, rector Tu-

sciæ,& exactor fisci, dum occupatus alicubi teneretur, superuenientibus hostibus, vxor ipsius Euphrosyna pecuniam fisci abscondit, & paucis diebus succedentibus, absente adhuc viro, defungitur. Rediens autem postmodùm vir eius, inuenit vxorem suam mortuam, & pecuniam fisci sibi celari. Qua de re non parùm tristis, simul pro requisita pecunia, cùm etiam à principibus curiæ supplicia ipsi meditarentur, fugiens idem Eustasius, venit ad beatum Satyrum & Donatum, & indicauit eis anxietatem animi sui. Stans itaque Donatus super sepulcrum vxoris ipsius, voce magna clamauit: Euphrosyna per Christum crucifixum te coniuro, vt dicas nobis quid factũ sit de pecunia fisci, quia vir tuus pro ea ab exactoribus valdè affligitur. Quæ mox de sepulcro respondit: In ingressu domûs suffossa latet pecunia, quam quæritis. Recepta igitur est pecunia, liberato Eustasio ab impositione calumniæ. Verùm recepto beato Satyro cum patribus suis, eius loco sacerdotium beatus Donatus suscepit. Cumque die quadam Missas celebrâsset populo, & de corpore Christi ac sanguine ipsius populus venerabiliter recrearetur: diaconus quidam nomine Antimus tradebat sacrum sanguinem Christi, & subito paganorum impulsu cecidit, & sanctum calicem comminuit. Vndè valdè tristis tam ipse quàm populus Christi efficitur. Cuius tristitiam Dominus per beatum ilicò Donatum releuauit. Nam collecta sunt fragmenta Dominici calicis, & beato viro allata. Quæ flens ille suscipiens, oratione facta, vas in pristinam formam restaurauit. Quo signo perculsi pagani, simul cum Christianis deitatem Christi confessi sunt: ac circiter septuagintanouem animæ in Christum credentes per baptismum saluatæ sunt. Multis ergò signis Dominus glorificans sanctum suum, ad coronam martyrij prouexit. Deniquè tentus tempore Iuliani Imperatoris à Quadartiano Augustali, simul & cum eo Hilarinus vir Dei, iubetur idolis sacrificare. Cui fideliter reluctanti, iussit Quadratianus, os lapidibus contundi: Hilarinum verò monachum in conspectu eius tam diu fustibus cædi, donèc spiritum emitteret. Deindè beatum Donatum in custodia recludi. Vbi cùm innumera miracula Dominus per seruum suum operaretur, misit Quadratianus, qui gladio eum percuteret, septimo Idus Augusti. Cuius corpus Christiani iuxta ciuitatem cum veneratione sepelierunt. Martyris verò Hilarini ossa in Hostia ciuitate tumulata seruantur.

Mortua ad imperium S. Donati loquitur.

S. Donatus oratione restaurat confractum pominici sanguinis calicem.

Hilarinus fustibus, Donatus verò gladio cæsus moritur.

Romæ, sanctorum martyrum Petri, Iuliani, cum alijs decem & octo.

*al. Fausti

Apud Mediolanum, sancti * Faustini, tempore Aurelij Commodi martyrizati.

VI. IDVS AVGVSTI.

Die 8. * Translatio De Cyriaco & socijs ei⁹, habetur in gestis Marcelli Papæ.

ROmæ via Ostiensi, miliario septimo, * natale sancti Cyriaci martyris. Post quàm Maximinus Augustus iussit, vt omnes qui erant in custodia, vnà cum Cyriaco diacono capite truncarentur, promiscui sexûs numero viginti & vnus decollati sunt via Salaria, intra thermas Salustij foràs muros. Sanctorum autem corpora collegit noctu Iohannes presbyter, & sepeliuit in eadem via octauo decimo Calendas Aprilis. Post dies verò septem, veniens beatus Marcellus Episcopus cum Lucina matrona Christianissima, corpora sanctorum condiuit cum aromatibus & linteaminibus, deindè sustulit ea, & transtulit in prædium suum via Ostiensi, miliario ab vrbe Roma septimo: & manu sua recondidit in sarcophagis lapideis, cum quibus & beatum Cyriacum, octauo die Mensis Augusti. Carpasius verò vicarius petijt domum beati Cyriaci, quam donauerat ei Diocletianus Augustus. Et ingressus in eam, inuenit locum vbi sanctus Cyriacus fontem ædificauerat, quem consecrauerat sanctus Marcellus Episcopus, vbi venientes ad fidem baptizabat sanctus Cyriacus. In quo loco Carpasius balneum sibi statuit. Et dum lauissent & epulas exhibuissent, Carpasius & octodecim pariter eum ipso, ac deriderent fidem Christianam, subitò ceciderunt, & mortui sunt. Beatorum autem martyrum passiones, id est Cyriaci, Largi, & Smaragdi, suis locis in præsenti Calendario notatæ sunt, sub Maximino Augusto & Carpasio vicario.

16. Martij scilicet.

S. Seuerus multos conuertit.

Apud Viennam, Galliæ vrbem, natalis sancti Seueri presbyteri & confessoris. Qui, vt eius gesta testantur, natione Indus, fide Christi feruens, causa Euãgelij prædicandi, laboriosissima peregrinatione suscepta, etiam ad præfatam vrbem deueniens, ingentem paganorum multitudinem verbo & miraculis ad fidem Christi conuertit. Cumque in pace quieuisset, conditus in basilica sancti Stephani, signis præclarus, mira fidelium veneratione colitur.

V. IDVS AVGVSTI.

Die 9. De Romão milite habes in vita S. Laurentij apud Surium.

VIgilia sancti Laurentij. Eodem die Romæ, sancti Romani militis, qui confessione sancti Laurentij compunctus, petijt ab eo baptizari: & mox iubente Decio, cum fustibus exhibitus ac decollatus est.

IIII. IDVS AVGVSTI.

Die 10. De Laurẽtio vide Surium Tomo 4.

ROmæ, natale sancti Laurentij Archidiaconi & martyris sub Decio. Cui beatus Sixtus omnes facultates Ecclesiæ & thesauros, pergens ad coronam martyrij, tradidit. Hic veniens in Cælium montem, vbi erat quædam vidua, in viduitate triginta duos annos habens, in cuius domo multi Christiani, & presbyteri, & clerici absconsi manebant, tulit vestes & thesauros Ecclesiæ, & cœpit erogare, & pedes omnium Christianorum lauare. Ad cuius pedes Cyriaca vidua cadens, Per Christum, inquit, te coniuro, vt manus tuas ponas super caput meum, quia multas infirmitates capitis patior. Beatus Laurentius facto signo Crucis, posuit manus super caput viduæ, & linteum, de quo extergebat pedes sanctorum. Transiens autem in vicum, qui dicitur Canarius, inuenit multos Christianos in domo Narcissi Christiani congregatos, & lauit pedes omnium, & dedit eis de thesauro. Erat in eadem domo homo cæcus nomine Crescentio, qui cœpit rogare beatum diaconem, vt poneret manum suam super oculos eius. Tunc beatus Laurentius lachrymans dixit: Dominus noster Iesus Christus, qui aperuit oculos cæci nati, ipse te illuminet. Et facto signo Crucis, aperti sunt oculi eius. Cùm iam ergò duceretur beatus Sixtus cum duobus diaconibus, vt martyrium suum consummaret, & beatus Laurentius clamaret adueniens, Non me derelinquas Pater sancte, quia thesauros tuos iam expendi, quos tradidisti: mihi tentus est à militibus, & traditus Parthemio tribuno. Qui nunciauit Decio, quòd Laurentius, qui haberet thesauros reconditos, Archidiaconus Sixti in custodia teneretur. Qui gauisus, fecit eum sibi præsentari, & auditum tradidit Valeriano præfecto. Qui & ipse dedit eum in custodiam cuidam Hippolyto. Et Hippolytus reclusit eum cum multis. Erat autem ibi homo Lucillus nomine cæcus, ad quem sanctus Laurentius: Crede, inquit, in filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, & baptizare, & illuminabit te. Respondit Lucillus: Ego semper desideraui baptizari in nomine Domini Iesu Christi. Tunc beatus Laurentius catechizauit eũ, & accepta aqua baptizauit, & illuminati sunt oculi eius. Hoc factum audiẽtes multi cæci, veniebant ad beatum Laurentium, & ponebat manum suam super oculos eorum, & illuminabantur. Videns hoc Hippolytus, credidit, & catechizatus atque baptizatus est. Itaque ex mandato adductus est beatus Laurentius ante conspectum Valeriani. Qui dixit beato Laurentio: Iam depone pertinaciam, & da thesauros, quos apud te cognouimus esse reconditos. Cui sanctus Laurentius: Da mihi inducias biduo aut triduò, & proferam tibi thesauros. Ab eadem die cœpit colligere cæcos, & claudos, debiles, & pauperes, & abscondit eos in domo Hippolyti. Valerianus autem nunciauerat Decio, quia promisisset, datis sibi inducijs Laurentius thesauros. Completis igitur tribus diebus, præsentauit se in palatio Salustiano. Et dixit ei Decius: Vbi sunt thesauri, quos pollicitus es præsentare? Beatus Laurentius collectam multitudinem pauperum introduxit in palatium, & voce magna dixit: Ecce isti sunt thesauri æterni, qui nunquàm diminuuntur, nec decrescunt, qui in singulis disperguntur, & in omnibus inueniuntur. Valerianus præfectus dixit: Quid variaris per multa? Sacrifica dijs, & obliuiscere artes magicas, in quibus cõfidis. Cui cùm dixisset beatus Laurentius, Quarè vos coarctat diabolus, vt Christianis dicatis, Sacrificate dæmonijs? Decius iratus iussit eum expoliari, & cædi cum scorpionibus. Qui cùm cæderetur dicebat: Ego quidem gratias ago Deo meo, qui me dignatus est coniungere seruis suis: Tu miser torqueris insania tua, & furore tuo. Tunc Decius, Leuate (inquit) eum, & date ante conspectum eius omne genus tormentorum. Et allatæ sunt laminæ ferreæ, & lecti, & plumbatæ, & cardi. Pòst vinctus catenis ductus est beatus Laurentius in palatium Tyberij, vt ibi audiretur de gestis. Et sedit Decius pro tribunali in basilica Iouis. Et præsentato Laurentio cùm dixisset, Sacrifica dijs, & noli confidere in thesauris, quos habes absconditos:

Sãctus Laurẽtius signo Crucis sanat ægram.

Iohan. 9. Aperit oculos cęci.

Qui verè thesauri cælestes sint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

beatus Laurentius liberè respondit: Verè & confido, & securus sum de thesauris meis. Vndè iracundia plenus Decius, iussit eum nudum fustibus cædi. Qui cùm cæderetur, clamabat ad Cæsarem: Eccè miser vel modò cognosce, quia triumpho de thesauris Christi, & non sentio tormenta tua. Adhuc Decius fustes augere, & dare ad latera eius laminas ferreas ardentes iuber. Beatus verò Laurentius dixit: Domine Iesu Christe Deus de Deo, miserere mihi seruo tuo: quia accusatus non negaui, interrogatus te Dominum Iesum Christum confessus sum. Et cùm diutissimè cum plumbatis cæderetur, dixit: Domine Iesu Christe, qui pro nostra salute dignatus es formam serui accipere, vt nos à seruitio dæmonum liberares, accipe spiritum meum. Et audita est vox: Adhuc multa certamina tibi debentur. Porrò extensus in catasta, & scorpionibus grauissimè cæsus est. Qui subridens, & gratias agens, dicebat: Benedictus es Domine Deus pater Domini nostri Iesu Christi, qui nobis donâsti misericordiam, quam meriti non sumus. Sed tu Domine propter tuam pietatem da nobis gratiam, vt cognoscant omnes circunstantes, quia tu consolaris seruos tuos. Tunc vnus ex militibus nomine Romanus credidit Domino Iesu Christo, & dixit beato Laurentio: Video ante te hominem pulcherrimum stantem cum linteo, & extergentem membra tua. Adiuro te per Christum qui tibi misit Angelum suum, nè me derelinquas. Leuatus igitur beatus martyr de catasta & solutus, redditus est Hippolyto in palatio. Veniens autem Romanus afferens aquam, misit se ad pedes beati Laurentij vt baptizaretur. Qui benedicta aqua, baptizauit eum. Quod factum audiens Decius, iussit eum sibi exhiberi cum fustibus. Non interrogatus cœpit clamare, Christianus sum. Et iubente Decio eductus foràs muros portæ Salariæ, decollatus est v. Idus Augusti. Cuius corpus noctu collegit Iustinus presbyter, & sepeliuit in crypta in agro Verano. Decius autem Cæsar pergit noctu ad thermas iuxta palatium Salustij: & exhibitus est ei iterùm sanctus Laurentius, & allata sunt omnia genera tormentorum: plumbate, fustes, lamine, vngues, lecti, batuli. Et dixit beato martyri: Iam depone perfidiam artis magicæ, & die nobis generositatem tuam. Cui beatus Laurentius: Quantùm ad genus, Hispanus sum, eruditus ac nutritus Romæ, & à cunabulis Christianus, eruditus omnem legem sanctam & diuinam. Et Decius: Sacrifica dijs. Nam nox ista expendetur in te cum supplicijs. Mea, inquit Laurentius, nox obscurum non habet, sed omnia in luce clarescunt. Et cùm cæderetur lapidibus os eius, ridebat, & confortabatur, ac dicebat: Gratias tibi ago Christe, quia tu es Deus omnium rerum. Allatus est autem lectus cum tribus costis. Et expoliatus beatus Laurentius vestimentis suis, extentus est in cratem ferream: & allati sunt batuli cum prunis, & miserunt sub cratem ferream. Qui cùm furcis ferreis coarctaretur desuper, dixit Decio: Ego me obtuli sacrificium Deo in odorem suauitatis: quia sacrificium Deo est spiritus contribulatus. Carnifices tamen vrgentes ministrabant carbones, mittentes sub cratem, & desuper comprimentes eum furcis ferreis. Sanctus Laurentius dixit: Discе miser, quanta est virtus Dei mei. Nam carbones tui mihi refrigerium præstant, tibi æternum supplicium: quia ipse Dominus nouit, quòd accusatus non negaui, interrogatus Christum confessus sum, assatus gratias ago. Et vultu pulcherrimo dicebat: Gratias tibi ago Domine Iesu Christe, qui me confortare dignatus es. Et eleuans oculos suos in Decium, dixit: Eccè miser assasti vnam partem, regyra aliam & manduca. Gratias igitur agens, & glorificans Deum, dixit: Gratias tibi ago Domine Iesu Christe, quia ianuas tuas ingredi merui. & emisit spiritum. Manè autem primo adhuc crepusculo, rapuit corpus eius Hippolytus, & condiuit linteis & aromatibus: & hoc factum mandauit Iustino presbytero. Tunc beatus Iustinus & Hippolytus plorantes & multùm tristes, tulerunt corpus beati martyris, & venerunt in via Tyburtina, in prædium matronæ viduæ Cyriacæ in agro Verano, ad quam ipse martyr fuerat noctu, cui & linteum dedit, vndè pedes sanctorum exterserat, & illud ibi iam hora vespertina sepelierunt, quarto Idus Augusti. Et ieiunauerunt agentes vigilias noctis triduò, cum multitudine Christianorum. Beatus autem Iustinus presbyter obtulit sacrificium laudis, & participati sunt omnes.

S. Laurentius fustibus cæditur.

Cælitùs ad maiora perferenda animatur.

S. Romanus decollatur.

S. Laurentius viuus in crate ferrea assatur.

Psal. 50.

Offerens suas carnes pecio manducãdas emittit spiritum.

Corpus eius sepelitur.

Eodem die Romæ, militum centum sexaginta quinque. Tunc passi sunt Claudius, Seuerus, Crescentio, & Romanus, ipso die quo beatus Laurentius, post tertium diem passionis sancti Sixti. III.

III. IDVS AVGVSTI.

ROmæ inter duas lauros, natalis sancti Tiburtij martyris, filij Chromatij vrbis præfecti, quem erudierunt in fide B. Sebastianus & S. Tranquillinus ac gloriosus presbyter Polycarpus, qui ipsum sacro fonte baptismatis innouauit, & familiam eius promiscui sexûs mille quadringentos cum eo pariter baptizauit. Huius etenim filius Tiburtius, cùm propter immanitatem persecutionis isdem pater eius & ingens multitudo Christianorum cum illo Campaniam ex consilio Pontificis Caij perrexisset, amore martyrij flagrans resedit in vrbe Roma. Et cùm ieiunijs & orationibus ibi cum beato Caio Papa occuparetur, quadam die transiens occurrit homini qui de alto lapsus fuerat, & ità caput & omnia mẽbra quassauerat, vt de sola sepultura eius ageretur. Iuxta quem ipse accessit, & cœpit dicere super vulnera eius lentè orationem Dominicam & Symbolum: & ità factus est homo solidatis membris incolumis, quasi nihil mali contigisset ei. Tunc apprehendens parentes eius, segregauit eos à turbis, & indicauit eis virtutem nominis Christi. Et videns animum eorum fixum fortiter in timore Domini, perduxit eos ad Caium Papam. Qui iuuenem sanatum Deo gratias referentem, & parentes eius pariter baptizauit. Intereà dum procella persecutionis grauiter inundaret, iunxit se quidam simulata fide beato Caio. Porrò hic apostata extiterat, & erat fraudulentus in omni sermone, & callidus in omni commisso. Qui dum à beato Tiburtio viro scholasticissimo, & nobili & sancto, frequenter argueretur, quòd capillos super apicem frontis tonsoris arte componeret, & quòd assiduè potaret, & ludendo pranderet, quòd libentiùs fœminarum se adspectibus daret, quòd à ieiunijs & orationibus se tolleret, quòd somno deditus non interesset peruigil in hymnis Dei: dum, inquam, pro his à beato Tiburtio acriùs argueretur, simulabat se æquanimiter monitionem accipere, & egit arte quatenùs orantem sanctum Tiburtium pagani comprehenderent, in qua comprehensione seipsum fecit teneri, & simul duci ad secretarium iudicis. At vbi introducti sunt, Fabianus dixit ad eum, qui se arte tradiderat: Quis diceris? Ille respondit: Torquatus. Quid profiteris? Christianus sum, inquit. Fabianus dixit: Ignoras quòd iusserunt inuictissimi Principes, vt qui sacrificare dijs noluerint, diuersis supplicijs macerentur? Torquatus ait: Hic magister meus est, & ipse me semper docuit: quod hunc videro facere, necesse est vt hoc faciam. Fabianus conuersus ad Tiburtium ait: Audisti quid Torquatus asserit? Sanctus Tiburtius respõdit: Torquatus diù est quòd se Christianum esse mentitur, virtus enim ipsa nominis sancti, grauiter fert & molestè, suum nomen à non suis moribus vsurpari. Reuerà enim, vir illustrissime, hoc Christianum vocabulum diuinæ virtutis est, sectatorum scilicet Christi, qui verè philosophi facti sunt, qui verè Christiani dicti sunt, qui ad obterendas libidines fortiter militârunt. Nè credas vir illustrissime hunc esse Christianum, qui in lenocinio sui moliendo capitis fimbrias admittit, qui tonsorem diligit, qui in scapulis molliter gestit, qui fluxum gressum improbo nisu distendit, qui viros negligenter agit, fœminas diligentiùs intuetur. Nunquàm tales pestes Christus dignatus est habere seruos. Verùm hic quoniam me se imitaturum asserit, hîc in tuo conspectu probabis eum mentitum. Hic enim qualis semper fuerit, nunc euidenter ostendet. Fabianus dixit: Consultiùs facies, si saluti tuæ consulens, principum decreta non contemnas. Tiburtius respondit: Ego saluti meæ meliùs non consulo, quàm vt dæmones contemnens, vnum Deum Iesum Christum confitear. Torquatus adiecit: Non solùm ipse Christianus crudelis est, verùm etiam multis persuadet, & decipit, ac cum suis socijs, cum quibus magicas artes exercet, die noctuque incantationibus occupatur. Sanctus Tiburtius dixit: Falsus testis non erit impunitus. Iste quem vides, vir illustrissime, malitiæ suæ curis æstuans, ad nihil aliud Christianis est iunctus, nisi vt cogitaret, quomodò se nobis quasi Christianum ostenderet, & quomodò alijs se fidelissimum mentiretur. Reprehẽdebam tamen in eo Cyclopæam edacitatem, emersum vino putorem, & sepultam diuini nominis sanctitatem. Ebrius patiebatur sitim, & esuriem vomens, nec vt Christianus, sed vt Antonianus quondàm ille conuiua, manducabat, bibebat, vomebat: & nunc Christianos arguit, Christianos accusat, in nos mitem iudicem incitat, gladium nolenti iudici porrigit, & vt dæmonijs ceruices nostras inclinemus, hortatur. Videmus votum tuum, videmus cruenta consilia, & scelerata arte verborum venena tui pectoris intuemur. Accingere nunc ô

Die 11.

De his habetur in gestis S. Sebastiãi, 20. Ianuarij.

Curatus æger cũ vtroque parente baptizatur.

Eccè opera hypocritarũ & hæreticorum.

Qui falsi & q veri Christiani sint.

Falsus testis non manet impunitus. Prou. 19.

sceleratissime,vtere carnificis officio, vendica tibi & ipsius iudicis vocem,applica eculeos,appende Christianos,damna,percute,incēde,benè nos accipis.Si exilium minaris,hoc philosophantibus totus est mundus.Si supplicium,euadimus mundi carcerem.Si ignes,maiora his incendia in cupiditatibus vincimus. Decerne quicquid libet.Omnis nobis vilis est pœna,vbi pura comes est conscientia. Post hæc Fabianus,cùm verissimè iuuenis sanctissimus Christum cōfiteretur,iussit ante pedes eius carbones ardentes effundi,dicens ad eum: Elige tibi vnum de duobus,aut thura in istis carbonibus adijce, aut pedibus super eos nudis incede. Ille autem faciens signū Crucis,constanter super eos nuda ingressus est planta, & cœpit dicere: Depone infidelitatē, & disce quia hic solus est Deus, quē confitemur, & creaturis omnibus dominatur:nam mihi in nomine Domini mei Iesu Christi videtur,quòd super roseos flores ingrediar, quia creatura ipsa creatoris famulatur imperio. Cui Fabianus: Quis ignorat artē magicam vos docuisse Christū vestrum? Obmutesce infelix,exclamat Tiburtius, & noli auribus meis hanc iniuriā facere,vt audiam te rabido ore latrantē mellifluum nomen & sanctū nominare.Iratus Fabianus dictauit sententiam,vt gladio animaduerteretur.Ductus autem in via Lauicana tertio miliario ab vrbe,vno ictu gladij percussus abscessit.In eodē autem loco à quodam apparente Christiano sepultus est tertio Idus Augusti.

Ecce quomodo signo Crucis magna pericula euitātur.

Gladio percutitur S. Tiburtius.

Eodem die Romæ,natale sanctæ Susannæ virginis & martyris,sub Diocletiano & Maximiano Augustis, iudice Macedonio. Fuit autem filia glorioſi presbyteri & martyris Gabinij,fratris Gaij Episcopi & martyris,nobili satis orta progenie,quā pater nutriuerat,& diuinis literis imbuerat. Audiens itaque Diocletianus de puella,quòd pulchritudine & sapientia præcelleret,misit ad Gabinium,quendam qui erat ex genere eius consobrinum suum, nomine Claudium, & petiuit eam Augustus Maximino filio suo in coniugē. Veniens deniq; Gabinius ad filiā suam Susannam,rogauit interesse Gaium Episcopum vrbis, auunculū eius,& narrauit eis quomodò Diocletianus Augustus direxisset Claudium cōsobrinum eorum, vt Susannam suo filio Maximino in coniugē peteret. Quæ spiritu sancto corroborata,connubium huiusmodi respuit.Et respondens patri & auunculo, dixit: Pater scio quia de ore tuo sum erudita, vt castitatem studeam seruare, & pudicitiam Domino Iesu Christo exhibere: in eius ergò timore iam constituta,nunquàm coinquinabor virili commixtione, sed cui me semèl tradidisti,ipsi seruio,& in ipso confido. Ipse enim nouit conscientiam meam. Proindè Claudius ipse respondens ei,& aperiens votum Diocletiani, cùm nullo modo eius animū potuisset inclinare, vt coniungeretur Maximino filio eius,sed insuper eruditus & instructus in via Dei à beatis Gaio & Gabinio,pœnitentiam de sanguine sanctorum, quem effuderat,popotiscisset, baptizatus est vnà cum vxore sua nomine Præpedigna, & filijs Alexandro & Cutia,& intātùm in fide conualuit,vt omnes facultates suas vēderet,& pauperibus Christianis erogaret: & quoscunq; adire poterat,qui in custodia tenebātur,vitactu & vestimētis releuabat, mittens se ad pedes singulorū, atq; orationis gratiā ab eis tantùm exoptās. Intereà dum mense vno & diebus sexdecim requireretur à Diocletiano,respōsum est ei quòd ęgritudine teneretur,missiq; fratrē eius ad eum nomine Maximū,comitē rei priuatæ, vt visitaret eū,& ageret cū illo de puella Susanna. Veniēs igitur Maximus inuenit Claudiū in cilicio orantē,& obstupuit:cumque rem,pro qua venerat, per ordinē enarrâsset, perduxit eū Claudius ad domum beati Gabinij,& diligenter ei beatus Gabinius & sanctus Gaius viam Domini exposuerunt.Vndè compunctus credidit Maximus,& baptizatus est. Ab eadē verò die cœpit facultatem suam vendere per quendam amicū suum nomine Trasonē Christianissimum togatum,qui occultus Christianus erat,quem ante multos annos baptizatus Gaius baptizauerat.Qui circumiens nocturnis horis vicos & carceres, pauperibus Christianis necessaria ministrabat, & gesta eorum colligebat, memoriasque exornabat. Post dies quindecim nota facta sunt omnia Diocletiano, & misit Iulium,qui Claudium, & Maximum, Præpedignam, & Alexandrum atque Cutiam puniret,Gabinium verò & Susannam vinculis constringeret.Et post dies quinquagintaquinque iussit Diocletianus vt beata Susanna adduceretur ad Serenam vxorem suam, quæ occultè Christiana erat. Cùm itaque hymnis & orationibus cum ea vacaret, & die noctuque in laude Dei psalmos recineret, nunciatum est hoc Diocletiano. Tunc idem dixit Maximino filio suo, vt reuocaretur Susanna ad patris sui Gabinij domum,& ibi abuteretur ea, vt ipsi liberet. Ipsa verò nocte postquàm reuocata est,ingressus Maximinus in domū, vbi orabat Susanna,vidit nimiam claritatem super ipsam,& extimuit, & cursìm redijt ad palatium. Diocletianus verò hoc arti magicæ deputans,misit Macedoniū, qui eam constringeret infra domum eius,vt sacrificaret. Qui dum vellet eam flectere, vt dijs immolaret,expolians eam cœpit fustibus cædere.Beata verò Susanna dicebat:Gloria tibi Domine.Sicque beata virgo permanens in cōfessione Domini,gladio percussa est intra domum suam,& spiritum incontaminatum Deo reddidit. Eius corpus collegit Serena Augusta noctu,& manibus suis cum linteaminibus & aromatibus ornauit,& posuit iuxta corpora sanctorum in cœmeterio Alexandri in arenario, in crypta, iuxta sanctum Alexādrum,tertio Idus Augusti. Sanguinem verò martyris, qui effusus fuerat in loco domûs suæ,velamine detersit, & posuit in capsa argentea in palatio suo, vbi die noctuque furtiuis orationibus semetipsam Domino effundebat. Passa est autem tertio Idus Augusti.

Orabat in cilicio,quia pœnitentiā agebat.

Eodem die in Cameraca ciuitate, natalis S. Gaugerici Episcopi & confessoris.

Eccè quomodo patres nostri filias erudiebant ad seruandam pudicitiam.

Christianorum exercitia qualia fiant.

S. Susanna fustibus cæsa & gladio, spiritu Deo reddit.

Deo Suri' Tomo 4.

PRIDIE IDVS AVGVSTI.

Die 12.

IN Sicilia ciuitate Cathanensi,natale sancti Eupli diaconi, Diocletiano & Maximiano Augustis. Cùm enim esset extra velum secretarij beatus Euplus, Christianum se confessus, intromissus est, iubente Caluisiano consulari,in auditorium. Et cùm ibi fidē suam profiteretur,Caluisianus dixit:Torqueatur Euplus,quousq; confiteatur deos veros omnipotētes,Martē, Apollinē,& Aesculapium.Beatus Euplus respondit: Benè dixisti Caluisiane, vt adorarem Trinitatem inseparabilem vnum Deum. Audiens Caluisianus, putauit eum de dijs suis dixisse, & gaudio repletus, ait: Ergò sacrifica.Cui beatus martyr:Ego sacrifico & immolo meipsum Patri & Filio & Spiritui sancto. Audiēs hoc impius iudex,commotus ira,iussit eum ampliùs torqueri.Et vltimò dedit sententiam,dicēs: Iubemus Euplum iusto iudicio nostro gladio interfici.Beatus verò Euplus gratias egit Domino nostro Iesu Christo. Et cùm duceretur,repletus Spiritu sancto canebat: Magna est gloria tua Domine in seruis tuis,quos ad te vocare dignatus es. Flectens itaque genua sua,finita oratione parauit ceruicem,& decollatus est tertio Idus Augusti. Sepultum est corpus eius conditum aromatibus,in loco venerabili Cathanensis ciuitatis,secundo Idus Augusti.

De Euplo vide Surium Tom. 4. ex Metaph.

S. Euplus iubetur gladio feriri.

Eodem die,sanctæ Hilariæ,matris sanctæ Afræ martyris, quæ cùm ad sepulcrum illius excubaret,ibidèm pro fide Christi à persecutoribus igni tradita est cū Digna & Eumenia & Euprepia, quæ fuerant puellæ sanctæ Afræ.

Hārū martyrū habetur in vita S. Afræ.

In Syria,natalis sanctorum Mācharij & Iuliani.

IDIBVS AVGVSTI.

Die 13.

ROmæ,sancti Hippolyti martyris, sub Decio Imperatore, Valeriano præfecto. Hunc beatum Hippolytum vicarium sanctus Laurentius, cùm apud eum esset in custodia,baptizauit.Qui peractis sanctis exequijs martyris,post tertium diem ad domum suam rediens,dedit pacem omnibus seruis suis & ancillis,& communicauit de sacrificio altaris beati Laurentij martyris. Et posita mensa, priusquàm cibum sumeret, venerunt milites & tenuerunt,& perduxerunt ad Decium.Quem vt vidit,subridens dixit ei: Nunquìd & tu magus effectus es, quia corpus Laurētij abstulisse diceris? Sanctus Hippolytus respondit: Hoc feci non quasi magus,sed quasi Christianus. Decius furore repletus, iussit,vt cum lapidibus os eius cōtunderetur. Et expoliauit eum veste qua inducbatur habitu Christiano, & dixit ei: Sacrifica, & viues: sin aliter,peries per tormenta sicut Laurentius.Sanctus Hippolytus dixit: Exemplum merear beati Laurentij martyris fieri, quem tu miser ausus fuisti ore polluto nominare. Extensus igitur, fustibus & cardis diù cæsus est,donèc cędentes deficerent. Indè leuatus est à terra, & iussit eum Decius vestiri militari veste, qua gentilis vtebatur,& dixit ei: Recole militiam,& esto noster amicus, & in conspectu nostro vtere militia pristina quam semper habuisti.Cumque beatus martyr dixisset, Militia mea hæc est, Christo Domino firmissimè militare, vndè cupio ad celerem palmam cum fructu venire: iracundia plenus Decius, dixit Valeriano: Accipe omnes facultates eius, & interfice eum crudeli examinatione. Valerianus itaque exquisita omni facultate eius, inuenit in domo Hippolyti omnem familiam Christianam, quam conspectui suo præsentari fecit. Et iussit beatum Hippolytum

S. Hippolytus fustibus & cardis cēditur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

polytum foràs muros portæ Tyburtinæ cum familia sua duci. Beatus verò Hippolytus confortabat omnes dicens: Fratres nolite metuere, quia ego & vos vnum Deum habemus. Et decollati sunt promiscui sexûs numero xix. Beatus verò Hippolytus ligatus pedes ad colla indomitorum equorum, super cardetum & tribulos tractus, emisit spiritum. Nocte venit beatus Iustinus presbyter, & collegit corpora, & sepeliuit in loco eodem iuxta Nymphas, ad latus agri Verani, Idibus Augusti.

Hippolytus grauiori tormento occiditur.

Eodem die, natale sanctæ Concordiæ nutricis eiusdem beati Hippolyti. Cùm Valerianus ad familiam beati Hippolyti sibi præsentatam dixisset, Considerate ætates vestras, nè simul pereatis cum Hippolyto domino vestro: respondit beata Concordia: Nos desideramus potiùs cum domino nostro pudicè mori, quàm impudicè viuere. Ad hoc Valerianus, Genus, inquit, seruorũ nisi cum supplicijs non emendatur. Et iussit, vt beata Concordia cum plumbatis cæderetur. Et cùm cæderetur, emisit spiritum, corpusque eius est in cloacam proiectum. Cumque diù quæreret illud sanctus Iustinus, & non inueniret, ità tristis redditur, vt non cessarent flere oculi eius. Tertiodecimo verò die post passionem sancti Hippolyti, venit quidam miles Porphyrius nomine, ad Hirenæum Cloacariũ, qui occultè Christianus erat, & dicit ei: Si secretum possis custodire, diuulgabo arti tuę multũ quęstum: Ante hos dies iussit Valerianus Præfectus in conspectu suo quandam hæreditariam Hippolyti plumbatis deficere, & corpus eius in cloacam iactari. Hæc in vestibus suis spero quòd margaritas habet absconsas, vel aurum. Audiens hæc Hirenæus, intimauit secretò beato Iustino presbytero. Qui flectẽs genua gratias egit Deo. Porphyrius autem noctu veniens cum Hirenæo, inuenit corpus sanctum. Sed in vestimentis eius nihil inuenerunt. Beatus autem Hirenæus vocauit ad se quendam Christianum Abundium nomine, & tulerunt corpus eius, & perduxerunt ad beatum Iustinum. Qui gratias agens Deo, illud suscepit, & iuxta corpora martyrum Hippolyti & aliorum sepeliuit, octauo Calendas Septembris.

S. Cõcordia plumbatis cæsa moritur.

Eodem die in Foro Syllæ, natale sancti Cassiani, qui cùm adorare idola noluisset, interrogatus à persecutore, quid artis haberet, respondit, quia pueros notas docere. Et mox spoliatus vestibus, ac manibus post terga reuinctis, statuitur in medio. Vocatisque pueris, quibus docendo exosus fuerat factus, data est facultas cum tabulis ac buxis feriebant, alij stylis vulnerabant. Quorum quanto infirmior erat manus, tanto grauiorem martyrij pœnam dilata morte faciebat. Scribit hoc Prudentius Poëta.

De Cassiano Prudentius & Surius Tom. 4.

Pictauis, sanctæ Radegundæ virginis & Reginæ.

De Radegunde Surius. Die 14.

XIX. CALENDAS SEPTEMBRIS.

Vigilia Assumptionis beatę Mariæ genitricis Dei.

Eodem die Romæ, natale sancti Eusebij presbyteri & confessoris. Qui præsente Constantio cùm fidẽ catholicam cõstantissimè defenderet, & Liberium Papam doleret Arianę perfidiæ consensisse, ab irato Constantio Imperatore Ariano, includitur in quodam cubiculo domûs suæ, habente in latitudine pedes quatuor. Vbi multis diebus in oratione constanter perseuerauit. Et nonodecimo Calendas Septembris, post menses septem, adhuc tamen inclusus, dormitionem accepit. Cuius corpus collegerunt Gregorius & Orosius presbyteri, & sepeliêrunt in crypta, iuxta corpus beati Sixti martyris & Episcopi, via Appia in cœmeterio Calixti. Vbi & titulum ipsius scribentes, posuerunt ità, Eusebio homini Dei. Audiens autem Constantius, quòd Gregorius & Orosius sepelissent corpus beati Eusebij, in eadem crypta vbi illum condiderant, præcepit viuum includi Gregorium. Hunc semiuiuum noctu Orosius presbyter excepit indè. Et post paululùm defunctum, iuxta corpus sancti Eusebij presbyteri sepeliuit. Factaque est grauissima persecutio in catholica Ecclesia ab Arianis, sedem Apostolicam tunc tenente Liberio.

Delapsu Liberij, Hieronymus de viris illustribus.

Sæuiunt in Ecclesiam Ariani tempore Liberij Papæ.

XVIII. CALENDAS SEPTEMBRIS.

Dormitio sanctæ Dei genitricis & perpetuæ virginis Mariæ. Cuius sacratissimum corpus etsi non inuenitur super terram, tamen pia mater Ecclesia venerabilem eius memoriam sic festam agit, vt pro conditione carnis eam migrâsse non dubitet. Quo autẽ illud venerabile spiritus sancti templum iudicio & consilio diuino occultatũ sit, plùs elegit sobrietas Ecclesiæ cum pietate nescire, quàm aliquid friuolum & apocryphum indè tenendo docere.

Die 15.

Ecclesia Assumptionẽ Mariæ celebrem agit.

Eodem

Eodem die, sancti Tharsitij acolythi & martyris. Quem pagani cùm inuenissent Christi corporis sacramenta portantem, cœperunt discutere quid gereret. At ille indignum iudicans porcis prodere margaritas, tam diù fustibus ac lapidibus mactatus est, quousque exhalaret spiritum. Et reuoluto eius corpore, sacrilegi discussores nihil potuerunt in eius manibus vestimentisque inuenire sacramentorum Christi. Christiani autem collegerunt corpus martyris, & sepeliêrunt in cœmeterio Calixti via Appia.

De Tharsitio gesta Stephani Papæ.

Miraculum

XVII. CALENDAS SEPTEMBRIS.

In Nicea Bithyniæ, natalis sancti Vrsatij confessoris sub Licinio persecutore. Qui derelicta militia, solitariam vitam in quadam turre præfatæ vrbis egit: tantisque virtutibus claruit, vt & dæmones expulisse, & ingentem draconem orando interemisse legatur. Scriptum in libro quinto historiæ Ecclesiasticæ tripartitæ.

Die 16.

Cap. 33. & Sozom. lib. 4. cap. 15 est apud Surĩ.

Romæ, sanctæ Serenæ vxoris quondàm Diocletiani Augusti.

Metis, sancti Arnulphi Episcopi & confessoris.

De Arnulp. Surius.

XVI. CALENDAS SEPTEMBRIS.

Apud Aphricam, natale sanctorum martyrum, Liberati abbatis, Bonifacij diaconi, Seruij & Rustici subdiaconorum, Rogati & Septimij monachorum, & Maximi pueri. Qui persecutione VVandalica iussu crudelissimi atque impijssimi Regis Hunerici, de territorio Capsensis ciuitatis, ex habitaculo monasterij abstracti, atque ad vrbem Carthaginensem perducti sunt. Vbi pro confessione catholicę fidei, & vnici baptismatis defensione, primò carcerali custodiæ mancipati, & crudelibus ferri ponderibus arctati, tenebrosis deputati sunt locis. Vbi cùm die ac nocte Christianum populum in fidei constantia roborâssent, iussit Tyrannus furore succensus, nauem lignorum manipulis adimpleri, atque omnes pariter alligatos, in pelago, igne suppositio, accremari. Cùm autem pro voluntate infandi Regis, vel crudelium ministrorum, extensis eorum manibus & pedibus eleuatis, lignis ignis fuisset iniectus, statim imperio diuino videntibus cunctis extinctus est. Et dum sæpiùs renouaretur, iterùm atque iterùm extinguebantur globi flammarum. Vndè magis Tyrannus furore simul & pudore repletus, iussit eos remorum ictibus enecari, & ità singulos in modum canum, cerebris comminutis, perimi. Sicque speciosum cursum certaminis sui, coronante Domino, perfecerunt. Corpora eorum in mare iactata, sub eadem hora illæsa litoribus reddita, à Christiano populo reuerenter sublata, præeunte clero, cum hymnis solennibus condita sunt in monasterio contiguo basilicæ, quę dicitur Celerinę. Scribit beatus Victor Africanus Episcopus in historia eiusdem VVandalicæ persecutionis, quam & ipse cum cæteris sustinuit, & fideli atque illustri stylo digessit.

Sancti martyres iubentur ligique cremari.

Remorum ictibus interimuntur.

libro tertio.

Apud Cæsaream Cappadociæ, natalis sancti Mammetis martyris, qui passus est imperante Aureliano, sub Alexandro præside.

De Mãmete Surius ex Metaph. Tom. 4.

Item Octauæ sancti Laurentij martyris.

XV. CALENDAS SEPTEMBRIS.

Apud Prænestinam ciuitatem miliario ab vrbe trigesimotertio, natalis sancti Agapiti martyris, sub Aureliano Imperatore, Præside Antiocho. Cùm esset annorum quindecim, & amore Christi, martyrio flueret, iussu Imperatoris tentus, & primò neruis crudis diù cæsus est, deindè Præsidi vt impelleretur sacrificare traditus. Qui in durissimo atq; obscurissimo carcere eum recluſit, & per quatuor dies cibum omnem negauit. Indè de carcere exhibitus est præsidi: qui prunas ardentes super caput eius iussit imponi. Et cùm gratias Deo martyr ageret, flagellis est cæsus, & nudus suspensus, capite deorsùm verso, acri subtèr fumo facto. Et cùm diceret Præsidi, Sapientia tua & vanitas tua in fumo laborat: iterùm flagellis cæditur à quatuor sibi inuicèm succedentibus. Deindè bullientem aquam super vẽtrem eius ministri diaboli effuderunt, & maxillas eius confregerunt. Interea Iudex de tribunali suo cadens, collectus à ministris in lecto reclinatur, & sentiens Dei virtutem in martyre, post modicum tristẽ animam emisit. De beato verò Agapito renunciatum est Imperatori: qui beatum virum iussit leonibus subijci. Sed mansuetæ factæ feræ, pedibus martyris ad lambendum se inclinauerunt. Hoc videntes sceleris ministri, tulerunt de medio sanctum martyrem, & venerunt contra ciuitatem Prænestinam, vbi sunt duæ columnę, & ibi eum gladio percusserunt, quintodecimo Calen. Septemb. Corpus eius noctu sublatũ est à Christianis, & positũ miliario

S. Agapitus diuersis cruciatib⁹ tormentatur.

Gladio cæditur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rio primo à ciuitate in agro, in sarcophago nouo, nutu diuino ibi inuento.

Eodem die Romæ, in sexto Philippi, natalis beatorum presbyterorum Iohannis & Crispi, qui persecutione Diocletiani & Maximiani multa sanctorum corpora officiosissimè sepeliêrunt. Quorum meritis & ipsi postmodùm sociati, gaudia vitæ meruerunt.

Surius de Helena.

* Eodem die, sanctæ Helenæ Reginæ.

XIIII. CALENDAS SEPTEMBRIS.

Die 19. De his Surius ex Metaph. Tom. 4.

NAtalis sancti Magni, seu sancti Andreę martyris, cum socijs suis duobus millibus, quingentis nonaginta septem.

In Gallijs pago Sigisterico, in monte, qui dicitur Tura, natale sancti Donati presbyteri. Qui ab ipsis infantiæ rudimentis mira Dei gratia præditus, ex vrbe Aurelianensi ad præfatum locum, vt soli Christo vacaret, adueniens, anachoreticam illic vitam multis annis exegit, tanta miraculorum gloria clarus, vt inter cætera gesta magnifica etiam draconem immanem atque terribilem suis exindè orationibus effugatum extingueret. Cumque dies vocationis eius instaret, adueniente sancto Abbate Mario, cui ità fuerat reuelatũ, inter verba orationis migrauit ad Christum. Sepultusque est ab eodem patre in loco suo.

De Iulio & socijs eius lege vitam S. Eusebij 25. Augusti.

Romæ, natale beati Iulij Senatoris & martyris, sub Commodo Imperatore, Iudice Vitellio. Hunc docuerunt beati martyres Eusebius, Vincentius, Peregrinus, & Pontianus. Per quorum manus etiam facultates suas pauperibus distribuens, à beato Rufino presbytero baptismi gratiam percepit. Quod audiens Commodus, iratus iussit eum teneri, & cuidam Vitellio magistro peditum tradi, vt omnes facultates eius requireret, & ad sacrificandum impelleret. Qui coniecit eum in carcerem, & post triduum catenis vinctum fecit sibi præsentari. Et auditum iussit tam diù fustibus cædi, donèc emitteret spiritum. Cuius corpus collegerũt noctu beatus Eusebius, Pontianus, Peregrinus atque Innocentius, & sepeliêrunt in cœmeterio Calepodij xiiij. Calendas Septembris.

XIII. CALENDAS SEPTEMBRIS.

Die 20.

NAtale Samuelis prophetæ. Cuius sacra ossa Imperator Archadius de Iudæa transtulit Thraciam, portantibus Episcopis, & omnium Ecclesiarum populis tanta lætitia occurrentibus, quasi præsentem, viuentemque cernerent, atque susciperent: vt de Palæstina vsque Chalcedonem iungerentur populorum examina, & in Christi laudes vna voce resonarent. Scribit sanctus Hieronymus in libro contra Vigilantium.

Paulò post principiũ.

Eodem die, beati Porphyrij hominis Dei, qui sanctum martyrem Agapitũ eruditiuit in fide & doctrina Christi.

XII. CALENDAS SEPTEMBRIS.

Die 21. De Priuato Gregor. Turonen. & Surius Tom. 4. ex MS.

IN territorio ciuitatis Gaualitanæ vico Minatensi, natalis sancti Priuati Episcopi & martyris, qui passus est sub persecutione Valeriani & Gallieni.

Eodem die, natalis sanctorum martyrum Bonosi & Maximiani, quorum gesta habentur.

Et in ciuitate Salona, natalis Anastasij martyris. Qui cùm videret S. Agapitũ inter tormenta fortiùs Christum confitentem, exclamauit: Magnus est Deus, & non est alius præter eum. Erat autem Cornicularius miles. Ad quem Præses, Sicut video, inquit, seductus es. De quo Præses Imperatori Aureliano renunciauit. Qui mox perire illum iubet. Et ità martyr factus, migrauit ad Dominum.

XI. CALENDAS SEPTEMBRIS.

Die 22. Martyriũ S. Timothei, habetur in vita S. Syluestri vlt. Decemb.

ROmæ via Ostiensi in cœmeterio eiusdem, natalis sancti Timothei. Qui Antiochia veniens Romam, sub Melchiade Papa, susceptus est. Quique cùm annum totum & aliquot menses ibi prædicans, multos ad fidem Christi conuertisset, tentus à Tarquinio vrbis præfecto, & longa carceris custodia maceratus, cùm sacrificare idolis noluisset, tertiò cęsus, & grauissimis supplicijs attrectatus, ad vltimum decollatus, & iuxta beatum Paulum Apostolum sepultus est. Scriptum inuenitur in historia sancti Syluestri.

Eodem die Augustuduni, natalis sancti Symphoriani. Qui tempore Aureliani Imperatoris, sub Heraclio consulari, cùm idolis sacrificare nollet, primò verberibus affectus, dein carceri mancipatus, ad vltimum cæso capite martyrium consummauit.

De Symph. vide Suriũ.

In

In porru Romano, natalis sanctorum peregrinorum martyrum, Martialis, Epicteti, Saturnini, * Aprilis, & Felicis cum socijs eorum.

* al. Maprilis

Item Romæ, natale beati Antonini martyris, qui cùm esset carnifex, vidit stantem iuuenem cum spongia, & detergentem vulnera sanctorum martyrum Eusebij, Pontiani, Peregrini, atque Vincentij, cùm suspensi in eculeo cæderẽtur: & mox clamare cœpit, Verè Deus Christus, quem hi prædicant. fugiens occultè, à Rufino presbytero baptizatus est. Et reuersus ad Vitellium, cùm se Christianum liberè fateretur, capitis sententia damnatus via Aurelia, iuxta formam Traianam, vndecimo Calendas Septembris sepultus est.

De his in vita S. Eusebij 25. Augusti i.

Item Octauæ assumptionis Mariæ Virginis.

X. CALENDAS SEPTEMBRIS.

Die 23.

NAtalis sanctorum martyrum Donati, Restituti, Valeriani, Fructuosæ, cum alijs duodecim, qui præclarissimo confessionis honore apud Antiochiam coronati sunt.

Eodem die, beati Theonę apud Alexandriam, venerabilis & verè Deo digni, qui beatum Petrum Episcopum, post & martyrem nutriuit. Hic in omni puritate, & animi virtutibus Episcopus claruit.

De Theona Euseb. lib. 7. Eccl. hist. cap. vlt.

Eodem die beati Zachæi Episcopi, qui quartus à Iacobo Hierosolymorũ ecclesiam clarissimè rexit.

Lugduno Galliæ, natalis sanctorum martyrum Minerui & Eleazari cum filijs octo, quorum corpora in crypta, quæ vrbi ab Occidente imminet, condita habentur.

In portu vrbis Romæ, natalis sancti Hippolyti, Quiriaci, & Achillei.

Eodem die, natalis sanctorum Timothei & Apollinaris, qui apud Rhemensium vrbem consummato martyrio cælestia regna meruerunt.

Turonen. de glo. martyrũ cap. 55.

IX. CALENDAS SEPTEMBRIS.

Die 24.

IN India, natalis beati Bartholomæi Apostoli, qui apud Indiam Christi Euangelium prædicans, decollatione martyrium compleuit. Huius Apostoli sacratissimum corpus, primùm ad insulam Liparis, deindè Beneuentum translatum, pia fidelium veneratione celebratur.

Vide Suriũ Tom. 4. de Bartholo.

Eodem die apud Carthaginem, sanctorum martyrum Massæ candidæ, qui passi sunt tempore Valeriani & Gallieni. Ferunt enim inter alia supplicia tunc à præside clibanum calcis accensum, & in ore illius prunas cum thure exhibitas, & Præsidem dixisse Christianis: Eligite è duobus vnum, aut thura super his carbonibus offerte Ioui, aut in calcem demergimini. Tunc trecenti viri fide armati, sẽ ictu rapidissimo Christum Dei filium, Deum fatentes, iecerunt in ignem, & inter vapores calcis in puluerẽ sunt conuersi. Ex quo etiam candidatus ille exercitus beatorum, Massa candida meruit nuncupari.

Eodem die, natalis sancti Audoëni Episcopi & confessoris.

De Audoeno Surius Tom. 4.

VIII. CALENDAS SEPTEMBRIS.

Die 25. De eo Sur. Tom. 4.

ROmæ, natale sancti Genesij martyris. Qui priùs in arte mimorũ, qui stantes cantabant super pulpitum, quod Themele vocabatur, & rerum humanarũ erant imitatores, Themelæ artis gnarus fuit. Et quadam die cùm vellet Diocletiano Imperatori, cui Christiani vtpotè sæuissimo, exosi erãt, de mysterijs Christianæ obseruantiæ ludum exhibere, & huius rei gratia spectante Imperatore, & omni populo in medio theatri, quasi ægrotus decumbens se posceret baptizari, mimum in hæc verba proposuit: Eià nostri, grauem me sentio, leuem me fieri volo. Illi respondẽrũt: Quomodò te leuem facimus, si grauis es? Nunquid nos fabri sumus, & ad runcinam te missuri sumus? Hæc verba exhibuerunt populo risum. Genesius iterùm: Vesani, Christianus desidero mori. Quarè? inquiũt. Quibus Genesius: Vt in illa die velut fugitiuus in Deo inueniar. Euocato autẽ presbytero, & exorcista, repentè à Deo inspiratus credidit. Nam illi iuxta lectum ipsius quasi ægrotantis cùm resedissent, dicunt ei: Quid ad nos misisti filiole? Genesius autem non simulatè & fictè, sed ex puro corde respondit: Quia accipere cupio gratiam Christi, per quam renatus liberer à ruina iniquitatum mearum. Cumque sacramentorum mysteria complessent, & indutus esset vestibus albis, velut per ludum à militibus raptus, & ad similitudinem sanctorum martyrum de Christi discutiendus nomine Imperatori fuisset exhibitus, stans in editiori loco ità concionatus est. Audi Imperator, & omnis

Conuersio S. Genesij.

Oratio eius ad Imperatorem.

omnis exercitus, sapientes, & populi huius vrbis. Ego quotiescunquè Christianum vel nominatum audiui, exhorrui, & in confessione permanentibus insultaui. Ego etiam parentes meos, & affines causa nominis Christiani execratus sum, & in tanta derisione habui Christianos, vt mysteria eorum diligenti examinatione perquirerem, & ex eorum sanctificatione ludum vobis exhibere vellem. At vbi me aqua nudum tetigit, & interrogatus credere me respondi, vidi super me manum cælitùs venientem, & Angelos Dei radiantes iuxta me stetisse, qui omnia peccata, quæ ab infantia feci, recitârunt de libro, quæ mox in ipsa aqua lauerunt, in qua ego in conspectu vestro perfusus sum, & me candidiorē niue postmodùm ostenderunt. Nunc igitur inclyte Imperator, & vos omnes populi, qui de his mysterijs nescitis, mecum credite Deum verum esse Christū, hunc esse lumen, hūc esse pietatem, & per ipsum vos ad indulgentiam posse pertingere. Ad hæc Imperator Diocletianus vehemētissimè indignatus, statim eum fustibus crudelissimè cæsum, Plutiano Præfecto tradidit ad sacrificia compellendum: à quo in eculeo suspensus, & vngularum diuturnissima laceratione fatigatus, lampadibus etiam inflammatus, cùm in fide persisteret, dicens, Non est Rex præter illum, quem ego vidi, & adoro, & colo, pro cuius cultura si millies occidar, ipse ero vt cœpi: Christum mihi de ore, Christum mihi de corde auferre tormenta non poterunt: valdè etenim pœniteo, quòd antè nomen sanctum, & in hominibus sanctis exhorrui, & satis tardus ad adorandū verum Regem superbus miles accessi: martyrij coronam capitis obtruncatione promeruit octauo Calendas Septembris.

Post varia ppessa supplicia capite trūcatur.

De hoc Genesio Surius 4. Tomo.

Ipso eodemque die, natalis sancti Genesij Arelatensis, qui ante tribunal Iudicis exceptoris functus officio, cùm impia quibus Christiani puniri iubebantur edicta nollet excipere, proiectis in publico tabulis, se Christianum esse testatus, abscessit. Et post modicum interuallum depræhensus ab apparitoribus, atque in ripa flumenis Rhodani decollatus, martyrij gloriam proprio cruore baptizatus accepit.

Passionem Eusebij 4. To. adiecit.

Eodem die Romæ, natale sanctorum quatuor martyrum, Eusebij, Pontij, Peregrini atque Vincentij, imperante Commodo, Vitellio iudice. Hi primò facultates suas omnes pauperibus disperserunt, ac deindè prædicationibus suis, Iulium quoquè senatorem, & omnem domum eius ad fidem Christi cōuersos, per beatum Rufinum presbyterum, ad baptismi gratiam perduxerunt. Qui non multò pòst martyr factus, ab ijsdem etiam sepultus est. Pro quo maximè ipsi à Vitellio tenti, & in eculeo leuati, neruis quoquè distenti, ac deindè fustibus cæsi sunt: quibus & flammæ ad latera corū postmodùm appositæ. Sed cùm in laude Christi fidelissimè persisterent, tandèm depositi ab eculeo sunt. Et cùm nihilominùs in cōfessione Christi permanerent, iratus Vitellius, Eusebio iussit linguam radicitùs abscidi: quam tamen beatus Faustus colligens, in sinu suo abscondit, & fugit. Præcisa lingua clamabat Eusebius: Gloria tibi Domine Iesu Christe, qui dignatus es me cū seruis tuis ad gloriam connumerare. Recluſi in carcerē cùm hymnos Dei die noctuq; personarent, venit quidam iam quatuor annis cæcus sacerdos Capitolij nomine Lupulus ad eos, & credens, illuminatus, baptismi gratiam percepit. Hoc factum cuſtos carceris Simplicius nomine videns, & ipse reiectis idolis baptizatus est. Quæ gesta Vitellius Commodo cùm renunciâsset, ille iussit eos puniri. Et post triduum de carcere educti, ad petram sceleratam, plumbatis vsque ad emissionem spiritūs mactati sunt. Quorum corpora collegit beatus Rufinus presbyter, & sepeliuit ab vrbe Roma miliario sexto, inter viam Aureliam & Triumphalem, octauo Calendas Septembris. Sed multo pòst tempore beatorum martyrum Eusebij & Pontiani (largitione Papæ Nicolai) membra ad Gallias translata, in monasterijs sancto Apostolo Petro voto religioso collatis, reuerenter tumulata venerantur.

Sanctus Eusebius abscisa lingua loquitur.

S. Martyres plumbatis cæsi, obdormiūt in Domino.

VII. CALENDAS SEPTEMBRIS.

Die 26. Pontificale cap. 16.

ROmæ, sancti Zepherini Papæ, qui rexit ecclesiam annos octo, menses septem, dies decem. Hic constituit, vt præsentibus omnibus Clericis, & laicis fidelibus, siue diaconus, siue sacerdos ordinaretur: & adstantibus sacerdotibus, Missę celebrarentur.

Vide historiam S. Laurentij To. 4. Surij.

Item natalis sanctorum Irenæi & Abundij, Romæ. Quos Deciana persecutione iussit Valerianus incloacari, eo quòd corpus beatæ Cōcordiæ in cloacam missum leuauerunt. Et ipsorum quoquè corpora leuauit Iustinus presbyter, & sepeliuit in crypta iuxta beatum Laurentium.

Apud

Apud Victimilium castrum Italiæ, natalis beati Secundi martyris, viri spectabilis, & Ducis ex legione sanctorum Thebæorum, qui ante beatum Mauritium & cæteros, post vincula & carceres, martyrium capitis absciſione compleuit.

Apud vrbem Italiæ, quæ Pergamis dicitur, natalis sancti Alexandri martyris, sub Maximiano Cæsare: qui cùm esset miles vnus ex legione Thebæorum, Christianus factus est. Audiens hoc Maximianus post dies quindecim, mittens accersiuit eum, dicens ei: Pro nulla re alia euocaui te, nisi vt sacrifices. Comperi enim, te derelinquentem deos nostros, Christianum esse factum. Et hoc dicens, petijt sibi mensam. Eaque apposita, & linteamine cooperta, cœpit agere cum beato Alexandro, vt sacrificaret. Sanctus Alexander in cælum adspiciens, dixit: Atque vtinàm tantam mihi Deus gratiam daret, qui cuncta per Iesum Christū postulantibus præstat, vt possem & tuam voluntatem ad Dei agnitionem conuertere, & vaniſſimā istam incredulitatem à te auertere. Sed tu quidem insanabile habes malum, & vetustate huic vanitati adhærens, credere non vis. Me autem vocauit ille, qui ex gentibus ad suam gratiam olim vocare promisit. Parce consilijs tuis diabolicis, plange & cognosce actus tuos malos, & crede in Deum viuum, qui fecit omnia. Tunc Maximianus, ad tantam eius fiduciam commotus, iussit adstantibus, vt de appositio sacrificio inuito ei offerrent, applicitis armatis econtrà. At ille beatissimus, confundens regiam iniquitatem, & eius præcepta fide armatus contemnens, calce mensam percussit, euertens eam cum omnibus suprapositis. Iracundia repletus Maximianus, iussit tradi vni ex ministris. Qui euaginato gladio, stetit stupidus, ferire nō valens. Cui Maximianus: Adhuc stas male miles? At ille respōdit: Caput eius sicut mons est ante me, vndè totus contremisco. Tunc Maximianus tradidit eum alijs, vt occideretur. Gaudio itaque repletus martyr, aquam petijt, & manus suas lauit: flectensque genua, & ceruicem in terra humilians, oratione fusa ad Dominum, animam deuersus est. Post aliquot dies quædam matrona castissima, nomine Grata, collegit corpus eius, & posuit illud in prædiolo suo, non longè à muro ciuitatis Pergamensis. Cuius passio completa est septimo Calendas Septembris.

Oratio S. Alexandri ad Imperatorem.

Stupendum miraculum.

Sanctus gladio animad uertitur.

VI. CALENDAS SEPTEMBRIS.

Die 27. De Rufo vita Apollinaris 23. Iulij.

APud Capuam, natalis sancti Rufi martyris, quem docuit & baptizauit beatus Apollinaris, Petri Apostoli discipulus, cùm esset idem Rufus patriciæ dignitatis.

Tomis, natalis sanctorum martyrum, Marcellini tribuni & vxoris eius Mameæ, & filij ipsius Iohannis, & Serapionis clerici, & Petri militis.

Gennadius, Catalogi cap. 86. & Surius To. 4

In Gallijs ciuitate Arelatensi, sancti Cæsarij Episcopi & confessoris, miræ sanctitatis & pietatis, & studij viri.

Apud Augustodunum, sancti Syagrij Episcopi & confessoris.

Nola ciuitate, natalis sancti Felicis Episcopi.

V. CALENDAS SEPTEMBRIS.

Die 28. De Hermete & socijs eius, quære in vita S. Alexandri 3. Maij To 3. Surij.

ROmæ, natale beatissimi Hermetis martyris. Hunc illustrissimum virū B. Alexander Pontifex & martyr, cùm esset præfectus vrbis Romæ, baptizauit cum vxore, & filijs, ac sorore Theodora, cumque eo pariter mille ducentos quinquaginta seruos eius, vxores quoquè & filios eorum, priùs ingenuitate illis concessa. Et non multò pòst ab Aureliano Imperatore trusus in carcerem, beato etiam Alexandro in custodia posito, Tribuno Quirino commendatur. Qui dixit ad beatum Hermem: Quæ ratio est vir illustris, vt vice sacra iudicans, non solùm ad istam iniuriam te redigi velis, verùm etiam præfecturæ honore expoliatum, in vinculis te tanquàm priuatum trudi æquanimiter feras? Sanctus Hermes ait: Ego Præfecturam non perdidi, sed mutaui. Nam dignitas terrena à terris tollitur, ac mutatur, dignitas verò cælestis æterna sublimitate subsistit. Dicit ei Quirinus: Miror te prudentem virum ad tantam stultitiam deuenisse, vt credas extra istam vitam te aliquid habiturum, postquàm cineres humani corporis ità ad nihilum redigantur, vt nec ossa ipsa subsistant. Cui beatus Hermes: Et ego ante hos annos illam deridebam, & istam carnalem vitam vtilem esse dicebam. Et Quirinus: Fac & me probare, vt si ità est, sicut tu credidisti, & ego credam. Beatus Hermes dixit: Sanctus Alexander, qui habetur in vinculis, hæc me docuit. Audiens hæc Quirinus, cœpit maledicere Alexandro, & dixit ad Hermem: Ego te rogaui dicens, Fac me probare iustè te credidisse, & tu mihi nominâsti hominem magum, quem in

Universidad de Deusto
Biblioteca

vinculis habeo,& in carceris ima conclusum. Si verum est ergò quod dicis, vado ad eum ipse,& triplicabo illi vincula & custodes, si potuerit hora cœnandi ad te venire, credam quæ docuerit. Iuit, triplicauit vincula, custodes apposuit. Primo igitur noctis initio, venit puer, qui videbatur esse, non ampliùs quàm quinque annorum, ferens faculam ardentem in carcere, & flectens genua sua cum beato Alexandro orauit, dicens orationem Dominicam, & appræhẽdens manum eius eduxit per fenestram, & perduxit eum ad beatum Hermem in domum Quirini. Quirinus factum hoc vt vidit,exterritus est.Cui post talia beatus Hermes dixit: Ecce nos vides in vnum, quos custodijs mancipâsti. Causa cur ego sancto Alexandro crediderim,ista est. Vnicus cùm mihi esset filius in nimio languore positus, qui adhuc ambulabat ad literarum studia, hicque in Capitolium cùm esset ductus à me, & mater sua & ego sacrificaremus dijs, & pontificibus præmia dedissemus, mortuus est. Tunc increpare me cœpit nutrix eius,dicens: Si eum ad limina sancti Petri duxisses,& credidisses Christo, filium tuum incolumem haberes.Cui ego respondi: Dum tu ipsa cæca sis facta, & non sis curata,quomodò filium meum redderet incolumem? Si ante istos, inquit, quinque annos credidissem Christo, redditi mihi essent oculi. Cui dixi: Vade,& crede: & si tibi oculos aperuerit Alexander, credam, quòd & mihi reddat filium meum. Abijt ad ipsum cæca, & eccè reuersa est ad me sana, imponensque humeris suis filium meum mortuum, cucurrit, & iactauit eum ante pedes beati Alexandri. At ille oratione facta resuscitauit eum. Ego confestim misi me ad pedes eius, & rogaui me fieri Christianum. Patrimonium verò matris eius ipsi contuli: aliquãta etiam de meo addidi.Cætera verò aut pauperibus erogaui,aut seruis meis, qui mecum facti sunt Christiani, credidi.Hæc & his similia cùm egisset circa Quirinum beatus Hermes,credidit Quirinus cum omni domo sua,& baptizatus est. Aurelianus cuncta hæc audiens,dictauit in vltimo sententiam,vt beatus Hermes puniretur.Qui decollatus,à beata sorore sua Theodora collectus,in Salaria vetere non longè ab vrbe Roma, quinto Calendas Septembris sepultus est.

S. Alexãder vinctus,per Angelũ ad S.Hermem miraculosè ducitur.

Cæcam illuminat, & mortuũ puerũ resuscitat.

S.Hermes gladio cæditur.

Ipso die in Aphrica,depositio sancti Augustini Episcopi. Ex prouincia ergò hic Aphricana ciuitate Tagastensi,de numero Curialium parentibus honestis & Christianis progenitus, alitusque est ac nutritus eorum cura ac diligentia, impensisque,secularibus artibus eruditus apprimè,omnibus videlicet disciplinis imbutus, quas liberales vocant. Nam & Grammaticã priùs in sua ciuitate,& Rhetoricam in Aphricæ capite Carthagine posteà docuit:consequenti etiam tempore trans mare in vrbe Roma, & apud Mediolanum. In qua vrbe tunc Episcopatum administrabat acceptissimus Deo, & in optimis viris præclarissimus sacerdos Ambrosius. Huius intereà verbi Dei prædicatoris frequentissimis in Ecclesia disputationibus adstans in populo, intendebat suspensus, atque affixus. Et factum est diuina præstante opitulatione, vt per beatum Ambrosium, & doctrinam salutarem Ecclesiæ catholicæ, & diuina perciperet sacramenta. Moxque ex intimis cordis medullis spem omnem, quam habebat in seculo, dereliquit. Iam verò non vxorem, non filios carnis, non diuitias, non honores seculi quærens, Deo cum suis seruire statuit. Vndè cum his qui eidem adhærebant, Deo viuebat, ieiunijs, orationibus, bonis operibus in lege Domini meditans die ac nocte: Et de his, quæ sibi Deus cogitanti atque oranti intellecta reuelauit, & præsentes & absentes sermonibus ac libris ditabat. Factumque est, vt ordinaretur presbyter in Ecclesia Hipponensi, omnibus id vno consensu & desiderio fieri perficiqué petentibus, magnoque studio flagitantibus. Mox sibi monasterium intra Ecclesiam instituit, & cum Dei seruis viuere cœpit secundùm modum & regulam sub sanctis Apostolis constitutam: maximè vt nemo quicquam proprium in illa societate haberet, sed essent omnia communia, & distribueretur vnicuique sicut opùs erat. Interiecto autem tempore, sancto Episcopo Valerio id agente, omnibus gratulantibus,atque id fieri ingenti desiderio clamantibus, Episcopatum suscipere suo viuente Episcopo, coactus est. Atque ità factum est, vt Episcopus multò instantiùs ac fer uentiùs maiore authoritate verbum salutis æternæ, alacriter pullulanti, atque crescenti Domini Ecclesiæ prædicaret. Vixit in clericatu vel episcopatu annis fermè quadraginta, ætatis verò illius annis septuagintasex. Verbum Dei vsque ad extremam ægritudinem imprætermisè, sana mente, sanoque consilio in Ecclesia

De Augustino Surius Tomo 4.

Conuersio eius ex S. Ambrosij prædicatione.

Fit presbyter.

Fit monachus.

Fit Episcopus.

clesia prædicauit. Membris omnibus sui corporis incolumis, integro adspectu, atque auditu, & adstantibus, & videntibus, & orantibus fratribus, obdormiuit cum patribus suis, enutritus in senectute bona. Testamentum nullum fecit, quia vndè faceret pauper Dei non habebat. Tertio obsidionis mense (Nam ciuitas eius quatuordecim concluſa & obsessa est à Vuandalis mensibus, Alanis, alijsque commixtis gentibus) decubuit febribus,& illa vltima exercitatur egritudine. Hic beatus Episcopus spiritu diuino tactus,in sancta Ecclesia catholica ad institutionem animarum fecit libros, tractatus,epistolas, numero mille triginta,exceptis qui numerari non possunt, quia nec numerum designauit eorum. Huius corpus venerabile, primò de sua ciuitate propter barbaros Sardiniam translatum, nupèr à Liprando Rege Longobardorum,dato magno precio,Ticinis relatum, & honorificè conditum est.

Iam senex obdormit in Domino.

Requiescit Papiæ.

Briuatæ, natale sancti Iuliani mártyris. Qui tempore persecutionis hortatu beati Ferreoli, cuius in militia comes erat, ex Viennensi vrbe clandestino discessu ad præfatum Aruernæ vrbis territorium commigrauit. Vbi ab insequentibus persecutoribus tentus,desecto gutture,morte horribili necatus est.

Surius de Iuliano ex Greg.Turonens.

Constantinopoli, sancti Alexandri Episcopi & confessoris, glorioſi senis, cuius virtute orationis Arius diuino iudicio cõdemnatus,crepuit medius,& effusa sunt viscera eius. Dormiuit verò idem beatus põtifex, vitæ suæ anno nonagesimo octauo,Episcopatûs trigesimo tertio.

De Bibiano seu Viuiano Gregor.Turonens. de glor. Confess.cap.58.

Eodem die apud Santonas, sancti Bibiani Episcopi & confessoris.

IIII. CALENDAS SEPTEMBRIS.

Die 29.

ROmæ in Auentino, in oppido Vindinensi ad arcum Faustini, natale beatissimæ & illustrissimæ Sabinæ martyris, quæ fuit vxor præclarissimi quondàm Valentini,& filia Herodis Metallarij, quæ passa est Adriano imperante, sub præfecto Helpidio. Hanc beata virgo Seraphia, cùm in domo eius conuersaretur, persuasit in fide Domini nostri Iesu Christi. Quæ postmodùm eandem virginem vsque ad locum passionis secuta est. Et cùm ei præses Berillus diceret, Quid tibi ipsa derogas, aut quarè temetipsam vilem reddis, aut quarè non consideras, quæ es,aut cuius filia es? Coniunxisti enim te Christianis,& oblita es natales tuos,& memoriam tanti viri cuius fuisti,& deorum,quorum iram vereor nè incurras. Reuertere magis ad domum tuam,& dimitte hanc nefandam,quæ maleficijs te & plures demutauit à deorum cultura. Beata Sabina respondit: Illius sanctæ puellæ, de qua dicis,maleficijs vtinàm & tu suadereris, sicuti & ego suasa sum, vt ab immundis recederes idolis,& verum & certissimum agnosceres Deum, qui bonos ad æternam vocat vitam,& malos in pœnam relinquit perpetuam. Quod Præses audiens,reueritus illam dimisit. Vt verò beata Seraphia glorioſissimo martyrio coronata est, illustrissima Sabina colligẽs reliquias eius,celebratis venerabilibus exequijs, vt thesaurum sempiternum, vel precioſam margaritam reposuit in monumento suo, quod ipsa sibi cum summo studio & ornatu fecerat. Deindè interpositis aliquot diebus, comprehensa iudici Helpidio præsentatur. Quam ille videns, Tu es, inquit, Sabina vxor quondàm Valentini illustrissimæ memoriæ,& filia Herodis? Cui sancta matrona respondit: Ego sum, & gratias ago Domino meo Iesu Christo, qui me peccatricem per sanctam famulam suam Seraphiam de multis sordibus & potestate dæmonum liberare dignatus est. Commotus postmodùm Præfectus, cùm videret in confessione Christi constantiam eius, dictauit sententiam, dicens: Sabinam dijs inobedientem, dominos quoquè & Augustos nostros blasphemantem, gladio percuti decreuimus, atque omnes facultates eius publicis titulis designari. Passa est autem beata famula Christi Sabina quarto Calendas Septembris. Et à Christianis sublatum corpus eius,sepultum est in monumento, vbi ipsa venerabiliter reposuerat magistram fidei suæ virginem Seraphiam, ad arcum Fausti,iuxta aream Vindiciani,in oppido Vindinensi.

S.Sabina à beata Seraphia instituitur.

Vide hîc venerabilium exequiarũ celebrationem.

S. Sabina gladio cæditur.

Eodem die, passio & decollatio, vel potiùs inuentio capitis beatissimi Iohannis Baptistæ, quem Herodes Tetrarcha (vt Euangelistæ referunt) tenens,ligauit in carcere propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam. Dicebat enim Iohannes: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Hac de causa insidiabatur ei Herodias, & quærebat occidere eum,& non poterat. Herodes enim metuebat Iohannem, sciens eum virum iustum & sanctum esse. Sed cùm Hero-

Mar.6. Luc.3. Matth.14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

des ipse diem natalis sui ageret, filia Herodiadis saltante in medio, sæuiente matre, inter delicias & conuiuia lasciuientium, temerè ab Herode iuratur, & impiè quod iuratur, in nece prophetæ impletur. Non enim poterat veritas æquo animo tolerari, quam homo Dei monebat, quia vicerat Regem libido. Vinctus autem erat sanctus Iohannes Baptista in Arabia, castello Macherunta. Missoitaque spiculatore, decollatur in carcere, & allatum est caput eius in disco, puellæque datur. Quod audientes discipuli eius, venerunt & tulerunt corpus, eius, & posuerunt illud in monumento, apud Sebasten Palæstinæ, quæ quondàm Samaria dicta est. Vbi per aliquot annos iacuit, vsque ad tempora Iuliani impijssimi Cæsaris. Qui cùm esset Christianis infestissimus, pagani apud Sebasten Palæstinæ sepulcrum eiusdem Iohannis Baptistæ inuadunt, & ossa dispergunt. Eadem rursùs collecta, & cremata latiùs dispergunt: sed Dei prouidentia affuêre quidam ex Hierosolymis monachi, qui mixti colligentibus, quæcunque ipsi potuerunt, ablata ad Patrem suum Philippum pertulêre. Ille confestim hæc (supra se enim ducebat, tantum thesaurum proprijs seruare vigilijs) ad Pontificem maximum, tunc Athanasium, per Iulianum diaconem suum mittit. Quæ ille susceptа, paucis arbitris, sub cauato sacrarij pariete inclusa, prophetico spiritu profutura generationi posteræ conseruauit. Cuius præsagium sub Theodosio principe, per Theophilum eiusdem vrbis Episcopum completur. Qui destructo Serapis sepulcro, sancti Iohannis ibidèm consecrauit ecclesiam. Porrò caput suum duobus monachis Orientalibus, qui causa orationis venerant Hierosolymam, idem beatus Iohannes iuxta Herodis quondàm Regis habitaculum reuelauit, quod deincèps Emesam Phœniciæ vrbem perlatum, & digno honore cultum est.

S. Iohannes Baptista decollatur.

De his omnibus fusiùs apud Surium 4. Tomo, 29. Augusti.

III. CALENDAS SEPTEMBRIS.

Die 30. passionẽ Felicis & Adaucti adieci Tomo 4.

ROmæ via Ostiensi miliario secundo ab vrbe, natale beatissimorum martyrum Felicis & Adaucti, sub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, Præfecto & Iudice Draco. Fuêre autem duo fratres nomine & opere Felices, ambo presbyteri. Horum senior Felix ex iussione Imperatorum cùm ad secretarium Iudicis esset perductus iuxta templum Serapis, dum cogeretur ad sacrificandum, exufflauit in faciem statuæ æreæ, & statìm cecidit. Ità ductus ad Mercurij statuam in aliam ædiculam, simili modo in illam exufflauit, & mox cecidit. Ità ad simulacrum Dianæ, quod pari modo deiecit. Reductus ad Præfectum, imponitur eculeo, & inquisitus quibus hæc maleficijs fecisset, beatus Felix respondit: Non maleficijs diaboli, sed beneficijs omnipotentis Dei hoc egi. Furore itaque accensus Præfectus, iussit eum duci extra vrbem via Ostiensi, quia illic arbor excelsissima stabat dæmonibus consecrata, iuxta quam erat templum, vt ibi ad sacrificandum impelleretur. Quò perductus, oratione facta, dixit ad arborem: Præcipio tibi in nomine Domini mei Iesu Christi, vt radicitùs corruas, & templum, ac simulacrum, vel aram eius funditùs comminuas, vt ampliùs cultu tuo animæ non decipiantur. Quæ statìm ad verba ipsius ità euersa est, vt & templum ac simulacrum comminueret, & quod fuerat, non appareret. Quod cùm nunciatum fuisset Præfecto, statìm iussit eum decollari, & corpus eius inhumatum canibus & lupis derelinqui. Data sententia, obuius fuit ei quidam vir Christianus, hominibus quidem absconsus, Deo verò manifestus. Hic cùm didicisset, quòd beatus Felix duci fuisset iussus, cœpit clamare, & dicere: Et ego ex eadem lege sum, & ipsum, quem hic sanctus presbyter confitetur, Dominum Iesum Christum colo. Mox & ipse ab officio Præfecti comprehensus, pariter dato sibi osculo, cum beato Felice decollatus est. Huius nomen quia non inuenerunt Christiani, postmodùm Adauctum eum appellauerunt, quòd sancto martyri Felici auctus sit ad coronam, ipsique pro fidei confessione corona martyrij aucta. Christiani itaque noctù venientes, in eodem loco, vbi arbor steterat, quæ cadens nimiam terræ altitudinem aperuerat, eos sepeliêrunt. Quorum corpora volentes pagani exindè effodere, cùm manus apposuerunt, à diabolo correpti sunt. Vbi postea pacis tempore basilica fabricata est, & martyrum memoria dignè exculta. Compleuerunt autem martyrium suum tertio Calendas Septembris.

Templũ & aras præcepto euertit S. Felix.

Decollatur vnà cũ Adaucto.

PRI-

PRIDIE CALENDAS SEPTEMBRIS.

TReuiris, natalis sancti Paulini Episcopi & * confessoris. Qui tempore Arianæ infestationis, à Constantio Imperatore, ob catholicam fidem exilio relegatus, & vsque ad mortem, etiam extra Christianum nomen, mutando exilia fatigatus, ad vltimum apud Phrygiam defunctus, beatæ passionis coronam percepit à Domino.

Die 31. * martyris. Quære eius martyrium To. 6. in vita S. Maximi Episcopi Mog. c. 15.

Eodem die apud Athenas, beati Aristidis, fide, sapientiaq; clarissimi. Qui Adriano Principi de religione Christiana libros obtulit, & quòd Christus Iesus, solus esset Deus, præsente ipso Imperatore, luculentissimè perorauit.

Hier. de vir. illust. c. 30.

SEPTEMBER HABET DIES XXX. LVNAM VERO TRIGESIMAM.

CALENDIS SEPTEMBRIS.

IESV Naue & Gedeon prophetarum.

Die 1.

Apud Capuam, via Aquaria, natalis sancti Prisci martyris, qui vnus fuit de illis antiquis Christi discipulis.

Eodem die, natalis beatissimæ Annæ prophetissæ, filiæ Phanuel, de tribu Aser, cuius sanctitatem Euangelicus sermo prodit. Hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua, & hæc vidua vsq; ad annos octoginta quatuor, quę non discesserat de templo, ieiunijs & orationibus seruiens nocte ac die.

Luc. 2.

Itèm eodem die apud Senonas, beati Lupi Episcopi, sanctitate & signis miracu-lorum illustrissimi.

De Lupo Episcopo Suri⁹ To. 5.

Itèm apud Cæsaream Cappadociæ, beati Longini militis & martyris, quem tradunt illum esse, qui lancea latus Domini Iesu Christi pendentis in Cruce aperuit. Hic postmodùm baptizatus ab Apostolis, cùm apud Cappadociam sanctitate præcipuus degeret: tandèm ab Octauio Præside comprehensus, post confessionem fidei, lingua abscisa, & dentibus excussis, capite truncatus est. Simul cum eo coronatus est Aphrodisius commentariensis, cui & Præses linguam abscidi iusserat: quique post abscisionem expeditè Christum clara voce loquebatur.

Iohan. 19.

S. Longinus capite trũcatur.

* Itèm sanctorum confessorum Sixti & * Sisinnij.

* Sinicij

IIII. NONAS SEPTEMBRIS.

NAtale sancti Iusti Lugdunensis Episcopi, miræ sanctitatis & prophetici spiritus viri. Hic clàm Episcopatum suum relinquens, ascensa naue, comitante se vno tantùm puero, qui officio Lector in ecclesia erat, nomine Viatore, peruenit ad Aegyptum. Vbi per aliquot annos, sanctis monachis cælum tantùm spectantibus consociatus, humilitate ac sanctitate vitæ in comparabilis vixit. Cursu itaque temporis consummato, ipse quoquè virtutibus consummatus, repositam sibi coronam iustitiæ percepturus migrauit ad Dominum pridiè Idus Octobris. Corpus eius à religiosis ciuibus Lugdunum cum ossibus beati Viatoris ministri eius relatum, & condigno cultu in basilica beatorum septem fratrum Machabæorum & martyrum gloriosissimorum, conditum est quarto Nonas Septembris.

Die 2.

Suri⁹ de eodem To. 5.

Translatio eius.

Eodem die, beati Helpidij Episcopi apud præfatam vrbem venerabilis depositio. Cuius sacrum corpus honorificè sepultum, in ipsa eademque ecclesia, vbi sancti confessoris Iusti tumulata sunt sacratissima membra, quiescit.

Apud Apamiam, beati Antonini martyris.

III. NONAS SEPTEMBRIS.

NAtalis sanctæ Phœbes, de qua beatus Apostolus Romanis scribit: Commendo autem vobis Phœben sororem nostram, quę est in ministerio Cenchris, vt eam suscipiatis in Domino dignè sanctis, & assistatis ei in quibuscunque desiderauerit. Etenim ipsa quoquè adstitit multis & mihi ipsi.

Die 3. Rom. 16.

Romæ, passio beatæ Seraphiæ virginis, sub Adriano Imperatore, Iudice Beril-

Universidad de Deusto
Biblioteca

S. Seraphiæ vita habetur 5. Tomo Surij ex MS

Io. Hæc Antiochena genere, cùm in domo Sabinæ præclarissimæ fœminæ apud Vrbem commaneret, rapta ab officio Præsidis, exhibita est in conspectu ipsius. Cui Præses dixit: Sacrifica dijs immortalibus, quibus sacrificant domini Imperatores. Beata Seraphia respondit: Timeo & colo omnipotentem Deum, qui fecit cælum & terram, & omnia quæ in eis sunt. Nam dij quos iubes adorare, non sunt dij, sed sunt dæmonia, & ideò non licet mihi adorare eos, quia Christiana sum. Cumque perseuerantissimè fidem veritatis prosequeretur, iussit eã Præses duobus iuuenibus lasciuis tradi, vt ei nocturno furto insultarent. A quibus perductam in cubiculum obscurissimum, cùm vellent eam tangere, subitò terræmotus factus est magnus, ceciderunt́q; exanimes in terrã, membris omnibus resoluti. Diluculo autem cùm venissent à Præside missi, qui requirerent, seu de iuuenibus, seu de virgine, ingressi inuenerunt sanctam Dei orantẽ, iuuenes verò impudicos velut mortuos terræ prostratos. Itaque ad rei factum cùm plurimi concurrerent, iterùm Præses iussit pro tribunali eam sibi adduci. Et imperante Præside deportati sunt idem iuuenes, & positi ante conspectum ipsius. Ad quos beata virgo, facta oratione, accedens, tetigit illos, dicens: In nomine Domini mei Iesu Christi erigite vos in statu vestro. Ad cuius vocem mox illi steterunt super pedes suos. Quos Præses interrogauit: Quid faciendo hæc mulier dementes vos fecit, & resolutos? Ingressus est, inquiunt, quidam iuuenis decorus, miraq́ue magnitudinis, qui totus splendebat sicut sol, stansq́ue inter nos & puellam hanc, tremore & defectione claritate sua concussit. Præses ad beatam Seraphiam conuersus, Sacrifica dijs, inquit, nè morte plectaris. Cui virgo: Non facio voluntatem patris tui Satanæ, quia Christiana sum. Tunc Præses iussit lampades ardentes lateribus eius apponi. Sed statim qui eas tenebant, ceciderunt retrorsùm. Præses verò iterùm beatæ virgini dixit: Biothanata & malefica, audi imperiale præceptum, & sacrifica dijs immortalibus, & libera te de cruciatibus & morte. Beata Seraphia hoc illi reddidit: Biothanati & malefici vos estis, qui negatis Deum viuum & verum, & dæmonia adorando, cum ipsis pariter estis morituri. Deo autem immortali ego memetipsam offero sacrificium, si me dignatur susc̃ipere, licèt peccatricem, tamen Christianam. Tunc fustibus cæditur: & eccè subitò terræmotus factus est magnus. Et excussa de fuste, quo cædebatur virgo Dei, hastella, exiluit in oculum Præsidis, quem post dolorem luscum fecit. Et iratus dictauit sententiam: Seraphiam imperialis præcepti contemptricem, & in tantis maleficijs deprehensam, gladio percuti iubemus. Passa est autem quarto Calendas Augusti, & sepulta iuxta aream Vindiciani in monumento illustris martyris Sabinæ, secundo Calendas Augusti. Compositum verò & ornatũ est venerabile sarcophagum ambarum, & locus orationis cõdignè dedicatus tertio Nonas Septembris, quandò & memoria passionis eius celebrior agitur.

Diuinitùs castigantur iuuenes impudici.

Fustibus cæditur.

Gladio percutitur.

Apud Capuam, natalis sanctorum martyrum, Antonini pueri annorum viginti, & Aristei Episcopi, quorum gesta habentur.

Remacli vita est 5. Tomo Surij.

Eodem die, depositio sancti Remacli Episcopi & cõfessoris, Et beatissimi Mansueti confessoris atque pontificis Tullensis.

PRIDIE NONAS SEPTEMBRIS.

Die 4. De Moyse Surius To. 5

MOysi prophetæ. Et apud Ancyram Galatiæ, natalis sanctorum martyrum, trium puerorum, Rufini, Siluani & Vitalici.

De Marcello Greg. Turonens. de glo. martyrum cap. 53.

Cabillone, natale sancti Marcelli, qui temporibus Antonini Veri, ex numero quinquaginta martyrum, qui Lugduni in ergastulum trusi fuerãt cum Valeriano, patefactis custodiæ, cui mancipati erant, diuinitùs clausṭris, aufugit. Et cùm Latinũ quendam à quo hospitio susceptus fuerat, cum omni domo sua ad fidem Christi conuertisset, Cabillonensium expetens ciuitatem, Priscum quendam præsidem dijs suis immolantem incurrit. Cumque ab eo ad prophanum conuiuium fuisset inuitatus, & ipse huiusmodi execrans epulas, omnes qui aderant, cur idolis deseruirent, libera increpatione corriperet: inaudito crudelitatis genere, defodere eum cingulo tenus Præses iussit. Sicq́ue sanctus Dei martyr tertio die in Dei amore & laudibus perseuerans, in secundo ab oppido Cabillonensi miliario, incontaminatum reddidit spiritum.

NONIS

NONIS SEPTEMBRIS

Die 5. SS. Victorinus & Seuerinus germani fratres, omnia sua pauperibus distribuũt.

IN suburbano Romæ, natale beati Victorini martyris. Fuerunt autem duo fratres, Victorinus & Seuerinus. Hi post vtriusque parentis obitum se inuicèm pædagogantes, pari custodia se mutuis obsequijs æmulantes, germanitatis vinculo probabiles, Deo seipsos hostiam viuam obtulerunt. Cumque intantùm excreuissent, vt sua omnia perfectionis intuitu relinquerent, & vendentes res suas, censum earum pauperibus erogãssent, Deo expeditiùs seruituri, nudi facultatibus omnibus remanserunt. Alter itaque seruiens alteri, mutua vice & æmula charitate seruiebat. Imperium, libertas. Nihil deerat illis, cùm nihil haberent. Igitur Victorinus spirans altiùs, & idipsumq, uòd sibi parebant, imperfectum computans, nec satìs sibi factum, si alteri liceret in altero, aut alter alteri seruitium exhiberet: eremum ingreditur, seditq́ue in specu excelsæ rupis, quam subterfluentis aquæ geminum sinuârat abruptum, vni tantùm hospitium viro, vt sedens somnum caperet: vel si reciperet alterum, stans oraret. Texerat ostiolum vimine: assiduus in lectione & oratione manebat. Cernit interim inuidus omnis boni profectum viri, & ferre non valens, simulat se puellam, & ante fores viri gementia verba ingeminat: Heu, inquit, me miseram, syluis, errore, & tenebris vagam. Locus non agnoscitur, iter quæritur. Quisquis es loci huius incola, cælum vndiquè & syluæ famam virtutum tuarum opusq́ue ferent: eripe me à frendentibus apris, eripe à sæuientibus lupis, & à rictibus vrsorum. Quod victura sum, tuum erit: si moriar, tuum. Satìs superq́ue sufficiat operiri limine tuo. Non longum quæro habitaculum: vnius tantùm noctis hospes ero. Reserat Victorinus cellam, & hostem, dum miseretur, secum includit. Vix horæ spatium intercesserat, dum inter molimina & assiduum corporis motum protenso pede tetigit hominem Dei, & velut compungens vulnere, noxio calore succendit. Addit igniculum dulcedo sermonis, vrget facinus solitudo. Quid moror? Facit casum columna arboris, alta radice quæ diù fundata steterat. Furtiuus amor scelus perficit. Exclamat iam victor Victorini diabolus: Quid agis, inquit, vir perfectissime, cui etiam frater grauis fuit? Iam iungeris alteri, qui recessisti à tuo? Quid agis, qui nouum dogma syluis constituens, suadebas scopulis castitatem? Hæc iactans, ex oculis decepti velut fumus euanuit. At is qui ceciderat, velut exanguis iacuit. In se autem aliquandò reuersus, syluas deseruit, ad fratrem Seuerinum repedauit: pudore diù vocem supprimens, tandèm causam facti exposuit, ipse pœnam sibi statuens. Findens nanque arborem, manusq́ue per fissuram inserens, præduratam cuneis & pessulo cicatricem arboris claudit. Sed mox Seuerinus factum pœnamq́ue fratris Episcopo suo nunciat. Ille veniens, primùm eum soluere tentat: sed vt repugnantem vidit, orat, benedicit, consolatur, discedit. Vir autem Domini, qui se grauissima pœnitentia damnauerat, Dominica tantùm die modicum panis & aquæ coactus à fratre percipiebat, qui etiam se simili cibo & ieiunio macerabat. Igitur in huiusmodi constrictione triennium voluitur. Cumque iam omnes penè mouisset eius in Christo imitanda humilitas, Episcopus ciuitatis rediens, vix agere potuit, vt sese à pœna, qua ille memor tremendi iudicij se damnauerat, absumptis penè carnibus, permitteret resolui. Quantæ autem sanctitatis posteà fuerit, quamq́ue potens in miraculis, non facilè lingua alicuius explicabit. Electus deindè ab vniuerso populo, Amiterninæ vrbis sacerdotium adipiscitur. Indè postmodùm sub Imperatore Nerua, cum alijs Dei seruis, Euthyce & Marone, ab Aureliano iudice primò relegatus in sexage simo miliario ab Vrbe via Salaria. Deindè apud eum locum, qui Cotilias appellatur, vbi putentes aquæ manant & sulphureæ, in ipsis capite deorsùm per horas tres suspensum teneri, ab impio iudice iussum est. Quod cùm per triduum pro Christi nomine passus fuisset, gloriosè coronatus migrauit ad Dominum. Cumque vna die iussu Aureliani corpus eius inhumatum iacuisset, venerunt Amiternenses populi Christiani, & rapientes in suum territorium transtulerunt, & honorifica sepultura condiderunt Nonis Septembris.

Eccè qualẽ sibi indixerit pœnitẽtiam.

Fit Amiterninæ vrbis Episcopus.

Suspẽsus, capite deorsũ verso, migrat ad Dominum.

Itèm Romæ in portu, natalis sancti Herculani.

Capuæ, natalis sanctorum martyrum Quinti, Arcontij, & Donati.

VIII. IDVS SEPTEMBRIS.

Die 8. 2. Tim. 1.

ZAchariæ prophetæ. Itèm natalis sancti Onesiphori, de quo ad Timotheum scribit Apostolus: Det misericordiam Dominus Onesiphori domui,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia sæpè me refrigerauit,& catenam meam non erubuit, sed cùm Romam venisset, solicitè me quæsiuit,& inuenit. Det illi Dominus inuenire misericordiã à Domino in illa die. Et quanta Ephesi ministrauit,meliùs tu nôsti.

De his Victor lib.2. Et apud Africam, beatissimorum confessorum & Episcoporum, Donatiani, Præsidij,Mansueti,Germani,Fuscoli,qui persecutione VVandalica apud Africam iussu Hunerici Regis Ariani, pro assertione Catholicæ veritatis, durissimè fustibus cæsi,& exilio damnati sunt. Inter quos etiam Episcopum nomine Lætum, strenuum ac doctissimum virum, post diuturnos carceris squalores, incendio concremauit. Tunc etiam decreto publico per diuersas prouincias executores dirigens,Episcopis quasi ad Concilium Carthagine congregatis,vna die vniuersas ecclesias Africæ clausit, vniuersamque substantiam Episcoporum & ecclesiarum,

Surius Tõ.5. ex Gregorio Papa. suis Episcopis condonauit.

Romæ,natale S.Eleutherij.

VII. IDVS SEPTEMBRIS.

Die 7. De eo Euseb. lib.8. Eccles. hist.cap.5. NAtalis beati Iohannis apud Nicomediam,sub Diocletiano Imperatore. Qui de nobilibus, honore & dignitate illustris,vt vidit aduersùs cultores Dei in foro crudelia edicta pendere, calore nimio fidei ignitus, publicè populo inspectante iniecta manu, librũ iniquę legis detraxit, ac minutatim discerpsit, Augusto Diocletiano in eadem vrbe simul cum Maximiano constituto. Ad quos cùm relatum esset religiosi & illustris viri factum,continuò omni in eum crudelitatis genere desæuientes, ne hoc quidem solùm efficere quiuerunt, vt eum mœstum aliquis videret in pœnis: sed læto atque hilari vultu,cùm iam viscera in supplicijs defecissent,spiritus tamen lætabatur in vultu. Ex quo tortores sui grauiùs cruciabantur, quòd omnia suppliciorum genera consumebant in eum,quem ne tristem quidem ex his reddere poterant.

De Euort. Surius Tõ.5. de Clodoal. Turon.lib.3. historiarum cap.18. Aurelianis, natalis sancti Euortij Episcopi & confessoris.

Vico Nouegento,natalis sancti Clodoaldi confessoris.

Eodem die,sanctæ Reginæ virginis.

VI. IDVS SEPTEMBRIS.

Die 8. De Natiuitate B. Mariæ vide Surium Tõ.5. Luc.1. NAtiuitas sanctæ Dei genitricis Mariæ, perpetuæ virginis,quam Spiritus sanctus custodiuit, & electam sanctificauit, vt ex vtero illius nasceretur homo Deus altissimus. Ad quam missus est Angelus Gabriel à Domino in ciuitatem Galilææ,cui nomen Nazareth, cùm esset desponsata viro Ioseph de domo Dauid. Et ingressus Angelus, euangelizauit & dixit ei: Aue gratia plena, Dominus tecum. Benedicta tu inter mulieres. Ipsa autem vt vidit eum,mota est in introitu eius,& erat cogitans vt quid sic benedixisset eam. Et ait ei Angelus Domini: Nè timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Dominum. Et ecce concipies in vtero,& paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Quæ tanto nuncio clarificata, Spiritu sancto fœcundata,ab illo, qui de ipsa carnem sumere dignatus est,præ hominibus sublimata, in æternum venerabitur benedicta. Cuius dormitionem decimo octauo Calendarum Septembrium, omnis concelebrat Ecclesia. Cuius etsi sacrum corpus non inuenitur super terram, sicut nec beati Moysi sepulcrum, quem sancta scriptura dicit à Domino sepultum: tamen pia mater Ecclesia, quæ suis obseruationibus integerrima fide fundata consistit, eius venerabilem memoriam sic festiuam agit, vt pro conditione carnis eam migrâsse non dubitet. Quò autẽ venerabile Spiritûs sancti tẽplum illud,id est caro ipsius beatissimæ Virginis Mariæ, nutu diuino & consilio occultatum sit, plùs eligit sobrietas Ecclesiæ cum pietate nescire,quàm aliquid friuolum & apocryphum indè tenendo docere. Sufficiunt enim ei ad sanctitatem & vitam Virginis & matris Domini commendandam, Euangelistarum testimonia, nec de ea quærere vltrà necessarium putat.

S. Maria in æternũ venerabitur benedicta.

Deut.34.

Huius martyrium habetur 5. Tomo Surij. Eodem die apud Nicomediam, natale sancti Adriani martyris cũ alijs xxiij. Maximianus cùm grauissimè persequeretur Christianos, apud Antiochiã oblati sunt ei quidã Christiani,fide ac religione insignissimi. Quos ille post veritatis confessionem extensos lignis & neruis crudis cędi iussit,ac deindè lapidibus ora ipsorũ contundi,& linguas eorum præcidi. Hæc omnia cernẽs Adrianus,qui erat prior officij, dixit ad eos: Adiuro vos per Deum vestrum,pro quo hæc patimini, dicite mihi in veritate,quæ est remuneratio vestra,quam expectatis pro his tormentis? Videtur enim mihi magna & mirifica esse. Cui xxiij. martyres dixerunt: Expectamus quod nec

nec oculus vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascẽdit,inenarrabile bonũ, quod pręparauit Deus his qui diligunt eum. Audiẽs hæc Adrianus,statim exiliens sterit in medio eorum,& dixit his qui gerebãt exceptoris officium: Annotate confessionem meam cum his sanctis,& athletis Dei,quia & ego Christianus sum. Post non multum spatium cùm audisset Maximianus nomen eius recitari inter nomina sanctorum martyrum, euocato ad se dixit ei: Insanis Adriane? Nunquid & tu vis tam malè perire? Adrianus respondit: Non insanio, sed de multa insania ad sanam mentẽ reuertor. Cumq; perseueranter quę sunt fidei & veritatis prosequeretur,furore repletus Maximianus,iussit eum ferro vinctũ cum reliquis sanctis martyribus ad carcerẽ pertrahi. Erat autẽ iuuenis annorum vigintiocto. Et fama celeriter currente, didicit vxor illius Natalia cuncta,quæ circa Adrianum maritum prouenerant. Et gaudio plena,quia erat mulier Christianissima, cucurrit ad carcerem,procidensq; ad pedes viri sui,osculabatur vincula eius,dicẽs illi: Beatus es domine mi Adriane,quia inuenisti diuitias,quas tibi non dimiserunt parẽtes tui. Verè iam securus pergis ad Christum, benè recondẽs in ipso diuitias,quas inuenies in tempore necessitatis,vbi de pœnis damnatorum neminẽ quisquam liberabit. Non pater filium,non mater filiã,non diuitię trãseuntes, non illos seruorum ambitio, & patrimonij amplitudo,ad extremũ nec amicus amicum. Omnes enim tũc propria sarcina comitabitur. Tu domine mi tecum habẽs Christum,in quo omnia tua reposuisti, perge fiducialiter, perge,nè timeas,vt percipias promissa ipsius. Non reuocet te vllus intuitus rerum velut vmbra transeuntium, non affines,non parentum gemitus,non pulchritudo ipsa corporis tui, execratio seductorum,adulationes amicorum: non te terreant species tormentorum. Horum qui tecum sunt, martyrum constantiam & patientiam adspice,his solis intende. Hæc postquàm gloriosissima fœmina prosecuta est, singulorum martyrum vincula deosculans, Rogo vos,inquit, serui Christi,confortate hunc Adrianum beatissimis monitis,& lucrifacite animam eius in Christo. Vos sitis ei patres,per vos nascatur æternæ vitæ. Ad quam beatus Adrianus dixit: Perge nunc soror mea in domum tuã, & cùm agnouero fieri interrogationem nostram,accersam te,vt videas finem rei. Post aliquot dies cùm quæstio immineret,beatus Adrianus dato precio custodibus, & datis fideiussoribus,perrexit ad domum suam vocare beatam Nataliam. Cumq; pergeret,vidit eum,qui benè illum nouerat,& pręcurrens domum,nunciauit eum venire. Quod vxor audiẽs,primò nõ credidit. Quis,inquit,potuit eũ absoluere de vinculis illis? Nõ mihi cõtingat vt absoluatur,nequãdò seperetur à sanctis illis. Et cùm puer domesticus superueniens affirmaret eum dimissum,suspicata illa, quòd martyrium refugisset,cõtristata flebat amarissimè. Et cùm iam videre Adrianum inciperet,proiecit quæ erant in manibus,& accurrẽs clausit ostium domûs,clamans & dicens: Longè efficiatur à me hic qui corruit,& mentitus est Domino Deo suo. Non loquatur mihi,nec audiam linguam,quæ dolosè egit in cõspectu factoris sui. Et conuersa dicit in eum: O sine Deo præ omnibus hominibus,quis te coëgit apprehendere opus,quod non potuisti perficere? Quis te separauit à sanctis,aut quis te seduxit,vt recederes à conuentu pacis vel repausationis? Dic mihi, quarè in fugam conuersus es,antequàm fieret pugna? Quarè proiecisti arma,antequàm videres hostem tibi repugnantem? Quomodò vulneratus es,necdùm emissa sagitta? Quid faciam infelicissima,quæ coniuncta sum impio? Non est mihi concessum,vt vocarer vxor martyris, sed vt dicerer coniunx transgressoris. Ad horam fuit exultatio mea,& eccè per secula erit opprobriũ meum. Cui beatus Adrianus pro foribus stans dicebat: Aperi mihi soror mea Natalia, quia non sicut tu æstimas effugi martyrium. Veni autem propterea, quia instat tempus quæstionis nostræ, vt sicut promisi præsens fias. At illa non credens, Vide, inquit, quomodò me seducit transgressor? Eccè quomodò mentitur alter Iudas? Recede à me homo, nam antè meipsam interficiam,quàm tibi socier. Cumque beatissimus martyr de zelotypia coniugis lætus,sermonibus suis ei satisfaceret,& nisi citiùs aperiret, moras se facere non posse assereret, tandèm ei illa aperiens,prouoluitur pedibus eius. Indè verò citiùs exeuntes,properabant ad confessionem, vt in numero coronatorum Adrianus inueniretur. Cumque adhuc essent in via,dixit beatus Adrianus: Soror mea dic, quomodò ordinâsti substantiam tuam? Cui illa, Noli, inquit, domine mi, noli memorare quæ sunt mundi huius,nè attrahant animum tuum: auferantur

Isa.64. 1.Cor.2.

S Adriani conuersio.

Vide fœminæ virilem animum,in consolando maritũ suũ.

Adit Nataliam vxorẽ suam S.Adrianus.

Sanctissimæ admonitiones Natalię

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur ab animo tuo omnia corruptibilia, solummodò illa festina videre, quæ reposita sunt tibi & sanctis, cum quibus ambulas in via Dei. Cõpleta itaque die vt producerẽtur, exhibiti sunt beatissimi martyres in cõspectu Maximiani, putrefactis ità iam carnibus eorum præacerbitate tormentorum, vt vermes de vlceribus eorum scaturirent. Natalia verò applicans se beato Adriano, dicebat: Vide domine mi, vt solummodò ad Deum fiat mens tua, nec tuum cor in aliquo trepidet, dum videris tormenta tibi proposita. Labor quidẽ nunc modicus, sed in secula seculorũ æterna repausatio. Maximianus respiciens Adrianum ait: Adhuc tu permanes in insania? Beatus martyr respõdit: Pro hac amentia & insania paratus sum hãc vitam finire. Iratus post piã confessionem ipsius tyrannus, iussit eum tam crudeliter inui-

S. Adrianus dirissimè flagellatur.

cèm sibi succedentibus flagellatoribus cædi, donèc apertis costis viscera patefierẽt. Iterùm constrictus ferro in carcerem mittitur. Et cùm aliquibus diebus cum reliquis sanctis Dei clausus ibi fuisset, tandèm reductus, simul & cum eo alij, quos immensitas pœnarum penè absumpserat, sistitur Maximiano. Quos ille iam vidẽs irreuocabiles, iussit vt vecte magno ferreo confringerentur tibiæ ipsorum. Confra-

Incisis mẽbris excedit è vita cum socijs.

ctis itaq; cruribus, ac pedibus incisis, insupèr beato Adriano manu incisa, orantes & gratias agentes Domino, emiserunt spiritum. Corpora eorum iussit tyrannus incendi. Sed subitò factæ sunt coruscationes, tonitrua ac pluuiæ, & extinctus est ignis. Plurimique de apparitoribus fulminibus percussi, pauci fuga vix euaserunt. Accurrentes intereà Christiani, rapuerunt ex igne iam extincto reliquias martyrum, & ascensis nauibus fugerunt, peruenerunt que Byzantium, & reuerenti honore sepelierunt eas ibi. Non longo pòst tempore beati Adriani corpus Romam etiã translatum, honorabili quoquè templo exornatum est. Natalia verò ipsa de Nicomedia sanctorum martyrum amore Byzantium cnauigans, post paucos dies aduentûs sui, dormitionem accepit in Domino, & iuxta sanctorum corpora sepulta est Calendis Decembris. Passio horum martyrum sexto Idus Septembris.

V. IDVS SEPTEMBRIS.

Die 9. Decreta Sergij Papæ. De eo Ado Vien. anno 686. & Pontificale cap. 86. De his martyribus Eusebius libro 8. cap. 6. Vide Suriũ.

SErgij Papæ, qui sedit annos tredecim Romæ. Hic inuenit miræ magnitudinis portionem ligni salutaris Dominicæ Crucis, in sacrario beati Petri. Hic statuit in tempore cõfractionis Dominici corporis, Agnus Dei, à clero & populo decantari, & constituit vt in diebus Annunciationis Dominicę, Dormitionis, & Natiuitatis sanctę Dei genitricis Marię, ac sancti Simeonis, quod hypanti Græcè dicitur, Litaniæ exeant à sancto Adriano, & ad sanctam Mariam populus occurrat.

Eodem die, passio beatorũ martyrũ Dorothei & Gorgonij, apud Nicomediam, sub Diocletiano Imperatore. Horũ prior Dorotheus magister in officijs, quæ intra palatium exhibebantur, habens secum officio, fide & magnanimitate parem Gorgonium. Quorum institutionibus optimis omnes penè cubiculi ministri in fide Dei vigilanter & liberè persistebant. Hi deniquè cùm viderent quendam martyrẽ, crudelibus atque immanibus supplicijs cruciari, cõstanter & liberè aiunt: Cur Imperator in hoc solo punis sententiam, quæ in nobis omnibus viget? vt quid in illo crimen ducitur, quod à nobis omnibus confitetur? Hæc nobis fides, hic cultus, & vnanimis eademque sentẽtia. Quos ille cùm in medium nihilominùs venire iussisset, iussit eos appẽdi, & flagellis toto corpore laniari, & visceribus iam pelle nudatis iubentur aceto & sale perfundi. Cumque etiam hoc tormenti genus constãter & fortiter tolerâssent, craticula prunis subterstrata, poni iubetur in medio, ibique quod reliquum fuerat in verberibus absumpti corporis superponi, & non ad subitum, sed sensim paulatimque succendi. Ad vltimum laqueo appensos, iussit necari. Interiecto tẽpore beatus Gorgonius Romam transfertur, positusque est venerabiliter via Latina inter duas lauros. Compleuerunt autem martyrium suum quinto Idus Septembris.

SS. martyres suspenduntur.

In Sabinis miliario ab vrbe tricesimo, natalis sanctorum Hyacinthi, Alexandri & Tiburtij.

IIII. IDVS SEPTEMBRIS.

Die 10. Horũ martyrium ad longum habetur Tõ. 5.

APud Africam, natalis sanctorum Episcoporum, Nemesiani, Felicis, Lucij, Item Felicis, Litei, Poliani, Victoris, Iaderis, & Datiui, qui sub Decio & Valeriano exurgente persecutionis rabie, ad primam confessionis Christi constantiam, grauiter fustibus cæsi. Deindè compedibus vincti, & ad fodienda metalla deputati, glorioſæ confessionis agonem consummauerunt. Quorum etiam exem-

exemplum secuta multiplex plebis portio, cum eis confessa pariter est & coronata. Extat epistola beati Cypriani ad ipsos, & de ipsis scripta. Epist. 25. li. 3.

Romæ, depositio S. Hilarij Papæ.

Eodem die in Chalcedonia, natalis sanctorum Sosthenis & Victoris, qui, cùm beata Euphemia sub Prisco consule pro Christi nomine decertaret, apertis sibi diuinitùs oculis, viderunt circa illam Angelorum præsidia, sanctarumq; virginum chorum. Atq; hoc viso ad Christum conuersi, ob insuperabilẽ fidei confessionem truси in carcerem, & indè producti ad stipites religati sunt: quibus primùm vrsi, ac deindè ferocissimus leo, dimissi, cùm in nullo eos lęderẽt, misit proconsul ad deferendam cupam, in qua eos pariter cõcremaret. Illi verò intereà incumbentes orationi, vocati de cælo, datoque sibi mutuo pacis osculo, spiritum emiserunt.

De ro Pontificale c. 98. De his martyribus habetur in vita S. Euphemię 16. Septebr.

III. IDVS SEPTEMBRIS.

Die 11. De his in gestis S. Eugeniæ 25. Decembris.

ROmæ via Salaria vetere, in cœmeterio Basillę, natale sanctorum Prothi & Hyacinthi, qui erant eunuchi beatæ Eugeniæ virginis, cum qua ab Heleno Episcopo baptizati, aliquanto tẽpore diuinis solùm eruditionibus vacantes, in sancto proposito perstiterunt: atque in seruorum Dei monasterio mira humilitate conuersati sunt. Et hoc apud Aegyptum. Indè cum beatissima virgine Romam reuersi, sub Gallieno Imperatore, quòd essent Christiani, compræhensi, coguntur sacrificare. Sed non consentientes dirissimè verberantur. Cumque Deo fidem seruantes gauderent, pariter decollantur tertio Idus Septembris. Post hæc tenetur sancta Eugenia, & iubetur à præfecto vrbis Nicetio, Dianæ sacrificia exhibere. Quæ flans ante templum extensis manibus, fudit orationem. Qua orante, ità simulacrum Dianæ comminutum est, vt sola pulueris eius indicia remanerent. Sed magicis artibus hoc reputantes, ingenti saxo circa scapulas eius constricto, Tyberi eam præcipitem dederunt. Quomodò autem agonem passionis suæ compleuerit, breuiter notatum est viij. Calendas Ianuarij.

* In Apulia, SS. Felicis & Donati.

Lugduno Galliæ, depositio S. Patientis Episcopi: & alibì sanctorum Felicis & Regulæ. De Patiente Surius To. mo 5. 11. September. 8.

PRIDIE IDVS SEPTEMBRIS.

Die 12. Horum historiã adiecimus 5. Tomo Surij.

APud Ticinum vrbem, quæ & Papia dicitur, natale sanctorum Syri & Euentij. Qui à beato Hermagora Aquileiensi pontifice, discipulo sancti Marci Euangelistæ, ad præfatam vrbem directi, primi illic Christi Euangelium prædicantes, & magnis virtutibus ac miraculis coruscantes, etiam vicinas vrbes, Veronensem scilicet, Brixiam, & Laudensem diuinis operibus illustrârunt. Sicque in Pontificali honore, fundata & confirmata fide credentium populorum, glorioso fine quieuerunt.

* Item in Asia, SS. Diophili, Matronæ, & Teclæ virginis.

* Lugduni, depositio sancti Sacerdotis, Episcopi & confessoris.

* Nicomediæ, S. Ammonę. In Sicilia ciuitate Cathanas, SS. Eupli & Serapionis.

IDIBVS SEPTEMBRIS.

Die 13. De eo in passione S. Eugeniæ 25. Decembris.

APud Aegyptum ciuitate Alexandria, natale beati Philippi Episcopi & martyris. Qui Præfectus primùm fuit, deindè baptismi gratia sanctificatus, Episcopi dignitatem, suffragium ferentibus Christianis populis, assequitur. Et sub Voluſiano & Gallieno Imperatoribus, dirigitur Perennius Præfectus Alexandriam. Cui imperatum est, vt Philippum occideret. Sed cùm hoc implere non posset, quia omnis populus ciuitatis Philippo, velutì quibusdam vinculis amoris videbatur adstrictus, immisit quosdam in Ecclesiam, qui se fingerent Christianos. Quique ingredientes, percusserunt eum in oratione constitutum. Sepultus modò est in Nitria basilica condigna martyri, supra corpus eius fabricata. Sedit autem in Episcopatu anno vno, mensibus tribus. Passus est Idibus Septembris.

Item sancti Amati presbyteri, Abbatis monasterij S. Romerici. Qui miræ abstinentiæ, & anachoreticæ vitæ sectator, virtutum & miraculorum gratia illustrem conuersationem duxit. Item Andegauis, depositio sancti Maurilionis Episcopi & confessoris. Turonis, sancti Littorij Episcopi & confessoris. De Amato & Maurilione Surius.

XVIII. CALENDAS OCTOBRIS.

Die 14.

ROmæ via Appia in cœmeterio Calixti, natale sancti Cornelij Papæ. Qui sub persecutione Decij cum presbyteris & diaconibus Centumcellis exilio deputatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatur. Ad quem confortandum multi Christianorum veniebant. Quo tempore
epist. in editione Pameli. 34. & Surius Tomo 5. beatus Cyprianus scripsit ei de Celerino lectore, quanta pro fide & confessione Christi sustinuerit. Decius Cæsar audito, quòd multi ei scriberent, & de beato Cypriano, iussit eum sibi exhiberi. Exhibitus Decio interroganti, cur à Cypriano contra Rempublicam literas accepisset, respondit: Ego de corona Domini literas accepi, non contra Rempublicam. Iratus Decius, iussit vt os eius cum plumbatis cæderetur, deindè ad templum Martis, vt sacrificaret, duceretur. Quod si contempsisset, illic capite puniretur. Cumq; duceretur, vnus ex militibus nomine Cereas, rogare cœpit beatum Papam, vt visitaret vxorem eius, quæ annis quinque paralytica iacebat. Ingressus autē domum eius, tenuit manum Salustię, & erexit eam, dicens: In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & sta super pedes tuos. Quæ protinùs erexit se clamans, & dicens: Verè Christus est Dei filius. Et dixit beato Cornelio: Baptiza me, per Christum te coniuro. Et currens impleuit vas aqua, & attulit ei. Tunc miserunt se omnes milites ad pedes eius, orantes se baptizari. Quos vt baptizauit, obtulit pro eis sacrificium laudis: & participati sunt omnes corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi. Audiens hæc Decius, mittens tenuit omnes eos, & iussit vt cum beato Cornelio ducerentur ad sacrificandum, & si nollent parere, capite plecterentur. Ducti autem foràs muros portæ Appiæ, expuentes in templum, decollati sunt vnà cum beatissimo Papa numero vigintiunus. Sed & Cerealis cum vxore sua Salustia xviij. Calendas Octobris. Eadem verò nocte venit beata Lucina cum clericis & familia sua, & rapuit martyrum corpora, & sepeliuit ea in agro suo in crypta, in cœmeterio Calixti. Huius beatæ Lucinæ rogatu idem beatus Cornelius corpora Apostolorum de Catacumba leuauit noctu, & posuit, Pauli quidem via Hostiensi, vbi decollatus est, Petri autem iuxta locum vbi crucifixus est, inter corpora sanctorum Episcoporum, in templo Apollinis, in monte aureo, in Vaticano Palatij Neroniani, iij. Calendas Iulias.

S. Cornelius paralyticā sanat.

Decollatur cum socijs.

Translatio corporum Petri & Pauli.

Itèm apud Aphricam, natale beati Cypriani Episcopi, Valeriano & Gallieno Imperatoribus, Galerio Maximo Proconsule. Quibus agentibus & elaborantibus, compræhensus est ex præcepto Aspasij Paterni Consulis, & in exilium in ciuitate Cordubitana missus est. Habitauitq; ibi suspensa ad cælum mente, tantum ad candas passiones huius temporis amore Christi animatus. Quò conueniebant ad eum plures egregij clarissimi ordinis & sanguinis, sed & seculari nobilitate gloriosi: qui propter amicitiam eius antiquam, secessum subindè suaderent, & nè parum esset nuda suadela, etiam loca in quæ secederet, ei offerebant. Post dies autem multos regressus de exilio habitabat in hortis suis. Et cùm illic moraretur, venerunt ad eum principes duo ex officio Proconsulis Galerij Maximi, qui Aspasio Paterno successerat, & leuantes eum in curriculo, duxerunt ad Proconsulem in locum, vbi pro reparanda sanitate degebat, collectusque ab adstitore officij, secessit in hospitium eius in vicum Saturni. Conuenit autem ad eum omnis populus fratrum. Quod cùm comperisset beatissimus martyr, præcepit custodiri puellas, quæ aduenerant audire verbum Dei, quoniam ante ostium manebant Principis ob amorem martyris glorioſi. Altera die xviij. Calendas Octobris manè Galerius Maximus sanctum Cyprianum Episcopum offerri sibi præcepit, in atrio secutiolo. Cui inter alia cùm dixisset Proconsul, Iusserunt te sacratissimi principes ceremoniari. Sanctus Cyprianus dixit: Non faciam. Maximus Proconsul dixit: Consule tibi. Sanctus Cyprianus dixit: Fac quod tibi præceptum est. nam in re tam iusta nulla est consultatio. Maximus Proconsul dixit: Diù sacrilega mente vixisti, & nefarios tuæ conspirationis homines aggregâsti, & inimicum te dijs Romanis & sacris religionibus constituisti, nec te pij Imperatores ad sectam ceremoniarum suarum euocare potuerunt: cùm sis nequissimi criminis author & signifer depræhensus, eris ipse documento his, quos scelere tuo tecum aggregâsti, vt sanguinis tui patientur disciplina. Et his dictis, decretum ex tabella recitauit: Thascium Cyprianum gladio animaduerti placet. Sanctus Cyprianus hoc audiens dixit: Deo gratias ago. Et cùm duceretur, populus fratrum plangens dicebat: Et nos cum eo decollemur. Et ità perductus glorioſus martyr post prætorium in agrum Sexti, exuit se lacerna & birro, & complicans posuit ad genua sua, dehinc dalmaticam tulit, & diaconibus tradidit, & stans in linea, sustinebat spiculatorem, cui & xxv. aureos dari præcepit. Fratres verò flentes, linteamina & oraria ante eum ponebāt, nè sanctus

S. Cypriāus in exilium mittitur. de eo vide Surium.

Damnatur capitali supplicio.

ctus cruor defluēs absorberetur à terra. Qui cùm lacinias manuales sibi ligare non potuisset, Iulianus presbyter & Iulianus subdiaconus ipsi ligauerunt. Ipse autem sibi manu propria oculos texit, & genua in terra posuit, orationemque ad Dominum fudit, & sic gladio percussus migrauit. Corpus eius propter gentilium curiositatem in proximo collocatum est. Sed nè à gentilibus tolleretur, nocte aduenient ex eodem loco, vbi positum fuerat, sublatum est. Et indè cum cereis & scholaribus, in area cuiusdā Candidi procuratoris, in via Mappaliēsi iuxta piscinas, cum magno triumpho sepultum est. Post multa verò curricula annorum, gloriosissimo Carolo Francis imperante, contigit, legationem Francorum ferentes illustres ac sapiēntia circunspectos legatos transitum per Aphricam feciſſe. Hi cùm Carthaginem dirutam, & loca venerabilia sanctorum martyrum reuertentes à Rege Persarum Aaron, qui excepta India totum penè tenebat Orientem, vidissent, facilè sibi conciliato Principe, ac fauorem in re tali præstante, pro magno munere rogauerunt, vt ossa beati Cypriani eis ferenda permitteret. Quod ille non magni ducens, postulata concessit, vtque pio Imperatori, cuius gratiam omnium, qui in toto terrarum orbe erant, Regum amicitiæ præponeret, ipsi ea ferrent, libenter assensit. Cumque venerabiles legati ingentia dona, martyrum scilicet reliquias ferentes, (nam & beati Sperati martyris membra, qui vnus fuit ex illis duodecim præclarissimis martyribus Scillitanis, caput etiam martyris glorioſi Pātaleonis secum cum beatis ossibus Cypriani habebant) reuerterentur, prosperis vſi velis, tandèm peruenerunt Arelaten. Vbi sacra martyrum membra signata interim relinquentes, legationem suam Imperatori renunciare festinārunt: & inter alia de sanctorum reliquijs ab Aphrica deportatis eius animum attollunt. Vndè ille plurimùm lætus, eas tam diù apud Arelaten digna veneratione seruare iussit, donèc ipse magno aliquo opere in regno suo templum conderet, vbi tam preciosum pignus ingenti cultu & ornatu reponeret. Sed emergētibus causis dum opus tardiùs constructur, occasionem nactus Leidradus venerabilis Lugdunensis Episcopus, Imperatorem rogauit, ad ciuitatem suam deferre beata ossa martyrum ei licere. Annuit Imperator. Et is dum ocyùs votum suum pius perficit, cum honore infra ciuitatem Lugduni deportata sunt. Ibique in maiori ecclesia beati Iohannis Baptistæ ac sancti martyris Stephani, ad defensionem ciuium, Deo id misericorditer operante, sanctus Episcopus reliquias glorioſorum martyrum in prædicta ecclesia post venerabile altare decentissima sepultura recōdidit, ac posteris ciuibus suis profuturas honorabiliter commendauit. Sed pòst, interposito tempore, regnante glorioſo Rege Carolo Ludouici Imperatoris filio, iterùm reliquiæ beati Cypriani ad monasterium nouum, quod idem Rex augusto opere construxit, in Compendio palatio suo, eo iubente translatę sunt. Referuntur autem cum beato Cypriano passi, Crescentianus, Victor, Rosula, & Generalis.

Corpus eius cum magno triumpho sepelitur.

Primò Arelaten, dein Lugdunum transfertur.

Tertiò in Compendium Regis.

Eodem die, Exaltatio sanctæ Crucis, quæ ab Helena Constantini matre inuenta, ità per medium est secta, vt & Crux Constantinopolim sit portata, & Crux Hierosolymis thecis argenteis sit reseruata. Multorum itaque annorum labente curriculo, Foca Romanis imperante, Persæ aduersùs Rempublicam, Cosdroë Rege, grauissima bella gerentes, multas Romanorum prouincias, & ipsam Hierosolymam inuadunt. Et destruentes ecclesias, sancta quoquè loca profanantes, inter ornamenta sacra, quæ abstulerunt, etiam vexillum Dominicæ Crucis abducunt. Fecerat nanque Cosdroë Rex eorum turrim argenteam, in qua interlucentibus gemmis thronum extruxerat aureum, ibique solis quadrigam, & lunæ, vel stellarum imaginem collocauerat, atque per occultas fistulas aquæ meatus adduxerat, vt quasi Deus pluuiam desuper videretur infundere. Et dum subterraneo specu equis in circuitu trahentibus currum, circumacta turris fabrica moueri videbatur, quasi quosdam rugitus tonitrui, iuxta possibilitatem artificis mentiebatur. In hoc itaque loco sedem sibi parauerat, atque iuxta se quasi collegam sibi Crucem Dominicam posuerat, filioque suo Regno tradito, ipse in fano huiusce modi residebat. Mortuo verò Foca, Heraclius Imperator creatur, vir strenuus, & armis exercitatus. Qui aduersùs Persas bellum aggressus, occiso Cosdroë, quem in turre iamdicta sedentem inuenit, Persas in deditionem recepit: lignumque gloriosissimæ Crucis exindè rediens secum tulit, & Hierosolymam, vndè sublatum fuerat, cum magna veneratione restituit. Et renouante Deo antiqua miracula, inter alia mira, quæ tunc cæ-

De S. Cruce Surius To. 5.

Eccè Regis gentilis Luciferanam superbiam.

Miracula in S. Crucis reductione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

litùs ostensa fuerunt, die eodem mortuus vnus recepit vitam, paralytici quatuor sanati sunt, leprosi decem mundati, quindecim cæci illuminati, plurimi quoquè à dæmonio, multiquè à varijs infirmitatibus liberati. Offerens igitur Imperator Ecclesijs Dei multa donaria, ex Regijs sumptibus eas reparari fecit. Simul & decreto statuit, omnibus Episcopis id assentientibus, vt dies relationis & exaltationis sanctæ ac venerabilis Dominicæ Crucis, in omni Imperio suo ab omnibus fidelibus populis per singulos annos solenniter ageretur. Sed & procurrentibus annis, Leone Romanis imperante, apud vrbem Romam Papa Sergius in sacrario beati Petri Apostoli capsam argenteam, quæ in angulo obscurissimo diutissimè iacuerat, & in ea Crucem diuersis ac preciosis lapidibus adornatam, Domino reuelante reperit. De qua tractis quatuor petalis, quibus gemmæ inclusæ erant, mirę magnitudinis portionem ligni salutiferi Dominicæ Crucis interiùs repositam inspexit. Quæ ex tempore illo omnibus annis in basilica Saluatoris, quæ appellatur Constantiniana, die exaltationis eius, ab omni osculatur & adoratur populo.

Festum Exaltationis S. Crucis instituitur.

XVII. CALENDAS OCTOBRIS.

Die 15. De Nicome dehabetur 12. Maij in vita Nerei & Achillei, cap. 9. & 10.

ROmæ, natale sancti Nicomedis martyris. Quem Flaccus Comes, cùm ad eum perlatum fuisset, quòd corpus sanctæ virginis Feliculæ, quam ipse pro Christo punierat, sepelisset, fecit teneri, & duci ad sacrificādum. Qui cùm diceret, Ego non sacrifico, nisi Deo omnipotenti, qui regnat in cælis, non his exciſis lapidibus qui in templis quasi in carceribus clausi custodiuntur: plumbatis diutissimè cęsus, migrauit ad Dominum. Corpus eius in Tyberim pręcipitatum est. Quod à clerico ipsius nomine & opere Iusto collectum, perductumque ad horticellum suum, sepultum est iuxta muros via Numentana.

Deco in vita S. Marcelli 4, Septęb.

Eodem die, in territorio Cabillonensium castro Tenertio, natale sancti Valeriani martyris, qui vnus fuit ex numero sanctorum quinquaginta, qui temporibus Antonini Veri Lugduni in carcerē trusi fuerant, quique cum beato Marcello, patefactis custodiæ, qua detinebantur, diuinitùs claustris, aufugit. Cumque ad præfatum castrum peruenisset, & Domini Iesu Christi nomen prædicans, plurimos ipso inspirante, ad eius fidem conuertisset, reuertenti ab vrbe Cabillonensium, vbi Priscus beatum Marcellum martyrem necauerat pro Christo, eidem Præsidi Prisco delatus est. Quem ille suis faciens conspectibus præsentari, primùm minis & terroribus frangere conatus est: deindè suspensum, & graui vngularum laceratione cruciatum, cùm in Christi confessione videret immobilem, ac læto animo in eius laudibus permanentem, protinùs in eo loco, vbi nunc sacrum ipsius corpus debita veneratione excolitur, gladio animaduerti fecit.

Eodem die, depositio beatissimi Apri Tullensis Episcopi & confessoris.

XVI. CALENDAS OCTOBRIS.

Die 16. Huius vita integra habetur 5. Tomo Surij.

APud ciuitatē Chalcedoniam, natale sanctæ Euphemiæ virginis. Quæ martyrizata est sub Diocletiano Imperatore, Proconsule autem Prisco, in eadem ciuitate. Quæ deferente iniquissimo Apelliano, cum alijs quadraginta nouem, tradita est Proconsuli Prisco. Cui Priscus dixit: Honora teipsam, & generis tui dignitatem nè amittas, & immola deo Marti. Beata Euphemia eius iniquam suasionem contemnens, pectus suum signaculo Crucis muniens, imperterrita stetit. Priscus iratus vt eam superare posset, post tormēta & carceres, etiam verbera & argumenta rotarum, ignes, & pondera lapidum angularium, bestias, & plagas virgarum, secures & sartagines igneas ei adhibuit: ad vltimum in theatrum duci, & leones ac bestias ei laxari iussit. Tunc beata virgo fundens orationem ad Dominum, dixit: Tu Domine notus omnibus, qui te inuocant fide pura & integra, suscipe animam ancillæ tuæ. Et sicut suscepisti sacrificium patris nostri Abrahæ, ità suscipere digneris sacrificium humilitatis meæ, quod tibi ob confessionem laudis tuæ immolatur.

Gen. 22.

Morsu leonis suffocatur.

Tunc vna solummodò de bestijs accurrens, morsum sancto corpori eius infixit: & ità immaculatum spiritum virgo Domino reddidit. Veniens autem mater eius Theodora, & Philophron pater eius, curatum corpus ipsius sepelierunt, quasi mille passus à ciuitate Chalcedonia. Completum est autem martyrium eius, decimo sexto Calendas Octobris.

Eodem die, Romæ, natalis sanctorum Luciæ & Geminiani, Imperatore Diocletiano, Iudicibus Abofrasio & Megalio. Manserat autem beata Lucia in viduitate annos

annos trigintasex. Totius autem vitæ eius fuerūt anni septuaginta quinque. Quæ accusata à filio suo Euprepio, quòd Christiana esset, iussit eā Diocletianus Imperator sibi adduci, & dixit ei: Audio quia reum illum Crucifixum cōfiteris, & deos nostros derides. Nunc ergò si parata es viuere, parati sunt dij omnipotentes, vt eis offeras thura, vt possint tibi esse propitij, & viuas. Sancta Lucia respōdit: Nec sibi sunt propitij, nec cultoribus suis. nam mihi propitiabitur Dominus meus Iesus Christus, pro cuius amore parata sum ignem, vincula, & quas volueris pœnas sufferre. Audiens Diocletianus constātiam fidei eius, iussit eam trahi ad carcerem, vbi consolationem diuinam promeruit. Reducta autem iterùm ante Diocletianum sedentem pro tribunali, extensa est gloriosa fœmina, & fustibus diutissimè verberata. Et eccè terræmotus subitò factus est, & templum Iouis ità subrutum, vt nec lapis super lapidem ædificij remanserit. Diocletianus autem ollam æream adduci fecit, eamq; pice & plumbo iussit impleri, & in circuitu ligna aggregari, & succendi, sanctamque Luciam infra ollam demergi: vbi sancta Dei psallens, triduo vixit. Mittens verò Diocletianus, qui renunciaret ei si tota iam in cineres esset resoluta, is qui missus fuerat, intimauit rediens Imperatori, quòd absque vlla læsione sana viueret. Tunc impius tanto miraculo nullo modo ad credendum Christo incitatus, iussit vt onerata ferro & plumbo, per ciuitatis plateas duceretur. Peruenit autem ante domum hominis præpotentis, nomine Geminiani, in cuius domo dæmonum innumera simulacra erant. Dumque sancta Lucia domum ipsam pertransisset, subitò columba alba velut nix descendit de cęlo, & super caput Geminiani, tertiò figurans Crucem, resedit. Geminianus respiciens, vidit sibi patere cęlum, & statim arripiens cursum, peruenit ad locum, vbi iam sancta Dei torquebatur. Et prosternens se pedibus eius, cœpit narrare quod viderat, & baptismi lauacrum expetere. Reducta est igitur beata Lucia in carcerem. Erat verò quidam sacerdos, Protasius nomine, cui nocte apparens Angelus Domini, monuit vt iret ad carcerem, & Geminianum, qui fontem salutis requirebat, baptizaret. Qui cùm euigilâsset, festinus abijt, & beatum virum aqua salutari lauit. Post diem tertium exhibita est sancta Lucia Diocletiano, & cum ipsa Geminianus, de quo iam Imperator audierat. Quos ille pœnis grauissimè afflictos, diuque tortos, tradidit cuidam peruersissimo iudici, vt quod deerat pœnarum, ipse suppleret. Qui primò iussit ceruices eorum fustibus contundi, & mox terræmotu facto, camera domûs iudiciariæ cecidit, & iudicem impium oppressit. Deindè sancti martyres exhibiti sunt Abofrasio, sub quo & septuaginta quinque martyrium impleuēre, qui visis miraculis, quæ circa sanctos suos Dominus operabatur, crediderant. Hic iudex impijssimus, post sanctorum horum martyrum necem, ob equum eius à diabolo incitatum, de lapideo ponte prǽcipitatus in flumen est. Corpus eius posteà nullo loco repertum. Deindè beata Lucia & sanctus Geminianus, à Megalio viro consulari arctati, post laudabilem victoriam martyrij, gladio animaduersi sunt sextodecimo Calendas Octobris. Quorum corpora rapuit quædam mulier Christiana, nomine Maximia, & vt decuit, martyres sepeliuit.

S. Lucia à filio suo accusatur.

Fustibus cędit.

Illæsa manet in feruēti plumbo.

Geminian⁹ conuertitur

Baptizatur.

75. martyres occiduntur.

Decollantur SS. Geminianus & Lucia.

XV. CALENDAS OCTOBRIS.

Die 17.

IN Britannijs, sanctorum Socratis & Stephani.

Niueduno, natalis sanctorum martyrum Valeriani, Macrini, & Gordiani.

Romæ, in crypta arenaria, sanctorum martyrum Narcisci & Crescentionis.

De his tribꝰ martyribus, vide gesta S. Laurentij 10. Augusti.

Itèm Romæ via Tyburtina, ad sanctum Laurentium, natale beati Iustini presbyteri, quem beatus Sixtus ordinauit. Ad quem beatus Laurentius in vico Patricij in crypta Nepotiana nocte venit, vt thesauros sibi à sancto Sixto commendatos pauperibus erogaret. Cui & dixit: Comple votum meum, vt lauentur pedes sanctorum & vestri per manus meas. Beatus Iustinus respondit: Hoc Dominicum præceptum est: Fiat voluntas Domini nostri Iesu Christi. Et posita pelue misit aquam, & lauit omniū virorum pedes. Veniens aūt ad beatum Iustinum, cœpit primò osculari pedes eius & lauare. Et vbi lauit omnium pedes, commendauit se beato Iustino. Hic eiusdem martyris corpus honorificè sepeliuit in prædio Cyriacæ viduæ. Quam idem martyr facto signo Crucis, & posito super caput eius linteo, de quo exterserat sanctorum pedes, ab infirmitatibus capitis sanauit. Hic sanctum Hip-

Universidad de Deusto
Biblioteca

polytum & Concordiam, Hirenenum, Abundium, Cyrillam filiam Decij Cæsaris, martyres & alios plurimos sepulturis condidit. Et persecutione Decij, Gallieni, & Volusiani, confessionis gloria insignissimus fuit.

De Lãberto vide Suriũ 17. Septẽbr.

Tungrensi diœcesi, in Leodio villa publica, natalis sancti Lamberti Episcopi. Qui dum regiam domum zelo religionis accensus increpâsset, cùm rediens oratione incumberet, ab iniquissimis viris de palatio regio missis, improuisè concluſus intra domum ecclesiæ, occiditur. Cuius sepulcrum creberrimis miraculis illustratur, ac mors eius nihilominùs preciosa in conspectu Domini commendatur.

XIIII. CALENDAS OCTOBRIS.

Die 18. Hieron. de viris illust. cap. 93. Sidonius Apoll. de eo li. 7. cap. 1. & Surius Tõ. 5

NAtalis sancti Methodij, Olympi Lyciæ, & posteà Tyri Episcopi, qui sub Diocletiano in Chalcide Græciæ martyrio coronatus est.

Viennæ, natale sancti Ferreoli. Qui persecutionis tempore, cùm esset Tribunitiæ potestatis, iussu impijssimi præsidis tentus, primò crudelissimè verberatus, dein graui catenarum onustus pondere, in teterrimum carcerem trusus est. Vndè soluto Dei nutu vinculis, & ianuis patefactis carceris, aggerem publicum ingressus, usque ad Iarem fluuium peruenit. Vbi denuò tentus, vinctis post tergum manibus ad territorium vsque Briuatense perductus est, atque ibi martyrij palmam capitis obtruncatione percepit. Corpus eius cum capite beati Iuliani ad vrbem Viennensium relatum est, & condigno cultu in basilica conditum, quam Castulus, vir præcipui nominis de primoribus vrbis Viennensis, adhuc cathecumenus, in honore eiusdem martyris condiderat, tanto opere, quanta & fide, in ripam vlteriorem Rhodani.

XIII. CALENDAS OCTOBRIS.

Die 19. De Ianuario habetur in passione Sosij 23. Septembris.

IN Neapoli Campaniæ, natale sanctorum Ianuarij, Beneuentanæ ciuitatis Episcopi, cũ Sosio diacono Mesanatæ ciuitatis, & diacono suo Festo, & lectore suo Desiderio. Qui post vincula & carceres capite cæsi sunt in ciuitate Puteolana, sub Diocletiano principe, iudice Dracontio. Qui cùm ducerentur ad mortẽ, viderunt inter alios Proculum, Puteolanæ ciuitatis diaconum, & duos laicos Eutychen & Acutũ, & interrogauerunt quarè iusti iuberentur occidi. Quos iudex vt vidit Christianos, iussit decollari cum illis. Sic omnes septẽ pariter sunt decollati cum illis. Tulerunt autem corpora Christiani. Neapolitani Ianuarium posuerunt iuxta ciuitatẽ in basilica: Mesenates, Sosium èquè in basilica: Puteolani, Proculum, Eutychẽ, & Acutum, iuxta basilicam sancti Stephani: Festum verò & Desiderium Beneuentani collegerunt.

Euseb. lib. 8. Eccles. hist. c. 22. & 25.

Eodem die in Palæstina, natalis sanctorum martyrũ Pelei & Nili Episcoporum, qui persecutione Diocletiani cũ plurimis clericis pro Christo igni cõsumpti sunt.

Apud Nuceriam, natalis sanctorum martyrum Felicis & Constantiæ, qui sub Nerone passi sunt.

*al, Sequani

In territorio Lingonicæ ciuitatis, sancti * Sigonis presbyteri.

* Treuiris, depositio Meletij Episcopi.

XII. CALENDAS OCTOBRIS.

Die 20. De Faust. & Euil. 6. Februarij, Tomo 1. Surij.

IN Cyzico, natale sanctorum Faustæ virginis & Euilasij, sub Maximiano Imperatore. Quam idem Euilasius, cùm esset primus Palatij, iussit decaluari & radi ad turpitudinem, dein suspẽdi ac torqueri. Quo tempore coruscatio de cælis multos ministrorum percussit. Dein iussit loculos afferri, & eam immissam ac fixam quasi lignum secari mediam. Sed non eam carnifices serris suis lædere valebant. Inter quæ stupens Euilasius, Christo credere cœpit. Et hoc vbi Imperatori nunciatũ est, misit præfectum, qui eum supensum fortiter torqueret. Qui etiam iussit Faustã nudã, & sine Mauorte educi de carcere, & ei caput terebrari, ac clauis infigi. Cui postmodùm non solùm caput & facies, sed pectus ac totum corpus, vsque ad tibias claruis implectum est. Post hoc, sartaginem iussit igniri, sed hæc, illa psallente, refriguit. Inter hæc veniens vox de cælo, vocauit eos, & sic tradiderũt spiritum. Erat autem Fausta annorum tredecim, Euilasius octoginta.

* Romæ, natalis sanctorũ martyrum, Eustachij, Agapiti, Theopisti atq; Philistæ.

XI. CALENDAS OCTOBRIS.

Die 21. Euang. Matthæi Hebraicè scriptũ. De eo vide Surium.

IN Aethiopia, natale beati Matthæi Apostoli & Euangelistæ, qui primùm in Iudæa Euangelium Christi Hebræo sermone conscripsit. Post verò apud Aethiopiam prædicans martyrium passus est. Euangelium Hebræo stylo scriptũ, ipso reuelante,

lante, tempore Zenonis Imperatoris inuentum est. Idem autem Matthæus in Euangelio Leui appellatur. Mar. 2. Luc. 5.

Eodem die, passio sancti Alexandri Episcopi, sub Antonino Imperatore.

X. CALENDAS OCTOBRIS.

Die 22. De his habetur Tomo 5. Surij, 22. Septemb.

IN Gallijs ciuitate Seduno, loco Agauno, natale sanctorum martyrum Thebæorum Mauritij, Exuperij, Candidi, Victoris, Innocentij, Vitalis cum socijs suis, qui sub Maximiano passi pro Christo glorioſissimè coronati sunt. Vt igitur beatissimæ passionis eorũ causam breuiter loquamur, sub Maximiano, qui Romanę Reipublicæ cum Diocletiano collega imperium tenuit, per diuersas ferè prouincias laniati sunt atq; interfecti martyrum populi. Idem nanque Maximianus erga Dominum cæli profanus, impietatem suam ad extinguendum Christianitatis nomen armauerat. Si qui tunc veri Dei cultum profiteri audebant, sparsis vsquequaquè militum turbis, vel ad supplicia, vel ad necem rapiebantur. Erat eodem tempore in exercitu Legio militum, qui Thebæi appellabantur. Legio autem vocabatur tunc, quæ sex millia, ac sexcentos sexagintasex viros in armis habebat. Hi in auxilium Maximiano ab orientalibus partibus accersiti venerant. Viri in rebus bellicis strenui, virtute nobiles, sed fide nobiliores: erga Imperatorem fortitudine, erga Christũ deuotione certabant. Itaque cùm hi sicut & cæteri milites, ad dilandam Christianorum multitudinẽ destinarentur, soli crudelitatis ministeriũ detrectare ausi sunt: atq; huiusmodi præceptis se obtemperaturos negant. Maximianus non longè aberat: nam se circa Octodorum itinere fessus tenebat. Igitur cognito Thebæorum responso, præcipiti ira feruidus, ob neglecta imperia decimum quenque ex eadẽ Legione gladio feriri iubet, quo faciliùs cæteri rebus certis territi, metu cederẽt. Redintegratisq; mãdatis edicit, vt reliqui in persecutionẽ Christianorũ cogãtur. Vbi verò ad Thebęos denunciatio iterata peruenit, cognitumq; ab eis est, iniungi sibi rursùs executiones profanas, vociferatio passim ac tumultus in castris exoritur affirmãtium, nunquã se vlli in hæc tam sacrilega ministeria cessuros. His deindè cõpertis Maximianus, omni bellica cruentior, rursùs ad ingenij sęuitiam redit, atq; imperat, vt iterùm decimus eorum neci detur: cæteri nihilominùs ad hæc quæ sperneret compellerentur. Quibus iussis denuò in castris perlatis, segregatus est atq; percussus, qui decimus sorte obuenerat. Reliqua verò se militum multitudo mutuo sermone instigabat, vt in tam præclaro ordine persisteret. Incitamẽtum tamen maximum fidei penès sanctum Mauritium fuit primicerium Legionis eius, qui cum Exuperio (vt exercitus appellãt) campiductore, & Candido senatore militum, accedebat exhortando singulos & monendo, fidelium cõmilitonum etiam martyrum exempla ingerens. His itaq; primorum suorum authoritatibus animati beatissimi viri, Maximiano adhuc insaniæ æstuanti mãdata mittunt, sicut pia, ità & fortia: Milites, inquiunt, sumus Imperator tui: sed tamẽ serui, quod liberè cõfitemur, Dei. Tibi militiã debemus, illi innocentiam. A te stipendium laboris accipimus, ab illo vitæ exordiũ sumpsimus. Sequi Imperatorẽ in hoc nequaquàm possumus, vt authorẽ negemus Deum: vtiquè authorẽ nostrum, Dominum, ac authorem, velis nolis, tuũ. Si non ad tam funesta cõpellimur, vt hunc offendamus, tibi, vt fecimus hactenùs, adhuc parebimus. Sin aliter, ipsi parebimus potiùs, quàm tibi. Offerimus nostras in quẽlibet hostem manus, quas sanguine innocentium cruentare nefas ducimus. Dexteræ ipsæ pugnare aduersùs impios & inimicos sciunt, laniare pios & ciues nesciunt. Meminimus nos pro ciuibus potiùs, quàm aduersùs ciues arma sumpsisse. Pugnauimus semper pro iustitia, pro pietate, pro innocẽtium salute. Hæc fuerunt hactenùs precia periculorum. Pugnauimus pro fide, quã quoquo pacto conseruemus tibi, si hanc Deo nostro nõ exhibemus. Iurauimus primùm in sacramẽta diuina, iurauimus indè in sacramẽta regia. Nihil nobis de secundis credas necesse est, si prima perrumpimus. Christianos ad pœnã pernos requiri iubes, iã tibi ex hoc alij requirẽdi non sunt. Habes nos hîc cõfitentes Deum Patrem authorem omnium, & filium eius Iesum Christum Dominum credimus. Vidimus laborum periculorumq; nostrorum socios, nobis quoq; eorum sanguine adspersis, trucidari ferro, & sanctissimorum cõmilitonum mortes, & fratrum funera non fleuimus, nõ doluimus, sed potiùs laudauimus, & gaudio prosecuti sumus, quia digni habiti essent pati pro Domino Deo eorum. Non nos vel hæc vltimæ vitæ necessitas in rebellionẽ cogit. Non nos aduersùm te, Imperator, armauit ipsa saltẽ, quæ fortissima

Legio quid sit.

Decimus quisque ex Thebæis trucidatur.

Iterùm decimus quisque cęditur

55. Thebæorum ad Imperatorem responsum.

Gloriosa martyrum constantia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est in periculis,desperatio.Tenemus eccè arma,& non resistimus: quia mori quàm occidere satis malumus, & innocẽtes interire quàm noxij viuere præoptamus. Si quid in nos vltrà statueris,si quid adhuc iusseris,si quid admoueris,ignem,tormenta,ferrum,subire parati sumus.Christianos nos fatemur: persequi Christianos nos non possumus. Cùm hæc talia Maximianus audisset,obstinatosq; in fide Christi cerneret animos virorũ,desperans gloriosam eorũ constantiã posse reuocare,vna sententia interfici omnes decreuit, & rem confici circunfusis militum agminibus iubet.Qui cùm missi ad beatissimã legionẽ venissent,stringunt in sanctos impium ferrum,mori non recusantes vitæ amore. Cædebantur itaq; passim gladijs,non reclamantes saltem, aut repugnantes,sed & depositis armis ceruices persecutoribus prębentes,& iugulum vel intectum corpus offerentes. Victor autem martyr nec Legionis eiusdem fuit,nec miles,sed emeritæ iam militiæ veteranus. Hic cùm iter agens subitò incidisset in hos,qui passim epulabantur læti martyrum spolijs,atque ab his ad conuescendum inuitatus,prolatam ab exultantibus per ordinem causam cognouisset, detestatus conuiuas & conuiuium,refugiebat. Requirentibusque nè & ipse forsitan Christianus esset,Christianum se,& semper futurum esse respondit. Acstatim ab irruentibus interfectus, cæteris martyribus sicut morte, etiam honore coniunctus est. Quid deindè circa Maximianum Tyrannum sit consecutum, breui colligere placuit. Cùm dispositis insidijs genero suo Cõstantino mortẽ moliretur,deprehenso dolo,apud Massiliam captus est.Nec multò pòst strangulatus, teterrimoque supplicio affectus,impiam vitam digna morte finiuit. At verò beatissimorũ martyrum corpora post multos passionis annos sancto Theodoro Episcopo reuelantur,& in eorum honorem basilica honestè componitur. Sed & post longum temporis tractum beati Innocentij martyris membra Rhodanus reuelauit. Quæ non ideò à sinu terræ protulit, vt in gurgutis sui procellam demergeret, sed vt cæteris martyribus sepultura venerabiliter sociaretur.

Cędũtur ad vnũ omnes reliqui martyres.

Capite S. Victor miles truncatur.

Maximiani interitus.

IX. CALENDAS OCTOBRIS.

Die 23. De Sosio suprà meminimus 19. Septemb.

APud Puteolos, natale sancti Sosij diaconi Mesanatæ ciuitatis in Campania. Qui cùm esset annorum triginta, martyrium cum beato Ianuario Beneuenti Episcopo,capitis decollatione suscepit,tempore Diocletiani Imperatoris. Is cùm tempore quodam Euangelium legeret in ecclesia Mesanatæ ciuitatis, præsente Episcopo Ianuario,(frequenter enim eum pro sanctitate & prudentia eius visitare consueuerat)vidit subitò idem Episcopus de capite eius flammam exurgere,quam nemo alius vidit: & pronunciauit eum martyrem futurum. Et post non multos dies idem diaconus tentus,& in carcerem missus est.Ad quem visitandum cùm venisset Episcopus cum diacono Festo, & Lectore suo Desiderio, & ipse cum eis simul tentus,ac pariter omnes cum alijs tribus occisi sunt

De Thecla, Ambrosius de Virginibus, libro 2. Vide Suriũ.

Eodem die in Iconio, natale sanctæ Theclæ virginis, apud Seleuciam quiescentis: quæ de eadem ciuitate Iconio à beato Paulo Apostolo instructa est. Quam mater eius cernens Christianam,& nuptum repudiare, malentem Christo sponso adhærere, quàm corruptioni carnis subiacere: pergẽs ad iudicem,accusauit virginem, filiam suã esse Christianam dicens,viuã eam, vt cæterę mulieres terrerentur, debere ardere. Quã sibi cùm iussisset Iudex adduci,& propositũ castitatis eius didicisset,rogum fecit parari,vt illam incenderet. Rapta igitur ab apparitoribus,vt in focum iactaretur,sponte pyram ascendit, & signo Crucis facto,virili animo inter medias flammas sterit. Subitoque facta inũdatione pluuiarum, ignis extinctus est, & beata virgo illæsa virtute superna erigitur. Iterùm cùm ieiunijs,vigilijs & orationibus vacaret,à quodam viro potente compræhensa,perducta est ad Præsidem, quòd se Christianam diceret. Quam isdem Proconsul interrogans, si verè esset quod accusabatur: respondit,omninò Christianam se esse. Quam continuò Prędam nobili fœminæ,quæ propinqua Cæsaris erat,nomine Triphena. Sequenti die productę sunt bestię de caueis: sistitur beata Thecla in arenis medijs,stupente populo, quòd eam bestiæ minimè tangerent. Reducitur beata Thecla ad domum Triphenæ,vt in crastinum iterùm feris obijceretur. Quam ministri cùm de domo repeterent, Triphena doloris plena sequitur eam vsque ad spectaculum,vbi clamor vulgi & tumultus erat immensus,beatam Theclam spectantium. Nudata verò beata virgine, dimittuntur ei leones pariter & vrsi. Sed nulla ferarum eam lædere

Nihil lædi-tur ab igne.

Nec à bestijs & serpentibus.

lædere præsumpsit. Deindè in fossam aquam plena, vbi serpentes adunati & collecti fuerant,à furentibus populis cùm vrgeretur,signo Crucis munita insiliuit: sed nec ab eis vllo pacto læsa. Iterùm atrociores bestiæ parantur: sed vllo modo tangere eam non sunt permissæ. Verùm nec adhuc sibi crudelitas modum ponit. Alligatur duobus tauris ferocissimis, ferro candente stimulatis, vt eam discerperent. Qui funibus diruptis, vagabundi huc illucque discurrunt, ac martyrem nullum malum passam relinquunt. Accersitam denique Proconsul eam requirit, quæ aut vndè esset,quia nulla bestiarũ eam lædere potuisset. Beata Thecla respondit: Dei viui tantùm sum ancilla. Territus autem Proconsul, quòd tantæ virtutis esset, induta ea vestibus, edixit sentẽtiam: Theclã,inquit, pietatis ac Dei cultricem relaxo. Dimissa verò,reuersa est in domũ Triphenæ, vbi requieuit paucis diebus, docẽs Triphenam & domum eius in fide Domini nostri Iesu Christi. Indè egressa, venit Seleuciam,ibiquè exemplo & conuersatione vitę,atque etiam doctrina plurimos erudiens, post multa certamina duplicis coronæ, virginitatis & martyrij, requieuit in pace.

Nec à tauris.

Obdormit in Domino.

* Itèm passio sanctarum virginum Dignæ & Emeritæ.
* Romæ, depositio S.Liberij Papæ.
* Itèm passio Lini,eiusdem vrbis Episcopi.

De his consule Pontificale.

VIII. CALENDAS OCTOBRIS.

Die 24.

COnceptio sancti Iohãnis,Baptistę Domini. Et in Augustoduno,natalis sancti Andochij presbyteri,Thyrsi diaconi, & Felicis. Qui à sancto Polycarpo Episcopo ab Oriente directi ad docendam Galliam, sub Aureliano principe sunt gloriosissimè coronati.Siquidem flagellis cęsi,in vltimo,tota die inuersis manibus suspensi,& in ignem missi,sed nõ combusti. Tandèm vectibus colla feriuntur,atq; ita martyrium suum glorioſissimè compleuerunt octauo Calendas Octobris.

S. Andochi* cum sociis variis pœnis interimitur.

VII. CALENDAS OCTOBRIS.

Die 25.

NAtalis beati Cleophæ, qui vnus fuit de septuaginta duobus Christi discipulis. Cui post resurrectionem Dominus eunti cum alio cõdiscipulo in castellum nomine Emaus,quod Nicopolis nunc dicitur,apparuit. Quem tradunt in eadem vrbe,in eademque domo,in qua mensam quasi peregrino,Domino prępararat, pro confessione illius quem ibi ipse cognouerat,à Iudæis occisum,& gloriosa memoria etiam sepultum.

Luc. 24.

Lugduni,sancti Lupi Episcopi ex anachorita.

Ambianis,sancti Firmini Episcopi & martyris.

* Itèm natalis sancti Quadrati, Apostolorum discipuli, qui in locum beati Publij Athenarum Episcopi substituitur,& Ecclesiam grandi terrore dispersam, fide & industria sua congregabat. Qui vnà cum filiabus Philippi in prophetiæ gratia celeberrimus fuit.

De Quadrato Hier. de viris illustr. cap. 19.

VI. CALENDAS OCTOBRIS.

Die 26. Pontif. c. 32.

ROmæ via Appia in cœmeterio Calixti,depositio sancti Eusebij Episcopi & cõfessoris.

* Et in Albano,natale sancti Senatoris.
* In Sardina, natalis sancti Luxurij.
* Auernis,depositio sancti Apollinarij Episcopi.

Itèm natale sanctorum martyrum Cypriani Episcopi,& Iustinæ. Qui passi sunt sub Diocletiano Imperatore, Iudice Eutolmio. Iustinæ pater erat Dusius apud ciuitatem Antiochiam. Qui viam religionis à diacono nomine Proelio audientes, baptizati sunt à sancto Episcopo Optato. Virgo autem Iustina Domino seruiens, frequentabat ecclesiam. Hanc Agladius scholasticus videns, exarsit ob amorem eius.Et cùm nullo modo posset pertingere ad illam, rogauit Cyprianum magum, pretium pollicens, vt arte sua dæmones inuocaret,quo eam in amorem eius excitare posset. Cyprianus autem magus vocatis dæmonibus, cœpit agere vt virginem Christi ei adducerent. Qui semèl, bis & tertiò venientes ad beatam Iustinam, nihil apud illam suis deceptionibus valuerunt: sed signo Crucis repulsi, victi recesserunt. Cyprianus verò cùm illorum virturem aduersùs virginem haudquaquàm valuisse videret, dicit ad diabolum: Dic mihi, Quemadmodùm victi estis à virgine Iustina? Cui diabolus: Dicere tibi non possumus, nisi priùs iures mihi. Cumque Cyprianus illi iurâsset, ait diabolus: Vidi

De hoc Cypriano Antiocheno Surius Tom. 5. ex Metaphr.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Conuersio Cypriani magi.

signum Crucifixi,& extimui. Cyprianus dixit: Ergò crucifixus maior te est? Dicit ei diabolus: Etiam. maior enim est omnibus. Quod audiens Cyprianus, contemnens virtutem diaboli, & currens venit ad Episcopum Antimum, ceciditque ad pedes eius, rogans vt doceret eum, & baptismo Christi consignaret. Beatus autem Episcopus gratias agens Deo,catechizauit eum. Et reuertēs Cyprianus in domum suam,omnia idola confregit. Tunc rediens ad ecclesiam, diligenter salutis verbum auscultare cœpit. Hora deindè residens,qua catechumeni foràs mittebantur, in ecclesia monitus est à diacono,vt cum reliquis catechumenis egrederetur.Conuersus verò ad diaconum,dicit ei:Seruus factus sum Christi,& foràs me mittis? Dicit ei diaconus: Factus es perfectus seruus Dei? Cyprianus dixit: Viuit mihi Christus, qui dæmones confudit,& mihi misertus est,quia non exeo hinc,nisi perfectus fuero seruus Christi. Diaconus verò Antimo Episcopo hæc renūciauit: qui secundùm ordinem instructum baptizauit eum,& non multò pòst etiam diaconum ordinauit.Qui doctrina & moribus plusquàm dici possit excrescens,miraculorū gratia præclarissimè floruit. Verùm non multo interiecto tēpore, factus est Episcopus,sanctamque Iustinam matrem virginum constituit.Quorum virtutem non ferens diabolus,per satellites suos apud Eutolmium comitem Orientis egit,vt comprehenderetur Cyprianus Episcopus,& virgo Christi Iustina. Cuius ante conspectum vinculis ligati,cùm fuissent adducti, comes dixit ad beatum Cyprianum: Tu es Cyprianus doctor Christianorum,qui per maleficia multos errare fecisti? Beatus Cyprianus dixit: Aliquandò in perditione dæmonum positus, multos luxuriosos feci: sed saluauit me Deus per virginem Iustinā, dum eam per dæmonia tentare vellem, quæ illa fide Christi armata per omnia contempsit. Comes iniquus iussit sanctum Episcopum post hæc suspendi,& exungulari: beatam verò Iustinam post alapas,crudis neruis immaniter cædi. deindè sanctum Episcopum in carcere recludi, & sanctam virginem in domo cuiusdam matronæ custodiri. Qui post aliquot dies in suî præsentiam reductos, in sartagine ferrea iussit torreri, picem, adipem,& ceram desupèr ministris infundentibus. Et cùm ibi laudem omnipotenti Deo dicerent, Athanasius sacerdos idolorum postulauit comitem,dicens: Iubeat claritas tua, & in nomine deorum vincam virtutem Christianorum. Et cùm appropinquâsset ad sartaginem,erupit flamma,& consumpsit illum. Comes acceptis tot miraculis, quæ Christus in seruis suis operabatur, scripsit Imperatori, quid super eis iuberet. Qui rescripsit, vt dirigerentur Nicomediam, & ibi gladio ferirentur. Perducti igitur ad locum sunt decollationis, & vidit eos quidam Christianus Theognitus, & accurrens osculatus est Cyprianum. Quod cernens Seruius cognatus Regis, iratus egit, vt cum sanctis Cypriano & Iustina Theognitus decollaretur. Et iacuerunt corpora sanctorum proiecta feris sex diebus insepulta. Quidam autem nautæ Christiani nocte rapuerunt ea, & nauigantes deportauerunt ad vrbem Romam. Et matrona venerabilis Rufina reuerenter excipiens illa, sepeliuit in prædio suo. Passi sunt autem sexto Calendas Octobris.

Cyprianus baptizatur, & fit diaconus.

Fit Episcopus.

SS. Cyprianus & Iustina grauiter torquentur.

Sancti gladio cęduntur

V. CALENDIS OCTOBRIS.

Die 27.

IN Cæsarea Cappadociæ, sancti Eleutherij.

* In Tharso Ciliciæ,sanctorum Tharachij presbyteri & Andronici.

Apud Aegeam ciuitatem, natale sanctorum martyrum Cosmæ & Damiani, persecutione Diocletiani, sub Præside Lysia. Hi venerabili matre Theodora geniti, sacris literis eruditi, professione Christiani, arte medici, virtutibus erant clarissimi. Horum religionem audiens præses Lysias, misit apparitores,qui eos adducerent. Quos adspiciens interrogauit, ex qua prouincia, aut quæ essent eorum nomina. Beatus Cosmas & Damianus responderunt ei: Ex Arabia sumus.Nomina nostra Cosmas & Damianus, Christiani sumus, sunt nobis & alij fratres Antimus,Leontius,Euprepius. Quos misso officio iussit sibi Præses ilicò præsentari, & cœpit agere, vt sacrificarent. Et cùm nulla ratione fundatos animos eorum supra petrā Christū mouere posset,manibus & pedibus vinctos, iussit eos fortiter torqueri,deindè sicut erant concatenati, in mare mergi. Quibus statim Angelus Domini affuit,& diruptis vinculis,è pelago liberauit. Hoc vidētes milites renunciauērūt Præsidi.Ille mox eis ad se reductis: Docete,ingt,me maleficia vestra,& ego sequor vos,cōmunicans operibus vestris. Sancti verò respōderunt: Christiani sumus, maleficia

De his apud Surium To. 5.

In mare ,piecti, ab Angelo liberātur Cosmas & Damian⁹.

leficia nescimus,& in Christi nomine maleficiorum virtutem contemnimus. Recepti sunt,iubente Præside,in carcerem. Et sequenti die Proconsul sedens pro tribunali,fecit copiosum ignem parari, & beatos martyres de carcere productos in medio iactari. Sed orantibus sanctis,ignis virtutem suam amisit. Stupefactus Præses,& quæ circa martyres Dei prouenerant, magicis artibus designans, suspendi ac torqueri eos iterùm iubet.Sed cùm grato & hilari vultu superiores tormentis persisterent, paratis crucibus impius Proconsul glorioſos martyres suspendi, atq; extendi,ac lapidibus in cruce leuatos persequi iubet. Sed cùm ictus lapidum in iacientes retorquerentur, Præses furore succensus, sagittis eos aggredi iussit, vt saltem leuiori volatu ferrum eis infigeretur. Verùm cùm nec in aliquo sanctos læsissent, plurimi mittentium ac circunstantium vulneribus earum defecerunt. Cernens itaque Præses malitiam suam virtute diuina superari, gladio animaduerti illos iubet.Martyrizati autem sunt beati Cosmas & Damianus, Antimus, Leontius, & Euprepius xxvij.die mensis Septembris.Quorum corpora religioſi viri sepeliērunt in loco venerabili,non longè à ciuitate Aegæa. Duorum autem fratrum Cosmæ & Damiani memoriam Roma etiam, templo præclaro opere nomini eorum ædificato, solenniter agit.

Nihil vrunt⁹ ab igne.

Cæduntur gladio.

* Eodem die,S.Florentini martyris.

IIII. CALENDAS OCTOBRIS.

Die 28.

IN Hispanijs ciuitate Corduba, natale sanctorum Fausti, Ianuarij, & Martialis. Qui primò eculei pœna cruciati, deindè rasis supercilijs, & auribus ac naribus præcisis,dentibus quoquè superioribus euulsis deturpati,ad vltimum ignis passione martyrium consummauerunt.

De his S. Eulogius presbyter.

* Romæ, natalis sancti Stactæi.

* Genua ciuitate, depositio Salonij Episcopi. In monasterio Fuldensi, sanctæ Liobæ virginis.

De Lioba & Wenceslao Suri⁹ To. 5.

* Item sancti VVenceslai martyris & Ducis.

III. CALENDAS OCTOBRIS.

Die 29.

IN monte Gargano,venerabilis memoria beati Archangeli Michaalis, vbi ipsius consecrata nomini habetur ecclesia, vili facta schemate, sed cælesti prædita virtute. Vertice siquidem montis excelsi posita, de corpore eiusdem saxi, spelunca instàr, præcauata ostenditur. Est autem locus in Campaniæ finibus,vbi inter sinum Adriaticum & montem Garganum ciuitas Sipontus posita est, qui à mœnibus ciuitatis duodecim milibus porrectus,in cacumine suo supremo hanc toto orbe venerandam gestat ecclesiam.Quæ hoc modo mortalibus cognita est. Quidam vir prædiues nomine Garganus,qui ex euentu suo monti vocabulum indidit, infinita pecorum multitudine pollebat. Contigit autem taurum armenti gregis consortia spernentem,singulariter incedere solitum, & ad extremum redeunte pecore domum non reuerti. Quem dominus per deuia quæque requirens, inuenit tādèm in vertice montis foribus cuiusdam assistere spelunca: quem cùm sagitta appetisset, illa velut flamine venti retorta, eum à quo iactata est, mox reuersa percussit. Turbati ciues & stupefacti,qualiter res fuerit effecta (non enim accedere propiùs audebant) consulunt Episcopum,quid facto opùs sit. Qui indicto ieiunio triduano,à Deo monuit esse quærendum. Quo peracto,sanctus Michael Angelus apparuit Episcopo per visionem,dicens:Ego sum Michael Archangelus,qui in conspectu Dei semper assisto: ipsius loci esse me custodem,atque omnium quæ ibi geruntur inspectorem,hoc volui indicio probare. His reuelatione compertis,consuetudinem fecerunt ciues, hîc Deum precibus, sanctumque intercessorem poscere Michaelem. Duas quidem ianuas ibi cernentes, quarum Australis, quæ & maior erat, aliquot gradibus in occasum vergentibus adiri poterat. Sed nec vltra cryptam intrare ausi, præforibus quotidiè orationi vacabant. Intereà Neapolitæ Beneuentanos bello lacessere tentant. Qui Antistitis sui monitis edocti, triduanum ieiunium agunt: Et eccè nocte ipsa, quæ belli præcedebat diem, idem in visione sanctus Michael apparens Antistiti, preces dixit eorum exauditas, spoponditque victoriam,seque eis affuturum. Quod mox veritas facti demōstrauit. Domumque victores reuersi,vota Domino gratiarum ad templum festināt referre, videntque manè iuxta ianuam septentrionalem, instàr posterulæ pusillæ, quasi hominis vestigia marmori arctiùs impressa,agnoscuntq; beatum Michaelem præsentiæ suæ signum

Vide Surium de Michaele Tomo 5.

Miraculum

S. Michaelis suffragijs Beneuentani ab hostibus liberātur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

signum voluïsse monstrare: Vbi posteà culmine apposito, & altari imposito, ipsa ecclesia ob signa vestigiorum Apodania est vocata. Et postmodùm collatione facta Sipontini, ad Orientem loci illius, beati Petri Apostolorum Principis nomine condunt ecclesiam. Iterùm Romano Pontifice & Sipontino Episcopo de consecratione loci ipsius quærentibus, ac propterea triduanum ieiunium cum ciuibus suis celebrãtibus, nocte ieiunij suprema sanctus Michael Episcopo Sipontino per visionem apparens, monuit vt intrarent ecclesiam, quam ipse dicauit, & Missas iuxta morem ibi agerent. Meum, inquit, erit ostendere, quomodò per me ipsum locum consecrauerim. Aduenium manè cum oblationibus, & magna instantia precum intrãt Regiam Australem. Et eccè longa porticus in Aquilonem porrecta, atque illam attingens posterulam, extra quam vestigia marmori diximus impressa. Sed priusquàm huc venirent, apparet ad Orientem basilica pergrandis, qua per gradus ascenditur. Hæc cum ipsa porticu sua quingentos ferè homines capere videbatur, altare venerandum, rubroque coopertum palliolo, prope medium parietis meridiani ostendens. Erat autem ipsa domus angulosa, nõ in morem operis humani parietibus erectis, sed instàr speluncæ præruptis, & sæpiùs eminentibus asperata scopulis: Culmine quoq; petroso diuersæ altitudinis, quod hic vertice tangi, alibì manu vix possit attingi: Credo, docente Archangelo, Dominum non ornatum lapidum, sed cordis quærere & diligere puritatem. Nullus autem huc nocturno est tempore ausus ingredi: sed aurora transacta, matutinos ibidem cantant hymnos. Ex ipso autem saxo, quo sacra contegitur ædes, ad Aquilonem altaris, dulcis & nimiùm lucida guttatim aqua dilabitur, quam incolæ stillam vocãt. Ob hoc & vitreum vas eiusdem receptui pręparatum. Deniquè nonnulli post longas febrium flammas, hac hausta stilla, celeri confestim refrigerio potiuntur salutis. Innumeris quoquè & alijs modis ibi & crebrò sanantur ægroti, & multa, Angelica tantùm illic potestate, geri miracula comprobantur. Sed non multò post Romę venerabilis etiam Bonifacius Pontifex ecclesiam sancti Michaelis nomine constructam dedicauit, in summitate Circi cryptatim miro opere altissimè porrectam. Vndè & idem locus in summitate sua continens ecclesiam, Inter nubes situs vocatur.

Iussu Angelico Missæ celebrãtur.

Deus nõ ornatum lapidũ, sed cordis quærit puritatem.

Ecclesia sancto Michaëli Romę extruitur.

Eodem die Antisiodoro, sancti Fraterni Episcopi.

PRIDIE CALENDAS OCTOBRIS.

Die 30. IN Gallijs castro Solodoro, quod est super Arulam, passio sanctorum martyrum Victoris & Vrsi, ex gloriosa legione Thebæorum. Qui cùm illuc furorem Maximiani Tyrãni declinantes secessissent, ipsius iussu tenti, ab Hyrtaco executore primò diris supplicijs excruciati, sed cęlesti super eos lumine coruscante, ruentibus in terram ministris, erepti, deindè in ignem missi sunt. Veniente autem mox pluuia vehemẽti, extincta pyra in nullo penitùs læsi, nouissimè gladio consummati sunt. E quibus sanctus Victor ad vrbem Ianuensium translatus, miraculorum gloria & veneratione fidelium celebratur.

Horũ martyriũ 5. Tomo adiecimus.

* In Placentina ciuitate, sancti Antonini confessoris.

* In Mediolano, translatio sancti Victoris martyris.

De eo vide Suriũ To. 5. Itèm apud Bethleem Iudæ, depositio sancti Hieronymi presbyteri. Hic natus in oppido Stridonis, quod Dalmatiæ quondàm Pannoniæque confinium fuit, patre Eusebio, vestem Christi puer Romæ susscepit, ibique literis Græcis ac Latinis apprimè eruditus est. Postquàm autem omne mundanarum studium literarum adeptus est, probatissimorum quoquè monachorum habitum factumque imitatus est, Romanæ Ecclesiæ presbyter postmodùm ordinatus. Dumq; per triennium continuum charus acceptusque populis veneraretur, omniumque iudicio dignus esse summo sacerdotio decerneretur, quidam ex clericorum monachorumque ordinibus, pro petulantia, proque ingluuie discursantes, ad effugandum vrbe Hieronymum, qui vtrorunque eorum scribens vitium depræhenderat, insidias parauerunt. Verùm ipse propter cælorum regna, domum, parentes, sorores, cognatos, Romam egressus, dereliquit, & Hierosolymam militaturus Deo pergens, primò ad Gregorium Nazanzenum, tunc Constantinopolitanæ vrbis Episcopum, supplex docilisque discipulus accessit, vt sanctarum scripturarum studijs erudiretur. Indè in Syriam perrexit, in possessione Euagrij presbyteri aliquantulùm commoratus. Ad deserta deindè loca ità lætus accinctusque accessit,

Relinquit omnia sua ppter Christum S. Hieronymus.

cessit, vt volâsse eum magìs quàm meâsse crederes. Quadriennium itaque in illa vasta solitudine, quæ exusta solis ardoribus horridum monachis præstat habitaculum, exegit: Indeque ad Bethleem oppidum remeauit, vbi prudens animal ad præsepe Domini se obtulit permansurum. Bibliothecam sanè suam, quam sibi summo studio ipse condiderat, omniumque librorum orationes, quas penè memoriter retinebat, iterùm relegens, diem ieiunijs ducebat ad vesperam. Plures ad eum religiosorum, quibus vita eius fama comperta est, protinùs confluxerunt, bonumque doctorem, paruo adhuc sub tugurio, boni obseruauêre discipuli. Nec multò pòst cellulas ibi ob discipulorum suorum copiam, & propter frequentiam aduentantium, ad Bethleemiticam portam, quæ ad Occidentem conspicit, & egredientibus ad Septentrionem videtur, paruulum habitationis locellum cõstruxit. Quibus verò nisibus, quantisve laboribus Hebraicam linguam, atq; Chaldaicam, literasque Hebræas didicerit, verbis eius edicam. Dum essem, inquit, iuuenis, & solitudinis me deserta vallarent, incentiua vitiorum, ardoremque naturæ ferre non poteram. Quam cùm crebris ieiunijs frangerem, mens tamen cogitationibus æstuabat. Ad quas edomandas cuidam fratri, qui ex Hebræis crediderat, me in disciplinam dedi: vt post Quintiliani acumina, & Ciceronis fluuium, grauitatemq; Frontonis, & lenitatem Plinij, alphabetum discerem, ac stridentia, anhelantiaque verba meditarer. Quid ibi laboris sumpserim, quid sustinuerim difficultatis, quotiès desperauerim, quotiès cessauerim, & contentione discendi rursùs inceperim, testis est conscientia mea. Armatus itaque fide, gratiamq; Christi adeptus, Hebræorum volumina, quæ in Canone cõtinentur, de Hebræo in Latinam linguam vertit, eaque penè omnia commentatus est. Vt ergò opera eius valdè vtiliter confecta breuiter commemoremus, scripsit vitam Pauli Monachi. Epistolarum ad diuersos librum vnum. Ad Heliodorum exhortatoriam. Altercationem Luciferiani & Orthodoxi. Chronicon omnimodæ historiæ. In Hieremiam & Ezechiel Homilias xxviij, quas de Græco in Latinum vertit. De Seraphin, de Osanna, de frugi & luxurioso filio, de tribus quæstionibus legis veteris. Homilias in Cantica Canticorum duas. Aduersùs Heluidium de Mariæ virginitate perpetua. Ad Eustochium de Virginitate seruanda. Ad Marcellam Epistolarum librum vnum. Consolatoriam de morte filiæ ad Paulam. In Epistolam Pauli ad Galatas commentariorum libros tres: Ad Ephesios libros tres: In Epistolam ad Titum librum vnum: In epistolam ad Philemonem librum vnum. In Ecclesiasten commentarios quæstionum Hebraicarum. In Genesin librum vnum. De locis librum vnum. Hebraicorum nominum librum vnum. De Spiritu sancto Dydimi, quem in Latinum transtulit, librum vnum. In Lucam Homilias xxxviij. In Psalmos à decimo vsque ad sextumdecimum tractatus septem. Captiuum monachum. Vitam beati Hylarionis. Nouum testamentum Græcæ fidei reddidit. Epistolarum autem ad Paulam & Eustochium incertus est numerus. Sexdecim Prophetarũ volumina, quatuor & septuaginta libris editis, commentatus est. Inter has itaque numerosas operis sui pagi-nas, centum & triginta quinque virorum illustrium Ecclesiasticorum scriptorum nomina, à passione Christi vsque ad quartumdecimum Theodosij Imperatoris annum ordine digessit. Itèm cõtra Iouinianum libros duos. Apologeticum ad Pammachium. In Matthæum commentariorum libros quatuor. Enchiridion in Psalterium. Aduersùs Vigilantium, contraque Pelagium luculentissima volumina edidit. De mansionibus quoquè filiorum Israel, & alia quamplurima ad ædificationem Ecclesiæ catholica pietate composuit. Tanta deniquè lassitudine fatigatus est, vt etiam in stratu suo iacens, funiculo trabe suspenso supinus appræhenso, erigeretur, vt scilicet officium monasterij prout poterat, exhiberet. Tandèm post perfectam placitamque Deo conuersationem, nonagesimonono ætatis anno, apud Bethleem oppidum in pace quieuit, pridiè Calendas Octobris, duodecimo Honorij Imperatoris anno. Libros suos per quinquaginta & sex annos confecit.

Vide sancti patris longa ieiunia.

Epist. 120.

Epist. 4. ad Ruffinum.

Libros Canonis, de Hebræo in Latinũ sermonẽ transfert.

Catalogus librorum eius.

Feliciter obit.

OCTO-

OCTOBER HABET DIES XXXI. LVNAM VERO TRIGESIMAM.

CALENDIS OCTOBRIS.

Die 1. De eo Surius Tom. 5.

TREVIRIS, sancti Nicetij Episcopi & confessoris.

In ciuitate Tomis, natalis sanctorum Prisci, Crescentij & Euagtij.

Apud Antisiodorum, natalis sancti Germani Episcopi, qui multis virtutibus, doctrina & continentia clarus extitit. Qui ad confirmandam fidem gratiæ cælestis, Britannias venire, iudicio omnium Gallicanorum Antistitum compulsus est, adiuncto sibi beato Lupo Trecasenę ciuitatis Episcopo. Siquidem hæresis Pelagiana fidem Britannorum fœda peste commaculauerat. Dum per medium sinum, quod à Gallico Britannias vsque tenditur, secundis flatibus ferretur, subitò inimica vis ventorum concitauit procellas, cælum diemque nox nubium subduxit, & casu ipse pontifex fractus corpore, lassitudine ac sopore resolutus, naue iacebat. Tum beatus Lupus omnesque turbati, excitant seniorem. Qui confestim Christum inuocat, & in nomine sanctæ Trinitatis leuis aquæ adspergine fluctus sæuientes opprimit, ac tranquillam serenitatem reddit. Decursis verò spatijs pelagi, optati litoris sacerdotes Dei quiete potiuntur, ac mox Britannorum insulam, opinione, prædicatione, virtutibusque impleuerunt, ità vt passim & fideles catholici firmarentur, & deprauati viam correctionis agnoscerent. Intereà quidam tribunitię potestatis filiam decem annorum cæcam sacerdotibus curandam offert. Nec mora, beatus Germanus inuocato Domino, adhærentem lateri suo capsulam cum sanctorum reliquijs collo auulsam manibus comprehendit, eamque in conspectu omnium puellæ oculis applicuit, quę statim lumen recepit. Beatus prætereà vir dum aliquandiù vno loco infirmitatis necessitate teneretur, in vicina qua manebat casula exarsit incendium: sed hospitium sancti viri expauescens flamma, haudquaquàm ausa tangere trāsiliuit, & interglobos flammantis incendij incolume tabernaculum, quod habitator inclusus seruabat, emicuit. Et cùm idem ipse nihil remedij debilitati suæ pateretur adhiberi, quadam nocte candentem niueis vestibus vidit sibi adesse personam: Quæ, manu extensa, iacentem videbatur attollere, eumque consistere firmis vestigijs imperabat. Post horam ità fugatis doloribus recepit pristinam sanitatem, vt die reddito, itineris laborem subiret intrepidus. Sed & bellum Saxonum, Pictorumque aduersùs Britones eo tempore iunctis viribus susceptum, diuina virtute retūditur, cùm Germanus ipse Dux belli factus, non tubæ clangore, sed clamore Alleluia, totiùs exercitûs voce ad sydera leuata, hostem immanem in fugam conuertit. Compositâ verò insula, reditum moliuntur pontifices, fitque vt tranquilla nauigatione suorum desiderijs felix carina eos restitueret. nec multo interposito tempore, nunciatur ex eadem insula, Pelagianam peruersitatem iteratò paucis authoribus dilatari. Rursusque ad beatissimum virum preces sacerdotum omnium deferuntur, vt causam Dei, quod priùs obtinuerat tutaretur. Quorum petitioni festinus obtemperat. Nanque adiuncto sibi Seuero, totius sanctitatis viro, (qui erat discipulus beatissimi patris Lupi Trecasenorum Episcopi, & tunc Treuiris ordinatus Episcopus, gentibus primæ Germaniæ verbum prædicabat) mare conscendit, & consentientibus elementis, tranquillo nauigio Britannias petit. Expulsisque prauitatis authoribus, compositisq; omnibus, beati sacerdotes ea qua veńerant prosperitate redierunt. Porrò Germanus posthęc ad Rauennam pro pace Armoricanæ gentis supplicaturus aduenit: ibique à Valentiniano & Placidia matre ipsius summa reuerentia susceptus, post aliquot dies migrauit ad Christum. Cuius corpus honorifico agmine, comitantibus virtutum operibus, suam defertur ad vrbem.

Huius vitā integrā habet Surius 31. Iulij, Tomo 4.

Prædicat Britānis vērā & orthodoxā fidem S. Germanꝰ.

Cæcā illuminat.

Ignis non vrit hospitium eius.

Diuinitùs curatur ab infirmitate.

Virtus vocis Alleluia.

Rhemis ciuitate, sancti Remigij Episcopi & confessoris, viri prę clarissimæ virtutis & sanctitatis. Hic gentem Francorum, idolorum culturis deditam, conuertit ad Christum, Rege ipsorum sacro fonte baptismatis & sacramentis fidei priùs initiato. Septuaginta & eo amplius in Episcopatu annos expleuit. Hic inter cætera facta, puellam à morte corporis suscitauit.

Ircùm Britannias petit, ad extirpandam Pelagianam sectam.

Obit Rauēnæ.

De S. Remigio 13. Ianu. & 1. Octob.

* Eodem

* Eodem die, sanctorum Vedasti Episcopi, & Bauonis confessoris. De Vedasto To. 1. 6. Feb. Bauone To. 5. Surij.

VI. NONAS OCTOBRIS.

APud Nicomediam, natalis sancti Eleutherij martyris, sub Diocletiano. Cuius tempore contigit aliquam partem palatij incendio conflagrari: Hoc Imperator à Christianis factum, falsa suspicione præsumpsit. Ex quo inæstimabili furore succensus, iubet omnes Christianos aceruatim collectos, alios quidem gladio obtruncari, alios ignibus conflagrari. Horum primus & qui omnes hortaretur pro Christo fortiter animas ponere, erat Eleutherius. Deniquè cùm assistētes ministri rogarent singulos, si fortè sacrificaturi vellent dimitti, tam viri quàm mulieres, ne interrogari se quidem patiebantur, sed vltrò vel flammis irruere, vel cædentibus gladijs certatim obiectare ceruices. Cumque iam illis ipsis spectatoribus nimietas crudelitatis horresceret, ministri scelerum partem populi nauiculis iniectam, in medium pelagus abducunt, ibique in sententia fidei persistentes, præcipitant in profundum. Intantùm verò rabies crudelitatis apud eos exarsit, vt regios pueros martyres effectos, cùm secundùm humanitatis ordinem fuissent sepulturæ mandati, effoderent denuò, & corpora eorum proijcerent in mare, dicentes: Nè fortè efficiantur dij Christianorum. Verùm beatus Eleutherius, immanissimis tormentis diù excruciatus, cùm ipse per singula tormenta validior redderetur, martyrium victoriæ suæ, ignibus velut aurum examinatus, compleuit. Cuius reliquias furtim Christiani auferentes, Nicomediæ sepultura venerabili reposuerunt.

De his omnibus Euseb. lib. 8. Eccle. histo. cap. 5. & 6.

Eodem die sancti Eusebij Papæ, qui sedit in Episcopatu annos septem, sepultus via Appia, in cœmeterio Calixti. Sub huius tempore inuenta est Crux Domini nostri Iesu Christi quinto Nonas Maij. Hic hæreticos inuentos in Vrbe manūs impositione reconciliauit.

De Eusebio Papa suprà meminimus 26. Septem.

In Gallijs villa Siricinio Atrebatensis territorij, passio sancti Leodegarij Augustodunensis Episcopi, quem varijs iniurijs & diuersis supplicijs pro veritate afflictum, Ebroinus maior domūs regiæ interfecit. Cuius sacrum corpus in diœcesi Pictauorum translatum, in monasterio beati Maxentij honorificè est humatum.

De Leodeg. To. 5. Surij 2. Octob.

V. NONAS OCTOBRIS.

NAtalis sancti Dionysij Areopagitæ, qui ab Apostolo Paulo instructus credidit Christo: & primus apud Athenas ab eodem Apostolo Episcopus est ordinatus. Et sub * Adriano principe, post clarissimam confessionem fidei, post grauissima tormentorum genera, glorioso martyrio coronatur, vt Aristides Atheniensis, vir fide sapientiaque mirabilis, testis est in eo opere quod de Christiana religione composuit. Hoc opus apud Athenienses summo genere colitur, & inter antiquorum monumenta clarissimum tenetur, vt peritiores Græcorum affirmant.

Die 3. * for Traiano Act. 17. De Dionysio, infrà 7. Idus Octo.

Apud antiquos Saxones, natalis sanctorum Evvaldorum, duorum presbyterorum, qui cum sancto VVillibrordo Episcopo venientes in Germaniam, transierunt ad Saxones, & cùm prædicarent ibi Christum, comprehensi à paganis occisi sunt. Ad quorum corpora noctu multa diù lux apparens, vbi essent, & cuius essent meriti, declarauit.

De his vide Surium To. 5.

In Antiochia, S. Theugenij. In Africa, Victoris, Vrbani, Sapargi, Et alibi, Felicis, Auponi & Casti.

IIII. NONAS OCTOBRIS.

APud Corinthum, natalis sanctorum Crispi & Caij, quorum meminit Apostolus, dicens se apud Corinthios eos baptizâsse. Cuius Caij meminit idem Apostolus ad Romanos, Salutat vos, inquiens, Caius hospes meus. Cui etiam beatus Iohannes Apostolus scribit epistolam: Senior Caio charissimo, quem ego diligo in veritate.

Die 4. Act. 18. 1. Cor. 1. Rom. 16.

Apud Aegyptum, natalis sanctorum martyrum, Marci & Marciani fratrum, & cum eis innumerabilium aliorum, nō inferioris gloriæ, tam virorum quàm fœminarum. Sed & pueri & senes, pro fide Domini nostri Iesu Christi, præsentem vitam paruipendentes, futuræ gloriæ beatitudinem quæsiēre. Quidam ex ipsis post verbera, post vngulas, post flagella, aliosq; diuersi generis cruciatus, flammis traditi sunt, alij in mare præcipitati: Nonnulli inedia consumpti: nonnulli etiam capite cæsi, ità vt sponte ceruices suas securibus darent: Alij patibulis affixi, ex quibus nonnulli capite deorsùm verso, ac pedibus in sublime sublatis, passionis beatissimam coronam promeruerunt.

De his historia Eccles. cap. 8. & 9. lib. 8. Euseb.

Universidad de Deusto
Biblioteca

* Antisiodori, Marsi presbyteri & confessoris. * Item Aureæ virginis.

III. NONAS OCTOBRIS.

Die 5. Placidi passio habetur Tomo 5.

APud Siciliam, natalis sanctorum Placidi, Eutychij, & aliorum triginta.

In Gallijsciuitate Valentia, sancti Apollinaris Episcopi, cuius & vita virtutibus insignis fuit, & mors nihilominùs signis ac prodigijs decoratur.

Euseb Eccl. hist lib. 5. cap. 23.

Apud Eumeniam, beati Thraseæ Episcopi, apud Smyrnam martyrio consummati, qui vnus ex antiquis, quasi ex traditione priorum se accepisse asseruit, Saluatorem præcepisse Apostolis suis, vt ante duodecimum annum ab Hierosolymis nè discederent.

Antisiodoro, depositio sancti Firmati diaconi, & Flauianæ virginis.

PRIDIE NONAS OCTOBRIS.

Die 6. De Fide, 20. Octob. To 5

APud Capuam, natalis sanctorum Marcelli, Casti, Aemilij, & Saturnini.

In Gallijs ciuitate Agenno, natalis sanctæ Fidis virginis & martyris, cuius exemplo beatus Caprasius ad agonem martyrij animatus est.

Eodem die, beati Sagaris martyris, & Episcopi Laodicensis, qui vnus fuit de antiquis S. Pauli Apostoli discipulis.

Antisiodoro, depositio sancti Romani, eiusdem ciuitatis Episcopi & martyris.

NONIS OCTOBRIS.

Die 7. Pontif. c 35.

ROmæ via Appia, natalis sancti Marci Papæ & confessoris, qui sedit in Episcopatu annos duos, menses octo, dies viginti. Sepultus in cœmeterio Balbinæ, via Ardeatina, vbi viuens ecclesiam extruxit. Hic constituit vt Episcopus Ostiæ, qui consecrat Episcopos Vrbis, pallio vteretur.

De Lino 23. Septebris.

Eodem die, Lini Papæ & martyris.

* In Capua Campaniæ, Quarti & Marcellini.

* Bituricas ciuitate, sancti Augusti presbyteri & confessoris.

Horũ martyrium To. 5. Surij hac eadem die.

Item natale sanctorum martyrum Sergij & Bacchi, sub Maximiano Imperatore. Cuius honoribus sublimati, in palatio eius clari habebantur. Nam Sergius erat Primicerius, Bacchus verò Secundicerius scholæ gentilium. A quibusdam ergò apud Imperatorem accusati, quòd essent Christiani, vocati sunt ab Imperatore, vt sacrificantes Ioui, de sacrificijs oblatis cum eo deguſtarent. Ingressus Imperator templum, gustauit de sacrificijs, & circunspiciens non vidit Sergium & Bacchum. neque enim ingressi fuerant templum. Mittens igitur milites de adstantibus sibi Imperator, iussit eos introduci. Quibus & dixit: Vt video, facti estis deorum inimici. Accedite ad aram Iouis magni, & sacrificate, ac de sacrificijs eius sicut & cæteri manducate. Responderunt beati Sergius & Bacchus: Habemus Regem verũ æternum in cœlis, Iesum Christũ filium Dei. Huic per singulos dies offerimus sanctum viuumque sacrificium, atque rationabilem culturam. Lapides autem & ligna non adoramus. Imperator tunc indignatus, iussit exutos chlamyde indui eos muliebri colobio, & per mediam ciuitatem ad palatium pertrahi, carenis in ceruicibus positis. Et cùm peruenissent ad palatium, dixit eis Imperator: Sceleratissimi, scitis quia quem colitis Christum, fabri filius fuit. & antequàm nuptiæ legitimæ fierent, de adulterio facto mater eum procreauit? Cui milites Christi responderunt: Etras Imperator. nam quem colimus, Deus verus est, & vita æterna, qui fecit cœlum & terram & quæ in eis sunt. Amplius igitur veris prosecutionibus eorum iratus Maximianus, iussit eos Antiocho duci tradi, vt constringeret eos in cippo. Et facto manè sedit in prætorio. Et adducti sunt ante illũ Sergius & Bacchus. Et cùm nec blanditijs, nec minis eos à proposito incuruare posset, beatum quidem Sergium iterùm iussit in custodia recipi: Bacchum verò extensum, neruis crudis tam diù cædi, quoS. Bacchus diù cæsus emittit spiritum. usque cædentes lassi deficerent. Et vicissim succedentibus sibi cæsoribus, martyr gloriosus in confessione Christi totus corpore discissus emisit spiritum, & relicto corpore auibus & feris, abijt Antiochus. At Christiani furtim venientes tulerunt corpus martyris, & in spelunca quadam sepeliêrunt. Sequenti verò die beatus Sergius eductus de custodia, præsentatur Antiocho, qui cùm verbis cum flectere non posset, primò cothurnos confixos clauis vestiri eum fecit, & nouem milibus ante se currere. Postmodùm in sententia fixum manere videns, decollari iussit, Sergius plectitur capite. quem tunc Christiani in eodem loco sepeliêrunt. Paruo autem tempore interposito, beatum quoquè Bacchum à loco quo tumulatus fuerat eleuantes, honorabili martyribus loco, iuxta sanctum Sergium composuerunt. Vbi & virgo Iulia, quæ sub

sub Martiano Præside martyrium consummauit, sociata martyribus sepulta quiescit.

Eodem die, sanctorum martyrum Marcelli & Apulei, qui quidem primò adhæserunt Simoni mago: sed videntes mirabilia quæ Dominus operabatur per Apostolum suum Petrum, relicto Simone, doctrinæ Apostolicæ se tradiderunt. Et post martyrium Apostolorum confessione Christi & ipsi decorati, Aurelio consulari viro sententiam ferente, martyrij coronam compleuerunt. Sepulti non longè ab vrbe Roma. SS. Marcelli & Apulei conuersio.

VIII. IDVS OCTOBRIS.

Die 8. De S. Philippo dictum est 11. Aprilis.

APud Cretã, vrbe Gortynæ, beati Philippi Episcopi, magnis virtutibus & optimis studijs præditi viri.

Thessalonicæ, sancti Demetrij martyris.

* Item Reparatæ & Goclæ virginum.

Eodem die natalis sancti Simeonis, de quo beatus Lucas Euangelista refert: Et eccè homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israel, & Spiritus sanctus erat in eo. Responsum autem accepit à Spiritu sancto, se non visurum mortem, nisi priùs videret Christum Domini. Et venit in spiritu in templum. Et cùm inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundùm consuetudinem legis pro eo, & ipse accepit eum in manibus, ac benedixit Dominum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundùm verbum tuum in pace. Luc. 2.

VII. IDVS OCTOBRIS.

Die 9. S. Dionysij vita habetur 5. Tom. Surij.

ABrahæ Patriarchæ. Apud Parisium, natalis sanctorum martyrum Dionysij Episcopi, Rustici presbyteri, & Eleutherij diaconi. qui beatus Episcopus à Pontifice Romano ad Gallias directus, vt prædicationis operam populis à fide Christi alienis exhiberet, tandèm Parisiorum ciuitatem deuenit, & per aliquot annos sanctum opus fideliter & ardenter executus, à præfecto Fescennino, vnà cum prædictis socijs comprehensus, ac gladio animaduersus, martyrium compleuit.

* In ciuitate Laodicia Phrygiæ, sancti Diodori.

* In prouincia Rheta, ciuitate Augusta, sanctæ Afræ martyris.

* In ciuitate Vienna, multorum martyrum.

* Romæ, Marcellini & Genuini. & inter duas lauros sanctæ Priminæ.

VI. IDVS OCTOBRIS.

Die 10. S. Gereonis vita & sociorũ est apud Surium 5. To.

LOth Prophetæ. Et apud Coloniam Agrippinam, natale sanctorum martyrum Gereonis, & aliorum trecentorum octodecim, quos ferunt Thebæos fuisse, & cum legione illa beati Mauritij, indè iussu Maximiani Imperatoris in Galliarum transitum fecisse, atque circa Rheni litora consedisse, & funestum tyranni imperium respuendo, pro vera pietate colla patienter gladijs subdidisse.

Hier. de viris ill. cap. 38

Apud Cretam, beati Pyniti, inter Episcopos nobilissimi, qui in scriptis suis velut in quodam speculo viuentem suî reliquit imaginem.

Item apud Agrippinensem vrbem, natalis sanctorum martyrum Mallosi & Victoris: quorum prior cùm longo tempore, vbinam sepultus fuerit, latuisset, sancto Episcopo eiusdem loci ex diuina reuelatione manifestatus est. Cumque corpus eius ex loco abdito leuaretur, tanta odoris suauitas emanauit, vt adstantes fideles, velut immensi aromatis flagrantia replerentur. Et aliorum trecentorum triginta, quorum corpora in palustria proiecerunt loca.

Verona hęc alio nomine Bonna dicitur.

Eodem die Veronæ, sanctorum martyrum Cassij, Florentij, & aliorũ septem.

In Britannia, sancti Paulini Episcopi Eboraci, qui ordinatus Episcopus à beato Iusto, qui à sancto Augustino, quem beatus Gregorius ad prædicandum Anglorum genti direxerat, consecratus Episcopus fuerat, gentem Nordanhymbrorum, hoc est eam nationem Anglorum, quæ ad Aquilonem Vmbri fluminis habitabat, cum Rege suo Eduino, verbum fidei prædicando conuertit. Et clarus vita, doctrina, & miraculis, vj. Idus Octobrisin pace quieuit. De Paulino Surio To. 5.

V. IDVS OCTOBRIS.

Die 11. De his Surius ex Metaphr.

APud Tharsum metropolim Ciliciæ, natale beatissimorum martyrum Tarachi, Probi, & Andronici. Qui persecutione Diocletiani sub Maximiano Præside, longo tempore carcerali squalore afflicti, & tertiò diuersis tormentis & supplicijs examinati, in confessione fidei triumphum gloriæ adepti sunt. Nam ner-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uis crudis grauiter cæsi, & testis asperrimis defricati, etiam papyro ardenti circa ventrem & latera adusti, post maxillarum cõfractionem, post tormenta tibiarum, post aceti & sinapis in naribus infusionem, post obeliscos ignitos, post confixionem digitorum clauis acutissimis, post oculorum transpunctionem, ac linguæ abscissionem, nouissimè in amphitheatro vrsis & leonibus proiecti sunt. Sed cùm nulla ex bestijs sanctorum corpora auderet attingere, Maximianus ira accensus, iussit eos gladio iugulari, & corpora eorum inter corpora gladiatorum proijci. Noctu autem venientes fideles, & deprecantes Dominum, vt eis ostenderet sanctorum reliquias, viderunt subitò velut stellam splendidam de cælo missam super singula sanctorum corpora residentem. Sicque cum ingenti gaudio rapientes ea, præcedente se eiusdem stellæ splendore, glorioſos Christi athletas loco aptissimo condiderunt.

Sanctorum corpora diuinitùs reuelantur.

Eodem die, natale sanctorum martyrum, Nichasij Episcopi, Quirini presbyteri, Scubiculi diaconi.

Turonenſ. de glo. confeſ. cap. 25.

Turonis, S. Venantij Abbatis.

IIII. IDVS OCTOBRIS.

Die 12.

APud Rauennam via Laurentina, natalis sancti Edistij martyris.

De his Vict. lib. 2. de persecut. wandalica.

Apud Africam, sanctorum confessorum & martyrum, quatuor millium nongentorum, septuaginta sex, qui persecutione VVandalica, apud Africam, cùm essent Ecclesiarum Dei Episcopi, presbyteri, & diaconeſ, associatis sibi turbis fidelium populorũ, iussu Hunerici Regis Ariani, pro defensione catholicæ veritatis, in horribilis eremi exilium trusi, & inter Mauros ferocissimos deputati sunt: inter quos erãt Cyprianus & Felix præcipui Domini sacerdotes. E quibus plurimi cùm crudeliter minarentur, & hastilium cuspidibus ad currendum ac lapidibus rudentur, siue ligatis pedibus, velut cadauera, per dura & aspera loca traherẽtur, tam diro supplicio per singula membra discerpti, dum per gladios acutos petrarum huic caput conterebatur, alij latera findebantur, inter manus trahentium spiritum exhalabant. Extant per totum aggerem publicum, tumulis loquentibus, vilia sepulcra sanctorum.

Sãcti varijs tormentis enecantur.

* Bituricas, sancti Opionis presbyteri.
* In prouincia Syriæ, Euagrij & Prosyriæ. Item Eustachij presbyteri.
* In Campania, sanctorum Eucharisti, Fortunati, & Prisciani.

III. IDVS OCTOBRIS.

Die 13. Hier. de viris illust. cap. 35.

APud Troadem, natalis beati Carpi, discipuli Apostoli Pauli.

Antiochiæ, beati Theophili, qui sextus ab Apostolis, ecclesiæ pontificatum tenuit. Hic vir fuit eruditissimus.

In Hispania Corduba ciuitate, SS. Fausti, Martialis & Ianuarij martyrum.

PRIDIE IDVS OCTOBRIS.

Die 14.

ROmæ, natalis sancti Calixti Papæ, qui sedit in Episcopatu annos septem, menses duos, dies decem, & sub persecutione Alexãdri Imperatoris martyrij gloriam adeptus est. Postquàm enim Palmachium Proconsulem cum omni domo sua baptizauit, & senatorem Simplicium ac domum eius, & Felicem cum vxore Blanda, quam à paralysi curauit, & ijdem ipsi ab Alexandro & diutissimè cruciati atque occisi, vniuersi gloriam martyrij cõsecuti sunt. Sed & postquàm Calepodius presbyter eius gladio martyrium sumpsit, tentus est ab Alexandro, & diutissimè fame cruciatus, & quotidiè fustibus cæsus, atque prohibitum fuit, nè quis ad eum veniret. Si verò aliquis venire noctu auderet, comprehensus occideretur. Qui cùm multis diebus esset in custodia, venit ad eum beatus Calepodius per visum, & consolabatur eum, dicens: Firmus esto pater, quia corona tua iam perfecta est. Erat ibi miles quidam nomine Priuatus, vlceribus plenus, qui doloribus continuis cruciabatur. Hic misit se ad pedes sancti Calixti, rogans vt sanaret eum ab vlceribus, & doloribus suis: quem mox sanctus Pontifex ab vlcerum dolore ac fœditate, simul & ab infidelitate in nomine sanctissimæ Trinitatis baptizatum curauit. Quod audiens Alexander, ipsum quidem militem fecit plumbatis deficere: beatum verò Calixtum per fenestram domũs præcipitari, & ligato ad collum eius saxo in puteum demergi, & in eum per rudera cumulari. Post dies verò decem & septem presbyter eius Asterius cum clericis noctu veniens, leuauit corpus eius & sepeliuit in cœmeterio Calepodij via Aurelia, pridiè Idus Octobris.

Eius vitam ex MS. codice 5. adieci Tomo.

Curat ęgrũ.

Præcipitat' per fenestrã motitur.

Eodem

Eodem die, transitus sancti Iusti in eremo: qui cùm aliquot annis in eremo Angelicam egisset vitam, & dignus adesset finis, tantis laboribus regnum spondens cęlorum, atque illis iam extremis Viator adstaret, sanctæ cõmigranti animæ, flens & consternatus mente, dicens: Cui me domine derelinquis? respondisse dicitur nè conturbaretur quasi destitutus solatio, quia breui se illò quoquè ipse sequeretur. Quam vtiquè prophetiam ac reuelationem cito transitu sanctissimi iuuenis ministri eius, qui solus ardore fidei eum Episcopatum fugientem & latere cupientem, secutus fuerat, constat fuisse completam.

S. Iusti prophetia.

Apud Viennam, sancti Agrati Episcopi & confessoris, & sancti Casturi, eiusdem vrbis Episcopi.

* Cordubæ, sanctorum Lupi & Aureliæ.
* Lugduni in Gallijs, translatio sancti Iusti Episcopi & confessoris.
* Herbipoli, depositio sancti Burchardi Episcopi, successoris sancti Kyliani.

De Burchar. Sutius To. 5.

IDIBVS OCTOBRIS.

Die 15.

IN Gallijs apud Coloniam Agrippinam, sanctorum Maurorum de militibus sancti Gereonis. Qui ex legione sacra Thebæorum, cùm essent numero * quinquaginta, apud eandem vrbem martyrium cõsummantes, conditi sunt in basilica, quæ admirabili opere ex musiuo quodammodò deaurata resplendet: vndè & incolæ Sanctos aureos eos vocitare consueuerunt.

* alij 360. habent, alij 318 alij 350. De his Turonẽ. de glo. martyr. cap. 26.

Eodem die apud Lugdunum, natale beati Antiochi Episcopi, qui cùm adhuc presbyter Lugdunensis esset, pio incitatus officio, vsq; ad visendum Episcopum suum, qui in eremo iam morabatur, nomine & opere Iustus, pergere intendit. Vir districtione præcipuus, & qui non immeritò, tempore interiecto, ad eiusdem pontificij culmen assumptus est. Quo strenuè administrato, regnum cæleste adeptus est. Sepultus in ecclesia martyrum Machabæorum, in qua & sanctus Iustus tumulatus quieſcit.

Apud Viennam, sancti Deodati Episcopi.

Romæ via Aurelia, sancti Fortunati martyris.

* Item Lubuli, Modesti & Fortunatæ.

XVII. CALENDAS NOVEMBRIS.

Die 16. De his Victor Afric. lib. 1. de persec. wandalica.

IN Aphrica, natale sanctorum martyrum cclxx. pariter coronatorum, & sanctorum martyrum Martiani, & Satyriani, cum duobus fratribus eorum, & egregiæ Christi ancillæ Maximæ virginis. Qui tempore VVandalicæ persecutionis, sub Genserico Rege Ariano, pro constantia fidei catholicæ, primùm nodosis fustibus cæsi, & vsq; ad ossa laniati, cùm multo tempore talia paterentur, sequenti die semper incolumes reddebantur. Pòst etiam dura carceris custodia damnati, cùm fuissent arctati in neruum, mira Dei virtute ingentiũ lignorum putrescens soluta est fortitudo. Ad quod miraculum Maxima Christi famula suæ libertati dimissa, mater postmodùm multarũ virginũ Dei effecta, in veritatis cõfessione gloriosa consenuit. Reliqui inter ferocissimos Mauros exilio relegati, cum prædicatione sua multitudinem barbarorũ Christo Domino lucrati fuissent, iussu impij Genserici, ligatis pedibus post terga currentiũ quadrigarum, inter spinosa loca syluarũ pariter iussi sunt interire. Cumq; ducta atq; reducta dumosis lignorũ aculeis innocentium corpora carperẽtur, vicino currẽtibus indomitis equis, Vale sibi inuicèm his verbis dicebant: Frater ora pro me. Impleuit Deus desideriũ nostrum. Taliter peruenitur ad Regnum cælorum. Sicq; orando & psallendo, gaudentibus Angelis, pias animas emisère. Vbi vsque in hodiernum diem non definit ingentia mirabilia Iesus Christus Dominus operari.

Miraculum

Inauditum supplicij genus.

* Apud Agrippinam Coloniam, sancti Eliphij martyris.
* Item depositio sancti Galli Abbatis, multis miraculis clari.
* Eodem die, sancti Lulli Episcopi & confessoris.

Suri⁹ To. 5. de trib⁹ his sanctis.

XVI. CALENDAS NOVEMBRIS.

Die 17.

MArthæ sororis Lazari. Item beati Aristionis, qui fuit vnus de septuaginta duobus Christi discipulis.

Item in Antiochia, natalis sancti Heronis, de quo beatissimo Ignatio pergenti ad passionem reuelatum est, quòd Antiochenã post eum recturus esset Ecclesiam. Erat enim hic beati martyris Ignatij tunc diaconus: Episcopus factus, viam magistri pius imitator sequitur, & pro commendato grege amator Christi occubuit.

Euseb. lib. 3. cap 30. Eccl. hist. & Ignatij epist. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Gallijs ciuitate Araufica, ſancti Florentini Epiſcopi, qui multis clarus virtutibus in pace quieuit.

XV. CALENDAS NOVEMBRIS.

Die 18. De Luca Surius Tom. 5. ex Metaph. * Alij 83.

NAtalis ſancti Lucæ Euãgeliſtæ, qui fuit natione Syrus, Antiochenſis, arte medicus, diſcipulus Apoſtolorũ, Paulum ſequutus vſq; ad confeſſionẽ eius, ſeruiens Domino ſinceriſſimè, neq; vxorem habens, neq; filios. * Septuagintatriũ annorũ obijt in Bithynia, plenus ſpiritu ſancto. Sepultus autem nunc Cõſtantinopoli: ad quam vrbẽ vigeſimo Conſtantij anno oſſa eius cum reliquijs S. Andreæ Apoſtoli tranſlata ſunt. Scripſit Euangelium, quod non ſolùm ab Apoſtolo Paulo didicit, qui cum Domino in carne non fuerat, ſed & à cæteris Apoſtolis. Quod & ipſe quoquè in principio voluminis ſui declarat, dicens: Sicut tradiderunt nobis, qui à principio ipſi viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis. Aliud quoq; edidit volumen egregiũ, quod titulo Apoſtolicorum actuum prænotatur. Cuius hiſtoria vſque ad biennium Romæ commorantis Pauli peruenit, id eſt, vſque ad quartum Neronis annum. Ex quo intelligimus in eadem vrbe librum eſſe compoſitum.

Euangeliũ S. Lucæ.

Euſeb. lib. 6. cap. 9.

Eodem die, ſancti Aſclepiadis Antiocheni Epiſcopi, qui vnus fuit ex præclaro confeſſorum numero, qui ſub Decio gloriosè paſſi ſunt.

Quære ibidem de ea 10. Auguſti, To. 4. Surij.

Itèm Romæ, ſanctæ Triphoniæ vxoris Decij Cæſaris. Quæ viro ſuo poſt interfectionem beatorũ Sixti & Laurentij diuinitùs punito, petijt baptizari, cum filia Decij Cyrilla, à Iuſtino preſbytero: & alia die defuncta eſt, ac iuxta ſanctum Hippolytum in Crypta ſepulta, quintodecimo Calendas Nouembris.

* Cytricis

* In Campania ciuitate Puteolis, Ianuarij & * Eutychis.

XIIII. CALENDAS NOVEMBRIS.

Die 19.

APud Antiochiam Syriæ, natalis ſanctorum Beronici, Pelagiæ, & aliorum quadraginta nouem.

De Ptolom. Suri⁹ To. 5.

Itèm ipſa die, beati Ptolomæi, ſed & beati Lucij martyrũ. Qui beatus Ptolomæus, compræhenſus à quodam cẽturione, interrogatur ſi Chriſtianus eſſet. Hoc Ptolomæus tanquàm amator veritatis, nequaquàm gloriã ſuæ profeſſionis occultans, percontanti Chriſtianum ſe eſſe confeſſus eſt. Hunc continuò centurio in vincula coniecit, & multo tempore ſqualore carceris maceratũ, ad vltimum Vrbitio iudici obtulit. A quo ſimili modo interrogatus eſt ſi eſſet Chriſtianus, qui rurſùm tanti boni ſibi conſcius, diuinam religionem præ ſe tulit, & de Chriſti magiſterio actorum boni inſtitutionibus publica cõfeſſione teſtatus eſt. Qui enim negat quod eſt, ſine dubio culpabile iudicat eſſe quod negat. Continuò ergò poſt cõfeſſionem ab Vrbitio duci iubetur. Lucius autem quidam Chriſtianus vir, videns tam impiam in eum delatam ſententiam, ait ad Vrbitium: Quid quæſo cauſæ eſt, quòd neq; adulterum, neq; corruptorẽ, aut homicidam, vel latronem, raptorémve, aut alterius cuiuſlibet facinoris reum, ſed tantũ pro nomine Chriſtiano, quòd hoc ſe vocabulo confeſſus eſt nuncupari, ad mortẽ hominem duci præcepiſti? Non ſunt hæc digna pio Imperatore, nec ſapientiſſimo puero filio eius, neq; ſacro ſenatui, quæ agis Vrbiti. At ille nihil aliud inquirens, ait ad Luciũ: Videris mihi & tu Chriſtianus eſſe. Cumq; Lucius reſpondiſſet, Hoc planè ſum: etiam ipſum duci iuſſit ad mortẽ. Ille, Gratias, inquit, ago, quòd me nequiſſimis dominis abſolutũ, ad bonũ & optimũ patrem, & Regem omniũ Dominũ remittis. Sed & tertius quidã, pari modo libertate vſus, pari quoq; ſentẽtia punitus eſt. Paſſi ſunt autẽ ſub Antonino, cognomẽto Pio, & filio eius hi beati martyres, & ſepulti apud Alexandriã metropolim Aegypti.

Prolomæus condemnatur capite.

Arguit Imperatorẽ S. Lucius.

SS. martyres capite cæduntur.

* In Hiſtria, natalis ſanctorum Auſteri, Neapoli, Suſſij, Ianuarij, Feſti & Deſiderij.

XIII. CALENDAS NOVEMBRIS.

Die 20. Eius martyrium adiecimus Tomo 5. Surij.

IN Gallijs ciuitate Agenno, ſancti Capraſij martyris. Qui cùm rabiem perſecutionis declinans lateret in ſpelunca, audiens beatam Fidem virginem, pro Chriſto fortiter agonizare, animatus ad tolerantiam paſſionum, orauit ad Dominum, vt ſi pro certo cum dignum gloria martyrij iudicaret, ex lapide ſpeluncæ illius aqua limpidiſſima emanaret. Quod cùm Dominus continuò præſtitiſſet, ille ſecurus ad aream certaminis properauit, & palmam martyrij fortiter dimicando promeruit.

Miraculum

XII. CALENDAS NOVEMBRIS.

Die 21.

APud Nicomediam, natalis ſanctorum martyrum Daſij, Zotici, Caij cum duodecim militibus.

In

In Gallijs apud Coloniam Agrippinam, ſanctarũ virginum vndecim millium. Vna dicitur Vrſula, Sentia, Gregoria, Pinnoſa, Mardia, Saula, Brictula, Saturnina, Saturnia, Rabatia, Palladia, Clementia, Grata, & aliarum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ.

De his vide Surium Tomo 5.

* In Nicea Bithyniæ, Afrigis, Macharij, Dicei, Proculi, Neapoli, Modeſti, & aliorum numero ſeptuagintaduorum.

Eodem die, natalis ſancti Aſterij preſbyteri ſancti Calixti, qui cùm corpus eius leuatum de puteo ſepeliſſet, poſt dies ſex audiens hoc Imperator Alexander, præcepit eum per pontem præcipitari. Cuius corpus inuentum eſt, & à quibuſdam Chriſtianis in eadem ciuitate ſepultum. Scriptum in paſſione ſancti Calixti Papæ.

De eo in vita S. Calixti Tomo 5.

Itèm tranſitus ſancti Viatoris Lectoris, in eremo comitis ſancti Iuſti Epiſcopi.

De Viatore 2. Septẽb. in vita S. Iuſti.

Eodem die, ſancti patris noſtri Hilarionis, cuius vitam Hieronymus virtutibus plenam ſcribit. Hic ortus vico Thabata, quæ circiter quinque millia à Gaza vrbe Palæſtinæ ad Auſtrum ſitus eſt, cùm parentes haberet idolis deditos, roſa, vt dicitur, de ſpinis floruit. A quibus miſſus Alexandriam, Grammatico traditus eſt, ibique quantùm illa patiebatur ætas, magna ingenij & morum documenta præbuit. Breui, charus omnibus, & loquendi arte gnarus. Quodque his maius eſt omnibus, credens in Domino Ieſu, tota illi voluntas in Eccleſiæ congregationibus erat. Audiens autem celebre nomen Antonij, quod per omnes Aegypti populos ferebatur, incenſus viſendi eum ſtudio, perrexit ad eremum, & ſtatim vt eum vidit, mutato priſtino habitu, duobus menſibus iuxta eum manſit, contemplans ordinem vitæ eius, morumque grauitatem: quàm creber in oratione, quàm humilis in ſuſcipiendis fratribus, ſeuerus in corripiendis, alacer in exhortandis eſſet, & vt continentiam cibique eius aſperitatem nulla vnquàm infirmitas frangeret. Reuerſus autem cum quibuſdam monachis ad patriam, parentibus iam defunctis, partem ſubſtantiæ fratribus, partem pauperibus largitus eſt, nihil ſibi omninò ſeruans. Erat autem tunc annorum xv. Sic nudus & armatus in Chriſto, ſolitudinem ingreſſus eſt, ſacco tantùm coopertus, & pellicem habens ependyten, quem illi beatus Antonius proficiſcenti dederat, ſagumque ruſticum: quindecim tantùm carycas poſt ſolis occaſum comedens. Igitur à ſextodecimo vſque ad vigeſimum ætatis ſuæ annum, æſtus & pluuias, breui tuguriunculo declinauit, quod iunco & carice texerat. Structa deincèps breui cellula, quæ vſque hodiè permanet, latitudine pedum quatuor, altitudine pedum quinque, hoc eſt, ſtatura ſuâ humiliore: porrò longitudine paulò ampliore quàm eius corpuſculum patiebatur, vt ſepulcrum potiùs quàm domum crederes. Capillos ſemèl in anno Paſchæ die totondit. Super nudam humum in ſtratu iunceo vſque ad mortem cubauit. Saccum quem ſemèl fuerat indutus nunquàm lauans: nec mutauit alteram tunicam, nisi cùm prior penitùs ſciſſa eſſet. Scripturam quoquè ſanctam memoriter tenens, poſt orationes & pſalmos quasi Deo præſente recitabat. A vigeſimoprimo anno vſq; ad vigeſimum ſextũ, tribus annis dimidium lentis ſextarium madefactum aqua frigida comedit: Alijs tribus, panem aridum cum ſale & aqua. Porrò à vigeſimoſeptimo vſque ad triceſimum, herbis agreſtibus & virgultorum quorundam radicibus crudis ſuſtentatus eſt. A triceſimo autem primo vſque ad triceſimumquintum, ſex vncias hordeacei panis, & coctum modicum olus abſque oleo in cibo habuit. Sentiens autem caligare oculos, & totum corpus impetigine & pumicea quadam ſcabredine contrahi, ad ſuperiorem victum adiecit oleum, & vſque ad ſexageſimumtertium vitæ ſuæ annum, hoc continentiæ cucurrit gradu, nihil extrinſecùs aut pomorum, aut leguminis, aut cuiuſlibet rei guſtans. Hinc cùm ſe videret corpore defatigatum, & propinquam putaret imminere mortem, à ſexageſimoquarto anno vſque ad octogeſimum pane abſtinuit, incredibili mentis feruore, vt eo tempore quasi nouus accederet ad ſeruiturem Domini, quo ſolent cæteri remiſſiùs viuere. Fiebat autem ei de farina & comminuto olere ſorbitiuncula, cibo & potu vix quinque vncias appendentibus. Sicque complens ordinem vitæ, nunquàm ante ſolis occaſum, nec in diebus feſtis, nec in grauiſſima valetudine ſoluit ieiunium. Igitur potentiſſimus in miraculis, & ſanctitate incomparabilis, octogeſimo ætatis ſuæ anno, (cùm abſens eſſet Heſychius, qui

S. Hilarion inuiſit ſanctum Antonium Abbatem.

Subſtantiã ſuam pauperibus diſtribuit.

Degit in ſolitudine.

Tuguriolũ eius.

Cubile.

Epitome vitæ.

Sobrietas eius.

Nunquàm ſoluit ieiunium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum semper familiarissimè colebat) quasi in testamenti vicem, breuem manu propria scripsit epistolam, omnes diuitias suas ei derelinquens: Euangelium scilicet & tunicam sacceam, cucullum & palliolum. Itaque modicus calor tepebat in pectore, nec præter sensum quicquam viui hominis supererat, & tamen apertis oculis loquebatur: Egredere, quid times? Egredere anima, quid dubitas? Septuaginta propè annis seruisti Christo, & mortem times? Inter hæc verba exhalauit spiritum: statimque humo obrutus, quia ipse sic omnes, qui ad ęgrotantem venerant, adiurauit, nè puncto quidem horæ post mortem reseruaretur. Quod postquàm Palæstinæ sanctus vir Hesychius audiuit, perrexit Cyprum, & cum ingenti vitæ suæ periculo, post decem fermè menses, corpus eius furatus est. Quod Maiumam in Palæstina deferens, totis monachorum & oppidorum turbis prosequentibus, in antiquo monasterio condidit: illæsa tunica, cuculla & pallio, & toto corpore quasi adhuc viueret integro, tantisque fragrante odoribus, vt delibutum vnguentis putares.

Felicissimè expirat animam.

XI. CALENDAS NOVEMBRIS.

Die 22. Euseb. lib. 4. cap. 7.

HIerosolymis, natalis beati Marci, (qui primus Hierosolymis ex gentibus, post Episcopos ex circuncisione, sacerdotium ciuitatis illius accepit) clarissimi & doctissimi viri, ac non multò pòst martyrio consummati.

Mar. 15. 16.

Itèm beatæ Salomæ, quæ in Euangelio legitur cum reliquis sanctis fœminis circa Domini sepulturam solicita.

Apud Adrianopolim Thraciæ, natalis sanctorum Philippi Episcopi, Eusebij, & Hermetis.

Seueri historia est 1. Tomo Surij, 1. Februarij.

* Eodem die, sancti Seueri Episcopi Rauennæ.

X. CALENDAS NOVEMBRIS.

Die 23. de Seuerino Surij Tom. 5.

COloniæ, depositio sancti Seuerini Episcopi & confessoris.

In Hispanijs, natalis sanctorũ Seruandi & Germani. Qui post verbera, squalorem carceris, & sitis ac famis iniuriam, & lõgissimi itineris laborẽ, quem iubente Viatore Præside, ferro onusti pertulerũt, nouissimè martyrij sui cursum ferro cęsis ceruicibus impleuerũt. Ex quibus Germanus iuxta beatã Eulaliã sepultus, Seruandus verò Hispalim translatus, circa sanctas Iustam & Ruffinam conditus est.

De eo Sozõ. lib. 5. cap. 7.

Apud Antiochiam Syrię, natale sancti Theodoriti presbyteri. Qui persecutione Iuliani impij, sub Præfecto & auunculo eius Iuliano, cùm ab eo Antiochenorum ecclesia spoliata, & religiosi quique fuissent eius terrore dispersi, in ecclesia spoliata manfit intrepidus: Atq; ab eo teneri iussus, post eculei pœnam, & multos ac durissimos cruciatus, etiam lampadibus circa latera appositis inflãmatus est. Sed his diuina virtute restinctis, cùm milites, qui eas tenebant, Angelorum adspectu territi ruissent in faciem, & credentes Christo, impium ministerium recusarent, iussit eos Iulianus pelago immergi. Quibus beatus Theodoritus ait: Præcedite fratres, ego vos superans inimicum sequar ad Dominum. Sicque in confessione perstens, & prophetico spiritu repletus, Iuliano apostatæ, quem apud Persidem diuina vltione incurrit, prædicens interitum, gladio martyrium consummauit.

IX. CALENDAS NOVEMBRIS.

Die 24.

IN Venusia, ciuitate Apuliæ, natalis sanctorũ Felicis, Episcopi ciuitatis Tibiurensis, & Audactis & Ianuarij presbyterorum, & Fortunati & Septimij lectorũ. Qui temporibus Diocletiani in sua ciuitate tenti, à Magnelliano procuratore, indè multis diù vinculis & carceribus macerati, in Africa, & in Sicilia tandèm in occisione gladij consummati sunt. Sunt autem honorificè sepulti inter Carthaginem & Vticam. Felix quinquaginta sex annorum obijt virgo.

Alij Bonif. habent die sequente, de eo Pontificale cap. 44.

Itèm Bonifacij Papæ, qui sedit Romæ annos tres. Hic sepultus est via Salaria, iuxta corpus sanctæ Felicitatis. Hic constituit, seruum clericum non fieri, nec obnoxium curiæ, vel cuiuslibet rei.

* Coloniæ, S. Euergisli Episcopi & martyris.

VIII. CALENDAS NOVEMBRIS.

Die 25. De his Tom. 5. Surij.

IN Gallijs, ciuitate Suessionensi, natalis sanctorum Crispini & Crispiniani, qui persecutione Diocletiani & Maximiani, ad trochleas extẽti, & fustibus cæsi, postquàm digiti eorum subulis transfixi sunt, & de dorso eorum lora præcisa, ad vltimum gladio trucidati, coronam martyrij consecuti sunt.

Eodem die Petragoricas ciuitate, natalis sancti Frontonis Episcopi, qui Romæ à beato

à beato Petro ordinatus, cum Georgio presbytero ad prædicandum Euangelium missus est. Cumque tertio die itineris idem Georgius esset mortuus, mœrens Fronto reuersus est ad Apostolum, acceptoque eius baculo, & super corpus defuncti posito, socium de morte recepit. Sicque ad prædictam ciuitatem veniẽs, magnam gentis illius multitudinem ad Christum conuertit, & multis miraculis clarus, in pace quieuit.

De Frontone Volaterranus lib 3. & lib. cõm.

Ipso die Romæ via Salaria, natalis quadraginta sex militum, qui simul baptizati à beato Dionysio Papa: & mox iubente Claudio Imperatore decollati sunt. Quorum corpora noctu collegerunt beatus Iustinus presbyter & Iohannes, & sepelierunt in crypta cum multitudine Christianorum, in via Salaria in cliuum cucumeris, octauo Calendas Nouembris, vbi positi sunt & alij martyres, centum viginti & vnus. Inter quos fuerunt quatuor milites Christi, Theodosius, Lucius, Marcus, & Petrus. Hi videntes ad se venire armatos, rogabant vt primi decollarentur. Scriptum in passione sanctorum martyrum Sixti, Laurentij & Hippolyti.

de his in vita S. Laurẽtij 10. Augusti, sub finẽ.

VII. CALENDAS NOVEMBRIS.

Die 26.

APud Africam, natalis sanctorum martyrum, Rogatiani presbyteri, & Felicissimi, qui persecutione Decij & Valeriani, illustri sunt martyrio coronati. De quibus etiam scribit beatus Cyprianus in epistola ad confessores, his verbis: Vt sequamini, inquit, in omnibus Rogatianum presbyterum gloriosum senem, viam nobis ad gloriam temporis vestri religiosa virtute & diuina dignatione facientem, qui cum Felicissimo fratre nostro quieto semper & sobrio excipiens ferocientis populi impetum, primum vobis hospitium in carcere præparauit, & metator quodammodò vester nunc quoquè vos antecedit.

Epist. 81. lib. 4. epist. 1.

Itèm commemoratio sanctorum Episcoporum Vedasti & Amandi, quorum vita & mors plurimis extitit miraculis gloriosa.

De his 6. Febr. Tom. 1. Surij.

VI. CALENDAS NOVEMBRIS.

Die 27.

IN Hispanijs Abula ciuitate, natalis sanctorum Vincentij, Sabini & Cristetes, qui primò adeò in eculeo sunt extenti, vt omnes compages membrorum eorum laxarentur. Deindè capita eorum lapidibus superposita, vsque ad excussionem cerebri validis vectibus sunt contusa: atque ità martyrium compleuerunt, agente præside Daciano.

Eodem die apud Tile castrum, natale sancti Florentij martyris.

Romæ, Euaristi Papæ, qui sedit ibi annos nouem, & sub Traiano martyrio coronatus, sepultus est in Vaticano. Hic titulos in vrbe diuisit presbyteris: & septem diaconos ordinauit, qui custodirent Episcopum prædicantem.

De Euaristo Papa, xuse. lib. 3. cap. 34 & Põtificale cap. 6.

Eodem die, Vigilia Apostolorum Simonis & Iudæ.

Antisiodoro, depositio sancti Desiderij Episcopi & confessoris.

* Itèm sancti Florentij presbyteri & confessoris.

V. CALENDAS NOVEMBRIS.

Die 28. Luc. 6. Act. 1.

NAtalis beatorum Apostolorum, Simonis Chananæi, qui & Zelotes scribitur, & Thadæi, qui etiam Iudas Iacobi legitur, & alibi appellatur Lebæus, quod interpretatur corculus, id est cordis cultor. E quibus Thadæus apud Mesopotamiam, Simon verò apud Aegyptum traditur prædicâsse. Indè simul Persidem ingressi, cùm fidei Christi innumeram gentis ipsius multitudinem subdidissent, & Ecclesiam Domini latè iam fundatam viderent, martyrium ibi, cursum temporis explentes, beato certamine consummauerunt, honorificè sepulti à populis Christianis, quos Domino ipsi genuerant. Quòd quidam putant Simonem Apostolũ vnum de duodecim ipsum esse, qui sub Traiano crucẽ passus sit, omninò falsum est. Nam & Beda sanctus presbyter, qui hoc super Acta Apostolorum sentit, Isidorum sequutus, in libro retractationum se hoc non benè sensisse reprehendit. Sed & historia Ecclesiastica non de Apostolo, sed de alio Simone gesta narrat.

vet. testam. De Patrib. cap. 79. Euseb. lib. 3. cap. 16.

Romæ, sanctæ Cyrillæ, filiæ Decij Cæsaris, quæ sub Claudio principe iugulata, & necata est gladio, ac sepulta à Iustino presbytero cum matre sua, iuxta sanctum Hippolytum.

De ea in pass. S. Laurentij Tom. 5. Surij.

Eodem die, sancti Ferrutij martyris.

IIII. CALENDAS NOVEMBRIS.

Die 29. De eo Surius To-

NAtalis beati Narcissi Hierosolymorum Episcopi, viri sanctitate & patientia, ac fide laudabilis. Accidit aliquandò in die solenni Vigiliarum Paschæ, olei

Universidad de Deusto
Biblioteca

mo 5.ex Euſeb.libro 6. hiſto.cap.8. & 9.

um deeſſe luminaribus. Cumque per miniſtros innotuiſſet, mœror populi maximus fuit: ſed Narciſſus in fide confidens, miniſtris imperat haurire aquam, ſibique deferre. Cumque tuliſſent, orauit, & benedixit aquam, & infundi luminaribus præcepit. Tunc repentè miro & ſeculis inaudito genere virtutis, natura aquæ in pinguedinem olei verſa, ſplendorem luminum etiam ſolitò reddidit clariorem. Ad fidem autem rei, à plurimis religioſorum fratrum ex eodem oleo, quod verſum de aqua fuerat, reſeruatum eſt. Is nanque cùm inter cætera virtutum ſuarum bona eſſet valdè conſtantis animi, & iuſti rectique indeclinabiliter tenax, quidam homunculi nequam malè ſibi conſcij, metuentes, nè criminum ſuorum

S. Narciſſus falsò criminis accuſatur.

ſi arguerentur non poſſent effugere vindictam, præueniunt factionibus, & circuenire parant eum, cuius iudicium verebantur. Concinnant igitur aduersùs eum infame ſatis & noxium crimen. Conueniunt auditores, teſtes ex ſemetipſis producunt, qui ſub ſacramenti iuramento, quæ obijciebantur, confirmarent. Quorum vnus teſtis ità, nè igni conſumeretur, vera ſe dicere teſtabatur. Alius ità, nè regio morbo corrumperetur. Tertius ità, nè luminibus orbaretur. Et quanuis nec iuramentis quidem iſtis quiſquam fidelium & Dominum timentium crederet, eò quòd vita Narciſſi, & inſtitutio, ac pudicitia, ab omnibus noſceretur: ipſe tamen eorum quæ mota ſunt indignitatem ac moleſtiam non ferens, ſimul & ſecretam ac philoſophicam vitam ſemper habere deſiderans, ſubterfugit Eccleſiæ multitudinem, & in deſertis locis atque agellis ſecretioribus deliteſcit annis quamplurimis. At non ille magnus diuinæ prouidentiæ oculus quieſcit in longum, ſed in impios vltionem per ea ipſa quæ ſibi in periurijs ſtatuerant maledicta molitur. Primus nanque ille teſtis, parua ignis ſcintilla noctis tempore domo ſua ſuccenſa, cum omni genere, & omni familia flammis vltricibus conflagratur. Alius repentè ab imis pedibus vſque ad ſummum capitis verticem, morbo regio quo fuerat imprecatus repletur, atque conſumitur. Tertius autem priorum exitium videns, & oculum diuinum non latuiſſe perſpiciens, prorupit in medium, & audientibus cunctis, ſera pœnitentia, vniuerſum concinnati ſceleris ordinem pandit. Tantis autem lachrymis immanis commiſſi facinus deflet, & intantùm die noctuque perdurat in fletibus, vſquequò luminibus orbaretur. Hi igitur figmenti ſui huiuſcemodi pœnas dederunt. Narciſſus verò cùm ità deſertum petijſſet, ac locis ſecretioribus ſe abdidiſſet, vt vbi iam degeret nullus agnoſceret: neceſſarium viſum eſt Epiſcopis, vt alium pro ipſo ordinarent, cuius nomen erat Dius. Cuique (cùm paruo tempore præfuiſſet Eccleſiæ) ſuccedit Germanion, & Germanioni Cordius. Cùm eccè ſubitò velut rediuiuus cæloque redditus, ex improuiſo apparuit Narciſſus. Et rursùs à fratribus ad preſidendum rogatur Eccleſiæ. Verùm cùm ipſe iam ſenio feſſus, pontificatûs miniſterio ſufficere non poſſet, Alexandrum, qui iam Epiſcopus eſſet alterius loci, diuina diſpenſatio in adiutorium ſenis euidentiſſimis reuelationibus vocauit. Expletis aũt centũ & ſedecim annis, relicta ſede ipſi Alexandro, fructũ laborũ ſuorum à Domino recepit.

Degit in ſolitudine multis annis ſanctiſſimè.

Diuinitùs puniuntur criminatores impij.

Obit feliciter.

Ipſo die, apud Sidonem vrbem, natalis ſancti Zenobij preſbyteri, qui perſecutione Diocletiani martyrio coronatur.

DeZenobio Euſeb. lib.8. cap.25.

In Gallia, Vienna ciuitate, depoſitio ſancti ac beatiſſimi Theodarij Abbatis & confeſſoris. Et tranſlatio ipſius in loco vallis Rupianæ.

III. CALENDAS NOVEMBRIS.

Die 30. De Marcel. Suri⁹ Tõ. 5.

CIuitate Tingitana, paſſio ſancti Marcelli centurionis, qui capitis abſciſione martyrium conſummauit, ſub Agricolano, agente vices præfectorum prætorio.

Apud Africam, natalis martyrum numero ducentorum viginti.

Euſeb. lib.5. cap.18. & 21.

Apud Antiochiam, beati Serapionis Epiſcopi, eruditi viri, & fide clariſſimi.

* Item paſſio ſancti Feliciani cum ſocijs ſuis.

* Ciuitate Capua, depoſitio ſancti Germani Epiſcopi & confeſſoris, cuius animam in ſphęra ignea beatus Benedictus Abbas vidit ab Angelis in cælum deferri.

PRIDIE CALENDAS NOVEMBRIS.

Die 31. De his in vita S. Stephani Papæ, 2. Auguſti ante medium.

ROmæ, natale beati Nemeſij diaconi, & Lucillæ filiæ eius, quos ſanctus Pontifex Stephanus baptizauit: Quique ipſum Nemeſium diaconum conſtituit, temporibus Valeriani & Gallieni. Qui decreuerunt vt vbicunquè inuentus fuiſſet Nemeſius, ſine audientia puniretur. Nemeſius autem Chriſti gratia roboratus, cir-

cuibat cryptas, & concilia martyrum, vt vbicunquè reperiſſet Chriſtianum aliquem egentem, prout poterat, de facultatibus ſuis miniſtraret. Veniens verò in via Appia noctis ſilentio iuxta templum Martis, comperit Valerianum & Maximum in templo Martis ſacrificare. Flexis itaque genibus orauit Dominum, dicens: Domine Deus creator cæli & terræ, diſſipa conſilia artis diabolicæ in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti filij tui, quem miſiſti in hunc mundum, vt reſipiſcant hi infelices à laqueis diaboli. Statim igitur Maximus Conſul à diabolo arripitur, & magna voce clamare cœpit: Nemeſius Chriſtianus me incendit, eius oratio me affligit. Egreſſi verò quidam de templo, tenuerunt Nemeſium, & dum contumelijs eum afficerent, ſubitò Maximus expirauit. At illi tenentes Nemeſium, duxerunt ad Valerianum. Dicitque ei Valerianus: Nemeſi vbi eſt prudentia tua, quam ſemper cognouimus, & in conſilio, & in actibus? Nos te hortamur, cogita veritatem, non deſeras deos, quos ſemper ab ipſis cunabulis coluiſti. Nemeſius diaconus plenus lachrymis reſpondit: Ego quidem infelix atque peccator ſemper deſeruì veritatem, & effudi ſanguinem innocentem, & iam nimis oneratus atque cumulatus peccatis, licèt ſera pœnitudine cognouerim creatorem meum, miſericordiam Chriſti filij Dei adeptus: Hunc timeo, ipſum adoro, ipſi cultum meæ ſeruitutis offero. nam omnia idola lapidea manufacta abijcio. Iratus Valerianus, iuſſit eum in priuata cuſtodia mancipari: & poſt tertium diem exhibetur Valeriano & Gallieno, & filia eius Lucilla. Quã ante patris interrogationem fecerunt puniri, credentes, quòd ſic potuiſſent animum beati Nemeſij emollire. Sed ipſe, cuius interiora poſſidebat ſpiritus ſanctus, lætior de martyrio filiæ factus, in confeſſione Chriſti ardentior efficitur. Et cùm nullo modo à fide Chriſti flecti eum poſſe viderent, iuſſerunt eum duci ad ſupplicium. Decollatus verò eſt via Appia ante templum Martis, viij. Calendas Septembris. Eiusque corpus à beato quidem Stephano Papa in eodem loco ſepultum, ſed à beato Sixto Pontifice poſteà leuatum, pridiè Calendas Nouembris iuxta eandem viam Appiam in crypta venerabiliùs curatum.

S. Nemeſij filia in conſpectu eius cruciatur.

Nemeſius capite cædi-tur.

In Gallijs oppido Viromandenſi, natalis ſancti Quintini martyris. Qui ſub Maximiano Imperatore martyrum paſſus eſt, & poſt annos quinquaginta quinque, inuentum eſt reuelante Angelo corpus eius, & ſepultum octauo Calendas Iulias.

De Quintino Surius Tomo 5.

* Eodem die, ſancti VVolfgangi Epiſcopi & confeſſoris.

* Item Vigilia omnium Sanctorum.

MENSIS NOVEMBRIS HABET DIES XXX. LVNAM VERO TRICESIMAM.

CALENDIS NOVEMBRIS.

Die 1. De omnibus Sanctis vide Surium Tomo 6.

ESTIVITAS Sanctorum omnium. Petente nanque Papa Bonifacio, iuſſit Phocas Imperator, in veteri fano, quod Pantheon vocabatur, & à Domitiano priùs factum erat, ablatis idololatriæ ſordibus, eccleſiam beatæ ſemperque Virginis Mariæ, & omnium martyrum fieri: vt vbi quondàm omnium, non deorum, ſed dæmoniorum cultus agebatur, ibi deincèps omnium fieret memoria Sanctorũ: quę ab illo tempore Calendis Nouembris in vrbe Roma celebris & generalis agitur. Sed & in Gallijs, monente ſanctę recordationis Gregorio Põtifice Maximo, piiſſimus Ludouicus Imperator, omnibus regni & imperij ſui Epiſcopis conſentientibus, ſtatuit, vt ſolennitas feſtiuitatis omnium Sanctorum in prædicta die annuatim perpetuò ageretur. Quam ſanctam conſtitutionem reuerenti amore ſuſcepit omnis Eccleſia.

Feſtũ omnium Sanctorum, quãdo & à quibus inſtitutum.

Et in caſtro Diuione, natale ſancti Benigni preſbyteri & martyris. Qui cum Andochio compreſbytero, & Tyrſo diacono, miſſus eſt in Galliam ab Oriente, à ſancto Epiſcopo Polycarpo. Cuius prædicatione comes Terentius comperta, vinctum eum & cæſum ad ſe adduci præcepit. Et rursùm audita ſermonum eius conſtantia,

De Benigno Suri⁹ & Greg. Turon. de glo. martyrũ cap. 54.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stantia, neruis duriſſimis cædi fecit. Poſt hæc ad trochleas extenſus & cæſus, ac rursùm carceri mancipatus, manè idola orando deſtruxit: & reductus eſt in carcerem. Cui ſubulas decem calentes in manibus infixerunt, & cum plumbo remiſſo pedes in lapide perforato fixerunt, & canes duodecim feroces cum eo incluſerunt per ſex dies. Et attulit ei Angelus panem cæleſtem, ſubulas abſtulit, & eum de plumbo ac ferro eripuit. Ad vltimum collum eius vecte ferreo tundi, & corpus lancea forari iubetur. Quo facto, columba niuea de carcere, Chriſtianis adſpicientibus, aſſcendit, & odor ſuauiſſimus quasi paradiſi ſecutus eſt. Venit autem beata Leonilla, & conditum aromatibus corpus non longè ab ipſo carcere ſepeliuit.

De Cęſario Tō. 6. Surij. Eodem die, natale ſancti Cæſarij diaconi, & Iuliani preſbyteri. Qui videlicet Cæſarius tempore Claudij veniens ex Africa ad Terracinam Campaniæ ciuitatem, dum contra idolatras proclamaret in publico, tentus eſt à Firmino pontifice, & in cuſtodiam recluſus. Vbi diebus multis maceratus, deindè traditus eſt Leontio conſulari Campaniæ. Quem ille cùm verbis ſuperare nequiret, iuſſit ante carpentum ſuum duci ligatis manibus vinctum, & nudum vſque ad templum Apollinis.

Orationis virtute fanū Apollinis corruit. Quò cùm peruenisſet, ad orationem eius corruit templum, & occidit pontificem Firminum. Poſt hoc recluſus in carcere à Luxurio primo ciuitatis, fuit ibi anno vno, & menſe vno. Deindè eductus in forum ab eo, dum oraret, cæleſti eſt luce circundatus, ità vt ipſe Leontius crederet, & Cæſarium qui erat nudus, ſua chlamyde indueret, & ab eo baptizaretur, & corpus & ſanguinem Domini acciperet de manu Iuliani preſbyteri. Nec mora, dicta ſuper eum oratione, tradidit ſpiritum iij. Calendas Nouembris. Tunc Luxurius iuſſit Iulianum & Cæſarium mitti in ſaccum, & præcipitari in mare. Qui eo die reiecti ſunt ad litus, & ſepulti ab Euſebio ſeruo Dei iuxta vrbem Terracinam. Et idem Euſebius poſteà martyrium paſſus eſt cum Felice preſbytero.

Itèm eodem die, depoſitio S. Seuerini monachi, de Tyburtina ciuitate.

De Maria Suri⁹ ex Vincentio, Tomo 6. Itèm natale ſanctæ Mariæ virginis: quæ cùm eſſet ancilla, & diem natalis Domini ſui ieiunaret, nec vllo modo flecti potuiſſet vt manducaret de idolothytis: primò duris verberibus afflicta, dein longa carceris cuſtodia, eculei extenſione, & vngularum laniatione vexata, martyrium conſummauit.

*In Cæſarea Cappadociæ, ſancti Macedonij. *In Sithiu monaſterio, depoſitio S. Audomari Epiſcopi. *Auguſtoduni, S. Primi Epiſcopi. *Baiocas ciuitate, ſancti Vigoris Epiſcopi.

De Vigore Suri⁹ Tō. 6.

IIII. NONAS NOVEMBRIS.

Die 2. NAtalis ſancti Victorini Pictauiorenſis Epiſcopi, qui perſecutione Diocletiani martyrio coronatus eſt.

De Theod. Euſeb. lib. 7. hiſt. Eccleſ. cap. vlt. Apud Laodiciam, natale beati Theodoti Epiſcopi, viri non ſolùm verbis, ſed etiam rebus & virtutibus ornati. Hic arte medicus fuit quidem, ſed ad animarū à Domino tranſlatus eſt medicinam. Qui fide, miſericordia, ſtudio, vigilantia, atque omnibus optimis inſtitutionibus claruit. In ſcripturis quoquè diuinis laborem quamplurimum geſſit. Quieuit autem in ſenectute bona.

Eodem die, natale ſancti Ambroſij Abbatis monaſterij Agaunenſis, qui primus apud Lugdunum monaſterij Inſulæ barbaræ pater, & magnis virtutibus clarus, cùm illuc ob religionis egregiæ normam tranſlatus fuiſſet, beato fine in Domino requieuit.

Apud Viennam, ſancti Georgij eiuſdem vrbis Epiſcopi.

De Euſtach. & ſocijs Surius Tom. 6. *Itèm paſſio S. Euſtachij, vxoris, ac filiorum eius.

III. NONAS NOVEMBRIS.

Die 3. NAtalis ſancti Quarti, diſcipuli Apoſtolorum.

Apud Cæſaream Cappadociæ, natalis ſanctorū martyrum Germani, Theophili, Cæſarij & Vitalis. Qui optimè duxerūt martyriū, ſub Deciana perſecutione.

Apud Viennam, ſancti Domnini confeſſoris & Epiſcopi glorioſi.

de Huberto vide Suriū. Eodem die, depoſitio ſancti Huberti Epiſcopi & confeſſoris.

PRIDIE NONAS NOVEMBRIS.

Die 4. *al. Pierij Hier. de vir. illuſt. c. 86. APud Alexandriam, beati *Hierij preſbyteri, viri acris ingenij, in diuinis ſcripturis nobiliter eruditi, vita puriſſimi, atque ad Chriſtianam philoſophiam nudi penitùs & expediti, doctoris Eccleſiæ incomparabilis, priuatim & publicè mirabiliter diſputantis. Hic quieuit tempore Philippi Imperatoris.

In Gallijs ciuitate Rotenis, natalis ſancti Amantij Epiſcopi, cuius vita ſanctitate & miraculis extitit glorioſa.

*Auguſtoduni, ſancti Proculi *Epiſcopi. *ſor. martyris.

*Itèm ſanctarum virginum Modeſtæ & Perpetuæ.

NONIS NOVEMBRIS.

ZAchariæ Prophetæ, patris Iohannis Baptiſtæ.

Die 5. De his in vita S. Cæſarij 1. Nouēbris. In Tarracina ciuitate Campaniæ, natalis ſanctorum Felicis preſbyteri, & Euſebij monachi, temporibus Claudij Imperatoris. Qui videlicet Euſebius, cùm ſepeliſſet ſanctos martyres Iulianum & Cæſarium, & ad ſepulcra eorum orans & ieiunans multos conuerteret ad fidem, quos Felix preſbyter baptizabat, tenti ſunt ambo à Leontio filio Leontij conſularis, ob eam maximè cauſam, quia Cæſarius patrem eius Chriſtianum feciſſet. Et ad forum eius ducti, nec ſuperati, indè carcere recluſi, & nocte eadem, cùm ſacrificare nollent, decollati ſunt, atque in fluuium iactati. Quorum corpora venerunt vſque ad mare, & reiecta ſunt ad litus, atque à preſbytero quodam de Capua, nomine Quarto, inuenta. Qui ea mox impoſita vehiculo, duxit in caſam ſuam, & curioſè quęrens etiam capita inuenit: adiunctaque corporibus, ſepeliuit iuxta ſanctum Cęſarium.

Felix & Euſebius decollantur

*Capua ciuitate, ſanctorum Euras, & Quarti, & Pardi martyrum.

VIII. IDVS NOVEMBRIS.

Die 6. Pſal. 117. TOniza Africæ, natalis ſancti Felicis. In huius ſolennitate quendam pſalmum beatus Auguſtinus videtur exponere ad populum, vbi inter cætera, de eius paſſione loquitur, dicens: Felix martyr, verè felix & nomine & corona, cuius hodiè dies eſt. Nouceritis autem fratres, non eum paſſum mortem, quam alij martyres paſſi ſunt. Confeſſus enim, dilatus eſt ad tormenta: alio die inuentum eſt corpus exanime. Clauſerant enim illi carcerem corpori, non ſpiritui. Quem illic parabant torquere carnifices, abſentem inuenerunt. Perdiderunt ſæuitiam ſuam: iacebat exanimis, ſine ſenſu illis nè torqueretur: cum ſenſu apud Dominum, vt coronaretur.

In Oriente, ciuitate Theopoli, ſanctorum decem martyrum, qui ſub Saracenis paſſi leguntur in geſtis ſanctorum quadraginta.

*In ciuitate Regidonas, depoſitio ſancti Melanij Epiſcopi & confeſſoris.

De SS. Leonardo & Winnoco Suri⁹ Tō. 6. *Itèm eodem die ſanctorum Leonardi confeſſoris, diſcipuli ſancti Remigij Epiſcopi: & *VVinnoci Abbatis.

VII. IDVS NOVEMBRIS.

Die 7. Euſeb. lib. 7. cap. vlt. APud Alexandriam, beati Achillæ Epiſcopi, eruditione, fide, conuerſatione, & moribus inſignis.

Eodem die, natalis ſancti Amaranti martyris, qui apud Albigenſem vrbem, exacto agonis fidelis curſu, ſepultus viuit in gloria. Cuius ſacrum ſepulcrum, virtute Chriſti, miraculis frequentibus illuſtratur.

Greg. 3. dial. cap. 13. Apud Peruſinam Italiæ vrbem, natalis S. Herculani Epiſcopi & martyris.

De willebr. Surius. Itèm Epternaco monaſterio, natalis ſancti VVillebrordi Epiſcopi & confeſſoris.

*Itèm ſanctorum Rufi Epiſcopi, & Herculani preſbyteri & martyris.

VI. IDVS NOVEMBRIS.

Die 8. ROmæ, natalis ſanctorum martyrum Claudij, Nicoſtrati, Symphoriani, Caſtorij, & Simplicij, imperantibus Diocletiano & Maximiano. Hi cùm eſſent artifices inſigniſſimi, & marmorum cæſores probatiſſimi, Imperatori Diocletiano valdè facti ſunt accepti. Cùm itaque tempore quodam eſſent quadraturis marmorum intenti, & artem ſuam ſigno Crucis munirent, & ad voluntatem ipſorum artificium fieret, horum vnus Simplicius, qui adhuc pagano errore tenebatur, dixit ad quatuor reliquos: Adiuro vos per deum Solem, vt quis iſte Deus ſit, dicatis mihi, in cuius nomine vos tam benè operamini. Cui Symphorianus: Si potes credere, dicemus tibi, & mox artem conſequeris, ſed & vitam æternam habebis. Quem cùm in fide ſociatum beato Cyrillo Epiſcopo conſignâſſent, iſdem Epiſcopus baptizauit eum, & Chriſto Domino credere informauit. Non multò poſt accuſati à Philoſophis, quòd Chriſtiani eſſent, & quòd deum Aeſculapiū fingere, ſicut præcepérat Imperator, ex marmore Porphyretico & *Proconiſſo noluiſſent, Diocletianus iuſſit

Sancti artē ſuam Cruce muniunt.

*for. Proconneſio

Universidad de Deusto
Biblioteca

iussit cuidam tribuno nomine Lampadio, sub moderatione verborum eos audiri. Quibus isdem Lampadius dixit: Adorate deum Solem, vt destruatis consilium Philosophorum. Qui respondentes dixerunt: Nos nunquàm adoramus facturam manuum nostrarum, sed adoramus Deum cæli & terræ, qui imperat in æternum, Iesum Christum filium Dei. Recluſi sunt igitur in custodia publica. Indè cùm mutari à fide Christi non possent, iubente Lampadio expoliātur, & scorpionibus grauissimè cæduntur. Mox Lampadius à dæmonio correptus expirauit. Hoc factum cùm audisset Diocletianus, nimio furore plenus, iussit cuidam Nicetio togato, vt in loculis plumbeis viui includerentur, ac sic in fluuium præcipitarentur. Post dies autem quadragintaduos venit quidam Nicodemus Christianus, & leuauit cum ipsis loculis corpora martyrum, & in domo sua honorificè posuit. Passi verò sunt sexto Idus Nouembris.

Scorpionib⁹ cæsi in flumen demerguntur.

Eodem die Romæ, natale sanctorum quatuor Coronatorum, id est, Scueri, Seuerianj, Carpophori, & Victorini. Hi cùm impellerentur ad sacrificandum, reluctantes, nec consensum impijs præbentes, perstiterunt in fide. Nunciatum est autem Diocletiano Imperatori: qui illicò iussit, vt ante simulacrū Aesculapij ictibus plumbatarum cæsi deficerent. Quorum corpora iussit in platea canibus iactari, & iacuerunt ibi diebus quinque. Tunc pij Christiani venerunt, & collecta corpora sepelierunt in via Lauicana, miliario ab Vrbe tertio, in arenario, iuxta corpora sanctorum martyrum Claudij, Nicostrati, Symphoriani, Castorij & Simplicij. Passi sunt autem sexto Idus Nouembris, post duos tamen annos passionis horum quinque martyrum. Cùm autem nomina eorum minimè reperirentur, statuit beatus Melchiades Episcopus, vt anniuersaria quatuor Coronatorū dies, sub nominibus sanctorum quinque martyrum recoleretur. Intercurrentibus tamen annis, cuidam sancto viro etiam nomina eorum reuelata sunt. Festiuitas verò vt fuerat statura, celebris in aliorum martyrum festiuitate permansit, ac locus quatuor Coronatorum nomine insignis.

4 Martyres occiduntur.

Quatuor coronati cur, & à quo primùm vocitati.

* Iàm ipso die sancti VVillehadi Episcopi & confessoris.

V. IDVS NOVEMBRIS.

NAtale sancti Theodori martyris, temporibus Maximiani & Maximini Imperatorū. Qui cùm esset miles, & verè Christianus, adductus est ad Erincam præpositum legionis, à quo dilatione accepta, vt sententiam fidei mutaret, cùm in sententia irreuocabiliter permaneret, iudici ac populo sistitur. Qui iussit eum mitti in carcerem, & signari ostium carceris: vbi diuina consolatur visitatione. Post aliquot dies iterùm adductus ante Præsidem, suspensus est in ligno, & vngulis ferreis latera eius rasa, quousque costæ ipsius nudarentur. Et cùm nec sic posset à fide diuelli, Præses dedit sententiā, dicens: Theodorum non obtemperantem præceptis inuictissimorum Imperatorum, potentiæque deorū, credentem verò Iesum Christum crucifixum, iubeo ignibus tradi. Igitur beatus martyr signaculo Crucis munitus, manibus post tergū ligatis, in focos propellitur. Et prospiciens, vidit in turba lachrymantem Cleonicum, qui cum eo tyro adductus fuerat. Et exclamans dixit: Cleonice, expecto te. Festina, & sequere me. Et cùm iam flammarum globis vndiquè vallaretur beatus martyr, orationem fudit, laudans & glorificans patrem, & filium, & spiritum sanctum. Sicque sanctam animam Christo reddidit v. Idus Nouembris. Quædam autem mulier Eusebia nomine collegit corpus eius, & sindone munda inuoluens transtulit in possessionē suam, in locū, qui appellatur Euchaita.

Die 9. De Theod. Suri⁹ tomo 6 ex Grego. Nysseno, & Metaphra.

Igne crematur S. Theodorus.

Itèm eodem die apud Bituricas, sancti Vrsicini, qui Romæ ordinatus à successoribus Apostolorum, primus eidem vrbi destinatur Episcopus.

De Vrsicino Turonen. de glo. confes. ca. 80. apud Surium.

* Romæ, sanctorum Clementis, & Symphoriani.

* In Hispania, sanctorum Fausti, Ianuarij, & Martialis martyrum.

* In Beryto ciuitate, crucifixio imaginis Domini nostri Iesu Christi.

De passione imaginis vide Surium. Die 10.

IIII. IDVS NOVEMBRIS.

IN territorio Agathensi, in Cessarione, natalis sanctorum martyrum Tiberij, Modesti, & Florentiæ. Qui tempore Diocletiani varijs tormentis cruciati, martyrium compleuerunt.

Itèm eodem die, sancti Martini Papæ. Qui ob fidem catholicam, ab Imperatore Constantio hæretico, per Theodorum Exarchum de ecclesia raptus, ac perductus Constantinopolim, relegatus apud Chersonam Lyciæ prouinciæ, ibidèm vitam finiuit, multis in eodem loco virtutum signis vsque hodiè refulgens.

Huius historiam adiecimus Tomo 6. Surij.

* In Antiochia, sanctorum Demetrij Episcopi, Aniani diaconi, Eustosij, & sociorum eorundem.

* In ciuitate Aurelianensi, depositio sancti Monitoris Episcopi & confessoris.

III. IDVS NOVEMBRIS.

IN Gallijs Turonis ciuitate, natalis sancti Martini Episcopi & confessoris.

Die 11. De Martino Episcopo & Mena; vide Surium Tomo 6.

Eodem die in Scythia, metropoli Phrygię Salutariæ, passio sancti Mennę martyris. Qui persecutione Diocletiani & Maximiani, cùm esset miles nobili genere, ex Aegyptiorum prouincia ortus, abrenuncians terrenæ militiæ, primùm cælesti Regi secreta conuersatione in eremo militauit. Deindè natalitijs prefatorum Imperatorum procedens ad publicum, ac se Christianum libera coram ipsis voce declarans, traditus est Pyrrho duci torquendus. Qui iussit eum in carcerem includi, quamdiù Imperatorum natalitia celebrarentur. Peracta igitur festiuitate, ac sedente eo pro tribunali, iussit eum suis adspectibus præsentari, cui & dixit: Hesterna die infaustè & temerariè ausus es theatrum introire, & vanissimis, nescio quibus, eloquijs prophanare, maximè cùm de te asseratur, nostræ fuisse militiæ. Sacrificadijs, vt omnia tibi, quæ per ignorantiam gessisti, ignoscantur, & ad honorem pristinum reformeris. Ad hæc beatus Mennas cùm respondisset, Ego hoc seculi honore non delector, sed Christi Domini discipulus effici cupio: Iubente duce extensus, & neruis bubulis manibus ligatus, tandiù à militibus virgis cæsus est, donèc sanguine ipsius plateæ locus repleretur. Deindè in eculeo exungulatus, & lampadibus circum latera exustus, cilicioque plagis confricatis, per tribulos quoquè & sudes ferreas ligatis manibus ac pedibus tractus, plumbatis etiam collo & maxillis grauiter contusus, in laude & confessione omnipotentis Dei immobilis permansit. Nouissimè Pyrrhus ex tabella recitari præcepit: Mennatem ex milite omniū Christianorum authorem, nolentem acquiescere præceptis Imperatorum, neq; volentem sacrificare dijs, gladio animaduerti placet, & corpus eius igni comburi. Furtim itaque à Christianis corpus eius è medio ignis ereptum est, & mundis linteaminibus aromatibusque conditum, debita veneratione in cœmeterio iij. Idus Nouembris repositum est. Cuius deindè sacrum corpus Constantinopolim translatum, ciuitate Regia digno honore veneratur.

S. Mennas durissimè cruciatur, & cæditur.

Corpus eius è medio ignis eripitur, & honorificè sepelitur.

Itèm Lugduni, sancti Verani Episcopi, cuius vita fidei & virtutum meritis, illustris fuit.

* Rauennæ, SS. Feliciani & Victorini martyrum.

PRIDIE IDVS NOVEMBRIS.

NAtalis Bonifacij Papæ, qui Romę sedit mēses octo, dies xxij. Hic obtinuit apud Phocam principem, vt sedes Apostolica beati Petri Apostoli, caput esset omnium ecclesiarum Romana, quia Ecclesia Constantinopolitana primam se omnium Ecclesiarum scribebat.

Die 12. Is est Bonifacius nomi-nis III.

Apud Aphricam, commemoratio sanctorum Archadij, Probi, Paschasij, & Eutichiani. Qui ex Hispania oriundi, cùm apud Gensericum Vuandalorum Regem merito sapientiæ & fidelis obsequij chari clariq; haberentur, nec in Arianam perfidiam, cui ipse deditus erat, vllatenùs declinari paterētur, excitato in rabidissimam iram barbaro, primùm proscripti, deindè in exilium acti, tum atrocissimis supplicijs excruciati, postmodùm diuersis mortibus interempti, illustri martyrio mirabiliter occubuerunt. Puer autem Paulillus nomine, frater Eutichiani & Paschasij, cùm à professione atque amore catholicæ fidei nullis minis deturbari posset, fustibus diù cæsus, & ad infimam seruitutem damnatus est, ideò vt apparet non occisus, vt de superata fœuitia impij, etiam illa ætas gloriaretur.

Sācti diuersis mortibus interimuntur.

Eodem die sancti Melanij Rodonicæ ciuitatis Episcopi. Qui post innumerabilium signa virtutum, iugiter intentus cælo, emigrauit à seculo.

Apud Viennā, sancti Isicij Episcopi, qui post beatū Pantagatū præsedit Ecclesiæ.

* Itèm sanctorum, Liuini martyris, & Cuniberti confessoris, Episcoporum.

De Liuino & Cuniberto vide Surium To. 6.

* In Cæsarea Cappadociæ, natalis sanctorum Germani, Theophili Cæsarij & Eusebij.

* Dauentriæ, S. Lebuini presbyteri & confessoris.

IDIBVS NOVEMBRIS.

RAuennæ, natalis sanctorum martyrum Valentini, Solutoris, & Victoris.

Die 13.

De Brict. & Mittio Suri us. Turonis, sancti Brictij Episcopi & confessoris.
In Prouincia, apud ciuitatem Aquis, beati Mitrij clarissimi martyris.
* Apud Viennam, sancti Leonici, eiusdem Ecclesiæ miraculis clari.
* Rotenis ciuitate, sancti Amantij Episcopi & confessoris.

XVIII. CALENDAS DECEMBRIS.

Die 14. APud Thraciam ciuitate Heraclea, natalis sanctorum martyrum Clementini, Theodoti, & Philomini.

De Serap. Dionys. Alexãd. apud Euseb. lib. 6 cap. 34. Ruf. 31. Apud Alexandriã, beati Serapionis, quem persecutores sub Decio, in domo sua repertũ, crudelissimis affecerunt supplicijs, ità vt omnes ei iuncturas membrorum priùs soluentes, de superioribus eum præcipitarẽt, ac sic Christi martyr efficeretur.
* Item sancti Eraclij Episcopi & confessoris.

XVII. CALENDAS DECEMBRIS.

Die 15. NAtalis sancti Felicis Episcopi, qui à quintodecimo ætatis suæ anno miraculorum gloria insignis fuit, & sub Martiano præside, cum alijs triginta, martyrium compleuit. Corpus eius Elpidius presbyter, in Nolensi ecclesia sepeliuit.
Item sancti Eugenij Archiepiscopi & martyris.

XVI. CALENDAS DECEMBRIS.

Die 16. De Eucher. Petrus Galesinius in præfatione operum eius. NAtalis sancti Eucherij Lugdunensis Episcopi, admirandæ fidei, vitæ & doctrinæ viri. Qui ex nobilissimo senatorũ ordine ad religiosam vitã habitũq; conuersus, diù in agro suo super fluuiũ Durentiã intra septa speluncæ sponte cõclusus Christo seruiuit, ieiunijs & orationibus vacans. Defuncto aũt pontifice Lugdunensi, cùm vniuersa Ecclesia iuxta morẽ à se antiquitùs obseruatũ, triduanis ieiunijs & obsecrationibus, qui gubernationẽ eiusdem Ecclesiæ susciperet deberet, tibi poscere à Domino reuelari: cuidã puero apparens in visu Angelus Domini, Est, inquit, senator quidã Eucherius nomine, super fluuiũ Durentiã retrusus in specu, qui relictis omnibus quæ possidebat sequutus est Dominũ. Ad hunc deducendũ pergite, & vobis pastorẽ illũ constituite, quoniã à Deo electus est. Quod cùm puer senioribus diluculò retulisset, omnipotẽti Deo, cunctis fratribus cõuocatis, gratias egerunt: missoq; cum clericis ad præfatum locum Archidiacono, qui tunc Ecclesiæ curam gerebat, inuenerunt eũ, sicut eis Dominus reuelauerat. Cumq; illi Archidiaconus rem, proter quam venerat, retulisset: cœpit cum iuramento dicere, se voluntariè de specu non egressurum, nec cum eo, nisi ligatus duceretur, iturum. Cumque diù talia repeteret, Archidiaconus effracto muro speluncæ eduxit eum, & iuxta quod ipse iurauerat, vinctũ perduxit Lugdunũ. Quẽ pari animo, vnoq; cõsensu Clerus & populus sibi eligẽs sacerdotẽ, in pontificali cathedra solenniter collocauit. Huius vxor Galla, in sancto habitu Deo seruiẽs, speluncã eius ingressa, omne illic vitæ suæ tempus in studio religionis exegit. Duæ ipsorum filiæ, quarum vna Consortia, altera Tullia vocabatur, virginitatis gratia & signorum gloria claruerunt.

Diuinitùs eligitur Episcopus.

De Othmaro Suius Tomo 6. * Eodem die in Sueuia monasterio sancti Galli, natalis beati Othmari, eiusdem monasterij post obitum sancti Galli, primi Abbatis.

XV. CALENDAS DECEMBRIS.

Die 17. De Aniano Suri' Tõ. 6. & Turonen. ibidẽm. CIuitate Corduba in Hispanijs, passio sanctorum martyrũ Ascisli, & Victoriæ, vbi ob commendationem preciosæ mortis eorum, eodem die roseo ortæ diuinitùs colliguntur. Aurelianis, sancti Aniani Episcopi.
Viennæ, sancti Manati Episcopi & confessoris.

De Dionys. Euseb. lib. 6. cap. 33. & deincẽps. Eodem die apud Alexandriã, beati Dionysij Episcopi, in multis sæpè confessionibus satis clari, & pro passionum tormentorumq; diuersitate magnifici, temporibus Imperatorũ Valeriani & Gallieni. Deniq; refertur, insectantibus se persecutoribus cùm ipse adstaret iudici, respondisse: Quid insectãdo laboratis? Caput meum pro quo magnoperè fatigamini, auulsum ceruicibus sumite, & donũ magnum ad Tyrannum & Imperatorem vestrum ferte. Præses autem Aemilianus erat. Antequem cùm Dionysius vnum solum Deum prosequeretur, qui cælum fecisset & terram, huncque diceret adorandum, cæteros autem neque esse deos, neque adorari debere: in castrum quoddam, quod Cefro appellatur, in exilium truditur, ob hoc præcipuè electum, quòd loci incolæ gentiles erant, & idolorum superstitionibus satis dediti. Qui exulem Dionysiũ primò hostili animo & satis aduersa mente

Multos cõuertit in exilio S. Dionysius. susciperunt: post verò cùm paulatim per Domini gratiam verbum Dei his seminare cœpisset, pars maxima trucis & barbari populi, relictis idolis, cõuersa est ad Dominum

minum verum, Christoq; subiecta. Quo cõperto, rursùs eum ad alium locum, vicinum quidem Alexãdriæ, sed incolis desertum, ac penè habitatoribus vacuũ transtulerunt. Sed & ibi cùm pro vrbis vicinitate numerosus populus eum frequentaret, & tanquàm pastore recepto grex lætior & cõstantior agonibus redderetur, rursùm missis cum Centurione militaribus viris, ipsum Dionysium, & cum eo Gaium & Petrũ catenis constrictos, & diuersis cruciatibus afflictos, in desertum quodã Lybiæ pertraxerunt, ibiq; eos in loco squalidissimo, & omni vsu humanitatis carente, à Paretonio trium dierum itinere in desertum protento, nexos vinculis reliquerunt. Tunc temporis etiam Maximus presbyter, & Dioscorus, Demetrius quoquè & Lucius, necnon Faustinus atque Aquila, satis clari & insignes titulo confessionis effecti sunt. Intereà beatus Dionysius regressus Alexandriam, senio grauatus quieuit in pace, decem & septem annis functus sacerdotio. Obit in pace.

De Gregor. 4 To. Surij. 3. Iulij. * Item natalis sancti Gregorij Episcopi & martyris apud Pontum.
* Item sancti Iohannis monachi.

XIIII. CALENDAS DECEMBRIS.

Die 18. De Roman. Euseb. lib. 8. ca. 12. & Surius Tom. 6. ex Chrysost. ANtiochiæ, natale sancti Romani, qui tẽporibus Diocletiani, cùm Asclepiades Præfectus Ecclesiã irrũpere, eamq; funditùs conaretur euertere, cæteros Christianos hortatus est, vt ei contradicerẽt. Vndè eũ protinùs vinctũ sibi exhiberi iussit, & Christum constantissimè confitentẽ, primùm extendi eculeo, deindè plũbatis grauiter & fustibus cædi, post hæc etiam nouacula acutissima maxillas ei radi fecit. Tunc ad petitionem eius puerum paruulũ induci præcepit. Quẽ Romanus Christi nomen inuocans, vtrùm vnum, an plures deos melius esset colere, interrogauit, vt ex eius confessione Præfectus confunderetur. Cumque puer vnum Deum solum credendum esse dixisset, indignatus Asclepiades, catomo suspendi eum, ac verberari, & postremò etiam decollari iussit. Erat aũt nomẽ puero Baralas. Romanus verò rursùs eculeo suspensus, vngulisq; exaratus, ad rogum ardentẽ, in quem præcipitaretur, perductus est. Sed orante eo, venit repentè imber inundans, & extinxit ignem. Post hoc iussit ei linguam abscindi. Quo facto, cùm Christum voce clarissima collaudaret, reclusus in carcerem, ad extremũ laqueo strangulatus est. Romanus laqueo strãgulatur.

De Esichio Euseb. vt suprà libro 8. cap. 12. Eodem die in eadẽ vrbe, natalis sancti Esichij, qui sub præfato Imperatore cùm esset miles, & præceptum audisset, vt quisquis non sacrificaret idolis, cingulum militiæ deponeret, repentè cingulum soluit. Ob hanc causam Imperator colobio indutum, primò in gynecium eum dedit: deindè ligato in dextera eius saxo ingenti, in fluuium præcipitari iussit.
* In Hispanijs ciuitate Corduba, S. Acisoleni.
* Item Eraclea, S. Cortheri, & aliorum quadraginta.

XIII. CALENDAS DECEMBRIS.

Die 19. De eo Pontificale c. 51. ROmæ, S. Gelasij Papæ, qui sedit in Episcopatu annos quatuor. Hic Messenum Episcopum, quem Felix antecessor ipsius damnauerat, reuocauit, & cõmunioni Ecclesiæ restituit. Hic libros aduersùs Eutychen & Nestorium composuit.
Item Romæ via Appia, natalis sancti Maximi presbyteri & martyris, qui persecutione Maximini passus, positus est ad sanctum Sixtum.
Apud Viennam, sanctorum martyrum Seuerini, Exuperij & Feliciani. Quorum corpora post multa annorum curricula ipsis reuelantibus inuenta, & à Pontifice vrbis, Clero & populo honorificè sublata, in basilica sancti Romani, quę iam dictę ciuitatis parte orientali sita est, condigno honore condita sunt.

De Fausto Dionys. Alexand. 7. lib. Euseb. c. 10. Die eodem, natale sancti Fausti martyris. Huic tantum fiduciæ & magnanimitatis per Dei gratiam datum est, vt cùm ad eos qui in carcere tenebantur fratres, nemo prorsùs humanitatis & ministerij causa permitteretur accedere, iste vnà cum collega suo Eusebio indesinenter necessaria ministraret. Et cùm per dies singulos Præsidis furor cresceret, iugulando alios, alios supplicijs & diuersis cruciatuum generibus affligendo, squalore carceris & catenarum ponderibus enecando, & super omnia præcipiendo, nè quis ad eos prorsùs accederet, vt & inedia quasi aliud tormenti genus adhiberetur: concessit tamen Deus huic diacono, & collegæ eius gratiam, vt inuitis omnibus eis ad confessores Christi non negaretur accessus. Grandæuus igitur & plenus dierum confessor perdurans, perfecto martyrio beatus Faustus obtruncatione capitis consummatus est.
* In Eraclea, sanctæ mulieres cum viduis quadraginta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

* Augustoduni, sancti Simplicij Episcopi & confessoris.

XII. CALENDAS DECEMBRIS.

Die 10. * Philippo De eo Pontificale c.19.

ROmæ, natalis sancti Pontiani Papæ. Qui, Maximino aduersùs Ecclesiarum sacerdotes persecutionem commouente, cum *Hippolyto presbytero Sardiniam deportatus, ibique fustibus mactatus, martyrium consummauit. Corpus eius à beato Fabiano Papa relatum, atq; in cœmeterio Calixti sepultum est. Sedit autem in Episcopatu annos nouem, menses quinque, dies duos.

Apud Siciliam ciuitate Messana, sanctorum Ampelij & Caij.

De Sylvest. Turonē. de glor. confes. cap. 85.

Apud Cabilonem, beatissimi Sylvestri Episcopi & cōfessoris, qui quadragesimo secundo anno sacerdotij sui, plenus dierum atq; virtutum, migrauit ad Dominum.

* Item Regenfledis virginis.

XI. CALENDAS DECEMBRIS.

Die 21. Rom. 16.

NAtalis beatissimi Rufi, de quo Apostolus Paulus ad Romanos scribit: Salutate Rufum electum meum, & matrem eius & meam.

Deco Suri' Tomo 6.

In Italia monasterio Bobio, depositio sancti Columbani Abbatis, qui multorum cœnobiorum fundator, & innumerabilium pater extitit monachorum, multisque virtutibus clarus, quieuit in senectute bona.

X. CALENDAS DECEMBRIS.

Die 22. Surius de ea Tomo 6. ex Metaphr.

ROmæ, natalis sanctæ Cæciliæ virginis, quæ sponsum suum Valerianum & fratrem eius Tiburtium ad credendum Christo perdocuit, ac deindè ad martyrium incitauit. Hāc Almachius post martyriū eorum reneri fecit, & vt thura dæmonibus poneret impelli. Apparitores verò attēdentes nimium decorē & prudentiam eius, rogabant eam, nè tale decus amitteret, & tantā pulchritudinē in mortē daret. At illa consiliū pietatis eis sufficiēter insinuās, & de gratia omnipotētis Dei informās, cùm ad credendū Christo permotos cerneret, dicit eis: Ite, dicite infelici

S. Cæcilia multos cōuertit.

Almachio, quòd ego inducias petā: vt hîc intra domū meam faciam venire qui vos omnes faciat vitæ æternæ participes. Veniēs igitur Papa sanctus Vrbanus, baptizauit plus minus quàm quadringētos promiscui sexûs homines: Inter quos vnus clarissimus vir erat nomine Gordianus. Iterùm Almachius beatā Cæciliam sibi præsentari iussit. Et cùm insuperabilem eam in confessione fidei permanere videret, iubet vt ad domum suam duceretur, & ibi flāmis balnearibus concremaretur. Vbi

Ab igne nō læditur.

incluſa die integro & nocte, quasi in loco frigido integra perstitit sanitate, cùm semper incendia lignis congestis ministrarentur. Quod audiens Almachius, misit qui eam decollaret. Quā spiculator tertio ictu percussit, sed caput eius amputare

Exitus eius.

non potuit. Superuixit autem triduo. Tunc sanctus Vrbanus corpus eius auferens nocte, sepeliuit inter collegas suos Episcopos. Passa est autem beata virgo Marci

* for. Alexandri

Aurelij & * Commodi Imperatorum temporibus.

IX. CALENDAS DECEMBRIS.

Die 23. De Clemēte Surius ex Metaphr.

ROmæ, natalis sancti Clemētis, qui sub persecutione Traiani, martyrio coronatur. De quo Apostolus Paulus ait: Cū Clemēte & cæteris cooperatoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ. Hic septē regiones diuisit notarijs fidelibus Ecclesiæ, qui gesta martyrum solicitè & curiosè perquirerēt. Hic ex præcepto beati Petri suscepit Ecclesiæ Pontificatū. Linus & Cletus ideò ante eum scribuntur, quia ab ipso principe Apostolorū ad ministerium sacerdotale Episcopi sunt ordinati. Hic quartus post Petrū Romæ Episcopus, (siquidem secundus Linus, tertius Cletus prænominati) sub persecutione Traiani, trās Ponticū mare in eremo, quod adiacet

S. Clemens relegatur in exilium.

ciuitati Cersonæ, relegatur exilio. Vbi cùm per doctrinā eius plures cōuerterētur ad Dominum, paganis insistētibus, inuidiosa relatio cucurrit ad Imperatorē Traianum, quæ diceret ibi per Clementem Christianum populum accreuisse. Qui misit Ducem Aufidianum, qui multos Christianos occidens, cùm videret fixum in omnibus beatum Clementem, & penitùs mutari non posse, iussit præcipitari eum

Præcipitatur in mare

in medio mari, ligata ad collum eius anchora. Talique martyrio discipulus Petri coronatur: & nominis eius memoriam vsque hodiè Romæ extructa Ecclesia custodit. Tunc etiam illustrissima & beatissima Dei famula Flauia Domitilla, quæ fuit Flauij Clementis consulis ex sorore neptis, & à sancto Clemente sacro velamine ad integritatis perseuerantiam traditur consecrata, ob testimonium quod Christo perhibebat, cum alijs plurimis in insulam Pontianam exilio deportata, longum inibi martyrium duxit.

Eodem

Eodem die, natale sanctæ Felicitatis, matris septem filiorum martyrum, quæ iubente Antonino decollata est pro Christo. Idem enim Imperator iniunxerat Præfecto Vrbis Publio, vt eam compelleret cum filijs suis deorum sacrificijs inclinari. Qui blando alloquio ad sacrificium eam prouocans, minatur pœnarū interitum. Cui beata Felicitas: Nec blandimentis tuis resolui potero, nec terroribus frangi. habeo enim spiritum sanctum, qui me non permittet vincià diabolo, & ideò secura sum quia viua te superabo, & si interfecta fuero, meliùs te vincam occisa. Deindè alia die sedit Præfectus in foro Martis, iussitque eam adduci cum filijs suis, cui & dixit: Miserere filijs tuis iuuenibus bonis, & flore primæ iuuentutis florentibus. Beata Felicitas respondit: Misericordia tua impietas est, & exhortatio tua crudelitas est. Et conuersa ad filios suos dixit: Videte filij cælum, & adspicite vbi vos expectat Christus cum sanctis suis. Pugnate pro animabus vestris, & fideles vos in amore Christi exhibete. Audiens hoc Publius, iussit eam alapis cædi. Tunc conuocans filios eius, cœpit cum eis agere vt sacrificarent. Ianuarius respōdit: Stulta suades. nam sapientia Domini me confortat, & faciet me omnia tormenta superare. Statim iudex iussit eum virgis cædi, & in carcerem recipi. Felix dixit: Vnus est Deus, quem colimus, cui sacrificium pię deuotionis offerimus. Vndè tu nè credas, aut me, aut aliquem fratrum meorum à Domini Iesu Christi amore recedere: & si imminēant verbera, fides nostra nec vinci potest, nec mutari. Philippus dixit: Isti de quibus dicis, nec dij sunt, nec Omnipotentes, sed sunt simulacra vana & misera, & insensibilia, & qui eis sacrificare voluerit, in æternum peribit. Syllanus dixit: Nos si transitorium timuerimus interitum, æternum incurremus supplicium: & quoniam verè nouimus quæ præmia sunt parata iustis, & quæ pœna sit constituta peccatoribus, idcircò Romanas leges cōtemnimus, vt iussa diuina seruemus. Alexander dixit: Ego seruus Christi sum, ore confiteor illum, corde teneo, incessanter adoro. Infirma ætas quam vides, canam habet prudentiam. Vitalis dixit: Meliùs viuit, qui verum Deum colit, quàm qui dæmonia optat habere propitia. Martialis dixit: Omnes qui non confitentur verum Deum esse, in æternum incēdium erunt. Iudex gesta omnia scriptis Antonino innotuit. Quos ille iussit diuersis supplicijs interire, matre nouissimè consummata.

Deco To. 4. Surij, 10. Iulij.

S. Felicitatis virilis animus.

Cū filijs interimitur.

Vico Sarchinio, depositio sancti Trudonis presbyteri & confessoris.

De Trudone Sur. To. 6

VIII. CALENDAS DECEMBRIS.

Die 24. De Chrysogono legēda Anastasiæ mart. 25. decemb.

ROmæ, natale sancti Chrysogoni martyris. Qui per biennium iussu Diocletiani coniectus est in vincula, vbi multa perpessus, sanctæ Anastasiæ alimonijs fouebatur. Cùm igitur beatā Anastasiam zelans vir eius Publius custodibus adhibitis ità clausisset, vt nec per cuiuscunque fenestræ aditū adspectaret, ad hunc confessorem Christi Chrysogonum, qui eam in Christo erudierat, talia scripta dirigit: Sācto cōfessori Christi Chrysogono, Anastasia. Licèt pater meus cultor fuerit idolorum, mater tamen Fausta Christianissima semper vixisse probatur & casta. Hæc me inter ipsa cunabula fecit fieri Christianam. Post cuius excessum sacrilegi iugum mariti susce pi. Cuius, Deo miserante, torum, mentita infirmitate, declinans, die noctuque Domini nostri Iesu Christi amplector vestigia. Cùm iste patrimonium meum, ex quo illustratur, cum indignis & turpibus idolatris exhauriat, me quoquè velut magam atque sacrilegam custodiæ tam grauissimæ mancipauit, vt vitam me corporalem amittere suspicer. Nihil enim supereſt, nisi vt emisso spiritu, morti succumbam: in qua morte licèt glorier de confessione Domini nostri Iesu Christi, tamen in eo mens mea valdè conteritur, quòd opes meæ, quas ego ex asse Deo voueram, alienis à Deo, & turpibus inseruiunt. Et idcircò deprecor te homo Dei, vt instanter Dominum depreceris, vt aut ad fidem suam venturum si præuidet Publium, sinat viuere: aut si præuidet eum in hac incredulitatis peruersitate mansurum, iubeat eum dare locum suis cultoribus. Melius est enim ei exhalare spiritum, quàm Dei filium denegare, & eum confitentes impedire. Etenim Omnipotens testis est Christus, quoniam si liberata fuero, sanctorum vestigijs adhærebo, & curas omnium solicitè exercebo, vt cœperam. Vale vir Dei, & memento meî. Cùm hanc Epistolam legisset Chrysogonus, oratione facta cum multis confessoribus, ità rescripsit. Fluctuanti tibi inter procellas & turbines mundi, citò super vndas deambulans Christus aduenier, & diaboli aduersùm te flantē spiritum vno iussionis suæ sermone compescet. Patiēter, & quasi in medio mari posita, cre-

Anastasiæ Epistola.

Vides vota etiam antiquis patrib⁹ fuisse in vsu.

Sc hrysogōi responsum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sita,crede ad te Christum esse venturum,& ad temetipsam conuersa,exclama cum
Psal.41. propheta,dicens: Quarè tristis es anima mea,& quarè conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultûs mei,& Deus meus. Geminum diuini muneris probatur indicium,cùm tibi & terrena reddentur,& donabuntur cœlestia. Deus enim beneficium suum ad hoc extremitatibus protrahit,vt non sit nobis vile quod præstat. Vide nè turberis in hoc,quòd piè viuenti tibi inferantur aduersa.
Hier.17. Non enim deciperis,sed probaris. Non est tuta defensio,quam per hominem putas posse constare. Audi scripturam dicẽtem,Maledictus homo, qui spem suam ponit in homine: & benedictus homo,qui spem suam ponit in Deo. Caue fortiter, vigilanter,strenuè vniuersa peccata, & à Deo solo quære solatiũ, cuius iussa conseruas. Citò enim ad te placidum tempus conuertetur, & quasi post noctis tenebras floridum diei lumen adspicies: atque post glaciale frigus hyemis transeuntis,aurea tibi tempora & serena succedẽt,vt omnibus, qui pro Christi amore affligũtur, præbeas temporalem lætitiam,per quam sine dubio consequeris æternam. Vale in Domino,& ora pro me. Hanc Epistolam legens Anastasia,fortiores fidei vires accepit, tantùm de virtute patientiæ gloriari incipiens, quantùm priùs de oppressione infidelissimi viri se causabatur affligi. Igitur beata Anastasia cùm ità in custodia stringeretur,vt vix ei panis quadra daretur,æstimãs se in ipsa tribulatione deficere, scripsit Epistolam. Beato martyri & cõfessori Christi Chrysogono Anastasia. Finis venit corporis, memento mei,vt egredientem animam meam ipse suscipiat, pro cuius amore ista sustineo, quæ ex ore huius vetulæ recognoueris. Ad hæc sanctus Chrysogonus talia remisit scripta. Chrysogonus Anastasiæ. Semper est vt lumen tenebræ antecedant. Sic etiam post infirmitatem salus reuertitur,& vita post mortem promittitur. Vno fine concluduntur & aduersa huius mundi, & prospera: nè vel tristibus desperatio,vel lætis elatio dominetur. Vnum mare est,in quo nauiculæ corporis nostri velificant,& sub vno corporis gubernatore animæ nostræ nauticо funguntur officio. Quorũdam igitur naues fortissimis carinarum nexibus solidatæ,tenebrosi æquoris concitatos fluctus illęsæ prætereunt. Quorũdam verò fragilis iunctura lignorum etiam in tranquillo vicinũ morti conficiunt cursum. Propè est enim vt pereant,qui nõ cogitant qualiter ad salutis portũ pertingant. Tu autem ô Christi irrepræhensibilis famula, Crucis Christi trophæum tota mente constringe, & teipsam ad opus Dei præpara. In quo eius desiderijs dum paruẽris, cum martyrij palma ad Christum pertinges. Igitur Diocletianus Aquileiæ partibus positus,interficiens Christianos,iussit sibi adduci Chrysogonum. Cui cùm diceret, Accipe Præfecturæ dignitatẽ,sume etiã consulatũ generis tui,tantùm vt adores deos: Beatus Chrysogonus respondit: Vnum Deũ mente adoro,corde colo, sinceris actibus veneror: istorũ autem deorũ vestrorũ simulacra,quia omninò dæmonum thecas noui esse,execror,atq; abijcio. Tũc iussũ Diocletiani ductus est ad aquas gradatas,& ibidẽ decollatus. Corpus eius in mare proiectũ, post modicũ in possessione,quę dicitur ad saltus,inuentum est. Quod sanctus Zoilus senex presbyter collegit,& in locello subterraneo in cubiculo suo posuit. Cui etiam caput eius reuelatum est, ità recens,quasi eadem die fuisset abscissum, quod corpori eius compagi-
nauit. Passus est autem beatus Chrysogonus viij. Calendas Decembris,v. Calendas eiusdem mensis conditus. Sanctus verò Zoilus tricesimo die passionis eius, apparente sibi sancto Chrysogono, perrexit ad Dominum.

S. Chrysogonus adducitur ad Diocletianum.

Gladio cæditur.

VII. CALENDAS DECEMBRIS.

Die 25. ALexandriæ,natale sancti Petri Alexandrini Episcopi. Hic duodecim annos in Episcopatu illius vrbis exegit. Quorum tres ante persecutionem, reliquos verò nouem sub diuersis tentationũ generibus duxit. Cumque se semper in omni
De eo Suri' Tomo 6. agone persecutionum positus,arctioribus vinculis continentiæ distringeret,& ad vtilitatem atque instructionem Ecclesiæ in verbo Dei nobiliter insisteret, satisque vigilanter erga omnem sacerdotij curam diebus sudaret ac noctibus, nono persecutionis anno, Episcopatũs verò sui duodecimo, martyrij coronam capitis obtruncatione promeruit. Ad hunc nanque compræhendũ Maximinus Tyrannus Tribunum quendam direxit. Qui ingressus Alexandriam,reperit eum cum multitudine populi, sanctorum Apostolorum commemorationem celebrãtem. Quem compræhensum,& vinculis alligatũ,posuit in custodia carceris. Et post dies aliquot Maximinus Tyrãnus literis admonuit Tribunũ,vt q̃ celeriùs eũ puniret. Interea

S. Petrus Episcopus cõpræhẽditur.

Interea dum in carcere seruaretur, & vniuersus populus vrbis Alexandriæ, fores carceris obseruaret amore pastoris sui, Arius infelix, qui à beato Petro excommunicatus & degradatus propter dogma erroris habebatur, cognita sententia Maximini aduersùs beatum Petrum, festinè peruenit ad Ecclesiam, obsecrans vt pro eo clerus & populus apud Episcopum intercederet, putans quòd post discessum eius ipse eleuaretur Episcopus. Venientes igitur qui rogati fuerant, cœperunt pro Ario, beato Episcopo supplicare. Quibus sanctus Episcopus magno suspirio respondit, quòd iam Arrius Deo mortuus, à facie Dei proiectus esset, quia grauiter in essentiam deitatis blasphemâsset, dogmatizans Patrem & Filium & Spiritum sanctum non esse vnius essentiæ, & naturæ. Et appræhendens duos presbyteros Achillam & Alexandrum de turba seorsùm, ait illis secretè: Ego quidem etsi peccator sum, tamen scio me vocatione cælesti ad hunc agonem martyrij esse vocatum. Vobis igitur pium est confiteri mysterium Dei, quod mihi reuelatum est, quia vos post martyrium meum, sedem & episcopatum meum consecuturi estis. Et tu quidem primus Achilla: post te verò Alexander. In hac hora deniquè noctis, vt vobis totum de Ario aperiam, cùm solenni consuetudine Deo sacrificium orationum consummâssem: ecce subitò apparuit mihi in habitu pueri Christus Dominus meus, ad cuius præsentiam splendore nimio illustratus, vultum maiestatis eius non valebam adspicere. Erat autem indutus collobium lineum candidum nimis, conscissum à summo vsque deorsùm: & ambabus manibus coniungebat eum circa pectus suum, quodammodò cooperiens nuditatem suam. Quem vt vidi, timore nimio correptus, tandèm confortatus, aio ad eum: Quid est Domine, quòd video tunicam tuam scissam à summo vsque deorsùm? Qui respondens, dixit mihi: Quotidiè me tractas, & nescis quomodò scissa est? Arius nanque hoc fecit, qui separauit à me populum hæreditatis meæ, comparatum sanguine meo. Præcipio nunc & moneo, nè recipias eum in communionem, nec roganti-
bus his qui venturi sunt ad te, quos ille direxit, veniam ei præstes. Hæc quæ tibi manifestaui, duobus presbyteris nota facias, vt ipsi post te, eum anathemazizando abijciant, nè illius errore populi decipiantur. Exhortationis igitur sermonem eis faciens, & vt in catholicæ fidei vnitate manerent, commendans eos Domino in quem crediderant, dimisit in pace. Nimio verò amore illius cùm populi circa carcerem detinerentur, & apertè de carcere educi beatus Petrus non posset: noctis medio Tribunus vnà cum militibus, rupto pariete careeris, per modicum foramen ad locum vbi decollandus erat, eum perduci fecit. Sanctus itaque Petrus oratione facta ad sepulcrum beati Marci Euangelistæ, & sanctorum successorum eius Aniani, Demetrij, Eraclij & Theonæ, inclinans genua sua, & gratias agens Deo, qui eum martyribus suis sociâsset, extendit ceruicem suam gladiatori, atque ità percussus, martyrij palmam adeptus occubuit. Et reuerenter inde à Christianis sublatus, in locum qui dicitur Leocados, in cœmeterio quod ipse ædificauerat, ad Orientem ciuitatis Alexandriæ, sepultus est. Hic quotiescunquè ingrediebatur in Thysiasterium, & ascendebat ad superioris pulpiti locum, oratione facta, & pace data populo, videbat ignis splendorem quasi egredientem de sede. Ad cuius fulgorem, eius mens in nimium amorem contemplationis Dei rapiebatur, tantaque (virtutem antecessorum suorum considerans) humilitate tunc se deponebat, vt nunquàm in throno eminentiori, vbi ipsi resederant, sed in scabello pedum illorum sederet. Passus est autem hic beatissimus Episcopus tempore Maximini Imperatoris, qui decimam persecutionem à Diocletiano & Maximiano cœptam in Orientis partibus exercuit. Cum quo simul & alij plures ex Aegypto Episcopi trucidantur cum clericis & laicis ferè sexcentis sexaginta.

Arrij ambitio & dolus.

Eius error.

S. Petrus futura dicit.

Tunica Domini ab hęreticis vt scindatur.

Gladio cæditur.

Humilitas eius.

* Eodem die, sanctæ Catherinæ virginis & martyris.

De Cather. & Mercur. Surius ex Metaphra.

* Item, sancti Mercurij martyris, qui passus est sub Decio Imperatore.

VI. CALENDAS DECEMBRIS.

Die 26. NAtalis sancti Lini Papæ, qui post Apostolum Petrum, primus Romanam Ecclesiam tenuit annis duodecim, mensibus tribus, ac duodecim diebus: & martyrio coronatus, sepultus est in Vaticano. Huius Lini Paulus ad Timotheum meminit. Hic ex præcepto beati Petri constituit, vt mulier in ecclesia velato capite introiret.

De eo Pontifica. cap. 2. 2. Tim. 4.

Apud

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apud Alexãdriam, sanctorum martyrum Fausti presbyteri, & Dij, & Ammonij, qui cum beato Petro eiusdem vrbis Episcopo, iubente Maximino, trucidati sunt. De his Euse. lib. 8. cap. 25.

Eodem die, beati Alexãdri Episcopi & martyris, sub Antonino Imperatore. Cui beato Episcopo, cùm esset famosissimus in miraculis, quodam tempore delatus est quidam mortuus. Cuius parentes cùm hortaretur sanctus vir vt crederent in Christum, spoponderunt se facturos, si isdẽ mortuus suscitaretur. Tunc sanctus vir oratione facta, conuersus ad corpus, dixit: In nomine Patris, & Filij, & Spiritûs sancti, surge. Qui statim surgens, clamare cœpit: Audite parentes, & populus vniuersus: Ductus à duobus Aegyptijs vultu teterrimis, iraque plenis, positus sum in obscurissimo loco, vbi erat puteus: subitoque veniente quodam iuuene, nimio splendore coruſco, totus ille locus contremuit, & exclamauit iuuenis ille splendidissimus: Remittite puerum, quia vocatur à famulo Dei Alexandro. Et eccè reductus sum in corpore. Nunc domine Alexander baptiza me in nomine Dei tui, nè vltrà videam, quod hodiè vidi. Vocabatur is Lucius: cùm quo baptizati sunt alij centum viginti quinque. Cumq; rumor B. Alexandrũ vbiq; spargeret, Antoninus direxit Cornelium præsidem, vt Alexandrum Episcopum ei exhiberet. Qui inuenit eum die Dominica in ecclesia docentem, & Missas agentem: & sicut Imperator iusserat, apprehensum perduxit Romam. Sequuti sunt autem eum Crescentianus presbyter, Bonifacius, & Vitalius. Præses verò ligatis manibus eius retrò, obtulit eum Antonino: à quo interrogatus, cùm de Christo constantissimè peroraret, fustibus iussus est mactari, & grauissimè cædi, deindè in custodiam claudi. Quò cùm à militibus duceretur, Antoninus post illum clamauit: Quatuor dierum à me tibi dantur induciæ, vt deposito cultu vaniatis tuæ, vltroneus aduenias. Cui sanctus martyr respondit: Quatuor dies iam æstima præteriisse, quod desideras hodiè comple. Missa igitur illo in custodiam, beatus Crescentianus sedens sub arbore, cœpit plorare, & præ tristitia soporatus dormire. Cui visus est Angelus Domini, & dixit ei: Iam sub hac arbore, nè fortè tyranno nunciemini. Eductus igitur de custodia beatus Alexander, iterùm sistitur Antonino, & suspenso in eculeo, iubente impio, lampades ardentes circa latera eius appositæ sunt, & vngulis eius corpus abrasum. Deindè ex eculeo depositus, ductus est ad templum Apollinis. In quod ingressus, stãtim vt orauit, pars aliqua templi, & simulacrum Apollinis cecidit. Antoninus verò hoc factum magicis artibus deputans, sedens pro tribunali, sanctum Episcopum ad bestias damnauit. Et cùm nulla eum tetigisset, fornacem igneam parari iussit, & beatum virum in eam iactari. Vt autem sanctus martyr expansis manibus in medio fornacis orauit ad Dominum, totus ignis ita extinctus est, vt nec vestigium caloris remaneret. Tunc Antoninus de fornace sanctum virum eductum decollari præcepit. Cumque iam duceretur à militibus, quidam iuuenis ex officio Antonini, Herculanus nomine, exclamauit dicens: Antonine insensate Tyranne, cur cæcus & surdus perduras? Eccè famulus Dei post virgas, post eculeos tuos, & lampades, atq; vngularum attactus, post templi & idoli tui ruinam, post leonum & vrsorum rabiem deuictam, post fornacis ignem extinctum, nunc ad decollandum gaudio repletus vadit. Quis dubitet verum Deum esse, qui ità suos confortat? Antoninus hæc audiens: Infelix, inquit, iuuenis, quid tibi factum est, vt tales sermones loquaris? Et iratus, iussit iuuenem teneri, quem cùm diuersis cruciatibus afflixisset, gladio consummauit. Beatus verò Alexander cùm duceretur, obuiauit ei quædam vidua, quam beatus martyr rogauit, dicens: Commoda mihi orarium. At illa præstitit ei. Officiales autem dixerunt mulieri: Perdisti orarium tuum. Facto itaque signo Crucis, expoliauit se beatus martyr tunica, & in linea stans, texit sibi de orario oculos, dein positis genibus suscepit gladium via Claudia, xx. miliario ab vrbe. Et factus est terræmotus, & vicus & thermæ ceciderunt. Sanctus autem Crescentianus, & hi qui cum illo erant, reuelante martyre, tulerunt sanctas reliquias eius, & sepeliêrunt in loco vbi orans fornacis ignem extinxerat. Et posuit supra scriptum marmor continens: Hic requiescit sanctus & venerabilis martyr Alexander Episcopus. Cuius depositio celebratur vndecimo Calendas Octobris. Cui Papa Damasus postmodùm Cryptam condignam faciens, illic eum sexto Calendas Decembris transposuit, quandò & festiuitatem ei dicauit. Orarium porrò illud sibi præstitum, vndè

S. Alexãder Episcopus suscitat mortuum.

Vides Missam nõ esse nouitiũ inuentum, vt nugantur aliqui?

S. Alexãder diuèrtorquetur.

Ab igne nõ lædituꝛ.

S. Herculanus decollatur.

Itèm sanct. Alexander.

Epitaphiũ eius.

vndè sibi martyr oculos texerat, mox vt decollatus est, mulieri quidam puerulus detulit, quem Angelum fuisse non est dubium. Quod illa non sine grandi stupore recepit, & verè martyrem confessa Alexandrum, Christo credidit.

* Itèm Augustoduni, depositio sancti Amatoris Episcopi.

V. CALENDAS DECEMBRIS.

NAtalis sanctorum martyrum Vitalis & Agricolæ, qui apud Bononiam Italiæ vrbem, post alia tormenta, vltimò crucifixi martyrium compleuerunt. Quorum corpora postmodùm, cùm essent posita inter sepulcra Iudæorum, & populo Christiano prorsùs incognita, beatus Ambrosius (ipsis sanctis martyribus reuelantibus) apud Bononiensem ciuitatem reperit: quæque extructa ecclesia, cum magna fidelium lætitia & dæmonum pœnis confitentium merita martyrum, sub altari deposuit. Die 27. De his Surius 4. Nouemb.

In Gallijs ciuitate Regensi, natalis sancti Maximi Episcopi, qui à primæua ætate virtutum omnium gratia præditus, primùm Lirinensis cœnobij pater: deindè Regensis ecclesiæ Episcopus, signis & prodigijs inclytus extitit. Denique inter alia gesta magnifica, tres mortuos viuens: vnum tactu (quod ad sepulcrum vehebatur) loculi, mortuus suscitauit. Maximi vitam habet Surius To. 6

IIII. CALENDAS DECEMBRIS.

ROmę S. Gregorij † Papę, qui rexit Ecclesiam annos decem. Hic constituit in canone à sacerdote dicendum: Quorum solennitas hodiè in conspectu gloriæ tuæ celebratur, Domine Deus noster, toto orbe terrarum: intra quorum nos consortium &c. Sepultus est in ecclesia sancti Petri. Die 28. † Fertij vidclicet, de quo Pontificale cap. 92.

Ipso die, natalis sancti Sosthenes discipuli sancti Pauli, cuius meminit idẽ Apostolus in prima epistola ad Corinthios: & sancti Trophimi, de quo scribit Apostolus ad Timotheum: Trophimum reliqui infirmum * Melite. Hic ab Apostolis Romæ ordinatus est Episcopus, & ad Arelatem vrbem Galliæ, ob Christi Euangelium prædicandum directus. Ex cuius fonte (vt beatus Papa Zozimus scribit) tota Gallia fidei riuos accepit. Qui apud eandem vrbem in pace quieuit. 1. Cor. 1. 2. Tim. 4. * Mileti

Eodem die sancti Rufi martyris, quẽ Dominus noster Iesus Christus, cum omni domo sua, per Chrysogonum martyrem lucratus est: quemq; cum prænominata familia sua Diocletianus punitum, Christi martyrem fecit.

Eodem die apud Aphricam, natalis sanctorum martyrum Papinij & Mansueti Episcoporum. Qui tempore VVandalicę persecutionis sub Genserico Rege Ariano, pro fidei catholicæ defensione, candẽtibus ferri laminis toto corpore adusti, glorioſum agonem consummauerunt. Quo tempore etiam alij sancti Episcopi, videlicet Quoduultdeus Carthaginensis, Valerianus, Vrbanus, Crescens, & qui vocabatur Habetdeum, & Eustachius, Cresconius, & Crescentianus, & Felix, & Hortulanus, & Florentianus, propter eandem prędicationis veritatẽ, grauissimo damnati exilio, in confessione pietatis, cursum vitæ suæ consummauerunt. De his Victor Afric. lib. 2. & 3.

Apud Viennam, sancti Philippi eiusdem vrbis Episcopi.

III. CALENDAS DECEMBRIS.

VIgilia sancti Andreæ Apostoli. Et Romæ, natalis sancti Saturnini martyris: Sennis & Sisinnij diaconorum, sub Maximiano: à quo primò inter alios seruos Dei damnati sunt ad fodiendam arenam, ad faciendas thermas Diocletianas. Quorum vnum Sisinnium præsentatum sibi, cùm interrogâsset idem Maximianus quis vocaretur, respondit: Ego peccator Sisinnius, seruus seruorum Domini Iesu Christi. Cui cùm post alia diceret Maximianus, Aut sacrifica deo Herculi, aut carnes tuas ignibus cremabo: respondit, Et ego quidem semper hoc optaui (veruntamen si meritus fuero) vt desideratam coronam accipiam. Traditus igitur Laodicio præfecto, missus est in custodiam decem & septem diebus. Indè exhibitus est ab Aproniano commentariensi adspectibus Laodicij. Et subitò lux de cælo facta est, & vox de luce audita est: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est à constitutione mundi. Tunc Apronianus tremefactus cecidit ad pedes Sisinnij diaconi, dicens: Adiuro te per Christum, quem confiteris, nè tardes me baptizare, & facias me tecum pertingere ad coronam. Qui baptizatus, statim obtruncatione capitis coronam martyrij inuenit. Retruditur iterùm in custodiam Sisinnius, & senex Saturninus cum illo, vbi multos gentiles venientes ad se De his qe gestis Marcelli Papæ 16. Ianuarij, To. 1. Suij. Matth. 25. Aproniani conuersio & eius martyrium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad se docebant, & baptizabant. Post quadraginta duos dies vincti catenis, ac nudis pedibus educti denuò ante Præfectum, delata est tripoda vt sacrificarent. Tunc beatus Saturninus dixit: Conterat Dominus deos gentium. Et continuò soluta est tripoda ærea velut lutum. Quod videntes duo milites, Papias & Maurus, crediderũt Christo. Et comprehensi à Laodicio, non multò pòst martyrio coronati sunt.

Cæteri oẽs martyrio coronãtur.

Deindè Laodicius beatum senem Saturninum & Sisinnium in eculeo iussit leuari, & attrahi neruis, ac fustibus & scorpionibus cædi. Quibus etiam postmodùm flammas ad latera iussit apponi, & depositos eculeo, ductosque miliario secundo via Numentana, capite truncari. Quorum corpora cum Iohanne presbytero collegens Thrason vir Christianissimus, qui de facultatibus suis martyribus multa ministrauerat, sepeliuit in prædiolo suo, via Salaria, tertio Calendas Decembris.

De Saturnino Tholo. Sur. Tom. 6.

Eodẽ die apud Tholosam, natalis sancti Saturnini Episcopi. Qui tẽporibus Decij, in Capitolio eiusdem vrbis à paganis tẽtus, eò quòd ad eius præsentiam omnes ipsorum dij obmutefacti, nullum sacrificantibus ex more possent dare responsum: tauro ad victimam præparato funibus religatus est. Quo vehementiùs stimulato, à summa Capitolij arce per omnes gradus præcipitatus, capite collisso, excussoque cerebro, & vniuerso corpore dilaniato, dignam Christo animam exhalauit. Cuius nunc sacrum corpus in ecclesia condigno honore veneratur.

*Itèm Romæ, Arasonis, Saturnini, Crysanthi, Mauri, & Dariæ, & aliorũ septuaginta duorum.

PRIDIE CALENDAS DECEMBRIS.

Die 30. Eius vita habetur Tomo 6. Surij.

IN ciuitate Patras prouinciæ Achaiæ, natale beati Andreæ Apostoli, qui etiam apud Scythiam prædicauit. Hic beatissimus Apostolus ab Aegea Proconsule Achaiæ comprehensus, cùm perseueranter in fide Christi & Euangelij ministerio duraret, insuperabilisque maneret, carcere primùm clausus, indè coram Proconsule grauissimè cæsus, ad vltimum cruce ligatis manibus & pedibus, funibusque toto corpore tensus, vt longiùs cruciaretur, biduò inibi superuixit, nõ cessans ea quæ Christi sunt, populum docere. Cumque ij, qui per eum Christo Domino crediderant, satis agerent vt deponeretur, Aegeamque vt hoc perficeret, nolentem impellerent: Apostolus Domini circunstante populo, & Proconsule vt solueretur agente, post verba orationis, fulgore cælesti ferè vna desupèr circunfulsus hora, cum ipso lumine abscedente emittens spiritum, perrexit ad Dominum. Cuius sanctissimum corpus Maximilla sanctissima ac potentissima matrona reuerenter depositum sepeliuit. Sed emergentibus annis, sacratissima eius ossa vicesimo Constantij Imperatoris anno ab Achaia Constantinopolim translata sunt.

S. Andreas crucifigitur

Ipso die, natalis sancti Troiani Episcopi, apud Santonas magnæ virtutis viri, qui sepultus terris, cælo se viuere, multis virtutibus manifestat.

Greg. Turo. de glor. cõfessorũ c. 59.

Eodem die, *festiuitas sancti Ambrosij Mediolanensis Episcopi.

*al. Baptismus

MENSIS DECEMBER HABET DIES XXXI. LVNAM VERO VICESIMAMNONAM.

CALENDIS DECEMBRIS.

Die 1. De Chrysan. & Daria, Suri 25. Octo.

NATALE sanctorum martyrum Chrysanthi & Dariæ. Qui tempore Numeriani sub iudice Celerino Romæ passi sunt. Chrysanthi pater Polemius, vir illustris fuit, Alexandrinus genere. Hic filium suũ virgini elegantis pulchritudinis coniunxit, quã ex nobilissimis Romanis fuisse constat. Hanc Chrysanthus à beato Carpophoro Episcopo in diuinis literis satis fideliter eruditus, ad fidem Christi conuertens, & prædicatione sua, vt virginitatẽ suam Deo seruaret instituens, & vt pariter nomen coniugij habentes castè viuerent, efficiens: baptizari fecit. Factumque est vt per Chrysanthum multitudo virorum, & per Dariã (sic enim vocabatur) innumerabiles fœminæ ad Christi gratiam confluerent. Igitur post aliquod tempus, delatum est aduersùs eos quòd essent Christiani, Celerino tunc Præfecto vrbis. Qui vtrosque comprehensos, tradidit tribuno Claudio, vt diuersis pœnis eos interficeret. Claudius verò tribunus septuaginta militibus ad torquẽdum Chrysanthum dedit. Qui neruis crudis eum adstringunt, sed mox ligamẽta omnia resoluta sunt. Deindè in cippo nodosissimo, ità vt in tertio puncto eius tibiam coarctarent, eum mittunt: moxque totum lignũ cippi in puluerem resoluitur. Deindè perfundunt eum lotio humano putentissimo, Vt maleficia, inquiũt, tua amittas: sed fœtor in suauem odorem mutatus est. Deindè in corio recenti vitulino constringunt nudum, & ad solem feruentem componunt, sed virtute diuina corium vt erat molle permansit. Deindè collum, manus, ac pedes catenis cõstringentes ferreis, claudunt eum in obscurissimo loco: sed statim catenæ resolutæ sunt, & tanta lux infulsit, vt putarentur illic innumeræ lampades fulgere. Milites ergò renunciauerunt hæc omnia tribuno, qui iussit eum sibi exhibitum fustibus cædi. Sed allatæ virgæ rigidissimæ, ilicò cœperunt in manibus cædentium molescere. Quod videns Claudius, iubet eum erigi, & vestimentis indui: & genibus eius prouolutus, cum vniuersis militibus orabat se fieri Christianum. Quid mora? catechizatus baptismi gratiã percepit. Cum illo & Hilaria vxor, duo filij eius Iason & Maurus, amici & familiares eius, septuaginta milites cũ vniuersis suis. Quod factum Imperator audiens, Chrysanthum & Dariam iussit in carcere Tulliano recludi, vndè putor horribilis ascendebat, quia domorum & ciuitatis stercora per cloacarum cuniculos iugiter illuc decurrebant. Exindè Daria in publico meretricum lupanari ponitur. Sed Chrysantho lux diuina, & odoramenta suauia præstantur: Dariæ verò leo de cauea fugiens, Domini virtute ad tutelam donatur. Qui ingressus cellulam, in qua sancta Dei in oratione prostrata iacebat, iuxta eam prosternitur, vt venientes & ingredi volentes, vi sua repelleret. Cumque plures miraculo perculsi, Christi potẽtiam venerarẽtur, Celerinus Præfectus iussit ignem copiosum in ingressu cellæ, vbi beata Daria cum leone erat, accendi. Tunc cùm iam leo paueret, ac rugitum daret, ait beata Daria: Egredere securus, & vale, quia quem in me honorãsti, ipse te liberat. Exhibitis iterùm iubente Imperatore Chrysantho & Daria Celerino Præfecto, Chrysanthus eculeo ingẽti suspenditur, sed statim omnia ligna eculei comminuta, ac vincula dirupta sunt, lampades quoquè applicatæ lateribus eius extinctæ. Hoc Celerinus Præfectus vehementer expauescens, nunciauit Imperatori. Ille hoc maleficijs deputans, iussit eos duci via Salaria in arenario, & viuos deponi, ac terra & lapidibus obrui. Passi sunt autem die Calendarum Decembrium. Ad quorum venerandam memoriam cùm multa beneficia Deus præstaret, contigit vt ad diem natalis eorum infinita populi multitudo cõcurreret. Hoc nunciatur Imperatori: qui iussit vt in introitu cryptæ paries leuaretur. Ac sic factũ est, vt omnes pariter dum sacramenta Christi perciperent, martyrij gloria celebres fierent. Inter quos erat Diodorus presbyter, & diaconus Marinianus, & plurimi clericorum.

S. Chrysanthus grauiter torquetur, nec læditur.

Leo ad conseruandam Dariam diuinitùs mittitur.

Sancti terra & lapidibus obruuntur.

Ipso die, beati Eligij Episcopi Nouiomensis, glorioſi in miraculis.

De SS. Eligio & Agerico, Surius Tomo 6.

Itèm ipso die Virdunensi ciuitate, transitus beatissimi Agerici Episcopi.

IIII. NONAS DECEMBRIS.

Die 2. *al. Bibianę

NAtale sanctæ *Viuianæ martyris, beatorũ martyrum Fausti & Dafrosæ filiæ. Quæ iubente Imperatore sacrilego, tam diù plumbatis cæsa est, donèc spiritum redderet. Cuius corpus biduò, iussu Imperatoris in foro iacuit. Tandèm raptum à Iohanne presbytero, sepultum est in domo, vbi mater & soror eius Demetria iam sepultæ erant, iuxta palatium Licinianum Romæ, quarto Nonas Decembris.

III. NONAS DECEMBRIS.

Die 3.

IN metropoli Mauritaniæ Tingitanæ, natalis sancti Cassiani martyris glorioſi.

Itèm Romæ, natale sanctorum martyrum Claudij tribuni, & vxoris eius Hilariæ, ac filiorum Iasonis & Mauri, & septuaginta militum. Qui omnes ad prædicationem beati Chrysanthi crediderũt in Christo. Quod vt nunciatum est Numeriano Imperatori, iussit Claudium tribunum ingenti saxo alligatum præcipitari in medio mari. Milites verò septuaginta, ac Iasonem & Maurum filios Claudij, capitali sententia puniri. Erat autem in loco vbi decollati sunt, cuniculus antiquus. Hunc emundantes noctu Christiani, simul in vnum omnia corpora sepeliẽrunt, non longè ab vrbe Roma via Salaria. Corpora autem filiorum suorum Iasonis & Mauri collegit sancta Hilaria, relicta martyris Claudij. Quæ dum assiduis obsequijs ad sanctorum confessionem oraret, à paganis tenta est. Quam dum trahe-

De his ingẽtis Chrysanthi & Dariæ, 25. Octob.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rent,rogauit eos dicens: Obsecro vos, permittite me priùs orationē meam complere. Et dum fixisset gradum, accepit sacramentum Domini, & expandens manus suas, proiecit se in orationem, & dum oraret, emisit spiritum. Qui renuerant eam,dolentes super repentinum obitum eius, reliquerunt duas ancillas eius quæ cum ea erant. Quæ sepeliêrunt eam diligentissimè in hortis suis,& super eam breuissimam ecclesiam fabricauerunt.

Felix Hilariæ exitus.

PRIDIE NONAS DECEMBRIS.

Die 4. De his in actis S. Stephani Papæ 2. Augusti.

ROmæ natale sanctorum martyrum Simphronij & Olympij, temporibus Valeriani & Gallieni Imperatorum. Horum vnum Simphronium,creditarium beati Nemesij,sibi præsentatum Valerianus iussit tradi Olympio Tribuno, vt ab eo facultates Nemesij requireret, sub pœnarum examinatione. Præsentatus ergò Olympio,& ab eo interrogatus,respondit:Si facultates quæris Nemesij domini mei, iam eas Christo tradidi, quoniam ipsius fuerant, & erunt. Si autem sacrificium offerre me compellis, sacrifico,sed Christo Iesu Domino meo sacrificium laudis & confessionis, cui se obtulit & dominus meus Nemesius. Tunc ira repletus Olympius,fecit eum extendi in catasta,atque fustibus mactari, deindè simulacrum Martis aureum vnà cum tripoda deferri. Quod statim ad verba Simphronij resolutum est. Videns autem Olympius,cœpit admirari, & veniens ad vxorem suam Exuperiam, indicauit ei quomodò in nomine Dei sui Simphronius simulacrum Martis liquefecisset. Eadem verò nocte venientes cum filio vnico,nomine Theodolo,prostrauerunt se ad pedes Simphronij, agentes pœnitentiam, & baptismum salutis exposcentes. Euocatus itaque beatus Stephanus Pontifex, venit noctù ad domum Olympij,& catechizatum baptizauit: vxoremque eius Exuperiam ac filium Theodolum,& quotquot crediderunt in domo Olympij. Quod vt audiêrunt Valerianus & Gallienus, nimio furore accensi, iusserūt Simphronium sibi præsentari,missisque militibus,adduxerūt eum vinculis ferreis oneratum, nudumque ac capistratum, simul & Olympium cum vxore sua, & filio Theodolo. Gallienus itaque dixit Olympio: Adhuc quidem differo pœnarū tibi inferre supplicia, quia de tua conscientia dubius sum, quòd nequaquàm deseras deos, quos semper adorâsti, & alios compellebas adorare. Nam & tormentis multis persequebaris vsque ad effusionem sanguinis, qui non præberent consensum sacrificare dijs nostris. Olympius respondit: Ego quidē feci non quasi Olympius, sed quasi impius & crudelis. Pro quibus commissis pœniteo, & effundo lachrymas amaritudinis in conspectu eius,cui credo, Deo viuo & vero, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, vt digne tur mihi remittere iniquitatem,quam exercui in sanguine sanctorum eius, quem feci effundi. Tunc data est sententia,vt igne consumerentur. Ducti sunt itaque ante statuam Solis iuxta Amphitheatrum, fixisq; stipitibus,& ligatis manibus deuincti sunt, & in sarmentorum spinarumque congerie ignis suppositus. Statimque in ipso ignis initio, gratias Christo Domino decantantes, emiserunt spiritum. Relictis autem corporibus, eorum milites abiêrunt. Adueniens autem sanctus Stephanus Episcopus cum clericis ac religiosis, & hymnis ex more redditis, abstulerunt corpora martyrū Simphronij,Olympij,Exuperiæ ac Theodoli,& sepeliêrunt iuxta viam Latinam miliario primo, vij. Calendas Augusti. Translata verò à beato Sixto Pontifice,celebrem diem fecerunt secundo Nonas Decembris.

Conuersio Olympij & vxoris eius, ac totius familiæ.

Ignis suppliciō cū Simphronio cōsummātur.

*In Tuscia, sanctæ Barbaræ virginis & martyris.

De Barb. infrà ad 17. Calendas Ian.

NONIS DECEMBRIS.

Die 5.

IN Africa apud Coloniam Thebestinam,natalis sanctæ Crispinæ. Quæ temporibus Diocletiani & Maximiani,cùm sacrificare noluisset, iussu Anulini proconsulis decollata est.

De Dalma. 6. Tomo. Nicetio verò 5. To. Surij habetur.

Eodem die,natale sancti Dalmatij martyris.

Itèm ipsa die Treuiris,sancti Nicetij Episcopi,totius sanctitatis viri,qui in basilica beati Maximini Episcopi sepultus est.

VIII. IDVS NOVEMBRIS.

Die 6. De eo Surius Tomo 6. *Leontis *Victoris De his Victor lib 3.

NAtale sancti Nicolai Myreorum Lyciæ Episcopi & confessoris.

Apud Africam,sanctorum Dionysiæ,Datiuæ,* Leontiæ,& Aemiliani medici,& religiosissimi viri nomine Tertij,& Bonifacij,& Seruilij,& *Victricis,& Maiorici adolescentis, qui omnes in persecutione VVandalica, sub Hunerico Rege Ariano,pro confessione fidei catholicæ, apud Africā, & nè ab Arianis rebaptizarentur,

rentur, grauissimis & innumeris supplicijs excruciati, confessorum Christi numero sociari meruerunt. E quibus prædictus venerabilis adolescens Maioricus Dionysiæ matris exhortationibus roboratus, in certamine confessionis spiritum reddens,cursum palmiferum consummauit.

VII. IDVS DECEMBRIS.

Die 7. Dionys. Alexan. lib. 6. histor. Eccl. cap. 34.

APud Alexandriam, natalis beati Agathonis martyris, sub Decio Imperatore. Qui cùm esset militaris,& assisteret vbi beatissimi martyres cruciabantur,(inter quos Iulianus & Eunus,in Domini Iesu Christi confessione perdurantes, admiranda spectacula martyrij sui Angelis & hominibus præbuerunt) & quosdam volentes etiam mortuis illudere cadaueribus martyrum, prohiberet, clamor repentè totius vulgi aduersùs eum extollitur. Offertur Iudici fortissimus miles iam Domini,& nusquàm se inferior factus,in confessione persistens, capite pro pietate damnatur. passus septimo Idus Decembris.

Greg. Turonens. de cōfes. cap. 57.

Apud Santonas,beati Martini Abbatis, discipuli sancti Martini Turonicæ vrbis Episcopi. Qui in monasterio quod ipse ædificauit,in pace quieuit. Ad cuius tumulum creberrima diuinitùs fiunt miracula.

Itèm Octauæ sancti Andreæ Apostoli.

VI. IDVS DECEMBRIS.

Die 8. De Eutych. Pontificale cap. 28.

ROmæ,natalis sancti Eutychiani Papæ,qui rexit Ecclesiam anno vno,& sub Aureliano Imperatore martyrio coronatus, sepultus est in cœmeterio Calixti. qui & ipse per diuersa loca trecentos & quadraginta duos martyres manu sua sepeliuit. Hic constituit,vt fruges super altare, tantùm fabæ & vuæ benedicerentur: & constituit,vt qui martyrem sepeliret,sine dalmatica aut colobio purpureo nulla ratione sepeliret.

De eo Dionys. Alex. li. 6. Eccl. hist. cap. 34.

Ipso die apud Alexandriam, sancti Macarij martyris. Qui sub Decio, cùm esset gente Lybicus,& multis verbis à iudice ad negādum suaderetur, & eō maiore constantia fidem suam profiteretur: viuus ad vltimum iubetur exuri.

*Itèm Zenonis Episcopi apud Veronam.

Ipso die Treuiris, sancti Eucharij Episcopi & confessoris.

V. IDVS DECEMBRIS.

Die 9.

NAtalis sanctæ Leochadiæ virginis. Quæ tempore Diocletiani & Maximiani à præfecto Hispaniarum Datiano, apud Toletum dira carceris custodia macerata est. Vbi cùm grauissimos beatæ Eulaliæ,& reliquorum martyrum,qui à Datiano interficiebantur,audisset cruciatus: genibus in oratione positis, impollutū spiritum Christo reddidit.

Greg. Turo. de glo. confes. cap. 1.

Itèm eodem die,beati Cypriani Abbatis Petragorici,magnificę sanctitatis,& clarissimi in miraculis viri.

IIII. IDVS DECEMBRIS.

Die 10. De eo Pontif. cap. 33.

ROmæ,sancti Melchiadis Papę,qui sedit in Episcopatu annos quatuor,sepultus est in cœmeterio Calixti. Hic cōstituit,vt die Dominica,aut quinta feria, nullus fidelis ieiunaret: quia ipsos dies pagani. quasi sacro ieiunio celebrant. Et hic constituit, vt ex cōsecratu Episcopi oblationes propter hæreticos per ecclesias dirigerentur.

De Eulal. Surius ex Prudētio To. 6.

Apud Emeritam Hispaniæ ciuitatem,natale sanctæ Eulaliæ virginis. Quæ cùm esset annorum xiij. iussu Datiani Præsidis plurima tormenta perpessa, nouissimè in eculeo suspensa,& exungulata, faculis ardentibus ex vtroque latere appositis,hausto igne spiritum reddidit, & cernentibus Christianis in specie columbæ niueę cælum petijt. Cuius beatum corpus per triduum iussu Præsidis pependit in ligno. Sed cui humana fuerāt obsequia denegata,cælestia fuerunt * munia concessa. Nam nix desuper corpus puellæ adsperfit, vt quod ab vtraque parte appositus ignis ardoris sui incendio conflagrauerat,niuali candore coopertum diuina gratia dealbarer. Sicque à Christianis reuerenter ablata,& deuotione debita sub sacro altari deposita,miraculorum gloria illustratur.

*al. munera

Eodem die apud præfatam vrbem, passio sanctæ Iuliæ, quæ fuit conuirginalis sanctæ Eulaliæ, illique ad passionem properanti indiuidua comes & sodalis adhæsit.

*al. Spoletanam

Itèm apud * Hispolitanam ciuitatem, sanctorum martyrum Carpophori presbyteri, & Habundij diaconi, qui persecutione Diocletiani, sub Iudice Martiano,

Universidad de Deusto
Biblioteca

in confessione Christi, primò fustibus crudelissimè cæsi, deindè in carcerem, negato cibo & potu, retrusi: Vndè per Angelum educti, & verbum Dei prædicantes, iterùm tenti, & ora ipsorum lapidibus cõtusa sunt. Rursumque eculeo torti, & post hæc carcere diù macerati, nouissimè gladio percussi sunt.

Viennæ, sancti Sindulphi Episcopi & confessoris.

III. IDVS DECEMBRIS.

Die 11. * for. Stylitę

DAnielis * prophetæ. Romæ, sancti Damasi papæ, qui rexit Ecclesiam annos octodecim, menses tres, dies vndecim. Hic cõstituit, vt psalmi die noctuque canerentur per omnes ecclesias: & in fine, Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto. Hic multa corpora sanctorum requisiuit & inuenit, quorũ memoriam etiam versibus declarauit. Qui sepultus est via Ardeatina in basilica sua, iuxta matrem & germanam suam.

De Damaso, Ambros. epist. 30. & Pont. ca. 39.

Et, natalis sanctorum Pontiani, Prætextati, atque Thrasonis martyrum. Qui Thraso cùm esset potens & locuples, ac Christianissimus, de facultatibus suis sanctis martyribus in carceribus & metallis damnatis, victum ministrabat per beatum Sisinnium & Cyriacum, quos beatus Marcellus ad hoc opus diacones consecrârat. Non multò pòst, & ipse tentus à Maximino, martyribusque sociatus, palmam martyrij cum duobus alijs prænominatis percipere meruit.

De his in gestis Marcelli Papæ, 16. Ianuarij.

In Gallijs ciuitate Ambianis, natalis sanctorum martyrum Victorici, & Fusciani, qui gloriosissimam fidei suæ confessionem sanguine passionis decorauerunt.

In Hispanijs, sancti Eutychij. cuius gesta habentur.

PRIDIE IDVS DECEMBRIS.

Die 12.

NAtale sanctorum martyrum Hermogenis, Donati, & aliorum viginti duorum.

Apud Alexandriam, beatorum martyrum Epimachi & Alexandri. Qui multo tempore, cùm in vinculis & cruciatibus carceris torti, etiam frequenter & diuersis supplicijs confecti perdurâssent in fide: ignibus postremò consumi iubentur.

De his Dionys. Alexan. lib. 6. Eccle. hist. cap. 34.

Eodem die Alexandriæ, natale sanctarum quatuor mulierũ Ammonariæ, Mercuriæ, Dionysiæ, itèm Ammonariæ. Aduersùs primam virginem Ammonariam iudex summa contentione vtebatur, & immensis eam atque exquisitis cruciatibus affligebat, & maximè quòd eius sententiam vincere cupiebat, quia laudabili voce decreuerat, nihil se prorsùs eorum, quæ sibi contra fas imperabantur, acturam. Quæ statuti sui tenax ad vltimũ capite punitur. Secũda verò, Mercuria. Anus venerabilis, & fœcundissima in filijs, sed quos non prætulit Christo, tertia Dionysia: & alia Ammonaria, quarta. dum nimia vtuntur constantia apud iudicem, & ille vinci erubescit à fœminis, inauditis tormentorum generibus toleratis, finem omnium ferro cædente suscipiunt, gloriosè & venerabiliter apud Alexandriam sepultæ. Scribit beatus Dionysius in libro de martyribus.

Eccles. scilicet hist. lib. 6. cap. 34.

IDIBVS DECEMBRIS.

Die 13. Hui⁹ passio habetur Tomo 6. Surij.

APud Syracusam, Siciliæ ciuitatem, natale sanctæ Luciæ virginis & martyris, quæ passa est persecutione Diocletiani & Maximiani, sub Paschasio consulari. Hæc nobilissima Syracusanorum, postquàm omnia sua (quæ de parentibus ei remanserant) pauperibus, viduis, orphanis, peregrinis, & Deo seruientibus distraxit: à sponso suo, quòd esset Christiana, Paschasio iudici delata, & cõtra leges Augustorum viuere, impellebatur ad sacrificandum dæmonibus. Tunc beata Lucia Paschasio respondit: Sacrificium verum & immaculatum apud Deum & Patrem hoc est, Visitare viduas & orphanos in tribulatione eorum. Ego per istos tres annos nihil aliud egi, nisi sacrificaui Deo viuo, & nunc quia aliud nihil supereſt, me ipsam offero in sacrificium Deo. Cui Paschasius post talia dixit: Cessabunt verba, cùm fuerit peruentum ad verbera. Lucia respondit: Dei verba cessare non poterunt. Ipse enim dixit: Cùm steteritis ante Reges & Præsides, nolite cogitare quomodò aut quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus sanctus qui loquitur in vobis. Paschasius iterùm dixit: In te ergò est Spiritus sanctus? Ad hæc Lucia respondit: Quòd castè & piè viuentes templum Dei sunt, & Spiritus sanctus habitat in eis, testatur Apostolus. Et cùm Paschasius iterùm dixisset, Ego faciam te ad lupanar duci, vt dum fueris scortata, fugiat à te Spiritus

Iaco. 1.

Matth. 10. Mar. 13.

1. Cor. 3.

tus sanctus: Beata virgo respondit, Nunquàm coinquinatur corpus, nisi de consensu mentis. Nam etsi in manu mea thura ponas, & per manum meam facias sacrificium, Deus hæc attendit, & ridet. De sensibus enim & voluntatibus iudicat. Sic patitur violatorem * castitatis, sicut latronem, sicut barbarum, sicut serpentem. nam si me inuitam violari feceris, castitas mihi duplicabitur ad coronam. Post hæc Paschasius tradidit eam lenonibus dicẽs: Inuitate ad castitatem eius populos, & facite eam tam diù illudi, donèc mortua nuncietur. Quam lenones nullatenùs mouere potuerunt, cùm simul ex officio impellentes accessissent, nec funibus additis, aut boum paribus plurimis. Tunc præcepit Paschasius ministris, vt ignem copiosum circa eam accenderent, picem verò & resinam, & feruens oleum super eam iactarent. Sed illa in nomine Domini Iesu Christi immobilis steterit, dicens: Ego rogaui Dominum meum Iesum Christum, vt ignis iste non dominetur mihi, quatenùs tibi insultem plaudens in Domino, & impetraui ab eo inducias martyrij mei, vt credentibus timorem tolleret passionis, & non credentibus vocem insultationis auferret. Tandèm gladio in gutture mersо percussa, quamdiù voluit, orauit, quamdiù voluit, turbam circunstantem allocuta est. Nec omninò mortua est, donèc venientibus sacerdotibus, communionem Dominici corporis & sanguinis acciperet. Passa est autem Idibus Decembris, & in loco vbi percussa est, sepulta, basilica super corpus eius postmodùm fabricata. Paschasius verò Romam perductus, eo quòd à Siculis fuisset accusatus, quòd deprędâsset prouinciam: ab omni Senatu auditus, accepit capitalem sententiam.

Non perit nisi cõsensu virginitas.

* castitas

Nihil lædi⁊ur martyr ab igne.

Reddit spi⁊itum.

* Ipso die, sancti Autberti Episcopi & confessoris.

* Itèm sanctæ Othiliæ virginis.

XIX. CALENDAS IANVARII.

Die 14.

APud Antiochiam, natalis sanctorum martyrum, Drusi, Sozimi & Theodori.

Eodem die, beati Lupicini Viennensis Ecclesiæ octaui Episcopi.

De his Dionys. Alexan. Euseb. lib. 6. cap. 34.

Apud Alexandriam, natale sanctorum martyrum Heronis, Arsenij, & Isidori, atque Dioscori. Hi postquàm iudici oblati sunt, Iudex primò omnium puerulum Dioscorum, tanquàm pro ætate facilem flecti (erat enim xv. annorum) antè verbis, pòst etiam verberibus agit. Quem cùm in nullo sibi cedere videret, ferociùs eum cruciare contendit. Tum deindè cæteros varijs tormentis dilanians, cùm pari modo constantia fidei videret armatos, tradi ignibus iubet. Dioscorum verò puerum, quòd sibi constanter & sapienter in omnibus respondisset, admiratus iudex, differri præcepit, sperans eum pro ætate pœnitudinem acturum. Sed ille confessionis gloria illustratus, diuino nutu ad consolationem fidelium dimissus est. Acta hæc sub Deciana persecutione.

De eo Euse. lib. 8. cap. 17. 18. & 19.

Apud Cyprum, natalis sancti Spiridionis Episcopi, admirandę sanctitatis viri, qui vnus fuit ex illis confessoribus, quos Maximianus dextris oculis effossis, & sinistro poplite succiso, per metalla damnauerat. Quique cùm propheticam vitam duceret, etiam signorum gloria inclytus fuit.

* Lugduni, sancti Victoris Episcopi.

* Remis, sancti Nicasij eiusdem vrbis Episcopi & martyris.

XVIII. CALENDAS IANVARII.

Die 15. De eo Victor Aphr. lib. 1.

APud Aphricam, sancti Valeriani Episcopi & confessoris natale. Qui tempore VVandalicæ persecutionis (cùm ex præcepto Genserici Regis Ariani, ad tradendum ministeria diuina & libros arctarentur cuncti Domini sacerdotes, ità vt ijdem impij Ariani etiam de ipsis pallis altaris sibi camisias & femoralia facerent) viriliter, nè sacramenta diuina traderet, dimicans, extra ciuitatem singularis expelli iussus est: & ità præceptum, vt nullus eum neque in domo, neq; in agro permitteret habitare. Cumque esset plus annorum octoginta, in strata publica multo tempore iacuit nudus sub aëre. Sicque in confessione catholicæ veritatis, & defensione sanctimonij cursum beatæ vitæ impleuit.

Aurelianis, beati Maximini presbyteri, venerabilis sanctitatis viri.

XVII. CALENDAS IANVARII.

Die 16. * puerorum Dan. 3. De ea Suri⁹ 4. Decẽbris.

MArtyrum trium * virorum sanctorum, Ananiæ, Azariæ, & Misaëlis.

In Tuscia, natale sanctæ Barbaræ virginis & martyris, sub Maximiano Imperato-

Universidad de Deusto
Biblioteca

peratore. Hæc primùm à patre suo Dioscoro diù afflicta sub dira custodia, dein tradita presidi Martiano, expoliata, neruis & taurcis valdè cæsa, discerpta est, & cilicio plagæ eius defricatæ. Indè recluſa in carcere, vbi luce diuina consolata est, mox circa latera eius lampades ardentes applicatæ, & caput eius malleis cæsum, & mamillæ eius præcisæ. Deindè nuda per plateas ducta, & flagellis diutissimè afflicta est. Ad extremum gladio data martyrium consummauit decimoseptimo Calendas Ianuarij.

XVI. CALENDAS IANVARII.

Die 17. De eo 1. Februarij fusiùs. Iohan.11.

TRanslatio sancti Ignatij Episcopi & martyris: qui tertius post beatum Petrum Apostolum, Antiochenam rexit ecclesiam.

Itèm eodem die, beati Lazari, quem Dominus Iesus in Euangelio legitur resuscitâsse à mortuis: Itèm beatæ Marthæ sororis eius. quorum venerabilem memoriam extructa ecclesia, nõ longè à Bethania, (vbi è vicino domus eorum fuit) conseruat.

In Oriente, apud Eleutheropolim ciuitatem, sanctorum martyrum quinquaginta, qui sub Saracenis passi sunt.

XV. CALENDIS IANVARII.

Die 18. Epist. vnica.

NAtalis beatorum martyrum Rufi & Zozimi, de quorum agone felici sanctus Polycarpus epistola ad Philippenses scribit, dicens: Deprecor autem omnes vos, obedientiæ operam dare, ac meditari patiẽtiam, quam vidistis in Ignatio, Rufo & Zozimo beatis viris. Scientes, quòd hi non in vacuum, sed per fidem & iustitiam cucurrerunt, donèc venirent ad locum sibi à Domino præparatum. Quoniam quidem passionum eius participes extiterunt, nec dilexerũt præsens seculum: qui pro ipsis & pro omnibus mortuus est & resurrexit. Hi requiescunt apud ciuitatem Macedonum Philippis.

Apud Africam, natalis sancti Moysetis martyris.

Turonis, sancti Gatiani Episcopi, qui ad ipsam vrbem primus ab vrbe Roma Episcopus transmissus, multis clarus miraculis, ibi quiescit in pace.

XIIII. CALENDAS IANVARII.

Die 19. De eo Dionys. hist. Eccles. Euseb. lib. 6. cap. 34. Esa. 53. Iohan. 19.

APud Aegyptum, natale beati martyris Nemesij. Qui primò per calumniam quasi latro iudici delatus est Aemiliano. Quo crimine absolutus, post hoc Christianus esse defertur. In hoc verò nulla à iudice moderatio reseruatur: sed gemminatis supplicijs excruciatum, cum latronibus iussit incendi, ignorans quòd crudelitate sua optimo martyri Saluatoris similitudinem detulit. Qui pro salute humani generis vnà cum latronibus pertulit Crucem.

Aurelianis, sancti Auiti abbatis, qui spiritu prophetiæ illustris, in eadem vrbe tumulatus est.

XIII. CALENDAS IANVARII.

Die 20. Dionysius vt sup. c. 34.

NAtalis beatissimorum martyrum Ammonis, Zenonis, Ptolomęi, Ingenui, & Theophili. Qui tribunalibus adstantes, cùm quidam Christianus à iudice rogaretur, & iam penè ad negandum declinaret, disrumpebantur intra semetipsos, & vultu, oculis ac nutibus, velut erigere conabantur illum, qui in supplicijs positus trepidabat. Interdùm etiam manus protendere, ac totius reliqui corporis motibus, & habitu diuersè inclinati, tanquàm subleuare lapsantis animum gestiebant. Conuersi verò ad eos omnes, & quid de semetipsis profiterentur, ex eorum motibus agnoscentes, priusquàm in eos vulgus clamoribus insiliret, ipsi in mediũ prorumpunt, ac sese Christianos esse testantur. Pro quorum victoria, gloriosissimè Christus de antiquo generis humani inimico triumphauit, & versa vice, ex eorum confidentia, persecutoribus terrorem, suis constantiam animi dedit.

* Antisiodori, beati Gregorij Episcopi & confessoris.

XII. CALENDAS IANVARII.

Die 21. De Thoma Surius ex Metaph. Greg. Turo. de glo. confes. cap. 66.

APud Ediſſam Mesopotamiæ ciuitatẽ, natalis sancti Thomæ Apostoli, qui Parthis & Medis Euangeliũ prædicans, passus est in India. Corpus eius in ciuitatẽ (quam Syri Ediſſen vocant) translatum, ibiq́ue condigno honore conditum est.

Catalaunis, sancti Memmij, Episcopi primi illi ciuitati ab vrbe Roma directi, qui inter alia miracula mortuum suscitauit. cuius nunc sepulcrum creberrimis miraculis illustratur.

Itèm in Tuscia, natalis sanctorum Iohannis & Festi. XI. CA-

XI. CALENDAS IANVARII.

ROmæ, via Lauicana inter duas lauros, natalis triginta martyrum, qui omnes vno die persecutione Diocletiani coronati sunt. Die 22.

Apud Alexandriam, natale beati Schirionis martyris. Is nanque cùm rem cuiusdam potentis sub mercede curaret, iubetur ab eo idolis immolare. Recusans cogebatur iniurijs: Persistens rursùm blanditijs mulcebatur. Cùm verò vtrunque contemneret, præacuta fude validissimè transuerberatus per media viscera neci traditur. Dionys. Eccles. hist. ca. 34. lib. 6.

Ipso die, aliorum quamplurimorũ martyrum, qui in desertis & montibus apud Aegyptum oberrantes, fame, siti, frigore, languore, latronibus, bestijsq́ue consumpti sunt. qui omnes imitati electos Dei prophetas, gloria martyrij coronati sunt. Inter quos & venerandus senex Chæremon (Episcopus hic erat vrbis Aegypti, quæ dicitur Nilopolis) cùm ad Arabicum montem vnà cum grandæua coniuge discessisset, nulli vltrà apparuit.

* In Antiochia, sancti Basilei Episcopi.
* Ciuitate Ostia, sanctorum Demetrij, Honorati, & Flori martyrum.
* Romæ via Portuense, depositio sancti Felicis Episcopi.
* Itèm passio sanctæ Theodosiæ virginis, & Dydimi monachi.

X. CALENDAS IANVARII.

APud Nicomediam, sanctorum martyrũ viginti, quos Diocletiana persecutio grauissimis cruciatos tormentis, martyres Christo fecit, & beatos sanctorum numero in cælis coniunxit. Die 23. De his Euseb. lib. 8. c. 5.

Itèm Romæ, sanctæ Victoriæ virginis & martyris, persecutione Decij Cæsaris. Hęc desponsata Eugenio viro pagano, rogante Tito Aurelio, qui sponsam Anatholiam virginem habebat, ad suadendam eam, vt ei nuberet, perrexit. Cui & dixit: Audi me, domina soror Anatholia, & ego Christiana sum, & noui quia Deus nuptias non condemnat. Propheræ & Patriarchæ coniuges habuerunt, & posteritas eorum à Deo benedicta est. Nunc ergò audi me, & accipe virum, qui te non prodat, quòd sis Christiana: sed per maritalem copulam fiat, vt ipse Christianis consentiat. Hæc dicenti Victoriæ virgo Anatholia respondit: O Victoria vince diabolum, & esto vera victoria. Tunc quandò tota terra vacua erat, dixit Deus hominibus: Crescite & multiplicamini, & replete terram. Nunc plena terræ, postquàm filius Dei de cælo descendit, quotidiè clamat: Crescite in fide, multiplicamini in charitate, & replete cęlos: quia appropinquauit regnuũ cęlorũ. Iterũ inter alia & post alia, sancta Anatholia intulit: Ego die, qua explicui preciũ ornamentorũ meorũ in pauperes Christi, vidi per visum iuuenẽ aureo diademate splẽdidum, in vestibus purpureis atq; gemmatis, qui grata facie & læto vultu me inspiciens, ait: O virginitas, quę non in operibus tenebrarum, sed semper in lumine versaris. Hæc ego audiens, euigilaui, & cœpi flere: & proijciens me in pauimento, rogaui Dominum, vt is, qui mihi loquebatur, dulcissimos sermones iterùm prosequeretur. Sic mihi oranti & prostratæ, idem qui antè loquebatur, talia mihi subsequitur: Virginitas purpura regalis est, quam qui induit, reliquis fit eminentior. Virginitas gemma est preciosa. Virginitas thesaurus est Regis immẽsus. Huic fures insidias tendunt. Hanc tu euigilans solicitè custodi, quantumq́ue te plus habere cognoscis, instãtiùs custodi, nè perdas. His & similibus verbis & factis incitata Victoria, omne precium ornamentorum suorum & ipsa distraxit pauperibus. Sicq́ue factum est, vt agentibus sponsis earum Aurelio & Eugenio, quia nubere illis virgines Christi noluerunt, à Decio Imperatore vrbe Roma pulsæ, ad prędia sponsorum ducerentur. Vbi fame & inedia ità afflictæ sunt, vt vix ad vesperum modicus panis cibarius eis daretur, nulloq́ue pacto efficere sponsi potuerunt, vt vel ad nubendum, vel sacrificandum animi illarum inclinarentur. Beata igitur Victoria in virginitatis proposito inuincibiliter persistens, post multa facta miracula, inter quæ plurimas virgines Domino aggregauerat, percussa est gladio in corde à carnifice Taliarcho, quem rogatu Eugenij sponsi sui Iulianus pontifex Capitolij & comes templorum, ad hoc opus direxerat. Passa est autem decimo Calendas Ianuarij. Corpus eius cum omni reuerentia curatum. Taliarchus verò percussor eius, leprosus factus, intra sex dies consumptus à vermibus, expirauit.

De ea carmen Althelmi Episcopi To. 6. Surij.

Visio sanctæ Anatholiæ.

S. Victoria dat sua bona pauperibus.

Gladio in corde perfoditur.

Gen. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 Dial. c.14. & Hom.15. in Euangelia apud Surium.

Itèm Romæ, beati Seruuli, de quo beatus Gregorius scribit. Qui rebus pauper, meritis dives, quem longa ægritudo dissoluerat. Nam à primæua ætate vsque ad finem vitæ, paralyticus iacebat, nullo modo stare, aut in lecto surgere vel ad sedendum valebat. Nunquàm manum suam ad os ducere, nec se potuit in latus aliud declinare. Quicquid ex eleemosyna potuisset accipere, hoc pauperibus erogabat. Literas non nouerat, sed scripturæ sacræ sibimet codices emerat: & religiosos quosque in hospitalitate suscipiens, hos coram se legere sine intermissione faciebat. Sicque factum est, vt quantùm ad mensuram propriam attinet, plenè sacram scripturam disceret. Studebat in dolore semper gratias agere, hymnis Deo & laudibus, diebus ac noctibus vacare. Hic beatissimo fine glorificatus, sepultus est in ecclesia sancti Clementis Episcopi & martyris. Vbi ad commendandam eius sanctitatem, ad eius tumbam miracula creberrimè fiunt.

S. Seruuli felix exitus.

*Itèm Romæ, natalis sanctorum Eugenij, Eleutherij, Vrbani, Cornelij, Traiani, Victoris, Castulæ: Eutychiani ac sociorum eius, & aliorum octingentorum trigintaduorum.

IX. CALENDAS IANVARII.

Die 24. VIgilia natiuitatis Domini.

In Antiochia Syriæ, natalis sanctarum virginum quadraginta, quæ persecutione Deciana per diuersa tormenta martyrium consummauerunt.

De eo Surius Tomo 6. Eodem die, apud Spoletum ciuitatem Tusciæ, natale sancti Gregorij martyris & presbyteri, temporibus Diocletiani & Maximiani Imperatorum, sub iudice Flacco. Quem ad se adductum ità Flaccus aggreditur: Tu rebellis es deorum, & principum contemptor? Cui beatus Gregorius respondit: Si verè vis scire, ab infantia mea nunquàm à Deo meo recessi, qui me ex limo terræ formauit. Cumque perseuerantissimus in fide confessionis maneret, fustibus nodosis dorsum eius verberatum rumpitur: regyratus, venter eius dissipatur. Indè ligatus manus & pedes, in craticula superponitur, lignis suppositis. Et continuò terræmotu cecidit vna regio in ciuitate Spoletana, & oppressit plusquàm trecẽtos homines idolis seruientes. Pòst ferro constrictus, sub custodia militum in carcere retruditur, vbi Angelica visitatione consolatur. Eductus è carcere, cardis ferreis in genibus percutitur. Sed & ardentibus lampadibus latera eius sunt incensa, dicente beato martyre impio iudici: Si totum corpus meum perdas, præstò est mihi medicus Dominus Iesus Christus, qui me sanat & corroborat. Tunc Flaccus iussit Tyrcano cuidam, vt beatum Gregorium tractum in amphitheatro decollaret. Quo facto, iussit Tyrcanus feras terribiles dimitti, vt corpus sancti martyris absorberent: sed nulla earum corpus sanctum attigit. Quædam autem mulier Abundantia nomine, petiuit corpus martyris: sed quia non potuit obtinere aliter, datis triginta quinque aureis Tyrcano, corpus recepit, & vt decuit martyrem, sepeliuit iuxta pontem lapideum, & riuum qui Sanguinarius appellatur, ad muros ciuitatis, nono Calendas Ianuarias.

S. Gregorius fustibus mactatur, & in craticula assatur.

Gladio cæditur.

VIII. CALENDAS IANVARII.

Die 25. De Natiuitate Domini, vide Surium. IESVS CHRISTVS filius Dei in Bethleem Iudæ nascitur, anno Cæsaris Augusti quadragesimosecundo, Olympiadis centesimænonagesimætertiæ, ab Vrbe condita anno septingentesimo quinquagesimosecundo: compressis cunctarum per orbem terræ gentium motibus, & firmissima, verissimaque pace, ordinatione Dei à Cæsare Augusto composita: Quandò Quirinus ex consilio Senatûs Iudæam missus, census hominum possessionumque describebat: sextamque mundi ætatem suo pijssimo consecrauit aduentu idem Dominus noster Iesus Christus.

De Anasta. Tò. 6. Surij. Eodem die, natalis sanctæ Anastasiæ. Quæ tempore Diocletian, primò diram & immitem custodiam à viro suo Publio perpessa est: in qua tamen à Chrysogono confessore Christi multùm consolata & confortata est. Deindè à Præfecto Illyrici in grauissima æquè atque diutina custodia macerata est: In qua duobus mensibus refecta est cælestibus escis, per sanctam Theodoten, quæ martyrium priùs passa est. Deindè naui imposita cum ducentis viris, & septingentis fœminis, vt demergeretur in mare, perlata est ad insulas Palmarias, vbi per manus & pedes exensa, & ligata ad palos fixos, circa media eius ignis accensus est, in quo martyrium consummauit. Et omnes qui cum illa venerant, varijs interfectionibus martyrium celebrârunt. Inter quos omnes, vnus erat Eutychianus nomine, innocentissimæ naturæ. Qui sublatis sibi (cùm dives esset) omnibus facultatibus, tacuit: nihil cogitans, nihilque metuens, nisi hoc, nè diuitias fidei perderet. Quotiescunquè deniquè fuisset auditus, quotiescunquè interrogatus, nihil aliud dicebat: Christum mihi non tollet, etiam qui caput abstulerit. Tunc Apollonia Christiana matrona, tollens corpus beatæ Anastasiæ, exosculabatur, & aromatibus condiens, dignisque linteaminibus obuoluens, intra viridarium domûs suæ fabricata basilica, vt decuit martyrem sepeliuit.

S. Anastasia igne crematur.

Eutychianꝰ cum socijs interficitur

Ipso die Romæ in cœmeterio Aproniani, passio sanctæ Eugeniæ virginis. Quę tempore Gallieni Imperatoris, post multa virtutum insignia, & sacros virginum choros, quas Christo Domino aggregauerat, sub Nicetio vrbis præfecto alligata saxo, & præcipitata in Tyberim, mergi non potuit. Indè thermis ignitis inclusa, illæsa reperta est. Nouissimè in custodia gladio iugulatur: & sublatum est corpus ab affinibus eius Christianis, & positum nõ longè ab Vrbe, via Latina in prędio eius proprio, vbi multorum ipsa sepelierat membra.

De Eugenia Surij Tò. 6.

S. Eugenia gladio cæditur.

VII. CALENDAS IANVARII.

Die 26. NAtale sancti Stephani protomartyris, non longè post assensionem Domini passi, eodẽ scilicet anno passionis Christi. Hic ab Apostolis, cùm esset plenus fide & spiritu sancto, Diaconus ordinatur. Qui faciens signa & prodigia magna in populo, plenus gratia & virtute, in nomine Domini Iesu Christi, à quibusdam qui erant de synagoga quæ dicitur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexãdrinorum, & qui à Cilicia & Asia, cum eo disputantibus & conquirentibus, atque altercantibus, nec resistere valentibus sapientiæ & Spiritui sancto qui loquebatur: concitato populo, ac senioribus, scribisque aduersùm eum commotis, raptus & adductus in concilium est. Cumque insimularetur, aduersùs locum sanctum & legem docuisse: plenus Spiritu sancto ostendit, quomodò Iesus Christus ex lege monstraretur & prophetis. At illi stridentes dentibus in eum, & frementes in cordibus suis, atque aures suas comprimentes, impetu facto ieiecerunt eum extra ciuitatem: & lapidatus martyr obdormiuit. Cuius beatissimum corpus viri timorati comportauerunt, & fecerunt planctum magnum super eum. Scribit beatus Lucas Euangelista beatissimam eius passionem in Actibus Apostolorum.

Act. 6. 7. & 8.

S. Stephanꝰ lapidatur.

Eodem die Zozimi Papæ, qui sedit Romæ anno vno. Hic constituit, vt Diaconi læua regeretur pallis: & præcepit vt nullus clericus poculum in publico propinaret, nisi tantùm in cellis fidelium & clericorum.

Pontificale cap. 43.

VI. CALENDAS IANVARII.

Die 27. De Iohãne, Surius Tò. 6. ex Metaph. NAtalis sancti Iohannis Apostoli & Euangelistæ, quem Iesus amauit plurimùm, qui (secundam post Neronem persecutionem mouente Domitiano) posteà quàm in oleo ignito demersus, nihil passus est, in Pathmum insulam relegatus, vidit Apocalypsin. Interfecto autem Domitiano, & actis eius ob nimiam crudelitatem à senatu rescissis, sub Pertinace redijt Ephesum. Et quia concussam se absente per hæreticos vidit Ecclesiæ fidem, confestim hanc descriptam in Euangelio suo, Verbi Dei æternitate stabiliuit. Rogatus siquidem ab Asiæ Episcopis, aduersùs Cerinthum alios que hæreticos, & maximè contra Ebionitarum dogma tunc consurgens (qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse) compulsus est scribendi Euangelij sanctum opus suscipere. Ferunt & aliam causam huius scripturæ: Quòd cùm legisset Matthæi, Marci, & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historiæ, & vera eos dixisse firmauerit: sed vnius tantùm anni, in quo passus est Christus, & post carcerem Iohannis historiam texuisse. Prætermisso itaque anno, cuius acta à tribus exposita fuerant, superioris temporis, antequàm Iohannes clauderetur in carcere, gesta narrauit: Sicut manifestum esse poterit his, qui diligenter quatuor Euangeliorum volumina legerunt. Quæ res & διαφωνίαν, id est, dissonantiam, quæ videbatur Iohannis esse cum cæteris, tollit. Ipse autem vsque ad Traiani principis tempora perseuerans, totas Asiæ fundauit rexitque Ecclesias. Et confectus senio, sexagesimooctauo post Passionem Domini anno mortuus, iuxta eandem vrbem sepultus est. Scripsit autem & vnam Epistolam, cuius exordium est: Quod fuit ab initio &c. quæ ab vniuersis

S. Iohannes aduersùs hæreticos suũ conscribit Euangeliũ.

Obitus eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

sis eccleſiaſticis & eruditis viris probatur. Reliquę autem duæ, Iohannis preſbyteri eſſe ab aliquibus putantur: ſed iam generalis Eccleſiæ conſenſus habet, quòd has quoquè epiſtolas Iohannes Apoſtolus ſcripſerit.

Pontificale cap.26. Romæ, ſancti Dionyſij Papæ, qui ſedit in Epiſcopatu annos ſex, ſepultus via Appia in cœmeterio Calixti. Hic eccleſias preſbyteris dedit, & parochias atque diœceſes conſtituit.

* Itèm ipſo die, Ordinatio ſancti Iacobi fratris Domini, qui ab Apoſtolis primus ex Iudæis Hieroſolymis eſt ordinatus Epiſcopus, & in medio Paſcha martyrio coronatus.

V. CALENDAS IANVARII.

Die 28. Matth. 2. Euſeb. lib. 1. Eccleſ. hiſt. cap. 8. BEthleem Iudæ, natale ſanctorum Innocentum, quos Herodes trigeſimoquinto anno regni ſui interfici iuſſit: qui anno 36 morbo intercutis aquæ, & ſcatentibus toto corpore vermibus, miſerabiliter & dignè moritur.

IIII. CALENDAS IANVARII.

Die 29. 2. Tim. 4. DAuid Regis. Itèm apud Arelatem, natalis ſancti Trophimi, de quo ſcribit Apoſtolus ad Timotheum: Trophimum autem reliqui infirmum Mileti. Hic ab Apoſtolis Romæ ordinatus Epiſcopus, primus Arelatem (quæ vrbs Galliæ eſt) ob Chriſti Euangelium prædicandum directus eſt, ex cuius fonte (vt beatus Papa Sozimus ſcribit) totæ Galliæ fidei riuos acceperunt: qui apud eandem vrbem in pace quieuit.

De Creſcęt. Ado Vien. in Chronic. ætate 6. Eodem die, ſancti Creſcentis, Apoſtoli Pauli diſcipuli, Viennenſis Eccleſiæ primi Doctoris.

III. CALENDAS IANVARII.

Die 30. APud Spoletum, paſſio ſancti Sabini Epiſcopi, Exuperantij & Marcelli diaconorum, & Venuſtiani cum vxore & filijs, ſub Maximiano Auguſto. Qui beatus Sabinus cùm eſſet clarus in omnibus diuinis inſtructionibus, & ſermone eloquentiſſimus, tentus eſt à Præſide Tuſciæ Venuſtiano, cum duobus diaconibus Exuperantio & Marcello, & multis clericis. Cui Venuſtianus deum ſuum Iouem, quem habebat in cubiculo, ex lapide Coralite mirè formatum in veſtimentis aureis, ad adorandum obtulit. Quem beatus Sabinus in manibus acceptum, facta oratione continuò illiſit in pauimentum, & confregit. Quod factum videns Venuſtianus, cum furore iuſſit, vt præciderentur ei manus, & in conſpectu eius Marcellum & Exuperantium eculeo ſuſpendi, ac fuſtibus macerari, vnguibusque radi latera eorum, & ignem ſupponi. Hoc facto, in confeſſione Domini ſpiritum emiſerunt. Quorum corpora præcepit iactari in fluuium, Sabinum verò Epiſcopum in carcerem retrudi. Audiens hoc quidam piſcator preſbyter, collegit corpora ſanctorum, & ſepeliuit iuxta viam iij. Calendas Ianuarij. Serena verò Chriſtianiſſima vidua curam habens ſancti Sabini Epiſcopi, adduxit ad eum in carcerem nepotem ſuum Priſcianum, qui erat cæcus. Tunc ſanctus Sabinus truncos ſuos ſuper oculos ipſius poſuit, & in fide Chriſti oratione facta, eum illuminauit. Videntes autem illi, qui in cuſtodia erant, miſerunt ſe ad pedes eius, & baptizati ſunt eo die numero decem. Quod cùm nunciatum eſſet Venuſtiano Præſidi, (indoluerant enim ei oculi, & præ dolore neque cibum, neque ſomnum capere poterat) miſit vxorem ſuam, & duos filios ſuos, vt adducerent beatum Sabinum ad domum eius de carcere. Adducto itaque, proſtrauit ſe ad pedes eius Venuſtianus cum fletu, vxorque eius & filij, agentes pœnitentiam, & rogantes ſe baptizari. Mox baptizatus vt de pelue leuatus eſt, nullum dolorem oculorum ſenſit. Hoc nunciatum eſt Maximiano, qui iratus præcepit Sabinum damnari, & ipſum Venuſtianum capite truncari. Veniens autem Lucius Tribunus, ſine auditione beatum Venuſtianum cum vxore & filijs necauit in ciuitate Aſſiſinate. Sanctum verò Sabinum adduxit in ciuitatem Spoletum, & tamdiù præcepit cædi, quouſque deficeret. Cuius corpus collegit venerabilis Serena, quæ iam manus eius in dolio vitreo cum aromatibus condiderat, & infra domum ſuam poſuerat, & ſepeliuit eum à ciuitate Spoletana miliario plus minus vno, ſeptimo Idus Decembris. Feſtiuitas tamen eius & ſuprà nominatorum martyrum tertio Calendas Ianuarij agitur.

S. Sabinus idolum Iouis conf. ingit.

Cæcum illuminat.

Cum ſocijs à Venuſtiano occiditur.

* Itèm in inſula Oya, ſanctorum Florentij, Sereni, Pauli, Stephani, Papiani & Cleti.

Greg. Turó. lib. 2. hiſtor. Franc. ca. 14. * Turonis ciuitate, ſancti Perpetui Epiſcopi & confeſſoris. PRI-

PRIDIE CALENDAS IANVARII.

Die 31. De Siluestro Pontificale cap. 24. & Suius To. 6. ROmæ, natale ſancti Silueſtri Epiſcopi & confeſſoris, qui poſt beatum Petrum tricesimusquartus, ſedit annos viginti tres, menſes decem, dies vndecim. Cuius induſtria Synodus præclariſſima toto orbe terrarum, trecentorum, decem & octo patrum, apud Niceam vrbem Bithynię celebratur, ſub conſulatu Conſtantini Auguſti & Licinij, 13. Calendas Iulij: attamen Iulij Papæ tempore conſummatur. Fecit autem ordinationes ſex menſe Decembrio, Preſbyteros quadragintaduos, Diaconos vigintiquinque, Epiſcopos per diuerſa loca ſexagintaquinque. Sedit autem ex die Calendarum Februariarū, vſque in diem Calendarum Ianuariarum. Sepultus eſt in cœmeterio Priſcillæ via Salaria, miliario tertio ab vrbe Roma, pridiè Calendas Ianuarij. & ceſſauit Epiſcopatus eius dies quindecim. Hic conſtituit, Chriſma ab Epiſcopo confici, & vt baptizatum eo liniat preſbyter leuatum de aqua. Et conſtituiti, vt nullus laicus crimen audeat clerico inferre: & vt diaconi dalmaticis in eccleſijs vterentur, & palla linoſtima læua eorum tegeretur.

Eccé Chriſmatis vſum in primæua Eccleſia.

De Colúba S. Eulog. in memoriali ſanctorum. Apud Senones, ſanctæ Columbæ virginis, quæ ſuperato igni, gladio cæſa eſt.

Itèm Senonas, natale beatorum Sabiniani & Potentiani, qui à beatis Apoſtolis ad prædicandum directi, præfatam vrbem martyrij ſui confeſſione illuſtrem fecerunt.

* Retiariæ, beati Hermetis Exorciſtæ.

* Romæ, Donati, Pauli, Rogatæ, Dominandæ & Hilarinæ.

* In prouincia Sicilia, ciuitate Catana, ſanctorum Stephani, Potiani, Attali.

FINIS.

DEO LAVDES ET GRATES.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca